


Source : BIU Cujas

20

IASONIS MAYNI MEDIOLANEN. IN PRIMAM CODICIS PARTEM COMMENTARIA.

Summa diligentia,& fide emendata,& suo candori restituta.

QVIBVS, PRAETER SOLITAS INSIGNIVM DOCTORVM PRAESERTIM PVRPVRATI ADNOTATIONES,

ACCESSERVNT EMINENTISS. I. C. BELLACOMBÆ, PANCIROLI, Trotti, Masueri, & aliorum Additamenta, receptarumq; Sententiarum, quas communes opiniones vocant, & forensium quæstionum, ac Decisionum Centuriæ, suis quibusq; locis adiectæ.

Hęc nouissima Taurinensis editio, præter characterum pulchritudinem,& totius operis venustatem, quod primo aspectu statim agnosci poterit, mendis, quibus prior non omnino carebat, perpurgata in publicum exit, ita vt nullus in posterum dubitaturus sit, quin IASONIS Commentarijs vtatur, omni ex parte correctis, & emendatis.



AVGVSTÆ TAVRINORVM.

M. D. XCII.

Bibliothèque de l'École de Droit
1577
Source : BIU Cujas

Tituli, Leges, & Paragraphi, qui in Prima Codicis parte continentur.

De ſumma Trin. & fide catho. Rubr. char. 2
l.cunctos populos. ead.
l.cunctos. 7
¶ De ſacroſan.Eccl. Rub.char.13
l.habeat vnuſquiſque. ead.
l.placet rationabilis. 17
Auth.ingreſſi. 20
Auth.ſi qua mulier. 23
Auth.qui rem huiuſmodi. 27
l.vt inter diuinum. 29
Auth.quas actiones. 31
¶ De legibus. Rub. char. 35
l.non dubium. ead.
¶ De iu.& fac.ign. Rub.char.38
l.quamuis cum. ead.
l.cùm ignorantia. 40
l.ſi emancipata. ead.
l.ſi poſt diuiſionem. 41
l.cùm falſa. ead.
l.ſi non tranſactionis. ead.
l.error. 42
l.cùm teſtamentum. 44
l cùm quis. ead.
l.quamuis. 46
l.conſtitutiones. ead.
l.ne paſſim liceat. ead.
¶ De prec. Impe.off.Rub.cha.ead.
l.licèt ſeruilis. 47
l.quotiens. ead.
l.nec damnoſa. ead.
l.vniuerſa. 48
l.ſi quis aduerſus. 49
Auth.quæ ſupplicatio. ead.
l.vniuerſis. 50
l.reſcripta. ead.
l.inſtrumentorum. 51
¶ Quando libellus princ. datus. &c. Rub. char. ead.
l.dubium non eſt. ead.
¶ Vt lite pendente. Rub.char.52
l.licèt poſtquàm. ead.
l.ſupplicare. ead.
¶ Si contra ius, vel vtilitatem publicam. Rub. char. 53
l.non idcirco minus. ead.
l.præſcriptione. ead.
l.puniri. 55
l.& ſi non cognitio. ead.
l.& ſi legibus. 56
l.omnes cuiuſcunque. ead.
¶ De diuerſis reſcrip. Rub.cha.ea.
l.ſi libellum. 57
l.falsò aſſeueratur. ead.
l.ſancimus. ead.
l.ſi qua beneficia. ead.
l.ſacrilegij. ead.
l.ſacri affatus. ead.
l.vniuerſa. ead.
¶ Vt oēs iudices.&c.Rub.cha. 58
l.nemo. ead.
¶ De edendo. Rub. char. ea.
l.ipſe diſpice. 59
l.is apud quem. 68
l.edita actio. 62
l.qui accuſare. 66
l.non eſt nouum. ead.
l.procurator. ead.
Auth.ſi quis in aliquo. 67
l.& quæ à diuo. 68
¶ De in ius voc. Rub. char. 69
l.ſicut bonis. ead.
l.venia edicti. ead.
l.qui in poteſtate. 70
¶ De pact. Rub. char. 71
l.conditionis. ead.
l.poſt venditionem. 72
l.ſeruus creditoris. 73
l.poſtquàm liti. ead.
l.creditori tuo. 74
l.pacta quæ contra. ead.
l.debitori tuo. 75
l.ſi paſcenda. ead.
l.cùm poſteaquàm. 76
l.legem quam. ead.
l.ex conuentione. ead.
l.pacta nouiſſima. 77
l.in bonæ fidei. 78
l.ſi pacto quo. ead.
l.pactum quod dotali. 79
l.cùm proponas. 80
l.ſi creditores. ead.
l.licèt inter priuatos. 81
l.traditionibus. 82
l.cùm proponas. 83
l.pactum curatoris. 84
l.filius paciſcendo. ead.
l.ſi actionem. ead.
l.debitorum pactionib. 85
l.petens ex ſtipula. ead.
l.ſi certis annis. 87
l.ſi quis in conſcribendo. 88
l.de quæſtione tali. 91
¶ De tranſac. Rub. char. 93
l.neque pactio. ead.
l.cùm te proponas. 95
l.age cum Geminiano. ead.
l.actione adminiſtratæ. 96
l.cùm te tranſegiſſe. 97
l.cùm mota. ead.
l.tranſactionis. 99
l.de alimentis. 100
l.ſi ſuper poſſeſſione. ead.
l.fratris tui. 101
l.de fideicommiſſo. ead.
l præſes prouinciæ. ead.
l.interpoſitas. 102
l.ſi diuerſa pars. 103
l.vt reſponſum. 104
l.cauſas,vel lites. ead.
l.cùm proponas. ead.
l.tranſigere. 105
l.ſub prætextu. 107
l.non minorem. 108
l.cùm ea quæ. ead.
l.ſi maior tranſegiſti. ead.
l.nec intentio. 109
l.ſi quidem ex cauſa. ead.
l.ſi maiores. ead.
l.tranſactione. ead.
l.ſanum mente. ead.
l.ſiue apud acta. ead.
l.ſub prætextu. 111
l.tranſactione. 112
l.ſi de certa re. ead.
l.ſi cauſa cognita. 113
l.ſi pro fundo. ead.
l.cùm donationis. 114
l.tranſactionem. ead.
l.ſi maior annis. 115
l.promiſſis. ead.
l.tranſactio. ead.
l.quamuis eum. ead.
l.vbi pactum. ead.
l.ſi quis maior. 118
l.ſi ex falſis. 119
l.iubemus. 120
¶ De errore calcu. Rub.char.ead.
l.errorem. ead.
¶ De procur. Rub. char. 123
l.cautio ratihabitionis. 122
l.cùm rem. 123
l.eum qui res. ead.
l.quia abſente. 124
l.actionem ei. ead.
l.reum criminis. ead.
l.militem. ead.
l.quod quis. ead.
l.qui ſtipendia. 124
l.ſi procurator. ead.
l.neque tutores. 126
l.exigendi. ead.
l.ita demum. 128
l.non eo minus. 129
l litem. ead.
l.procuratorem. ead.
l.inuitus. ead.
l.alienam ſuſcipere. 130
l ſi pretium. ead.
l.nihil arbitramur. ead.
l.maritus citra. 131
l.procuratoribus. ead.
l.nulla dubitatio. ead.
l.licèt. 132
l.quicunque. 133
l.in pecuniarijs. ead.
¶ Ne lice potē. &c.Rub.char.ead.
l.diuinè. ead.
l.ſi cuiuſcunque. ead.
¶ De his, qui potē.no.Rub.cha.ea.
l.animaduertimus. ead.
¶ Vt nemo priua.ti. Rub.cha.134
¶ Vt nemini liceat ſine iudi. Rubrica. char. ead.
¶ Ne fiſcus, vel reſpu.Rub.cha.ead.
¶ Si aduerſus vend.Rub.cha.135
Auth.ſacramenta puberū. ead.
¶ De iudicijs. Rub. char. 140
l.iudicio cępto. 141
l.licèt iudice. 142
l.quoties quæſtio. ead.
l.ſi cùm tibi. 143
l.à iudice. ead.
Auth.ad hæc ſi. 145
l.ſeruus in. ead.
l cùm debitoris. ead.
l.placuit. ead.
l.iudices. ead.
Auth.iubemus. 146
l.nulli prorſus. 147
l.properandum. 148
§.& ſi quidem. 149
§ ſinautem reus. 151
§.ſiue autem alterutra. 152
§.ſinautem vtraque. 154
§.illo proculdubio. 155
l.rem nouam. ead.
Auth.hodie iurant. 156
l.ſancimus. ead.
l.poſt iuſiurandum. 157
l.apertiſſimi. 158
Auth.ſi verò contigerit. 159
l.certi iuris. ead.
l.cùm ſpecialis. 160
¶ De inoffi.teſta. Rub.char.161
l.cùm de inofficioſo. ead.
l.quamuis de. 162
l.ſi mater. 163
l.cùm ex cauſa. ead.
l.ſi pater tuus. ead.
l.cùm quæritur. ead.
Auth.nouiſſima. 164
Auth.vnde,& ſi parens. 168
l.neptem defuncti. 169
l.parentibus. ead.
l.de inofficioſo. ead.
l.ſi hæredem. ead.
l.in arenam. 170
l.ſi pater puellæ. ead.
l.cùm duob. 171
l.eum qui de. ead.
l.filiam præteritam. ead.
l.contra maiores. ead.
l.cùm filium tuum. ead.
l.cùm te pietatis. 172
l.ſi filiam tuam. ead.
l.ſed ſi poſt. ead.
l.filia in orbitate. ead.
l.fratris, vel ſoror. 173
l.ſi maritus. ead.
l.teſtamenti. ead.
l.filijs matrem. ead.
l.ex tribus. ead.
l.fratres aut. 174
l.liberi de. 175
l.quoniam nouella. ead.
l.omnimodo. 176
§.imputari verò. ead.
l.quæ nuper. ead.
l.quoniam in priorib. ead.
l.ſi quis in ſuo. 177
§.legis autem. ead.
l.ſi quis filium. ead.
l.ſi quando talis. 178
§.illud etiam. ead.
§.& generaliter. 179
l.ſcimus antea. ead.
§.cùm autem. 180
§.illud præterea. ead.
l.cùm antiquis. ead.
¶ De rei vendi. Rub.char.181
l.quoties. ead.
¶ Familiæ erciſc.Rub.char.184
l.filium quem. ead.
¶ De iure emphy. Rub.cha.188
l.ius emphy. 189
l.in emphyteuticarijs. 197
l.cùm dubitatur. 220
¶ Præludia feud.Rub.cha. 232
¶ Qui feu.dare poſ.Rub.cha.243

FINIS.

Source : BIU Cujas

IASONIS MAYNI MEDIOLANENSIS, IVRISCONS. PRÆSTANTISS.

In Primam Codicis partem commentaria, longè plurimum quàm anteà, præter exactiſſimam caſtigationem, & illuſtrata, & additamentis locupletata.

PRAEFATIO.

MVltę ſunt ingenuarũ artium inſtitutiones, quibus mortales ad altos gradus, ſummosque honores cum nominis, & famæ gloria extolluntur. Inter cæteras profeſſiones Cæſareæ, Pontificiæq; cenſuræ inſtitutio altum, & eminentem locum tenet. Nam præter mentis illuſtratationem, iter ad honores, magiſtratus faſces, & magna clementia faciliè aperit, rerum priuatarum & publicarum adminiſtrationem cum dignitate, & gloria comparat. Qui in hac diſciplina conſpicui euadunt, patriæ, parentibusque claritatem conferunt, publici, priuatiq; decoris ſpecimen gerunt, vrbes, & populos æquitate, iuſtitiaque moderantur. In adminiſtranda, augẽdaque Republica iuſtitiæ æquilibrio innocenter, & ſine cuiuſque iniuria verſari norunt. Iuris peritiam non modo in publicis actionibus, ſed etiam in priuatis quibuſcunque negotijs, in amicorum ſuffragijs, in cõmercijs cum hominibus obeundis eſſe quammaximè neceſſariam liquet. Iuris prudentia ad componendas hominum voluntates, & ſub iuſti, & æqui obſeruantia, non quidem mortalium inſtitutis, ſed diuina ſuggeſtione proceſſit. Cicero in ſecundo de legib. Sapientiſſimorum hominum ſentẽtiam *fuiſſe affirmat, non hominum ingenijs excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed æternum quoddam, quo imperandi, prohibendique ſapientia vniuerſus mundus regeretur. Idem Cicero Philip. 9. Lex, inquit, eſt à numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibens contraria. Demoſthenes orator Græcus, vt refert Iuriſconſ. in l. 2. ff. de legi. Lex, inquit, eſt, cui omnes homines decet obedire, propter multa, & varia, & maximè, quia omnis lex eſt inuentio, & donum Dei. Quare in recto humanæ vitæ curſu dirigendo inter varia literarum, & ſtudiorum genera, eorum optio commendanda eſt, qui vtriuſque cenſurę diſciplinam complexi ſunt, quæ certiſſimos lubricæ, nutantisque fortunæ gradus conſtituit. Ibi ſolidum iuſtitię reſidet fundamentum, quam Priſci non immeritò Aſtręam dixerunt, quaſi ex aſtris, & cœlo ad homines demiſſam, & quam omnium virtutum Reginam Cicero in tertio offic. appellat. Commendabilis igitur viri fratres, & auditores dilectiſſimi videtur iſte legalium ſtudiorum delectus, & ad conſequendos ineſtimabiles iuris theſauros acceſſus. Pergite quam cœpiſtis, ſequamini optimam vitæ inſtitutionem, qua calcatis popularibus illecebris ad ſacratiſſimi iuris ſtudia conſcendentis. Tantum perficite, quantum animo, & opinione conſequi inſtituiſtis. Nam pręter animi cultum, & optimam vincndi rationem, & domi, & foris in quibuſcunque publicis, priuatisque actionibus, amplam authoritatem cum multa prębent dignitate. Hac pręfatiuncula vſus in primo lectionum congreſſu pro more, inſtitutoque maiorum, condeſcendo ad interpretationem primi libri Codicis.

* Scientiam.

SVMMARIVM.

1 *Si quis ſimpliciter credat, quod credit Sancta mater Eccleſia, ſi credat in ſpecie in Trinitate, Patrem eſſe maiorem Filio, vel credat eſſe quaternitatẽ errore ductus, quia ſic credebat tenere Eccleſiam, dummodo non pertinaciter duret in hac opinione, non eſt hęreticus, nec poteſt de hæreſi puniri.*
2 *Non eſt hæreſis, facere contra articulos fidei, ſed ſentire & credere.*
3 *Credere, quòd committere ſimoniam, non ſit peccatum, eſt ſpecies hæreſis.*

De ſumma Trinitate, & fide Catholica, & vt nemo de ea publicè contendere audeat. Rubr.

¶Gl. Rubricę diuiditur in tres partes. In prima ponitur prima ſubordinatio ad ſequentes tit. quę tangit tantum ſecundã partem Rub. In ſecunda ponitur alia ſubordinatio, quę tangit tantum primam partem Rub. In tertia ponitur alia, quę põt vtrãque tangere. Secunda ibi, vel ſic poteſt. Tertia ibi, vel ſic continua. Dic, vt in gl. ¶Non omitto illud, quod vult Inn. in c. firmiter. in fi. extra eod. referunt, & ſequuntur Bal. & Pau. de Ca. hic,
1 & D. Ant. de But. in c. 1. §. ſanè. extra eo. †q ſi aliquis ſimpliciter credit illud, quod credit Sancta mater Eccleſia, ſi in ſpecie credat in Trinitate, Patrem eſſe maiorem Filio, vel crederet eſſe quaternitatem, errore ductus, quia ſic crederet tenere Eccleſiã, dummodo non pertinaciter duret in hac opinione, non eſt hę
a reticus, nec poteſt de hæreſi puniri, quod eſt valde notãdum, ſm Bal. ad defendendum ruſticos, vel idiotas perſonas, quę ſępè impetuntur ab Inquiſitoribus hęreticę prauitatis. Adde ad hoc tex. no. in c. dixit Apoſtolus. cum gl. in verbo pertinacis. 24. q. 4. & glo. in c. hęc eſt fides. in verbo emendari. 24. q. 1. & l. omnes. in verbo argumento. ff. de hęre. D. Barth. Veron. in cau. 105. & 237. vbi refert Alb. de Roſ. in 3. parte ſtatutorum. q. 32. defendiſſe in curia Rumana coram Papa quoſdam Mediolanenſes de hęreſi impetitos. Quando autem dicatur pertinaciter aſſerere, habes tex. in l. 3. §. tutores. in verbo pertinaciter. cum gloſſ. & ibi no. Barto. ff. de ſuſpec. tuto. quamuis aliter dicat glo. in c.
2 1. de malefic. ¶ †Nota etiam, quòd non eſt hęreſis, facere contra articulos fidei, ſed ſentire, & credere, & ideò committere ſi-
3 moniam, & exercere vſuras, non eſt hęreſis. ¶†Sed credere, q committere ſimoniam non ſit peccatum, iſtud bene eſt ſpecies hęreſis, ita declarat Bald. in cap. at ſi clerici. in 8. colum. de iudi. alleg. Arch. in cap. fertur. 1. q. 1. quod dicit eſſe bene notandum. Iaſ. Paduę.

ADDITIO.

a ¶Hæreticus. Adde, quæ ſcribit Catel. verſic. hæreticus, & dic, quòd hæreticus quis dici poteſt tribus concurren. Primò, falſa credulitate in rationali. Secundò, peruerſa voluntate in cõcupiſcibili. Tertiò, impugnationis pertinacia ex parte iraſcibili, teſte Grillan. de hære. q. 2. nu. 5. & plura no. Iodoc. Prac. Crimin. c. 61. nu. 55. vel requiritur primò error in intellect. Secundò, quòd talis error ſit circa ſubſtantialia fidei, & contra determinationem S. Matris Eccleſiæ. Tertiò, q talis ſit profeſſus catholicam veritatem poſt baptiſma. Quartò, q talem errorem pertinaciter ſuſtineat, aliter non. 24. q. 4. c. dixit Apoſtolus. Quid de hæretico occulto. i. qui corde tantum deuiat à fide catholica, nõ tamen verbo, aut facto aliquod ſignum hæreſis oſtendit? & dic, eum non incidere in pœnam hæreſis in foro exteriori ſecundum communem Theolo. ſententiam, vt pet Clar. inter comm. opi. ver. hæreticum, & an igne comburi debeant, vide Coraſ. Miſcel. lib. 3. c. 8. vbi de hoc diſputat poſt Iodoc. Prac. crim. c. 61. nu. 58. vbi videtur concludere pro affirmatiua, pro qua dicit in hoc conuenire legem diuinam, canonicam, & ciuilem, ex doct. Abb. & aliorum ibi alleg. & ex Caroli Quinti edicto ibi relato.

SVMMARIVM.

1 *Imperator religioſiſſimus appellatur.*
2 *Relatiuum quis, vel qui, iunctum antecedenti ſine copula, ſtat reſtrictiuè regulariter, fallit tamen in pluribus caſibus infra notatis in nume. 3. 4. & 5.*
6 *Imperator eſt de iure dominus totius mũdi, nam ei ſubſunt Reges, Principes, & omnes nationes, & nu. 8.*
7 *Imperator dicitur ab imperando.*
9 *Qui ſint illi, qui non ſubſunt Imperatori.*
10 *Rex Francorum an de iure ſit ſubditus Imperatori.*
11 *Rex Hiſpaniæ non ſubeſt Imperio, nec etiam dominium Venetorum.*

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Prima Codicis.

12 *Verbum volumus, an & quando diſponat in contractibus, & vltimis voluntatib. & nu. 13.*
14 *Dato termino ad deliberandum, verbum volo eligere, vel volo adire, important diſpoſitionem.*
15 *In codicillis teſtes non debent eſſe rogati.*
16 *In contractibus verbum volo, iunctum cum infinitiuo, quod habet tractum in futurum, non diſponit.*
17 *Statuta non ligant forenſes.*
18 *Forenſes tenentur ſoluere gabellam ex contractu, ſtante ſtatuto, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella.*
19 *Stante ſtatuto, quòd contractus celebrati per minorem. 20. annor. non valeant, niſi interueniat conſenſus duorum propinquorum, & authoritas iudicis, ſi forenſis minor contrahat, tenetur ſeruare formam ſtatuti.*
20 *In reſpicientibus ordinem iudiciorum, & modum procedendi in lite, attẽduntur ſtatuta loci, in quo iudicium agitur.*
21 *Si cauſa laici tractatur coram iudice eccleſiaſtico, de qua potuiſſet cognoſci à iudice ſeculari, quo ad appellandum, & an appella. procedat, attenditur ius cano. & non ciuile.*
22 *In reſpicientibus deciſionem litis, ſemper iudex debet ſeruare ſtatuta loci, in quo celebratus eſt contractus, & non loci iudicij.*
23 *Stante ſtatuto, vel conſuetudine, quòd ſcripturæ priuatæ, ſeu apochæ mercatorum eorum manu ſcriptæ, vel libri rationum faciant plenam fidem, ſtabitur conſuetudini illius loci in ſcripturis priuatis ibi factis, quamuis in alio loco iudicium agatur.*
24 *Si ſtatutum loci vxoris ea mortua ſine liberis ſolùm defert lucrum tertiæ partis dotis marito, & in loco mariti deferat lucrum totius, attenditur ſtatutum loci mariti, & non vxoris.*
25 *An verbum domicilium, intelligatur de domicilio originis, an verò de domicilio habitationis.*
26 *Si maritus tempore contractus matrimonij habeat vnum domicilium habitationis in vno loco, vbi erat ſtatutum vno modo, poſtea mutauit domicilium ad alium locum, vbi erat diuerſum ſtatutum, quod domicilium eſt attendendum, an primum vel ſecundum.*
27 *Statuta loquentia de ſponſis, ſi ſunt diuerſa, attenditur ſtatutum ſponſæ, quia ſponſa non ſortitur forum ſponſi, ſallit tamen, vt infra nume. 28. & 29.*
30 *An in delictis ſint attendenda ſtatuta, & conſuetudines loci, vbi delictũ committitur.*
31 *Statutum puniens factum damnabile à iure communi, an liget foreſem, & probabiliter ignorantem.*
32 *Forenſis, niſi diutius conuerſatus fuerit in loco, præſumitur ignorare ſtatuta loci idem etiam eſt dicendum in ciue nouo.*
33 *In vltimis voluntatibus quæ ſtatuta, vel conſuetudines ſint ſeruandæ.*
34 *In teſta. requiruntur ſeptem teſtes ratione falſitatis euitandæ.*
35 *Quando lex reprobat conſuetudinem, reprobare videtur non ſolùm præteritam, ſed etiam futuram.*
36 *Hæc verba nullo modo, quid important.*
37 *Vbi ſtatutum, vel conſuetudo conſeruarentur expreſſo conſenſu principis, valent non vt ſtatutum, ſeu conſuetudo, ſed vt priuilegium.*
38 *Imperator poteſt ſtatuere, quod teſtamentum valeat cum duobus teſtib. nam quæ ſunt iuris ciuilis, poteſt Imperator cum cauſa, & ſine cauſa tollere.*
39 *Per ſtatutum poteſt tolli ſolennitas teſtamentaria numeri teſtium inducta à iure ciuili, ſed non inducta à iure gentium, vel diuino.*
40 *An ſtatutum tollens ſolennitates teſtamentarias, comprehendat forenſes ibi teſtantes.*
41 *In contractibus attenduntur ſtatuta loci, vbi fit contractus, quia contrahendo quis ſortitur forum.*
42 *Statutum prohibens maritum legare vxori, non comprehendit maritum forenſem.*
43 *Nõ omnis l. ciuilis poſita inter Canones, vel libros Decretalium, ac Decreti eſt canonizata.*
44 *Teſtamenti factio eſt de iure gentium.*
45 *Actio competens ad fundum, vbique habet vigorem.*
46 *Actus, qui ſortitur effectum in vno loco, & ſtatuto illius loci, habet effectum vbique.*
47 *Vſuræ prohibitæ de iure diuino, & canonico, hodie ſunt prohibitæ de iure ciuili.*
48 *Imperator non poteſt ſtatuere contra legem Dei.*
49 *An valeat ſtatutum diſponens, ꝙ ſi hæredes mariti ſint in mora reſtituẽdi vxori dotem, quòd vxori ſoluant octo pro centenario.*
50 *An ſint vſuræ prohibitæ omni iure, & an poſſint aliquo caſu peti.*
51 *Maritus licitè petit vſuras dotis non ſolutæ in tempore.*
52 *Scholaris, qui habebat libros ſuos pignoratos ſub vſuris, & dum vellet luere libros, ſocius rogauit eum, vt ſibi mutuaret pecunias, et quòd pro eo ſolueret vſuras, licitè petit tales vſuras à ſocio.*
53 *Stylus curiæ eſt volubilis, & mutatur ad mutationem Pontificum, & Auditorum Rotæ.*
54 *An Papa poſſit diſpenſare ſuper vſuris exigendis per Iudæos.*
55 *Papa non poteſt ſtatuere contra Euangelium.*
56 *In dubijs opinionibus tenenda eſt illa, quæ reſpicit fauorem animæ.*
57 *Meretrices tolerantur in ciuitatibus, vt grauiora ſcandala euitentur.*
58 *Valet ſtatutum ciuitatis, ꝙ Iudæi qui mutuant ſub modicis vſuris, habeantur, & tractentur pro ciu.bus.*
59 *An teſtator poſſit in teſtamento indicere vſuras, caſu quo hæres eßet negligens in ſoluendis legatis. & nu. 60.*
61 *Pecunia, quæ percipitur ex redditu montis Florentiæ, vel Ianuæ, vel ex impreſtitis ciuitatis Venetiarum, an dicatur redditus licitus.*
62 *An liuelli, qui quotidie emuntur, ſint liciti.*
63 *Si quis pro certa quantitate pecuniæ emat magnos redditus fundi, ſed pro vita ſua tantum, vel dedit monaſterio quingentos ducatos, vt alatur toto tempore vitæ ſuæ, an talis contractus ſit licitus.*
64 *An cambia mercatorum ſint licita.*
65 *Infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis, niſi in grauioribus, & in caſu proprio deponendo contra ſe. & nu. 67.*
66 *Vnus teſtis in quacunque dignitate conſtitutus non plenè probat.*
68 *Infamis infamia facti an poſſit eſſe teſtis tam in criminalibus, quàm in ciuilibus.*
69 *Minor. 18. ann. in criminalibus admittitur in teſtem, quando alij teſtes haberi non poſſunt.*
70 *Fœmina admittitur in teſtem in ſubſidium.*
71 *Socius criminis admittitur in teſtem in ſubſidium.*
72 *Teſtes inhabiles, qui admittuntur in ſubſidium, qualiter hoc intelligatur, quòd poſſint admitti.*

LEX PRIMA.



Vnctos populos. ¶ Dicunt Cy. & Bal. ꝙ iſta lex, quia fuit prima filia, quæ venerit ad nuptias, ideo amplam à Doctoribus eſt dotem conſequuta. Diuide, vt in glo. in tres partes prin. Subdiuide tertiam ſubtiliter in tres partes, vt facit Bar. in 3. col. Sũma
a tex. vt per Bar ¶ In tex. ibi, religione, [a] capias largè, †nam etiam
1 Imperator religioſiſſimus appellatur, vt in l. vnum ex familia. §. fi. ff. de leg. 2. & in prœmio Inſti. in prin. ¶ Circa tex. in relatiuo
b quos, ponunt Bar. & alij hic materiam relatiui, [b] quomodo, & quando reſtringat, & quando ampliet. & idem Bart. in l. omnes populi. in 1. col. ff. de iuſti. & iu. & in l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. Bal. in l. præcipimus. in prin. C. de appel. Angel. de Are. in §.
2 ius autem ciuile. in princ. Inſti. de iu nat. gen. & ciui. † Tu autem fac regulam, ꝙ relatiuum quis, vel qui iunctum antecedenti ſine copula, ſtat reſtrictiuè. d. l. ea tamen adiectio. ¶ Amplia, vt reſtringat antecedens non ſolùm in quantitate, ſed etiam in tẽpore. tex. habes & exemplum in l. à filio. §. teſtator. & ibi Barto. no. ff. de alim. & cib. leg. ¶ Limita iſtam concluſionem primò, vt per Bar. hic, & in locis præalleg. ¶ Secundò limita, ꝙ reſtringat ſuum antecedens, verum eſt ſolùm, ad quod refertur, non aliàs; tamen habes exemplum in d. l. à filio. §. fi. & ibi Bart. no. & idem Bar. in l. ſi quis legauerit. per illum tex. ff. de auro, & argẽ. lega. obſtat tamen fortiter tex. in l. hæres. §. vxori. ff. de leg. 3. ſed Bar. ibi dicit, quod relatio fit ad omnia, quamuis relatiuum qđ,
3 eſſet in ſingulari, & aliqua ex antecedentibus in plurali. ¶ † Tertio limita, ꝙ reſtringit antecedens, ad quod principaliter referẽ, non autem aliud, quod venit acceſſoriè, tex. habes, & exemplũ in l. ſi. §. Titia. ff. de lib. leg. declarat in ſpecie Pau. de Caſt. in l. Stichum, qui meus erit. in lec. Bonon. ff. de leg. 1. ¶ Quartò limita,
c quòd relatiuum [c] reſtringit antecedens, quod eſt poſitum diſtinctiuè, non aũt illud, quod eſt poſitum exceptiuè, quamuis ſit magis proximum. tex. habes mirabilem in l. nam quòd. §. fin.
4 & ibi Bar. ff. de penu. leg. ¶ † Quintò limita, quando per relatiuũ adijcitur aliqua demõſtratio enunciatiuè ad certam ſpeciem, vel corpus determinatum, vt ſi vendo prædium Tuſculanum pro mille ducatos, quod eſt iugerum viginti, illud relatiuum enunciatiuè poſitum nõ reſtringit antecedens determinatum, quia ſi eſſet plurium iugerum, totum cenſetur venditũ, quando venditio eſſet facta ad corpus, & non pro numero iugerũ, niſi ex exceſſu pretij aliud colligeretur, ſecundum Bald. in rub. infra de contrahen. emptio. in 22. q. bonus tex. in l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de act. empt. de quo per Oldra. Laud. in conſilio 197.

inci.

ADDITIONES.

a ¶ Religione. Adde, quot modis capitur religio. vide in c. Eccl. S. Mariæ. de conſti. & in rub. de regular. b.

b ¶ Materiam relatiui. Adde Inſti. de inutil. ſtip. in §. alteri. Bar. in l. legato. ff. de condi. & demonſt.

c ¶ Quòd relatiuum. Adde Abb. in c. & ſi Chriſtus. de iureiur.

Source : BIU Cujas

inci. In conceſſione cuiuſdam donationis. Spe. & Io. And. in tit. de emp. & vend. §. 1. ver. pen. Alb. de Roſ. in l. comprehenſum. ff. de contrahen. empt. & Bal. in l. ſicut. ad fi. C. de act. & obl. & in l. 1. in 4. opp. C. de peric. & commo. rei vend. Sali. in l. 2. C. de cõtrahen. emp. Pau. de Caſt. in l. ſi ſeruum. §. 1. ff. de act. emp. Alex. in conſi. 133. incip. Viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Marcũ. in 8. col. in 1. vol. & in conſi. 120. in 2. vol. incip. Omiſſis argumẽtis. in vlti. col. & in conſi. 127. in 2. vol. incip. Viſo proceſſu cauſę principalis. & in conſi. 72. in 3. vol. incip. videtur prima conſideratione dictum D. Barnabã. in 2. col. & in conſi. 122. lib. 3. inci. Videretur fortaſſe. Io. Pet. de Ferra. in prac. ſua Papienſi, in forma libelli empt. & ven. in verbo perticarum. ponunt Can. Petr.
5 de Anch. Imo. & Pan. in c. per tuas. de dona. ¶†Sextò, & vlt. intellige, quando ponitur ſolùm vnum relatiuum, ſi autem ponerentur duo, vnum cum copula, aliud ſine copula, quod eſſet attendendum? Exemplum, inſtrumentum inueſtiturę dicit, quòd concedit in emphy. perpetuam omnes poſſeſſ. quas habet in tali territorio, & quibus cohæret flumen Padi, vltimum relatiuum propter copulam ſtabit augmentatiuè, vt veniat poſſeſſ. cohærens flumini, quamuis non ſit in territorio, quem caſum ſolùm ponit Mar. Lau. nec alibi legi, in l. omnes populi. in 2. char. ff. de iuſt. & iur. Tu conſidera, quòd vltima copula
6 eſt poſita non reſpectu relatiui, ſed quia duæ clauſulæ nõ poſſunt ſtare ſine copula. ¶†Item inquantum Bart. & alij examia nant, an Imperator[a] de iure ſit dominus totius mũdi, dic *communiter teneri*, quòd ſic. Ita tenent Cy. Bar. Bal. & Sali. hic, gl. in c.
* per venerabilem. qui filij ſint legi. & gl. in c. Adrianus. el ſecundo. 63. diſt. Hoſt. in ſum. in tit. de offi. ordi. §. 1. in ver. ſed Imperator. per tex. in l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iact. nam Principes, & Reges ſubſunt de iure imperio. c. in apib. 7. q. 1. latè Oldrad. Lau. in conſi. 69. incip. conſueuit dubitari. ¶Item omnes nationes de iure ſubſunt Imperatori. d. c. Adrianus. & omnia ſunt ſub eius ptãte. 8. diſt. c. quo iure. & 23. qõ. 8. c. conuenior. & idem firmat Spec. in tit. de appel. §. nunc tractemus. circa principium. Alibi dicit Bal. in prœm. Digeſtorum, in 3. col. in fi. quòd Imperator imperat de iure in vniuerſa ditione, quæ aſcendentem videt, & deſcendentem ſolem, & ex vtroque latere meridie, & Septentrione. §. hæc conſiderantes. in Auth. vt oẽs obed. iud. prouin. collat. 5. Item imperat in omnibus inſulis vſque ad
Oceani receſſus. §. quòd igitur. in Auth. vt Eccleſia Roma. col-
7 lat. 2. †Et dicitur ab imperando, prout eſt imperium in altiſſimo ſuo ſitu, & circulo, quòd eſt ſumma poteſtas nullis circun
b cluſa limitibus, vt ibi plenius per eum. [b] Et iſtud eſt in tantum verum, quòd Bar. in l. hoſtes. in 2. col. ff. de capti. firmat, q̃ ſi aliquis diceret, Imperatorem non eſſe Dominum, & Monarchã totius orbis, eſſet hæreticus, quia contra Euang. Luc. 3. Exijt edictũ à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, quãuis in hoc vltimo reprehendatur Bar. per Bal. in c. ſolitæ. de ma
8 io. & obed. † Tene ergo, quòd Imperator de iure eſt dominus totius mundi, quamuis Io. Fab. Raph. Fulg. & nonnulli Mod. contrarium teneant per l. mercatores. cum glo. 1. C. de cõmer. & mer. vbi dicitur, q̃ Rex Perſarum non ſubeſt imperio. facit. l. 1. C. de offic. præfec. prætor. Afri. & l. 2. C. de vet. iur. enu. In quibus dicitur, quòd tempore Conſtantini Imper. Vandali nõ ſuberant Imperio. facit bene tex. in l. ſi. C. de eunuchis. in verbo, extra loca noſtro Imperio ſubiecta. ſuadetur, quia habet confœderatores, & hoſtes, in l. non dubito. & l. hoſtes. ff. de cap. Ad iſta reſpondetur vno verbo, q̃ procedunt de facto. Sed fortius ſtringit, q̃ etiam ſit de iure, ex quo Imperator multas ciuit. donauit Eccleſiæ, illæ de iure non ſunt ſubiectæ Imperio, ſecun-
9 dum Bar. & Mod. in l. omnibus. ff. ad Trebel. ¶†Præterea aliqui de iure non ſunt ſubiecti Imperatori, quos ſtatim referã, ſed ad hoc reſpondeo per ea, quæ no. Bar. in l. 1. §. fi. per illum text. ff. de rei ven. & in prœ. ff. orum in princ. & in extrauag. qui ſint rebel. in verbo totius orbis. Ang. in l. ſi hæredis ſeruus. ff. de leg. 1. vbi Bal. & Ang. & Bal. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. Bal. in c. 1. in prin. de pac. iur. fir. colla. 10. q̃ mundus dicitur
c quid vniuerſale, & non repugnat, q̃ Imperator[c] dicatur vniuerſalis dominus, quamuis in particulari aliqua ad alios ſpe-
10 ctent, vt eſt tex. in d. l. 1. §. fi. ¶†Nunquid autem Rex Frãcorũ[d]
d de iure ſit ſubditus Imperatori? gl. tenet, quòd ſic. in d. cap. 1. in prin. de pac. iur. fir. latè Nic. de Neap. in lecturis Bar. in l. ſi duas.
* §. 1. ff. de excuſ. tut. & inſti. de pa. pote. in prin. *communiter tenetur contrarium.* per tex. in c. per venerabilem. & ibi glo. qui fil. ſint legi. vbi omnino videas Panor. in vlti. col. tenet Spec. in tit. de appel. §. nunc tractemus. in prin. Bar. in d. l. hoſtes. in 2. col. & Bald. in c. 1. in prin. reprobata gl. ibi, de pa. iur. fir. & ibi ponit Andr. de
11 Iſer. alibi firmat gl. in c. Adrianus. el ſecundo. 63. diſtinc. †quòd
e Rex Hiſpaniæ[e] non ſubeſt Imperio. In Sereniſs. Dominio Ve
f netorum[f] dic, q̃ eſt exemptum ab Imperio Roma. ex priuilegio Imperatoris, ſecundum Bar. in d. l. hoſtes. & Bal. in c. ſicut, vltimo. in 3. col. de iureiu. & dicit Alber. de Roſ. hic ſe vidiſſe priuilegium Imperatorum libertatis Venetorum bullatum bulla
g aurea, ſed etiam abſque priuilegio, quòd Veneti[g] ſint exempti ab Imperio, firmat Bal. in rub. ff. de rer. diui. in 4 colu. motus hac ratione, quia ciuitas Venetiarum non eſt fundata in ſolo, ſed eſt ædificata in mari, ſed de iure gen. & ciuili ſtatutum eſt, quòd ciuitates ædificatæ in mari communiſſimo omnib. animantibus, ſunt eorum, qui eas ædificant. l. in tantum. in princ. ff. de rer. diui. & hac ratione, quia Veneti ſunt fundati in mari, & non in ſolo iuriſdictionali alicuius, meritò de iure prætendũt libertatem ab Imperio. ſequitur Iac. Alua. in c. 1. in princip. in penul. colum. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. in vſib.
12 feu. ¶†Tertiò principaliter pondera tex. in verb. volumus.[h] cir
h ca quod Barto. quærit, an & quando diſponat, & quando non, & idem Bar. vbi alij in l. ſerui elec. in princip. ff. de leg. 1. & facit quinque caſus. adde ex tex. decidi illud, quod no. Bal. in Authẽ. ei qui. C. de temp. & re. app. in 7. col. in ver. quæro vlterius, quãdo per hæc verba iudicis, volumus te ire in poſſeſſionem &c. inducatur diſpoſitio, & effectus primi, & ſecundi decret. docto. Barto. hic facit, q̃ ſic, in tertio caſu, ex quo actus miſſionis debet explicari per alium, & ad iudicem proferentem ſpectat ſola declaratio voluntatis. ¶Item in vlti. membro Bar. vbi con
13 ſiſtit difficultas, †inquantum conſtituit differentiam inter vltimas volun. & contractus, ſiue verbum volo proferatur in præſenti ſiue in futuro. nam ratio diuerſitatis per eum aſſignata non infert illud, quod vult Barto. per verbum volo, iunctum cum infinitiuo, quod habet tractum de futuro, ideo magis diſponit in vltimis volun. eo quia etiam vltimæ volun. habeant tractum in futuro. nam hæc diſpoſitio etiam de præſenti eſt perfecta, quamuis quo ad reuocationem ſit ambulatoria vſq; ad mortem. l. cùm hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de don. inter vir. & vxo. & caue propter tex. l. fin. in fi. ff. communia prædio. l. ſed & ſi quis. § interdum, cum gloſſ. ff. de vſufr. & quemad. quis vta. ¶Item inquantum Bar. vult, quòd ſi dico volo, vel vellem relinquere Titio fundum, q̃ iſta verba diſponunt in vltima volun. ſecus in contractibus per text. l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de leg. 3. qui eſt ad hoc ſing. ſecundum Ang. in d. l. ſerui elect. in prin. Lud. Ro. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. ob. contrarium tenent alij omnes in d. l. ſerui elec. & Pau. de Caſt. hic, quia etiam in vltimis volun. talia verba non diſponunt, niſi de deliberatione præcedenti appareat. l. fi. & ibi ad hoc no. Bar. ff. de teſt. Bart. in l. gerit. ff. de acqui. hære. in 4. col. in ver. quæro, quid ſi conuocatis. facit. l. diuus. ff. de teſta. mil. §. planè. inſti. eod. ſcilicet de mi
14 li. teſt. ¶†Sic etiam eſt in contractibus: nam dato termino ad deliberandum, ſi quis dicat volo eligere, vel volo adire, talia verba diſponunt, argum. l. ſed & ſi alio. ff. ad Trebel. & l. ſi quis ſuus. ff. de iure deliberan. ſecundum Barto. in d. l. gerit. & in alijs

locis

ADDITIONES.

a ¶An Imperator. Adde gl. in l. deprecatio. ad legem Rhod. de iact. Bald. in prima conſti. ff. in §. omnem. in l. ſi duas. in §. grammatici. de excuſ. tut. Spe. tit. de feud. in §. 2. ver. 24.

* Et vide, quæ ſcribit Gabriel. commu. opin. lib. 5. titu. de acqui. rer. dom. conclu. 3. vbi ponit Reg. cum Ampl. & limita. quòd autem ſit princeps orbis, & corporalis in mundo Deus, no. Catel. ver. Imperator. vbi infert ad plura no. cui adde, quòd nulla in lege ſe erga ſubditos tam beneuolum oſtendit, quam in l. ſi quis filium. infra de inoff. teſt. à quo diſcant Chriſtiani principes, & fœlici er regnabunt. MASVER.

b ¶Per eum. Vide Ioan. Bapt. de S. Seuerino. in l. imperium. 14. quæſtione. PVRPV.

c ¶Quòd Imperator. Adde Bar. in l. 1. in §. per hanc. de rei vend.

d ¶Rex Francorum. Adde gl. in ver. vtuntur. & ibi Abb. in c. ſuper ſpe. de priuileg. Io. de Imo. in l. infamem, ff. de pub. iud. in pen. col. Ang. in l. hoc autem. ff. de ſer. vrb. præd. Alb. de Roſ. in l. imperium. ff. de iuriſ. omn. iud. Inn. in c. bonæ. de poſtul. præla. Ant. de But, & Io. de Imo. in c. 1. de conſti. Card. Zabar. in cle. 1. in ver. vt illud. de iureiu, eundem Card. in clem. paſtoralis. in §. rurſus. de re iud. Rota deciſ. 229. incip. Si dicamus. in antiquis. Io. de Imo. in c. auditis. de præſcr. Abb. in c. q̃ ſedes, de offi. ordi. Abb. in c. cùm veniſſent. de iudi. c. cùm contingat, de foro compe. in c. innouamus, de cenſi. in c. nouit. de iud. Bar. conſi. 172. inci. Ex facto proponitur. Oldra. conſi. 24. incip. Ad obiecta. idem conſi. 121. incip. vt eius de quo quæritur. Bal. in q. diſputata per eundẽ inci. Quædam ciuitas.

e ¶Quod Rex Hiſpaniæ. Adde Doct. in cap. cauſa. el ſecundo. qui fil. ſint legit. Nico. de Vbal. in tract. de ſucceſ. ab inteſta. 12. char. verſicu. vltimus legitimandi modus.

f ¶Dominio Venetorum. Adde, an tales non recognoſcentes ſuperiorem poſſint conueniri coram Papa. Vide Abb. in c. nouit. 10. col. de iud. Anch. in trac. de hæreſi. inci. Sanctiſſimo in Chriſto patri. in 2. char. PVRPV.

g ¶Idem per omnia de Venetis dicit in l. 1, §. nunc videamus. 2. nota. ff. de noui oper. nunc. & in l. ex hoc iure. in 4. col. de iuſti. & iur.

h ¶Volumus. Adde de iſto ver. volumus in cle. vnica. de offi. vica. Abb. in c. ex ratione, in vlt. no. de appel. in c. ſedes. de reſcr. Cardi. Zab. in c. 1. de conſeſ. idẽ in c. audientiam. de reſcrip.

Iaſ. ſuper j. Cod.

Source : BIU Cujas

locis præalleg.¶Non obſt.§.propoſitum.qui decepit Bart.quia ibi multa concurrunt.Primo conuocatio amicorum,per quã deliberatio perpenditur,ſecundum Barto.in d.l.gerit.& d.l.fin. & in l.1.§.ſi quis ita.in princip. ff.de verborum oblig. Secundò ibi erat miles,& in articulo mortis conſtitutus,vt in gloſſ. ibi in
a verbo contubernali. Tertiò ibi fuerunt verba geminata, [a] quæ multum important.l.Baliſta.ff.ad Trebel.iuncto eo,quod dicit Barto in l.cùm ſcimus.§.fina.C.de agric.& cenſi.lib.11.Quartò ibi fuerunt verba prolata ad interrogationem notarij,iuxta gl. in l.iubemus.C.de teſtam.Quintò talia verba fuerunt prolata erga perſonam veriſimiliter multum dilectam,argum. l. in teſtamento.cùm glo,ff.de fideicom.lib.not.Bald. in l. cùm teſtamento.C.de teſtam.man.conclude ergo contra Bart.quòd iſta verba volo,vel vellem relinquere Titio talem fundum,non di
15 ſponunt,niſi alia concurrant.†Iſtam concluſionem limitat mirabiliter D.Alex in d.l.ſerui electione.vt procedat,qñ talia ver-
b ba eſſent prolata in codi. in quibus teſtes [b] non debent eſſe rogati,l.fina.C.de codi.vel ab inte.ſecus ſecundum eum,quando talia verba proferentur in teſtamento ſolẽni,quia diſponerent, ex quo requiritur,quòd teſtes ſint rogati.l.hac conſultiſſima.in princip.C. de teſt. & illa rogatio oſtendit de libera voluntate, iſtud idem tenet ante eum Ioan.de Imo.in d.l.gerit. in 2. colu. Tu caue,cùm non requiratur,quòd teſtes à teſtatore ſint rogati, ſed ſufficit à quocunque eſſe rogatos, ſecundum Dyn. & Pau.de Caſt.in l.hæredes palàm.§.in teſtamentis.ff.de teſt. Ioã. Fab.in §.fin inſti.eo.ſcilicet de teſtam.Dom.Alexan.in conſ.47. in 2.volum.incip.Abundè per celeberrimos. in 2. colum. & in conſilio 33. in 3. volum. incip. Ponderatis verbis vltimi teſtamenti.in 8.colum.præterea ſufficit, quòd teſtes poſt teſtamentum ſint rogati incontinenti,vt ſing.tenet Bal.in l.fina.in 3. col.
16 vbi dixi. C. de fideicommiſ. ¶ † Item aduerte pro limitatione
c doctr.Barto.ea retenta,quòd verbum volo, in contractib. iunctum cum infinituo, [c] quando habet tractum in futurum nõ diſponit,nam fallit quando iungitur cum verbo eſſe,nam ſi dico volo adire hæreditatem,non inducitur aditio,ſed ſi dico volo eſſe hæres,tunc ſtatim fit aditio, ita tenet Barto. in d. l. gerit. in 3.colum.Iſtam differentiam reprobat Dom.Franc.de Aret. in d.l.ſerui elect.quia non videt rationem differentiæ attento, quòd non refert,quibus verbis adeat.l.ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit.ff.de acquir. hæred. tu autem vide ſubtiliter Bald.in l.1.in 7.colum.in verſic.pone,quòd reus non dixit confiteor.C.de confeſſ.confirmat iſtam differẽtiam,& dicit, quòd quando verbũ volo, iungitur cum infinitiuo ſignificante aliquem actum futurum,tunc de præſenti nihil perfectum diſponit,vnde ſi reus accuſatus dicat volo confiteri delictum,non p hoc cenſetur confiteri,cùm requiratur actus extrinſecus futurus,ſcilicet confeſſionis:ſed quando verbum volo iungitur cũ infinitiuo ſignificante eſſentiam , vt volo eſſe hæres , vel volo eſſe maritus,diſponit ſtatim,cùm eſſentia ſit in eius voluntate abſque facto extrinſeco futuro, quæ verba ſunt ſubſtantialia ſecundum eum.facit,quod vult Bald. hic. in 3.colum. & in 3. oppo.quòd ſi dico volo eſſe hæres,verbum eſſe, informat verbum volo ſuper preſenti eſſentia actus,ideo diſpoſitionem inducit.ad quod adde Domi. Anton. de Butr.in cap.ex literis. el
17 primo.de ſpon.¶Capio glo.in verb.quos.†ex qua no.quòd ſta-
d tuta [d] non ligant forenſes,qui non ſubmittuntur ciuitati ſtatuti.Iſta glo.hic indiſtinctè malè diceret, ideo diuide hanc materiam quotidianam in tres articulos principales. Primus, quid in contractibus.Secundus,quid in delictis.Tertius, quid in vltimis voluntatib.¶ Et circa primum Bartol hic poſt Cyn. ponit vtilem theoricam , quam etiam formaliter repetit in repet. l. de quibus.in 19.colum.ſi eſt repetitio Bart. ff. de legi. ad quam reſpond.Bald.in cap.fin.in pen.colum.de feu. & habet tria mẽbra princip.In prima concludit Bar.quod in his, quæ reſpiciũt ordinationem,vel ſolennitatem actus, ſemper attenduntur ſtatuta loci,vbi actus celebratur,per iura allega. per eum.quibus adde tex.in l.1.§.fin.ff.de vent.inſp.qui eſt optimus ad hoc, ſe-
18 cundum Bald.in cap.fina.præalleg. † Ex iſto primo membro Barto.infertur,quòd ſi ſtatuto huius ciuitatis cauetur,quod de
e quolibet contractu ſoluatur gabella, [e] & duo forenſes faciant hic contractum , tenebuntur ſoluere gabellam , quia iſtud eſt de reſpicientibus ordinationem actus, & quia ratione contractus ſortimur forum in principali , ergo & in gabella , quæ eſt conſecutiua.ita per hanc doctri. decidit Bald. in l. 1. in 4. & 5. quæſt.C.de contrahen.empt.facit in ſimil.text.in l.magis puto. §.illud.quem Bald.reputat ſingul. ff. de rebus eorum.contrariũ in hoc vltimo tenet ipſemet Bald.in l.multum intereſt.in pen. col. & ibi poſt eum Sal.ad fi. C. ſi quis alte.vel ſibi. ¶Secundò per hanc doctr.decidit Bal.in repe.l. extra territorium. quæ cõ-
19 muniter non habetur.ff.de iu.omn.iudi. † qp ſi ſtatuto huius ciuitatis caueatur, qp contractus celebrati per minorem 20. ann. non valeant, niſi interueniat conſenſus duorum propinquorũ, & auctoritas iudicis,ſi forenſis minor hic contrahat,tenetur ſeruare formam iſtius ſtatuti,quia in actibus hominum , & in eorum confectione debet ſeruari forma ſtatuti illius loci, in quo actus celebratur,ſed in h.d.contra,quia doctri.Bar.loquitur,qñ forma traditur à ſtatuto circa actum, ſed quando ſtatutum inhabilitat perſonam aliàs habilem de iure communi, tale ſtatutum non compreheudit forenſes , cùm ſtatutum diſponat de perſona inhabilitanda, & perſona forenſis non eſt ſubdita.l.1.in fin.& ibi Bartol.ff.de tut.& cur.da.ab his.& ita tenet Bar. hic in 8.col.& Bald.in 15.& Petr.de Anch.in com.c. canonum ſtatuta.de conſti.in 12.q.in princip. in ver.quid dices de obligatione perſonali.d.Fr.de Aret.in conſil.73. incip. Diligenter,& maturè
20 conſideraris omnibus actis.in 6.col.¶†Secundum membrum
f Bar.eſt,qp in reſpiciẽtib. ordinẽ iudiciorum, [f] & modum procedendi in litem , ſemper debent attendi ſtatuta illius loci, in quo iudicium agitur.Adde.l.cum clericis.cum gl.C.de Epiſ.& cler.& l.1.C.de eman.libe.§.fin. inſti.de ſatiſd. Ex iſto membro infertur,quòd ſtante ſtatuto in loco vbi iudicium agitur,qp inſtrumenta habeant executionem paratam, hoc eſt, qp non requiratur libellus,nec lit.conteſta. certè inſtrumentum alibi factum productum in iudicio,in hoc loco habebit executionẽ paratam,cùm iſtud reſpiciat ordinem iudicij.Ita per hanc doctri.colligit Bar.in l.1.in 4.q.C.ne fil.pro pat.idem tenet Bald.in c.fi.in pen.col.de confeſ.Pet.de Anch.in com. c. cano. ſtatuta. in verſ.iuxta prædicta quæro, quid ſi ſtatutum.Lud.Roman.in conſi.263.incip.Ad prædictorum corroborationem. Paul. de Caſt.in l.2.C.quemad.teſt.aper.faciunt verba Bart. in l.à diuo. §.ſententiam.ad fi.vbi Moder.ff.de re iudi. ¶Secundò per hãc doc. decidit D. Ant.de But.in c. qp clericis. circa medium. poſt
21 gl.ibi.de foro compe. † qp vbicunque contingat coram iudice eccleſiaſtico tractari cauſam laici , de qua potuiſſet cognoſci à iudice ſeculari,etiam quo ad appellandum,ſi appellatio procedat,attenditur ius cano.& non ciuile,quia iſtud reſpicit ordinem iudiciorum,ſequitur D.Alex.in conſi.188.in 2. vol.incip. Viſo toto proceſſu.ad fi. ¶Tertiò per iſtud membrum decidit Bal.poſt Inno in c.fi.in pe.col.de fer. qp iudex debet ſolũ ſeruare ferias,quæ vigent in loco,vbi coram eo iudicium agitur,& nõ ferias loci partium,aut teſtium,cùm iſtud reſpiciat ordinẽ iudiciorum,& idem latè ponit Spe.in ti.de fer.§.1.ver. ſed pone,
22 in loco.¶†Tertium principale membrum Bart. eſt valde vtile,qp in reſpicientibus deciſionem litis ſemper iudex debet ſeruare ſtatuta loci,in quo celebratus eſt contractus, & non loci iudicij.Ex hoc membro not.ſequitur, qp ſi ꝯctus ſit celebratus in loco,vbi ꝯ inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, iudex debebit ſeruare illud ſtatutum,quamuis iuſtm ibi factum producatur hic.ita ſing. no. Bal. & reputat tenendum menti,in l.1.in 5.q.C.ne fil.pro pat.Pau.de Caſt.& alij Mod.in d. l.à diuo
g Pio.§.ſententiam. [g] quamuis aliter tenuerit Pau.de Caſt.& malè in l.1.in prin. in vlti.col. ff.de eo, quod certo loco.nam cùm iſtud reſpiciat deciſionem cauſæ,debent attendi ſtatuta loci,in quo confectum eſt inſtrumentum,quamuis alibi producatur,
23 ſecundum doctr.Bart.hic.¶†Secundò ex hoc membro [h] pul-
h chrè infertur,qp ſtante conſuetudine vel ſtatuto,prout eſt in ci-
i uitate Venetiarum,qp ſcripturæ priuatæ , [i] puta apochæ mercatorum ſcriptæ eorum manu,vel libri rationum plenã fidem faciant,certè ſtabitur cõſuetudini illius loci in priuatis ſcripturis ibi factis,quamuis in alio loco agatur iudicium , & ſic alibi producantur.ita tenet Io. And. in addi. Specu.in titu.de inſtru.
edi.

ADDITIONES.

a ¶Geminata.Adde de iſtis verbis geminatis Anton.Cor. in tracta. de ver. geminatis.

b ¶ Teſtes. Adde Lanfranc.in repetitio.capitu.quoniam contra falſam.de probatio.

c ¶ Infinitiuo. Adde Doctores in l.facta. in §. ſi ſub conditione. ff. ad Trebellian.

d ¶Quòd ſtatuta.Adde gl.cum qua concordat Inn.& Hoſt.in c.à nobis. el primo.de ſent.excommu.Inno.ſuper Rubr.de conſuetu.Io. Fantu. & Doct.in c. quæ contra.8.col.Pet.de Anch in repe.c.canonũ. de conſti.ver.venio ad tertium art.Doc.in c.vt animarum.de conſti.lib.6.in Marg.in verb. ſtatutum. & ibi alleg.Inn.in d.c.à nobis.

e ¶Gabella.Bertachin.trac.gabel.par.7.q.5. PVRPV.

f ¶Iudiciorum.Adde Alex.in l.1.ad fi.de leg.2.& Bald.in capitu.fina.de reſcrip. PVRPV.

g ¶Limita in forenſe,qui probabiliter ignorat ſtatutum,quia poterit petere reſtitutionem in integrum ex clauſula generali,ſi qua &c.Inn.Io.And.& Anto. in Rub.de conſue.& Alex.lib.2 conſi.37.in 2.dub. PVRPV.

h ¶Hæc repetit in l.ſi non ſpeciali.2.col.infra de teſt.col.1.& in l.ſi arrogator, col. 16.ff.de adopt.& in l.admonendi.17.col.ff.de iureiu.

i ¶Quòd ſcripturæ priuatæ.Adde Doc.in l.1.C.de emanc. Doc.in c.cùm dilectus.de fide inſtr.

Source : BIU Cujas

edi. §. nunc dicendum. in addi. magna, quæ incip. in priuatorũ. circa fi. D. Ant. de But. in c. 2. 3. col. de fide instr. quod est perpetuò no. dignum, & valde quotidianum. facit quod dicit Bal. in l. si non speciali. in 2. colu. C. de test. ꝙ scriptura facta in aliquo loco, seruat priuilegium illius loci vbicunque. facit quod dicit Bal. in l. exemplo. post med. C. de proba. vbi reprobando Nico. de Mutina dicit, ꝙ consuetudo loci, quæ dat robur scripturæ mercatorum, habet locum nedum intra illud territorium, sed etiam extra, vt ibi plenè per eum, intellige tamen sanè secundum ꝙ declarat Bal. in c. dilectus. de fide instr. vbi dicit, ꝙ si statuto caueatur, ꝙ credatur scripturis mercatorum debet intelligi de scripturis factis per mercatores in locis, vbi viget tale statutum, non autem alibi. ¶ Istud tertium membrũ limitat Bart.
24 duob. mod. † Primò fallit in dote, per l. exigere dotem. [a] ff. de iu
a di. quæ lex est sing. & peregrina, licèt omnib. no. secundum Bal. ibi, & in c. iurauerit. in 1. col. de proba. Et per hoc infert Bar. ad
b statuta de dote lucranda. [b] Nam si statutum loci vxoris mortua vxore sine liberis solùm deferat lucrum tertiæ partis dotis, in loco verò mariti deferat lucrum totius dotis, certè attenditur statutum loci mariti, & non vxoris. idem tenent Bar. Bald. Ang. & alij in d. l. exigere dotem. Bal. in c. 1. §. fi. de inuesti. fac. de re alie. in vsib. feu. Arch. in c. illud. 12. dist. & Do. Anto. de But. &
* Panor. in c. 1. de spon. Pano. in c. fi. 17. col. de foro compe. *& ista est communis sententia*, quicquid teneat Alb. in 2. par. stat. q. 10. quã extende, vt no. per Bar. in d. l. exigere dotem. ad fi. ¶ Circa hanc conclusionem cadunt duo dubia, quia tex. in d. l. exigere dotẽ.
c dicit, ꝙ attenditur domicilium [c] viri, † an intelligat de domici-
25 lio originis, an verò de domicilio habitationis. dubium facit, quia quando concurrunt in vna persona domicilium originis, & domicilium habitationis, attenditur domicilium originis, tex. est no. in l. libertus. §. præscriptio. ver. cùm filius. ff. ad mu ni. gl. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & in l. 1. C. de mu. & orig. libro 10. Et facit ratio, quia magis debet attendi causa naturalis, quã accidentalis. l. qui habet. in prin. ff. de tut. & ibi Bart. tenet contrarium, ex quo tex. in d. l. exigere dotem. facit mentionem de domicilio, & in dubio intelligitur de domicilio habitationis. gl. est no. in c. statutum. §. cùm verò. super vers. vnam dietam. de rescri. in 6. Imo. & alij in c. fi. de foro cump. Bal. in l. fi. in 11. col. ℣. de edi. diui. Adr. Facit, qd̃ vult gl. no. in cle. 1. in ver. subditos, de foro cõpet. quam no. sequitur Bal. in l. omnes. §. executorib. vers. verum si apparitor. C. de Episc. & cler. & pro hoc facit rõ. d. l. exigere dotem. quæ est in traductione mulieris ad domum mariti, ergo debet intelligi de domicilio, in quo habitat maritus, & ita latè tractat D. Alex. in consi. 100. in 3. vol. incip. ex inspectione dictorum statutorum. Nõ obst. d. §. prescriptio. quia procedit quo ad munera personalia ipso iure iniuncta ratione originis, non sic quo ad alia, quæ incidenter contingunt, ita declarat Bal. in l. 1. C. de mu. & orig. lib. 10. ¶ Secundum dubium
26 est, † quid si maritus tempore contracti matrimonij habeat domicilium habitationis in vno loco, & ibi erat statutũ vno modo, postea mutauit domicilium ad alium locum, vbi est diuersum statutum, quod domicilium attendemus, an primum, ꝙ erat tempore matrimonij, an vltimum? Salic. hic tenet, ꝙ vltimum, cùm maritus lucretur ex morte vxoris, ergo debet attendi domicilium vltimum, in quo vxor est mortua, sequitur D. Alex. in prælleg. consi. 100. Tu confirma ex eo, quod tenet Sali. hic in 6. col. inferens se ita consuluisse in vxore Domini Bartho. de Regio, cùm in ciuitate statutum prohiberet maritũ relinquere vxori, & maritus transtulisset domicilium ad aliũ locum, vbi non erat tale statutum, quod attendatur secundũ domicilium, & ante eum idem tenet Bald. in l. si arrogator. in 10. col. ff. de adop. Sed in prima deci. quod debeat attendi illud primum domicilium, & non secundum, tenet D. Anto. de But. in c. 1. circa fi. & ibi Pano. de sponsa. per tex. cum gl. in l. si vxor. ff. de iudi. & quia debet attendi tempus ℈ctus. ¶ In secundo ẽt ℈riũ tenet Alb. de Ros. hic, per tex. no. in arg. in l. nulli. ℣. de Epis. & cle. refert, & sequitur eum Lud. Rom. in consi. 39. inci. in p̃dicta quæstione not. viri. circa fi. & adde, quod dicetur in 2. fal-
27 len. ¶ † Limita communẽ conclusionem non habere locũ in
d sponsis, [d] quia si essent duo statuta loquentia de sponsis, attenderetur statutum loci sponsæ, & non sponsi, ratio quia sponsa
c non sortitur forum sponsi, sicut vxor [e] mariti. [f] glo. in d. l. cùm
f quædam. in princ. ff. de iurisd. omn. iud. ita in specie limitat Bal. in Auth omnes peregrini. in 1. col. in fin. C. commu. de succes. ¶ Secundò limita, quando maritus traduceret vxorem ad do-
g mum sui domicilij, [g] secus si eueniret è contra. ita tenet singul. Bal. in l. fi. in 1. col. C. si à non compe. iud. fue. appel. Addo, quod contrarium de directo tenuit idem Bald. in d. l. cùm quædam
28 puella. in prin. ¶ † Tertio limita dictam conclusionem nõ pro-
h cedere, quando extraneus, puta mater daret dotem, [h] & conueniret in casum dotis restitnendæ sibi reddi, tunc attenderen-

tur statuta loci contractus, & non alia. ita limitat Bal. in rubri. C. de priuileg. do. 1. colu. & ibi limitat. ¶ Quartò, quod tantum locum habeat in contractu dotis, sed non in alijs contractibus celebratis inter maritum, & vxorem. ¶ Quintò singul. limita in muliere verisimiliter ignorante statutum mariti, quod est, quando contrahit matrimonium cum forensi. ita sing. Bald. & bene signa, in c. 1. §. fi. de inuesti. de alie. re fac. in vsib. feud. simpli
37 aliter † ſine ſcandalo coerceri ab vſuris, tunc poteſt Papa diſpenſare cum Iudęis, & quando Papa diſpenſat, præſumitur ex iuſta cauſa diſpenſare, per illud, quod dicit gl. no. in l. relegati. in fi. ff. de pœn. Ad prędicta vide, quod ſingu. decidit Barto. in Auth. ad hęc. in 3. col. C. de vſu. vbi mirabiliter tenet valere ſtatutum laicorum, quo cauetur, ꝙ Iudęi, qui veniunt ad mutuandum ſub leuib. vſuris, puta ad rationem duorum denariorum ꝓ centenario, tractentur, & habeantur pro ciuibus, ſuper quo tñ cogita per d. cle. 1. Imò plus conſuluit d. Alex. in conſ. 57. incip. qm̃ in q. propoſita, &c. valere decretum principis ſecularis, quo cauebatur, ꝙ licitum eſſet Iudæis fœnerari ſub vſuris, & ꝙ eis mutuantib. ſine pignore ſub inſtr̃o reddatur ius ſummarium, & executiuum tam ſuper ſorte, q̃ ſuper vſuris, concludit tale ſtatutum valere, allegat aliqua ex prędictis, ꝙ ego tñ non firmo ꝓp diſpoſitionem d. cle. 1. & vltrà prædicta, an ſtatuta vel conſuetudines laicorum poſſint permittere vſuras, vt valeant, vide gl. in l. eos. §. in traiectitijs. ſuper gl. parua in verbo cõſuetudinis. C. de vſur. & ibi Bal. eam expreſsè no. ad hoc, & Bal. in l. 2. C. de vſur. rei iud. & in l. cũ allegas. ff. de vſur. & aliquid per Fulg. hic, & quid ſi talia ſtatuta eſſent iurata, vide Petr. de Anch. in d. cle. 1. per illum tex. tenere, ꝙ non valent, & gl. magiſtrã. & not. in d. Auth. ad hæc, in gl. mag. ad fi. C. de vſu. quæ mouetur per regu-
38 lam. l. non dubium. in fi. C. de legi. ¶† Quid autem ſit in cauſa dotis, nunquid valeat ſtatutum diſponens, quòd in cauſa dotis ſi mortuo marito hęres ſit negligens in reſtituendo dotem, teneatur ſoluere ad rationem. 10. pro centenario, an iſtud ſtatutum valeat ſaltem fauore dotis. Nam ècõtra non eſt dubium, ꝙ marito ſuſtinenti onera matrimonij licitè debentur vſuræ, quia non ſunt propriè vſuræ, ſed verius damnum, & intereſſe, iuxta. c. ſalubriter. de vſuris. certè Bal. in l. fi. §. præterea. C. de iure dot. concludit tale ſtatutum valere. Contrarium expreſsè determinat ipſemet Bald. & Pau. de Caſt. hic per rationem ſuperius tactam, quia princeps laicus cùm ſit inferior, non poteſt ꝓmittere illud, quod prohibitũ eſt à ſuperiore. Veritas pendet ex traditis per Bar. & alios vbi fortè videbitis, in l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſol. matrim. Bar. in l. atqui natura. §. non tantum. ff. de neg. geſt. in conſi. 118. quod incip. Fran. habuit in vxorem quandam nomine Thomaſiam, &c. Can. in præalleg. c. ſalubriter. & multum latè, & diffusè Ludo. Roma. in conſi. 517. incip. in caſu propoſitæ conſultationis, circa celeberrimorum Doctorum conſilia, &c. in ſecundo dubio principali. Petr. de Anch. in conſi. 150. incip. in q. quæ vertitur inter nobilem dominum. & do. Alex. in conſi. 203. incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ioannem.
39 ¶† Nunquid autem cambia mercatorum [b] ſint licita? *commu-*
b *nis concluſio eſt*, ꝙ ſic, dummodo non excedant communem
* conſuetudinem, & curſum. ita determinat Bal. in rub. ff. de conſti. pecu. in prin. gl. faciens mentionem de iſtis cambijs in l. 3. C. de exercito. & idem Bal. ibi, & Sal. idem firmat, & Bald. in l. 2. in prin. C. de vſur. rei iud. Dy. in c in ciuitate. de vſur. d. Lau. de Rodul. Doctor Florentinus in ſua ſolẽni repe. c. conſuluit. de vſur. in 2. parte. in quæſt. 26. & ſeq. & in 3. parte. in q. 1. Dico ergo, an cambia mercatorum ſint licita. Communis concluſio eſt, ꝙ ſic, dummodo non excedant communem conſuetudinem, & curſum. ita determ. Bal. in in rub. C. de conſt. pec. ita etiã firmat Arch. 14. q. 3. c. 1. & multum latè Sal. in Auth. ad hæc. in 11. q. C. de vſur. Bal. in q. per eum diſputata, quæ dicit ſtatuto cauetur, quod fęnerator. in prin. Io. de Ana. in c. nauiganti. de vſur. Ioan. Cal. in conſi. 11. poſito ſub rub. de vſu. & d. Alex. Imol. in conſil. 61. in 2. volu. incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ioannẽ.
40 in vlt. col. † Quid autem de pecunia, [c] quæ percipitur ex reddi-
c tu montis, vt eſt Genuæ, Venetijs, & Florentiæ, an talis redditus
* ſit licitus, *communiter etiam concluditur*, ꝙ ſic, ita expreſsè firmat Imol. in l. ſi maritus. 2. ff. ſolu. matrimo. de quo vide Bal. in l. 2. §. mutui ff. ſi cert. pet. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nup. Pau. de Caſt. in conſi. 534. Cano. in d. c. in ciuitate, & multum plenè per præalleg. d. Lau. in repet. d. c. conſuluit. in 3. par. in q. 1. quam ponit de monte Genuæ. ¶Quid autem de pecunia, quæ datur pro aliquo annuo redditu. exemplũ, do tibi mille florenos, & tu das mihi quolibet anno. 50. florenos ad rõnẽ quinque pro centenario, & nos vernacula lingua appellamus liuellos, nunquid ſint licita? tangit Bal. in c. 1. in vlt. colum. in titu. ſi de feud. vaſal. ab aliquo fue. interpel. & ibi dicit illum text. facere, ꝙ talis contractus ſit licitus, tamen dicit multos tenere, ꝙ ſit vſura, quia lucrum ex pecunia proueniens eſt certum, & infallibile, ideo conſilium eſt ſecundum eum, ꝙ agatur inter partes, ꝙ ex tali pecunia ematur prædium; tamen ſubdit, caueas ne per tales cautelas animam tuam illaquees. idem Bald. in l. vnica. in 8. colum. in 3. quæſt. C. de his, quę pœ. nom. dicit, quòd iſte contractus multum frequentatur in ciuitate Aſtẽſi, & multi dubitant eſſe cõtractum vſurarium propter lucrum certum & infallibile, præſertim, quando emptor coloratus eſt ſolitus fœnerari. ¶Tandem concludit putare ſe, ꝙ contractus ſit licitus, quando in ciuitate, & regione frequenter exercetur per bonos

ADDITIONES.

a ¶Iudæis. Adde Ioan. de Ana. in c. 1. & in c. conqueſtus. de Iudæ.
b ¶Cambia mercatorum. Adde Io. de Ana. in c. fi. in 61. col. de vſu.
c ¶De pecunia. Adde, quæ poſui in præcedenti. l. in 13. col. in ver. 3. quæro, quid de pecunia, & ibi poſui remiſſiones.

Source : BIU Cujas

bonos,& graues viros,& legales mercatores,a lleg.ad hoc gl.in l.3.§ fi.ff.de eo,quod cer. loc. de quo puncto vide etiam Ioan. And.in d.ca.in ciuitate.& in addi.Spec.in tit.de vſur. ſuper rub.

41 ¶† Quid ſi aliquis emat [a] pro certa pecunia annuum redi-
a tum magnum, quoad vixerit pro vita ſua tantum, vt puta, ſi aliquis dat Eccleſiæ fundum, vt quoad vixerit teneatur eum alere,poſteà,fundus ſit Eccleſiæ, an talis contractus ſit licitus propter incertitudinem, quia poſſet mori,& ℈.annum,& poſt.50.an.& quid ſi iſte tantum viuit, vt redditus percepti ſint maiores, quàm pecunia quam dedit, an in foro conſcientiæ teneatur reddere illud plus, quod accepit vltra pecuniam datam? de his vide Cyn.Bald.& Saly.in l.ſi pater puellæ. per illum tex.C.de inof. teſtam. Cyn. Bald. & Sal.in l.ſi ea pactione.C.de vſur. Ioan.And. in d.c.in ciuitate.& in addi. Spec.in tit. de vſur. ſuper rub. & d. Lau. in d. c. conſuluit.in 2. parte.in 2.q.Pau.de Caſt.& d.Alex.Imo.in l.de fideicom.C.de trāſ. Lud. Ro.in conſil.423. incip. pro pleniori diſcuſſione. in 3. dub. ad fi.& iſta ſufficiant quantum ad materiam vſurarum. ¶ Glo.in verbo diuina. diuiditur in tres.In 1.declarat tex. In 2. opp.& quadrupliciter ſol. In 3.& vlt.ponit vnum dictum.¶Secunda ibi,& quod dicit eos infames.Tertia,& vlt.ibi, hodie verò.¶In eadem. glo.

42 ibi,ſolu.loquitur de infamia facti.† Iſta.1.ſolu.eſt *vera, & com-*
* *muniter approbata*,℘ infamis [b] infamia iuris non poteſt eſſe teſtis.
b ita loquitur regula.d.§.1.l.Iulia.alleg.in gl. Sed hæretici iſto iure non ſunt infames infamia iuris, ſed ſolùm infamia facti, nimirum ſi poſſunt eſſe teſtes.Hodie autem,vt gl.in fin. dicit, & bene omnes hæretici cuiuſcunque ſectæ ſunt infames ipſo iure,& repelluntur à teſtimonio, ideo de eis non eſt diſputandum. ¶Ex iſta prima ſol.gl.habes tu iuuenis duas concluſiones,& ita faciam duos articulos.Prima concluſio eſt, ℘ infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis.Secunda concluſio eſt, ℘ infamis in-

43 famia facti poteſt eſſe teſtis.¶†Et ne laboretis in æquiuoco,debent ſcire iuuenes,quid ſit infamia facti, & infamia iuris,& qui ſint illi,qui ſunt infames de iure, & qui ſunt illi, qui ſunt infames infamia facti:ego reſpondeo vno verbo, ℘ omnes illi,qui numerātur à prætore in l.1.ff. de infam.omnes illi ſunt infames de iure,& text.ibi in illa.l.1.nihil aliud facit.Et vltra illam. l. 1. ſi fieret hodie.l.vel ſtatutū, quo caueretur,℘ faciens tale quid vltra caſus ibi expreſſos eſſet infamis, diceretur infamis infamia iuris. Et ex iſtis infamibus infamia iuris, quidam ſunt qui efficiuntur infames ipſo facto,quidam verò ſequuta ſententia.In-

46 fames†ipſo facto ſunt illi,qui ſtatim eo ipſo,℘ aliqd fecerunt, lex infamat eos,& de iſtis cum maximo miniſterio loquitur prima pars illius. l. 1. ff. de infam. Quidam ſunt infames infamia iuris ſequuta ſententia, hoc eſt poſt quam fuerunt condemnati,& iſtos enumerat tex.in illa.l.1.in 2.parte, & ſic quidam ſunt, in quibus lex infamat ipſum factum de iure, abſq; aliqua ſententia,vt in prima parte illius.l.Quidam ſunt,quos lex infamat demum ſequuta ſententia,vt ibi in 2. par.illius.l. 1. vt ibi etiam magiſtraliter declarat Bart. Quędā eſt infamia facti,& infames infamia facti dicuntur,quando aliquis non eſt de numeratis in illa.l. 1. tamen communiter eſt tale quid,propter quod eorum opin. grauatur apud graues viros, exemplum pone, eſt aliquis ſcholaris,qui in princ.ſtudij non intrat, & non aliter impeditus

45 eſt infamis infamia facti. ¶† Eod. modo quis conuenitur pro aliquo delicto ex actione non famoſa, deſcendente tamen ex delicto, iſte non eſt infamis infamia iuris, ſed eſt infamis infamia facti,& iſtud eſt melius exemplum quod poſſit dari.Exemplum pone,pater, vel patronus commiſit dolum erga filium, vel libertum ſuum, vel aliquid per vim abſtulit filio vel liberto,ſcitis bene,quod ſi eſſet alius, competeret actio de dolo,ſed pater vel patronus ob reuerentiam tenetur actione in factum, pone,quod quis cōdemnatur actione in factum, eſt infamis infamia facti, & ipſe apud graues viros eſt infamis,acſi eſſet condēnatus in actione de dolo,tex.eſt in l.1.ff.de obſeq. à liber, &c. ¶Eodem modo pone, ego ago cōtra te interdicto vnde vi,interdictum non infamat, tamen apud graues viros læditur opinio,& exiſtimatio hominis, ideo dicitur infamis infamia facti, eſt verum,quod infamia facti eſt multiplex,vt declarat Bal.hic in 5.oppo. & in c. 1.an remo.deb.teſt.quia pat. cur.eſſe deſic.Et vide declarationem iſtorum terminorum per Dyn.& Io.And. in regula infamibus.de regul.iur.in 6.¶His præmiſſis, venio ad

46 primam conclu.glo.† quòd infames infamia iuris non poſſunt eſſe teſtes,per l.3.§.l.Iuli.in fin.ff.de teſtibus.melius facit.l.quęſitum.eo.tit.Iſtud limitat Bart.mirabiliter,niſi in ſubſidium cum tormentis,alleg.Barto. in l. ſerui reſponſo, & l. ob carmen.§. 1. qui incipit ſi ea rei conditio.ff.de teſt.bona eſt limitatio,ſi eſt vera, nunquid ſit vera,tu prouecte conſidera, quod leges alleg. per Barto.nihil probant,quia. l. ſerui reſponſo. dicit quòd in caſibus,in quibus creditur reſponſo ſerui, nunquam creditur,niſi cū tormentis.d.l.ob carmen.§. 1. Pone,quòd aliquis ſit in caſu, in quo etiam nō creditur,tū ſumus in caſu ſpeciali,vbi propter atrocitatem criminis admittitur,vt in crimine læſę maieſta.crimine hæreſis,vel ſimoniæ, tunc nunquam admittitur ſine tormentis, ſed ℘ admittatur in ſubſidium,ille tex. verbum nullū, ideo illud,quod dicit Barto.debet intelligi,& ſaluari, quod infamib.infamia iuris ſit credendum, eſt verum non quantum ad

47 probandum,vt dicam nunc vltra Bar.†Adde aliquos ſpeciales caſus,in quib.infamis infamia iuris poteſt eſſe teſtis cum tormē tis,& gl.alleg.tres caſus in d.§.in verbo palàm. Tu vide octo caſus,quos enumerant Io.And.do.Ant.de But.& Panor. in c.fi.de teſti.poſt Spec.in tit.de accu.§.1.ad fi. ¶Circa *fm* de infami infamia facti,gl.concludit,quòd poſſit eſſe teſtis.idem no.glo.in l. nullam.C.de infa.& l.1.in prin.ff.de infa. bene dicunt illæ glo.℘ infamia facti repellit à dignitatibus, & ſi frater inſtituat hęredē infamem infamia facti,& fratrem prętereat,frater poteſt quærelare teſtm̄, quando turpis perſona eſt inſtituta, puta infamis de facto.l.fratris.C.de inoffi.teſt.iſtos duos effectus habet infamia facti,ſed non repellit à teſtimonio.Contrarium,quòd imò infamis infamia facti repellatur à teſtimonio,tenuit gl. in l.2.ff. de Senat.Alibi glo.in l.3.§. duæ autem ſunt cauſæ.in verbo non eandem.ff.de Carb.edi.concor.illas duas gl. & dicit infames infamia facti bene poſſunt eſſe teſtes, ſed eis diminuitur de fide, vide Bar.qui no.loquitur.Adde in quantum dicunt Bar.& Doc. quòd infames de facto poſſunt eſſe teſtes,ſed diminuitur eis de fide,niſi eſſent multum viles,& abiectæ perſonæ,tunc eis non creditur ſine tormentis. Quæ dicantur eſſe perſonæ ſic viles, quib.non creditur ſine tormentis,vide magiſtraliter Bar. in l.ex

48 libero.ff.de quęſtio.¶† Item in quantum Bar.vult quod in cauſa criminali infames de facto non admittantur,& nihil probāt, imò non faciunt indicium,vt dicam nunc.Adde,℘ idem,ſi cauſa eſſet mixta,quia ſcitis,℘ quædam ſunt cauſæ ciuiles, quædā criminales,& quædam mixtę.nam cauſa ciuilis dicitur, quādo pœna applicatur parti,etiam ſi ageretur pro delicto.Vbi autem pœna venit applicanda fiſco,dicitur cauſa criminalis,& debet procedi criminaliter,vt declarant Cano.in rub.de iudi. quando autem pœna veniat applicanda fiſco,vel parti.declarat Bar.in l. agraria.ff.de ter.amo.mixta dicitur,quando pęna venit pro parte applicanda parti,& pro parte fiſco. Dico,℘ illud,quod dicit Bar.in cauſa criminali,habet etiam locum in cauſa mixta, probatur in c.ex parte.de teſti.¶Item no quod dicit Bar.& Docto. quod non ſolùm in ciuilibus,ſed etiam in criminalib. cauſis infames etiam infamia iuris admittuntur in teſtes in ſubſidium

49 cauſa neceſſitatis,qui aliàs non admitterentur. ¶† Confirmo, nam in criminalib.minor.20.ann.non admittitur in teſtem.l.in teſtimonium.ff.de teſtib.Fallit ſingul.in ſubſidium, quando per alios probari non poſſet,tunc in criminalib. minor 20. ann. admittitur in teſtimonium.gl.eſt ſing.in d.l.in teſtimonium,& ibi Albe.de Roſa.eam ſequitur.Idem expreſsè tenet Io.And.in addi.Specu.in tit. de teſti.§.1. ver.item excipitur,℘ eſt impubes.&

c ibidem ſubdit Io.And.quòd idem eſt in fœmina [c] in caſibus,in quib.non poteſt eſſe teſtis,fallit in ſubſidium, quando alij haberi non poſſunt, & iſtud vlt. de fœmina ſequitur dom. Alex.in

50 conſ.24.in 2.volum.incip.animaduerſis.in 4.colum.¶† Ex iſtis omnibus fac regulam, quod in ſubſidium, quando aliter probari non poteſt,admittuntur teſtes, qui aliàs non admitterentur,& ita tota die obſeruatur.¶Limita multum ſing.*ſm*.d.Ant. de Butr.in d.c.tertio loco.per illud, quod ibi vult gl.verè ℘ Bar. & no.in conſi. ſuo quod incip. Quæſtio iſta dubia vulgaria habet.& dom.Abb.Panor.in c.fi.in 2.not.de teſti.cogen. & no.do. Alex.Imo.in conſi 64.in primo volum.incip. Viſo themate,& dubijs,vt procedat, quando teſtes aliàs inhabiles in ſubſidium admittuntur,eſt verum,quando ex natura negotij vel facti habitu, & actu plures teſtes veriſimiliter non poſſunt interuenire,tunc procedit regula ſup. tradita: ſed quando negotium eſt tale, quòd habitu, & potentia potuiſſent interuenire plures teſtes,dato,quòd actu non interuenerint, iſti non admittuntur

tunc

ADDITIONES.

a ¶Emat.Adde apoſtil.quam poſui in præced.l.in 14.colum.verſi. 5. quæro. PVRPV.

b ¶Quod infamis.Adde apoſtillam,quam poſui in præce.l.in 14.col.verſi.proclara intelligentia.
Declara,vt per Villal.inter commun.opin.lib.9.ver.Infamis,& vide quæ ſcribit Capel.Tholoſ.q.174.& dic, ℘ ad hoc vt teſtis in totum repellatur à teſtimonio,oportet,℘ ſit infamis infamia iuris,ſed vt minus ei credatur, ſufficit infamia facti:Doct.in c.teſtimonium.de teſti,Quæ autem, & qualis infamia vitiet dictum teſtis,vide Neuiz.conſi.27.num.26.27.Abb.in c.dilectis.de fid. inſtr.Alex.conſ.152.col.3.lib.5. MASVER.

c ¶In fœmina.Adde apoſtillam,quam poſui in præcedenti.l.1, vlti.col.in verb. 2.ſimiliter fac.de fœmina.

Source : BIU Cujas

tunc in ſubſidium, ita expreſsè dicunt præfacti doct. ¶ Declaro quando negotium eſt tale, quod habitu, & actu, &c. Exemplū, dicunt Doct. aliquid eſt factum in capitulo alicuius Eccleſiæ, vel in domo alicuius, vel aliqd ſecreti inter ꝓſpirātes, iſtis caſib. ex natura negotij veriſimiliter habitu, & actu nō poſſunt multi teſtes haberi, iſto caſu inhabiles in ſubſidium admittuntur. Sed quando eſt tale factum, ex natura cuius habitu poſſunt interuenire multi teſtes; Exemplum, aliquis media die occidit vnum in platea, ibi veriſimiliter habitu potuerunt multi interuenire, pone, caſu euenit, ꝙ ibi tm̄ affuerunt duo minores. 20. ann. in ſubſidium an iſti admittantur? dico, ꝙ non. Ita mirabili-
51 ter limitant Doct. per doct. Bart. † Secundò limita illud, quod vult Bart. quod in criminalib. infames de facto admittuntur in ſubſidium, intellige ſanè, ꝙ admittuntur, non vt probent, ſed vt ſolùm indicium faciant, ita loquitur lex alleg. per Bart. in l. qui. vlt. in fi. ff. de pęn. Ita expreſsè declarant Old. & Bar. hic, & etiam Sal. in fi. commenti ſui, & etiam Fulg. ¶ Item quod dictum eſt infames de facto admitti in ciuilibus ſed aliqualiter diminui de fide, limita ſing. quando agitur de probanda ingratitudine, certè ad probandum ingratitudinem infames de facto nihil penitus probant, ita eſt tex. in c. 1. in verbo integræ opi. & ibi expreſsè no. Bal. in tit. de notis feudorum. in vſib. feud. facit text. in l. fi. C. de ſecund. nup. per quem text. Bald. ibi in fi. no. ꝙ ſi agitur de probanda ingratitudine, nunquam defertur iur. infamib. in ſup-
52 plementum probationis. ¶ † Item quod dictum eſt infames de facto admitti, limita in caſib. in quibus requiruntur teſtes om-
a ni exceptione maiores, [a] quib. nihil poteſt opponi. glo. eſt in §. item verborum. inſti. de inutil. ſtipu. & in c. fi. de conſtan. & affini. quia ſi requiruntur teſtes omni exceptione maiores, infamis infamia facti non eſt huiuſmodi, quia poteſt ſibi obijci iſta macula. Iſtam regulam ponit Bal. in l. optimam. C. de ꝺhen. & commit. ſtipu. Cy. Bal. & omnes in l. qui accuſare. C. de eden. Bart. in l. admonen. & ibi latè dixi. ff. de iureiur. ¶ Item inquantum di-
53 cunt Doct. † ꝙ infami de facto licèt credatur, tm̄ diminuitur de fide, limita ſing. niſi defectus iſtius ſuppleretur per ſuperabundantiam bonitatis alterius conteſtis, tunc nihil diminueretur de fide. Exemplum, ad probandum requiruntur duo teſtes, ego ꝓduco duos teſtes, quorum vnus eſt infamis infamia facti, ſed vnus homo multum notæ, & ſpectatæ fidei in ciuitate, & religioſus, certè ſuperabundantia iſtius ſupplet dictum alterius, & facit, ꝙ ei nihil diminuitur de fide, & facit quod plenè probat Bald. in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur, per illum text. ff. de eden. in vtraq; lect. ſed nō in antiqua. & ibi Ang. & d. Alex. Imo. & Bal. in l. 1. in 3. col. C. de teſt. Sal. in l. in bonæ fidei. in 10. col. C. de reb. cred Lud. Rom. in conſi. 270. inci. in caſu propoſitæ conſultationis; breuiter dictum Fran. &c. in vlt. col. d. Alex. in conſi. 198. & eſt in conſi. 56. in 2. vol. incip. viſo proceſſu cauſæ verten-
54 tis inter Ant. ¶ † Nunquid autem in criminalibus. [b] meretrix
b poſſit eſſe teſtis, eſt doct. *Bar. communiter* ꝙ non: quia in crimina-
* lib. debent eſſe probationes, &c. meretrix non eſt huiuſmodi. ita in ſpecie conſuluit d. Alex. in conſi. 11. in 1. volu. incip. circa primū dubium quo queritur, an aliquis Rex, &c. alię duę ſolutiones gl. nihil valent, quia nimium reſtringunt hunc text. ¶ Eod. modo 4. ſolutio eſt bona in ſe, ſed nō ad iſtum tex. eſt infamis, & ideo pōt teſtificari. Iſtam reprehendūt Bar. & Doc. quia imò pœna infamiæ imponitur ipſo iure abſque alia ſnīa, vt hic per Bar. ¶ Gl. 2. ſuper verbo quos, quę. eſt multum vtilis gl. Nota ex
55 hac gl. † ꝙ ſtatuta [c] ciuitatum non ligant forenſes, qui non ſub-
c ſunt ciuitati, & quotidie allegamus hanc gl. Iſta concluſio indiſtinctè non procedit, quia multi ſunt caſus, in quibus ſtatuta ligāt forenſes. Et quia iſta materia eſt multum alta, & profunda, & tradita in varijs locis. ¶ Diuido eam ſecūdum Cy. Bar. & ſcribentes in tres artic. principales, quibus expeditis erit finis de iſta lege. Primò videbimus, quid in contractib. Secundò quid in delictis. Tertiò, & vlt. quid in vlt. voluntatib. ¶ Circa primum an in contractib. ſtatuta ligent forenſes. Bar. hic poſt Cyn. tradidit au-
* ream doctrinam, cum qua omnes *ſimpliciter tranſeunt*. eandem formaliter repetit de verbo ad verbum ipſe Bar. in d. l. de quib. in repe. ſi eſt Bar. in 19. col. ff. de leg. In contractib. ergo an ſtatuta ligent forenſes, Bar. hic, & vbi s̄. facit tria membra principalia, vide Bar. Aduertendum eſt diligenter in vtroque membro
56 Bart. † inquantum Barto. poſt Cyn. in primo membro concludit, ꝙ in reſpicientibus ordinationem, & ſolennitatem contractus debet attendi ſtatutum loci, in quo contractus celebratur. Ex hoc infertur in ſpecie, ꝙ ſi duo forenſes faciant cōtractum in iſta ciuitate, & in iſta ciuitate adſit ſtatutum, quòd quando celebratur contractus, de eo ſoluitur certa gabella principi, an quo ad iſtos forenſes debeat attendi iſtud ſtatutum, & an liget ipſos forenſes? videretur prima fronte, ꝙ non, quia ſtatuta non poſſunt ligare forenſes. ¶ Contrarium eſt verum per iſtam doctrinam Bart. quia in reſpicientibus ſolennitatem, & ordinationem actus attendimus locum, in quo celebratus eſt actus, ergo, &c. Et ita per iſtam doctrinam decidit expreſsè Bal. in l. 1. in 4. & 5. quæſt. C. de contrahen. empt. Et ſicut forenſis contrahendo in iſta ciuitate ſortitur forum quo ad principalem contractum. l. hæres abſens. in princip. ff. de iudi. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. ita etiam quo ad gabellam, quæ eſt conſecutiua contractus. Et pro iſta concluſione facit in ſimi. bon. text. in l. magis puto. §. illud, & ibi Bald. expreſsè not. ad id, quod proximè dixi. ff. de rebus eo. Eſt verum, ꝙ aliter dicit Bald. in l. multum intereſt. in penul. colum. & ibi per Saly. ad fi. C. ſi quis alte. vel ſibi. Teneo, quod proximè dixi ex doctrina
57 Barto. hic. ¶ † Secundum membrum Barto. eſt, ꝙ in his, quæ reſpiciunt ordinem iudiciorum, ſemper attendendum eſt ſtatutū illius loci, in quo iudicium agitur. Ideo ſi hic eſt ſtatutum, ꝙ à centum libris. ℈. procedatur tali modo. certè debent ſeruari ſtatuta iſtius ciuitatis, per text. in l. 3. §. fina. ff. de teſt. bene facit text. in l. cùm clericis. C. de Epiſco. & cler. l. 1. C. de eman. lib. vbi extenditur iſtud etiam quo ad ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. ad idem text. in §. fina. inſtit. de ſatiſda. & aliqualiter tex. in l. fin. C. de in iniur. Ex iſto membro Barto. ſingu. infero, ꝙ ſi ſit ſtatutum in ciuitate iſta, ꝙ inſtrumenta habeant executio-
58 nem paratam abſque alio libello, † de iure communi inſtrumenta notariorum non habent executionem paratam, tex. eſt in l. minor ann. 25. cui fideicom. in verbo ad initium alterius petitionis redegerat. ff. de mino. ſtante prædicto ſtatuto, pone, inſtrumentum eſt factum in alia ciuitate, in qua non eſt iſtud ſtatutum, ego produco contra te inſtrumentum in iſta ciuitate Papiæ, an habebit executionem paratam virtute iſtius ſtatuti? videretur ꝙ non, quia ſtatutum diſponens, ꝙ inſtrumenta habeant executionem paratam, videtur intelligendum de inſtrumentis confectis per notarios iſtius ciuitatis. Contrarium deciditur ex iſta doctrina Barto. quia in his, quæ reſpiciunt ordinem iudiciorum, inſpicimus ſtatutum loci, in quo iudicium agitur etiam quo ad forenſes. Et ita in ſpecie per iſtam doctrinam Barto. & Docto. colligit, & decidit Bald. qui nihil ignorauit, in l. 1. in 4. quæſt. C. ne filius pro patre, & in l. vnica. ad fi. C. de confeſ. Pet. de Anch. in commen. c. canonum ſtatuta. de conſti. in ver. iuxta prædicta quæro, quid ſi ſtatutum. Paul. de Caſt. in l. 2. C. quemad. teſt. aper. Ludou. Roma. in conſil. 263. incip. ad prædictorum corroborationem, &c. Et ſi tu prouecte diceres, quod imò iſtud ſtatutum videtur reſpicere executionem, & ſic condemnationem non ordinem, & ſic ſumus in tertio membro Barto. reſponde, vt dicam nunc. Et vide, quòd contra decidit ſingu. Barto. & non obliuiſcaris, in l. à diuo Pio. §. ſententiam, in fin. ff. de re iudi. Vbi quærit, quid èconträ: ſi autem ſtatutum diſponeret, ꝙ inſtrumenta habeant executionem paratam ſine aliquo libello, & nulla poſſit opponi exceptio etiam peremptoria, tunc iſtud ſtatutum reſpiceret executionem, & condemnationem, & conſequenter tunc eſſemus in tertio mēbro Barto. vt dicam nunc. Et ita patet ſolutio ad obiectum.
59 ¶ † Tertium membrum [d] Barto. eſt in his, quæ reſpiciunt exe-
d cutionem, & condemnationem ſuper natura contractus, in iſtis non attenditur ſtatutum loci, in quo iudicium agitur, ſed ſtatutum loci, in quo celebratus eſt contractus, per d. l. ſi fundus. Et intellige vbi verè celebratus eſt contractus, non fictè, fallit in dote. Et cum Barto. tenent alij præſertim Saly. hic in 3. colum. qui diſputat, & in effectu cum eo tenet per duas leues rationes, quas non refero. Aliter viſus eſt tenere Paul. de Caſt. in l. 2. in princip. ff. de eo, quod cert. loco. per gloſſ. ibi, quam dicit non ponderaſſe Barto hic. Finaliter tamen tenet cum Barto. ſed cum reuerentia ſua Barto. multum bene in ſeq. colum. ponderauit illam gl. & de ea oppo. ac dupliciter ſolu. vt hic per eum. ¶ Ex iſta doctrina Barto. infertur, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio peremptoria, certè qnia iſtud ſtatutum reſpicit condemnationem, & executionē non ordinem iudicij, ſi eſſet confectum in alio loco inſtrumentum, & produceretur in iſta ciuitate, non attenderetur ſtatutum iſtius ciuitatis, quia iſtud ſtatutum reſpicit executionem, & con-

ADDITIONES.

a ¶ Omni excep. maiores Adde Bar. in l. admonendi. de iureiur. Alex. de Imol in conſi. 18. incip. viſo proceſſu cauſæ. in fi. 3. col. in 1. vol.

b ¶ Nunqd autem in criminalib. Adde gl. in verſi. palàm. in l. 3. §. lege Iul. & ibi Alex. de Imol. ff. de teſt. Inn. in P. cum 1. manconella. de accu. Cardi. Alex. in c. tanta. de ſimo.

c ¶ Statuta. Adde apoſtillam, quam poſui in l. præcedenti, in 4. colu. verb. capio gl. in ver. quos.

d Tertium mem. de reſpicientibus deciſi. vide Soc. conſi. 176. col. 4. Alex. lib. 2. conſi. 21. viſis his. lib. 5. conſi. 37. col. 2. vbi de moneta, &c. & lib. 2. conſi. 37. viſo, & optime. col. 2. & 3. verſi. 3. vbi de datione in ſolutum. PVRPV.

Source : BIU Cujas

& condemnationem, nec iſta condemnatio prouenit propter aliquod factum extrinſecum inſurgens ex aliqua mora, vel ne-
a gligentia, vti in ſeq. membro ſm Bar. hic, ideo attendi debent [a] ſtatuta loci, in quo eſt celebratus ℨctus, & ita ſingu determinat Bal. ex iſta doctrina in l. 1. in 5. q. C. ne fili. pro patre. Et iſtud refert, & reputat multum tenendum menti, & ſequit Paulus de
b Caſt. in d. l. à diuo Pio. §. ſententiam. quicquid in hoc vltimo [b] dixerit idem Pau. in d. l. 2. in prin. in vlt. colu. ff. de eo, quod cer.
60 loc. † Fallit ſm Bar. in dote vel reſtituenda, vel lucranda, in qua non attendimus ſtatutum loci, in quo celebratus eſt cõtractus dotis, ſed ſemper attendimus ſtatutum loci, in quo maritus habet domicilium, per l. exigere dotem. ff. de iud. vbi expreſsè tex. dicit, ꝙ eſt ſpeciale in dote. Item quæ ſit ratio ſpecialitatis, ibi vide gl. & Doct. Et dicit ibi Bal. in prin. ꝙ illa lex. eſt ſingu. & peregrina ſecundum communem doctri. tu dic, ꝙ concor. ſunt in tex. in c. 1. de ſpon. inducendo, vt ibi inducunt d. Ant. de Butr. & & d. Abb. Panor. Et per hoc infert Bar. ad practicam, ꝙ ſi circa lucrum dotis ſtatuta variè diſponant, puta Mediolani eſt ſtatutum quod decedente vxore in matrimonio ſine liberis, lucretur vir tertiam partem dotis, Papiæ eſt ſtatutum, ꝙ lucretur totam dotem. Pone, Papien. accepit vxorem Mediolani, ibi celebrantur nuptiæ, & inſtrumentum. dico, ꝙ attendimus ſtatutum loci, in quo habet domicilium maritus, & ideo lucratur totam dotem. Et in hoc nullus diſcrepat, & dicit Fulg. ꝙ ita contigit in perſona ſua, quia erat Placentinus, & vxor ſua erat Papien. de Becaria, & ea mortua dicit, ꝙ debet attendi ſtatutũ Placentiæ. Ita etiam concludunt Bar. & Bal. Ange. & alij in d. l. exigere dotem. Arch. in c. illud. 12. diſt. & no. Bald. in c. 1. §. fin. de inueſti. de re alien. facta in vſib. fend. d. Anto. d. Abb. & alij in c. 1. de ſpon. vbi etiam examinatur iſta materia, & ita teneas, quic-
61 quid tenuerit Alb. in 2. parte ſtatutorum, in qu. 10. ¶† Extende
* *iſtam communem concluſionem*, ꝙ attendendum ſit ſtatutum loci mariti quo ad dotem vel reſtituendam, vel lucrandam, etiam ſi maritus in inſtrumento tali promiſiſſet reſtituere dotem non ſolùm in loco ſuæ originis, ſed etiam in loco vxoris, & vbicunque fuerit petitum, per iſta generalia verba nõ recedimus, quin ſemper ſit obſeruandum ſtatutum loci mariti. Ita ſing. extendit Bal. nec alibi vnquam legi, in d. l. exigere dotem. ad fin. ¶Iſtam communem conclu. limitat ſing. Sal. hic in 4. colum. in prin. vt procedat, & nunquam obliuiſcaris, quando maritus perſeuerauit in domicilio ſuæ originis vſque ad mortem ipſius vxoris: ſed quando maritus ante mortem vxoris mutaſſet domiciliũ, & iuiſſet ad habitandum in loco, in quo nõ eſt ſtatutum, etiam dicit ſing. Sal. ꝙ non attendimus ſtatutum originis mariti, ſed ſtatutum vltimi domicilij, in quo reperitur maritus habere domicilium tempore mor. vxoris, non allegat aliquam. l. in mundo, niſi ſolùm iſtam rationẽ poſitiuam, quia lucrum dotis delatum à ſtatuto prouenit ex morte vxoris, ergo attendi debet ſtatutum loci, in quo mortua eſt vxor. nullus tangit hic præter eum. ¶Inuenio, ꝙ in ſpecie in iſto caſu contrarium tenet dom. Ant. de But. in d. c. 1. ad fi. de ſpon. per tex. cum gl. in l. vxor. ff. de iud. idem tenet d. Abb. Pan. ibi, & nouiſſimè reueren. d. Præpoſitus Sancti Ambroſij in illo. c. 1. nihil allegant, nec faciunt mentionem de Sal. hic. Addo pro Saly. facere illud, quod ipſemet Sal. dicit ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe in ciuitate Florentiæ cum pleriſq; Doct. in hac. l. in 7. col. fi. vbi ſing. dicit, ſe conſuluiſſe. Statutum eſt in iſta ciuitate, quòd maritus nihil poſſet legare vxori quo ad proprietatem, pone, aliquis Papien. origine habens vxorem in iſta ciuitate, mutauit domicilium, & iuit ad habitandum Vercellis, ideſt tranſtulit domicilium, vbi nullum eſt ſtatutum, quo prohibeatur maritus legare vxori, dicit Saly. ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe, ꝙ attendi dẽt ſtatutũ vltimi domicilij, &
c maritus poteſt legare vxori, quia attendi debet ſtatutum [c] domicilij, quod quis habet tẽpore mortis. Et iſtæ ſunt no. & quotidianæ deciſiones in varijs locis tactæ, teneo in vtraq; contra
d Sal. vna ratione. Nos habemus regulam, ꝙ quãdo quis [d] habet duo domicilia, vnum originis, & aliud domicilium, quod poſteà ex accidenti habuit, & in vno domicilio ſtatutum contrariatur alteri, vel eſt diuerſum, iſta eſt regula, ꝙ ſemper debet attendi ſtatutum originalis domicilij, non accidentalis. tex. eſt, qui decidit vtrunq; caſum, in l. libertus. §. præſcriptio. ver. fi. qui incipit, cum ſimul. ff. ad municip. nec ibi dicit text. ꝙ attendatur illud domicilium, in quo moritur. ¶Et ita in primo caſu contra Sal. tenent Cano. in d. c. 1. ¶ In ſecundo caſu contra Sal. tenet Ludo. Roma. faciens mentionem, & reprehendens per rationem proximè adductam, & per quædam alia, quæ non curo referre, in conſi. 29. incip. in propoſita quæſt. nobilis viri. circa fi. idem tenet Alb. de Roſa. hic per bon. tex. in ſimili in l. nulli. C. de Epiſco. & cler. ¶ Ex iſtis reprobata limitatione Sal. amplia ſing. communem deciſionem, vt procedat, quòd attendi debet ſtatutum domicilij mariti, etiam ſi maritus mutaſſet domicilium, & mortuus eſſet in loco domicilij mutati, adhuc attendi debet ſtatutum originis, ego limito communem doct. in marito, & vxore procedere, prout Doc. loquuntur, ſecus eſſe
62 in ſponſis. † Pone tale ſtatutum dicit, ꝙ mortua ſponſa, [e] ſpon-
e ſus tantum lucretur, quia tunc attendit ſtatutum loci, vbi celebrata ſunt ſponſalia, non ſtatutũ loci originis, quia tunc ceſſat ratio. d. l. exigere dotem. quia per ſola ſponſalia nõ attendimus locum mariti, nec domicilium mariti. ita ſingulariter limitat
f Bal. [f] ad literam in Auth. omnes peregrini. in 2. colum. ad fin. C. commu. de ſuc. Secundò limita ſingulariter communem concluſionem, vt procedat, quando maritus ducit vxorem ad locum domicilij ſui, ita propriè loquitur tex. & ratio. d. l. exigere dotem. Si autem è contra vult vxor trahere maritum ad locũ vxoris ſuæ, tunc non attendimus ſtatutum loci mariti, ſed ſtatutum loci vxoris, ita ſingulariter limitat Bal. in l. fi. in 2. col. C. ſi à
63 non compe. iud. fu. appel. ¶† Tertiò ſingulariter limita, vt procedat ſolùm quo ad ipſam vxorem, ita propriè loquitur ratio. d. l. exigere. Secus eſſet quantum ad alium, puta matrem, quæ dediſſet dotem, & cõueniſſet de ea reſtituenda, ſm ꝙ ius diſponit, nunquid tunc in dote lucranda attendemus ſtatutum loci mariti? certè non, ſed ſtatutum loci, in quo celebratus eſt ℨctus dotis, quia mater non intendit ire ad habitandum cum ſuo genero, prout facit vxor, & ſic ceſſat ratio. d. l. exigere dotem. ita ſing. limitat Bal. in rub. C. de priuil. dotis. in 2 colu. in fi. & ibi tradit illam not. limitationem ad d. l. exigere dotem, & ꝙ habeat locum non ſolùm in ℨctu dotis, in quo ſpeciale eſt, vt omnes dicunt. Secus eſt in omnib. alijs ℨctib. celebratis inter maritum, & vxorem. Super quo vlt. cogita tu proueẽte, an ratio ſpecialita
64 tis militet in alijs ℨctibus. ¶† Quartò limita, niſi vxor errauerit, puta, quia vxor ignorabat maritum eſſe forenſem, vel alterius domicilij, vel ignorabat in loco mariti eſſe aliud ſtatutum iuris communis, fiducia confiſa ſimpliciter ℨxit, tunc ſibi non obſtaret ſtatutum domicilij mariti, ita ſing. limitat Bald. in c. 1. §. fi. de inueſt. de re alien. fac. in vſib. feud. ¶ Quintò, & vlt. pro nunc limitat ſing. & mirabiliter Ang. in d. l. exigere dotem. niſi bona data in dotem eſſent ſita in ciuitate vxoris, tunc in dote lucranda quo ad bona alibi ſita ideo attenderetur ſtatutum originis mariti, & iſtud procedit tenendo vnum intellectum, quem tradit
* Ang. ad d. l. exigere dotem. ſed *communiter non tenetur*. Veritas pẽdet ab his, quæ ponit Bar. hic. in 2. q. prin. dum tractat, an ſtatutũ porrigat effectum ſuum quo ad bona alibi ſita extra territo-
65 rium. † Vltimò not. ꝙ ſtante prædicto ſtatuto, ꝙ decedẽte vxore in matrimonio maritus lucretur dotem, iſtud ſtatutum non habet locum quo ad res feudales datas in dotem. tex. eſt not. & ſignandus in c. 1. §. fi. & ibi Bal. eum ad hoc not. de inueſt. de re alien. fac. in vſib. feud. ad idem facit tex. in c. 1. & ibi Bal. ad hoc. no. an maritus ſucce. vxori in beneficium. Bal. in Auth. res quę. in 2. col. C. commu. de leg. & in c. imperialem. in prin. c. in 4. col.
66 de prohib. feud. alien. per Fede. quod multum not. ¶† Item inquantum Barto. concludit, ꝙ in his, quæ veniunt præter naturam ex aliqua mora, vel negligentia attendi debet ſtatutum loci, in quo ſolutio debet fieri, per l. vinum. ff. ſi cert. pet. l. pen. & fi. ff. de tritica. & expreſſus in l. 1. in princip. iuncta glo. ff. de vſu. Per hoc infertur ſecundum Barto. ad quęſt. ꝙ ſi in ciuitate Bononien. ſit ſtatutum, ꝙ ſi creditor ſteterit. 10. ann. ad petendum creditum, præſcribatur: pone, Bono. exiſtens Romæ promiſit Florentino ſoluere in ciuitate Bononiæ. pone, Florentinus ſtat per. 10. ann. quòd non petit, certè erit excluſus virtute ſtatuti Bono. quòd attendi debet, ex quo Bononię debebat fieri ſolutio, & ibi commiſſa eſt negligentia per creditorem. Et ita cum Bart. tranſeunt alij. iſtud limitat Sal. hic in 3. colum. ad fin. vt procedat in terminis Bar. ꝙ ſolutio erat deſtinata in vno loco tm̃, puta Bon. vbi eſt illud ſtatutum. Secus ſi ſolutio fuiſſet deſtinata in plurib. locis. nam debitor conuentus in alio loco non poſſet opponere de ſtatuto Bono. quod non habet locum extra ſuum territorium,

ADDITIONES.

a Attendi debent. Vide. l. fundus. ff. de euict. & l. 2. C. quemad. teſta. aperi. Doct. in c. ꝙ clericis. de for. compe. PVRPV.

b Vide, quia ratio Pauli vera videtur per l. 1. ff. de re iudi. iũcto, ꝙ ſi ſoluatur indebitè, ex tali ſtatuto datur repeti. PVRPV.

c ¶Statutum. Adde, ꝙ contrarium tenet Alex. conſi. 102. col. 3. lib. 3.

d Quando quis. Adde apoſtillam, quam poſui in l. præcedenti. in 5. colum. ver. dubium facit.

e Mortua ſponſa. Adde Pet. de Anch. in c. quemad. de iureiur. per eundem in repe. c. canonum. de conſti. Card. Zab. in c. ex tenore. de teſta. Matheſi. in c. ſi vero. de ſent. excom. Signorolum de homod. conſ. 146. incip. in q. vertente.

f ¶Bal. Adde eundem Bal. conſi. 199. lib. 3. conſi. 110. lib. 2. & iſtud dictum Bald. dicit ſingu. Felyn. in c. 1. colum. penul. ver. limita ptimo. extra de reſcrip. BELLOT.

Source : BIU Cujas

ritorium per d.l.fi.ff.de iuriſ.omn.iud. & l. ex ea. cum glo.ff.de poſtu.& bene dicit,nec aliud voluit.¶Vnum tñ perpetuò not. pro limitatione huius ſtatuti, & doct.Bart.hic, q̃ ſi iſte Florentinus creditor ſtetit per 10.ann. ad petendum creditum ſuum, & dum petit Bonon. opponitur ſibi de ſtatuto Bonon. quod erit remediũ?certè huic creditori forenſi,qui veriſimiliter ignorauit iſtud ſtatutum Bonon. ſuccurritur per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali aduerſus tale ſtatutum, iſta eſt ſing.deciſio Inno.in rub.de conſuetud.quam ibi ſequuntur, & commendant Io.And.& do.Anto.de But.& inuenio,q̃ eam refert,& ſequitur Io.Fab.hic,in 6.col.& d.Alex.Imo.in conſi.179. incip.viſo,& opportunè diſcuſſo proceſſu.in 8. col. in 5. volu. quod multum no.ad iſtud ſtatutum. ¶Item per hanc doctrinam deciditur alia quæſtio,quam Barto.dicit ſe habuiſſe de facto in l.1. ad fi.prin. ff. de vſu. vbi videas.Et per iſta ſit expedita
a prima quæſtio Bar.quid in contractibus. ¶Secunda [a] principa-
67 quæſtio Bar. eſt,quid in delictis, † an ſtatuta ligent forenſes in delictis:exemplum pone,q̃ Paduæ eſt ſtatutum,q̃ ſi quis furto ſurripuerit rem valentem.10.libras, q̃ iſte fur debeat furca ſuſpendi,pone,forenſis Paduæ ſurripuit rem valentem.10.libras, an debeat furca ſuſpendi?Bar.facit duos caſus principales, vide Bar.qui dicit ſic:aut illud quod facit forenſis,erat omnino delictum de iure communi, vt in quæſtione proxi. s̃.& tunc debet puniri ſm ſtatutum loci,in quo deliquit,tex.eſt in Auth.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi opor.quem tex. Cy. hic inducit in verbo illic etiam iuri ſubiaceat,intelligunt, iuri,ſiue communi, ſiue ſtatutario,alleg.etiam Bar.gl.expreſſam in c. à nobis. el 1.in glo.magna. de ſent. exc. vbi glo. expreſsè firmat.deberet hic allegare Iac.de Are.& Dyn.in l.ſi cui.§. pe.ff.de accu. ¶In contrarium tamen dicit ſtringere tex.in l. 1. C. vbi Senato. vel clariſſi. & dicit Barto. reſpondẽ,vt ibi per Cyn. Credo q̃ Bart. puderet referre ſolutionem Cyn. dicit text.ibi,publicis legibus ſubiugetur.exponebat Cy.ſcilicet iuris communis,vel ſtatutarij illius regionis.Aut verò illud,quod facit forenſis,de iure communi nõ eſt delictum,ſed bene ratione ſtatuti,puta ſtatutum punit euntem de noctè cum armis,iſto caſu dic clarius,quàm Bar.ſi quæras,an iſtud ſtatutum comprẽhendat forenſem, dic q̃ ſi forenſis fuit ignorans,non punitur.l.fi.ff.de decret. ab ord.fac.Secus ſi fuit ſciens,aut ignorantia fuit craſſa,& ſupina.tex. eſt no.in c.2. de conſti.in 6. ¶Præſumitur autem ſciuiſſe forenſis ex duobus ſm Bar.primò ſi diu fuit conuerſatus in illo loco, per tex.in l.2. in verbo degit, cum glo. in tertio intellectu. C.vbi de crim.agi opor.¶Item præſumitur ſciuiſſe,qñ illud regulariter eſt prohibitum,per tex.not.in l.fi.§.quoties quis, quem ibi not. Bar.ff.de publi.& vecti.in primo membro.Bar.ergo facit not.concluſio-
68 nem,† q̃ ſtatutum puniens illud,quod eſt delictum de iure cõmuni,ligat forenſes etiam probabiliter ignorantes,ita not.vult Bar.tex.tamen,quem allegat Bart. non multum ſtringit,videlicet illa Auth.qua in puincia, quia ſi intelligeretur ibi in tex.illic
69 etiam iuri,ſcilicet etiam ſtatuto, eſſet magna violentia.¶† Poteſt etiam comprohari ſm Cy. nam bonum eſt arg. de ꝯctibus ad delicta.l.omnem. ff.de iud. ſed in ꝯctibus attendimus ſtatutum loci,in quo ꝯhitur.l.ſi fundus. ff. de euict. dictum eſt. s̃.ita idem erit in delictis,quia attendimus ſtatutum loci, in quo delinquitur, præſertim quia ita quis ſortitur forum delinquendo ſicut ꝯhendo,glo. eſt in l.hæres abſens.§.1.ff.de iud.¶Et ſi dicis, iſte forenſis grauius punitur,quàm credebat,& tñ in delictis p̃poſitum delinquentis multum debet attendi, tñdetur ex quo dabat operam rei illicitæ, non curamus propoſitum, an erret, iſtud probat tex.no.in l.vulgaris.§.ſi quis æs.ff.de fur. bene facit tex.in l.eum qui.§.ſi iniuria.ff.de iniur. poteſt etiam allegari tex. in l.ſaccularij.§.ſunt quædam.ff.de extraord. cri. & dixit Bal.in l.3.in fin.C.de nox. q̃ ille tex.eſt melior de iure, quòd per conſuetudinem genera pœnarum taxari poſſunt, bene fateor, q̃ non aperit,an forenſes ligentur.iſtam concluſionem Bart.tenet ſimpliciter Fulg.hic,& alij non tangunt;ita etiam tenet Petr.de Anch.in commento. c. canonum ſtatuta.in 12. q. de conſtit.& in c.2.de conſti.in 6.& gl.magna in d.c.à nobis. el 1. & ibi dom. Anton.de But.de ſent.excom.idem tenet Io.de Imo.poſt Io.de Lignano in c.cognoſcentes de conſti.& in c.fi.in 4.col.eod.titu. ſed dura nimium eſt iſta deciſio Bart.Contrarium tenuit Ioan. And.in d.c.2.de conſti.in 6.& ibi Dominicus de Sancto Gemi. in 2.col.& Io.And.in addi.Specu.in titu.de conſti. in ver. quid ſi extraneus,& ver.ſeq.per text. in d.c.2.iungendo principium cũ fine.Et quia habens animum delinquendi,etiam ſi dat operam rei illicitæ,non tamen debet puniri vltra menſuram animi,tex. eſt in cap.ſi verò.el 1. de ſenten. excommu. Ad idem bon.text. in l.verum.2.in princip.& in l.qui iniurię.ff.de furt.nam bene verum eſt,quod ex quo dat operam rei illicitę, quòd debet puniri de iure communi,ſed ſecundum ſtatutum,quod ignorat,nequaquam.ita tenet dom.Anto.de Butr.in d.capitu.cognoſcentes.d.Pan.in d. capitu. à nobis. de ſenten. excommu.dicit,quòd licèt ſententia Barto.hic videatur de rigore iuris verior, tamen
70 ſecunda eſt æquior. ¶†Et pro iſta vltima in contingentia facti multum ſtringere videtur, quia in criminalibus, quando opiniones Doct. ſunt variæ,debemus ſequi illam opin. quæ imponit mitiorem pœnam.l. ſi de interpretatione. & l. ſanctio legũ. ff.de pœ.Et dicit Cyn.hic in princip.quæſtio.quòd licèt Petr.dubitando viſus ſit tenere primam opin. tamen iudicando alia eſt melior. ¶Item inquantum Bart. in ſecundo membro loquitur de forenſi.Adde quòd ea quę ipſe dicit in forenſi,habent locum
b etiam in ciue nouo, [b] allegatur text.pro ſing. in l. qui cum vno. §.fin.ff.de re milit.quem pro ſingulari exclamat Ludo. Roma. in ſingularibus ſuis ſingu. 74. incip. nunquid ciui nouello. Tu adde meliorem text.in l.qui commeatus.§.tyroni.ff.de re milit. firmat Bal.in l.data opera. in 11.colum. C.qui accu.non poſſ.in reliquis ad hanc materiam vide Barto. idem tenentem q̃ hic, in l.de quib.in repe.ſi eſt repe.Barto.in 18.col. ff.de legib. Ludo. Roma.in conſ. 228. incip. pro plena diſcuſſione.in 3.colum. & in conſi.331.incip. in caſu propoſitę conſultationis breuiter dictum.Et per iſta ſit expedita ſecunda quęſtio principalis Barto.
71 ¶† Tertia principalis quæſtio eſt in vltimis voluntatibus, an ſtatutum comprẽhendat forenſes, puta in ciuitate Venetia-
c rum [c] eſt ſtatutum, vel conſuetudo,quòd teſtamentum poſſit fieri cum duobus vel tribus teſtibus. In iſto themate dubitatur de tribus,primò an iſtud ſtatutum valeat.Secundò poſito,q̃ valeat,an compẽrhendat forenſem Venetijs teſtantem;Tertio poſito,quod compræhendat,an extendatur ad bona alibi exiſtentia quàm Venetijs,& iſti tres paſſus ſunt multum ſubtiles,& diſputabiles,& aliàs publicè diſputaui. Circa primum, an valeat talis conſuetudo,vel ſtatutum diminuens ſolennitatem numeri teſtium,quòd valeat cum duobus,vel trib.teſtib. Iſtam quæſtio.latè diſputauit Iac.de Are.& incipit iſta diſputatio, ſm conſuetudinem ciuitatis Venetiarum,& eſt inter conſilia Bar.& ibi Iac.de Are.ſubtiliter arguit ad partes,finaliter concludit non valere iſtud ſtatutum,vel conſuetudinem,ita etiã tenet Old. Lau. in conſ.148.incip.præſuppoſita conſuetudine.ſequitur Io.And. in addi.Spec.in tit.de inſtr. edi. §. compendioſè.in ver.ſed nunquid de conſuetud.cum ver.ſeq. Eam latè defendit Imo.in l. 3. ff.de teſt.Et ad eam inclinant.d.Ant.de But.& d. Abb. Pan.in c. 2.vbi eſt locus ſuus.de prob.Pro iſta ſententia diſputationis gratia multa adduci poſſunt, quę aliàs particulariter inducebam, nunc omiſſo multiloquio,& non neceſſarijs prętermiſſis, refe-
72 ro illa fundamenta,quę ſtringunt.† Primò ſtringit ratio,nam q̃ in teſtamentis requirantur ſeptem teſtes,fuit inductum ratione falſitatis euitãdæ,tex.eſt in l.fi.C.de fideicom. tex.in l. iubemus. C.de teſt.ergo ſtatutum, vel cõſuetudo diminuens numerum ad tres,eſſet inductiuum falſitatis,non ergo valet. c. ex parte.de conſuetud.in Auth.vt nulli iudiciũ.in prin.collat.9.¶Ad hoc ſolebam aliàs multipliciter rñdere, mihi placet illa elegans ſolutio,quæ colligitur ex verbis no.Bar. in alio propoſito in 14. col. in ver.ad ꝯrium rñdeo.nam illud eſt,&c.vbi dicit Bar.q̃ ſtatuẽtes,qui ſtatuunt q̃ in teſtamentis duo teſtes ſufficiant,non ſtatuerunt,vt inducerent falſitatem,nec præbeant materiam falſitati,ſed eo quia confidebant de fide,& legalitate ciuium ſuorũ, & in ſtatuentib. pręſumendum eſt, q̃ iuſta cauſa ita ſtatuerint. Secundò pro iſta parte ſtringit multum tex.in l.fi.C.de teſt. quę infinitis modis inducitur,inter cęteros multum obſtat ſic inducendo, nam per illam. l. reprobatur conſuetudo,per quam diminuit numerus ſeptem teſtium in teſtamentis, niſi in ruſticis, quibus confirmatur conſuetudo diſponens,quòd cum quinq; teſtibus poſſint ipſi ruſtici teſtari non ſimpliciter, ſed in illis lo-
73 cis tantum,in quibus non habetur copia perſonarum.† Modo ſic eſt, q̃ vbicunque lex reprobat conſuetudinem,intelligitur reprobare non ſolùm conſuetudinem præteritam, ſed etiam futuram,ita colligitur ex doctri.Bart. & aliorum in l. ſi mihi, & tibi.in §.in legatis.ff.de leg.1.Cyn.& Bald.in l. 2. C. quæ ſit long. conſuetud.Cano.omnes in c.2.de conſuetud. & Cano. omnes reprobata gl.ibi,quæ tenet contrarium in c.ſtatutum.in prin.de elect.in 6.ergo etiam illa. l.fi.intelligitur reprobare illas conſuetud.præteritas,cõſequenter intelligitur habere clauſulas derog. ad cõſuetudines futuras, ergo ꝯſuetudo poſteà facta Venetijs non valet Auth.nauigia.C.de fur.cũ ſuis concor.Et p̃ hoc appareret,q̃ ſolutio,q̃ dat Bar.hic ad illã.l.fi.ſequẽdo Cy.ĩ l.dudũ.C.de ꝯh.emp.dum dicit,q̃ illa.l.fi.non tollit ꝯſuetudines futuras,ſed tñ p̃teritas,eſt falſa.Et de hoc fundamẽto facit magnũ capitale dom.

ADDITIONES.

a ¶Quæſtio de delictis forenſium.vide Cor.lib.1.conſi.214.& 299. PVRPV.
b ¶Ciue nouo.Alex.in l.ſi pater.col.3.ff.de acquir.hære.PVRPV.
c Venetiarum.Adde Doct.in c.cum omnes.de teſt.& ibi diffuſè per Barb.

Source : BIU Cujas

dom. Alex. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. & Illuſtris Doct. d. Fran. de Aret. in d. c. 2. de proba. videns, ꝙ difficultas huius paſſus reducitur ad hoc fundamentum, latè diſputat an verum ſit, ꝙ l. ſimpliciter reprobans conſuetudinem, intelligatur reprobare ẽt futuras conſuetudines, vt ibi latiſſimè per eum. ¶ Tenẽdo communem ſententiam, à qua turpe eſt recedere, ꝙ lex ſimpliciter reprobans conſuetudinem, intelligatur reprobare non ſolùm præteritas, ſed etiam futuras. Iſtud fatendo reſpondeo in forma ad illam. l. fin. & dico ꝙ per illã. l. fin. nulla reprobatur conſuetudo, ſed tantum conſuetudo præterita ruſticorum, limitatur vt non poſſit valere cum minori numero quinque teſtium, & in illis locis tantum, in quibus eſt penuria perſonarum, & ꝙ ibi nõ reprobetur aliqua conſuetudo patet, text. enim dicit in ver. ſancimus itaque in omnibus ciuitatibus, & caſtris vrbis Romanę, vbi & leges noſtræ manifeſtæ ſunt &c. & ſic illa. l. non infirmat aliquam conſuet. ſed tantum confirmat præteritã, vt dicit Bar. Ioan. de Imol. proculdubio eximius. s̃. omnes Mod. perpendit de iſta ſolu. in l. 3. ff. de teſt. & ſubtiliter inducit, ꝙ imò iſta. l. fin. prohibeat omnes conſuetu. & ponderat tex. in illa aduerſatiua, in illis verò locis. nam aduerſatiua debet aduerſari præcedentibus in iure, & in facto. l. hoc amplius. §. de his autem. vbi Bart. ff. de damn. infect. cum ſimi. ergo vt illa aduerſatiua aduerſetur in facto, cùm ibi confirmet conſuetudinem ruſticorum, ergo dicitur infirmare alias conſuetu. aliàs non bene aduerſaretur in
75 facto. ¶ † Item nõ eſſet bona exceptio, cùm exceptio debeat eſſe de contentis ſub regula, vt declarat Bart. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. ¶ Ad iſtud reſpondet dom. Fran. de Aret. in d. cap. 2. ꝙ ibi illa aduer. ſtat impropriè, & non aduerſatur in facto. & iſtud eſt ne inducatur correctio aliarum cõſuetudinũ. Vel dicit, ꝙ ſatis aduerſatur in facto in alijs, licèt non quantum ad conſuetudinem. Vel aliàs, & melius reſpondetur, ꝙ regula communis, quæ habet, ꝙ lex prohibens ſimpliciter conſuetudinem, intelligitur prohibere nedum præteritas, ſed futu. conſuetudines, eſt verum, quando lex expreſsè prohibet, ſecus eſt qñ tacitè, vt in caſu noſtro ſecundum inductionem Imol. quia tacita prohibitio non impedit conſuetudinem, expreſſa verò ſic, text. eſt de hoc ſolennis, & not. in l. fin. in princip. & ibi expreſsè not, Barto. ff. de leg. 2. inducendo, vt ibi per Bart. & iſtam ſol. etiã ſentit dom Franc. in d. cap. 2. ¶ Secundò, & fortius ſtringit text. in ead. l. fin. in illis verbis, minus autẽ nullo modo conçedimus.
76 † Nam iſta verba nullo modo, ſunt tantæ importantiæ, ꝙ impediunt poſſe diſpenſari contrarium ab inferiore ab Imperatore, & impediunt quamcunque conſuetudinem, vel ſtatuta in cõtrarium, & ſic iſta verba habent clauſulam derogato. expreſsè, gloſſ. eſt de hoc fin. in clem. vt hi qui. in verbo concedamus. de æta. & quali. quam pro ſin. alleg. Angel. & Imol. in l. ſi quæramus. ff. de teſt. Imol. in cap. 2. de teſt. & propterea dicunt, quòd cùm in l. fin. in fin. C. de teſt. mil. dicatur, ideoq; hoc fieri nullo modo concedimus, non valeret diſpenſatio. l. vel ſtatuti in contrarium, ſi non eſſent Imperatores, & in terminis iſta eſt doctri. Barto. licèt illam glo. non alleget, in l. omnes populi. in 3. quæſt. in princip. ff. de iuſti. & iu. ergo apparet per illa verba, minus autem nullo modo concedimus, non valere conſuetudinem teſtandi cum duobus, vel tribus teſtibus, prout eſt conſuetudo Venetiarum. iſta fuit ſubtilis inductio de illo text. d. Alexand. in d. l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. & tanto magis cùm. l. ſemper lo-
77 quatur, & ſit in viridi obſeruantia. l. Arriani. C. de hære. ¶ † Ad iſtud ego reſpondeo, & eſt mea noua reſponſio, quam nullibi inuenies, & ita dico, quòd eſt aduertendum, aut lex vtens iſtis verbis nullo modo, loquitur prohibitiuè, & tunc eſt veriſſimum fundamentum, quòd non poteſt diſpenſari per ſtatutum, vel conſuetudinem: aliquando lex non loquitur prohibitiuè, ſed loquitur non permiſſiuè, & tunc eſt ſecus. nã ſi tex. in l. ſi. dixiſſet minus autem nullo modo valeat, vel dixiſſet nullo modo fieri poſſet, tunc procederet argum. & tunc lex loquę retur prohibitiuè, & dicẽdo nullo modo, importaret bene tũc, quod non valeret diſpenſatio, vel conſuetudo in contrarium, ſed tex. in d. l. ſi. non loquitur per verba prohibitiua, ſed per verba non permiſſiua, dicit enim text. ſic, minus autem nullo modo conçedimus, & ſic Imperator nullo modo vult permittere, per hoc non obſtat, quin alius poſſit permittere, & ꝙ ita ſit, videas verba Barto. quæ iſtud volunt rectè intuenti, quia ſi lex loquitur prohibitiuè, & c. in d. l. omnes populi. in 3. q. in princip. Iſtud probo per duos tex. ſimul iunctos in l. pen. & fin. C. de ſen. ex bre. reci. inducendo, vt ſin. inducit ſolus Sal. in illa. l. fin. C. de ſen. ex bre. reci. dicit text. in l. pen. ꝙ ſententiæ proferantur in ſcriptis. Iſtud idem dicit. l. fin. Saluo, ꝙ addit pœnam. nam dicit, ꝙ ſi non proferantur in ſcriptis, ſententia ſit nulla, dicit Sal. in d. l.
78 fin. videtur, ꝙ iſta ſit ſuperflua. † Quia quando lex aliquid prohibet, ſiue procedat vltra annullando, ſiue non, ſemper eſt actus nullus. l. non dubiũ. vbi Bar. & omnes no. C. de legib. ergo cùm. d. l. pen. loqueretur prohibitiuè, licèt non adijciat pęnam nullitatis, tamen intelligitur apponere pœnã nullitatis, ad quid poſteà facta eſt. l. fin. quæ ponit pęnam nullitatis? Reſpondet Saly. ſingulariter, & iſtud eſt propoſitũ noſtrum, quod qñ lex vtitur verbis prohibitiuis, bene dicitur annullare actum, etiam ſi non dicat. Sed in l. pen. Imperator non vtitur verbis prohibitiuis, ſed verbis non permiſſiuis, quæ non habent importare annullationem actus, ideo fuit opus. l. ſi. quæ addidit annullationẽ actus. Et iſtam fin. limitationem not. ad regulam. d. l. non dubium. ita dicam in propoſito. ¶ Vltra alios poteſt induci. d. l. ſi. in illis ver-
a bis geminatis, a quæ ego multum pondero ibi, quinque teſtes modis omnibus adhiberi iubemus, minus autem nullo modo, quæ verba geminata multum ſolẽt importare. l. Baliſta. in prin. ff. ad Treb. tamen nec iſtud neceſſariò concludit, quin conſuetu
79 do poſſet ℨrium inducere. † Et tenendo iſtam partem, ꝙ non valeat conſuetudo, vel ſtatutum, de quo. s̃. limitant omnes, & in hoc nullus diſcordat, vt procedat niſi talis conſuetudo, vel tale ſtatutum eſſent inducta de cõſenſu expreſſo Imperatoris, quia ex quo Imperator ſcit, & conſentit, intelligitur eis concedere in priuilegium, & iſto caſu valeret talis conſuetudo, vel ſtatutum non in vim ſtatuti, ſed in vim priuilegij, in iſtis terminis procedit propriè tex. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. qñ ergo ciuitas induceret conſuetudinem, vel faceret ſtatutum, ꝙ valeat teſtamentum cum duob. teſtib. ſciente Imperatore, valeret iſtud ſtatutum in vim priuilegij, ac ſi Imperator conceſſiſſet priuilegiũ, ſed non valeret in vim ſtatuti. Et ſi diceres tu ſubtilis, quæ vtili-
80 tas eſt, an valeat in vim priuilegij potius quã ſtatuti? † Rñdeo not. ꝙ vtilitas eſt, ꝙ ſi Imperator non tolleret omnia ſtatuta, nõ venit ſtatutum, ꝙ valeat in vim priuilegij, quaſi habeat aliquid plus, text. eſt in l. decurionibus. C. de ſilen. lib. 12. bene facit text. in c. cùm ordinem. de reſcri. hanc regulam tradit Bal. in l. ſancimus. ad fi. in tit. quo temp. miles. in vſi. feud. & in l. non plures. ℨ. de ſacroſ. eccleſ. & in l. 1. in 1. col. ff. de conſti. prin. facit tex. in §. ſi quæ verò. & ibi Bal. s̃. de no. Cod. confir. Eſt verum, ꝙ iſtud poſſet limitari, ſed non declaro modo. ¶ Contrariam opin. ꝙ im ò valeat ſtatutum de quo. s̃. tenẽt Cy. Bar. Bal. Sal. & Fulg. hic, Bar. Bal. & Sal. in l. ſi non ſpeciali. & in l. fi. C. de teſt. Bald. in l. ſed & ea. in ſecunda lect. ff. de leg. Ang. & Paul. de Caſt. in l. 3. ff. de teſt. firmat Spec. in tit. de inſtru. edi. §. compendiosè. in ver. ſed nũquid de cõſuetudine. cum verſ. ſeq. Bar. in repe. l. de quibus, ſi eſt Bart. in 19. col. ad fi. & ſeq ff. de leg. vbi formaliter ponit ea oĩa, quæ ponit hic, ita etiam tenet Ang. in conſil. 126. inci. teſtamenti fa-
* ctio publici iuris eſt, & *iſta eſt communis.* ¶ Pro iſta cõi ſententia Bart. & Doct. faciunt tria fundamenta, quib. facilè eſt rñdere, & p̃ſertim dum dicũt, ꝙ in teſta. militis, & in teſt. patris inter filios fuit ita ſtatutũ, rñde, ꝙ illud fuit ſtatutũ ab Imperatore, in quo nemo dubitat. Omiſſis leuibus pro cõi adduco fortè fundamẽtũ, & eſt meũ nouũ arg. Nemini dubiũ eſt, & omnes fatẽtur, ꝙ Imperator poſſet iſtud ſtatuere, ſicut ſtatuit in milite, & inter
81 patrẽ, & filios, & ideo eſt, ꝙa iſta ſolẽnitas eſt de iure ciui. † de iure aũt gẽtiũ ſufficiũt duo teſtes. c. cũ eſſes. & c. relatũ. de teſt. ſed Imperator põt ſine dubio tollere ea, quę ſunt iuris ciui. non ea, quæ ſunt iuris gen. ſine cauſa. not. gl. & Doct. in l. fi. C. ſi ℨ ius, vel vtil. publ. Bar. in proœ. fforũ. Cano. in c. q̃ in eccleſiarũ. extra de cõſti. modo ego habeo, ꝙ ciuitas Venetiarum cũ non recognoſcat Imperatorẽ, ſaltem de facto, habet vim Imperatoris, & põt in terris ſuis ea omnia, quæ põt Imperator, ſm Bart. in l. hoſtes. ff. de cap. & poſtli. reuer. & in l. relegati. ff. de pẽn. & Angel. in l. 1. C. de bon. vac. lib. 10. vnde ſi quid dubitationis eſſet in alijs ciuitatib. recognoſcentib. Imperatorẽ, certè in ciuitate Venetiarũ, quæ habet vim ſupremi Imperij, iſtud habeo pro indubitato, niſi fortè dixeris, ꝙ Doct. non loquantur in dñio Venetorũ, ſed in ipſa ciuitate, vel ipſis ciuib. Tene ergo cõem ſnĩam, ꝙ p̱ ſtatutũ, vel conſuetudinẽ ciuitatis, etiã recognoſcẽtis ſuperiorem põt diminui ſolennitas numeri teſtiũ in teſtĩs, intellige tñ verũ, qñ diminueret ſolennitatẽ numeri inducti à iure ciuili, iſtud po teſt. Secus in numero inducto à iure gen. vel diuino, hoc eſt, in
82 numero duorũ teſtium. d. c. relatũ. † nam non poſſet ſtatutum inducere, ꝙ valeat teſtm̃ coram vno teſte, ratio eſt, quia etiam Imperator non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris gen. vel diuini, quanto minus ciuitas inferior, ita limitant, & bene Ang. Imol. Paul. de Caſt. & Raph. Cuma, in d. l. 3. ff. de teſt. vbi etiam ponũt duas aliàs limitationes, quas vide per eos ibi. Et per iſta ſit abſolutus primus articu. Secundum dubium eſt retẽta cõi ſentẽtia,

quæ

ADDITIO.

a ¶ Verbis geminatis. Adde Anto. Corſetum in tractatu de verbis geminat.
* Fely. in cap. ſi cautio nu. 40. de fide inſtru. Rol. conſil. 60. nume. 23. libr. 1. Aym. conſil. 105. nume. 4. Neuiz. conſil. 33. nume. 7. conſil. 87. nume. 11. & ſequen. Nat. conſil. 398. col. fin. eundem Rol. conſil. 56. nu. 21. lib. 3. MASVER.

Source : BIU Cujas

quæ eſt vera, ꝙ valeat ſtatutum, vel conſuetudo, an cõprehendat forenſes exiſtẽtes in loco illo. Iac. de Are. in diſputatione ſuperius relata, tenuit ꝙ non, & idem tenuit Oldr. Laud. in præalleg conſil. 248. moti per quatuor fundamenta, quibus reſpõde, vt hic per Bart Cõtrariã opi. tenet Cy. Bar. & alij Docto. allegati in præcedenti. q. & Saly. & Fulg. hic, & Bar. in d. repe. l. de quibus. in 20. col. & ſeq. vbi reaſſumit formaliter ea omnia, q̃ hic, ꝙ dictum ſtatutum comprehendit etiam forenſes. Mouetur iſta ratione, quia quando ſtatuta diſponunt in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, comprehendunt etiam forenſes ibidem exiſtentes, per text. in l. 1. C. de eman. liber. ſed condere teſtamentũ, eſt voluntariæ iuriſdic. ergo ſtatutum in hoc diſponens com-
83 prehendit forenſes. † Et voluntariæ iuriſdic. dicuntur, quæ partes faciunt de voluntate coram iudice, ad quæ non poſſunt neceſſitari. Ea verò, quæ in inuitum redduntur, ſunt contentioſæ iuriſdic. vt eſt glo. in l. 2. C. de offic. proconſ. & leg. In propoſito ergo mirandũ videtur, quomodo Bar. & Docto. allegent illam l. 1. ad hoc, & nullus vnquam aduertit, qa illa lex prima ineptè allegatur, & probat contrariũ, quia illa. l. 1. loquitur, quando lex municipij expreſſam mentionem fecit de alienigenis, & ſic de forenſibus: ſed Bar. & Docto. loquuntur, qñ ſtatutum ſimpliciter loquitur, an comprehendat forenſes. item illa. l. 1. probat contrarium, quia ſi vera eſſet regula Bart. & Docto. ꝙ ſtatutum diſponens in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdict. compræhenderet etiam forenſes, ad quid illa. l. 1. faceret expreſſam mentionem de forenſibus? certè cùm expreſſam mẽtionem faciat, apparet, ꝙ forenſes non veniunt. Et ſi tu ſubtilis diceres, ſi verum eſſet, ꝙ in illa. l. 1. illa. l. municipij faceret expreſſam mentionem de alienigenis, quam dubitationem habebit illa. l. 1. ꝙ emancipatio valuiſſet? ergo vt illa. l. 1. habeat dubium, dicas tu ſubtilis, ꝙ imò illa. l. municipij non faciebat mentionem de alienigenis, ſed loquebatur ſimpliciter, & fuit dubitatum, an comprehenderet forenſes, & deciditur quòd ſic, quia ego dico, ꝙ imò text. ibi expreſsè dicit, ꝙ lex municipij expreſsè faciebat mentionem de alienigenis. Et dubium erat in illa. l. quia videbatur, ꝙ ſtatutum illius municipij non poſſet aliquid diſponere circa forẽſes, ſed ſtatutum eſt iuriſdict. ſed ſtatuentes nullam iuriſdictionem habent in perſonas forenſium, ergo &c. Et iſtud eſt, ꝙ tangit Bar. hic, ad fi. huius q. vt nunc referam allegando. l. fin. ff. de tu. & cu. da. ab his. Ratio decidendi fuit, vt tangit Bar. hic, dum reſpõdet ad illam. l. 1. ꝙ ibi in l. 1. ſtatutum non diſponit circa perſonas forenſium eas habilitando, ſed dat formam emancipationi fiẽdę, & ſic diſponit circa actum non circa perſonas. iſtam ſolutionẽ ſtatim declarabo. Et ſic pro certo in d. l. 1. vehementer eſt dubitandum, & miror ꝙ nullus aduertat. ¶ Suſtinendo Bar. puto, ꝙ ita debeat dici, & niſi iſta fuit mens Bart. & Docto. ad illam. l. 1. fateor me neſcire, quid reſpondeatur: nam in d. l. 1. verè ſtatutũ municipij loquebatur etiam de forenſibus, ſed non ideo comprehendit forenſes, eo quia de forenſibus expreſsè loquatur, & quia in forenſes, & ſic in perſonas non ſubditas ſtatutum nihil poteſt diſponere, ſed ideo comprehendit forenſes, quia ſtatuebatur in materia voluntariæ iuriſdict. Secundò pro communi ſententia alleg. Barto. text. in l. fin. ff. de teſta. mili. mihi videtur, ꝙ ille text. etiam probet contrarium, ille tex. loquitur in caſu neceſſitatis, patet, quia aliàs priuilegiũ militis extra caſum neceſſitatis ad alios non extenditur, ſed nos non ſumus in caſu neceſſitatis, ſed in caſu conſuetudinis, vt in ſtatuto Venetorum.

84 ¶† Tertiò confirmãt Bar. & Docto. bonum eſt argumentum [a]
a de contractibus ad vlt. voluntates, & è contra, iuribus vulgarib. ſed in contractibus celebrandis attẽditur ſtatutum loci, in quo celebratur ipſe contractus. l. ſi fundi. ff. de euict. & dictum eſt. ſ. ergo eodem modo in teſtamentis condendis attendi debet cõſuetudo illius loci, in quo ordinatur teſtamentum. ¶ Ad iſtud ego reſpõdeo, & not. quòd ideo in contractibus attendit̃ ſtatutum loci, in quo contractus celebratur, quia contrahendo ſortitur quis forum in illo loco, & efficitur de illo foro, ſed teſtando non contrahit forum in illo loco, & ſic vides, quòd ad ar-
85 gumẽta Doc. clarè poteſt reſpõderi. ¶† No. bene regulam Bar. & Docto. quòd quando ſtatutum diſponit circa ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdi. puta circa teſtamenta, circa emãcipationes, circa arrogationes, circa legitimationes, ſemper ſtatutum com-
86 prehendit forenſes. † Limita tamen communem concluſionem, vt procedat, quando ſtatutum, vel conſuetudo diſponerent circa ipſum actum teſtamenti, tunc comprehenderet forenſes. Secus eſſet ſi ſtatutum diſponeret circa perſonas teſtantium, puta habilitando alios inhabiles, puta ſtatuendo, quòd filiusfam. poſſit teſtari, iſto caſu, licèt ſtatutum diſponat circa ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſd. tamen quãdo diſponit circa perſonas habilitando, vel non habilitando, & perſona forenſis nullo modo ſubiecta eſt ſtatuentibus, iſto caſu non comprehendit forenſes: vnde ſecundum Barto. ſi ſtatutum diſponat, quòd filiusfam. poſſit teſtari, an vnus filiusfam. forenſis exiſtens in iſto loco poſſit teſtari? certè non, quia ſtatutum non ligat forenſes in perſona. ¶ Eodem modo ſi ſtatutum inhabilitet perſonam, non trahitur ad forenſem: exemplum, ſtatutum eſt Papiæ, ꝙ maritus non poſſit legare vxori, certè ſi forenſis ſit Papię, poterit vxori legare. alleg Barto. optimum tex. in l. 1. in fin. ff. de tu. & cu. da. ab his. vbi etiam Barto. not. iſtam regulam, & alleg. Spec. decidentem in marito in titu. de ſenten. §. qualiter. in verſic. ſed pone quidam. poterat allegare bon. gloſſ. in l. etiam. ff. de tute. ¶ Not. perpetuò, & tene cordi iſtam differentiam Barto. quòd ſi ſtatutum diſponit circa actum teſtamenti, puta, quòd valeat cum minori numero, vel ſine publicatione, & ſimilibus, comprehendit forenſes ibidem teſtantes: ſed quando ſtatutum, vel conſuetudo aliqua diſponit circa perſonas teſtantium, puta habilitando, vel inhabilitando habiles etiam, nunquam comprehendit forenſes ibi teſtantes, ratio diuerſitatis pulcherrimè affertur per Bartol. nam ſolennitas actus ſpectat ad iuriſdictionẽ ſtatuentis, ideo videmus, quòd ſolennitas actuum variatur ſecundum diuerſitates locorũ, ſed idoneitas circa perſonas, quæ ſunt forenſes, non ſpectat ad iuriſdi. ſtatuentium. Ideo forenſes non comprehendit. Nec obſt. d. l. 1. C. de emancip. lib. reſpondet Barto. mirabiliter, quòd in d. l. 1. non habilitantur perſonæ inhabiles, quia pater erat habilis ad emancipandum, ſeu ſtatuitur circa actum, & formam ipſius emancipationis fiendæ, ꝙ emancipatio poſsit fieri coram duobus viris, nimirum ſi comprehenduntur forẽſes. iſtam doctri. ſequitur ſimpliciter Sal. hic, & Barto. infra in 7. quæſtio. princip. ad fin. prope. 8. quæſtio. Bal in repe. magna huius. l. in 22. colum. in verſicu. ſed circa hoc dubitatur, quid ſi ſtatutum diſponat circa perſonã. & idem Bald. in lect. ordina. huius. l. in 14. colum. in princip. in verſicu. circa hoc quæro primo de ſtatu. ſequitur Petr. de Ancha. in com. c. canonum ſtatuta. de conſtitu. in ver. ex quo infertur ad ſtatutũ. nec ab hac doctr. inuenit vnquam aliquem diſcrepare. Contra iſtam doctri. ego pondero nouum tex. quem ad hoc nunquam
87 aliquis ponderauit, nec ego vnquam legendo niſi nunc, † vbi eſt text. quòd ſtatutum poteſt habilitare perſonam non ſubditam ad teſtandum, & multum me turbat tex. ille, tex. eſt in Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi Imperator ſta-
b tuit, quòd ſi aliquis [b] vel aliqua ingrediatur monaſterium, & faciat profeſſionem quia illa Auth. loquitur propriè poſt profeſſionem, vt ibi declarat Barto. in vltim. colum. & omnes tenent, ſi habebat filios in ſeculo, poteſt poſt profeſſionem facere teſtamentum inter liberos computato monaſterio pro vno filio, & valet teſtamentum, vbi expreſsè declarat Barto. in vlt. colum. poſt gloſſ. ecce ergo ibi qualiter perſona monachi, quæ eſt inhabilis ad teſtandum, quia non habet velle nec nolle, & quæ nullo modo ſubiecta eſt Imperatori, & tamen Imperator habilitat perſonam monachi inhabilem, eſt verum quòd Bal. Sal. Paul. de Caſt. & Fulgo in l. iubemus nullam. C. de ſacroſan. eccleſ. dicunt, quòd tempore iſtarum legum. C. Eccleſiæ erant ſubiectæ Imperatoribus vel de facto, vel quomodocunque, ideo Imperatores faciebãt iſtas leges circa Eccleſias, vel earum bona, nimirũ ſi poterat ſtatui circa ipſas Eccle. Iſta ſol. aliquando mihi placuit, & eſt mea noua ſolutio, nunc non ſatisfacit, quia dato, ꝙ tempore. ll. C Eccleſię eſſent ſubiectę Imperatori, vt dicunt præfati Doct. tamen iſta non eſt lex. C. ſed eſt nouiſſimè collecta, vt in rub. patet. Cogitabis de illo text. donec lege-
88 mus illam Auth. ¶†† Secũdò limita ſing. ꝙ cõſuetudo vel ſtatutum de quo ſ. procedat, quando forenſes teſtarentur in aliquo loco ſubiecto populo Rom. vel Imperatori, poſſet tunc habilitare. Secus tamen eſſet, quando teſtaretur in loco hoſtili, vel rebelli populo Roma. quia ſi teſtaretur ſecundum conſuetudinem illius loci, non valeret teſtamentum. Ita ſin. dixit Bartol. quem omnino videas, in l. qui à latronibus. circa fin. ff. de teſta. motus iſta ratione, quia ex quo ſunt rebelles populi Rom. perdiderunt ea omnia, quæ ſunt iuris ciui. & conſequenter ſi ſtatuant, vel conſuetudinem habeant, nihil valet, ergo forenſis reperiens ſe in illis locis, & faciens teſtamentum ſecundum ſtatutum, vel conſuetudinem illius loci, nihil valet. & idem ſequitur Angel. in l. de die. in princip. ff. qui ſatisd. cog. Sed iſta de-
* ciſ. Bartol. eſt falſa, *& communiter reprehenditur*, † quia teſtamenti
89 factio nõ eſt de iure ciui. imò de iu. gent. bene verum, eſt quòd cum iſtis ſolemnita. eſt de iure ciui. ſed in ſe eſt de iure gen. ſecundum Bar. & alios vbi dixi in l. interdum. ff. de cõdi. indeb. ergo dato, ꝙ hoſtes populi Rom. perdiderint ea, quæ ſunt iuris ciuil. non ꝑdiderũt tñ ea, quę ſunt iuris gen. puta circa teſtam. Ita patet

ADDITIONES.

a ¶ Argumentum. Adde gl. inſti. de leg. fuſ. ca. tol. Bar. in l. fi. C. de leg. Doct. in l. ſeruum fil. j in §. eum qui chirographum ff. de lega. primo.

b ¶ Quod ſi aliquis. Adde Doct. in cap. in præſentia. de proba.

Source : BIU Cujas

patet ex not. per Bal. in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. & idem Bal. in l. 2. quemadm. teſta. aper. & Ludo. Roma. vbi reprehendit Bart.
90 in l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. ¶† Tertia princ. quæſt. eſt retento pro vero, ꝙ ſtatutum vel conſuetudo comprehendat forenſem ibi teſtantem, ſi forenſis ibi fecerit teſtamentum, an trahatur ad bona alibi exiſtentia, ita ꝙ teſtamentum vbiq; valeat, acſi eſſet conditum de iure communi. Iſtam quæſtionem examinat Bart. hic non ſucceſſiuè, ſed ĩ. in 7. quæſt. prin. & ante eum Spec. poſt Antiquos ibi relatos in tit. de inſtr. edi. §. compẽdiosè. in ver. quid de conſuetud. vbi nihil clarè firmat. Iac. de Are. Pet. & Cy. in lect. antiqua tenent, ꝙ inſtitutus hæres in tali teſtamento habebit ſolùm bona exiſtentia in illo loco. In alijs verò bonis ſuccedent venientes ab inteſta. & ſic teſtator decedet pro parte teſtatus, & pro parte inteſt. per tex. in l. pupillo. ff. de tut. & cura, da. ab his. vbi propter bona pupilli exiſtentia in diuerſis
91 prouincijs, dantur diuerſi tutores à diuerſis iudicib. † Non obſt.
a ſi dicatur, ꝙ teſtator non poteſt a decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſt. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. reſpondent, quòd iſtud toleratur propter diuerſitatem conſuetudinum, ſicut tollerantur plura teſtamenta in eo, qui habet patrem naturalem, & patrem arrogatorem. l. ſi arrogator, ff. de adop. quia dato vno inconuenienti plura ſequuntur. Iſtam opin. viſus eſt ſequi Bar. non hic, ſed in l. ſi arrogator. ff. de adopt. in penul. colum. & ibi Bal. eſt verum, ꝙ Bar. ibi non firmat, ſed dicit, dic melius, vt nota. in iſta. l. cunctos popu. & ita etiam ſe remittit in repe. illius. l. ſi
* arrogator. in 11. colum. ¶ *Alia eſt opin. communis* originaliter Iac. But. & Guil. quam ſequutus eſt Cy. in addi. quas facit ad lectu. ſuam. Et iſtam tenet Bar. & indifferenter omnes. Mihi autem videtur, ꝙ diſputationis gratia poſſit vtraque opin defenſari, & ſuſtineri optimè. Prima eſt opi. pro qua facio vnum fundamẽtum, per quod redeo ad omnia allegata per Bart. nam illud, ꝙ valet de iure communi, cùm ſit efficacius & firmius, poteſt facilius extendi, quàm illud, quod valet de iure ſpeciali, vt probatur in l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de teſt. mil. vbi propriè loquitur tex. in his terminis, quando teſtamentum valet de iure communi, & quando de iure ſingu. Modo conſidera, quæcunque alleg. ſunt ad oppoſitum, loquuntur ſemper quando actus valet de iure communi, tunc extenditur ſemper ad bona exiſtentia alibi, ſed non dabunt Docto. l. probantem, quando teſtamentum valet de iure ſingulari alicuius ſtatuti particularis, ꝙ extendatur ad bona exiſtentia extra illum locum. Videamus nunc fundamẽta Docto. primum fundamentum reprehendit
92 Bart. vt hic per eum. ¶† Secundò mouentur, quia actio competens pro fundo exiſtente in iſto loco poteſt tamen alibi intentari. l. fi. C. de præſcrip. long. temp. Reſponde, ꝙ ideo eſt, quia actiones non circunſcribuntur loco. Ideo ſi teſtator leget alicui omnia, quæ habet in tali loco, certè non venient nomina debitorum, quia actiones non circunſcribuntur loco. tex. eſt not. licèt vulg. in l. Caius. in prin. ff. de lega. 2. ¶ Tertiò mouentur, quia acta facta in vna ciuitate, faciunt fidem vbiq; l. is apud quem. C. de eden. cum multis alleg. per Bar. hic. plenè Barto. in l. cum lite mortua. ff. iud. ſolu. reſponde, ꝙ aliud eſt fidem facere, aliud diſponere: nam notorium, & ſententia æquiparantur quo ad ꝓbandum, & faciendum fidem. l. emptorem. in prin. ff. de actio. emp. ſed non æquiparantur quo ad diſponendum. Ita dicit glo. no. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. itẽ ſi iurauero. ff. de iureiur. ¶ Quartò allegant d. l. omnium, & l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. reſponde, ꝙ in illis locis nihil dicitur, vtrum teſtamentum tale trahatur ad bona alibi exiſtentia, ideo in illis. ll. non poteſt fieri ſtringens fundamentum, propterea in l. omnium. teſtamentum valet de iure communi. ¶ Vltimò allegatur tex. in l. fin. C. de teſt. reſponde, vt dixi, quia ibi de bonis nihil dicitur. Vel melius rñde, ꝙ illa. l. fi. loquitur in ipſiſmet ruſticis, quorum conſuetudò erat cõ firmata ab Imperatore. ſi ipſi faciant conſuetudinem approbatam, fateor, ꝙ valeat vbiq;. ſed nos loquimur non in ciuib. quorum eſt ſtatutum, vel conſuetudo, ſed bene loquimur in forenſibus teſtantib. ſecundum illam conſuetudinem, & ſic ille text. probat, ꝙ ſi vnus ciuis Venetiarum teſtetur ſecundum conſuetud. Venetiarum in loco Venetiarum, bene trahitur ad bona alibi exiſtẽtia: ſed nos diſputamus, an teſtiñ forenſis, ꝙ ibi teſtat, habeat locum quo ad bona alibi ſita. Vltrà Doct. pro communi ſententia addo text. qui non allegatur in communi in l. in hac. C. de dona. & ibi Bal. in 1. no expreſsè not. ad hoc, ꝙ actus qui ſortitur vires in vno loco propter ſtatutum illius loci, ha-
93 bet etiam vires in toto mũdo. † Et iſtud facit ſecundum eum ad forenſem teſtantem Venetijs cum duobus teſtibus, quòd illud teſtamentum vbique valebit. ſimilem text. addo in l. data. in fi. C. de dona. vbi formaliter inquit tex. geſta autem confici etiã ſuper rebus alibi collocatis ſufficit. Sed reſponde, ꝙ illa iura loquuntur quo ad inſinuationem donationis, cuius ſolennitas vbiq; eſt vniformis. l. ſancimus, & ibi expreſsè no. Bald. C. de di-
94 uer. reſcr. vltra hæc etiam facit, † quia tutor datus in vno territorio, extenditur ad bona vbicunq; exiſtentia in alijs territorijs, licèt poſſit ſe excuſare. l. propter litem. §. licèt. ff. de excu. tuto.
95 ¶† Eo. modo interdictio adminiſtrationis facta alicui tãquam prodigo in vna ciuitate, extenditur ad bona vbicunque ſita, vt probatur in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. iuncta. l. Iul. ff. de cur. fur. Sed reſponde etiam per fundamentum, quod feci, ꝙ loquitur in actu facto, & valido de iure communi, qui bene vbicun-
96 que extenditur. Vltimò adduci poteſt, † ꝙ decretum iudicis ſuper alienatione rerum immobilium minoris extenditur ad bona alibi ſita in quocunq; territorio, l. magis puto. §. non paſſim. ff. de reb. eorum. reſponde, vt dixi, quia ibi in actu valido de iure communi. Vel reſponde, ꝙ ideo illud decretum extenditur ad bona alibi ſita, quia iſtud non poteſt præiudicare minori, nam ſi ex hoc fuerit leſus, non obſtante decreto poteſt in integ. reſti. tex. eſt magiſtralis in l. ſi quidem. C. de præd. minorum. & ex iſtis videtis articulum eſſe diſputabilem, & de facili poſſe de-
* fendi vtranq; opin. *Tamen communis opin.* eſt, ꝙ trahatur ad bona vbicunque exiſtentia, & hæres vbicunq; ſuccedet. In quo puncto vide etiam per Io. And. in addi. Spec. in d. §. compendiosè. in addi. quæ incipit Cy. in l. 1. Bal. in l. fi. C. de teſt. & Imo. in l. 3. ff. eo. Et per iſta cum laude Dei ſit impoſitus finis huic. l. 1. Papiæ. Iaſ. May. Iur. Vtri. Doct.

ADDITIO.

a ¶ Teſtator non poteſt. Adde Bar. in Auth. ſi qua mulier. in 6. q. infra eod.

SVMMARIVM.

1 *Relictum Eccleſiæ, vel venerabili loco non vitiatur ratione incertitudinis.*
2 *Si teſtator relinquat cẽtum Eccleſiæ, & non dicat cui de qua eſt intelligendum.*
3 *Dictio liber, quid importat.*
4 *Si nouitius ſteterit in religione per plures annos, & nunquam fecerit profeſſionem, & velit ad ſeculum reuerti, non tenetur ſoluere expenſas monaſterio.*
5 *Qui poteſt libere actum facere, poterit ſine cuiuſdam requiſitione, vel licentia facere.*
6 *Stante ſtatuto, quòd Poteſtas poſſit in criminalibus liberè inquirere, nõ tamen poteſt non præcedente fama, vel plus quàm fama, vel indicijs inquirere, & quid poterit tunc facere.*
7 *Fideiuſſor promittens ſoluere liberè ſine aliqua exceptione, non per hoc intelligitur renunciaſſe beneficio de fideiuſſo. quin prius excuti debeat principalis debitor, cùm iſtud veniat ex natura actus.*
8 *Stylus quot modis capiatur.*
9 *Multæ ſunt perſonæ, quæ teſtari non poſſunt.*
10 *Inhabiles ad teſtandum non habilitantur per hanc legem.*
11 *Vbi tractatur de fauore publico, verba generalia non reſtringuntur ad perſonas habiles, imò intelliguntur etiam de inhabilibus.*
12 *Stante ſtatuto, quòd forenſis non poſſit acquirere immobilia in ciuitate, ſi fiat proclama, quòd quicunque cꝛperit talem malefactorem, conſequatur talem domum, ſi forenſis cœperit, non obſt. tali ſtatuto conſequetur talem domum.*
13 *Quando tractatur de fauore publico, lex quantuncunque pœnalis, cenſetur fauorabilis, & extendenda.*
14 *Si princeps concedat priuilegium, & in conceſſione addit verbum liberè, tale verbum importat, vt vltra ius commune indulgeatur.*
15 *Priuilegium principis nemini damnoſum, latiſſimè eſt interpretandum.*
16 *Priuilegia principis conceſſa motu proprio, aduꝛnguem ſunt ſeruanda, prout ſonant verba abſque vlla reſtrictione.*
17 *In dubio priuilegium præſumitur conceſſum ad poſtulationem partis.*
18 *Priuilegium etiam contra ius commune, & alteri nociuum debet tamen intelligi ſecundum quod verba ſonant, & importare poßunt ex proprio ſignificatu verborum.*
19 *Solennitates requiſitæ à iure ciuili in teſtamentis, non intelliguntur ſublatæ per hanc. l. quando quis teſtaretur ad pias cauſas.*
20 *Fauore liberorum valet teſtamentum patris ſine aliqua ſolennitate iuris ciuilis.*
21 *Legatum libertatis eſt pium.*
22 *Nedum ſuſtinetur inſtitutio ad pias cauſas coram duob. vel trib. teſtib. ſed etiam relicta in illo teſtamento alijs perſonis priuatis merè laicis.*
23 *Filius fam. cum conſenſu patris poteſt ad pias cauſas teſtari.*
24 *Si in teſtamento minus ſolenni eßet inſtitutus extraneus, quamuis multa legata eſſent facta pijs cauſis, tamen nihil valerent.*
25 *An. l. noſtra ſolùm loquatur in conſtituto in articulo mortis.*
26 *Verba. l. enunciatiua nihil diſponunt, niſi legislator principaliter ſe fundet in iſto enunciato.*
27 *Si l. facit mentionem de aliqua dictione ratione frequentioris vſus, per hoc non intelligitur excludere de alijs.*
28 *Qui dicantur in extremis laborare.*

Source : BIU Cujas

29 *An legata ad pias cauſas hæreditate non adita debeantur.*
30 *In eccleſia, & pia cauſa ſeruandum eſt ius commune ſicut in alijs, niſi expreſsè contra rium ſit ſtatutum.*
31 *Libertas, & pia cauſa æquiparantur.*
32 *Per exiſtentiam ſuitatis ſicut ſuſtinentur legata libertatum, ita & legata ad pias ca uſas.*
33 *Legata ad pias cauſas, quæ non recipiunt dilationem, debentur hæreditate non adita.*
34 *An, & quando dicatur relictum ad pias cauſas.*
35 *Relictum cauſa ſtudij non dicitur relictum ad pias cauſas, niſi ſit pro ſtudio ſacræ Theologiæ, ideo non valet ſine inſin uatione.*
36 *Statuta loquentia de teſtamento non comprehendunt teſtamenta condita ad pias cauſas. & nu. 38. 39. & ſeq.*
37 *Verba generalia ſtatutorum non includunt caſum contra libertatem.*

De ſacroſan. Eccleſ. & de reb. & priuilegijs earum. Rub.

LEX PRIMA.

Habeat vnuſquiſque.

Ad euidentiam præmitte, ꝙ iſta lex legitur altero de duobus modis. Vno modo ſecundum glo. & Doct. ꝙ per hanc. l. nihil deroge tur iuri communi, nec circa perſonam teſtatoris, nec circa ſolennitates teſtamenti. Et ſic intelligitur tex. vnuſquiſque. ſ. habilis, & in teſtamento aliàs ſolenni. Secundo modo legitur ſecundum Bart. in rep. in 2. & 4. col. & eius intellectus diſcrepat à communi in tribus. Primò in generalitate ibi, vnuſquiſque, quia intelligitur etiam inhabilis. Secundò iſta lex intelligitur de quacunque vlt. voluntate etiam non ſolenni. Tertiò quia Barto. reſtringit iſtam. l. vt ſolùm procedat in teſtatore conſtituto in art. mortis p tex. in verbo decedens. Et ita inferius faciam tres art. principales. ¶ Diuide iſtam. l. in tres partes, vt per Barto. Caſum in hac. l. amplè figurat Bar. in rep. in 3. col. & Saly. & Pau. de Caſ. Sed tu vide omnino text. ponentem à quo, & ob quàm cauſam facta ſit iſta lex, in c. futuram eccleſiam. 12. q. 1. ¶ Not. 1. ſecundum
1 Barto. & Doct. †ꝙ relictum Eccleſiæ, vel venerabili loco non vitiatur ratione incertitudinis. facit. l. id quod pauperibus. ff. de
a epiſco. & cle. Quid ergo ſi teſtator[a] relinquat eentum Eccleſiæ pro anima, & non dicat cui Eccleſię, de qua in dubio intelligitur? Videretur dicendum, ꝙ de Eccleſia maiori, & ſic cathedrali, p tex. in §. ſi quis in nomine. in Auth. de eccl. tit. collat. 9. & ita tenent Io. Fab. & Ang. de Are. in §. ſed ius quidem ciuile. per illum tex. Inſt. de iu. na. gen. & ciui. Veritas eſt, ꝙ in dubio intelligitur de Eccleſia parochiali, ex quo ab ea percipit ſacramẽta Eccleſiæ. c. fi. de ſepul. Ita tenet Cyn hic in 5. q. Sal. & Pau. de Caſt. hic, argu. tex. no. in l. quę conditio. §. fin. & ibi Bar. idem tenet. ff. de cond. & demon. Spe. & Io. And. in ti. de inſtr. edi. §. nũc verò aliqua. ver. quid ſi teſtator. Pet. de Anch. & Imo. in c. relatum. 2. de teſt. Io. And. in c. cùm quis. de ſepul. in 6. in nouel. An-
2 ge. in §. ſi uerò. in Auth. de nõ alie. colla. 2. †Si autẽ haberet duas parochias, vel in vna eſſent duo presbyteri, in dubio cenſetur relictum pauperiori, per tex. no. in §. ſi quis in nomine. in Auth. de eccl. titu. colla. 9. de quo uide per Cy. hic in 6. q. Sal. Pau. de Ca. hic. Cyn. & Bald. in l. cùm multę. C. de do. ante nup. Can. in c. fi. de ſepul. & quod in ſimili determinant Bald. & Imo. in l. ſi domus. in prin. ff. de leg. 1. ¶ Secundò pondera tex. in verbo bonorum. hic probari, ꝙ ẽt quando quis teſtatur ad pias cauſas, tamen non poteſt grauare hæredem ultra vires hæreditarias, cũ bona intelligantur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona, & l. princeps bona. ff. de verbo. ſignifi. & l. non poſſunt. ff. de iu,
b fiſ. ¶ Tertiò pondera tex. [b] in ver. liber. †nam Bar. hic in rep. in
3 in 6. q. prin. intelligit liber ab omni ſolennitate iuris ciui. quia p hanc conceſſionem liberam intelliguntur ſolennitates iuris ciui. remiſſæ. facit quod vult Bal. in c. 1. in 1. col. ſuper illo text. in
c verbo liberè. [c] de reſcr. ꝙ dictio liber, ſignificet libertatem ab omni ſolennitate legum per iſtum tex. noſtrum. facit quod vult idem Bald. in c. quæ in eccleſiarum. 1. col. de conſt. ꝙ liberum dicitur illud, quod ab omni neceſſitatis obſeruantia, & ſolennitate eſt abſtractum. l. 1. ff. de teſta. mi. Alibi tamen idem Bal. in c. 1. §. ad hoc. in fin. de pa. iu. fir. in vſi. feu. no. ex illo tex. in uer. liberam facul. ꝙ licèt verbum liberam, videatur ſignificare præciſam libertatem, tamen intelligitur obſeruato ordine iuris. Adde etiam ꝙ iſte terminus liber, importat ꝙ ſine vlla diminutione, & contradic. res effectum ſortiatur, ita probat tex. in c. 1. in prin. in ver. liberè. cum ibi notatis per Io. And. de regula. in 6. Per quod verbũ dicit ibi Gem. ita ſemel probari illud,
4 de quo vidi aliàs dubitari. † Si nouitius[d] per plures annos ſteterit in religione, nunquàm in profeſſionem fecerit, & velit ad ſeculum reuerti, ꝙ non teneatur monaſterio aliquas expenſas ſoluere, cùm tex. ibi permittat, quòd liberè poſſit exire. de quo vltimo dubitat. d. Alex. & tenet, quòd iſte text. hoc non probet, in conſi. 12. in 2. vol. quod incipit viſo themate ante ſcripto. in 3. col. Iſtis adde tex. in c. cum Epiſcopus, in ver. liberè. de off. or. in 6. iuncta expoſitione Io. And. & Arch. ibi, qui exponunt liberè. i. ſine alicuius contradictione. glo. & Doct. in c. Romana. §. 1. ver. liberè. de cenſi. in 6. & in c. cùm plures. de offic. deleg. co. lib. d. Alexan. in conſi. 156. quod inci. viſo, & cõſiderato themate ſubſcripto. in 2. col. in 2. vol. alibi dicit Bald. in c. irrefragabili. in prin. in 1. col. de offi. ord. per aduerbium liberè impediri appellationem. quod multum no. adde ẽt tex. in c. de multa. in
5 ver. liberè confirmat. de præben. & ibi Pan. in 1. col. †ꝙ qui liberè poteſt actum facere, certè poterit ſine cuiuſq; requiſitione, vel licentia, quod ſemper eſt not. ſecundum eum, & Bald. in d. c. quæ in eccleſiarum. in 2. col. per illum tex. in verbo liberum. dicit, ꝙ iſtud verbum ſignificat, quòd non tenetur conſenſum dñi requirere, & ibidem d. Ant. de But. in 4. no. adde etiam tex. in c. 2. in ver. liberè, cum glo. de arb. in 6. ubi habes, quòd uerbum liberè importat, quòd ſolus ſine ſocio poſſit procedere. adde etiam glo. in cle. dudum. in ver. liberè. de ſepul. & quæ dicam. ff. in glo. ¶ Pro modificatione tamen prædictorum duo
6 bene no. †Primum, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ Poteſtas poſſit in criminalibus liberè inquirere, tamen pp iſtud aduerbium liberè, nõ poterit inquirere non præcedente fama, vel plus quàm ſit fama, vel indicia, text. eſt no. in c. 1. cum glo. 1. & ibi Bald. ad hoc no. de offi. ord. ¶ Confirmo pulchro ſimili, quia Poteſtas vel iudex, qui ex forma ſtatuti habet amplum arbitrium procedendi in criminalibus, tamen per hoc quantumcunque amplum arbitrium habeat, non poterit aliquem ponere ad torturã non præcedentibus legitimis indicijs ſecundum Pau. de Eleaza. in ca. grauis. in vlt. col. de depo. & ante eum Alb. de Gan. in tract. malefi. dum tractat de tormentis, in rub. an Poteſtas qui habet arbi. d. Alex. in conſi. 65. quod incip. habita ſuper contentis. in 2. col. in primo volu. ꝙ bene & perpetuò not. Quid autem poſſit facere Poteſtas, qui ex forma ſtatuti habet liberum arbitriũ? eſt diffuſa materia, quam ponunt Bar. & alij. in l. filiusfa. in prin. ff. de do. & in extraua. ad repri. in ver. videbitur, cum concord.
7 traditis per d. Alex. in l. milites. C. de teſt. mili. ¶ †Secundò aduerte, ꝙ fideiuſſor promittens ſoluere liberè ſine aliqua exceptione, non per hoc intelligitur renunciaſſe beneficio de fideiuſ. quin prius excuti debeat principalis debitor, cùm iſtud veniat ex natura actus. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & illa verba ſine aliqua exceptione, intelliguntur ſolum de friuola. c. ex parte. 2. de offi. deleg. ita Lud. Rom. in conſi. 102. quod in-
8 cip. allegatione eximij Doctoris. in 2. col. ¶ † Quartò pondera tex. in ver. ſtylus. glo. intelligit de teſtamento in ſcriptis fortè à ſtylo ferreo, quo ſcribitur, ſed Bart. ff. in rep. in 6. q. princ. intelligit iſtum tex. ibi ſtylus idem quod ordo. l. ſi quando. C. de bon. vac. li. 10. c. graui. de cri. fal. Tu dic, ꝙ dictio ſtylus, multipliciter capitur, vt patet ex dictis per Bar. in rep. l. de quibus. in 7. colũ. ff. de legi. Bal. in rub. extra de reſc. in 4. col. Ang. ĩ l. teſtamẽta omnia. C. de teſt. Can. in c. fin. de conſue. vbi Io. And. declarat, quid differat ſtylus à conſuetudine. ¶ Sed quantum ad propoſitum aliquando ſtylus capitur pro diſpoſitione in ſcriptis redacta, vel redigenda, ita capitur in hac. l. iuncta gl. aliquando capitur pro conſuetudine iudiciali alicuius curiæ, vt in c. graui. de cri. fal. & in c. ex literis. de conſt. declarat Cyn. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. ¶ Capio glo. primam paruam in ver. vnuſquiſq; quæ
9 exponit ſcilicet habilis. † Hoç ideo facit, quia multæ ſunt

per-

ADDITIONES.

a ¶ Quid ergo ſi teſtator. Adde gl. in uer. in loco, & ibi Doct. & maximè Bar. b. in c. nos quidem. de teſt. Pe. de Anch. in rep. c. canonũ ſtatuta. de conſti. Doc. in c. 1. de ſol.

Et vide Didac. in c. cum tibi. nu. 14. de teſt. eundem Iaſ. in l. qui inſulam. ff. de verbo. obl. in l. non vtiq;. §. ſi qs inſulã. ff. de eo qđ cer. lo. fac. quæ ſcribit Dilec. de arte teſt. ti. 6. caut. 7. De legato aũt facto ſacerdoti, vel eccleſiæ, vide tex. ĩ l. annua. la 2. §. fi. ff. de annuis leg. Quid de legato facto Eccleſiæ religioſorũ, & dic, ꝙ cenſetur factum contemplatione religioſorum, teſte Neuiz. conſi. 55. nu. 12. Quid de legato ſub conditione celebrandi miſſas, & vide Abba. conſ. 99. lib. 2. MASVER.

b ¶ Tertiò pondera tex. Adde Iaſ. in l. ſi filiam. in fi. C. de inof. teſ. plenè Sal. in l. precib. 51. pagina. C. de impub. & aliis ſubſtitu.

c ¶ In verbo liberè. Adde gl. in verbo liberè. in cle. fi. de æta. & quali. gl. in verbo liberè. in cle. dudum. de ſepul. gl. in c. ordinarii. de offi. ordi. li. 6. Docto. in c. licèt Epiſcopo. de præben. lib. 6. Raph. Cum. in conſilio 115. incip. Aut. Bened.

d ¶ Si nouitius. Adde Doct. in c. cauſam matrimonii. de probat.

Source : BIU Cujas

a perſonæ,[a] q̃ teſtari nõ poſſunt, enumeratæ per gl. in l. ſi quæramus. ff. de teſt. per conſequens nec poſſunt codicillari. l. 2. de lega. 1. Et ſic habes ex hac glo. ꝙ per iſtam. l. inhabiles ad teſtandũ non habilitantur, vt poſſint teſtari ad pias cauſas. Et cum glo. tranſeunt omnes, vt ĩ. dicam. ſolus Bar. in repe. in 2. col. & melius in 4. reprobat iſtum intelle. & intelligit text. prout iacet, vnuſquiſque. ſ. cẽt inhabilis, per quinque fundamenta, de quibus hic per eum. ¶ Sed caue, quia præſupponit, ꝙ ante hanc. l. poſſet relinqui collegio chriſtiano, ſeu religioſo, quod non videt bene dictum per tex. in c. futuram eccleſiam. 13. q. 1. Limita tamen niſi eſſet inhabilis ad teſtandum propter defectum intellectus, vt in furioſo, mentecapto, & infante, in illis non intelligitur diſpenſatum per hanc. l. ſicut nec in militibus. l. fi. C. de te ſta. mili. & probatur in hoc tex. in ver. iudicia. & in ver. voluntatis. quæ non cadunt in talibus perſonis. ſimiliter ſecundum eum non eſt diſpenſatum per hanc. l. in damnatis ad mortem, cùm ſint ſerui pœnæ, nec bona habeant, ſicut nec in milite. l. ex militari. in princ à contrario ſenſu. ff. de teſt. mil. nec in monacho, aut ſeruo. Nec in eo qui eſt dubius de ſtatu ſuo, ſicut nec in milite. d. l. ex militari. §. ſi miles. In filio autem familias diſtingue, vt hic per eum. & de hoc vltimo dixi in l. ſeruum. C. qui teſt. fac. poſ. Iſta omnia proſequitur Bart. in ſua rep. per ſex quæſtiones, & vnumquodque egeret particulari examinatione. ¶ Reſtringit tamen hanc l. vt ſolum procedat in eo, qui eſt in artic. mortis conſtitutus per iſtum tex. in verſi. decedens. de
* quo vlt. ĩ. particulariter dicetur. *Communiter tenetur opi. glo.* †ꝙ
10 inhabiles ad teſtandum non habilitentur per hanc. l. ita tenet Bart. met hic in lect. & in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. & in l. omnibus. ff. ad Treb. & in l. non dubium. in 2. col. C. de legi. Bal. præſertim in repe. & præſertim in 1. col. & ſeq. vbi truffatur de opi. Bar. contraria, idem latè tenet Sal. hic in 6. col. & quinq; ſequentibus, ubi pro hac parte decem rationes adducit. Sed eis prætermiſſis pro iſta opi. contra Bar. duo ſtringunt. Primò, qa eccleſia vtitur iure communi quando non eſt expreſsè priuilegiata. c. 1. de na. feu. facit quia fiſcus, & Eccleſia æquiparantur. l. fi. ĩ. eo. Sed in fiſco nihil eſt ſpeciale niſi expreſsè cautum ſit. l. item veniunt. § in priuatorum. cum glo. ff. de pet. hær. & in l. 1. C. eo. ¶ Secundò, quia Imperator in hac. l. ſolùm intendit concedere licentiam, ꝙ Eccleſijs, & eccleſiaſticis collegijs poſſit relinqui, cùm ante hanc. l. ſecus eſſet, vt dicit tex. clarè in c. futuram Eccleſiam. 12. q. 1. & ab iſta communi ſentẽtia non eſt recedendum. Ego tamen pro intellectu Bar. contra omnes addu co octo fundamenta. Primò moueor, & iſtud mihi valde ſtrin
11 git. †Regula eſt, ꝙ vbicunque tractatur de fauore publ. verba generalia non reſtringuntur ad perſonas habiles, imò intelligũtur etiam de perſonis inhabilibus. tex. eſt no. in l. ſi quis in graui. §. vtrũ. ver. is quoq;, ad Syll. Vnde per illum tex. & per hanc re
12 gulam decidunt Bart. & Bal. †ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ forenſis non poſſit acquirere immobilia in ciuitate, ſi fiat proclama, quod quicunque ceperit talem malefactorem, conſequatur talem domum, certè ſi forenſis ceperit, non obſtante ſtatuto debet conſequi, quia cùm tractetur de fauore publico, verba generalia non reſtringuntur ad perſonas habiles, imò intelliguntur & de inhabilibus. ſequitur Bal. in l. 1. in fi. & ibidem. Sal. & Fulg. C. de preci. impe. offe. Sal. in l. 2. in 4. col. C. de noxa. Item per illum tex. & dictam regulam determinant Gul. de Cu. And. de Piſ. Alb. Bald. in lec. antiqua. Sal. Lud. & d. Alex. in l. ſi filiusfa. ff. ſi cer. pet. ꝙ ſi fiat publicum proclama, quòd quicunq; ceperit talem rebellem, cõſequatur tale feudum, quod ſi ceperit eũ vnus, qui eſt inhabilis ad feudũ, puta quia ſurdus, mutus, claudus, vel aliter imperfectus, iuxta. c. 1. in ti. an mutus, vel ſurdus, in vſi. feud. tamen iſto caſu admittetur. Et ita ſin. limitatur. d. c. 1. quia fauore publico verba generalia non reſtringuntur, ſed comprehenduntur etiam inhabiles. ſed in hac. l. tractatur de fauore publico, & diuino, igitur & c. facit quod no. Bart. in l. quẽadmodum. circa medium. C. de agri. & cenſ. lib. 11. & in l. 2. §. exercitum. ff. de infam. Bal. in l. non ſine. C. de bo. quæ libe. Pau.
13 de Caſt. in l. bona fides. ff. depoſi. †quod quando tractatur de fauore publico, lex quãtumcunque ſit pœnalis, tamen cenſetur tunc fauorabilis, & extendenda. Secundò pondera verba gemi nata ibi, vnuſquiſque iuncta doctr. Bal. in rub. C. qui accu. non poſ. in pe. col. in uer. quæro ſi ſtatutum dicat de homicidio &c.
b vbi quærit circa hanc dictionem vnuſquiſque, [b] ſi ſtatutum di cat, quòd vnuſquiſque poſſit accuſare, an intelligatur etiam inhabilis, & concludit in effectu, quòd illa uerba vnuſquiſque, recipiant reſtrictionem quo ad ea, quæ ſunt iuriſgentium, vel diuini, non autem iuris ciuilis, & ſic inhabiles de iure ciuili admittuntur. Tertiò facit doct. glo. in l. promittendo. in princ. in glo. 1. ff. de iure do. quòd iſta verba geminata vnuſquiſque, vel
c quicunque, [c] prolata à iure ciuili comprehendunt perſonas aliàs inhabiles, puta clericos. Et illam gl. pro ſing. ad hoc ponderat ſolus d. And. Barba. inter conſilia. d. Alex. in conſi. 123. in 4. vol. quod incipit, ſcribit eccleſiaſticus. in 3. col. ſed quantum ad clericos ipſe reprobat, & in contrarium eſt tex. clarus vltra eum in c. 1. ad fi. de iureiu. in 6. ¶ Quartò moueor ex alia regu-
14 la, † nam quando princeps concedit priuilegium, & in cõceſſione addit verbum liberè, vt in hoc text. certè iſta verba neceſſariò important, ut vltra ius commune indulgeatur. c. 1. in verbo liberè. cum glo. & ibi Hoſt. & Io. And. de reſcrip. Hanc regulam tradit do. Fran. de Are. in conſ. 76. quod incipit diligẽ-
15 ter viſis, & ponderatis priuilegijs. in 1. col. ¶ †Quintò moueor: nam priuilegium principis, qñ nemini eſt damnoſum, & non reſpiciens præiudiciũ tertij, latiſſimè interpretandum eſt, ſecũdum Inno. & Cano. in c. cum dilecti. de dona. & in ca. olim. de priui. & in c. ex tuarum. de autho. & vſu pal. Bar. in l. ſi quando prima. C. de bo. uac. lib. 10. ¶ Sextò facit regula, quam ponit
16 Io. And. in c. 2. ad fi. de immu. eccle. & ibi Pan. in penul. col. †ꝙ iſta priuilegia principum conceſſa motu proprio ſeruãda ſunt ad vnguem, ſicut ſonant abſque vlla reſtrictione, ſecus ſi per partes ſint obtenta, quia tunc debent ſtrictè intelligi: modo
17 ſic, †licèt in dubio præſumatur priuilegium conceſſum ad poſtulationem partis, & non motu proprio principis. c. ſi motu proprio. de præben. & digni. in 6. no. Bar. in l. 1. C de pet. bo. ſubla lib. 10. Iſtud eſt verum niſi priuilegium ſit conceſſum ſtatuẽ do ius generale, prout hic, tunc præſumitur conceſſum ex mera liberalitate principis. gl. eſt in Auth. quas actiones. & ibi Bar. in 2. col. & alij ĩ. de ſacroſan. eccl. Bar. in l. 1. C. de bo. vacum. an. lib. 10. & in l. 1. C. de pet. bon. ſubla. li. 10. Mod. in l. 3. in prin. ff. qđ quiſque iur. ¶ Septimò facit regula, quam tradit Pan. in ca. ex parte. 3. de deci. in 2. no. per illum tex. quem ad hoc reputat mi
18 rabilem, †quòd priuilegium etiam cõtra ius commune (imò quod fortius eſt) etiam alteri nociuum, debet tñ intelligi ſm ꝙ verba ſonant, & importare poſſunt ex proprio ſignificatu verborum. ¶ Octauò & vlt. facit, quia in dubijs debet teneri ille intellectus, & illa opinio, quæ fauet Eccleſiæ, & religioni. l. ſunt pſonæ. in fi. ff. de reli. & ſump. fune. & in c. fi. de re iudica. ¶ Capio
19 gl. in ver. non ſint caſſa. †ex qua habes, ꝙ ſolennitates requiſitæ à iure ciuili in teſtamentis, non intelliguntur ſublatæ per hanc. l. qñ quis teſtatur ad pias cauſas. hanc opin. ſequuntur omnes alij excepto Bar. qui in repe. huius. l. in 2. col. & melius in 3. & in antepe. col. in 6. q. prin. tenet contrarium, per aliqua ex fundamentis, de quibus in gl. præcedenti. Item per iſtum text. in verbo liber ſit ſtylus. attento ꝙ liberum dĩ id, quod ab omni iuris
20 ſolennitate eſt abſtractum, vt dixi in tex. ¶ †Secũdò & fortius, ſi fauore filiorum valet teſtũ patris ſine aliqua ſolennitate iuris ciuilis, quantò magis debet valere fauore Eccleſiæ, quia excepta legitima magis fauetur Eccleſiæ, quàm filijs. Not. bene iſtam regulam, quam comprobaui per tria, ſeu quatuor in l. licèt inter priuatos. C. de pact. Nec ob. ſol. Sal. qui dicit, ꝙ in filijs ideo eſt, quia filij omnino ab inteſtato ſuccedũt, non ſic eſt in Eccleſia. Nam conſidera, ꝙ Bar. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt. & Bald. in Authen. ꝙ ſine. in 10. col. C. eod. dicunt ibi aliam rationem, quia in teſtamento patris inter liberos non attenditur dictum ius ciuile, ſed merum ius gentium, quæ ratio militat ẽt in pias cauſas. ¶ Contra iſtam opin. Bar. duo ſtringunt. Primò doct. glo. no. in l. ſi qñ. in princ. C. de inoffi. teſt. Ad quam rñdet no. Bar. ĩ. in repe. in 3. q. 5. quæſtionis prin. ꝙ dictum glo. procedat, qñ priuilegium teſtandi conceditur vni, ſecus ſi plurimis, aut infinitis, quorum aliqui ſunt habiles, aliqui non. Signa bene hanc limitationem ad doctrinam illius glo. quam limitationem reprobat Bald. hic in 3. col. per regulam. l. iam hoc iure. ver. ſed ſi alter. ff. de vulg. & pup. ¶ Secundò contra opi. Bar. ſtringit tex. in l. generali. in verbo, quòd tamen alia omni iuris ratione munitum ſit, allegatus in gl. infra. eod. Bar. conatus eſt reſpondere ad illum text. ſed nihil fecit. Nam in lec. in vlt. col. reſpondet, ꝙ ille defectus, qui vitiaret teſtamentum militis, ẽt vitiat teſtamentum ad pias cauſas, ꝙ nihil eſt. Alijs duobus modis reſpondet Bar. ĩ. in repe. in 6. q.
* prin. ſed nihil eſt. Tene opin. glo. *& communem doct.* hic. Et adde gl. in §. j. Inſti. per quas perſ. nob. acquir. oblig. & in ſimili glo. in Auth. omnes peregrini. C. communia de ſucceſ. quam etiã tenet Barto. met in lec. ad fi. Et propterea Bald. hic in repe. in 2. & in 16. col. truffando de fundamentis Bart. dicit, ꝙ omnes tenent opin. glo. excepto quodam ſaturnino. ſ. Barto. & Ang. dicit in conſi. 223. quod incipit punctus talis eſt, quædam domina

ADDITIONES.

a ¶ Multæ ſunt perſonæ. Adde Abb. in rubr. de teſt. allegando d. glo. in d. l. ſi quæramus.

b ¶ Vnuſquiſque. Adde Doct. in l. 2. C. com. diuid.

c ¶ Quicunque. Et gl. 1. in fi. in cle. 2. de deci. de quocunque religioſo, vt veniat prælatus Eccleſiæ.

Source : BIU Cujas

ma Margarita.in 5.col.q opi.Bar.eſt reprobata in ſcholis, & iudicijs.Et contra Bart. vltra fundamenta Bal.ſtringit inequitabili-
21 ter.d.l.generali. † Item,qa legatum libertatis eſt pium, vt not. Bart.j.proximè in princ.per illum text.ff.de his, quæ in teſt.delen.& in l.ſi vnus.cum ſim.C.de teſta.& tñ relictum libertatis in teſtõ non ſolenni non valet.l.non dubium. in fin.C.de teſt. l.2. C.ſi quis omiſ.cauſa teſtam.Ad hoc reſpondet ſing.Bart.in repe.in 3.q.5. q.prin.iq relictum libertatis ita demũ cenſetur piũ, qñ libertas relinquitur ſeruo amore Dei,aliàs ſecus.¶Not.iſtã pulchram limitationem ad regulam prædictam,tñ non eſt vera,cùm legatum libertatis ſemper ſit pium.l.1.circa.fin.in verſ. ad hanc rationem pietatis.& ibi Bal.ad hoc not.C.de communi ſeruo manu.& text. in l.j voluntatem. in verſ. iura pietatis. C. de teſta. manu. & iſtam limitationem in terminis reprobat Imo.in l.captatoriæ.ff.de leg.1.adde Spec. in titu.de inſtru.edi. §.nunc aliqua.verſ.ſcias ſecundo.ſed in hoc artic. non eſt inſiſtendum,ex quo de iure canonico clarum eſt,q ceſſant ſolennitates iuris ciuilis in teſtõ condito ad quacunque piam cauſam.c.cùm eſſes,&c.relatum.de teſt. quæ iura procedunt non ſolùm in foro canonico,ſed etiam in foro cinili,& in terris non
* ſubiectis Eccleſiæ, ſm glo. *& magis communem opin.Doct.* in d.c. cùm eſſes,& Bart.hic in lect.in 1.col.& latius in repe.in vlt.col.
22 & vlt.q.& Doct.hic præſertim Saly.in 13.col.† Pro extenſione iſtius concluſionis ſing. not. q nedum ſuſtinetur inſtitutio ad pias cauſas coram duobus,vel trib.teſtib.vt dixi, ſed etiam relicta facta in illo teſtõ alijs pſonis priuatis merè laicis, ita ſing. tenet d.Ant.de Butr.in c.q clericis.in antepe.col.de for. comp. Sal.in Auth.caſſa.in 9. q.j.eod.d. Alex.in conſ. 41.in 1.vol.inc. viſo tenore allegati,& producti inſtrumenti.in 3.col.& in cõſ. 113.in 4.vol.q incipit viſo,& diligenter conſiderato themate. in 5.& vlt. col. Et per hoc addo bene facere text.in Auth. q ſine.in fi.C.de teſt.Ego tñ multum dubito per text.fortiſſimum in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.j.de teſt.cui Sal.in d.Au
23 then.caſſa.conatur tripliciter reſpondere, ſed nihil eſt. ¶ † Se-
a cundò,quia filiusfam. [a] cum conſenſu patris põt ad pias cau-
* ſas teſtari, ſm *magis communem ſententiam*, vt dixi in l.ſenium.C.
b qui teſt. face.poſſ.Et tñ ſi in tali teſtõ [b] faceret legata extraneis, nihil valerent, ſm Bald.hic in repe.in 9.col. & in d.l.ſenium.C. qui teſt.face.poſſ.circa fin.& ibi Sal.Pau.de Caſt.& d.l.Alexan.
24 idem tenet Imo.in l.tam is.§.1.ff.de don.cauſa mor.¶ †Econtra autem ſi in teſtõ nõ ſolenni eſſet inſtitutus extraneus,quãuis multa legata eſſent facta pijs cauſis, tñ nihil valerent,ſm.d. Ant.in d.c.q clericis. Sal.in d.Auth.caſſa. in 9.q. ſequitur dom. Alex.in conſ.177.in 2.vol.q iucipit viſo themate mihi exhibito.in 4.col.& in conſ.209.in 2.vol. q incipit ſtatutum.in 7.col.
25 ¶† Nunc videndum reſtat,an iſta.l.ſolùm reſtringatur,vt habeat locum in conſtituto in artic. mortis.Bart. hic repetit in 4. col.& latè in 3.q.princ. & concludit, q ſic, per.5.fundamenta, præcipuè per iſtum text.in verſ.decedens,& in alijs duobus locis,vt hic per eum.Bald.hic in repe.in 2.col.dixit, q ridiculum eſt ita diſtinguere. Contrarium tenet etiam Saly. hic in 10.col. quia lex appellat teſtatorem decedentẽ,vel deficientem quocunque tempore teſtatus ſit.l.cùm quis decedens. in prin.ff.de legat.3.l.cùm quis decedens.in princip.ff.de admi.tut. Fulg.hic in 6.colum.qui propterea inquit, quod Barto. nimis ſubtiliter
c inſpexit illud verbum decedens. [c] Teneo contra Bartol. du-
26 plici fundamento. † primò quia verba. l. enunciatiua nihil diſponũt, niſi Legislator ſe principaliter fundet in iſto enunciatiuo.ca.ſi Papa.de priuil.in 6.iuncta cle. literis.cũ gl. de proba. ita Fede.de Senis in conſ.39.q incipit viſo puncto,& motiuis. Saly.in l.qui ſe patris.in 6.colum.vbi Moder.C.vide lib. & in l. accuſationis. C.de accu.Lud.in l.4.§.Cato.in 6.colu.ff.de verbor.oblig. & in conſ. 191.quod incipit ſpectabilis domine mi. do.Ant.de Butr.& Imol.in cap.cùm in apoſtolica.de his, quæ fiunt à præla.ſine conſen.cap. Ego pro hoc allego glo. not.in c. 2.in verbo non teneris.de dolo, & contu.Bart. in l.extat.in vlt. colum.ff. quod met cau. Sed ad hoc potes reſpondere, quod hæc verba enunciatiua ſunt geminata,imò triplicata, vt ponderat Bartol.vnde verba enunciatiua, quando ſunt geminata, ſemper diſponunt, vt ſing.tenet Bart. in l. cùm ſcimus. in vlt. colum.C. de agri. & cenſit. lib.11. Sequitur Pan. in c.ſi cautio. de fid.inſtrum.& in repe.cap. per tuas.in 9.colu. de arb.Pau.de Caſtr. in l. ex hac ſcriptura. ff.de dona. Lud. Ro.in l. gerit.ff.de
27 acquir. hæred. ¶ † Secundò moueor : nam quando lex facit mentionem de aliquo ratione frequentioris vſus, per hoc lex non intelligitur excludere de alijs. Iſta eſt doctr. glo.in cle.1.in verbo Præſidentes,& ibi do.Ant.& Imo.in 5.colu. ad hoc not. de reſcrip.melior glo.in l.1.in glo.1.C.de his,qui ad Eccle.confug.& in l.vnica.in verſ.ſponſam.C.de rap.vir. Vnde hic.l.fecit mentionem de decedente,quia communiter contingit, quòd quis inducitur ad teſtandum præcipuè pro anima , qñ dubitat, vel timet decedere, vnde per hoc non excludit text. quin etiam ſanus ſi teſtaretur haberet locum iſta l. Tenendo tamen intellectum Bart. quòd iſta lex reſtringatur ad conſtitutum in artic. mortis. ¶Adde inquantum Bartol. intelligit quem dici conſtitutum in artic.mortis,quando inſtabat periculum mortis ratione infirmitatis, vel quia latrones, qui eum deprehenderunt,volebant occidere, idem tenet Bald. in cap. paſto.in 7. colu.de offic.ord.Facit,quod ſing.vult.Bald.in cap.1. in vlt.co-
28 lum.de pace conſtan. vbi quærit, † pone ſtatutum diſponit, quòd in extremis laborantes non poſſint contrahere ſine præ-
d ſentia ſuorum propinquorum . Quis dicatur in extremis [d] laborare.Et reſpondet, quòd omnis ille,qui ex tali infirmitate decedit ſine ſanitatis interuallo, de hoc dicit eſſe text. vnicum in iure.l.alumnæ. §.fin.ff. de adi.leg. ¶Extra glo. quærit Bart.in
29 lect. † an legata ad pias cauſas hæreditate non adita debeantur.alleg.Spec.& aliud clarè non decidit, ſed idem Barto.in repe.in 4.quæſt. 5.partis in princ.determinat,quòd ſic,idem Bartol.in l.1.C.de bon.vacan.lib.10. ſentit.& in l. eam quam.C.de fideicom.Bald.in l.id quod pauperibus.C.de Epiſ.& cler.¶Te-
e ne contrarium [e] per duo.† Primò,quia in Eccleſia,& pia cau-
30 ſa ſeruandum eſt ius commune ſicut in alijs, niſi contrarium
31 expreſsè ſit ſtatutm.cap.1.de nau.feu.in vſi.feu.¶ † Item libertas,& pia cauſa æquiparantur,vt ſupra dixi.Sed legatum libertatis hæreditate non adita extinguitur.l. ſi nemo. ff.de reg. iur. iuncto,quod ſtatim dicam,ita tenet Bald. & fortius Sal. in 31. quæſt.& Fulg.hic,latè Bald.in dicta.l.eam quam.& ibi Flo.dicit,q ita ſeruatur in practica,& Bald.in l.fina.C.de teſt. manu. Angel.Imol. & Moder. in l.qui filio.§. 1.ff. de hæred.inſtit. vbi Angel. refert ita.fuiſſe de facto Bononiæ determinatum, latè Lud.Rom.per4.colum. in repe. Auth. ſimiliter. C.ad.l.falc.in 20.ſpeciali piæ cauſæ inter vlt.voluntates, & in conſ. 65.quod incipit in terminis propoſitæ conſulta.& in conſ.493.quod incipit in caſu conſultationis propoſitæ aduertendum. idem te
* net do.Alex.qui *dicit hanc eſſe communem opin.*in conſil.254.aliàs. 208.in 1.vol.quod incipit ſtatutis.in pen. colum. cum concor. per eum alleg. ¶ Limita hanc communem ſententiam tribus
32 modis. ¶ † Primò niſi filius in poteſtate eſſet inſtitutus, quia licèt abſtineat, tamen per exiſtentiam ſuitatis ſicut ſuſtinentur legata libertatum.l. cùm quaſi. §. ſed & ſi quis.ff.de fideic. lib.eodem modo ſuſtinentur legata ad pias cauſas, cùm æquiparentur.Ita limitat Bald.in Auth.hoc amplius.in 2.colu. C.de fideicom.Ang.& Imo.in l.ſi filius, qui patri.in princ. ff.de vulga.& pupil.& dom.Alexan.in conſil.206.in 2.vol. Et in iſtis ter
33 minis ſalua primam opin. ¶ † Secundò limita, niſi relictum ad pias cauſas eſſet tale , quod dilatio afferret periculum animæ teſtatoris, vt eſt quando eſſet pro reſtitutione vſurarum. Vel non reciperet dilationem, puta , quia eſſet pro ſepultura, vel ſuſtentatione infirmorum, ibi tunc nulla requiritur aditio, ſecundum Bald.hic in repe.in 18.colu. verſ. ſuper noua quæſt. Bald.in dicta.l.eam quam.in 2.colum.& ibi Angel.in repe.in 8. colum.& Bald.in d.Auth.hoc amplius.in 2.colum. & in l.nulli.in 3.colu.C.de Epiſ.& cler.¶Tertiò limita ſecundum Barto. hic in lect.referentem ſe ita de facto conſuluiſſe, vt bona adijcerentur alicui,vt conſeruarentur legata ad pias cauſas ſicut in leg.libertatum,per tit.Inſt.de eo cui liber.cau. bon.adijci. cum ſimi.idem tenet Barto.in d.l.eam quam.in vlt.colu. & in l.1.C. de bon.vac.lib.10.& ante eum Ioann. And.in addi.Spec. in tit. de inſtr.edi.§.nunc verò aliqua.in verſ.ſed pone,quod eo teſta
mento.

ADDITIONES.

a Filiusfam.Adde Bald.in l.1.§. 1.de leg.3. in l.ſenium.C.qui teſt. fac.poſſ.Pau. de Caſt. conſ. 125.incip .viſo libello. idem conſ. 199.incip. in caſu præſenti.

* Et hanc ſequitur, & magis communem dicit Clar.§. teſtamentum. quæſt. 5. verſ.ſed nunquid filiusfam. de qua vide etiam Dilec.de arte teſt.tit.1.caut.1. num.1.in fin.quam declara,vt per Clar. vbi ſupra. MASVER.

b Amplia tertiò,vt ſicut ad pias cauſas valet teſtamentum coram duob.teſtib. ita adimi legatum coram duob. poteſt.contra Car. & Imol. in cap. relatum. de teſt.Alex.lib.2.conſ.202.ſtatutis.colu.pen.verſ.vltra. vbi confirmat.Iaſ.in rub.ff.de acq.poſſ.colu. 1. PVRPV.

c Addidit multa Iaſ.in rub.de actio.2.col.& adde hic Alex.lib.2.conſ. 17.colu. 2.verſ.confirmantur.

d ¶Extremis, Adde Catel.verſ.extremo mortis tempore.

e Tene contrarium.Iſtam atteſtatur communem Ale.lib.2.conſ.209.ſtatutum, &c.colum.4.

* Pro qua vide Boer. q.41.& 93. par. 1. Didac. in cap. Raynaldus. §.3. nu. 11. de teſtam,Capel.Toloſ.quæſt.89.& 214.Natt. conſ. 231. colum. fin. & quod dicitur legata ad pias cauſas hæreditate non adita non deberi, verum eſt in caſib. tantum,quibus teſtamentum non valet, quia in eo ſolennitas deficit, vel cùm ex teſtamento hæreditas,vel bon.poſſeſſio peti non poteſt, vel in caſu.l.1.§.pen. & fin.ff.ſi quis omiſ. cauſ. teſta. in alijs verò caſibus ſecus: Boer.d.quæſt.93.in fin.& vide, quæ ponit Guid. Pap.q.604. Rom.conſ.493. Mathe.ſing.163. MASVER.

Source : BIU Cujas

mento. in addi. incip. hic omittit auctor. Idem tenet Ioann, de Platea. in d. tit. inſtit. de eo cui libe. in prin. Et ita tene, quamuis Sal. hic, in vlt. colum. teneat contrarium. Et talis ſucceſſio dicitur noua, & miranda, & eſt anomala, & extraordinaria, cùm non ſuccedatur nec ex teſtamento nec ab inteſtato, ſed ex diſpoſitione. l. ſicut in Auth. hoc amplius. C. de fideicom. ſecundum Azo. in ſumma tit. præalleg. quem refert, & ſequitur Bald. in l. ex teſtamento. C. de teſt. man. Tu adde de hoc gl.
34 expreſſam in d. titu. de eo, cui liber. in verſ. ſucceſſor. ¶ † Quæ-
a ro ſecundò an, & quando dicatur relictum [a] ad pias cauſas. Iſtud examinat. Barto. hic in repe. 2. quæſtio. princ. Spec. in tit. de inſtr. edi. §. nunc verò aliqua, verſ. & ſcias. Pro quo conclude, quod omne illud, quod relinquitur pauperib. videtur in dubio relictum ad pias cauſas. l. ſi quis ad declinandam. circa fin. C. de Epiſco. & cler. cap. non ſatis. 86. diſtin. Bald. in Auth. ſimiliter. C. ad l. falc. Item omne relictum pro anima. gloſ. not. in l. ſi quis Titio. ff. de leg. 2. quam ad hoc reputat ſing. Bal. hic in lect. in 3. colum. Dicit tamen gloſ. not. in l. illud. in verbo, alia cauſa. & ibi Bald. & Pau. de Caſtr. ℨ. eod. quod illud, quod donatur, vel relinquitur conſanguineo, vel amico non dicitur ad pias cauſas relictum, etiam ſi in donatione hoc fuerit expreſſum, idem tenet Bald. in cap. de priore. de appel. & in l. ſi hæres. ff. de
b condi. ob cauſam. ¶ Quod vltimum [b] limitat Bald. hic in lect. in 2. colum. & Pau. de Caſt. in fin. niſi talis conſanguineus eſſet pauper, per gloſ. quam ad hoc reputat ſing. Bald. in cap. 2. de ſepul. ſequitur Pan. in rub. extra de teſt. Adde Ioann. And. in addi. Spec. in titu. de inſtr. edi. §. nunc verò aliqua. in addi. incip. ad iſtum. vbi refert fuiſſe diſputatam quæſtionem per Gul. de Suza. quod ſi ſtatuto cauetur, quod minor. 18. ann. non poſſit legare niſi pro anima, & minor legauit matri ſuæ centum, dicens ſe legare pro anima, & dubitatum fuit an valeat ſicut legatum factum pro anima. Arguit ad partes, & cõcludit, quod ſi mater reuera erat pauper, tunc dicatur relictum pium. d. l. ſi quis ad declinandam. ſecus ſi erat diues, per gloſ. in d. l. illud. ¶ Not. quod ſi mihi relinquitur aliquid, & cogor illud reſtituere amorei Dei, non ſolùm fideicom. cenſetur ad pias cauſas, ſed etiam relictum mihi factum. Et idem fauor vtrique attribuitur. Ita probat in argum. tex. not. in l. auia. §. Titio. ff. de cõd. & demon. Et ita per illum text. not. ibi ſing. Bald. ſequitur Lud. in repe. Auth. ſimiliter. C. ad l. falc. do. Fran. de Are. in conſ. 97. ℭ incipit diligenter, & maturè conſiderato teſtõ. in pen. colu. vbi addit text. not. in l. ſed ſi non ſeruus. circa medium. ff. ad l.
35 falc. & in ſimili text. in l. ſi patroni. §. 1. ff. ad Trebel. ¶ † Adde tñ, ℭ relictum cauſa ſtudij non dicitur relictum ad pias cauſas, niſi pro ſtudio ſacræ Theologiæ, ſecundum Bal. in repe. l. 1. in 6. col. ff. de leg. 2. Facit, ℭ tenet Raph. Cum. in conſ. 28. inc. de fundo dato in præmium emancipationis, &c. vbi tenet, ℭ donatio facta cauſa ſtudiorum non cenſetur pia, adeo, ℭ ſine inſinuatione valeat, ſicut valent donationes factæ ex cauſa pietatis. l. pen. C. de don. item ad hæc dicta per Bart. vide per Alex. in cõſ. 125. in 1. vol. inc. viſo themate præmiſſo. Adde etiam, ℭ ſi teſtator reliquit pro anima conſanguineis ſuis, non præſumitur relictum ad pias cauſas, ſm Bald. in c. de priore. de appel. & in l. ſi
36 hæres. ff. de cond. ob cauſam. ¶ † Vltimò pro complemento huius. l. not. ℭ ſtatuta loquentia de teſtamentis non comprehendunt teſtamenta condita ad pias cauſas, quia debent iudicari non ſm leges humanas, ſed ſm iura diuina, & ſacros canones. c. cùm eſſes. & c. relatum. de teſt. & probat latè Bart. hic in repe. in vlt. col. Ego probo à partib. ſufficiẽter enumeratis. Aut ſtatutum ſimpliciter loquitur, & ſic nullam facit mentionem de pia cauſa. Et tunc dico, ℭ ſtatutum non debet intelligi iſto
37 caſu de pia cauſa. † Primò per illud, ℭ not. Bald. in l. iubemus nullam. in ſecundo not. ℨ. eo. ℭ verba generalia ſtatutorũ non includunt caſum ℘ libertatem Eccleſiæ, vel piæ cauſæ. Secundò per regulam, quia qñ aliquid eſt ſpecialiter ſtatutum in certo caſu, lex noua generaliter aliquid diſponens, non intelligitur loqui in illo caſu ſpeciali, vt per gl. & Doct. in l. ſciendũ. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. & in Auth. de hær. ab inteſt. in prin. in verſ. vacantib. coll. 10. Aut ſtatutum expreſſam facit mentionẽ de pia cauſa, & tunc non valet, qa relicta ad pias cauſas, vel pro anima cenſentur ſpiritualia, cùm tendant ad remiſſionem peccatorum. c. requiſiſti. de teſt. ergo de eis non põt ſtatutum laicorum diſponere, per ea, quæ habentur in c. Eccleſia Sanctæ Ma-
38 riæ. de conſt. facit, ℭ dicit Bald. hic in lect. circa fin. † ℭ ſi ſtatutum diſponeret, ℭ non poſſet legari etiam ad pias cauſas, niſi coram 7. teſtib. tale ſtatutum tanq̃ contra ſalutem animarum non valet, & ita refert conſuluiſſe Bart. ¶ Confirmo prædicta
39 per illud, ℭ in ſpecie tenet Bald. in l. generali. ℨ. eod. ℭ † ſtatutũ diſponens, ℭ mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu proprinquorum, non comprehenderet teſtm̃, in quo mulier inſtituiſſet Eccleſiam, quia eſſet contra priuilegium piæ cauſæ, ℭ reſpicit ipſum Deum. Et idem dicit in ſtatuto diſponente, ℭ mulier non poſſit alienare ſine conſenſu propinquorum. ſequitur Pau. de Caſt. hic circa fi. Pet. de Anch. in com. c. canonum ſtatuta. de conſti. in 22. col. in verſ. decidit etiam Bald. & not. Pan. in c. relatum. el. 1. per illum tex. de teſt. & in repe. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſt. in pen. char. Et in iſtis locis adde illud, ℭ not. Io. And. in c. fin. de immu. Eccl. in 6. in nouella, ℭ ſtatutum diſponens, ℭ bona immobilia non poſſint alienari in forenſes non ſubditos iuriſdictioni ſtatuentium, tale ſtatutum non cõ-
40 prehendit alienationem, quæ fieret in piam cauſam. ¶ † Ad
c prædicta [c] facit etiam, ℭ tenet Bald. iu Auth. caſſa. in 9. q. ℨ. eod. ℭ ſtatutum diſponens, ℭ teſtamenta non valeant, niſi ſint inſinuata, vel niſi ſint repoſita in archiuis publicis, non comprehendit teſtamenta, in quib. Eccleſia ſit inſtituta, quia ſic eſſet contra priuilegia conceſſa à canone, qui non requirit aliam ſolennitatem quàm duorum teſtium. d. c. cùm eſſes. & c. relatum. idem tenet do. Ant. de Butr. in c. ℭ clericis. de for. compe. & in d. c. relatum. primo, vbi dicit ſe de facto conſultum ita reſpondiſſe. ¶ Contra prædicta fortiter videtur ſtringere text. in l. generali. ℨ. eod. in verſ. ℭ tamen alia omni iuris ratione munitum ſit, qui vult, ℭ ſolennitates requiſitæ à iure ciuili habeant locum etiam in teſtamento ad pias cauſas, & ita per illum tex. hic tenet Bald. tenet Lud. Rom. in rep. Auth. ſimiliter. C. ad l. falc. in 16. ſpeciali piæ cauſæ inter contractus. Et in conſ. 166. ℭ in c. viſa diligenter propoſiti thematis conſultatione. in primo dubio. ¶ Reſponde, quod d. l. generali. procedit antequam emanaſſent. d. c. cùm eſſes. & d. relatum. quib. iurib. diſponitur,
41 † ℭ leges ciuiles amodo locum non habeant in teſtamentis conditis ad pias cauſas. Item ad prædicta vide Alex. in conſil. 113. in 4. vol. incip. viſo, ac diligenter conſiderato themate. in 3. colu. ad fin. & toto. ſeq. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a Quando dicatur relictum, Adde l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſ. & cler. & in §. fin. in Auth. de Eccleſ. titu. cap. ſuper quibuſdam. de verb. ſign. & in c. non ſatis. 86. diſtin.

b Adde Bald. in titu. qui feu. dar. poſſ. in 4. colu. verſ. 5. vltra alios. PVRPV.

c Adde eundem Iaſ. in Auth. ingreſſi. in 2. colum. infra eod. verſ. 2. moueor. PVRPV.

¶ Sequitur ſecunda lectura in ſtudio Papienſi compilata.

SVMMARIVM.

1 *Ius eſt duplex, publicum videlicet, & priuatum.*

De ſacroſan. Eccleſ. Rub.

¶ Rub. cum legib. ſeq. eſt duplicatè poſita, quia iſtæ. ll. alio ſtylo fuerunt hic Papiæ lectæ. Hanc Rub. continua, vt in gl. vel melius ſubordina ſecundum Ang. hic, in quibuſdam lecturis. Im-
1 perator tractaturus in hoc lib. de iuſtitia, conſiderauit, † ℭ du-
a plex eſt ius, publicum [a] ſcilicet, & priuatum. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iur. & §. huius ſtudij. inſt. eod. de iuſti. & iur. Itẽ ius publicum eſt duplex, quoddam eſt diuinum, hoc eſt, ℭ vertitur circa res diuinas, quoddam eſt humanum, & illud, ℭ eſt di-
b uinum, [b] eſt dignius. l. ſancimus. ℨ. eod. Idem Imperator incipit ab iſto titu. cum titulis ſeq. vſque ad titulum de legi. excluſiuè tractare de iure pub. diuino, poſtea à tit. de. ll. vſque ad fin. primi libri, vbi præcipuè tractat de officijs, & magiſtratib. publi. expedit ius pub. humanum, ℭ debet omnib. patere. Deinde. in 2. lib. & ſucceſſiuè tractat poſteà de iur. priuato. Et iſte ordo multum mihi placet.

ADDITIONES.

a ¶ Ius publicum. Adde l. 1. §. ius publicum. ff. de iuſt. & iur. & in cap. ius publicum. 1. diſtin.

b Diuinum. An appellatione iuris diuini veniat ius canonicum, & ciuile, vide in c. minus. de iureiur. & in c. qualiter, & quando. el. 2. de accuſ. Doct. in c. 1. de iura. cal. in. c. non debet. de conſan. & affi. in cap. quo iure. 8. diſtin. Card. Alexan. ſuper rub. Decreti, in 3. col. Fel. in c. humanum genus. 1. diſt. in princ.

* Et diſtingue, vt per Rob. de ord. iud. 3. par. prin. c. 3. à nu. 1. vſque ad 80.

SVMMARIVM.

1 *Terminus Eccleſiæ, capitur tribus modis.*
2 *Conſtantinus fuit primus Imperator inter Chriſtianos.*
3 *Relictum Eccleſiæ, vel venerabili loco non vitiatur ratione incertitudinis.*
4 *Si teſtator relinquat pro anima ſua centum Eccleſiæ, & non dicat cui, an debeatur Eccleſiæ maiori, vel cui.*
5 *Si teſtator habeat duas Eccleſias parochiales, & relinquat Eccleſiæ, de qua intelligatur.*
6 *In dubio relictum Eccleſiæ, quando ſunt duæ, intelligitur pauperiori.*
7 *Si teſtator habeat multas domos, & in teſtam. dicat, relinquo Titio domum meam, de qua intelligetur.*
8 *Teſtator etiam relinquendo ad pias cauſas, non poteſt grauare hæredem vltra vires hæreditarias.*

Source : BIU Cujas

9 *Hæres non tenetur creditoribus, vel legatarijs vltra vires hæredit. ſi cõficiat inuentarium.*
10 *Multæ ſunt perſonæ, quæ non poſſunt teſtari.*
11 *Qui non poteſt teſtari, non poteſt codicillari.*
12 *Per l. noſtram non habilitantur inhabiles ad teſtandum.*
13 *Vbi tractatur de fauore publ. verba generalia vnuſquiſque, vel quilibet, non reſtringuntur ad habiles.*
14 *Statutum, quòd quicunque fecerit tale quid, habeat tale caſtrum in feudum, comprehendit inhabilem ad feudum.*
15 *Mutus, cæcus, fœmina. & ſimiles ſunt inhabiles ad feudum.*
16 *Eccleſia in dubio vtitur iure communi, quando non reperitur in ipſo priuilegiata.*
17 *In teſta. ad pias cauſas non eſt ſublata ſolennitas teſtamentorum. & numero 22.*
18 *An ſit magis fauendum teſtamento ad pias cauſas, quàm teſta. inter liberos.*
19 *Qui vult Eccleſiam inſtituere, & filium exhæredare, alium quærat pro conſilio, quàm Auguſtinum.*
20 *Si Imperator concedat alicui facultatem teſtandi, an intelligatur ſeruata ſolennitate iuris ciuilis.*
21 *Si priuilegium teſtandi concedatur multis, quorum quidam ſunt habiles, quidam inhabiles, inhabiles trahunt ad ſe habiles.*
23 *Non valet relictum, vel inſtitutio etiam facta ab Imperatore non ſeruata debita ſolennitate. l. ex imperfecto. C. de teſtam.*
24 *Eccleſia, & Imperator fraternizant.*
25 *Imperator eſt ſolutus legibus.*
26 *Legatum libertatis dicitur pium.*
27 *Verbum liberè, quid importat.*
28 *De iure cano. valet teſta. ad pias cauſas, cum duobus teſtibus.*
29 *Si fiat teſt. ad pias cauſas coram duobus teſtibus, & in d. teſtamento fierent legata perſonis laicis non ad pias cauſas, talia legata valerẽt.*
30 *Teſtamen. factum ad pias cauſas coram duobus teſtibus, vel inter liberos, an ſit propriè teſtamentum.*
31 *An l. noſtra ſolum habeat locum in teſtatore conſtituto in articulo mortis.*
32 *Quando l. vel canon vtitur aliqua dictione ratione frequentioris vſus, non per hoc excludit, nec ſtat excluſiuè.*
33 *Verba l. narratiua, vel enunciatiua nihil diſponunt.*
34 *Legata ad pias cauſas non debentur hæreditate non adita.*
35 *Remedium l. datum pro conſeruandis legatis libertatum, habet locum etiam pro conſeruandis legatis ad pias cauſas.*

LEX PRIMA.

HAbeat. Iſta l. fuit altè repetita per Bar. hic, & eius æmulatione per Bal. † Præmitto, ꝙ terminus Eccleſia,[a] capitur in iure nr̃o tribus modis, vt declarãt Bal. & Sal. hic. Et quid ſit Eccleſia, notatur in c. cùm cleri. de verb. ſign. per Io. Fab. s̃. in rub. huius titu. Secundò præmitto, & propius ad tex. ꝙ iſta l. legitur altero de duobus modis. vno modo legitur ſecundum gl. & omnes Doct. & Bar. in lect. niſi, vt inquit Bal. quidam ſaturninus. ſ. Bar. in repe. huius l. ꝙ per hanc l. in relictis ad pias cauſas nihil derogatur iuri communi, neq; circa perſonas teſtantium, nec circa ſolennitatem teſtamentorum. Et ſecundum iſtum communem intel. tex. in illa vniuerſalitate vnuſquiſq;, intelligitur. ſ. habilis ad teſtandum. Item intelligitur in teſtõ ſolenni. Item intelligitur de quocunq; teſtatore, ſiue teſtatur exiſtens in artic. mor. ſiue nõ. Iſte eſt verus, *& communis intellectus*, & iſtum teneo. Et eum tenet Bar. in lect. ordinaria, & tenuit vbiq;, vt ſ. referam. ¶ Secundo mõ legitur iſta l. nouiter ſm Bar. in ſua diuina repe. huius l. & iſte intellectus Bar. diſcrepat à cõi intellectu in tribus. Primò dũ text. dicit, habeat vnuſquiſq;, intelligit ipſe vniuerſaliter, prout litera iacet, ẽt qui aliàs ſit inhabilis ad teſtandũ, dummõ in eo non ſit defectus naturalis, puta, q̃a infans, vel furioſus, oĩs alius ẽt inhabilis poſſet teſtari ad pias cauſas. Secũdò intelligit tex. vt procedat in quacunq; vltima volun. ẽt non ſolenni, & ꝑñr Imperator in iſta l. priuilegiat Eccleſias in duob. Primò habilitando perſonas aliàs inhabiles, vt teſtari poſſint ad pias cauſas. Secundò diſponendo, ꝙ valeant teſtamenta ad pias cauſas, q̃uis aliàs non ſolennia, ſine ſolennitatibus iuris ciuilis, & ꝑ hoc non irritentur, & iſtud etiã cũ myſterio ſubiungit tex. ibi, non ſint caſſa iudicia. Nam poſtq̃ dixerat, ꝙ vnuſquiſq; poſſet relinquere ad pias cauſas, poſſet dubitari, quid ſi teſtm̃ eſſet minus ſolenne, & minus ſolenniter factum, & rñdet tex. & non ſint caſſa iudicia, aliàs illa verba nihil operarentur. Tertiò reſtringit Bar. iſtam l. in iſtis priuilegijs., vt ſolùm habeat locũ, qñ exiſtẽs in artic. mor. teſtatur, & non aliàs, & iſtud eſt, qđ vult dicere tex. in ver. decedens, quod aliàs eſſet ſuperfluum. Et ſic videtis qũo Bart. enucleatè, & medulli tus conſiderauit ſingula verba text. vt ſint magno cum myſterio, q̃ ſm communem ſenſum non important myſterium iuris, quia ſm cõem ſenſum habet locum, ſiue ſit factũ teſtm̃ in arti. mor. ſiue non. ¶ His præmiſſis diuiditur hæc l. in tres partes. In prima ponitur dictum generale. In ſecunda reſpondet tacitæ qõni In 3. ponitur ratio deciſionis. Secũda ibi, & non ſint caſſa. Tertia ibi, nihil. n. eſt. Et verè litera multũ applaudet intel lectui Bar. ibi, dũ dicit in ratione, quæ eſt aĩa. l. vt inquit Bald. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. ibi, poſtq̃ aliud velle non poſſunt, iſta verba denotant, ꝙ ſit in art. mor. aliàs malè diceret, quia aliàs poſſet aliud velle, & mutare, quia ambulatoria eſt volũtas vſq; ad mortem. l. cùm hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de don. inter vir. & vxo. & dicetur. ſ. Caſum in iſta l. figurat amplè Bart. ſm ſuum intellectum in repetitione huius l. in 3. col. vbi videas. Figurant ẽt Sal. & Pau. de Caſt. hic. Et tu debes aduertere, ꝙ iſta l. fuit edita à Conſtantino Imperatore ad vniuerſum Popul. Rom. vt
2 apparet ex ſupraſcriptione, quã habet, † qui Conſtantinus [b] fuit
b primus Imperator inter chriſtianos. Alij ſuperiores fuerunt infideles, tex. eſt in l. diui. C. de natu. lib. & vſq; ad tempus Conſtãtini Imperatoris primi chriſtiani, fides chriſtiana paſſa erat infinitas perſecutiones. Item infinitæ hæreſes erant in fide Chriſti, ad quas comprimendas, & euellendas, congregata ſunt illa quatuor generalia concilia tot Sanctorum, de quibus in epiſtola victor. §. ſuſcepimus. s̃. tit. 1. Et vſq; ad tempus Conſtantini Eccleſiæ catholicæ, & earum viri religioſi multiformiter vexabantur, & de relictis nihil, aut parum admodum cõſequi poterant, & propterea Imperator Conſtantinus edidit hac l. ad Popul. Rom. ſtatuẽs generaliter, qđ vnuſquiſq; poſſet relinquere ſacr. ſan. eccl. non limitatè vſq; ad certam ſummam, (prout olim erat,) ſed quantum vellet de bonis ſuis, ꝙ teſtamenta ſint
3 firma, & habeant effectum, vt in litera. † ¶ Not. ex iſta l. ſm Bar. in 2. not. & omnes Doct. hic, ꝙ relictum Eccleſiæ, vel venerabili loco non vitiatur ratione incertitudinis, q̃uis teſtator nõ expreſſerit, cui Eccleſię relinquat. Deus ſcit, an iſtud fuerit de mẽte huius l. tm̃ veriſſimũ eſt, ꝓꝓ l. id quod pauperibus. ſ. tit. 1. ¶ Re
4 tento ergo iſto no. ſuccedit neceſſaria. q. † Quid ſi teſtator [c]
c relinquat pro anima ſua centum Eccleſiæ, & non dicat cui Eccleſiæ, quæro cui Eccleſiæ debeantur, an Eccleſiæ maiori, & ſic Epiſcopo. tex. vĩ probare, ꝙ ſic, & eſt ſolennis tex. in §. ſi quis in nomine. ad fi. in Auth. de eccleſ. tit. collat. 9. dũ tex. expreſsè dicit, ꝙ in dubio debetur Eccleſiæ ciuitatis, & ſic Epiſcopo. Tamen Cy. hic. in 5. q. determ. ꝙ in dubio debeatur Eccleſiæ parochiali, à qua teſtator ſacramenta Eccleſiæ percipiebat. Et idem tenet Sal. hic in 3. col. in fi. & ẽt Pau. de Caſt. per tex. not. in ſimili in l. quæ conditio. §. vlti. & ibi Bald. expreſsè per illum tex. idem tenet. ff. de cond. & demon. idẽ expreſsè tenet Ang.
* in §. ſi verò. in Auth. de non alie. collat. 2. *& iſta eſt communis.* Eſt verum, ꝙ Ioan. Fab. & Ang. de Aret. in §. ſed ius quidem ciuile. inſti. de iu. natu. gen. & ciuili. tenent per illum tex. ꝙ in dubio præſumatur relictum Eccleſiæ maiori ciuitatis, de qua in dubio debet intelligi tanq̃ de principali, ſicut in dubio intelligit̃ de iure ciuili, de quo puncto vide etiam Spe. & Io. An in tit. de inſtr. edit. §. nunc verò aliqua. in ver. quid ſi teſtator. Pe. de Anc. in c. relatum. el 2. & ibi Imo. ad fi. de teſta. Io. And. in c. cùm qs.
5 de ſepu. in 6. in nouella. † Quid ergo, ſi teſtator haberet duas parochiales Eccleſias, cui tunc legatũ debeatur? vide per Cyn. hic in 5. q. vbi etiam per eum, quid ſi in Eccleſia parochiali eſſent duo presbyteri, cui eorum deberetur, & per Sal. hic aliter decidentem q̃ Cyn. in 3. col. & Pau. de Caſt. per Cano. in c. fi. de ſepul. Et dicunt Cyn. & Bald. in l. cùm multæ. C. de dona. ante
6 nup. † ꝙ in dubio, qñ ſunt duæ Eccleſiæ, intelligitur relictum pauperiori. Et de hoc eſt ſolennis tex. in d. §. ſi quis in nomine. Nã pone, ꝙ in ciuitate ſint multæ Eccle. ſub tit. ſanctæ Mariæ, vel ſub tit. San. Io. & teſtator dicat, lego mille Eccleſiæ San. Io. in dubio intelligitur de pauperiori. Et qñ reperientur duæ Eccleſię eiuſdẽ Sancti æquè pauperes, & in vna habitarẽt moniales, & in alia habitarent viri, in dubio præſumitur relictum Eccleſiæ monialium. Ita expreſsè determinat Cy. & Bal. in d. l. cũ
7 multæ. † ¶ Quid aũt eſſet ſi teſtator haberet multas domos, & ĩ teſtõ dicit, relinquo Titio domũ meã ſimpliciter, de qua intelligitur in dubio? Rñde, ꝙ in dubio teſtator intelligitur relinquere illam domũ, in qua habitabat, & domiciliũ habebat, tex. eſt de

ADDITIONES.

a ¶ Eccleſia. Adde gl. fi. in c. fi. ne præla. vices ſuas. gl. in c. dilecti. de verb. ſign. Doct. in c. Eccleſia. de conſe. di. 1. Io. And. in addi. Spe. in rub. de immu. eccle. Doct. in c. fundamenta. de ele. lib. 6.

b ¶ Conſtantinus. Adde. c. ſacerdotibus. 11. q. 1. & beatum Ambroſiũ in quodam ſermone inc. Conſtantino.

c ¶ Quid ſi teſtator. Adde Doct. in c. 1. de ſol. Pe. de Anc. in rep. c. canonũ ſtatuta. de conſt. Io. An. in c. cù quis. de teſta. li. 6. in nouella. Doc. in c. fi. de ſepul.

Source : BIU Cujas

de hoc valde no. probans in d.l. quę conditio. §. vltimo. Vbi aũt testator habitaret in varijs domibus, & in varijs ciuitatibus, & diuersa domicilia haberet, & relinqueret domum suam alicui pauperi, tũc est in electione hæredis assignare legatario, quàm domum velit. Ita pulchrè determinauit Bal. & Imo. in l. si domus in prin. ff. de leg. 1. ¶ Vltimo no. in ver. bonorum, ꝙ optauerit. hic esse tex. no. subtiliter inductum, † ꝙ testator etiã relinquendo ad pias causas, nõ potest grauare hæredem vltra vires hæreditarias. Ita probat tex. in ver. bonorum, qđ optauerit. Nã bona intelliguntur deducto ęre alieno. l. subsignatum. §. bona. & in l. princeps bona. ff. de verb. sign. l. nõ possunt, ff. de iure fisci. plenè not. in l. non amplius. §. cùm bonorum. ff. de lega. 1. l. si quis seruũ. §. fi. cum glo. ff. de leg. 2. Et certè debetis scire, ꝙ de iure Digestorum testator nõ poterat relinquere vltra vires patrimonij sui, grauando hæredẽ vltra. l. 2. §. si is qui quadringenta. & l. qui quadringenta. ff. ad Treb. nisi cã sit singularis. l. in q̃ri-
9 tate. ff. ad l. Fal. † hodie aũt de iure Codicis, & Authẽticorũ statutum est, ꝙ si hæres adeat hæreditatẽ confecto prius solenniter inuentario, non teneatur creditoribus, vel legatarijs vltra vires hæreditarias, sinautem adeat hr̃ditatem sine inuentario, tũc lex suspicatur de occultatione bonorũ, & tũc indistinctè teneẽ creditoribus, & legatarijs vltra vires hr̃ditarias de suo proprio satisfacere. l. fi. per totam, maximè in §. & si præfatam. C. de iure delib. §. 1. & §. sancimus. in Auth. de hære. & Fal. collat. 1. ¶ Ista sufficiant in tex. omissis no. vulgarib. ¶ Gl. prima sup verbo habeat, quã simul legam cũ gl. mag. in ver. cassa. Pro cuius expe-
10 ditione opp. ꝙ tex. malè dicat, ꝙ vnusquisq; possit testari, † q̃a
a multæ sunt personæ, a q̃ non possunt testari, quas enumerat gl.
11 in l. si quæramus. & ibi Bar. ff. de test. † & qui nõ possunt testari, non possunt codicillari. l. 2. ff. de leg. 1. huius timore gl. 1. restringit generalitatem tex. vnusquisq; . l. habilis. ¶ Posteà in gl. in ver. cassa. restringit tex. alio mõ, dummodo testm̃ sit fulcitum cum alia debita solennitate, & sic ex istis duabus gl. habes duas conclusiones, & duas restrictiones ad hũc tex. Prima cõclusio est, & restrictio, ꝙ gñalitas illius verbi vnusquisq; , restringitur ad
12 habiles tm̃, & ex hoc sequitur correlariè, † ꝙ per hanc l. nõ habilitantur personæ inhabiles ad testandum, vt possint testari ẽt ad pias causas. Secunda conclusio, & restrictio est, ꝙ de iure ciuili demum testamenta valent, dummõ adsint debitæ solennitates, ex quo sequitur correlariè, ꝙ per hanc, l. non est sublata solennitas testamentorum ẽt in testamẽtis conditis ad pias cãs. ¶ Circa primam conclusionẽ, & restrictionem gl. adde, ꝙ cũ gl. transeunt cẽs ẽt Bar. in lect. posteà idẽ Bar. in repe. in 2. & melius in 4. col. tenuit oppositũ, ꝙ illa dictio vniuersalis vnusquis-
b que, b stet vniuersaliter comprehẽdendo ẽt inhabiles, non aũt restringat, vt facit gl. ¶ Mouetur Bar, pleriq; medijs, prę̃sertim quia non solũ Ecclesiæ sunt priuilegiatæ, sed ẽt priuilegiantur testatores existentes in articulo mortis, & talia priuilegia intelligi debent, vt aliquid operentur vltra ius cõe, vulgata l. 1. in fi. ff. ad municip. Sed si tex. intelligeret vnusquisq; . l. habilis, istud non esset priuilegium nec Ecclesiæ, nec existentis in articulo mortis, quia quilibet habilis sine ista l. põt testari. Et ꝙ ista l. cõtineat priuilegium, arguitur ex rub. vt hic per eũ. Secundò mouetur, & fortius: nos habemus regulam, ꝙ signũ vniuersale q̃libet, vel vnusquisq; , iunctum verb. futuri tpis. aut cõtinęt extẽsionem actus iã concessi de præterito, & tũc non restringitur ad idoneitatẽ, ergo gñaliter intelligitur ẽt de inhabilibus, istud probatur in l. 1. §. nunciatio. in uer. oĩbus dieb. cũ gl. ff. de ope. no. nun. ad idem tex. in l. 3. §. dari. ff. de tute. si aũt contineat concessionẽ noui iuris, tunc q̃a satis operat, restringit ad idoneos. Ita loquitur tex. in l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & hono. Mõ in proposito nostro, istud signũ vniuersale vnusquisq; , iungitur actui iã cõcessõ, ergo non restringitur ad habiles tm̃, imò generaliter intelligitur ẽt de inhabilibus, aliàs frustrà cõcederetur. Quod aũt adijciat actui inconcessõ probat Bar. quia ante hanc l. poterat relinqui collegio clericorũ, vel monachorũ, cũ fides Christiana aũ hanc l. esset approbata, vt probat ex l. 1. ff. de col. illici. Et ad hoc multa verba ponit ꝛ repetitione, q̃ nõ curo referre. Tertiò & fortius istud probat in milite, cui est data libera facultas testandi. l. 1. ff. de test. mili. sicut & hic in verbo, libet sit stylus, certè miles ẽt inhabilis, puta q̃a mutus, & surdus põt testari. l. iure militari. ff. de test. milit. ergo eodẽ mõ ad pias cãs, vbi relaxata est libera facultas testãdi, potuit ẽt inhabilis testari, aliàs ista l. esset de indubitabili, ꝛ l. qđ labeo. ff. de car. edic. & nulla necessitas nos vrget, quare gñalitatẽ verborũ restringerę debeamus, ergo à propria significatione recedere nõ debemus. Pondera ẽt illam geminationẽ vnusquisq; , q̃ geminatio multum operatur. l. Balista. in prin. ff. ad Treb. Hic aũt nihil operaret restringendo. Ex istis oĩbus cõcludit sin. Bar. contra gl. & cõem intellectum, ꝙ per hãc l. habilitãtur aliàs inhabiles, vt possint ad pias cãs testari, qui aliàs testari non possent. Limita tm̃. & restringe illã conclusionem, vt non passim procedat in his, in q̃bus adest defectus intellectus, & ꝑnr defectus naturalis, quia in illis non dispensatur per hanc l. vt in furioso, mẽtecapto, infante, & ẽt pupillo: patet per simile, quia pupillus ẽt miles, tm̃ non non potest testari. l. fi. C. de test. mili. & quia in his nõ cadunt iudicia, & voluntates, vt dicit tex. noster: similiter nec cũ cõdemnatis ad mortem pro delicto, in his non est dispensatũ, q̃a serui pœnę sunt. l. qui vltimo. ff. de pę. iuncta. l. qđ attinet. ff. de reg. iu. Item quia non habent bona, cũ applicent fisco, vt requirit tex. noster in verbo bonorũ, & quia simile videmus in milite dam nato ob crimen cõe. l. ex militari, in prin. à ꝛrio sensu. ff. de test. mili. eod. mõ in monacho, & seruo non est per hanc legẽ dispẽsatum, quia nõ habent bona Auth. ingressi. ĵ. eo. In filio aũt fami. distinguit, ꝙ si habet bona aduentitia, quorũ vsusf. non q̃ritur patri, iuxta Auth. excipitur, & Auth. idem est in his. cũ gl. ĵ. de bo. quælib. tunc in vlt. voluntate poterit disponere sine consensu patris. Si aũt sint bona aduentitia, quorũ vsusfr. quæritur patri, tunc filiusfa. cum consensu patris põt testari ad pias cãs, q̃a ad pias causas testm̃ põt pendere ex alieno arbitrio. c. cũ tibi. de test. sed sine consensu patris non põt. In eo aũt, qui est dubius de statu suo, quia istud ẽt est impedimentum iuris ciuilis, non dispensatur per hanc l. sicut in milite. l. ex militari. §. si miles. ff. de test. mil. Ista sunt, q̃ pulchrè, & seriosè examinat Bar. ꝑ sex. q. in repe. huius l. 1. per totam. Doleo, ꝙ necesse sit præterire has decisiones egentes pluribus modificationib. & ampliationib. prout ẽt ampliat, & disputat Bald. hic in lect. Restringit tm̃ Bar. istam legẽ, vt solũ procedat in testatore constituto in artic. mor. & non aliàs, de qua restrictione dicetur tertio loco, & erit tertia cõclusio, q̃ disputabit in hac l. Videamus, an hęc opinio Bar. noua, & peregrina sit sustẽtabilis: scio, ꝙ oẽs eã reprehendunt. Ego pro opinione, & intellectu Bar. adduco nouum fun
13 damẽtũ, qđ est meum: nos habemus regulam, † ꝙ vbi tractat de fauore publico, ista verba generalia vnusquisq; , vel quilibet non restringuntur ad habiles, imò ẽt intelliguntur de inhabilibus, & generaliter intelligi debent, text. est solẽnis in l. si quis in graui. §. vtrum. ver. is quoq;. & ibi Bar. & alij not. ff. ad Sylla. & per illum tex. dicebat ibi Pau. de Cast. ad fi. ꝙ si fiat proclama, ꝙ quicunq; possederit talem domũ, habeat tale quid, pone, ꝙ sit Titius forensis, qui per formam statuti non possit possidere, an illa verba restringantur quicunq;. ſ. habilis? & dicit Bart. ibi, quia tractatur de fauore publico, intelligitur ẽt de inhabilibus. Idem expresè tenet Bal. in l. 1. ad fi. & ibi Sal. & Fulg. C. de preci. Imp. offe. & per illum tex. in verbo is quoq;. deter. no. Gul. de Cu. And. de Pisis. Alb. de Ro. Bald. in lec. antiqua. Sal. Lu. & do.
14 Ale. Imo. in l. filiusfa. ff. si cer. peta. † pone, fit statutum, vel ꝑclama, ꝙ quicunq; fecerit tale quid, habeat tale castrũ in feudũ,
15 pone, aliquis qui de iure est inhabilis ad feudũ, † puta mutus, c
c cæcus, d fœmina, e & similes personæ. c. 1. an mutus, vel surdus.
d in vsib feud. nunqd si iste inhabilis ad feudum fecerit illud, de-
e bebit habere feudum? deter. sing. ꝙ sic, quia illa verba vnusquisque gñalia, cùm tractetur de fauore publico, non restringũtur ad habiles, imò ẽt intelliguntur de inhabilib. & ita sing. limitat tex. in d. c. 1. ergo cùm in casu nr̃o tractetur de fauore publico. l. sunt personæ. ff. de reli. & sump. fun. ergo ista verba generalia vnusquisq; , non restringent ad habiles, sed ẽt intelligentur de inhabilib. Secundò pro intellectu Bar. adduco pulchrã doctrinam Bald. per eum comprobatam bonis legibus in rub. C. qui accu. non pos. in pe. col. in ver. quæro si statutũ dicat de homicidio. vbi q̃rit Bal. optimè ad propositum nostrũ. Pone, ꝙ in statuto ponatur dictio vniuersalis vnusquisq; , de qua in tex. nr̃o, nunquid restringetur ad personas habiles, an intelligetur generaliter, aut de personis inhabilibus, & affert exemplũ. Pone, statutum disponit, ꝙ vnusquisq; admittat ad accusandũ de homicidio, an intelligatur vnusquisq; habilis, an ẽt intelligatur de inhabilibus? Arguit ad partes, & finaliter tradit magistralẽ doctrinam, q̃ confert in proposito, & dicit, ꝙ illa dictio vniuersalis vnusquisq; , recipit restrictionẽ quo ad ea, q̃ sunt naturæ iurisgen. vel iuris diuini, & sic qui prohibent natura, vel iure gentium,

ADDITIONES.

a ¶ Quia multæ sunt persona. Adde Abb. in rub. de testam.

b ¶ Dictio vnusquisq; . Adde Bal. in rub. C. qui accu. non pos. in pe. col. ver. q̃ro si testamentum dicat. Doct. in l. 2. C. communi diuidundo. Et dic, vt per Paris. cons. 6. num. 14. lib. 1.

c ¶ Mutus. Adde Bal. in extrauag. de pace const. in ver. liuellarius. in vsib. feu. & tex. & Doct. in c. 1. in §. mutus. in tit. an Episcop. vel Abb.

d ¶ Cæcus. Adde Bal. in l. quoties. C. de suis, & leg.

e ¶ Fœmina. Adde. c. primum. in §. hoc aũt, qui feu. dare pos. in vsib. feu. Bal. in l. sed si hac. in §. liberos. ff. de in ius vo. Io. de Imo. in l. si ita scriptũ. ff. de leg. 2. Bal. in l. 2. C. de iur. emph. sed Io. de Imo. in c. potuit. in fi. cõmen. 1. de locato. dicit, ꝙ si ꝙs stipulat emphyteusim ꝑ se, & filijs suis, ꝙ nõ succedit filia fœmina, & alleg. ad hoc Archi. in c. si quis suadente. 17. q. 4.

Source : BIU Cujas

tiũ,vt infantes,& minores,qui prohibentᵉ iure gen.vel naturali, vel iure diuino, vt excõicati, iſti non intelliguntur habilitati à ſtatuto, ſed quo ad illos qui prohibentur à iure ciuili, intelligitur facta diſpenſatio, nec reſtringitur illa vniuerſalitas. Et iſtã doctrinã vide ibi ꝑ eum,qa multũ facit in ꝓpoſito iunctis limitationibus Bar.Iſta ſunt,q̃ mihi videtur multum ſtringere pro intellectu Bar. *communiter damnato*, omiſſis leuibus,qui habent melius argiñ in propoſito,illud proferant. Quid tenendum? teneo opinionem gl. *approbatam communiter*, ꝙ ꝑ hanc l. perſonæ inhabiles non habilitentᵉ ad pias cãs teſtando.ita vbiq; tenuit Bar.præter q̃ in allegata repetitione,tenet in primis Bar. hic in lect.& in l.j.§.nunciatio.ff.de ope.no.nun. Idem ẽt tenet Bar.in l.oĩbus.ff.ad Treb.& in l.nõ dubiũ.in 3.col.C.de legi.Idẽ tenet Bal.hic,ꝑſertim in repe.vbi truffatur de opi.Bar. nã in repe.in 2.col.dicit,ꝙ verba,& fundamenta Bar.ſunt ambages.In ea.repe.in 2.col.dicit,ꝙ intellectus Bar.eſt vna truffa. Ita ẽt latè tenet Sal.hic ĩ 6.col.& quinq; ſequẽti.idẽ tenet Ful. & Mod. hic legentes, vt euitetur legũ correctio iurib. vulgarib. & iura
16 iuribus concordentᵉ.†Et quia Eccleſia in dubio vtitur iure cõi,
* qñ non eſt in *ipſo priuilegiata.c.1.de natura feudi. in vſi. feu. & per.10.ſimiles rationes,quas in ſpẽ adducit Sal. hic, & ꝑ iſta cõi ſnĩa,vnũ eſt,quod ſtringit: nã ante iſtam l. nullibi apparet, ꝙ collegiũ clericorũ,& monachorũ eſſet expreſsè approbatũ in iure, ita ꝙ ei poſſet relinqui,vel legari, & iſtud ſpãle inducit iſta l.vt dixi in figuratione caſus.Et ad hoc vide no.tex. 12. q.1. in c. futuram Eccleſiã per quẽ tex.apparet nos non egere vltra teſti.quia apparet ibi qũo Conſtan.Impe.fecit iſtam l.no.vt inde poſſet relinqui Eccleſijs,quibus ante relinqui nõ poterat.Et per hoc apparet,ꝙ ceſſant fundamenta Bar. quia iſta lex ponit caſum dubitabilem, & affert priuilegium, & loquitur in caſu antea non conceſſo,& ꝓpà reſtringendum eſt ad perſonas habiles.¶Nõ obſt.aliud,quod dicit Bar.de milite,quia miles aliàs inhabilis, quia mutus,& ſurdus,põt teſtari.Rñdeo,ꝙ in milite leges magis in ſpecie diſpoſuerunt hoc,vnde non eſt veriſimile,ꝙ per verba generalia huius.l.Imperator voluerit derogare legibus.l.ſi qñ.in prin.C.de inof.teſt.¶Et ſic concludo, ꝙ verus eſt intellectus gl.& cõis ꝓtra Bar.ꝙ tex.nĩ in verbo vnuſquiſq;, reſtringat̃,vel intelligatur,vnuſquiſq;.ſ.habilis, & conſequẽter, ꝙ per iſtã l.non habilitantᵉ inhabiles ad teſtãdũ ad pias cauſas.
17 ¶Secunda concluſio eſt in gl.in verbo caſſa.ꝙ per hanc l. in teſtamentis ad pias cauſas non eſt ſublata ſolennitas teſtorum. hanc opi.gl.ſequuntur oẽs,vt inquit Bal.excepto quodã ſaturnino.ſ.Bar.Sed in repe.huius.l.in 2.col.inſurrexit contra oẽs,& tenuit,ꝙ per hanc l.ſint ſublatæ ſolennitates req̃ſitæ à iure ciuili,qñ teſtñ fit ad piam cãm.& ſic pro aĩa teſtatoris, motus per tria ex fundamentis adductis in præcedenti arti. quib. rñde,vt ibi rñſum fuit,& in ſpecie rñdent Bal.Sal.& Ful.hic.¶Eandẽ ẽt opi.& plenius tenuit ipſe Bar.in hac repe.in antepe. col. in 6.q. prin.vbi ponderat tex.nĩm in verbo,liber ſit ſtylus:nã ſm eum quicquid dicant gl.nĩæ,ſtylus idem importat.ꝙ ordo l.ſi qñ.C. de bo.vacã.lib.10.c.q̃q̃.de crimine fal.ergo eſt perinde,ac ſi tex. diceret in teſtamentis ad pias cãs liber ſit ordo.ſine ſolẽnitate. Secundo quia in teſtõ condito à patre inter filios ſunt ſublatæ ſolennitates iuris ciuilis.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.cũ Auth.ibi poſitis.C.de teſt.l.ſi.C.fam.ercis.ergo multo magis dicit Bar.intelliguntur ſublatę ſolennitates iuris ciuilis in teſtõ cõdito ad pias cãs,vbi tractatur de fauore aĩæ, qui fauor ꝓponen
18 dus eſt fauori liberorum.l.ſancimus.j. eod. ¶†Not.multũ iſta verba Bar.& ſigna,& facias longam manum ad ſcripta Bar. ꝙ magis fauetur teſtõ condito ad pias cãs, q̃ teſtõ condito inter liberos,quia in primo tractatur de fauore aĩæ,q̃ ꝓponẽda eſt ſi lijs,& ita inuenio,ꝙ ponderat aureus Doctor pr̃, & præceptor meus do.Alex.Imo.in l.pactum,qđ dotali.in 4.col.C.de pact. vbi plenè declarat iſtum paſſum.& in conſ.66.in 2.vol.in ci.vi-
19 ſo teſtõ.in 3.col.in fi.†Et ſi tu dicas,nõne in cõtrariũ habemus authoritatẽ Auguſtini canonizatã in c.fi. 19. q.4. vbi dicit tex. Aug.quicunq; vult Eccleſiam inſtituere,& filium exhęredare, alium q̃rat pro conſilio,q̃ Aug.& recitat gl.in l. ſi quis ad declinandã.in prin.in ver.ſimili mõ.C.de Epiſ.& cle.& gl.in l.Papi.in prin.ff.de inof.teſt.& ſic vr̃,ꝙ magis faueat̃ filijs, q̃ Eccleſiæ, qa rñdeo,ꝙ illa authoritas procedit quãtum ad legitimã in filijs, quia ſi quis vellet priuare filios legitima eos exhæredando, & inſtituere Eccleſiã, malè faceret. Sed quantum ad alia,dico ꝙ magis fauet̃ teſtõ condito ad pias cãs,q̃ inter liberos. ergo & c. Et ſi tu dicas,contra intellectũ Bar.ſtringit regula gl. magiſtra-
20 lis in l.ſi qñ.in prin.iũcto tex.C.de inof.teſt.vbi quærit.† Pone, Imperator concedit alicui liberã facultatẽ teſtandi. Nunquid iſta verba intelligantᵉ ſeruata ſolennitate iuris ciuilis, an intelligantur ẽt non ſeruata ſolennitate? dicit illa gl. ꝙ ſi iſte,cui erat conceſſa libera facultas teſtandi erat aliàs habilis ad teſtandũ, tunc verba Imperatoris nihil operarentᵉ, vt ergo aliquid operentur, intelliguntur ẽt non ſeruata ſolennitate. Sed ſi iſte non erat habilis ad teſtandum,& tunc Imperator intelligitur cõcedere ſeruata tñ ſolennitate iuris. Modo ſic,in iſta l. ſm intellectum Bar.Imperator hic habilitat ẽt inhabiles,& ſic priuilegiũ multum operatur,ergo neceſſariò intelligitur ſeruata tñ ſolennitate iuris ciuilis,aliàs priuilegiũ nimis importaret,quia habilitaret inhabiles. Item tolleret ſolennitates iuris ciuilis. ad iſtud arg.rñdet Bar.in 15.col.in 3.q.5.q.prin. vbi multũ ſing. limitat, & nunquam obliuiſcaris doctrinam dictæ glo.in d.l.ſi qñ.dicit Bar.ꝙ doct. huius gl.procedit,qñ libera facultas teſtandi cõceditur per Imperatorẽ vni priuatę perſonę,debet tũc diſtingui, vt in illa gl.Sed qñ Imperator cõcedit liberã facultatem teſtãdi non vni perſonæ priuatæ,ſed omnibus,vel cuilibet, & inter iſtos aliqui ſunt oĩno habiles, aliqui ſunt inhabiles, tunc ꝑ iſta verba non ſolũ intelligitur habilitare inhabiles,ſed ẽt tollere ſolennitatem teſtorum. In iſtis terminis propriè ꝓcedit iſta ſing. l.quia ſi non ẽt intelligeretur tollere ſolẽnitatem teſtorum, certè illud priuilegium nihil operaretur quo ad eos, q̃ oĩno habiles ſunt.Iſtud probat Bar.ꝑ exemplum ſimile. Imperator conceſſit militib.liberam facultatẽ teſtandi.l.1.ff. de teſt.mili.Iſtud priuilegium non eſt conceſſum vni,ſed multis:inter milites aliqui ſunt,q̃ oĩno põt teſtari de iure cõi,aliqui habilitanᵉ,vt eſt mutus,& ſurdus.l.iure militari.ff.de teſt. mil. & l. ex militari.in prin.& §.ſi miles.ff.de teſt.mil. & tñ licèt aliq̃ inhabiles habilitentur,tollunᵉ ẽt ſolennitates iuris ciuilis, qñ miles teſtatur exiſtens in bello.Ita in propoſito,qñ exiſtens in arti. mor. teſtatur ad pias cãs,non ſolùm qui eſt inhabilis habilitatur,ſed ẽt tollũtur ſolennitates iuris ciui.per hanc l. ¶No.perpetuò iſtã aureã limita.Bar.ad gl.d.l.ſi qñ. ¶Iſtam limi. reprehendit Bald.hic in repe.in 3.col.per totam,vbi reprehendit Bar. & de iſta doctri. multa dicit.Sed in propoſito nr̃o no.vnum,quod eſt notabile,
21 nam dicit,†ꝙ qñ priuilegium teſtandi cõcedit multis, quorũ quidam ſunt habiles,quidã inhabiles,inhabiles trahũt ad ſe habiles,& faciunt cenſeri, ꝙ priuilegium iſtud principaliter ſit cõceſſum ꝓ inhabiles.allegat in arg.l.iã hoc iure. in princ.in ver. ſed ſi aliter.ff.de vulg. & pup. Si ergo priuilegium Imperatoris principaliter intelligitur cõceſſum ꝓ inhabiles habilitandos, ergo non debet vltra operari, vt ẽt tollat ſolennitates iuris ciui.ſatis eſt colorata rõ contra Bar.Et tenendo opi.Bar.difficultas eſt rñdere ad tex.qui ineuitabiliter vrget ad l. gñali. j.eod.in verbo,ꝙ cum alia oĩ iuris rõne munitum ſit. Bar.ęſtuauit vſq; ad extremos ſudores in rñſione illius terribilis tex. nã primò in lect. huius l.in vlt. col. rñdet ad illum tex. penitus à remotis,ꝙ dum tex.ibi dicit,ꝙ cũ oĩ alia iuris rõne munitũ ſit,debet intelligi,& quidem barbarè, hoc eſt dummõ nõ ſit furioſus, vel infans,& ſic non adſit impedimẽtum, qđ ẽt impediat milites teſtari.Credo,ꝙ ille tex.oĩa velit niſi iſtud. Et ꝓpeà idem Bart.in rep.huius l.in antepen.col.rñdet diuinando,ꝙ in illa l.generali. teſtator qui teſtabatur ad pias cãs non erat in vlt. articulo vitæ cõſtitutus,ideo illi nõ ſunt ſublatæ ſolẽnitates iuris ciuilis, ꝓut hic in verb.decedens.Vel aliter,& tertiò tñdet ibi Bar.ꝙ tex.ille debet intelligi,ꝙ cũ oĩ alia iuris rõne munitum ſit,hoc eſt dicere ſm eum, ꝙ aliàs ſit rationabile, vel aliter, quia ſi teſtator vellet priuare filium ſine cã inſtituendo Eccleſiam, iſtud nõ eſſet ratione iuris munitum, & ſic non valeret. Ita intelligit ipſe
22 illum tex †Quid tenendũ? [a] teneo *communem opi.*gl. & Doc.ꝙ
a per hanc l.in teſtõ condito ad pias cauſas in nihilo ſit derogatum ſolennitatib.iuris ciui.& Bar.met in lect.huius l.ad fi.dicit, ꝙ licèt diſputando poſſet alia opi. teneri, tñ minimè mutanda ſunt,quæ interpretationem certam habuerunt, & ꝙ iſta opin. cõiter tenetur.eam tenẽt Bal.Sal.& Ful.hic,& Pau.hic repetẽs dicit,ꝙ plures truffantur de opi. Bar.nam in 2.col.in repe.dicit, ꝙ fundamẽta Bar. ſunt ambages, & in eadẽ rep.in 3.col. dicit, ꝙ omnes Doc.ſequuntur opi. gl.excepto quodam Saturnino, & ꝙ opi. Bar. eſt vna truffa.ita etiã dicit Bald.in ea. repet.in 20. col.in 1.q.3.patris prin.Pau.de Caſt.hic refert opi.Bar.& eius argumenta,& poſteà aliud nõ dicit,Ang in conſ.233.incip.punctus talis eſt. Quædam dña Margarita.in 5.col.dicit,ꝙ opin.& intentio Barto. damnatur vbique, & in iudicio, & in ſcholis.

ADDITIO.

* In ſpecie.

a ¶ Tenendum. Adde,ꝙ cõis eſt cõtra Bar. hic,& dic, ꝙ in teſtõ ad pias cãs in nihilo derogatum eſt ſolennitatibus iuris ciuilis,ꝑ diſpoſitionẽ huius.l.1.teſte Iaſ.hic. & Alex.conſ. 182.in fin.libr.5.de quo plura no.Boer.q.93.pag.1. Clar.§.teſtñ. q 6.vbi cõcl.declarat,dicit tñ verũ eſſe, ꝙ ĩ teſtamẽtis ad pias cauſas non requirantur ſolennitates iuris poſitiui, ſed ſufficit ſolẽnitas iuris gentium,ſecundũ cõem ibi,pro qua vr̃ facere, ꝙ in diſpoſitione ad pias cauſas non attendit̃ prohibito iuris ciuilis,ſed cano.ẽt in terris Imperij,& cõſequẽter in relictis pijs ẽt in foro Cæſaris volũtas captatoria toleratur, ſcđm magis cõem ꝑ Ale.cõſ.14.col.fi.li.1.Soc.cõſ.49.li.4.Boer.d.q.93. MASVER.

Source : BIU Cujas

de publico, quod ſubimus lege, vel more,ideſt conſuetudine,
vel imperio eius,cui ſubiecti ſumus.tex.eſt in l.munus propriè.
& in l.munus trib.ff.de verbo.ſign.Et ita capimus in hac mate-
ria.vnde tex.hic magiſtraliter dicit,à quibus ſpecialiter neceſſi-
tatibus, illud verbum neceſſitatibus idem importat,quod mu
neribus,cùm munus dicitur illud onus, quod neceſſariò ſubi-
2 mus. †Iſtud ergo munus propriè ſumptum eſt triplex, quod-
dam eſt merè perſonale, quoddam merè reale, quoddam, &
tertiò eſt mixtum, vt declarat Iuriſcon.in l.fi.per totam.l.ff. de
mune. & hono.Et multum not.Bart.quem omnino videas to-
tum,in l.1.C.de mulieribus,& in quo loco,lib.10.quem totum
formaliter transformauit Pan.in c.non minus. de immu. Eccl.
tangit etiam Bar.hic in aſſerta rep. ſed ineptè, & inordinatè te-
tigit. Cyn.in l.voluntariæ.C. de excu. tut. & Guil. de Cu. origi-
naliter in l.neminem. ĵ.eod.Ex quorum dictis aliqua pauca ex-
cipiam ad intellectum neceſſarium iſtius.l. ideo cum myſterio
3 legi iſtam.l. ¶†Capio primum.ſ.munus perſonale: [b] munus p-
b ſonale eſt triplex,quoddam eſt cum dignitate, ſeu habens an-
nexam dignitatem,& iſtud appellatur propriè honor,nam ho
nor eſt ad adminiſtratio Reipublicę cum dignitatis gradu.l.ho
nor.in prin.ff.de mun.& hono.vt eſt,pone, creatur aliquis De-
curio ciuitatis,eſt munus perſonale, & appellatur propriè ho-
nor. Item ſi quis eligeretur ambaſiator, ſeu legatus ad magnũ
principẽ appellatur honor. Et propterea in rub. dicitur,& ho-
noribus Quoddam eſt munus perſonale habens vtilitatẽ exer-
citij annexam, & illud appellatur munus ſordidũ, de quo ha-
bes multa exempla in l. maximarum.& in l.ſordidorum C.de
excu.mu. lib. 10.& illa non debent inungi niſi perſonis vilib.
& abiectis,vt eſt exemplum, ſi aliquis eligatur de publico, vt
vadat ad quærendum panem per ciuitatem pro carceratis, ap
pellatur munus ſordidum,& de iſto munere ſordido non lo-
quitur. l.noſtra, quia l. noſtra loquitur de munere ſordido me-
rè reali,& glo.ponit multa exempla,vt calcis conquendæ, &c.
Quoddã, & tertiò eſt munus perſonale ſimplex,quod nec ha-
bet dignitatem, nec ſorditatem, hoc eſt nec reputatur honor
in ciuitate,nec reputatur quid ſordidum: exemplũ ponit Bar.
ſi aliquis deputetur ad exigendum pecuniam per ciuitatem,&
de iſtis muneribus perſonalibus non loquitur.l.noſtra.quia cla-
rum eſt,q̃ eccleſiaſticę perſonæ ſunt exemptæ à quibuſcunq;
4 muneribus perſonalibus. ¶†Dixi ſecundo loco, quoddam eſt
munus publicũ,quod appellatur mere reale, ſeu munus patri-
moniale,ſeu ſi velis dicere,munus burſale.dicit Bal.in tit.de pa-
ce conſtan.in verbo libellorũ,q̃ Eccleſiæ non curant de mune
ribus perſonalibus,ſed tm̃ de patrimonialibus, ſeu burſalib. &
iſtud munus reale reperit̃ triplex in iure. Quoddam eſt,quod
imponitur perſonis tm̃, non habens reſpectum ad res, ſeu pa-
trimonium, vt eſt qm̃ expenſa imponitur per capita,vel per fu-
mantes,& iſta appellatur propriè capitatio.l.ætatem.ff.de cẽſi.
& ab iſto munere capitationis Imperator eximit quoſcunq; ci
ues,præſertim vrbis Romæ,& ſtatuit, q̃ ſolum ruſtici teneantur
ad munus capitale,iſtud diſponit rub.& l.vnica. C.de capi.
ciuium.lib.11.Quoddam eſt munus.reale,q̃ imponitur pſo-
næ pro rebus habito reſpectu ad res, quando imponitur per ęs
& liberam, vt eſt quantum hẽt quis in patrimonio, puta mil-
5 le libras,tunc ſoluit fortè vnum denarium pro libera. † Colle-
c ctæ [c] tamen propriè, & ſtrictè dicuntur illa, quæ non habent
certam,& determinatam formam, puta ſi eſt opus facere ali-
quam impenſam, imponuntur collectæ per æs, & libram, gl.
eſt,& ibi vide Barto. ad prædicta,in l. reſcripto. §.fi.ff. de mun.
& hono. Bar. in l.1.ff. quod cuiuſq; vniuer.& in l.4.§ Cato. vbi
alij Scribentes. ff. de verborum obligat. Barto. in d.l.prima. C.
de mulieribus, & in quo loco. libro 10. & iſtæ collectæ regu-
d lariter [d] non poſſunt imponi forenſibus, nec etiam clericis,vt
dicunt Barto. Bald. & alij hic, & in locis prælegatis. ratio
eſt, quia imponuntur perſonis pro rebus, ergo non debent
poſſe imponi perſonis eccleſiaſticis pro rebus, cùm non ſint
ſubditæ. Et propterea latè conſuluit do. Alexan.an collectæ
e poſſint imponi forenſibus pro rebus hic exiſtentibus [e], & ibi
arguit ad partes, & oſtendit quanta vis ſit in iſta materia in
conſilio 66. in 2. volum. incipiente viſo, & bene diſcuſſo pro-
ceſſu, vbi latè videas per eum. Fallit tamen in forenſi, qui eſſet
vſurarius,ſecundum Bar.in d.l.1.& in l.fin.§.pen.ff.de munerib.
& hono.Bal.in l.etiam.in pen.col.C.de execu. rei iudi.itẽ fallit,
quando ex conſuetudine,cuius initij hominum memoria non
eſſet in contrarium, ſolitum eſſet forenſes collectari, ſecun-
dum Barto.in prælleg.l.1.& in l.1. C. de auro coro. libr.10.&
multum diffusè dom.Alexan.in d.conſi.68. in 2.volum. in 3.5.
6 & 7. colum. † Quoddam, & tertiò eſt munus merè reale, &
iſtud propriè appellatur tributum, & licèt tributum largè dici
poteſt quicquid tribuitur, propriè tamen, & ſtrictè dicitur il-
lud, quod tribuitur principi, quando propriè,& ordinariè tri-
buitur principi,exemplum pone, in regno Franciæ vna ciuitas
præſtat ordinariè principi centum milia ducatorum, & non
ſolùm appellatur tributum, ſed etiam cenſus, ſeu annua præ-
ſtatio,iſta ſunt ſynonyma. Habetis etiã annonam militarem,
& erat etiam tributum ordinarium, quod tribuebatur princi-
bus: in annona exemplum. Iſta ciuitas eſt obligata dare omni
anno Imperatori mille ſaccos frumenti pro annona in ſpecie.
Et quod iſta tria idem importent, habes gl. magiſtram, quam
tu iuuenis omnino videas,in l.1. in princip. ff.de publ. & vecti.
vbi etiam declarat,quid differant vectigalia à prædictis.ita etiã
7 gl.declarat,& Bald.in l.ſacroſancta.ĵ.eo. † Habes etiam mune-
ra mixta,quæ participant de onere perſonali,& de onere reali,
qualia ſint, declarat tex.in d.l.fi.& Bar.in d.l.1.¶Secundò præ-
mitto aliam diuiſionem munerum: nam quædam ſunt mu-
nera ordinaria, quædam extraordinaria: munera ordinaria di-
cuntur illa,quæ ſunt impoſita à lege, vel à ſupremo Imperato
re,ſeu ab eo, qui vicem eius obtinet: Et habent certam, & de-
terminatam formam. Et ab iſtis Eccleſia non eſt exempta,vt
hic in text.an tamen ſit correctum videbitis in glo. Extraordi-
naria autem dicuntur èconira,quæ non habent certam,& de-
terminatam formam, ſed dato, quòd habeant determinatam,
8 non ſunt impoſita ab Imperatore.Ideo not.† quod omnia mu
nera,quæ imponuntur ab inferioribus à ſummo Imperatore,
omnia ſunt extraordinaria,& ab omnibus Eccleſia eſt immu-
nis,ita definit tex.in l.1.C.de vac.mu. Bar.in l.1.ff.de iure immu.
& in d.l.1.in vltim.colum.Bal.in l.fin. C.ſine cen.vel reli.Imo.in
9 l.ſi ex toto.ff.de leg.1.¶Item præmitte, quòd in iure noſtro ha-
bemus indictum,& ſuperindictum,de quibus tex.noſter men-
tionem facit,& habemus duos titu.ordinarios.C.de indicto,&
de ſuperindicto. lib.10. Indictum autem dicitur propriè illud,
quod à principio fuit extraordinarium, poſtea venit ordina-
rium. Et indictum propriè eſt illud, quod olim Imperatores
Rom.vltra tributum, & cenſum imponebãt,qd ſoluebatur oĩ
no,quia non omni anno tributum, ſed per ſingula luſtra,ideſt,
ſingulis quinque annis quælibet ciuitas ſoluebat tantum de fer
ro, poſtea tantum de argento, poſtea tantum de auro, & iſta
indictio, quæ ſoluebatur per ſingula luſtra, poſtea reuerſa eſt
in ordinarium munus, & ab iſta indictione ſingulis.15. ann.in-
cipiebant ad præſtationem munerum,& ab iſta indictione no-
tarij inceperunt ſtylum ſuum in inſtrumento, vt glo.declarat.
ſupra de nou.Cod.confir.in fi. ver. ſeptimæ. & in Auth.vt præ-
ponatur nomen Imperatoris. in princ.in ver. indictionis.colla.
5.& latè magiſtraliter Specu.in titu.de inſtr.edi. in princip. in 2.
colum. Superindictum, quod olim, & hodie ſemper fuit mu-
nus extraordinarium, & propriè ſuperindictum dicitur illud,
quod à principe ex aliqua, cauſa quam vult videri iuſtam, vt
tributum & indictum, imponitur ob aliquam impenſam ex-
traordinariam,puta propter tempora guerræ,vel q̃ ſit magna
ſertilitas.Et ab iſto ſuperindicto excuſat Eccleſia. Ita gl. & Bar.
in rub.C.de ſuperindicto.lib.10.& Bal.in l.fi.C. ſine cen.vel reli-
quis,& per hoc tu iuuenis habes ſublatam vnam dubitationẽ,
quæ potuiſſet tibi euenire in tex. q̃a voluit dicere, eſt immunis
ab omnib.munerib.extraordinarijs,ẽt ſi imponantur p̃p aliquã
neceſſitatem emergentem.Et quia dixi.s̃.q̃ munus propriè eſt
illud

ADDITIONES.

a Quæ differentia. Adde Doct.in l.plebiſcito.ff.de offic.preſid.& glo.in c.& ſi quæſtiones.de ſimo.& in c.1.de ma.cont. inter Eccle.

b Munus perſonale. Adde gloſſ.in l.indictiones. C. de annu. & tribu.libr.10. Cyn.in rub.C.de mun.patrimo.libr.10.Specu.in titu.de cenſib. in §.2.verſic. quæ autem.

c Collectæ. Adde Bald. in l.fin. C. ſine cenſib.vel reliq. Barto.in l.2. ff.de iur. immunit.Spec.in tit.de cle.coniug.Arch.& Ioan.Andr.in cap.1. de immunit. eccle.libr.6.Bar.conſi.incip. punctus quæſtionis talis eſt,quidam Titius olim de Peruſio.

d Collectæ regulariter. Adde l.reſcriptum. in §. fina.& ibi Barto. in l. forma. 1. §. 1. ff. de cenſibus. Bartol. in l. cùm neque. C. de iure col. libro decimo.

e Pro rebus hic exiſtentib. Adde Bal.in c.1.in vltim.colum. quæ ſint regalia.in vſib.feud.

Source : BIU Cujas

illud onus, quod iniungitur de publico, ab iſto termino deſcẽdit immunis. i. qui eſt exemptus ab illo munere publico, vt in ti. ff. de iure immunitatis, ab eo noĩe deſcendit municeps, de quo loquit. ff. ad municip. nam municipes dicunt propriè illi, q̃ munera nobiſcum capiunt, & participant de onerib. ciuitatis. Ita declarat tex. in l. 1. ff. ad municip. & tex. in d. l. munus, ꝓpriè. ¶ Vltimò aduerte, q̃ licèt in hac. l. dicatur, q̃ Eccleſia nullum munus agnoſcit niſi ordinarium, & illud quod imponit ꝓp ſubitum aduentum principis, tñ iſta l. ſuppleť per l. ad inſtructionem, & l. iubemus nullam, & l. neminem. ĵ. eo. vbi illi tex. addũt quædam alia munera, ad quæ Eccleſiæ tenẽtur, vt declarat Pa. de Caſt. in l. iubemus nullam. ĵ. eo. ¶ His præmiſſis diuide hanc. l. in 7. partes, vt facit glo. 1. quam vide per te. uel diuide melius in quatuor, ſm Cyn. & Sal. In prima ponitur proę. In ſecunda deciſi. In tertia fallen. In quarta ponitur pęna. Secũda ibi, prima quippe. Tertia ibi, poſtremò nihil præter canonicã. Quarta ibi,
10 ſi quis contrauenerit. hoc dicit. †Eccleſiæ ſunt immunes à ſordidis muneribus. & ſuperindictis, & extraordinarijs: ab ordinarijs, vel etiam extraordinarijs, q̃ ꝓp ſubitum aduentum principis imponuntur, non ſunt immunes, & ꝑfacientes puniuntur pœna excommunicationis, & perpetui exilij. hoc dicit. ¶ Item tex. ibi, rationabilis conſilij tenore perpenſo. Not. ſm Bald. & Moder. quod princeps de neceſſitate uẽt tractare cauſas graues
a cum conſilio procerum [a], & Senatorum ſuorum nõ ex ſuo capite, facit l. dubium ĵ. de rep. Adde facere illud, qđ ſingu. inquit
11 Bal. in l. cùm multa. C. de bo. q̃ lib. †vbi dicit, q̃ Papa non ꝑt [b]
b ſine Cardinalibus expedire res, q̃ ſunt arduæ, aliàs ſine eis ſi facit, actus eſt ipſo iure nullus. Alibi dicunt Imol. & Cano. in ca.
12 ad hæc. de offi. Archi. †quod Archiepiſcopus ſolus [c] nõ poteſt
c expedire negocia ardua ſine conſenſu Epiſcopi, licèt illud ſpectet ad ſolam iuriſdictionem Archiepiſcopi. Alibi dicunt Inn.
13 & Cano. in c. edoceri. de reſcrip. †q̃ in cauſis arduis nunquam aliquo caſu poteſt prælatus ſine capitulo agere, nec èconuerſa, ſecundum Inno. in c. cùm quæ. de iud. Accedat illud, quod ſing. vult Inno. in c. 2. de no. oper. nunc. vbi dicit, q̃ in graui negotio præſentes de capitulo nihil poſſunt ſtatuere, niſi nominatim citatis abſentibus, alias actus geſtus eſt ipſo iure nullus, tñ gl. ſing. ad quam totus mũdus recurrit, in c. præſentium. in prin. in ver. ipſorum. de teſti. in 6. dicit, quod abſentes non ſunt vocandi ni-
d ſi in tribus caſibus [d], vt ibi per glo. inter quos iſte nõ eſt ex illis. illud dictum Inn. ſeq. d. Ant. in c. cùm omnes. de conſt. & in c. 1. de his, quæ fi à ma. par. cap. & in c. fi. in 3. col. de ma. & obe. & in c. licèt. in 3. col. de elec. & in c. 1. in 5. col. de ope. nou. nun. & ibi dicit, q̃ iſta doctr. Inn. eſt magis æqua, q̃ doct. illius glo. in d. c. p̃ſentium. licèt ad eam totus mundus recurrat, ſm eum. Iſtud dictum Inno. ẽt tenet Pan. in d. c. 2. in vlt. col. & in d. c. 1. in vlt. col. de his, quæ fiunt à ma. par. cap. vbi latè loquitur. & in d. ca. cùm omnes. in 5. col. circa fi. ¶ Contrarium tamen contra dictũ Inn. ſequendo gl. d. c. præſentium. tenuit Io. de Imo. in ca. cùm apoſtolica. in 4. col. de his, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap. & in d. cap. 1. in 8. col. de his quæ fiunt à maio. par. cap. & plenius in c. fi. in 3. col. de maio. & obed. vbi plenius, quàm alibi. & in d. c. cùm omnes. de conſtit. & dicit ibi Bald. in d. c. cùm omnes. in 6. col. & quidem ſing. q̃ in alienatione magnarum rerum Eccleſiarum abſentes ſunt neceſſariò citandi, & ſoli præſentes nihil poſſunt ſtatuere allegat l. iubemus nulli. §. 2. ĵ. eod. & quia æqui parantur cauſis ſtatus. l. ꝓp litem. in prin. ff. de excu. tuto. ſed do.
14 Abb. Pan. dicit expreſsè ꝓrium, †& dicit, q̃ alienatio rei immobilis non dr̃ negotiũ graue. Ad iſta ẽt facit, q̃ ſing inquit Spec.
15 in tit. de ſyndico. §. 1. & Bald. in l. 1. ff. de mag. conue. †in quib. locis ſing. voluit, q̃ quando creatur ſyndicus ab aliqua vniuerſitate, ſi ſit creatus in cauſis arduis, debent in inſtrumento ſyndi
e catus neceſſario poni omnia nomina [e] creantium iſtum ſyndicum, & non ſufficeret dicere, q̃ maior pars conſtituit iſtũ ſyndicum, vel nominare duos, vel tres, & poſteà ſubijcere, & omnes alij, qui faciũt maiorem partem & c. quia eſſet ipſo iure nullus, quia in cauſis arduis oportet magis deliberatè procedere.
16 ¶ Secundo no. ex l. placet. †q̃ Eccleſia non tenetur [f] ad aliqua
f munera publica, niſi ad ordinaria, hoc eſt ad ea, quæ habent ordinariam, & vniformem præſtationem. An autem iſtud ſit hodie correctum per Auth. item nulla. ĵ. tit. 1. dicetur in gl. In tex. ibi, nihil extraordinarium ab hinc, ſuperindictum ùe flagiteť, quàmuis etiam ſuperindictum ſit munus extraordinarium, tamen quia imponitur ob neceſſitatem belli, vt declarauit glo. & Barto. in rub. ĵ. de ſuperindicto. lib. 10. voluit dicere. text. q̃ Eccleſia non tenetur ad aliqua munera extraordinaria, etiam ſi imponantur propter publicam neceſſitatem belli. Et ꝑ hoc nouiter ego pondero eſſe hic text. expreſſum cõtra illud, quod ſing. decidit Barto. in l. nullus. 2. C. de curſu publico. lib. 12. vbi arg. illius text. not. q̃ quando iſtæ ſocietates gentium armata-
g rum [g] vadunt deprædando iuxta ciuitatem, & capiendo homines, & propter hoc eſt neceſſe facere exercitum ad eas expellendas, dicit Bart. q̃ propter iſtam cauſam poſſunt imponi collectæ etiam Eccleſijs. & idem tenuit Pet. de Anch. in c. non minus. de immu. Eccleſ. Ego dico, q̃ in cõtrarium eſt hic tex. expreſſus, nam collectæ, vel datia, quæ imponũtur ratione belli, vel vt prouideatur talibus gẽtibus armatis, ſunt munera extraordinaria, & propriè dicuntur ſuperindicta, quia ex cauſa neceſſitatis belli, vt per glo. & Barto. in d. rub. C. de ſuperindi. & Barto. in l. hi qui. ff. de iu. immu. ſed hic eſt tex. quòd Eccleſia eſt immunis à ſuperindictis, hoc eſt à muneribus realibus, q̃ imponuntur propter neceſſitatem belli, ergo hic eſt tex. rotundus contra illam deci. Barto. non inuenio ab aliquo ponderatam, nec ego unquam ponderaui niſi nunc, & eſt mea inductio noua. ¶ Adde etiam, q̃ d. Abb. in d. c. non minus. in pen. colum. de immu. Eccle. refert illud dictum Barto. ſing. & reprehẽdit per text. in d. c. non minus. in verb. expeditiones, exponendo vt ibi expoſuit Ioan. And. i. caualcatas militum. vbi eſt tex. contra Barto. quod ſi ciuitas velit facere neceſſariam caualcatam militum ad expellendum hoſtes, qui infeſtant ciuitatem, quòd Eccleſia, vel Epiſcopus non tenetur niſi voluntariè faciant, & in ſubſidium, quando ciues eſſent inhabiles, tamen non allegant tex. noſtrum, qui magis ſtringit. Videatis, quod benè determinat Dyn. Bal. & Moder. in l. ſi ex toto. in prin. ff. de leg. 1. & ibi. d.
17 Alex. vbi quærunt. †pone, aliquis eſt immunis ab omnibus muneribus realibus, & perſonalibus ordinarijs, & extraordinarijs, & ſm modum, quem tradit Bart. in l. hi qui. ff. de iu. imm. Et ſic etiam nunquid intelligatur exemptus à muneribus neceſſarijs, quæ imponuntur ob neceſſitatem belli, vide ibi per eos. tangit etiam not. d. An. in c. peruenit. de cenſi. vbi tangit no. an priuilegiati, & exempti intelligantur priuilegiati quo ad munera extraordinaria, quæ imponuntur ratione belli. ¶ In text. ibi,
18 nulla translationum ſolicitudo ſignetur. expone, vt in glo. †ex quo not. quod res Eccleſiæ, pro quibus ſoluuntur tributa principi propter munera non ſoluta, tamen non confiſcantur, put confiſcarentur prędia priuatorum. ¶ Vnde facit tex. quòd ſi Eccleſia habeat emphy. pro qua debeat ſoluere annuum canonem, ſi ceſſauerit per biennium, vel triennium ſoluere canonẽ, quòd per hoc non auferatur ſibi res eccleſiaſtica, tamẽ Bal. hic in tertio no. tenet contrarium, & bene. alleg. glo. ord. in Auth. qui rem. in glo. mag. in uer. poteſt. ad fi. ĵ. eod. & ad iſtum text. reſpond. & benè, quòd tex. iſte loquitur, quando fundus aufertur in pœnam non ſoluentis. & ſic ablatio rei venit ex diſpoſitione. l. in meram pœnam. ſed in contractu emphy. illud venit ex natura contractus, nimirum ſi Eccleſia tenetur ad omne illud, quod procedit ex natura contractus. Idem tenet Bart. hic in repet. in 1. colum. quæ tamen non eſt repetitio Bart. ſequitur ſimpliciter Fulg. hic, alij non tangunt. Idem tenet Spec. & Io. And. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in verſ. 15. cum duobus ver. ſeq. & expreſsè Bald. in cap. 1. de alie. feu. in vſibus feu. d. Anto. de But. in c. cõſtitutus. de relig. dom. plura notabilia nõ colligo, quia ſunt vulgaria. ¶ Gl. in ver. dedicata. diuiditur in tres partes. In 1. ſoluit vnum ꝫriũ vno mõ. In 2. ſoluit alio. In 3. alio. partes patent in gl. ¶ Aduertendum eſt, q̃ l. fi. de qua opponit glo. obſtat ꝫ tex. noſtrum duob. modis. primò obſtat, inquantum tex.

vult

ADDITIONES.

a ¶ Cum conſilio procerum. Adde l. prox. & qđ ibi not. ff. de his quæ in teſt. del. Barto. in l. humanum. C. de legatis, & in §. ſed & quod principi. inſti. de iure natu.

b ¶ Quod Papa non poteſt. Adde Fely. in rub. de conſt. vbi alleg. ad partes, tãdem tranſit cum opi. cõi, videlicet, q̃ poſſit.

* De qua vide, quæ ſcribit Catel. ver. Papa non poteſt.

c ¶ Quòd Archiepiſcopus ſolus. Adde Inn. & Io. And. in c. magnæ. de voto. Inno. Anto. de But. & Io. de Imo. in ca. q̃ in dubijs. de renun. Spec. tit. de adopt. in §. 1. ver. breuiter autem tene.

d ¶ Niſi in tribus caſibus. Adde An. de But. in ca. licet. in 2. col. de ele. idem in c. humilis. in 3. col. de maio. & obed. adde alium caſum ſecundum Bal. in c. cùm omnes. de conſt. videlicet in alienatione magnarum rerum, puta nobilium Gangiarum, quæ æquiparantur cauſis ſtatus, vt l. propter litem. ff. de excuſat. tuto.

e ¶ Omnia nomina. Et vide Old. conſ. 100. inci. in executione. per totum. vbi diſtinguit.

f ¶ Quod Eccleſia non tenetur. Adde Docto. in c. non minus. de immu. Eccl. & Ang. in conſi. 24. incip. Eccleſia non tenetur ad munera.

* Et dic, vt per Oſaſ. Deci. 68. vbi loquitur de perſonis Eccleſ. An & quomodo teneantur. & de hoc latè differit, quam conel. plenè examinat Villal. inter. com. opi. lib. 5. verſi. Eccleſia. & aliqua ponit Pract. Maſueri ti. de Collec. poſtnu. 21. vbi inquit, viri tñ Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere gabellam de fructibus patrimonij, vel beneficij, ſecus de his quos emerunt cã negotiationis, ex iuribus ibi allega. de quibus etiam aliqua ſcribit Boſ. titu. de principe, numero 121.

g ¶ Gentium armatarum. Adde Doct. in c. non minus. de immu. Eccleſ.

Source : BIU Cujas

vult, ꝙ prædia eccleſiaſtica non teneantur ad aliqua munera,
* ibi dī contrarium. Et ad hoc propriè opponit gl. de illo text. *& cōiter Doct.* tenet tertiam ſolutionem gl. duæ præcedentes nihil valent, ꝙ contrarium loquitur de munerib. non ſordidis. tu rīde, vt nunc dicam. Alio & ſecundo modo obſtat illa l. fi. ℈ tex. ad quod non aduertit gl. in quantum tex. noſter vult, ꝙ prædia Eccleſiæ non transferuntur in fiſcum, quamuis ceſſet in ſolutione tributorum, nam text. in illa. l. fin. dicit expreſsè ℈rium, ꝙ imò prædia Eccleſiæ transferantur in fiſcum, ſi ceſſet in ſol. glo. in d. l. fin. ponit varias ſolutiones, quas curiosè recitat Sal. hic. omiſſis illis ſolutionib. vera ſolutio eſt iſta, quæ tollit etiam cōtrarium præcedens, ꝙ text. noſter loquitur in prædijs Eccleſiæ, quæ antea nō erant tributaria, in iſtis propriè procedit tota iſta lex, ſed lex contraria expreſsè loquitur, quando prædia prius erant verè tributaria, antequam eſſent Eccleſiæ, quia ſi poſtea fiant Eccleſiæ, tranſeunt cum onere ſoluendi collectas, & ſi Eccleſia ceſſaret in ſolutione, transferentur in fiſcum, ita rīdent Iac. But. & Sal. hic. & Bart. in d. l. fin. & ita teneas, quicquid dicat Archi. 16. q. 1. c. placuit. vbi eſt canonizata. l. noſtra. ¶ Gl. in verſi. ab hinc. diuiditur in duas. In prima declarat text. literaliter. In ſecunda ponit, quæ dicantur munera extraordinaria. Secunda ibi, & dic. ¶ In fi. gl. ſimilem glo. habes. ℈. in verſi. canonicam. Et
19 iuxta has gl. quæro, an † ꝓp iſtas cauſas, quia natus ſit filius, vel ducat vxorem, poſſit dīs, puta Rex, vel Dux, vel alius imponere collectam vaſſallis ſuis, videas no. Spec. & nunquam obliuiſcaris, in tit. de feu. §. quī. in pe. col. in ver. & no. ꝙ vaſſalli Comitum. vbi dicit, ꝙ ſi dīs directus ducat vxorem, vel maritet fi-
a liam, [a] vel filius creatur miles, ex iſtis cauſis poteſt imponere collectam vaſſallis, non ècontra ſi filius principis duceret vxorem, & ibi generaliter ponit ex quib. cauſis poſſit princeps imponere collectam vaſallis, ſuis. de quo vide etiam Oldr. Lau. in cōſi. 234. incip. factum tale eſt, quidam miles. Bal. in l. cùm multa. C. de bon. quæ lib. d. Alex. in conſi. 25. in 2. volum. incip. viſo them. & dubijs. in 1. col. ¶ Gl. in verb. canonicam. quam diuido in tres. In prima declarat tex. In ſecunda oppo. & ſe remittit. In tertia remouet aliud ℈rium. Secunda ibi, & ſic contra. Tertia ibi, item hæc corrigitur. ¶ In fi. gl. pro clara intelligentia glo. & tex. quæro, an iſta lex ſit hodie correcta per Auth. itē nulla cōi-
20 tas. ℈. tit. 1. & ſic † an hodie Eccleſia teneatur ad onera ordinaria, & neceſſaria. gl. hic facit, ꝙ iſta lex eſt hodie correcta per illam Auth. & ſic, ꝙ hodie Eccleſia non tenetur ad aliqua mune ra nedum extraordinaria, vt hic, ſed nec etiam ad ordinaria, &
* idem ſimpliciter tenet Cy. Bar. autem, qui ſemper habuit veritatem ante oculos, melius dixit, *& eius opi. tenetur cōiter* per omnes Legiſtas, & Canoniſtas indifferenter. Bar. ergo hic dixit meram veritatem, & dixit quædam ſunt munera verè realia, quæ imponuntur ipſis prædijs per conſenſum principis, & appellantur propriè tributa, & ab iſtis Eccle. non ſunt immunes etiā de iure cano. 11. q. 1. c. tributum. & 23. q. 8. c. tributum. facit c. placuit, & ibi expreſsè Arch. 15. q. 1. vbi eſt canonizata iſta Auth. & in hoc nullus diſcordat: quædam ſunt munera, quæ imponuntur perſonis pro reb. & appellantur propriè collectæ, & ad iſtas collectas non tenetur Eccleſia, ſicut nec forenſes, cùm imponantur perſonis eccleſiaſticis, quæ non ſunt ſibi ſubiectæ, niſi talia prædia ante fuiſſent tributaria, & obnoxia collectis, anteq̄ tranſirent in Eccleſiam, quia tunc trāſirent cum onere. l. reſcripto. §. ſciendum. vbi etiam Bar. ponit idem, qđ hic. ff. de mun. & hono. Iſtud ego confirmo per id, qđ no. vult Inn. in c. verum. de for. comp. Hoſt. in ſum. in tit. de iu. immu. §. à quib. propè prin.
21 † In quib. locis cōcludunt, ꝙ ſi Eccleſiæ acquirant rem feudalem, teneantur ad onera, ad quæ tenebantur vaſſalli, ex quo erat feudalis, anteq̄ iuerat ad Eccleſiam, & ex hoc dicit Bar. hic, & in d. l. reſcripto. §. fin. ꝙ eſt dare conſilium, quo mediante Eccleſiæ teneantur ad collectas, ꝙ fiat ſtatutum, ꝙ omnia prædia ſint tributaria, quia ſi poſtea irent ad Eccleſiam, tranſirent cum onere collectandi, & refert Barto. ꝙ Eugubienſes, & Peruſini vſi ſunt iſto conſilio, cùm viderent Eccleſias nimium ditari. Iſtud con-
* ſilium Bart. *eſt falſum, & damnatum per omnes*, & in ſpecie reprehendit Bald. hic, & in l. neminem. ℈. eo. & in d. Auth. item nulla cōitas. & in l. fi. C. ſine cenſi. vel reli. & ℈rium tenuit ipſe Bart. in conſi. 180. incip. ſi aliqua poſſeſſio. Arch. Io. And. & Gem. in c. fi. de immu. Eccle. in 6. & Io. de Imo. in c. 2. in pen. col. de vit. & honeſt. cler. & Lud. Ro. in l. ſi publicanus. §. 1. ff. de pu. & vecti. & omiſſis arg. Docto. tanquam non multum vrgentib. ℈ Bar. vnum ſtringit. Clarum eſt, ꝙ Eccleſia eſt immunis ab extraor-
22 dinarijs munerib. vt hic, † ſed ego habeo, ꝙ ſolus Imperator poteſt indicere munera ordinaria, alij inferiores quæcunq; ſtatuta faciant, quæcunq; munera indicant, ſemper appellantur munera extraordinaria, ita declarat Barto. in l. hi qui. ff. de iure immu. & in alijs locis relatis. ℈. in euidētialib. ergo in terminis in quib. loquitur Bar. qñ Peruſini, vel Eugubiēſes ſoluerunt, malè loquitur, & opi. ſua bene procederet, qñ Imperator iſtud ſtatueret, quia tunc eſſent ordinaria. Præterea, & fortius dato pro verò, ꝙ ciuitates inferiores poſſint facere prædia tributaria, tamen ad hoc, vt efficiantur prædia tributaria, requiritur, quod conſtituatur certa ſpecifica, & determinata qualitas, aliàs non efficiuntur tributaria per hoc, quòd indefinitè determinentur, vt declarat Barto. & benè in l. neminem. ℈. eo. & in propoſito noſtro Paul. de Caſtr. hic. & ſic concludo contra Barto. quòd etiam ſi ciuitas ſtatueret, quòd omnia prædia ſint tributaria, iſtud non ſufficeret, vt efficerentur tributaria. Iſtud omnes tenent, quamuis Fulg ſolus ſimpliciter teneat cum Bart. quando expreſsè appareret, quòd tale ſtatutum non fieret in fraudem Eccleſiarum. Vltra Bar. dic tu, quòd tempore, quo res peruenit ad Eccleſiam, poſſet imponi per pactum expreſſum, quod Eccleſia pro tali prædio teneretur ad collectas, tunc interueniente pacto expreſſo bene teneretur Eccleſia. ita not. Innocen. in d. c.
23 verum. de foro competen. & Bald. in l. neminem. ℈. eod. † An
b autem clerici, [b] qui ſunt exempti in bonis Eccleſiaſticis, teneantur ſoluere gabellas pro reb. quas habent ab alijs, quàm ab Eccleſia titulo hæreditario tanquam laici, vide latè, & not. Spec. in titul. de cler. coniug. §. 1. in verſi. ad huius autem. cum verſic. ſequen. per Canon. omnes in cap. fin. præcipuè 1mo. & Panor. de vita, & honeſt. clerico. Ludo. Rom. in l. ſi publicanus. §. 1. ff.
24 de public. † Et an ſi Eccleſia in ſuis prædijs ferrum fodiat, extrahendo ferrum ex monte, an ſi tale ferrum, importetur in ciuitatem, teneretur Eccleſia ſoluere datium, vel gabellas, ponit Federic. de Senen. in conſi. 238. Petr. de Ancha. & Imo. in d. cap. fin. de vita & honeſta. cleric. quos refert, & reprehendit Ludo.
25 Rom. in d. l. ſi publicanus. §. 1. vnum tamen no. † quod ſi Communitas habet loca paſturæ, & Eccleſia mittat animalia ad ibi paſcendum, ita tenentur ſoluere ſicut merè laici, ita conſuluit Panor. in conſi. 6. incip. caſus ſuper quo quæſitæ fuerunt allegationes. in 1. volum. Aliud etiam not. quòd ſi aliquis ſit deſcri-
26 ptus † in æſtimo communis, & velit alienare prædia, nō debet extrahi de æſtimo, niſi appareat prius, quod ille in quem alienauit ſit ſoluendo, aliàs primus tenetur. tex. eſt not. in Auth. ſed periculum, & ibi Bald. declarat. C. ſine cen. vel reli. Bald. in l. incola. in princip. ff. ad municip. Iaſ. Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶ Vel maritet filiam. Adde Hoſt. in tit. de immu. Eccle. in §. 1. in 1. col. Mar. in c. 1. an apud iudi. vel cu. do. q. feu. deb. cer. in vſib. feu. Bald. in c. 1. §. ſimiliter. de capi. Corrad. in vſib. feu.

b ¶ An cler. Adde Abb. in c. 1. de cenſi. Bertach. tract. de gab. in 7. par. prin. in 4. col. verſ. item, ꝙ clericus à collectis.

SVMMARIVM.

1 *Ingreſſi monaſterium ipſo iure bona ſua acquirunt monaſterio.*
2 *Si minor 25. ann. habens curatorem ingrediatur monaſterium, an habebit locum iſta Auth. & nu. 4.*
3 *In vltima voluntate non requiritur auctoritas curatoris.*
5 *In alienatione vniuerſali, quæ fit à l. in conſequentiam perſonæ, non requiritur aucto. curatoris.*
6 *Lex ciuilis prohibens alienationem immobilium fieri per mulierem, vel minorem, non habet locum in alienatione, quæ fit ad pias cauſas.*
7 *Monachus non poteſt condere teſtamentum, & quare. nu. 23.*
8 *Licèt conſuetudo, vel ſtatutum poſſit habilitare filiumfam. ad teſtandum, non tamen monachum.*
9 *Ea, quæ ſunt regulæ, non poſſunt ſtatuto, vel conſuetudine immutari.*
10 *Statuta habilitantia perſonam, non poſſunt habilitare non ſubditum.*
11 *Papa poteſt dare licentiam teſtandi monacho.*
12 *Papa an poſſit concedere licentiam monacho, vt capiat vxorem.*
13 *Monachus effectus Epiſcopus poteſt teſtari de bonis obuenientib. ſed non de quęſitis iam monaſterio.*
14 *Monachus effectus Epiſcopus abſoluitur à regula monachali.*
15 *Monachus effectus Epiſcopus non poteſt habere proprium, nec comedere carnes, item non poteſt habitum mutare, & ſi deponat, & aſſumat rochetum, eſt excommunicatus. nu. 16.*
17 *Monachus poteſt teſtamentum, quod fecit in ſeculo, effectus Epiſcopus reuocare.*
18 *Monachus habet teſtamenti factionem paſſiuam.*
19 *Monachus poteſt eſſe teſtis, & teſtificari de licentia Abbatis.*
20 *Fratres minores, & mendicantes poßunt eſſe teſtes etiam in teſtamentis.*
21 *Pater ingreßus monaſterium teſtari non poteſt, tamen eius filius ſic.*
22 *Donatio omnium bonorum preſentium, & futurorum facta Eccleſię valet, & tenet.*

Source : BIU Cujas

33 *Ingreſſus monaſterium nec poteſt teſtari, nec per viam contractus diſponere.*
24 *Qui ſint fratres, monachi, canonici regulares, & clerici ſeculares.*
25 *Verba legis, vel ſtatuti quamuis ſint generalia, debent tamen ſanè intelligi, & reſtringi ad id, quod eſt rationis.*
26 *Ingrediens Eccleſiam ſecularem, & renuncians tacitè, vel expreſsè ſeculo, an poſſit teſtari.*
27 *An per ingreſſum Eccleſiæ ſecularis, bona ipſo iure acquirantur Eccleſiæ abſque traditione, & quid in poſſeſſione. num. 28.*
29 *Quando quis ingreditur monaſterium, perſona eius conſecratur.*
30 *An valeat reſeruatio bonorum per pactum ab ingrediente monaſteriū, & numero 37.*
31 *Quando ſit pactum contra ſubſtantiam actus, ipſum pactum vitiatur, & quando dicatur fieri contra ſubſtantiam.*
32 *Quando in aliquo loco ſunt opi. Doct. diuerſæ, eſt tenenda illa, quæ fauet religioni.*
33 *In dubijs tenenda eſt opinio, quæ fauet matrimonio.*
34 *Pactum contra ſubſtantiam matrimo. vitiat ipſum matrimonium.*
35 *Verba debent intelligi ſecundum qualitatem perſonæ.*
36 *Verba priuilegij ſunt interpretanda ſecundum qualitatem perſonę.*
38 *An valeat relictum, vel inſtitutio facta monacho eo acto, ꝙ nil quæratur monaſterio, vel inſtituatur monaſterium hoc acto, quòd dentur fructus tali monacho in vita.*
39 *Valet relictum factum filioſam. hoc acto, quòd nihil etiam de vſufructu quæratur patri.*
40 *Bona quòd acquirantur monaſterio principaliter expreſsè in conceſſione, an verò veniant tacitè in conſequentiam, quæ ſit vtilitas.*
41 *Prouiſio expreſſa hominis facit ceſſare prouiſionem. l. quæ eſt de iure ſpeciali.*
42 *Si quis dedicat ſe monaſterio ſimpliciter, vel ſe & bona, vel cum bonis ſuis, veniunt bona præſentia, ſed an etiam futura.*
43 *Monaſterium tenetur ad onera ingreſſi, & ideo ſi ingreſſus exercuit vſuras, monaſterium tenetur ſatisfacere, itē tenetur alere filios ingreſſi.*
44 *Emphyteuta propriè quis dicatur.*
45 *Precaria quid, & quid liuellus.*
46 *Si ingreſſus monaſterium habeat precarium, vel liuellum, an tranſeat in monaſterium.*
47 *An feudum, quod habebat ingreſſus monaſterium, tranſeat in monaſterium.*
48 *An vſusfructus ingreſſi monaſterium, tranſeat in monaſterium.*
49 *Si pater emancipat filium, debet habere dimidiam vſufru. omnium bonorum filij, non tamen in caſibus, in quibus pater cogitur inuitus emācipare.*

AVTHENTICA.

INgreſſi. Iſta Auth. eſt canonizata. 19. q. 3. in c. quia ingredientibus.

Addi. Et poteſt continuari ad l. C. hoc modo. Dictum eſt in l. generali, ꝙ quęcūque perſona eccleſiaſtica cuiuſcunque ordinis poteſt condere teſtamentum, limitatur in monachis per iſtum tex. Nam cùm nihil habeant proprij, teſtari non poſſunt. Diuide vltra Bart. in tres partes, ſm Pau. de Caſt. In 1. ponitur dictum. In 2. illatio ex illo dicto. In 3 cōprobatio illationis. Secunda ibi, nec ergo. Ter
1 tia ibi, vtpotè, ¶ †Not. 1. ꝙ ingreſſi [a] monaſterium ipſo iure oīa
a bona ſua acquirunt monaſterio. [b] Limita, quando quis eſſet cō
b uentus dololis ſuaſionibus Abbatis, pp ipſius magnas facultates ad ingrediēdum monaſterium, nam licèt ingreſſus teneat, tamen bona non acquiruntur monaſterio, ſed eius agna. vel cognа. tex eſt ſing. in c. conſtituit. 20. q. 3. quem alle. glo. in c. cùm dilectus in gl. fi. quod me. cauſa. & ibi Pan. in vlt. col. dicit, ꝙ ille tex. eſt ad hoc ſin. idem dicit Bald. in Auth. ſi qua mulier. in vlt. col. j. cod. & nunquam recedatis ab illo tex. alle. Spec. in titu. de ſta. mo. in verſi. fin. poſſet tamen Abbas exhortari. c. prolatum, & ibi glo. 19. q. 3. Secundò fallit, quando quis eſſet effe-
c ctus monachus per metum reuerentialem [c] patris, cùm ipſo iure vitietur ingreſſus, glo eſt no. in c. præſens. in verſi. patrem. 20. q. 3. quę glo. non eſt alibi ſecundum Imo. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore, vbi latius. d. Alex. ff. ſolu. mat. facit text. in
2 c. cū virum. & ibi d. Ant. de But. de reg. & tranſ. ad reli. ¶ †Sed pone, ꝙ minor 25. annis habens curatorem ingrediatur monaſterium, nunquid habeat locum iſta Auth. Et ſic nunquid bona immobilia acquirantur monaſterio ſine auth. cura. & decreto iudicis, videtur ꝙ non per l. magis puto. §. ne paſſim. & toto titu. ff. de reb eo. & l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. cùm adultus habens curatorem æquiparetur pupillo. l. ſi curatorem habens. C. de in inte. reſt. mi. Alb. de Ro. hic tenet cōtrarium, quia talis acquiſitio cenſetur fieri per modum vltimæ voluntatis, ex quo cenſetur mortuus mundo. l. Deo nobis, j. de Epiſ. & cle
3 ricis, c. placuit. 16. q. 1. † Et in vltima voluntate non requiritur authoritas curatoris. l. Aurelio. §. Caius. cum gl. vbi Bart. not. ff. de lib. leg. & Doct. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. facit, quod fortius voluit Bal. per d. §. Caius. & in l. 2. C. quando decre. opus non eſt, & in l. 1. ff. de reb. eo. ꝙ minor habens curatorem in teſtamento poteſt dare licentiam executoribus alienandi res immobiles, quàmuis ipſemet per viam contractus abſq; authoritate curatoris, & decreto iudicis alienare nō poſſet. ſubdit Alb. hic, ꝙ iſta Auth. ēt habet locum in prodigo, cui bonis eſt interdictum, qui aliàs prohibetur alienare. l. is cui bonis. ff. de verbo. obl. quia dedicare ſe, & ſua monaſterio, eſt bona, & ſancta prodigalitas. Tu aduerte, ꝙ fundamētum Alb. de vlt. volun. ad ingreſſum monaſterij, quo fundamento ēt vtitur Bal. in c. in præſentia. in 12. col. de prob. non vī bonum. nam ratio quare in teſtamento non requiratur authoritas curatoris, eſt, quia minor lædi non poteſt, quia poteſt teſtm̄ ſua voluntate reuocare, ideo non competit reſt. in inte. ita declarant Bar. Ang & Mod. in d. l. 1. §. fuit quæſitum. ſed iſta ratio ceſſat, quando ingreditur monaſterium, vbi non admittitur amplius reuocatio, nec pęniten
4 tia. † Tñ prædicta opi. eſt vera, ꝙ iſta Auth. habeat locum ēt in minore. 25. ann. dummodo ſit maior 14. text. eſt clarus in c. in præſentiā. de prob. & ibi Io. An. & alij Can. ad hoc no. idem tenet Spe. in ti. de ſta. mo. in ver. 41. Lap. de Ca. in alle. 106. circa med. Pro iſta conclu. Bald. in d. c. in præſentia. in 12. col. aſſignat rationem, quia eſt alienatio iuris, & laudabilis. comprobo dupli
5 ci fundamento. † Primum eſt, quia in alienatione vniuerſali, q̄ fit à l. in conſequentiam perſonæ non requiritur auth. cur. vt In ſti. de acq. per arrog. iuncta. l. ſi arrogator. ff. de ado. & l. ſi adopta uero. ff. de præc. ſed iſta acquiſitio per ingreſſum monaſterij eſt vniuerſalis, & fit ipſo iure, vt patet ex text. ibi ipſo ingreſſu, & venit in conſequentiam perſonæ. Et ita declarat Bar. in Auth. ſi qua mulier. in vlt. col. j. eod. ergo non requiritur auth. cur. Secū
6 dò moueor, † quia lex ciuilis prohibens alienationem immobilium fieri per mulierem, & minorem, non habet locum in alienatione, quæ fit ad pias cauſas. ita Bald. in l. generali. ad fi. s̄. eo. & no. Pan. in c. relatum. j. per illum tex. de teſt. Pau. de Caſt. in l. 1. s̄. eo. vbi plenè poſui in vlt. q. extra gl. Et per hoc vltimū apparet, non eſſe bonum illud, quod tenet Pan. in cap. in præ-
7 ſentia. in vlt. no. de proba. ¶ †† Secundò not. ex hoc tex. quòd mo
d nachus [d] non poteſt teſtamentum condere. concor. tex. in d. c.
8 quia ingredientibus, & ſeq. † Amplia ſecūdum Bal. hic in 1. col. ꝙ licèt aliàs conſuetudo, vel ſtatutū poſſit habilitare filiumfa. ad teſtandum, quia iuris poſitiui eſt, prout vltra cum tenet Bar. to. & alij in l. ſi quæramus. ff. de teſt. Pet. de Anch. & Imo. in c. 2. extra eo. tñ conſuetudo, vel ſtatutum non poſſunt habilitare monachum ad teſtandum, quia repugnat regulæ monaſticæ.
9 cap. cùm ad monaſterium. de ſta. mo. † Et ea, quę ſunt regulæ, non poſſunt ſtatuto, vel conſuetudine immutari. allegat Fed. de Se. in conſi. 20 Idem ſimpliciter ſequitur Ful. hic, adde Bald.
10 in l. cunctos populos in 4. col. s̄. titu. 1. † Comprobatur ratione, quia ſtatuta habi. rantia perſonam non poſſunt habilitare perſonam, quæ non eſt ſubdita ſtatuentibus, l. j. §. fin. & ibi no. Barto. ff. de tu. & cu. da. ab his. not. Bar. in l. cunctos populos. in 7. col. s̄. titu. 1. licèt in contrarium multum vrgeat text. in Auth. ſi qua mulier. & ibi Rapha. Fulg. ad hoc not. j. eod. vbi Imperator habilitat ad teſtandum monachos, & ſic perſonam non ſibi ſubditam, quod pro certo eſt mirabile, vt ibi dicetur. Tu cō
ſidera, quòd ratio hic aſſignata per Bald. oſtendit, quòd iſtud procederet etiam in conſuetudine, vel ſtatuto perſonarum
11 eccleſiaſticarum. ¶ † Limita iſtum textum, niſi de licentia Pa
e pæ, [e] quia Papa poteſt dare licentiam monacho teſtandi,
f imò quod eſt fortius, ſufficit licentiam ſuperuenire [f], ſecundum Baldum in l. finali in 9. colum. C. vnde legi. ſequitur Pau. de Caſtro in l. & militibus. C. de teſtam. milit. idem tenet not. Bald. in Authen. niſi rogati. in penul. colum. vbi tu videas. in ver. quæro quid ſi monachus habeat à Papa priuilegium. C. ad

ADDITIONES.

a ¶ Ingreſſi. Adde Docto. in c. in præſentia. de proba.
b ¶ Monaſterio. Quid ſi moriatur nouitius. Peruſ. in diſpu. petitor. & poſſeſſor. in 3. dub. Dec. in cap. in præſentia. de proba.
c ¶ Per metum reuerentialem. Adde Barb. in cap. cauſam matrimonij. de offic. delega. in 6. colum.
Et dic, quod hodie Anno 1573. quo hæc ſcribimus, nemo ferè ad dignitatem cum cura animarum admittitur, niſi qui vigintiquinque aut ſaltem 22. ſuæ ætatis annum attigerit, vt ex Sacroſan. Triden. Concilij Decreto. Seſſ. 24. cap. 12.
d ¶ Quod monachus. Adde Doct. in cap. cùm ad monaſterium. de ſta. mo. in dicto capitulo in præſentia. de probatio. Doct. in cap. quia ingredientibus. de teſtam.
e ¶ Papæ. Adde Doct. in c. in præſentia. de proba. Doct. in c. cùm ad monaſterium. de ſtat. mon.
f ¶ Superuenire. Vide Socin. in l. ſed iam facta. ff. de condition. & demonſtrationib.

Source : BIU Cujas

ad Treb.& idem Bal.in l.ſi quando.circa fi.prin.C.de inoff.teſt. & in l.1.C.ſi ſeruus exte.facit bene,ꝙ volunt Ang. & Imo.in l.ſi ſeruus communis Mæuij.in princip.ff.de ſtip.ſer. vbi volunt,ꝙ
a Papa poſſit concedere licentiam Cardinali [a] teſtandi de bonis quæſitis occaſione cardinalatus. ita teneas, quamuis contrariū de monacho teneat Pan.in rep.c.cùm eſſes.de teſt. † Et an Pa-
b pa poſſit [b] concedere licentiam monacho,vt capiat vxorem, vide & ibi etiam dixi in l.fin.ſ. de tranſa. ¶ Secundò limita,niſi
13 monachus efficiatur Epiſcopus, † quia tunc poteſt teſtari non de bonis iam quæſitis monaſterio,ſed de alijs poſtea obuenien tib.ſecundum Spec.in titu.de ſtatu monacho.in verſi.23. & ibi
14 Bal.in addi.in ver.cui quæritur.& facit ratio,† quia monachus effectus Epiſcopus abſoluitur à regula monachali.c.1. vbi glo. no.18.q.1.& glo.plenior quæ declarat à quib. abſoluitur in c.de monach.18.q.1.tamen de hoc an monachus factus Epiſcopus poſſit teſtari,dubitat alibi Bal.& inclinat ad oppoſitum,in c.cle rici.de vita,& honeſt.cleri.vbi patet in tex.ꝙ non in totum exi-
15 mitur à regula. † Confirmo, ꝙ monachus effectus Epiſcopus non poteſt habere proprium,glo.eſt no. per illum tex.in c.quia
16 in tua.in gl.1.12.q.1.† Item non poteſt comedere carnes [c], glo.
c in d.c.de monachis.non poteſt mutare habitum. gl.16.q.7.in c. in nona.gl.23.diſt.in c.ſanctimonialis.& glo.in d.c. de monach. Cano.in d.c.clerici & in d.c.ꝙ Dei timorem. vbi d.Ant.de But. de ſtat.regula.per gl.in c.quorundam.de elec.in 6.in tantum,ꝙ ſi deponat habitum monaſticum, & aſſumat rochetū, eſt ex-
communicatus,ſecundum d.Card.in cle. ne in agro.in prin.in 3.q.de vita,& honeſt.cler.per tex.in c.2. ne cler. vel monach. in
17 6.¶ Tertiò limita in caſu Auth.ſeq.vbi dicam. ¶† Quartò limi
d ta,ꝙ licèt monachus [d] non poſſit facere teſtamentum, tamen teſtamentum,ꝙ fecit in ſeculo,poteſt effectus Epiſcopus reuo-care.l.ſed ſi mors.§.1.& ibi Bar.not.ff.de dona. inter vir.& vxor. Bar.& alij in l.1.ff.de teſt.Barto.& alij in Auth.ſi qua mulier.in
18 pen.col.vbi dicetur.ſ. eo.¶† Quintò limita,ꝙ licèt monach.nō habeat teſtamenti factionem actiuam,habet tamen paſſiuam, qa poteſt hæres inſtitui,& ab inteſt.ſuccedit.l.Deo nobis.ſ.tit.1.
19 & ibi Bal.& Pau.de Caſt. † Similiter monach.poteſt eſſe teſtis, & teſtificari,de licentia tamen Abbatis,& magis creditur.§.cogitādum.vbi gl.no.in Auth.de mona.colla.1.gl.inſt.de iure pſo. in princ.in ver.aut ſerui.gl.in Auth.ſi dicatur.aliàs incip.ſi teſtis productus.C.de teſt.Spec.in tit.de teſte.§.1.ver. Item excipitur, ꝙ eſt monach.Bal.hic in 2.col.& in l.quoniam liberi. C.de teſt. Ang.no.in conſi.233.quod incip.quædam domina Margarita.
20 in 1.col.not.in c.inſuper.& in c.cum nuncius. de teſti. † Similiter fratres minores,& mendicantes poſſunt eſſe teſtes. tex.eſt in c.nuper.& ibi ad hoc no.Bal.de teſti.Imò fratres minores men-
dicantes poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis, de quo fui ſæpenumero interrogatus.ita tenet Bal. in rep.l.1.ſ.e.in 17.col.in 10.q. 3.partis principalis,de quo vide no.dom.Fran.de Are. in conſi. 160.quod incip.longa eſt iſta conſultatio. in 13. col. & ſequen.
21 ¶ Sextò pro limitatione † adde, ꝙ licèt pater ingreſſus monaſterium teſtari non poſſit, tamen filius eius poterit teſtari,quia cùm pater per ingreſſum monaſterij cenſeatur mortuus mundo,vt prædixi,certè filius liberatur à patria poteſtate. ita Barto. poſt Gul.de Cu.in l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie. iur.Tertiò principaliter per iſtum tex.not.Bar.in l.ſi.in vlt.col.ſ.
22 de pac.† ꝙ donatio omnium bonorum.ſ.præſentium, & futu rorum facta Eccleſiæ valet,& tenet. Ratio eſt ſecundum Bart. ibi, quia ſicut quis poteſt dedicare Eccleſiæ ſe,& ſua bona, vt hoc text. ita & multo fortius poteſt dedicare omnia bona ſua præſentia,& futura:ſed Bar.non bene conſiderat iſtū tex.prout dixi in d.l.ſi.poſt Pan.in d.c.in præſentia.& in c.fin. de ſucceſ.ab inteſt. ¶ Quartò pondera text.in dictione nec,quæ eſt implica-
23 tiua.l.ſi filiæ.C.de don.ante nup.§.ſed neque.in Auth.de fideiuſ. colla.1.implicat ergo, † ꝙ ingreſſus monaſterium nedum nō poteſt de bonis teſtari, ſed nec diſponere per viam contractus, ſecundum Sal.& Pau.de Caſt.not. Bal.& Raph. Fulg.in Auth. ſi qua mulier.in 1.no per illum tex.ſ.eo. ideo ſi confiteretur ſe vſuras extorſiſſe, vel dotem recepiſſe, talis confeſſio nihil præiudicat,ſecundum Spec.in titu.de ſtatu monach. in verſi.56.& in verſi.60.Pau.de Caſt.hic in 3.col.¶ Quintò not.ex text. rationem, quare monachus teſtari non poſſit, quia non eſt amplius dominus rerum. ¶ Contra hoc opponit Bart.& ſoluit. Tu melius ſolue, quia qui non habet bona nec habitu, nec actu ille teſtari non poteſt.ita loquitur iſte tex.ſecus ſi actu habeat,non tamen habitu poſſet habere,ſecundum Cy.& Bald.hic, & not. Ang.in conſi.179. quod incip. viſis prædictis inſtrumentis.in 5. col.ad fi.& ſequen.eſt alia ratio,quia non habent nec velle, nec nolle.c.non dicatis.12.q.2.c.fi.de teſt.in 6. Eſt & alia ratio, quia ſunt in poteſtate Abbatis, ſeu monaſterij.19.q.3.c. quia ingredientib.& c.ſeq.& c.licèt.de ſepul.in 6.ergo teſtari non poſſunt, per regulam l.qui in poteſtate.in prin. ff.de teſt. & l. ſenium.in fin.C.qui teſt.face.poſ.¶ Sextò,& vlt.not.ex tex.ibi, vtpote nec domini,ꝙ monachi non habent dominium rerum, quia eſſet contra ſubſtantiam regulæ.c. cùm ad monaſterium. de ſtatu monach. imò non debent habere portiones priuilegiatas, ſeu diſtractas, nec cellas priuatas.c.monachum.20.q.4. Inn. in c.dilectus.2.de præb. Pan.in conſi.89. quod incip. videtur dictum
24 do.Ioan.in 3.col.lib.1. ¶† Capio gl.primam, & pro eius intelligentia,& declaratione text.noſtri debes ſcire, ꝙ quantum attinet ad propoſitum habemus monachos,fratres,canonicos re-
e gulares.Item clericos ſeculares. Et licèt monachi [e] aliquando appellentur fratres.c.dilecti.in ver.fratres.cum ſimi.de empt.& vend.In quo tamen differant monachi,& fratres declarat Pau. de Caſt.hic.in 1.col. & latius Pan.in c. cauſam quæ. in 1.not.de iudi.quicquid tamen ibi dicat Pan.propriè monachi dicuntur, qui vouent ſua, de quibus in d.c. cum ad monaſterium.& ingrediuntur religionem,quæ in communi eſt capax bonorum, licèt non in ſingulari, & de iſtis loquitur hæc Auth. quia ingrediendo monaſterium ſe, & ſua quærunt monaſterio. Fratres verò propriè dicuntur illi,qui ex regula,vel conſtitutione ſunt mendicantes,quicquid de facto obſeruent. Et ſic non poſſunt habere propria nec in ſingulari,nec in communi. Et de iſtis nō loquitur iſta Auth. quia ingrediendo religionem non acquirūt ordini ſuo,ſed agnatis, vel cognatis, & tales ſunt fratres minores,Carmelitani, ſancti Auguſti.ſanctæ Mariæ ſeruorum, & ſimiles,licèt aliqui dicant ſe habere priuilegium à Papa, quod ſi non oſtenderent,non poſſent habere proprium,vt latè per Bal. Pau.de Caſt.hic.& Bal.in Auth.niſi rogati.C.ad Treb.cum cō-
cord.poſt Bart. in tract.minoricarum. Monachi autem,& Ca-
f nonici regulares [f] quid differant, patet ex rub.de ſtatu monac. & canonicorum regulariū,& differunt.Primò ex habitu,quia canonici regulares ſunt illi,qui camiſiā deferunt. Secundò ca-
g nonici [g] regulares habent regulam laxiorem, quam monachi. ita dicit tex.in c.ꝙ Dei timorem.de ſtatu monach.gl.fi.in c.2.de poſtu.& gl.in c.cum in magiſtrum.in glo.fi.de elec.Fed.de Sen. conſi.25.quid incip.quidam fuit promotus,& in iſtis canonicis regularib.etiam habet locum iſta Auth.quia iura loquentia de monachis, habent locum in canonicis regularibus, vt dicunt text.præallegati. Alij ſunt clerici ſeculares, quos appellamus presbyteros,ſeu ſacerdotes,de quib.loquitur hæc gl. Et qui ſint
h patet.Et de iſtis fratribus prædicatoribus, [h] & de mendicantib. vide per Bal.in Auth.ſeq.in 3.col.do. Abb.in conſi.27. in 2.vol. incip.dubium ſuper quo conſi.Raph.Cum.in conſi.225. incip. viſo teſtamento.Item ꝙ Carmelitani nō poſſunt habere proprium in particulari, aut in cōmuni,niſi ex diſpenſatione apoſtolica ſit indultum,tenet Ang.in conſi.91. inci. ſancta Carmelitarum religio.Fratres autem ſanctæ Mariæ ſeruorum nō ſunt mendicantes ex regula, nec ex conſtitutionib.ideo poſſunt habere proprium in communi, ſecundum Io.And in c.vnico.de relig.domib.in 6.Lap.alleg.45.Gaſpar Cal.in conſi.107.in titu. de regula.d.Bene.Capra in conſi.24.incip.punctus fuit,quidam
i Petrus. Item adde, ꝙ profeſſus.S.Aug. eremitarum [i] ſuccedit cum reliquis fratrib.ſuis carnalib. qui in ſeculo remanſerunt in hæreditate

ADDITIONES.

a ¶ Licentiam Cardinali. Adde Doct.in c.relatum.el 2.de teſt. & Barb.in tracta. de præſtantia Cardinalium,in 3.q.Bal.in titu.de ſyndi.1.partis. in vlt.colum. Mar.Lau.in tract.de Cardi.q.8. Guidiſalus tract.de excellentia Cardinalū. q.5.8.col.ver. ſed iuxta hæc.

b ¶ Et an Papa poſſit. Adde Docto.in c.cum ad monaſterium. de ſtatu monach. Arch.in c.ſunt quidam.25.q.1.Io.And. in reg.ſemel Deo. de reg.iur. lib.6.in mercuria.Idem in reg.actus leg.eo.tit.& li.in mercu. Pet.de Ancha. in rep.c. 1.de conſti.Doct.in c.cùm olim.de cler.coniu.Car.in cle.1.in 1.opp.de conſangui.& affi.Arch.in c.cum in præterito.83.diſt.Pet. de Anch.in cle.abuſionib.de pœnit.& rem.Hoſt.in ſum.tit.qui cleri.vel vo.in §. ſi quis vouens.Spe. tit.de leg.§.nunc breuiter.ver.15. Ant.de But.in c.1.in fi.de vo.Dom. de San. Gem.in c.de illo.32.di.Abb.in c.ex publico.de conuer.coniu. Cardi. Alex.in c.ſicut exterius.verſi.an Papa poſſit.in pen.col. de ſponſali. Pet.de Monte.in tract.de poteſta.Papę.q.46 ver.quarta concluſio. Arch.Flo.in 2.par. ſuæ ſummæ, tit.11.in c.2.ver.in diſpenſatione votorum. Ric.in 4.ſent.diſt.38. qnæſt. 19.art.1. Aſteſanus in ſua ſum.lib.1.q.20.art.11.

* Euer.lib. Argum.loco à plenitudine poteſtatis.

c ¶ Non poteſt comedere carnes. Adde Benedi.Cap.in cle.ad noſtram.de cenſi. ſuper gl.in verb. conſumit.

d ¶ Monachus. Adde per Alber.male.in tract. de teſte & in c. monachi. 16.q.1. in gl.in Auth.de teſti. §. ſi vno.

e ¶ Monachi. Adde c.cum in veteri.de ele.c.legebant.de maio. & obe.cap.inſtnuante.qui cle.vel vo.

f ¶ Canonici regulares. Vide Fely.in c.in præſentia.de prob. PVRPV.

g * Canonici. Adde, quis eorum præcedere debeat, & vide Dec. in c.Nicolao. de appella.

h ¶ Fratrib.prædicatorib.Pau.de Caſtr.in Auth.niſi rogati.ſ.ad Treb.Alex.libr. 3.conſi.13.col.2. PVRPV.

i ¶ Eremitarum.Ro.cōſ.235.in 4.dub.Pau.in d.Auth.niſi. Alex.d.cōſi.13. lib.3.

Source : BIU Cujas

hæreditate patris, ſecundum Abb. in conſi. 27. in 2. volu. incip. dubium ſuper quo conſi. & c. Et ibi per eum no. triplicem ſpeciem religionum, ſcilicet Sancti Benedi. Sancti Franciſci, & fratrum prædicatorum. Iſta ſunt dicta ad habendam aliqualem notitiam in prædictis, nunc redeo ad gl. noſtram. ¶ Iſta gl. diuiditur in duas partes, prout in effectu reſpon. duab. obiectionib.

45 locũ habeat etiã in filijs legitimatis,† cùm legitimatus ſit verè filius,quamuis non ſit legitimè natus,prout tenet Bart.in l.ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. circa. 15. colum. dum tractat ibi

ADDITIONES.

a ¶Dictio maximè.Adde glo.vlt.in c.cùm olim.de teſt.glo. & Doct. in cap. ad abolendam.de fil.presby. Barto.in extraua. ad repr. in verſ. maximè.Raph. Cu.conſ.89.inc.Fran.de la Canepa.

b An iſta Auth.locum habeat. An hæc Auth. procedat, ſi ingrediens monaſterium habeat parentes.iſtis adde Iaſ.in l.qui ſe patris.colu. pen.infra vnde lib. PVRPV.

c Prima quæſtio eſt.Ampliatio text.de vno filio,ſunt dicta Fely.in c.in præſentia.de proba. PVRPV.

d In emphy.Eccleſiaſtica.Adde Bald.in l.accutiſſimi.C.de fideicom.'in l.ſi quis ita,de leg.2.Petr.de Anch.in repe.c.canonum ſtatuta.de conſt. in 6. princ.q. in 37.col.filius quæſtio.verſ.quid ſi ſtatutum loquitur.

Source : BIU Cujas

ibi pulchrè,& ſubtiliter Bartol.an fictio fingatur circa ea, quæ
46 ſunt iuris, cum ſuis concor. ¶ † Secundo moueor, quia lex permittens aliquid patri inter liberos, vt hac Auth. procedit
47 etiam in liberis legitimatis. Hic eſt, † ꝙ l. hac conſultiſſima.§. ex imperfecto.C. de teſta. quæ permittit patri teſtari inter liberos cum duob.teſtibus,habet etiam locum in liberis legitimatis,Ita expreſsè dicit ſing. Bald. in c.de cauſis.in pen. col.de oſſi.
48 deleg.† Tertiò moueor,quia legitimatus eſt ſuus hęres,& habet iura ſuorum.ita dicit ſing.Bald. in l.eam quam. in 1. col.ad fin.C.de fideicom. Quartò, quia legitimatus præteritus in teſtamento patris, vel exhæredatus ſine cauſa habet ius contra tabulandi,& dicendi nullum,& quærelandi ſecundū Lud. Ro. in conſ.34.quod inc.licet naturalis filius.

49 **Addi.** Glo.in verbo diuidere, clara eſt, & diuiditur in tres partes.Primò latè diſputat,† nunquid diuiſio,quæ permittitur ingreſſo monaſterium habenti liberos,dicatur teſtamentū.glo.ſ.vacillat,nec clarè ſe firmat. concluditur per omnes, ꝙ dicitur vltima voluntas habens vim teſtamenti;& dicit Bald.ſe mirari, quare glo.ſ.aliter tenuerit. videatis hic per eos.Intelligunt Doct.iſtam Auth. quando ingreſſus monaſterium,fecit profeſſionem,cui lex ex diſpenſatione permittit, vt ſi liberos habeat, poſſit teſtari ſecundum formam hic traditam,nō aliàs; nam ſi ingreſſus monaſterium nondum feciſſet profeſſionem,ſed eſſet intra annum profeſſionis,tunc poſſet,ita tota die ſeruatur.In ſecunda parte ibi, Item videtur, ꝙ nec.glo.ſ.opp.& ſe remittit.In tertia parte ibi, nec obſtat oppo. de Auth.ingreſſi.vbi monachus,quia non habet bona,non poteſt teſtari.& glo.voluit reſpondere, ꝙ illa limitatur per iſtam, niſi monachus habeat liberos in ſeculo. Iaſon Papiæ.

50 ¶ † Capio glo.in verſ.moriatur.Iſta glo.diſputat, vtrum legiti
a ma [a] debeatur filijs quamprimum pater ingreſſus eſt monaſterium,& profeſſionem fecit, an verò debeat expectari mors naturalis,gl. nihil clarè firmat, Legiſtæ communiter tenent, ꝙ debeat expectari mors naturalis patris.Ita tenent Petr. & Cyn. hic & Bart.in vlt.col. per tria fundamenta. Sal.hic in vlt.colu.
* qui dicit, ꝙ Doct.*ita communiter tenent*.Fulg.hic in pen. colu. qui etiā dicit, ꝙ ita communiter tenetur. Idem tenet Bal. in repe. c.ſi pater.in vlt.col.de teſt.in 6.vbi refert tres opiniones, & tenet iſtam vltimam, præcipuè per text. in l.Statius.§. Cornelio Felici.ff.de iure fiſci.Idem tenet.d.Alex.in d.l.ſi cùm dotem.in princ.10. col.ff.ſol. matr. ¶ In contrarium fortiter ſtringit text. in c.cùm ſimus.de regul.Sal.hic dupliciter reſpōdet.Primò, ꝙ aliud ſit de iure ciuili, aliud de iure cano. Secundò, ꝙ text.ille debet intelligi, ꝙ legitima debet dari filio, verum eſt,qñ pater naturaliter erit mortuus. Iſta nihil valet, pp. text. ibi in verſ.
51 tunc,† quæ dictio tunc, denotat extremitatem temporis. l.3, in fi.cum ſimili.ff.de cond,& demon. Tertiò reſpondet,& melius, & hanc tene, ꝙ in d. c. cùm ſimus. pater erat naturaliter mortuus,vt probat ille text.ad fin.in verſ. ex ſucceſſione, prout etiam ponderat ibi Pan. ¶ Contrariam opin.*tenent communiter Can.* vt.ĵ.referam,& Bald.hic in vlt.colu.in verſ.not. qui dicit, ꝙ filij licèt de iure ciuili non poſſint petere legitimam donec pater naturaliter viuit, per hanc Auth. Tñ de iure cano. poſſunt per condictionem.d.c.cùm ſimus, qui non eſt alibi in iure, ſecundum eum. idem tenet Pau. de Caſt.hic. & Petr. de Anch.in d.c.cùm ſimus.Sed cōtra Bart.& Legiſtas tenet Pan. in d.c.in præſentia.in 10.col.& ſeq.& in c.Ray. ad fin. de teſt.& plenius in d.c.cùm ſimus.idem tenet Lud.Ro.in d.l. ſi cùm dotem.in princ.lo.de Ana.in c.2.in pen.& vlt.col. de delic. puer. Pro iſta opi.habes duas glo.vnā in Auth.nunc autē. in verſ.tractat.ĵ.eo.aliam in §.illud quoque. in Auth. de mona. collat.1. Sed qui tenent hanc opi.contra Bar. non reſpondent eius fun-
b damētis.Ego teneo [b] opi Legiſtarum,& communē non per illud fundamentum,quia in dubijs opi.ſequenda eſt illa,quæ fauet religioni,vt dixi.ſ.in glo.2.Quia cùm hic diſputetur de legitima filij, in legitima magis fauemus alijs quā monaſterio,
52 vt hac Auth. vbi dixi in text. ¶ Moueor tertiò,† quia regula eſt, ꝙ pater in vita non cogitur aſſignare legitimam filio. l.1.§.
53 impubes.ff.de coll.bon.† imò filius viuo patre nullum ius habet etiam ſpe in legitima, ſecundum Cyn. & Bart. in l.fin.ff.de lib.agno. reprobata glo. in §. ſi verò non implens. in Auth. de hær.& fal.coll.1.Idem tenet Bart.in l.poſt emancipationem.in princ.ff.de lib.leg.Bald.& Mod.in l.lex cor.ff. de vulg. & pupil. imò plus in caſibus,in quib. pater inuitus cogitur emancipare filium,qui enumerantur per glo.magiſtram in §.fin. Inſt.quib. mod.ius patr.po.ſol.in illis.n.caſib.non cogitur pater aſſignare aliquam legitimam filio,ſecundum Bald.in l. non poteſt. ff.de
54 adop.† ideo iniqua ſunt ſtatuta, quæ cogunt patrem ſoluere legitimam pro delicto filij, ſecundum Cyn. & Bald. in l.ſi qua pœna.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. & in l. ſi filius. per illum text.C.de bon.proſcrip.& in d.l.lex cor.vbi tamē videas Mod. ergo ſufficit habere regulam pro ſe,ſecundum Bart.in l.2.in 1. colu.in fin.ff.ſi quis in ius vocat. non ie.Facit text.in l.ſuus quoque.in verſ.puto.ff.de hær.inſt.& in c.venerabilib.in verſ.puto
55 quoque.de ſen.excom.in 6.† Item pro reg.ſemper eſt pronūtiandum,niſi probetur contrarium, ſecundum Bald.in c. 1.in 3.col.de ali.iud. mun.ca. fa.qui dicit ita eleganter notari per gl. in l.qui reſtituere.ff.de rei vend. Alibi dicit Bald. in l. ſi tutor.in fin.C.de ſeruo pign.da,manu. ꝙ regulæ iuris ſunt tenaciter obſeruandæ, niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis.Secundò, quia Eccleſia in dubio vtitur iure communi. c.1.verſ. ſed diuerſum .de ali. feu. Tertiò, quia monaſterium tenetur præſtare alimenta filijs,donec viuit in monaſterio, vt per glo. hic, & etiam vt dixi in Auth. ingreſſi.ſ. eod. Ergo filij non debent interim habere legitimam.

Addi. Quartò, quia pater monachus poteſt dum vi-
uit diuidere omnia bona inter filios, vt dicit textus hic in verbo omnem ſubſtantiam. pondera vniuerſalem omnem, ꝙ non poſſet, ſi filius poſſet conſequi legitimam in
56 vita.† Et adde, ꝙ ſi filius ingrederetur monaſterium, tunc ſine dubio non debetur legitima monaſterio per patrem in vita patris,ſecundum Petr.de Anch.in c.2.de deli.puerorum. & refert,& ſequitur Ioann.de Ana. ibi colu.pen. ¶ Secunda con-
57 cluſio glo.eſt ꝙ † licèt filijs non debeatur in vita patris monachi legitima, debet tamen monaſterium ipſis præſtare alimenta.addit ad hoc Bart. in l. ſi quis à liberis.§. item reſcriptum. in fin. per illum text. ff.de lib. agno. qui non allegat hanc glo. ſed Spec.in tit,qui filij ſint leg.§.1.verſ.quid ſi intret. & Pan. in cap. tranſmiſſæ.qui fil. ſint leg.qui tenet contra Bart. & ex hac glo. poteſt inferri ad quæſt. de ſtatuto excludente fœminas propter maſculos,licèt dotari debeant,& ꝙ quouſque erit nubilis, habebit alimenta.& ita Petr.de Anch.& Ana.in d. c.2.colu.fin. ¶ Intelligo tamen opi.Bart.& ſequacium, quando pater ingreditur monaſterium, ſecus ſi ingrederetur religionem mendicantium, quia cùm illa mors ciuilis habeat in omnib. effectū naturalis,credo, ꝙ filij deberent tunc ſtatim habere legitimam per ea, quæ dicit Bart.hic in pen.colu. vt dixi.ſ.in glo.2.ad fin.
58 ¶ † Extra glo.quærit Bart. hic in fin.ſi ingreſſus monaſterium
c moriatur intra annum profeſſionis, an eius bona acquirantur monaſterio, an pertinebunt venientib. ab inteſtato, arguit ad partes, poſtea relinquit cogitandum,& remittit deciſioni Canoniſtarum. Sed aduerte inquantum Bart.allegat text. in cap. vlt.de ſuc.ab inteſt. ille text.nihil facit, ſecundum Fulg. hic.& Pan.in c.in præſentia.in antep.colu.in prin.de proba.Saluo niſi dicas, ꝙ Bart.ponderauit, ꝙ ibi non conſtabat de profeſſione,& tamen bona acquiruntur monaſterio, ſed dic, quòd ille text.loquitur in eo, qui expreſsè obtulit bona ſua monaſterio. Item adde Cyn.in Auth.ingreſſi. in 1.col.ſ.eod.q refert Iacob. de Rauen.& Pet.tenere,quòd monaſterium ſuccedat, ex quo viderur eſſe ita ſua voluntas, cùm contrarium non diſpoſuerit. Et quia ſumma ratio eſt,quę facit pro religione.l.ſunt perſonæ.in fin.ff.de religio.& ſumpt. fu.& iſtam opi. tenet. d.Ant. in d.c.in præſentia.in 17.colu.in princ.ſed Cyn.ibi dicit, ꝙ hæc ſententia vī ſibi dura, ꝙ in dubio excludamus venientes ab inteſtato,cùm interim non eſſet monachus. Fulg. hic in vlt.col. dicit, ꝙ iſta quæſtio pendet ab illo articulo, an intra annū profeſſionis ſit monachus, vel ne, ſed reuocabiliter, prout tenet Io.And.in c.beneficiū.de reg.iur.in 6. & verior videtur opin. ꝙ non, prout tenet Bald.in Auth. ingreſſi. ſ.eod. Ergo bona non acquiruntur monaſterio. Idem, quod monaſterium non ſuccedat, tenet Petr. de Anchar. in d. cap. beneficium, referens ita tenuiſſe hic Paduæ in publica diſputatione. Pan. in dicto capit.in præſentia.in antepen.colum.idem tenet, niſi bona expreſsè,& principaliter dedicaſſet monaſterio,per ea, quæ dixmus

ADDITIONES.

a ¶ Vtrū legitima. Adde Ant.Cor.in ſing.in verſ.legitima.Abb.in c.trāſmiſſæ. ſuper glo.in verſ.quæſtio mota.qui fil.ſint legit.in c.Ray.in fin.de teſt. Petr. de Anch.in c.1.de delict.pue.Bald.in repe.c.ſi pater, de teſta.lib.6.

b Ego teneo. Adde, an filij poſſint viuente patre,qui religionem profeſſus ſit, legitimam portionem petere, & dic, quòd ſi monaſterium capax bonorum eſt in vita monachi excluſo hærede inſtituto bona hæred. poſſidebit, adeo vt in vita patris religionem profitentis filio legitimam minimè deberi, nec monaſterium cogi poſſe eandem partem filio poſt profeſſionem patris eo viuente tradere, concludunt Bar.& Doct.hic,de quo plura no. Dec. in c.in præſenti. num. 67. vbi Fely.num.65.de proba. Abb.in c.cùm ſimus.de regular. Alex.in l.ſi cum dotem.num.13.ff.ſol.matr.licèt diſſentire videatur Bald. hic colu.fin. Abb.d.c. in præſentia.num.59. Bald. Nonel. de dote. part.1.col. 3.ex text.in d.c.cùm ſimus. & vide,quæ ponit Villal. inter com. opin. lib.6. verſ.filius. MASVER.

c ¶ Si ingreſſus monaſterium. Adde Barb. poſt Petr. de Anch. in cap. quia ingredientib.in 1.not.de teſta.

Source : BIU Cujas

mus in Auth. ingreſſi. ſ. eod. Ego teneo iſtam opi. ℣ monaſte-
59 rium non ſuccedat, † quia infra annum profeſſionis non eſt re-
ligioſus. text. eſt in c. religioſo. de ſen. excom. in 6. not. Bart. in l.
1. per illum tex. C. ne ſanc. baptiſ. reiter. & Bar. hic in vlt. col. circa med. ℣ intellige verum niſi quantum ad hoc, vt non poſſit puniri per iudicem ſecularem, ſecundum Ang. in l. 1. ff. de pœ. per text. bonum in ſimili in l. ſtatuliber. ff. de quæſtio. & per iſta eſt impoſitus finis huic Auth.

60 **Addi.** † Aduerte tamen, & not. ℣ ſi monachus infra annum profeſſionis interim aliquid ſimpliciter donaret monaſterio, in dubio cenſeretur donare cauſa mort. ita Hoſt. & Ant. de Butr. poſt eum in c. pen. de regulo q̃uis aliàs ſemper præſumatur donatio ſimplex, & inter viuos, niſi fiat mentio mortis. glo. in l. Scia. in princ. ff. de don. cauſa mort. & in l. Scia. ff. de dot. pręleg. no. plenè Legiſtæ poſt Bar. in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. ¶ Reſtaret aliud maius dubium, ſi tempus patе-
61 retur, † videlicet ſi aliquis ingrediatur ordinem fratrum minorum mendicantium, qui non poſſunt habere bona nec in communi, nec in particulari, & non haberet in ſeculo filios, vel aſcendentes, cui ſpectabunt eius bona? aliqui dicunt, ℣ ad Papam, alij ℣ ad Epiſcopum, & alij, ℣ ad venientes ab inteſt. de quo vide per Spec. in tit. de ſta. mon. in verſ. 3. Bart. in trac. minorica. in 1. q. vlt. lib. Bal. in Auth. ingreſſi. ſ. eod. Cyn. in l. Deo nob. ſ. tit. 1. plenè per Can. in c. in præſentia. de proba. & ibi Bal. col. 4. & Pan. in 20. col. qui refert omnes opin. Ang. in diſpu. ſua incip. nobilis quidam genere. col. pen & Lud. Ro. in ſuo ſing. 439. in c. heri conſului. Et mihi plus placet illa opin. ℣ venientes ab inteſt. admittantur. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, vel conductor rei Eccleſiaſticæ deteriorantes rem ipſam, vel non ſoluentes cenſum intra biennium, puniuntur quatuor pœnis.*
2 *De natura alternatiuæ, vel, eſt quod ponatur inter diuerſa.*
3 *Licèt emphyteuſis Eccleſiæ non tranſeat ad extraneos hæredes, tamen locatio perpetua rei Eccleſiaſticæ tranſit ad extraneos hæredes.*
4 *Emphyteuta, vel colonus Eccleſiæ per deteriorationem rei poteſt expelli à iure, quod habet, idem eſt in vaſallo, vel feudatario propter deteriorationem rei feud. num. 5. & quæ requirantur, nu. 7.*
6 *Emphyteuta priuati an poſſit expelli propter deteriorationem.*
8 *Si Emphyteuta in parte deterioraurit, in parte meliorauerit, an ſit expellendus.*
9 *Ita emphy. priuati ſicut Eccleſiæ per ceſſationem ſolutionis biennio factam perdunt melioramenta, ſecus eſt in colono, vel inquilino priuati, & etiam in conductore ad longus tempus, vel in perpetuum.*
10 *Emphyteuta Eccleſiæ ſi ceſſauerit per biennium ſoluere, poteſt expelli, ſi verò ſit priuati per triennium, ſubdit tamen, vt infra eod. titu. & num. 11.*
12 *Simplex colonus, vel inquilinus, qui conduxit ad quatuor, vel. 5. annos, ad hoc, vt poſſit expelli à tota locatione, requiritur, quòd biennio ceſſauerit.*
13 *Vbi eſt factum pactum de non expellendo colonum, expectatur, quòd ceſſauerit à ſolutione per biennium, quod pactum debet fieri ſpecificè, & non ſufficeret ſub verbis generalibus.*
14 *Verba ſpecialia plus operantur quàm generalia.*
15 *Licitum eſt domino domus claudere oſtium ſcholaribus, & eos eijcere de domo, ſi non ſoluunt penſionem.*
16 *Si emphy. tenetur ſoluere talem denarium pro cenſu, & ceſſauerit ſoluere talem denarium biennio, an poſſit expelli à iure emphyteutico tali, & an & quando de minimis ſit curandum.*
17 *Eccleſia, quæ habet rem in emphyteuſi, & ceſſat ſoluere, quanto tempore poterit expelli.*
18 *Si emphy. cadit propter culpam ſuam, perdit meliorationem.*
19 *Si res immobilis Eccleſiæ eſt conſueta dari in emphyteuſim vſque ad tertiam generationem maſculinam, vel eſt conſueta dari ad tempus, ſi concedatur in tertiam generationem maſculinam, & fœmininam, vel in perpetuum, an valeat.*
20 *In ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur.*
21 *Conſuetudo non ſe extendit vltra id, quod agitur.*
22 *Dictio penitus, idem importat, quod omnino, ſeu omni caſu.*
23 *In factis contra legem ſi non valet, quòd fit vltra, non valet etiam, quod fit intra.*
34 *Quæ res dicantur eſſe de menſa Eccleſiæ.*

AVTHENTICA.

Virem huiuſmodi. Diuidit in quatuor partes prin. prout quatuor imponuntur pœnę emphyteutæ, vel conductori rei eccleſiaſticæ deteriorantibus rem, vel non ſoluentib. cenſum intra biennium. Secunda ibi, vt tamen ſoluat. Tertia ibi, & id in quo rem læſit.

1 Quarta, & vlt. eſt ibi, nô repetiturus. h. d. † Emphy. vel conductor rei Eccle. deteriorantes ipſam rem, vel non ſoluentes cenſum intra bienniũ, puniuntur quatuor pœnis. Primò expellun tur à iure, quod habent, & penſionem tutius præteriti temporis ſoluere coguntur. Item damnantur reſarcire. Et eorum me lioramenta perdunt. Iſta Auth. facta eſt ad declarationem Au then. ſi quas ruinas. & Auth. perpetua. ſ. eod. In quib. fuit dictũ, quando res immobiles Eccleſiæ poſſint concedi in emphyteu ſim. Et ideo dum text. hic dicit, qui rem huiuſmodi, illa dictio
2 huiuſmodi, facit relationem ad prædictas Auth. ¶ † In primis pondera text. ibi, conductam, vel in emphyteuſim. cùm de natura alternatiuæ, vel, ſit vt ponatur inter diuerſa, vt eſt gl. & ibi Doct. in l. vbi pactum. C. de tranſact. & in rubr. ſi ager vect. vel emph. peta. quod hic text. præſupponit differentiam eſſe inter
a emphyteuſim, [a] & locationem, ſeu conductionem, & quando locatio eſt ad breue tempus, clarum eſt, quòd differt ab emphyteuſi, cùm per eam non transferatur aliquod ius. §. adeo. in ſtit. de loc. glo. & Doct. in l. 1. C. de iure emphy. ſecus ad long. tempus. Pulchtum dubium eſt, quid in coductione rei immobilis facta ad long. tempus, vel in perpetuum, nunquid differat ab emphyteuſi. Ioann. de Imo. in cap. nulli. in 3. colu. & in c. ad audientiam. in 1. colu. de reb. eccl. non alie. fatetur ingenuè nullam eſſe differentiam in effectu, ſed tantum in nomine. Idẽ tenet Ioann. Fab. in l. 1. in 1. colu. C. de iure emph. Dic melius, quòd imò differentia eſt etiam in effectu, vt declarat melius quàm alibi Bald. in cap. literæ. in 3. colu. de dila. Nam propriè emphyteuta eſt, qui ſoluit modicum cenſum in recognitionem dominij, non habita recompenſatione fructuum, quos percipit, vt declarat Bart. in l. 1. C. de iur. emph. Sed qui perpetuum ſoluit tantum omni anno iuxta recõpenſationem fru-
3 ctuum, appellatur conductor. † Et ſubdit Bald. ibi ſolenne
b verbum per hoc, quod licèt emphyteuſis Eccleſiæ [b] non trã-ſeat ad extraneos hæredes, vt per glo. in l. etiam. in princ. ff. ſol. matr. tamen locatio perpetua rei Eccleſiaſticæ tranſit ad extraneos hĩdes, ℣ multũ nota pro limitatione glo. & Scriben. in d. l. etiã. vbi nemo tangit. ¶ Itẽ ex prædictis reſultat alia differentia effectualis. Nam emphyteutæ propter ſterilitatem, vel
c interitum patris rei non fit remiſſio penſionis, [c] ex quo modicum ſoluit non habita recompenſatione ad fructus, quos percipit. l. 1. vbi Bart. & Doct. C. de iur. emphy. & glo. & Doct. in c. potuit. de loc. ſecus eſt in conductore perpetuo, vel ad long. tempus, cui propter ſterilitatem debet fieri remiſſio penſionis, iuxta l. ſi vno. in princ. ff. loc. & l. licèt. & l. excepto. C. eod. & ita in terminis tenent Cyn. & Bald. in l. 1. C. de iur. emphy. Ang. in §. quia verò Leonis. in Auth. de non alie. coll. 2. Pet. de Anch. & Imo. in d. c. potuit. do. Fran. de Aret. in conſ. 55. quod incipit in cauſa mihi propoſita.

Addi. Secunda differentia ex ratione prædicta eſt, quia emphyteuta ſi ceſſat ſoluere, vel deteriorat rem, perdit melioramenta, quia tenetur facere melioramenta ex na tura contractus, cùm emphyteuta dicatur ab emphy, græcè, quod meliorationem ſignificat. §. adeo. inſtit. de loca. ſecus eſt in conductore priuati ad long. tempus, qui ſi aliquid non ſoluit in termino, vel deterioret rem, non perdit melioramenta, vt dicam ſtatim in ſeq. not. Iaſon Papiæ.

4 ¶ † Secundò not. ex text. ibi, deteriorem fecerit, quod emphyteuta, vel colonus Eccleſiæ propter deteriorationem rei poteſt expelli à iure, quod habet. Adde idem eſſe in colono priuati. l. quæro. §. inter locatorem. in verſic. & vt oportet coluerit. ff. loca. Idem eſt in vſufructuario damnificante rem, ſecundũ Pau. de Caſt. hic poſt Gul. de Cun. per text. in l. hoc amplius. §. fi. ff. de dam. infect. Et text. qui tñ loquitur in fiſco, in l. cognouimus. C. de man. & colo. patrimo. lib. 11. Tu adde text. ordinariũ in l. itẽ ſi fundi. in prin. ff. de vſufr. & quemad. qs vta.
5 & frua. † Subdit Pau. de Caſt. idem eſſe in vaſallo, vel feudatario, qui pp deteriorationem rei feudalis põt expelli, & nihil alleg. Et ſimiliter dicit Pau. ℣ ſi vaſſallus malè tractat ſubditos ſuos, põt expelli à iure feudi. argu. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie.

ADDITIONES.

a Inter emphyteuſim. Adde de iſta materia per Bertac. in reper. ver. emphy. vbi enumerat duodecim caſus, in quibus differt emphyteuſis à locatione.
b ¶ Emphyteuſis Eccleſiæ. Adde Ioann. de Imo. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. idem in l. in inſulam. in prin. ff. ſol. matr. & Ant. de Butr. in cap. ſi diligenti. in pen. colu. de præſcrip.
c ¶ Remiſſio penſionis. Pau. de Caſtr. conſil. 53. verſic. Sed hic ſubuertitur dubium.
* Et vide Pract. Pap. for. lib. ad præſta. & relax. verſ. inueſtituit. num. 9. & in verſ. recuſauit. in princ.

Source : BIU Cujas

alie.iur.quæ tñ parum,vel nihil facit.Tu adde ad primum tex. in c.1.§ publici latrones,in verſ.inordinatè tractauerit. de pace ten.Per quem not.ibi Bald.q̃ vaſſallus, qui malè vtitur feudo deteriorando rem feud.perdit illam,alleg. etiam ad hoc iſtam Auth.adde etiam Bart.in l.diuortio.§.ſi fundum.in vlt. verb.ff. ſol.mat.Idem tenet Inn.in c.ad apoſtolicæ de re iud in 6.& ibi Gem.in §.ſed licet.in 3.col.Bald.in c.fin.in pen.colu.de iud.Ad fm dictum adde Bald. in d.§. publici latrones. vbi Bald. arg.illius tex.not.q̃ ſi vaſſallus habens caſtrum in feudum, malè tractat Burgenſes caſtri, dñs poteſt eum monere, q̃ eos tractet modo debito, & conſueto,aliàs pōt ei auferre caſtrum, q̃ eſt menti tenendum fm eum. Idem tenet Lud. Ro.in l.diuortio. §.ſi fundum,& ibi do.Alex.in 2.col.ff.ſol matr. Idem no.Ge.in d.c.ad apoſtolicæ.§.ſed licet.per illum text.Limitā tñ, & intellige precedente trina moni per text.cum glo.in c.1.de mil.vaſ. qui cōtu.eſt.& in c.1.§.fi.de pace iur.fir.in cle.1.de vi. & ho.cle. facit text.in c.ex literis.& ibi Bald.& alij Can. de conſt.facit bene regula,quam tradit Ang.in §.ſi quis autem.per gl. ibi.in Authen.de hær.& fal.collat.1. de qua dixi in l.2, C.de eden.& vide multa pulchra, quæ ponit Bald.in Auth. ſtatuimus.in vlt.not. per illum text. in verſ. 3.requiſiſti.C. de epiſ. & cler. Reſtat dubium. † Quid in emphyteuta priuati, an pp deteriorationem poſſit expelli? Petr.& Cyn.hic in 3.q.tenēt,q̃ ſic.ſequuntur Bal. Sal.& Pau.de Caſt.hic.& Bald.Lud.& do.Alex. in d.l.diuortio. §.ſi fundum.¶ Cōtrarium tñ ſub dubio fortè tenet ſolus Imo. in d.§.ſi fundum,quia nullibi hoc reperitur in emphy. priuati, quia ſpeciale eſt hic in emphyteuta Eccleſiæ. vnde in pœnalibus [a] non debet fieri extenſio, maximè qñ tractatur de priuatione iuris,per ea,quæ dixi latè in l.1 C.de tranſ.¶ Tene cōmunem ſententiam: nam emphyteuta priuati ſi neligat ſoluere, vel ſi non denuntiat dño,qñ vendit vni tertio,poteſt priuari iure emphyteutico.l.2.& fin.C.de iur.emphy. quanto magis debet poſſe priuari,quando deteriorat rem,tum qa iſta duo æqui parantur in iſto text. tum quia grauius eſt delictum, q̃ committitur faciendo quàm omittendo,vt eſt glo.in l. ſi mora.cū ſim.ff.ſol. matr. Item emphyteuta incidendo arbores fructiferas pōt expelli fm Bart.in l.in fraudem.§.conductor.per illum text.ff.de iur.fil.& in d.§.ſi fundum.vbi alij.Bald.hic 1.col. Alb. de Ro.in l.1.in vlt.col.C.de iur. emphy.Et q̃ arbores cædi poſſunt,& quomodo cædi debeāt,habes pulchros text.in l.æquiſſimum.§.1.& in l.item ſi fundum.§.fi. ff.de vſufr. & in l. ex ſylua.cum.l.ſeq ff.eod.¶ † Limita prædicta,q̃ ad hoc,vt emphyteuta Eccleſiæ, vel priuati propter deteriorationem poſſit expelli,tria copulatiuè requiruntur, vt egregiè declarat Bald.hic in 2.not.& ſequit Fulg.primo, q̃ deterioratio ſit in notab. quātitate habito reſpectu ad ipſum fundum, quia de minimis nō curat prætor.l.Seio.ff.de in integ.reſt.iunctis etiam his, quæ dicam in glo.ſeq.Secundò requiritur,q̃ deterioratio ſit circa ipſam rem, ſecus ſi deterioratio ſolùm tenderet in perceptionē fructuum,puta,quia malè faceret culturari,vel arari prædiū. Iſtud eſt damnum ſuum tantum, quia ex hoc pauciores fructus percipiet.tertiò requiritur, q̃ deterioratio fuerit facta dolo, vel culpa ſaltem leui,ſecus ſi leuiſſima. idem tenet Bald. in l.3. in pen.col.C.loca.

Addi. Adde Raph. Fulg.hic, & ita per doctr. Bald.hic conſuluerunt Raph.Fulg.& Cu.ſimul in cōſ.qđ inc.Ser Ant.de la Cruce, & ita etiam ego conſului Mediolani pro vno de la Cruce,& inquantum Bald.hic dicit hoc nō procedere in vinea, quia ex quo vites deſiccantur, poterit expelli. Adde,q̃ dicit Pau.de Caſt.poſt Bart.ibi,& in l.hæc diſtinctio.§. cùm fundum ff.loc.q̃ coloni, qui vltimo anno nolunt putare vites,vel totum prædium ſeminant contra naturam prædij, vt plures fructus percipiant, & dñs in ſeq.anno damnificetur,tenentur ad intereſſe. ¶ Sed contra fm requiſitum alleg. text.in l.ſi merces.§.conductor. in verſ.ne intempeſtiua cultura deteriorem fundum faciat.ff. loc. † Quid autem eſſet,ſi emphy. in parte deterioraſſet,& in parte melioraſſet, an iſto caſu excuſaretur à caducitate, tanquam melioramenta compenſarentur cum detrimento? Habes text.ſing.in hac Auth. q̃ adhuc priuari poteſt. Et q̃ plus eſt,perdit ipſa melioramenta.vide tñ text.in l.in fraudem.§.conductor.in verſ. non ſubſtitutis alijs. ff.de iur. fiſ.quem declara ſecundum Pau.de Caſt.& do. Alex.in d.§. ſi fundum.Ang. in l.ſi colonus.ff. arb.fur. cæſa. ¶ Tertiò not.hic æquiparari deteriorationem,& omiſſam ſolutionem. Tamen primum grauius eſt, cùm conſiſtat in faciendo, vt ſupra dixi. ¶ Quartò pondera tex.ibi,repelli pōt.per quem apparet, q̃ nō cadit ipſo iure.facit text.in l.2.in verſ.volenti.& in verſ.ſi voluerit.& ibi Bart.& alij not.& ibi dixi.C.de iur.emphy.text.in §.ſcire autem.in verſ.volentib.in Auth. de non alie. coll.2.gl.in l. 2. ff.ſi ager vecti.vel emphy.pet.Et patet,quia pōt mora purgari. c.potuit.de loca.& tñ ſi committeretur ipſo iure, non admitteretur purgatio moræ.l.traiectitiæ. §.de illo.ff.de act. & oblig

9 b ¶ † Vltimò not q̃ emphyteuta Eccleſiæ, vel colonus per ceſſationem ſolutionis biennij factam perdunt melioramenta. [b] Idem eſt in emphyteuta priuati.l.2.& ibi Bald.not. vbi dixi.C. de iure emphy.ſecus eſt in colono,vel inquilino priuati.l.ſi colonus.in princ.vbi glo.& Bart.& in l.dominus horreorum.§.1. & ibi Bart.ff.loca.

Addi. Et quare ſecus ſit in colono priuati, vide rationem diuerſitatis per Bart.in d.l.ſi colonus.quam declara, vt per Pau.de Caſt. ibi.Ex qua ratione ſic declarata infero vnum,q̃ non inuenio tactum, q̃ idem eſſet in conductore in perpetuum, vel ad longum tempus, quia ſi expelleretur pp penſionem non ſolutam,credo, q̃ non perdat melioramēta, quia ratio, quæ eſt in emphyteuta,ceſſat in conductore ad longum tempus,vel in perpetuum.Et ex hoc habes aliam differentiam inter emphyteutam, & talem colonum. Vnum tñ nota,& diligenter aduerte,q̃ ſi colonus, vel inquilinus aliquid ſoluant vicinio pro impenſa,puta pro reficiendę fonte, vel puteo publico,vel reficienda cloaca,vel ſtrata ſaliganda, talis impenſa debet ſpectare ad dominum,& illud, q̃ ſoluit,compenſabit in penſione,vel repetet à domino.ita Spe.in tit.de cenſib. §.1.verſ.& pone quædam vicinia.¶ Capio glo.in verſ.per biennium.ex qua collige tres concluſiones: primæ duæ ſunt claræ.

10 tertia eſt dubia,& diſputabilis.Prima eſt, † q̃ emphyteuta Eccleſiæ ſi ceſſauerit per biennium ſoluere,poteſt expelli, vt hic, & cap.propter ſterilitatem, & c.potuit. de loca.Secunda concluſio eſt, q̃ in emphy.priuati requiritur triennium,in l.2. C.de iure emphy. & ſic iſto caſu fauore Eccleſiæ minus tēpus ſtatuitur quā in emphy.priuati. ¶ Limita iſtas duas concl.trib.mod. Primo modo in re cenſuali, vbi etiā ſi ceſſaret.100.ann.ſoluere,nunquam poteſt expelli à iure cenſuali:nam conceſſio cenſualis dicitur quando Eccleſia, vel priuatus transferunt omne dominium directum,vel vtile, q̃ habent in accipientem pro annuo cenſu,ita q̃ nullum dominium remanet penes concedentem.c.conſtitutus.cum gl.vbi Doct.de relig.dom.& in ſpecie voluit Imo.in c.ad audientiam.in 2.colu.de reb.Eccleſ.nō alie.Ioann.Fab. in §.adeo.in pen. col. inſti.de loc. Bal. in Auth. ei q.in 15.col.in verſ.pone, q̃ ex conceſſione princ. C.de bon. auct.iud.poſſ.per Bal.in tit. de pace conſtan.in verſ. perſoluere fictum,& limita,vt ibi per eum.Et not.diligenter,q̃ ſi non apparet qualis fuit conceſſio, quia verba inueſtituere erant ambigua,in dubio cenſetur cenſualis. Exemplum,puta inueſtitura antiqua dicit,q̃ Abbas cum capitulo conceſſit talem fundum in perpetuum Titio,& hīdibus,& non dicit in emphyteuſim, vel aliter,in dubio cenſetur cēſualis,ita dicit Alb. de Ro. ſe de facto reſpondiſſe in l. 2.in 8. colu. in verſ. quid de quæſtione à me quæſita per quendam priorem. C. de iur. emphy. vbi dixi.

11 † Secundò limita,qñ ſolutio non eſt aliter limitata per partes. Nam ſi actum eſſet,q̃ ſingulo luſtro penſio ſolueretur,in emphyteuta Eccleſiæ requirerentur duo luſtra, & in emphyteuta priuati requirerentur tria luſtra,& ſic.15.ann. Idem quando ex qualitate rei non ſolueretur, vt puta non conſiſtentis in pecunia. Ita not.declarat Bald.in l.excepto.in 2. colu.C.loc. per text. in l.diuortio.§.ob donationes.verſ.q̃ in anno.ff.ſol.matr. & ibi do.Alex.in vlt.col.ſequitur & infert ad deciſionem quęſtionis, quam dicit de facto habuiſſe,ibi videas.Tertiò limita,niſi inter poſitum ſit iuramentum, quia emphyteuta ſtatim, q̃ primo termino ceſſaret ſoluere,propter iuramentum caderet ab omni iure,q̃ habet,nec tunc expectaretur biennium, vel trien.l.ſi quis maior.C.de tranſact. & ibi dixi de hoc vltimo, allegando

12 deciſ.Doct.in ſpecie. ¶ † Tertia concl.eſt & valde dubia,quòd ſimplex colonus,vel inquilinus,qui conduxit ad quatuor. vel. 5. ann. ad hoc, vt poſſit expelli à tota locatione,requiritur, q̃ biennio ceſſauerit.idem tenet gl.in l.2.in verſ.triennium, & ibi Alb.in 2.col.C.de iur.emphy.glo.in §.adeo. inſt.loc.& in §.fiue autē.in Auth.de non alie,coll 2. & in l.vectigalia. §. 1.ff. de public.Petr.& Cy.hic in 3.q.p iſta opi. faciūt tria iura.Primò tex. in l.quæro.§. inrer locatorem. ff.loc. Secundò, & fortius ſtringit tex hic,& in c.propter ſterilitatem.de loc. Hoc modo inducendo: nam in hac materia magis fauetur Eccleſiæ q̃ priuato, patet,quia emphyteuta Eccleſiæ poteſt expelli,ſi tñ ceſſet biennio,ſed in priuato requiritur triennium,vt ſupra dixi, & tñ in Eccleſia, cui magis fauetur, colonus Eccleſiæ expelli non poteſt, niſi ceſſauerit per biennium, ergo multò minus colonus priuati. Tertiò adducitur text. in l. cùm domini horreorum. ff.loc.

ADDITIONES.

a ¶ Vnde in pœnalibus. Adde glo.in l.furt.in §.fin.ff.de his,qui not.infam. & ibi Bart.poſt glo.

b ¶ Perdunt melioramenta. Adde Ias.in l.2.C.de iure emphy. vbi reperiuntur remiſſiones.

Source : BIU Cujas

ſi loc. vbi ſi inquilinus conducit horreum, & eſt abſens, & ignoratur vbi ſit, & non ſoluit penſionem, non permittitur domino ſolùm facere aperiri horreum locatum, niſi demum elapſo biennio, multo minus poterit eum priuare tota locatione. Secunda eſt opin. glo. in l. ædem. in verſ. ſoluiſti. C. loc. Vbi glo. diſtinguit, aut factum eſt pactum de non expellendo ſub pœna, & tunc debet biennium expectari. Ita loquitur text. in d. §. inter locatorem. aut nullum pactum eſt factum, & tunc ſtatim, ꝙ ceſſat ſoluere, poteſt expelli. l. ædem. in princ. ſumendo arg. à contrario ſenſu. C. loc. Iſtam opi. tenet Bart. hic in 1. opp. Bart. & Ang. in l. 2. C. de iur. emp. Bart. in d. §. inter locatorem. & in l. vectigalia. §. 1. ff. de pub. Ang. in §. ſcire autem. in Auth. de non alie. coll. 2. Pan. in c. propter ſterilitatem. in vlt. no. & ibi d. Ant. & Imo. de loc. Bald. in c. querelam. in 2. col. de elec. ¶ Tertia fuit opi. Iac. Butr. & Bald. qui diſtinguunt, aut agitur de expellendo à præſenti vſu, & tunc ſtatim poteſt expelli cùm ceſſat ſoluere, & ſic intelligitur d. l. ædem. à contrario ſenſu: aut. n. quæris, an poſſit expelli à totali locatione, & tunc exigitur lapſus triennij. * Ita loquuntur alia iura præalleg. Iſtam diſtin. not. tenet etiam Bal. in d. l. ædem. in 2. col. & in l. 2. in 5. col. & ibi Sal. Pau. de Caſt. & Ful. hic, & Pau. de Caſt. in d. §. inter locatorem. Tu teneas aliam, & quartam opin. & ſic teneas quarto loco diſtin. quam plenè tradit Bartol. in d. §. inter locatorem, faciendo tres caſus princ. ex qua doctr. colligitur concordia ad rationes text. præalleg. & illam doctr. ſequitur etiam Lud. Ro. in d. l. vectigalia. §. 1. Nec obſt. dum dicebatur, ꝙ in colono Eccleſię, cui fauetur magis, tñ requiritur biennium, vt hic in text. noſtro, ergo multo magis in colono priuati. Reſponde, ꝙ ideo in colono Eccleſiæ ſtatutum eſt biennium, eo quia talis colonus perdit melioramenta, vt hoc text. Vnde cùm in hoc grauetur, releuatur in alio in tempore biennij, per regulam. l. eum qui. in prin. ff. de iureiur. Secus eſt in colono priuati, qui ſi expellatur per ceſſationem ſolu. tñ nunquam perdit melioramenta, vt. §. 23 dixi in text. ¶ † Adde circa primum membrum diſtin. Bart. inquantum Bart. poſt gl. vbique tenet, ꝙ ſi eſt factum pactum de non expellendo ſub pœna, tunc ꝓꝓ iſtud pactum requiritur lapſus biennij, ad hoc, vt pactum aliquid operetur, aliàs ſine pacto poſſet ſtatim expelli, licet glo. vbique, & vbique etiam Bart. ſic teneat. Ego in contrarium fortiſſimè arguo. Nam pactum de non expellendo ſub pœna non alterat, nec mutat naturam contractus in aliquo. text. eſt in l. 2. circa med. in verſ. vel pœna opponenda, & ibi declarat glo. in verſ. opponenda. C. de iure emphy. & ibi Bar. in 3. col. & Sal. & alij colligunt iſtam reg. ex illo text. Nec poteſt dici pactum eſſe fruſtra, ex quo continet pœnam certam, propterea glo. & non ab re, in d. §. inter locatorem. intelligit illum text. in conductore ad longum tempus. Quod ego tñ nõ firmo. Cogita ſuper hac difficultate, quia durum eſt realiter reſpondere. ¶ Tenendo tamẽ communem intellectum ad d. §. inter locatorem, & ꝙ ibi biennium requiratur propter pactum de nõ expellendo, dic, ꝙ ille caſus eſt ſing. & non reperitur alibi in iure, ſm Imo. & Lud. in d. l. vectigalia. §. 1. Imo. in d. c. ꝓꝓ ſterilitatem. in 14. col. & in 26. quem mirabiliter limitat. d. Alex. in conſ. 105. in 3. vol. ꝙ incipit magnifice prætor. in 6. col. ad fin. vt procedat, qñ ſpecificè, & formaliter fuit promiſſum de non expellendo inquilinum ſub pœna. Vnde non ſufficeret in genere promittere ratam, & firmam habere locationem. Mouetur, quia traditum eſt pro forma, ꝙ illud ibi ſic exprimatur, ergo non ſufficit impleri per æquipollens, vt not. per Mod. in l. 2. ff. de lib. & poſth. Iſtud fundamentum non placet, quia ridiculum puto, ꝙ pro forma ibi tradita ſit, ꝙ illa verba ſic ſpecificè exprimantur, quia eſſet ꝯ titu. C. de for-14 mu. & impetra. Magis faceret, † quia verba ſpecialia plus operantur q̃ generalia. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. ¶ Itẽ adde circa tertium caſum diſtin. Bar. ꝙ quando nullum eſt pactum, & inquilinus, vel colonus eſt præſens, ſtatim ꝙ ipſe ceſſat ſoluere, poteſt expelli, per text. in d. l. ædem. in prin. à contrario ſenſu. ¶ Ad idem facit. l. vectigalia. §. 1. ff. de pub. & vectig. & commiſſ. Nec dicas, ꝙ hoc ſit ſpeciale fauore fiſci, vt dicunt glo. & Imo. ibi, cùm in fiſco nihil cenſeatur ſpeciale quàm in alio, niſi vbi exprimitur. l. item veniunt. §. priuatorum. vbi glo. ff. de pet. hær. glo. in l. 1. C. eod. ¶ Tertiò adde, ꝙ not. Ang. in l. eſt differẽtia. ff. in quib. cau. pig. taci. contraha. vbi per illum tex. 15 in verſ. præcludatur. not. Ang. † ꝙ licitum eſt domino domus clandere oſtium ſcholarib. & eos eijcere de domo, ſi non ſoluunt penſionem. Sed aduerte dum Bart. & ſequaces fundant ſe in d. l. ædem. à ꝯrio ſenſu, quia videtur, ꝙ ſtringat ad oppoſitum in verſ. inſolidum non ſoluiſti. Pondera dictionem inſolidum: nam inſolidum, ſeu totam penſionem non tenentur ſoluere niſi in fine locationis, vt per glo. & Doct. in d. l. ædem. facit text. in l. ſed ſi addes. §. ſi quis cùm in annum. ff. loca. ergo ille text. probat oppoſitum, ꝙ ſtatim cùm ceſſauerit ſoluere, poſſit expelli. Iſtam difficultatem tangit Io. de Imo. in d. c. ꝓꝓ ſterilitatem. in 27. col. & ibi dicit, ꝙ Doc. eam non tangunt alicubi. Et rñdet trib. modis (& pro certo ineptè) non curo referre. ¶ Sed tu clarè rñde, & bene, ꝙ glo. & Doct. loquuntur, qñ qs cõduxit domũ, vel fundum ad quinque, vel ſex ann. pro penſione, puta 25. ducatorum in ann. quo caſu ſolidam penſionẽ 25. ducatorũ tenentur ſoluere in fine cuiuſlibet anni, vt declarat Bart. in l. ſi ſeruus cõis Mæuij. §. fi. ff. de ſtip. ſer. pone, ꝙ ceſſant per vnum annum integrũ ſoluere ſolidã penſionẽ, certè ſm Doc. põt expelli à tota locatione, & hoc modo ceſſat dicta difficultas, & ita declarat Sal. in d. l. ædem. q̃ uis ibi Bal. aliã ſol. ſentiat in 1. col. ¶ Limita iſtam concl. procedere in colono, vel inquilino ad modicum tẽps: ſi autem eſſet ad longum tẽps, puta ad decennium, tũc requireretur lapſus triennij, ſicut in emphyteuta ad hoc, vt poſſit expelli, q̃a tunc habet ius in re, ſicut emphyteuta. Ita tenet Ang. in §. ſcire aũt. in Auth. de non alie. coll. 2. Dicit tñ ſe neſcire legem de hoc. idem tenet. d. Ant. de Butr. in d. c. ꝓꝓ ſterilitatẽ, & ibi Io. de Imo. in 5. col. & ſeq. & ibi Pan. in vlt. not. Fulg. hic, Bal. in c. literæ. in 2. col. de dila. & in c. ſi cautio, in pen. col. de fid. inſtr. & in c. querelam. in fin. de iureiur. & in d. l. ædem. in 1. vel 2. col. d. Alex. in conſ. 117. in 4. vol. ꝙ incipit. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter dñam Luciam, in pen. col. & ſeq. Contrarium ſub dubio fortè tenet Imo. in d. l. vectigalia. § 1. & fortè melius. Nam ſi eſſet locator perpetuus, tunc bene poſſet æquiparari in hoc emphyteutæ, iuxta ea, quæ dixi in text. Sed qñ eſt inquilinus, vel colonus ad decennium, & ſic ad longum tẽps, licèt habeat ius, tñ eſt temporale, iõ non bene argũitur ab emphyteuta habente ius perpetuò duraturũ. Non * recedas tñ à dicta limitatione, *quæ eſt communis*. ¶ Capio glo. in verſ. repelli põt. q̃ diuide in duas partes, prout duas format quæſtiones. Secũda ibi, quid ſi vna Eccleſia habet. Venio ad primã 16 quæſtio. † qñ emphyteuta ſoluit vnum denarium pro cenſu, ſi ceſſaret ſoluere talem denarium biennio, an poſſet expelli à iure emphyteutico totali, & in primis gl. & Bar. dubitant quomodo potuerit conceſſio fieri pro vno nummo per ea, quæ declarat Bart. in Auth. præterea. ſ. eod. titu. dic, ꝙ hodiernis tẽporibus omnes tales contractus emphyteutici cum Eccleſia propter conſuetudinem ſuſtinentur, ſecundum Spec. in titũ. de loc. §. nunc aliqua. in verſ. 6. do. Alex. in conſil. 79. in 1. vol. ꝙ incipit, circa primum, de quo quæritur. ſ. coram quo domino. in 9. col. Idem tenet Fulg. hic alleg. glo. in §. lex itaque. in Authen. de non alie. coll. 2. ¶ In iſta quæſtio. intelligendo eam pro* ut iacet, certè *communiter Doct.* hic tenent, ꝙ poſſit expelli pro- a pter non ſolutum canonem vnius nummi.[a] Sicut ſi magnam ſummam ſoluere deberet, & dicit Bald. ꝙ ita de conſuetudine ſeruatur. Idem tenet Bal. in l. cùm alleg. in 8. oppoſi. C. de vſur. & in rub. C. de contrah. emp. & in l, quamuis. ff. de cond. & demon. & in c. ſi proponente ad fin. de reſcrip. Pro iſta opin. facit cuidens ratio: nam talis nummus ſoluitur in recognitionem directi dominij, vt declarat Bart. in l. 1. C. de iur. emph. Si ergo emphyteuta ceſſat per triennium ſoluere illum nummum, poteſt expelli, non propter nummum tantũ, ſed propter contemptum dominij, quẽ recuſat cognoſcere. Et ſic collige ex illa concluſione, ꝙ propter omiſſam ſol. vnius nummi ſuccedit b pœna legalis.[b] Pro comprobatione adde. 12. Primò, ꝙ decidit Ang. in l. ſi ſeruum quis. §. prætor. in fin. ff. de acq. hær. vbi dicit, ꝙ theſaurarius communitatis amouens vnum ſolum denarium de pecunia communis, incidit in pœnam ſtatuti punientis amouentem pecuniam communis. Secundò facit, ꝙ not. Bal. in l. etiam. in pen. q. per illum tex. C. ad l. Fal. ꝙ qui commodauit tacitam fidem in vno nummo de reſtituendo incapaci, cenſetur indignus tota hĩditate. Hoc tñ reprobat do. Alex. in l. ex facto. §. Iulianus Longinus. per illũ text. in fi. ff. de vulg. & pupil. ꝙ pro nunc aliter non examino. Tertiò facit, ꝙ vult Bald. in l. cùm ſit. C. de ſepul. vio. ꝙ regula, qua cauetur, qui non habet in ære, luat in corpore. l. pen. ff. de in ius vocan. procedit etiã ſi quis põt ſoluere totam pec. excepto vno nummo, & ſequit̃ d. Alex. in d. l. pen. Quartò accedit, ꝙ vult Bal. in c. ſi proponente. de reſcrip. Quod ſtatutum excludens mulierem dotatam, procedit etiam ſi ſit dotata in vno nummo. Quintò adde, ꝙ ſi ſpoliato, qui debet ante omnia reſtitui, ſi vnus nummus deficeret, non tenetur in alijs reſpondere, & idem de expenſis litis, ſecundum Bald. in cap. conquerente, in 1. col. de reſt. ſpol.

Sextò

ADDITIONES.

* Aliàs biennij.

a ¶ Vnius nummi. Adde, quæ ſcribit Villa. inter. com. opi. lib. 5. verſ. emphyteuta, vbi ponit amplia. & limit. ad concl. Iaſ. hic, quam etiam declarat Suarez. lib. com opin. verſ. emphyteuta. MASVER.

b ¶ Pœna legalis. Contra reg. de minimis, quam Iaſ. proſequitur in l. ſciendum in prin. col. 4. ff. qui ſatisd. cog. & in Auth. præterea. col. 2. C. vnde vir. & vxor.

Source : BIU Cujas

Sextò adde, ꝙ propter exceſſum in vno nummo vltra dimidium iuſti prætij debet ſuppleri totum verum, & iuſtum pretium, ſecundum Bal. in c. cum cauſa, quæ inter œconomum, de teſt. Septimò adde, ꝙ per ſolutionem etiam vnius nummi factam nomine cenſus interrumpitur præſcriptio, ſecundum Bald. in c. illud. in vlt. col. de præſcrip. Octauò adde, ꝙ venditor poteſt totam rem venditam retinere etiam pro vno nummo pretij non ſoluto, ſm Bald. in l. fin. C. comm. & eſt glo. not. in l. res bona. ff. de contrah. emp. Bal. in rub. C. eod. in 10. q. & in cap. cùm adeo. in 2. col. de reſcrip. Nonò adde, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ non ſoluta gabella contractus ſit nullus, ꝙ ſi fuit defectus in vno nummo, contractus annullabitur ſm Ang. in l. qui hæredi. ff. de cond. & demon. & in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. per illum text. ff. ſi quis cau quamuis ⁊rium in verſ. vlt. teneat Lud. Ro. in l. diuus ff. ad Syl. Decimò adde, ꝙ ſi ſtatutum diſponit, ꝙ appellans debeat ſoluere quinque denarios pro libra, & aliquis appellans omiſit in vno nummo, ꝙ dicitur appellatio deſerta. Ita valde not. tenet Bald. in addi. Spec. in tit. de appel. in verſ. ſed pone dicit ſtatutum. ꝙ bene not. Vndecimò adde, ꝙ ſi executor ad pias cauſas recipit ferè totum pretium rei venditæ, & de vno nummo habeat fidem, ꝙ non transfert dñium, vt per Bald. not. in l. inciuile. C. de rei vend. Duodecimò adde Bald. in l. 2. in 8. col. C. de rei vend. vbi tenet, ꝙ vnus ſolus nummus eſt in conſideratione, & per Alex. in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. in fin. ff. ſi quis cau. prædicta omnia faciunt, [a] ꝙ de minimis ſit curandum, ꝙ videtur contra regu. l. Seio. ff. de in integ. reſt. & l. quamuis. ff. de cond. & demon. Sed de hoc vltimo dic, vt not. per Bart. in l. ſi proprietarius. in princ. ff de dam. infect. ¶ Reuertor nunc ad glo. noſtram, & addo, ꝙ aliter, & ſecundo modo intelligitur iſta glo. per Pau. de Caſt. in l. in execu. §. item ſi ita. ff. de verb. oblig. ꝙ loquatur in emphyteuta, qui ſoluit totā penſionem excepto vno nummo, ꝙ propter defectum vnius nūmi poteſt expelli à tota emphyteuſi, ac ſi nihil ſoluiſſet. Sed certè glo. non loquitur in his terminis, ſed loquitur, quando tota penſio erat ſolùm vnus nummus. Et in terminis, in quib. loquitur Pau. de Caſtr. contrarium tenet Bal. in d. l. ædem. in verſ. ſed nunquid pro vno nummo. vbi tenet Bald. ꝙ inquilinus, vel colonus, qui ſoluit totam penſionem excepto vno denario, ꝙ expelli non poteſt, Ego [b] in puncto iuris puto opi. Pau. de Caſtr. eſſe veriorem, & vltra ea, quæ generaliter tradi ſolent in l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig. mouecor in ſpecie per quatuor ex his, quæ ſupra proximè retuli. Primò per illud, ꝙ vult glo. not. in l. res bona fide. ff. de contrahen. emp. Et dicit Bal. in l. fin. C. commo. ꝙ venditor poteſt totam rem venditam retinere etiā pro vno nummo pretij non ſoluti. Secundò facit, ꝙ vult Bald. in c. conquerente. in 1. colu. de reſti. ſpo. vbi dicit, ꝙ regula, quæ habet, ꝙ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, & prius non debet aduerſarius audiri, ꝙ procedit etiam ſi vnus nummus deficeret. Tertiò, quia propter exceſſum in vno nummo vltra dimidiam iuſti pretij habet locum remedium. l. 2. C. de reſcin. vend. ſecundum Bal. in cap. cum cauſa, quæ inter œconomū, de teſti. per gloſ. in d. l. res bona. Quartò, quia per ſolutionem etiam vnius nnmmi factam nomine cenſus interrūpitur præſcriptio, ſecundum Bald. in cap. illud. in vlt. colu. de præſcrip. ¶ Intellige tamen ſanè, niſi per errorem omiſiſſet ſoluere illum nummum. l. quamuis rationes. ff. de cond. & demon. quam ad hoc reputat ſing. Bald. in l. pro hæreditarijs. in 3. col. C. de hære. actio. & in iſtis terminis poteſt ſaluari Bald. in d. l. ædem. ¶ Prædicta not. ad materiam, an de minimis [c] ſit curandum, de qua per Bart. in l. ſi proprietarius. in prin. ff. de dam. infect. prout etiā dixi in quæſt. glo. dic, ũt dixi in l. placet. ſ. eod. vbi alleg. concor. ad hoc. ¶ † Sed quanto tempore poterit Eccleſia per aliam expelli? Sal. hic mirabiliter tenet, ꝙ requiratur triennium, quia priuilegiatus ⁊ alium priuilegiatum non vtitur priuilegio ſuo, vt traditur in Auth. quas actiones. ⁊. eod. ſed tu tene contrarium, ꝙ imò ſufficiat biennium per iſtam Auth. indiſtinctè loquentem. Ita tenet Bald. hic poſt Iac. Butr. & Petr. Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua. verſ. 15. & verſ. 22. & ratio eſt, quia Eccleſia, quæ recipit emphyteuſim, non eſt priuilegiata, ſed bene Eccleſia, quæ concedit, ergo hic non eſt priuilegiatus contra priuilegiatum, vt tradit Bart. in Auth. quas actio. ⁊. eod.

17

Addi. De iſto puncto, qñ Eccleſia habet rem in emphyteuſim, & ceſſat ſoluere, an poſſit expelli ſicut priuatus, dixi in l. placet. ſ. eo. in illo text. in verſ. nullam trāſlationem. & ibi Bald. & Bald. in c. 1. in princ. vbi alij omnes. de alie. feu. Can. in c. conſtitus. poſt gl. ibi. de reli. dom. & ibi ꝑ Pan. reſpondentem quibuſdam fundamentis Io. And. & aliorū ibi. ¶ Sed pulchrum eſt videre, quanto tpe expelli poſſit Eccleſia ceſſans ſoluere. glo. non aperit, nunquid requiratur triennium, vel biennium. Sal. hic tenet, ꝙ requiratur triennium, & ita intelligit, & apoſtillat gl. iſtam. mouetur, quia licèt Eccleſia habeat contra priuatum priuilegium, vt ex illo biennio poſſit expellere, tñ Eccleſia contra aliam Eccleſiā perdit iſtud beneficium, patet ex not. per glo. not. in Auth. niſi rogati. ad fin. in glo. mag. C. ad Treb. Aduerte, quia credo Saly. malè dicere, & ꝙ imò ceſſando biennio debet expelli per generalitatem hius Auth. vbi dicitur, ꝙ emphyteuta Eccleſię ceſſando biennio expellitur, nec diſtinguitur, an ſit priuatus, vel Eccleſia, ita decidit Bal. hic poſt Iac. Butr. & Petr. Item, quia Eccleſia accipiens non eſt priuilegiata tpe, ſicut Eccleſia concedens, ergo non poteſt vti priuilegio ſuo etiam ⁊ aliam Eccleſ. ex doctr. Bart. in Auth. quas actiones. ⁊. eo. imò plus Spe. in tit. de loc. §. nunc aliqua. verſ. 22. & ibi Io. And. in addi. tenet, ꝙ ſi Eccleſia reciperet rē in emphyteuſim non ab Eccleſia, ſed ab alio priuato, q̃is emphyteuta priuati non cadat, niſi ceſſet triennio, tñ iſto caſu Eccleſia ceſſando biennio expelleretur, qa eo iure, quo Eccleſia vtitur contra alium, debet vti contra ſe. iſtud fundamentum non videtur tutum, quia procederet, qñ Eccleſia haberet tale ius ad eius poſtulationem, tunc procedit titulus. ff. ꝙ quiſque iur. ſed Eccleſia non habet tale ius ad eius poſtulationem, ſtat ergo, ꝙ Eccleſia habens emphyteuſim, ſi ceſſat biennio ſoluere, poteſt expelli, & in hoc nemo diſcordat. In contrarium ſtringit tex. ſing. in c. 1. §. ſi. de ca. Cor. in vſi. feu. quem dicit eſſe ſing. Ang. de Aret. in §. finitur. inſt. quib. mod. ius patr. po. ſol. & ideo Sal. dicit, ꝙ ille text. fecit eum multories dubitare, ſed ſubtilius conſiderando ille text. loquitur, qñ Eccleſia habet feudum à Rege, quia ſi prælatus ſit negligens ſoluere, præiudicat ſibi prælato, non ſucceſſorib. vel Eccleſiæ: nos loquimur, qñ Eccleſia habet ab Eccleſia, quia tunc vtraque amittit priuilegium, & iſta dicit eſſe inaudita, quæ ſol. ad illum text. mihi non placet, quia eſt verum, qñ vterque eſt in ſpecie priuilegiatus, tunc priuilegiatus ⁊ priuilegiatum nō vtitur priuilegio, vt per Bar. in d. Auth. quas actiones. ſed hic non eſt ſic, quia licet Eccleſia concedens ſit priuilegiata in tpe, tñ Eccleſia recipiens non eſt priuilegiata, vnde tutius eſt dicere, ꝙ illud ius conſuetudinarium in feudis non debet extendi ad emphyteuſim, vt per Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. in duob. locis. ff. de ope. lib. dixi plenè in l. 2. de iure emph. ⁊. Iaſon Papiæ.

¶ Capio glo. fin. in verſ. meliorationis. iſtam glo. diligenter not.

18 † ꝙ quando emphyteuta cadit propter culpam ſuā, tunc perdit meliorameṇta, ergo vult gl. ꝙ ſi caderet ſine culpa, puta, quia emphyteuſis eſſet finita, non perdit meliorameṇta. Et ita iſtam glo. ponderat Raph. Cu. in conſ. 57. ꝙ inc. monaſterium ture loc. in vlt. col. Pro primo caſu adde text. in l. 2. in verſ. nomine meliorationis, & ibi Bal. no. C. de iure emphy. cū cōcor. quas ibi dedi. in 7. not. quamuis aliter teneat glo. in l. colonus. in prin. ff. loc. quamuis ibi reprobet Pau. de Caſt. poſt Bart. Pro ſecundo caſu adde Spec. in d. §. nunc aliqua. in verſ. 131. Bald. in c. 1. §. ſi quis de manſo. in 5. col. de contro. inueſti. in vſib. feud. & in l. fin. C. communia de leg. & in l. Senatus. § Marcellus. vbi

19 alij. ff. de leg. 2. ¶ † Extra glo. quærit Bart. de pulchra, & ſubti. quæſt. pone, ꝙ res immobilis Eccleſiæ eſt conſueta dari in emphyteuſim vſque in tertiam generationem maſculinā, vel eſt conſueta dari ad tps. Pone, ꝙ concedatur in tertiam gñationē maſculinam, & fœmininam, vel pone etiam, ꝙ concedatur in perpetuum. Nunqd valeat? Bart. dicit ſe dubitare, nec aliter declarat, an vitietur in totū, an ſaltē valeat quo ad gñationē permiſſam. Bal. in Auth. ſi quas ruinas. in 1. col. ⁊. eo. refert Bart. hic tenere, ꝙ conceſſio ſit in totū nulla, & eū reprobat, ꝙ imò valere debeat quo ad lineam maſculinā, licèt non quo ad fœminā, & ſic ſaltē debet valere quo ad caſum permiſſum, ꝑ text. ſm eum ad literā in §. neque illud. in Auth. de non alie. colla. 2. Idem tenent Fulg. & Pau. de Caſt. hic, & dicit Pau. de Caſt. ꝙ opi. Bal. eſt verior, & æquior q̃ ſit opi. Bar. hic. q eam amplexus fuiſſet, ſi bene cogitaſſet ſm eū. Idē tenet Lud. Ro. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig. vbi dicit mirandū eſſe de tanto patre, quantum fuit Bart. q dixerat ⁊ caſum d. §. neque illud, & vide omni-

ADDITIONES.

26 sciendum est,†q̃ notarij habent iurisdictionem habitu, aliqñ ex forma statuti,aliquando quia ita creantur per Comites Palatinos,nam in partib.Lombardię,qñ Comites Palatini creant aliquem notarium,faciunt etiam eum iudicem, & isti sunt p-priè iudices chartularij,de quibus facit mentionem gl.in l.rem non nouam.C.de iudi.& in l.1.in prin.ff.eo.quando ergo notarij sunt iudices chartularij,partes possunt voluntariè prorogare eorum iurisdictionem,& voluntariè coram eis litigare, vbi aliàs consensus priuatorum non posset ꝯferre iurisdictionem

non

ADDITIONES.

a ¶Iustissimus,Adde, q̃ ei subueniendum est, si sit læsus, post multos quos allegat D.Aym.consi.157.nu.15.

b ¶Memoria hominum.Adde c.præterea.23.dist.Spe.tit. de aduoc. in §. nunc. in 2.col.ver.habito igitur.

c ¶Instrumenta guarentigiæ,Adde Bar.in l.eum qui.ff.de iureiu.Pau.de Cast.in l.fi.C.de edi.diui Adr.tollen.

Source : BIU Cujas

non habenti ſaltem habitu. l. priuatorum. C. de iuriſd. om. iudi. Pone modo, ꝙ ambæ partes vadant voluntariè ad notarium habentem talem iuriſdictionem, & vna pars in præſentia talis notarij, & teſtis confiteatur ſe debitorem de centum, notarius de voluntate partium ſcribit inſtrumentum, & in inſtrumento ſcribit confeſſionem, & poſt notarius ex ſua iuriſdictione facit præceptum parti confitenti, ꝙ ſoluat intra decem dies, aut faceret iudex ordinarius. l. ſi debitori. ff. de iudi. certè iſtud præceptum factum à notario in inſtrumento contra confeſſum appellatur inſtrumrntum guarentigię, ſeu firmitatis, & ſtatuta Tuſciæ diſpoſuerunt, ꝙ mandentur executioni omni exceptione remota, prout ẽt declarat Io. de Ana. in conſi. 50. qđ incip. in q. Euſtachij de Florentia, in 2. col. Alibi dubitant Doct. nunquid de iure communi, quãdo nõ adeſſent ſtatuta Tuſcię, ꝺicta procederent, ponit Bal. in l. adoptio non iure. ff. de adop. & plenius Imo. in l. ait prætor. ff. de re iud. & tale præceptum factum in confeſſum à notario, ex poteſtate ſibi per ſtatutum attributa, equiparatur præcepto iudicis ordinarij, ſecundum Bar. & alios hic, & in locis præalleg. Cy. in l. 1. in 2. q. C. de cõfeſ. Bar. in l. iubemus nulli. §. ſanè. el 1. ad fi. C. de ſacroſ. Eccl. Bald. in l. ſi cut. C. de repu. hær. & dicit Bar. hic, ꝙ tale pręceptum guarentigię cenſetur ſnĩa interlocutoria, & non diffinitiua, de qua eſt gl. in l. fi. §. & filius. ver. neceſſitate. & ibi Bal. in 3. col. C. de bon. q̃
27 lib. gl. no. 2. q. 1. in ſumma. † Quæ aũt dr̃ia ſit inter inſtr̃a guarentigiæ, quæ ſunt in vſu Tuſcorum, & inſtr̃a confeſſionata, quib. vtuntur Peruſini, declarat Bal. in l. ẽt in 1. col. C. de execu. rei iudi. & in c. dudum. 2. in 7. col. de elec. ¶ Secundò principaliter vl
28 tra Bar. & Doc. adde, † ꝙ iſta lex non habet locum, qñ prius ſtatutus eſt terminus ad deliberatè reſpondendum, tunc error allegari non poteſt, gl. eſt ſolennis, & reputata ſing. in c. ex literis. in verbo admonita. de diuor. quam ſequitur Bal. & reputat ſingularem in l. ſi quidem. C. de excep. & in l. cũ precum. ad fi. C. de lib. cau. & in l. vnica. in 10. col. C. de confeſ. & in c. dudum. 2. in pe. col. de elec. & in l. non ſolùm. in prin. in 3. col. vbi limitat. ff. de procu. Arch. in c. fi. de iur. iurã. in 6. D. Ant. de But. in c. fi. in 13. col. de confeſ. Flo. in l. de ętate. §. fi. ff. de interrog. act. Ang. de Are in §. ſi minus. inſti. de act. D. Barth. Veron. in caut. 51. & 213. Hinc infertur, ꝙ idem eſſe debeat in confeſſione geminata, qa reiteratio præſupponit deliberationem. c. ſi quis iratus. vbi glo. no. 2. q. 3. facit. l. ſi mulier perfectè. C. ad Vellcia. & text. in l. cordi. in ver. noſtri. C. de emẽda. Iuſti. cod. iuncto eo, qđ tenet Bar. in l. cũ ſimus. in fi. cũ ſim. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & ita in ſpecie tenet Lud. Ro. in conſ. 346. quod incipit, in hac cã. in 3. col. ¶ Tene in prędictis ꝟrium, quia ẽt in deliberando põt quis errare. l. de ętate. §. ex cã. ff. de interrog. act. licèt tunc non ita de facili admitti debeat allegatio erroris, ſm Bar. hic in pen. col. qui reprobat gl. in d. c. ex literis. q̃ ẽt reprobat Bal. in c. fi. in 6. col. ad fi. de confeſ. idem tenet Bal. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. ff. de iureiu. & ibi plenius Lud. Rom. in l. ſi verò. §. de viro. in 31. fal. ff. ſol. mat. vbi dicit ſe ita de facto conſuluiſſe Florentiæ, &
29 ita conſuluit in conſ. 391. quod incipit, vt propoſita cõſultatio reddatur clarior. Pro hoc optimè facit, † ꝙ confeſſio etiam pluries multiplicata, tamen poteſt prętextu erroris reuocari. text. optimus in l. 1. & ibi Bal. & Mod. ad hoc no. C. de erro. calcu.

Addi. Et per hoc ẽt infero, ꝙ dictum Inn. in c. cũ olim. de cenſi. quod ſupra in textualib. retuli, nõ eſt verum, dum dicit, ꝙ regula prima huius legis procedit, qñ cõfeſſio erronea fuit emiſſa viua voce, ſecus ſi quis produceret confeſſionem erroneam per inſtr̃m, quia talis confeſſio præſumit deliberata, & fortior, q̃ qñ emittitur viua voce. iſtud ſequitur expreſsè D. Ant. de But. in c. fi. col. 13. de confeſ. nec recolo me alibi vidiſſe, qui ꝟrium teneat, ſed puto, ꝙ non ſit verum, & ꝙ confundatur ex prędictis, quia licèt inſtr̃m arguat maiorẽ deliberationem in confitentem, q̃ ſi eſſet viua voce, tñ deliberatio ſequens non tollit effectum huius. l. vt pater ex prædictis, & ita
30 teneo. ¶ † Confirmo per ſimile: nam confeſſio ẽt iurata põt nõ obſtan. iuſo prętextu erroris reuocari, ſm Bal. hic in pen. col. & in l. de tutela. in 2. col. C. de in integ. reſti. mino. D. Ant. de But. in c. fi. in 13. col. de confeſ. Lud. Rom. in d. §. de viro. in 31. fallẽ. & in d. conſ. 391. quamuis ꝟrium in hoc vlti. teneat Io. Fab. hic in fi. ¶ Nec obſt. tex. in c. cũ dilecti. de accu. quia vltra reſponſionẽ Bal. potes dicere, ꝙ ibi nõ allegabatur aliquis error facti, ita ibi expreſsè intelligit Inn. in gl. vlt. & ſequitur Panor. ¶ Ex prædictis habes tres magnas ampliationes ad iſtam legem, vt proce-
* dat, etiam ſi confeſſio ſit facta poſt triennium * aſſignatum ad deliberatè reſpondendum. Idem etiam ſi fuerit geminata confeſſio. Item, & tertiò ſi fuerit iurata, & ita cum laude Dei ſit impoſitus finis huic legi. Iaſon Padvæ.

Triendium.

SVMMARIVM.

1 *Erronea confeſſio etiam in cauſa libertatis non præiudicat confitenti, nec eius hæredi.*
2 *Nunquam poteſt ab inteſtato ſuccedi, donec poſſibile eſt ex teſtam. ſuccedi.*
3 *Quare hęres non tranſmittit hæreditatem non aditam.*
4 *Qui recipit aliquid tanquam à tali, an videatur confiteri eum eſſe talem.*
5 *Erronea confeſſio poteſt reuocari, nedum per illum qui errauit, ſed etiam per eius hæredem.*
6 *Declaratio libelli obſcuri non tranſit ad hæredem.*

LEX VIII.

Cùm teſtamentum. Præmitto ſm Bart. quis dicatur libertinus orcinus, vt hic per eum. h. d. in ſumma ſm Bar. & alios. Verba enunciatiua erro-
1 nea ẽt fauore libertatis non diſponunt. h. d. vel ſic. † Erronea cõfeſſio, ẽt in cã libertatis, non præiudicat confitenti, nec eius hæredi. h. d. cũm l. ſeq. Circa iſtam. l. cũ teſtm̃. moueo dubitationẽ, quam nemo tangit: dr̃ in tex. quòd iſte ſucceſſit ab inteſtato, qa erat proximior agnatus teſtõris, & qđ per errorẽ facti credens teſtm̃ valere confeſſus eſt libertatem relictã ſeruis in teſtõ, iſta erronea ꝓfeſſio non præiudicat. Sed ꝟ, ex quo iſte ſucceſſit ab
2 inteſt. apparet, ꝙ ſciebat teſtm̃ eſſe nullum, † quia nunq̃ põt ab inteſtato ſuccedi, donec poſſibile eſt ex teſtõ ſuccedi. l. quãdiu põt. ff. de acq. hær. & l. quamdiu. ff. de reg. iu. imò q̃diu dubium eſt, an ſuccedatur ex teſtõ, & dubitaẽ de virib. teſtamẽti, nunq̃ põt ab inteſt. ſuccedi. l. cùm falſum. & l. cùm quidam. ff. de acq. hęr. Si ergo iſte ab inteſtato ſucceſſit, vt dicit tex. dubitare poſtea de teſtõ, non eſt probabilis dubitatio, & ſic erat error ſupinus, & non probabilis, quia ſi aditio ab inteſtato valebat, ergo teſtm̃ neceſſariò erat nullum, ſi non valebat aditio ab inteſtato, fruſtratoria erat dubitatio huius legis, qũo ſeruabimus tex? Nõ video, qũo ſuſtinendo tex. aliud dici poſſit, alij non tãgunt, niſi quod iſte agnatus fecerat iſtam confeſſionem. ſ. ſeruos manumiſſos ex teſtõ anteq̃ adiret ab inteſta. poſtea cõperto, ꝙ teſtm̃ erat nullum, adiuit ab inteſt. tm̃ nec iſtud ex toto ſatisfacit, nec tollit difficultatem, quia ſi iſte agnatus fecit confeſſionem antequam adiret, certè ante aditionem nullum ius habet in hæreditate, tex. eſt ſing. in l. pretia rerum. in princ. ff. ad l. Falc. quẽ ꝓ
3 ſingulari ad hoc alleg. Bal. in l. 2. in fi. s̃. co. † Et ex hoc colligitur rõ, quare hæres non tranſmittit hæreditatem non aditam, quia cùm nullum ius habeat, non põt tranſmittere illud, quod non habet. Si ergo hic iſte agnatus nondum adiuerat, per ꝓns nullum ius habebat tpe confeſſionis, certè confeſſio nihil debuit præiudicare, niſi dixeris, ꝙ poſtea adeundo, ex ſuperuenientia iuris dicatur confeſſio confirmata. ¶ No. ex hac l. & l. nõ idcir-
4 co. pulchram regulam, † ꝙ ille qui recipit aliquid tanquam à tali, non vr̃ eum confiteri eſſe talem, per hoc infert no. Bal. ꝙ ſi Abbas recipiat ſolutionem ab aliquo tanq̃ emphyteuta, nõ per hoc vr̃ eum confiteri eſſe emphyteutam: ſimiliter èconira, ſi aliquis ſoluat tanquam emphyteuta alicuius fundi, non ꝓ hoc vr̃ confiteri ſe eſſe emphyteutam, præcipuè, ſi referat ſe ad inueſtituram antiquam, ſm Bal. hic, qui tm̃ non firmat, quia dicit ꝙ tũc de facto pendebat ardua qõ de hoc in patria ſua. Teneo in hoc vlt. ꝟrium, per regulam quam tradit Bal. in l. ſi certis annis. in 4. col. C. de pac. quod qualis apparet ſolutio, talis præſumitur conceſſio, ꝙ eſt multum no. ſm eum pro emphyteutis, qui perdiderunt inſtr̃a emphyteutica. idem Bald. in l. indicia. in 1. col. C. de rei ven. no. poſt Iac. de Are. ꝙ ex ſolutione cenſus p̃ſumitur, ꝙ ille cui ſoluitur, ſit proprietarius, & ideo ſi ſolui tibi penſionem de aliquo fundo, indicium eſt, quod à te habui, &
5 ꝙ proprietas ſit tua. l. litib. C. de agri. & cẽſi. lib. 11. ſm eũ. ¶ † Se-
a cundò no. regulam, quam neſcio alibi, ꝙ erronea cõfeſſio a poteſt reuocari nedum ꝓ illũ qui errauit, ſed ẽt eo mortuo ꝓ eius hæredem, & dicit Bal. in l. error. in fi. s̃. eo. ꝙ iſta lex eſt valde no.
6 ad hoc, † ſecus in declaratione libelli obſcuri, quæ non trãſit ad hr̃dem libellantis. Nã libellum potuiſſet declarare, ſed non eius hæres. gl. eſt no. in l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. fi. ff. de rei vẽ. no. Bar. & alij in l. inter ſtipulantẽ. in prin. ff. de verb. obl. cum concor. ibi ſigna. & iſtud eſt, quod poterat facere dubitationem in hac lege. ¶ Capio gl. in verbo non potuerunt. quã diuide in duas. In prima opponit ꝟ tex. & ſoluit, aliam ſolu. ponit gl. in ꝟrio, aliter ſoluunt Cy. & Saly. & Fulg. hic. In ſecũda, q̃ eſt

ADDITIO.

a ¶ Confeſſio. Adde Spe. tit. de confeſ. §. 2.

Iaſ. ſuper j. Cod.

Source : BIU Cujas

est ibi, item no. q̃ Irn. gl. vt respondeat tacitæ quæstioni, refert quandam gl. Irnerij valde obscuram, & obtruncatam, pro cuius intellectu gl. ponit duas opin. Pro intelligentia huius partis gl. videndum est, nunquid istæ leges, quæ loquuntur in confessione hæredis ignorantis, habeant locũ in hærede sciente. Pro solutione Irnerius posuit glo. suam, quæ dicit cum ex ignorantia deficit &c. In ea intelligendæ sunt duæ op. contrariæ, vna Io. recitata in fi. gl. quæ tenet, q̃ istæ leges procederent etiam si hæres fuisset scienter confessus, per quatuor fundamenta, quibus respondet, vt hic per Bar. Secunda opin. est Pla. & sequitur glo. nostra, & est verum, q̃ istę leges non habeant locum in hęrede scienter confitente, cùm loquantur in ignorante, & fundant se, quia errantis nulla sit voluntas. ergo à contrario, secus est in sciente, cùm tunc hęres videatur approbare voluntatem defuncti. l. non dubium. in fi. C. de testa. Ias. Pad.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum, solutum per errorem iuris non repetitur, secus si per errorem facti.*
2 *Error iuris licèt noceat, quando tractatur de lucro perdendo, tamen quãdo sumus in damnis, aliquando excusat.*
3 *Quando lucrum est iam quæsitum, & incorporatum, perdere illud, est pati damnum.*
4 *Error iuris non nocet, quando tractatur de damno, ita etiam quando tractatur de iure iam radicato.*
5 *An quarta, quæ potest defalcari per hæredem, sit debita legatarijs saltem naturaliter.*
6 *De iure Codicis testator non poterat prohibere Trebellia. secus de iure Authent.*
7 *Duplex obligatio naturalis est potens ad producendum actionem.*
8 *Quando lex non resistit actui, dato quòd non assistat, si adijciatur pœna, valet promissio pœnæ.*
9 *Quarta Trebel. debetur fideicommissarijs naturaliter.*
10 *Pro forma testam. traditum est, quòd interueniant septem testes.*
11 *Forma est, quæ dat esse rei.*
12 *Solennitas probatoria non attenditur, quando constat de actu per confessionem partis.*
13 *Aliud est esse nullum, aliud haberi pro nullo.*
14 *Legatarij quibus sunt relicta legata in testa. minus solenni, poterunt petere, & consequi in curia episcopali per denuntiationem Euangelicam dicta legata.*
15 *Indebitum naturaliter sed ciuiliter debitum, quocunque errore soluatur siue iuris, siue facti semper repetitur.*
16 *Contractus iuris gentium nominati, solo cõsensu absque implemento statim producunt vtranque obligationem.*
17 *Exceptio non num. pec. in foro cano. an debeat opponi intra biennium, an verò perpetuò.*
18 *In foro canonico proceditur de æquitate, reiectis subtilitatibus iuris ciuilis.*
19 *Debitor in diem soluendo ante tempus, nunquam repetit, siue soluat per errorem iuris, siue facti.*
20 *Idem iudicamus de dubio, quòd de perpetuo.*

LEX X.

CVm quis. Ista l. est subtilis, & bene glossata, quam repetijt Bar. hic, sed vitio librariorum eadem repetitio inserta est de verbo ad verbum ante lect. Bar. in l. 1. ff. de condi. indeb. & malè, quia Bar. sequitur ordinem gl. hic, & non illius gl. ibi, ideo expediam repetitionem suam hic, non ibi. hanc. l. etiã repetijt Fulg. publicè, dum legeret in excelsa ciuitate Senarũ,
1 & habeo repetitionem suam hic insertam in lect. † Indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum, solutum per errorem iuris non repetitur, secus si per errorem facti. hoc dicit cum necessaria suppletione secundum *communem intellectum glo.* & Doct. & diuiditur in duas. In prima loquitur in errore iuris. In secunda in errore facti. Secunda ibi, per ignorantiam enim facti. ¶ Glos. vnica diuiditur in quatuor partes. In prima timore. contrarij, quod formabo nunc, ponit duplex exemplum ad tex. In secũda ponit perfectam distinctionẽ enumerando in effectu octo species indebiti. In tertia opponit contra tex. & contra superius dicta. In quarta per viam fallen. remouet aliud contrarium. Secũda ibi, & distingue. Tertia ibi, itẽ opp. in casu huius. l. Quarta ibi, sed in minore dic. ¶ Venio ad primam partem, vbi gl. exemplificando tex. eum restringit, vt procedat, quando illud, quod est solutum, non erat omnino indebitum, nam erat debitum naturaliter, licèt non ciuiliter, videndum est quare gl. & Doct. sic restringant istam. l. generaliter loquentem, dic quòd gl. istud facit timore taciti contrarij, quod contrarium sic induco: dicitur hic, si aliquis soluit indebitum per errorem iuris non repe-
2 tit: † contra, error iuris, licèt noceat, quando tractatur de lucro perdendo, tamen quando sumus in damnis, error iuris q̃nq̃e excusat. l. error. & l. regula. ff. eo. gl. & Doc. in l. 3. s̃. eod. sed quando quis soluit indebitum, hic tractatur de damno, ex quo perdit illud, quod suum est, ergo iuris ignorantia debet eum excusare, & tamen contrarium dicitur in hoc tex. glos. propter hoc restringit istam. l. quasi diceret, q̃ contrarium procedit, quando illud, quod est solutum, erat omni iure indebitum, tunc dicitur tractari de damno, sed in hac. l. erat debitum saltem naturaliter, sed ciuiliter indebitum, ergo soluere non est tractare de damno, ex quo liberat se ab illo debito naturali. Bald. aliter, & subtilius respondet, quòd hæres antequam adeat hæreditatẽ, si aliquid perderet, dicitur perdere lucrum, sed postquam hęreditas est adita per eum, & sic est effectum vnicum patrimoniũ cum suis bonis proprijs. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pup. perdere aliquid esset tunc damnum, cùm damnum sit diminutio patrimonij. l. damnum infectum. ff. de dam. infect. & in hoc reprobatur Pet. qui dicebat idem per errorem iuris non concedi in hac. l. repetitionem, quia hæres semper tractat de lucro, sed Sali. hic. in 7. col. reprobat Bar. q̃ imò post aditam hæreditatem, & sic postquam est effectum vnum patrimonium, adhuc dicitur solùm perdere lucrum, attẽta origine hæreditatis, quæ est titulus lucratiuus. ¶ Tu tene Bar. duplici fundamento. Pri-
3 mum est, quia † quando lucrum iam est quæsitum, & incorporatum, perdere illud, est pati damnum. l. liberto octoginta. ff. de bo. lib. gl. in l. 1. §. si quis propter inundationem. in verbo per integ. restitu. ff. de itine. actuq̃ priua. & in l. non amplius. in prin. & ibi Bal. Ang. Imo. & Mod. ff. de leg. 1. Cy. & Bal. in l. cùm te sponsæ. C. de don. ante nup. Pau. de Cast. & D. Alex. in l. 2. §. fi. cum l. seq. per illum text. ff. qui satisd. cog. Alex. in l. cùm emptor. ff. ad l. Falc. & in l. damnum infectum. ff. de damn. infecto.
4 ¶ † Secundò & specialius moueor. Nam sicut error iuris [a] non
a nocet, quando tractatur de damno, ita etiam quãdo tractatur de lucro iam radicato, gl. est no. in l. qui fideicommissum. ff. de leg. 2. ¶ Sum in secunda parte principali gl. ibi, & distingue. vbi gl. enumerat quatuor species principales indebiti. circa primã speciem, quãdo est indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitũ, glo. in princip. ponit duo exempla valde dubitabilia, de quorũ
5 veritate Doc. latè disputant. ¶ † Primũ est, [b] an quarta, quę po-
b test defalcari per hæredem, sit debita legatarijs saltem naturaliter attenta voluntate testatoris, quæ videtur fuisse, quòd legata integra præstarentur. In ista difficultate gl. vbique tenuerunt talem quartam deberi legatarijs naturaliter, ita tenet gl. hic, & in l. error. C. ad l. Falc. & in l. 1. ff. de cond. indeb. Idem tenẽt Gul. de Cu, Iac. But. Bar. & Saly. hic. Barto. Ang. & Salyc. in l. 1. ff. de condi. indeb. Bar. in l. si patronus. in fi. ff. de don. & in l. 1. §. si quis
* ex mortuis. ff. quorum legatorum. *& communiter Cano.* in c. fi. de solu. & ista est magis communis opin. & istam tene. ¶ Omissis leuib. Bar. adducit tex. vbi dicit esse expressum, in l. 1. C. ad legẽ fal. inducendo dupliciter, vt hic per eum. Imo. & Lud. Rom. in locis infra alleg. & Raph. Fulg. hic tripliciter respondent ad illum tex. Primo, quòd tex. ibi vtitur verbo non videri, quod verbum denotat fictionem. l. retrò. & l. in omnibus. ff. de capti. Bar. in l. 1. C. quomodo, & quando iud. Ista responsio non est bona, quia quando verbum videtur, profertur à Legislatore, importat veritatem, nisi subiecta materia aliud vrgeat, vt declarat Bar. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. glos. in l. seruum filij. in prin. ff. de leg. 1. probat tex. in l. 3. §. ex contrario. & ibi Angel. no. ff. de acqui. pos. Bal. in rub. extra de præscri. in 2. col. Secũdò modo respondent, quòd quando hæres soluit integra legata absque detractione Falcidiæ, dicitur pleniorem fidem testatori præstare, vt dicit tex. in d. l. 1. & sic intuitu pietatis soluere, pp hanc pietatem dr̃ soluere debitum. l. cũ is. §. simulier. ff. de condi. indeb. iuncto. §. non aũt dabimus. & §. si verò expressim. in Auth. de hære. & falc. facit tex. valde solẽnis in l. si spõsus. §. si quis rogatus. ff. de dona. inter vir. & vxor. & in l. patrem. & in l.
6 debitorem. ff. de his, quæ in fraud. credi. † Tertiò respondent, q̃ illa lex procedit secundum iura. C. secundum quæ testator nõ poterat prohibere detractionem Trebellianicæ, hodie secus est, per Auth. sed cùm testator. C. ad leg fal. ¶ Tu vltra eos contra fundamentum Bar. alleg. fortem tex. in l. si legatus. §. fina. in verb. donata, & ibi Lud. Rom, ponderat. ff. ad Treb. si enim verum esset, quod quarta, quæ potest detrahi, esset debita saltem natu-

ADDITIONES.

a ¶ Error iuris. Adde gl. Bar. & Doc. in l. Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Cæpol. in trac. de serui. rusti. tit. de pascuis.

b ¶ Primum est. An falcidia debeatur naturaliter legatarijs, & idem quod in Falcidia tenet in Trebellianica. Barto. consilio 93. præsuppono, & cætera.

Source : BIU Cujas

naturaliter, hæres non dicitur donare, vt ibi dicit text. quia donari dicitur, quod nullo modo debetur. l. hoc iure. §. pen. ff. de dona. & l. donari. ff. de reg. iu. D. Alex. ibi respondet, quòd verbum donata, capitur impropriè secundum subiectam materiam. l. si vno. in prin. ff. loca. debuit allegare tex. clarum de hoc in d. l. si sponsus. §. si quis rogatus. vbi propriè Iurisconsultus disputat, an si hæres omittat detrahere quartam, sit propriè donatio, vel ne. ¶ Secundò pro communi sententia stringit, quia si talis quarta esset indebita omni iure, certè quocunque errore solueretur, siue errore iuris, siue facti, semper & indistinctè posset repeti, vt infra dicit l. & tamen text. in l. error. C. ad leg. fal. distinguit, quòd si errore iuris soluatur, non potest repeti, secus si per errorem facti, ergo propter hanc distinct. necesse est inuitis dentibus fateri, quòd talis quarta non est omnino indebita, sed clarum est, quod ciuiliter nō debetur, ergo necessariò concluditur, quòd est naturaliter debita. istud fundamentum bene stringit, tamen Imo. Raph. Cum. & Ludo. Roma. qui tenent contrarium, vt infra referam, conantur respondere altero de duobus mod. Primò, ꝙ repetitio non impediatur propter naturalem obligationem, sed quia hæres soluens tractat de lucro, & in lucris iuris ignorantia neminem excusat. ista solutio non est bona, & eam reprobaui in prin. huius gl. Secundò modo respondent, ꝙ est causa pietatis, quæ impedit repetitionē, vt respondi in præcedenti fundamento. ¶ Tertiò pro communi sententia Lud. in l. 1. in 3. col. ff. de condi. indebi. allegat text. fortem, quem sibi ascribit tacitè Dom. Alex. in illa. l. 1. in 2. col. scilicet tex. in l. fi. C. ad leg. falc. secundum intellectum Bald. & Ang. ibi, qui intelligunt, quòd illa promissio hæredis de soluendis legatis integrè erat facta pacto nudo, & producit actionē, vt ibi text. eo quia illa quarta erat prius debita legatarijs naturaliter, & sic ibi est tex. singul. † ꝙ duplex obligatio naturalis est 7 potens ad producendum actionem, de quo dixi in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. ¶ Ego dupliciter respondeo. Primò, ꝙ ibi promissio hæredis nō fuit facta pacto nudo, vt ipsi dicunt, imò per stipulationem, vt patet in verbo cautionem, quòd importat stipulationem. l. sancimus. cum gl. C. de verb. signifi. tamen caue, quia intelligendo isto modo, ille casus esset de indubitabili: nam si hæres promisisset per solennem stipulationem, cui dubium, ꝙ ex stipulatione posset agi contra eum, vt ergo ille tex. sit dubitabilis, debet intelligi, quando promissio fuit facta pacto nudo. ¶ Secundò disputatiuè respondeas, quòd ibi ex promissione nuda facta pacto nudo potest agi, eo quia fomentata est specialiter ab illa. l. fi & sic dicitur legitima conuentio, quæ pacto nudo producit actionem. l. legitima. ff. de pact. ¶ Contrariam opi. tenuerunt subtiles Vltramontani, vt Pet. ꝙ talis quarta nullo modo sit debita legatarijs, nec ciuiliter, nec naturaliter. istam opi. tenent Cy. & Fulg. hic, Io. de Imo. in l. 1. in prin. & in l. lineam margaritarum. ff. ad l. falc. & in c. fi. in 3. & 4. col. de sol. latè Ludo. Rom. in l. 1. ff. de condi. indebi. per octo fundamenta, quæ fuerunt pro magna parte Bald. hic, qui inclinat in istam partem. idem tenet Raph. Cuman. in l. 1. in princ. ff. ad l. Falc. ¶ Omissis leuibus pro ista parte stringit vnum fundamentum Petr. de Bellaperti. quòd quando lex ciuilis resistit actui, non oritur nec ciuilis, nec naturalis obligatio. l. cùm lex. vbi Bar. ff. de fideiuss. l. si non sortem. in princ. & ibi dixi. ff. de cōdi. indeb. sed l. Fal. resistit, vt est text. cui non potest responderi, vt respondet Bar. hic, scilicet insti. ad l. Fal. in princ. quem tex. al leg. Bar. & Imo. in l. 1. in prin. ff. ad l. Falc. Huic fundamento respondet Saly. hic in 2. col. & sibi ascribit D. Alex. eo tacito in l. 1. in 3. col. ff. de cond. indeb. ꝙ quando lex resistit actui, nulla oritur obligatio, est verum, quando simpliciter resistit, secus si vltra procedat disponendo. l. 1. §. biduum. ff. quādo appel. sit. declarat Bar. in l. non dubium. C. de leg. sed ita est in illo tex. insti. ad l. Fal. in prin. ibi enim bene. l. resistit, tamen vltra procedit disponendo, eo casu, quo actus aliter fiat. Ista solu. est pulchra, & subtilis primo aspectu, sed non est bona, quia ea attenta talis quarta deberetur non solùm naturaliter, sed etiam ciuiliter. Nam ideo non debetur ciuiliter, dicunt Doct. quia l. ciuilis resistit, si ergo verum est, ꝙ non resistat simpliciter, sed vltra procedat disponendo, ergo ita debebitur ciuiliter, sicut naturaliter, istud multum stringit. ¶ Secundò pro ista parte facit tex. in l. qđ 8 de bonis. §. 1. ff. ad l. Falc. hoc modo inducendo: nam † quando lex non resistit actui, dato etiam, quòd non assistat, certè si adjiciatur pœna, valet promissio pœnæ l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. §. alteri. insti. de inutil. stipul. sed in d. l. quod de bonis. §. 1. dicitur, quòd si hæres, qui promisit non detrahere Falcidiam, promisit pœnam, talis promissio pœnæ nihil valet, ergo est quia. l. resistit, nisi respondeas limitando regulam d. §. alteri. ꝙ quando lex non resistit, nec assistit, valet promissio pœnę, est verum, nisi lex non assistat fauore publicę vtilitatis, d. l. ꝙ de bonis. §. 1. ita respondet D. Alex. in l. 1. ff. de condi. indeb. tutius est respondere, ꝙ d. l. ꝙ de bonis. §. 1. nihil facit, quia correcta est p Auth. sed cùm testator. & ibi Bal. declarat. C. ad l. Fal. sed in stricta disputatione ista pars posset defendi. tamen non recedas à
* prima, *quæ est magis communis*, reiecta distinctione Bal. hic. ¶ † In
9 quarta autem Treb. dicit Bar. non esse dubitandum, quòd debeatur fideicommissarijs naturaliter, per text. sic secundum eū rotundum ad hoc in d. l. debitorem. & in l. patrē. ff. de his, quæ in fraud. credi. poterat allegare meliorem tex. in d. l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. de don. inter vir. & vxo. ¶ Secundum vero exemplum glo. est non minus disputabile, quàm præcedens de relictis factis in testamento non solenni, quòd talia legata debeantur legatarijs naturaliter, ita tenet gloss. hic, & in l. 1. ff. de condi. indeb. Iac. But. hic, Canonistæ omnes in c. fi. de solu. vbi etiam Imo. idem tenet in 5. col. & seq. attento, ꝙ istud testamē tum saltem valet de iure gen. & obligatio naturalis est de iure gentium. l. cùm amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iur. & per alia fundamenta, de quibus hic per Bart. quibus tamen potest facilè responderi, prout etiam respondet Ludo. Rom. in l. 1. ff. de condi. indeb. ¶ Contrariam opi. ꝙ talia legata relicta in testamento nō solenni, nullo modo debeantur, nec naturaliter, nec ciuiliter, tenent Pet. de Bellaper. & alij subtiles Vltramontani, & Cy. hic, & Raph. Fulg. in repe. huius. l. & Ludo. Rom. plenius in d. l. 1. ¶ Omissis leuibus pro ista parte stringit vnum fundamentum Pet. de Bellaper. cui Bar. non videtur sufficienter respondere: nam quando actus, qui geritur, peccat in sua forma, non oritur ciuilis, nec naturalis obligatio. l. 1. §. si quis ita. ff. de
10 verb. obl. l. 1. §. eum qui. ff. de consti. pecu. † Sed pro forma testamenti traditum est, quod interueniant septem teste s. l. hac consultissima. in prin. C. de test. iuncta. l. fi. C. de fideicom. ergo si nō est seruata ista forma, nulla debet oriri obligatio. Ad istud fundamentum respondent Iac. But. & Bar. hic, ꝙ in testamentis requiritur duplex forma, prima est substantialis, vt est voluntas testatoris, & si ista deficeret, puta, quia testator esset pupillus, vel furiosus, certè nulla oriretur obligatio etiam naturalis, ita loquuntur contraria. quædam est forma probatoria, vt est numerus septem testiū, & tunc dummodo adsint duo, vel tres testes, qui probent voluntatem testatoris, oritur naturalis obligatio, licèt non ciuilis. Istam solutio. reprobat Dom. Alex. in d. l. 1. in 4. col. duplici fundamento. Primo, quia sicut in stipulatione forma substantialis est, ꝙ præcedat interrogatio, & sequatur responsio, & si non seruetur, nulla obligatio oritur. d. l. 1. §. si quis ita. ita pro forma substantiali testamenti debet esse numerus septem testium, aliàs sequeretur, ꝙ si hæres confiteretur testatorem legasse, sed non solenniter, ꝙ non teneretur, naturaliter & ciuiliter, cōtra no. in l. 2. ĩ. de bo. pos. fm tab. Secundò moue tur, & est fundamentum Bal. hic, licèt D. Alexan. eo tacito sibi ascribat: nam si ita esset, sequeretur, ꝙ talia legata deberentur non solùm naturaliter, sed etiam ciuiliter, quia ius non deficeret, sed probatio. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. istud etiam cō probat Bal. hic, quod imò numerus septem testium sit de forma substantiali, cùm ponatur in diffinitione testamenti tradita in l. 1. ff. de testam. nam clarum est, ꝙ diffinitio est, quæ ostendit essentiam rei. ¶ Ad ista inuenio, quod respondet notabiliter Bal. in repe. l. 1. C. de sacrosan. Eccle. in 19. col. in versi. super primo quæsito. vbi dicit non esse verum, quòd numerus septē te-
11 stium sit de forma testamenti: † nam forma est, quæ dat esse rei. l. Iulia. §. sed & si quis. ff. ad exhib. sed testes non sunt de esse testamenti, sed bene solennitas requisita ad testamentum. l. fin. C. de fideicom. nam est de forma testamenti, quòd fiat vno cō textu, & quod testator ore proprio nominet hæredes. l. iubemus. C. de test. & istud etiam vo uit dicere Bar. hic. ego tamen in contrarium pondero ipsummet Bar. in duob. locis. ¶ Primò in l. nemo potest. in 1. oppo. ff. de leg. 1. vbi dicit, ꝙ numerus septem testium, item institutio hæredis sunt de substantia, & essentia testamenti, quia sine eis testamentum esse non posset, vt ibi latius per eum, & sic Bar. ibi de directò vult cōtrarium eius, quod hic. ¶ Secundò pondera Bar. in l. vniuersa, circa med. C. de preci. impe. offer. vbi dicit, ꝙ quando lex iubet, ꝙ aliqua solennitas adhibeatur tempore actus, tunc si aliter fiat, ipso iure non valet. allegat. d. l. hac consultissima. in princ. requirentem numerum septem testium, si ergo non valet ipso iure, ergo ēt naturalem obligationem non producit, quia si produceret naturalem obligationem, non esset nullus ipso iure. ¶ Item aduerte, quia si numerus septem testium in testamento esset de solennitate probatoria, & non de substantiali, certè sequeretur, quòd sufficeret confessio hæredis ad eum obligandum, quando te-
12 stamentum non est solenne, † quia solennitas probatoria non attenditur, quando constat de actu per confessionem partis, vt no. Bal. in Auth. nouo iure. C. si cer. pet. & tamen istud consequens est falsum, vt per gl. & Doc. in l. 2. C. de bo. pos. secūdū tab. & antecedens. ergo & ad hoc vide subtiliter Are. in d. l. ne-

-mo

Source : BIU Cujas

mo poteſt.ff.de leg.1.& in l.hæredes palàm.in princ. ff. de teſt. Sed tu reſponde, quod aliquando requiritur ſolennitas probatoria ſimpliciter, & tunc procedit arg aliquando lex procedit vltra annullando actum, ſi non adhibeatur talis ſolennitas, & tunc non ſufficit confeſſio partis, vt eſt in caſu noſtro, vbi lex annullat teſtamẽtũ non ſolenne.l.hac conſultiſſima.in prin.C. de teſt.& ita colligitur ex dictis Bal.in c.1.qui teſt,ſunt neceſſ.ad no.inueſti.proban.in feu.& Aret.in d.l.hæredes palam.in princ. facit bene,quod vult Bal.in rub.C.de proba.& Cano.in rub.extra eo,quod quando requiruntur duo teſtes ad probandum ꝑ forma, tunc confeſſio partis non ſufficit: confirmatur & ſtrictius,ſi numerus [a] ſeptem teſtium eſſet de forma ſubſtantiali, non ſufficeret confeſſio hæredis iurata, ex quo deficit forma ſubſtantialis,& tamen id eſt contra tex.in l.fi. C. de fideicõmiſ. qui ſtringit,& de quo etiam facit mentionem Are.nec dicatur, ꝙ ideo ibi ſit,quia teſtator noluit ſolenniter teſtari,quia in his, quæ ſunt de ſolennitate,voluntas teſtatoris nihil operatur. l.nemo poteſt.ff.de leg.1.Item vltra ſtatuta, ꝙ numerus ſeptem teſtium in teſtamento ſit de forma eſſentiali & ſubſtantiali,& nõ probatoria ſolùm,pondera tex.in l.ſi vnus.C.de teſt. dupliciter inducendo,vbi ſi deficiat vnus teſtis de ſeptem, teſtamentum eſt ipſo iure nullum,& tamen poſſet probari per ſex, maximè iuncta confeſſione venientium ab inteſta.ergo apparet, quòd eſt de forma ſubſtantiali teſtamenti, & ita tenet Bald. hic in 2. char.¶Secundò & fortius,quia tex.ibi annullat ipſo iure teſtamentum,ergo apparet,ꝙ eſt de forma ſubſtantiali, quia aliàs ipſo iure non annullaret.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tut.& quòd lex vltra procedat,patet etiam in d.l.hac conſultiſſima. §.ex imperfecto.¶Pro iſta opi.vltra Ludo.Roman.in d.l.1.alleg.tex.in d.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.in ver. pro nullo haberi. & tex.in l.fi.in ver.nullo modo concedimus. C.de teſt. facit vltra eum l.2.in ver.nullo iure.quamuis glo. ibi deſtruat tex. C.ſi
13 omiſ.ſit cauſa teſt. ¶† Sed reſponde, ꝙ aliud eſt eſſe nullum, aliud haberi pro nullo.l.mercis.1.ff.de verb.ſign. declarat Bald. in l.ſi maritus ſit.§.legis.ff.de adult.¶Tu pro iſta opin.pondera tex.in l.ſi veritas.C.de fideicom.in ver.ſtipulantibus.Nam ſi ex inutili teſtamento oriretur naturalis obligatio, certè ſufficeret, quòd hæres nudo pacto promitteret, quia duplex obligatio naturalis eſt potens ad agendum,vt dixi in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pac.tamen tex.ibi requirit ſtipulationem in deciſione,& non potes dicere,quòd denotet contingẽtiam facti.¶Et licèt in ſtricta diſputatione poſſet iſta pars defendi,non recedas
* tamen ab opinione,*quæ eſt magis communis*,quamuis Bal.hic ponat diſtinctionem ſatis coloratam,quam ſequitur Saly. hic.Salyce.& Lud.Rom.in l.1.ff.de condi.indeb.Tamen iterum contra communem opin.ꝙ non oriatur naturalis obligatio, vtor nouo fundamento aliter inducendo tex. in d. l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.in verb.liberis accreſcere.nam ſi deberetur naturaliter,non haberet locum ius accreſcendi, quia portio ipſo iure non deficeret,vt eſt gloſſ.ordin.& approbata in l.ſi duo patroni.in princip.ff.de iureiuran. dixi de hoc vltimo latius in dicto.§.ex imperfecto.

Addi. ¶Adde dum Bal.hic pro opin.Pet.inter alia dicit,ꝙ ſi opi.glo.& Bar.eſſet vera,ſequeretur,ꝙ ſi talia legata ad ipſos legatarios peruenirent, quòd hæres non poſſet vendicare,vel auferre à legatarijs, quia naturalis obligatio eſt potens ad retinendum, & impediendum repetitionẽ. l. etiam.ff.de compenſa.iſtud autem eſt falſum ſecundum eum, ſed nec lege,nec ratione hoc probat,credo ꝙ Bal.errat,& ſi caſus mihi contingeret,audaciter conſulerem contra Bal.quòd ſi legatum ſit relictum in teſtamento non ſolenni, licèt efficaciter peti non poſſit,ſi tamen perueniat ad legatarium, propter talem naturalem obligationem illud poſſet retinere, & hæredem agentem repellere.pro hoc contra Bal.allego tex.in l.militis codicillis.§.veteranus.in fi.ff.de teſta.milit. & ita etiam tenet Bar.in l.nemo poteſt.pen.col.ff.de leg.1.& Bal.met. ſibi contrarius in repe.l.1.col.25.ſupra de ſacroſanc.Eccle. ¶Et etiam ad-
14 de dum Bal.hic in 5.col.†tangit,nunquid legatarij, quibus ſunt relicta legata in teſtamento minus ſolenni, poterunt in curia Epiſcopali per denunciationem Euangelicam legata petere, & conſequi,& concludit,ꝙ non:adde,ꝙ contrarium eſt verũ, de quo etiam per eundem Bal.in q.per ipſum diſputata incip. ſtatuto cauetur,quod fœnerator.in 7.col.& Ang. in q. incipiẽ. Aſtenſis miles.col.7.& faciunt,quæ dixi in l.ſi poſt diuiſionem. ſupra eod.& dicit ſingulariter idem Bal.in l.1.in 2.colum.infra de teſtam.ꝙ legatarij, quibus legata ſunt relicta in teſtamento non ſolenni,quando alia via conſequi non poſſunt legata,licitum eſt eis furari, & furto res legatas ſubripere: motus per dictum Innocen.in cap.quia plerique.de immun. Eccleſ. vbi dicit, quòd ſi aliquis habens rem meam negat, nec ego poſſum probare,licitum eſt mihi furto ſubripere,modo ſcandalũ non oriatur,de quo vltimo vide not.per D.Ant.de Butr. & alios in c.olim.1.col.7.de reſti.ſpo.& D.Alex.in conſi.135.inci. circa primum dubium.col.2.lib.1. Iaſon Papiæ.

¶Vltra glo.poſſunt addi plura exempla, in vero debitore per ſententiam abſoluto tollitur enim ciuilis obligatio,& remanet naturalis,iſtud exemplum tradit glo.in l.1.ff. de condi.indebit. Bal.& alij.Hæc pendent ab intellectu.l.Iulian.verum debitorẽ, vbi per Bar.in 10.colum.& duab.ſeq.ff.de condi.indeb.Ang.in l.vbicunque.ff.de fideiuſ.& in repe.l.1.in 4.& 5.char. C.de iudi. per Cano.in c.fina.de ſolu.Aliud exemplum eſt in promiſſo ꝑ pactum nudum,ex quo ſolùm oritur naturalis, & non ciuilis obligatio.l.iuris gentium.§.ſed cùm nulla. verſic. igitur nuda. ff.de pact.idem in pupillo contrahen.ſine tutore, nam obligatur naturaliter,ſed non ciuiliter. l. 1. vbi latè Barto. ff.de noua. ſimiliter in ſeruo.l.ſi id quod.in princip.ff.de condi.indebi.ſimiliter inter patrem, & filium in poteſtate, vel duos fratres exiſtentes ſub poteſtate eiuſdem patris.l.frater à fratre.ff.de condictio.indebit.

Addi. Et adde,ꝙ ſi tale debitum naturaliter,ſed ciuiliter indebitum ſoluatur per errorẽ, an poſſit repeti.Bar.hic diffusè examinat,refert opi. deinde ſequitur opin. glo.noſtræ,quæ vera eſt,ꝙ ſi debitor ſoluat errore iuris,non repetit,ſecus ſi errore facti, vt hic,& l.error.infra ad l.Fal.& reprehendit opin.Pet.& Vltramon.& diſtinc. Gul. de Cu. vt hic per eum.contra hanc rationem videtur text. in l.fina. §. 1. ff. rem rata hab. vbi verus debitor per præſcriptionem. 30.anno. præſcripſit debitum ſciens,quòd præſcriptione tollitur ciuilis obligatio,& naturaliter non,& ſic ibi erat debitum naturaliter,ciuiliter non,& tamen ibi eſt tex.ꝙ ſi ſoluat errore iuris, nedum facti poteſt ſolutum repetere,& omiſſis multis, quæ in hoc referri poſſent, limita communem opin. ꝙ per præſcriptionem, 30.anno.non ſolùm tollitur ciuilis obligatio, ſed eliditur naturalis,nimirum ſi ſolutum quocunque errore poteſt repeti, acſi eſſet penitus indebitum,ex quo ciuilis ibi eſt ſublata, & naturalis eliſa,ita declarant Dyn.& Barto.in d.l.fin.§.1.& Barto. in l. Iulian.verum debitorem.colum.7.ff.de condi. indebi. Bald. & Ang.in l.ſicut.ſ.de præſcrip.30.anno.& Imo. in c. fina. de præſcrip. Iaſon Papiæ.

¶In ead.glo.ibi,item èconcontra,ſi debitum eſt iure ciuili, ſed naturaliter indebitum.habes ex glo.concluſionem, & tres fallen-
15 tias.†Concluſio eſt,ꝙ indebitum naturaliter,ſed ciuiliter debitum,quocũque errore ſoluatur,ſiue errore iuris, ſiue facti ſemper repetitur,videnda ſunt exempla de hoc.glo.in l.1.ff.de condi.indebi.ponit exemplum in literarum obligatione, & ſic in chirographo confeſſionis mutui facto ſub ſpe futuræ numerationis. Nam ex eo ante biennium nata eſt ſolùm ciuilis obligatio,& non naturalis,*& iſta eſt communis ſententia*, quam approbant Iac.But.Bar.& Ang. Salic. & communiter Citramontani hic.Cano.in c.fi.de ſol.pro iſta communi ſententia eſt tex. clarus ad literam.1.q.4.§.fin.licèt diſputando reſpondeatur, ꝙ ſit tex.Gratiani,qui non habuit facultatem.l.condendæ.& ratio diuerſitatis eſt,quare oriatur ciuilis obligatio,ſed non naturalis, quia ibi adeſt obligandi forma.ſ.promiſſio ſolennis,ex qua oritur ciuilis obligatio,ſed deficit cauſa,vel materia,quia non intẽdo obligari,niſi interueniat numeratio.l.qui pecuniam.ff.ſi certum peta.ergo cùm deficiat conſenſus,per conſequens deficit obligatio naturalis,ſed elapſo biennio inducitur tacitè conſenſus à lege.l.ſi ſub ſpecie.& ibi ad hoc no.Bal.C. de poſtul. & ſic oritur naturalis præſumpta,ſecundum Bar.& Docto.hic,& in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.in 6.colu.ff.de pact. ¶Contrariam opi.ꝙ imò etiam ante biennium ſit orta vtraque obligatio tã ciuilis,quàm naturalis,ſed obſtet exceptio,tenent Pet.de Bellapert.& ſubtiles Vltramontani,& Bal.hic,& Imo.in l.1. ff.de fideiuſ.¶Pro iſta opi.faciunt duo fundamenta,quibus non bene reſpondetur.Primum eſt, quòd vbi contractus habet ſuã formam,licèt non ſit ſecutum implementum,tamen ex eo mero iure oritur vtraque obligatio,& actio.l.Iulia.§.offerri. ff.de act. empt.Ad hoc reſpondet Bar.& Salyc.hic,ꝙ in illo.§. offerri.cõtractus eſt reſpectiuus,& correlatiuus hincinde,ſed non fit ſub ſpe futuræ numerationis,vt hic,quæ ſolu.nihil valet. Tu reſpõ de clarè,quod d.§.offerri.loquitur in contractu iuris gen.nomi
16 nato,†& contractus iuris gen. nominati ſolo conſenſu abſque implemento ſtatim producunt vtranque obligationem, & actionem.l. iuris gen.in princ.ff.de pac.nos autem loquimur in literarum obligatione,& ſic in contractu iuris ciuilis,vt eſt glo.

in

ADDITIO.

a ¶Si numerus. Adde Doc.in c.cùm eſſes.de teſtib.

Source : BIU Cujas

in l. ex hoc iure. in fi. ff. de iuſti. & iu. ſed contractus iuris ciuilis etiam nominati non producunt ſolo conſenſu actionem, ſecundum Bar. in d. l. iuris gentium. §. quinimo. in pen. col. ¶ Secundò pro iſta opi. facit, nam ſtipulatio, & literarum obligatio æquiparantur. l. non figura. ff. de act. & oblig. ſed ex ſtipulatione facta ſine cauſa mero iure oritur vtraque obligatio & actio. l. 2. §. circa. cum gl. ff. de excep. doli, ſed obſtat exceptio doli, vt ibi, ergo ſimiliter in obligatione literarum, ante ſecutam cauſam, & ſic ante ſecutam numerationem, mero iure vtraq; obligatio debet intelligi nata. Iſtud arg. eſt Bal. in antepe. colu. hic, ſed reſponde, ꝙ in obligatione literarum expectatur numeratio futura, ideo de præſenti non adeſt conſenſus, prout in ſtipulatione, quamuis ſine cauſa. ¶ Teneas ergo concluſionē glo. quæ eſt communis, quam limita vt dixi in l. ſi pecuniam. ff. ſi
17 cer. pet. ¶†Sed hic moueo pulchrum dubium, quid iuris ſit de iure cano. an exceptio non num. pecu. debeat etiam in foro cano. opponi intra biennium, an verò poſſit perpetuò opponi? Dy. in regula locupletari. de reg. iur. in 6. tenet, quòd aliud ſit in foro ciuili, aliud in foro canonico, vbi exceptio non num. pec. poteſt perpetuò opponi. Bal. hic in antepe. col. ad fi. tenet contrarium, ꝙ imò etiam in foro canonico ſit tantum biennalis, allegat Spec. in titu. de excep. & ꝙ quidam Papa ita pronuncia uit, eſt corruptus Bal. debuit allegare Spe. in tit. de in integ. reſti. §. 1. ver. hic autem nondum eſt. vbi Spec. refert, quòd Clemens Papa IIII. pronunciauit contra Treuerenſem electum, ꝙ poſt biennium non poſſet contra certos mercatores opponere exceptionem non nume. pec. vel doli, quæ ad idem tendit. ita ēt refert, & ſequitur Archi. 3. q. 6. in c. ſi quis Epiſcoporum. in vlti. col. ¶ Contrarium, ꝙ imò, de æquitate canonica exceptio non num. pec. ſit perpetua, tenet Bal. in l. ſi ex cautione. in 9. q. & notabilius in l. in contractib. in princip. in 2. no. C. de non num. pecun. ibi tamen loquitur, quando reus opponens aſſumit in ſe onus probandi. iſtam opin. ꝙ de æquitate canonica poſſit talis exceptio non num. pecu. perpetuò opponi, contra eum q̃ non poteſt ignorantiam prætendere, tenet Ang. in conſi. 156. quod incipit Domina Angela olim Angelucij de Medicis, & ibi ſubdit, ꝙ iſta æquitas canonica ſeruanda eſt in terris Eccleſiæ, in quibus Eccleſia habet temporalem iuriſdictionem, allegando Io. And. in c. 1. de reg. iur. in 6. ¶ Confirmo, nam exceptio non num. pecu. perpetuò competit Eccleſiæ, ita no. Bal. in Authen. hoc ius porrectum. in 4. colum. ad fi. per illum tex. C. de ſacroſanc. Eccle. ſequitur Ang. in conſi. 245. quod incipit, quia omne datum optimum. in 3. colum. Lud. Rom. in repe. Authen. ſimiliter. C. ad l. falc. in ſeptimo ſpeciali, quod habet Eccleſia in iudicijs. idem Lud. Rom. in l. ciuitas. in 2. no. ff. ſi cer. pet. Bald. in l. 2. §. fi. circa med. ff. ſi cer. pet. Idem tenent Hoſt. & Io. Andr. in c. fi. de ſolu. & Hoſt. in c. 1. de depoſi. Tu autem cōſidera, ſi poſſet attentari, quòd imò exceptio non num. pecu. nullo modo poſſit opponi in foro canonico, quia vbi proceditur de æquitate, non videtur, ꝙ habeat locum iſta exceptio non nume. pecu. hinc eſt, ꝙ nec in curia merca. nec campſorib. vel argentarijs competit iſta exceptio non num. pec. vt videtur probare gloſſ.
18 ſing. in §. fi. ver. argentariorum. in Authen. de fideiuſ. ¶†Sed ſic eſt, in foro cano. proceditur de æquitate reiectis ſubtilitatibus iuris ciuilis. c. cùm dilecti. & c. cùm examinata. de iudicijs. tamē
* veritas eſt, ꝙ etiam in materia *mercatorum, & etiam cāpſoribus, & argentarijs competit exceptio non nume. pecu. quando conueniuntur ex propria obligatione, ſecus quando pro alijs promittunt, ſic intelligitur glo. in d. §. fin. ver. argentariorum. q̃ ita limitant Bal. & Sali. in l. fruſtra. C. de non num. pec. & quod ita ſit, patet per pulchrè dicta per Bal. in l. ſi pro ea. in vlti. col. C. mand. poſt Bar. in l. ſi fideiuſſor conuentus. §. quædam. & in l. Quintus. ff. mand. ¶ Concludendo teneo circa iſtam exceptionem non num. pec. quòd aliud non ſit de iure cano. quàm ciuili, ſed vtrobique ſit biennalis, quia quando aliquid eſt clarè deciſum de iure ciuili, & non reperitur immutatum de iur. cano. ſtamus iuri ciuili, etiam in foro cano. vt no. in cap. 1. & 2. de ope. no. nunc. gl. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legi. & in c. licèt ex ſuſcepto. de foro compe. ¶ Nec eſt verum, quòd Eccleſiæ, vel eccleſiaſticis perſonis excep. non num. pecu. competat perpetuò, imò intra biennium, ſicut in alijs, ita concludunt D. Ant. de But. Imo. & Pan. in c. fi. in vlt. col. de ſolu. per fundamētum, de quo ibi per eos.

Addi. ¶Et adde in iſta materia, & no. diligenter, ꝙ ſi debitor in chirographo, vel inſtrumento cōfeſſionis mutui etiam expreſsè diceret, qualiter confiteretur ſe recepiſſe, non ſub ſpe futuræ numerationis, vel ſimilib. verbis, aut quibuſcunque verbis vteretur, per hoc non tolleretur ſibi exceptio non num. pecu. quia illa fragilitate, qua inducitur ad p̄mittendum, & confitendum, inducitur ad apponēdum ſimilia verba, ita ſingulariter dicit Bar. in l. ſi ex cautione. in 1. col. in 2. lect. infra de non num. pecu. & dicit ibi menti tenendum, & illa verba formaliter refert, & ſequitur Imo. in c. ſi cautio. de fide inſtr. licèt dicat, & verum dicit, quod Iaco. But. contrarium teneat in d. l. ſi ex cautione. & adde, quæ dixi in l. error. ſupra eo. ¶ Secundò adde, ꝙ hæc exceptio non num. pec. nō competit campſorib. vt ſupra dixi, & tenet Bal. & Sali. in l. fruſtra. infra de non num. pec. & Ang. de Are. in §. item ſi quis in fraudē. in verbo poſſeſſis. inſti. de act. moti per illud, quod vult gl. in d. §. fina. ver. argentariorum. s̃. alleg. ¶ Et idem etiam eſſet, ſi adeſſet confeſſio geminata receptionis mutui, quia talis excep. tolleretur. gl. eſt ſing. in l. in contractib. in §. ſed quoniam. in glo. magna. infra de non num. pec. & dicit Bal. in l. cùm fidem. eod. tit. & Ludo. Rom. in l. ſi verò. §. de viro. fal. 31. ff. ſol. mat. Iaſ. ¶ Aliud exēplum eſt in vero debitore, cui fit pactum de non petendo, ibi tollitur naturalis obligatio, & remanet ciuilis. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. idem eſt in ſententia condemnatoria, per quam ſolùm inducitur ciuilis obligatio, ſed non naturalis, vt plenè tangitur per Bar. & alios in d. l. Iulian. verum debitorē. ¶ Circa fal. quas gl. hic ponit, adde gl. pleniorem. §. 1. inſtit. qb. mod. re contrahi. oblig. & in §. item is cui. inſti. de oblig. quę ex quaſi contractu, & in l. 1. C. de condi. indeb. & in l. eleganter. §. fi. ff. de condi. indebi. & dic, vt ibi per Bar. ¶ In ead. glo. ibi, ſi quidem eſt dilatoria. debitum ſolutum per errorem facti repetit.
19 Bar. hic tenet contrarium, †ꝙ imò debitor in diem, ſoluendo ante tempus nunquam repetit, ſiue ſoluat per errorem iuris, ſiue facti, vt hic per eum. idem tenet Saly. hic in 9. col. poſt Ricar. patruum ſuum. idem Bal. Ang. & Sali. in l. in diem. ff. de cōdi. indeb. Dom. Alex. in l. 1. in vlti. char. ff. de condi. indeb. vbi dicit eſſe veram opi. ¶ Teneas opi. glo. contra Bar. & ſequaces, ꝙ imò debitor in diem tutus excep. temporali, & ſic dilatoria, ſi ſoluit per errorem facti, poteſt repetere non illud, quod ſoluit, ſed interuſurium medij temporis, & ſic vtilitatem, ita tenēt gl. & Bal. hic ad fi. & latè Fulg. in repe. in vlt. char. idem tenet gl. in l. ſi fideiuſſor. §. quamquam. ff. mand. Bar. ſibi contrarius in l. ſi ſocer. §. Lucius & ibi Imo. & Moder. ff. ſolu. matr. Iaco. de But. Mart. Saly. Alb de Roſ. & Raph. Fulg. in d. l. in diem. Imo. in c. fi. de ſol. ¶ Pro iſta opin. vltra alios moueor: nam condictio indebi. habet iſtam ſpecialem naturam, quòd competit ad omne illud, in quo factus eſt recipiens locupletior, tex. eſt in l. ſi nō ſortem. §. libertus. in ſecundo reſpon. & ibi Bar. in 3. colu. multum no. ff. de condictio. indebi. & Bart. in l. quod nomine. ff. de condi. indeb. ſed recipiens eſt effectus locupletior interuſurio, ſeu vtilitate medij temporis, ergo tale interuſurium poteſt repetere per condi. indeb. vide tex. in l. ſed ſi vir. §. quod vir vxori. ff. de dona. inter virum, & vxo. ¶ In ead. glo. ibi, ſi autem perpetua, ſi quidem fauorabilis, ſed contra iſtud membrum opponit Bal. de l. ſi teſtamento. §. 1. ff. de fideiuſ. & cōcludit, quod fideiuſſ. tutus exceptione diui Adria. quocunque errore ſoluat, nunquam repetit, & concludit, quòd talis exceptio eſt inducta ad rigorem iuris conſeruandum, vt infra dicam. ¶ Cōtrarium tenet glo. in l. ſi reus. ff. de condi. indeb. quam glo. ibi ſequuntur Iaco. But. Bar. Saly. & Pau. de Caſt. & dicit ibi Pau. de Caſtr. ꝙ Bar. hic non fuit recordatus de illa glo. & ꝙ in dubio debemus adhærere gl. quando non reperiuntur per Doct. reprobatæ. tene cum Barto. hic, per tex. clarum in d. l. ſi teſtamento. §. 1. vbi Bar. & alij idem tenent, & in l. qui exceptionem. in princ. ff. de condi. indeb. Alb. Ang. Fulg. & Dom. Alex. in d. l. ſi reus. vbi di-
* cunt, ꝙ illa gl. *eſt communiter reprobata.* ¶ In ead. gloſſ. ibi, ſi vero odioſa, vt Macedoniani, intellige quando talis exceptio odioſa eſt inducta de rigore iuris contra naturalem æquitatem, vt patet in exceptione Macedoniani, ſecus ſi talis exceptio odioſa eſſet inducta ſecundum naturalem rationem, vt eſt exceptio, quod metus cauſa, vel doli, quia tutus tali exceptione ēt ſi ſoluat per errorem iuris, tamen repetit, ſecundum Bar. & Docto. in l. 2. C. quod met. cau. ¶ In ead. ibi, ſi verò dubitetur. adde
20 rationem, † quia idem iudicamus de dubio, quod de perpetuo. l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tuto. c. ſi gratioſæ. de reſcrip. in 6. ideo officialis poſitus ad beneplacitum æquiparaī perpetuo, ſecundum Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 3. q. cum ſuis concor. ff. de oper. no. nunc. ¶ In ea. ibi, idem ſi eſt tutus excep. quæ ſit inducta ad rigorem iuris conſeruandum. illa glo. vult duo, vnum expreſsè, ꝙ tutus exceptione inducta ad rigorem iuris cōſeruandum, quocunque errore ſoluat, nunquam repetit, & in hoc bene dicit. Secundò vult glo. tacitè per leges, quas allegat, ꝙ exceptio rei iudic. dicatur exceptio inducta ad rigorem iuris conſeruandum. dic melius ſecundum Bal. quando eſt exceptio, quæ non tangit actionem, & obligationem,

ſed

* Curia.

Source : BIU Cujas

ſed reſpicit ſolùm ordinem,& proceſſum iudicij, & excipiendi facultatem,vt exceptio pendentiæ litis, exceptio fori, item exceptio fideiuſſoria,vt hic plenius per eum.In alijs gl. bene dicit, & per iſta cum laude Dei remanet expedita iſta lex.

Iaſon Paduæ legens.

SVMMARIVM.

1 *Magis ſubuenitur imbecillitati ætatis,quàm ſexus.*

LEX XI.



1 QVamuis. Mulieribus tractantibus de lucro non ſuccurritur ꝓꝓ ignorãtiam iuris, ſed bene ꝓꝓ ætatem.h.d. & iſta lex videtur ſuperflua propter l.2.& 3.s̃.eo.¶††Not.ꝙ magis ſubuenitur imbecillitati ætatis,quàm ſexus,licèt aliquãdo ęqui parentur.l.1.§.fi.ff.de eden.

SVMMARIVM.

1 *Quæ differentia ſit inter leges,& conſtitutiones.*
2 *Valet ſtatutum diſponens,quòd non liceat allegare ignorantiam ſtatuti, quando eſt iniuſta.*

LEX XII.

1 COnſtitutiones. †Circa hanc legẽ, quæ differentia ſit inter leges,& conſtitutiones,dic vt declarat Bar. in rubr.s̃.de leg. & quæ differentia ſit inter deciſionẽ, & conſtitutionem,ponit gl.in l.1.§.1.in verbo deciſiones.C.de emen. Iuſti. C.& cum iſta l.cõcordat.l.3.& l.leges ſacratiſſimę.
2 ſupra de legib.imò†valet ſtatutum diſponens,ꝙ nõ liceat allegare ignorantiam ſtatuti,ita no.Bartol.in l.diuus Claudius. ad fi.princip.per illum.text.ff.de fal.Bald.in l.1.in vlti.colum.ff. de leg.Pano.& Ioan.de Anan.in c.ad falſariorum.de crimine falſi. Imo.in l.de pupillo.§.nunciationem.ff.de oper.no. nunc. facit tex.in l.ſicut.in fi.C.de præſcri.30.vel 40.anno. & in §. penul. in Auth.in med.lit.non fie.ſac.for.& tex.in Auth.vt fac.nouæ cõſti.ſed limita pulchrè tale ſtatutum,vt intelligatur de ignorantia iniuſta,quæ procedit à culpa,ſecus ſi eſſet ignorantia iuſta. ita limitat Saly.in l.Senatuſconſulto.C.de his,qui ſibi aſcrib.& in l.ita nobis cordi pudor.C.de adul.ſequitur Ludo.in l.1.§.occiſorum.ff.ad Senatuſc.Sylla.& in l.1.§.nunciatio ex hoc.ff. de oper. no. nuncia.& ante eos Bald.in l.vnica.in princ. in vlti.col. C.de caducis tollendis.

SVMMARIVM.

1 *Mulieribus non ſubuenitur propter iuris ignorantiam magis quàm maribus,niſi in caſibus expreſſis in iure.nume. 7. 8.& 9.idem de ruſticis. num.2.*
3 *Quando mulier renunciat beneficio Velleiani, debet prius certificari, quale ſit iſtud beneficium.*
4 *Iuri quod quis ignorat non intelligitur renunciare, imò nec iuri, quòd quis dubitat,an ſibi competat.*
5 *Si mulier renunciat Velleiano cum iuramẽto,non requiritur certioratio Velleiani.*
6 *Statuta generalia,& indefinitè condita,ita ligant mulieres, ſicut maſculos,niſi ſpecialiter excipiantur.*

LEX XIII.

1 NE paſſim liceat. †Mulierib. nõ ſubuenitur propter iuris ignorantiam,etiam in damnis magis quàm maribus,niſi in caſibus expreſſis in iure. h.d. Et ſic hic eſt tex.pro illa regula,quam ponit gl.1.q.4.c.fi.in prin.quam allegant Moder.in l. iuris ignorantiam. in princip. C. qui admit.
2 ¶†Adde idem eſſe in ruſticis, [a] quibus non ſubuenitur magis
a quàm alijs,niſi in caſibus expreſſis in iure,ſecundum D.Anto. de But.in c.2.in 4.col.de conſti.quem ſequitur Do. Alex.in l.ſi quis id,ꝙ in 4.col.ff.de iuriſd.omn.iud.ſed eſt de hoc gl.expreſſa in præalleg.c.fi.in prin.Idem tenet D.Alex.in l. iuris ignorantiam.C.qui admit.ſed in contrarium videtur facere tex. in l. fi. in prin.C.de teſt.qui dicit,ſemper ruſticitati conſultum eſt,niſi reſpondeas ad illam dictionem ſemper,vt hic per Alb.in 1.no.
¶No.ſubtilius ex hoc tex.ſm Ricar.Malumb.& Fulg.hic vide-
3 ri tex.ꝫ vnam concluſionem Doc.ꝙ†qñ mulier renunciat beneficio Velleiani, debet prius certiorari,quale ſit iſtud beneficium,quia iuri,ꝙ quis ignorat,nõ intelligitur renunciare.l.ma-
4 ter decedens.in prin.& ibi Bar.no.ff.de inoff.teſt.†imò iuri,ꝙ qs dubitat an ſibi competat,non intelligitur renũciare,ita no.Bar. in l.fi.§.ſinautem neſcius.per illum tex.C.de fur.& quod in muliere requiratur certioratio Velleiani,tenent Doc. in l. ſciendũ. ff.de verb.obl.& in l.fi.in prin.ff.ad Velleia.hic eſt tex.ad oppoſitum,cùm circa ignorantiam iuris non magis prouidetur fœminis,quã maribus,niſi in caſib. ſpecialiter expreſſis, & prima fronte iſte tex.vĩ ſatis ſtringere, tñ reſponde ex doctrina quam
b tradit Bar.hic in 1.memb.quod in fœmina [b] facilius præſumit ignorantia iuris,quàm in maſculo,& propter hoc in ea potius requiritur certioratio,imò fortius tenet Io.And.in addi. Spec.
5 in titu.de obli.& ſolu.§.1.in addi.incipiente Vbertus,† ꝙ etiam quando mulier renunciaret Velleiano cum iuramẽto, adhuc requiritur certioratio, per text.in §.igitur ordinandus.in Auth. quomodo opor.Epiſ.qui tex.nihil facit, & in hoc vlt.tene cõtrarium,ꝙ iuramentum tm̃ operatur quantum certioratio, ꝑ tex.in c.ex reſcripto.vbi gl.de iureiur.& ibi Bal.in 2.col. in duobus locis no.illum tex.ad hoc.¶Item no.ſecundum Bal. quod
6 ſtatuta [c] †generaliter,& indefinitè condita, ita ligant mulieres
c ſicut maſculos,niſi ſpecialiter excipiantur.Adde D.Ant.de Bu. in c.fi.de conſue.vbi dicit idem eſſe de conſuetudine. ¶ Capio gl.in verb.authoritas.quam diuide in duas. In prima enumerat decem caſus ſpeciales,in quib.ſubuenitur fœminis potius,quã maſculis.In ſecunda,quæ eſt ibi,ſed nonne.gl.opp.contra text. & reſpondet,ita etiam reſpondet gl.1.q.4.c.fi.in princ. ¶Circa primam partem gl.diſtingue,vt hic per Bar.facientem tres caſus.¶Circa primã,adde,ꝙ ſimiliter minor metus excuſat mulierem quàm maſculum,glo.eſt no.in c.cùm locum.in gloſ. de
7 ſpon.¶††Adde etiam,ꝙ mulieri non ſuccurritur,vbi cadit contrarietas,puta,quia produxit inſtrumenta ꝫria, vel deponit teſtimonium ꝫrium ſecundum Io.And.referentem ita fuiſſe deciſum in quadam Abbatiſſa,in c.cùm Io.de fid.inſtru.ſequitur
8 Bal.in l.ſcripturę.in vlti.col.C.de fid.inſtr.†Similiter nec qñ facit actum clam.gl.eſt no.in l.1.& ibi Bar.no.C.de interdic.matr. & ratio vtriuſque caſus eſt,quia vtrobique præſumitur dolus,
9 †& in dolo præſumpto nedum mulier, imò nec minor excuſatur.l.vbi.ff.de eden.ſic etiam eſt in iure quaſi naturali.l.venia. vbi Cy.& Doc.C.de in ius vocan.

ADDITIONES.

a ¶Ruſticis. Adde,ꝙ ruſticis non ſuccurritur,niſi in caſibus,quos ponit idẽ Iaſ. in l.ſi quis id quod.5.not.ff.de iuriſ.omn.iudic.de quo vide,quæ ſcribit Alex. conſi.14.lib.2.conſi.165.lib.6.in d.l.ſi quis id quod.Dec.conſi.284. Rip. de peſte.c.4.nu.209.& dic,ꝙ ruſticitati parcitur.l.2.ff.ſi quis in ius voc. præterquam in iure naturali,teſte Rol.conſi.54.nu.8.lib.1.l. venia. de in ius vocan. infra. & quando excuſetur Ruſticus in maleficio, vide not. in d.l. ſi quis id quod.& per Iaſ.in l.ex quacunque.num.11.ff.ſi quis in ius voca. non ierit. BELLAC.
b ¶Quòd in fœmina.Adde gl.in Auth.de inceſt.nup.in prin.colla.2.gl.in l.error. ff.de iu.& fac.igno.
c ¶Quod ſtatuta.Adde Bar.in l.fi.ff.de accep.tex. in c.2.de diuor.gl.Ioan.And. in c.1.de relig.do.lib.6.in mer.Docto.in clem.1. de ſepultu. quæ iura volunt, quod ſic.contrarium tenet glo.in clem. 2.de ſta. monac. & per Dec. in l.2.ff. de reg.iur.colum.13.

De precibus Imperatori offerendis. Rub.

¶Glo.Rubricę continua,vt in glo.tua.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum à ſeruo ſuper nece domini ſui valet,etiã quantum ad proſequendum accuſationem ſuper impetratis.*
2 *Propter atrocitatem,& enormitatem delicti quædam permittuntur cõtra regulas iuris,quæ aliàs non permitterentur.*
3 *Ex cauſa licitum eſt leges tranſgredi,quod intellige,vt infra nu.8.*
4 *Epiſcopus nihil poteſt ſtatuere contra ius cano.niſi ex magna cauſa.*
5 *Poteſtas poteſt ex cauſa tranſgredi ſtatuta etiam iurata.*
6 *Dans alapam Poteſtati,poteſt furca ſuſpendi.*
7 *Pro vno furto magno æquiualenti tribus,an poſſit quis furca ſuſpendi.*
9 *Aliqua conceduntur, vt ſint exemplo alijs, quæ aliàs non concederentur.*
10 *Fides eſt laudanda,& facit de non capace capacem.*
11 *Cauſæ capitales, & ſic ſanguinis an poſſint delegari.*
12 *Licèt regulariter ad impetrandum reſcriptum requiratur ſpeciale mandatum,ſecus tamen ad impetrandum literas inquiſitionis.*
13 *Quando princeps aliquid facit ex certa ſcientia, tollit omne obſtaculum iuris.*
14 *Supplicatio principi oblata,& iudici inſinuata, & per eum parti cognita,habet vim libelli etiam in cauſis criminalibus.*

LEX

Source : BIU Cujas

LEX PRIMA.

1 LIcèt ſeruilis. † Reſcriptum impetratum à ſeruo, ſuper nece domini ſui valet nedum quantũ ad ipſum reſcriptum, ſed etiam quãtum ad proſequendum accuſationem ſuper impetratis, quamuis aliàs ſeruus reputetur inhabilis. h. d. Et præmitte ſecundum Bal. pro figuratione caſus, quòd antequã literæ exirent de cancellaria principis, fuit oppoſitum coram auditore contradictorum, quòd literæ concedi non debebant propter defectum perſonæ ſupplicantis, tamen deciditur, vt in litera. Iſta l. quamuis ſit cõglutinata vno ſtructu verborum, tamen ſm Sali. habentibus acumen ingenij iſta. l. præſtat. 4. partes. In prima ponitur dubitatio, quare ſupplicatio iſtius ſerui non deberet admitti. In ſecunda ponitur rõ, quare fuit admiſſa. In tertta ponitur conceſſio ipſius reſcrip. In quarta ponitur effectus ipſius conceſſionis. Secũda ibi, tñ admiſſi ſceleris. Tertia ibi, vt pfecto prætorio. Quarta ibi, vel auditis his, quæ in libello contuliſti. ¶ No. 1. ex text. ibi,
2 atrocitas. regulam no. † ꝙ propter atrocitatem, & enormitatẽ delicti quædam permittũtur ɔ regulas iuris, quæ aliàs nõ per
3 mitterentur. ¶ † Vnde facit iſte tex. ſm Bal. in 2. no. pro regula,
a quam tradit Inn. in c. 1. de conſti. quòd ex cã a licitum eſt leges tranſgredi, iſtud dictum Inn. ſępè alleg. Bal. in varijs locis, alij vero raro. idem Bal. in l. & ſi ſeuerior. & ibidem Sali. C. de infa. & idem Bal. in Auth. ſed nouo iure. in pe. col. C. de ſer. fugi. & idẽ Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. in 11. q. ff. de offi. proconſ. & leg. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. & in c. Obertus. in quib. cau. feu. amit. in vſib feu. & in c. 3. ad fi. de re iudic. & alibi Spe. ſed Lud. Rom. in repe l. ſi verò §. de viro. in 46. fal. ff. ſoluto mat. non tenet iſtud dictum Inn. ſed dicit, ꝙ tunc debet ſuperior conſuli, per tex. ſm eum ſing. in l. diuus. vlt. in ver. Imperatori reſcribat. ff. de fal. facit tex. in l. 1. §. ſi quis vltrò. ff. de qõnib. & puto, ꝙ tutius eſſet ita facere, tamen teneo dictum Inn. & ꝓ eo allego. 4. tex. in l. ſi quis filio exhæredato. §. hi autem oẽs. ad fi. vbi Bal. & alij no. ff. de iniuſt. rup. & irri. teſt. & tex. in c. fęlicis. §. cæterum. de pę. in 6. & tex. in l. fi. in ver. nec tamen. C. de modo mulct. & tex. valde ſolennem. in l. ſi hoĩem. ff. mand. quæ l. eſt vnica, & ſingularis in iure, ſm Bal. in c. 1. in 8. col. vt lit. nõ cõ teſt. & illum tex. Doct. in varijs locis allegant, ſed non curo referre, tã per illum tex. Bal. in l. oẽs populi. in 6. col. ff. de iuſti. &
4 iur. dicit limitari oĩa iura canonica, q̃ volunt, ꝙ † Eps nihil põt ſtatuere ɔ ius canonicum, quia ſic inferior diſponeret ɔ l. ſuperioris, limitatur niſi ex magna cã. iſtam limitationem ſequit̃, & exclamat Pan. in c. dilecti. vlt. de appel. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. in 5. col. de iudi. & in c. ſtuduiſti. de off. deleg. Item per
5 illam. l. ſi hoĩem. tenet Bal. in rub. C. qui admi. circa prin. † ꝙ Poteſtas ex cã põt tranſgredi ſtatuta, ẽt iurata. Item per illam. l. ſi
b hoĩem. dicit gl. 1. in c. 1 pa pęnitudinis. 26. q. 7. ꝙ ſi Papa b iniunxit alicui pęnitentiam, Eps q̃is ſit inferior, põt diminuere, & idem dicit gl. in c. latorem. 33. q. 2. ¶ Et per dictum Inn. in d. c. 1.
6 tenet ſing. Bal. in c. 1. §. iniuria. in prin. de pac. iur. fir. in feu. † ꝙ ſi aliquis daret alapam Ptãri, poſſet ptãs facere eum furca ſuſpendi, quia ex tam magna cã licitum eſt leges tranſgredi. ¶ Sed caue, quia vĩ, ꝙ ipſe Ptãs hoc non poſſet, ne ſit iudex in cã ꝓpria per tex. in c. dilectus. & ibi Inn. de pę. Item per dictum Inn. in d.
7 c. 1. tenet Bal. in Auth. ſed nouo iure. in 3. not. C. de ſer. fug. † ꝙ
c licèt pro vno furto non poſſit quis furca ſuſpendi, ſed requirantur tria furta, tamen ſi eſſet vnum furtum multũ enorme, poſſet furca ſuſpendi, cùm æquipolleat trib. arg. l. ſi is q̃ tres. §. fi. ff. de excuſ. tut. & quia ex cã licitum eſt leges tranſgredi, vt prædixi. idem tenet Bal. in c. 1. §. iniuria. in 2. col. in fi. de pac. iur. fir. in vſib. feud. Ang. in l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edic. Ang. de Are. in §. ex maleficijs. in 4. col. inſti. de actio. & inſti. vi bon. rap. in prin. & in trac. malefi. in ver. veſtem cęleſtem abſtulit. vbi dicit, ꝙ ita practicauit Peruſij, dum ibi aſſideret. idem tenet Pan. in c. inter alia. in vlti. col. de immu. Eccl. ¶ Adde, quod dicit. D. Io. Bapt. de Caccialupis Doc. Senen. in l. cùm ſeruus. ff. de condi. ob cau. qđ vidit quendam, qui commiſerat furtum mille ducentum ducatorum, qui euaſit pœnam mortis, licèt furtum eſſet magnum, & quod tñ fuit punitus pro vno furto, & ꝙ ita conſuluerunt quidam Doc. Peruſini, & plerique Ferrarienſes. ¶ Tene ɔrium, cùm attendatur conſuetudo furãdi magis, quàm ipſum furtum, & ɔ Bald. tenet Salic. Fulg. & Pau. de Caſt. in d. Auth. ſed nouo iure. Io. de Ana, in c. fi. de fur. D. Aug. Ariminen. in addi. quas fecit in dicto verb. veſtem cęleſtem abſtulit. Et dicit Are. in d. Auth. ſed nouo iure. in 2. col. ꝙ multi nõ tenent illam deciſionem Bal. & quòd non ſeruatur in practica. niſi fortè dicas ſecundum eum, quòd ita demonſtratur malus animus pro vno furto enormi, & exceſſiuo, ſicut pro multis mediocribus, & exceſſiuis. pro iſta parte ſoleo allegare bonum tex. in c. furtum. 14. q. vlt. & tex. in §. qñ verò cõtingit. in Auth. vt nul. iudi. & iſta vltima eſſet conſulendo, & iudicando tenenda, quia in criminalib. quando reperiuntur variæ opi. Doc. debet teneri mitior. l. interpretatione. & l. ſanctio legum. ff. de pęn.
8 ¶ † Limita dictum Inn. ſ. relatum duob. mod. Primò prout ſingulariter limitat Bal. in Authẽ. hodie. C. de iudi. vt procedat in maioribus magiſtratibus, qui bene ex cauſa poſſunt leges trãſgredi, ſecus eſt in minoribus magiſtratibus, qui iurant ſtatuta præcisè obſeruare. ¶ Tu in hac limita. aduerte, quod Bald. met in d. c. 1. in 2. col. de conſti. intelligit maiores magiſtratus ſ. Præſides, & Poteſtates, qui habent merum, & mixtum imperium, & ſic altam iuriſdic. item pondera, quòd Bal. met vult contrariũ. in c. 3. ad fi. de ſent. & re iudi. vbi dicit, ꝙ iſtud verbum Innocẽ. multum defendit aſſeſſores, qui pro bono publico quandoq; ſtatuta tranſgrediuntur, pondera illud aſſeſſores, & ſic iudices inferiores. item adde, ꝙ Pau. de Caſt. in d. Auth. hodie. dicit, ꝙ maiores magiſtratus in hoc propoſito intelliguntur, qui ſunt perpetui, vt Epiſcopi, Marchiones, & ſimiles, vt Comites: alij autem magiſtratus, vt ſunt Poteſtates, cenſentur inferiores, de quo etiam dixi in d. Auth. hodie. ¶ Secundò limita ſm Sali. in d. Auth. hodie. vt dictum Inno. ſolùm procedat in cauſis arduis ſtatum publicum Reipublicæ concernentib. prout etiam eſt de mente Bal. in d. c. 3. ad fi. ¶ Facit, quod pulchrè vult Bal. in c. 1. §. ſi quis quinque. per illum tex de pace tenen. in feu. & ꝓ hãc limitatio. confunderetur, qđ vult Bal. in d. Auth. ſed nouo iure.
9 vt ſ. retuli. ¶ † Secundò no. ex tex. ibi, laudabilis fidei exemplũ. ſm Cy. Bar. & alios, quòd aliqua conceduntur, vt ſint exemplũ alijs, quæ aliàs non concederentur, facit tex in l. aut facta. §. fi. ff.
10 de pęn. ¶ Tertiò no. ex eiſdem verbis, ſm Bal. † ꝙ laudat̃ fides, & facit de non capace capacem, quod eſt menti tenendu ſm
11 eum. Quartò no. in verbo demandaremus. hic videri tex. † ꝙ cauſæ capitales, & ſic ſanguinis poſſunt delegari, contra regulam. l. 1. ver. huius rei. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. Sed nd. dupliciter, ſecundum Doc. hic. Primo, ꝙ iſta delegatio fuit facta à principe, & ſic fuit permiſſa. l. 1. ad fi. C. qui pro ſua iuriſd.
d Secundo rñde, & melius, d quod iſta non fuit delegatio, ſed excitatio iuriſdictionis ordinariæ præfecti, vt dĩ poſt Bald. in l.
12 pe. ff. de iuſt. & in. habetur in c. licèt vndiq; de off. dele. ¶ † Quintò no. ſubtilius ex iſto tex. ꝙ licèt regulariter ad impetrandum reſcriptum requiratur ſpeciale mandatum. c. nonnulli. de reſcr. tamen hic eſt text. quòd literæ inquiſitionis poſſunt impetrari ſine ſpeciali mandato, ad hoc no. iſtum tex. Bal. in c. ex parte. el ſecondo, in vlt. col. de reſcri. tamen ſubdit Bal. quòd hic in prin.
13 ex certa ſcientia conceſſit. † Confirmo, quia quando princeps aliquid facit ex certa ſcientia, tollit omne obſtaculum iuris, ſecundum Bar. in conſi. 196. quod incip. ciuitati Camerini, & nõ poteſt reuocari in dubium diſpoſitum à principe ex certa ſciẽtia, ſecundum Bar. in l. conficiuntur. in prin. cum multis cõcor. ff. de iure codicil. ¶ Sextò no. ex tex. ibi, vt auditis his, quæ in libello contuliſti. optimum tex & fortè alibi non ſic expreſſum
14 ſecundum Fulg. † quòd etiam in cauſis criminalibus ſupplicatio Principi oblata, & iudici inſinuata, & per eum parti cognita habet vim libelli, & ſufficit pro libello, ſed Bal. hic dicit hoc eſſe verum quo ad iudicem, ſed quo ad ipſam partem requiritur libellus conuentionalis, & ita tenent Bald. & ipſemet Fulgoſ. in l. 1. vbi plenè dicam. infra titu. primo. ponunt Cano. in cap. præterea. de dila.

ADDITIONES.

a ¶ Quod ex cauſa. Adde Spec. in titu. de conſti. in §. 1. in vlti. colum. in fi. verſic. aut ordinarij.

b ¶ Si Papa. Adde Rom. ſing. 454. aliàs 460. inc. Papa imponit. Barb. in c. ſtuduiſti. in 2. col. de off. deleg. eundem conſi. 429. incip. in terminis propoſitæ conſultationis. in vlt. col.

c ¶ Pro vno furto. Adde Bal. in l. nemo deinceps. C. de epiſ. aud. Bar. in l. capitalium. ff. de pęn. ſ.

d ¶ Ita iſtum tex. declarat Iaſ. in l. 1. in prin. col. 15. ff. de off. eius.

SVMMARIVM.

1 *Per reſcriptum Principis poteſt concedi debitori dilatio ad ſoluendum.*
2 *Literæ ſalui conductus, quod quis non poſſit intra certum tẽpus inquietari, non extenduntur ad debitum iuratum.*
3 *Reſcripta, & priuilegia principis ſunt intelligenda abſque graui præiudicio alterius partis.*
4 *Forma reſcripti non eſt ſeruanda, quando ex hoc læderetur ius alterius tertij, qui non eſt nominatus in reſcripto.*
5 *Princeps de ordinaria poteſtate non poteſt per reſcriptum tollere exceptionem peremptoriam alicui competentem.*
6 *Dominium ſemper eſt de iure gentium, licèt modi per quos acquiritur,*

Source : BIU Cujas

tur, poſſint eſſe de iure ciuili.

7 *Dilatio ad ſoluendum conceſſa principali, an extendatur ad fideiuſſorem.*

LEX II.

QVoties. Ad euidẽtiam præmitto, quòd iſta lex legitur in glo. altero de duobus modis, Bar. Bal. Sal. *& communiter alij* expreſsè tenẽt vtranque lec. primus eſt in debitore ſupplicante, & petente dilationem, ſed caue, quia licèt iſte intellectus ſit in ſe verus, tamen litera eum non patitur, vt etiam dicit Cyn. patet in tex. in verbo remittit. Et ſic ꝯgruit creditori ſupplicanti non autem ipſi debitori, niſi intelligeres tex. remittitur. i. concedit, ſed certè eſſet ponere album pro nigro, tamen intellectus eſt in ſe verus, & hoc dicit in ſumma. Valet reſcriptum, per quòd dilatio ad ſoluendum conceditur, vel remittitur, ſecus eſt in exceptione peremptoria. hoc dicit ſecundum vtrunque intellectum. ¶ No. ſecundum Cy. Bar. & alios illud vulgatum, quod
a differtur † non aufertur. ¶ † Secũdò no. ex hoc tex. ꝙ per reſcriptum Principis poteſt concedi debitori dilatio ad ſoluen. quia
1 in mora modici temporis non poteſt eſſe magnum damnum. l. ſi debitori. ff. de iudi. & ita tota die principes concedunt literas ſalui conductus mercatoribus, vel debitoribus, qui fugam arripuerunt, quòd nõ poſſint intra certum tempus inquietari,
b vel conueniri. b Et iſto caſu aduerte, quòd tales literæ ſalui cõ
2 ductus † nõ extenduntur ad debitum iuratum, ita per plura cõ ſuluit D. Alex. in conſi. 38. in 3. vol. quod inci. viſa petitio. Ang. de Ro. facit bene gl. ſing. in c. cùm non deceat. in gl. fi. de elec. in 6. quòd clauſula non obſtante, vel alia clauſula derogatoria nõ
c to. lit actum iuratum. c facit. c. conſtitutus. de reſcript. & quod vult gl. no. in cle. dudum. §. pe. in verb. pacta. de ſepul. ¶ Secundo limita data idonea fideiuſſione. l. vniuerſa. ſ. eo. ¶ Tertiò no ex hoc tex. ibi, ſine graui partis alterius diſpendio. ſecundũ Bar.,
3 & Doc. † quòd reſcripta, d & priuilegia Principum debent in-
d telligi abſque graui præiudicio alterius partis. adde, ꝙ Bald. in l. 1, ff. de conſti. princ. no. ſingular. ex hoc text. ꝙ ſi Princeps expreſsè excedat iuſtitiam partis, præſumendum eſt, & ita debet intelligi, quod voluerit in modico excedere, reaſſumit Bal. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. alibi Bal. in rub. extra de reſcri. in 2. col. no. quòd ſi reſcriptum in modico læderet partem, non eſt neceſſe, ꝙ pars citetur, quia Princeps poteſt in modico ſine citatione partem lædere. ¶ Regulariter autem Princeps nunq̃ præſumitur velle præiudicare iuri alicuius. l. nec anus. vbi glo. & Bal. C. de eman. lib. l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. l. cùm filius fam. ff. de teſta. mili. l. impuberi. ff. de admi tut. gl. & Bal. in c. 1. quid ſit inueſti. in feud. c. quãuis.
4 de reſcri. in 6. c. ſuper eo. de offic. deleg. † Ex tex. ibi no. Bald. in vlt. col. quod forma reſcripti non eſt ſeruanda, quando ex hoc læderetur ius alicuius tertij, qui nõ eſt nominatus in reſcripto, ꝙ eſt menti tenendum, & no. dignum ſm eum, & iſta regula procedit, qñ ſolùm tractaretur de modico præiudicio partis, ita probat glo. not. in c. cùm olim. in verbo præiudicium, & ibi Gemin. ad hoc. no. de conſue. Imò ſi appareat, ꝙ Princeps velit derogare iuri tertij iuxta dictum. §. ſi quis à Principe, vt quia Princeps exprimat in reſcripto, & dicat non obſtante præiudicio tertij, intelligitur de paruo, & non de magno præiudicio. gl. eſt no. in l. ſed cùm ab hærede. in gl. fi. ff. ad Treb. facit, ꝙ vult gl. in l. ſeruitutes. quarta. §. publico. in verbo incommodo. ff. de reſcri. D. Barth. Veronen. in tract. ſerui. ruſti. in tit. de aqueduc.
5 ¶ Quartò no. quòd † Princeps de ordinaria ptãte non poteſt p reſcriptum tollere exceptionem peremptoriam alicui competentem. facit tex. in c. ex parte. B. vbi Cano. de fo. compe. habetur in c. 1. de lit. conteſt. in 6. Inn. in c. ſuper literis. de reſcri. Spe. in tit. de reſcri. præſent. §. ratione autem formæ. ver. illud no. D. Alex. in conſi. 136. in 2. vol. quod incip. in cauſa, & litę vertente inter Iac. in 2. col.

Addi. Gloſ. vnica primò ponit primum intellectum ad tex. In ſecunda, quæ eſt ibi, vel pone caſum, ponit ſm intellectum. In tertia, quæ eſt ibi, ſed quæro. format qõ. Rurſus ſecunda principalis ſubdiuidit in tres. In prima facit, ꝙ dictum eſt. Secundò opp. & dupliciter ſoluit. Tertiò ẽt opp. & ſoluit. Secunda ibi, & ſm hunc caſum. Tertia ibi, item contra. ¶ In prima parte dum gl. dicit, & ſic nihil eſt contra, dic, quòd imò eſt contra tex. noſtrum in verbo remittitur, qui non patitur iſtum modum, vt dixi ſupra in euidentialib. tamen in ſe eſt verus. ¶ In ſecunda parte dum gl. opp. de l. antepen. ſ. de pac. inter empt. & vendi. Aduerte, quia illa lex poteſt dupliciter intelligi. primò, vt ſenſit gl. hic. & gl. ibi expreſsè declarat, quòd loquatur in venditore, qui ſupplicauit Principi, vt aſſignaretur ſibi longum tempus ad redimendum domum prius venditã, & tunc oportet tenere ſolutionem gl. quam tenent Cyn. Bart.
* *& alij communiter*, quòd ibi nimis longum tempus poſtulabat, tamen iſtud multum diuinat, ideo ſecundo modo poteſt intelligi, quòd erat emptor, qui ſupplicabat, quòd quia erat ſibi vendita domus cum pacto, quòd ſi venditor intra certum tẽpus ſolueret pretium, quòd emptor teneretur vẽdere, & quia emptor nolebat ſtare in dubio, fortè deliberat ædificare in domo, ſed propter pactũ non audebat incipere, ſupplicauit Principi, quòd tolleret illud pactum, tunc ſolutio eſt clara, quã ponit Bal. hic in 1. opp. quòd non potuit concedi, quia eſſet tollere totum ius partis, & ſic eſſemus in ſecũda regula tex. iſto modo iſta lex nihil obſtaret, imò concordaret cum ſecunda regula huius tex. tamen poſtea conſideranti illum text. mihi viſum fuit, quòd illa litera aduerſetur, nec patiatur iſtum ſenſum, dicit enim tex. ſi à te &c Et ſic ex verbis apparet, quòd erat venditor qui ſupplicabat, & non emptor, vnde oportet tenere primum intellectum. ¶ In vlt. parte gl. de hoc dicetur. ſ. in l. fi. vbi gl. non omitto tamen quòd Raph. Fulg. in vno reprobat gl. dũ gl. dicit, quòd Princeps etiam ex certa ſcientia non poteſt auferre dominium rei, quia dominium eſt de iure gent. Nam dicit Fulg. quòd imò dominium poteſt eſſe de iure ciui. alleg. tex.
6 in §. fi. inſti. de vſu, & habi. & in §. fi. inſt. de vſucap. ſed errat, † qa licèt modi, per quos acquiritur dominiũ, poſſint eſſe de iure ciui. vt dicunt tex. per eum allegati, & gl. ordin. in l. 1. in princ. ff. de acqui. rer. domi. tamen ipſum dominium eſt ſemper de iure gent. vt declarat Bal. in l. reſcripta. in 1. col. ad fi. ſ. eod. ¶ Extra
7 gl. Cy. hic examinat multas. q. & præcipuè, † an dilatio ad ſoluẽdum conceſſa principali, extendatur ad fideiuſſorem, de qua per Bald. & Saly c. & vide Barto. in l. cùm filiusfam. §. in hac. ff. de verb. oblig. & ibi alios, & per Bald. in l. tam mandatori. ſ. de non num. pec. Iaſon Papię.

ADDITIONES.

a ¶ Quod differtur. Adde l. quamuis. ff. de arbi. tex. in c. ancillam. 32. q. 2. & in c. nemo deſperandus eſt. de pęn. diſt. 7.

b ¶ Conuenri. Vide Iaſ. in l. fi. infra ſi contra ius. & Fely. in c. conſtitutus. in ver. ſtatuta iurata. col. 4. ver. conſidera duo. vbi limitat. PVRPV.

c ¶ Actum iuratum. Adde Roman. conſil. 425. incip. in præſenti conſultatione. Alexan. de Imo. conſi. 27. incip. viſo libello. in 1. volum. in vlti. colum. verſic. confirmo. conſi. 125. incip. viſis, & conſideratis ſtatutis de quibus ſupra. in 9. col. ver. confirmo per no. in 1. vol. conſi. 102. incip. cùm ſtatutum dirigit. in 2. col. in 4. vol.

d ¶ Adde l. 2. in §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. Bal. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. niſi in eo reſcribatur directò contra ius tertij, vt in c. quamuis. de reſcr. lib. 6. & in c. cùm in tua. de conſue. eo. lib. Inn. in c. ꝙ in dubijs. de renunc. Domi. de Rota deciſ. 320. in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum in damnum fiſci non valet.*
2 *Literæ remiſſionis condemnationum non valent, niſi cauſa, & quælibet facti qualitas exprimatur.*
3 *Habens gratiam de vno homicidio, ſi poſtea fecit ſecundum homicidiũ, & impetrauit gratiam de ſecundo non facta mentione de primo, nihil valet.*
4 *Motus proprius Principis debet exprimi in literis, aliàs non præſumitur.*
5 *Clauſula ex certa ſcientia, & clauſula motus proprij equiparantur.*
6 *Geminatum reſcriptum habet vim clauſulæ ex certa ſcientia.*

LEX III.

1 NEc damnoſa. No. quòd † reſcriptũ impetratum in damnum fiſci non valet, nec obſtat. l. reſcripta. in fi. ſ. eo. quia illud ibi non reputatur damnum, cùm fiſcus in pœnis fiſcalib. habeat cauſam lucratiuam, vt in l. vnica. C. pœn. fiſ. cred. præf. lib. 10. l. apud Celſum. §. Labeo. el ſecõdo. ff. de exce. doli. ꝙ limita ſecundum Bal. hic, niſi tales pęnæ fiſcales iam eſſent incorporatæ fiſco. de quo vlt. no. dixi in l. cùm quis. ſuper prin. gl. s̃. tit. 1. & ex hoc infert Bal. hic, quòd ſi aliquis impetrat à Papa, vel Imperatore aliquam compoſitionem, vel remiſſionem ſuper pœna iam exacta per fiſcum, & non facit mentionem de exactione, & incorporatione pœnæ, non valet reſcriptum, tum quia ſubreptitium, tum quia damnoſum fiſco. adde notabilius Bal. in l. pręſcriptione. in 9. col. ſ. ſi ꝯ ius, vel vtilita.
2 publ. vbi tradit regulam, quàm reputat tenendam menti, † ꝙ literæ remiſſionis condemnationum non valeant, niſi cauſa, & quælibet facti qualitas exprimatur, & ideo ſi quis fuit condemnatus in mille libris, & impetrauit à Principe gratiam, & remiſſionem huius pœnæ, non valet talis impetratio, ex quo nõ

fecit

Source : BIU Cujas

fecit mentionem, ex qua cauſa fuit condemnatus, & iſtud eſt, quod dicit Papa, literas facti ſeriem non continentes nihil valere, in c. ſuper eo. de coha. cleri. & mulie. & in c. dilectus filius Abb. Sancti Stepha. & in c. ad audientiam. el 2. de reſcr. & ante Bal. fuit deciſio Old. Lauden. in conſ. 22. ℣ incip. ad qõnem. ad fi. ſequitur. D. Alex. in conſ. 29. in 1. vol. ℣ incipit ponderatis his,
a quæ narrantur in themate. in 2. col. ad fi. [a] Adde, ẽt ℣ pulchrè
3 no. Gul. de Cu. in l. 3. per illum tex. C. de epiſc. audi. † ℣ qui habuit gratiam de vno homicidio, ſi poſtea fecit ſecundum homicidium, & impetrauit gratiam de ſecundo homicidio, nihil valet, niſi fecerit mentionem de primo homicidio, & prima gratia. ¶ Et per iſtum dictum refert D. And. Sicu. in c. ſuper literis. in 34. col. de reſcrip. ℣ in ciuitate Bononiæ fuit de facto decapitatus vnus, qui impetrauerat gratiam remiſſionis ſecundi homicidij, non facta mentione de primo homicidio & eius gratia. iſtum text. limita niſi impetraretur geminatum reſcriptũ, per tex. in §. hoc verò iubemus. in Auth. vt nulli iud. alle. in gl. ¶ Per quem tex. ſing. Bal. hic tenet, ℣ idem operatur ſecunda iuſſio Principis, ℣ motus proprius, quo caſu quando Princeps concedit reſcriptum motu proprio, ceſſat omnis exceptio ſubreptionis, & obreptionis. No. diligenter, quia per illud obtinui in ciuitate Papiæ ſententiam, cùm multa opponerentur contra reſcriptum præcipuè de ſubreptione, & aderat reſcriptum geminatum, dixi, & obtinui, ℣ tales exceptiones ceſſabant. ſequitur Raph. Fulg. hic, & dicit eſſe bene notandum, & idem Raph. Fulg. in l. reſcripta. in vlt. col. ℣. eo. Lud. Rom. in l. ſi verò. §. de viro. in 31. fal. ff. ſol. matr. vbi dicit, quòd iſtud dictum Bal. eſt nouum, & ℣ alibi non legit, & ℣ ex eo limitatur
4 regula quæ habet, ℣ † motus proprius [b] Principis debet exprib mi in literis, aliàs non præſumitur, nec põt per teſtes probari. c. ſi motu proprio. de præbẽ. in 6. Certè geminatum reſcriptum habet vim motus proprij, ſm Bal. hic. idem tenet Lud. Roma. in l. 3. in prin. ff. quod quiſque iur. & ibi D. Alex. in 1. no. & in 1. fal. vbi optimè confirmat. nam † clauſula ex certa ſcientia, &
5 clauſula motus proprij æquiparantur, vt colligitur ex gl. no. in
6 c. ſtatutum. §. 1. in verbo literarum, in fi. de reſcri. in 6. † & certè geminatum reſcriptum habet vim clauſulæ ex certa ſcientia, ita tenẽt Io. An. & alij Can. in c. porrecta. de ℘fir. vtili, vel inuti. per tex. in d. §. & hoc verò iubemus. ¶ Tu aduerte, licèt oẽs teneant cum iſto dicto Bald. ego pondero in ℈rium eſſe tex. in c. conſtitutus. de reſcri. vbi erat geminatum reſcriptum, & geminatum mandatum Papæ Cęleſtini, & tñ ibi deciditur, ℣ non valet, ꝓꝓ vitium ſubreptionis, quia non eſt facta mentio de iuramento, ergo geminatio reſcripti non hẽt vim motus ꝓprij, nec tollit vitium ſubreptionis, & Bal. met ibi in 1. col. no. ex illo tex. ℣ ſecunda iuſſio nõ dat robur literis nullis, & ſubreptitijs, niſi diceres, ℣ ibi ſit ꝓꝓ iurm. Sed tenendo regulam Bal. quę eſt valde ſingularis, eam valde vtiliter limita, vt procedat, qñ ſecũdum reſcriptum facit expreſſam mentionem de primo, aliàs geminatio non haberet iſtum effectum, ita ſingulariter ad literam limitat ſolus Bal. in l. 2. C. de peti. bono. ſubla. lib. 10.

ADDITIONES.

a ¶ Comproba per dicta Iaſ. in l. ſi idem cum eodem. col. 2. ff. de iuriſd. om. iudi. Scar. in Auth. ex teſtamento. char. 3. infra de collа. Et adde tex. in c. 2. de filijs presby. in 6. Iaſ. in l. præſcriptione. in fi. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. tex. in c. ita nos. vbi gl. 1. 25. q. 2. Comprobat, & limitat Dec. in l. bona fides. ff. de reg. iur. PVRPV.

b ¶ Motus proprius. Adde clem. ſi Romanus. de præben. glo. in clem. per literas. eodem titulo.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ſolutionis dilatorium ita demum habet effectum, ſi reus fideiuſſorem idoneum præſtet, quòd adueniente tempore ſatisfiet, & num. 5.*

2 *Quando lex vel ſtatutum requirit, quòd præſtetur certa fideiuſſio, aliter actus non valeat, debet ſtatutum intelligi, ſi petatur à parte.*

3 *Præſtatio fideiuſſoris requiſita à ſtatuto, non poteſt peti à parte, niſi vſque ad litem conteſtatam.*

4 *Statutum diſponens, quòd Poteſtas debeat compellere agnatos ad compromiſſum, intelligitur ſi petatur.*

6 *Verbum non valeant, prolatum à lege, vel ſtatuto, intelligitur cùm effectu, non autem ipſo iure.*

7 *Quando lex iubet aliquid fieri poſt actum iam perfectum, etiam ſi dicat, quòd aliter non valeat, tamen eius omiſſio non vitiat ipſo iure, & num. 8.*

8 *Omiſſio ſolennitatis, quæ debet interuenire à principio in actu, vitiat ipſo iure.*

9 *Vbicunque formę præfixio traditur à principio iuriſdictionis, eius omiſſio vitiat ipſo iure.*

10 *Qualitas, quæ poteſt interuenire poſt actum, non dicitur de ſubſtantia actus.*

11 *Illa dicuntur eſſe de ſubſtantia actus, quæ contemporaneè cum actu introducendo concurrere debent, non quæ poſt actum ordinatum requiruntur.*

12 *Stante ſtatuto, quòd in contractibus minorum, vel mulierũ interueniat conſenſus duorum propinquorum, talis debet interuenire à principio, aliàs actus eſſet ipſo iure nullus, nec ſufficeret, quòd poſtea adhibeatur talis conſenſus.*

13 *Dicuntur aliqua de forma actus, & aliqua præter formam, aliqua ante formam, & aliqua poſt formam.*

14 *Teſtamentum vſurarij factum non præſtita cautione, an reconualeſcat ſi poſtea præſtetur.*

15 *Fideiuſſio, quæ debet præſtari per debitorem, qui impetrauit dilationem à Principe, poteſt per ipſum Principem tolli.*

LEX IIII.

1 VNiuerſa. † Reſcriptũ ſolutionis dilatoriũ ita demum habet effectũ, ſi reus fideiuſſorem idoneum præſtet, ℣ aduenientę tempore ſatisfiet. h. d. vel ſic. Dilatio per reſcriptũ Principis conceſſa debitori, non proficiet ei, niſi ſuper ſolutione idoneè ſatisfecerit. h. d. & habes iſtum tex. in Decretis. 25. q. 2. in c. dicenti. §. vniuerſa. vbi etiam habes quaſi omnes leges huius tituli, & titulorum ſequentium. ¶ No. 1. ex hoc tex. ℣ dilatio ſolutionis conceſſa per Principem non habet effectum, niſi debitor fideiuſſorem idoneum præſtet, & ita limita. l. quoties. ſ. eo. ¶ Sed hic quæro, nunquid debeat præſtare talem fideiuſſorem etiam ſi non petatur à parte? iſte tex. innuit, ℣ ſic, dum dicit, ℣
a aliter non valeat, ſed gl. hic no. dicit, ſi aduerſarius poſtulat. [a] vn de ex iſto tex. iuncta gl. collige pulchram regulam, quam Pau.
2 de Caſt. hic dicit eſſe perpetuò tenendam menti. ¶ † Quod qñ lex, vel ſtatutum requirit, ℣ præſtet certa fideiuſſio, aliter actus non valeat, debet ſtatutum intelligi, ſi petatur à parte, vnde infert ad ſtatutum huius ciuitatis Patauinæ, quo cauetur, ℣ ſi forenſis conueniat ciuem, debeat præſtare fideiuſſorem idoneũ de ſoluendis expenſis, aliàs proceſſus factus non teneat, dicit Pau. de Caſt. ſe allegaſſe, & obtinuiſſe per hanc legem cum gl. ℣ tale ſtatutum debet intelligi, ſi talis fideiuſſio petatur à forẽſi, aliàs ſi nõ fuit petita, & proceſſum eſt in cã, valet proceſſus. Idem, ℣ in hac lege intelligitur, ſi fideiuſſio petatur, tenet Do. Alex. in conſ. 210. in 2. vol. quod inci. viſis his, quæ narrantur in themate. vbi conatur limitare, & ſubiilius. D. Franc. de Aret. in conſi. 167. ℣ inci. clariſſime domine Collateralis, ad dubia mota &c. vbi dicit, ℣ iſta eſt exceptio dilatoria, quæ ſi non fuit à principio oppoſita, non põt amplius opponi. No. multum ad
3 intellectum huius legis, ℣ † talis fideiuſſio non poteſt peti niſi vſque ad litem conteſt. pro dicta regula adde de iure ciui. bonos tex. in l. ſi quis filium. §. ſtipulatio. in verbo cùm interpellatus. ff. de col. bo. & bonum tex. in l. 2. §. ℣ ait prætor. ff. quor. leg. in verbo non ergo offerre debet ſatiſdationem, ſed petenti moram non facere. & tex. in l. 1. §. non exigit. in ver. quare ſi nõ fuerit qui interpellet. ff. vt in poſ. leg. cum alijs. ℣. allegandis: ſimiliter de iure cano. adde tex. in c. 1. ad fi. in verbo ſi fuerit requiſitus. de ſen. excom. in 6. & in c. 1. ad fi. in verbo ſi petantur. de ſepul. in 6. & tex. in c. cùm perſonæ. §. 1. in verbo à locorum ordinarijs requiſiti. in prin. de priuileg. in 6. & tex. in c. ab eo. de app. in 6. bonam glo. in c. cupientes. §. ſi verò. in verbo contempſerint. de elect. in 6. cum alijs. ℣. ſtatim allegandis. ¶ Secundò principaliter adde tex. no. in l. peto. §. fi. in verbo, ℣ ſi cautio non fuerit ab eo, qui primo loco admiſſus eſt, deſiderata. ff. de leg. 1. per quem tex. no. Pau. de Caſt. ibi ad fi. ad ſtatutum huius ciuitatis Patauinæ diſponens, ℣ qui appellat à ſententia, vel petijt reſtitutionem in integ. debet cauere cum fideiuſſore de reſtituẽdis expenſis, & aliter proceſſus factus non teneat neque valeat, certè ſi talis cautio non fuit petita per aduerſarium, & ſic nõ obla ta, valet proceſſus, quia tale ſtatutum debet intelligi, ſi cautio fuit petita, & non ꝑſtita, tunc bñ proceſſus eſſet nullus, vt dicit ſtatutum, & dicit Pau. de Caſt. ℣ eſt tenendũ menti, qa pluries vidit de facto. ſequit D. Alex. in cõſi. 96. in 4. vol. ℣ inci. viſis narb ratis in themate. ¶ Tertiò principaliter facit, [b] ℣ dr in l. Iulia. §.

offer-

ADDITIONES.

a ¶ Facit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Limitat ſing. Alex. in l. ſi finita. §. Iulia. col. 22. ff. de dam. infec. & duas limitationes tradit ipſe lib. 2. cõſ. 205. viſis his. col. 2. PVRPV.

b ¶ Principaliter facit. Adde Alex. & Iaſ. in l. filiæ licèt. in 1. not. infra de collatio. PVRPV.

Source : BIU Cujas

offerri.ff.de act.empt.tex.enim ibi dicit offerri debet pretiū ab emptore,intelligitur ſi petatur à parte,& ſic lex loquens p verbum præciſum,debet tamen intelligi ſi petatur,ſecundū Bald. in l.2.C.de his,quæ ſub mo.leg. & in l. 1. C. ne lic. in vna & ea. cauſa ter.prouo.& in l.ſi traditio.in 3.q.C.de act.emp. & in l.1. in vlt.col.C.de vſu.& fru.leg.¶†Quartò confirmo, quia ſi ſta-
4 a tutum diſponat, q Poteſtas a debeat compellere agnatos ad compromiſſum,intelligitur ſi petatur.ſm D.Ant. de But. in c. venerabilis.de iud.quem refert,& ſequitur D.Alex.in cōſ 82.q inci.in cauſa vertente inter Petrum & Io.in pe.col.in 1.vol. facit bene tex.in l.1.§.fi.in ver.ſi tempus ad deliberandum petet. ff.de iu.delib.¶ Quintò facit,q vult gl.no.in c.fi.in gl. fi.in prin. & ibi Cano.eam notant.de reſcr.q iudex tenetur condemnare partem victam in expenſis,eſt verum ſi ſint petitæ.& idem dicunt Bar.& Legiſtæ in l.properādum.§.ſinautem alteru tra.vbi latè D.Alex.C.de iudi.Bar.& Doc.in l.4 §. hoc autem iudiciū. ff.de dam.infe.& illam gl.no.ſequitur Pan.in c.ſignificauerunt. in 4.col.de excep.& in c.cùm ſit generale.in 2. col. de foro cōpe.& in c.auditis.in fi.de procu.& in c.licèt cauſam. in 6.col.de proba.& in c.finem litib.in antepe.col.& ibi D. Ant. de Butr.in 21.col.de dolo,& contu.Bal.in §.hæc autem oīa inſti. de pę.teme.litig.¶Sextò facit,quia ſtante ſtatuto,q Capitaneus teneaī
b ferre ſententiam ſm conſilium ſapientis,b & aliter lata non valeat,intelligitur ſi pars petierit conſilium,ſm D.Ant.in c.pe. de iud.per no.per gl.& in d.c.fi.de reſcri.quem refert,& ſequit. D. Alex.in conſ.122.in 2.vol.q incip. viſo proceſſu vtrinſque cauſæ.in vlt.col.¶ Septimò facit,quia ſtante ſtatuto,q iudex teneatur cās terminare intra certum tps ſub pęna,intelligitur ſi pars petierit,ſm D.Ant.de But.& Pan.in c.pe.in pe.col.de iud.Cal. in conſ.3.poſito ſub tit.de pęn.Pau.de Caſt.& D.Alex.in l properandum.in prin.C.de iud.Facit,q dicit Bald. in c.1.§.iudices. in 3.col.de pac.iur fir.in feu.q iudex negligens facit litem ſuā, ſed non dī negligere,ſi pars non petijt,allegat gl.in l. quicunq;. in ver.interrogatione.C.de fer.fug.¶Octauò facit,q ſi ſtatutū diſponat,quod priores ciuitatis teneantur cauſas appel. committere ſub certa pœna,tale ſtatutum intelligitur, ſi fuerit po-
c ſtulatum,c imò plus debet talis requiſitio fieri cum importunitate, ita notat Ang in conſ.140 q incip.quidam Matheus.ſequitur D.Alex.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.in 2.col.ff.de ope.no.nunc.& in conſ.119.in 1.vol.q inci.viſo proceſſu. in 4. col.¶Nono facit, nam dilatio quatuor menſium debet ſtatui condemnatis ad ſoluendum.l.fi.C.de excep.rei iudi.eſt verum ita demum ſi petatur ab ipſo condemnato.ita no.Ang. & Do. Alex.in l.debitorib.per illum tex.ff.de re iudi. ¶ Decimò facit, quia ſi quis promiſit præſentare aliquem iudici intra octo dies ſub pęna,intelligitur ſi fuerit requiſitus.ita egregiè Pau.de Caſ. in conſ.166.q incip.vī dictus Io.Pau. ¶ Vndecimò facit, quia obligatus ad defendendum aliquem, intelligitur ſi fuerit interpellatus,nec ſufficit,q ſciat,ſecundum Pau.in conſ.38.in 2.volum.quòd inci.in qōne quæ vertitur.in 2.col.¶Duodecimò facit,quod no.Io.And.in c.ego.N.de iureiu.per illum tex.in verſ. vocatus,quòd ſi Epiſcopus videret oēs cocpiſcopos ire ad ſynodum,ipſe tamen non tenetur ire,ſi non vocetur.¶ Tertiodecimò facit,quòd ſi teſtator in teſtō diſponit, q fratres ſtarēt in cōione,& lucra cōicarent ſub pęna priuationis hæreditatis, intelligitur,ſi fuerint interpellati,quod talia lucra cōicarent,vt eſt bona gl.in d.c cupientes.§.ſi verò.quam ad hoc no.Bald.in l.1.in 1.col.C.ne li.in vna & eadem cā tertiò prouo.& ita in ſpecie conſuluit.D.Alex.in conſ.102.in 3.vol.q incip.circa primū dubium,in quo quæritur,an magiſter Ang.in 2.col.¶Quartodecimò,& vlt.facit,quod vult Bar.in l.admonendi.in vlt.colu. ff.de iureiu.quòd ſi pars ſemiplenè probauit intentionem ſuā, iudex debet ſibi deferre iuramentum in ſupplementum probationis,eſt verum ſi ab eo petatur,aliàs ſecus, & ibi dixi referendo aliqua ex prædictis.¶Vltra ſupradicta adde etiam,quòd iſta exceptio ſatiſdationis non præſtitæ, eſt exceptio dilatoria, quæ ſi non fuit à principio petita,intelligitur tacitè remiſſa,ſecundum Franc.de Are.in cōſi.136.inci.clariſſime domine Col
5 lateralis ad dubia mota.¶†Secundò no. ex tex. quòd ille,cui à Principe conceditur dilatio ad ſoluendum,non pōt ea vti, niſi ſatiſdet cum fideiuſſoribus de ſoluendo adueniente termino, iō eſt,quia Princeps non vult ex ſuo priuilegio alicui damnū inferre,vt dixi in l.2.ſ.eod.Idem eſt,ſi dilatio conceditur à teſtatore,vt in legatis relictis in diem,vel ſub conditione, hæres tenetur ſatiſdare,quòd eueniente die, vel conditione ſatisfaciet legatis,toto tit.ff.& C.vt leg.no.caue.l.inter omnes. ff. qui ſatiſ. cog.idem in dilatione conceſſa a iudice. l. ſi debitori. in verbo competenti cautela.ff.de iudi.Idem ſi dilatio concedatur à lege.l ſi conſtante.§ quoties.ff.ſolu.matr. niſi remittatur propter difficultatem præſtationis.l.2.§.pe. de iudi. de quo vltimo dic vt per Cy.& latius Bal.hic.Bald.Imo.& Moder,in l.2.in prin. ff. ſolu.mat.vbi limitant multis modis:ſi autem dilatio ſit cōceſſa ex conuentione partium, & ſuperueniat noua cā ſuſpitionis,poteſt peti ſatiſdatio,aliàs ſecus.l.in omnib.ff.de iud.iuncta l.ſi creditores ff.de priuileg.cred.no.Bar.& Doc.in l.2.in princi. ff.ſolu.mat.& in l.ſi is à quo.§.fin.cum l.ſeq.vt in poſ.leg. ¶Ter tiò no.ex iſto tex.in ver.non valeant.iuncta gl.quę exponit,id-
6 eſt non ſortiantur effectum.ſecundum Bar.& Doc. †quòd verbum non valeant,prolatum à lege,vel à ſtatuto, intelligitur in effectu,non autem ipſo iure. Adde Io.And.in addi.Spe.in titu. de inſtru.edi.§.compendiosè.in ver.item vide,ſi eſt ibi clauſula.Pan.in c.nonnulli.§.ſunt & alij.per glo.ibi,de reſcrip. Bal. in c.cùm ordinem.in 8.col.eod.titu.& facit ratio, quia iſta verba non valeant,videntur reſpicere futurum tempus, ſed quando lex,vel ſtatutum vtitur verbo futuri temporis, non intelligitur ipſo iure.iuxta gl.in l.in criminali.C.de iuriſd.omn. iud. & in l. iubemus nulli.§.ſanè.el primo.vbi Bar. C.de ſacroſanc. Eccleſ. idem Bar.in l.Imperator.ff.de iur.fiſ.glo. in regula in pœnis. de reg.iur.in 6.in contrarium pondero tex.in cap.quia propter. in verbo,non valeant.de elec.& ibi Doc. concludunt, q electio aliter facta non valeat ipſo iure,propter illum tex.qui dicit nō valeant.Ex hoc no.ibi Pan.in 3.col.& ibidem Gemi. quòd iſta verba non valeant, inducunt nullitatem ipſo iure. facit quod vult gl.in c.diſpendia.in verb.proceſſus.de reſcrip.in 6.Pro concordia dic,q quando lex ſimpliciter dicit,non valeat,intelligitur regulariter ipſo iure,niſi lex dicat non valeat,propter aliq quod debeat fieri poſtea per partem poſt actum perfectū, tūc procedit iſta gl. & not.Bart.quòd non intelligitur ipſo iure, ſed in effectu,vt dicam in gl.ſeq.vbi rationem aſſignabo. ¶ Capio gl.in verbo non valeant,quæ exponit tex.i. non ſortiantur effectum,quare glo. ſic expoſuit,dic,quia tex.videbatur continere contrarietatem,primò dicit vniuerſa reſcripta non valeant, & poſtea ſubdit,niſi fideiuſſio præbeatur.certè illud,quò non valet à prin.non poteſt ex aliquo actu ſuperuenienti conualidari. l.quod ab initio.ff.de reg.iur.ſi ergo reſcriptum non valet,qūo poteſt poſtea conualidari per ſatiſd.præſtitam, quia quòd nullum eſt,ex actu ſubſequenti poſtea conualidari non pōt: ꝓpter iſtud ꝓrium. gl.exponit tex.non valeant. i. non ſortiantur effectum,& ſic fatetur ꝓrium, bene ergo valet reſcriptum impetratum eſſe virtualiter,ſed non quantum ad vtilitatem, & cōmodum impetrantis,niſi fideiuſſorem præſtet.iſtam gl. multū no.Bar.& Doc.hic,quòd verbum non valeant appoſitū in aliqua.l.vel ſtatuto,non intelligit ipſo iure,ſed in effectu. de quo dixi.ſ.in 3.no.¶Capio gl.in verbo præbeatur, quam diuido in duas partes.In prima qrit,an datio fideiuſſorum,de qua in tex. debeat fieri tpe,quo impetratur reſcriptum,an verò poſſit præſtari poſtea ex interuallo,& ponit duas opi.In ſecunda,quæ eſt
d ibi,ſed an hoc onus. gl.format aliam q. d Redeo ad primam, quare tene ſecundā opi.approbatam per Doc.vnde ex text. &
7 hac glo.no.q†qñ lex jubet aliquid fieri poſt actum iā perfectū, ēt ſi dicat,quòd aliter non valeat,tñ eius omiſſio non vitiat ipſo iure,ſed in effectu,ideo pōt illud qñcunque interponi, & ad hoc iſta gl.eſt multum ſolennis,& commendatur à Doc.in locis.ꝯallegandis.Bar.hic plenius tradit bonam doct.quā ſequuntur alij Doc.hic,adde Bar.in l.ſi ita quis promiſerit.§.ea lege.in 1.col.ff.de ver.obl.& in l.cùm lex.in 3.col.ff.de fideiuſſo.& in l. 1.in 3.col.vbi ēt Imo.ff.de teſt.& in l.2.C.de cano.frumen. vrbis Rom.lib.11.& in l.his ꝯnr.§.1.ff.fam.erci.ſequitur Bald.in l. non dubium.in pe.col.C.de legi.& in l.cū mulier.in 11. col. & ſeq.ff.ſol.ma.& in l.ſi tutor.ad fi.C.in qb.cau.in integ. reſti. non eſt neceſſaria,& in l.q crimen.in 7.q.C.qui accu. non poſ. & in c.qōni,in fi.de app.Pan.in c.2.in 3.col.de teſti.ſubtiliter Ang.in conſ.36.quod inci.pro deciſione quęſitorū.Pet.de Anch.in ꝯſ. 158.quod inci.ex narratis in facto.in vlt.col.Lud.Ro.in ꝯſ.233. quod inci.quo ad primum ꝯſultationis articulū.vbi qrit in ſecundo

ADDITIONES.

a ¶Quod Poteſtas. Adde l.4.in §.hoc autem iudicium. ff. de damno infect. & Docto.in cap,fin.de reſcrip.& talis petitio debet fieri, ſeu produci parte aduerſa præſente,vel citata.ſecundum Bal.in l.ſi ea.in fi.C.qui accuſ.non poſ.& Doc.in c.car.3.q.9.

b ¶Sapientis.Adde l.prætor.la ſeconda in §.hæc autem actio.in ver. docere.& ibi Doc.ff. vi bon.rap.Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.in 3.col.C.de epiſ.& cle.Io.And.in c.1.de hom.lib.6. in nouel.

c ¶Poſtulatum.Adde pro ornatu huius regulæ,q teſtamentum in quo filius eſt prætē.eſt nullum,ita demum ſi filius dicat.gl. in l.filio. ff. de iniuſt. rupt. cum alijs allega.per Alexan.in l.2.colum.5.infra de ſecun.tabu.& Felyn.in c.plerunque.col.3.de reſcr.Marſi.in l.vnius.§.cogniturum.ff.de quæſtionib.col.2. & ſeq. PVRPV.

d ¶Quando lex iubet aliquid fieri poſt actum ,an ſit ſolennitatis, adde Bartol. volentem poſſe præſtari vſque ad ſententiam conſilio 49. viſo ſtatuto. PVRPV.

Source : BIU Cujas

cundo dubio,& in d.l.cùm mulier.in vlt.char.Ang. de Are.inſtit.de excep.in princ.34.col.Flo.in l.1.§.interdum.vlti.col.ff.de
* vſufr.accre.¶Tu ex iſta doctr.Bar. & *communi* collige duas no-
8 tabiles concluſiones. Prima eſt, ꝙ † omiſſio ſolennitatis, quæ debet interuenire à principio in ipſo actu,vitiat ipſo iure.Secũda concluſio eſt,ꝙ quando lex, vel ſtatutum mandat aliquam ſolennitatem interuenire poſt actum iam celebratum, & perfectum,eius omiſſio non vitiat ipſo iure,ſed bene in effectu,vt hoc tex.cum glo.ratio diuerſitatis eſt, quia actus,quando eſt in fieri,facilius impeditur, quàm ſi quando iam eſt perfectus tollatur.l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iur.c.quemadmodum.de iureiur. ¶Pro confirmatione huius doctrinæ, quã totus mundus ſequitur,adde illud,ꝙ dicit Bald.hic, ſecundum Ariſt. & Auerroem, ꝙ forma ſubſtantialis aduenit rei exiſtenti in potentia, forma verò accidentalis aduenit rei exiſtenti iam in actu.alibi idem Bal.in rub.C.de reſcinden.ven.poſt medium dicit,ꝙ illa dicitur ſolennitas ſubſtantialis,quæ requiritur tempore contractus, vt conſenſus propinquorum ex forma ſtatuti, ſed ſi requireretur poſt contractum in eſſe fundatum, non dicitur ſubſtantialis, ideo contractus nõ eſt ipſo iure nullus per iſtam.l.cum gl.Alibi idem Bal.in c.cùm adeo.in pen.col.de reſcrip.dicit,ꝙ defectus conditionis ſiue expreſsæ ſiue tacitæ,impedit literas impetratas,ne producantur in eſſe,quando conditio ineſt ex parte ante, hoc eſt ante rem productam in eſſe, ſecus ſi ex parte poſt, ſcilicet, poſtquam origo præceſſerit, tunc opus eſt exceptione,per iſtam gl. Alibi idem Bald.in l. hi qui.in vlt.col.C.de app.dicit,ꝙ ſi lex dat formam actui iam facto,quę forma non dat eſſe rei, ſed habeat conſeruare in eſſe iam productum,tunc ſi lex vltra non procedat annullando, valet mero iure talis actus,etiam forma non ſeruata, & dicit, ꝙ iſta fuit doctrina Bonadei non recordatus tunc de glo.hic. ¶Secundò principaliter pro iſta doctrina Bar.& communi allego tres no. glo.Primò doctrinam glo.ſing.in cle.1.in verbo, inhibentes.de
9 iure patro.quæ dicit,ꝙ † vbicunque formæ [a] præfixio traditur
a à principio iuriſdictionis, eius omiſſio vitiat ipſo iure, ſed vbi traditur in exercitio, non vitiat ipſo iure, ſed in effectu,& credo,ꝙ nihil melius poſſet allegari,& illam gl. in varijs locis commendant Scribentes,pſertim Pet.de Ancha.in cle.1. de ſequeſt. poſ.& fruct.¶Secundò facit,ꝙ vult gl.in c.1.in ver. 3.75.diſt.ex
10 qua colligitur,ꝙ † qualitas,quę poteſt interuenire poſt actum, non dicitur de ſubſtantia actus.ſequitur Gem.in c.vt circa.§.1. in vlt.col.de elec.in 6.vbi idem probant verba Io.And.ex quib. infert ibi Gem.ꝙ illud, ꝙ poteſt ſequi actum,dicitur potius de ſolennitate,quàm de ſubſtantia actus.illam gl.etiam not.Gem. in c.cùm conſuetudinis.in vlt.col.de conſue.inferens, ꝙ vbi cõ ſenſus poteſt interuenire poſt actum, non intelligitur, ꝙ ſit de ſubſtantiali ſolennitate.ad idem allegat gl.hic,& gl.in clem.cauſam.in verbo deuoluta. de elec.vbi Io. de Imo.in vlt.char.not.
11 † ꝙ illa dicuntur eſſe de ſubſtantia,quæ contemporaneè cum actu introducendo concurrere debent, non quæ poſt actum ordinatum requiruntur,per gl.hic. ¶Contra iſtam communẽ doctr.ab omnib.approbatam,pondera facere gl.valde no. in c. vxoratus.in gl.1.quam Doctores ibi approbant.de conuerſ.coniuga.quæ vult,ꝙ licèt iura requirant,ꝙ ſi maritus vult profiteri religionem,debeat à principio vxor promittere continentiam, & ſic iſta ſolennitas requiritur à principio,& tamen vult illa gl. ꝙ ſi fiat profeſſio abſque iſta ſolennitate, ꝙ valeat, ex quo lex non dicit vltra,ꝙ ſit nulla,& pro illa glo.eſt tex.in c. ex parte.& ibi Pan.in 2.no.de conuerſio.coniuga.niſi diceres,ꝙ ibi text.requirens talem ſolennitatem,vltra procedit declarãdo,quid iuris ſit,ſi talis ſolennitas non interueniat,& hoc modo debeat limitari doctrin.Bar.& Docto.hic. ¶Examinata eſt iſta doctrina ſufficienter,vt puto,quantum ad theoricam,nunc reducamus eam ad practicam:ex iſta doctrina Barto.infert in practica duas
12 deciſ.quas vide per te. ¶Adde, ꝙ ex ea infertur, † ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ in contractib.minorum,vel mulierum interueniat conſenſus duorum propinquorum,certè ſi aliquis faceret contractum cum minore, vel muliere non ſeruata tali forma ſtatuti, contractus eſſet ipſo iure nullus, nec ſufficeret, ꝙ poſtea adhiberetur talis ſolennitas, & ita in terminis decidit Bald in l.1.in
b antep.col.per totam.C.qui admit. [b] vbi in effectu concludit,ꝙ ſtante prædicto ſtatuto,non ſufficeret, ꝙ poſtea conſanguinei ratificarent incontinenti,quia quæ incontinenti fiunt,videntur ineſſe.l.lecta.ver.dicebam.ff.ſi cert.pet. & ibi declarat Bal.quòd
13 † aliqua dicuntur de forma actus, aliqua præter formam,aliqua ante formam,& aliqua poſt formam, & illam doctr.Bald. ſequuntur Pau.de Caſt.& do.Alex. in l.ſi cùm dotem.§. eo autem tempore.ſolut.mat.& do.Alex.in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb.& d.Ant.de But.& Imo.in c.cùm conſuetudinis. de conſue.& Card.in c.fi.de maio.& obed.facit, ꝙ decidit Bart.in l.de vnoquoque.in fi.ff.de re iud.& Bar.in l.executorem. in 5.col.C. de execu.rei iudi.¶Item ex iſta doctri.ſequitur,ꝙ cùm in teſtamento, in quo filius exhæredatur,debeat inſeri cauſa legitima, quæ ſit de enumeratis in §.cauſas. in Auth. vt cum de app.cog. & debeat probari per hæredẽ,certè omiſſio cauſæ vitiaret ipſo iure teſtamentum. Secunda autem poſſet quandocunque interuenire,prout etiam dicit Sal.hic.¶Caue tamen dum Barto. vult,ꝙ ſi numerus ſeptem teſtiũ requiſitus à prin.in teſtamento,non interueniat,ꝙ teſtamentum ſit ipſo iure nullum. Contrarium vult in l.cùm quis.s.titu.1.dum tenet, ꝙ ex teſtamento
14 non ſolenni oriatur naturalis obligatio,ibi dixi, † & vide, quæ dixi in l.ſi poſt diuiſionem.s.titu.1. ¶Item facit iſta doctr. ad q. de teſtamento condito per vſurarium manifeſtum non præſtita cautione.iuxta.c.quamquam.de vſu.in 6.an ſi poſtea prẽſtetur,teſtamentum reconualeſcat? de qua qõne dic vt per Bal.& Pau.de Caſt.hic,& Bar.in l.filio prẽterito. in vlti.col. ff.de iniuſt. rup.& per Bald.in l.poſthumo.in vlt.col.C.de bon.poſ.contra-tab.cum concor.ibi traditis per d.Alex. ¶Item per iſtam theoricam decidit pulchrè d.Card.in c.ſignificauerunt. in vlt.col.de teſta.quod ſtante ſtatuto, ꝙ maritus non poſſit conſtituere dotem vxori,niſi de his,quæ euidenter recipit, ꝙ ſi maritus prius conſtituit dotem,& poſtea recipit ex interuallo,ꝙ tamen valet inſtrumentum propter verbum recipit, ꝙ eſt futurum ſubiunctiui,& ſic poteſt verificari ex poſt facto, vt patet ex doctr.huius gloſſ. ¶Item refert fuiſſe publicè determinatum in ciuitate
c Ferrariæ,ꝙ valeat teſtamentum [c] vſurarij manifeſti, qui deceſſit non præſtita cautione.iuxta.d.c. quamquam. de vſu.in 6.ſed dimiſit procuratorem ad præſtandum talem cautionem poſt eius mortem,qui procurator ſi poſtea prẽſtabit, iuſtificabit tale teſtamentum,& reputat nouum dictum,quod repetit,& latius idem Card. in cle.1.in 23.q. de ſepul.

Addi. Item circa iſtam doctrinã,in qua vidiſtis, quando lex dicit non valeat, an intelligatur ipſo iure, vel in effectu, quid ſi lex, vel ſtatutum diceret, ꝙ actus ſit, vel fiat ipſo iure irritus, vel ꝙ actus ſit inutilis, an intelligatur ipſo iure,vel in effectu? ex gl.alibi colligitur differentia, quia ſi vtatur verbo irritum,intelligitur ipſo iure, ſi termino inutili,intelligitur in effectu.glo.eſt in l.verbis.ff.ad leg.Fal.Cogita etiam ad prædicta, quia habemus regulam, ꝙ ſi lex vtitur verbo futuri temporis,non intelligitur ipſo iure, ſecus ſi verbo præſentis tẽporis,gl.in l.in criminali.j.de iuriſd.om.iud.gl. Bar.& Doct.in l. iubemus nulli.§.ſanè ſi hæc.de ſacroſ. Eccle. quare ergo in propoſito non diſtinguimus,an lex vtatur verbo futuri temporis, & non valeat,an prẽſentis temporis,& non valeat ipſo iure.Iaſ.
15 Papiæ. ¶In ſecunda parte gl.no.ꝙ † fideiuſſio, quæ debet præſtari per debitorem,qui impetrauit dilationem à principe,non poteſt per ipſum principem tolli,quia eſt grauis præiudicij,ſed glo.malè dicit,quia cùm iſta ſolennitas ſit inuenta à iure ciuili, poteſt tolli per reſcriptum principis, ſecundum doctrinam gl. & Docto.in l.fi.vbi dicetur.j. ſi contra ius,vel vtili.pub. Dicunt tamen Cyn.Bald.Sal. & Fulg.hic, ꝙ in tali reſcripto requiritur clauſula non obſtante. Tu pondera, ꝙ Bar.in 1.not.vult contrarium in reformatione conceſſa mercatoribus, ꝙ poſſint ſtatuentes remittere onus ſatiſdationis, & tamen ibi non requiritur clauſula non obſtante. Iaſ. Paduæ.

ADDITIONES.

a Formæ.Adde Abb.in diſputa.incip. Augerio.col.13.ver.2. proba.
b Vide,quæ dixi in l.petens. C. de pac.in nouo intellectu.
c Teſtamentum.Adde Pau.de Eleaz.in clem.vnic.de vſu. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter à ſententia cuiuſcunque poteſt appellari,niſi ſit perſona poſita in dignitate, & nu.3.*
2 *Quinque ſunt differentiæ inter appellationem,& ſupplicationem.*
4 *Licèt à ſententia præfecti prętorio non liceat appellare, tamen licitum eſt ſupplicare.*

LEX V.

Si quis aduerſus. A ſententia præfecti prętorio po
1 teſt ſemel tantum ſupplicari.h.d. ¶Et ad euidentiã præmitte, ꝙ † regulariter à ſententia cuiuſcunque
a poteſt appellari, [a] & appellatio eſt remedium ordinarium; tamen

ADDITIO.

a Appellari.Vide Guid.Papę conſi.1. & Imo.conſil.145. viſis ac diligenter. & duobus conſi.ſeq. PVRPV.

Source : BIU Cujas

tamen ſi ſententia feratur à perſonis exiſtentibus in excelſa dignitate, puta à principe à Senatu à præfectis prætorio propter eorum dignitatem, non eſt licitum appellare. l. 1. in princip. ff. à quib. appel. non licet, iuncta l. præfecti. ff. de mino. & l. 1. in prin. ff. de offi. præfe. præto. & l. 1. C. de ſen. præfe. prætorio. tamen licitum eſt ſupplicare aduerſus talem ſententiam, vt hic, & iurib. præalleg. ¶ Et inter appellationem, & ſuppli. ſunt quinque differentiæ. † Nam appellatio facit ſententiam iniquam, vel iniuſtam, ſupplicatio autem conceditur ex gratia, & eſt ſpecies reſtitutionis in integr. & præſupponit ſententiam, ſed ſe debere denuo admitti, ideo prima non permittitur contra ſententias illuſtrium perſonarum, ſecunda ſic. d. l. præfecti. ¶ Et ex hoc ſequitur ſecunda differentia, quia appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorem, ſupplicatio ad eundem, ratio diuerſitatis, quia cū per ipſam app. ſententia dicatur iniuſta vel iniqua, ſi iudex; qui eam tulit, cognoſceret de appellatione, eſſet ſuſpectus, qa vellet defendere ſuam ſententiā ab iniquitate, ſed ſupplicario præſupponit ſententiam valere, ideo proceditur coram eo, vt in Auth. ſeq. & in iuribus præalleg. Tertia differentia eſt, quia appellatio debet interponi intra decem dies. [a] Auth. hodie. C. de appel. ſupplicatio autem poteſt interponi intra decem dies, & tunc habet effectum Authen. ſeq. poteſt etiam interponi intra duos ann. d. l. 1. C. de ſent. præfe. præto. ¶ Quarta differentia, quia licitum eſt ſaltem bis appellare, [b] aliquando ter, vt in tit. ne lice. in vna ea. cau. tertio prou. ſed non eſt licitum ſupplicare niſi ſemel, vt hoc tex. ¶ Quinta no. differentia eſt, quia appellatio ſuſpendit executionem ſententiæ, quia pendente appellatione nihil debet innouari, toto. tit. ff. nil noua. appel. pendente, & ratio eſt, quia appellatio reſcindit pronunciatum. l. 1. §. fi. ff. ad Turpi. ſed ſupplicatio, quia non tangit, nec reſcindit ſententiam, non impedit eius executionem, ſed interpoſita intra decem dies, facit, ꝙ victor debet præſtare fideiuſſionem, & poſtea ſententia mandatur executioni, vt in Auth. ſ. proximè ſeq. vbi dicetur. ¶ Et not. diligenter, † ꝙ quando propter dignitatem perſonæ nō poteſt ab eius ſententia appellari, iſtud procedit etiam ſi ex commiſſione partium ferret ſententiam, vel ex prorogatione, text. eſt in l. epiſcopale. & ibi Bar. multum not. C. de epiſc. audi. not. Ang. in l. 1. in 2. col. ff. de iudi.

Addi. Et ita aliàs in contingentia facti conſului, & obtinui in Decreto Mediolani diſponente, ꝙ à ſententijs latis per conſilium, vel aliquem de conſilio non poſſit appellari, & fuerat commiſſa vni conſiliario per partes tanquā amico, ꝙ ab eius ſententia non potuerit appellari. Iaſ. Papiæ. ¶ †Not. etiam ex hoc text. ꝙ licèt à ſententia præfecti prætorio non liceat appel. tamen licitum eſt ſupplicare, vt hic, & iuribus præalleg. an iſtud regulariter ſit verum, dicam in Auth. ſeq.

ADDITIONES.

a Intra decem dies. Adde, an poſt decem dies poſſit aliquo modo app. vide Docto. in c. ad reprimendam. de offi. ordi. Paul. de Leaz. in clem. quamuis. de foro compe. do. de Rot. deciſ. 58. in antiq.

b Appellare. Adde gl. in ver. fuerint. in cle. 1. de re iud. Spec. de app. in §. quoties. in prin. Doct. in c. ſua nobis. de appell. item not. caſus in quib. non licet appel. vide in glo. ſummæ. 2. q. 6. gl. in c. non ſolùm. de appel. lib. 6. Spec. eod. tit. in §. in quibus. Docto. in cap. qua fronte. eodem titul. Docto. in cap. paſtor. §. præterea. de offic. delega.

SVMMARIVM.

1 *Supplicacio, quæ porrigitur contra ſententiam prefecti pretorio debet ipſimet prefecto offerri, & nu. 2.*
3 *Supplicatio poteſt non ſolùm prefecto pretorio, ſed etiam eius officialibus porrigi.*
4 *Supplicatio porrecta aduerſus ſententiam non impedit eius executionē.*
5 *Tempus dicitur de forma actus.*
6 *In caſibus in quibus non eſt licitum appellare, non eſt licitum ſupplicare.*
7 *Sicut appellatio debet fieri in ſcriptis, ita etiam & ſupplicatio.*
8 *Aduerſus ſententiam debet quis ſupplicare intra decem dies.*

AVTHENTICA.

1 a **Quæ ſupplicatio.** [a] † Iſta Auth. ſecūdum Odof. & Cy. non ſe habet ad l. C. corrigendo, ſed declarando. nam cùm in l. C. eſſet dictum, ꝙ aduerſus ſententiā præfecti prætorio eſt licitum ſupplicare, hic declarat corā quo debeat porrigi iſta ſupplicatio, & intra quæ tempora, & quis ſit eius effect. Supplicatio porrecta coram præfectis prætorio, vel eius officialib. intra decem dies impedit executionem ſententiæ, niſi victor præſtet idoneam fideiuſſionem, ſed vltra tempus decem dierum porrecta ſupplicatio, executionem nō impedit. h. d. ¶ Et diuiditur in tres partes, vt hic per Bart. ¶ No. 1. ex
2 hoc tex. ibi, gloriofiſſimis præfectis. ꝙ † ſupplicatio, quæ porrigitur contra ſententiam præfecti prætorio, debet ipſimet præfecto offerri, & in hoc differt ab appellatione. l. eos qui. in prin. C. de app. alleg. in glo. 1. & ratio differentiæ eſt, quia app. detegit iniquitatem ſententiæ, ideo abſurdum eſt, ꝙ ille, qui tulit ſententiam, cognoſcat de iniquitate ſententiæ ſuæ; ſed ſupplicatio eſt quædam venia, quæ miſericorditer imploratur. l. prefecti. ff. de mino. ¶ Secundò no. ex text. ibi, vel eorum conſiliarijs.
3 † ꝙ ſupplicatio poteſt porrigi nō ſolùm prefecto prætorio, ſed etiam officialib. ſuis, intellige tamen vt dicit gl. 1. non vt ipſi cognoſcant, ſed vt referant, quia inferior non poteſt ſe impedire de facto ſuperioris. l. præfecti. & l. minor autem magiſtratus. ff. de mino. c. cùm inferior. de maior. & obe. Ex iſto tex. iuncta gl. pdicta not. Bar. hic, ꝙ libellus, acta, & exceptiones poſſunt produci notario, ſicut iudici. adde text. gl. Bar. & Doct. in l. eos qui. §. ſuper his. C. de appel. Bar. in l. ſi finita. §. Iul. in 6. col. ff. de dam. infect. facit, ꝙ vult gl. in l. iuſiurandum, ꝙ ex conuentione. §. pupil in gl. mag. in ver. debet. circa fin. ff. de iureiur. ex qua not. ibi Pau. de Caſtr. ꝙ actus poteſt dici iudicialis, licèt non ſit factus in præſentia iudicis. Et Bal. in l. pen. ff. de fideiuſſno. ex illo text. ꝙ ceſſio facta coram notario actorum dicitur facta in iudicio; per iſta inferunt Guid. de Suza. Bal. & Mod. hic, ꝙ appellatio in ſcriptis, quæ debet fieri intra decem dies. Auth. hodie. C. de app. poteſt fieri coram notario illius iudicis, qui tulit ſententiā, præcipuè, quando non poteſt haberi copia illius iudicis, ꝙ no. quia quotidianum. Per iſta refert Raph. Ful. ſe conſuluiſſe in ciuitate Vicentiæ, vbi ſtatutū diſponit, ꝙ ſnīa mittatur executioni niſi appellatio interponatur intra decem dies, & libellus porrigatur intra viginti, & præſtetur cautio de ſoluendis expenſis, ꝙ la-
b tis fuit talem cautionem fuiſſe præſtitam ipſi notario. [b] ¶ Limita prædicta non habere locum, quo ad probationes, vel inſtrumenta probatoria, quæ non debent fieri notario, ſed ipſi iudici, vel de commiſſione iudicis. l. quinquaginta. ff. de proba. gl. in l. iubemus. C. de lib. cauſa. gl. in l. hac conſultiſſima. in fi. vbi dixi. C. de teſta. facit. l. inſtar. C. de iur. fiſc. lib. 10. Cano. in c. quoniā contra falſam. de proba. Bal. & Mod. hic, Bald. in l. 2. C. de eden.
4 Ange. & Imo. in d. §. Iul. l. ſi finita. ¶ † Tertiò not. ꝙ ſupplicatio porrecta aduerſus ſententiā, non impedit executionem ipſius ſententiæ. eo. modo nec reſtitutio in integrum. c. ſuſcitata. de in integ. reſtitu. & rationem diuerſitatis dixi in l. præcedenti. Quid autem ſit in nullitate ſententiæ, an impediat executionem, licèt Bal. & Pau. de Caſt. hic ponant, tamen quia ordinariè traditur per Bar. & Mod. in l. 4. §. cōdemnatum. ff. de re iudi. remitto me
c ad ibi dicta. [c] ¶ Quarto diligenter nō ex tex. ibi, niſi ſub hac for-
5 ma. iunctis præcedētib. ſecundum Bal. & Sal. hic, ꝙ † tempus
d dicitur de forma actus, vnde infert Bal. ꝙ ille, qui non obſeruat tempora conſtitutionis, non dicitur ſeruare formam, ꝙ dicit eſſe notandum propter cōſtitutiones Eccleſiarum, quæ imponunt metas temporis. ad idem alleg. tex. in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tut. ſequitur Pau. de Caſt. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ad fi. ff. de ver. obl. & in l. ſi in lege. in prin. ff. loca. inferēs ad ſtatutum, vt ibi per eum. ¶ Contrarium tenet Pau. de Caſtr. hic, quia propriè loquendo tempus non concernit formam, licèt largo modo dicatur de forma. Tu pro Bald. adde, ꝙ dicit idem Bal. in l. omnes populi. in pen. col. fi. de iuſti. & iur. quòd à forma ſtatuti, non eſt recedendum. l. conſtitutionib. ff. ad municip. vnde ſi ſtatutum requirit tempus, & tu require tempus. l. Titius. ff. de teſtam. mili. ¶ Limita ſecundum Pan. in conſi. 94. incip. ſtatuto ciuitatis Groſſetanæ. in vlti. col. in 1. vol. quamuis de Bal. hic non faciat mentionem, quando tempus eſſet appoſitum, vt eſſet de ſubſtantia, ita ꝙ eo remoto remouereī actus, iuxta glo. in c. 3. de conſti. in 6. ſecus ſi tempus apponeretur ad bene eſſe, vt in caſu ſibi occurrenti, quando ſtatutum diſponit, ꝙ de menſe Ianuarij priores teneantur eligere medicū ſub pœna. Nā ſi illi negligentes ſunt, alij ſequentes de menſe Maij poterunt eligere, quia tps ibi non eſt de ſubſtantia, tñ contra iſtam limitationē allego, ꝙ vult Bal. in c. licèt. in 1. col. de ſup. neg. pla. ꝙ vbi in ſtatuto ſunt aſſignati menſes non in genere, ſed determinatè, puta talib. Kal. tale tempus certo modo determinatū alterius temporis functionem non recipit. l. ſi vſusfruc. mihi in biennium.

ADDITIONES.

a Quæ ſupplicatio. Amplia iſtam Auth. habere locum in ſtatuto diſponente ſuper remiſſione alicuius actus, quia non impedit executionem præſtita cautione ad formam huius Auth. Bar. in l. Iul. in fi. ff. de dam. infec. & ad materiam huius Auth. vide Præpoſi. in c. ex ratione. col. pen. de app.

b Adde Alex. contra in l. ſi finita. §. Iul. 12. col. ff. de dam. infec. PVRPV.

c Adde Fel. in Rubr. de proba. ad fi. Pan. in c. 3. in 7. not. eo. tit. PVRPV.

d Quādo tempus ſit de forma. Fel. in c. cùm dilectus. de reg. limitat Iaſ. in Rub. C. qui admi. 2. col. PVRPV.

Source : BIU Cujas

biennium.ff.de vſu,& vſufr.leg.¶Prædictis adde,ℭ qui recedit à tempore,recedit à forma ſecundum Bal.in l.obſeruare.§.fi.in 3.q.ff.de offi.procon.& in l.liberti libertæque.in 5.col.C.de ope. liber.¶Item adde,ℭ ſi ſtatuta aliquid diſponunt tam in tempore,quàm in forma,ℭ ſunt ſeruanda ad vnguem,& ſi contra fieret,eſſet irritum ipſo iure,ſecundum Bald. in l.ordo.circa med. C.de execu.rei iud.item dicit Bald.in Auth.qui ſemel. in 4.col. in fi.C.quomodo & quando iud.ℭ quando ſtatuta volunt certa tempora ſtatui, alioquin ponatur reus in banno, ita ſunt præcisè ſeruanda,ℭ nihil addi, vel minui poteſt, quia eſt data forma iudici,ita ibi dicit Bal.¶Quintò no.ex iſta Auth.& l.prę
a cedenti regulam, [a] ℭ † in caſibus in quibus non eſt licitum ap-
6 pellare à ſententia,tamen eſt licitum ſupplicare, & ita iſtam regulam tradit gl.in c.ex literis.in ver. ſupplicauit.de in integ.reſt. Iſtam regulam intellige eſſe veram,quando à ſententia nō poteſt appellari propter excellentiam eius, qui ſententiam tulit, tunc bene poteſt ſupplicari, ita loquuntur iſta iura: ſed quando de iure communi non poteſt appellari, non poteſt etiam ſupplicari,niſi beneficio ætatis, aut fauore matrimonij, ſecundum Inno.& Cano.in d.c.ex literis.Cyn.in l.fin.vbi glo.C.vt lit. penden.Bald.in l.vnica.C.ne lic.in vna ead. cauſa tertio prouo. Bal.in l.fin.§.illud.& notabilius in §.fi.ad fin.C.de tempo.appel. & in l.nemo.C.de iuriſd.omn.iud. dom.Ant.de But.in c.paſtoralis.in 3.nota.de appel.Imol.in l.1.§.fin.in 20.colum.ff. à quib. appel.non licet. Pau.de Caſt.in l.præcedenti. & in l.fi.C.de edi. dim.Adri.tol.& notabiliter Imo.in l.ex conſenſu.§.fi.in pen. & vlt.colum.ff.de appel.vbi tangit illam notabilem quæſtionem, quam dicit longo tempore fuiſſe agitatam in curia Regis Aragonum,an verus contumax,qui non poteſt appellare,vt ibi,an
7 poſſit ſupplicare. ¶Glo.in verbo offerenda. dicit, † ℭ ſicut ap-
b pellatio debet fieri in ſcriptis, [b] ita ſupplicatio. limita ergo verum, niſi ſupplicatio interponeretur eadem die, qua lata eſt ſententia,ſicut in appel.quando interponitur illa die, qua fertur ſententia,poteſt fieri viua voce.l.1.in fi. & l.ſeq. ff. de appel. ſecundum Cyn.hic in 1.q.& Sal.¶Glo.in verbo retractationis, diuiditur in tres.In prima remouet vnum contrarium,dupliciter reſpondendo.In ſecunda ponit vnum dictum. In tertia per viam not.remouet aliud contrarium.Secunda ibi, item fit hæc retractatio. Tertia,& vltima ibi,item no. hic pendente ſupplicatione.¶In prima ergo parte,quia tex.videtur ſibi contrarius, nam dicit in prin. ℭ ſententia per ſupplicationem retractanda ſit intra decem dies:in fi.vult,ℭ poſſit quandocunque retractari.Glo.concordando reſpondet, ℭ ſi ſententia ſit lata cōtra ius ſcriptum,poſſit quandocunque retractari, ita loquitur finis, ſi autem ſit lata cōtra ius litigatoris,,tunc debet intra decem dies retractari,ita loquitur principium. ¶Licèt Bart.ſimpliciter videatur tranſire cum hac ſolutione,tamen eam reprobant Cyn. & Sal.hic, quia ſi ſententia eſſet lata contra ius ſcriptum, non cōueniret verbum retractationis,in tex.poſitum: præterea tex. iſte à principio vſque ad fi.ſemper loquitur eo. caſu, & tamen
8 ſecundum hanc ſolutionem multum diuerſificaretur.¶ † Aliā ſolutionem tenuit gl.& iſta eſt vera,& hanc teneo, ℭ aduerſus ſententiam debet quis ſupplicare intra decem dies, ſi vult habere commodum fideiuſſionis præſtandæ, ita loquitur principium tex.aliàs poteſt quandocunque ſupplicare, ſed non impediet executionem, & non habebit commodum fideiuſſionis,& ita loquitur finis text. & iſte eſt verus intellectus ad hunc tex.¶Alium intellectum tenet Bar.qui fuit glo.in l.1. C.de ſen. præf.prẹto.quòd intra decem dies poteſt aduerſus ſententiam ſupplicari porrigendo ſupplicationem ipſi præfecto prætorio. ita loquitur principium tex.ſed poſt decem dies vſq; ad duos annos licitum eſt ſupplicare, porrigendo ſupplicationem principi,non præfecto prẹtorio,ita loquitur finis.Iſtam ſolutionem etiam tenet gl.in c.ex literis. ſuper verbo ſupplicauit.de in integrum reſtit.tenent Odof.& Io. Fab.ſed quia diuinat,& diuerſificat text.tene præcedentem,quæ vera,& clara eſt. In alijs partibus glo. bene dicit.

ADDITIONES.

a Regulam. Adde Scar.in l.omnes populi.in 4.q.3.q.prin. Bar.ff.de iuſti.& iur. & in l.1.in 1.char.in prin. ff. de offi.eius. PVRPV.

b In ſcriptis. Adde l.3.ff.de app.& ibi Doct.Bar.Bal.Ang. & Doct. in l.litigatoribus.C.de appel.Bar.in l.eos.in §.ſi autem.C.eod. tit. Spec.tit.de appel.§.6. ver.item cautus.Doct.in c.cordi.de appel.lib.6. Dom. de Rot.deciſ.413.inci. fuit dubitatum.in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Non refert, à quo reſcriptum impetretur, etiam ſi ſit ſeruus.*
2 *Quando reformatio fit in conſilio, non refert, an ille qui fecit propòſitā eſſet infamis, vel ne, poſtquam apparet de conſenſu populi.*
3 *Forma non ſeruata actus nihil valet.*

LEX VI.

1 VNiuerſis. † Nō refert à quo reſcriptum impetretur, ēt ſi ſit ſeruus.h.d. ¶Limita niſi ſibi eſſet oppoſitum tpe porrectæ ſupplicationis.l.1.arguendo à ſpeciali, & ibi Bald.s̄.eo. Et ex hoc no.ſubtiliter Bal.hic poſt Iaco. But.ℭ dilatoria exceptio,qualis eſt iſta, quæ opponuntur contra impetrātem, ſicut aliàs tollitur per lit.conteſt.l.ita demum.C.de procu.l. Pomponius.§.ratihabitionis.ff.eod. ita hic tollitur per impetrationem reſcripti.¶Secundò limita, quando reſcriptum eſſet impetratum ab excommunicato.c.2. de reſcript.in 6.ad hoc, vt citius redeat ad gremium Eccleſiæ, & hoc, quando impetrauit pro ſe: ſi autem nomine alterius,habes gl.not.in c.fi. in glo.1.& ibi Docto.de procu.¶Tertiò limita, niſi mendacium ſupplicantis obſtet.c.ex parte decani. & c.nonnulli.§. ſunt & alij de reſcrip. ſecundum Bar.hic.¶Secundò per iſtam.l.decidit Bar.hic in fin.
2 † ℭ quando reformatio fit in conſilio,non refert,an ille,qui fecit propoſitam,eſſet infamis,vel ne, poſtquam apparet de conſenſu populi.referunt,& ſequuntur Pau.de Caſt.& d.Alex.in l. 1.in prin.ff.ad l.Falc.¶Adde,ℭ vult Bar.in l.obſeruare.circa medium.C.de decur.lib.10. ℭ licèt in conſilio generali populi debeat fieri propoſita per vnum de populo,tamen ſi de ea nō apparet,& conſtet de voluntate populi,valet ordinamentum,ſequitur Pau.de Caſt.in l.1.in prin.ff.de conſti.princi. & in d.l.1.in prin.ff.ad leg.Falc. ¶Sed aduerte,ℭ Bart.hic non aperit,quid ſi ſtatutum requireret pro ſolennitate,ſed Pau.de Caſt.hic tenet, ℭ idem eſſet; vnde ſi ſtatutum diſponat, ℭ conſilium generale populi debeat congregari ad ſonum campanæ,& vocē prẹconis,& propoſitio debeat fieri per ptiorem Antianorum,certè ſi reperiatur conſilium fuiſſe congregatum, item appareat de voluntate populi,quamuis non appareat,ℭ in congregatione fuerit ſeruata forma ſtatuti, tamen valebit ordinatio, poſtquam apparet de conſenſu populi. Et iſtud dicitur eſſe notandum pro congregationib. ſcholarium, quæ fuerunt factæ illo anno ſuper facto Rectoris. Nam licèt ſtatutū vniuerſitatis Paduæ diſponat, ℭ vniuerſitas in electione noui Rectoris debeat congregari de iuſſu Rectoris,tamē valuerunt geſta per vniuerſitatem in electione noui Rectoris,quāuis aliter nō fuerit congregata iuſſu veteris Rectoris,poſtquam vniuerſitas fuit cōgregata,& apparet de electione ſcholarium, per not.per Bart.hic, & in d.l.obſeruare. ¶Ex iſta deciſione no.pulchram limitatio-
3 nem ad regulam,quæ habet,ℭ † forma non ſeruata actus nihil valet.l.cùm hi.§.ſi prætor.ff.de tranſa.c. cum dilecta. de reſcrip. Limitatur,quando talis ſolennitas,vel forma non eſſet magnæ importantiæ conſiderato effectu. Adde bene facere illud,quòd vult Cald.in conſi.11. poſito in tit. de iure patro.& nihil melius in mundo poſſet alleg.vbi tenet, quòd dato, quòd vniuerſitas fuerit ineptè congregata, tamen valet præſentatio facta per maiorem partem omnibus præſentibus, ſed in contrarium facit, quod vult Bald.in l.1.in 2.col. ff.de legi. vbi quærit,ſtatuto ciuitatis Peruſij cauetur, ℭ omnes propoſitæ fiant per priorē, & aliter non valeant,pone facta congregatione generali populi prior nō vult facere propoſitam, fortè quia iurauit, vel quia eſſet ſibi pœnale,alius fecit propoſitam, & populus concorditer ordinauit, an valeat, dicit videri, quòd ſic, quia poſtquam populus conſenſit, non eſt curandum,à quo ſit facta propoſita,vt per Bar.in d.l.obſeruare.determinat Bal.quòd ſi ſtatutum requirit pro forma,ℭ actus non valeat, ſaluo niſi populus habuiſſet poteſtatem derogādi illi ſtatuto, quia intelligitur ei derogaſſe,argum.l.fi.in princip.ff.de lega.2.& l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3.Facit, quod vult idem Bal.in l. Barbarius. in 5.colum.ad fin.ff.de offic.præto.imò dominus Alexan.in l.1. in princip.in 2.colum.ff.ad leg. Falcid.tenet contra Bald.in hoc vltimo, quòd etiam ſi populus habuit poteſtatem derogandi tali ſtatuto, non per hoc intelligitur illi derogaſſe,motus per aliqua,de quibus ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta contra ius impetrata non debent per iudices obſeruari.*
2 *Quæ ſint ſoli principi reſeruata.*
3 *Inferior à ſupremo principe,etiam ſi ſit legatus de latere,non poteſt reſcribere,quòd procedatur ſummariè, ſimpliciter,& de plano.*
4 *Quæ ſint ſoli Papæ reſeruata.*
5 *Quod nemini nocet,& mihi prodeſt,de facili concedendum eſt.*
6 *Si aqua exit de molendino vnius, & alter vult eam capere, & ducere ad ſuum molendinum,ita quòd primum molendinum non impediatur, non poteſt duci inuito domino.*
7 *Quando nulli principaliter prẹiudicium infertur,& eſt commodum alicuius,tunc dictum vnius teſtis tantum facit plenam probationem.*

Source : BIU Cujas

8 *Princeps poteſt remittere pœnam delicti.*
9 *Reſcriptum contra ius valet, ſi neminem lædat.*
10 *Reſcrip. per quòd princeps concedit pupillo facultatem teſtandi, non valet.*
11 *Pupillus etiam doli capax, & cum auctoritate tutoris, non poteſt facere aliquem actum vltimæ voluntatis, etiam pro anima, vel ad pias cauſas.*
12 *Contra defectum naturalem non poteſt princeps diſpenſare.*

LEX VII.

REſcripta. Iſta lex ponit regulam, & duas fal. Secunda ibi, niſi fortè. & eſt
1 in Decre. canonizata. 25.q.2. in cap. reſcripta. ¶†No. primò regulam, ꝙ reſcripta contra ius impetrata non debent per iudices obſeruari, & gl. inuehit contra miſeros prælatos, qui non audent obſeruare hanc. l. vel ſimilem, in l. puniri. vbi dicam. ĵ. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam. Sed nun quid iſta regula procedat ex defectu poteſtatis principis, quia non poſſit, vel ex defectu voluntatis, Bal. hic in 2. col. & Pau. de Caſt. dicunt, ꝙ ex defectu voluntatis, quia nō præſumitur principem aliquid velle, ꝙ ſit contra ius, & ſi aliquid conceſſit, præſumitur per importunitatem conceſſiſſe, & ideo ſi princeps vellet, poſſet reſcribere contra ius adiecta clauſula non obſtante, de qua dicitur in l. fin. ĵ. ſi contra ius vel vtilita. publ. ponunt
2 Old. Cy. & Bald. hic. ¶†Hinc ſumpta occaſione tractat Bal. hic de poteſtate principis, & quæ ſint ſoli ſupremo principi reſeruata. adde Bal. in l. 1. in prin. C. de iu. aur. annul. & in c. 1. quæ ſint reg. in vſib. feud. & in l. imperium. in 3. col. & ibi plenius Ludo. Rom. ff. de iuriſd. omn. iud. & Bald. in proœ. feud. in 12. col. vbi inter cætera dicit, ꝙ quādo princeps aliquid vult ex certa ſcien
a tia, nemo poteſt ei dicere, cur ita facis [a], & eſt dictum, quo aduocati ſæpius in palatijs vtuntur, & fuit ante Bald. dictum Spe. in titu. de leg. §. nunc oſtendendum. verſi. 89. per tex. in c. quamuis. de pœnit. diſtinctio. 3. ibi, quis tamen audeat dicere Deo, quare huic, &c. & gloſſ. ibi in verbo Deo, idem dicit in Papa, & idem Bald. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. in penult. colum. vt lite pendente dicit, ꝙ cùm ipſe princeps ſit cauſa cauſarum, non eſt de eius poteſtate inquirendum, cùm primæ cauſæ nulla ſit cauſa, cùm id, ꝙ primum eſt, aliud ante ſe habere non poſ ſit. & idem Bald. in c. cùm ſuper. in 1. col. de cau. poſ. & propri. dicit, ꝙ Papa, & princeps ex certa ſcientia ſupra ius, & contra ius, & extra ius omnia poſſunt, ideo ſacrilegium eſt de poteſta te principis diſputare. l. diſputare. C. de crimi. ſacri. ¶ Inter cæte-
b ra not. illud, ꝙ dicit Bal. ꝙ ſolus [b] ſupremus princeps poteſt in reſcripto apponere clauſulam non obſtante, alius verò inferior non poteſt. adde Bal. in l. cunctos populos. in 10. col. C. de ſum. Trinit. Ange. Imo. & Mod. in l. nemo poteſt. per illum text. ff. de leg. 1. vbi do. Alex. in 1. col. & in conſi. 101. ꝙ incip. viſis infraſcriptis exemptionib. in 6. col. in 1. vol. facit bon. text. in l. formam. C. de offic. præfe. præto. orien. & illiri. & quia inferior non po-
3 teſt reſcribere contra legem ſuperioris. c. cùm inferior. de ma-
c ior. & obed. † ſicut in ſimili inferior à ſupremo principe, etiam ſi ſit legatus [c] de latere nō poteſt reſcribere, ꝙ procedatur ſum marie, ſimpliciter, & de plano. gl. eſt reputata ſing. in c. fi. de hęr. in 6. eſt etiam ſimilis gl. in cle. ſæpè. in princip. in verbo mandamus, de verb. ſignific. idem eſt in clauſula ex certa ſcientia, quæ non poteſt per inferiorem apponi in reſcripto. gl. in clem. & ſi principalis, in glo. fin. de reſcrip. ſimiliter etiam ſolus ſupremus princeps poteſt in totum tollere ius alicuius cum clauſula non obſtante, inferior autem nō poſſet, etiam ſi ſupremus princeps poſſet. ita tenet Arch. 25.q.2. in ſumma. refert, & ſequitur Alb. de Roſ. in l. quoties. ff. eo. & ibi Pau. de Caſt multum exclamat, & dicit, ꝙ habuit de facto tempore quo d. Pandul. tenebat imperium Bergomi: nam vni ex partialibus ſuis remiſit per reſcri ptum, quicquid debebat ciuibus Bergomen. cum clauſula nō obſtante, dicit ſe conſuluiſſe, ꝙ nō potuit, dato, ꝙ fuiſſet iuſtus princeps, & idem dicit in Duce Mediolan. & in Marchione Ferrariæ, quod tu diligenter no. ad ea, quæ traduntur per glo. & Doct. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & in l. fi. ĵ. ſi contra ius,
4 vel vti. publ. ¶†Succeſſiuè tangit Bal. hic de poteſtate Papæ, & de his, quæ ſunt ſoli Papæ reſeruata. Adde glo. ordi. in c. tranſlationem. de offi. leg. & glo. in c. ſicut vnire. de exceſ. præla. & plenius, quam alibi Spec. vbi enumerat octuagintanouem in titu. de leg. §. nunc oſtendendum. & in §. nunc breuiter dicendum eſt. ponunt Cano. in c. propoſuit. poſt gl. ibi, de conceſ. præben. & dicit Hoſt. qui ſæpè allegatur in c. cùm veniſſent. de iudi. ꝙ Papa poteſt mutare quadrata rotundis. ¶ Adde, ꝙ Bal. in c. Ec-
d cleſia ſanctæ Mariæ. in 3. col. de conſt. dicit, quod Papa [d] eſt do minus dominantium, & habet ius Regis Regum in ſubditos, & idem Bald. in c. 1. in 1. col. de proba. dicit, quòd apud Papam eſt ſuprema poteſtas, in qua non habet parem, & idem Bald. in l. Barbarius. in fi. ff. de offic. pręto. dicit, quòd Papa eſt omnia, &
e ſuper omnia in ſpiritualibus. [e] idem Bald. in l. 2. in 6. queſt. C. de
f ſeruit. & aqua. hinc eſt, quòd Papa tanquam pater [f] patrum concurrit cum omni prælato in iuriſdictio. & poteſtate, & ita originaliter dicit Ioan. Mon. qui poſtea fuit Card. in cap. ſi eo tempore. de elec. in 6. quem refert, & ſequitur Bald. in cap. 1. in prin. 1. col. de his qui feu. dare poſ. & in c. 1. in prin in 1. col. quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes. in vſibus feudo. & in proœ. Decre. in 1. colum. & in cap. 1. in 4. col. de offi. ord. & no. & melius quam alibi Bald. in c. dilecti. 2. in penult. col. de appel. intellige tamen, quæ dicta ſunt de ſuprema poteſtate Papæ cum grano ſalis, ſcilicet, clauę diſcretionis non errante. ita dicit glo. not. in c. quanto. in glo. 2. de iureiuran. vbi Cano. commendant præcipuè Bald. qui dicit, quòd illud verbum eſt fixè tenendum
5 cordi. ¶†Secundo not. regulam, quod illud, quod nemini no
g cet, [g] & mihi prodeſt, de facili cōcedendum eſt, concordat tex. in l. 1. §. ijdem aiunt aquam. ff. de aqua plu. arcen. & text. not. in l. 2. §. item Varus. in fin. eod. tit. de quo dic, vt per Bar. & Docto. in l. 2. in verſi. nec cogitur. ff. ſolut. matrimo. & per Bart. in l. 1. C. de metal. lib. 11. & per hoc Bononiæ fuit determinata quæſt. inter fratres prædicatores, & fratres minores: nam commune Bo noniæ primo loco conceſſerat fratribus prædicatoribus, vt tra herent aquam ex flumine publico, ad ducendum fabam tempore quadrageſimæ: idem poſtea conceſſit fratribus minoribus reclamantibus primis, fuit determinatum, quòd ex quo aqua ambob. ſufficiebat, certè, quod nemini nocet, & alij prodeſt, facile concedi debuit, ita dicunt Bart. & Docto. in l. 4. C. de ſerui. & aqua. & Bart. in repet. l. quominus. in 5. q. princip. ad fin. ff. de flumin. Bald. in c. cùm olim. de conſuetu. bene facit text. in l. 2. §. fin. & ibi Albe. & Ange. ff. de ſeruit. ruſtico. prædio. & vide, quod ampliando in fortioribus terminis tenet Barto. in l. non modus. per illum text. C. de ſerui. & aqua. ¶ Adde tamen, quod vult Barto. in l. quominus in 12. quæſt. ff. de flumin. in quæſt. de
6 qua dicit, quòd ſæpè vidit dubitari, † quòd ſi aqua exit de molendino vnius, alter vult eam capere, & ducere ad ſuum molendinum, ita quòd primum molendinum non impediretur, tenent, quòd cùm illa aqua ſit priuata, quòd inuito domino ducere non poſſit, per l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcen. ſequitur dominus Alexand. in conſil. 108. in 1. volum. incip. in cauſa, & lite vertente inter dominos. vide dictum not. Bald. in l. 4. C. de ſeruit. & aqua. vbi decidit, quòd ſi ex flumine publico duco aquam per prædium meum ad meum molendinum, poſſum illam aquam quo volo diuertere, nec teneor de ea gratiam facere vicino habenti inferius molendinum, niſi ei deberem ſeruitutem. aliter tamen tenet in prædictis Bal. in l. item
7 lapilli. in 2. colum. ff. de rerum diui. ¶ † Item ad iſtam regulam adde, quod quando nulli principaliter præiudicium infertur, & eſt commodum alicuius, tunc dictum vnius teſtis tantum facit plenam probationem, puta, quòd aliquis ſit baptizatus, vel Eccleſia conſecrata. cap. cùm itaque. & c. paruulo. de conſecra. diſtin. 4. glo. in cap. licèt vniuerſis. in glo. fin. de teſtib. & glo. not. in cap. nuper. in glo. fin. ſuper verbo niſi iuratus. eod. titu. Spec. in titu. de teſte. §. reſtat. in 9. & 16. fallen. dom. Anto. de Butr. in c. veniens. primo in 1. colum. in fin. de teſtibus. ¶ Et per illas glo. infert in ſpecie not. Bald. in d. c. licèt vniuerſis. & in d. c. nuper. quòd clericatus poteſt probari per vnum teſtem ſolùm, quia

actus

ADDITIONES.

a Cur ita facis. Adde c. in memoriam. & ibi Do. 19. diſt.
b Quod ſolus. Adde glo. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilita. public. glo. in verbo literarum. in cap. ſtatutum. de reſcrip. libr. 6. glo. in verbo noſcatur. in cap. 1. de conſtitu. libro 6. Ioan. And. in cap. 1. de exceſ. prælat. libro 6. in nouel. idem Ioan. Andr. in cap. nonnulli. de reſcrip. Anto. de But. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti.
c Etiam ſi ſit legatus. Adde Spec. tit. de leg. §. ſuper eo. verſicu. ſed nunquid legatus. Ioan. de Anan. in c. olim. de accuſa. Abb. in c. niſi ſpecialis. in 3. not. de offi. leg. Dec. in c. paſto. de appel. 11. col. Alex. de Imo. conſi. 106. inci. proſpectis his quæ. in 2. col. in 2. vol.
d Quòd Papa. Adde Bal. in proœ. Greg. in fi. 4. col.
e Spiritualibus. Adde cap. per principalem. & cap. cuncta per mundum. 9. quæſtio. 3. text. in cap. ſacroſanct. in proœm. 6. Bald. in extrauag. ad repri. in verb. totius orbis.
f Pater. Adde Bal. in c. 1. qui feu. da. poſ. in vſib. feud.
g Regulam, quòd illud quod nemini nocet. Iaſ. in l. 2. ff. ſolut. mat. in prin.
* Et vide Gerard. ſingu. 49. num. 1. & 2. vbi quòd teſtis vnius dictum facit plenam probationem, quando nulli principaliter præiudicium infertur, & eſt commodum alicuius, vt in exemplis de quibus ibi, & per Alex. in l. 2. num. 6. ff. ſolut. mat. & facit alia Reg. ꝙ compellitur quis facere id, quod alij prodeſt, & ſibi non nocet, no. in d. l. 2. Rom. ſing. 559. num. 2. quæ Reg. non procedit in caſib. de quib. per Doct. ibi. & in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cer. pet. in l. plus cautionis. de reg. iur. MASVER.

Source : BIU Cujas

actus iste de se, & sui natura inspecta nulli principaliter præiudicat, quod bene no. quia multum limitatur regula, ꝙ vni testi non debeat plenè credi, ẽt si sit magnæ dignitatis. l. iurisiurandi. C. de testi. d. c. licèt vniuersis. & c. licèt ex quadam. & c. in omni.
8 de testibus. ¶ † Tertiò not. quòd princeps potest remittere pœnam delicti. Istud procedit in pœna pecuniaria applicanda fisco, nondum tamen applicata, vt dixi in l. nec damnosa. post Bal. ibi. s. co. Si autem pœna pecuniaria esset applicanda parti, tunc princeps non posset per rescriptum tollere, vt est gl. no. in l. 2. & ibi. Docto. & ibi multa dixi. C. de in ius voc. Si autem pro delicto venit imponenda pœna corporalis, & tunc pro delictis futuris non posset per rescriptum remitti, quia inuitaret ad delinquendum contra. l. conuenire. ff. de pact. dota. Item esset contra publicam vtilitatem, ꝙ delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. iuncto eo, quod not. dicit Bald. in l. quemadmodum. circa medium. C. de agri. & censi. lib. 11. cum concor. Si autem esset delictum de præterito, pro quo venit imponenda pœna corporalis, tunc potest per rescriptum remitti, prout tota die fit, ita propriè loquitur text. hic, secundum Bald. & Moder. hic, & in l. nec damnosa. sup. eod. ¶ Capio gl. primam super verb. Rescripta cõtra ius. quam diuide in tres. In prima ponit primum exemplum ad text. quod est bonum, quicquid hic dicat Ful. Alia exempla ponit gl. in d. c. rescripta. 25. q. 2. In secunda, quæ est ibi, non autem potest intelligi. gl. remouet aliud contrarium. In tertia, quæ est ibi, & pone exem-
9 plum. gl. ponit remissiuè secundum exemplũ ad tex. ¶ † Venio ad secundam partem gl. ex qua habes limitationem ad istum tex. qui vult, ꝙ rescriptum cõtra ius valet, si neminem lædit. est verum nisi lex specialiter prohibeat impetrationem talis rescripti. prout facit. l. vnica. C. si nup. ex rescrip. pe. allegata in glo. secus si simpliciter lex disponat. nec ad hoc ob. l. pacisci. ff. de pac. per quam lac. de Are. & Vltramon. reprobant gl. quia licèt Bar.
* *& communiter Doct.* dicant, ꝙ aliud sit in rescripto, contra quod semper est clausula, ne impetretur rescriptum contra ius. l. nec damnosa. s. eo. aliud in pacto. nam ista differẽtia non est bona, cùm etiam pacta ꝫ ius non valeant. l. pacta quę ꝓtra. C. de pac. ideo dic meliorem rationem differentiæ esse, qa in pacto adest ꝓsensus vtriusque partis. l. 1. in prin. ff. de pac. secus in rescripto: item intellige. d. l. pacisci. procedere, eo quia illud pactum solũ respiciebat priuatam vtilitatem, secus si fuisset contra publicã vtilitatem, vt declarant Bar. & Doct. in d. l. pacisci. ¶ In secunda
10 parte gl. no. † quòd non valet rescriptum, per qđ princeps concedit pupillo facultatem testandi sequuntur Bar. & Bald. hic, & subdit Bal. ꝙ istud est duplici ratione. Primo, quia est cõtra ius, ergo non valet, iuncta. l. qua ætate. ff. de testa. Item, quia est præiudiciale legitimis successorib. pupilli. ad h. c etiam allegat. l. fi. C. de testa. milit. Pau. de Cast. hic ponderat Bal. velle, quod tale rescriptum concedens pupillo facultatem testandi nõ valeret, etiam si in rescripto adesset clausula non obstante, vel æquipollens, cùm tendat in præiudicium venientium ab intestato, sed ipse reprobat, & fortius tenet contra gl. & Docto. ꝙ valet tale rescriptum etiam sine clausula non obstante, quia nemini præiudiciale est, cùm tales agnati viuente pupillo nullum ius habeant, vt dixi post Bar. in l. fin. C. de pac. & sic cùm tale rescriptũ nemini sit præiudiciale, quamuis sit contra ius, valet etiam sine clausula non obstante, per hanc legem. Tene contra eum, & in primis alleg. Bal. in l. vnica. in 20. colum. in ver. quæro, quæ sint exempla. C. de confes. vbi tenet, ꝙ est impossibile pupillũ posse testari, etiam ex principis priuilegio. ad idem facit tex. in d. l. fin. C. de testa. milit. hic allegata per Bal. quam fortius stringe, dum in fine dicit, nullo modo concedimus: nã illa verba nullo modo, operantur prohibitam esse dispensationem in contrarium, vt est gl. sing. in cle. vt hi qui. in verb. cõcedatur. de æta. & quali. & per illum tex. sic inductum fortius tenet Ange. in l. si quæramus. ff. de test. & Io. de Imo. in c. 2. eo. tit. ꝙ etiam si esset pupillus doli capax, & proximus pubertati, adhuc princeps nõ posset per rescriptum ei concedere facultatem testandi. ¶ Tertiò facit, quod tenet Bart. in repet. l. 1. C. de sacrosan. Eccle. in 2. q. 1.
11 quæstionis prin. vbi per aliqua fundamenta concludit, † quòd
a pupillus [a] etiam doli capax etiam cum auctoritate tutoris sui non possit testari pro anima, vel ad pias causas, & dat regulam generalem, ꝙ pupillus etiam doli capax, & etiam cum auctoritate tutoris non potest facere aliquem actum vltimæ volun-
b tatis, etiam pro anima, [b] vel ad pias causas, sicut nec potest sibi eligere sepulturam. c. licèt. de sepult. in 6. & sequitur Bald. in l. si
12 frater. ad fi. C. qui testa. fac. pos. Cano. in c. 2. de test. ¶ † Quartò facit, quia contra defectum naturalem, & sic intellectus nõ potest princeps dispensare, secundum Inno. in c. sciscitatus. de rescrip. quem refert, & sequitur Bald. in l. bonorum. in 2. q. C. qui admit. & in l. Barbarius. in 15. col. ff. de offi. præt. ¶ Concludendo puto, ꝙ si est pupillus, qui non sit doli capax, princeps non potest per rescriptum eum habilitare ad testandum, etiam cum clausula non obstante, & de isto propriè loquitur tex. in d. l. fin. C. de testa. milit. in verbo stabilem mentem nondum adeptus est. quia in isto propriè cadit defectus naturalis. sicut nec statutum posset habilitare ad testandum talem pupillum non capacem doli, secundum Bar. & Mod. in l. si quæramus. ff. de testam. quem sequuntur Cano. præcipuè Petr. de Anch. & Imo. in c. 2. de testam. sed si esset pupillus doli capax, & proximus pubertati, in quo malitia suppleret ætatem, iuxta. l. 3. C. si mi. se maio. dixe. tunc puto, ꝙ princeps per rescriptum posset ei concedere facultatem testandi, sicut posset & statutum, secundum Bar. & Moder. in d. l. si quæramus. & Docto. in d. c. 2. de testa. quia tunc non est defectus naturalis, sed ciuilis, vt expresè dicit Ang. in d. l. fi. C. de testa. milit. vbi etiam videas per d. Alex. qui aliter concludit, & distinguit inter supremum principem, & alium inferiorem. ¶ Tene, quod supra tenui, & per hæc est expedita ista lex solenniter, quam vt subdit Dom. Ias. illo mane audiuit magnificus prætor Patauinus, cui in fine lectionis idem Dom. Ias. fecit ex improuiso breuem orationem valde ornatam, & hoc fuit de anno Domini. 1477. die 27. Maij.

ADDITIONES.

a Pupillus. Adde l. si frater. C. qui testa. fac. pos. Spec. tit. de pig. in §. 2. ver. verũ impositione rei.

b Anima. Adde Bar. in l. 1. in 2. q. de sacrosan. Eccle. in repe. Bald. in l. fi frater. C. qui testam. fac. pos.

SVMMARIVM.

1 *In supplicatione debet poni effectus instrumenti, vel verba, super quibus dubitatur, non autem totus tenor.*

2 *Quando quis appellat à sententia, sufficit, quòd in appellatione apponat in substantia effectum sententiæ, non tamen requiritur, quòd ponat formaliter tenorem totius sententiæ.*

3 *Si legatarius petit à notario copiam testamenti, non debet sibi notarius dare copiam totius testamenti, sed solùm illius particulæ legati.*

4 *Si notarius fuit rogatus de instrumento testamenti, & peto, qnòd ostendat mihi in protocollis instrumentum, vt videam si in eo aliquid contineatur, quod ad me pertineat, & notarius non vult dare nisi copiam, si soluam mercedem, & ego nolo copiam, nec soluere mercedem, tunc possum illum citare coram iudice, vt portet protocollum iudici, qui videbit si in illo testamento contineatur aliquid, quod spectet ad me, & illius particulæ dabit mihi copiam.*

5 *Tutor, cui opponitur, quòd non fecit inuentarium, non tenetur dare copiam totius inuentarij cum expressione rerum pupilli, sed dabit copiam in genere sine dicta expressione.*

LEX VIII.

1 INstrumentorum. † In supplicatione debet poni effectus instrumenti, vel verba, super quibus dubitatur, non autem totus tenor. h. d. ratio est, quia Imperator abhorret verbositatem. l. fin. §. 1. C. de appella. ¶ Et per istum text. dicit Bal. in l. 2. in 1. col. ad fin. j. vt lit. pend. ꝙ
2 † quando quis appellat à sententia, sufficit, ꝙ in appellatione apponat in substantia effectum sententiæ, non autem requiritur, ꝙ ponat formaliter tenorem totius sententiæ, & idem dicit Pau. de Castr. hic, quamuis de Bald. non faciat mentionem.
3 ¶ † Item per istum tex. dicunt Cy. Bar. Bal. & alij hic, ꝙ si legata-
a rius [a] petit à notario copiam testamenti, nõ debet sibi notarius dare copiam totius testamenti, sed solùm illius particulæ legati, quæ ad eum spectat, & habes text. not. de hoc in c. contingit
4 de fid. instru. & ita consuetudo obseruat. ¶ † Sed quotidianum dubium est, quid ècontra, notarius fuit rogatus de instrumento testamenti, ego vado ad notarium, & peto, ꝙ ostendat mihi in protocollis illud instrm testamenti, vt videam, si in eo aliquid cõtinetur, qđ ad me pertineat, & notarius dicit, ego nolo tibi ostendere, sed bene dabo tibi copiam, si soluas mercedem, & iste dicit, ego nolo copiam, nec volo soluere impensam, quia fortè nihil interest mea. Qud iuris de isto casu? istum casum in specie ponit solus Pau. de Cast. in l. 1. C. quemad. test. aper. & ibi

ADDITIO.

a Legatarius. Adde tex. iuncta gl. in l. fi. & ibi Bart. C. de fid. instrum. facit c. cùm personæ. de priuil. lib. 6. ad dicta autem Ias. hic nu. 4. vide, quæ scribit Purp. in l. 1. col. vlti. j. de edend. Imol. in cap. 1. de simo. Bald. in cap. cùm P. tabellio. de fid. instrum. Dec. in Rubr. de proba.

Source : BIU Cujas

ibi dicit, ꝙ non poſſum cogere notarium, vt mihi oſtendat: ſed bene poſſum eum facere citari coram iudice, & iudex faciet ſibi portari protocollum, & videbit ſi in illo teſtamento contineatur aliquid, quod ad me ſpectet, & illius particulæ faciet mihi dare copiam, & dicit, ꝙ ita conſuetudo obſeruat, & ſequi
5 tur ibi. do. Alex. Item per iſtum tex. dicit hic Bald. ꝙ † tutor, qui conuenit aliquem nomine pupilli, ſi ſibi opponatur, ꝙ non fe-
a cit inuentarium, non tenetur dare copiam [a] totius inuentarij, cùm expreſſione rerum pupilli, quia hoc eſſet damnoſum pupillo, cuius intereſt, ne ſecreta ſui patrimonij pandantur. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debe. libr. 10. debebit ergo dari copia inuentarij in genere, non expreſſis rebus in ſpecie. Adde, quòd idem plenius tenet Batto. in l. 1. ff. de cur. bono. dan. facit. l. 2. C. de alim. pupillo. præſtan.

ADDITIO.

a *Copiam. Adde, quæ idem Iaſ. ſcribit in l. in illa ſtipulatione. col. 5. nu. 16. ff. de verb. obl. Pract. Pap. for. libe. ad redd. rat. tutelæ. verſi. in ſuo vltimo. nu. 18. & quòd tutor agens non teneatur edere niſi caput inuentarij ſui aduerſario, no. Bar. & Dec. in l. fi. C. de ali. pup. præſt. Nat. conſi. 9. nu. 3. & faciunt quæ ſcribit Bar. in rubr. de nou. ope. nun. Boer. q. 253. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit perpetuare actionem.*
2 *An ſupplicatio porrecta principi, & eius reſcriptum habeatur pro lite conteſt. ad perpetuandum actiones.*
3 *Contractus, & quaſi contractus tranſeunt ad hæredes noſtros actiuè, & paſſiuè.*
4 *Supplicatio porrecta principi impetrato reſcripto, in actionib. prætorijs, & annalib. operatur duplicem effectum.*
5 *Reſcriptum habetur pro libello, & conteſt. litis quantum ad effectum huius tit.*
6 *Si impetratum eſt reſcriptum, & ille qui impetrauit mortuus eſt antequam produceret in iudicio, tamen tale reſcriptum tranſit ad hæredes actiuè, & paſſiuè.*
7 *Perpetuatio eſt propriè extenſio vitæ actionis, vt vbi prius erat temporalis, efficiatur perpetua.*
8 *Reus citatus ſuper actione criminali ſi quærit ſubterfugia, ne lis conteſtetur, eius contumacia habetur pro lit. conteſtatione.*
9 *Qualiter in cauſis criminalibus interrumpatur præſcriptio inducta à ſtatuto.*
10 *Vbi per ſtatutum aſſignatus eſt terminus ad aliquid producendum, in tali productione non requiritur partis citatio.*
11 *In productione cuiuslibet inſtrumenti debet pars citari.*
12 *Si ſtatutum requirat, quòd intra ſex menſes donatio inſinuetur, an in tali inſinuatione requiratur partis citatio.*

Quando libellus Principi datus facit lit. conteſta. Rubr.

LEX PRIMA.

DVbium non eſt. Ad cuidētiā p̄mitte, † quid ſit perpetuare actionem, quo
1 termino vtitur. l. 2. in verbo perpetuantur, & dic perpetuare propriè eſt extendere actionem, cuiuſcunque temporis eſſet vſque ad 40. ann. & facere, ꝙ efficiatur. 40. ann. l. fi. ad fi. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. 1. in verbo exceptis. C. de anna. excep. & iſta perpetuatio fit mediante litis conteſta. declaraui hoc anno latè in l. nam poſteaquam. §. ſi is qui temporali. ff. de iureiur. & in l. fi. in princ. vbi etiam declarat do. Alex. ff. de eo per
poſiti reus non tenetur edere actori librum rationum ad fundandum intentionem actoris,& hoc modo per iſtum tex.ſing. ampliatur dicta regula, quamuis depoſitum ſit ℘ctus magis priuilegiatus quàm aliquis ℘ctus vltra dotē.[a] ¶Hinc eſt,q̄ inſtr̄m depoſiti habet de iure cōi executionē paratam,text.eſt in l pen. in ver.illico,in verb.quam celerrimè,& in verbo, quam citius, & ibi Bar.& Ang.ad hoc no.C.depoſi.d.Alex.in l.ait prætor.§.1. ff.de re iud.quamuis ℘rium teneant Bald. & Sal.in d.l.pen.Item ℘ depoſi.non poteſt opponi exceptio nō num. pecu.l.in ℘ctib. §.ſed quoniã.C.de non num.pecu.Item contra depoſitum non poteſt opponi compenſatio de debito liquido. tex.eſt ſingu.in d.l.pen.cum gl.C.depoſi.declarat Bar.in l.ſi alienam.ff.ſol.matr. & iſta ſunt quæ faciebant dubitationem in hoc tex.Amplia iſtū text. vt procedat etiam ſi aliunde non poſſet actor probare depoſitum,quàm p̄ librum rōnis aduerſarij,quia licèt editio fundetur ſuper æquitate.l.planè,& l.ſi.ff.de peti.hær. & l.iuſtum,& l.fin.in verb.æquitatis rationib.℘.eo. & æquum ſit veritatem inquirere.c.iudicantem.30.q.5. tñ ſola ratio inquirendæ veritatis non eſt ſufficiens cauſa, per quam reus cogatur edere. ſm do. Ant.& reliquos in c.1.de prob.cùm ſpeciale ſit, q̄ inſtr̄a perdita ſunt caſu fortuito, ita q̄ veritas aliunde inquiri non poteſt. ſm Spec.in tit.de inſtr.edi.§.videndum. ver.ex præmiſ. Cano.in d.c.1.Et imputet ſibi deponens,q̄ tpe depoſiti non adhibuit teſtes,vel inſtr̄a, vt dixi in 1.not. & ſic generaliter procederet regula.l.qui accuſare, & l.ſi.in ſi.℘.eo. & in l.nimis graue.C.de teſtib.¶† Not.4.ibi,ex cauſa,q̄ reus ex cauſa poteſt cogi ad edendū, & iungēdo.dicta gl.& Doc.ex quinq; caſus poteſt cogi,rōne officij publ.ratione ſucceſſionis,quia ſucceſſiſſet gerenti officium pub.rōne ℘ctus,ratione delicti,item ratione conſuetudinis,quas cauſas. ℘.videbitis. Adde, q̄ generalius intelliguñt iſtū tex.d.Alex.& d.Ant.de Alex.in l.ſi.in 16.fal.℘.eo. q̄ iudex ex officio poteſt ex aliqua cauſa cogere reum, q̄ edat inſtr̄m, vel librum rationum actori.alleg.do.de Rota in deciſione.208.dicetur in d.l.ſi.¶† No.vlt.ex tex.ibi, *iudicis officium.* hic videri text.q̄ editio actionis petitur officio iudicis, ſic intelligunt glo.Bart.& Docto. qui propterea in hoc laborant. ſed vt iſta ceſſent,poteſt intelligi tex. q̄ ad officium iudicis pertinet inueſtigare cauſas, an iuſtæ ſint ad cogendum edere reum.¶Capio.gl.in verbo,id ex cauſa. quam diuido in quatuor partes prin. In prima declarat tex ponendo, quæ ſint iuſtæ cauſæ,quib. reus poſſit cogi.In ſecunda per viam quæſtionis opponit ℘ text.& reſpon. ponendo primum intellectum ad tex.In tertia opp. contra tex.& iſta oppoſitio tendit ad vtrunq; intellectū.In quarta,& vlt.gl.ponit ſm intellectum. Scda ibi, ſed quomodo. Tertia ibi, item qūo. Quarta ibi,alij qui intelligunt.Ex tota gl.habes duos intellectus. Primus eſt,q̄ tex.loquat̄ in rōnib propriè, & ſic in lib.rationū, & intelligit de libro publico,quem reus tenetur exhibere,& ꝙ tex.hic loquitur de muliere,gl.intelligit, q̄ iſta mulier ſucceſſerat argentario,tu potes intelligere, quòd mulier exerceret argentariam,[b] non per ſe ipſam,ſed mediante ſeruo ſuo.l.prętor. §.ſed & ſi ſeruus.ff.eo.Doct.intelligunt text.in libro priuato rationum.Et dicunt, q̄ ex tribus caſib. poteſt reus cogi ad edendum actori.¶Primus eſt,priuilegio perſonæ ſ.fiſci.l.3.ff.eo.Adde,q̄ iſto modo intelligit iſtam l.gl.in cle.1.§.cæterum.de vſur. in verb.rationum.Et quod dicitur in fiſco,videtur extendendū ad dotem,† cùm dos,& fiſcus ęquiparentur.l.2.C.de priui.dot. ita tenet Io.And.in add.Specu.in titu.de inſtr.edi.§.videndum. ver.ex premiſſis.d.Ant.in c.1.de prob.Pau.de Caſt. & Ludoui. Roma.in l.1.ff.ſol.matrimo.& ibi.d.Alex.in 22.colu. & in l.fin. in 13.fal.℘.eod. ¶Contrarium in hoc vlt.poteſt de facili teneri, prout tenet Bal.in l.1.§.editiones.in 4.colum. ff.eod. d. Franciſ. de Aret.in cap.primo.in 14.colum.de prob. quia dos, & fiſcus non ſemper æquiparantur,[c] vt not.in l.1. ff.de priui. dot. Item quia dos non eſt pia cauſa,niſi à pietate proceſſerit, vt declarat Bar.in l.cùm is.§.ſi mulier,& ibi dixi.ff.de condictio.indeb. Vnde non etiam recedendum à regula ſupradicta,ex quo non reperitur mutatum. dicit tamen alibi ſingulariter Bal. in d.cap.1. de probat.in 3. colum. q̄ illud, quod dictum eſt in fiſco,habet etiam locum in Eccleſia,cùm habeat priuilegium. l. fina. C.de ſacroſ.eccl.quod bene no.quamuis fiſcus,& Eccleſia non ſemp̄ æquiparentur, vt habetur in d.l.fin.& Auth. quas actiones.C.de ſacroſan.eccl.[d] ¶Limita,q̄ dictum eſt de fiſco, [d] vt procedat in cauſis ciuilib.ſecus quando eſt cauſa criminalis, quod eſt,quotieſcunque pœna pecuniaria venit applicanda fiſco, iuxta.l. & Docto.in l.agraria.ff.de termi. mot.latè Cano.in cap.1.de iudic. Eò quia in cauſis criminalibus non reperitur in fiſco hoc eſſe immutatum,& nunquam habemus dicere aliquid eſſe ſpeciale in fiſco,niſi.l.expreſsè dicat.gl.in l.1.C.de pet.hęre.& in l.item veniunt.§.in priuatorū.ff.eo.de pet.hęre.† & q̄ in cauſis criminalib.fiſcus non habeat priuilegium huius editionis,tenet glo.in l. 2.§.item diui.in gl.magn.in verbo agatur,& ibi Ange. ff.de iur. fiſ.Pan.in c.1.de prob.dom.Alex.in conſi.83.in 3. volum.quod incip. viſa facti narratione.in vlt.col. tu autem conſidera,q̄ tex. in d.§.item diui.in verbo nummaria quæratur, non ſi de capitali, &c. vbi clarè Barto. non voluit eſſe differentiam in fiſco in hoc inter cauſas ciuil.& criminales,ſed bene inter cauſas pecuniarias,& capitales,vnde in omni cauſa pecuniaria,dummodo non ſit capitalis,fiſcus habet priuilegium,& ſic ſiue ſit cauſa ciuilis,vel criminalis, dummodo non ſit capitalis. Prætereà diligentius conſiderabis illum tex.¶Secundus caſus,in quo poteſt exemplificari tex.iſte,ponitur per Barto. quando mulier fuiſſet vſuraria,[e] nam ratione delictię poteſt cogi ad edendum,per cle. 1.§.cęterum.de vſur.dom.Ange.Imo.& dom. Ant.de Alex.reprobant iſtud exemplum ad hunc tex.quia Imperator,qui condidit hanc.l.non potuit diuinare de d.clem.1. quæ fuit condita poſt 100.ann.l.iubemus.C.de teſt.Tu ſalua, nam iſte text.ponit vnum dictum in genere. ſ. q̄ reus ex cauſa poteſt cogi edere. ¶Et iſtud exemplum poteſt exemplificari in quolibet caſu, vnde cùm iſta.l.loquatur,& ſemper ſit in viridi obſeruantia.l. Arriani.C.de hære.poterit ergo exemplicari nunc in caſu. d. cle.1. quamuis Imperator de ea non cogitauerit.¶Ex alio fundamento fortiſſimo reprehendo iſtud exemplum Bart. ad hunc text. quia propter hoc ſolùm q̄ quis ſit vſurarius, non cogitur edere,ſed quando quæſtio eſt de vſuris, vel de aliqua vſuraria prauitate.Ita eſt tex.clarus in d.cle.1.§. cæterum. in verbo cùm de vſuris agitur,& ibi expreſsè Petr.de Anch. & Card. in 4. not.ad hoc no.& per hoc expreſsè dicunt,q̄ ſi contendatur cum vſurario de aliquo contractu quamuis cauteloſo, ſi nō objcitur de vſuraria prauitate,nō habet locum.d.cle.1.Sed ſic eſt, q̄ in iſta. l.dato,q̄ iſta mulier eſſet vſuraria, non haberet locum d. cle.1. quia hic de vſuris nulla erat quæſtio, ſed tantum de ſorte principa.ſcilicet de pecunia depoſita,& pondera q̄ tex.in d. cle.1.§. cæterum,dicit, q̄ de vſuris agitur, & ſic illa dictio cum, facit conditionem,ſi agitur de vſuris,[f] ergo ſi non agitur de vſuris, ceſſat diſpoſitio. d. clementi. 1. & iſtud mihi multum ſtringit, quamuis alij non aduertant. ¶† Extende diſpoſitionem. d. cle. 1.ſex not. modis. Primo vt habeat locum etiam in Iudęis exercentib.vſuras.Ita tenet ibi gl.in verbo cenſura,& ibidem alij Cano. ¶Et ex hoc ponderat ibi Panor. quia hęc materia eſt proportionabilis tam Iudæis quàm Chriſtianis,licèt non fiat mentio de Iudęis,tamen etiam in eis locum habet. idem tenet do. Fran.de Aret.in conſ.158.quod incip.copioſè,ſubtiliter,& eleganter.in 4.colum.¶Facit,quod dicit Bal.per illam cle.in l.1.§. rationes.ad fi.ff.eo. Quod ſi famulus ſcholaris portauerit librū, vel eius veſtes ad Iudęum,poteſt cogi Iudæus edere librum rationum. ¶Facit etiam illud, quod refert fuiſſe eleganter conſultum in ciuitate Bononiæ, Laur. de Rodulphis de Floren. in commento c.conſuluit.de vſur.in q. 146. q̄ diſpoſitio capituli, quia fruſtra.de vſur. habeat locum etiam in Iudęis. Conſuluit tamen.d.Fran.de Aret.in conſi.158.quod incip. copioſè,& ſubtiliter.℘.proxi.alleg.& dicit, q̄ eſt noua deciſio, q̄ diſpoſitio capituli quamquam, de vſur. in 6.irritans teſtamentum vſurarij manifeſti non præſtita ſatiſdatione,non habet locum in Iudæis exercentib.vſuras.¶Secundò extende.d.cle.1.vt habeat locum non ſolùm in verè vſurarijs,[g] ſed etiam in his,qui carius vendunt merces ſub credentia,quàm faciunt,ſi pecunia eſſet in prę ſenti,& ſic vendunt tempus,nam in effectu ſunt vſurarij,iuxta. c.nauiganti.in fin.de vſur. glo.expreſſa in ca.in ciuitate.in verb. venditores.in eod.tit.ſi tamen publicè cum omnibus exercent, iura loquentia in vſurarijs manifeſtis, habent in eis locum, vt eſt tex.in d.c.quamquam,& in d.cle.1.Ita conſuluit.Panor.& reputat nouam deciſ. in conſ.22.quod incip. quamquam conſultum.in 1.volum.& idem tenet referens ſe ſic conſuluiſſe in ca. ad noſtram.in 1.colum.de empt. & vend. ¶Tertiò extende, q̄ vſurarius non ſolùm tenetur edere librum rationum, ſed omnem ſcripturam,& omnem ſchedulam, vt colligitur ex glo.d. cle. 1.§. cæterum. in verb. compellendos. expreſsè Ange. in l.ſi quis ex argentarijs.§.rationem.ff.eod.& do.Alex.hic. ¶Quartò extende etiam ad hæredē vſurarij, ad cuius manus codices p̄ ueniſſent,

ADDITIONES.

a ¶Et condemnatus ex depoſito non habet quadrimeſtre.Bal.in l.pen. C.depo. Alex.in l.1.§.1.col.fi.ff.de verb.oblig. PVRPV.

b ¶Argentariam.l.ſi mihi,& tibi.§.rogo.ff.de leg.1. PVRPV.

c ¶Æquiparantur.Facit dictum Alex.in l.1.col.18.ff.de offic.eius. PVRPV.

d ¶Fiſco.Facit.l.non puto,& quod ibi.not.ff.de iur.fiſ. PVRPV.

e ¶Ratione delicti.Exemplum de vſurario,vt declarat.Aret.conſ.158.copioſè, in 1.dub. PVRPV.

f ¶Vſuris.Vide gl.& Ioan.de Imol.in cle.1.de vſur.Soc.conſ.70. in cauſa.Dec. in ca.1.de conſuetud. PVRPV.

g ¶Vſurarijs.Adde Panor.volentem,quod habeat locum in occulto vſurario,in c.1.colum.2.de proba.vbi Fel.col.10.fal.8.& Soc.conſ.70.facit.PRVPV.

Source: BIU Cujas

ueniſſent, vt eſt ibi glo. in verbo ipſos, & ibi Cano. & præſertim Panor. ad hoc not. idem tenet Bald. & Ang. hic, & Bald. in l. fi. C. de fide inſtru. & in l. alio. C. de in lit. iur. [a] ¶ Quintò not. extende, vt locum habeat etiam in vſurario, qui deſijt vſuras exercere, per tex. no. in l. prætor. §. is etiam, & ibi Bart. Ange. & Moder. ad hoc no. ff. eod. Bar. in l. quis ſit fugitiuus, per illum tex. ff. de ædil. edic. Ang. in quæſtione aſtenſis miles in 17. colum. Io. de Ana. in c. quia in omnibus. in 12. quæſt. de vſur. Confirmo ꝑ tria. Primò per illud, quod proximè dixi de herede vſurarij, qui tenetur edere, quamuis ipſe non exerceat vſuras. Secundò facit, † quod decidit Bart. in l. palàm. §. non ſolùm. per illum textt. ff. de ritu nupt. ꝙ conſtitutio ſynodalis diſponens, ꝙ omnia inſtrumenta celebrata cùm vſurario cenſeantur fictitia, & ſimulata, habeat locum in eo, qui deſiit vſuras exercere ſcilicet ad inſtrumenta prius facta, licèt Barto. dicat ſe non firmare, quia pendebat de facto, ſed Docto. firmant in locis præalle. Tertiò facit, quod decidit Barto. in l. 2. per illum text. C. de primice. lib. 12. quòd ſtante ſtatu quòd notarius non poſſit creari decurio, † etiam qui fecit ſe cancellari de matricula notariorum, non per hoc poſſet creari decurio. ¶ Dictam cle. 1. extendit ſing. Bald. in l. diſſolutæ. ad fi. C. de condi. ex l. vt habeat locum etiam in publicanis, ſeu datiarijs, & nauta, caupone, & ſtabulario propter eorum improbitatem. ſequitur dom. Alexan. per text. in l. 1. §. 1. ff. nau. cau. ſtabu. iuncta. l. quantæ. ff. de publ. Ludo. Roma. in d. l. quantæ. facit [b] mentionem de dicto Bald. & aliter non firmat. [b] Puto, quòd ſit falſum, per duo. Primò, per illud quod dicit hic Barto. ꝙ d. cle. 1. habet locum propter delictum, quod eſt vſuras exercere, † ſed publicani, & ſimiles per ſolùm officium non delinquunt, quia eorum ars non eſt prohibita à iure, ſicut in vſurarijs. Secundò, quia d. l. cle. 1. non habet locum, niſi quando de vſuris agitur, vt ibi clarè dicit text. Cano. not. & dom. Franc. de Aret. in præſenti propoſito in c. 1. in 23. colum. de proba. quod no. in iſtis terminis, igitur. & c. illud tamen ꝙ decidit Bald. in datiarijs, poteſt firmari alia ratione: quia qui exercent officium publicum, & de iure, & conſuetudine librum conficiunt. l. apparitores. C. de exac. tribut. lib. 10. ergo tenentur edere, per regulam. l. quædam. §. nummularios, & l. argentarius. in princip. ff. eod. ¶ Limita dictam cle. 1. duobus modis. Primò, vt procedat quãdo agitur de vſuris, aliàs ſecus, vt ſ. dixi. † Secundò limito, niſi [c] vſurarius [c] deſiiſſet vſuras exercere, & reſtituiſſet vſuras, tunc iura loquentia de vſurarijs, non habent in eo locum. c. cum tu. in verbo donec. extra de vſur. Ita limitat, & refert ſe cõſuluiſſe Bal. in rub. C. de vſur. in 2. quæſt. ſequitur Ange. in l. ſicut. §. ſuperuacuum. in vlt. colum. ff. quibus modis pigno. vel hypo. ſolu. Io. de Anna. in c. quia in omnibus. in 12. quæſt. de vſur. facit text. in c. teſtimonium. cum glo. not. in verbo emendatus. de teſt. quicquid not. Barto. & Bald. in l. imperialis. in princip. C. de nup. licèt Barto. non firmet. ſic in ſimili talis vſurarius, qui deſijt vſuras exercere, & exactas reſtituit, quemadmodum poteſt teſtari. ca. quanto. de vſu. in 6. ita poteſt eſſe teſtis, ſecundum Bal. in c. paſtoralis, in vlt. colum. de offic. ord. & in l. Caſſius. in vlt. colum. ff. de Sena. quamuis contrarium teneat in hoc vlt. Bal. in l. improbum. C. de infa. ¶ Vlt. pondera, ꝙ in d. cle. 1. probatur vnum, de quo quærit Barto. in extrauag. ad repri. in verb. ſine figura. in penul. colum. ¶† An in caſibus, in quibus proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, poſſit actor petere à reo, ꝙ ſibi inſtrumenta edat, vel librum rationum; tenet ꝙ non, quia etiam iure naturali prohibitum eſt. l. fin. quæ hoc non probat. j. eod. & melius facit illa cle. 1. nam in cauſa vſuraria proceditur ſummariè, & de plano. cle. diſpendioſam. de iudi. & glo. in cle. 1. in verbo agitur, & tamen reus non cogebatur edere, niſi ſtatutũ fuiſſet per d. clemen. 1. ¶† Tertium, [d] & vltimum exemplum [d] eſt in mercatore, [e] qui de conſuetudine librum rationum con- [e] ficit, ſecundum Iaco. Butr. & Bart. Alber. Sal. Ange. & Flor. hic. Barto. in l. quædam, in princip. & in §. nummularios. ff. eo. dom. Anto. de But. in c. 1. & ibi Pan. cum limitatione. de prob. d. Card. Flo. in cle. 1. de vſur. vbi dicit iſtam opin. ſeruari de facto, prout etiam dicit Alb. hic. Idem tenet Pau. de Caſt. in l. prętor. in prin. & l. argentarius. in princip. ff. eod. Et dicit Ang. hic, ꝙ ex hoc apparet, quòd practica conſulum mercatorum ciuitatis Peru. qui cogunt mercatores ad oſtendendum librum mercantiarum ſuarum, eſt nulla. ¶ Fundamentum Docto. eſt ſolùm propter conſuetudinem, ex qua inducitur tacitum mandatum, tamen ſecundum dom. Franc. de Are. in c. 1. in 4. colum. de proba. leges allegatæ per Doct. nihil faciunt, quia loquuntur de conſuetudine mandantis. Sed iſta quæſtio eſt in conſuetudine eius; cui tacita fit commiſſio: melius facit tex. in l. fi. in fin. iuncta gloſſ. C. de fideiuſ. & dicit Bald. ibi, quòd ibidem melius probatur, quã alibi, iunctis multis quæ ad idem cumulaui in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. ¶ Tenete contrariam partem, quę verior eſt in puncto iuris, quam tenet Bald. hic in vlt. colum. & in l. 1. in 4. colum. C. de fal. cau. adiect. leg. & in l. 1. §. rationes. ff. eo. Fulg. hic, & Pau. de Caſt. cum aliquali diſtinctione, qui dicit, ꝙ de facto ſeruatur Florentiæ, quòd mercatores non tenentur edere codicem rationum, niſi quis haberet ſcriptum de manu mercatorum, in quo ſit deſignaum illud folium, in quo ſit ratio ſua. Idem tenet Ang. ſibi contrarius in l. argentarius. in princip. per illum text. in verbo neque alios vllos abſimiles eis. ff. eo. glo. & Io. And. in cle. 1. de vſur. & Petr. de Ancha. & Imo. in c. 1. de proba. & ibi latè Dom. Fran. de Aret. cum aliquali diſt. in 4. colum. & quatuor ſequen. Pro iſta parte ſtringunt tria. Primò text. in d. clemen. 1. nam vſurarij de conſuetudine conficiunt libros rationum, & tamen non tenebantur edere, niſi edita fuiſſet. d. cle. 1. quæ aliter eſſet fruſtratoria. niſi reſpondeas, quòd ibi ſpeciale ſit in vſurario, quòd teneatur exhibere etiam librum, quem domi ſecretè facit ad ſuam recordationem, ſecundum Panor. & Card. ibi. Item tenetur edere quamcunque ſcripturam, & ſchedulam, vt ſ. dixi in 3. extenſione. Secundò ſtringit text. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. eo. nam & de conſuetudine, & etiam de iure tenebantur argentarij conficere librum rationum; & non tenebantur eum edere, niſi quando mandatum erat à parte, vel eius procuratore, licèt dom. Alex. diuinando, & reſtringendo illum text. reſpondeat. Tertiò ſtringit text. in l. argentarius. in princip. ff. eod. in d. §. ideo autem. iuncto eo, quod not. glo. in l. quædam. §. nummularios. eod. titu. [f] ¶ Capio glo. fin. [f] in verbo officium. Iſta gloſſ. non eſt Accurſij, ſed Ceruoti eius filij. ſimilis gl. eſt in l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. diſtra. & in l. quædam. in prin. ff. eo. ¶ Et iſta gl. plenius reaſſumit oppo. formatam in gl. præcedenti. in 3. parte prin. Nam iſte tex. videtur innuere, ꝙ editio fiat mediante officio iudicis, dum dicit, ad iudicis officium pertinere, ſed officium iudicis cùm ſit remedium extraordinarium, preſupponit, ꝙ nulla actio cõpetit. l. in cauſæ. 2. in prin. ff. de minorib. & tũ iſtud eſt falſum, quia imò editio petitur mediante actione. l. ſi quis. §. ex hoc edicto. ff. eo. Aliqñ enim competit actio tutelæ: aliquando actio pro ſocio: aliquando actio mandati, vt in iurib. in hac additione allegatis. Concluſiuè in iſta additione reſpondetur, ꝙ iſta lex debet intelligi, quando ſcholaris non mandauit argentario, ꝙ rationes ſcriberet, tunc enim oriretur actio mandati, ſed ſimpliciter dixit argentario, ꝙ rationes ſcriberet, tunc non contrahitur mandatum, nec alia actio poteſt competere, meritò com- * petit officium iudicis. Iſtam *glo. reprobant Bar. & Doct. indifferenter*, quia mandatum contrahitur per quęcunque verba, vt hic per Bar. qui aliter reſpon. vt per eum. Et ex eorum ſol. Bar. & Doct. ſunt contrarij: quia in iſta ſol. intelligunt, ꝙ iſta lex loquitur in argentaria, & tamen ſimpliciter reprehendunt glo. quæ tenebat hoc. Item attende ſubtilius, quia Bar. & Doct. hic volunt, quòd ſi aliquis ſcriberet librum rationum non ex neceſſitate officij, nec conſuetudinis, quando ego, qui depoſui pecuniam penes eum, dixi ſibi ꝙ ſcriberet, iſto caſu competeret actio mandati contra eum, qui tenetur edere, ita volunt Bar. & Docto. hic. Et iſtud ponderauit ſolus Pet. de Anch. in cle. 1. de vſu, & dicit, ꝙ iſto caſu non competeret actio mandati, ſed depoſiti, quia qñ mandatum ſubordinatur ad depoſitum, oritur actio depoſiti, non mandati. l. 1. §. ſi te rogauero. ff. depoſi. & dicit, quòd ita tenet præceptor ſuus Bal. in iſta. l. Tu aduerte, quia Bal. hic in pen. col. bene arguit, ꝙ deberet oriri actio depoſiti, non mandati, tñ neutrum tenet, ꝙ nec actio mandati, nec depoſiti locum habet, & iſtud probatur vna pulchra ratione, quam tene menti pro fundamento totius materiæ. Nam ad editionem ita demum oritur actio ex contractu, quando contractus eſt genaralis, vel vniuerſalis, ita ꝙ ex natura, & virtute talis vniuerſitatis tenetur quis conficere librum rationum: patet in actione tutelæ, & actione pro ſocio, nam natura tutelæ eſt, vt quilibet tutor teneatur facere librum rationum, iſto caſu bene competit actio: natura ſocietatis eſt, ꝙ ſocius teneatur facere librũ rõnũ, iſto caſu bene cõpetit actio tutelæ, vel pro ſocio, ita propriè loquitur

tex.

ADDITIONES.

a ¶ Adde Iaſ. in d. §. etiam. & vide contra eum in l. in arenam, & in l. ſi pater. C. de inoffi. teſta. Fel. in c. 1. col. 10. de proba. PVRPV.

b ¶ Firmat. Adde, quod dictum Bal. ampliat Fely. in ca. 1. ver. 3. amplia iſtam fall. extra de proba. vbi etiam Dec. 1. colum. 15. vbi dicit communem. BELLOT.

c ¶ Niſi vſurarius. Adde Ange. in l. palàm. in §. non ſolum. ff. de rit. nup.

d ¶ Tertium exemplum hic de mercatore ſequitur, & quatuor mod. limitat Fel. in c. 1. colum. 6. de proba.

e ¶ In mercatore. Adde Doct. in l. fi. ff. quod cum eo.
Et vide Deci. in c. 1. extra de probat. & dic, quòd ille dicitur mercator, qui maiorem partem ſuarum fortunarum habet in mercibus, vt not. Barto. in l. ſemper. §. negotiatio. ff. de iure immuni. BELLOT.

f ¶ Glo. fin. Quo iure petatur editio, Panor. latè in c. 1. colum. 6. de proba. PVRPV.

Source : BIU Cujas

tex.in l.quædam.in prin. ff.eod. Sed qñ ego depono pecuniam penes te,iſte eſt ℈ctus particularis,& pro vno ℈ctu particulari non debet mercator facere vnum librum, iſto caſu non competit pro illo ℈ctu actio mandati,vel depoſiti ex illo ℈ctu,ſed actio in factum ex hoc edicto,vel officium iudicis, vt ĵ.declabo.tex.eſt in l.ſi quis ex argentarijs.§.rationem. ff.eo.iſtud eſt,℘ voluit dicere Barto.in ſua doctri.licèt non declaret: clarè ponit Bal.hic in pen.col.& clarius Pau. de Caſt. in l. procurator. ĵ.eo. quod tamen intellige ſm ℘. ĵ.declarabo. ¶Vnde pro perfecta intelligentia præſentis materiæ punctus eſt videre,quo iure peti debeat editio inſtr̃orum,rationum,actorum,aut cuiuſcunq; ſcripturę.Bar.hic,& in l.quædam.in prin. ff. eo. tradit doc.quæ non eſt perfecta,eam tradit Fulg.hic,& plenius Pau. de Caſt.in l.procurator. ĵ. eo. Ego autem ex omnium dictis ſic diſtinguo, Aut volo petere inſtr̃m,quod eſt meum proprium,& mihi cõ petit rei vend.item actio ad exhibendum. l.3.§.fin. ff.ad exhib. Aliquando inſtr̃m non eſt totũ meum, ſed mihi cõe cum alio, puta,ſunt plures fratres,vel conſortes, & tunc qũo ratione cõmunionis agere debeant,eſt tex.in l.procurator. ĵ.eo.text.in l.ſi quæ ſunt cautiones. ff. famil. erciſ. Aliquando inſtr̃m non eſt meum proprium, nec etiã in eo habeo communionem cum alio,tamen mea intereſt tale inſtr̃m edi, vel exhiberi,& tũc aut iſtud intereſſe ꝓcedit ex vlt.voluntate, aut ex actu inter viuos: primo caſu qñ ex vlt.volũta.vt quia ſunt legatarij,quorum intereſt videre teſtamentum, & tunc aut hæres vel alius penes, quem eſt teſtamentum,confitetur ſe illud habere,ſed non vult oſtendere,& tunc competeret actio ex edicto. ff.& C.quemad. teſt.ape.Si autem neget ſe habere,tunc habet locum titulus de tab.exhib.& ſic vides,quæ differentia ſit inter tit.ff. & C.quẽad. teſt.aper.& titulum de tabu. exhib.& iſtam dr̃iam ponit glo.in l.1.ff.quemad.teſt.aper.& in l.1.ff.de tab.exhi.aliquando prętendo intereſſe ex actu inter viuos, & iſta eſt propria materia noſtra,& tunc aut præceſſit ℈ctus vniuerſalis, vel generalis,cuius occaſione tenetur quis conficere librum rationum,vt eſt videre in ℈ctu ſocietatis. Item qñ intercedit mandatum generalis adminiſtr.eo. modo in materia tutelari, iſtis caſib.cõpetit actio vniuerſalis,ſiue generalis ex illo ℈ctu. ita loquitur tex.in l.quædam.in prin.ff.eod.ſi autem interceſſit ℈ctus particularis,cuius occaſione non debet fieri vnus liber rationum,vt eſt, quando depono pecuniam,vel rem penes te, propter iſtud particulare depoſitum non debes facere librum rationum,quia officium depoſitarij non eſt conficere,ſed cuſtodire. Aut iſte confecit librum rationum ex neceſſitate officij,℘ habebat,vt quia argentarius,vel numularius,iſto caſu ſm Bart. tenetur officio iudicis nobili ad edendum.ſic intelligit iſtam.l. in verbo ad iudicis,& l. argentarius.in prin. ff.eo. ſi autem non tenebatur ex neceſſitate officij,tunc cogi poteſt officio iudicis mercenario, quando incidenter peteretur editio,vt hac.l.ſm aliũ intellectũ.Iaſ.Papiæ.

* Sed caue inquantum *Bar.& communiter Doct.* hic volunt, & gl.& Doct.in l.1.§.editiones.in glo.mag.ff.eo.Quod notarius,vel argentarius,vel alij,qui ex neceſſitate officij, vel conſuetudinis ꝛficiunt librum rationum, teneantur edere officio iudicis nobili,ſi principaliter petatur,vel officio iudicis mercenario,quia petit illud incidenter, & ſi nolit exhibere, competit actio in factũ ad intereſſe.Contrarium,℘ imò ipſum edere petatur per actionem in factum,tenet Spec.in tit.de inſtru.edi. §.videndum.ver. pen.d.Ant.de But.in c.1.de proba.d.Alex.hic per tex.in l.prętor. in prin. ff.eo. niſi verba referantur ad partem non ad iudicem, & per tex.in l.3.§.pen.cum gl.in verb. conſcripſit.ff.ad exhib.dicit tamen do. Alex. ſecus eſſe in editione actorum,quæ petitur officio iudicis,per l.2. ĵ.eo. vbi verba diriguntur ad iudicem,& ſequitur.d.Ant.de Alex. hic, ſed non aſſignat rationem diuerſitatis.Dic tu,℘ ratio eſſe poteſt,cùm acta fiant ad banchum ipſius iudicis,magis ſpectat ad eius officium facere, vt exhibeantur,quàm alia inſtrumenta,vel alij libri rationum, qui ſeorſum fiunt,& ita habetis expeditam iſtam.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Acta tam ciuilia,quàm criminalia debent edi ad veritatis indaginem.*
2 *Quę differentia ſit inter editionem actorum,quę fit iudicis officio,& editionem rationum ſeu inſtrumentorum,quæ fit per actionem in factum.*
3 *Notarius banchi non poteſt alicui dare copiam actorum,imò nec oſtendere ſine licentia iudicis.*
4 *Acta dicuntur publica,& quæ veniant appellatione actorum, & an ſit differentia inter acta,& geſta.*
5 *Acta publica tam ciuilia,quàm criminalia debent edi cuicunq; petenti, cuius interſit,& de quibus ſit danda copia.*
6 *Allegationum iuris,vel conſiliorum productorum iudici ab vna parte, an danda ſit copia.*
7 *Sententia lata per falſas iuris allegationes productas ab actore, poteſt quandocunque retractari.*
8 *Iudex debet laborare pro veritate inquirenda.*
9 *Iudex appellationis poteſt mandare iudici à quo,vel parti appell.vt exhibeat ſententiam,vel copiam actorum.*
10 *Quando pars negat ſententiam fuiſſe latam,ſibi præiudicat, quaſi tacitè renunciando.*
11 *Vbi quis debet incontinenti priuari iure ſuo,per lapſum termini,requiritur bina monitio iudicis durante termino, ſecus quando ex interuallo.*
12 *Iudex propter contumaciam poteſt denegare audientiam ad tempus.*
13 *Quando pars eſt præſens in iudicio non debet ſibi dari terminus ad capiendum copiam actorum,ſicut debet dari actori, vel alij parti, quæ fuit abſens.*
14 *Mortuo, vel remoto iudice,debent acta reproduci coram eius ſucceſſore: aliàs non valet ſententia lata per ſucceſſorem, tanquam lata non viſis actis.*
15 *Sententia lata in tam breue tempus, ℘ veriſimiliter iudex non potuit acta videre,eſt ipſo iure nulla.*
16 *Non valet decretum iudicis interpoſitum in alienatione bonorum minoris,quando fuit interpoſitum dum peteretur.*
17 *Inſtrumenta ciuilia,& criminalia an ſint edenda fiſco.*
18 *Teſtes debent deponere pro vtraque parte.*
19 *Acta facta in vno iudicio an faciant fidem,vel habeant effectum inter eaſdem perſonas in alia inſtantia.*
20 *Sententia arbitri non impedit alienationes.*
21 *In omnibus caſibus,in quibus teſtes poßunt examinari lite non conteſtata,non publicati probant.*
22 *Teſtes examinati,& publicati faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdẽ perſonas,fallit pluribus modis.*
23 *Acta facta in vna cauſa quo ad alias perſonas, an faciant fidem in alio iudicio,fallit multis modis.*

LEX II.

SI apud quem. Ad euidentiam p̃mitto pro iuuenibus, quòd iſta.l. timore vnius contrarij, quod formabo nunc ſuper gl.legitur,& variatur quinq; modis.Et licèt,vt dixi,gl.videatur ponere quinque prin.intellectus; tamen re vera ſunt tantum duo. Primus intellectus eſt, quod iſte tex.loquatur de editione actorum,quæ debet fieri parti. Secũdus intellectus eſt,quòd loquatur de editione actorum, quæ debet fieri iudici, quia text. in ambiguo locutus eſt. Iſta editio, quomodo debeat fieri ipſi iudici,variatur in gl.quatuor modis, ibi latè dicam.Dicit Pau.de Caſt.℘ iſta.l. allegatur tanquam ſingularis ad infinitos caſus, & ita inferius videbitis. hoc dicit in
1 ſumma.† Acta tam ciuilia,quàm criminalia debent edi ad veritatis indaginem.hoc dicit.Primò pondera tex.ibi,is apud quẽ, quòd editio actorum tam ciuilium,quàm criminalium fit officio iudicis,cùm verba hic ad iudicem referantur. glo.in l.ſi ſoror.C.de colla.& in l.ſi res obligata.in princip.ff.de legat. 1. latè Bar.in l.vnica.in 5.col.ff.de condict.ex l.facit tex.in l. metum.§.
2 ſed quod prętor ait. & ibi Barto. not. ff.quod met.cau.¶† Et ex hoc habetis vnam differentiam inter editionem actorum, quæ fit officio iudicis,vt hic,& editionem rationum, ſeu inſtrumentorum,quæ fit per actionem in factum, vt firmaui in l. præcedenti.ad fin. & ibi aſſignaui rationem diuerſitatis. Adde ſecundò differèntiam, quia editio rationum non fit ſine cauſa. l. 1.in verb.ex cauſa.ſ.eo.Ideo requiritur, ℘ eius mandato ſint factæ. l.ſi quis ex argentarijs.§.rationem.ff.eo.ſecus eſt in actione, quę indiſtinctè abſque alia cauſa debet edi cuilibet, cuius intereſt. Ideo tex.hic non dicit ex cauſa,prout in l.præcedenti.Ita declarat Io.And.in addi.Spec.in tit.de inſtr.edi. ſuper rub.in ver.de ſeptimo Bar.in l.1.§.editiones.ff.eo.in 1.col.poſt gl. ibi, & in l.2.§. diuus Adrianus.in 2.col.ff.de iur.fiſ.Pet. de Anch.in cle.1.de vſu. bonus tex.in l.2.C.vt lit.pen.idem in ſcripturis exiſtentib. in archiuis publicis,ſm d.Ant.de But.in c.1.de prob ſentit Bart.in d. l.2.§.diuus.arg.l.illatæ.C.de fid.inſtrum. ¶Tertia differentia eſt, quia acta,quę peruenerunt ad tertium dominum,per illum tertium debet edi.gl. eſt no.in d.l.2.§. Item diui.in verb.agatur, circa fi.quam Ang.ibi reputat ſing.ſecus eſt in inſtrumẽtis, quę ad manus tertij peruenerunt.gl.eſt no.dig.in l.in fraudem.§.neq;.ff. de iur.fiſ.quam etiam multum not.Ang.in l.1.§.edenda.ff.eod. ſequitur Panor.in c.1.quicquid ibi teneat dom. Anto.de prob. aliquid Barto.in l.quædam.in princip. ff.eod.¶Quarta differentia eſt, quia inſtrumenta, & rationes non debet edi niſi ſemel, niſi probetur amiſſio caſu fortuito. l.ſi quis ex argentarijs.§.fin. in fi.cum l.ſequen.ff.eo.ſecus eſt in actis, quorum debet fieri copia toties quoties requiritur, etiam non probata amiſſione.Ita dicunt notabiliter Ange.& Paul.de Caſt.in l.veluti. §. hæc vox. ff.eodem.alleg. Innocen. in c. quoniam contra falſam. de proba.& licèt dom.Alexan.ibi dubitet, adde etiam Bald. idem tenentem in addi.Specu.in titu.de inſtru. edi.in ver. an notarius.

¶† Secun-

Source : BIU Cujas

3 ¶† Secundò not. ℘ cùm edictio actorum ſpectet ad officium iudicis, hic probari fi. Gul. de Cun. Bal. Fulg. & Pau. de Caſtr. hic, ℘ notarius banchi non poteſt alicui dare copiam actorū, imò nec oſtendere ſine licentia iudicis, tamen text. iſtud non
4 probat, q̃ loquitur, qñ notarius nolebat edere. ¶† Tertiò no.
a ℘ acta dicuntur publica, [a] & quare dicantur publica, declarat Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtr. edi. ſuper q. in 3. col. Pau. de Caſt. & do. Alex. hic. ¶Item adde, ℘ ſcriptura, quæ fit coram iudice, dicitur de actis. l. illud. in gloſ. in verb. actor. & ibi not. Bald. in 2. colu. C. de ſac. ſan. Eccleſ. imò plus etiam not. Bald. in l. interrogata. per illum text. cum glo. C. de lib. cau. ℘ appellatione actorum, veniunt omnia, quæ facta ſunt in præſentia iudicis, licèt non in figura iudicij, ſed ſcripturæ factæ per ſolū notarium abſque commiſſione iudicis, vel eius præſentia, non ſunt de actis. & ita not. Bald. in Auth. quæ ſupplicatio. C. de præ cib. Imp. off. ſed contra hoc vltimum habes text. in l. præcipi-
b mus. circa med. in verſ. in his. & ibi Bald. met expreſsè not. C. de appel. Et generaliter, quæ veniant [b] appellatione actorum, habes text. in c. quoniam contra falſam. & ibi Doc. extra de prob. glo. & Doct. in l. acta. ff. de re iud. & in l. 2. C. vt lit. pen. cum alijs
c concor. traditis per dom. Alex. an autem ſit differentia [c] inter acta, & geſta, text. innuit, ℘ ſic in l. 1. in princ. ff. de offic. procu. Cæſ. Bart. ibi tenet contrarium, & dicit, ℘ ibi eſt inculcatio verborum, tamen Lau. Val. in 3. lib. elegantiarum ſuarum in cap. 291. aliàs eſt 191. dicit, ℘ geſta ſunt publicæ adminiſtrationis, vt cùm dicimus geſta Cæſaris: acta autem priuatos reſpiciūt. ¶Inter facta, & geſta quamuis ſubtilis videatur differentia, tamen non eſt, ſecundum Iuriſcon. in l. licet inter geſt. ff. de verb.
5 ſign. ¶† Quartò [d] ex hac l. generaliter not. regulam, ℘ acta pu-
d blica tam ciuila quàm criminalia debent edi cuicunque petenti, cuius interſit. Et ex hoc not. Bald. & Mod. hic, ℘ copia in quiſitionis, & articulorum ſuper fama debet dari reo. c. qualiter, & quando. el. 2. §. debet. de accuſ. ſimiliter & copia indicio-
e rum. [e] Bart. in l. ſi. ff. de qõnib. Ang. in repe. l. ſi vacātia. in 28. col. C. de bon. vacan. lib. 10. Can. in c. cùm oporteat. de accuſ. not. do. Alex. in conſ. 65. in 1. vol. ℘ inc. habita ſuper conten. in ſupra ſcripto themate. vbi etiam not. per eum, an interim debeat ſuperſederi à tortura, & an Poteſtas, qui ſecus faceret, teneretur in ſyndicatu. Similiter debet parti dari copia capitulorum, vel articulorum, aliàs teſtes dicuntur recepti ſuper impertinentib. ita Bald. poſt Inn. in c. per tuas. de teſt. ¶Fallit in interrogatorijs
f teſtium, [f] quorum ſi daretur copia parti, præſtaretur materia ſubornandi teſtes. glo. eſt not. in c. 2. in verb. interrogatoria. de teſtib. in 6. ſentit glo. 2. quæſt. 1. c. in primis. Spec. in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. in prin. cum concor. per d. Alex. ¶Fallit ſecundum do. Alex. & do. Ant. de Alex. hic in parte, quæ debet reſpon. poſitionib. pẽdentib. de facto proprio, q̃a nõ debet dari copia, ſed tantum legi, ne inſtruatur ab aduocato qualiter reſpondeat, contra glo. in l. 2. in princ. C. de iur. cal. & in c. 2. de confeſ. in 6. & ita allegant tenere Bald. in l. 2. C. vt lite pen. ¶Tene contrarium, prout de conſuetudine videmus, & tenet etiam Bald. met in add. Spec. in titu. de teſte in verſ. copia. & in margari. ſua in verb. interrogatoria. ¶Tres aliàs fal. ponit do.
6 Alex. hic. Vltra Scribentes quæro, † nunquid debeat dari copia de allegationibus iuris, vel de conſilijs productis iudici ab vna parte. Lud. Ro. in ſing. ſuis in ordine ſing. 266. incip. fuit interrogatus. refert, ℘ Ioann. de Imo. de hoc Bono. interrogatus obmutuit, ipſe tenet, ℘ non, cùm ipſa tendant ad inſtructionẽ ſolius iudicis, allegat ita ſingulariter tenere Innocen. in cap. per tuas. de teſt. ¶Ego teneo contrarium, & reperio contrarium tenere Ioan. Petr. de Ferra. in Practica Papien. in tit. de for. pet. cop. inſtru. circa prin. vbi formaliter tenet, ℘ quemad modum de omnib. actis debet fieri copia parti, ita de allegationib. iuris, & conſilijs, ne iudex circunueniatur ex falſis allegationib. vt l. 1. C. ſi ex fal. alleg. & l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. ¶Confirmo per duo fundamenta: primò, allegationes iuris ſunt de actis, & debent in actis redigi. c. dudum. 1. de elect. Spec. in tit. de diſputa. & alleg. §. porrò. verſ. & not. ℘ inter acta. ergo ſumus in regu-
7 la huius. l. † Secundò, quia ſententia per falſas iuris allegationes productas ab actore, poteſt quandocunque retractari. l. ſi prætor. §. Marcellus. cum ſim. ff. de iud. & l. 1. C. ſi ex falſ. alleg. ergo reo debet fieri copia, aliàs quomodo ſciri poſſet, alleg. iuris eſſe falſas? Nec obſt. auctoritas Inn. in c. per tuas. allegata per Lud. quia Inno. loquitur in his, quæ dantur ad inſtructionem examinatoris, & ſic loquitur de interrogatorijs, in quib. verum eſt, vt ſupra dixi, vt non debeat dari copia parti, non autem lo
8 quit de alleg. iur. ¶Vltimò not † ℘ iudex debet laborare pro veritate inquirenda. facit. c. iudicantem. 30. quæſt. 5. Veritas. n. ſæpius examinata magis ſplendeſcit in lucē, text. eſt in c. graue. 35. quæſt 9. quem alleg. glo. antepe. in cap. cùm Ioannes. de fid. inſtr. ¶Ex iſto not. glo. fin. tria elicit, Bart. ibi addit quartum, ibi dicetur in glo. ¶Capio gl. primam in verb. is apud quem, q̃ diuiditur in duas partes princ. In prima exponit text. & eſt clara. In ſecunda videtur ponere quinque intellectus ad text. ſed
g ſed re vera ſunt duo principales. Partes patent. [g] ibi res. i. cā ap-
9 pellationis. ¶† Not. ℘ iudex appellationis poteſt mandare iudici à quo, vel parti appellatæ, vt exhibeat ſententiam, vel copiam actorum. Hic quærit Bart. quid faciet iudex, ſi pars nolit exhibere, & tradit practicam, de qua hic per eum, poſt Inn. in c. G. perpetuus. de fid. inſtr. Adde, ℘ idē tenent, Ang. & Sal. hic. Bart. in l. 1. §. edenda. ff. eod. & in l. ſi appellationem. C. appel. Petr. de Anch. in c. cordi. de appel. lib. 6. vbi commendat hanc practicam pro omni inſtrumento, ℘ quis tenetur exhibere. idē tenet Lap. de Caſtel. alleg. 10. Bald. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel. vbi pro hoc originaliter alleg. bonum text. in l. fin. verſ. ℘ ſi prædictum. C. de fid. inſtr. iſtud dictum Inn. etiam refert, & ſequitur Spec. in tit. de inſtr. edi. §. nunc dicemus. verſ. ſed pone
10 pero. ¶Tu aduerte ſecundum Mod. ℘ Inn. non loquitur in ter-
minis Bart. † ſed quando pars negat ſententiam fuiſſe latam, tunc ſibi præiudicat, quaſi tacitè renunciando. l. duob. ff. de excep. rei iud. & in iſtis terminis cum Inn. tenet Ioan. And. in c. Roma. §. ſi verò. dẽ appel. in 6. not. Bald. in l. 2. in 1. colum. C. vt lit. pen. in l. fin. ad fin. ĩ. eod. & in l. noſtram. in vlt. col. C. de teſt. ¶Contrarium tenet Fed. de Sen. in conſ. 202. ℘ inc. audiui ſæpè vos conſuluiſſe. per fundamentum, cui reſpondet Pan. in d. c. G. perpetuus. Sed in terminis in quib. lòquitur Bart. adde, ℘ idem tenent do. Ant. & Pan. in d. c. G. perpetuus. & do. Ale. hic, & Inn. ibidem cum aliquali diſtin. mouetur per fundamenta Bart. ¶Ego vltra Scribentes conſidero, ℘ fundamenta Barto. non ſunt tuta. Nam contra primum obſt. doctr. glo. bene intel-
11 lecta in §. ſi quis autem non implens. in verbo admonitus, &
ibi clarius Ang. in Auth. de hæred. & fal. † ℘ vbi quis debet incontinenti priuari iure ſuo per lapſum termini, requiritur bina admonitio iudicis durante termino, ſecus quando ex interuallo. ¶Et ex hoc Ang. ibi colligit regulam generalem. Quòd ius mihi quæſitum non debet iudex per ſuam interlocutoriā, caſu quo aliquid non fecero. ĩ. terminum, auferre, niſi ſaltem bis me moneat durante termino. Et per hoc infert, ℘ licèt iu-
h dex [h] poſſit aſſignare terminum actori. ĩ. quem agat, & elapſo termino non plus audiatur, iurib. allegatis hic per Barto. Item poſſit aſſignare terminum reo, infra quem ſuas exceptiones opponat, & eo elapſo amplius non admittere, tamen requiri-
i tur bina admonitio [i] infra talem terminum, aliàs eius lapſus non præiudicaret. Ita tenet Ang. in §. ſi quis autem pro redemptione. 2. verſ. ſi autem qui. per illum text. in Auth. de Eccleſiaſti. tit. Eſt verum, ℘ vbique relinquit cogitandum, & glo. in d. §. ſi quis autem non implens. ſequitur, & reputat valde not. Bald. in l. qui crimen. in 8. quæſt. C. qui accuſ. non poſſunt. ¶Itẽ prędictam doctr. ſequitur, & de ea facit magnum feſtum Ang. de Are. in tract. malefi. in gloſ. ſuper verbo nec non ad querelam. d. Bart. Vero. in cautela. 152. eam ſequitur, & reputat ſing. d. Alex. in conſ. 108. ℘ inc. viſo them. & diligenter conſideratis verbis, ad fin. in 1. vol. Quamuis contrarium teneat idem d. Alex. in l. fin. in 1. colu. ff. de fer. dicens, ℘ text. allegati per Ang. non probant, quia loquuntur in caſib. ſpecialib. Lud. Ro. in l. quandiu inſtitutus. §. 1. ff. de acquir. hæred. multis rationib. conatur damnare iſtam regulam, ſed dicit, ℘ in quæſtione de facto non potuit tantum clamare coram iudice, ℘ potuerit cõtrarium obtinere. ¶Tu contra illam doctrinam pondera text. in cap. licet. de accuſ. vbi ſemel monitis, vt accuſarent, vel procederent in accuſatione, fuit impoſitum perpetuum ſilentiū, niſi reſpondeas limitando prædictam doctrinam per illū text.

quòd

ADDITIONES.

a ¶Publica. Adde Lanfr. in rep. cap. quoniam contra. de prob.

b ¶Veniant. Adde glo. in l. in fraudem. de iur. fiſ.

c ¶Differentia ſit. Adde Lanfr. in repe. c. quoniam contra. de prob.

* Et differentiam inter acta, facta, & geſta, vide per Guid. Pap. quæſt. 616. vbi etiam, quòd veniat appel. actorum, & dic, quòd actorum appellatione veniunt non ſolùm ea, quæ ſunt contentioſæ, ſed etiam voluntariæ iuriſdictionis, vt eſt emancipatio, & datio tutorum, item dicuntur omnes ſcripturæ notarij actorum de iudicis commiſſione factæ, teſte Rol. conſ. 38. num. 10. & 12. lib. 1. MASVER.

d ¶Adde Fely. in c. 1. colu. 2. verſ. fallit nono. de prob. PVRPV.

e ¶Copia indiciorum. Adde Bart. in l. cuſtodias. ff. de publ. iud. Bald. in l. 2. C. de eden.

f ¶Teſtium. Adde Angel. in l. non quicquid. ff. de iud. & Bald. in l. data opera. in 19. colum. C. qui accuſ. non poſ. PVRPV.

g ¶Adde gloſ. in l. 1. §. editiones. ff. eod. Pan. in capit. 1. colum. 8. de prob.

h ¶Licèt iudex. Adde Doc. in l. à procedente. C. de dila. & Doc. in l. de vnoquoque. de re iud.

i ¶Bina admonitio. Adde Angel. in Authen. de hæred. & falc. in §. ſi qui autem.

Source : BIU Cujas

quod ibi illud fuerit propter eorum reſponſionem, quia interrogati dixerunt, ſe nolle amplius procedere. Per illud, q̃ in ſimili diximus de citato, reſpondente ſe nolle venire, iuxta glo. in l. fin. ff. de in integ. reſt. & in cap. de illicita. 24. quæſt. 3. Eo modo ſecundum fundamentum Bart. de de negatione audientiæ iuxta glo. in l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed & ſi dum decreto. ff. ex quib. cau. ma. quam reputat ſing. Bald. in cap. 1. in 6. col. de rapto. & alibi ſæpè, non videtur tutum propter limitationem, quæ colligitur ex gloſ. in l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dice non obtempe. & ibi clarè Bald. in lect. antiqua, quem ſequitur ibi do. Alex.
12 in 6. colu. † Quòd per contumaciam iudex poſſit denegare audientiam, verum eſt ad tempus, ſed non in perpetuum, & Bart. hic vult, q̃ in perpetuum. Hic per te ſalues ex diuerſitate
* terminorum. ¶ Tenendo tamen ſententiam Bart. *communiter approbatam*, eam limita duob. mod. Primò, quando pars appellans poſſet habere copiam ſententiæ, vel actorum aliunde, puta, à notario, tunc non poſſet actor cogi, ſecundum Inn. in d. c. G. perpetuus. bene facit, q̃ notabiliter vult Bar. in l. fin. ad fin. ff.
a eod. Secundò intellige dummodo petens [a] copiam velit expenſas pro rata reſarcire, ſecundum Bald. Fulg. & Pau. de Caſt. hic, idem tenent Inn. & do. Ant. de Butr. in c. 1. de prob. Spec. in tit. de inſtr. edi. §. videndum. verſ. ex premiſſis. & eſt bonus text. in l. fin. in fin. in 1. colu. C. de bon. auct. iud. poſſ. in verſ. & expenſas ſecundum quantitatem debitorum perſoluant. ¶ In ea. ibi, ſed exhibentur acta, quia diu abfuerat actor. Ex iſto ſecundo intellectu glo. not. ſecundum Bart. q̃ quando pars eſt præſens in iudicio, & litigat, non debet ſibi dari terminus ad capiendum
13 copiam actorum, † ſicut debet dari actori, vel alij parti, quæ fuit abſens. cum Bart. tenet Ang. in l. 1. §. editiones. vbi ſimilis glo. ff. eod. ¶ Contrarium videtur tenere Fulg. Pau. de Caſtr. & d. Alex. hic. Mouetur Ful. quia contumax non debet eſſe melioris conditionis quàm pars, quæ fuit in iudicio. l. non ſolùm. ff. de noxa. l. ſeruus. ff. q̃ vt, aut clam. adducit do. Alex. glo. not. in c. 1. in verbo requiſitis. de ſen. exc. in 6. quæ vult, q̃ etiã poſt lapſum termini poteſt quandocunque peti copia actorum. facit. l. 2. in generalitate ſui. ſ̃. vt lit. pen. ¶ Ad iſtam glo. reſpon. d. Alex. dupliciter. Primò, q̃ hic ponitur contingentia facti. Iſta nihil valet. Secundò, q̃ iſta glo. loquitur de editione actorum, quæ debet fieri iudici. Nec iſta placet, quia glo. ſequens declarat, q̃ loquitur de editione, quæ fit actori. ¶ Tene cum Barto. [b]
b & pondera, q̃ Bart. non negat, quin etiam præſenti debeat fieri copia actorũ, ſed bene negat, q̃ debat aſſignari terminus prout abſenti. Adde bonum text. in l. de die. §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. & vide, q̃ per illum text. decidit ibi Ang. Nec obſt. q̃ melioris conditionis ſit abſens contumax, quia non eſt verum, cùm ita demum audiatur, ſi expenſas reficit alteri parti. l. ſancimus. ſ̃. de iud. expreſsè Raph. Fulg. hic, ſecus ſi non fuiſſet contumax, ſed impeditus abſque ſui culpa. vt in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. tunc non reficit expenſas, vt probat text. in d. l. ſancimus. in fin. in verb. mala conſcientia. tenet Bal. in l. & ſi poſt
14 tres. ff. ſi quis cau. ¶ † Ex tertia [c] lect. glo. not. ſecundum Bart.
c q̃ mortuo, vel remoto iudice, debent acta reproduci coram eius ſucceſſore, aliàs non valeret ſententia lata per ſucceſſorẽ, tanquam lata non viſis actis, vt hic per eum. ſequitur Angel. & Sal. hic, qui pro hoc allegat bonam glo. in l. quoties. §. fi. in verb. ſolum hæredem. ff. de prob. Tene contra Bart. quia ex quo cẽſetur idem tribunal. l. proponebatur. ff. de iud. & acta producta coram primo iudice valent, & inſtantia cauſæ continuatur in ſucceſſorem. l. mortuo. ff. de iud. iuncta. l. ſi cùm hæres. ff. quando dies lega, vel fideicomm. ced. certè non eſt opus noua reproductione actorum, ſed bene iudex debet per ſe acta videre, ſecundum Bald. & Mod. ibi, & Bald. in d. l. quoties. §. fin.
d No. tamen caſum quotidianum, in quo eſt neceſſaria [d] iſta reproductio actorum, quando ſunt talia acta, quæ faciunt fidẽ in alio iudicio, & inter eaſdem perſonas, vt dicam in glo. fina. ibi opus eſt reproductione. Ita ſing. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 2. quæſt. in 7. combinatione. ff. de acq. poſſ. quam referr, & ſequitur do Ant. de Butr. in c. cùm dilectus. in antep. col. de cauſa poſſ. & proprieta. d. Math. in not. 160. ſequitur d. Alex. & reputat dictum egregium in conſ. 82. inc. in cauſa vertente inter Petrum Io. And. in pen. colu. in fin. in 1. vol. & idem do. Alex. hic in fin. ¶ Item adde inquantum Bart. tenet, q̃ ſen-
e tentia lata [e] non viſis actis ſit ipſo iure nulla, tanquam ſit lata ſine cauſæ cognitione. Idem tenet in l. 2. in princ. ff. de iud. latè Cano. in c. cùm Bertoldus. per illum text. de re iud. & in c. Eccleſia. S. Mariæ. de conſt. cum concor. traditis per do. Alex. hic,
15 & in l. properandum. §. 1. in 3. not. C. de iud. † bene facit, q̃ dicimus, ſententiam latam in tam breue tempus, q̃ veriſimiliter judex non potuit acta videre, eſſe ipſo iure nullam, quia ex hac brevitate temporis præſumimus, q̃ ſit lata ſine cauſæ cognitione. ita not. Barto. in l. prolatam. ad fin. & l. ex ſtipulatione. C. de ſent. & interlo. & dicit dom. Alex. q̃ iſtud dictum tenent vbique Doct. in locis per eum allegatis. Adde text. in c. ponderet
50 diſtin. vbi glo. dicit, q̃ tempore egemus, vt aliquid matu-
f rius agamus, per quam arguit ibi Gem. contra iudices, [f] quibus de mane mittitur proceſſus, & in veſperis ſententias ferunt, q̃ ſint ipſo iure nullæ, quia non præſumitur, q̃ de cauſa cognouerint. ¶ Item adde text. in cap. ad noſtram. de conſue. per quẽ Bald. inuehitur contra iudices fabricantes ſententias non rumi nato proceſſu. Sed caue dum Bart. in d. l. prolatam. allegat tex. in cap. cùm ex literis. de in integ. reſt. quia ille text. probat contrarium, ex quo contra talem ſententiam latam prçcipitanter, concedit reſtitutionem minori, ergo præſupponit ſententiam valere, ſecundum Pan. ibi in 3. colu. ſaluantem Bart. cum vna limitatione, de qua ibi per eum in cap. afferte. in 2. col. de præſum. ¶ Adde etiam, q̃ per illam deciſ. Bart. in d. l. prolatam. cõſuluit ſingulariter Petr. de Anch. in conſ. 82. inc. viſis diligenter
16 actis. † Non valere decretum iudicis interpoſitum in alienatione bonorum minoris, quando fuit interpoſitum dum peteretur, prout quotidiè faciunt iudices, cùm enim in interpoſitione decreti requiratur cauſæ cognitio. l. magis puto. §. non paſſim. ff. de rebus eor. certè ex breuitate temporis præſumitur non interueniſſe, q̃ bene teneas cordi. & ſequitur do. Alex. in conſ. 17. in 2. vol. incip. viſis verbis, &c. Adde etiam, q̃ ſi ſit factum compromiſſum cum ampla, & pleniſſima poteſtate, tamen non poteſt arbiter immediatè poſt compromiſſum pronunciare, quia ſic pronunciaret ſine cauſæ cognitione, q̃ eſſet contra ius. Ita tenent Iacob. Butr. & Bal. in l. 1. ſ̃. de ſen. quæ pro eo, q̃ intereſt. ¶ Capio gl. in verb. exhiberi. quã diuido in quatuor partes. In prima declarat text. In ſecunda fortiter oppo. & videtur dupliciter reſpondere, ſed re vera eſt vna ſolutio. In tertia colligit ex text. not. & ex illo not. infert ad duo. In quarta, & vlt. format no. quæſtionem. Secunda ibi, ſed videtur. Tertia ibi, & ſic eſt argumentũ. Quarta ibi, item an ex his actis. Redeo ad ſecundam partem, in qua glo. videtur ponere, q̃ hic loquitur in actis, ibi in inſtrumentis, bene verum eſt, q̃ dat duas ſolutiones. Sed non eſt niſi vna. Nam in vtraque ſolutione dicit, q̃ hic loquitur in actis, ibi in inſtrumentis. bene verum eſt, q̃ circa inſtrumenta gloſ. variat in prima, & ſecunda ſol. Nam in pri-
17 ma tenet, † q̃ inſtrumenta ciuilia edantur fiſco, non crrmina lia, ſed in ſeq. ſolutione tenet, q̃ tam criminalia quàm ciuilia edantur fiſco, niſi diuerſi ſint effectus, de quo dixi in l. 1. ff. eod. breuiter hæc ſolutio nihil valet, quia licèt in l. contraria tex. loquatur de inſtrumentis, tamen appellatione inſtrumentorum veniunt acta, etiam in materia ſtricta, & pœnali, vt notabiliter tenet Bart. in l. in fraudem. §. neque. ff. de iur. fiſ. ¶ Vnde vera ſolutio eſt ſecundum Bart. & Mod. hic, Bar. & Ang. in d. §. diuus, q̃ acta etiam criminalia debent edi fiſco per notarium, vel per alium tertium, vt hic, non autem per ipſum met reum, q̃ a
18 hoc nimis graue eſſet. ¶ † In ea. ibi, & ſic eſt argumentum, q̃ te-
g ſtes debent iurare [g] pro vtraque parte. adde ad hoc text. glo. & Bart. in d. Auth. ſed iudex. ſ̃. de Epiſ. & cle. ſ̃. allegata. melior gl. in c. fraternitatis. de teſti. Spec. in tit. de teſte. §. ſequitur, in prin. dicit Bald. hic, quem ſequitur Fulg. & Pau. de Caſtr. quòd ſi teſtes producti à me nolunt contra me deponere, repelluntur. facit, quod vult glo. not. in l. Lucius. ff. de inſa. Bald. in cap. fin. ſi de inueſt. inter do. & vaſal. lis oria. in vſi. feu. ¶ In eadem ibi, q̃ minor iuret. Dic clarius, vt per gló. no. in l. 2. §. quod obſeruari, in verbo ſcire poſſunt. C. de iura. calum. ¶ In vlt. parte glo. habes ex glo. q̃ teſtes recepti inter aliquas perſonas non probant inter alias. Falit ſecundum glo. in duobus caſibus. Primus eſt, niſi cenſeantur eædem perſonæ, vt ſunt plures hæredes. Secundò fallit quo ad qualequale præiudicium. ¶ Et quia Cyn. &

Bart.

ADDITIONES.

a ¶ Petens. Adde Alex. hic in 3. fal. PVRPV.
20 expreſſit. ¶ † Quintò adde inquantum Bart. vult , ꝙ quando libellus in criminalib.vel in ciuilibos eſt ipſo iure nullus,ꝙ poteſt emendari ante lit. conteſt. ſi tempora patiantur, hoc eſt ſi adhuc durant tempora ſtatuta à iudice, vel à lege ad agendū.l. accuſaturus.ff.de adul.Facit,ꝙ in ſimili vult Ioann. And.in addi.Spec.in tit.de teſte.§.nunc tractemus.in addi. magna.ſequitur do.Ant.in c.licet cauſam.de probat;ꝙ ſi ſit datus terminus ad producendum articulos, licèt poſt terminum non poſſint alij produci , tamen producti bene poſſunt emendari. Iaſon. ¶Tu conſidera duo:primò ſi libellus eſt ipſo iure nullus,quomodo potuit lis conteſtꝰ ſecundò quando libellus eſt ipſo iure nullus,non eſt ꝓpriè emendatio,imò mutatio de nullo ad aliquid,vt ſupra declarani Tenendo tamen Bart.limita,vt procedat, quando emendatio fit circa aliquod ſubſtantiale: ſi autem emendatio fieret circa aliquod non ſubſtantiale, præfixio termini non impediret talem emendationē , ſic intellige Bart. in l.qui fundum.in princ.per illum text. ff.de contrahen. emp. ¶Sextò adde , inquantum Bart. ponit vtilitatem de gabella non ſoluenda,ꝙ in duob.malè dicit. Nam præſupponit , ꝙ libellus eſſet ipſo iure nullus , ergo non debuit ſolui gabella ,
21 † quia ſtatutum diſponens, ꝙ de quolibet libello ſoluatur ga-
d bella,debet intelligi[d] de libellis validis , & habentibus effectū, vt tenet idem Bartol. in l.fin.§. ſinautem.C. com.de leg.& eſt text.in l.2.& ibi Bald.ad hoc not. C.de eunuch.Bald.& Fulg.in l. non dubium. C. de leg. Secundò inquantum præſupponit Bart. quòd quando emendatur libellus in ſubſtantialibus,non

d ebet

ADDITIONES.

a ¶An ſit licita.Adde Spec.in titu. de lib. conce.in §. octauo. in titu.de ex pen verſ.30.Ang.in Auth.de liti.in §.omnem verò.colla.8.Bald.in Auth, hoc ſacramentum hodie,in fin.C.de iur. calum.

b ¶Exceptio.Fely.in cap.paſtora.colu.7.& in c. exceptionem. de excep. Ang. in §.appellamus.col.27.inſt.de excep. PVRPV.

c ¶Quod in criminalib.Adde Lanfran.in repe.c.quoniam contra.de prob.

d ¶Intelligi.Adde,quæ idem Iaſ.ſcribit in l.non dubium.num.9.3.de legib.in l. cauſas.num.10.in l.vbi pactum.num.22.25.3.de tranſ.in l. ſeruo legato.§.ſi ſeruum.num.6.& 7.de leg.& dic , quòd ſtatutum , quòd de contractu ſoluatur gabella non habet locum in contractu nullo,& inutili, teſte Alex.conſ. 104.colu.2.num.5.lib. 1.& fac. quod nullitas contractus excuſat à commiſſo,vt ſcribit Guid.Pap.conſ.192 quæſt.590. MASVER.

Source : BIU Cujas

debet pro eo gabella ſolui, ex quo primò ſoluta eſt. illud non eſt verum, quia libellus emẽdatus in ſubſtantialibus, cenſetur nouus libellus, ita not. Gul. Bart. & Bald. in l. ius ciuile. per illum text. de iuſt. & iur. Bald. hic in repe. Peruſi. in 6. quæſt. prin. ¶ Succeſſiuè, quia dictum eſt, quòd in criminalib. ſi in libello omittatur locus, & tempus, libellus eſt ipſo iure nullus, procedit quando pro delicto criminaliter agitur. † Quid ſi pro delicto agatur ciuiliter, quo caſu etiam debet apponi locus, & tempus, iurib. hic alleg. per Bart. hinc eſt, quòd ſi contra teſtes opponatur, quòd ſint criminoſi in cauſa ciuili, etiam in talib. exceptionib. debet apponi locus, & tempus. c. præſentium. §. 1. de teſtib. in 6. expreſsè Bart. in l. 1. in 2. colu. in verſ. quæro pone, quòd aliquis excipiendo. ff. de excep. & in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſt. & in l. prætor. in princ. ff. de iniur. not. Bald. in Auth. ſi teſtis productus dicatur. circa fin. C. de teſtib. Quamuis contrarium teneat idem Bald. hic in 10. opp. ponunt etiam latè Cano. in d. cap. præſentium. & in cap. fin. de pur. cano. An ſi omittatur, libellus ſit ipſo iure nullus, etiam parte non opponente? dicit Bart. ſe dicturum in l. 1. ff. cod. ſed ibi nihil dicit, nec hic. Tangit Bald. & nihil firmat, in cap. 1. in 6. colu. quib. mod. feu. amit. in vſi. feu. do. Alex hic in 7. col. tenet, quòd libellus ſit ipſo iure nullus, cùm in eo requiratur expreſſio loci, & temporis, ſicut in criminalibus, ergo pariter debet ipſo iure vitiare. ¶ Tenco contrarium, & pondero Bald. ita velle hic in 8. opp. dum dicit reo petente. idem tenet Fulg. hic per generalitatem reg. l. ſi. in prin. C. de anna. excep. idem tenet do. Fran. Aret. hic ſubtili fundamento, quia ſi inſpiciatur. l. prætor. in princ. de iniur. & l. item exigitur. ff. de dol. non dicunt, quòd pro forma requiratur locus, & tempus, ſed quia non debet vagari actor in tanto crimine, & ſic pro certitudine rei conuenti, vnde qua ratione in ciuilib. actor debet reddere reum certum, tamen procedit ipſo iure libellus, vt ſupra dixi, ita etiam hoc caſu, nec ſimiliter dictum Alex. eſt bonum, quia in criminalib. agitur ad vindictam publicam, glo. in l. 3. ff. de ſep. vio. nec poteſt reus renuntiare defenſionib. glo. eſt ſing. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & ibi l. vltra procedit annullando ipſo iure, vt ſupra declaraui, quæ omnia ceſſant, quando pro delicto ciuiliter agi-
23 tur. ¶ † Vltra Bart. cadit neceſſaria dubitatio, an [a] quando libellus eſt ipſo iure nullus, poſſit nullitas purgari ex probationibus aptis, puta, in libello accuſatorio eſt omiſſus locus, & tempus, an ſuppleatur ex probationib. aptis. Bald. hic tenet, quod non, in 8. opp. niſi per confeſſionem partis. c. 1. de accuſ. in 6. & idem Bald. hic in 9. colu. quærit an probatio apta ſuffragetur libello inepto, concludit, quòd non, quia non eſt medium ſine princ. alleg. Ioan. And. in c. examinata. de iud. in nouel. Contrarium tenent Pau. de Leaz. & Petr. de Anch. in cle. conſtitutionem. de elect. Tene primam partem, & pondera idem velle Bart. ſi bene inſpexeris, in l. ſi præſes. de pœ. poſt medium. Et dicit idem Bald. in l. 1. in vlt. colu. ff. de iur. omn. iud. quòd ſi libellus eſt ineptus, & probatio apta, vel ſi exceptio rei eſt inepta, & probatio apta, iudex tamen non poteſt ſupplere ex probationib. aptis, niſi per confeſſionem partis, quod reputat not. dignum. Facit, quod vult idem Bald. in l. 1. ad fin. C. de pign. act. vbi dicit Bald. quòd quando eſt malè actum, & bene probatum, debet denuo agi. facit, quod vult gloſ. not. in l. verbum oportere, aliàs eſt in l. præceden. ff. de verb. ſign. quam not. Bal. in cap. 1. in 2. colu. de mil. vaſ. qui contu. eſt in vſi. feu. Ad idem bene facit, quod nota. multum dicit Angel. in l. Claudius. in 1. colu. poſt med. ff. qui pot. in pign. hab. quod quando in libello eſt actum ex cauſa inepta, & iudex in proceſſu videt probatam cauſam aptam, debet tamen abſoluere reum reſeruata actori facultate agendi ex cauſa apta. text. eſt quem dicit, quod. d. ſuus Bald. ſemper habere ſolebat in ore, in l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dot. bene verum eſt, quòd quando libellus eſſet ambiguus, incertus, vel obſcurus, qui procedit ipſo iure, declaratur ex probationib. aptis. in his terminis procedit gl. ſing. in l. 1. §. ſi quis argentum. ff. depoſi. Barto. in l. in actione. ff. de furt. & ſecundum iſta intellige, quod tenet Lud. Rom. contra Raph. Cum. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de oper. nou. nun. quod ſi in libello omiſſa ſit qualitas, vt locus, vel tempus, quòd non poſſit ſuppleri ex probationib. & ex his habes expeditum primum caſum Bart. hic. ¶ Secundum caſum vide per
24 te vno excepto, † quòd acceſſoria, quæ emergunt poſt lit. conteſt. non ſpectant ad actionem, vt præſupponit Bar. ſed veniunt offic. ind. mercenarij, vt per Cyn. hic in 6. quæſtio. ad fin. ¶ Tertius caſus Barto. eſt, quòd ſi per emendationem qualitatis libelli mutatur actio, vel ſubſtantia facti, non ſit licita emendatio. Credo, licèt nemo tangat, Bart. malè loqui, imò licita eſt ante lit. conteſt. ſi tempora largiantur, per illud, quod Barto. met tenet ſupra in primo membro, quod in criminalib. quando libellus eſt ipſo iure nullus, tamen admittitur emendatio ante lit. conteſt. ſi tempora largiantur, ergo idem debet eſſe hic, & ſi dicis Barto. ibi loquitur de emendatione, ſed hic eſſet mutatio, quia vt ibidem dixi, quando libellus eſt nullus, de nullo ad aliquid eſt mutatio, & non emendatio. Fortius Barto. ibi firmat, quòd ante lit. conteſt. libellus poteſt in totum mutari, ergo & hic. fortius volunt Doct. in ſeq. part. gloſ. quod mutatio libelli ante lit. conteſt. ſit licita. Vnde credo Bartol. indiſtinctè loquutum non bene conſideraſſe, & ita hoc mane feci publicari hanc concl. contra Bartol. indiſtinctè loquutum: nam debebat diſtinguere poſt lit. conteſt. ¶ Nec obſt. fortiter tex. in l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. in verſ. mox. alleg. per
25 Barto. † Quia dupliciter reſpondeo. ſ. quod dictio mox, [b] debet aliter intelligi ſecundum ſubiectam materam, per not. per Bart. & alios in l. fructus. ff. ſol. matr. Secundò realius reſpondeo, vt per Bart. circa princ. quòd ex eadem denuntiatione ſic variata, licèt mox, non poteſt ſequi confirmatio, ſed bene ſi mutaretur, & daretur nouus libellus. Item adde inquantum Bart. tenet. ℘ quando per mutationem qualitatis non mutatur actio, nec ſubſtantia facti, quamuis augeatur, vel minuatur condemnatio, licita eſt emẽdatio vſque ad ſententiam, prout etiam tenuit glo. hic, & Bart. in d. l. in delictis. §. ſi detracta. Errat Barto. quia mutatio illius qualitatis. ſ. ſcientiæ., vel ignorantiæ domini, non facit mutari ipſam condemnationem, cùm vtroque caſu ſemper dñs condemnetur inſolidum ad damnum, bene verum eſt, ℘ poſtea moderatio fit in executione talis ſententiæ, quia ſi dñs fuit ignorans, habet in executione ſententiæ facultatem dandi ſeruum pro noxa, ſecus ſi fuit ſciens. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. ¶ Item adde, ℘ contra Bart. multum obſt. l. ℘ in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. ſecundũ Imol. in l. 1. §. 1. ff. de pub. in. rem act. qui dicit, ℘ iſtud contrarium nõ reperit formatum à Doct. & ℘ d. §. eligere. debet intelligi, & limitari ſecundum d. §. ſi detracta. & ita dicit ſentire Cyn. hic in 6. q. Sed Inn. in c. 1. de lib. oblat. quem refert, & ſequitur Bald. in d. §. ſi detracta. dicit, ℘ ibi actor non expreſſit in libello qualitatem ſcientiæ, vel ignorantiæ, ideo variatio admittitur, ſecus ſi expreſſiſſet. d. §. eligere, ſed iſta ſol. eſt contra text. d. §. ſi detracta. in verſ. de ſcientia domini arguenda pœniteat, ſm Ioann. de Ana. in c. fin. de collu. deteg. ¶ Veritas eſt, quam ponit dom. Ant. in c. 2. de lib. oblat. Bald. hic in rep. Peruſina. in 6. q. & Alb. in d. §. ſi detracta. ℘ vbi variatio illius qualitatis ſcientiæ, vel ignorantiæ domini non mutat condemnationem, cùm ſemper fiat inſolidum, vt proximè declaraui, ideo admittitur, ſecus in d. §. eligere. & hãc tene. ¶ Quartus caſus Bart. circa emẽdationem, eſt in declarando obſcuritatem libelli, vt hic per
26 eum. Adde, † quòd ſicut hæres non poteſt declarare libellũ defuncti, vt hic per Bart. ita dominus non poteſt declarare libellum à procuratore porrectum. glo. in l. idem Pompo. ſcribit. ff. de rei vend. hic alleg. per Bart. iuncta gl. in §. ſi quis aliud. inſt. de act. & ſi ſemel declarauit libellum, non poteſt amplius declarare, vt dixi in text. in pen. not. ¶ Vltra Bart. in hac materia emendationis libelli, vltra limitationem dictam in text. in 1. not. & aliam dictam in pen. not.

27 **Addi.** Secundò limita, † vt actor ſemel tñ poſſit libellum emendare, & poſtquam ſemel emendauit, non poſſit amplius etiam ante lit. conteſt. emendare, ita ſing. Bald. in c. 2. de lib. obla. per text. not. in l. ſi quis iuſiurandũ. ff. de re cred. Confirmo per illud, ℘ fortius vult ſing. Ang. in l. ſi quis intentione ambigua. col. fin. de iud. vbi dicit, ℘ licèt actor poſſit declarare libellum vſque ad ſententiam. d. l. ſi quis intentione ambigua, & Bart. hic in quarto caſu proxi. præcen. tñ dicit ibi Ang. ℘ poſtquam ſemel declarauit, non poteſt amplius declarare, de hoc dicit eſſe glo. ſing. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. non inuenio tamen, ℘ illa gl. dicat hoc. Confirmo per aliud in ſimili. Nam dicit Bald. in Auth. habita. C. ne fil. pro patr. col. 11. verſ. 3. dubitatur. in fin vbi dicit, ℘ ſi aliquis habeat plures iudices, vt ſunt ſcholares, dato, ℘ ſit verum, ℘ vno electo poſſit. variare, tamen iſta mutatio, vel variatio non poſſet fieri niſi ſemel, alleg. d. l. ſi quis iuſiuran. ¶ Tertiò limita, niſi ſtatuto diſponeretur, ℘ productio libelli habeat vim lit. conteſt.

ADDITIONES.

[a] ¶ Quæſtio, Iaſ. remiſſiuè in §. ex maleficijs. colu. 15. inſt. de act. & in §. curare. 4. colum. eod. tit. in l. 1. colu. 2. de offic. aſſeſ. & in l. 2. vt nemo priuatus. Dec. conſ. 83. PVRPV.

* Et vide, quæ idem Iaſ. ſcribit in l. 2. §. ſi quis Epheſi. ff. de eo, quod cert. loco vbi dixi, & declarat Miſing. cent. 2. obſer. 32. & 40. & fac. q̃ ſcribit Pract. Pap. for. inquiſ. verſ. Anno præſente. vbi addo, & not. Rob. de ord. iud. c. 31. num. 12. 13. & ſeq. Boſ. tit. de inquiſ. num. 90. idem Iaſ. in l. quid ſit nominatim, nu. 12. 13. & ſeq. ff. de lib. & poſth. MASVER.

[b] ¶ Quod dictio mox. Adde glo. in verſ. incontinenti. & ibi Doct. in c. præterea. de teſt. cog. gl. in c. an ſit. de appel. Hoſt. in cap. veniens. el. 2. de teſt. Abb. in cap. quia propter, §. 1. de elect. in c. 1. de mutu. peti.

Source : BIU Cujas

conteſt. ſecundū Bal. in l. accuſationem. in fi. ĩ. qui accuſ. non
a poſ. & in l. 1. col. 16. eo. tit. [a] Iaſon Papiæ.
¶Et adde, q̃ in omnib. caſib. in quib. dictū eſt emendationē libelli non admitti poſt lit. conteſt. ſemper intellige, qñ iuratum eſt de calumnia, ita ſing. tenet Spe. in tit. de li. conce. §. nunc oſtendamus. in verſi. emendari, & licèt Bal. in l. error. in 6. col. C. de iu. & fac. ign. & d. Alex. hic in 7. col. eum reprehendant, adde q̃ idem ad literam tenet Inn. in c. 1. in prin. vlt. col. de lib. obl. Item adde, q̃ in caſib. in quibus non pōt fieri emendatio poſt lit. conteſt. procedit ēt ſi vtraque pars conſentiret, ita ſin. Bal. in Auth. hodie. ad fi. C. de iura. cal. quod putat perpetuò tenendū mẽti. Et loquitur, qñ emendatio fieret circa ſubſtãtialia libelli, & ratio huius eſt, quia ſubſtantialia iudicij non ſtant in diſpōne partiū, gl. in c. de cauſis. de off. deleg. Bartol. in Auth. offerat̃. in pe. q. C. de lit. ꝫteſt. Itē ſi emendatio fieret addendo, ferret̃ ſnīa ſuper eo, ſup̃ quo nō eſſet lis ꝫteſt. ꝯ l. prolatam. C. de ſen. & interlo. ¶Itē adde, q̃ ea q̃ dicta ſunt de emendatione libelli, procedunt non ſolūm in libello porrecto in cauſa prin. ſed ēt in libello porrecto in cauſa appel. ſm Bald. in l. ſi quis libellos. C. de app. & in l. per hanc. in 3. col. C. de temp. app. & in l. idem Pompo. ſcribit. vbi ēt Ang. ff. de rei vend. Bal. in lect. Peruſi. in pen. char. ſed libellus datus in 1. inſtantia non poſſet poſteà mutari, vel emendari in cauſa app. ſm d. Ant. de Bu. in c. 2. in vlt. col. de lib. obl. quem per plura fundamenta ſequitur Lud. Ro. in conſi. 381. quod inci. quæſtio eſt nunquid libellus in inſtan. 1. ¶Sum in 2. par. prin. gl. ibi, ſubijcit de mutatione. cum qua lege ſimul illam partem gl. ĩ. ibi, quod dixi non fieri mutationem. & gl. declarat, quid ſit mutatio, & vſque ad quantum tempus. fieri poſſit, demum opponit & ſoluit, & ſic
28 diuiditur in 4. part. ¶† De primò, quid ſit mutatio, dic ſecūdū hanc gl. & Bar. quando omittitur actio propoſita in libello, & noua intentatur. & aduerte ex mente Cy. in 7. q. Saly. & Pau. de Caſt. q̃ mutatio fit tripliciter, aliq̃ fit mutatio cauſę, qñ in libello egi ad pecuniā ex cā mutui, volo nunc mutare, & agere ex cauſa depoſiti. Aliq̃ fit mutatio actionis, remanente eadē cā, qñ ꝓ damno dato egi actione l. Aq̃lię, nunc volo mutare, & agere ex titulo, arborū fur. cæſa. Aliq̃ fit mutatio ſolius rei, remanente cauſa, & actione, qñ egi actione depoſiti ad veſtes, poſtea certioratus à teſtib. q̃ non fuerunt depoſitæ veſtes, ſed libri, volo mutare, & agere actione depoſiti ad libros. Vſq;
b autem ad quantum tempus [b] fieri poſſit hæc mutatio, de iure fiorum. & C. clarum erat, quòd vſque ad lit. conteſt. ſed gl. hic tenet, q̃ hodie ſit correctū per Auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iud. idem tenēt Pet. & Cy. hic. Io. Andr. in addi. Spe. in 4. parte, in tit. de accuſ. ſuper rub. & in tit. de lib. ꝫcep. §. nunc oſtendamus. in prin. ¶Dic melius ſm alios omnes hic, & in d. Authen. qui ſemel, q̃ illa Auth. quæ ſumitur ex §. omnem. in Auth. de litig. nihil obſt. quia loquitur in actore ꝓcraſtinante, & differente procedere, vt inſtantia pereat: hic autem vult procedere renuntiando in totum primæ actioni, & aliam intentando, certè poteſt ante lit. conteſt. ¶Sum in teritia par. prin. gloſ. ibi, ſed cumulatio. ex qua habes regulam cum duab. fal.
29 ¶†† Regula eſt, q̃ cumulatio regulariter permittitur vſque ad lit. coteſt. & ſm Bart. & Docto. hic, cumulatio eſt vnius actionis cum alia coaceruatio. Vel melius, ſm Bal. in l. 1. in vlt. col. C. de fideicom. cumulatio eſt plurium actionum ſe inuicem contingentium in vno, vel plurib. libellis coaceruatio. Contra fal. glo. obſt. fortiter tex. in §. ſed neque. in Auth. de fideiuſ. Bar. refert duas ſol. Antiquorum, quas reprobat, deinde reſpondet tertio modo, vt hic per eum, & in l. fundum. ff. de exce. & hāc tenet, licèt Fulg. & Pau. de Caſt. dicant, q̃ ſol. Bart. proceſſit per mendicata ſuffragia. ¶Quarto modo reſpondet Bald. hic in vtraque lect. q̃ ideo in d. §. ſed neque. admittitur cumulatio, quia ambæ actiones tendunt ad eundem finem. ſ. vt debito ſatisfiat, nec per hypothecariam quis cōſequitur in effectu pluſquam per principalem, ſecus eſt in d. l. fundi. ¶Iſtam tenet d. Alex. ſed non placet, ex quo per hoc non tollitur regnla huius gloſſ. approbata per d. l. fundi, & d. l. fundum, quòd quando actiones ſic ſe habent ad inuicem, quòd ſententia abſolutoria lata in vna, facit præiudicium in alia, ibi non admittitur cumulatio, & fortius quando idem per vtranque conſequimur. ¶Quintò modo reſpondet Fulg. quòd hypothecaria poteſt aliquando de per ſe ſtare abſque principali. l. 2. C. de luitione pig. non ſic eſt in d. l. fundi. Sed hoc nihil valet. quia nos conſideramus ſolam potentiam, per quam poſſibile ſit fieri præiudicium. ¶Sextò modo rñdet Pau. de Caſt. vt ſtatim referam. ¶Sepimò rñdet Bal. in l. fi. C. de act. & oblig. q̃ in d. §. ſed neq;. ideo admittitur cumulatio actionis perſonalis, & hypothecariæ ꝓp naturalem coniunctionem, quam ad inuicem habent.
30 ¶†† Tene ſol. Bar. & pōdera Bar. & Doct. velle, q̃ nō poſſū petere in eodē libello nec à prin. nec ex poſt facto cumulando rē, & fructus, eo quia ſententia abſolutoria lata ſuper re princip. prę̃iudicat in fructibus, & quòd iſta cumulatio non procedat, eſt text. clarus in dict. l. fundi, quem ad hoc reputat ſing. Bald. hic. in 16. col. Eodem modo per d. rationē volunt Bar. & Doc. q̃ ab initio in eodem libello non poſſum petere fortem cum vſuris, vel cum damnis, & intereſſe, quia talia acceſſoria non poſſunt cumulari, nec in eo. libello, nec in diuerſis, nec à principio, nec ex poſt facto, per rationem prædictam, in vtroque tñ ex conſuetudine libellantium videmus totum oppoſitum. ¶Item ēt de iure in eo. libello poſſum petere rem cū fructib. perceptis, vel percipiendis, ſm Cy. in l. cùm propria. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Bar. & Bal. in l. 2. C. de pet. hære. no. latè Bar. & alij in l. & ex diuerſo. §. vbi autem. ff. de rei ven. Eodem modo poſſum petere ſortem cum vſuris, vel cum damnis, & intereſſe, ſm Cy. in l. 1. in 4. oppo. C. de iud. bon. text. in c. dilecti. de for. comp. ¶Quid dicemus? Pau. de Caſt. hic in vlt. colum. dicit ſe habere in hac materia nouam conſiderationem, non viſam nec tactā ab aliquo, quam dicit eſſe meram veritatem, q̃ aut in diuerſis libellis eodem tempore productis quis vult cumulare rem principalem, & iſta acceſſoria, & tunc non poteſt, ēt ſi cōditionaliter cumularet, quia quo ad acceſſoria libellus in totum penderet à futuro, ita dicit ſe intelligere. d. l. fundi, & l. fundum. Aut in eo. libello vult cumulare rem principalem, & iſta acceſſoria, & tunc ſi cumulat purè, & æquè principaliter, iſtud non poteſt, iurib. præall. Aut vult cumulare ſub conditione, hoc modo, peto rem principaliter, ſi & quatenus apparebit me habere ius in re prin. peto fructus, vel peto damna, & intereſſe, hoc modo & conditionaliter bene admittitur cumulatio, alleg. gl. no. in l. qui de inoffic. in gl. magn. ad fi. ff. de inoffic. teſt. Cy. & Mod. in l. 1. C. de iud. & dicit Pau. de Caſt. ſe intelligere. §. ſed neque. in Auth. de fideiuſſ. q̃ ibi admittatur cumulatio actionis perſonalis, & hypothecariæ, eo quia hypothecaria fuit conditionaliter cumulata. Sed eſt nimia diuinatio, & reſtrictio ad illum tex. p̃tereà ratio illius tex. militat vtroq; caſu. Bal. hic in 21. col. dicit, q̃ quis nō poteſt diuidere acceſſorium iudicium à principali, & iſtud eſt principaliter cumulare, & ita dicit eſſe tex. in d. l. fundi. ſed acceſſoriè ſic, & ita dicit conſuetudinem obſeruare, & hoc eſt, quòd in effectu etiam voluit Pau. de Caſt. hic. Ego autē ſic dico, q̃ aut fructus debētur iure actionis, & non officio iudi. mercenario, vt eſt in actionib. bonæ fidei, vbi fructus debentur iure actionis, non dico vſuræ. gloſſ. eſt ſingular. in §. actionum. in gloſſ. magna vltra medium. inſtitut. de act. quam multum not. domin. Mathe. in not. 90. ſequitur Bald. in l. ſi marito. §. final. ſolut. matrimon. quamuis Ang. & d. Alex. ibi reprehendant. Etiam dicit d. Alex, q̃ illa gl. *communiter reprobatur*, quia nulla. l. probatur. Ego ēt puto, q̃ illa gl. ſit falſa, pro vt meliori ratione ꝓbatur tenet Bald. non allegans iſtam gl. in l. ſi. ad fi. C. de vſu. & fruct. leg. Vnde melius exemplū pone, qñ iſta acceſſoria eſſent promiſſa per ſolennē ſtipulationē, vt eſt gl. in l. tertia §. ſitem. ff. de leg. 3. & l. non ſo-
31 lum. de rei vendi. † & iſto caſu, quando acceſſoria debentur iure actio. teneo, quòd nec ab initio, nec ex poſt facto poſſint cumulari cum re principali, ſed oportet expectare finem ſuper re princip. deinde acceſſoria petere de per ſe iure actio. in iſtis terminis propriè loquitur text. in dicta l. fundi. Bartol. & Doctor. hic, tenet Imol. in l. Paulus. la prima. in 1. columna. ff. de re iudic. facit bene text. in l. ſi in iudicio. cum gloſſ. 1. & 2. ff. de excep. rei iud. ¶Limito tñ, niſi illa acceſſoria peterent̃ conditionaliter, eo modo, quo ſupra retuli. ſecundum Paul. de Caſtro, eo quia regula generalis eſt in hac materia, quòd vbi
32 aliàs † duo iudicia non poſſunt cumulari purè, & ſimpliciter, tamen conditionaliter ſemper admittitur cumulatio. glo. eſt in l. conductores. C. loc. & l. non ab re. C. vnde vi. gl. in dict. capitul. Raynaldus. in gloſ. quæ incipit, ſed nunquid. de teſt. Cyn. in l. ordinarij. in ſecunda quę̃ſtio. C. de rei vendic. plenè Angel. in l. qui de inofficioſo. ff. de inoffi. teſtam. d. Alexan. vbi etiam alle. in l. 1. in 1. col. C. de iud. vbi etiam vide Pau. de Caſt. in 2. col. ¶Cogita tamē tu proueẽte, quia iſtud eſſet imponere. l. verbis, & nō rebus, contra l. 2. in fi. C. communia de leg. & d. l. fundi.

ADDITIONES.

a Eodem titul. Adde, & limita niſi aduerſarius poſt productionem libelli illum acceptauerit in parte, & paſſibus pro ſe tantū facien. nam tunc etiam ante lit. conteſt. mutari non poterit, quia libellus habet vim tacitè confeſſ. l. cùm precum. C. de liber. cauſ. vbi Bald. loquitur de confeſſione acceptata, & ideo practi. eſt, quòd ſemper dicatur, acceptando, &c. iuxta not. per Bald. Imol. & Cum. in l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & poſthum. BELLOT.

b ¶ Quantum tempus. Adde Specula. titul. de expen. in verſicul. 30. Angel. in Authen. de litig. in §. ommnem verò. collat. 8. Item poteſt fieri iſta mutatio poſt lit. conteſt. de conſenſu partium ſecundum Bal. in Auth. hoc ſacramentum hodie. in fin. C. de iur. calum.

* Et vide, quæ ſcribit Pract. Pap. for. libel. Act. Real. verſic. ſaluo iure addendi.

Source : BIU Cujas

fundi.& l.fundum.& earum ratio nõ procederet quandot, cõ
33 ditionaliter fieret cumulatio. ¶† Aut verò acceſſoria debent ſolum officio iudicis mercenario, ꝓut regulariter cõtingit. l. 1. cum gl. C. de iud. l. ædiles §. item ſciendum. ff. de æd. edi. & tunc nedũ poteſt fieri cumulatio, imò debet neceſſariò fieri, quia debet in libello petere rem cum fructibus, vel petere ſortem cum expenſis, vel damnis & intereſſe, ita procedũt auctoritates, quas ſuperius adduxi, aliàs qñ acceſſoria ſolùm veniũt officio iud. mercenario, & non iure actio. niſi petita eſſent, cũ lata ſententia expiret officium iud. non poſſent amplius de per ſe peti. glo. in l. 4. C. depo. not. in l. 1. C. de iud. & in l. fi. ff. de eo, ꝙ cer. loc. tñ non eſſet propriè cumulatio, qu ia non eſt plurium actionum coaceruatio. ¶Iſtam differentiã in terminis, quòd ſi acceſſoria, puta fructus debeantur iure act. non poſſit fieri cumulatio, ſecus ſi officio iudi. facit Bal. in c. cùm dilectus. in vlt. col. de cauſa poſ. & ꝓprieta. & hoc modo habes clarè veritatẽ huius paſſus. ¶Secundò principaliter limita gl. per l. 1. §. quia autem. ff. quor. leg. ſecundum Bar. & Docto. hic, quando actor eſt dubius propter factum aduerſarij, idem tenet Bart. in l. vbi autẽ non apparet. §. qui illud. ff. de verb. obl. & eſt gl. in l. nemo ex his. §. 1. ff. de reg. iu. gl. in c. Abbate ſanè. in gl. mag. de re iud. in 6. Can. in c. 2. de lib. obl. & in c. tertio loco. de ꝓbat. Reliqua circa, genera cumulationum vide per Bar. & Doct. hic, & in l. naturaliter. §. nihil commune. in 9. col. vbi plenius Mod. ff. de acq. poſſ. d. Ant. in c. cũ dilectus. in 6. col. de cauſa poſſ. & prop.
34 ¶Tangit etiã hic Bart. † an plures actiones ex diuerſis cauſis ad diuerſa contra eundem competentes poſſint ſimul in eod. libello cumulari, & diſtinguit, vt hic per eum, & repetit in 9. col. & in l. per hanc. in 2. col. C. de tẽp. appe. & in ſimili in l. libel. §. ſed & ſi aliud. ff. de accuſ. Tene contra Bart. quòd etiã ſi ſint plures actio. differentes ſpecie, quæ competant contra vnum, poſſunt in eo. libello cumulari, per text. qui ſic debet intelligi, aliàs eſſet de indubitabili, in l. ſi idem cum eo. in prin. & ibi Bal. Ang. & Mod. ad hoc no. ff. de iur. om. iu. Bald. hic in 15. q. Pau. de Caſt. & d. Alex. idem tenet Saly. in l. ſi quis homicidij. C. de accu. per illum tex. cum gl. in verſi. non putauerit. in fi. & eſt gl. in c. diſpendia. in verſi. perſonales. de reſc. in 6. gl. in c. querelam. in gl. 3. in verſi. petens. iuncto text. de elect. ¶Tangit etiam Bar.
35 † an in caſibus, in quibus prohibetur [a] cumulatio, ſit neceſſe
a opponi à parte. & concluſiuè vult, quòd ſic, niſi actiones ſint contrariæ, vel quæ electione tollantur, vt hic per eum, & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. & in l. hos accuſare. §. Iul. ff. de accuſ. & in l. 1. §. accuſationẽ. in 1. col. ff. ad Turp. per gl. in l. ſi accuſationib. C. de accuſ. latè Bald. in l. ordinarij. in 4. col. C. de rei ven. & in l. 2. ad fi. C. de pet. hære. Quartam part. glo. vide per te.

Addi. Sum in 4. par. prin. gl. ibi, ſed nũquid ſuper noua. quam ſubdiuido in 3. part. vt gl. tres format. q Secunda ibi, item nunquid ſuper eo. Tertia ibi, item an in noua. In prima. q. An ſuper actione cumulata denuo iurandum ſit de calumnia, ponit tres opin. Tu dic melius concordando, vt hic per Bart. cum quo alij tenent. In 2. q. teneas, quòd ferenda ſit ſententia etiam ſuper prima, vt hic per Bart. & Doct. In vlt. q. gl. dic, quòd concluſio gl. eſt vera, quòd danda ſit noua dila-
* tio per c. literæ. de dila. ſed *communiter reprobatur* exemplum gl. nec talis cumulatio videtur permiſſa, vt hic per Bartol. & Doctor. Iaſon Papiæ.
b ¶Capio gl. in verſi. prout. [b] quam declara, vt per Bar. qui dicit, quòd eſt noua gloſſ. & antiqui libri eam non habent. Et tene primum intellectum, quòd dictio, prout, ſtet in hoc tex. limita tiuè circa tempus, quo poteſt fieri emendatio, & circa qualita
36 tem, hoc eſt dummodo ſaluum ſit ius reo, &c. ¶† De iſta dictione prout, quot modis capiatur, ponit latè Bal. in antepe. colum. Bartol. in extrauagan. ad repri. in verſi. prout. Can. in c. prout. de dol. & contum. Et vide, quod dicit Bald. in l. 2. in penultim. not. C. de erro. aduo. quando quis confitetur, prout in tali inſtrõ continetur, ſi in illo inſtrumẽto nihil contineatur, confeſſio nihil ꝓiudicat, & ꝙ no. dicit Bal. hic in antepe. col. in verſicul. quid dicimus de practica Vicentina, quando quis petit certam ſummã in libello, deinde dicit plus, & minus, ꝓut per teſtes probabitur in proceſſu? ¶Iuxta hanc gloſſ. dubitat Bartol. ſi actor in libello per dictionem prout, faciat mentionem alicuius inſtrumenti, an ante lit. conteſt. teneatur illud
c edere, [c] Inn. in c. 1. de probat. tenet, quod ſic, ſequitur Spec. in titul. de inſtru. edi. §. nunc dicamus. in pluribus verſicul. idem in effectu vult. Bartol. niſi vno caſu, quando reus veriſimiliter eſt inſtructus, vel habet copiam talis inſtrumenti, vt per Bart. hic, & in l. poſtquam. §. ſi dies. ff. vt leg. nom. ca. cum multis concor. traditis per d. Alex. hic, & in pe. col. ita tene, quamuis Alberic. de Roſ. in l. 1. §. editiones, in vltim. colum. ff. eod. re-
probet dictum Inn. & dicat ꝫrium de cõſuetudine obſeruari. ¶Capio gl. in verſi. perpetui, quam diuido In 3. par. In 1. timore taciti conrrarij exponit tex. perpetui. i. generalis, timore ꝫrij, quia nihil põt eſſe perpetum ſub ſole. l. eum debere columnã. ff. de ſer. vrb. prædi. In 2. declarat tex. In 3. pnoit fal. Secunda ibi, cuius mentem habes. Tertia ibi, niſi perſonæ ratio. In ea. in fi.
d Ex tota gl. habes tres concl. [d] ¶† Primò habes, ꝙ actor nõ põt
37 emendare libellum, niſi ſoluat expenſas, & damna reo, intellige, & limita, vt per Bar. in vlt. col. & Mod. ſequitur d. Ant. in c. 1. ad fi. de libel. obl. & dicit Bald. hic in rep. Peruſina, quẽ ſequũt Sal. & d. Alex. hic, ꝙ talis emendatio non admittitur, niſi prius expẽſæ actualiter reſtituãtur, arg. l. ſancimus. C. de iud. & ſicnõ ſufficeret ſi vellet dare pignus, vel fideiuſſores. Tu põdera, ꝙ Bart. in l. rura. C. de omni agro deſer. lib. 11. alleg. iſtam. l. cum gl. & vult vnũ, quod reputo bene ſingulare, ſi rectè inſpexeris omnia verba Bart. ẽt ſi in libello ſit per errorem aliquid dictũ, quòd dato, ꝙ error ſit probabilis, & iuſtus, tñ adhuc prętextu talis erroris non admittitur emendatio libelli, niſi ſolutis expen. & ſi iudici videatur, ita pondero iungendo illud, quod Bar. in fi. dicit de libello. Secundò habes ex hac gl. ibi, actione
38 in factum, † ꝙ damna, & expen. qñ fit mutatio inepti libel. petuntur per actionem in factum, iſtam gl. reprobat Bart. quia
* imo petuntur officio iud. facit bene text. ibi, *ius dicentis*. ¶Tu conſidera, quòd gl. no. loquitur, prout Bart. intelligit, nã non negat gl. quin damna, & expenſæ veniant officio iudicis, ſed bene dicit, quòd in eo caſu, quo damna non præſtarentur ante emendationem libelli, tunc competeret actio in factum
* ad id, quod intereſt. Magis tñ placet ſententia *Bart. & communis.*
39 ¶Tertiò habes ex gl. ibi, niſi perſonæ ratio, † ꝙ quamuis regulariter actor emendans libellum teneatur ſoluere expenſas, fallit in pupillo, muliere, & ruſtico, ita tenet Bal. hic 2. col. Sed iſtam gl. reprobat Bar. & Sal. in 10. col. & d. Alex. hic, quia l. 1. §. fi. alle. in glo. loquitur in omittente edere, hic autẽ in faciẽte.
40 † Vnde grauius eſt delictum, quòd committitur faciendo, q̃ omittendo, gl. in l. ſi mora. ff. ſol. ma. Tu conſidera, quod Bart. ſubtiliter intuenti conſtituit differentiam in tutore, qñ libellus emendatur nomine pupilli, debet tutor, & non pupillus condemnari in expen. & contra tutorem fit executio, ſed qñ pupillus ad pręceptum iudicis non edit librum rationum publicatum, innuit Bart. ꝙ condemnatio ad intereſſe non fiat, nec contra eius tutorem. l. 1. §. fi. ff. eo. alle. in gl. Cogita, quæ poteſt eſſe ratio diuerſitatis, & ſi dicas, quia in caſu. d. l. 1. §. fi. delinquitur omittendo, vt dicit Bart. hic faciendo, ſed primum eſt leuius ſecundo, vt per gl. in d. l. ſi mora. ideo tutor excuſatur, ſecus in ſecundo caſu. Iſta differentia non placet, quamuis alij non aduertant, quia illud quod dr̃, quod grauius eſt delictum in faciendo, q̃ in omittẽdo, procedit data paritate terminorũ, ſed hic eſt magna diſparitas, nam in d. l. 1. §. fi. contemnitur iudex, & eius præceptum, non ſic qñ formatur libellus ineptus, ergo primo caſu fortius debet teneri tutor pro pupillo, quàm in ſecundo caſu, quia tutor, qui ad pręceptum iudicis non edit librum rationum, eſt ipſe in dolo vero, ergo magis puniendus q̃ hic, vbi offertur libellus ineptus. Et licèt in pupillo ſit ſolùm prætuptus dolus, vt eſt gl. no. in l. vbi. in prin. ff. eo. declarat Bal. in d. l. fi. §. fi. tñ in ipſo tutore eſt verus dolus. l. non põt dolo ca-
41 rere. ff. de reg. iur. ergo fortius debet ad intereſſe teneri. ¶† Extra gl. quærit Bart. qd ſi in libello apponatur clauſula, ſaluo iure addendi, & minuẽdi, de qua cl'a eſt tex. in c. inter dilectos. de fid. inſtru. an eius vigore poterit libellus mutari, vel emendari poſt lit. conteſt? cõcludit, ꝙ non, per rõnem, de qua hic per eũ. Cum quo alij tenent, & iſtud tenet gl. ſing. in d. c. inter dilectos. Bar. in l. non ſolùm. §. morte. in 5. col. & in l. cùm procurator. §. ſi dñs, in 1. col. ff. de ope. no. nun. & in l. Neſennius. in 1. no. ff. de neg. geſt. Ang. in Auth. de non alie. in prin. & in §. oẽs. in Auth. de lit. & in l. ſi quis intentione ambigua. in vlt. col. ff. de iud. do. Anto. de But. in c. cum M. Ferra. in 28. col. de conſti. Quamuis ꝫriũ, & malè teneat idẽ Ang. in l. ius ciuile. vlt. col. arg. gl. ibi. ff. de iuſt. & iur. ¶Tene cõem ſiñam, pro qua facit illud, ꝙ vult Bal. in l. tres denunciationes. ad fi. C. qũo, & qñ iud. Facit bene,
42 ꝙ vult idem Bal. in c. pñtium. in 2. col. de teſtib. † ꝙ ſi ꝓducens inſtr̃m, vel teſtem ꝓteſtatur, ꝙ producit inquantum facit pro ſe, & non aliter, non eſt curandum de tali proteſtatione. & idẽ vult Bald. in l. vnica, & ibi Paul. de Caſtr. & Modern. C. vt quæ deſunt

ADDITIONES.

a In quibus prohibetur. Adde Bart. inl. cum filius. de leg. 2.

b ¶Gl. in verſ. prout. Vide Bart. in l. ita demum. ff. de fideiuſ. Alex. in l. ſed hoc ita. ff. dere iud. PVRPV.

c ¶Edere. Vide Rot. deciſ. 489. in Antiquis. PVRPV.

d ¶Adde Fel. in c. ad audientiam. el 2. colum. 11. de reſcr. Iaſ. in l. error. colum. 1. ſup. de iur. & fact. ign.

Source : BIU Cujas

def. aduo. ¶Limita d. communem conclu. trib. mod. Primo ſm Bal. hic in 23. col. in verſi. item dubitatur an clauſula ſaluo iure, &c. niſi reus cõſentiat huic proteſtationi. alle. l. fideiuſſor. in prin. & ibi Iac. Bu. ff. qui ſa. cog. Puto cõtrarium per id, quod ſing. tenet idem Bal. in Auth. hoc ſacramentum hodie, ad fi. C. de iur. calum. vbi dicit not. Bald. quòd libellus, qui eſt defectus in ſubſtãtialib. nõ poteſt lit. conteſt. emendari, etiam de cõſenſu vtriuſque partis, & ratio eſt, quia conſenſus partium nihil poteſt diſponere, vel operari circa ea, quæ ſunt de ſubſtantia, gl. in c. de cauſis. de offi. dele. Secundò moueor, nã ratio quare lit. conteſt. libellus nõ poteſt emẽdari addendo, eſt, quia ſentẽtia ferretur ſuper eo, ſuper quo non eſt lis ꝓteſt. & ſic ꝓtra ſubſtantiam iudicij, & ſic non valeret. l. prolatam. vbi Bart. C. de ſenten. Iſta ratio militat ẽt ſi ambę pãrtes conſentirent. Scdò limtat ſing. idem Bal. hic, & in loco præalleg. qñ proteſtans diceret ſaluo iure addendi, vel minuendi, ex quo ſe refert ad ius. l. 3. in verſi. ad ius retulit. C. de hęred. inſt. ſed ius diſponit, ꝙ lit. conte. nõ poteſt amplius mutari, vel emẽdari libellus, ſecus ſi diceret ſaluo ſibi arbitrio addendi vel minuendi, cùm arbitriũ reſpiciat abſolutam volũtatem, ꝙ reputat no. dignum. ¶ Iſtã limitationem reprobat expreſsè Ang. de Are. in §. 1. in 14. col. inſt. de act. per tex. in l. codicillis. §. fi. cum gl. ff. de leg. 2. iuncta l. nemo poteſt. cum ibi no. ff. de leg. 1. & quia verbum arbitrio, non importat liberam volunta. vt declarat Barto. in extraua. ad repri. in verbo. videtur. Doct. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. Ego teneo quod etiam, ſi clauſula conciperetur per verba importantia liberam volun. adhuc limitatio Bald. nõ eſſet vera. Primò per rõnem Bar. hic, quia cùm iſtud nõ pendeat à voluntate proteſtantis, ſed ſit expreſsè limitatũ à iure, certè proteſtatio verbis quibuſcunque concepta nihil operatur. Secundò, quia ſi non põt de ꝓſenſu vtriuſque partis, vt proximè dixi, multominus ex ſolo conſenſu proteſtantis qualitercunque verba concipiã-
a tur. Tertiò limita [a] ſm Bal. in l. Neſennius. in vlt. col. ff. de neg. ge. & Bal. hic in duob. locis. in 3. col. & in 13. quod q̃uis dicta clauſula nihil operetur circa libellum, tñ operatur circa probationes, quia ille, qui ſic proteſtatur, non vĩ cõnexè agere, ſed diuiſim, ideo vĩ ad aliquid ſe aſtrĩgere, aliàs actor, q plura deducit, tenet omnia probare, aliàs ſuccumbit, ſm Bar. & Doct. in l. diuus. ff. de re iudi. Cano. in c. 2. de reſcri. & per iſta cum laude Dei eſt impoſitus finis huic. l.

ADDITIO.

a *Tertio limita. Adde pro hac limit. Dec. in c. licèt cauſam. in col. 18. nu. 25. verſic. ſeptimo illud. de probat. & vide Docto. in apoſtil. ad Abb. in c. inter dilectos. col. 7. litera. D. de fid. inſtr. BELLOT.

SVMMARIVM.

1 *Qui vult agere, debet habere probationes in promptu.*
2 *Si aliquis propria pecunia redimat inſtrumentum à notario, dicitur ſuum proprium, etiam ſi alterius vtilitatem contineat, ideo non tenetur ſibi edere.*
3 *Occultans proprium inſtrumentum, per quod probaret intentionem ſuam, non iniquè facit, nec incidit in falſum.*
4 *Notarius celans protocolum ſuum, & negans ſe de inſtrumento rogatum, tenetur pœna falſi.*
5 *Actore non probante reus debet abſolui, quamuis nil præſtiterit.*
6 *Si datis legitimis dilationib. ad probandum actor nihil probauit, tunc reus debet diffinitiuè abſolui, aliàs ſolùm ab obſeruatione iudicij.*
7 *Si l. facit mentionem de probatione, intelligitur de plena.*

LEX IIII.

Vi accuſare. Hoc intendit in sũma. Actor nõ poteſt cogi
* petente reo * facere editionem ad intentionẽ ſuã fundandam, quia probationes debet habere, quo non probante, reus eſt abſoluendus. h. d. & diuiditur in tres partes. In 1. ponit dictũ. In 2. rationẽ dicti. In 3. ponit cõfirmationẽ rõnis. Scda ibi, cũ neque iuris. Tertia ibi, actore. n. non
‡ probante. ¶†† No. ex 1. parte, quòd qui vult agere, debet habere probationes in promptu. concor. l. 1. s̃. eo. & l. actor quod aſſeuerat, C. de proba. facit l. ſi quando. C. de dila. ¶ Secundò no. ex
* tex. ibi, *alienorum inſtrumentorum*, ſecundum Pau. de Caſt. & d.
a Alex. hic eſſe tex. pro eo, quod vult Inn. in d. c. 1. de proba. † ꝙ ſi aliquis propria pecunia redimat inſtrumẽtum à notario, dr̃ ſuum proprium, ẽt ſi alterius vtilitatem contineat, ideo non tenetur ſibi edere, ſequitur Bar. in l. fi. & ibidem Bal. ꝯ. eo. & in l. 1. §. editiones. ff. eo. cum alijs concor. de quib. per d. Alex. hic.
3 ¶ Tertiò no. ſm Bal. Sal. & Mod. hic eſſe tex. valde no. † quòd occultans proprium inſtrm, per quod probaret intentionem ſuam, non iniquè facit, nec cõmittit dolum, & conſequenter nõ incidit in falſum. Secus eſt in occultante inſtra cõia vel alie na, quia tenetur pęna falſi. l. Paulus. ff. de fal. Ang. & Imo. in l. 1. ff. de pub. iudi. & tex. no. in l. eum qui. C. de fal. per quẽ tex. not.
4 Bal. ibi, & hic, † ꝙ notarius celans protocolum ſuum, & negãs ſe de inſtro rogatum, tenetur pœna falſi. ¶ Iſtud vltimũ valde ſing. limitat Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſt. edi. §. intrm. in prin. niſi eſſet lapſum long. tempus, & notarius eſſet bonę famę. ſequitur d. Alex. hic, & ratio eſt, quia præſumitur obliuio ex lapſu tantis temporis. l. peregrè, in prin. ff. de acqu. poſ. Confirmo, quia falſum non committitur abſque dolo. l. nec exemplum. C. de fal. ſed obliuio, & quęlibet cauſa ẽt in iuſta excuſat à dolo, gl. in l. plagij criminis accuſatio. 2. cum ſi. ad l. Flaui. de plagia. notabil. Ang. in l. 1. in prin. ff. de eo per quem fac. Facit bene, quod no. Bar. in l. quoties. §. 1. in 3. not. ff. de hęred. inſti. ꝙ in notario potius præſumitur error quàm dolus, vel falſitas, pro quo alle. optimum tex. in l. quod adhibitus. in fi. C. de his qui ſibi aſcri. in teſt. quem multum no. Bal. in l. 1. in fi. ff. de leg. In dubio. n. debet capi præſumptio excluſiua delicti. l. merito.
a ff. pro ſoc. ¶ Quartò [a] & vlt. no. ex fi. regulã, † ꝙ actore nõ pro
5 bante [b] reus debet abſolui, quamuis nihil præſtiterit, concor-
b dantes de iure ciu. alle. gl. in verſi. iuris. adde tex. in c. fi. de iureiu. & in c. inter dilectos, circa fin. de fid. inſtru. & in c. 1. vt eccle. benefi. ¶ Extende iſtam regulam duob. modis. Primò, vt procedat ẽt ſi reus ſe aſtrinxiſſet ad aliquid probandum, gl. eſt no. in l. circa. in gl. mag. circ. med. quam Bar. ibi multũ no. ff. de prob. idem Bar. in l. diuus, in vlt. col. ff. de re iud. & eſt ſimilis glo. in c. ex inſinuatione, in verſi. probare. de proc. Bal. & Sal. hic, & Bal. in l. 1. C. ſi aduer. cre. & no. in l. fruſtra. C. de prob. Pan. in c. 2. in pe. col. de reſc. & in c. 1. vt eccle. benef. Ang. de Are. in §. 1. in 9. col. inſt. de act. ¶ Conſidera, quia per hoc neceſſariò limito regulam, quam ponit Bar. in l. 1. §. item quæſitũ. ff. de aqua quoti. & æſti. ꝙ quando aliquis aſtrinxit ſe ad aliquid probandum, ſi non probet, perdit cauſam. Illa regula, quam etiam ponunt Can. in c. 2. de reſcrip. procedit ſolùm in actore, ſed non in reo, per proximè dicta, & hoc in ſpecie vult Bar. ſi bene inſpexeris, in d. l. diuus. in vlt. col. de re iud. Secundò extende iſtam regulam, vt procedat non ſolum in cauſis ciuilib. ſed etiam in cri-
* minalib. vt per glo. hic in verſic. actore, *approbatam communiter*. ¶ Ad iſtam regulam Iac. Butr. Bal. & Sal. hic tradunt. 7. fall. Tu vide glo. ponentem plures fal. in d. c. vt eccl. benefi. ponit Spec. 11. fallen. in tit. de prob. §. probare, ver. nunc ad propoſitum, & inter cæteras not. illam, qñ ꝛ reum eſt pręſumptio legis, ſecus ſi hominis, & potes ponere pulchrum exemplum in caſu de quo valde dubitat Aulus Gellius in 14. noctiũ Atticarum. ca. 2. vbi dicit, ꝙ cùm fuiſſet ipſe creatus Romę iudex cauſarum priuatarum, euenit ſibi iſte caſus, ꝙ quidam probus vir optimæ conditionis, & famæ, & qui in vrbe Romæ reputabatur legalior de mundo, petebat. 100. ab alio, qui erat vir infamis, periurus, & peior, quam poſſet dici, ſed iſte improbus negabat, homo bonæ conditionis nihil poterat probare, dicit Aulus Gellius, ꝙ ipſe nunquam auſus fuit pronunciare in illa cauſa, ſed ꝙ iurauit ſe non inſtructum de cauſa. In quo tene, ꝙ reus debebat abſolui, per regulam huius legis, & l. iuriſiurãdi. C. de
6 teſt. ¶† Limita [c] etiam, qñ datis legitimis dilationib. ad pro-
c bandum nihil probauit, tũc reus debet diffinitiuè abſolui, aliàs ſolùm abſolui debet ab obſeruatione iudicij, ſm Cyn. Bart. & alios. in l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iud. & Bar. in l. admonendi. in 4. col. ff. de iureiur. vbi latè dixi, & declaraui diuerſitatem in effectu. ¶ Capio gl. 1. in verſi. qui accuſare, quæ exponit. 1. agere, ne text. ſit ꝛtius, cùm ꝯ. dicat actore. n. non probante, & ſic loquitur de actore, & non de accuſatore. Tu intellige text. in vtroque, ſecundum Odof. & Salic. hic, in dubio tamen vbi in libello dicitur accuſare, intelligitur criminaliter, ſm Spec. in tit. de accu. in prin. verſi. quid ſi primo, Bal. in l. viro. ff. ſolu. matr. d. Alexan. hic. ¶ Capio gl. in verbo non probante.

pro

ADDITIONES.

* Horum correlatiuorum conuerſio fieri debebat, & aliter legendum, ex mente text.
a ¶ Amplia in iudiciaria cauſa. Pan. in c. 3. col. 5. de procu. PVRPV.
b ¶ Actore non probante. Adde gloſſ. in ca. mulieri. de iureiu. quæ alleg. concordantes.
* Et vide Catel. verſi. Actore, vbi ponit ampl. ad reg. de qua, ẽt per gl. in c. 1. vt eccle. benef. Spe. tit. de proba. §. probare. verſi. nunc ad propoſitum. & intellige d. reg. quòd abſolui dẽt diffinitiuè, & nõ aliter: exemplũ ponit Hippol. ſing. 169. 170. Declara, vt per Rol. conſi. 67. nu. 1. 2. & 3. lib. 2. poſt Deci. cõſi. 3. col. fi. & dic, quòd procedit reg. etiã ſi reus principaliter petat ſe abſolui à petitis, & aduerſario ſilentiũ imponi, per hoc tamen nõ efficitur actor. Dec. d. conſi. 3. nu. 9. conſi. 43. col. 2. vbi delarat. item procedit etiam ſi aſſumpſiſſet onus probandi, Dec. d. conſi. 3. nu. 10. conſi. 43. col. 2. MASVER.
c ¶ Adde Alex. in d. l. properandum. §. 1. col. 3. verſi. & poteſt etiam. PVRPV.

Source : BIU Cujas

7 pro cuius introitu potes opponere, † qñ l. facit mentionem de ꝓbatione, intelligitur de plena. gl. in clem. ꝙſtitutionē, in verbo fides, de elec. ergo innuit text. ꝙ niſi actor plenè ꝓbet, reus de
* beata bſolui, ſed hoc eſt falſum, qñ reus * ſemiplenè ꝓbaret, vt habes in gl. ex qua no. iuncto tex. ꝙ nō ſemper appellatione ꝓbationis prolatę à l. intelligitur de plena, qñ ſubiecta materia repugnat. ¶ Capio glo. in verbo fieri debeat, quam diuide in tres, prout tria format cōtraria. Et quia gl. bene ſoluit, nō indiget declaratione. Iaſon. de Mayno Paduæ legens.

1 Diſpungenda videbatur hæc dictio, cū ad actorē, & proximè dicta referatur

SVMMARIVM.

1 *Licèt reus non teneatur edere actori, tamen actor etiam ſi ſit fiſcus, tenetur edere ipſi reo, quod qualiter intelligatur, vide infra.*

LEX V.

1 NOn eſt nouum. † Actor edit reo codicem rationum ad eius defenſionem fundandam, etiam ſi ſit
* fiſcus, h.d. cum l. ſeq. No. ex iſtis. ll. ſecundum *communem intellectum*, ꝙ licèt reus non teneatur edere actori. l. 1. §. eo. & l. fi. ℣. eo. Tamen è ℣ actor, ēt ſi ſit fiſcus, bene tenet̄ edere ipſi reo. ad hoc vide tex. no. in l. ne caſu. cum gl. C. de diſcu. lib.
* 10. & ex hoc videtur cōfundi *communis doct.* q̄ habet, qđ actori in prin. litis circa ꝓparatoria magis fauetur quam reo, in fi. aūt tempore ſnīæ magis fauemus reo, ꝙa fauorabiliores ſumus ad abſoluēdum q̄ ad cōdemnādum, vt in reg. fauorabilio res, de reg. iu. & l. Arrianus. ff. de act. & obl. & c. ex literis, de ꝓb. Item circa media cauſæ, & ſic circa probationes, pariter fauea mus vtrique tam actori quā reo. ¶ Iſtam doct. [a] ponit Azo. in ſum. in tit. de reb. dub. gl. no. in c. cùm ad ſedē, in gl. 2. de reſt. ſpo. & in c. ex literis. de ſpon. & in c. qui ℣. & in c. eū qui. de reg. iu. in 6. Bar. & Doct. in l. de die. in prin. ff. qui ſat. cog. & in l. inter ſtipulātem, in prin. ff. de verb. obl. ſed hic ſumus circa probationes, & circa med. cauſæ, & tñ magis fauetur reo, cui fit editio, q̄ actori. Pau. de Caſtr. hic ĩndet, ꝙ arma actoris tendūt ad offendēdum, ſed arma rei tendunt ad defendendum, ideo. l. magis fauet reo tanquā defendēti. d. l. fauorabiliores. Iſta ſol. nihil valet ex duob. Primò quia. d. l. fauorabiliores. loquitur in fine cauſę tempore ſnīę, ſed hic loquimur circa med. Scđò ſi vera eſſet ratio Pau. ſequeretur, ꝙ circa probationes eſſet magis fauēdum reo q̄ actori, & hoc eſt falſum, ex doct. ſuperius relata. ¶ Scđò rñdet. d. Alex. in l. fi. in 3. col. ℣. eo. & d. Ant. de Alex. hic, ꝙ circa med. cauſę pariter fauetur vtrique, verum eſt, vbi eſt eadem ratio, ſed in reo eſt diuerſa q̄ in actore. Nam actor hēt in facultate qñ agat, & ſic pōt præparare probationes, nō ſic in reo. l. ſi qñ. C. de dila. iuncta l. purè. §. fi. ff. de exce. do. Iſta nihil valet, quia ea attēta ſemper magis eſſet fauēdum reo circa probationes, q̄ actori, & tñ eſt falſum, & ℣ doct. cōem. s̄ relatam. ¶ Tu clarè rñde, & verè, ꝙ circa probationes pariter fauemus actori ſicut reo, & ita in iſta materia editionis. Nā ſicut actor tenetur edere reo ad fundādum exceptionem rei iud. vt hic, eodem modo reus tenetur edere actori ad fundādum replicationem actoris. l. fi. & ibi clarè Bar. ℣. eo. in quib. replicationib. actor efficitur reus. l. 2. ff. de exce. ergo sūt pares: bene verū eſt, ꝙ reus nō tenetur edere actori ad fundādum prin. intentionē, l. 1 s̄. eo. & l. fi. in verſi. originē petitionis. ℣. eo. quia tunc actor eſſet longè melioris cōditionis, & hæc eſt veritas. ¶ Capio glo. in verſi. ſolutū, quam diuide in tres par. In prima declarat text. In ſecunda per viam notabilis remouet vnum contrarium, nā iſta l. videtur ſuperflua, cùm dicat idem, quod pręcedens, & reſpondet gl. In 3. contra text. opp. & tripliciter ſoluit. tene quam ſol. vis. 1. & 2. clarius procedunt. Iaſon Paduæ legens.

ADDITIO.

a ¶ Adde eundem Iaſ. in l. properandum. §. 1. infra de iud. & in l. 1. col. 2. ff. de eo, per quem fac. erit, & in rub. ff. de acquir. poſſeſſ. in l. de die. in princ. vlt. col. ff. qui ſatiſd. cog. Parpa. in l. ſi prius. ff. de oper. nou. nunc. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, vel Imperator poteſt habere duplica bona. ſ. bona publica & priuata.*

2 *Procurator Cæſaris, quamuis habeat publicam adminiſtrationem, & ſic mandatum cum libera à l. tamen non poteſt alienare, vel tranſigere, ſecus ſi habet mandatum generale, & liberam ad homine.*

3 *Inſtrumenta, quæ ſunt communia ratione dominij, & vtilitatis, debent eſſe penes digniorem.*

4 *Dignitas ſuperueniens non infirmat, quæ ritè acta ſunt.*

5 *Originale eſt edendum, quando exemplo non adhibetur fides.*

LEX VII.

1 PRocurator. † Præmitte ſecundum Cy. quòd Princeps, vel Imperator poteſt habere duplicia bona. Quędam habet ex electione tanquam Imperator, vel Princeps, & iſta ſunt publica, & in iſtis habet procuratorē fiſcalem. Quædam ſunt bona priuata, quæ. habebat tanquam quilibet priuatus ante principatum, vel poſt, & in iſtis habet procuratorem priuatum, qui appellatur procurator Cæſaris, vel Federici, prout nominatur, & iſte eſt procurator priuatę rationis, vt dicit tex. hic, & ſi ſit queſtio inter Principem, & priuatum, procurator Cæſaris eſt iudex. l. 2. C. vbi cauſæ fiſca. & de iſto procuratore Cæſaris, qui eſt tanquam procurator merè priuati, & ſi non egerit cauſam publicam, loquitur propriè ti. ff. de offi.
2 proc. Cæſa. vnde Bal. ibi. no. † quòd procurator Cæſaris, quāuis habeat publicam adminiſtrationem, & ſic mandatum cum libera à l. non poteſt alienare, vel tranſigere, vt ibi, ſecus ſi habet mandatum generale cum libera ab homine. l. procurator, cui genetaliter libera. ff. de proc. ¶ Erant nanque adminiſtratores publici, qui cē ſentur habere à l. mandatum generale cum libera, quia poſſunt traſigere, & facere alia, quę requirerent mā datū ſpeciale, vt no. Bal. & omnes Mod. vbi dicam, in l. præſes. ℣. de tranſac. Vnde dico, ꝙ in d. l. 1. in verſicul. denique. de offi. procu. Cæſa. ille procurator Cæſaris non habet publicam adminiſtrationem, ſed eſt tanquam priuatus procurator cuiuslibet priuati, ideo non poteſt alienare, nec tranſigere, licèt gl. ibi viedatur aliter dicere, & ad hoc vide omnino Bal. no. declarātem in c. ꝙſtitutus. ad fi. de teſt. Item ad declarationem prædictorū, & ad intellectum huius text. adde duos eſſe Comites rerū priuatarum, vnus qui ſtabat in prouincia, & eius officiū erat capere bona vacantia fiſco incorporanda, alius qui erat præpoſitus ꝙſiſtorij imperialis, ita declarat Bal. in l. 2. C. de peti.
a bon. ſubla. lib. 10. ¶ His præmiſſis [a] pone caſum in terminis breuiter in hac. l. quòd duo erant fratres, qui mortuo patre hæreditatem pr̄is ſimul in communi pro indiuiſa tenuerunt, vnus iſtorum fratrum cōmiſit poſteà delictum, propter quod eius bona fuerunt confiſcata, & conſequenter eius portio hæreditatis paternæ fuit applicata fiſco, clarum eſt, ꝙ inſtrumenta communia debent ſtare penes digniorem, & conſequenter penes fiſcum, pone nunc, quòd alter frater vult litigare cum aliquo tertio, certè procurator Cæſaris debet ei facere dari copiam inſtrumentorum, & ſi exemplum non ſufficit, & expediat habere originale, debet etiā ei facere edi originale. Iſte eſt caſus
3 in terminis. Diuide iſtam l. in duas, ꝓut duas deciſ. ponit. † Secunda ibi, & ſi qñ. h.d. Inſtrumenta, quæ ſunt communia ratione dominij, & vtilitatis, debent eſſe penes digniorem, & conſequenter penes fiſcum, ſeu procuratorem Cæſaris, qui eſt dignior priuato, tñ alteri habēti cōmunionem debet dari copia. hoc primò, & ſi res exigat, ꝙ originale exhibeatur, ꝙa reus conuētus nō vult credere exemplo, tunc originale debet exhiberi. h.d. ſecundò & vltimò. ¶ Cum 1. parte concor. tex. in l. fi. ff. de fi. inſt. bo. tex. in l. ſi quæ ſunt cautiones. & in l. 4. §. fi. ff. fam. erc. & in l. cùm pater. §. pater plurib. ff. de leg. 2. Iuxta hoc Bart. poſt Gul. de Cun. format duas q. in 1. bene loquitur Bar. in terminis ſuis, quando ex conuentione partium erat firmatum, ꝙ inſtra remanerent penes vnum, & iſta conuentio ēt futurum reſpicit, ergo fiſcus ſuccedens nihil immutat. l. ſi fundum. ff. de fun. do. iuncta doct. Bar. in Auth. quas actio. ad fi. C. de ſacroſ. Eccl.
4 Item, quia ſ̄m Bald. † dignitas ſuperueniens non infirmat, quæ ritè acta ſunt. l. fin. C. de nup. l. miles, ita. in fi. ff. de teſt. mil. Secus, quando ſine conuentione inſtrumenta communia eſſent poſita penes vnum tanquam digniorem, quia ſi fiſcus poſteà ſuccedat, ex quo diſpoſitio continet actum ſucceſſiuum, certè pro tempore quo fiſcus ſuccedit, debebunt apud fiſcum repo
* ni. l. cùm quidam. §. ſi debitores. ff. de vſur. ſ̄m Sal. Flor. & *communiter Mod.* hic: confirmo arguendo de reb. ad perſonas, iuxta. l. miles ita hæredem. in princip. ff. de teſt. mil. nam qñ res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatos, aſſumit priuilegium eorum. c. vnico. de iure patr. in 6. & ibi Ioan. And. in nouel. ca. dilectus. de præben. Panor. in conſil. ſuo. 9. quod incip. hic cadunt quatuor dubia. in 1. volum. ¶ Not. ex hoc. text. ꝙ inſtrumentum cōe debet edi, intellige, qñ eſt cōe ratione dñij, & vtilitatis, ſecus ſi ratione vtilitatis tm̄. l. qui accuſare, & ibi dixi s̄ eod.

ADDITIO.

a ¶ Adde Fely. in c. 1. col. 6. verſi. fallit quinto. de proba. PVRPV.

Source : BIU Cujas

5 eo. † Item no. ꝙ originale eſt edendum, qñ exemplo non adhi betur fides, quod qñ ſit, dicã in Auth. ſeq. ¶ Capio gl. fi. in verb. conuenitur. Iſta gl. intelligit tex. ꝙ iſte qui habebat inſtrumẽta communia cum fiſco erat reus, quia text. in fi. dicit, quòd qui conuenitur, ſed errat gl. quia imò erat actor, vt patet ibi ad fi. petitionis tuæ, vnde vult tex. dicere, quia tu, qui habebas inſtru menta cõmunia cum fiſco, eras actor, & petiſti alium iudicẽ, & produxiſti exmpla inſtrumentorũ, vnde qui conuenitur à te, deſiderat originalia, iſta eſt cauſa, per quã tu petas à procu. Cæſa. originalia proferri.

SVMMARIVM.

1 *Triplex reperitur ſcriptura publica.*
2 *Regulariter exemplum inſtrumenti non probat, niſi originale exhibeatur.*
3 *Si in citatorio apponitur tenor literarum delegationis, illud citatorium faciens mentionem de tenore deleg. probat contra partem.*
4 *Subſcribens ſe ſcripturæ per alium factæ, ita ſibi præiudicat, ac ſi totum ſcripſiſſet.*
5 *Dictio velut, importat fictionem.*
6 *Quando originale eſt deperditum, tunc exemplum facit ſemiplenam probationem.*
7 *An inſtrumentum faciens mentionem de alio inſtrumento, faciat fidem abſque eo, quod originale exhibeatur.*
8 *Si Papa, vel Imperator confirmat priuilegia, vel iura, vel conceſſiones alicuius Eccleſiæ, an ſit neceſſe, quòd priginalia iura, vel priuilegia quæ ſunt confirmata, exhibeantur, an verò ſufficiant iſta priuilegia confirmatoria, ſi fortè originalia ſint deperdita.*
9 *Inſtrumentum faciens mentionem de alio inſtrumento, facit fidem inter eaſdem perſonas.*
10 *Dictiones ſicut, vel ſecundum, an faciant conditionem.*
11 *Si in ſententia dicatur, lite corã nobis conteſt. iura. de calumnia, &c. an talis ſententia probet litis conte. & iur. de calum.*
12 *Inſtrumentum dotis faciens mentionem de matrimonio an probet matrimonium.*

AVTHENTICA.

1 Si quis in aliquo. Præmitte ad euidentiam, & ex mente Pau. de Caſt. † quod in iure noſtro tri plex reperitur ſcriptura publica. Quædam eſt originalis, quæ fit manu publici notarij rogati à partib. in præſentia teſtium, & iſta proculdubio plenam fidem facit l. cùm precib. C. de prob. & appellatur trib. nominib. de quib per gl. in l. 2. ff. de fi inſtr. Quædam, & ſecundò appellatur exemplum, quando alius notarius, qui non eſt rogatus de principali contractu, exemplificat de verb. ad verbum originale, & de iſto exemplo loquitur propriè. l. præcedens, ſed non iſta Auth. quamuis gl. & Gul. de Cun. intelligant iſtam Auth. loqui de exemplo, & malè. Tertiò eſt ſcriptura publica, quæ facit ſolam mentionem, ſeu relationem alterius inſtrumenti publici, ſed non ponit de verbo ad verbum, vt ſi in inſtrumento dicatur, talis procurator Titij, prout conſtat in inſtrumento publico confecto manu talis notarij. & de iſto inſtrumento relatiuo alterius propriè loquitur iſta Auth. quæ diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur regula. In ſecunda vna fal. In tertia alia. In quarta ponitur comprobatio per ll. antiquas. Secunda ibi, niſi aliud documentum. Tertia ibi, aut alia, & ſecũdum leges. Quarta & vlt. eſt ibi, hoc. n. & in veterib. ll. ¶ Iſtam Auth. amplia, & limita, vt ſ. dicam. ¶ Capio gl. in verſi. documento, quam diuido in tres. In 1. ponit primum intellectum Aldr. ꝙ iſta Auth. loquatur in documento priuato. In 2. ponitur ſecũdus intellectus Io. qui eſt verus, ꝙ iſta Auth. loquitur etiam in documento publico. In 3. ponitur limitatio, per quam reſpondetur ad tres. ll. allegatas per Aldr. Secunda ibi, ſecundum Io. cõtra. Tertia ibi, niſi originale. ¶ In ea gl. ad fi. ſimilem gl. habes de verbo ad verbum in l. 2. ff. de fid. inſt. ¶ Pro clara intelligẽtia ſequendo Bart. examinandæ ſunt duæ materiæ. Prima eſt, an exemplum inſtrumenti probet, & reducendo omnia dicta Bar. ad ordinem fac regulam, duas extenſiones, & quatuor fal.
2 & totum habebis. ¶ † Regulariter exemplum inſtrumẽti [a] nõ
a probat, niſi originale exhibeatur. l. procurator ad fi. ſ. eod. l. 2. ff. de fi. inſt. l. ſi quę ſunt cautiones, & l. Pomponius ſcribit. ff. fam. erc. ratio eſt, vt hic in gloſſ. & in dict. l. 2. ſed melior ratio eſt, quia notario non creditur, niſi de his, de quibus eſt rogatus à partibus. §. nos autem. in Auth. de tabel. & non poteſt rogari niſi de his, quæ fiunt à partibus, vt declarat Bartol hic in 2. colum. Sed iſte notarius, qui exemplat inſtrumentum, nõ fuit
b rogatus, ergo, &c. ¶ Tres aliàs [b] rationes aſſignat Bald. hic circa princip. vide per te. ¶ Iſta regula fortius procedit in
c exemplo [c] exempli. l. 3. C. de diuer. reſcr. Bartol. hic in vltim. colum. ¶ Secundò not. extende hanc regulam, & bene ſigna, nõ ſolũ qñ vnus notarius exemplaret, imò ſi tres, vel quatuor notarij imò centum, ẽt ꝙ eſt fortius, ſi illi plures notarij, qui exemplaſſent, aſſererent ſe vidiſſe inſtrumentum originale, & ſine macula, & ſic ceſſaret ratio gl. item ſi aſſererent ſe auſcultaſſe exemplum concordari cum originali, adhuc tale exemplum non probaret, ita Spec. in tit. de inſtr. edi. §. oſtẽſo. in verſi ſed nuunquid creditur. quem ſequitur Bart. hic, per duas bonas rationes, Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. verſi. quid enim. in fi. ff. eo. d. Ant. de Bu. in c. 1. in 8. col. de fi. inſt. & Pau. de Caſt.
* hic, q dicit, *ꝙ iſta eſt communis opi.* de quo ẽt per Io. And. in addi. Spe. in tit. de ſent. §. vt aũt. in addi. quæ incipit ſupple. Subdit tñ Bar. ſecus eſſe in plurib. teſtib. deponentib. ſe vidiſſe inſtrm talis tenoris ſolẽne, & publicatũ manu talis notarij, nã plenè probãt tenorẽ ipſius inſtrĩ, ſi tria copulatiuè cõcurrunt. Primò, ſi probẽt, ꝙ originale inſtrm ſit perditũ. Scdò, ꝙ tales teſtes ſint periti, vt notarij, vel aduocati. Tertiò, ꝙ literas illius notarij cognoſcãt, per tex. in c. cũ olim. de priui. aliàs ſecus l. teſtiũ. C. de teſti. niſi ꝯ furem, vt hic per eũ. & in l. 2. §. diuus Adria. ff. de iure fiſ. Et ratio diuerſitatis inter notarios, & teſtes eſt, qa teſtes deponũt ſolẽniter, & cũ iuꝛo ſuper literã prẽſtito ſuper hoc, caue tñ qa tex. in d. c. cũ olim. nõ probat cùm ibi plura adminicula concurrant vltra teſtes, vt no. declarat Ang. hic. ¶ Iſtam regulã limita. Primò ſ̃m Bar. in 1. opp. contra eũ, qui exemplũ dedit cũ auth. iudicis, vt hic ꝑ eũ, & in l. 1. §. ſed & ſi in duob. in fi. ff. de bo. poſ. ſ̃m tab. d. Ant. in c. 1. de fi. inſt. Ang. in §. & hoc inſuꝑ
3 in Auth. vt ſponſa. largi. Vbi per hoc infert, † ꝙ ſi in citatorio apponatur tenor literarum delegationis, illud citatoriũ faciẽs mentionẽ de tenore delegationis probet ꝯ partem. Secundò
d fallit, [d] ſ̃m Bart. in 2. opp. qñ exemplum eſt ſumptum ab illomet notario, qui originale ſcripſit, & ita practicatur, & alij tenent per l. ſi quis ex argentarijs. §. prohibet. ff. eod. qui text. non bene probat neceſſariò, melius facit. l. ſi vnus. cum gloſſ. quam ad hoc ibi not. Bald. C. de teſt. & text. in capitul. dudum. de conuer. coniug. idem tenent Bartol. & alij in locis hic allegat. per d. Alexand. & Bald. in addi. Specul. in titul. de inſtru. edi. in verſi. exemplum. Adde, quòd Bart. viſus eſt tenere contrarium in l. 1. §. ſed & ſi in duob. ff. de bon. poſ. ſecundum tab. per illum text. in verſi. ſed & ſi vnum. per quem Pau. de Caſtr. hic, & in l. fi. in 2. colum. C. de edi. diui. Adri. tol. tenet contra communẽ ſententiam, & Lud. Roma. in l. ſciendum. in penult. char. ff. de ver. oblig. Ang. de Are. in §. nihil autẽ. inſt. de teſt. d. Alex. reſpõdet ad illum text. ꝙ ibi illud exemplum eiuſdem notarij non fuit ab eo authenticatum, aliàs fidem faceret. Et tu ad hoc alleg. Bartol. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. in 1. notab. ¶ Sed caue, quia hoc modo ille tex. eſſet de indubitabili. Adde, quòd iſta ſolut. Bartol. procedit, nedum ſi idem, qui ſcripſiſſet exemplum, ſcripſit originale, ſed etiam ſi alius exemplaſſet ex
e originali, & notarius ſe ſubſcriberet, nam eandẽ fidẽ facit, [e] gl. eſt not. in §. his verò. in Authen. de inſtr. cau. & fid. per quam gloſſ. ita not. Angel. in dicta l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait, & plenius in l. quædam. §. nihil intereſt. vbi aliqua bona di-
4 cit. ff. eodem. ¶ † Confirmò, quia ſubſcribens ſe [f] ſcripturæ
f per alium factæ, ita ſibi præiudicat, ac ſi totum ſcripſiſſet, ita not. Bartol. in l. emptor. §. Lucius. in ſecundo notab. per illum tex. cum gl. & ibidem Angel. ff. de pact. & quòd ſola ſubſcriptio tantum importet quantum ſi totam ſcripturam ſcripſiſſet, facit text. in l. cùm antiquitas. §. cùm autem, & ibi ad hoc not. Pau. de Caſt. & d. Alex. C. de teſtam. facit. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. in verb. ſubſcribere. ff. eo. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.

ADDITIONES.

a Exemplum inſtrumenti. Adde, quòd hoc fallit, quando originale eſt prædictum, quod tunc exemplum ſemiplenè probat ſecundum Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. in 7. col. & Flo. in l. in lege. C. ad l. Aquiliam.
b Extendit Alex. 1. lib. conſi. 158. col. 3. 2. exten. oportunè Bal. in addi. Spe. tit. de inſt. edi. verſi. etiam ſi in ſubtil. & c. Iaſ. in repe. l. admonendi col. 66. Soc. conſi. 121. rep. 221. cùm in præſenti. primo dub. PVRPV.
c Exemplo. Extendit Alex lib. 1. conſi. 80. col. 3.
d Aret. in l. procur. 3. not. ſ̃. eodem. vbi adde Ro. conſil. 105. viſo themate. 3. dub. PVRPV.
e Ita in l. cùm antiquitas. infra de teſt. & in l. emptor. §. Lucius. colũ. 1. ff. de pac. Fel. in c. cùm inter. col. 3. verſi. ad illud. de re iud. Iaſ. in l. ſi quis. §. ante. in 2. no. verſi. vlt. ff. eo. Ro. conſi. 303. hæc ſcriptura. PVRPV.
f Subſcribens ſe. Adde Bar. in l. ſi cut. in §. non videtur. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. Bar. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. Bal. in l. ſi pater. C. de fideicom. Pau. de Caſt. in l. ſi ita ſtipulatus. de verb. obl. * Eundem Iaſ. in l. prætor ait. §. cogentur. nu. 14. ff. de eden. in l. emptor §. Lucius Titius. nu. 3. ff. de pac. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſog. de verb. obl. Gabriel. com. opi. lib. 1. tit. de preſump. conclu. 3. vbi ponit Reg. cum ampl. & limi. & no. Pra. Pap. for. opp. contra. inſtr. verſi. quòd negatur. vbi dixi. MASVER.

Source : BIU Cujas

ſogonus.in verbo ſub ſcribente, & ibi Ang. & plenius Mod.ad hoc not.ff.de verb.oblig facit text.in Auth. quod ſine.C.de teſta.iuncta Auth.ſi modo C. fam. erciſ. vbi æquiparatur, vel ꝙ pater ſcripſerit totam ſchedulam teſtamenti conditi inter liberos,vel ꝙ ſolùm ſe ſubſcripſerit. Vltra omnes facit text.quē reputo ſolennem in l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure dot. in verbo ſubſcribat, & velut chirographum eius. † Pondero nouiter illum
5 a text.in dictione velut, [a] quæ importat fictionem, ſm Bald.in l. pe.C.de interdi. matri. & ſic ſcriptura tm̃ ſubſcripta manu alicuius fingitur tota ſcripta eius manu, & non per veritatem. Vnde per illum tex.reprobo illud,ꝙ tenet ſingulariter Ang.in d.§.Cryſogonus,& ibi Imo.in 3.col.& in effectu d.Alex.ꝙ ſtāte ſtatuto in ciuitate Flor. ꝙ ſchedulæ ſcriptæ manu propria mercatorum plenam fidem faciant,& habeant executionem, ꝙ illud ſtatutum habebit locum, ēt qñ ſchedula eſſet ſcripta manu alterius, & ſolùm ſubſcripta manu mercatoris,eo quia ſubſcribens virtualiter dī totam ſcripturam ſcripſiſſe, & ſic refert, ita fuiſſe obtentum in ciuitate Flo. ¶Puto, ꝙ ſit falſum per text. præal. ponderando dictionem velut, quæ denotat fictionem,& in ſtatutis non habet locum caſus fictus,ſed debēt ſtatuta intelligi in caſu vero.l.fi.C.de his,qui ve.æta.impe.not. Bar.in l. 3, §.hæc verba. el 2. per illum text.ff.de neg.geſt.& per Bart. in l.1. §. hoc interdictum. ff. de flu.& maximè cùm iſtud ſtatutū ſit ℨ ius cōe. Et ℨrium in terminis tenet ipſemet Ange. quem nemo allegat,in l. cùm antiquitas. §. cùm autem. C. de teſt.eſt verum,ꝙ Bart. in Auth. ℨ qui propriam.in 2.col.C. de non num. pec. tenet, ꝙ pœna illius Auth. quæ loquitur in negāte ſcripturam propriam, habet locum etiam ſi ſcripta fuiſſet manu alterius, ſed à ſe ſubſcripta, & credo, ꝙ malè dicat per prædicta,& ℨrium tenet ibidem Saly.in 2.col. ¶Iſtam fal. Bart. limita non procedere in ℨctu, in quo de neceſſitate re-
b quiritur ſcriptura, [b] in caſibus enumeratis per glo.mag. in c.1. de cenſi. in 6. quia exemplum eiuſdem notarij non probaret,
c niſi originale exhibeatur, cùm in ſcriptura originali [c] conſiſtat ſubſtantia,ita ſingulariter Bald.in rub. C. de fid.inſtr. in 10.col. in 2.q.& licèt d.Alex.hic,& in l.2.C.de teſt.reprehendat,& bene, tm̃ adde,ꝙ cum Bal.tenet Lud.Rom.in conſil.174. ꝙ inci. ampliſſimè Doct.in 3.col.& in l.ſciendum.in penult.char.ff. de verb.oblig.

Addi. Adde ꝙ ea, quæ dicta ſunt de notario rogato, qui poteſt facere exemplari per alium notariū, modo ipſe ſe ſubſcribat, & eſt perinde ac ſi totum exēplaſſet, procedunt, qñ notarius eſſet impeditus, aliter non poſſet, & ita obſeruat conſuetudo, ſm Ang.in d.l.quædam.§. nihil, qui dicit, ꝙ iſto caſu ſemper notarius in ſubſcriptione ſua debet facere mentionem de impedimento, alleg.not. per Inno.in c. qñ ℨ.de prob.per Bar.in l.diuus Claudius.§. item Senatus.ff.de fal. refert, & ſequitur Alex.in conſil.129.incip. ponderatis his, quę in p̄ſcripto themate. in vlt.col. fortius volunt d. Card. & Imo.in c.fi.de offi.deleg.ꝙ iſto caſu notarius ſe ſubſcribens, debet in ſubſcriptione non ſolùm facere mentionem de impedimento, ſed ꝙ etiam inuenit exemplum cum originale concordare,& ita notarij obſeruant,& ad id,quod dixi de impedimento,vide Bar.in l.qui cum vno.ff.de re mili. & in l.2.§.quod diximus.ſi.ſi quis cau. ¶Tertiò principaliter ſecundum ordinē Bart.fallit regula, quando exemplum eſſet ſumptum per aliū
d notarium, [d] ſed auctoritate iudicis,vt hic in glo.& per Docto. Bart.in l.chyrographis.in princip.ff.de admi.tut. Angel.in d.§. & hoc inſuper. in Auth. vt ſponſ.larg. intellige parte legitimè
e citata, [e] vt per Bart. & alios hic,& in l.adoptio non iure. ff.de adop.& in d.l.chyrographis,& in l.fi.in vlt.col.ff. de tab.exhib. & in l.2,vbi etiam Bal.in 6.q. C.de teſt.Ang.in d.§. & hoc inſuper.Imò fortius tenet Bart. hic in vlt. col. ꝙ iſtis concurrentib. etiam exemplum exempli bene probaret. Intellige tamen ꝙ dictum eſt de citatione partis, vt ſit verum niſi periculum eſſet in mora in perdendo originale, ſm Inn.in c.fi. de fid. inſtr. ſequitur Ang.hic,& reputat ſing. Adde Spec.in tit.de inſtr.edi. §.oſtenſo. verſic. ſed nunquid citatio. ¶Item limita iſtam fall. ſm Bald.in l.probatorias.per glo.ibi multum not.in verbo authenticis.C.de diuerſ.offic.libr.12.ſequitur Angel.in d.§.& hoc inſuper.

Addi. ¶Item limita iſtud de citatione, niſi conſuetudo aliter ſe haberet, ſecundum Bald. hic. Adde etiam, ꝙ tertio modo limitat d.Anto.de Alexand.hic iſtud de citatione, niſi exemplum ſumeretur per illum met notarium, qui fuit rogatus de inſtrumento,quia tunc quando tali exemplo iudex non interponit auctoritatem, requiritur citatio partis,allegat ita tenere domin. Anton.de Butr.in capitul. fi.de fide inſtr.poſt.Dom.de Rota in locis,de quibus ibi, ſed nihil eſt, quia qñ notarius,qui fuit rogatus de inſtro, exemplat, non requiritur aliqua auctoritas iudicis, & ſic nec citatio, vt ſ.dixi, nos loquimur,qñ alius notarius exemplat.nota tñ,ꝙ qñ exemplum eſt multum antiquū,pręſumitur factum cum debita citatione partis,quamuis de ea aliter non conſtet,ita Inno. Abb. & alij in d.c.Alb.de teſti.Doctor.in c.fi.de fid.inſtr.facit, ꝙ dicit Bal.de iſtis inſtrīs antiquis in Auth.quas actiones.ſ.de ſacroſan. Eccl.iunctis his,quæ in hoc latè,& diffusè ſcripſi in l.admonēdi.ff. de iureiur. q̃uis ℨrium teneat Bal. hic, & in d.c. fin.& minus bene.Nunquid autē iſto caſu ſufficiat citatio generalis, an verò pars aduerſa debeat in ſpecie citari,ponunt Bald. & Ang. hic poſt Inn.in d.c.fin.ponit Ang.in d.§.& hoc inſuper. ¶Quar
f tò [f] principaliter fallit ſm Bart. & alios hic, qñ exemplum ſumeretur de voluntate partium extra iudicium affirmantium inſtrm̃ eſſe iuridicum,& ſolēne,vt hic plenius per eos.ſequitur Spec.in d.§.oſtenſo.in verſic.hoc etiam.no. Ang.in d.§.& hoc inſuper.d.Ant.de But.in c.1.de fid.inſtr.Panor.in c.Alb.de teſti.

Addi. Succeſſiuè circa iſtas quatuor fal.Bartol.format tres q.In prima in effectu concludit, quòd plures teſtes deponentes ſe vidiſſe inſtrm̃ talis tenoris, ſolenne, & publicatum manu talis notarij,plene probant tenorem ipſius inſtrī,ſi tria copulatiuè concurrant. Primò,quòd originale inſtrumentum ſit deperditum. Secundò, ꝙ tales teſtes ſint valde periti, vt notarij, vel aduocati, qui cognoſcant defectus inſtrorum. Tertiò, ꝙ literas illius notarij cognoſcant, vt colligitur ſm eū in c.cùm olim eſſemus.de priuileg.iuncta.l.teſtium. ℨ.de teſt. aliàs ſi quòd iſtorum deficeret,non probarent,niſi cō tra furem illius inſtrumenti.l.2.§.diuus Adrianus. ff. de iure fiſ. ſubiungit tm̃ multum ſingulariter Bart. in ſeq.q.ꝙ quamuis illud, quod dictum eſt, procedat in teſtib. tamen ſecus eſſet in notarijs,quia ſi tres,vel quatuor notarij,imò ſi centum aſſeuerent ſe vidiſſe,& auſcultaſſe inſtrumentum originale,quod nō erat abolitum,nec ex aliqua parte vitiatum, & ſe recognouiſſe literas notarij, tamen nihil probarent.alleg. Specul. in titul. de inſtru.edi. §.oſtenſo.verſi. ſed nunquid creditur. aſſignat rationem diuerſit.quare talibus notarijs ſic aſſerentibus credi nō debeat, nec enim credi debet tanquam notarijs, quia notarijs nihil credi debet,niſi de eo in quo fuerunt rogati à partibus.§. nos autem.in Authen. de tabel. Item notarius non poteſt rogari,niſi de eo, quod coram eo geſtum eſt,quorum neutrum nunc interuenit. Item talibus notarijs non poteſt credi tanquam teſtibus, cùm non fuerint ſolenniter examinati à iudice.iuxta gloſſ. in l. hac conſultiſſima.§. fin.ℨ. de teſt.tamen aliquam pręſumptionem facerent, ſecundum eum allegantem gloſſ. in l. 2. ff. de fid.inſtrum. Adde ad primam quæſtio. eundemet Bartol.plenius in d.l.2.§. diuus Adrianus. Bal.in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.verſicul.quid enim.in fin.ff.eod.titul. ¶Et inquantum Bart.ad fi.iſtius princ.q.dicit,niſi contra furem inſtrumenti. Bar. non aperit, an contra furem ſufficiat probare ſolū furtum inſtrumenti,an etiam oporteat tenorem probare. Ipſe tamen Bar.in l.ſicut iniquum. ℨ. de fid.inſtrum.tenet, ꝙ non ſit neceſſe probare tenorem inſtrumenti. contrarium vult Bald. in l.ſi de poſſeſſione.de proba. quia aliàs probatio eſſet incerta, & nihil ℨcluderet. Sed Cy.in d.l.de poſſeſſione. tenet, & melius, quòd ſufficiat probare furtum inſtrumenti, poſteà tenor inſtrumenti probabitur per ſolum iuramentum.iuxta.l.ſi quādo.C.vnde vi,& cap. final. quod metus cauſa.ſequuntur Ang. & do.Alex.hic,limitantes iſtud procedere contra verum furē, non autem contra fictum. habes exemplum in dict. §. diuus Adrianus, & ibi etiam Bartol. iſtud videtur velle. ¶Et ad ſecundam quæſtionem adde, quòd idem tenet Paul. de Caſtr.
* hic,qui dicit,*quòd iſta eſt commutis opin.*quando pars non fuit citata,& cum Bart.tenet do.Ant.in cap.1.colum.8. de fid.inſtru. & dicit Io.And.in addi.Spe.in tit.de ſen.§.vt autē. in addi. quæ incipit ſupple.Et inquantum Bart.in fin. dicit,ꝙ ſaltē præſumptionem

ADDITIONES.

a Velut.Adde l.ſi is qui.& ibi Doctor. in §. verum.ff.de reb.dub.Doct.in l.quoties.C.de iure dot.Doct.in c.dudum. de præben.

b Scriptura.Adde Abb.in c.ex tenore.de conceſ. præbend.in 1.notab. Ioan.de Imol.in c.cùm in iure.de offic. deleg.

c * Originali. Adde, quòd non creditur etiam exemplo ſumpto ex archiuo publico,niſi hoc fiat iud.auctoritate,teſte Bald.conſil.229. vlt. dub.libr.1. & vide eundem Bald.conſil.193. in fin.lib.2. BELLOT.

d Notarium. Vide Cepol. cautel.175. accipe. Soc. conſil. 194. col.pe.Limita hoc non procedere in his, qui tempore exempli non erant conſiliarij,ſed erant futuri, Alex. in l. filius.§.diui.col.3.vbi Iaſ.ſupra deleg.1.amplia, & limita vt not.per Alex.lib.5.conſil.207.col.pe.& fin.viſis,& inſpectis.& limitat Dec.conſil.36.1.dub.& in c.cum dilecta.col. fin.de confir. vtili. Abb.c.1. col.fin.de fid.inſtr. Adde Soc. conſ.277.in cauſa.Alex. conſi.11.li.j. in cauſa. PVRPV.

e Citata. Alex.conſil. 6.lib.4.Soc. conſ.121. Alex.lib. 1.conſi.110.viſis.col.3.

f * Quartò. Limit. contra quam videtur tenere Panor.in cap. 1. colum. fin. de fid.inſtrum. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ptionem facerẽt,quæ prodeſt ad multa,alleg.gl.in l.2.ff.de fid. inſt.de veritate cuius vltimi vide latè.d.Alex.hic,& aliàs latè di xi in repet.l.admonendi.ff.de iureiu.vbi vide. Et circa tertiam quæſtionem,an exemplum exempli probet,nihil eſt addendũ & omnes tenent cum Bart. ¶Vltrà Bart. fallit quintò,quando exemplum reperitur in archiuo publico,quod eſſet diligenter cuſtoditum à perſonis fide dignis,ſecundum Ang.hic ſub dubio fortè,qui dicit,quòd alij Docto.non tangunt.Adde, quòd idem tenent Inn.do.Ant.& Imo.in ca.1.de procu. Intellige tñ quo ad illam ciuitatem tantum,& non alibi, ita ſing.Io. And. in addi.Spec.in tit.de inſtru.edi.§. nunc dicendum.in addi. magna, quæ incipit priuatorum. ſequitur Bald. in rubr. C. de fid. iuſtr.in vlt.colum.d.Ant.de But. in c. 2.in verſi.octauus caſus. cum ſeq. de fid. inſtr. ¶Sextò fallit in exemplo regiſtrato de verbo ad verbum in libro actorum banchi.l. fi.& ibi Bart. in 1. not.ad hoc not. C.de fid.inſtr.& in d.l. chyrographis. in prin.ff. de admi.tut.Bald.Ang. & Mod.hic,cum concor.alleg. per do. Alex.qui extendit,& limitat duobus mod.vide per te. ¶Septimò fallit,quando habens originale non vult illud producere, tunc exemplum plenam fid.facit, ita ſing.Bal. in l.publicati. in 8.q.C.de teſt.cum limitatione, de qua ibi per eum. ¶Octauò fallit cõtra exemplantem, contra quem plenam fid. facit ſecũ dum Bart.poſt Iac.de Aret.in l.2.§.ſi dubitetur.ad fi.ff.quemad. teſt. ape. & in l.in fraudem. §. neque. per illum tex.ff.de iur.fiſ.

a ¶Nonò fallit, quãdo exemplatio eſt antiqua,[a] tunc probat, quamuis non appareat de commiſſione iudicis, ſecundum Fran.de Aret.in conſi.36.quod incipit caſus talis eſt,præſuppo nitur in facto.in 2.dubio.per aliqua,de quibus ibi per eum.be ne facit, quia quando exmplatio eſt multum antiqua, præſumitur facta de commiſſione iudicis, & parte citata, ſecundũ Inn.Hoſt.& alios in c.Alb.de teſti.& in c.fi. de fi. inſt.quicquid teneat Bald.hic, & in d. c. fi. faciunt multa, quæ cumulaui de iſtis antiquis in commẽto.l.admonẽdi.ff.de iureiu. ¶Decimò fallit, quando morttus eſſet notarius rogatus de inſtrumento, & alij notario per iudicem, vel ex forma ſtatuti committerẽtur eius abbreuiaturæ. Nam ſi exemplaret, & ſe ſubſcriberet, tale exemplum plenam fidem faceret,ex quo iſte notarius eſt ſubrogatus loco defuncti.c.cum P. tabellio.de fi.inſtr. ita Bart. in l. 1.§. ſed & ſi duob. ff.de bon. poſſeſ. ſm tab. & in l. ſi quis ex argentarijs.§.1.& in l.quædam.§.nihil.ff.eod.& in l.diuus.§. item Senatus.ff.de fal. ¶Vltimò fallit, quo ad aliqualem probationem,vel præſumptionem.glo.eſt no.in l.2.ff. de fid.inſtr.

6 quam videtur ſequi Barto.hic in 2.col.¶† Tu intellige,quãdo originale eſt deperditum, tunc exemplum facit ſemiplenam probationem.gl.eſt no.in l.ſicut iniquum.C.de fid. inſtr.quam Ang.hic reputat ad hoc ſing.& ita declarat Bart.in l.admonẽdi.in 8.col.in verſi.quæro quid de exemplo.vbi dixi. ff.de iureiur.ſequitur d.Ant.de But.in c.1.in 8.col.de fid.inſt.& ex his habes expeditam primam materiam. ¶Secunda princ. materia

7 eſt, nunquid † inſtrumẽtum faciens mẽtionem de alio inſtrumento,faciat fidem,abſque eo,quòd originale exhibeatur. In

b iſta Auth. habes regulam, quòd non, [b] quia vbi non apparet exemplar,nec exemplatum.l. in teſtamento. 1. ff. de condi.& dem. extende iſtam Auth. vt procedat etiam ſi inſtrumẽtum redactum eſſet manu eiuſdem notarij,puta,quia notarius diceret, prout apparet in inſtrumento proc. paulò ante per me confecto.Ita ſing.Ang.in l.ſi donatio. per illum text. C. de do. facit ratio hic aſſignata in glo. ¶Iuxtà hanc regulam,& Auth. moueo duas vtiles quæſtiones.Prima eſt,pone,quòd notarius faciens mentionem de alio inſtrumẽto,atteſtatur ſe originale vidiſſe,& diceret,vt conſtat tali inſtrumento, per me viſo, & lecto,tunc plenè probat abſque eo, quòd originale exhibeatur,ita ſing.Spe.in 2.oppo.ibi relata in tit.de inſt.edi.§.reſtat.in verſic. pe.Sed Pau. de Caſtr. hic in 1. col. dicit, quòd ſemper fuit admiratus de hoc dicto Spe. quia eſt contra generalitatẽ huius Auth.& cõtra rationem hic aſſignatam in gl. & ſemper credidit eſſe falſum, & non reperit, quòd aliquis mentionem faciat niſi Alb.de Roſ.hic,qui illud teprehendit,& dicit,quòd contrarium obtinuit in practica.dicit Pau.de Caſt. quòd communis practica ſeruat dictum Spec. eo quia non oppo. ſed ſi opponatur,puta,quòd eſſet falſum,tu tene indubitanter contra Spec.quòd illa verba nihil operantur. & contrarium tenet Angel.hic in 2. col. & in repet.l. ſciendum.in 10. colum. ff. de verb.olig.do.Alex.hic,& in conſil. 5.libr.4.quod incip. ponderatis his, quæ in ſ. ſcrito themate. vbi ſolue, vt hic per eum. ¶Contra Spe.facit deci.Bart. hic in fortiorib. terminis, quòd etiam ſi tres, vel quatuor notarij atteſtarentur ſe vidiſſe, & exemplaſſe, adhuc eis non creditur,niſi originale oſtendatur per duas bonas rationes de quibus hic per eum;quãto minus credetur vni ſoli notario. ¶Secundò in contrarium fortiter facit extenſio ſupra data ad hanc Auth.ſecundum Angel.in d. l.ſi donatio.ita teneas,quicquid ſubtilizãdo referat do. Ant.de

8 Alex.hic.¶† Scdò quæro,[c] & eſt dubium quotidianum,quod

c nemo hic tangit,an ſi Papa, vel Imperator ꝓfirmat priuilegia, vel iura,vel ꝓceſſiones alicuius Eccleſiæ, an ſit neceſſe, ꝙ originalia iura,vel priuilegia quę ſunt cõfirmata exhibeantur, an verò ſufficiant illa priuilegia confirmatoria,ſi fortè originalia ſint deperdita? ſæpius in hoc caſu conſultus fui.gl. ord.in c. ſi Romanorum. 19.diſt.in gl.pe.in verbo deſunt.no. arg. illius tex.ꝙ ſi Papa in aliquo priuilegio, vel reſcripto confirmat alicui Eccleſiæ priuilegia exemptionis,vel alterius rei,quòd talia priuilegia habẽt robur,quamuis originalia quæ ſunt cõfirmata exhiberi non poſſint.Pro illa gl.bene facit,quia Princeps eſt l.animata in terris.§.pe.in Auth.de ꝓſul.gl.in l.& quia.ff. de iu. om.iu.ſed l.faciens mentionem inſtrumenti,probat,quamuis illud non exibeatur,ſecundum Bal.in l.1.C. de Epiſc. & cle.& hoc modo potes rñdere ad hanc Auth. tenendo illam gl. adde eſſe glo.no.in c.Abbate.S. Silua.in verbo fiat fides. de verb.

d ſig. Iſtum paſſum [d] tangunt Inno.& Io.An.in c.inter dilectos. de fi.inſt.ſed adeo obſcurè loquuntur,quòd verus ſenſus elici non poteſt.melius ponit Spe. in tit.de inſtr.edi.§. nunc autem videndum.verſi.item oppone.vbi arguit ad partes.deinde ponit veram doct.ꝙ ſi in priuil. confirmatorio conceſſo ex certa ſcientia,narretur ſeriosè prior conceſſio,deinde confirmetur, non ſit neceſſe exhibere primam conceſſionem,ſed ſola confirmatio ſufficiat, ſecus qñ ſimpliciter, vel generaliter fit ꝓfirmatio,non inſerto tenore priuilegij ꝓfirmati.facit vltra Spec. tex.no.in c.pe.de confir.vti. vel inut.¶Iſtam doct. Spec.ſequitur ẽt Pan.in d.c.inter dilectos.in 1.col. & dicit,ꝙ eſt notanda in practica, quia quotidie impetrantur priuilegia confirmatoria,& originalia ſunt deperdita.ſequitur Lud.Ro. in conſ.336. quod incipit circa propoſitam cõſultationem, in qua primò quæritur,nunquid dictus executor.vbi per hoc nota.infert, ꝙ ſi bulla Papæ faciat mentionẽ de ſnĩa, & non ponat totũ eius tenorem, ꝙ executor Papæ nõ debet eam exequi,niſi inſtrm dictæ ſnĩę proferat,vt ibi no.ꝑ eũ.Adde ẽt Bal.in addi.Spec.in tit.de inſtr.edi. col.9. in ver.an valeat ꝓfirmatio. vbi limitat ſignanter ꝑdicta, ꝙ cõfirmatio Papæ, vel Principis non tenet, niſi originale confirmatum exhibeatur.Eſt verũ,niſi Papa,vel Princeps ꝓfirmãs atteſtetur ſe illud vidiſſe, facit bene text. in cle.1.de prob.adde etiam Io.Pet.de fer.in Pract. Papien.in tit. de excep. contra inſtrumentum. in verbo alterius confirmatorium. ¶Prædictam regulam, & iſtam Auth.limita,ſecundum Bartol. inter eaſdem perſonas, quæ contraxerunt.per l. optimã.C.de contrahen.& commit.ſtip.quę eſt ad hoc notabilis,& ſingularis,ſecundum Bald.in c. ſeries. de teſtib. ¶Hinc

e infert Bal. hic [e] in 2. col. † ꝙ ſi creditor petit executionem in-

9 ſtrumenti fideiuſſionis pro Titio debitore pricipali, prout apparet in iſtrõ alterius notarij, non eſt neceſſe edi inſtrm debiti principalis,quia talis relatio inter eaſdem perſonas probat.idẽ tenent Bal.Ang.& d. Alex.in l.ſciendum. per gl. ibi.ff.de verb. oblig.Ang.in d.§.& hoc inſuper.in Auth.vt ſpon.larg.Flo.in l. ab ea patre.ff.de prob.¶Eo.modo infert Ange. hic,quòd ſi Titius in inſtrumento promiſit me conſeruare indemnem à quodam inſtrumento promiſſionis pro eo facto de mille libris, non eſt neceſſe oſtendere illud inſtrumentum relatum,

f quia inter eaſdem perſonas fidem facit.Intellige ſm Bar. [f] quã tum ad ea, quæ potuerunt veriſimiliter tempore confecti inſtrumenti interuenire.ita ſaluat glo. in l.1.C.de fid. inſtr. & iure haſtæ fiſc.libr.10.¶Secundò intellige ſm Barto.in perſonis, quæ poſſunt liberè diſponere & præiudicare, aliàs ſecus, vt hic

ADDITIONES.

a Iaſ.in l.præſenti.columna ſecunda.infra de teſt.libr.5. conſil. 106. columna penult.cum conſil.158.viſis inſtrumentis.colum.ſecunda. Dec.conſil.36. 1. dub.Roman.conſil.252.pro declaratione. 2. dub. ſublimitat Socin. conſil. 194.col.pen. PVRPV.

b Regulam,ꝙ non.Adde Fel.in cap 2.colum.6. de reſcrip. Amplia regulam ad libellos.Pan.in c.1.colum.7.de probat.Secundo amplia ad teſtes.Bartol.vbi dixi,in l.1.ff.ſi cer.pet.Cur. Iun.conſil.17. PVRPV.

c Limita iſtam regulam ſecundum Iaſ.in l.cùm aliquis. colum. fin. C.de iure delib.in l.admonendi.in repet.colum.126. Felyn. in cap.poſt ceſſionem. de probat.colum.8. PVRPV.

d Iſtum paſſum.Vide Fel.in c.2.col.19.de reſcr.& in c. cùm inter.de exce. * Et vide Dec. conſil. 152.ante fin. ver. non obſtat. conſil. 169. colum. 2. Bapt. Ferretus conſil.85.nu.2.

e Adde Bald.in addi.Spec.tit.de iuſtr.edi.col.7.ver.interdum.Alex.lib.3. cõſ. 6.* Et dic, ꝙ qñ petitur executio inſtrumenti contra fideiuſſorem, non eſt neceſſe, quòd creditor doceat de credito principali,vt not.Nat.conſil.262. col.4.rationem, vide ibi per eum. MASVER.

f Sublimitatio Bart.lib.1.conſil.40.colum.4.Roman.in conſil.509.col.12.vide Alexan.in l.ex hac.ff.de donat. Dec.conſil.178. colum.fin.vide additiones Bar.in d.l.optimam. PVRPV.

vt hic per Bart. & in l. ſi fortè. ff. de caſtren. pe. & in l. ſciendum. ff. de verb. obl. cum concor. ibi ſignatis.

Addi. Et per hoc infert ſingulariter Bar. q̃ ſi in inſtrumento alienationis celebratæ per Eccleſiã, dicatur præcedentib. legitimis tractatib. & præcedente auctoritate ſuperioris, tale inſtrumentum nihil de his probat, & pro hoc faciunt ambæ limtationes Bart. Et ad iſta vide Can. in c. quoniam contra falſam. de prob. & in c. 1. de fi. inſtru. Bar. & Doct. in d. l. ſciendum. ¶ Vltra Bart. limita regulã d. l. optimam. procedere, qñ in inſtrumento confecto inter partes pronunciatur aliquid, quod eſt de ſubſtantia actus, puta q̃ ille qui ſtipulatur, ſit ſeruus abſentis, tũc bene probat, aliàs ſecus, ita limitat d. An. de But. in c. illud. de præſum. d. Mathe. in not. 79. Ange. in l. iuris gentũ. §. q̃ ferè. ff. de pac. Alex. in conſi. 146. quod inci. viſo, & examinato proceſſu. in 12. col. in 6. vol. & ſeq. & in cõſi. 201. in 2. vol. quod inci. in cauſa & lite. ¶ Item limita dictã regulã, & hanc Auth. qñ relatio fit per eum, qui de per ſe põt principaliter de nouo diſponere, tunc non eſt neceſſe conſtare de relato. l. ſi donatio, & ibi Bal. in fi. ad hoc no. C. de do. probatur ex gl. 1 in l. admonendi. & Bart. in 3. col. ff. de iureiu. cum his quæ dixi. Itẽ potes limitare iſtam Auth. ex eo, quod decidit Raph. Cu. in conſi. 6. inci. creditur libris cmapſorum.

Addi. Item limita in ſcriptura principis, faciẽte mentionem alicuius inſtrumẽti. gl. no. in c. ſi Romanorũ. 19. diſt. accedit ratio, quia Princeps dicitur lex animata in terris. §. fi. in Auth. de cõſul. gl. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. vbi lex faciens mentionem alterius. l. vel alterius inſtrumenti, probat, quamuis originale non exhibeatur, intellige, qñ Princeps in ſcriptura faceret mentionẽ principaliter, ſecus ſi incidenter, & enũciatiuè. c. ſi Papa. de priui. in 6. no. in cle. 1. de prob. ¶ Vlti mò adde circa. 2. q. proxi. factam de priuilegijs cõfirmatorijs illud, q̃ decidit Old. Lau. in cõſi. 121. q̃ incipit ad primam. q. quẽrit. in 2. dub. q̃ ſi conceſſio feudi fiat alicui per hæc verba, ſicut venerandæ memoriæ genitor noſter fideli noſtro feudatario conceſſit, ita & nos concedimus, q̃ non habet neceſſe vaſſallus ad hoc, vt ſecunda conceſſio valeat, oſtendere de prima, alleg. inter cætera d. l. ſi donatio. cum glo. ponit Pan. in d. c.
10 inter dilectos. in 5. col. ¶† Veritas dependet ab hoc, an iſtæ di-
a ctiones ſicut, [a] vel ſecundum, faciant conditionem, ſi dicatur concedo ſicut, vel ſecundum, q̃ maiores mei conſueuerunt, an iſto caſu ſi maiores nunquam conceſſerunt, per hoc vitie-
* tur ſecunda conceſſio. *communiter concluditur*, q̃ non ſm Bart. in l. 5. §. Iulianus quoque. per illum tex. ff. de conſti. pec. ponunt Doct. in l. ſi teſtamentum. vbi dixi. C. de inſti. & ſubſti. poſui plenius in commento l. admonendi. ſuper gl. ff. de iureiu. ¶ Itẽ adde inquantum ſuperius in 2. fal. 1. materiæ dixi, q̃ paria ſunt ſubſcribere, ſcripturæ factæ manu alerius, vel totam propria manu ſcribere, bonum text. in §. 1. inſti. de empt. & venditio.

Iaſon de Mayno Paduæ legens.

11 **Addi.** ¶ Vltimò quærit Bar. in fi. † ſi in ſententia dicatur lite corã nobis cõteſt. iuro de calumnia, &c. an talis ſnĩa probet cõteſtationẽ, & iurm de calumnia, concludit poſt Cy. hic. q̃ non, & ſi talis ſnĩa fuit lata preſentib. partib. plenè probat, aliàs ſecus, & ita ẽt tenet Bar. in l. 1. j̃. de rela. & in l. 1. in fi. ff. qñ app. ſit & in l. acta. in prin. ff. de re iu. Bal. in d. l. emãcipationẽ. j̃. de fid. inſtr. latè d. Ant. in d. c. qñ ꝯ falſam. de prob. Inn. & alij in c. bone. el grande. de electio. vbi Cano. latius diſtinguntur, quàm Bar. hic, per Spe. in tit. de inſtr. edi. §. reſtat. verſ. in ſumma. circa fi. §. & in tit. de ſen. §. quoniam. in verſi. in ſentẽtia. & in §. vt autẽ. verſi. & no. & plenius diſtinguit Pau. de Caſ. hic, & vide Io. An. referentem longam diſputationẽ Guido. de Suza. in addi. Spe. in tit. de re iud. ſuper rub. ¶†† Nũquid autem inſtrumentum dotis faciens mentionem de matrimonio, probet matrimonium, dubium facit, quia dos poteſt conſtitui futuro matrimonio, vt ponit Inno. in c. illud. de præſump. Tu diſtingue, vt pulchrè per Bald. & Saly. hic. & Bald. in rubr. infra de priui. do.

Iaſon Papiæ.

ADDITIO.

a Dictiones ſicut. Adde gl. in verbo ſicut. in c. 1. de ſacra vnctione. c. cleros. in verſi. ſicut. 21. diſt. gl. 2. in c. inquſitionis. de accuſa.

SVMMARIVM.

1 *Rationes, vel inſtrumenta debent edi per actorem reo conuento, ad fundandum eius exceptionem doli, vel ſimilem. fallit tamen vt infra nu. 2.*

3 *Vbi tractatur de periculo animæ, an reus teneatur actori edere ad fundandam eius intentionem.*

LEX VIII.

ET quæ à diuo. Præmittæ, quòd l. j. & l. qui accuſare. ſ. eo. ędite per Ant. Imperatorem, cùm diſponerẽt negatiuè editionem rationum, vel inſtrumentorũ non debere fieri, videbantur contrarię duab. ll. Alex. Imperatoris, cuius eſt etiam iſta l. & l. non eſt nouum, & l. iuſtum. ſ. eod. ideo Imperator Alex. hic ſaluat à contrarietate, & iſta ſaluatio habet duos intellectus in gl. 1. & ſeq. Primus eſt intellectus Io. & verus, q̃ non fiat differentia inter inſtrumenta, & librum rationum, cùm rationes veniant appellatione inſtrumentorum. ff. de verb. ſig. l. notionem. §. inſtrumentorum. cum ſi. & patet clarè in hac l. loquente in rationib. Et poſteà in fi. dicit, quãdo hoc caſu. & ſic proſequitur eundem caſum, & tñ in fi. dicit de inſtrumentis, ad denotandum, q̃ in hac l. non ſit dña inter inſtrumẽta, & librum rationũ, ſed dña ſit inter actorem, & reũ, quia actori non fit editio ad fundãdum eius petitionẽ, ſed bene reo ad fundandũ eius exceptionẽ. ¶ Et ſm iſtũ intellectũ,
1 qui eſt verus. h. d. † Rationes, vel inſtrumenta debent edi per actorem reo conuento ad fundandum eius exceptionem doli, vel ſimilem, ſed non ècontra. h. d. ¶ Secundo modo intelligitur ſecundum Azo. quòd in hac l. non fiat differentia inter actorem & reum, ſed paritas ſit in vtroque, ſed bene fiat differentia inter librum rationũ, de quo loquitur. j. pars huius legis, qui indiſtinctè debet edi per actorem reo, & ècontra, cũ liber rationũ dicatur, qui continet data, & recepta, & ſic vtriuſque vtilitatem, & ſic ab vtroque debet edi, ſecus autẽ eſt in inſtrumentis, quę nec per actorem, nec per reum edi debent, & de his loquitur finis huius text. Et ſecundum iſtum intellectum. h. d. Rationes indiſtinctè eduntur per actorem reo, & ècõtra, ſecus eſt in inſtrumentis. h. d. ſecundũ intellectum Azo. ¶ Iſte intellectus nihil valet propter text. in 1. parte, qui dicit, q̃ multum interſit, & ſic vult eſſe differentiam inter actorem, & reũ, & ſecundum Azo. vt glo. dicunt, oporteret exponere album pro nigro. ſ. multum interſit, nihil interſit. ¶ Item intellectus Azo. non concordaret contrarietatem. ll. de quib. ſ. quia l. 1. ſ. eod. quæ prohibet editionem, loquitur in rationib. ſicut l. non eſt nouum. & l. iuſtũ. Tertiò illud, quod vult Azo, quòd liber rationum indiſtinctè edatur etiam per reum actori, eſt contra
l. 1. ſ. eo. quæ dicit totum cõtrarium niſi ex cauſa. Vnde teneas intellectum Io. qui eſt verus. ¶ Iſte intellectus habet duas
a partes. Prima eſt, quòd actor tenetur edere [a] reo tam inſtrumẽ-
* ta quàm rationes ad fundandam eius exceptionem, *& iſtud communiter tenetur per Doct.* hic, & per gl. & Doct. in l. 1. §. editiones. ff. eo. Can. in c. 1. de prob. quamuis contrarium, & malè teneat gl. in c. G perpetuus. de fid. inſt. & aliqui Antiqui. & Alb. & Saly. hic. ¶ Pro communi ſententia alleg. Bar. in l. diſſolutæ. C. de cond. ſine cauſa, & in l. qui tabulas. ff. de fur. ſed nihil faciunt, ſecundum Bal. in c. 1. in vlt. col. de proba. patet, quia hic tractamus de editione, quæ fit per off. iu. ibi fit per cond. ſine cauſa, quando inſtrumentum eſt effectum inane, quia debitor
2 ſoluit. ¶†† Limita iſtam communem conclu. ſecundum Bal. Fulg & do. Alex. hic, & Pet. de Anch. in clem. 1. §. 1. de vſur. niſi exceptio contineret crimen actoris, vt excep. excommunicationis, vel banni. l. 2. §. diuus. Adrianus. in fi. ff. de iur. fiſ. Secũdo niſi eſſet exceptio habens vim actionis, vt exce. compenſatio nis, nam qui compenſat, dicitur petere. l. àmplius non peti. ff.
b rem rat. hab. ¶ Tertia [b] pars intellectus Io. And. eſt, quòd reus non tenetur edere actori inſtrumenta, vel librum rationum ad fuudandum eius principalem intentionem, vt hoc text. in fi. & l. qui accuſare. ſ. eod. iuucta l. nimis graue. C. de teſt. Intellige iſtud ẽt in cauſis. in quib. ſummariè procederẽt, vt dixi in
c l. 1. ſ. eo. ¶ Limita niſi eſſent inſtrumenta communia [c] ratione dominij

ADDITIONES.

a Quod actor tenetur edere. Adde gl. in c. contingit. de fid. inſtru. Specu. in titul. de teſte. in §. qualiter. verſi. quid ergo. Bald. in c. cùm dilectus. in vlt. col. de cõſu. Do. de Rota deciſi. 282. inci. Item licet quis producat. in nouis. Bar. in l. Aurelius. §. item quæſijt. ff. de lib. leg. Paul. de Caſtr. in l. Publia. §. Titius. ff. depoſi.

b Reus non edit actori ad fundãdam intentionem, vt in iudicio cõmuni diuid. & fam. ercí. Soc. conſi. 162. in fi. Bal. n. aſſignat rationem dubitandi in l. inſtrumẽta. col. fi. infra de fideic. Sequitur Marſilius in l. de minore. §. tormenta. col. pen. ff. de quæſt. PVRPV.

c Inſtrumenta communia, & in iudicio communi diuidundo, & fam. erc. Soci. conſi. 162. in fin. Bal. & Angel. in l. inſtrumenta. col. final. in fra de fideicom. PVRPV.

Source : BIU Cujas

dominij inter actorem,& reum,ſm Lud. Ro. in l. 1 .de probat. & Bar.hic in vlt.q.& in l.1.§.editiones.ff.eod.& eſt text. in l.pro-
4 curator.s̃.eo.¶† Hinc concludit Lud.Ro.in conſ.348.q̃ incip. vt clarior reddatur deci. q̃ ſi duo fuerunt ſocij, & in diuiſione patrimonij,vel ſocietatis inſtrumenta remanſerunt penes vnũ, & alter agat contra eum, poteſt cogere ad edendum fundando principaliter intentionem ſuam. Quod etiam limitat mirabiliter Lud.Rom.prædictam conclu.non procedere, vbi tra
a ctaretur de periculo animæ [a] rei conuenti, quòd ſi limitatio eſt vera, confunderentur omnes ll. Confirmo: nam in cauſa matrimonij cùm ibi tractetur de periculo animę,tenetur reus edere actori ad fundandum illius intentionem, ſecundum Io. And.in addi. Spec.in tit verſ. de inſtr.edi. §.videndũ.ver.ex præ miſ.& in capitul.1.vbi alij Canon.de probat.Breuiter intelligerem verũ,vbi ex præſumptionib.argueretur peccatũ,tunc officio iudic.ſaltem per denunciationem Euangelicam,capitul. nouit. de iud.poſſet cogi, ſecundum dom.Ant. in c.1.de proba.¶Limitat etiam Spec.in d.verſi.ex præmiſſis,quando actori perijſſet facultas probandi caſu fortuito, quamuis Panor.& plenius domi.Franciſc. de Aret.in dict. cap.1.in 12. colum.per ſex fundamenta contrarium teneant, ſed non eget referre. Et tene cum Specul.vt per dom.Alexand. hic, & vltra alios adde bon. text.in l. ſi quis ex argentarijs.§. prohibet. circa fin.ff. eod. De *alijs limitationibus* præcipuè in cauſa dotis, & alimentorum,dixi in l.1.s̃.eod.& recolligunt dom.Alexan. & do.Anto. de Alexan.hic, & Can.in c.1.de probat.¶Vltimò limitat Bart.
b q̃ reus teneatur edere actori ad fundandum replicationem [b] per l.penul.§.fin.ff.ad leg. Falc. & dicit ibi Angel. quòd ibi melius probatur quàm alibi in iure, & Bald.in capitul.1. in quarta colum. de probat. aſſignat rationem, quia vbi actor fundauit intentionem ſuam, & ſic iudex de eo bene opinatur, æquitas dictat, quòd accipiat probationem ex domo rei.ſimiliter dicit Bartol. quo ad adiuuandum intentionem actoris circa probanda confinia, & vltra Bartol. adde meliorem text. in l. Titius.la ſecunda. ff.de act. emp. & exemplifica alijs notabilib. modis,vt latè hic per Bald.& per iſta ſit expedita hæc lex.

Iaſ.Paduæ legens.

ADDITIONES.

a Periculo animæ.Sequitur Marſi.in l.de minore.§.tormenta.ff. de quæſtionib. PVRPV.

b Reus edit ad fundandum replicationem. Ex quo infertur, quòd ita fauetur replicanti ſicut excipienti, Alexand. in l. emptorem. §. final. in addi. ff.de contrahen.emp. Et ad regulam iſtam, quòd ad replicationem edat reus, adde Socin.conſil.162.communicata. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium incipit à citatione quo ad tres effectus,extra quos propriè incipit à litis conteſtatatione. num. 2.*
3 *Citatio dicitur de proceſſu libelli,oblatio non.*
4 *Qui eſt præſens in iudicio,præſumitur citatus.*
5 *Si pars eſt præſens,monitio iudicis habet vim peremptorij.*
6 *Teſtis,qui dicit ſe ſcire,quia fuit præſens,li cèt non dicat, quòd audiuerit,vel intellexerit,tamen probat.*
7 *Nulla citatio poteſt fieri ſine commiſſione iudicis, quam non debet concedere,niſi prius videat libellum actoris.*

De in ius vocando. Rubr.

1 ¶† In glo.rubric.iuncta continuatione Bartol.Salic. & Fulgoſ. habes tria notare.Primum,quòd iudicium incipit à citatione. Adde, quòd iſtud procedit non ſolùm in cauſa principali, ſed etiam in cauſa appellationis,vt not.Bartol.in l.final.§. illud. C. de tempor. appel. ¶Intellige verum quo ad tres effectus tantum. Primus, quantum ad interrumpendum præſcriptionem in cauſis criminalib. inductam à ſtatuto: vnde ſi ſtatutum diſponat, quòd de crimine debeat agi. ȝ. ſex menſes à die commiſſi delicti, certè iſto caſu citatio,imò ſola oblatio libelli ſufficiet,ſecundum Bartol.in l.mariti.§.quinquennium.per illum text.ff.de adulter. & in l. naturaliter.ff. de vſur. Quamuis contrarium, & malè teneat Angel. hic, & aliter diſtinguat Bald. in l.1. C. quando lib.princ.da.& Bald.in l.final.ad fin.princip.ff. ff.de eo,per quem fact.erit.Lud.in l.1.in princip.ff.de arb.¶Secundus eſt in cauſis ciuilib. quo ad interrumpendum præſcr. 30.anno. ſola citatio ſufficit.l.ſicut,& l.omnes.C. de præſc.30. ann.declarat Bar. in l. fin. in princip.ff.de eo, per quem factum erit. ¶Tertius effectus eſt, quo ad perpetuandum iuriſd. deleg.*ſecundum communiorem ſententiam*, quæ probatur in cap. gratum. de offic. deleg. in capitul.ſi à ſubdelegato. eod.titul.in 6. Bar.& alij in l.more. vbi dixi.ff.de iuriſdict.omn.iud.Can.in c.li
2 cèt vndique. de offic. deleg. ¶† Extra hos tres caſus iudicium propriè incipit à *lit.cõteſta.* gloſſ.in l.fi.§.illud.C.de temp.appel. Alia.n.quæ præcedunt lit.conte.dñr potius præludia, gl.eſt no. in §.fi.in verſi. ex procemijs. in Auth. in med.lit. de qua dixi in rub.s̃.tit.1.litis autem conteſtatio eſt lapis angularis iudicij, ſecundum Bald.in c.1.de lit.conteſta.¶Secunda concluſio eſt, q̃
a citatio [a] dicitur de proceſſu, & de hoc eſt text. in c. quoniam contra falſam.in verb. citationes.de prob.gl. in c.prudentiam. in verb. formam. de offic. delegat. Fallit in 1. citatione. gloſſ. eſt in cle.1.in ver.citationes.de iud. ſecundum Paul.de Caſtr.&
3 do.Alex.hic. ¶† Tertia concluſio eſt, q̃ oblatio libelli, quæ fit iudici,non eſt de proceſſu, cùm fit ante citationem, & poſſit fieri die feriata, vt hic per Bartol. & not. Angel.inferentem ad duo not.dicta,quæ proſequere, vt hic per d.Alex. & adde Bal. in l.1.ff.eod & in l.1.C.quando lib.prin.datus.¶Extra glo. quærit primò Bart.pars eſt præſens in iudicio,an valeat iudicium ſine alia citatione? remittit ſe ad ea, quæ dixit in l. 1. ff. eod. & ibi diſtinguit inter volentem,& inuitum,& idem Bar. in l. prolatam.in vlt.colum.C.de ſenten.& interlo. ¶Veritas eſt, quod data præſentia partis, non requiritur iſto caſu alia citatio, & hoc indiſtinctè per text. optimum in l. etiam ſi pater. §. fi. in verbo præſente, vel ad agendum à præſide euocato, & in l. in cauſę.§.cauſa autem agnita.ff.de minor. & in l. de vnoquoque.in verſi. præſentib. vbi Ang.& Imol.ff.de re iud.cum concor.alleg.per d.Alex.hic,& plenius ibi.latè.d.Ant.& Can.in c.1. de iud. ¶Pro iſta conclu. facit duplex ratio.Prima eſt, quia citatio fit ad fi.comparationis, ergo ſi pars cõparuit, & fuit præ-
11 glo. & Docto. in l. cùm donationis. vbi dicetur. ſ. tit. 1. ¶† Octauò per iſtum tex. dicit Ang. in d. l. ille autem. ꝙ homines hodierni temporis præcipuè armigeri faciunt adinuicem ſocietates iuratas, & promittunt adinuicem data fide de ſe inuicem inſtituendo, certè talis fides non aſtringit ad inſtituendum, niſi ſint milites militantes in ſeruitijs imperij, vel Eccleſiæ, per iſtā. l. quam ipſe ad hoc repurat ſing. ſed errat, quia hic bene deciditur, ꝙ iſta conuentio inter milites valeat, ſed quòd per eam cogatur ad inſtituendum, non dicitur hic, nec eſt dicendum, quia ſic auferret liberam facultatem teſtandi militi, & ſic iſta. l. quæ eſt inducta fauore, & in priuilegium militum, retorqueretur in eorum odium, contra l. qđ fauore. ſ. de legib. & ita tenet Imo. ibi, & Mod. hic. ¶ Nono pondera text. ibi, ob communem mor
12 tis fortunam, quod † fortuna hic capitur in malam partem, ſicut etiam in l. fi. in fine principij, in verbo fortunæ inſidias, & ibi Bald. in l. fi. multum not. C. de tempo. appel. & ſic facit pro eo, quod decidit ſingulariter Barto. in l. ſi is qui in aliena. ff. de acquir. rer. dom. ꝙ ſi quis recipiat rem ſuo periculo & fortuna, per talia verba cenſetur in ſe ſuſcepiſſe periculum caſuum fortuitorum, attento ꝙ etiam fortuna capitur in malam partem, vt ibi per eum, ſequitur ſimpliciter. d. Alexan. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in pen. colum. ff. ſi quis cau. ¶ Decimò no. ex hoc
13 text. ſecundum Barto. & alios †, quòd appellatione rerum continetur hæreditas, facit l. rei appellatio. ff. de verbo. ſignifi. l. nam quòd. §. fi. cum l. ſequen. & ſc. ff. ad Trebel. intellige, quando nō eſt datus alius cohæres vniuerſalis, vt hic, aliàs ſecus eſſet. l. fi. ff. de vſufru. leg. facit, quod vult glo. not. in l. his verbis. in princ. ff. de hære. inſtit. ¶ Vlt. not. ex hoc tex. ſecundum Barto. & alios,
14 † quòd verbum pertinere, [b] eſt directum, veritas eſt, quod eſt
b commune. l. verbum illud pertinere. ff. de verbo. ſignifi. ſecundum Barto. in l. centurio. in vlt. colum. ff. de vulg. & pupil. not. Barto. in l. fideicommiſſa. §. ſi filio. per illum tex. ff. de leg. tertio, & in l. Lucius. 2. §. filiam ex aſſe. per illum tex. ff. de leg. ſecundo. Barto. in l. 1. ad fi. princ. ff. de don. & in l. Seia. in fi. ff. de do. cauſa mor. Cyn. & Bald. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Ange. de Aret. in §. qua ratione. inſti. de pup. ſubſt. Cōfirmo per ſimile, nā & in alia materia, verbum pertinere eſt commune, quia poteſt referri tam ad petitorium, quàm ad poſſeſſorium, & ècontra. glo. eſt no. in l. ſi quis intentione ambigua. & ibi Bart. & alij. ff. de iudi. Specu. in titu. de cauſa poſ. & propiet. §. notandum. in verſ. aliæ. Ang. vbi limitat, in l. Iulia. §. idem Iulia. ff. de rei vendi. Innocen. vbi aliter limitat in cap. cùm Eccleſia ſutrina. & ibi d. Anto. de But. & Panor. de cauſa poſſeſ. & proprieta. & in capit. 1. de ſequeſt. poſ. & fru. facit, quod vult Barto. in l. & an eadem. §. actiones. in pen. colum. ff. de except. rei iud. Bal. in l. 1. C. de excep. & in l. quod tempore. in fi. C. de teſta. milit. & in l. domum. in 1. colum. & 1. q. C. de rei vendi. facit, quod vult glo. not. in c. inter dilectos. in verbo pertinere, de fid. inſtrumen. quæ dicit, quod verbum pertinere eſt latiſſimum, & per illud deducitur in iudicium quicquid iuris quis habet, quæ glo. non eſt alibi in iure, ſecundum Ang. in conſi. 296. quod incip. viſis atteſtationibus. in vlt. colum. ¶ Capio glo. in verbo mortis cauſa. quam diuido in quatuor. In prima allegat concordantem ad text. In ſecunda ponit rationem dubitandi, quam declaraui in tex. in tertio not. In tertia aſſignat primam rationem decidendi. In quarta aſſignat aliam. Secunda ibi, huic enim donationi. Tertia ibi, ſed tamen non eſt. Quarta ibi, item donatio emolumentum. ¶ In ead. ibi, tali pacto hæredem ſibi efficere cupiebat, habes primam rationem, quare conuentio de qua in hoc text. non ſit don. cauſa mor. quia in donatione cauſa mor. non grauatur hæres, hic autem grauatur. ex iſta ratione glo. no. Bar. ꝙ per donationem cauſa mor. nō poteſt dari hæreditas, ſicut nec per codicillos, cùm requiratur, ꝙ in teſtamento detur. idem not. Bal. Ange. & alij hic. & ſic habes, quòd ſi aliquis dicat in inſtrumento, dono tibi hæreditatem meam poſt mortem, quòd non valet iſta donatio, idem vult Barto. ſed alia ratione in l. fi. in vlt. colum. ſ. eod. quia eſt perinde, acſi diceret dono omnia bona
15 præſentia, & futura, † cùm hæreditas ſit nomen iuris vniuerſale recipiens augmentum, & diminutionem. l. item veniunt. §. fructus. ff. de pe. hæredi. ſed ita eſt, ꝙ donatio omnium bono-
* rum præſentium, & futurorum non valet, *ſecundum magis cōmunem ſententiam*, quia aufert liberam facultatem teſtandi per indirectum, vt habetur in d. l. fin. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. In contrarium facit. l. quęſitum. §. pe. ff. de leg. primo. iuncta gloſ. in verbo hæreditati, quæ exponit hæreditati. i. bonis nunc, quæ ſunt futura hæreditas, &

ibi

ADDITIONES.

a ¶ Limitare. Bart. conſi. 22. ex facto. Iaſ. conſi. 8. circa prin. adde ea, quæ ſcripſi in l. fi. infra. eod. PVRPV.

b ¶ Quod verbum pertinere. Adde l. ſi quis ex argentarijs. in §. pertinere. ff. de eden. l. iſti. §. 2. ff. quemad. teſt. ape. Inno. in cap. cùm Eccleſia. de cauſa poſ. & propriet. Docto. in capi. conſtitutus. de relig. dom. Doct. in cap. Abbate ſanè. de re iud. lib. 6.

* Prac. Pap. For. lib. Act. Real. verſ. ſpectat, & pertinet. & verſ. iure dominij. nume. 37. & for. lib. ſpol. poſſeſ. verſ. pleno iure. vbi dixi, & dic, ꝙ comprehendit etiam eum, cui aliquid debetur actione perſonali, teſte Rol. conſi. 51. nu. 20. lib. 2. & verificatur etiam in iure poſſeſſionis ciuilis, vt not. Paris. conſil. 58. colum. 5. circa fin. lib. 3. plura not. Nat. conſi. 235. col. 7. in fi. poſt Rom. conſil. 369. num. 35. MASVER.

Source : BIU Cujas

ibi Barto. præsupponit, ꝙ si aliquis dicat, dono tibi hæreditatē meam, quia tunc valet, idem tenent Alb. Bald. & Pau. de Cast. & Raph. Cu. ibi, Imo. nihil tangit, & ibi Albe. refert aliàs de hoc fuisse magnam controuersiam, ꝙ nec dicas, ꝙ ibi loquitur in donatione simplici, hic in dona. causa mor. cùm vtrobique militet regula. l. hæreditas. ſ. de pa. conuent. Pau. de Cast. hic in fine solus format hanc oppositionem, & nihil respōdet, aliquid tāgit. d. Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, in 7. colum. Bald. in l. fi. in pen. colum. ſ. eod. Item adde, quod Bald. dicit in c. 2. in prin. de feu. dato in vicem. l. commisso. per istum text. ꝙ per donationē causa mortis possunt dari omnia bona, & etiam hæreditas futura. ¶ Veritas est, ꝙ si donatur hæreditas tanquā ius vniuersale, & sic tanquam ius accrescendi, constat istā essē mentem donantis, & tunc nihil valet, & in istis terminis loquitur gl. & Doct. hic, facit. l. cùm donationis. in fi. ſ. ti. t. & ita in spe cie declarat Bar. ī d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. circa med. sic etiam intellige illud, quod tangit Bald. in L. in donationibus. C. ad l. Falcid. aut quis donat hæreditatem simpliciter, & tunc, si se stringit ad præsentem, & valet, quia exponitur hæreditatē, id est bona, sic intellige glo. & Bar. in d. l. quæsitum. §. pe. aliàs secus, sic intellige Bar. in d. l. fi. in vlt. col. ſ. eo. ¶ In ead. ibi, hic autē onus habet ꝓp vicissitudinem. no. ex glo. duo, primò secundā rationem, quare in hac. l. non sit donatio causa mor. eo quia donatio causa mor. est sine onere, sed in hac. l. est onus ꝓp vicissitudinem, ista ratio fin Mod. & bene, est falsa, quia ēt in donatione causa mor. potest onus iniungi. l. ab eo. C. de fideicom. ¶ Secundò habes diligenter notare ex glo. ꝙ donatio censetur onerosa, quando in ea est vicissitudo. istam gl. no. & per eam decidit quæstionem Old. in consi. 139. quod incip. ad habendam ali qualem notitiam, sequitur Io. And. in addi. Spec. in ti. de instru. edit. §. porrò. in vlt. col. in vers. fuit etiam alia quæstio de facto, duo fratres &c. Alb. & Sal. in l. fi. ſ. eod. Ange. in l. hęreditarium. ff. de bo. antho. iud. pos. & in l. sancimus. C. de don. Imo. & alij in l. Aquilius Regulus. in pen. col. ff. de dona. Duo fratres habētes bona paterna communia fecerunt talem contractum, ꝙ q-libet donauit alteri bona paterna sub hac conditione, quòd superstes altero præmortuo illa haberet, opponebatur ꝙ talis donatio non valeret, quia fuit facta sine insinuatione, contra. l. sancimus. C. de dona. & determinant præfati Docto. per hanc glo. contrarium, quia non fuit simplex donatio, sed onerosa ꝓp vicissitudinem, vt hac glo. & ita dicunt fuisse determinatum. Lu. Rom. post alios in d. l. Aquilius Regulus. refert de hoc fuisse ad duam quæstionem temporibus suis, & in contrarium adducit. l. fi. §. similique modo. cum Auth. eo decursum. C. de don. ante nup. vbi donatio propter nuptias cōstituitur respectiuè tandotem, & tamē requiritur insinuatio, & dicit ad hoc nesciradliud responsum, nisi ꝙ dicta in donatione propter nuptias e aquā exorbitantia non debent extendi. ¶ Tu dic melius, ꝙ hic nō sunt mutuę donationes, cùm dos respectu mariti sit titulus onerosus, vt no. Bar. in l. fi. §. fi à socero. ff. de his, quæ in frau. cred. & dos detur, vt restituatur. l. dos à patre profecta. C. sol. matr. duas alias rationes vltra gl. addunt Doct. quas prosequere, vt p d. Ale. hic. ¶ Capio gl. fi. in verbo compendiū. q̄ diuide in duas. In prima declarat tex. In secunda formar quæstionē, & refert duas opi. ¶ In fi. glo. habes, ꝙ in hac lege conuentio reciproca, quæ valet inter milites, nō est propriè testamētū in specie, sed quædam vlt. voluntas in genere. sequūtur Bal. & Ang. hic, & dicit Bal. ꝙ non reperitur alibi, q̄ in casu huius. l. vlt. volūtas in genere, & innominata, ad hoc etiam istam glo. reputat sing. Ang. in l. 3. §. genera. ff. de acquir. possess. & licèt Cyn. Bal. Sal. Ful. & d. Ale. teneant, ꝙ in hac. L. sit testamentum, quia nihil repugnat, ꝙ l. milites. C. de testam. mili. circa hoc non est insistendum, cùm vtroque modo sit idem effectus, vt etiam dicit Bald. hic. & tex. magis facit pro prima parte in verbo vim postremi iudicij, si habet vim testamenti, ergo non est verè testamentum, cùm aliud sit esse tale, aliud haberi pro tali. l. mercis appellatione. cūsim. ff. de verb. sig. ¶ Vltimò, quia in hac. l. & in l. pactum, quod
16 dotali. ſ. eod. habuisti, † ꝙ pactum de futura successione non valet, dubitatin contingentia facti d. Ale. in consi. 25. incip. viso testamento condito. in 3. volu. si inter duos fratres sit factum pactum de succedendo adinuicem, casu quo alter præmoriatur sine liberis nullo condito testamento, an valeat, dubium facit, quia text. in d. l. pactum, quod dotali. ideo improbat tale pactum, eo quia aufert liberam facultatem testandi, sed in isto pacto est exceptuatum testamentum, igitur &c. & circa hoc do. Alexan. non directò ponit veritatem. Tu dic, quòd duplex ratio finalis est, quare tale pactum sit improbatum à iure, & non firmatur iuramento. Prima, quia aufert liberam facultatem testandi. Secunda, quia inducit votum captandæ mortis, vt ibi dixi, vnde licèt in casu isto cessēt vna ratio, tamē ex quo militat alia, militat dispositio. l. prohibitiua, vt per glo. in l. si ventri. §. fi. ff. de priuile. credi. gl. in §. affinitatis. insti. de nup. & text. melior de iure in l. si non lex Aelia sentia. & ibi Bald. ad hoc not. ff. de hær. insti.

SVMMARIVM.

1 *Dominium non acquiritur ex sola conuentione, seu ex solo contractu, sed ex traditione, si tradens erat dominus, si verò non erat dominus, acquiritur dominium mediante vsucapione. & num. 2. & 3. secus verò est in hypotheca. vt infrà num. 7.*
4 *In feudis quamuis aliquis sit inuestitus, tamen ante traditionem non habet ius, sicut nec in alijs rebus.*
5 *Si princeps vendat, vel donet, vel aliter contrahat, an sit necessaria traditio ad transferendum dominium.*
6 *Princeps dicitur lex animata in terris.*
8 *Si res vendita signatur per aliquam signaturam, ita transfertur dominium sicut per traditionem, nisi in vegete vini.*
9 *Duplex reperitur dominium.*
10 *Proprietas, & dominium differunt.*
11 *Si in libello quis dicat, proprietatem ad se spectare, vel se esse proprietarium, & postea in processu probaret de vtili dominio, puta, ꝙ esset emphyteuta, an succumbet.*
12 *Sicut est reperire possess. & quasi possess. ita domi. & quasi dominium, & proprietatem, & quasi proprietatem.*
13 *Per præscriptionem. 10. vel 20. anno. acquiritur dominium vtile, & non directum, fallit sex modis, vsque ad num. 16.*
17 *In Ecclesia, in pauperibus, in filio, dominium transit ipso iure absque traditione.*
18 *Si hæres est grauatus ex vltima voluntate vendere, ex solo contractu transfertur dominium.*
19 *In iudicijs vniuersalibus transfertur dominium sine traditione.*
20 *In beneficialibus acquiritur ius per solum titulum, & inuestituram.*
21 *In dote transfertur ipso iure dominium in vxorem.*
22 *Ad transferendum dominium requiritur traditio, licèt non sit necesse, quòd tradatur vacua possessio secus tamen est in vsucapione. & numero 23.*

LEX XX.

1 TRaditionibus. Ista l. ponit tres regulas, duas affirmatiuas, & vnam negatiuam. hoc dicit. † Dominium non acquiritur ex sola conuentione, seu ex solo cōtractu, sed ex traditione, si tradens erat dominus, si vero tradens non erat dominus, acquiritur dominium mediante vsucapione. hoc dicit. ¶ Not. regulam, quòd ex solo contractu
a absque traditione a non transfertur dominium, concordat. §. per traditionem. insti. de rer. diu. l. pen. C. de rei vendi. allegara. in glo. & duplicem rationem huius regulæ assignat Bald. in l. ea. l. in 1. colum. C. de condi. ob causam. Pro ampliatione istius regulæ adde, quòd dominus alicuius rei pro dimidia, pro indiuiso, si emat aliam dimidietatem à socio, non acquiritur do-
2 minium sine traditione, secundum Ang in l. 2. de stip. ser. ¶ † Se-
b cundo amplia b istam regulam procedere non solum in contractu particulari, sed etiam si esset contractus vniuersalis, adhuc ex eo non transfertur dominium sine traditione, glo. est ordi. in l. prima, in princip. in verbo vniuersæ, & ibi Bald. ff. de vsucapio. pro dote, quam glo. reputat ad hoc singu. Bald. in l. nulla. C. de iure dot. & sequitur in l. prima. in 8. quæstio. C. de act. & oblig. & in l. fin. §. præterea. C. de iure dot. & est text. melior de iure in l. qui tibi hæreditatem vendidit, & ibi Bald. ad hoc not. C. de his, qui à non domino manu. & similis text. in l. qui tibi hæreditatem vendidit. C. de hær. vel act. vendi. ¶ Intellige istud vltimum, nisi titulus vniuersalis accederet personæ, tunc transfertur dominium in consequentiam personæ sine traditione. l. si adoptauero. ff. de preca. Auth. ingressi. supra de sacrosan. eccles. & ibi not. sic declarat Bald. in tertia opp. Sal. in quarta. ita intellige Barto. post glos. qui aliàs malè

ADDITIONES.

a ¶ Traditione. Adde Bal. in l. 1. C. de inof. don. Ang. in l. commissa. ff. de publi. Abb. in c. ex literis. in 2. col. de consue. & an dominium transferatur in Ecclesiam sine traditione, dic, vt in l. 2. & ibi Doct. C. de sacrosan. eccl. Bar. in Auth. ingressi. in 2. q. C. eo. tit. Bal. in l. si nondum. C. de fur. Spe. tit. de sta. re. ver. 49. & hoc etiam procedit pretio non soluto.

b ¶ Pro ampliatione regulæ, sicut pactum non transfert, ita non impedit dominij translationem, gl. in l. fi. ſ. de rebus alie. Ale. in l. filiusfam. §. diui. ff. de le. 1. Bar. in l. qui absenti. §. j. ff. de acq. pos. Brun. consi. 67. Ampliat et si partes vellent. Dec. cons. 300. col. 2. Ampliat in resolutione cōtractus. l. ab emptione. ff. de empt. Limita in pacto de retrouendendo, ꝙ dominium transfertur ex sola oblatione, l. si cùm venderet. ff. de pig. act. Ana. in c. conquestus. de vsur. Adde Ang. cons. 335. & Dec. cons. 12. consideratis. PVRPV.

Source : BIU Cujas

2 lè diceret In l.ſi ager. ff. de rei vendi. ¶ †Secundò aliter amplia
a iſtam regulam, vt procedat etiam ſi interueniat inueſtitura, [a]puta per impoſitionem anuli, vel bireti, vel traditionē enſis euaginati, vel per aliud ſignum ſimile, adhuc non transfertur dominium ſine traditione, glo. eſt no. in c. authoritate de inſti. in c. ex ore. de his quæ fiunt à maio. parte cap. in cap. accedens. & in c. pro illorum. de præben. Can. in c. ex parte. de conſti. Bal. hic, & in l. 1. C. de vſuca. pro dona. & in rub. C. de contrahen. empt. in 17. q. & in l. quædam mulier, vbi etiam Ang. ff. de rei vend. Ang.
4 in l. licèt. C. de acquir. poſſeſ. ¶ †Hinc videmus, ꝙ in feudis quāuis aliquis ſit inueſtitus, tamen ante traditionem nō habet ius, ſicut nec in alijs rebus. c. ſi facta, & ibi Bald. in 1. col. ſi de feu. defun. con. ſit inter dom. & agna. & no. Bal. in c. 2. in 1. colum. poſt And. de Iſer. de noua for. fideli. in vſi. feud. ¶ Adde etiam, ꝙ ex regula huius tex. colligitur ratio. l. quoties. C. de rei vend. & l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publi. in rem act. ꝙ ſi eadem res vēditur duobus diuerſo tempore, & traditur ſecundo prius, præfertur ſecundus, in quem transfertur dominium mediante traditione, primus autem ex ſolo titulo nullum dominium, nec ius habet in re, ſecundum glo. & Doct. in d. l. quoties. & plenius Pan. in conſi. 92. inci. quo ad primum dubium nunquid ſtante
5 ſtatu. prædicto. in 1. vol. ¶ † Nunc ſe offert pulchrum dubium, in quo ſemper dubitaui, nunquid regula huius text. habeat locum in principe vendente, vel donante, vel aliter contrahente, quòd etiam ibi ad transferendum dominium requiratur traditio. An verò ſit ſpeciale in principe, ꝙ ex ſolo cōtractu trāſfertur dominium ſine traditione, vehementer dubito, & partem affirmatiuam tenet Io. And. in cap. olim. de verbo. ſign. in nouel. Bald. in c. licèt cauſam. in 8. colum. de prob. facit, quòd dicit Ang. in l. officium. in fi. ff. de rei vend. ꝙ licèt aliàs per ſolum inſtrumentum contractus non probetur dominium, fallit niſi ſit inſtrumentum continens donationem, vel alium contractū principis, ex certa eius ſcientia celebratum: patet, quia princeps habet poteſtatem transferendi dominium pro libito voluntatis. Ad idem facit, quod vult Bald. in præludijs feudo. in 6. col. ꝙ eo ipſo, quod princeps donat, abſque alia traditione transfertur ius, & dominium. idem plenius tenent Bal. & And. de Iſer. in cap. 2. de no. for. fide. in vſi. feud. limitando, vt per eos. d. Alexan. in conſi. 187. in 2. volu. quod incip. in hac cauſa, & lite. in vlt. colum. facit, quod not. Bald. in l. fi. in princ. ff. de conſti. prin. Alibi Bald. in cap. ad audientiam. de præſcri. colligit pulchrè ex illo tex. quòd ex priuilegio principis transfertur ius ſine apprehenſione poſſeſſionis. Alibi tenet idem Bal. in c. 1. quid ſit inueſti., ꝙ ſi Papa dicit, aſſignamus tibi tale caſtrum cum plenitudine iuris, vel per alia æquipollentia verba, non eſt neceſſaria alia poſſeſſio facti, vt ibi per eum, & per And. de Iſer. pro iſta opin. vltra authoritates multum ſtringit, quia per legem transfertur dominium ſine aliqua traditione ſecundum Bart. & Doct. hic, per l. commiſſa. ff. de publica. no. Bald. in l. 1. in 1. no. C. commu. de leg. ſicut per conſuetudinem, & ſtatutum. in capit. 2. de conſue. Bald. in l. fin. in 4. colum. C. de ſacroſan. ec
6 cle. † ſed ſic eſt, quòd princeps dicitur lex animata in terris. §. pen. in Auth. de conſul. lib. gl. in l. & quia. ff. de iuriſ. om. iud. Itē quilibet contractus celebratus per principem habet vim legis, & ita poteſt allegari, ſicut quælibet alia lex. ſecūdum Bar. in l. ciuitas. in 1. colum. ff. ſi cer. pet. cum concor. quas ibi dedi. ¶ In contrarium fortiter tamen facit illud, quod dixi in feudis. ſ. attento, ꝙ feudum dicitur contractus nominatus, vt per Bar. in l. iuriſgen. §. quinimo. in pen. colum. vbi dixi. ff. eod. ¶ Secundò facit, quod ad literam dicit Bald. in cap. 2. in vlti. colum. de noua for. fideli. vbi dicit Bald. multum referre, vtrum cū principe contrahatur, & in tali contractu ſeruandum eſt ius commune, vt ante traditionem non acquiratur dominium, nec poſſeſſio, vnde ſecundū eū. l. omnes. & l. bene à Zenone. ff. de quadri. præſcri. debēt intelligi interueniente traditione: ſi vero loquitur per viam priuilegij, ſeu qñ princeps facit gratiam non p viam contractus ſed ſupplicationis, & tunc ex ſola gratia dominium transfertur, quia iſta eſt natura collationis gratioſæ. c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. & ſubdit, ꝙ quælibet gratia principis cenſetur priuilegium. no Io. And. in d. c. olim. de verb. ſign. in nouel. Sed caue, quia ſi in feudis, & ſic in beneficijs principis nō transfertur dominium ſine traditione, multò minus in priuilegijs, cū beneficia ſint fauorabilia, & latiſſimè interpretanda. l. fi.
7 ff. de conſti. prin. c. cùm dilecti. de dona. ¶† Limita regulam huius legis procedere quo ad dominium, quod non transfertur ſine traditione, ſecus eſt in hypotheca. l. 1. ff. de pign. act. ratio diuerſitatis eſt, vt per Bald. & Sal. hic in vlt. colum. ¶ Capio glo 1. quam diuido in quatuor, prout quatuor remouet oppoſitiones. Secunda ibi, idem intellige. Tertia ibi, vel quaſi. Quarta ibi, ſed in his interuenientibus. ¶ In ea. ibi, traditionibus, vel quaſi. habes ex glo. ꝙ quaſi traditio fit dimittendo rē, quæ erat penes emptorem. adde quòd pluribus alijs modis fit iſta quaſi traditio, de quibus per glo. magiſtram in l. 3. in prin. vbi Mod. ff. de acquiren. poſſeſſio. & l. 1. & l. licèt. vbi Ang. C. eod. declarant Bald. & Sal. hic, inter quos ille eſt per retentionem vſusfr. l. quiſquis. C. de dona. quem extende ad retentionem
8 pignoris. gloſ. eſt ſingu. in l. 1. in fin. ff. de rebus eorum. ¶ † Adde ſimiliter, quòd ſi res vendita ſignatur, per talem ſignaturā
1 ita transfertur dominium, ſicut per traditionem, vt ſi exiſtēs in nemore ſignauit conſeruari arbores, quas emit. text. eſt no. in l. ſi neque. §. fin. ff. de pericu. & commo. rei vend. quem ad hoc reputat ſingu. Lud. in ſing. ſuis. ſing. 285. incip. tu ſcis, quòd traditionibus. ¶ Fallit in vegete vini empta, quia per ſolam ſignaturam non transfertur dominium. text. eſt qui reddit rationem fal. in l. prima. §. ſi dolum. ff. eod. de peri. & commo. rei vendi. & de vtroque not. Bald. in rub. C. de peric. & commo. rei vendi. in prima colum. ¶ In ead. ibi, niſi ſatisfaciat de pretio. adde, vel niſi habita ſit fides de pretio. l. quod vendidi. ff. de contrahen. emptio. l. procuratoris. §. ſed ſi dedi. ff. de tributo. actio. quod quando, ſit declarat gl. not. in l. inciuile. C. de rei vendicatio. ¶ In ead. ad fi. habes ſuppletiones neceſſarias ad regulam text. quæ ſic plenè debent formari, per traditionem, vel quaſi, factam à domino, vel quaſi domino, ex cauſa habili ad translationem dominij, ſi ſit pretium numeratum, vel habita fides de pretio, ſemper transfertur domi
9 nium, & hoc modo regula eſt vera. ¶ † Subdit Bald. iuxtà hanc partem glo. quòd duplex reperitur dominium, ſcilicet ſuperius, quod appellatur proprietas, & inferius ſeu ſubalternū, quod appellatur vtile dominium, & exemplificat in feudis;
10 vt hic per eum. ¶ † Ex quibus verbis ego colligo differentiam
b inter proprietatem, [b] & dominium, ſuper qua differentia laborat Io. Fab. in §. ſed iſtæ. in 25. colum. inſti. de actio. & quòd ſit differentia, patet ex text. & in l. ſi procurator. §. 1. ff. de acquiren. rer. dom. in verbo. & proprietas, & dominium: nam
c copula, [c] &, cadit inter diuerſa. glo. in rub. ff. de iur. & fac. ignor. glo. in capitulo querelam. de ſimo. & credo, quod differentia ſit iſta; nam dominium eſt terminus magis latus, & comprehendit quodcunque dominium, ſiue ſit directum ſiue vtile, nam & vſufructuarius dicitur habere dominium. l. 3. §. primo. ff. de vſufruct. not. in l. prima. §. fin. ff. de iuriſd. om. iud. ſed proprietas nunquam capitur niſi ſolum pro directo, & vero dominio, prout oſtendit etymologia vocabuli. nam dicitur proprietas, quaſi propriè tuum, vnde dicit Bald. in l. cùm res. in fin. C. de probatio. quòd iſtud nomen proprietas, eſt nomen directum, & non obliquatur, & nunquam ponitur pro vtili dominio, & quod appellatione proprietatis ſemper intelligatur de directo, tenet Bald. in l. pen. in ſecunda colum. C. ſi à non compe. iudi. ¶ Alibi dicit Bald. in capit. primo. §. 1. de inueſt. de re alienan. fac. in vſib. feud. quòd ſignificatio proprietatis eſt magis ſtricta & nuda, quàm ſignificatio dominij. adde etiam quod not. Barto. in l. locorum. C. de omni agro deſer. lib. 11. per illum text. in verbo proprietas poſſeſſionis. adde etiam, quod ſingulariter dicit Bald. in l. ſecunda. ff. de
11 conditio. inſti. † quòd ſi in libello quis diceret proprietatem

ad

ADDITIONES.

a ¶ Inueſtitura. Adde, quòd inueſtitura non habet vim traditionis. Intelligendo, vt per Abb. in capitulo authoritate. colum. ſecunda. extra de inſtitutio. pro quo vide, quæ ſcribit Cur. iun. conſilio 277. numero primo. Declara, vt per Alexan. conſi. 88. numero 7. lib. quinto. Deci. conſilio 191. eundem Iaſ. in l. quoties. numero 30. & ſequen. C. de rei vendicatio. Bald. in rub. numero 17. & ſequen. C. de contrahen. emptio. Nat. conſilio 398. numero 17. & 28. Paris. conſilio 22. numero 58. libro primo. Aymo conſilio 124. MASVER.

b ¶ Differentiam inter proprietatem. Adde Bald. in l. pen. C. ſi à non competenti iudi.

* Et quòd aliud ſit dominium, aliud proprietas, not. Caſt. in l. proprietatis. in princip. C. de probatio. idem Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 13. ff. de acquir. poſſeſſio. & de proprietate vide, quæ ſcribunt Doct. in apoſtill. ad Cepol. de ſeruitut. vrbanorum prædio. capitulo. 38. MASVER.

c ¶ Copula, &, Adde Caſt. in l. prima. C. de pact. Iacob. de Aret. in diſput. incip. quidam paterfamilias.

* Eundem Iaſ. in l. legato generaliter. numero 5. ff. de leg. primo. in l. re coniuncti. colum. 18. & 20. ff. de leg. tertio. Dec. conſilio 384. numero 3. poſt Rom. conſilio 104. colum. 4. & dic, quòd de natura copulæ eſt, quòd vtrunque copulatiuè verificetur. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſti. l. ſi quis ita. de verbo. oblig. c. 2. de reſcriptis. Quid de copula poſita inter duo incompatibilia, & dic, ꝙ regulariter conuertitur in diſiunctam, ex not. per Rip. in l. de pupillo. §. memminiſſe. numero 22. ff. de no. ope. nun. Quid qñ ponitur inter genus, & ſpeciem? & dic, ꝙ ſpecies expreſſa nunq̃ continetur in genere, ex no. per Bar. in l. 1. ff. de reb. dub. quib. adde, ꝙ vbi duo extrema copulantur p copulā, dēr ambo exprimi principaliter, telle Alex. conſ. 2. col. fi. in prin. lib. 3. MASVER.

Source : BIU Cujas

ad ſe ſpectare, vel ſe eſſe proprietarium, & poſteà in proceſſu probaret de vtili dominio, puta quòd eſſet emphyteuta, vel vaſallus, deberet ſuccumbere. Secus ſi dixiſſet ſe dominum, quia dominium bene poteſt intelligi de vtili. & hoc modo limita Bart. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. cum his quæ plenius dixi. ff. de iureiu. Contra prædicta videtur facere tex. in l. proprietatis. C. de prob. dum dicit proprietatis dominium. niſi exponas, vt ibi glo. facit. ¶ Quæ autem dicatur plena proprietas, & quæ nuda, patet ex tex. in l. fœminæ. §. illud. C. de ſecun. nup. & ibi no. Bal. & dicit, ꝙ non eſt alibi tex. in iure, qui ita plenè p-
11 bet. ¶ † Vlt. adde, ꝙ ſicut eſt reperire poſſeſſionem, & quaſi, item dominium, & quaſi dominium, ita eſt reperire proprietatem, & quaſi proprietatem. gl. eſt in l. 2. §. quædam. ff. de interdi. illam gl. ad hoc reputant ſingularem Bal. & Ia. Alua. in c. 1. §. 1. de inueſti. de re alie. fa. & eſt tex. in c. fi. de iure patro. ¶ Capio gl. in verbo, & vſucapionibus. iſtam glo. diuido in duas. In 1. allegat concordantem ad tex. In 2. quærit, & diſputat. Secũda ibi,
13 ſed an idem. † concludit ergo gl. quod per præſcrip. 10. vel 20. annorum acquiritur dominium vtile, & nõ directum, per tex. in l. ſi quis emptionis titulo. in verbo exceptionem, inducendo, vt ibi per glo. 2. & Saly. & d. Ale. ĩ. de præſc. 30. vel 40. ann. idem probatur in l. 1. §. fi. in verbo vtilẽ. & ibi no. Bart. ff. de aqua plu. arc. & in l. ſi duo patroni. §. 1. in verbo vtilem. ff. de iureiur. idem
* & plenius tenet gl. in Auth. niſi tricennale, *& ibi communiter Doct.* C. de bon. mater. gl. in l. 3. ff. de vſuca. gl. in l. 1. §. cùm prædiũ. el 1. & ibi Bar. ff. de pigno. Barto. in l. Sticho. ff. de vſu, & vſufru. leg. Bal. in c. licèt cauſam. in 2. col. de proba. & in l. aduerſus. C. de rei ven. Dy. & Ioan. And. in regula poſſeſſor. Imo. in repe. c.
14 fi. in 60. col. de præſcrip. ¶ Iſtam conclu. limita ſex modis. † Primò in præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non ſit in contrarium, per talem acquiritur directum dominium. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. ſecũdum Bal. Saly. & Mod. hic, Imo. in l. prætoris. ff. de dam. infec. ¶ Secundò limita, quando eſſet ſtatutum, quod præſcribens acquirat dominium. Nam vt ſtatutum aliquid addat iuri communi, intelligitur, quòd acquirat dominium directum. ſecundum Bart. & Mod. in l. 2. ff. de vſucap. Bald. in c. cùm non liceat ad fin. de prę-
15 ſcri. ¶ † Tertiò limita, niſi quis præſcriberet ex titulo ſententiæ ſecundi decreti, ita ſing. Bald. in l. in poſſeſſionem. C. de bo. auto. iu. tangit Lud. in l. prætoris. in additione. ff. de dam. inf. reprobat d. Alex. hic, quia iura alleg. per Bald. non probant. ¶ Quartò limita, quando nullus apparet factis proclamationibus publicis, qui ſe dominum contenderet, tunc dominium directũ acquiritur non tam ex præſcrip. quàm ex regula iuriſgentium, q̃ eſt, ꝙ illud, ꝙ eſt in nullius bonis, primo occupanti conceditur. Ita limitat ſingu. Barto. in l. cùm res. in bona lect. C. de probat. ¶ Quintò limita, niſi præſcribatur contra ſcientem, & patientẽ, cũ ſcientia inducat cõſenſum, & ex conſenſu acquiratur directum dominium, ſecundum Bald. in d. Auth. niſi tricennale. & Lud. in d. l. 2. ſed iſtud reprobat multum latè Imo. in repe. c. fi. in
16 3. col. de reſcri. ¶ † Sextò limita in feudis cenſualib. vel tributarijs, quia ſi dominus eorum habuerit eos deſertos, & aliquis p bienniuum poſſideat, acquirit directum dominiũ. l. qui agros. & l. quicunque deſertum. C. de omni agro deſer. lib. 11. ſecundum Ang. qui reputat hoc tenendum menti in d. Auth. niſi tricennale. ¶ Capio gl. fi. in verbo nõ nudis, quam diuide in quatuor. In 1. allegat concordantem ad tex. In 2. timore contrarij, quod formatur per Bar. & alios hic, exponit text. & ſimilem expoſitionem facit gl. in §. interdum. in verbo nuda. inſti. de rerũ diuiſi. In 3. ponit quatuor fal. ad tex. In 4. ponit vnum dictum, per quod remouetur aliud contrarium. ſ. de poſſeſ. quæ perdit ſolo animo. Secunda ibi, & nudum appellat. Tertia ibi, fallit in pacto legis commiſſoriæ. Quarta ibi, item aliud in poſſeſſione. ¶ In ea. ibi. l. ſi quis ſub hoc. limita duobus modis. Primò, quãdo tale pactum fuit appoſitum incontinenti tempore contractus, ſecus ſi poſteà, per gl. quę non eſt alibi, in l. ab emptione. ff. eo. Bal. in l. 2. in 3. not. C. communia deleg. Secundò limita per gl. ſing. in l. 1. in prin. in verbo mortis, & ibi Bar. ff. de do. Bal. hic.
17 ¶ † In ea. ibi, item in Eccleſia. Adde, quod idẽ eſt in pauperib. vt hĩ in c. 2. de conſue. Bal. & Ang. in l. ſiue autem. §. ſi duob. ff. de publicia. Bal. in Auth. quas actiones. C. de ſac. ſan. Eccle. facit tex. in §. pro temporalibus. in Auth. de eccleſiaſti. titu. idẽ etiam eſt in fiſco, in quem dominium tranſit ipſo iure abſq; traditione. l. vnica. §. cùm autem, & ibi Bal. C. de cadu. tol. Bar. in l. Imperator. ff. de iure fiſci. ¶ In ead. ibi, item in manus iniectione. proſequere, vt latè dixi per d. Ale. hic. ¶ In ead. ibi, item in vltimis volun. Adde idem in donatione cauſa mortis. l. 1. in fi. cũ l. ſeq. vbi gl. ff. de dona. cauſa mor. quæ eſt ſingularis ſecundum Bald.
18 in l. 2. C. ſi quis alte. vel ſibi. Et ſic habes ex glo. quatuor fallen. ad regulas tex. & duas addi. tres alias poſui in text. ¶ † Decimò limita, quando hæres eſſet grauatus ex vlt. volunt. vendere, nam tunc ex ſolo contractu transfertur dominium ſine traditione. Dyn. in l. vxorem. §. agri plagam. ff. de leg. 3. quod reputat ſing. & ſequitur Pau. de Caſt. in l. cùm hi. in prin. ff. de tranſact. Bal. in l. 1. in vlt. colum. C. commu. de leg. ad ſimilitudinem legati, in
19 quo transfertur dominium ſine traditione, vt hic in glo. ¶ † Vndecimò fallit in tribus iudicijs vniuerſalibus fam. erciſ. communi. diuid. & fin. reg. in quibus transfertur dominiũ ſine traditione. glo. eſt in l. & ideo. ff. de condic. furti. quam ſalua, vt ibi notatur per Barto. & Ang. pro qua ſaluatione facit, quod not. Bal.
20 in l. 1. in fi. C. de inoffi. do. ¶ † Duodecimò fallit in beneficialia [a], in quibus per ſolum titulum, & inueſtituram etiam ſine traditione acquiritur ius. cap. ex ore. de his, quæ fiunt à maio. par. capi. c. propoſuit. de conceſ. præben. Dyn. in regula q̃ prior. de regu. iur. lib. 6. ſicut ad perdendum beneficium non requiritur electio, ſed ſufficit, quòd ſit priuatus titulo, vt dicatur bene ficium vacare. Innoc. in c. cùm noſtris. de conceſ. præben. Bald. Saly. & Pau. de Caſt. in l. quoties. C. de rei vend. Lud. Roma. in conſi. 298. quod in ci. circa præmiſſam dubij cõſulta. ¶ Tertio-
b decimò fallit in dote, [b] cuius dominium transfertur ipſo iure in vxorem. l. in rebus. C. de iu. do. declarat Bal. hic in vlt. colum. etiam ſi fundus eſſet datus æſtimatus in dotem, & maritus non ſit ſoluendo, glo. eſt ſing. in d. l. in rebus. in glo. 2. tamen tunc ſufficeret ſolui ipſam æſtimationem vxori, nec eſſet neceſſe tradere fundum, ita ſing. Bald. in l. ex conuentione. in 3. opp. ſ. eo. ¶ Quartodecimò fallit in caſu, quem poſuit Bar. in l. ſi fideiuſ-
21 ſor. §. meminiſſe. ff. de leg. 1. ¶ † Quintodecimò fallit in recognitione ſua tanquàm mea, ſecundum Bald. in addi. Specu. in tit. de feu. verſ. nunquid teneat promiſſio. do. Ant. de But. in cap. ſi cautio. in 4. colum. de fid. inſtrum. ¶ Sextodecimò fallit in ſpiritualibus ſecundum d. Ant. de But. in cap. cùm M. Ferra. in 4. col. de conſti. Et ſi vis ſcire rationem regulæ huius. l. quare ex ſolo contractu abſque traditione non transferatur dominium, vide Bald. qui duas rationes aſſignat, in l. ea lege in 1. colum. C.
22 de condictio. ob cauſam. ¶ † Vlt. inquantũ Bart. hic circa fin. dicit, ꝙ licèt ad transferendum dominium requiratur traditio, non tamen requiritur, ꝙ tradatur poſſeſſio vacua, ad de glo. in l. cùm res, & ibi Barto. & Bald. C. de proba. hinc eſt, quod licèt obligatus ad dandum, teneatur transferre dominium. l. vbi autem non apparet. §. fi. ff. de verb. obliga. §. ſic itaque. inſti. de act. non tamen teneretur tradere poſſeſſionem vacuam, niſi expreſſum ſit. glo. eſt de hoc in l. ſi ſtipulatus. §. 1 in verbo ſtipulatus. ff. de vſur. ratio, quia dominium poteſt transferri, quamuis non tradatur poſſeſſio vacua, vt ibi declarat Barto. & ita limita
23 regulam. d. l. vbi autem non apparet. § fin. ¶ † Adde ſecus in vſucapione, quæ non procedit niſi tradatur poſſeſſio vacua, ſecundum Cyn. hic in fi. & latius Barto. in l. Celſus. in 3. colum. ff. de vſu. quæ autem ſit poſſeſſio vacua, & quæ non, eſt glo. ibi, & Doct. in l. fi. in verbo vacuam. C. vnde vi. glo. in l. improba. in verbo in vacuam. C. de acquir. poſſeſſio. Barto. in l. 2. §. 1. & in l. 3. §. j. ff. de act. emp. & vide quod dicit gl. magiſtralis in §. quod autem. ſecundo, in verbo loci vacantis. inſti. de vſuca. quæ glo. non eſt alibi in iure, ſecundum Ang. in l. ſi me in vacuam. ff. de acqui. vel amit. poſſ.

ADDITIONES.

a ¶ In benefi. Adde c. cùm inter. de elec. & in c. Ray. de teſt. & ibi Pet. de Peru. in rep. d. cap.

b ¶ In dote. Adde Bal. in l. 1. C. pro dote. Io. de Imo. in l. de diuiſione. ff. ſol. mat. Spec. tit. de ac. ſeu pe. in §. 2. verſ. alius.

SVMMARIVM.

1 *Ex pacto nudo tranſactionis poſſidenti datur exceptio.*
2 *Linea materna in feudis nihil facit.*
3 *Tranſactio non eſt contractus nominatus.*
4 *Qui non ſeruat tranſactionem, non poteſt ſe ex ea iuuare.*
5 *Quis non tenetur ad obſeruantiam contractus, quando per aliam partẽ non obſeruatur.*
6 *Frangenti fidem licitum eſt fidem frangere.*
7 *Si duo inimici fecerunt pacem adinuicem, & promiſerunt ſe non offendere ſub pœna, ſi vnus primò offendat, incidit in pœnam, alius poteſt poſtea offendere, & pœnam petere. vt numero 9.*
8 *Satisfactio pœnę æquiparatur obſeruantiæ contractus.*

LEX XXI.

1 VM proponas inter. † Expacto nudo trãſactionis poſſidenti datur exceptio, ſi autem non poſſideat, non poteſt dari actio ex tranſactione

ne, cū fiat nudo pacto, debet ergo redire ad primam actionē, puta ad petitionem hæred. & si excipietur de transactione, non
a erit aduersarius audiendus, quia non seruanti [a] transactionem non debet seruari. h. d. & propter hoc vltimum allegatur ista l. ꝙ frangenti fidem fides frangatur eidem, & ita summatur per Bar. Bald. & Od. hic figurauit casum in hac. l. ¶ Tu clarius figura sic casum, quem nunc habeo de facto. Quidam pater ex prima vxore habuit filium, ea mortua cepit secundam vxorem, ex qua habuit quatuor filios masculos, mortuo patre isti fratres steterunt in communione, deinde mortui sunt tres fratres ex secunda vxore, nunc non supersunt nisi duo, vnus ex prima vxore, alius ex secunda, orta est inter eos controuersia tempore diuisionis super hæreditate trium fratrum mortuorum, quia frater ex vlt. vxore dicit totam ad se spectare, cùm sit coniunctus ex vtroque latere, tam patris, quàm matris per Auth. defuncto. C. ad Tertul. §. si igitur defunctus. vers. vnde cōsequēs. in Auth. de hær. quæ ab intest. ex aduerso dicebat frater ex prima vxore natus, ꝙ ista bona sunt quasi omnia feudalia, prout intendit ꝓbare, & ꝙ in bonis feudalibus frater ex parte patris tantum, cū sit agnatus, ita æqualiter succedit, sicut alius frater, qui est con-
2 iunctus ex vtroque latere, † quia linea materna in feudis nihil facit, prout declarat no. Bald. in c. 2. de gradi. suc. in feud. & in l. 1. C. de legi. hær. tandem interuentu amicorum facta est transactio inter eos, sine scrip. ꝙ in hæreditate trium fratrū præmortuorum duo superstites æqualiter succederent, quæritur quis erit effectus huius transactionis, respondet Imperator, ꝙ si tu possides partem tuam, transactio erit cum effectu, quia si alius frater modo tibi moueat controuersiam in istis bonis, repelles eum exceptione transactionis, quæ est lit. finitæ. l. fratris. ſ. tit. 1. c. 1. de lit. conte. in 6. si autem tu non possides partem tuam, sed frater tuus totum possidet, certe ex tali transactione agere non potes, quia est facta nudo pacto sine stipulatione, & ex nuda cō
b uentione actio non oritur. l. [b] iurisg. §. igitur nuda. ff. eo. est ergo necesse, ꝙ tu denuo agas petitione hæredi. ad partem hæreditatis fratrum mortuorum, & si frater qui possidet velit excipere de transactione, quam secum fecisti, non erit audiendus, quia cùm ipse non obseruat transac. etiam sibi non debet obseruari, nec ex ea potest se iuuare, iste est casus huius. l. pulcher, & nitidus. ¶ Sed videtur, ꝙ ista. l. sit malè situata in hoc titulo, quia cū loquatur de transactione, debuisset poni in tit. seq. quicquid dicat Barto. in l. 1. in vlt. col. ſ. eo. dic, ꝙ in hac. l. non quæritur de validitate transac. nam si dubitaretur an transactio valeat, vel ne, poneretur in tit. seq. sed hic solùm quæritur, an ex cōuentione nuda posset agi, cū Imperator in legibus præcedentibus tra
3 ctauerit an, & quando ex conuentione nuda possit agi, & videtur hic agi posse, tanquam esset vestita implemento, hoc respe
c ctu fuit posita in hoc tit. ¶ † Not. 1. hic probari secūdum d. Ale. ꝙ transactio [c] non est contractus nominatus, quia si esset contractus nominatus, solo cōsensu produceret actionem. l. iurisg. in prin. ff. eo. quod hic negatur, ista inductio non est bona, quia conuentiones nominatæ solo consensū producunt actionem, quando sunt de iure gen. ita propriè loquitur d. l. iurisg. in prin. Secus si sint de iur. ciu. vt hic, ita declarat Bar. in d. l. iurisg. in §. quinimò. in pen. col. ff. eod. ¶ Secundò no. ex tex. ibi, nec aduer-
4 sario, † ꝙ qui non seruat transactionem, non potest ex ea se iu-
5 uare, quia ex eo, quod quis impugnat, &c. ¶ † Tertiò no. quòd quis non tenetur ad obseruantiam contractus, quando per aliam partem sibi non seruatur. facit. l. quæro. §. inter locatorem. & ibi Barto. no. ff. loc. Bald. in l. in ciuile. C. de rei vend. facit. l. si ita quis promiserit. §. Seia cauit. ff. de verbo. oblig. l. si conuene-
6 rit. ff. pro soc. ¶ † Quartò no. secundum glo. & Doct. ꝙ frangen-
d ti fidem [d] licitum est fidem frangere. adde glo. in ca. cùm inter. R. seniorem, & ibi. d. Ant. de But. de elec. ista regula procedit etiam si iuramentum interuenisset. tex. est in c. 3. & ibi no. Inn. & Can. de iureiu. & text. in cap. sicut. in fi. & ibi Panor. not. de iureiu. facit glo. in c. 1. in glo. pe. de no. for. fidel. in vsi. feu. qui dicit, quòd si dominus non seruat fidem vasallo, ꝙ vasallus similiter non tenetur ei seruare iuramentum fidelitatis. Item ad primam regulam adde, quod dicit glo. in cap. 1. in glo. pen. de noua for. fideli. item adde, quod vult glo. in cap. cupientes. in prin. in verbo malignantium. de elec. in 6. quòd qui habet ius in causa principali, potest malitias aduersarij per alias malitias, & fraudes repellere. Item dicit do. Ant. de But. in capit. 3. de regularib. ꝙ cauillosum aduocatum licitum est cauillationibus & duplicitatibus repellere, dum tamen non repellatur falsis probationibus. Item adde, quod vult Bald. in rubri. C. de fi. instrumen. in 8. colum. in vers. incidenter etiam quæro. alibi tamen not. Bald. & Sal. in l. si te. per illum tex. C. de iur. deliberan. quòd licèt ab alio patiaris iniuriam, non tamen per hoc alijs iniurioſus eris, quod dicunt esse tenendum menti contra repre salias, tamen videntur loqui quo ad tertium, non quo ad inferentem iniuriam. ¶ Istam regulam limita non procedere in cō uentione treugæ. dictum fuit originale Vincentij Hispani in capit. 1. in fi. de treug. & pa. refert, & sequitur Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de treug. & pa. super rub. princip. vbi refert idem tenere Archi. in cap. illi. 24 quæst. 2. idem tenent Ioan. An.
* & d. Anto. *& communiter alij* in cap. 3. de iureiu. Ang. & Imo. in l. si ex legati causa. ff. de verbo. oblig. Ang. Pau. de Cast. & Raph. in l. qui seruum. ff. de verbo. oblig. adde, quòd idem tenet Bal. in cap. dudum. 2. in 2. colum. de elec. in rub. de treu. & pa. in pe. colum. & in proœmio Greg oriano. in 2. colum. tamen Imo. in d. l. qui seruum. dicit, quod istud potius procedit de consuetudine, quam de iure, per regulam huius tex. idem tenet. d. Alex. hic, & in d. l. seruum. & in l. semel mora. in vlt. col. ff. solu. mat. Sed tu pondera, quod contrarium tenet Panor. in ca. 1. de treu. & pa. tene opi. Archi. etiam de iure, & pro ea consuluit. d. Maria. Sozi. Doct. Senen. in conti. 26. quod inci. Ianuensium Dux. in 9. colum. assignans rationem differentiæ inter pacem, & treu. quia pax est finis discordiæ perpetuo duraturus, secundū Host. in sum. de treu. & pa. treuga verò ad tempus fit, & communiter ad tempus breue, bene finita treuga potest iniurias vlcisci, ideo debet expectari lapsus temporis treugæ, cùm posset seruare fidem intra tempus, & vlcisci post tempus, non sic in pace, cùm sit perpetua. ¶ Facit simile de officiali perpetuò, qui potest conueniri durante officio propter perpetuitatem officij, se
e cus est in officiali temporali, qui non potest conueniri [e] durāte tempore officij, cùm saluum sit ius post tempus. l. pars literarum. ff. de iud. l. principalibus. cū glo. ff. si cer. peta. facit bene, quod vult glo. not. in l. nisi finita. ff. de tute. & ratio. distra. considera, quia hac ratione daretur magna limitatio ad regulam huius tex. ¶ Tres alias limitationes ad istam regulam ponit do. Alex. hic, videas per te. ¶ Hoc limita, nisi prima actio esset ipso iure sublata puta per acceptilationem, quia licèt aduersarius non seruet fidem, tamen non possum frangere, ita limitāt Bald. & do. Alexan. in l. vt responsum, per illum text. ſ. de transac. ¶ † Vlt. facit iste tex. secundum Doct. hic, quòd si duo ini-
7 f mici fecerunt pacem [f] ad inuicem, & promiserunt se non offendere sub pœna, quòd si vnus primò offendat, incidit in pœnam, alius postea potest impunè offendere, idem tenet Ioan. And. in regula frustra. in mercu. & in addi. Spe. in titu. de treu. & pa. in princip. Barto. & alij in l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. 2. & in l. prima, §. cùm arietes. ff. si qua pau. fe. dica. cum alijs concor. de quibus per do. Alexan. hic, quibus adde Panor. in capit. primo. in 1. colum. de treug & pa. Lud. Rom. in cons. 183. quod incipit in casu proposito dicendum est pacem. & in consilio 258. ¶ Extende etiam si in instrumento pacis esset adiecta clausula, rato manente pacto, & quòd toties committatur pœna, quoties contrafactum ad hoc fuerit, secundum Bald. Sal. & Pau. de Cast. in l. qui fidem. ff. de transac. & in l. qui seruum. ff. de verbo. oblig. latius do. Alex. in consi. 115. in 4. volum. quod incip. viso themate. ſ. dicto, & attestationibus. in 3. colum. licèt secundum eum Imo. sub dubio fortè tenuerit contrarium, & malè. subijciunt Bald. & Sal. hic se credere, quòd si primus soluisset pœnam, & posteà fuisset vulneratus ab alio, ꝙ ille secun-
8 dus incideret in pœnam cōtractus, ratio † quia satisfactio pœnę equiparatur obseruātiæ cōtractus, vt plenè no. per Pet. & Cy. in l. petēs. ſ. eod. ¶ Adde tu bene facere text. in l. sed & si vnius. §. si ante iudicem. ff. de iniu. ibi, qui enim accepit satisfactionem, iniu-

ADDITIONES.

a ¶ Seruanti. Adde ꝙ hæc. l. non habet locum, quando super trāsactione interponit stipulatio. l. inciuile. vbi Bal. de rei vend. nec in cōtract. innominatis stipulatione interposita. Soc. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 3. de verbo. obli. BELLOT.

b ¶ Oritur. Adde Bar. in l. fideiussor. in §. qui certò. ff. de fideiuss. & in extraua. ad repri. Doc. ī c. 1. de pa. Inn. ī c. nouit. de iud. Archi. in c. sunt nōnulli. 1. q. 1. Doc. in regu. non est obligatorium. de re iur. lib. 6.

c ¶ Transactio. Adde Bal. in rub. C. de re. permu. Bar. in l. 2. de iureiu. Bal. in l. siue apud. C. de transac.

¶ Amplia hanc regulam, quòd vno casu non seruato tota conuentio non est seruanda. Bal. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emptio. consi. 260. in cā magnifici. colum. pen.

d ¶ Fidem. Adde gl. & Bal. in l. vt responsum. C. de transac. Bar. in l. pollicitatione. C. de don. ante nup. in l. qui fidem. ff. de transact.

¶ Amplia hanc regulam habere locum etiam in contractibus innominatis. Soci. lib. 5. consi. 26. col. pen. ac etiam de iure gentium. Galiau. in rub. ff. de verb. oblig. PVRPV.

e ¶ Conueniri. Adde Bar. in l. libertus. in §. in quæstionibus. ff. ad muni. Bar. in l. nec magistratus. ff. de iniur. in l. iubemus. ad l. Iul. rep. Boncompa. tract. syndi. in 5. q. princ.

f ¶ Pacem. Adde Bal. in l. fi. §. pen. ff. de eo per quem fact. erit. Ange. in l. semel. ff. solu. matrimo.

Source : BIU Cujas

iniuriam ſuam remiſit. ¶Secundò adde facere, quod vult idē Bald.in l.1.in 2.col.ad fi.C.de ædi.act. ¶ Tertiò facit, quia condemnatus poſt ſententiam ſoluens habeē pro abſoluto. glo. in l.ſi quis cum totum.§ planè.ff.de exce.rei iud. l.diuus Veſpaſianus.§.fi.ff.de iure pa. Sed aduerte, quia in contrarium facit, qđ no.vult idem Bald.in Auth.qui ſemel.in pen.col.C.quomodo
9 & quando iud. ¶† Pulchrum dubium eſt,nunquid ſecūdò vltra hoc,ꝙ impunè liceat offendere, licitum etiam ſit pœnam petere, Bald.Imo.& Lu.in l.ſemel mora.ff.ſolu.matr. tenent,ꝙ non,& Bal.& Imo.in l.cū mulier.eo.tit.per tex.in c.conſtitutus. de pœ. qui parum facit, cùm ibi non appareat quis primò offenderit. ¶ Contrarium tenent Bar.Bald.& Imo.in d.§.libertis, & Bar.in d.§.cùm arietes.& Pau.de Caſt. in d. l. ſemel mora.& d.Ale.hic tenet primam, quia in pœnis conuentionalibus quis debet altero eſſe contentus.l.reſcriptum.§.pacto ſubiecta. ff.eo. ſecus eſt in legalibus.l.ſi pro fure. ff. de cond. fur. ſic loquuntur leges in contrarium allegatæ, & ita tenet ipſemet do. Alex. ſibi contrarius in d.l.ſemel mora.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator habent ius recipiendi ſolutionem,ſed non poſſunt debitori minoris facere pactum de non petendo.*
2 *Qui habet mandatum cum libera, poteſt alienare.*
3 *Curator poteſt debitum vſurariū, vel illicitum,vel etiam non liquidum remittere.*
4 *Inanis eſt actio,quam excludit inopia debitoris.*
5 *Tutor, vel curator an poſſint facere pacem de iniuria,vel offenſa illata patri pupilli, vel ipſi pupillo.*

LEX XXII.

PActum curatoris. Diuidit in duas partes.In 1.ponitur deciſio. In 2.rō deciſionis.Scđa ibi, tutores.n. hoc dicit in ſumma.†[a] Tutor, & curator
1 a habent ius exigendi,vel recipiendi ſolutionem, ſed nō poſſunt debitori minoris facere pactum de non petendo.h.d. ¶Et conſtrue ſic.Suffragium adultę ætatis efficiet,ne pactum curatoris paciſcentis recipere minorem quantitatē,noceat minori, aliàs ſi intelligeres literam ſecundum ordinem text. eſſet malus ſenſus.¶Dubium faciebat in hac.l.quia tutor,& curator habent à l.adminiſtrationem cū libera poteſtate,gl.in l.mandato generali.in gl.fi.ff.de proc.no.Bar.in l.inter bonorum.ff.de admi. tuto.
2 ¶ſed qui habet mandatum cū libera,poteſt alienare.l.procurator cui generaliter libera. ff.de procu.ſed iſtud pactum de non petendo eſt ſpecies alienationis, cōtrariū deciditur in hoc text. ratio decidendi, quia in mandato quantumcunq; generali etiā cū libera non venit,ꝙ poſſit donare, niſi exprimat. l. cōtra iur. ciuilis regulas.§.fi.ff.eo.ſed remittere debitum liquidum gratis eſt donare,& conſequenter dilapidare,igitur &c facit gl.in l. nō
b omni.C.de admi.tuto. b ¶ Hic eſt,ꝙ tutor Regis,vel illuſtrium perſonarum poſſet donare,quia hoc conuenit perſonæ minoris,ſecundum Inno.& Io.An.in c.grādi.de ſuppl.neg.præla. lib. 6.& eſt tex.in l.cū in plures.§.pe.& in l.ſeq.in prin.ff.de admi.tu. & in l.1.§.1.ff.de tute.& ratio.diſtra. ¶Idem quod dī in tutore,
c & curatore procedit c in Epiſcopo,ſecundum Pan.in conſi.46. quod incipit,ſatis vī mihi clariſſime.in 1.vol.no.Bal.in l. præſes. ī. ti.1.¶Fallit in debito vſurario,vel illicito.glo. not. in d.l.præ-
3 ſes.¶† Secundò fallit, quando debitum eſt liquidum, ſed erat tale,quod attuliſſet plus impenſæ,quàm vtilitatis.tex.eſt ſing.in l.mediterraneæ.& ibi Barto.ad hoc not. C. de anno. & trib. lib. 10. Ang.in l.1.ff.de duob.reis facit.l.ſed an vltra.ff.de nego.geſt. ¶Tertiò fallit, quando debitum non eſt liquidum,vt hic in gl. intantum,ꝙ tutor, & curator poſſunt tunc etiam gratis remittere, glo.eſt no.in l.contra iuris ciui.§.fin. in glo.vl.& ibi Ang.ff. eo.licēt Sal.hic dubitet.Et contrarium tenet Bald.in l.1.in 4 col. ſ.eod.& Ful.ibi. Adde,ꝙ illam glo.reprobat Imo.in l. ex duob.
la 2.in 8.col.ff.de duo,reb.quam refert,& ſequitur d.Ale.in conſil.22.quod inci.viſo inſtrumento ſyndicatus.in 4. col.in 1. vol. contrarium tenet ipſemet.d.Alex,hic ſequendo prædictam gl. ſed Ang.in l.1.ff.de duob.reis.ſaluat illam glo.quando remiſſio non affert damnum, quia fortè plus expendiſſet, quàm potuit conſequi.Tene prædictam gl.quando de præſenti probari non poterat,nec in futurum ſuberat veriſimilis ſpes.l. tutor.in prin.
4 ff.de iureiu.iuncta regula.l.qui accuſare.ſ. de eden. ¶† Quartò excuſatur tutor,vel curator pp nimiam debitoris paupertatē, vt probatur in l.omnes penſitare.& ibi Bar.& l.fi.& ibi Ang. C.
d de an.& trib.lib.10.cū inanis ſit actio d, quam excludit inopia debitoris.l.nam is.in prin.ff.de dolo. ¶Vlt. ad iſtum text.adde, quod vult glo.& Bal.in l.non abſtulit.C.de noua. item inquan-
5 tum Iac.Bal.& Sal.& alij hic tangunt, † an tutor, e vel curator
e poſſit facere pacem de iniuria,vel offenſa illata patri pupilli,vel illata ipſi pupillo.adde Bald. in rub. extra de treug & pa. in vlt. col.& in l.iuriſiurandi gratiā. ff.de iureiu.Cy. & Bald.in l.1.C.de in integ.reſti.d. Ant.in c.1.extra de pac.¶Item adde tu fortius, ꝙ ſi ſtet ſtatutum,ꝙ pupillus non poſſit contrahere ſine decreto iudicis,tamen pupillus doli capax cum aucto.tuto. poteſt facere pacem abſq; decreto iudicis,cū non ſit propriè cōtractus, ſed potius quædam remiſſio ſecundum Abb.in conſi.108.in 2. vol.inci.illud in effectum de iure quæritur an pax facta. Itē dū Bal.& Doct.hic dicunt,ꝙ quando eſſet dedecus facere pacem, tunc tutor non poſſet facere pacem, nec iniuriam remittere, adde ꝙ verecundia eſt relinquere iniuriam inultam.tex.in l.miles.§.ſocer.ff.de adul.quem tex.pro optimo ad hoc alle.Ang.in conſi.248.in ſplendidiſſima ciuitate Florentiæ. in 1.colum. ¶Limita etiam deci.Doct.hic in tutore poſthumi, cuius pater fuit interfectus,qui non poteſt facere pacem cū interfectoribus,donec poſthumus eſt in vtero,quia nondum eſt tutor. l.ſi nemo. la 2.§.fin.ff.de teſt.tu.& ibi Bald.per illum tex.refert ita fuiſſe determinatum, & ibidem ſimpliciter ſequitur Raph. Cu. Capio gl. vnicam,quæ clara eſt, & eam diuide in quatuor partes. In 1.declarat text. & aſſignat rationem, poſteà format tres oppoſitiones, & ſoluit, & bene. Secunda ibi, ſed contra. ff. de fur. Tertia ibi.Item contra.ff.de iniu.Quarta ibi, item contra. ff.de iureiur.vide glo.per te.

ADDITIONES.

a ¶ Amplia etiam ſi decretum eſſet interpoſitū.Rom.conſi. 28. viſa facti ſerie. vbi ampliat ſecundo modo,& de pacto contrahentis,Bald. lib. 4. conſi. 252. PVRPV.
b ¶ Limitat Ale.& Cu.conſi.11.duciſſa Mediol.vide in repe.rub. extra de don. inter vi.char.5. PVRPV.
c ¶ Procedit in Epiſcopo. Adde glo.in c.fi.5.q.3.Inn.in c.veniens.el 1. de teſti.
d ¶ Inanis ſit act.Adde tex.in c.olim.2.de reſt. ſpo.
e ¶ An tutor. Adde Pau.de Caſt.in l.tutoris.ff.de pac.Bal.in addi.Spe. ti. de homi.ver.pen.& de treu.& pa.in §.hoc quoque.

SVMMARIVM.

1 *Filius non poteſt præiudicare patri per pactum, vel receptionem ſolutionis.*
2 *Habitatio patris cenſetur habitatio filij.*
3 *Stante ſtatu.quòd nullus poſſit eſſe prior in ciuitate, niſi ſit eſtimatus in mille,& pater in lib.communis ſit æſtimatus in mille,iſtud eſtimum prodeſt filio.*
4 *Pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona.*
5 *Si filius viuo patre liberauit debitorem patris, & deinde patre mortuo ſuccedit ipſi patri,an ſaltem poſt mortem patris talis liberatio nocebit filio.*
6 *Filio,quamuis ſit coniuncta perſona patris, ſolui non poteſt, limitatur tamen vt infra eo.num.6.*
7 *Quando coniuncta perſona eſt etiam legitimus adminiſtrator alicuius, tunc ei poteſt ſolui.*

LEX XXIII.

FIlius paciſcendo. Filius non poteſt præiudicare patri per pactum, vel receptionem ſolutionis.
hoc dicit. Ratio dubitandi fuit in hac l. quia filius viuo patre quodammodo cenſetur dominus.l.in ſuis. ff. de lib. & poſthu.§.ſui.inſti.de hær.qual.& diffe. Hinc videmus, quòd
a æſtimum patris a cenſetur æſtimum filij. glo. eſt notab. in l. 2. C.qui æta. vel profeſ.lib.10 quam ad hoc reputat ſing. Bald.in d.l.diximus.§.fi pater.ff.de excuſa. tuto. & in cap. quæ in Eccleſiarum.circa fi.de conſti.quam glo. ſequitur Bald. in l.fin. ad fi. C.de impub.& alijs ſubſt.& in l.2.circa fin.C.de lib. & eo. lib.& in l.non plures.in fi. C. de ſacroſan. eccleſ.& per illam glo.dicit
1 Bald.in l.1.§.illud.C.communia. de ſuc.†quòd habitatio patris cenſetur habitatio filij. alibi per illam glo.dicit Bald. in l. etiam in pe.col.C.de exec.rei iudi.quòd pater & filius, quantum ad æſtimum communis,pro vno capite computantur. Alibi not. Bart.in l.1.§.domini.el 2.arg.illius tex.ad Scna. Sylla.quòd libra ſeu cataſtrum patris prodeſt filio,ſiue in poteſtate, ſiue emancipato. ¶ Item per illam gloſ. determinat Bald. in l. ſciēdum.

ADDITIO.

a ¶ Aeſtimum patris. Adde Bald.in l.2.C.de lib.& eorum lib.Bal. in l. fi.in fi. C.de impub. & alijs ſubſti.
* Et vide eundem Iaſ.in l.ſciendum.num.28.ff.qui fatiſd. cog.

Source : BIU Cujas

3 dũ.in prin.in pe.col.qui ſatiſd.cog † ꝙ ſtante ſtatuto, qđ nullus poſſit eſſe prior in ciuitate, niſi ſit æſtimatus in mille, & pater in libro communis ſit æſtimatus in mille, iſtud ęſtimum ꝓdeſt filio. Idem per illam gl.tenet Bald.in d.c.quæ in Eccleſiarũ. circa fin. & ibi plus ſubdit, ſtante prædicto ſtatuto, quòd ſi pater habet plures filios, iſtud æſtimum de mille prodeſt omnibus filijs, & vnicuique inſolidum, donec pater viuit, quod diligenter no. Imo plus no. Barto. in l. cùm ſcimus. circa med. C. de agri. & cenſi. lib. 11. arg. illius text. in verbo patres, vel fratres, ꝙ ſtante ſtatu. ꝙ non allibrati non audiantur, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, ꝙ libra patris imò aliorum conſortium de domo
4 proderit non allibratis. ¶ † Accedat, ꝙ pater, & filius [a] cenſentẽ
a vna, & ea. perſona. l. fi. C. de impu. & alijs ſubſti. & vox filij cen-
b ſetur vox patris, & ècontra. §. ei verò qui. inſtit. de inuti. ſtip. [b] Ratio autem decidendi eſt, quia licèt quo ad aliqua. s̃. dicta procedant, tamen ſecus quo ad adminiſtrationem bonorum patris.
5 iſte tex. clarè procedit viuo patre. ¶ † Pulchrum ergo dubium eſt, quid ſi filius viuo patre liberauit debitorem patris, deinde mortuo patre ſucceſſit patri, an ſaltem poſt mortem patris talis liberatio nocebit filio? videtur ꝙ ſic, quia ius ſuperueniens filio debet prodeſſe debitori liberato. l. rem alienam. ff. de pign. act. no. latè Bar. in l. cùm vir. ff. de vſucap. Veritas eſt in contrarium, ꝙ quemadmodum liberatio filij non nocet patri, vt hic, ita poſt mortem patris nõ nocet filio hæredi patris, vnde filius non obſtante tali liberatione poterit exigere debita ex perſona patris, ita no. tenet Bar. in l. filiusfa. ff. de ſol. per tex. no. in l. qui ſeruo. ff. qui & à quibus. limitando duobus modis, vt ibi per eum. adde Bar. in l. cùm dominus. §. fi. ff. de pen. leg. Spe. in tit. de pac. §. pe. ver. quid ſi filius. Lapus de Caſtell. & Gem. in c. quamuis. de pac. in 6. aliquid Pau. de Caſt. hic, & eſt text. ſingu. melior de iure in l. & ſuum. ver. idem probat. ff. de pac. quem multũ not. Pau. de Caſt. & d. Alex. poſt Ful. ibi in l. iuriſg. §. ſi ante ff. eo. ſed
c ante eos alleg. Barto. in d. l. cùm dominus. §. fi. [c] ¶ Sed tu aduerte, ꝙ tex. in d. l. & ſuum. ver. idem probat, loquitur in caſu contrario, i. quando filius fecit ſe liberari à creditoribus paternis, & rationem aſſignat ibi Bald. item adde, quòd decidit d. Abb. in conſi. 12. inci. caſus talis eſt magnificus d. Io. & c. in 1. vol. ꝙ ſi filiusfa. promittat dotem ſorori, tenetur etiam factus paterfami.
6 ¶ † Not. ex hac. l. ꝙ filio, quàmuis ſit coniuncta perſona patris, tamen ſolui non poteſt, & ſi debitores paterni ſoluant, non liberantur, & propter hoc cogi non poſſunt ad ſoluendum. adde gl. in l. vero procuratori. ff. de ſol. facit. l. qui aliena. §. quamquã. ff. de neg. geſt. ¶ Iſtam regulam amplia dupliciter. Primò etiam ſi actio eſſet communis patris, & filij. tex. eſt in l. non ſolùm. cũ
d gl. ff. ſol. mat. [d] Secũdò procedit etiam ſi cõiuncta perſona vellet cauere de rato. tex. eſt in l. 2. & ibi gl. ff. vt lega. no. caue. & ex his habes, quòd licèt filius, vel alia coniuncta perſona admittãtur ad agendum ſine mandato. l. exigendi. C. de procu. tamen non admittuntur ad recipiendum ſolutionem. ¶ Iſtum text. & p̃dicta limita. ſm Bar. & alios hic, niſi obligatio eſſet quæſita patri ex contractu per filium celebrato, tunc ipſi filio poſſet ſolui. l. ꝙ ſeruus. & ibi Bart. no. ff. de ſo. l. ꝙ ſeruus. vbi Bart. & alij idem no. ff. depoſi. & idem in monacho, vt per Bart. & alios hic, & in locis præalleg. ¶ Adde idem in procuratore conſtituto ad contrahendum, quia illi poteſt ſolui, quamuis mandatum non habeat ad hoc, per iura præalleg. per quæ ita tenent Barto. & alij in l. eum qui ita. §. qui ſibi. ff. de verbo. obligatio. & Mod. hic ſequuntur, & reputat mirabile Pau. de Caſt. in l. quòd ſeruus. ff. depoſi. ¶ Adde, quòd idem eſt in nego. geſto. text. eſt quem Barto. ibi ad hoc reputat ſingularem, in l. filiæ. ff. de ſolu. ¶ Li-
e mita iſta, [e] vt procedant in vera ſolutione, ſecus per fictam, puta per nouationem, vel delega. text. eſt in l. fugitiuus. ff. de ſol. Bald. in l. cùm filiusfam. in fi. ff. ſi certum peta. alias limitationes, in quibus coniunctę perſonæ poteſt ſolui, ponunt Doc.
7 præcipuè Mod. in d. l. non ſolùm. ¶ † Et vltra eos adde vnũ not.
8 quòd † quando coniuncta perſona eſſet etiam legitimus adminiſtrator, vt eſt pater in bonis aduentitijs filij, tunc ei poteſt ſolui, cùm ad eum ſpectet vſusfructus per l. cùm oportet. §. non autem. C. de bo. quæ lib. ita ſing. Ang. in d. l. qui aliena. §. quamquam. ¶ Capio glo. vnicam, quam diuido in quatuor. In 1. alle. tres concordantes ad tex. In 2. oppo. & ſoluit. In 3. per viam fal. remouet aliud ꝓrium. In 4. alibi dicta in ſeruis extendit ad filium. Secũda ibi, ſed ꝓ. Tertia ibi, item fallit. Quarta ibi, & repe. ¶ In ea ibi, vnde recipiendo eam facit, quòd pater neceſſe habuit facere, reſponde melius, quòd ibi obligatio erat contracta mediante contractu filij, ideo filius recipiendo ſeruum vitioſum redhibitum præiudicat patri, per ea quæ dixi in text. vnde crederem, quòd ſi ibi pater vendidiſſet, receptio filij non præiudicaſſet patri. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶ Pater, & filius. Adde inſti. de inut. ſtipu. in §. ei verò qui. tex. in c. contradicimus. in §. hac authoritate. 35. q. 2. glo. in c. ſuper eo. el 2. de teſt.
b ¶ Decius approbat in l. ꝙ ab initio. col. 2. ff. de reg. iu. PVRPV.
c ¶ Et dicit ſing. Bal. in mar. ver. pactum. §. 6. PVRPV.
d ¶ Amplia etiam iſtam. l. vt Bal. in l. 1. col. 2. ĩ. de bon. mat. PVRPV.
e ¶ Vide l. ſi vnus. in prin. ff. de pac. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum cum hęrede putatiuo, non habet præiudicare ipſi paciſcenti.*
2 *Pactum factum aliquibus ex hęredibus, prodeſt alijs.*
3 *Pactum de non petendo legatum factum hęredi putatiuo, non prodeſt vero hęredi.*
4 *Diſpoſita in actu vero, non habent locum in actu putatiuo.*

LEX XXIIII.

SIactionem. Iſta lex legitur alterò de quatuor modis. trib. in gl. & quarto modo per Vltramontanos, vt refert Bar.
1 ¶ No. tamen ex iſto tex. ſecundum 1. intellect. † ꝙ pactum factum cum hærede putatiuo non habet præiudicare ipſi paciſcenti, concordat tex. in l. ſi tibi. §. cùm poſſeſſor. ff. e. tit. ¶ Capio gl. quam diuido in quatuor. In 1. ponit primum in
* tellectum ad iſtum tex. In 2. ponit ſecundum intellectum, *qui magis communiter tenetur*, & contra illum intellectum dupliciter opponit. In 3. ponit tertium intellectum, qui eſt penitus de indubitabili. In 4. declarat tex. ſecundum vnumquemq; intellectũ de prędictis. Sc̃da ibi, vel ſi remiſit. Tertia ibi, vel dic tertio,
a Quarta ibi, dic ergo alijs. ¶ Sc̃d̃m primũ [a] intelle. gl. h. d. Pactũ
2 factum † aliquib. ex hæredib. non prodeſt alijs. h. d. Iſte intellectus eſt in ſe verus, ratio eſt quia pactum factum cum vna perſona non prodeſt alijs. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. eod. ¶ Et ſecundum iſtum intellectum pulchrè no. ex hoc text. ꝙ ſi legatarius, vel creditor facit pactum de non petendo legatum vni ex hæredibus, intelligitur pro ſua parte tantum, nec extenditur ad alium, licèt de parte non ſit facta mentio, per l. 1. ĩ. titu. 1. & per l.
b ſi vnus. §. ante omnia. ff. eo. [b] ¶ Vnde facit ſecundum Bald. &
c Mod. quòd pactum [c] de hæreditate patris, factum per ſororẽ vni ex fratribus, intelligitur pro eius parte, & ideo ab alijs fratribus poterit partem hęreditatis petere non obſtante pacto, idẽ tenet Bal. in l. pactum dotali. in 8. & 9. q. C. de coll. quòd proſequere, vt per Pau. & plenius. Alex. hic. ¶ Sed ſecundum intel. gl.
* *magis communiter approbatum.* h. d. in ſumma. † Pactum de non pe
3 tendo legatum factum hæredi putatiuo, non prodeſt vero hæredi. ¶ Contra illum intelle. glo. oppo. de l. ſi poſt. ff. conſti. pec. & ſe remittit. ſoluunt Barto. Bald. & Ang. hic, quòd ille text. loquitur in verò hærede, à quo euĩcitur hæreditas, quia teſtamẽtum fuit poſteà expugnatum per querelam, vel per contratab. Sed iſta ſolutio non valet, prout etiam dicit Sal. hic, cũ iſte tex. loquatur de poſſeſſore, qui intelligitur putatiuus hæres, vnde reſponde ſecundum Ful. & Pau. de Caſt. hic, ꝙ contrarium loquitur in conſtituto, & ſic in pacto obligatorio, ꝙ factum eſt poſſeſſori, & ſic hæredi putatiuo, bene prodeſt vero hæredi, ſed tex. hic, & in l. ſi tibi, §. cùm poſſeſſor. ff. eo. loquuntur in pacto liberatorio. & iſtud non prodeſt poſteà vero hæredi. ¶ Ratio diuerſitatis eſt, quia pactum liberatorium, cùm ſapiat donationem, fit propter affectionem eius, cui remittitur, ideo ſi remitto hæredi putatiuo propter affectionem, quam habeo erga eũ, iſtud non prodeſt vero hæredi, & iſtud propriè vult dicere iſte tex. in verbo affectione hæredum ſed pactum obligatorium non fit propter affectionem perſonæ, ideo prodeſt vero hæredi. iſta eſt bona, & realis ſolutio, quam tene, reiecta alia ſolutione Fran. de Rampo. Sal. & dom. Alexan. hic, & licèt do. Alexan. reprobet per text. in d. l. ſi tibi. §. cùm poſſeſſor. in verbo neque nocere, neque prodeſſe. per quæ verba apparet, quòd ille text. loquitur tam in pacto obligatorio, quàm liberatorio. Reſponde, quòd vtroque modo erat pactum liberatorium. Nam vult dicere ille textus, quòd ſi poſſeſſor hæredi-

ADDITIONES.

a ¶ Primus intellectus, pro limitatione vide Bald. in l. pactum. q. 9. ſupra de collat. PVRPV.
b ¶ Limitat Are. in l. planè. §. ſi duob. de leg. j. col. 5. aliter Cor. in l. re coniuncti. col. 56. uer. quartus caſus. de leg. 3. PVRPV.
c ¶ Iaſo. in l. ſi vnus. §. ante, & in l. auus. col. 1. ff. eo. Limitat Ro. conſ. 22. 2. dubio Ale. in l. ſicut. de repu. nær. col. j. in l. ſtipulatio hoc mõ. col. 4. ver. alias. Mod. in rep. c. quamuis. & Bal. comprobat Corneus conſi. 72. not. quod. limitat Socin. lib. 4. conſi. 24. viſa renunciatione. PVRPV.

Source : BIU Cujas

hæreditatis,& ſic hæres putatiuus fecerit pactum de non petendo debitori hæreditario, vel ècontra creditor hæreditatis fecerit pactum de nón petendo huic hæredi putatiuo, neutrũ nocet, nec prodeſt vero hæredi, & ſic iſto modo nihil obſtat ad iſtum ſecundum intellectum. ¶Adde, ꝙ vult Ange.in l.fin.per illum text.ff.de conſti.pecu. ¶Item not.ex hoc text.ſm iſtum
4 intellectum, † ꝙ diſpoſita in actu vero, non habent locum in actu putatiuo.facit l.cùm hic ſtatus.§.ſi quis ſponſam.ff.de donatio.inter vir.& vxo. quam ad hoc reputat ſing. Bald.in l.eam quam.C.de fideicom.vide tamẽ, qđ vult gl. parua in l.aſſiduis. ff.qui po.in pig.ha.no.per Ang.& Mod. in l. ff.ſol.matr.itẽ aduerte,ꝙ contra iſtum tex.ſm primum intelle. vr facere tex.in l. poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inoffi.teſt.& ſolue, vt per Bal.in c.nihil.in 4.col.de ele.vbi reputat ſubtile ad intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum inter plures debitores principales, vel inter plures hæredes vnius debitoris principalis, quòd alter eorum ſoluat omnia debita, non prꝫiudicat creditorib. & nu.3.*
2 *Quãdo quis ſuccedit de iure ciuili lex.12.tab.diuidit ipſo iure actionem hære.actiuè, & paſſiuè pro rata.*
4 *Conuentio inter alios facta, alijs neque nocet neque prodeſt.*
5 *Creditor inuitus non poteſt cogi mutare debitorem, etiam ſi magis idoneus offeratur.*
6 *Communia ciuitatis, vel communitatis non poſſunt ſeipſa diuidere in plura ſine licentia ciuitatis, cui ſubſunt, quantum ad prꝫiudicium illius cinitatis.*
7 *Rex Franciæ non poteſt alienare vnam de ciuitatibus regni ſui.*
8 *Si ſunt plures hæredes debitores, qui ſucceſſerint ſiue de iure ciuili, ſiue prætorio, quo caſu ex l.12. tabu. ipſo iure diuiditur debitum inter eos pro rata hæredi.portionis, ſi iſti adinuicem tempore diuiſionis conueniant, quòd vnus ſolus teneatur ſatisfacere creditorꝫ, tale pactum non prꝫiudicat creditori.*
9 *Ceſſio iurium facta ob certam cauſam, cauſa non impleta poteſt reuocari.*
10 *Per traditionem inſtrumentorum intelliguntur ceſſa iura, quæ in talibus inſtrumentis continentur.*

LEX XXV.

Debitorum pactionibus.

In iſta l.cum ſeq. Imperator ſecundum Doct.procedit hoc modo, quia in prima ponit regulam, in alia exemplum regulæ,& in quo differat vna.l. ab alia, ponit gl. 1.quam hic Bart.ſequitur. Sed dic melius, ꝙ prima loquitur in pluribus debitoribus principalibus. Secunda verò loquitur in
1 pluribus hæredib.vnius debitoris.h.d. ¶† Pactum factum inter plures debitores principales, vel inter plures hæredes vnius debitoris principalis, qđ alter eorum ſoluat omnia debita, nõ prꝫiudicat creditorib. quominus vnumquenque pro rata ſua non obſtante pacto poſſit conuenire, ſed tale pactum bene ſeruandum eſt inter eos, alias duplex eſt via, vel condicendi inſtrumẽta communia illi ſoli tradita, vel agendi actione præſc.verb.ad intereſſe.h.d.cum l.ſeq. ¶In text.ibi, pacto ſucceſſorum, prima fronte videtur, ꝙ tex.deberet dicere pactum, & non pacto, propter verbum principale ibi, obligare creditori non poteſt: ſed incipe conſtructionem ibi, æs alienum hæreditarium ex l. 12. tab.ipſo iure pro portionibus diuiſum, non poteſt vnum obli-
2 gare inſolidum pacto ſucceſſorum debitoris. ¶†In tex.ibi, ꝙ & in honorario. vult dicere text. ꝙ quando quis ſuccedit de iure ciuili, clarum eſt, ꝙ l.12.tabu. diuidit ipſo iure obligationes hæ-
* reditarias actiuè, & paſſiuè pro rata habẽdi, * ratio eſt, quia pro illa parte, pro qua quis eſt hæres, pro illa parte repreſentat defunctum.glo.in l.cùm à matre.C.de rei vend. vult dicere tex. ꝙ idem eſt ſi ſuccedant de iure prætorio, quia adhuc. l.12. tabul. ſaltem ex mente diuidit inter eos obligationes pro rata ſucceſſionis. ¶In verſic.chyrographis.qui videtur obſcurus multum, pone ſic caſum: plures hæredes vnius obligati ad centum, fecerunt inter ſe pactum, ꝙ vnus ſolus exigeret debitores hæreditatis,& propter hoc illi tradiderunt inſtrumenta communia, cum hoc, ꝙ ille ſolus teneatur etiam ſoluere creditorib. iſtud pactum quantum ad creditores,& in eorum prꝫiudicium nihil valet, vt dixi, ſed inter ipſos hæredes ſeruandũ eſt: pone, ꝙ iſte non ſoluat creditoribus, certè duplex via agendi competit alijs hæredib.contra eum. Primò poſſunt agere, vt exhibeat inſtromenta communia. Secundò poſſunt agere actione.præſcr. verb.ad intereſſe, quia non implenit illud, quod promiſit in diuiſione,& tunc tex.ibi, vel non perfectis in diuiſione placitis, vult dicere, ideſt, ſi non perfecit, quæ in diuiſione promiſit: nam ab-
latiui abſoluti reſoluuntur in conditionẽ.l. à teſtatore. vbi Bar. ff.de condi.& demonſt.& l.ab emp.vbi Bar.not.ff.de pac.cum
3 ſimilib. ¶† Not: ꝙ ſi ſunt plures debitores vnius creditoris, & paciſcuntur adinuicem, ꝙ vnus totum ſoluat, tale pactum nõ valet in prꝫiudicium creditoris. Et per hoc infertur ſecundum Bal.hic,& in l.eum qui.in fin.C.ſi cer.peta. ꝙ ſi ſunt duo correi debendi obligati inſolidum, & inter eos conueniant, ꝙ vnus alium indemnem ſeruet, talis conuentio nihil prꝫiudicat creditori, quominus poſſit quem velit inſolidum conuenire, vt in
4 Auth.de duob.reis.in princip. ¶Ratio eſt duplex.prima, † quia conuentio inter alios facta alijs neque nocet, neque prodeſt.l.ſi
5 vnus.§.ante omnia.ff.eo. Secunda ratio eſt, † quia creditor inuitus nõ poteſt cogi mutare debitorem, etiam ſi magis idoneus offeratur, tex.eſt no.in l.ſi mandato meo.ad ſi.prin.ff.man. ¶Secundò per hunc tex.no.Bald.& Sal.& Mod.hic non valere pacta nec ligas factas per ſubditos, in prꝫiudicium principis, qui eſt eorum non ſolùm creditor, ſed dominus.facit tex.in c.cum tempore.vbi Doct.no.de arb. & text.in c.cùm dilecti. de maio. & obed. ¶Facit, qđ not.Bart.in l.1.in 2.col.C.de metro.Beryto.
6 libr.11. † ꝙ communia ciuitatis, vel communitatis non poſſunt ſeipſa diuidere in plura, ſine licentia ciuitatis, cui ſubſunt, quantum ad prꝫiudicium illius ciuitatis. ¶Facit, qđ tenet idem
a Bar.in l.ſi.in 2.col.ff.de colleg.illici. ꝙ ciuitates, a quæ non ſunt liberæ, ſed ſubditæ, ſimiliter populi ſubditi non poſſunt facere cõfœderationes, vel ligas ſine licentia ſuperioris. Similiter ècõtra princeps, qui habet vaſſallos ſub ſe, non poteſt ligas, vel conuentiones facere in eorum prꝫiudicium, niſi ipſi conſentiant, nec poteſt eos alienare inuitos, glo.eſt ſing.in l. inuitus. ff.de fideicom.lib.text.in c.1.§.prꝫterea ducatus. de prohi.feu.alie.per Fride.no.Bal.in c.1.§. ſi quis miles.in 1.not.in tit.quo temp.mil. in vſib.feud.& in l.in teſtamento.C.ad l.Falc.& in c.1.circa fi.de reſti.ſpol.& Spec.in tit.de feud.§.quoniam.in verſic.29. ¶Hinc dicit in ſpecie Bald. in c. in generali.ſi de feu. defunc.conten.ſit
7 inter dom.& agna.† ꝙ Rex Franciæ non poteſt alienare vnam de ciuitatib. Regni ſui inuitis illis ciuib. alleg. Hoſt.in c.dilecti filij.de maio.& obed. & ibi Io.And. in Nouel. vnde ſecundum eum quando Imperator Conſtantinus donauit vrbem Romam Papæ Silueſtro, fecit populum Roman. conſentire. Ad qđ adde, qđ pulchrè not.Bart.in l.prohibere.§.planè.ff. ꝙ vi aut clam.prædictis etiam adde facere, qđ vult Bar. in l.ſi is qui.§ fin. ff.de pign.& in l.ſi non ſortem.§.libertus.in pen.col.ff.de condi. inde. Et ſi dominus vendat rem feudalem, vaſſalli inuiti non cogentur ei promittere, vel iurare fidelitatem, ſecundum Cyn.in in l.1.C.de noua.Bal.& Mod.in l.2.§.fi.ff.ſolu.mat. ¶Tertiò no.
b in l.pacto ſucceſſorum. b ibi, vnum obligare non poteſt credi-
8 tori, † ꝙ ſi ſunt plures hæredes debitoris, qui ſucceſſerint ſiue de iure ciuili, ſiue de iure prætorio per bono. poſſeſ.quo caſu ex l.12.tabul ipſo iure diuiditur debitum inter eos pro rata hæreditariæ portionis.l.vt debitum.& toto tit. C. de hære.act.ꝙ ſi iſti plures hꝫredes vnius debitoris adinuicem tempore diuiſionis conueniant, ꝙ vnus ſolus teneatur ſatisfacere creditori, tale
c pactum nihil prꝫiudicat ipſi creditori, c intellige inuito, ſecus ſi ſponte iudicium moueat contra eum.iuxta. l.2.ſ. eo. & l. cùm ab vno.ff.de leg.2. vbi plus ſtatuitur fauore dotis. & eſt ad hoc ſing.ſecundum Pau.de Caſt.hic. ¶Secundò limita per tex.not. in l.planè.iuncta gl.fi.ff.fam.erciſc.glo.in l.ea quæ. C.eo.Ang.de
9 Aret.in §.prꝫterea.el 2.in 33.col.inſti.de excep. ¶†Quartò no. in verſi.de chyrographis, quòd ceſſio iurium facta ob certam cauſam, cauſa non impleta poteſt reuocari, nam hic inſtrumẽ-
10 ta communia erant tradita vni ex hæredibus, † & per traditionem inſtrumentorum intelliguntur ceſſa iura, quæ in talibus inſtrumentis continentur.l.1. C.de dona.certè iſta ceſſio fuit facta, vt iſte hæres ſolueret creditoribus hæreditarijs: ſi iſtud non impleat, poſſunt inſtrumenta reuocari, & ex hoc dàtur ſingularis limitatio ſecundum Saly. & dominum Alex.hic ad l.3. C. de noua.vt procedat, quando ceſſio eſſet facta ſimpliciter, ſecus ſi ob certam cauſa.n, vt hic.

ADDITIONES.

a Quòd ciuitates. Adde Bal.in §.conuẽticulas. de pace.iur.fir. in vſib.feud.& Rubr.C. pro ſoci.
b L.pacto ſucceſſorum. Vide Ancha.conſi.26.2.dubio. PVRPV.
c Facit Bar.conſi.126.Titius,& Seius.ver. ad diuiſionem. PVRPV.
* Hæreditariæ portionis.

SVMMARIVM.

1 *Informare, reformare, & transformare, an & quomodo differant, & nu.2. & 3.*
4 *Si illud, quod deuenit in pacto, deducatur in ſtipulatione, agitur ex ſtipulatione,*

Source : BIU Cujas

latione, quę est apposita causa placiti seruandi, & hoc, vt pactum habeat robur.

5 *Conclusio talis libelli, quare peto secundum me sententiam ferri, bene procedit. nu. 6.*

7 *Dictio statim, quid importet, & nu. 8.*

9 *Iuri declarandi non præscribitur etiam mille annis, & nu. 11.*

10 *Si sit factum pactum de retrouendendo, quandocunque soluatur pretium ad omnem voluntatem venditoris, non obstantibus talibus verbis, præscribitur. 30. ann.*

12 *Pactum appositum incontinenti iuxta stipulationem, continens quid diuersum à stipulatione, informat, & sic extendit actionem ex stipulatione, vt etiam competat ad deductum in pacto.*

13 *Quemadmodum in contractib. bonæ fidei pacta incontinenti apposita informant, ita etiam quando apponuntur iuxta stipulationem.*

14 *Etiam pactum nudum resolutiuum contractus vestitur ab ipso contractu.*

15 *Vbi in stipulatione deducuntur duę res æquè principales, vel plures, tunc censentur esse tot stipulationes quot res, secus quando vna res principalis, & aliæ accessorię.*

16 *Pactum appositum iuxta stipulationem, ita demum informat, quando stipulatio, & pactum sunt pro eodem, secus si stipulatio esset pro creditore, & pactum in fauorem debitoris, & nu. 18.*

17 *Vsurę omni iure sunt prohibitę, quando simpliciter sunt promissę.*

19 *Contractus mutui dicitur celebrari fauore creditoris.*

20 *Pactum nudum vestitur coherentia contractus conditionalis.*

21 *Pactum est pars contractus.*

22 *Si pactum fuit semel vestitum coherentia contractus, quamuis postea contractus ipso iure tollatur per acceptilationem, tamen remanet pactum vestitum.*

LEX XXVII.

Petens ex stipulatione.

Ista l. habet materiam difficilem, & secundum Sal. grauem, & ponderosam, adeo ꝙ humeri scholastici ferre non possunt, & propterea dicit Ful. ꝙ in materia huius l. non potest planè procedi, sicut nec in lapidosis, & scabrosis montib. & ꝙ Bal. superbo, elato, & pomposo stylo, sed minus vtili hanc l. commentauit. Pau. de Castr. dicit, ꝙ ista l. est valde
a profunda, [a] primò in intellectu sui, postea adhuc plus in ma-
1 teria. Istæ præfationes tantæ difficultatis vnumquenque deterrerent, spero saltem minus difficilem reddere. ¶ † Vnde ad euidentiam præmitto, ꝙ in iure nostro reperiuntur tres termini, informare, reformare, & transformare. Informare est nouam formam dare ampliando, seu extendendo, ita dicit Bart. in l. iurisgen. §. quinimo. in 3. col. ff. eo. ista informatio fit, quãdo iuxta contractum apponitur incontinenti aliquod pactum, continens quid diuersum, & penitus separatum à contractu, puta si iuxta contractum empt. & vendi. apponatur aliquod pactum, puta, de eundo Romam, certè tale pactum, eo quia est incontinenti appositum, & consequenter fingitur inesse contractui. l. lecta. ff. si cer. pet, dat nouam formam ipsi cõtractui, & extendit actionem ex vendito, vt non solùm competat ad pretium, sed etiam cõpetat ad factum, & sic ad deductum in pacto, & hoc modo informat, idest, extendit ad hanc nouam formam. Et de ista informatione est text. in l. iurisgen. §. quinimo. in verbo informat. ff. eo. & in l. fundi partem. ff. de contrahen. emp. & in l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de act. empt. & de ista informatione
* loquitur ista l. secundum tertium intellectum gl. *magis communiter approbatum*; nam in hac l. pactum fuit appositum incontinenti iuxta stipulationem, & propterea informat stipulationem, hoc est addit nouam formam, & eam extendit, vt agatur actionè ex stipulatione ad illud, ꝙ est deductum in pacto, licèt
2 sit diuersum à stipulatione. ¶ † Secundò est reformare, ꝙ idem est ꝙ reuocare, remanente tamen substantia eiusdem contractus, & istud fit per pactum continens quid simile cum cõtractu, puta, si vẽdidi rem pro quindecim, postea facio pactum, ꝙ sit vendita pro decem, & sic minori precio, vel pro viginti, remanet substantia eiusdem contractus, sed renouatur sub noua forma, de ista reformatione loquit text. in d. l. iurisg. §. adeo. in verb. reformari. & in l. si vnus §. pactus ne peteret. in versi. idẽ dicemus. ff. eo. & est melior text. de iure in l. pacta conuenta. in princ. in versi. Paulus. ff. de contrahen. empt. & in l. si quam. ff. de rescind. vendi. & de ista reformatione propriè loquitur tex. in l. lecta, vt ibi declaraui. ff. si cert. pet. & tex. in l. si ita quis promise-
3 rit. §. Seia. ff. de verbo. obli. ¶ † Tertiò est transformare, quando
* vnus contractus in alium transmittitur,* & istud fit secundum aliquos, quando incontinenti iuxta contractum apponitur pactum contra naturam ipsius cõtractus. de hoc dicunt esse tex. in l. Titius. ff. de præscri. ver. Teneo contrarium per text. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. ¶ Nec obst. d. l. Titius. quia vt ibidem declarat Bar. ibi à prin. solùm fuit contractus innominatus, vnde non credo, ꝙ per tale pactum simplex transformetur contractus, sed esse necesse, ꝙ partes expressè transformarent, seu transmutarent. ¶ Secundo præmitte, ꝙ ista lex legitur altero de sex modis, tribus in gl. duob. per Ang. & sexto modo per Saly.
* & licèt glo. *& magis communiter Docto.* teneant tertium intellectum positũ in gl. mihi plus placet primus intellectus, qui magis conuenit literæ sine vlla impropriatione, vel subauditione,
4 secũdum quem hoc dicit. † Si illud, quod deuenit in pacto, deducatur in stipulatione, agitur ex stipulatione, quæ est apposita causa placiti seruandi, hoc est, vt pactum habeat robur. h. d. Et secundum hũc intellectum pone casum pro eo, quod Antiqui communiter obseruabant, quia post pacta, seu cõtractus subijciebant generalem stipulationem, in qua promittebant per stipulationem prædicta pacta obseruare, & c. l. Titia. §. fi. de verb. obl. l. duo societatem. in princ. ff. pro soc. ¶ Eodem modo tempestibus nostris notarij in instrumentis describunt pacta inter partes conuenta, postea in fine instrumenti apponunt stipulationem hoc modo, ꝙ ambæ partes per solennem stipulationẽ promiserunt prædicta pacta obseruare, &c. fuit dubitatum an ex tali stipulatione possit agi ad contenta in illis pactis, & decidit hic, ꝙ cùm illa stipulatio sit sequta causa seruãdi placiti, hoc est dicere, vt talia pacta nuda habeant obseruantiam, & robur, cùm aliàs sine stipulatione ex eis agi non potuisset, ista decisio clarè procedit, quando pacta nuda procedunt, postea stipulatio sequitur, modo quo dixi. Dubium est ergo, quidècontra, pone notarius in prin. instrumenti dicit qualiter partes per solennem stipulationem promittunt attendere ista pacta, nun quid si postea sequantur pacta, possit ex stipulatione agi ad talia pacta? respondet tex. ꝙ sic, dummodo talia pacta statim sequantur, vnde pondera, ꝙ quando stipulatio sequitur, tex. nõ dicit, ꝙ statim, sed quando stipulatio præcedit, text. requirit, ꝙ pactum statim interponatur. Ratio diuersitatis, quia si ex interuallo apponerentur pacta, præsumerentur esse alia, quàm illa, de quibus partes cogitabant tempore stipulationis. l. non ad ea. ff. de cond. & dem. iste est casus verus, & proprius huius l. ¶ Ista l. secundum Bald. & Fulg. est indiuisibilis, quia structa vno constructu verborum, & sic potius esset scindere in frusta, quàm diuidere, licèt intellectualiter contineat thema, quæstionẽ, & responsionem, sed secundum Sal. commodè diuiditur in tres. In prima ponitur thema, ex quo resultat quæstio. In secunda, quæ est ibi, seu antecessit pactum, augetur dubitatio. In tertia, quæ est ibi, rectè secundum se, ponitur responsio ad vtrunque. nõ colligo alia notabilia propter diuersitatem lecturarum, sed
5 reseruo in gl. ¶ † Not. tamen ex fi. l. secundum Bald. Sal. & Mod. ꝙ procedit ista conclusio libelli, quare peto secundum me sententiam ferri, vt probat iste tex. in verbo postulat, in tantum, ꝙ per istum text. dicit Bald. in l. edita. in 16. col. 3. de eden. quòd ista petitio omnia necessaria continet. Sic etiam secundum Bal. & Sal. procederet conclusio libelli, peto causam fine debito terminari, similiter peto declarari actionem mihi competere, qđ idem operatur, acsi petijssem condemnari reum ad contenta in libello. l. si finita. §. eleganter. in verbo actio. & ibi Barto. in vlt. col. no. ff. de dam. infec. vtilior cunctis est illa conclusio, quare peto in prædictis mihi ius, & iustitiã ministrari, de quo est tex. in c. cùm dilectus. & ibi Cano. de ordi. cog. & in c. fin. ff. de offi. ord. in c. 1. in verbo iustitiam exhiberi, & ibi no. do. Anto. & alij. de offi. deleg. vbi Pan. in 1. not. dicit, ꝙ ista clausula, quæ hodie communiter apponitur in libello, est valde vtilis, eo quia comprehendit omnem actionem, & omne ius competens, de qua clausula est etiam tex. in c. 1. in verbo iustitiam postulant exhiberi. & in c. 2. in verbo iustitia fiat. de mutu. petitio. & text. in c. Ecclesia. S. Mariæ. & ibi do. Ant. in c. 1. no. de consti. & idem do. Anto. in c. 2. de libel. obla. & in c. examinata. in 10. col. de iud. & licèt Bald. dubitauerit de ista conclusione libelli, an sit nociua in l. fin. in vlti. col. ff. de iusti. & iur. & in l. incerti. in vlt. col. in 15.
* quæst. C. de interdi. *Communiter tenetur, quòd sit bona*, & vtilis, vt per Bald. in d. l. edita. in 13. col. 3. de eden. Ang. in l. fin. C. de anna. excep. & in l. 1. in prin. ff. de edend. Imo. in l. si cùm nulla. ff. de re
b iud. & in c. si cautio. de fid. instr. [b] ¶ † Et huius clausulæ reperio
6 in specie tres no. effectus. in primis Ioan. Cald. in d. c. cùm dilectus. de ordin. cog. refert se in quæstione facti obtinuisse: actor enim in libello narrauerat petitorium, & possessorium, sed in con-

ADDITIONES.

a Pro limitatione limitationis quando pactum fit in fauorem alterius contractus, vide Bal. Nouel. in tracta. dotis, parte 6. priuil. 65. PVRPV.

b Vide Alex. lib. 1. consi. 107. viso processu. PVRPV.

* Transmutatur.

Source : BIU Cujas

cõcluſione libelli ſolùm dixerat de petitorio,& adiecerat clauſulam a petens in prædictis ius,& iuſtitiam miniſtrari, poſtea in proceſſu probauit ſolùm de poſſeſſorio, ℣ debeat obtinere vigore illius clauſulæ, per quam clauſulam videtur omne ius ſibi competẽs deduxiſſe, & refert,& ſequitur Pan.ibi in antepe. col.inferens ex hoc,vt ibi per eum. ſequitur Ange.de Are.in §. 1.vbi aliquando dixi,inſtitu.de act.& ibi reputat valde ſingulare in practica. ſequitur etiam do.Lanfr. de Oriano de Brixia in repe.c.quoniam contra falſam.in verbo confeſſiones.de prob. ¶Item,& ſecundò operatur iſta concluſio libelli, ℣ quis ex libello alias inepto debet pro ſe ſententiam obtinere, ſi conſtat de intẽtione libellantis,& actio verè ſibi competat, licèt ineptè propoſuerit.Secus,quando nulla actio competeret,ſecundum Ioan.Cal.& Doct.in d.c.cùm dilectus.& do. Lanfr. in d.c.quoniam contra falſam.in verbo confeſſiones.Ludo.Rom.in ſing. quod incipit clauſula petens, &c.Pau.de Caſt.in conſi.165. qđ incip.Quæritur primò vtrum hæres.in vlt.col.vbi etiam tenet, ℣ ſi fideicommiſſarius vniuerſalis ante reſtitutionem ſibi factã ageret petitione hæreditatis, vel rei vendi. & apponeret illam clauſulam peto ius,& iuſtitiam miniſtrari, tunc ſuccumberet, cùm ante reſtitutionem ſaltem verbalem nullum ius ſibi competat.l.facta.in prin.ff.ad Treb.Tertiò circa hanc clauſulam dicit Ang.de Are.in §.1.inſtit. de actio. quòd quando factum eſt adeo implicitum, quod actor neſcit, quod remedium, ſeu ius intentare, optimum conſilium eſt, quòd factum ſimpliciter narret,deinde in concluſione ſolùm petat ius, & iuſtitiam miniſtrari, nam intelligitur omne ius ſibi competens deduxiſſe. ¶Capio glo.1.in verbo petens. iſtam glo.diuido in duas partes prin.In prima ponit tres intellectus ad hunc text. & iſta poteſt ſubdiuidi in tres.In ſecunda format quatuor quæſtiones, & ſic b poteſt ſubdiuidi in quatuor.Secunda ibi,ſed quid. [b] ¶In ea.ibi, & ff.de cond.inſti.l.inſtitutio.habes no.ex gl.duo. Primò habes primum intellectum,quem declara vt ſupra in text. Secundò habes reprobationem, nam gl. reprobat hunc intellectum per 7 duo fundamenta. † Primò per dictionem ſtatim, quæ innuit, quòd ſi pactum fuiſſet appoſitum, & ex interuallo, quòd non poteſt agi ex ſtipulatione,& tamẽ eſt falſum,vt in gl. Secundũ fundamentum gl.eſt valde obſcurum, dicit enim glo. præterea non ageretur ex pacto,vult dicere gl.vbicunque pactum apponitur,ſtatim agitur ex pacto.Nam ad iſtum finem quęrimus,an pactum ſit appoſitum ſtatim, quia pactum incontinenti appoſitum iuxta contractum,veſtitur cohærentia contractus,adeo, quòd ex pacto agi poteſt.l.in bonæ fidei.ſ.eo.l.2. C.de pact. inter emp.& vendi.ſed in hac.l. non agitur ex pacto, ſed ex ſtipulatione,vt dicit text.imò ex pacto agi non poſſet, quia pactum eſt relatum in ſtipulatione,ſed relatũ eſt in referente, & ad hoc glo.alleg.l.aſſe toto.ff.de hære.inſti. l. inſtitutio talis.ff. de condi. inſti.ſi ergo pactum eſt in ſtipulatione referente, ergo agitur ex ſtipulatione referente, & non ex ipſo pacto, hoc modo voluit probare gl. quòd ſecundum hunc intellectum ex pacto agi nõ poſſet,cuius tamen cõtrarium innuit tex.in verbo ſtatim, quia nunquam quærimus,an pactum ſit appoſitũ ſtatim iuxta contractum,niſi quando volumus ex pacto agere, ita voluit dicere glo.licèt valde obſcura,& diminuta.¶Vltra gl. Bar.reprobat hunc intellectum alio fundamento. Nam pactum, vel aliquid quod veniat ad implementum ſtipulationis, poteſt apponi ex magno interuallo poſt, & ad hoc alleg. ſex.ll. quib. reſpondet Bald.in 2.col.ſed eius reſponſio ſolùm eſt bona quantum ad l. qui pecuniam.ff.ſi cert.pet.non quo ad alias. ¶Tu reſponde in ſpecie,primo,ad l.ſi ita fuero ſtipulatus.§.fi. cum l.ſeq. ff.de noua.quod pro.certo iſtæ duæ.ll.probant contra Bart.in verbo incontinenti,& in verbo mox,ergo ſecus ſi ex interuallo. Ad l.ſi ita ſtipulatus à Seio.§.fin.ff.de fideiuſ.reſponde,quòd ibi partes expreſſam relationem fecerunt ad illud, quod ex longo interuallo poſt fieri debuit, vt patet ex tex.ibi in verbo qñcunque. ¶Ad l.quidam cùm filium.§.fin.ff.de verb.obl. & l. ſi verò non remunerandi.§.ſi filiofam.ff.mand.reſponde, quòd loquitur in obligatione fideiuſſoria,& ſic acceſſoria, quæ bene poteſt pendere,quia non eſt in poteſtate partium, ſicut obligatio principalis,vt in ſimili dicit Barto.hic allegando.l.cùm quærebatur.ff. iudi.ſol. Teneas ergo hunc primum intellectum gl. qui multũ 8 amicatur verbis literæ. ¶Nec obſt.tex.in verbo ſtatim, † nam iſta dictio ſtatim,ſola eſt,quæ obſtat.dupliciter reſpondeo,primò,quod non eſt inconueniens, quòd dictio ſtatim, in l.poſita nihil iuris importet.tex.eſt in l. cùm proponas. in verbo ſtatim, & ibi Rapha.ad hoc not.j.de tranſac. ¶Secundò,& melius reſponde, quòd tex.cùm myſterio ponit duos caſus. ¶Primò, quando pactum præceſſit,& tunc non requiritur, quòd ſtipulatio ſtatim ſequatur,imò idem eſſet ſi ex interuallo,ita procedunt omnia alleg.contra gl.¶Secundus eſt caſus,quando ſtipulatio anteceſſit,& tunc text.bene requirit, quòd pactum ſtatim interponatur poſt,& non dicit ſtatim ad hunc finem, vt ex pacto poſſit agi.prout glo.arg.& malè,ſed ad iſtum finem,quia ſi pacta interponerentur ex interuallo poſt, præſumerentur alia pacta,quàm illa de quib.cogitabant partes tempore ſtipulationis,arg.l.non ad ea.ff.de condi.& demon. Similem diſtinctionẽ de verbo ſtatim,prout hic,facit etiam text.in l.3.C.de inutil.ſtipul.Et tenendo iſtum intellectum,ſi dicas, quæ dubitatio eſſet in hac.l? reſpondeo.duplex,prima,quia dubium erat,an agi deberet ex pacto confirmato,an ex ſtipulatione confirmante, dubium enim eſt,an agi debeat ex declarante, ſeu ex confirmãte, an ex declarato,de quo habes latè per Bal.in 4.col. ad fi. & ſeq. per Sal.& do.Alex.& per Bar.in l.more.ff.de iuriſd.om.iudi.Secundum dubium eſſe poterat,quia ex quo pactum erat appoſitum incontinenti iuxta ſtipulationem,videbatur veſtitum cohærentia ſtipulationis.l.in bonæ fidei.ſ.eod.& conſequenter videbatur,quòd ex ipſo pacto agi poſſet,& iſtud eſt, de quo opp. hic in gl.¶Sed ad hoc reſponde, ℣ argu.procedit, quando pactum incontinenti appoſitum continet quid diuerſum à contractu: ſed ſecundum primum intellectum pactum continebat idem quod ſtipulatio, ergo non veſtitur, vt actionem producat,ita declarat Bar.in l.lecta. in 2.colum.ff.ſi cert.pet. dixi in l.ſi pacto quo pœnam.in 1.no.ſ.eod.vbi reprobaui Bal.hic tenentem cõtrarium. Et ex his remanet expeditus,& defenſatus primus intellectus glo.in quo non omitto dum glo.dicit,nam 9 per mille annos.&c. † Ex iſta glo.no. Bal.hic.in 2.colum.& Sal. in quarta, quòd iuri declarandi non præſcribitur etiam mille annis,ratio ſecundum Bald.quia nunquam præſcribitur cõtractui,cùm ſit facti,ſed actioni cùm ſit iuris.l.omnes.& l.ſicut.C. de præſcrip.30.vel 40.ann.ſed hæc actio non competit,antequã ſit declaratum.igitur,&c.Aliam rationem aſſignat Sal.hic in 3. col.nam illud, ℣ eſt in alterius arbitrio,non poſſidetur à nobis, vnde ſine poſſeſſione non currit præſcrip.vt in regula ſine poſſeſſione.de reg.iur.lib.6.Iſta ratio nõ eſt bona, quia ſolùm procedit in pſcriptione.10. vel 20.ann. in qua bene requiritur poſſeſſio,vt declarat Bar.in l.naturaliter.ff.de vſuc. Secus eſt in præſcrip.30.ann. quæ propriè procedit in iurib. vbi non requiritur poſſeſſio,vel quaſi,quia procedit ex ſola negligentia non petentis.c.placuit.el 2.in §.poteſt.16.q.3. declarat Bar.in l.ſi.in prin.ff. c de eo,per quem facta erit. [c] ¶Circa iſta in materia præſcriptio 10 nis duo diligenter no.† Primum eſt, ℣ ſi ſit factum pactum de retrouendendo quandocunque ſoluatur pretium,ad omnem voluntatem venditoris,non obſtantibus talibus verbis præſcribitur 30.annis.ita no.decidit Ang.quem omnino videas,in cõſ. 55.quòd incipit Gul.& Fran.imo fortius tenuit Pet. de Anch. in conſi.331. ℣ incipit viſis diligenter actis, & actitatis.in 2.col. ℣ ſi ſit factum pactum, ℣ quoties, & quandocunque ſoluatur pretium,teneatur rem vendere, intelligitur ſi intra decem ann. d vt ibi per eum.¶Secundò no. ℣ [d] facultas, quam habet proximior agnatus recuperandi rem alienatam,durat anno tantum. text.eſt in c.Titius. ſi de feud.defun.cont. ſit inter dom. & agn. quem ibi Bal.no.per hoc ſubdit, ℣ agnati debent eſſe multum aduiſati,ne patiantur labi annum. Adde text.ſimilem in c.1.§. fi.ſi de inueſti.inter dom. & vaſſal.lis oria.facit text. in c.conſtitutus.de in integ.reſtitu. Pau.de Caſtr.in conſi.159. quod incip. iſta

ADDITIONES.

a * Clauſulam.Adde,quòd hæc clauſula non poteſt extendi ad cauſam non narratam,præſertim,vbi alia ſpecificè deducta fuit,teſte Alex.conſi.121.colum. pen.lib.1.Nat.conſi.188.col.fi.Dec.conſi.62.col.2.& vide,quæ ſcribit Boer. q.42.num.17.& ſeq.& q.74.Nat.conſi.121.Capel. Toloſ.q. 232. & per hanc clauſulam dicitur intentatum illud,quòd eſt fauorabilius actori, quæ clauſula valet etiam ad interpretandum libellum eo modo, quo fauorabilius poteſt iuuari eius intentio,teſte eodem.Iaſ.in §.omnium.nu.147. inſtit. de Acti. Neuiz.conſi.79.nu.5.vbi, quòd ea clauſula regulatur ſecundum concluſ.lib. quæ ſemper attendi debet. Dec.conſi.57.& quod dicitur de hac clauſula, ℣ operetur, vt poſſit cognoſci de dominio, ſi de eo in libello narratum ſit,intellige,volente actore,aliàs ſecus,vt idem Neuiz.concludit. d.conſi.79.num. 4.& 5.Quæ omnia plenius declarat Natt.d.conſi.120. Neuiz.conſil.15.poſt Dec.conſi.57.62.187.221. Roland.conſi.79.nume.38.libr.1.conſil.41.num. 26.lib. 3. MASVER.

b Adde Bal.in margarita.in ver.pactum.§.11. PVRPV.

c ¶Idem in l.ſi pater.in fi.j.de inſti. & ſubſti. PVRPV.

d ¶De facultate reuocandi alienata declarat Brunus conſi.67. dum quæritur an capitulum. colum. pen.

* Et vide Rom.conſi.22.nume.6. Dec.conſi.144.395.nume.12.Roland.conſi.3. num.152.conſi.21.num.10.libr.1. Pariſ.conſi.82.colum.2.libr.3.& dic,quòd feudum alienatum reuocat proximior,etiam ab agnatis intra annum, ſecus ſi in extraneum,quia tunc habet reuocãdi ſpacium 30. annorum.gl.in §. ſi quis deceſſerit.verſic. Titius filios.in gl.verſ.per annum.ſi de feudo.defunct.contentio ſit inter dom. &agnat.vaſſalli.quæ concluſ.procedit, niſi conſenſerit, ex iurib. ſupra alleg.quam tamen declara,vt per Docto.in locis prædictis,& adde Bar. inl.1.§. permittitur.ff.de aqua quotidiana, & æſti. Neuiz.conſi.10. num.4. Clar.§.feudum.quæſt.42. MASVER.

Source : BIU Cujas

iſta qõ vertitur, vt audio inter Coradum. Et ꝑ illum tex.in d.c. Titius.dicit Lud.Rom.& eſt pulchra deciſ.in l.prætor.§.fi.ff.de nou.ope.nun.& in Rubr.ff.de arbit.in 19.col.quòd iſta facultas quam habet quis finita emphyteuſi, per gñationem contẽtam in inueſtitura, vt ſibi potius quàm alij refirmetur emphyteuſis, vt not.Bart.in l.1.§.permittitur.per illum tex.cum gl.fi.de aqua quot.& æſti.& in l.1.in fi.ff.de priui.credi.& in l.ſi mihi & Titio. ad fi.cum alijs concor.ff.de verb.ob.perditur per lapſum anni. ¶Sum in 2.lect.gl.ibi,alij.ex qua habes, ꝙ iſta.l.loquitur in pacto declaratiuo ſtipulationis quem intellectum Bart.reprobat ex trib. & licèt Bald. conetur ſuſtinere, tamen, quia nihil egre-
11 gium dicit,non refero, & eum reprobant Mod.hic. † Not.tamen ex iſta gl.dum dicit per mille annos, ꝙ iuri declarandi nõ præſcribitur etiam mille annis, & ita de hoc not.iſtam gl.Bald.
a & Saly.c.hic.Adde,ꝙ ſi promitto [a] ſoluere omne id,ꝙ declaratum fuerit me eſſe debitorem, intelligitur dum tamen declaratio fiat me viuo, adeo qđ nihil operabitur contra hæredes meos.tex.eſt ſing.in l. qui Romæ.§. Augerius. ff.de verb.oblig. quem Ang.Imo.Pau.de Caſt.& alij Mod. ibi dicunt eſſe notandum pro mercatoribus Floren. qui ſe obligant ad ſoluendum omne illud,qđ declaratum fuerit Titium eſſe debitorem, quia talis declaratio debet fieri viuo Titio, qđ not. quia in hoc poſſent multi decipi.¶Sum in 3.lectu. glo.ibi,tu dic tertiò. quam
12 ſubdiuide integraliter in tres. † In prima ponit tertium intellectum,qui eſt, qđ pactum appoſitum incontinenti iuxta ſtipulationem, continens quid diuerſum à ſtipulatione, informat, & ſic extendit actionem ex ſtipulatione,vt etiam competat ad deductum in pacto, & iſto modo dictio ſtatim, poſita in text. importat myſterium iuris.Nam quando apponitur incontinenti iuxta ſtipulationem,vel alium contractum, quia ei cenſetur ineſſe,ideo tunc informat,dando ei nouam formam, & extendẽdo,vt etiam competat ad deductum in pacto,ꝙ ſecus eſſet, ſi pactum eſſet appoſitum ex interuallo. ¶ In ſecunda parte, quæ eſt ibi,& ex pacto præſcriptis verb. glo.tenendo illum tertium intellectum remouet contrarium.Nam videbatur,quòd ex pacto appoſito incontinenti iuxta ſtipulationem, & ſic veſti to cohærentia contractus,oriretur actio præſcri.verb.l.in bonæ fidei.ſ.eod. & l.2.C.de pac.inter empt.& vend. ſi ergo ex pacto competit actio præſcrip. verb. ergo ex ſtipulatione non debet competere actio ad deductum in pacto.glo. reſpondet, quòd vtraque actio competit,quia pactum nunquã informat,quin-
b etiam oriatur actio preſcr.ver.l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.eo.[b] ¶In tertia parte,quæ eſt ibi.Item ad hoc.gl. remouet aliud contrarium,quia ſecundum iſtum intellectum ex quo pactũ continebat quid diuerſum à ſtipulatione, ergo ſtipulatio non poterat dici interpoſita gratia ſeruandi placiti, vt dicit litera, huius timore dicit glo.cum qua tranſit Bart. ꝙ eſt neceſſe intelligere, ꝙ in hac.l.fuerunt tria pacta. Primum fuit nudũ, puta,de vendendo librum, & illud idem fuit ſtipulatione vallatum, & ſic ſtipulatio fuit ſequta gratia primi pacti ſeruandi,deinde,& tertiò fuit appoſitum pactum nudum incontinenti, continens quid diuerſum à ſtipulatione, & de iſto tertio pacto loquitur
c tex.ibi, *ſeu anteceſſit pactum ſeu poſt.* [c] ¶ † Ex iſto tertio intellectu
13 habes,ꝙ quemad.in contractibus bonæ fidei pacta incontinenti appoſita informant.l.in bonæ fidei.ſ.eo. & d.l. iuriſgentium. §.quinimo. ita etiam quando apponũtur iuxta ſtipulationem, & ſic contractum ſtricti iuris,vt hac.l. & iſtud de nouo clarius, quàm alibi inducit iſta.l.ſecundum Pau. de Caſtr. tamen idem
* deciditur in l.lecta.ff.ſi cer.pet.ſecũdum intellectum gl.*& communiter Doct.* ibi. facit text.in d.§.quinimo.in verbo ineſſe bonæ fidei iudicijs, attento, ꝙ exempla non reſtringunt regulam.l. damni infecti.§.fi.ff.de dam.infect. & ſi dicatur, ꝙ ſtipulatio eſt contractus ſtricti iuris, ergo non debet extendi vltra metã verborum.l.quicquid aſtringendæ.in princ.ff.de verbo.oblig. Reſponde, ꝙ iſtud fit, eo ꝙ iuris interpretatione pactum incontinenti appoſitum fingitur ineſſe ſtipulationi. d.l.lecta. ¶ Adde, ꝙ quemadmo. pactum nudum informat contractum præcedentem,idem eſt in pacto veſtito, nam ſi ſtipulatio apponatur iuxta contractum venditionis, & contineat quid diuerſum à contractu,informat ipſum contractum venditionis,& facit,ꝙ actio ex vendito, quæ eſt bonæ fidei,extendatur, & competat ad deductum in ſtipulatione.l. prædia. ſecundum intellectum glo.& ibi Bar.ad hoc no.ff.de act.emp. & hoc eſt magnæ vtili-
14 tatis ꝓpter multa priuilegia,quæ habet actio bonę fidei.¶† Secundò adde, ꝙ etiam pactum nudum reſolutiuum contractus,veſtitur ab ipſo contractu.tex.eſt ſolennis in l.ſi conuenit. ff.de reſcind.vendi.quem pro ſingulari ad hoc ponderat dom. Ioan.Petrucius in l.lecta.ff.ſi cert.peta. & videtur etiam text.de hoc in l.ſed Celſus. §.1.ff.de contrahen.emptio. ¶ Tertiò adde, quòd etiam,quæ tacitè fiunt iuxta contractum, informant illum, vt not.in l.ſi oleum.ff.de dolo.ſecundum Bald. in l.1.in 5. col.C.de conue.fiſ.debi.libr.10. confirmatur, quia tacitum pactum ita veſtitur cohærentia contractus, ſicut expreſſum.l.hæreditatem.& ibi no.Imo.& Ludo.ff.de dona.Aret.in l.1.in prin. 6.col.ff.de verbo.oblig. ¶Circa iſtum tertium intellectum glo.
* approbatum per Bar.*& magis communiter* alios,aduerte,quia gl. exemplificat vno modo, quando per ſtipulationem quis promiſit ſcribere librum,& incontinenti per pactum promiſit corrigere, Bar. exemplificat alio modo, quando per pactum promiſit ire Romam.exemplum Bar. non eſt bonum, ſed illud gl. quia tale pactum non eſt de appendicijs contractus, ex quo eſt omnino diuerſum,& ea demum pacta inſunt, quæ legem dãt contractui, & ſic, quæ conueniunt, & habent dependentiam, non quæ ſunt omnino diuerſa. ſic inquit text. in d.§. quinimo. verſi.vt puta.in verbo ea enim pacta,& declarant in ſpecie Bal. & Mod.hic.& Mod.in l.in bonæ fidei.ſ.eod.& in d.l.lecta. ¶Secundò aduerte,qđ impoſſibile videtur,qđ pactum incontinenti appoſitum iuxta ſtipulationem eam informet, & ſic extendat,nam cùm habetur perinde acſi in prin. deueniſſet in ſtipulatione,certè tot dicuntur eſſe ſtipulationes,quot res, & ſic tot diuerſæ actiones.l.ſcire debemus.in prin. ff. de verb.oblig.non ſic eſt in alijs contractib.l.ſi duos.ff.de contrahen.empt. Pau.de Caſt.hic in 5.col. tangit hanc difficultatem, quam refert fuiſſe Doct. Papien.nec aliter reſpõdet, ſed dicit,qđ iſta ſunt ſubtilia in ſpeculando potius quàm vtilia, ſecundum Albe. hic.dom. Alex.non hic,ſed in l.in bonæ fidei.in 5.col.ſ.eod. reſpondet,ꝙ glo.hic accipit ſtipulationem largè, & in genere pro ipſa totali ſtipulatione, quamuis ſtrictè, & in ſpecie tot ſint ſtipulationes quot res,ſicut in ſimili habetur in l. cùm illud.cum gl. in verbo
15 non facit.ff.quandò dꝛ.leg.ced.ſed iſtud nihil eſt dicere.¶†Veritas eſt, & clara reſponſio, ꝙ vbi in ſtipulatione deducuntur duæ res æquè principales,vel plures, tunc cenſentur eſſe tot ſtipulationes quot res; ſecus quando vna res principalis, & aliæ acceſſoriæ,vel de appenditijs,vt in caſu noſtro, tunc vna tantũ cenſetur ſtipulatio,ſecundum gl.& Doct. in d.l.ſcire debemus. in princi.in verbo mixta.& colligitur ex not. in l. ius ciuile.ff.de iuſt.& iur.& in l.1.§.cùm adijcitur.ff.de verbo.oblig. Vltramontani reprobant iſtum tertium intellectum inquantum vult, ꝙ ex iſto pacto incontinenti appoſito oriatur actio præſcri.verb. cùm non oriatur niſi ex quatuor cõtractibus innominatis,poſitis in l.naturalis.ff.de præſcri.ver. ſed hic ſtipulatio,& pactum erant pro eodem, ergo non reſultat contractus innominatus, quia non eſt hincinde obligatio.Bar.reſpondet, & bene,qđ duplex eſt actio præſcr.verb.vt hic per eum.tenet Bar. in l.iuriſgẽtium.§.quinimo.in 1.colum. ff.eo. & in l. ex placito. C. de rer. permut.& in Rubr.ff.de præſcri.verb. & in l.Ariſto.§. Labeo.in fi.ff.de don.& in l.in bonæ fidei.vbi Sal. & Mod.ſ.eo. Bald.hic, & in l. auia. per illum text.ſubtiliter inductum. C. de iure dot. Mihi placet iſta opi.quòd ex pacto incontinenti appoſito iuxta contractũ oriatur actio præſcr.verb.dato,qđ non reſultet contractus innominatus hincinde reſpectiuus: quod probo ſic, nã ideo ex contractibus innominatis oritur actio præſcript. verb. eo quia cùm ſint contractus ſine nomine ſpeciali, vbi deficit alia actio,competit iſta actio præſcrip.verb.quę eſt ſubſidiaria. l.quoties.ff.de præſcr.verb. ſed pactum nudum eſt contractus innominatus,licèt non reſpectiuus, glo.eſt ſing.in l.1. in prin.in glo.magna in fi.ff.de actio.& oblig.quam ſequitur Bal.in Rub. & in l.1.ſ.eo.& c.quintauallis.in 1.col.de iureiuran. & in l.lecta. in 7.col.ff.ſi cert.pet. ergo ex identitate rationis debet competere præſcr.verb.ſubſidiaria,& ex his remanet expeditus tertius intellectus glo. ¶Tres alios intellectus habes extra gl.duos ponit Ang.hic,& alium Saly.quos referunt, & reprobant,& bene Raph.Fulg.& do.Alex. hic. ¶Sum in ſecunda parte princ.glo. ibi, ſed quid ſi vt aliquid. vbi glo. format quatuor quæſtiones, & aduerte, quia procedunt tenendo ſecundum intellectum
16 glo. † [d] Ex prima not.tres concluſiones.Primò limitationem
d ad hunc text.ſecundum iſtum tertium intellectum, quòd pactum appoſitum iuxta ſtipulationem, ita demum informat, quando ſtipulatio,& pactum ſunt pro eodem, ſecus ſi ſtipulatio eſſet pro creditore, & pactum in fauorem debitoris, quod an verum ſit,ſtatim dicam.¶Secundò habes ex glo.differentiã, an contractus mutui fiat gratis, an promittantur vſuræ, quia primo caſu contractus mutui cenſetur celebrari gratia vnius tantum:

ADDITIONES.

a * Promitto. Adde eundem Iaſon in l. fin. §. ſed & ſi quis.infra commmunia de leg.

b ¶ Sequitur Felyn.in cap. ſi cautio. colum. 5. verſicu. amplia quintõ de fide inſtrumen. PVRPV.

c ¶ Math. not. 207. not. quòd ſi promitto. Modern.in Rubric. ff.de verborum obligatio. PVRPV.

d ¶ Vide Rom.ſing. 520. PVRPV.

Source : BIU Cujas

tantum. ſecundo verò caſu cẽſetur celebrari gratia vtriuſque. Iſta differentia quamuis aliter Docto.non impugnent, tamen videtur dubia, cùm attendi debeat ſolus principalis cõtractus, non autem fieri vis ſuper vſuris,prout alibi tenet glo.approbata in l.ſi quis nec cauſam.in glo.1.in fi.quam Bar. & alij ad hoc notant.ff.ſi cert.peta.& eſt tex.in l.rogatti. in fi.prin.ibi,maximè ſi ſine vſuris credidi,& ibi Bar.ad hoc not.ff.eo. idem Bart.in l.ſi vt certo.§.nunc videndum.in 1.oppoſitione.ff.commo.Ang.& Imo.in l.qui Romæ.in prin.ff.de verb.oblig. Puto pro concordia, ꝙ iſta ſit veritas, ꝙ ſi vſuræ promittantur per contractum mutui,hoc eſt,quia mutuatti mihi cẽtum, promiſi tibi vſuras, tunc procedunt gl.contrariæ, ſed quando debitor promittit vſuras, non propter mutuum, ſed quia creditor obligat ſe ad factum, & ſic vſuræ promittuntur propter factum,ad ꝙ creditor ſe onerauit propter vſuras,tunc procedit iſta glo.quod iſte vltimus contractus ſit mixta conſideratione, & itta eſt propriè
17 mens huius glo. ¶Tertiò no.ex hac glo.ſecundum Saly. hic in 11.col.in 4.eius quæſtione in fin.† ꝙ licèt vſuræ omni iure ſint prohibitæ,vt dixi in l.1.in gl.s̃.de ſum. Trini.& fid.catho.illud procedit,quando vſuræ ſimpliciter promittuntur:ſed quãdo creditor earum gratia ſe onerat per pactũ ad aliquid æquale faciendum, hæc mutua conuentio non erit vſura,niſi nomine,&ſiſta eſt licita, quia vicem habet permutationis. ¶Subdit
a Saly.vnum valde ſingulare, & memoratu digniſſimum poſt dominum ſuum,ſufficere paritatem eſſe vſque ad dimidiam [a] valoris dictarum vſurarum,per l.2.C.de reſcinden.vendi. & ſic dummodo pactũ ex parte creditoris æquiualeat dimidiæ vſurarum,ſufficit.Adde,ꝙ iſtam deciſio.Saly.refert, & ſimpliciter ſequitur dom.Alex.in conſi.192. ꝙ incipit egregiè, & copioſè. in 2.col.in 2.vol.not. quia per hoc datur ſingularis limitatio ad materiam vſurarum,& ad ea,q̃ dixi in l.1.s̃.de ſum.Trin.¶Cõfirmo per aliud,ꝙ vult ſing.Bal.in Auth. ex teſtamẽto.in 3.col. C.de colla.ꝙ ad hoc, vt donatio facta propter benemerita per patrem filio in poteſtate, ſtatim irreuocabiliter valeat,iuxta gl. in Auth.vnde & ſi parens.C.de inoffi. teſta.& in l.ſi donatione. C.de col.ſufficit, ꝙ benemerita non ſint infra dimidiam dictæ donationis,per d.l.2.C.de reſcin.vend.ſequitur Lud.Rom.in d. l.ſi donatione. ſed ibi ſolu.reprobatur per alios Modernos per text.in c.relatum. ſecundo, in verbo iuxta ſeruitij meritum.de teſta.& per alia de quib.ibi, per quæ puto deciſio. Saly. eſſe fal-
13 ſam,ꝙ niſi pactum æquiualeat vſuræ,in eo,ꝙ vſura excedit,ſit prohibita. † Redeo ad primam concluſionem gloſ.pro cuius perfecta intelligentia de trib.eſt videndum,primo quando contractus eſt pro vno,pactum pro alio,an tale pactum informet. Secundò an veſtiatur cohærentia contractus. Tertiò an ſaltem veſtiatur rei interuentu,& quæ differentia ſit inter veſtimẽtum cohærentia contractus, & veſtimentum rei interuentu,declarat Bar.& melius Fulg.& Mod. hic. ¶Circa primum conclude cum glo.ꝙ pactum pro vno, non informat contractum celebratum pro alio ſiue gratis, ſiue non, quia contractus celebratus fauore vnius,non debet informari contra eum.l. ꝙ fauore. C.de leg.& per eandem rationem conclude, ꝙ etiam non ve-
b ſtitur cohærentia illius contractus,gl.eſt in d.§.quinimo.in verbo in bonæ fidei iudicijs.quam Bar.& Doct.ibi tenent, & hic, [b] & per hoc alleg.Bar.l.ſi tibi.C.loc.& licèt Bald.dicat,ꝙ nihil facit,certè bene probat, quia contractus locationis,& conductionis fuit ibi celebratus inter ruſticos, & dominum fundi: pactũ autem nudum fuit factum per tertium ſoluentem cum ipſo domino,& ſic contractus cum vno,pactum cum alio.¶Vel & adhuc melius, ſolutio fuit facta tertio creditori illorum ruſticorum,pactum autem factum fuit cum domino. Ang.hic reprob.glo.in vtroque.nam dicit conſiderandum eſſe, ꝙ in quæſtione glo.fuerunt duo contractus,ſcilicet ſtipulationis, & mu-
19 tui,ſtipulatio bene fuit pro creditore, mutuum verò pro debitore,ergo pactum debet veſtire contractum mutui, vel illum informare. ¶† Tu dic vltra Fulg.& dom. Alex.ꝙ imo etiam contractus mutui dicitur celebrari fauore creditoris, quia ad cognoſcendum cuius fauore contractus celebretur,inſpici debet cui actio acquiratur ex illo contractu. Contra glo. fortius obſtat tex.in l.lecta.ff.ſi cert.pet.quem allegat ſolus Cyn.hic,vbi contractus principalis mutui erat in fauorem creditoris, pactum verò in fauorem debitoris, & ſic pro alio, & tamen ibi informat ſecundum communem intellectum Bar.ibi in 3.col. reſponde,ꝙ ibi pactum continebat duo, ſcilicet, ſolui, & hoc eſt fauore creditoris:item ſolui certa die.l.Celſus.in fi.ff. de arb. & iſtud eſt fauore debitoris. ſed iſta ſolutio non valet, cùm attendi debeat, quod principaliter agitur.l. ſi quis nec cauſam.ff. ſi certum peta. Ludo. Rom.ibi reſpondet, quòd ex illo pacto non agitur, nec agi poteſt, ergo nihil ibi dicitur de informatione; ſed malè dicit,& contra illum text.ante fin.ibi,quamuis ſententia diuerſa obtinuerit.Ego reſpondeo dupliciter,primò, ꝙ ille tex. nihil obſtat; tenendo, ꝙ loquatur de virtute reformatiua,ſecundum intellectum Moder.quem ibi tenui. Secundo reſpondeo tenendo communem intellectum glo.& Doct. ꝙ loquatur de informatione, & dico, quòd ibi actio ex pacto oritur creditori met,prout ex primo contractu, quia reſpectu debitoris non cadit actio, nec iſtud eſt nociuum debitori, ex quo omnino creditor habebat actionem ex primo contractu, & hoc modo illa.l. non obſt.cum ibi ex vtroque vni ſoli actio competat.¶Secundò contra gl.fortiter obſtat tex.in l.ex morte.§.ti.C.de pact.conuen. vbi ſtipulatio dotis promiſſæ per extraneum erat facta gratia mulieris, & tamen ibi pactum poſitum de dote reddenda ipſi extraneo erat factum gratia ipſius extranei,& ſic alterius, & tamen veſtit, vt actionem producat, & ita per illum tex.reprobant hanc glo.Cyn.& Ray.hic,niſi ſecundum eos dicas, quod ibi pactum fuit veſtitum cohærentia traditionis,quando extraneus tradidit dotem pro muliere.l.legem.s̃.eod.& l.traditionibus.cũ glo.not.ff.eod.Nec obſt.impugnatio dom.Alex.& ſubtilis ratio Bald. hic in 12. colum. quòd iſto modo mulier præferetur ex tacita ſtipulatione inducta à l. quæ tacita ſtipulatio non habet locum, quando extraneus expreſsè paciſcitur.l.auia.C.de iure dot. l. vnica.in princip. C.de rei vxorem actio. Aliter reſpondet Bald. & Pau.de Caſtr.hic. fortè etiam poſſet dici,quod dato, quòd illud pactum in extraneo remaneat nudum, tamen ſufficit, vt acquirat per pactum nudum actionem ipſi extraneo doranti.ſed in patre bene requiritur ſtipulatio.d.l.auia.rationem diuerſitatis aſſignant Bart.& alij in l.ſi cũ dotem.in prin.ff.ſolut.matrimo.& hoc modo habes defenſatam glo.pro qua adde,quòd eo.modo rei interuẽtus pro vno,nõ veſtit pactum nudum pro alio.l. ſi certis annis. & ibi Bar.circa fin.ad hoc not.j̃.eod. & eſt glo.in l. ex placito. in glo.1.in fin.C.de rer.permuta.¶Circa tertium,an iſtud pactum poſſit ſaltem veſtri rei interuentu; conclude, quòd ſi factum eſt reſpectu vſurarum, puta, quia debitor promiſit vſuras non ex cauſa mutui,qđ fortè gratis proceſſerat,ſed ex eo, quia creditor onerauit ſe ad faciendum deductum in pacto, & tunc ſi debitor ſoluat vſuras, & ſic impleat cõtractum pro parte ſua, quia hic reſultat contractus innominatus, certè rei interuentu bene veſtitur pactum nudum,vt ex eo poſſit agere contra cre-
c ditorem,& iſta eſt veritas. [c] ¶Ex ſecunda quæſt. glo.not.quòd quando pactum principaliter eſt nudum,ſiue vt ſimplex, ſiue reciprocum, nunquam veſtitur cohærentia ſtipulationis pœnalis,& ſic acceſſorij,quia abſurdum eſſet, quòd principale ſumeret robur,& veſtimentum ab acceſſorio,vt dixi in l.ſi pacto quo pœnam.s̃.eod.bene tamen poſſet veſtiri rei interuentu, vt hic per Barto.& plenius per Mod. ¶Sum in 3.q.glo.ibi,item ſi
20 nudo pacto. ex qua habes mirabilem concluſionem, † quòd pactum nudum veſtitur cohærentia contractus conditionalis. iſta concluſio procedit eueniente conditione, eo quia trahitur retrò. l. potior. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pignor. hab. & hoc modo ſaluatur gloſſ. dum dicit, quòd ante conditionem orta eſt naturalis, & ciuilis obligatio conditionaliter, verum eſt,ſi conditio poſtea eueniat, ſed ea pendente pactum non veſtitur, nec informat.dicit tamen Barto.hic, & in l.lecta. in 3.colum.ff. ſi cert.peta.quòd pactum appoſitum iuxta contractum conditionalem,veſtitur rei interuentu: nam quia vendo ſub conditione, & conſtituo tibi hanc ſpem, tu promittis pacto nudo, certè ſecundum Bart.conſtitutio illius ſpei habet vim implementi,quantum ad hoc, vt ex pacto poſſit agi.l.ſi in
21 venditione.de peri.& commod.rei vendi.allegata in gloſſ.† alij omnes reprobant Bar.quia cũ pactum ſit pars contractus.l.fundi partem.ff.de contrahend.emptio. certè non ſufficit præſtare ſpem,ſed oportet realiter impleri contractum, ad hoc,vt poſſit agi ad deductum in pacto.l.Iul.§.offerri.ff.de act.empt.præterea in d.l.ſi in venditione.quamuis tex.dicat purum pactum valere,per hoc non dicit ex pacto agi poſſe, præterea ſecundũ Pau.de Caſtr.text.in d.l.ſi in venditione. non loquitur, quando conditio venditionis defecit,imò quando euenit, aliàs nõ poſſet agi.per hoc dicit Pau. de Caſtr.ꝙ magnam admirationem recepit de verbis Bar. qui tantum in ſpeculatione eſt tranſgreſſus,ꝙ non conſiderauit quid diceret.¶Tu aduerte,ꝙ imò tex. in d.l.ſi in venditione.loquitur,quando conditio defecit,prout etiam tenet Bal.hic in 13.col.& probo ratione, nam ſi ibi conditio extitiſſet,pactum fuiſſet ſuperfluum, quia abſque vllo pacto, quando conditio extitit, periculum eſt ipſius emptoris.l. neceſſariò.§.ꝙ ſi ſub cõditione.ff.de peri.& commo.rei vendi.

ergo,

ADDITIONES.

a ¶Dimidiam.Adde Alex.conſi.113.vol.2. PVRPV.

b ¶Et illum tex.no.Bal.in margarita.ver. pactum. PVRPV.

c ¶Limitat ècontra Bal.lib.1.conſi.445.Titius locauit operas. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ergo,vt pactum non ſit ſuperuacuum,debet intellligi,quando conditio deficit, & cùm dicat pactum valere, debet intelligi ad agendum.l.ſtatuas ff.de acquir.rer.domi. aliàs pactum nihil
22 operatur,& hoc modo defende ſubtiliter Bar.¶ † In vlt.quæſt. gl.habes, ꝙ ſi pactum ſemel fuit veſtitum cohærentia contractus,quamuis poſtea contractus ipſo iure tollatur per acceptilationem,tamen remanet pactum veſtitum.Bart.intelligit glo. eſſe veram,quando contractus, & pactum eſſent pro eodem: ſecus putat in contractibus correlatiuis, vt hic per eum,& in d. §.quinimo.in 3.col.vbi no.Ang.& ſequitur Pau.de Caſtr.hic in fin. ſed errat Bart. quia.ll.allegatæ per eum loquuntur,quando totus contractus tollitur ab vna parte, tunc virtute correlationis intelligitur etiam tolli ab alia parte,ſed nos loquimur,quando ſolùm tollitur pars cõtractus, ex quo pactum cenſetur alia pars, & tunc ſublata parte contractus, non tollitur totus contractus.l.pars.ff. de accep. ſaluo niſi in pacto contineatur quid
a acceſſorium, * qđ ſtare non poſſet ſublato principali, vt quia pactum eſſet de dandis fideiuſſoribus, vel de promiſſione duplæ in caſu euictionis, tunc ſublato contractu principali pactũ tanquam acceſſorium,qđ per ſe ſtare non poteſt, tolleretur,ſecundum Odof.Iac.But.Ang.Sal.& d.Alex.hic,& Cy.in l.in bonæ fidei.in 12.q.s̃.eod. ¶Vltimò ex dictis glo.collige per te aliquas limitationes ad hanc.l.ego. 12.poſui in d.l.lecta.

ADDITIO.

a ¶Acceſſorium.Adde reg.acceſſorium.de reg.iur.iib.6.& gl.in verſi. aſtringi. ſñ c.quia plerique.de offi.ord.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Diutina præſtatio non veſtit pactum nudum.*
2 *Tempus non eſt modus inducendæ obligationis.*
3 *Pactum nudum veſtitur cohærentia traditionis rei.*
4 *Sicut ſufficit præſtatio triennalis ad inducendam obligationem in caſu fauorabili, ita ad inducendum liberationem in caſu odioſo vſurarum.*
5 *Stante ſtatuto,quòd in maleficijs reus debeat ter citari,non ſufficit vna citatio pro tribus, etiam peremptoriè,ſed requiritur, quòd ſint factæ diuerſis temporibus.*
6 *Confeſſio ad hoc,vt dicatur geminata, non ſufficit, quòd eodem tempore ſit pluries reiterata, ſed requiritur, quòd ſit facta diuerſis temporibus.*
7 *Si quis allegat titulum ſolennem,vel legitimum,puta ſtipulatonis,quòd ex præſtatione decennali probatur tit.allegatum præceſſiſſe,adeo quòd eius virtute poteſt debitor in futurum compelli.*
8 *Ex longa patientia decennali præſumitur dominum conſenſiſſe, quòd emphyteuta alienaret ius ſuum.*
9 *Si quis per decennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea ſoluit debitum canonem, præſumitur emphyteuta, & ſolenniter inueſtitus.*
10 *Eccleſia,vel capella iam decennio ædificata patiente diœceſano præſumitur ædificata ipſo Epiſcopo auctorante.*
11 *Ex poſſeſ. decennali præſumitur titulus diuiſionis inter fratres, qui decem annis reperiuntur diuiſim poſſediſſe.*
12 *Si filius habitauit per decem annos ſeorſum à patre, præſumitur emancipatus, ſi alleget.*
13 *Qui per decennium ſe greſſit vt notarius,præſumitur creatus ſolenniter notarius.*
14 *Stante ſtatuto,quòd minor, vel mulier non poſſit obligari ſine conſenſu propinquorum, per lapſum decennij præſumitur talem ſolennitatem ſtatuti interceſſiſſe.*
15 *Duodecim limita. ad l.cum de in rem verſo. hic alleg.*

LEX XXVIII.

SI certis annis. Diuiditur in duas. In prima ponit deciſ. In ſecunda fallentiam.Secunda ibi,niſi placitis.hoc dicit in ſumma. † Diutina præſtatio non veſtit pactũ
2 nudum.hoc dicit.Ratio eſt,† quia tempus * non eſt modus in-
a ducendi obligationem.l. obligationum ferè.§. placet. ff.de act. & oblig.Et cogita ſuper fallentia tex.In fin.ibi,niſi placitis ſtipulatio.nam iſta fallentia non videtur bona,cùm non ſit de regula,ſecundum quod notat Bar.in l.ſi eum. §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.patet,quia hoc non eſſet propter diutinam præſtationem,de qua loquit text.ſed ſtatim propter ſtipulationem. ¶In tex.ibi, [obligare non potuit.] Intellige,ſcilicet,ciuiliter,& efficaciter, naturaliter autem ſic, quia ex pacto nudo quis bene obligatur naturaliter.Limita iſtam.l.vt per Bald.in c.contingit.
3 in 4 not.per illum tex.de tranſac. † Not.ex iſta.l. limitationem ad regulam,ꝙ pactum nudum veſtitur cohærentia traditionis rei.l.legem.s̃.eo.l.in traditionibus.ff.eod. illa regula intelligitur, quando pactum reſpiceret fauorem tradentis, ſecus ſi eſſet cõtra tradentem,vt hac.l.ſecundum Barto.& alios hic. & ita not. iſtum tex.ad hoc glo.in l.ex placito.in gl.1.in fin. C. de rer.permuta. Ange.in l.iuriſgen.§.quinimo.in 6.col. ff.eo.facit,quod vult Bald.in l.petens.in 1.q.& ibi dixi.s̃. eo. ¶Capio gl.1. quam diuido in quatuor. In prima ponit quatuor exempla ad text. quæ ſunt bona excepto vltimo,quod reprobant Docto.hic.In ſecunda remouet contrarium, quod forma, vt hic per Bart.& reſponde melius, vt per eum. In tertia opponit contra text.& tribus modis ſoluit,tene ſecundam ſolutionem. In quarta ſimiliter remouet aliud contrarium.Secunda ibi,ſi autem poneres. Tertia ibi, dic ergo. Quarta,& vlt.eſt ibi,& ſic etiam non obſt. ¶In ea.ibi,vel ibi duplici fauore. iſta eſt vera, & extendit Bart. illam l.1.C.de fideicom.vt procedat in alijs caſibus habentibus ſimilem fauorem, vt ex cauſa dotis, vel ad viæ refectionem. Idem tenent alij excepto Salyc. propter aliqua,quibus reſpondet dom. Alex.hic,idem tenet Bart. in l.cùm de in rem verſo.in 1.col.& ibi Raph.Fulg.ff.de vſur.& Bar. in quæſtione,quæ incipit mulier habens amplum patrimonium.in pen.col. Imo.in l. ſi vero.§.de viro.in 12.col.ff ſolut. matrimo. Matheſil. in tract. extenſionum,in 5.colum. dom. Anto.de Butr.in c.peruenit.in 6.colum.de cenſib. Sic etiam extendit Ang.hic in rep.in legato facto pro redemptione captiuorum, vel alijs pijs cauſis. ¶Confirmo iſtas extenſiones duplici fundamento.Primò,quia l.ponens exceptionem, vt in d.l.1.extẽditur ex identitate rationis.text.eſt.not.in c. cùm dilecta.§.nos igitur.in verbo æquitatis ſimilitudine.de confirmatio.vti.vel inuti.& ibi ad hoc no.Pan. & not.in c.ad audientiam.in 1.not. de clericis non reſi.ad idem tex.in c.poſt tranſlationem.in verſi. quamquam, de renunciatio.quem Bald.ibi dicit eſſe valde not.ad hoc. ¶Secundò moueor, quia vbi tractatur de fauore publico.l.quantumcunque pœnalis cenſetur fauorabilis, & extenditur ex identitate rõnis. Ita not.Bar.in l.quemadmo.circa medium. C.de agri. & cenſit. lib.11.in l.2.§.exercitum.ff.de infam.Bald.in l.non ſine.ad fin.C.
b de bon. quæ libe. Pau. de Caſtr.in l.bona fides.ff.depoſi. b facit, qđ not.Bar.in l.ſi quis in graui.§.vtrum.per illum text.ff.ad Senatuſcon. Sylla.cum concor.quas. dedi in l.1.C.de ſacroſanct.
4 Eccleſ.¶† Adde,ꝙ ſicut ſufficit præſtatio triennalis ad inducendum obligationem in caſu fauorabili. dict.l.1.ĩ.de fideicom.ita ſufficit ad inducendum liberationem in caſu odioſo vſurarũ. l.aduerſus.iuncta gloſſ.2.in fin. & ibi not. Bald. C.de vſur. Item per illam.l.1.dicit gl.in c. cum Eccleſia Sutrina. in verbo trium Epiſcoporum.de cauſa poſſeſ. & proprieta.quòd qui triennio poſſedit rem,præſumitur ius habere, ſed gl.illa poterat allegare meliorem tex. ꝙ per poſſeſſionem triennalem præſumitur ius feudale.in c. 1. §. ſi verò vaſſallus.in titu. quid ſit inueſtitura.in vſib.feudo. tamen iſtæ duæ extenſiones ex. d.l.1. non videntur bonę,cùm ad hoc,vt procedat illa.l.1.requiratur duplex fauor, ſcilicet,vltimæ volunta.& alimẽtorum,ſecundum Bar.& alios hic,& ibi. Adde ſimiliter, ꝙ qui tribus annis proximis oſtendit ſe ſoluiſſe, præſumitur vſque retrò poſtea ſemper ſoluiſſe, tex. eſt no.in l.quicũque. quem Bar.ibi reputat ad hoc ſingularem. C.de apo.pub.lib.10.& illam.l.ad hoc reputat auream Bal.in c. literæ.ad fin.de dilatio.glo.in l.2.in glo.magna. & ibi Salyc.in 2. col.C.de iure emphyt.Spec.& Io. And.in tit.de loc.§.nunc aliqua.in ver.27.Ang.not.in §.ſcire autem.ad fin.in Auth.de non alien.¶Nam.l.1.C.de fideicom.limitat Ange. hic in repe.tribus modis, quos ſequitur Flor.in l. cùm de in rem verſo.ff.de vſur. ¶Primò, quando teſtamentum erat inutile, ex eo, quòd teſtator erat inhabilis ad teſtandum ex defectu iuris naturalis, vel gentiũ, quia tunc.l.reſiſtit,adeo quòd nec naturalis, nec ciuilis obligatio naſcitur.¶Secundò limitat,quando teſtamentũ erat inualidum propter imperfectionem voluntatis, & has duas limitationes ſequitur dom. Alex.hic. ¶Tertiò limitat Ange.hic in repeti.vt illa.l.1.ſingulariter reſtringatur ad legatum alimentorum factum pauperi, ſecus ſi diuiti, quia tunc ceſſat cauſa pietatis. glo. in l.illud.in verbo alia cauſa.C.de ſacroſan.Eccleſ. Iſtam limitationem reprobat domin. Alex.hic, vide per eum, miror,quòd non viderit Salyc.in d.l.1.in fin. qui ſimiliter tenet contrarium. ¶Quartò notabiliter limita, quando præſtatio triennalis eſſet facta vnoquoque anno de per ſe, tunc propriè cadit

ADDITIONES.

a ¶Vide Anch.in conſi.10.Bal.in l.ad ſolutionem.ĩ.de re iudi. & vide Mod.in c. cum Eccleſia.de cauſa poſ.col.10. PVRPV.

b ¶Adde Iaſ.in l.1.in lect.Paduana.colum.3.C.de ſacroſan.Eccle.Alex. & Iaſ.in l.ſi filius.ff.ſi cer.pet.Alex.in l.filio quem pater.col.1.de libe.& poſthu.& in l. ſi ab hoſtib.col.1.ff.ſolu. matr. PVRPV.

Source : BIU Cujas

cadit d.l.1.ſecus ſi eſſet facta ſimul pro trib.annis.ita limitat ſo-
2 lus Io.Fab.in d.l.1.in fi.referens idem tenere Iaco.hic.[a] & quia plures actus plus ligant.l.iubemus.C.ad Velleian.adde, ꝙ ſimiliter limitatur. d. l. quicunque.& d.l. cùm de in rem verſo. per Cy.& Bal.in l.2.C.de dot.promiſ.Bar.in l.eum qui.circa fi. ff.de annu.leg.Bart.in d.l.cùm de in rem verſo. ꝑ illum tex.in verbo longo.¶ Bene facit, ꝙ vult glo.no.in l. ſi conuenerit.1.ff.de pig. act.per quam decidit Bal.in c.ex literis.in vlt.colum. de conſti.
5 ſtãte † ſtatuto,ꝙ in maleficijs reus debeat ter citari,non ſufficit vna citatio pro trib.etiam peremptoriè,ſed requiruntur tres ſeparatæ,diuerſis temporibus factæ. Item per illam gl.dicit Bal.
6 in proœmio.C.in vlti.colum. † ꝙ ad hoc, vt confeſſio dicatur geminata,& operetur effectum geminatæ confeſſionis, nõ ſufficit,ꝙ eo.tempore ſit pluries reiterata :ſed requiritur, ꝙ ſit facta diuerſis temporibus.¶ Ad idem facit, quod dicimus de bino actu requiſito ad inducendam conſuetudinem:nam requiritur,ꝙ diuerſo tempore ſit factus, ſecundum dom. Anton de Butr.in c.fi.de conſue.not.in l.de quibus.ff.de leg. pro prædictis alleg.tex.meliorem de iure non ſolitũ ad hoc alleg. in l.ſi trien nio.ff.de ſtat.libe. ¶ Quintò limita.d.l.1.procedere, quando teſtamentum redditur nullum ratione ſolennitatis concernentis teſtamentum,ſecus ſi ſit nullum propter filium ignoranter prę teritum, ita limitat Angel.in d.l.1.in lect. Floren,ſed caue,quia maior videtur defectus ratione numeri teſtium,quàm propter præteritionem filij,cùm iſto ſecundo caſu aliquando legata ſu ſtineantur per Auth.ex cauſa.C.de libe.præte.vel exhæred.non ſic eſt in primo caſu. ¶ Sextò limita,quãdo teſtamentum eſſet falſum, quia voluntas falſa nõ approbatur tacitè nec expreſsè. l.Paulus.ff.de verb.ſignif.l.auia. C.de his qb. vt indig. niſi ſuper falſo fuerit tranſactum,aut iudicatum.l. Polla.C.de his quib vt indig.l.fin.C.de ffd.inſtrum.ita limitat Ang.in d.l.1.in lect.Peruſ. in prin.¶ Septimò limita, quãdo legata erãt plura, puta annua vel menſtrua.l.ſi in ſingulos. ff. de annu. lega.l. cùm in annos.ff. quando di.leg.ced.ſecus ſi legatum eſſet vnum,& ſemel cederet dies,tunc vnica ſolutio ſufficeret reſpectu futurarum præſtationum,quæ per diuerſa fiunt tempora.l.Firmio.in fi.ff.quan do di.leg.ced.ſecundum Ang.in d.l.1. in lectu. Peruſ.in vlt.col. ¶ Octauò, & vltimò limita, quando approbatio eſſet expreſsè facta,tunc illud, quod operatur pręſtatio per triennium , operatur approbatio expreſſa in vno momento. tex.eſt. ſing in l.2. C.de dotis promiſſio. quem Bal.& alij ibi ad hoc reputant ſing. & no.¶ In ea.ad fi.reſponde melius ſecundum Bar. & alios hic, ꝙ in d.l.cùm fidem.obligatio erat ſolennis, & efficax, ſed erat dubium an obſtaret exceptio, ibi deciditur, ꝙ per ſolutionem partis ſibi præiudicat, quantum ad exceptionem : hic autem ſoluebat ex pacto nudo, & ſic ex cauſa, quam conſtabat eſſe inefficacem,& ita etiam dicit Bal.in l.1.in 3.col.C.de fideicom. ¶ Capio glo fi. in verbo obligare, quam diuido in duas partes. In prima declarat tex.In ſecunda opponit,& ſe remittit. Secunda ibi, ſed contra.ff.de vſur. ¶ In ead.gl. ad fi.vera ſolutio eſt,
* quam ibi ponit glo.in l.1.C.de fideicom. *& ſequuntur communiter Doct.* hic, & in d.l.cùm de in rem verſo.ita teneas,quamuis Ang.hic,& in repe.l.ſciendum.in 6.col.ff.de verb. oblig. & in l. 1.C.de fideicõ. alios intellectus poſuerit ad d.l. cùm de in rem
* verſo.q *communiter reprobantur* per d.Ant.in c.peruenit.de cenſi.
7 Imo.in l.1.§.fi.ff.de aqua plu.arcen.& latius do. Alex.hic. ¶ †Ex
b communi ſol.& ex d.l.cùm de in rem verſo.[b] fac ꝓcluſionem, ꝙ ſi aliquis allegat titulum ſolennem , vel legitimum, puta ſtipulationis, ꝙ ex præſtatione decennali probatur titulum allegatum præceſſiſſe, adeo ꝙ eius virtute poteſt debitor in futurum compelli:pro iſta concluſione facit,ꝙ decidit tex.ſing.in l. ſi filiusfam.C.de pet.hæred.quem Bart.dicit eſſe ſing.& neſcire alibi de poſſeſſione decennali, quæ in filiofam. facit præſumi iuſſum patris,& aditionem,& ècõtra.tex.not.in l.qui in aliena. in prin.ver.ſed ſi non adierit.ff.de acquir.hæred. & per iſta duo iura conſuluit dom.Alexan.in conſi.105.in 4.volum.quod in-
8 cipit viſo, & diligenter conſiderato themate. in penult.col. † ꝙ
c ex longa patientia decennali, [c] præſumitur dominum conſenſiſſe,quòd emphyteuta alienaret ius ſuum.facit,quod not.Bal. Ang & Moder.in d.l.qui in aliena.in prin.per illum tex. quòd ſi prelatus diu fuerit in poſſeſſione prælaturæ,præſumitur, quòd rite fuerit inſtitutus,ſed hoc non puto verum, per id, quod dicam in ſecunda limitatione, & ponit Ioan. Andr. in c.illud.de
9 præſump. ¶ †Quartò facit, [d] quod ſimiliter ſi aliquis per de-
d cennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea ſoluit debitum canonem,præſumitur emphyteuta , & ſolenniter inueſtitus,& idem in eo,qui decem annis tanquam vaſſallus poſſedit caſtrum,præſumitur inueſtitus de feudo, glo.in l. 2.in glo. magna.vbi plenè dixi.C.de iure emphyt. Barto.in l.3.§.ex contrario.ff.de acquiren.poſſeſ.& in l.litibus. C.de agri.& cenſi.libr. 11.Bald.hic,& in c.cùm Eccleſia Sutrina.ad fi. de cauſa poſſeſ. & propriet.Sal.in d.l.cùm de in rem verſo.in 6.q. Ang.& Mod. in l.ptor.in prin. ff.de edend. & vide bonum tex.in c.1. qualiter
10 olim feud.pote.aliena. ¶ † Quintò facit,quod vult Archid.de conſecra.diſtin. 1.in c.nemo.Cardi.Floren.in c.requiſiſti.de teſt. quòd Eccleſia, vel capella iam decennio ædificata patiente dioœceſano, præſumitur ædificata ipſo Epiſcopo auctorante.
11 ¶ † Sextò facit, quòd ex poſſeſſione decennali præſumitur titulus diuiſionis inter fratres, qui decem annis reperiuntur diui-
* ſim poſſediſſe,glo.eſt ſing. *& ibi magis communiter approbata* in l. pen.C.communi diui.quam reputat ſing. Nicol.de Neap.in §. quædam.in 4.quæſt.extra glo.inſtit.de act. Cyn.& Bald.hic,qui rationem aſſignant.Bal.in l.1.in 3.col.C de fideic. & ſing.d.Ant.
12 in d.c.peruenit. ¶ † Septimò facit,quia ſi filius per decẽ annos habitauit ſeorſum à patre, præſumitur emancipatus, ſi hoc alleget,ſecundum Bald.in l.poſt mortem.ad fin. ff. de adop.& in
13 l.1.C.ſi aduer.rem iud. ¶ † Octauò facit, ꝙ vult Bal.ſub dubio tamen fortè in l.1.in 4.col. C.de fideicom. ꝙ qui per decẽnium ſe geſſit vt notarius, præſumitur creatus ſolenniter notarius.
14 ¶ † Nonò facit, quia ſtante ſtatuto , quòd minor , vel mulier nõ poſſit obligari ſine conſenſu propinquorũ,certè per lapſum decennij præſumitur talem ſolennitatem ſtatuti interueniſſe, ſecundum Bald.Ange.& Imo.in d.l.qui in aliena.in prin. per illum tex.& in l.ſciendum.in princip.ff.de verbo. oblig. hoc non confirmo,& contrarium tenuit idem Bald.in l.2.C. de leg.hær. Bald.& Sal.in d.l.ſi filiusfam.Ludo.in d.l.ſciendum.dom.Alex. in d.l.qui in aliena.in princip.& in conſi.17.in 4. volu. quod incip.viſo inſtrumento locationis.in 4.colum.¶ Extende d.l.cùm de in rem verſo. vt procedat etiam in Eccleſia quantum ad res temporales, ſecundum Salyc.ibi in 7.quæſt. per rationem, quia Eccleſia vtitur iure communi, niſi appareat de contrario, glo.in c.peruenit.de cenſi. facit text.in c.1. de alien.iud.mutan. cau.adde,cùm hic non tractetur de materia peccati,nec de materia ſpirituali,vt tenent Cano.in cap. fin.de ſolu. ¶ Et per hoc ego extendo,quòd illa.l.habeat locum etiam in fiſco, cùm fiſcus,& Eccleſia æquiparentur.l.fin.C.de ſacroſan.Eccleſ. Item quia nihil præſumitur ſpeciale in fiſco , niſi lex ſpecialiter dicat,glo.in l.item veniunt.§.in priuatorum.ff.de peti hæred.glo. in l.1.C.eo.¶ Tertiò extende illam.l. vt habeat etiam locum in ruſtico,& in muliere,ſecundum Bart.in d.l.litib. per illum text. cum glo.& in d.l. cùm de in rem verſo.in penult.colum. Bald. in penult.colum.domin. Anto.in d.c.peruenit. Pau.de Caſt.in conſil.299. quod incipit in cauſa ſpectabilium virorum. dom. Alex.in conſi.124.in 2.volum.quod incip.ſuper 1. quæſito.in 1. colum.quamuis contrarium teneat Cyn.hic in 5. quæſt. Spec. in titu.de reſtitu.ſpoliato.§.nunc dicendum.verſi.quid dices de reſtit. Bald.in l.ſolent.§.1.de offic.procon. & lega.& in c.1.§.2. quid ſit inueſti.Ludo.Rom.in d.l.qui in aliena.in princip.¶ Tene primam opin.ex eo,quia mulieri, & ruſtico nunquam parcitur,niſi in caſibus expreſſis in iure.l.fin.C.de iuris,& fact.igno. gloſſ.2.quæſt.4.§.vltim. Item iuris imperitia non excuſat ruſticum, niſi in caſibus à iure expreſſis, ſecundum Anto. in c. 2.in 4.colum. de condi.appo.dom. Alexan in l.ſi quis id,quod.in 2. colum.ff.de iuriſd.omn.iudic.facit, quod vult Bald.in l.2.C.de fideicom.dum Bal.ibi extendit illam.l. vt etiam locum habeat in ruſtico. ¶ Quartò pro extenſione.d.l. cùm de in rem verſo. vide,quòd per illam.l.ſing.decidit Salyc.in l. filiæ cuius.in 2.qõ. C. famil. erciſcund. quòd ſi filius mortuo patre dicat,certum fundum ſibi fuiſſe à patre donatum , eo quia per decennium viuo patre, & patiente poſſedit , de fructibus pro libito voluntatis diſponendo , quòd hoc modo probetur donatio. ¶ Iſtud vltimum non placet per duo. Primò, per id, quod ſtatim dicam in prima limitatione. Secundò , quia illa.l.non habet locum,quando allegatur titulus donationis,vt dicam.infra in vl-
15 tima limitatione. ¶ † Limita ergo d.l.cùm de in rem verſo.vt procedat in eo qui ſoluit, vel præſtitit per decennium : ſecus in patiente per decennium , aliàs confunderetur materia præſcriptio-

ADDITIONES.

a ¶ Adde eundem Iaſ.in l.pen.col.fi.j.eo.& in tract.emphyt.col. 71.vbi addo.in l.1.in fi.2.not.ff.de offi.eiuſ. PVRPV.

b Adde Abb. conſi. 75. quidam ciues. quem refert Barba.libr.1.conſ.50.illud. col.7.hanc concluſionem dupliciter reſtringit Alex.2.libr. conſi.140. etiam in minimis. in fi. PVRPV.

c ¶ Pacientia decennali.Bald.in tract. præſcriptionum.parte.3.col.5.verſi.quæro. Iaſ.in §.præiudiciales.col.pen.& fi.de act. Abb.libr.2.conſi.6. in quæſtio. Alex.lib.4.conſi.124. ſuper primo quæſito. PVRPV.

d ¶ Adde Felyn.in c.ſicut.de re iud.col.15. Alex.1.vol.conſi.79. Aret.conſil.25. Alex.lib.4.conſi.113 col.fi.Et ſublimita,vt per Bar.in l.non idcirco.ſ.de iuris, & fact.igno. Iacob.in inueſti.ver. compromiſerunt recognoſcere. colum.8. verſic.ſubſequenter. Et comprobat deciſio Neapo.in 324.in 1.dubio. Curt. Senior in conſi.25. in prin. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſcriptionum,in qua requiritur, quòd propbetur titulus,& poſſeſſio continuata per decennium, vt declarat Bar.in l.Celſus.ff. de vſuc.de quo puncto, quia eſt ardua quæſtio, vt hic latè per Bal.& per glo.& Doct.in d.l.cùm de in rem verſo.& Doct. varij ſunt,remitto me ad d.Alex.hic, qui latè examinat,& omnes refert.¶Secundò limita, quando cauſa legitima, quæ fundatur ex præſtatione decennali,fuit deducta in libello,aliàs verò non ſufficeret poſtea probari,ſecundum Salyce. hic in pen. colum. & in d. l. cùm de in rem verſo. in 1. quæſtio. vbi dicit hoc non eſſe à Doct,tactum,ſequitur do.Alex.in conſ.113. quod incipit ſuper.1. dubio videtur prima conſideratione dicendum.in 1. volum. ¶Tertiò limita, ꝙ licèt ex præſtatione decennali præſumatur tit.allegatus præceſſiſſe,tamen iſta eſt ſolùm præſumptio iuris,vnde admittitur probatio in contrarium. ſecundum Cyn.in 19.q.& Pau.de Caſt. Bald.in l.2.C.de dot.promiſſio.Io. And.in c.fi.de cauſa poſ.& propriet. dom.Anton.in d.c.peruenit.dom. Alex.in d.conſi.113. & eſt de mente Archi.18. quæſt. 2.in c.ſeruitium.¶Quartò limita ſecundum Bal.hic, ꝙ ex præſtatione decennali præſumitur cauſa, eſt verũ ſi expreſsè allegetur per partem,aliàs ſecus.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.ijdẽ Pollioni.ff.de adult.facit,qđ vult Bar.in l.cùm quid.in vlt col.ff. ſi cer.pet. Secundò facit,qđ vult Bar. in l.rem alienam.in 2.col. ff.de pign.act.Tertiò facit, qđ vult Bal.in c.ſi quis per triginta.in 3.colum.ſi de feud.defunct.conten.ſic inter dom.& agna.quicquid teneat dom.Anto.in c.peruenit.de emp.& vend.¶Quintò limita, vbi tractatur de præiudicio tertij, tunc requiruntur. 30.ann.ita videtur tex.ſingularis cum glo. in d.c. peruenit.& ibi Cano.maximè Imo.in 6.colum. ſequitur dom. Alex.in conſi. 1.in 4.volu. quod incipit ponderatis his, de quibus in themate fit mentio.in 8.colum.& in conſi.17. in 4. volum. quod incipit viſo inſtrumento locationis. in 3. col. ſed hoc reprobat idem dom.Alex. ſibi contrarius in d.l.qui in aliena. in princi.in 4.col. per illum tex.¶Sextò limita, vbi agitur ad obligandũ aliquem ad ſeruitium.perſonale,puta ad ius vaſallagij, vel ſubiectionis, tunc requiruntur.30.anni,ſecundum Bart.poſt Antiquos in d.l. litibus.& in d.l.ſolent.§.1.& in d.l. cùm de in rem verſo.circa fi. Cyn.& Bald.hic in vlt.colum. dom.Anto.in d.c.peruenit. ¶Septimò limita ſpecialius,puta,in beneficijs eccleſiaſticis, ſecundum Bal.in c. ex parte Adæ.in 1.col.de reſtit.ſpoliat.& in c.contingit.in 13.colum.de dolo, & contu.vbi dicit, ꝙ illa.l.non habet locũ in titu.eccleſiaſticis,vide j̃.in pen.limitatione. ¶Octauò limita , quando omnes ſolutiones fuerunt ſeparatæ, non ſi vna pro decem annis,ſecundum Cyn. hic in 6. quæſt. dixi.s̃.in tex.¶Nonò limita,quòd licèt,qui ſoluit tribus annis,præſumatur retrò ſoluiſſe,vt dixi ſupra in tex.tamen ad probandum ſolutionem decennalem,per d.l.cùm de in rem verſo. non ſufficit probare ſolutionem trium vltimorum annorum , ſecundum dom.Anto.in c.literæ.de dilatio.¶Decimò limita, quando quis præſtitiſſet tanto tempore, cuius initij memoria non eſſet in contrarium,tunc abſque allegatione alicuius tituli prę-ſumitur obligatus ad ſoluendum in perpetuum, ſecundum Cyn.hic in pen.q.Ang.& Pau.de Caſt.hic. Barto.in d.l.cùm de in rem verſo.in 2.colum.Bald.in l.2.C.de fideicom. Ioan.And. & alij in d.c.peruenit. facit glo. 18. quæſt.vtim.in c. ſeruitium. ¶Vndecimò limita,quando ille,qui poſſedit. decem annis,haberet præſumptionem iuris contra ſe, vt in laico , qui percipit decimas longo tempore de re Eccleſiæ, nam niſi probet habuiſſe in feudum ab Eccleſia , non poteſt niti ex ſola poſſeſſione,ſecundum dom.Anto.in c.cùm apoſtolica.de his,quæ fiunt à præla.ſine conſen.cap.Cyn.in penult.quæſt.facit,quod ſtatim ſequitur.¶Duodecimò limita,quando quis prætendit titulum donationis, quia eum non probat ex præſtatione decennali, per d.l.cùm de in rem verſo. cùm habeat præſumptionem iuris in contrarium,quod nemo præſumitur donare, & ſic iactare ſuum.l.cùm de indebito.§ fin. ff. de proba. ita limitat notabiliter Bald.in l.fin. C. ne de ſtat. defun.per glo.in l.ſolent.§.fin. ff.de offic. procõ. & leg.aliquid Salyc.hic.facit,quod vult Bar.
a in d.l.cùm de in rem verſo. ante fin. a ¶ Extra glo.adde breuiter inquantum Bald.in 3.colum.not. quòd ſi emphyteuta perdidit inſtrumenta emphyteutica, quòd qualis apparet ſolutio, tales præſumuntur præceſſiſſe contractus , quod eſt multum not ſecundum eum . tu potes limitare ſecundum eundem Bald.in l.non idcirco. C. de iuris,& fact.igno. Item dum idem Bald.hic ſubdit,quòd confitens rem eſſe cenſualem,ſtatim ſibi plenè præiudicat in iure cenſus. adde text. in l. cenſualis. & ibi Bal.ad hoc no.C.de don. Ias. Paduæ.

ADDITIO.

a ¶Decimotertio limita in emphyteuta Eccleſiæ, ſecundum Bald.in c. fin.de feu.dato in uicem.l. cõmiſſo.in 2. quæſtio.Decimoquartò limita, quando ex certa ſcientia ſolutum eſt, Alex. conſi.113. Decimoquintò limita, quando ageretur de magno præiudicio. Ang. quem refert Bapt.de S.Blaſ.tract.actio. in actio.publicia.col.7. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt quis renunciare priuilegio fori.*
2 *Qui confitetur ſe non vſurum priuilegio fori,intelligitur facere pactum de non vtendo tali priuilegio.*
3 *Militia non eſt dignitas.*
4 *Doctor de iure debet præcedere militem.*
5 *Non eſt licitum contrahentem ſecum decipere.*
6 *Dictio omnimodo,idem importat,quod ipſo iure.*
7 *Quilibet poteſt renunciare iuri ſuo,& fauori ſuo.*
8 *An quis poſſit renunciare beneficio. l.ſi vnquam. C. de reuocand. donationib.*
9 *Exceptio,quæ non poteſt opponi coram ordinario, vel coram delegato, non poteſt etiam opponi coram arbitro.*
10 *Iudex,qui abſoluit ab obſeruatione iudicij,licèt per hoc nõ ſit peremptæ actio,vel ius partis,tamen facit litem ſuam.*
11 *Quando alternatiua ponitur inter genus, & ſpeciem, illa alternatiua non ſtat propriè, ſed reſoluitur in expoſitiuam.*
12 *Partes non poſſunt renunciare legi , quæ aliquid pro forma inducit.*
13 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
14 *Regula noſtri tex. eſt vera quatuor concurrentibus.*
15 *Stante ſtatuto,quòd notarij priorum nihil ſalarij poſſint capere pro ſcripturis,quas faciunt, etiam ſi aliqua pars vltrò offerat, & velit donare,& renunciare ſtatuto, non poteſt.*
16 *Iuramento prohibitiuo renunciari non poteſt.*
17 *Vbicunque in aliquo actu apponitur à ſuperiore clauſula annullatiua actus,non poteſt conſenſus partium ei renunciare.*
18 *In criminalib.non poteſt quis renunciare defenſionib.*
19 *Quando renuncians fuit certioratus de præiudicio ſuo , poteſt bene renunciare, aliàs ſecus.*
20 *Quis poteſt renunciare nullitati, ſeu iuri dicendi nullum.*
21 *Compromiſſum nedum poteſt fieri de cauſa principali , ſed de quolibet incidenti.*
22 *Stante ſtatuto,quod quælibet cauſa commitatur conſilio ſapientis, ſi articulus iuris ſit certus, non debet committi.*
23 *Idem verbum geminatum non plus operatur, quàm ſimplex.*
24 *Geminatio mandati procuratoris nil operatur.*
25 *In actibus hominum ad hoc , vt dicatur geminata confeſſio , vel interpellatio, vel ſolutio , bene requiritur interuallum , ſed in geminatione verborum non requiritur interuallum.*

LEX XXIX.

SI quis in conſcribendo.

Quamuis Barto. Salyc.& Fulgo. diuidant iſtam.l in quatuor. tamen, quia eorum diuiſio eſt defectiua , tu diuide in ſex partes. In prima ponitur thema. In ſecunda dubitatio Antiquorum . In tertia deciſio. In quarta aſſignatur duplex ratio decidendi . In quinta extenditur ad omnes iudices ordinarios,delegatos, & etiam arbitros. In ſexta,& vltima puniuntur iudices contrafacientes . Secunda ibi , licèt antea dubitabatur . Tertia ibi, ſancimus. Quarta ibi , ſi enim.
1 Quinta ibi, omnes itaque iudices. Sexta ibi , ſcituros.¶ † Hoc dicit. Poteſt quis renunciare priuilegio fori, ſicut omni alij iuri in eius fauorem inducto,& quilibet iudex, vel arbiter admittens exceptionem declinatoriam fori , non admittendam , co quia pars renunciauerat, facit litem ſuam. hoc dicit, & iſta.l.eſt not.ad multa, vt ſtatim videbitis. ¶In primis pondera text.ibi, *ſi quis in conſcribendo.* qui videtur probare , quòd ad hoc , vt habeat locum iſta.l. reqniritur renunciatio in ſcriptis facta in inſtrumento , & ſic innuit , quòd ſi eſſet facta viua voce in præſentia teſtium , quòd non ſufficeret: tamen glo. & Docto. dicunt, quòd adhuc idem eſſet , quia tantum valet pactum ſine ſcriptura,quantum cum ſcriptura.l. pactum , quod bona fide. ſupra eodem. ¶ Secundò pondera tex. ibi , *ſeſe* , quòd illa geminatio non plus operatur, quàm ſimplex verbum . de quo
2 dixi infra in vltima colum.vbi vide. ¶ † Tertiò not.ex text.ibi, *confeſſus fuerit* , quòd qui confitetur ſe non vſurum priuilegio fori , intelligitur facere pactum de non vtendo tali priuilegio, quia confeſſio facta præſente parte habet vim pacti. L tale pactum.in princip.ff.eodem.ſecundum Salycet. & Modern. hic, Bald. in l.ſi quis in conſcribendo. ſupra de Epiſcopis , & cleri. ¶Adde,quod vult gloſſ. ſingul. & admiranda in l.1.& ibi Bart. & alij. ff. ſi quis in ius voca. non ier. quòd iſta renunciatio priuilegij fori operatur mirabilem effectum , quod in contractibus habeat locum remiſſio,hoc eſt , quòd ſi iſte , qui contraxit in iſta

Source : BIU Cujas

in iſta ciuitate, reperiretur hic, poſſet hic cõueniri, pone, quòd ſit alibi, ex eo, quod renunciauit priuilegio fori, debet remitti ad iſtum locum, & ita limitatur tex. in cap. Romana. §. contrahentes. de for. compe. in 6. gloſ. & Docto. in l. hæres abſens. in princip. ff. de iud. an tamen illa gloſ. verum dicat, ibi poſui. Tu pondera aliter iſtum text. in d. verſ. confeſſus. & conſidera an poſſet dari alius nouus intellectus ad iſtũ text. iungendo doctr. Bald. in l. ſi pater. C. ne de ſtat. defun. vbi dicit ſingulariter Bald. quòd ſi prorogatio iuriſdi. fit per confeſſionem, tunc non habet locum pœnitentia. argum. l. ſi hominem. §. fi. ff. depo. & ſequitur Alexan. in l. ſi conuenerit. in 6. fal. ff. de iud. omn. iud. in verſ. ſed æquè, quia licet text. iſte dicat confeſſus, tamen non ſe fundat in confeſſione, ſed in ratione, quod quilibet poteſt re
3 nunciare fauori ſuo. ¶†† Quartò pondera text. ibi, *militiæ, vel di-*
a *gnitatis*. hic probari, quòd militia non eſt dignitas, [a] propter alternatiuam, quæ cadit inter diuerſa, vt per gloſ. in rubr. ff. ſi ag. vectig. vel emphy. peta. ſimile habes in rub. C. qui mil. poſſ. libr. 12. & dicit, quòd ſerui, vel liberti non poſſunt aſpirare ad dignitatem, vel militiam, & text. in l. maior. de digni. libr. 12. & text. melior de iure in l. fin. in verſ. non militia, ſed dignitas. C. qui mili. poſſ. lib. 12. & quòd militia non ſit dignitas, eſt gloſ. in l. 1. C. de equeſt. dignit. lib. 12. Bartol. in l. ex eo. ff. de teſt. milit. & in repet. l. 1. C. de digni. libr. 12. in 10. colum. in verſ. 4. infertur ex prædictis, vbi plenius dicit, quod militia nedum non eſt dignitas, ſed nec nobilitas. ¶† Hinc ſume argum. quòd Doctor de
4 b iure [b] debet præcedere militem, cùm Doctoratus ſit digni-
c tas. [c] cap. quanto. de magiſt. Bart. in proœ. C. ad fin. princ. & in l. fin. C. de iudæ. & in l. omnes. in fin. C. de de decur. libr. 10. & in l. ex eo. ff de teſt. mil. & in l. generaliter. in fin. ff. de decur. & not. Pan. in cap. propoſuiſti. ad fin. de prob. & quod de iure Doctor debeat præcedere militem, cũ propria virtute fulgeat. l. ſi quid bello. in prin. cum gl. not. ff. de capitu. determinat Bal. in prooemio fforum. in vlt. colum. niſi eſſent Doctorelli, qui propriè vocantur Doct. pedanei, quia parum meruerunt, & dicit idem Bald. quòd Bononien. faciunt Doctores egregios præcedere quoſcunque milites. idem tenet Bald. in l. quòd conſtitutum. per illum text. in fin. ff. de teſta. mil. de quo vide latè do. Alex. in l. centurio. in 2. colum. & duab. ſeq. ff. de vulg. & pupil. ¶ Illud, quod dixi, quod militia non eſt dignitas, limita trib. modis. ¶ Primò in militibus vrbis Romæ, qui propriè equites dicuntur non ab equitatu, ſed ab ęquitate, quia eorum officium erat æquitatem, & ius tueri, præcipuè orphanorum, & viduarum, & ſimilium perſonarum, vt l. 1. C. de equeſt. dig. libr. 12. Bartol. in repet. dictę. l. 1. in 20. colum. in vetſic. 4. infertur ex prædictis. ¶ Secundò fallit in magiſtro militum, quem vernacula lingua conductorem armorum appellamus, tex. eſt ſing. in l. per orientem. C. de offic. ma. mili. ¶ Tertio fallit niſi militia iungatur alij dignitati: puta, ſi Doctor efficiatur miles: nam tunc militia eſt dignitas, & dicitur habere duplicem dignitatem, ita ſing. limitat Alb. de Roſi. in l. milites. C. loca. refert, & ſequitur do. Mart. Laud. in tractatu de princ. in rubr. de mil. concluſione. 14. ideo præcederet alium, qui non haberet niſi vnam dignitatem, ſicut determinat in eo, qui eſt miles, & comes, Bal.
5 in l. ſed & milites. in princ. ff. de exc. tut. ¶†† Quattò not. ex text. ibi, *& contrahentes decipere*, quòd non eſt licitum decipere contrahentem ſecum. concordat text. in l. ſed & ſi pupillus. §. ſed ſi aliàs. ff. de inſtit. actio. & in l. 1. §. magiſtrum. el. 2. de exercitor. in contrarium facit, quia imò licitum eſt contrahentib. inter ſe decipere, ita dicit text. in l. item ſi pretio. §. quemadmodum. ff. loca. & in l. in cauſæ. §. idem Pomponius. ff. de mino. Bald. in rubr. C. de contrahen. emp. in 12. quæſt. & iſtud procedit etiam de iure cano. dummodo deceptio non ſit vltra dimidiam iuſti pretij. cap. pen. de emp. & vend. Reſponde, quicquid dicat gl. hic in verſ. decipere. cum qua alij tranſeunt, quòd à prin. quando contractus eſt in fieri, licitum eſt tunc decipere, vt in pretio, vel in valore rei, ita loquuntur contraria: ſed poſtquam contractus eſt perfectus, non eſt licitum decipere in non obſeruando contractum, ita propriè loquitur text. hic. ¶ Adde tamen, quamuis licitum ſit contrahentib. inter ſe decipere in foro ciuili, & cano, vt dixi, tamen iſtud non conuenit bono viro. gloſ. eſt notabilis in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur. quam reputat ſingularem Bald. in cap. ſi proponente. de reſcrip. & in cap. quanto. in 3. colum. de iureiu r. Bald. in Auth. ad hæc. in pen. colum. C. de vſur. Et per hoc infert pulchrè Bald. in cap. cùm cauſam. ſecundò. de teſtib. ꝙ conſcientia idem eſt, quod bonus vir, ſi non licet bono viro, non etiam licet in foro conſcientiæ, & ideo ſubdit, quo ergo ibit anima mercatorum? & idem, quòd in foro conſcientiæ non ſit licitum contrahentib. ſe decipere, tenet dom. Ant. in d. cap. pen. & in cap. quia plerique. vbi etiam Pan. de immuni. eccleſiarum. latè Sal. in Auth. ad hęc. in 21. quæſt. C. de vſur. Item adde, quòd per illam gloſ. in dicta. l. ſemper in ſtipulationib. refert Ioann. de Ana. in cap. in ciuitate. de vſur. ꝙ retractauit quemdam ℈ctum factum cum Epiſcopo, ꝙ fecit poſitionem deceptoriam Epiſcopo, ꝙ erat bonus vir, & Epiſcopus rñdit, ꝙ ſic, ergo ſumus in caſu. d. gl. l. ſemper in ſtipulationib. ſed tu caue, ꝙ Epiſcopus non tenebatur rñdere huic poſitioni, per id, ꝙ not. Bart. in l. qui iuraſſe. §. ſi
6 pater. vbi dixi. ff. de iureiur. ¶†† Sextò pondera text. ibi, *omnimodo obſeruanda ſunt*, ꝙ quãuis. l. vtatur dictione omnimodo, quæ eſt præciſa. l. omnimodo. de inof. teſt. & glo. in d. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. ꝙ met. cau. alibi importat idem, ꝙ ipſo iure. gloſ. eſt ſingularis in l. 1. §. ſi pecunia in ſacculo. ff. depoſi. quã Lud. in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. reputat ſingularem, & dictio omnimodo, denotat ibi eſſe executionem paratam. ita inquit Bart. in l. 1. in vlt. colu. ff. iud. ſol. non tñ per hoc vult dicere text. ꝙ pacta producant actionem, & hunc text. valde not. ad capitulum primum. extra eo. quia licèt text. ibi dicat, ꝙ pacta ſeruentur, non per hoc ſequitur, ergo actionem producunt, quia fortius text. hic per dictionem præciſam dicit pacta conuenta omnimodo obſeruanda ſunt, & per hoc tamen non ſequitur, quòd actionem producant, ratio quia licèt verbum omnimodo, præciſæ ſit ſignificationis, vt dixi, tamen recipit determinationem congruam illi conuenientem. ſic inquit Bald. in l. ſuper reb. in 1. colu. C. de contrahen. emp. per text. in l. ſtipulatus ſum damam. & ibi Barto idem not. ff. de verbo obliga. Bald. in cap. 2. ad fin. de reſcrip. & in l. filiuſf. §. fin. ff. de procu. Et ideo per text. in dicta. l. ſtipulatus ſum damam. decidit egregiè Bald. in l. omnes populi. in 17. col. ff. de iuſti. iur. quod licèt ſtatuto ciuitatis caueatur, quòd ſtatuta præcisè intell gantur, prout iacent, tamen recipiunt interpretationem congruam, & laudabilem. ¶ Septimò not. in verſ. cum alia. regulam vulgatam, ad
8 penul. colum. ¶ † Nam ille, cui ceduntur vtiles actiones, poteſt etiam exercere, & intentare directas nomine cedentis. l. qui ſtipendia. C. de procu. ſed directæ actiones habent priuilegia multa, quæ non competunt vtilibus. Item multæ exceptiones poſſunt competere contra vtiles actiones, quæ non competunt contra directas. glo. eſt. in l. emptor. & ibi Bal. C. de her. vel act. vend. glo. & Barto. in l. 1. & 2. C. de act. & obl. glo. in l. quoties, in princip. & ibi Barto. ff. de adminiſt. tuto. iſta ergo beneficia, quando competunt pluribus tutoribus, vel curatoribus, vel quando competunt vni ſolùm ex eis, operātur, ℘ in effectu qlibet tutorum non poſſit conueniri, niſi pro ſua tertia parte, & ſic pro virili. ¶ Tu autem vt clarè, & ſine inuolucro habeas veritatem præſentis materiæ, quicquid dicat glo. & latius Bar. & Doct. teneas pro conſtanti, ℘ in omnibus caſibus poſitis per glo. & Docto. iſte tertius tutor non conuenitur, niſi pro tertia parte, & ſic pro ſua virili, & nunquam inſolidum, ſic intellige
c planè text. & ℘ ita ſit, ℘ nunquam[c] conueniatur niſi pro ſua parte, conſidera omnes caſus glo. & Docto. diſcurrendo particulariter vnumquemque caſum: nam quando diuiſio adminiſtrationis fuit facta à teſtatore, vel à iudice, res eſt clara, & omnes fatentur: quando autem nulla diuiſio eſt facta, vel eſt facta ab ipſis tutoribus tantum, quo caſu nihil releuat, & non agitur ob dolum tutorum, tunc etiam res eſt clara, nā ſi omnes ſunt ſoluendo, habet locum beneficium diuiſionis, & ſic ſumma totius damni diuiditur inter eos æqualiter pro rata, ſi omnes non ſunt ſoluendo, ſed vnus tantum, ſaltem competit beneficium ceſſionis, ergo ſi pupillus liberauit contutores non poteſt cedere actionem contra eos, ergo iſte, qui eſt ſoluendo, in effectu non conuenietur niſi pro ſua tertia parte; aut iſti plures tutores doloſè verſati ſunt, & tunc cùm glo. velit ℘ non obſtante dolo habeant beneficium diuiſionis, ergo quilibet non tenetur niſi pro rata, & ſic vides, ℘ in iſta l. iſte tertius nunquam conuenitur niſi pro ſua parte, & ſic nunquam tenetur inſolidum
9 in effectu. ¶ † Fallit in duobus caſibus: primus, quando tutores doloſè verſati ſunt, & non ſunt omnes ſoluendo, ſed vnus tantum, ille tenetur in totum, nam hic non cadit beneficium diuiſionis, cùm non ſunt ſoluēdo, nec ceſſionis actionis, quia iſtud beneficium non datur doloſis, vt hic in glo. ¶ Alius caſus eſt, quando tutor conuenitur ex dolo proprio, & non ex communi, tunc tenetur in totum, vt hic declarat Barto. in 2. colum. ¶ Tertia fallen. ponetur. ſ. dum faciam differentiam, an dolus ſit commiſſus adminiſtrando, & ſic faciendo, an verò negligēdo adminiſtrare, & ita habes in paucis veritatem. ¶ Secundò proprius ad glo. præmitte, ℘ glo. vtitur improprijs vocabulis, nam dum text. vtitur vno modo loquendi, glo. vtitur alio, & iſta diuerſitas parit obſcuritatem, nam dicit text. ℘ tranſactio facta cum duobus, non eſt auxilio, & ſic non prodeſt cæteris, glo. verò quærit nunquid præiudicet, ſed debes intelligere, an præiudicet. ſcilicet pupillo, vel adulto, & erit idem in effectu. ¶ Item gl. in duob. locis dicit de electo, intellige electum, ideſt illum, cum quo facta eſt tranſactio, vel pactio, & ſic glo. intelligit de electione pacti, vel tranſactionis. item dum glo. dicit, ℘ in tertio, & quarto caſu eſt idem ius, non intelligas, prout in caſu ſuperiori, ſed vult dicere glo. ℘ illud ius, ℘ eſt in tertio caſu, illud idem eſt in quarto. ¶ His ita præmiſſis ad declarationem huius tertiæ partis glo. nunc videndum eſt de duobus principaliter, quæ ponuntur in glo. primum eſt, an inter plures tutores doloſè adminiſtrantes, non obſtante dolo competat beneficiū
d diuiſionis, [d] ſi omnes ſunt ſoluendo. gl. ſequuta Hugoli. tenet, ℘ ſic, licèt non habeat locum beneficium ceſſionis, rationem diuerſitatis aſſignant. Barto. in l. ſi plures. 2. ff. de adminiſtr. tuto.

Bal.

ADDITIONES.

a ¶ Diſpenſationes. Adde Anto. de But. in c. cùm in cunctis. in §. cum verò, de elect. Card. Zab. in c. quia circa. de conſan. & affi.

b ¶ Dec. in c. translato. de conſti. Abb. generaliter lib. 1, conſi. 72. in negocio. in 1. dub. PVRPV.

c Quod nunquam. Decius conſ. 61. col. fi. Abb. c. vt nō noceat. de transla. Epi. Abb. lib. 1. conſ. 72. ver. negans. 1. dub. PVRPV.

d ¶ Vide Are. conſi. 99. 2. dubio. PVRPV.

Source : BIU Cujas

Bald.& Sal.& Moder.¶Contra iſtam conclu.approbatam per
* Bart. & *magis communiter alios*, ſtringit text. per quem tene oppoſitum,in l.magiſtratus.ff.de magiſtra. conue. & ita tenet gl. in l.2.§.fi.ff.de cura.bon. dan. & dicit Pau.de Caſt. hic,ꝙ illa.l. non allegatur per aliquem,& ꝙ per illum text. fortè verior eſt oppoſitio Azo.tu dic,ꝙ ante eum allegat Sal.hic, & relinquit cogitandum.Cyn.& Rayn.Bald.& Albe.& Rapha.Cum.in d.l. magiſtratus.dicunt,ꝙ ibi eſt text.pro Azo. & Rapha.Cuma in d.l.ſi plures,nec eſt vera ſolu.d.Alex hic,ꝙ ille text. loquitur in magiſtratibus,& non in tutoribus, quia iſta ſolu. confunditur per text.æquiparantem magiſtratus,& tutores in l.fi.in fi.eo.ti. de magiſtra.conue.Non etiam placet alia ſolu.Ray. in d.l.magiſtratus,quam ſequitur Raph.Cuma.in d.l. ſi plures, & refert Sal.hic in vlt.col.licèt non ſequatur,ꝙ tex.ille , qui dicit magiſtratum doloſum poſſe conueniri inſolidum,intelligatur mero iure,ſed ex æquitate,ſi opponatur beneficium diuiſionis,ſecus ſit.iſta ſolu.eſt contra illum tex.in 2.parte,vbi quando magiſtratus non fuit in dolo ſed culpa,bene ex æquitate permittitur diuiſio.Et tenen.opin.Azo.reſponde ad d.l.ſi plures, ꝙ loquatur,quando dolus fuit in omittendo, ſecus ſi in adminiſtrãdo, ſm gl.in d.§.nunc tractemus,& ſequitur do. Alex. hic. Tu pondera tex.ad hoc in d.§.ſi plures.in prin.in ver.non adminiſtrauerint.Secundò videndum eſt circa hanc glo. ibi, his ergo caſibus vno electo , nam glo. vult vnum, in quo ſibimet con-
10 trariatur,& ſeipſam confundit,licèt Doct.non aduertant,† nã vult glõ.ꝙ ſi plures tutores doloſè adminiſtrauerint, & pupillus cum vno tranſegerit,vel pactus ſit,ꝙ iſta tranſactio in nihilo præiudicat pupillo,nec minori, niſi in acceptis, quia alium inſolidum poteſt conuenire.cum glo.tenent Cy. & Sal.hic.certè glo.ſeipſam confundit,nam primò vult,ꝙ inter doloſos adminiſtratores competat beneficiũ diuiſionis,ſi ita eſt, quomodo quilibet tenebitur inſolidum , vt gloſſ. ſubiungit , imò pro rata tantum. Cyn. in vlt. colum. mirabiliter reſpondet,& cum eo tenet Pau.de Caſt.hic,ꝙ arg.procederet, quando beneficiũ diuiſionis ſimul competeret cum beneficio ceſſionis, ꝙ non eſt hic,ſed nihil eſt dicere , quia ſic beneficium diuiſionis eſſet fruſtra.contra dict. l. ſi plures. propterea tene cum Barto. in 2. colum.ꝙ quando ſunt plures tutores , qui doloſè adminiſtrauerunt,& omnes ſunt ſoluendo,ſi pupillus tranſigat cum vno, ſibi præiudicat quo ad partem illius, nã ex quo hic datur beneficium diuiſionis , ergo alius omnino non poteſt in effectu conueniri niſi pro ſua rata.iſta eſt veritas,quamuis Raph.Fulg. in penul.col.ſuper hoc paſſu dubitet,& relinquat cogitandum.
11 ¶† Circa prædicta moueo nouam , & vtilem quæſtionem , quã non inuenies in ſpecie tactam, an ſi tutor vel curator primò negauerit ſe tutorem,& ſit conuictus de mendacio, an ꝓpter tale mendacium perdat beneficia competentia tutoribus vel curatoribus,quę s.retuli;videretur,ꝙ ſic per multa ſimilia;
a nam qui negat [a] ſe fideiuſſorem,ſi conuincatur de mendacio, perdit beneficium ceſſionis, & excuſſionis.l. ſi dubitetur. §.ita demum, & ibi Barto. ff.de fideiuſſo. Bald. in Auth. contra qui propriam,in 3.col.C.de non num. pec.idem in ſocio.l.ſi vnus. §.fi.ff.pro ſoc.l.ſed hoc ita.in fi.ff.de re iud.Idem in hærede,qui negat rem eſſe hæreditariã, nam ſi conuincatur de mendacio, perdit beneficium Falcidiæ.l.hęreditatum.§.fin. ff. ad l. Falcid. Idem in marito,ſecundum Barto.in l.etiam. §.1.ſolu.matrim, & idem in multis ſimilibus enumeratis per glo. in l. nemo ex
b his.[b] ff.de regul.iur.& per glo.in c.nullus pluribus.de regu. iur. in 6.¶ Ego in contingentia facti conſului contrarium,& multi
12 Docto.ſe ſubſcripſerunt,& ita fuit iudicatum. motus, † quia
c pœna priuationis alicuius beneficij [c] non habet locum , niſi l. expreſsè dicat.§. cùm igitur. in Auth. de non eligen. ſecundo nuben.per quem tex.ita not.dicit Bal. in Auth. ex teſtamento, in penul.colum.C.de ſecun.nnp.dom.Alex.in d.l. etiam. §.1.in 4.col.licèt ergo reperiantur multi caſus,in quibus,ſi negans conuincatur de mendacio,perdat beneficia tradita à l.tamen iſtud non reperitur expreſſum in iure in tutoribus, vel curatoribus, igitur,& c.Facit,ꝙ vult gl.not.in c.fi.de iure patro. quam Doc.
d ibi not.& præcipuè Panor.qui ad hoc reputat ſing.ꝙ ad hoc [d] vt habeat locum pœna priuationis alicuius iuris,puta præſentandi,vel eligendi,requiritur, ꝙ expreſsè cautum ſit.¶ Tertiò facit,ꝙ vult gl.no.in c.apoſtolus.81.diſtin.ꝙ niſi lex ſpecialiter exprimat debere imponi pœnam depoſitionis, non debet vn-
13 quam quis deponi.¶ Ad idem & quartò facit , † ꝙ pro omni contrafactione vaſſallus quamuis veniat contra iuramentum fidelitatis,tamen non perdit feudum,quod eſt beneficium,niſi in caſibus,in quibus iura hoc exprimunt, vt probatur in c.1. §.illud. quæ fuit prima cauſa beneſi. amit. expſsè firmat And. de Iſern.in c.1.qual.iur. debe.vaſal.fideli.dom Alexan.in conſi. 103.ꝙ incip. videtur prima conſiderationem dicendum.in 12. col.in 1. volum. ¶Ego nunc fortiter dubito, primò per text.in cap. 1. §.porrò.in ver.prædictis, & ver. ſed quia nam. quæ fuit pri.cauſa benefi. amit. in vſib. feud. vbi propriè tex.in materia priuationis feudi,& ſic beneficij expreſsè dicit, ꝙ debet procedi de ſimilibus ad ſimilia.Bal.in d.§.porrò.in 3. colum.dicit ibi eſſe tex.meliorem de iure, ꝙ in pœnalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia.Idem tenet Sal.in l.2.in 19. colum. C. de noxa. dom.Alex.in Auth.non licèt.C.de lib.pręte.¶ Secundò facit gl. ſing.in l.fi.C.de reuoc.dona.in verbo voluerit, quam ſequitur Cyn.& Sal.quæ gl.vult iuncto text. ꝙ etiam ſi lex pœnalis vtatur dictione taxatiua,adhuc tamen fit extenſio, licèt poſſet di-
14 ci , ꝙ ibi illa extenſio fit per aliam l.¶† Tertiò moueor,quan-
e do l.copulatiuè [e] eſt pœnalis, & correctoria , tunc non poteſt fieri extenſio.gl.eſt in clem. vt hi qui.in verbo in eiſdem.de ęta te,& qualitate.dom.Anto.de But.in c.fin.in 1. & 12.fal.de conſuetudine.Gem.in c.1.in 1.fal.de tempo.ord.in 6. Ludo.Rom. vbi reputat illam glo.ſing.in conſi.129.incip.licèt magna apud me fuerit dubitatio ſemper.dom.Alex.in l.ſi conſtante. in prin. in 6.colum.ff.ſolu.matrimo.ergo ſecus eſſe debet, quando lex
15 eſt ſolùm pœnalis. ¶† Quartò moueor , quia pœna negantis nunquam habet locum niſi propter dolum. c.vaſallus, 1.& ibi Bald.ſi de feud.defunct.controu.ſit inter do.& agna.gl. in l.fi.& ibi Ang.ff.de rei vend.ſed dolus dicitur delictum, glo. in l. 1.in prin.& ibi Barto.no.ff.de fideiuſſo.tuto.ſed ego allego tex. meliorem de iure in l. 1.§.nunc tractemus,in verſi. planè. ff. de tutel.& ratio.diſtin.hic ergo agitur de delicto puniendo,ergo de materia fauorabili,ergo debet extendi, quia regula eſt , ꝙ licèt l. ſit pœnalis,tamen ſi tendit ad puniendum delicta,cenſetur fauorabilis,& debet extendi,ita Bar.in l.quemadmodum , circa medium.C.de agri.& cenſi lib.11.l.2.§.exercitum. poſt glo.ibi. ff.de infami.Bald.in l.non ſine.C.de bon.quæ lib. Paul. de Caſt.
16 in l.bona fides.ff.depoſi.cogita.¶† Item in hac materia,in qua dictum eſt,qualiter tutores,vel curatores teneantur,not.perpetuò ad excuſationem tutorum , vt ſint cauti , quando facient aliquem actum,ꝙ faciant cum conſenſu matris pupilli, & attinentium,tunc licèt malè ſuccedat pupillo,ipſi non tenebuntur.glo.eſt not.in l.2.in glo.magna.in verbo pupillo, circa medium.C.de his,quibus,vt indig.& illam glo.Paul. de Caſt.ibi in vlt.col.ad hoc no.& reputat valdè ſing.& perpetuò tenendam menti:& ex illa glo.no.ibi Bald.in 3.opp.ꝙ ratione conſilij conjunctorum præſumitur à tutore abeſſe dolus , & culpa, ꝙ eſt not.dignum ſm eum:facit,ꝙ per illam glo. vult Bald.in rubr. C.de pœna.iudi.qui malè iudi.& Sal.in l.fi.eo.tit. ¶Sum in vltima parte glo.ibi,item not.ꝙ ſi vnus reproba rationem gl.per duo fundamenta Bar.& aliorum hic, & tene rationem diuerſitatis aſſignatam per glo.in l.ex facto.§.fi. ff.de nego.geſt. vt hic per Barto. Iaſ.Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Qui negat. vide Iaſ.in l.ꝙ te.colũ.12.ff.ſi cert.pet. PVRPV.
b Ex his,vbi videas Dec.col.1.poſt medium.
c ¶Vide Alex.in l.nempe.col.4.de leg.2.Iaſ.in l.illam.col.3. ff.de collat. Dec.in l.nemo ex his.ff.de reg.iur. PVRPV.
d ¶Quòd ad hoc. Adde Barb. in c. ex parte.el 1.de reſcrip. in 1. colum. conſi. 36.in 2.volum.
* ¶Et eandem concl.ꝙ pœna priuationis nunquam locum habet,niſi in caſibus à iure expreſſis,comprobat Rol.conſi.27.num.14,lib.1.per tex.in Auth. de non elig.ſecun.nub.§.cùm igitur,ver.optimum,& conſi.89.nu.22.lib.2. poſt Alex.conſ.103,nu.15.lib.1.Dec.conſ.90.colum.2.138.poſt num.5.581, colum. 4. & vide eundem Iaſ. in l. quod te.nume. 30. ff. ſi certum petatur. MASVER.
e ¶Copulatiuè.Adde Bar.in l.non dubium.in 1.q.C.de legi.

SVMMARIVM.

1 *Timor litis motæ,vel mouendæ eſt cauſa ſufficiens,per quam fieri poteſt tranſactio valida de iure.*
2 *Ad hoc vt valeat tranſactio,non requiritur , ꝙ de præſenti ſit lis, ſed ſufficit ꝙ in futurum poßet ſubeßе.*
3 *Debitor ita poteſt capi propria autho.ſi timor,& ſuſpicio fugę ſit , ac ſi eſſet in actu fugiendi.*
4 *Paria ſunt aliquid fieri coactè,vel timore coactionis.*
5 *Qui ſoluit nulla coactione , ſciens ſe poſſe cogi,dicitur inuitus ſoluiſſe.*
6 *Verbum cautio,prolatum à l.qualiter ſumatur.*
7 *Tranſactio propriè dicitur ex parte actoris , & non ex parte rei.*

LEX

LEX II.

1 a SVm te proponas. † Timor litis motæ, [a] vel mouendæ, eſt cauſa ſufficiens, per quam fieri poteſt tranſactio valida de iure; & cautione interpoſita datur actio; & ſoluti inhibetur repetitio. hoc dicit. b Et pone caſum ſic, Soror minabatur fratri, ꝙ ſibi volebat mouere quæſtionem ſuper hæreditate paterna, quam ſolus frater in totum obtinebat, & hoc ſiue de iure ſiue de facto, puta quia erat ſtatutum, quòd exiſtentibus maſculis filijs fœmina non ſuccedat patri, & ſic de iure propter ſtatutum filia erat excluſa, tamen de facto volebat litigare, frater metu iſtius litis futuræ, trã ſegit cum ſorore, & ſibi promiſit ex cauſa tranſact. centum, & ſoror fecit conuentionem, & pactum de non petẽ. poſteà propter delictũ ab hac ſorore commiſſum bona ſua fuerunt publicata, & confiſcata, fiſcoq; applicata, procur. fiſci petit illa centum promiſſa ex cauſa tranſac. frater excipit, ꝙ promiſſio eſt nulla, quia facta eſt ex falſa cauſa, ſ. ex cauſa tranſact. ſed ibi nõ poterat eſſe tranſact. quia tẽpore tranſact. nulla lis de præſenti erat inter fratrem, & ſororem, & vbi non eſt lis, non poteſt eſſe tranſact. hoc non obſtante, in iſto text. deciditur contrarium, eo quia, ꝙ ad hoc vt poſſit fieri tranſact. non requiritur, ꝙ lis ſit de præſenti, ſed ſatis eſt, ꝙ in futurum poſſit moueri lis, & ad 2 hoc milles allegatur iſte tex. ¶† Not. ex tex. ibi, & ſi nulla fuiſſet quæſtio, ꝙ ad hoc vt valeat tranſact. non requiritur, ꝙ de præſenti ſit lis, ſed ſufficit, ꝙ in futurum poſſit ſubeſſe, vt hic, & l. 1. §. pactum. in glo. ff. de pact. ideo notarij ſecundum Ange. ſolent apponere in inſtrumentis clauſulã, cum de præſenti inter partes ſubſit lis, aut in futurum ſubeſſe ſperetur, &c. imò plus probat iſte tex. iuncta glo. ꝙ valet tranſact. non ſolùm quando in futurum timetur moueri lis de iure, ſed etiam ſi ſolùm de c facto, c intellige tamen ſanè, ceſſante calumnia, quæ vitiaret tranſact. niſi eſſet ex parte rei, in l. in ſumma. in princip. ff. de condi. indebi. dicam in l. ſub prætextu inſtrumenti. ĩ. eod. ¶Secundò not. ex tex. ibi, (propter timorem lit.) ꝙ idem operatur metus futuræ litis, ac ſi de præſenti eſſet lis. ſic in ſimili idem operatur timor guerræ, ac ſi guerra eſſet, quantum ad remiſſionem, quæ debet fieri ex pacto gabellarijs, ſeu datiarijs propter guerram, ſm Pet. de Anch. in conſ. 88. ꝙ incip. præmiſſa facti ſerie conſiderata. quem ſequitur do. Alex. in l. diuortio, in princ. 3 in 4. colum. ff. ſolu. matrim. ¶† Similiter idem operatur timor, & ſuſpicio fugæ, ac ſi debitor eſſet in actu fugiendi, vt poſſit ꝑ- d pria authoritate d capi. glo. in l. quæſitum. ff. de pigno. Bald. & Sal. in l. pen. per glo. ibi. C. de pigno. act. Bald. in l. ſi quis in tantam. in 6. colum. C. vnde vi. & in l. generali. C. de decu. lib. 10. quamuis de hoc vltimo dubitet Ang. in l. Ariſto. ff. de iure delib. & in l. nẽmo carcerem. C. de exacto. trib. lib. 10. ¶Similiter ſufficit timor armorum. l. 3. §. armis deiectum, & ibi Barto. & Ang. ff. de vi, & vi arma. Bald. in c. cùm dilectus, in vlt. colum. vbi limitat. de ord. cog. adeo, ꝙ ille, qui ſtat cum alio armatus, dicitur ferre opem eius delicto, quamuis non faciat aliquem actum, ſecundum Innoc. in c. continentiam. de cler. percuſ. refert, & reputat tenendum menti Bald. in l. raptores. in pen. not. C. de epiſ. & cler. & in c. 1. in princ. de benefi. fra. in vſib. feud. & in l. 1. in 2. colum. C. de ſer. fug. & in l. ob hæc verba. ff. de infa. & in l. 1. §. ſed in eo. ff. ad Sena. Syll. in l. data opera. in 12. colum, qui accu. non poſ. Ludo. Roma. in conſ. 117. ꝙ incip. ex præmiſſa ſtatuti particula. imò plus tenet Bald. in l. non ideo minus in vlt. colum. C. de accu. ꝙ licèt ſit quis in loco remoto, & longinquo à loco, in quo facio homicidium, tamen ſi propter eũ ego reddor audacior, & offenſus timidior, dicitur præſtare auxilium homicidio; imò plus Ange. in d. l. 3. §. armis. ponderat gl. 1. ibi, quam dicit eſſe diligentiſſimè notandam, ꝙ d. regula, ꝙ ſufficit timor armorum, procedit etiam ſi ille, qui cum armis e acceſſit, arma depoſuit, vnde ille, qui ſurgit e contra aliquem, licèt arma deponat antequam aliquid faciat, tamen illud, ꝙ facit, dicitur armis feciſſe. ſequitur dom. Alex. in conſi. 121. in 3. 4 volum. ꝙ incip. quoniam per excellentiſſimum. ¶† Similiter paria ſunt aliquid fieri coactè, vel timore coactionis. l. nouiſſimè, in prin. in ver. metu. ff. ꝙ fal. tuto. auct. vbi Bal. ad hoc no. & dicit, ꝙ alibi non ita bene reperitur, & per hoc infert, ꝙ idẽ eſt confiteri metu, & formidine tormentorum, ac ſi confiteretur in tormentis. infert etiam ad alia no. de quibus ibi per eum. Et Dyn. in d. l. nouiſſimè no. ex illo text. ꝙ ſuſpicio tormentorum idem operatur, ꝙ ipſorum illatio. idem dicit Bald. in l. interpoſitas. in fi. ĩ. eod. & in c. 1. §. item ſacramenta, de pace iura. firma in vſib. feud. & in c. fin. ad fi. de appel. ¶Facit, ꝙ tenet Io. 5 And. in regula bona fides. in princip. de reg. iur. in 6. † ꝙ qui ſoluit nulla coactione adhibita, ſciens ſe poſſe cogi, dicitur inuitus ſoluiſſe. ¶Et idem Ioan. And. in c. præterea, ſecundo, de iure patro. not. ex illo text. in verbo, extorquentes, quòd dicitur ab inuito extorqueri illud, ꝙ quis vltrò ſoluit petenti, ſed ſolito extorquere, ſequitur Io. de Ana. in c. 2 in 13. colu. de delic. puero. ¶Tertiò pondera tex. in verbo (cauiſſe.) nam Barto. dicit, ꝙ glo. ſecunda intelligit, ꝙ cautio fuit facta pacto nudo, & propterea opponit Barto. ꝙ ex pacto nudo agi non poteſt; & reſpondet vt hic per eum, dic melius cum glo. allegante l. ſancimus. C. de verb. ſign. † ꝙ imò intelligitur mediante ſtipulatione, quia ſic intelligitur verbum cautio prolatum à l. vt in d. l. 6 ſancimus, cum glo. 1. imò verbum cautio, non ſolùm intelligitur per ſtipulationem, imò etiam debet interuenire obligatio bonorum, ſecundum Barto. in l. ſi prius, in 10. colum, in verſi. 3. quæro nunquid cautio. ff. de oper. nou. nunc. & in l. prætoriæ, tertia, vbi etiam Ange. ff. de præto. ſtipu. & in l. 1. ff. qui ſatiſ. cog. Imo. Paul. & Moder. in l. diuortio. §. interdum. ff. ſolu. matrim. 7 ¶Capio glo. 3. quę vult, † ꝙ tranſactio propriè dicatur ex parte actoris, & non ex parte rei. Idem tenet glo. præcedens, & hoc demonſtrat etymologia vocabuli, vt dixi. ſ. in rub. vnde iſta gl. facit ad ſtatutum diſponens, quòd tranſigens teneatur ſoluere gabellam, nam cùm in ſtatutis verba debeant pròpriè intelligi, intelligeretur ex parte actoris, & non rei; tamen Docto. Peruquos refert dom. Anto. de Alexan. tenent contrarium, præcipuè ratione correlationis, & vt æqualitas ſeruetur, & dicit do. Anto. ꝙ ita ſeruatur in practica, & mihi placet, quando militaret identitas rationis, aliàs ſtandum eſſet etymologię vocabuli negatiuè conceptæ, quando diffinitio non repugnat, vt dixi in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. Item aduerte, ꝙ iſtæ gl. factæ ſunt timore contrarij, ꝙ declara vt per Bar. hic.

ADDITIONES.

2 ¶Not. etiam hic, ꝙ tranſactio non valet, ſi lis non ſit. limita niſi ſit iuratum, quia valet vt pact. Bar. in l. ſi quis minor. ĩ. eo Ex hoc infert, non valere compromiſſum in his, quæ iuris ſunt. Iaſ. in l. pen. ſup. tit. 1. co. pen. Limitat Dec. in c. ſæpè. 2. not. de appellat. Secundò infert Cor. lib. 4. conſ. 161. viſis, ꝙ ſufficit tamen timor litis. Rom. conſi. 371. Ang. conſi. 240. inſtrumentum. Ang. conſi. 49. cùm lis, & conſi. 249. ſuper puncto, & ideo ſi dedi. 10. ne vadas ad iudicem, dicitur tranſactio. l. 3. ff. de condi. ob cau. in prin. de clauſula notariorũ, de qua per Iaſ. hic, vide Soci. conſi. 220. viſis. parte 2. de iſta clauſula, ꝙ ſuper omnibus de quibus lis, &c. vide Soci. conſi. 223. & Barb. conſi. 39. quæ tamen non trahitur ad turpia. PVRPV.

b ¶Et dicit Bal. hic, ꝙ dolus ſororum non vitiat, quia fratri notus. ſequitur Ale. & Iaſ. l. ſub prætextu, la. 1. ĩ. eo. col. fi. Soc. lib. 3. conſ. 59. in cauſa nob. Comitum, col. pen. ver. 4. PVRPV.

c ¶Alex. vbi de tranſ. lib. 1. conſi. 42. ſuper præmiſſo themate. colum. fin. latiſſimè comprobat Marſ. in l. 1. ff. de quæſt. col. 10. ver. vlterius. Corne. de tranſac. lib. 4. conſi. 265. Et ex hoc, ꝙ tranſactio fiat timore litis, renunciatio per trã ſac. non dicitur libera, & ita contra hæredem vſurarij. Abb. lib. 2. conſ. 12. & 51. col. 2. facit. Fel. in c. 1. de tranſac. in fi. Et idem firmat Abb. lib. 2. conſ. 123. tertia parte. 2. dub. PVRPV.

d ¶Propria auctoritate. Adde l. 4. in §. ſi ſe debitorem, & ibi Bar. ff. de his, quæ in frau. cred. Bar. in l. fin. C. de fer. in Auth. Imo. C. de actio. & obl. & an talis poſſit capi die feriata, vide gl. Bar. & Doct. in d. l. fi. C. de fer. & Paul. de Caſt. conſi. 39. incip. in cauſa capturæ.

e ¶Vnde ille, qui ſurgit. Adde glo. 1. in l. 3. in §. qui armati; & ibi Ang. ff. de vi, & vi arma.

SVMMARIVM.

1 *Imperatiuum relatum ad eum, de cuius commodo agitur, non importat neceſſitatem, ſed conſilium.*

2 *Infirmitas corporis præſtat vacationem, ſeu excuſationem ab his muneribus publicis, quæ corpore implenda ſunt, non quæ pecunia.*

3 *Stante ſtatuto, ꝙ conſules artium cognoſcant de cauſis, intelligitur de cauſis ſpectantibus ad illam artem.*

4 *Stante ſtatuto, ꝙ libris mercatorum adhibeatur plena fides, intelligitur de cauſis ſpectantibus ad ſuam mercantiam.*

5 *Statutum diſponens de fide plenaria adhibenda Theſaurario: non procedit, quando agitur de materia non pecuniaria, & ſic non pertinente ad officium Theſaurariæ.*

6 *Stante ſtatuto, ꝙ filius fam. mercator, vel artifex obligetur, intelligitur ſi contrahat cauſa illius mercantiæ.*

7 *Domini non tenentur de delicto ſuorum officialium, vel famulorum, quã do delinquunt extra mynisterium, quo dominus eis vtebatur.*

8 *Poteſtas, vel communitas non tenetur de delicto ſuorum officialium, quando delinquunt extra officium.*

9 *Fideiubens pro fidelitate ſeruanda à Caſtellano alicuius arcis vel Caſtelli, non tenetur de fidelitate, vel delicto, quod committit extra cuſtodiam arcis.*

10 *Fideiuſſor cambij non tenetur pro mercantia ſcripta in libris cambij.*

11 *Nuncio publico non creditur, niſi circa officium ſuum.*

12 *Statutum diſponens, bannitum haberi pro confeſſo, intelligitur quo ad maleficia ſcripta in libro banni, & non quo ad alia.*

Actor

13 *Actor, qui debet habere centum ex vna cauſa, & vna actione, poteſt petere quinquaginta, & ſic partem de illis centum.*
14 *Paſſus ſimul plures iniurias, vel plura furta, poteſt pro vno tantum agere.*
15 *Iudex ex officio etiam parte non petente poteſt cogere reum, vt declaret exceptionem ſuam obſcuram.*
16 *Reus excipiens de tranſactione, non videtur fateri debitum, quod actor petit.*
17 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
18 *Tranſactio, & ſententia æquiparantur.*

LEX III.

AGe cum Geminiano. Iſta l. eſt obſcura in text. ideo præmitte, ꝙ legitur altero de duobus modis, vno modo ſecundum glo. in verbo nominatim, quando petitio rationis adminiſtratæ tutelæ fuit ſpecialis ſuper certa ſpecie adminiſtrationis frumenti, & ſimiliter tranſact fuit ſpecialis, & iſte eſt verus intellectus in ſe, ſed eſt de indubitabili. Vnde ſecundo modo, & melius legitur per glo. in verbo quanta pecunia, & per glo. fi. & Docto. ꝙ iſta l. loquitur, quando fuit petita generaliter redditio rationis totius adminiſtrationis, licèt poſtea tranſactio fuerit ſubſecuta ſub vna certa ſpecie tantum ex adminiſtratione, & ad hoc bene pondera rationem aſſignatam in fin. text. ¶ Not. primò ex
1 text. in verbo age. iuncta glo. † ꝙ imperatiuum relatum ad eũ, de cuius commodo agitur, non importat neceſſitatem ſed cõſilium. facit l. 2. in fi. & ibi Barto. ff. mand. & in ſimili tex. in l. Tirio centum. in prin. & ibi Bar. ff. de condi. & demonſt. ſic è contra, verbum rogatiuum prolatum à ſuperiore neceſſitatẽ importat. glo. in l. 1. ff. ꝙ iuſſu. ¶ Secundò no. ꝙ ſpecialis rranſactio ſpecialem operatur effectum, ex quo not. ſecundum Bald. & Salyce. quod limitata cauſa limitatum producit effectum, & ad hoc vulgò quotidie allegatur iſta l. concordat l. in agris limitatis, & ibi Bar. ff. de acquir. rer. dom. in bonis lecturis. hinc dixit
2 text. in l. 2. §. corporis debilitas. ff. de vaca. muner. † ꝙ infirmitas corporis præſtat vacationem, ſeu excuſationem ab his muneribus publicis, quæ corpore implenda ſunt, non quæ pecunia. facit tex. in l. antepen. ff. ex quib. cau. maio. & text. not. in l. cùm duobus. §. cùm duo. ff. pro ſoc. & in l. 3. §. eodem modo. ff. nau. cau. ſtab. Ad idem text. in l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. per quem not. ibi Bald. in 3. no. & etiam Antiq. & Cy. & Ang. ibi, ꝙ conſules mercatorum, qui habent cognoſcere de cauſis mercatorũ, intelligitur, quando cauſæ ſunt occaſione mercantiæ, ſecus ſi aliter, & idem in conſulibus notariorum, ſecundum eos. ¶ Vnde conſuluit Ludo. Roma. in conſi. 300. ꝙ incip. in caſu propoſito, † ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ conſules artium cognoſcant de
3 cauſis, intelligitur de cauſis ſpectantibus ad illam artem, & non
4 de alijs. † Similiter videmus, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ libris mercato-
a rum [a] adhibeatur plena fides, intelligitur, quando ſcribunt de ſpectantibus ad ſuam mercantiam, puta, ſi mercator pannorũ ſcriberet de pannis traditis alicui, ſecus ſi ſcriberet de alio depoſito, vel mutuo, ſm Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. nunc dicendum, in additione magna poſita ſuper ver. priuatorum. in 1. colum. ſequitur Ludo. Roma. in conſ. 23. ꝙ incip. pro diſcutienda veritate thematis, & in conſ. 25. ꝙ incip. in puncto propoſito breuiter dicendum. dom. Fran. de Are. in conſi. quod incip. conſultatio præmiſſa. in 1. colum. & in conſ. 43. ꝙ incip. in propoſita conſultatione viſo articulo, & dom. Alex. quamuis nihil alleget de prædictis, in l. admonendi. in 28. col. ff. de iureiuran. Hinc conſuluit Ludo. Roma. in conſ. 319. ꝙ inci.
5 in cauſa Ioan. † ꝙ ſtatutum diſponens de fide plenariè adhibenda Theſaurario, non procedit, quando agitur de materia non pecuniaria, & ſic non pertinente ad officium Theſaura-
6 riæ. † Similiter ſtante ſtatuto, ꝙ filiusfam. mercator, vel artifex obligetur, intelligitur ſi contrahat cauſa illius mercantiæ, vel artificij, ſecundum Bald. in l. fi. in 2. colum. C. ad Maced. in l. 3. §. ex hoc edicto. ff. naut. caup. ſtab. Pau. de Caſt. in l. 1. §. in filiofamil. ff. ad Mace. vbi dicit, ꝙ pluries vidit iſtum caſum de facto Florẽ. Similiter Syndici, qui habent ſyndicare officialẽ, non impediunt ſe de geſtis extra illud officium, ſecundum Bald. in l. 2. C. vbi de ratioci. & in l. obſeruare §. proficiſci. in 2. quæſt. ff. de
7 offic. proconſ. & leg. Bald. in d. l. 3. §. ex hoc edicto. ¶ † Similiter domini non tenentur de delicto ſuorum officialium, vel famulorum, quando delinquunt extra myniſterium, quo dominus eis vtebatur, ita Bar. in l. ne quid. in prin. ff. de incen. rui. nau. & in l. 1. §. familiæ. ff. de publ. Panor. in ca. 1. in 3. colum. de reſti. ſpol. Petr. de Ancha. & Gemi. in c. ſi Epiſcopus. de offic. ordin. in 6.
8 Et dicit Ang. in l. 1. C. ſi rect. prouin. † ꝙ Poteſtas nõ tenetur de malè geſtis per ſuos officiales, extra eorum officium. hinc conſuluit Ludo. Roma. conſi. 338. incip. in caſu propoſitæ conſul-
9 tionis. † ꝙ communitas non tenetur de delicto officialis à ſe electi, quando delinquit extra materiam officij; ſimiliter fideiubens pro fidelitate ſeruanda à Caſtellano alicuius arcis, vel Caſtelli, non tenetur de infidelitate, vel delicto, ꝙ committit extra cuſtodiam arcis, puta, ſi exercet robariam, ſecundũ Bal. in l. 1. circa prin. ff. de magi. conue. alibi tenet Pet. de Peru. in ſuo
10 tracta. ſocietatis. in 8. parte quæſt. 40. † ꝙ fideiuſſor cambij nõ tenetur pro mercantia ſcripta in libris cambij, & ita dicit conſuluiſſe Bald. quia fideiuſſor in cauſam limitatam non tenetur
11 extra illam cauſam. † Similiter, & nuncio publico non creditur niſi circa officium ſuum, vnde ſi dicat citatũ dixiſſe ei iniuriam, non creditur ſibi, ſm Io. And. in addi. Spec. in tit. de cita. §. 1. in prin. ſequitur Panor. in c. cùm parati. in 4. colum. de appel.
12 Alibi tenet Bald. in l. ſi aduerſarius. C. de fide inſtru. † ꝙ ſtatutũ diſponens, bannitum haberi pro confeſſo, intelligitur quo ad maleficia deſcripta in libro banni, & non quo ad alia, & iſta omnia ſunt propter hãc regulam, quia limitata cauſa limitatũ producit effectum, & hoc modo iſta regula eſt vtiliter amplia ta. ¶ Tertiò not. ſm primum intellectum Ange. & Moder. hic,
13 ꝙ † actor, qui debet habere centum ex vna cauſa, & vna actione, poteſt petere 50. & ſic partem de illis centũ, & ita practicãt periti aduocati dubitantes de iure ſuo, vt experiantur quomodo probare poſſint in illa parte. de quo per Barto. in l. in commodato. §. duobus. ff. commoda. & in l. ſcire debemus. in princ. vbi Mod. ff de verb. obl. & in l. quidam exiſtimauerunt, vbi di-
14 xi. ff. ſi cert. pet. Subdit Ange. hic, † ꝙ paſſus ſimul plures iniurias, vel plura furta poteſt pro vno tantum agere, ita dicit eſſe tex. no. in l. interdum. §. fin. de fur. ¶ Quartò no. ex tex. ibi, iudex
15 quæret, &c. ſm Bal. Sal. & Mod. hic, ꝙ † iudex ex officio etiam parte non petente, poteſt cogere reum, vt declaret exceptionẽ ſuam obſcuram, & multò fortius poteſt cogere actorem etiã reo non petente, vt declaret libellum ſuum obſcurum: ratio, quia intereſt ipſius iudicis, ad hoc vt poſſit certam ferre ſententiam, idem tenet Bald. in l. 1. in vlt. colum. C. vt quæ deſ. aduo. Panor. in c. 2. de lib. obal. licèt dom. Anto. ibi dubitauerit, & hic no. limitationem regulæ l. 2. in fi. C. de ana. excep. vbi dicitur, ꝙ procedit libellus incertus, & obſcurus parte non opponente, dixi in l. edita. s̃. de eden. Quintò no. ex tex. ibi, probatum fuerit,
16 ſm Bal. Sal. & Mod. hic, † ꝙ reus excipiens de tranſactione, nõ videtur fateri debitum, ꝙ actor petit, de quo per Bar. in l. non vtiq; ff. de excep. ratio eſt, quia inducta ad hunc effectum, non debent operari contrarium. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. ¶ Vltimò iſtum tex. alleg. & ponderat Bar. in l. 1. ad fi. s̃. eo. vt ibi per eum. ¶ Capio glo. in ver. indebiti. iſtam glo. diuide in duas partes. In prima remouet contrarium. In ſecunda, quæ eſt ibi, ſed contra. ſ̃. eo. gl. opponit, & pro ſolutione ponit quadrimembrẽ diſtinctionem, de quolibet membro dicetur in l. ſub prætextu ſpecierum. ſ̃. eo ¶ Ex prima parte glo. collige duas concluſiones: prima, ꝙ in hac l. non requiritur aliqua replicatio, & in hoc bene dicit, declarando vt per Barto. Secundò vult gl. hic, & expreſſius glo. in d. l. ſub prætextu ſpecierum, in gl. fin. ꝙ differentia ſit inter ſententiam generaliter latam ſuper adminiſtratione tutelæ, vel curæ, vt illa mero iure obſtet in omnibus, vnde requiritur replicatio, aliud ſit in tranſact. generali, vt hic, ratio diuerſitatis, quia ſententia refertur ad petitionem: quæ fuit ge-
17 neralis, non autem ad proſecutionem ſpecialem ratio, † quia ſententia debet eſſe conformis petitioni. l. fi. de fideicom. liber. l. vt fundus. ff. cõmuni diuid. c. licèt heli. de ſimo. non ſic eſt in
18 tranſactione, tamen quia † tranſactio, & ſententia æquiparantur. l. non minorem. ſ̃. eo. dic, vt per Bar. hic.

ADDITIONES.

a ¶ Mercatorum. Adde Fel. in c. cùm ordinem. 2. col. extra de reſcrip. Iaſ. in l. 1. col. pen. in fi. C. vnde vir, & vxor. in l. ſi quis ex argentarijs. §. rationem. 3. no. ff. de eden. Fel. c. poſt ceſſionem. 2. col. de prob. & in c. petens. ad fi. 2. colu. de homi. c. 2. col. 9. de fide inſtru. vide Lap. in c. per veſtras. char. 73. de dona. inter vi. & vxo. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Dolus in tranſactione poteſt committi altero de duobus modis.*
2 *Tranſactio poteſt fieri nuda conuentione mediante Aquiliana ſtipulatione.*
3 *Actio extincta per acceptilationem, non poteſt amplius intentari, ſed ſi in tranſactione interuenit dolus, agitur de dolo, niſi ſuper dolo tranſactum ſit.*
4 *Confeſſus in iudicio non appellat.*
5 *Dictio niſi, quot modis ponatur in iure.*
6 *Dictio præter, quid importat.*

Dolus

Source : BIU Cujas

7 *Dolus dans causam transactioni non annullat eam ipso iure.*
8 *Ad hoc vt renunciatio doli valeat, duo requiruntur copulatiuè.*
9 *Vbi requiritur fieri expressam, vel specialem mentionem alicuius actus, non sufficit, quòd fiat generalibus verbis.*
10 *Acceptilatio inuentione, & forma est de iure ciuili.*
11 *In generali remissione non excluditur dolus de præterito.*
12 *Licèt dolus de futuro non possit expressè, & directò remitti futuro administratori, tamen potest remitti per indirectum.*

LEX IIII.

Actione administratæ.

Præmitte ad euidentiam, & intellectum ver. nisi de dolo. ex mente Bar. & clarè ponunt Bal. & Saly. hic,
1 † q̃ in p̃senti materia potest committi dolus altero de tribus modis. Primò in administrando, q̃n tutor, vel curator dolosè administrauit: de isto dolo nihil tangitur hic, sed aliquid dixi in l. 1. s̃. eo. Secundò committitur dolus in transigendo, quando dolus inducit, & dat causam transactioni, & de isto dolo propriè loquitur tex. hic in isto versi. nisi de dolo. secundum intellectum Azo. quem teneas, & planus est ad hunc text. Tertio modo committitur dolus post transact. factam in non obseruando, vel adimplendo conuenta in transact. & de isto dolo loquitur iste tex. in ver. nisi de dolo, ꝑm Placen. quem tenent Bar.
2 & Ang. hic. tene præcedentem intellectum. ¶† Item præmitte pro intellectu text. q̃ transactio potest fieri altero de duob. modis. Vno modo simplici, & nuda conuentione, & tunc si promissa in transact. non seruentur, vel non impleantur, licitum est redire ad primam actionem, quia illa non est extincta nec sublata. Secundo modo potest fieri transactio mediante Aquiliana stipulatione, & acceptilatione, per quàm acceptilationē ipso iure tollitur actio competens actori, ideo exoritur tunc arduum dubium, si reus non obseruet contenta in transact. quo remedio ipsi actori succurratur, nam ad veterem actionē redire non potest, quia illa ipso iure extincta est per acceptilanem, ideo tunc aliqui tenent, q̃ detur actio de dolo. Aliqui, q̃ actio præscr. verb. aliqui q̃ condictio ob cām, vt reponat se in prima obligatione, quam difficultatem gl. hic plenè attingit, & super ea dicitur. ¶ Diuiditur in 3. partes, vt per Bart. hoc dicit.
3 † Actio extincta per acceptilationem, non potest amplius intentari, sed si in transact. dolus interuenerit, agitur de dolo, nisi
a super dolo transactum sit. hoc dicit. ¶ Not. de dictione nisi, [a] quæ bis est posita in text. in prima ponit, & firmat: in secunda priuat seu negat. dic vt per Bar. & alios hic, & plenius Bart. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & tene, q̃ dictio nisi, cùm sit exceptiua, necessariò significat oppositum antecedentis, cui immediatè aduersatur, vnde si præcedat oratio negatiua, dictio nisi ponit, & affirmat, si verò è contra p̃cedit oratio affirmatiua, dictio nisi, negat, & priuat, adde text. in l. extraneo. ff. de ven. in poss. miten. & in l. 4. ff. de custo. reo. & in c. cum accessissent. in fi. de consti. ¶ Et not. ad actum practicum vnum, ex quo potes magnum honorem reportare, q̃ sing. ponit Bal. in d. c. cùm accessissent. in 5. colum. q̃ si ego actor facio tibi positionem, q̃ debes mihi centum ex causa mutui, & tu reus respondendo positioni dicas, nego, vel non confiteor nisi probetur, illa dictio nisi ponit. ideo si probo per testes, aderit geminata probatio, scilicet per testes, & per confessionem tuam. Et hinc ergo sequitur effectus, q̃ si feratur sententia contra te, nō
4 poteris appellare, † quia confessus in iudicio non appellat. l. 2. & l. abstinendum. C. quor. appel. non reci. & dicit Bal. q̃ aduocati imperiti nesciunt aduertere, quid sit hoc dictum, nego nisi probetur. teneas bene cordi. ¶ Item ad prædictam doct. adde facere, quod per ista verba nolo aliquam in vxorem nisi te. certè isto casu dicor te in vxorem accipere, ꝑm Spec. in tit. de spons. §. 1. versi. 1. d. Anto. de But. & Panor. in c. ex parte. de sponsa. ibi fortius tenet Panor. q̃ si dico, non habebo aliam in vxorem nisi te, ista verba important matrimoniū de præsenti, licèt sint verba futuri temporis importantia habitum, & non actum. contra prædictam doctri. q̃ quando præcedit oratio negatiua, q̃ dictio nisi, non affirmet, nec ponat, facit text. in regula peccatum non dimittitur. de reg. iur. in 6. ¶ Secundò, & fortius obst. fortiter tex. in l. diuus. in princip. cum glo. ff. de pet. hæret. propterea gl. ibi declarando tex. exponit nisi, pro sed. sequitur Ric. malum. & Albe. in d. l. si eum. §. qui iniuriarum in penul. colu. vide Barto. in d. l. diuus. qui aliter latè respon. sed non ex toto satisfacit. ¶ Item inquantum Barto. opponit de l. Titia. §. fin. ff. de manum. testa. & respon. vt hic per eum, & plenius in d. §. qui iniuriarum. adde, quod vult Bald. in c. cum olim nobis. in 2. colum. de elect. qui ponit alios intellectus ad illum tex. præcipuè vnum, quē dicit esse subtilem, & posteà infert, q̃ si testator dicat, nō lego tibi seruos nisi Stichū, & Ioannē, q̃ Stichus, & Ioānes non sunt legati, quasi sint duæ negationes tendentes solùm ad priuationem. Facit, q̃ per illam l. Titia. §. fi. decidit Bal. in c. prætereà requisiti. in penul. colum. de appel. q̃ si iudex dicat ò Petre, nisi te purgaueris, te non absoluo, q̃ si Petrus se purgat, per hoc non est absolutus, per tex. quem ipse dicit non esse alibi in iure in d. l. Titia. §. fin. tamen idem Bald. in c. cum accessissent. in 5. colum. de consti. tenet, q̃ si dico, non promitto tibi centum, nisi Papa Peru. venerit, certe Papa veniente Peru. necessitor ad illa centum, vt ibi per eum. Sed dictam l. Titia. §. fi. limita sing. vt ꝓcedat, quando solùm adesset vna conditio negatiua, importata per dictionem nisi: secus si adesset prima cōditio libertatis affirmatiua, deinde alia negatiua. nam ambab. conditionibus impletis consequitur libertatem. text. est not. in l. si quis libertatem. §. fin. ff. de statulib. Vltimò adde, q̃ decidit Raph. Cuma. in consi. 84. incip. proponitur, q̃ ser Blancus. in 2. dub. ¶ Item adde circa quæstionem Barto. quando promitto
b non vendere alij [b] nisi tibi. text. not. in l. si sterilis. §. si tibi. ff. de act. empt. glo. & plenius per Bar. & alios in d. §. qui iniuriarum. Spec. & Ioan. And. in tit. de spon. §. 1. circa prin. Ange. & Innoc. in l. qui Romæ. §. cohæres. ff. de verb. obl. Nico. de Neap. insti. de act. in princ. latè Alber. de Rosa. in dictionario suo in ver. nisi. Item adde, q̃ in ista quæstione contrarium tenet Bald. in d. c. cùm accessissent. in 5. colum. motus bono fundamento, quia si illud venderet nisi tibi, solùm denotaret potentiam, & habilitatem: certè ista verba essent superflua, & contractus superfluus, quia ista habilitas, & ista potentia, q̃ posses mihi vēdere, omnino inerat à natura l. sicut. C. de act. & obl. ergo hæc adiectio debet intelligi, vt aliquid operetur. l. si stipulatus. ff. de vsu. & l. 1. in fin. ff. ad municip. nedum enim clausulæ appositæ in contractibus debent intelligi, vt aliquid operentur, imò singulæ dictiones, & syllabæ, secundum Bal. in rub. C. de contrahen. empt. in 9. q. & est gl. not. in c. solitæ. in verb. tanquam. de maio.
5 & obe. ¶† Quot autem modis ponatur in iure ista dictio, nisi, habes per Bald. & Saly. hic, & latius Alb. in d. §. qui iniuriarum. quorum dictis adde, q̃ dictio nisi, aliquando exponitur pro sine. glo. in l. sancimus. in prin. C. de dona. Et illam glo. ponderat ibi Raph. Fulg. facere ad illud, in quo dicit se consuluisse, dum esset controuersia inter Regem Vngariæ tunc electum Imperatorem, & Sereniſſimum Ducale, dominium Venetorum, fecerunt compromissum in Summum Pontificem, sub hac forma verborum, vt ipse Romanus Pontifex de omnibus, & quibuscunque eorum controuersiis nisi partium voluntate ꝓnunciare posset, dicit q̃ super illa dictione nisi, varij varia dicebant. sed q̃ ipse consuluit, q̃ ibi dictio nisi, caperetur pro sine, & esset sensus, q̃ Summus Pontifex posset pronunciare de q̃buscunque controuersijs sine partium assensu aut voluntate, per illam glo. ibi, quam dicit sibi fecisse magnum honorem.
6 ¶† Successiuè tangit Barto. de dictione præter, [c] cui adde glo.
c & Barto. in l. 1. in fi. ff. de pigno. act. & in l. Scio. §. vxori. ff. de annu. leg. & in l. qui ita. ff. de dot. prælega. & latius, quàm alibi in d. §. qui iniuriarum, & tex. in l. bona. §. si quis quia, & ibi Ioan. de Aret. Ang. & Imo. ff. de dam. infect. & tex. in Authen. hoc amplius, & ibi ponderat Bald. in 4. colu. C. de fideicom. Albe. in dictionario suo in ver. præter. latè Ludo. Roma. in consi. 328. q̃ incip. præsens consultatio in plura quæsita diuiditur. in 1. & 2. colum. & considera text. in l. 1. ff. si quis cau. vt ibi dixi.

¶ Et

ADDITIONES.

a ¶ Nisi. Adde Bar. in l. Titiæ, in §. Lucius. ff. de manu. test. in l. Scio, in §. vxori. ff. de an. leg. Innoc. in ca. dudum. el 2. de elec. Arch. in c. 1. de consti. lib. 6. Pet. Girardi sing. 46. Alex. lib. 4. cons. 2. in vlt. dub. Bal. in c. nisi. de offic. deleg. Dec. in c. prætereà, el 2. in 1. not. de appel. Ang. consi. 337. non reuocando. Corn. lib. 1. consi. 208. circa præsentem. col. 3. Dec. in c. consultationibus. colum. fi. de offi. delegat.

* Et dic, q̃ ea dictio præceden. regula negatiua affirmat, teste Deci. consi. 532. nu. 1. quandoq; excipit à præceden. Paris. consi. 17. nu. 22. lib. 1. quandoque inducit formam, vt scribit Osasc. decis. 174. num. 2. & vide eundem Ias. in l. si eum. §. qui iniuriarum, nu. 26. ff. si quis cau. MASVER.

a Non vendere alij. Bru. consi. 67. dum quæritur. col. 2.

* Adde dist. Bar. in l. si eum. §. qui iniuriarum. col. fi. ff. si quis caut, per quam confunditur ista reprobatio Bal. ad quam respondet ipse Ias. in d. §. qui iniuriarum, & vide quæ scribit idem Ias. in l. qui Romæ. §. cohæredes. nume. 24. ff. de verb. obl. in §. supereſt. nu. 2. insti. de act. Boer. q. 48. 49. parte. 1. BELLAC.

c Præter. adde Doct. in l. nullum. ff. de diuorti. Dy. in reg. peccatum. de regu. iur. lib. 6. Io. And. in c. dilecto. de testa. adde Spec. de spon. Cum. consi. 111.

* Et dic, q̃ ea dictio ponitur inclusiuè. l. 1. in fin. vbi gl. de pign. act. l. sed & hæ. §. penu. de procur. quandoque ponitur exclusiuè. l. nullus, de diuor. & repud. Pract. Bald. in fin. & sic excludit id, adq̃ refertur. l. si ita legatum sit. §. Scio. de leg. 1. no. Bald. in l. data opera. col. 16. post. prin. C. de ijs, qui accus. Ias. in l. Titiæ textores. nu. 36. ff. de leg. 1. declara, vt per eundem in l. vicena. nu. 14. ff. si quis caut. Rom. consi. 328. col. 1, MASVER.

Source : BIU Cujas

¶ Et dum Barto. hic limitat in odioſis per dictum Innocen. in cap. dudum. el 2. de elect. quod dictum in ſpecie refert Barto. in d. l. Seio. §. vxori, ℭ ſi Papa dicit, diſpenſo tecum, vt alia beneficia præter detenta poſſis licitè retinere, certè ſuper obtentis non dicitur diſpenſatū, ratio, quia diſpenſationes ſunt odioſæ. c. 1. in fi. de fil. presby. in 6. idem tenet Ang. in conſi. 294. quod incip. quoniam in vltimis volunt. in 3. colum. pro iſta limitatio. facit, quod vult glo. ſing. in clem. 1. in ver. facere, de vſur. vbi gl.
a tenet, ℭ ſi ſtatuto caueatur, [a] ℭ fœneratores non poſſint capere pro vſuris præter duos denarios pro libra, dictio, præter, non ponit, ℭ duo denarij poſſint capi, quia hoc modo ſtatuentes inciderent in excommunicationem, & de illa glo. facit feſtum Bald. in Auth. ad hoc. in 3. colum. C. de vſur. & in l. Gallus. §. ille
7 caſus. ff. de lib. & poſthu. & in d. §. qui iniuriarū. ¶† Secundo no. ex hoc text. ℭ dolus dans cauſam tranſactioni non annullat eam ipſo iure, contra ℭ oppone, & ſolue, vt per Barto. & Mo-
8 der. hic, & plenius in l. ſub prætextu, la 2. ℨ. eo. ¶† Tertiò diligenter not. ex verſic. fina. quòd ad hoc vt renunciatio doli valeat, duo copulatiuè requiruntur. Primò, ℭ renuntians ſit legitimæ ætatis, & conſequenter maior 25. ann. nam ſi eſſet minor, non valeret, quia lex præſumit, ℭ ea fragilitate, qua inducitur minor ad tranſigendum, eadem fragilitate induceretur ad renunciandum dolo. l. doli mali. in verſic. diuerſum. ff. de nou. Secundò requiritur, ℭ renunciatio ſpecialiter fiat, vt dicit text. hic in verb. niſi ſpecialiter. Non ſufficeret ergo generalis renunciatio, prout in ſpecie tenet glo. in l. Pomponius. 1. in verſicu. abſit. ff. de nego. geſt. ſpecialis enim renunciatio plus operatur, quàm generalis. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. not. Barto. & Docto. in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verb. obl. & facit ratio, quia vbicunque lex aliquid ſpecialiter requirit, vt hic, ibi non ſufficit generalis renunciatio, vt declarat Barto. in l. 1. ad fin. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, & in l. fina. ad fi. C. ſi contra ius, vel vti. publ. & in l. ſi quis in prin. teſtamenti. in 4. colum. in ver. quęro quid ſi teſtator. ff. de leg. 3. Ang. Pau. de Caſt. & Mo der. in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. Adde glo. in cle. 1. in verſic. ſpecialiter. de iudi. quæ vult, ℭ quando aliquid debet
b fieri verbis ſpecialibus, [b] non ſufficit, ℭ fiat generalibus. idem tenet Petr. de Anch. in c. 1. de reſcrip. in 6. ¶ Confirmo per tex. in l. ſi quando. §. generaliter. in ver. niſi hoc ſpecialiter. C. de inoffi. teſt. per quem tex. not. ibi. Gul. de Cun. Bald. & Saly. & Alb. Bal. & Ang. in l. de his. ff. de tranſact. ℭ ſi filius vocat ſe tacitum, & contentum de relictis à patre in teſtamento, pro omni, & toto eo, quod ſibi debetur in bonis patris, non per hoc intelligitur renunciaſſe legitimæ, quominus poſſit petere ſupplementum legitimæ, & per hoc eſt melior tex. de iure in §. cæterum. in Authen. vt cùm de appel. cogno. Ad idem pondera text. in l. fin. §. omnem. in verſ. ſpecialiter. C. de adminiſt. tuto. per quem text. dicit Bar. in l. non exiſtimo. circa fi. principij. ff. de adminiſt. tut. quòd vidit multas tutelas caſſari, in quib. non interuenerat ſpecialis renunciatio, de qua in illo tex. Ad idem tex. in l. ſcire oportet. §. ſufficit. in ver. in ſpecie. ff. de excu. tuto. per quem not. ibi Bal. ℭ non ſufficit generaliter dicere, oppono exceptiones, ſed debent opponi ſpecificè per illum text. ¶ Facit glo. in c. paſtoralis. de excep. quæ vult, ℭ non ſufficit dicere, oppono talem exceptionem ſaluis omnibus alijs exceptionibus mihi competentibus, ſed oportet illas ſpecialiter exprimi. Facit, quod in ſimili vult glo. valde ſing. in c. inquiſitores. in verſic. expreſsè. de hæret. in 6. ℭ vbi reſpectu certę perſonæ debet fieri mētio expreſsè, non ſufficit fieri mentio verbis generalib. contra quaſcunque perſonas cuiuſcunque qualitatis, gradus, aut conditionis exiſtant, ſed debet fieri ſing. mentio per nominationem ꝑſonæ. Facit cle. conſtitutionem. de elect. per quam no. ibi dom.
9 Ant. de But. vt refert Imol. † ℭ vbi requiritur fieri expreſſam, vel ſpecialem mentionem alicuius actus, non ſufficit, ℭ fiat generalibus verbis. ¶ Limita tamen prædicta per text. ſolennem. in l. omnes. in ver. ſpecialiter ac nominatim. C. de præſcr. 30. ann. quem ibi multum not. Bald. & Ang. reputant ſingu. & meliorem de corpore iuris, quòd ſufficit apponere clauſulam, quæ frequenter apponitur in bullis Papæ, non obſtantibus quibuſcunq;, etiam ſi eſſent talia, de quibus oporteret ſpecialem mentionem etiam in indiuiduo facere, quòd iſta clauſula ſufficiat. Idem tenet Ang. in l. diui. §. licèt. ff. de iur. codicil. ¶ In contrarium pondera fortem text. in cap. qui ad agendum. de procur. in 6. Cyn. in l. vnica. ad fi. C. quando Imper. inter pupil. & vid. quem ſequitur Ludoui. Roma. in conſi. 327. quod incip. iſtæ ſunt rationes. in 3. colum. & in conſ. 426. quod incip. quod indultum. in 4. colum. Concordat, quod d. l. omnes. procedit in diſpoſitionibus legum, vel ſtatutorum, vel in his, quæ habent vim legis, ſecus eſt in priuatis perſonis, ita propriè loquitur text. in d. cap. qui ad agendum, & ita in ſpecie tenet Ange. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ad fi. ff. ſi quis cau. quando autem ad hanc legem dicatur ſpecialiter fieri, dicetur. ℨ. in gl. fi.
¶ Capio glo. in ver. deducta. ex qua habes rationem, quare in hac. l. requiritur, quòd actio curæ fuerit prius deducta in ſtipu-
10 lationem, † quia aliàs acceptilatio, quæ inuentione, & forma eſt de iure ciui. l. actus legitimi. ff. de regul. iur. glo. & Docto. in l. an inutilis. §. fin. ff. de accep. non poſſet tollere ea, quæ ſunt iuriſgen. idem dicit glo. in l. fin. & latius Bald. C. de accep. quare autem ea, quæ ſunt iuriſgen. magis tollantur per ſtipulationē quàm per acceptilationē, dic, quia ſtipulatio nouat, & ſic non in totum tendit ad deſtruendum, prout facit acceptilatio, ſecundum glo. & clarius Barto. in d. l. an inutilis. §. fin. in verſic. honorariæ. Bald. in l. fin. C. de accept. Saly. & Fulg. hic. ¶ Capio glo. magnā in verſic. niſi de dolo. iſtam glo. diuido in duas partes princip. In prima ponitur dictum. In ſecunda format quæſtionē neceſſariam ad intellectum tex. Sed̄a ibi, ſed pro quo dolo. prima pars eſt clara. ¶ Capio ſecundam partem, quam ſubdiuido in ſex particulas. In prima quærit glo. de quo dolo loquatur text. cùm poſſit tripliciter dolus committi, vt declaratur. ſ. in euidentiali. In ſecunda reſpon. ſecundum Roger. & Azo. quòd loquitur de dolo commiſſo tranſigendo, quando quis dolo fuit inductus, vt tranſigeret, & iſte eſt bonus, & planus intellectus, & ſine ſcrupulo, & iſtum tene. Iſta ſecunda eſt ibi, reſpondeo pro dolo in tranſactione. In tertia ibi, alij dicunt. refert ſecundum intellectum Placen. quòd iſte text. loquatur de dolo poſteà commiſſo poſt tranſactionem iam perfectam, in non implendo promiſſa in tranſactione. In quarta, quæ eſt ibi, ℭ non placet. glo. reprobat intellectū Placen. per tria fundamēta, licèt Barto. Bald. & Pau. de Caſt. dicant, ℭ ſunt tantum duo fundamenta, nam ipſi credunt, ℭ glo. inducat. l. 1. §. ſi quis. ff. de dolo. ſimul cum l. ſi quis accepto. ff. de cond. cau. data. hoc modo, actio de dolo non competit, vbi alia poteſt competere. d. §. ſi quis. ſed hic competit condictio ob cauſam. d. l. ſi quis accepto. igitur, &c. ego puto ℭ ſint argumenta ſeparata, & ita ſeparatim inducit glo. d. l. 1. §. ſi quis. nam glo. vult inducere hoc modo, nam ibi dicitur, ℭ ſi actio prima fuit extincta per acceptilationem, vt hic, ibi non competit actio de dolo, tamen potes dicere, ℭ ille tex. loquitur quo ad debitum antiquum, ſed ℭ non poſſit agi ad promiſſa in tranſactione per actionem de dolo, ille tex. non negat. In quinta quę eſt ibi, ſed ſi velis tueri Placen. glo. defendendo intellectū. Placen. reſpon. ad d. l. ſi quis accepto, & l. ſi mulier. ff. de condi. ob cauſam, altero de quatuor modis. Primam ſolu. reprobant Doct. per naturam tit. in quo ſituata eſt. d. l. ſi quis accepto. Secunda, & 4. ſolu. ad idem tendunt, ℭ hic debitum non erat liquidum, ex quo erat in controuerſia, & in hoc bene dicit, ſed in l. ſi quis accepto. debitum erat liquidum, & hæc diuinat. Tertiam ſolu. ſequuntur Barto. Ange. Pau. de Caſt. & do. Alexan. hic, ℭ in hac. l. adultus duo prom i ſerat. Primò liberare per acceptilationem. Secundò amplius in perpetuum nō petere, & iſtud ſecundum nunquam potuit ꝑfectè impleri, ſed quia iſtud eſt diuinare nimium ad hanc legem, ideo circa hoc non inſiſto. In ſexta, & vlt. quæ eſt ibi, ſed primam lect. approbo. glo. & bene approbat primum intellectum Azo. & illum ſine ſcrupulo ſequaris. ¶ Capio gl. fi. in ver.
c tranſactum ſit, quam diuide in tres. In prima declarat text. [c] In ſecunda extendit, & pro extenſione allegat. l. 1. C. de plus peti. quæ nihil facit, niſi iunctis no. per glo. & Doct ibi, & per glo. & Bar. in l. in ſumma. in princ. ff. de condi. indebi. In tertia format not. quæſtionem. Sed̄a ibi, & intellige. Tertia ibi, item quærit.
11 ¶ Ex tertia parte habes duo notare. Primum expreſsè, † ℭ in generali remiſſione non excludatur dolus de præterito, & adhoc iſtam glo. reputat ſing. Bald. in l. cùm neceſſitatem. C. de fideic. ſed aduerte, iſta gl. intelligitur altero de duob. modis, vno modo ſm Cy. & Bald. Sal. Pau. de Caſt. & dom. Alex. hic. Cy. & Bal. in l. ſub prætextu. ℨ. eo. ℭ glo. velit facere differentiam inter ℨctus inter viuos, & vltimas volunta. ℭ in contractib ſeu generali remiſſione inter viuos includatur dolus de præterito, ſecus ſit in vltimis volunta. Idem tenent Bald. & Ang. in l. ſi vnus. §. illud. poſt glo. ibi. ff. de pact. Ratio differentię eſt, quia in vltimis volunt. legata relinquuntur propter benemerita. l. nec adiecit. ff. pro ſoc. quæ ceſſant in his, in quibus dolus interceſſit, quę ratio ceſſat in contractibus, de quo etiam per Bald. & Imol. in l. ſi ſeruus vetitus. ff. de leg. 1. Non puto, ℭ iſta ſit intentio huius gl. quia dictum gl. debet intelligi ſm leges quas allegat. Bar. in l. nō ſolùm. 2. §. ſi liberationis verba. ff. de lib. leg. & in l. cum quidā. ff. de his, quib. vt in dig. Sal. in l. ex cautione. in 10. col. C. de non

num.

ADDITIONES.

a ¶ Caueatur. Adde Card. Zab. in c. cùm dilectus. de conſuetud.
b ¶ Verbis ſpecialibus. Adde Bal. in l. fi. in fi. C. de hære. vend.
c Vide Pau. de Caſt. limitantem [illegible] conſ. 342. conſiderandum eſt primò.

Source : BIU Cujas

nume.pecu.Ioan.And.in c.cum nuncius.de teſti. ſed glo.in differentia quam facit, alleg.leges, quæ loquuntur ſolùm in vltima volun.vnde credo, ꝙ alia ſit mens gl.non quidem conſtituere differentiam inter contractus,& vltimas volun. ſed bene in modo conceptionis verborum, & ita intelligit Fulg.nam ſi ſimpliciter liberat, vel relinquit liberationem, non includitur dolus,ſecus ſi in ſpecie remittat quamcunq; actionem, & hanc differẽtiam propriè facit tex.in l.ſi qs rationes.de lib.leg.alleg.in glo.& quamuis tex.dicat ſpecialiter.pondera, quia non dicit in indiuiduo,ergo videtur ſufficere remiſſio,de qua in gl. p theoricam Bar.in l.1.ad fi.ff.ſi quis in ius voc.non ier.quę an ſit vera, ibi dixi,& hoc vltimum eſt magis de mente Bar.in l.Aurelio.§.
a Caius.ff.de libe.leg.[a] ¶ † Secundò ex iſta gl.ponderat Bar.intel-
12 lectum ad l.ſi quis rationes.ff.de libe.leg.vt intelligatur de dolo de præterito, tatione adminiſtrationis iam finitæ, ſecus eſt in dolo futuro pro futura adminiſtratione.Credo,ꝙ Bart.colligat ex iſta gl.hoc modo:nam gl.format quæſtionem in eo,qui per dolum malè geſſit, & ſic glo. loquitur in dolo de præterito, & allegat ad hoc.d.l.ſi quis rationes. ergo hoc modo eam glo.intelligit in dolo de præterito. Tu alleg.gl.expreſſionem in l.quidam decedens.in verſi.ſenſerit,& ibi Bar.ff.de admi.tut.& idem Bar.vbi reputat hoc valde notandum,in d.§. Caius. in pen.col. in fi. Bald.in l.cùm neceſſitatem.C.de fideicom.Sed aduerte,ꝙ reperitur Dyn.in addit.in d.l.quidam decedens. & in conſi.193. incip.Brunellus notarius,& Ray.de Forli.in d.l.ſi quis rationes.
13 qui videntur ſing.tenere, † quod licèt dolus de futuro non poſſit expreſsè, & directò remitti futuro adminiſtratori, tamen poteſt remitti per indirectum hoc modo: teſtator ordinat in teſtamento tutores,vel curatores filijs ſuis,& mandat,qđ finita tutela, vel cura non poſſit ab eis exigi aliqua ratio adminiſtrationis,& ſi cõtingeret,ꝙ ab eis exigeretur ratio, & propter hoc condemnarentur, ex nunc teſtator tantum legat de bonis ſuis proprijs, quantum eſt illud, in quo fuerint condemnati ratione tutelæ, vel curæ adminiſtratæ, vel occaſione reliquorum, iſto modo veniet etiam illud, qđ exigi poterit ratione doli de futuro, & not.ꝙ iſtam clauſulam frequenter apponunt notarij in teſtamentis.iſtam deciſ. Dyn.& Ray.refert do. Alex.ſed non firmat, in conſi.196. ꝙ incip. circa id, ꝙ quæritur an ſtante diſpoſitione. ¶Attende, quia paſſus eſt vtilis,& quotidianus. In primis dictum Dy.debet intelligi in dolo de præterito tantum, ita eum refert Bar.in d.§.Caius.in pen.col.& ſic in dolo de futuro malè dicit,qa dolus de futuro nullo modo remitti poteſt.l. ſi vnus.§.illud.ff. de pac. quia per indirectum daretur materia delinquendi,& ſpoliandi miſeros pupillos,contra.l. conuenire. ff.de pac.dota.& ita expreſsè contra Dy. & Ray. tenet Ioan.de Ana.in conſi.80.qđ incip.viſis, & conſideratis his, quæ in themate narrantur,& idem latius ante eum tenet per quinque fundamenta Sal. referens ſe ita conſuluiſſe, vt occurratur fraudibus tutorum in l.cùm neceſſitatem.C.de fideicom.Adde Ang. in conſi.144.quod incip.reuocatur in dubium.& prædicta no. quia valde vtilia, & quotidiana ſunt, & nec alibi quandoque tacta.teneas perpetuò cordi. Iaſ. Paduæ.

ADDITIO.

a Bal.lib.2.conſi.227.propter quòd tutor. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Idem operatur confeſſio partis, quod inſtrumentum publicum, quo ad probationem, & nu.5.*
2 *Tranſactio eſt contractus innominatus, & tamen re integra non eſt locus pœnitentiæ.*
3 *De ſubſtantia tranſactionis non requiritur ſcriptura.*
4 *Arbitramentum dicitur eſſe quædam tranſactio inter partes.*
6 *Poſt concluſionem in cauſa non admittitur aliqua probatio.*
7 *Contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium, tamen bene per confeſſionem.*
8 *Si lata eſt ſententia diffinitiua, quę tranſierit in rem iudicatam, non poteſt amplius retractari, nec aliquid probari in contrarium, tamen ſi pars, pro qua eſt lata, fateatur ſententiam iniquam, vel iniuſtam, retractabitur per eius confeſſionem.*
9 *Confeſſio non eſt propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi.*
10 *Licèt negatiua non poſſit probari, tamen poteſt in poſitionibus proponi, & confiteri per partem.*
11 *Probatio de credulitate regulariter non valet, & tamen confeſſio de credulitate æquè præiudicat, ſicut de veritate.*
12 *Confeſſio facta in ſupplicatione porrecta principi, etiam abſente parte plenè probat.*
13 *Scriptura, quę fit de contractu, fit ad probationem, vt facilius probari poſſit, non tamen eſt de ſubſtantia.*

LEX V.

1 Vm te tranſegiſſe. † Idem operatur ↄfeſſio partis, qđ inſtrm publi. quo ad probationem,& tranſactio facta ſine ſcriptura valet, & tenet. h. d.
2 ¶ † Not. ex tex.ibi,fruſtra deſideras, ꝙ licèt tranſactio ſit ↄctus innominatus, vt per Bar.in l.ſiue apud acta.vbi dr̃ j̃.eo.& in cõtractib.innominatis re integra ſit locus pœnitentiæ. l.ſi pecuniam.in princ.ff.de condi.ob cauſ.tamen ſpeciale eſt in tranſactione,vt in ea nunquam poſſit eſſe locus pœnitentiæ, quia in-
3 uenta eſt ad lites finiendas.l.fratris.vbi dr̃ j̃.eo. ¶ † Secundò not. ex tex.ibi,nullum inſtrm,ꝙ ad eſſe,& pro ſubſtantia tranſactionis non requiritur ſcriptura,ſicut nec in pacto.l.pactum,qđ bo-
4 na.ſ̃.de pac. ¶ † Et per illum tex.infert Ang.hic, ꝙ cùm arbitramentum dicatur eſſe quædam trãſactio inter partes,gl.& Doc. in Auth.ſi verò ↄtigerit.C.de iud.declarat Bar.in l.qđ ſi Epheſi. ff.de eo,qđ cert.loc ſequitur, ꝙ in compromiſſo, vel in laudo arbitratoris non requiritur de neceſſitate ſcriptura. Adde Bald. in l.fi.in 4.col.C.de contrahen.emp.ſecus eſt in laudo arbitri.l.1. C.de ſent.ex breui.recitan. gl. in l.cùm antea.in ver. ſubſcripſerit.C.de arbit.& ratio eſt, quia arbitria ſunt redacta ad ſimilitu-
5 dinem iudiciorum.l.1.de arbi. ¶ † Tertiò no.ꝙ quãtum ad probandum,paris potentiæ eſt confeſſio, & inſtrm.imò plus, confeſſio eſt fortior,& efficacior, quam aliqua probatio de mũdo,
a iſtud proba ex quatuor. [a] Primò, quia ex quocunque inordinato proceſſu poteſt ratione confeſſionis ferri ſententia diffinitiua valida, etiam in criminalib. ſm Barto.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.re.poſt Inno.ibi,per eum allegatum.Bal.in l.1.C.de iud.& in l.mercalem.C.de condi.ob cauſ.bonus tex.in c. Piſanis.in fi. de reſti.ſpol.quem tex.ſic allegat Bal. in Auth. offeratur. in fi.C. de lit.conteſt. ſecus eſt in omni alia probatione, quia ex inualido proceſſu non poteſt ferri ſententia diffinitiua valida.l. pro-
b latam.vbi Bart.& alij.C.de ſent. [b] ¶ † Secundò facit, quia poſt
6 concluſionem in cauſa non admittitur aliqua probatio etiam per inſtrm.c cum dilectus.de fid.inſtr.& tamen poſt concluſionem in cauſa admittitur probatio per confeſſionem partis. c. cùm Ioannes eremita.de fid.inſtr.Bal.& Pau.de Caſtr.in Rub. C.de proba.d.Ant.de But.in c.licèt cauſam.in 1. char.de proba.
7 ¶ † Tertiò facit, quia contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium,vt per gl.in l.fi.in prin. & ibi Bar.ff.qđ met.cau.gl.& Doct.in l.ſiue poſſidetis.C.de probatio.& in c.is qui fidem.de ſponſ. tñ contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio per confeſſionem partis, glo.eſt in §.illud.in Auth. de æqua.do. vnde ſumitur Auth.ſed iam neceſſe,vbi Bar. & alij idem not. C.de don.ante nupt gl.in l.in contractib.in prin.C.de non nume. pecu.facit text.in l.1.in-
8 ducendo,vt ibi per Saly.C.de dolo. ¶ † Quartò facit, quia ſi eſt lata ſententia diffinitiua,quę tranſiuerit in rem iudicatam, non poteſt amplius retractari,nec aliquid probari in contrarium,& tamen ſi pars, pro qua eſt lata, fateatur talem ſententiam eſſe iniquam,vel iniuſtam,retractatur per confeſſionẽ partis, ita ꝙ amplius non meretur executionem,ſm Inn.in c.quia plerique. de immu.Eccl.quam ſequuntur. d.Ant.de But. & Panor.in c.is qui fidem.de ſponſ.cum mul.concor. Legiſtarum, & Canoni-
9 ſtarum,quas dedi in l.admonendi.ff.de iureiur. ¶ † Aduerte ta-
c men, ꝙ confeſſio [c] non eſt propriè probatio, ſed releuatio ab onere

ADDITIONES.

2 Adde Iaſ.& Ale.in l.fi.7.col.j̃.dc edi.diui.ante med. Scar.in l.fi.in gl. quemad. ſ̃.de eden.eundem Iaſ.in l.properandum.in princ.in pen.col. ver.3. limita.j̃. de iudicijs. PVRPVR.

b Adde, ꝙ vbi habemus cõfeſſionem, non curamus de ſolennitate probatoria Iaſ.in l.nemo.col.4.de leg.1.& in l.2.col.3.j̃.de ſecun.tab.

* Et fac.ꝙ confeſſus in iudicio, legitimè condemnari poteſt, licèt proceſſus ſit ineptus,rationem ponit Math.ſing.53. vbi Doct.in apoſtil. & not. Hippo.in Pract.§.cõſtante.in fi.& §.quoniam.de quo aliqua ſcribunt Afflic.deciſ.182. nu.2.372.nu.8.Rom.conſi.167.Anch.conſi.23.Capic. deciſ.179.& in ſpecie Rob.Maran.de ord.iud.c.42.nu.24.Idem Hipp. ſin.201.licèt hoc non ita procedere dicat Guid.Pap.q.216. maximè in Crimi. de quo tamen dic, vt per Rol.conſi.31.nu.4.6.7.lib.1.Bar.conſi.110.Bal.in l.properandum.in princ.in vlt.verb.C.de iudi.vbi ſtant pro Matheſ.prælleg. not. MASVER.

c Confeſſio. Adde tex.in c.cum cauſa.in 2.reſpon.de rap.Anto.de But.in c. licèt cãm.5.col.de prob.in c.ſi ſacerdos.in 1.col.de off.ordi.in c.in præſentia.in 2. col.de renun.Anch.in c.1.de conſecr.libr.6. Arch.in c.accuſator.6.q.vlt.Pau. de Caſtr.in l.1.ff.de cõfeſ.Lud.Rom.in repe.l.admonẽdi.in 21.col.ff.de iureiu.

* Et quòd confeſſio non ſit propriè probatio,communem dicunt Dec. in Rub. col.4.& fi.ver.expedita. extra de ꝓba.Hippo.in Rub.C.eo.ti.de qua vide,quæ ponit Fel.in d.Rub. de prob.col.3.nu.6.notat idem Hippo.ſing.110.vbi, quod non eſt probatio, ſed probationis releuatio, & ideo inquit ipſe poſt lapſas omnes dilationes,poteſt pars probare per confeſſionem, & publicatis atteſtationib.poſſunt fieri poſitiones etiam ſuper artic. ſuper quib. non poſſunt produci teſtes ad probandum, & poſt ſententiam poſſunt fieri confeſſiones, vt latius ibi declarat. MASVER.

Source : BIU Cujas

onere probandi, ſicut & iuramentum. l. eum qui. in princ. ff. de iureiur. ſm Bal. & Pau. de Caſt. in Rubr. C. de proba. Io. And. d. Anto. de Butr. & Pan. in Rubr. extra de proba. vbi per hoc inferunt, ꝙ non caderet in ſtatuto faciente mentionem de probat. præſertim in ſtatuto odioſo. Idem tenet Panor. in c. vnico. vltra medium. de ſcrutinio. Et ꝙ confeſſio non ſit' propriè probatio, ſed probationis releuatio, tenet do. Anto. de But. in c. licèt cauſam. in 6 col. de proba. & in c. ſacerdos. in 1, col. de offic. ordi. & in c. in præſentia. in 2. col. de renun. & Petr. de Ancha. in c. 1. per illum tex. de confeſ. in 6. Pau. de Caſtr. in l. 1. ff. de confeſ. & in l. Publia. ff. depoſi. inter cætera principaliter allegatur text. in c. 1.
10 de confeſ. in 6. † vbi negatiua, quæ non poteſt probari, tamen poteſt in poſitionib. proponi, & confiteri per partem; ergo cõfeſſio non eſt propriè probatio. vnde dicit Arch. 6. q. vlt. c. accuſator. circa prin. ꝙ confeſſio non eſt vera probatio, licèt præiudicet confitenti. facit tex. in c. pen. in verſic. vel ex probationib. viri, vel ex mulieris confeſſione. de rap. cùm alternatiua cadat inter diuerſa. facit, quod dicit gl. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cùm de hæreditate. in verſi. probatum eſſe. ff. de iureiur. quæ dicit, ꝙ
11 confeſſio, & probatio non ſunt paria. ¶ † Confirmo, quia probatio de credulitate regulariter non valet. l. teſtium. vbi glo. & Doct. C. de teſti. & gl. & Bar. in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen dixi vtiliter in Rubr. ff. de iureiur. & tñ confeſſio de credulitate æquè præiudicat, ſicut de veritate. gl. eſt ſing. in c. ex literis. in gl. ſi. de iureiur. eſt verum, ꝙ Bal. licèt non faciat mentionem de illa glo. in l. fin. §. ꝙ obſeruari. in 1. q. C. de iur. calum. tenet, ꝙ confeſſio de credulitate non eſt propriè cõfeſſio, & per hoc infert, ꝙ licèt ex confeſſione iudiciali oriatur actio, tamen ex confeſſione iudiciali de credulitate non oritur actio, quia non eſt propriè confeſſio. ſequitur Pet. de Ancha. in c. 1. circa fin. de iur. calum. in 6. Solus Salyc. in Rubr. C. de proba. tenet contra communem ſententiam, ꝙ imò confeſſio eſt propriè probatio, per tria fundamenta, præcipuè per tex. allegatum à Doct. quẽ ſubtiliter retorquet contra eos, in d. c. 1. de confeſ. in 6. vbi dicit tex. ꝙ negatiua non poteſt probari niſi per confeſſionem partis, dictio niſi ſtat exceptiuè, vt dixi in l. actione. §. ſed exceptio debet eſſe de regula. c. 1. de reg. iur. in 6. declarat Bart. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. ergo, vt exceptio dicatur eſſe de regula, & ſit bona, ille tex. probat, ꝙ confeſſio eſt propriè probatio. ¶ Pro iſta opin. contra communem, bene facit tex. in l. 1. §. fi. ff. de interrog. act. quem ad hoc nouiter ponderat. d. Fran. de Are. in Rubr. extra de proba. adde gl. in Auth. ſi quis in aliquo. in gl. parua. in ver. alia probatio. C. de eden. quæ dicit probatio. ſ. per teſt. vel confeſſionem, & Bart. in l. triticum. poſt medium. ff. de
12 verb. oblig. ¶ † Quartò no. ex hoc tex. ſecundum Fulg. & dom. Ant. de Alex. ꝙ confeſſio facta in ſupplicatione porrecta principi, etiam abſente parte, tñ plenè probat: regulariter autem confeſſio facta viua voce in abſentia partis non probat. l. certũ. §. ſi quis abſente. vbi Bar. ff. de confeſ. Cano. in c. ſi cautio. de fid. inſtru. niſi ſit confeſſio principis, quæ licèt ſit facta abſente parte, tamen plenè probat, & habet vim confeſſionis iudicialis. ſecundum d. Mar. Lau. in tract. de princi. in Rubr. de fiſc. concluſione. 87. alleg. d. Ant. de But. in c. ſi conſtiterit. de accuſ. puto, ꝙ ratio ſit huius no. licèt prefati Mod. non dicant, quare confeſſio facta in ſupplicatione abſente parte plenè probet, eo quia illa ſcriptura ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hæreti. qua rõne vtitur Bar. in l. nuda ratio. ff. de don. & per hoc ſequitur Bart. ibi, idẽ eſſe in cõfeſſione facta in libello conuentionali, quia ſcriptura ſemper loquitur. facit. l. cùm precum. C. de libe. cauſa l. 2. vbi Bar. & alij not. C. de inſti. & ſubſti. Bart. in l. rura. C. de omni agr. deſer. lib. 11. idem eſt in confeſſione facta per reum in ſuis exceptionib. ita no. Bar. in l. 1. ad fi. per illum tex. C. de his, quæ pœn.
13 no. ¶ † Quintò no. ex tex. ibi, probationem rei geſt. ꝙ ſcriptura, quæ fit de contractu, fit ad probationem, vt facilius probari poſſit, non ad ſubſtãtiam. l. contrahitur. ff. de pig. niſi in caſibus,
a in quibus ſcriptura * de neceſſitate requiritur, vt dixi in l. pactum quòd bona fide. ſupra de pac.

ADDITIO.

a Scriptura'. Adde glo. in §. poſtquam. verſic. in ſcriptis. in c. 1. de cenſib. lib. 6. Specu. titu. de inſtru. edit. §. reſtat. verſic. ſed & alij. Bald. in l. geſt. C. de re iud. Ioan. de Imo. in c. cum in iure. de offic. delega. Abb. in c. ex tenore. in 1. not. de conceſſio. præben.

SVMMARIVM.

1 *Ad querelam extinctam non datur regreſſus, ſed ſi promiſſa non ſeruantur per actionem ex ſtipulatu, vel præſcrip. verb. ſuccurritur.*
2 *Obligatus ad genus ex quocunque contractu, & quomodocunque promiſerit, ſemper tenetur dare, & ſic dominium transferre.*
3 *Verbum tradere non importat dominij translationem, niſi promiſſum ſit tradere in genere.*
4 *Querela ſemel extincta per tranſactionem amplius inſtaurari non poteſt.*
5 *In obligationib. dandi agitur ex ſtipulatu ad intereſſe.*
6 *Stipulatio regulatur ſecundum naturam illius contractus, ſuper quo interponitur, & nu. 10. & 11.*
7 *Quæ ſit ratio, quare in contractib. innominatis non poteſt agi præcisè, vt detur, ſed agi debet ad intereſſe.*
8 *In contractibus innominatis locus eſt pœnitentiæ.*
9 *In contractib. innominatis habet locum condictio ob cauſam.*
12 *Quando contractus innominatus ſubrogatur loco nominati, mutat naturam ſuam, & aſſumit naturam contractus nominati.*
13 *Quæ differentia ſit inter actionem præſcrip. verbis, & actionem in factum.*
14 *Omnis actio etiam ex delictis competens propter lit. conteſta. efficitur tranſitoria ad hæredes, niſi ſit renunciatum.*
15 *Querela non præparata tranſmittitur.*
16 *An ius dicendi nullum non intentatum in vita tranſmittatur ſaltem ad liberos.*
17 *Licèt filius ſit malè exhæredatus, quia pater non expreſſit cauſam, tamen fratres poſſunt probare ipſam, & priuabitur ſucceſſione.*
18 *Reuocatio donationis inter viuos, quæ poteſt fieri propter ingratitudinẽ donatarij, non tranſmittitur ad hæredes donatoris; niſi donator in vita inchoauerit litem.*
19 *Tranſmiſſio querelæ, quæ fit beneficio. l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſta. non habet locum quando exhæredatus in vita renunciaſſet.*
20 *In dubio quando non apparet, qualiter fuerit concepta conuentio, an ſub conditione, vel ſub modo, vel purè, in dubio non præſumitur conditionalis.*
21 *Stante ſtatuto, quòd filia dotata exiſtentibus filijs maſculis non ſuccedat patri, an iſta facultas tranſeat ad hæredem maſculi, vt excludatur fœmina.*
22 *Quę ſit actio datiua, & quę natiua.*
23 *Ex contractu innominato, facio vt des, oritur actio de dolo, quamuis ex alijs contractibus innominatis ſemper oriatur actio preſcrip. verb. & nume. 27.*
24 *Contractus innominati correlatiui ſunt quatuor tantum.*
25 *Donatio an ſit contractus innominatus.*
26 *Actio de dolo non durat niſi biennio.*
28 *Contractus innominati qualiter cognoſcantur.*
29 *Non ſeruanti fidem, non debet ſeruari fides.*

LEX VI.

CVm mota. Bar. exorditur, quòd iſta lex eſt ſubtilis, ſpeculatiua, & vtilis. Ange. dicit, quòd eſt valde difficilis, & quòd eius materia eſt de apicibus iuris. ¶ Diuide iſtam legem in duas partes. In prima decidit. In ſecunda conſulit: Secunda pars eſt ibi, verùm ſi fides. Vel aliter, & ſecundo modo poteſt diuidi in tres partes. In prima facit, quòd dictum eſt. In ſecunda conſulit. In tertia enumerat remedia. Prima, & ſecunda pars ſunt ſupra aſſignatæ. Tertia ibi, aut enim ſi ſtipulatio.
1 hoc dicit. † Ad querelam extinctam non datur regreſſus, ſed ſi promiſſa non ſeruantur, per actionem ex ſtipulatu, vel præſcr. verb. ſuccurritur. hoc dicit in effectu. ¶ Not. primò ex text. ibi, vt partem bonorum ſuſciperet. iuncta glo. parua. in verſic. ſuſciperet. & in glo. magn. in verbo danda eſt. dum dicunt, ꝙ hic fuit contractus innominatus, do vt facias, quòd iſta verba ſu-
a ſcipere, a vel recipere, important tranſlationem dominij, ſicut verbum dare. §. ſic itaque. inſti. de actio. & ita not. Bart. hic. in 2. colum. ¶ In contrarium facit tex. in l. naturalis. §. 1. ff. de præſcri. verb. Barto. ibi, & in l. 1. ff. de rerum permuta. & in l. fin. in princip. ff. de condictio. ob cauſam. & Moder. hic reſpondent, quòd iſta verba de ſe non important tranſlationem dominij, ſed in caſu huius legis ideo verbum ſuſcipere hoc importat, eo quia
2 non erat adiectum ſpeciei, ſed generi. † Nam obligatus ad genus, ex quocunque contractu, & quomodocunque promiſerit, ſemper tenetur dare, & ſic dominium transferre. Iſtud probatur per duo bona ſimilia. nam licèt venditor non teneatur dare, & ſic dominium transferre. l. fin. ff. de condictio. ob cauſ. tamen ſi vendit aliquid in genere, puta decem ſaccos frumenti in genere, tenetur transferre dominium, non ex natura ipſius contractus, ſed ex natura ipſius rei, quæ conſiſtit in genere. l. qui concubinam. §. ſi hæres. & ibi not. Bart. ff. de leg. 3. Bar. in l. ex empto. in princip. ff. de actio. emptio. & in l. 2. ad fin. princ.
ff. ſi

ADDITIO.

a Suſcipere. Adde Iaſ. in l. qui ſe patris. col. 9. C. vnde libe. & Dec. in l. non videtur. ff. de reg. iur.

Source : BIU Cujas

3 ff.ſi cert.pet. ¶ † Simile in eo,qui promittit tradere,nam verbū tradere,non importat tranſlationem dominij. l. ſi rem tradi.ff. de verb.oblig. & tamen ſi promittit tradere in genere, tenetur transferre dominium non ex natura verbi trado, ſed ex natura rei in genere promiſſę.gl.eſt ſin.in l.à ſubſtituto.§.fin.cum l.ſeq. vbi Doct. notant.ff.de lega.1.per quam ſic limitatur.d.l. ſi rem tradi.¶Cogitabam poſſe aliter rñderi, qđ ideo hoc verbum ſuſcipere,intelligitur,vt importet tranſlationem dñij,eo quia verba debent intelligi ſm naturam actus, ſuper quo interponuntur.l.ſi vno.in prin.cum gl.ff.loc. ſed iſta verba ſunt interpoſita in contractu tranſactionis,de cuius natura eſt, ꝙ reus det actori.l.tranſactio.in ver.dato.j.eo. ĩ hæc ſolutio non eſſet generaliter tuta, cùm in tranſactione non ſemper veniat dari, & ſic dominium transferri.l.ſiue apud acta.in ver. rerum tñ vendica-
4 tione pendente,& ibi Pau.de Caſt.j.eo.¶†Secundò not.in ver. inſtaurari.ꝙ querela ſemel extincta per trāſactionem,amplius inſtaurari non poteſt,facit.l.qui res.§.aream. ff.de ſolu.adde, ꝙ iſtud procedit etiam ſi interueniret conſenſus vtriuſq; partis, tex.eſt & ibi ponitur ratio,in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.in ver. ſed ſi pactum,& in l.ſi tibi.§.quædam.ff.de pac. ¶ Tertiò not.in ver.verum.ibi,in id,ꝙ intereſt.tex.expreſſum, & pro certo mi-
5 rabilem,† ꝙ in obligationib.dandi agitur ex ſtipulatu ad intereſſe.¶In contrarium fortiter facit vulgata regula, quæ habet,ꝙ in obligationib.dandi,quia obligatio eſt præciſa,præcisè agitur vt detur,non autem poteſt agi ad intereſſe.l.vbi autem non apparet.§.fi.de verb.oblig.§.ſic itaque.inſti.de act. iſta eſt alta difficultas contra hunc text. Reſpon.Bart.hic in vlt.col.cum quo indifferenter omnes hic tenent,& Ange.& Imo. in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo. oblig. ꝙ iſtud ideo eſt in hac. l. quia ſtipulatio fuit interpoſita ſuper contractu innominato.
6 † vnde ſtipulatio regulatur ſecundum naturam illius contractus,ſuper quo interponitur.l.ſi ſtipulatus.in prin. ff.de vſur.ſed natura ⁊ctus innominati eſt propter eorum debilitatem, vt licèt promittatur dari, tñ obligatio non eſt præciſa, imò in contractib. innominatis debet agi ad intereſſe.l. naturalis.§.1.ff. de præſcr.verb.no.in l.cùm precib. C.de rer.permu. Bart.ibi rationem aſſignat in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.in 11. oppo.t. partis.Cy.& Bar.in l.vnica.in 4.qō. C.de ſent.quæ pro eo,qđ inter.Cy.& omnes in l.ex placito.C.de rer.permut. & ad hoc iſte tex.eſt ſing.ſm Ang.hic. ¶Sed aduerte licèt omnes indifferenter vſque ad hæc tempora tranſeant cum iſta ſol.Bart.puto, ꝙ
7 ſit falſa.† nam ratio quare in contractib. innominatis nō poteſt agi p̄cisè vt detur,ſed debet agi ad intereſſe,eſt ſm Bar.& Doc. in locis præalleg. eo quia ⁊ctus innominati fiunt pacto nudo, & ſic ſunt frigidi, & debiles, ergo iſta ratio ceſſat, vbi ſtipulatio interuenit.Secundò,& fortius errant Bar.& Docto.dum dicūt, ꝙ quando ſtipulatio interponitur ſuper contractu innominato, ꝙ tunc ſtipulatio aſſumit ſibi naturam ⁊ctus innominati; iſtud eſt falſum,imò totum eſt èconтra, ꝙ non dī amplius contractus innominatus propter ſtipulationem.ita dicit Bart.in l.2. ad fi.de condi.ob cau.vbi per.h.d. ꝙ cùm in inſtrumentis ſemper notarij apponant ſtipulationem, vbi eſt inſtrumentum,ibi nunquam erit ⁊ctus innominatus propter ſtipulationem,imò recurritur ad materiam ⁊tractuum nominatorum. ſequuntur Pau.de Caſt.& d.Alex.in l.1.in vlt.col.ff.de pac.& in Rubr.ff.de verb.ſignif.& d.Alex.Imo.in conſi.40.in 4.vol.ſuper primo dubio quo quæritur.ad fi.& dicit Bar.in l.in ædib.§.1. ff.de dona.ꝙ licèt ſit dubium,an donatio ſit contractus nominatus,tñ quando donatio fit per ſtipulationem,tunc conſtat, ꝙ eſt ⁊ctus nominatus.l.1.in fi.ff.de pact.& ꝙ ita ſit,patet, ꝙ vbi in contractu innominato apponitur ſtipulatio, ꝙ deſinat eſſe contractus innominatus, per l.ex placito. C.de rer.permu. nam ⁊ctus innominatus non producit actionem,niſi ſequuto implemento.l.1. in fi.ff.de rer.permu.& tamen vbi eſt ſtipulatio,ſtatim producit
8 actionem.d.l.ex placito. ¶†Item in contractib.innominatis locus eſt pœnitentiæ.l.ſi pecuniam.in prin. ff. de condi.ob cau.& tñ in contractu innominato, vbi apponitur ſtipulatio,non habet locum pœnitentia, ſm Bald.in l.quamuis.j.eo. per tex.in l. Labeo ſcribit.& in l.fundi partem.ff.de contrahen.emp.iuncta. l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.ff.de actio. empti.& dicit Pau.de Caſtr. in d.l. quamuis.ꝙ iſtud dictum eſt pulchrum,ſed cum labore,& ſub-
9 tiliter hoc extrahes de illis legib.alleg.per Bal. ¶†Item in cōtractib.innominatis habet locum condictio ob cauſam.l. fi. ff. de condi.ob cau.& tamen qñ ſtipulatio adijcitur in contractu innominato,facit ceſſare condictionem ob cauſam, vt ibi probat text.in l.cùm precib.in aduerſatiua ſi verò.C.de rer.permu. ſm Ludo.Rom.in l.ſciendum.ff.de verbo.oblig. ad idem facit tex.in l.rō.§.1.ff.de act.emp.vbi videtur eſſe tex prima facie, ꝙ ſi ſtipulatio interponatur ſuper cōtractu emp.& vendi.non veniunt fructus,qui aliàs venirent in emptio.& vend.tamen ideo ibi eſt,quia ſtipulatio non fuit interpoſita ſuper toto cōtractu, ſed ſolùm ſtipulatus eſt vacuam poſſeſſionem tradi. ¶Ad idē facit,qđ vult Bal.in l.ſingularia.in 6.ſpeciali.ff.ſi cer.pet.ꝙ quando ſuper contractu empt. & vend.interponitur ſtipulatio,talis ſtipulatio non aſſumit naturam emp. & vendi.nec efficitur bonæ fidei,imo remanet ſtricti iuris, ſicut prius, & de hoc eſt bonus tex.in l.in bonæ fidei.cum glo. in verſi. condicturum. & ibi Pau.de Caſt.ad hoc no.ff.de eo, quod cert.loc.tenet Bald.in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.in 2.col.in fi.& ſeq.ff. ſi quis cau. Ad idē facit tex.in l.miles.§.decem. ff.de re iud. vbi ſtipulatio interpoſita ſuper actione noxali, non aſſumit naturam illius actionis,
10 imò eam mutat.† Imo.ibi in vlt.not.dicit illum tex. eſſe ſingulariter tenendum menti,per quem tex.limitantur iura,quæ dicunt, ꝙ ſtipulatio interpoſita ſuper aliquo actu, regulatur ſm naturā illius actus, ſuper quo interponitur,iſtud procedit quantum ad hoc,vt nō detur in plus, vel minus quàm competebat actio ex illo contractu, ſed bene efficacius, vt ibi eſt text.& ſequuntur Pau.de Caſt.& d.Alex.ibi.& idem. d.Alex.in l.1.in vlt. col.ff.de pac.& in l.ſtipulationes non diuiduntur.in 10.col.ff.de verb.oblig.¶Per iſta ſeptem fundamenta poſſet attentari contra doctrinam Bar.& omnium hic, ꝙ ſtipulatio interpoſita ſuper contractu innominato, non mutet naturam ſtipulationis, aſſumendo naturam cōtractus, innominati,imò totum èconтra operetur. Sed ita tenendo durum eſt reſpon. ad iſtum text. vbi actio ex ſtipulatu in obligatione dandi ſi retineret naturā ſuam,competeret præcisè ad dandum, & tamen hic competit ad intereſſe,poſſes dicere, ꝙ iſte text.expreſsè non dicit,ꝙ ex ſtipulatione agatur ad intereſſe,nam bene dicit,ꝙ ſi fides præſtita non ſeruetur,agitur ad intereſſe, non dicit qua actione, poſtea diſtinguit,aut ſtipulatio interuenit, & agitur ex ſtipulatu, aliàs agitur præſcr.verb.tamen iſta non eſt realis ſol.Quid tenendū ? dom. Fran.de Arc.in l.ſciendum.in 9.col.ff.de verb.oblig.tenet
* *communem ſententiam*, ꝙ ſtipulatio * interpoſita in quacunque
a materia,ſemper intelligitur ſecundum naturam illius actus,ſuper quo interponitur:mouetur per id,quod tenet Bal. in c.1.ad fi.de vaſſal. qui contra conſtitutionem Lotha. in vſib.feud.vbi ſtipulatio interpoſita ſuper materia feudali, mutat naturam ſuam,& regulatur ſm naturam feud. ¶Secūdò adducit, quod vult Bar.in l.fi.per illum tex.ſing.ff.de ſol.& in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de leg 3.ꝙ ſtipulatio interpoſita in vlt. volū. regulatur ſm naturam vltimæ volun. & facit ad quæſtionem, de qua ibi per Bar.& ad idem,ꝙ decidit Bart.in l fi.C.de conſti.
11 pecu.¶ †Tertiò adducit bonum tex.in l.1.& ibi Bald.C.de rer. permu.vbi qñ contractus innominatus ſubrogatur loco nominati,mutat naturam ſuam,& aſſumit naturam contractus nominati; ergo idem debet eſſe hic èconтra. ¶Adde.l.miles.§.decem.Reſpon.ꝙ illa lex loquitur, qñ ſtipulatio interponitur ſuper delictis,quæ non dependent à voluntate partium, ſed nos loquimur,qñ ſtipulatio interponitur ſuper ⁊ctu: nam æquum eſt, ꝙ ſtipulatio intelligatur ſm, ꝙ partes contraxerunt.Ego pro communi ſentētia,pro qua ineuitabiliter ſtringit iſte tex. addo text.in l.ſi.in ver.pen.vbi Pau.d. Caſt.& Mod.not.ſ.de pac. vbi conſenſus inter viuos præſtitus, ſuper eo, qđ reſpicit futuram ſucceſſionem,aſſumit naturam vltimæ volū. ſi ſic poſſit quandocunque reuocari.¶Secūdò,& fortius allego tex.in l.2.§.paruſi.ff.de priui.cred.vbi ſtipulatio interpoſita ſuper actione funeraria,aſſumit naturam illius actionis,& eius priuilegia, & ſtringe illum text. quia ibi ſtipulatio nō immutat actionem, ſuper qua interponitur quātum ad priuilegium, minus immutabit, quo ad ea,quæ competūt de iure communi, cùm facilius tollatur ius ſingulare, quàm ius commune.l. eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſta.mil. ¶Tertiò allego bonum tex in l.1.§ belliſſimè.ff. vt leg.no.caua. vbi ſtipulatio interpoſita ſuper legatis aſſumit naturam legatorum, vt fructus veniant à tpe moræ factæ in legatis, & ſic immutat naturam ſtipulationis, in qua cùm ſit ſtricti iuris,non venirent fructus,niſi à tempore lit.conteſt.l.cùm fundus.in prin.ff.ſi cer.pet.& illum tex.in alio propoſito reputant ſing. Rom.& Pau.de Caſt. in l.certi condi.in prin. ff.ſi cert.pet. ¶Quartò facit text.in l.ſi legati.cum glo.ff.de lega.
12 primo.¶†Vltimò facit,quia ſtipulatio appoſita iuxta aliquem contractum,non nouat,nec mutat naturam illius contractus, ſuper quo interponitur, imò ſtipulatio aſſumit naturam illius contractus, & ideo quamuis remedium.l. ſecundę. C. de reſcind.vendi.non habeat locum in ſtipulatione,quia eſt ſtricti iuris, tamen habet locum in ſtipulatione, quando ſtipulatio interpo-

ADDITIO.

a * Stipulatio. Adde, quæ idem Iaſon ſcribit in l.qui Romæ.§. Seia. numer. 25. ff.de verborum obligatio. Gabriel. commun. opinio libro ſexto. titu.de reg. iuris.concluſ.2.idem Iaſ. in l.qui bis idem.numer.14.de verborum obligatio. vbi dixi. MASVER.

Source : BIU Cujas

Ias. super Prima Codicis.

* interponitur super empt.& vend.secundum Bar. *& magis communiter alios* in l.si quis cùm aliter.ff.de verbo.obliga.in 2.col. in ver.quæro circa secundum effectum. Et tenendo istam partē, quæ est communis,oportet dicere,q̄ doctr.Bart.in l.2.ad fin.C. de condi.ob caus.quamuis eam sequatur do. Alex.in consi.40. in 4.vol.quod incip.super 1.dubio. quo quæritur.ad fin. non sit generaliter vera, imò falsa,sed debeat intelligi, vt per do.Alex. in l.1.in vlt.col.ff.de pac.& in Rubr.ff.de verb. oblig.in vlti.col. cogita tamen,quia passus est valde subtilis, & disputabilis. Itē adde, q̄ si in venditione interponitur stipulatio, tamen habet locum remedium.d.l.2.C.de rescin.vend.& non actio de dolo. vt not.per Bart.in l.si quis cùm aliter.ff.de verbo.oblig. item ad propositum vide Franc.de Are.post.Imo.ibi in l.4.§. Cato.in 9. col.ff.de verbo.oblig.vide iura,quæ allegat,vbi tractat, quando stipulatio continet rem accessoriam diuersam à contractu,an
13 reguletur secundum naturam contractus. ¶ † Quartò principaliter not.ex tex.ibi,præscr.verbis rem gestam.hic probari melius,quàm alibi differentiam inter actionem præscri.verbis, &
a actionem in factum,[a] quam ponit Bar.in Rubr. ff.de præscrip. verb.licèt istam legem non alleget,quam ad hoc not.Fulg.hic in 3.not.¶Vltimo no.ex fi.ibi,rem gestam demonstrat, secundum Vltramontanos,& Cy. in l.edita.§.de eden. vt refert Bart. hic in fi. q̄ actio est factum,& malè,vt per Bal. & Sal.hic in fi. ¶Capio gl.in ver.cùm mota. quam diuide in duas partes,prout duo remouet contraria.Secunda ibi,hodie verò. Ex part.1. not.quod licèt in casu huius legis querela esset præparata propter litem motam, vt dicit tex.& consequenter per lit. contest. non tamen transmittit ad hæredes, quia ei fuit renunciatum.
14 † ex hoc not. Barto.limitari omnes leges,quæ dicunt, q̄ omnis actio etiam ex delictis competens,per lit.contest.efficitur transitoria ad hæredes.l.vnica.C.ne ex deli.defun.l.omnes pœnales. ff.de act.& obli.l.1.ff.de priua.delic.est verum, nisi sit renunciatum.& ad hoc iste tex.cum glo.est sing.secundum Ange.in d.l. 1.ff.de priua.delic.¶Facit,quod vult glo.& Bar.in l.1.C.de præscrip.long.tempo.q̄ vitium litigiosi inductum per lit.contesta. extinguitur, quando instantia perijt per renunciationem partium.idem no.glo.in c.significauerunt.in gl.fi. quam ad hoc ibi
15 not.Panor.de testib. ¶ † Ex secunda parte glo. habes, q̄ hodie querela non præparata transmittitur, quod ita generaliter non est verum,sed restringe per ea,quæ nunc dicam. ¶Secundò ex hac gl.not.solus Sal.hic, q̄ l.si quis filium.C.de inoffi.testa.allegata in gl.habet locum non solùm in filijs, qui sunt sui, sed locum habet etiam in filijs, qui non sunt sui, vt patet hic in filijs respectu matris,& quamuis Ray.& Alb.hic teneant contrariū, & ante eos glo.in l.si quis affirmauerit.§. fi. in glo.mag. in versi. hæredes.in prin.ff.de dolo.tene cum Salyc.per text.in l. scimus. §.fi.in versi.ad suam posteritatem.ĩ.de inoffic.testa.non autem transmittitur ad penitus extraneos hæredes, vt ibi in text.sicut in simili querela inofficiosæ donationis non præparata transmittitur ad liberos, sed non ad extraneos hæredes, secundum Bal.in l.1.in pen.col.C.de inoffi.dona. ¶Limita tamen sing.dictam.l.si quis filium. & consequenter gl.hic. secundum Iacob. But.Mart.Sili.& Saly.hic,vt procedat in casu suo speciali, quādo filius exhæredatus ideo in vita non intentauit querelam, eo quia scriptus hæres distulit adire hæreditatem,& querela inofficiosi testamenti non potest intentari hæreditate non adita.l. filium.§.sed cùm exhæredatio.ff.de bono.pos. contratab. tunc querela non prēparata bene transmittitur ad liberos, aliàs secus, moti, quia illa lex cùm sit correctoria,non debet extendi. ¶Ista limitatio placet,sed non ratio, quia illa lex non est correctoria,sed solùm limitatoria in casu isto,& iura limitatoria bene recipiunt extensionem,secundum Barto.in l. si constante.in prin.in 9.q.1.partis prin.ff.solu.matri. & pro hoc soleo allegare duos text.vnum in c.cùm dilecta.§.nos igitur. de confir.vti.vel inutil.quem ad hoc ibi pōderat Pan. & notabilius in c. ad audientiam.in 1.not.de cleri.non resi.aliàs est in c. post translationem.§.quamquam.& ibi Bal. ad hoc not.de renun.tene tamen hanc limit.& pondera specialiter tex.in d.l. si quis filium.in ver. in tali specie.& tex.in d.l.scimus.§.fi. & hoc bene not.ad ea,quæ dicuntur in seq.glo. ¶ Sed audi nouum dubium non tactum
16 hic,aut in locis consuetis,† quid erit de iure dicendi testamentum nullum, quando filius in potestate est præteritus in testamento patris, an ius dicendi nullum sibi competens, si non sit ab eo intentatum in eius vita, an transmittatur saltem ad liberos? Istum passum tangit singulariter solus Bal.in c.sciscitatus. in pen.col.de reseri.vbi tenuit, q̄ ius dicendi nullum non agnitum transmittat filius ex potentia suitatis ad quoscunque.allegat.l.vxoris abortu,quę parum facit. C. de posthu.hæred.instit. quia existentia sui hæredis parit nullitatem,ergo prēcedit,sicut causa præcedit suum effectum.l.in suis.ff.de libe.& posthu.& si tu diceres contra ex his, quæ supra dicta sunt in querela, potes respondere, q̄ quando filius est expressè exhæredatus,exhæredatio remouet suitatem.d.l.in suis. secus, quando filius non est nominatus in testamento patris, & consequenter præteritus. ¶Puto,q̄ Bald. verum dicat quo ad liberos, quia teneo, q̄ ius dicendi nullum,competens filio præterito, quamuis non agnitum transmittatur ad eius liberos, beneficio.l.vnicæ. C.de his, qui ante aper.tab.sicut beneficio eiusdem.l. transmittitur ad liberos ius contratabulandi competens de iure præto. filio præterito.secundum Bal.in l.filio præterito.ff.de iniu. rup.vt ibi refert, & sequitur Imo.in pen.char. do. Alex.in l. emancipata.in vlti.col.C.qui admit. sed quo ad extraneos hæredes non credo Bal.verum dicere,quia iure non probatur,& quia transmissio, quæ fit per filium ex potentia suitatis procedit, quando pater est mortuus ab intest.quo casu. l. ciuilis facit filium suum,& necessarium hæredem,vt declarat Bart.in l.si infanti. C. de iure delibe.& in l.ventre.ff.de acquir.hæred. quæ ratio cessat, quan-
17 do filius vellet transmittere contra testamentum patris. ¶† No. etiam in materia, q̄ si pater in testamento exhæredauit vnum ex filijs, sed non expressit causam, licèt filius sit malè exhæredatus,querelet testamentum,& reducat ad causam intestati,tamen si fratres probent causam exhæredationis iustam, quamuis non expressam à patre in testamento, priuabitur talis filius successione intestati.ita sing.notat Ang.nec alibi legi,in §.ingratitudinem. in Auth.de nup. per illum text.cum glo.in versi.lucrum.& propterea dicit,q̄ aduocati semper sint cauti, vt pro-
18 bent causam ingratitudinis, vt ibi per eum. ¶† Adde etiam prę
b dictis, q̄ reuocatio [b] donationis inter viuos, quæ potest fieri propter ingratitudinem donatarij,non transmittitur ad hæredes donatoris, nisi donator in vita inchoauerit litem.l.1. & l.si. circa fin.C.de reuocan.dona. cap. fin.de don.& ibi Pan.limitat hoc vltimum esse verum, quando donans sciebat talem causam,aliàs si ignorabat,& sic nō potest imputari donanti, quare in eius vita non inchoauerit litem, tunc putat esse æquum, qđ transmittatur ad hæredes,vt ibi per eum. ¶Capio gl.in vers.per vos.quam diuido in tres partes. prout gl. ponit tres solutiones
* ad contrarium in ea formatum. *Prima solutio communiter approbatur*,quia querela inoffi.testam.competebat ipsi matri. Ideo si promissa in tranſactione sibi non obseruentur, potest redire ad querelam: hic autem mortua matre,si conuenta in rranſactione non obseruentur,non possunt hæredes redire ad querelam, quia eis non competebat,ex quo mater renunciauerat, & erat mortua. Nec obst.si dicas, q̄ quamuis mater esset mortua, tamen querela transmittitur ad filios,per l.si quis filium. C. de inoffi.testa.ergo virtute transmissionis filij si conuenta non obseruentur, debent posse intentare querelam, sicut posset mater si
19 viueret. Respon.dupliciter omissis verbis aliorum. Primò, † q̄ transmissio querelæ,quæ fit beneficio dictæ.l. si quis filium.non habet locum, quando exhæredatus in vita renunciasset querelæ,vt expressè dicit ibi tex.in fi. Secundò dic,quod transmissio querelæ,quæ fit beneficio d.l.si quis filium. nō habet locum generaliter,sed solùm in casu speciali ibi posito,secundum q̄ de-
20 claraui.s. in glo.1. ¶ † Secunda solutio gl.reprobatur per omnes,quia diuinat.sed Bar.subtilius reprobat, q̄ falsa est per regulam,quam ipse ponit, q̄ in dubio, quando non apparet qualiter fuerit concepta conuentio,an sub conditione, an purè, an sub modo,in dubio conuentio non præsumitur conditionalis, & ideo si transigo tecum pro decem, non præsumitur in dubio,q̄ ista transactio fuerit facta sub conditione, si dederis decem.No.bene hanc doctr.quam sequuntur Bal.Ang.& Pau.de Cast.sed caue,quia Bart. se fundat super text. in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loc.dum vult, quòd in conditione tacita,de qua ibi in tex.obstet exceptio,ergo non erat conditionalis.nam mihi videtur, q̄ text.probet contrarium, dum dicit,licèt nihil de pensione dictum sit, tamen verisimile est ita conuenisse, si pensioni pareatur, esse conditionem tacitam, sed conditio tacita à l.subintellecta ita impedit ortum act.& obliga. sicut conditio expressa.glo.in l.item quia. ff.de pac. & in l.2.§.fin.ff. si cert.pet. nec obst.tex.in ver.exceptio,quia secundum Fulg.hic debet intelligi de exceptione intentionis, & facti, iuxta glo.magistram in l.qui se debere, in prin.ff.de condi.ob cau. Item contra Bart. facit text.in l.à testatore.& ibi Bart.ff.de conditio. & demon.& ibidem Imo.dicit,quòd ille text.est singulariter not.ad hoc, & q̄ alibi melius non probatur. ¶Tamen respondē dupliciter ad illum

ADDITIONES.

a Ias.in l.certi condictio.4.col.ff. si cer.pet. PVRPV.

b * Reuocatio. Adde, quæ scribit Catel.versi.donatio perfecta. vbi ponit tres declarationes ad concl.quòd donatio perfecta reuocari potest ex causa ingratitudinis,& ibi an potent etiam reuocari per hæredem ex causa ante cōmissa tempore donationis, sicut per ipsum potuisset, distingue, vt ibi per eum. MASVER.

Source : BIU Cujas

illum tex. Primò ſecundum do. Alex. & bene, ꝙ ibi eſt, propter ablatiuos abſolutos, acceptis decem, qui reſoluuntur in conditionem. Secundò dic ſecundum Raph. Cuma. ibi, ꝙ ille text. in fi. probat contrarium, referendo vltimò ſententiam Claudij. Iſta doctr. poteſt eſſe vtilis ad multa. ¶ Ego induco ad quæſtionem
21 quotidianam, † Stante ſtatuto, ꝙ filia dotata [a] exiſtentibus filijs
a maſculis non ſuccedat patri, an iſta facultas dotandi tranſeat ad hæredem maſculi, vt excludatur fœmina: iſta quæſtio eſt inuoluta, nec bene declaratur à Scribentibus, & mihi ſæpius contingit in facto. Tu diſtingue tres caſus. Aliquando ſtatutum purè loquitur hoc modo, ꝙ exiſtentib. maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant patri, ſed ipſæ filiæ debeant dotari, & tunc tene, ꝙ facultas dotandi mortuo maſculo tranſit ad eius hæredem, ex quo in eius locum ſuccedit, & eius perſonam repræſentat, in Auth. de iureiur. à mori. præſti. in prin. ita in pulchra quæſtione determinat Cy. in l. 1. ad fi. C. de adul. vbi quærit ſtante ſtatu-
b to [b] prædicto, pone, quod antequam dotet ſororem, moriatur filius maſculus relicta filia, nunquid filia poterit offerre dotem, & excludere amitam ſicut eius frater potuiſſet? determinat, ꝙ ſic. Idem tenet Io. And. in addi. Spec. in titu. de ſucceſſ. ab inteſt. ſuper Rub. Alb. de Ro. in 2. parte ſtatutorum. q. 119. quæ incip. item quæritur, communiter eſt ſtatutum in ciuitatib. Pau. de de Caſt. in conſi. 109. quod incip. ſuper. 1. dub. ¶ Aliquando, & ſecundo ſtatutum loquitur conditionaliter, & incipit à præcedenti conditione, hoc modo, ſi mulier dotata fuerit à patre, vel à fratrib. non ſuccedat in bonis patris, & tunc conclude, ꝙ facultas implendi conditionem legalem non tranſit ad hæredes, vt habetur per Bart. & plenius Mod. in l. ſi decem cum petiero. ff. de verb. oblig. facit text. in l. prætor. vbi Bart. ff. de collat. bon. præcipuè cùm incipiat à conditione, vt declarat Bar. in l. à teſtatore. ff. de cond. & demon. ¶ Confirmo per bonum ſimile. nam in vlti. volun. facultas implendi conditionem non tranſit ad hæredes. §. ex conditionali. inſti. de verb. obliga. l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de cad. tol. & ſtatuta debent intelligi ſecundum leges vltimarum voluntatum, ſecundum Bart. in l. 1. ad fin. C. de his, quib. vt indig. cum alijs concor. quas ibi dedi. ¶ Aliquando, & tertiò verba ſtatuti ſunt dubia, quia poſſunt ſtare conditionaliter, vel modaliter, puta, ſi ſtatutum dicit, ꝙ filia dotata non ſuccedat patri, iſta verba filia dotata, poſſunt intelligi conditionaliter, ſi filia dotabitur. Item poſſunt intelligi, vt ſtent modaliter, vel purè, vnde recurrendum eſſet ad doctrinam ſuperiorem, an in dubio præſumatur diſpoſitio conditionalis; ſed Bald. in l. ſi plures. C. de condi. inſer. in antepen. col. in ver. iuxta prædicta formatur talis quæſtio, ſtatuto cauetur. & in ver. ſeq. videtur velle, ſi bene inſpexeris, ꝙ talia verba ſtatuti, ꝙ filia dotata non ſuccedat, ſtent conditionaliter, ſi dotabitur. ſequitur Pet. de Anch in commen. c. canonum ſtatuta. de conſtit. in ver. pone ſtatuto cauetur, ꝙ filia dotata. do. Alex. in conſi. 130. in 2. vol. quod incip. attentis verbis teſtamenti. facit doctrina, quam tradit Bal. hic in 3. col. ꝙ vbi cauſa quæ apponitur, requiritur ad originem, tunc ſtat conditionaliter, ſecus quando ad effectum. tex. habes, & exemplum in l. cum tale. §. 1. ff. de conditio. & demõ. & ibi dicit Imo. quòd de hoc non reperitur melior text. in iure. & idem Bal. in l. & ſi poſt tres. in 6. col. ff. ſi quis cau. & in l. 3. C. de arbit. No. iſta, quia quotidiana ſunt, nec alibi habes ita declarata. ¶ Tertia ſol. glo. nihil valet, quia cùm in l. contraria mater viueret fruſtra dicitur de præparatione querelæ. ¶ Capio gl. fi. in verſic. danda eſt. quàm diuide in tres. In prima declarat tex. In ſecunda, quæ eſt ibi, ſed videtur. opponit cõtra tex. & ſoluit. In tertia quæ eſt ibi, item contra, dupliciter opponit contra tex. & ita dat duas ſol. quæ diuerſo modo veniũt, vt ibi ſtatim declarabo. ¶ Ex prima, & ſecunda partibus gl. ha-
22 bes tres concluſiones. † Prima eſt, quod actio de qua in text. eſt
c datiua, patet, quia tex. dicit dãda, & quæ dicatur actio [c] datiua,
d & quæ natiua, [d] habes tex. in l. iuriſgen. in prin. in ver. & ideo. ff. de pac. quem Bart. ibi ad hoc reputat ſin. & meliorem de iure. declarat idem Bart. in l. 1. in 1. col. ff. de act. & obliga. & in l. cùm quis. in col. 6. C. de iuris & fac. igno. bonus text. in l. 3. in princ. ff. commoda. & cum gl. tenet Bar. latè in penult. & vlti. col. quem ſequitur d. Alex. hic. Alij omnes tenent contrarium, quòd imò ſit actio natiua, cùm habeat præexiſtentem materiam, ex qua oriatur, vt patet ex textu ibi, rem geſtam, ſed in hoc non inſiſto,
23 quia modicæ eſt vtilitatis. ¶ † Secunda concluſio eſt, quòd ex contractu innominato, facio vt des, oritur actio de dolo, quãuis ex alijs contractib. innominatis ſemper oriatur actio præſcriptis verbis. ¶ Pro huius intelligentia debes ſcire, ꝙ omnes contractus de mundo quidam ſunt nominati, vt qui habent nomen in ſpecie, vt in l. iuriſgen. in prin. ff. de pac. quidam ſunt innominati, quando fit conuentio inter partes, quæ non cadit in ſpecialem contractum, ſic etiam reperitur diſtractus nominatus, & innominatus, nam vbi fit liberatio, & reſolutio cõtractus mediante acceptilatione, iuxta l. age. & l. actione. ſ. eo. tunc ille diſtractus dicitur nominatus. ſi autem fiat pacto nudo, tũc dicitur diſtractus innominatus. ita declarat Bald. in Rubr. extra
a ¶ Limita, quando reſcriptum non tolleret tranſactionem, quia valeret, quaſi de ea non eſſet mentio facta, vt per Sozi. lib. 120. circa primū conſil. arti. & ex hac l. infert ad gl. in cle. dudum. in ver. pacta. de ſepul. de qua Cremenſ. ſin. 39. pone duæ villæ. Tertiò limita, vt per Soz. lib. 2. conſ. 169. circa primū. col. 4. ver. ſecūda ratio. Quartò quando euidens eſt maxima iniquitas. Fulg. conſ. 147. in cauſa verten. inter Fran. 2. art. PVRPV.

b ¶ Reſcripti. Adde vt per Docto. in cap. q̄ ad conſultationem. de re iud. & Docto. in l. cauſas. C. de tranſact.

c ¶ Sententia. Adde Ang. conſi. 306. incip. In quæſtione propoſita.

Source : BIU Cujas

deci. ¶ Extendè quomodocunq; præterita negotia ſint deciſa, ſecundum Bar. in l. 1. §. fi. ff. ad Tert. vbi per hoc refert ſe conſuluiſſe, q; ſi filia diuiſerit bona paterna cum fratribus, & poſteà fiat ſtatutum nouum, excludens fœminas à ſucceſſione patris exiſtentibus maſculis, & in ſtatuto expreſsè dicatur, q; extendatur etiam ad præterita, tamen non extendetur ad illa bona ſic diuiſa, & idem voluit Barto. in d. l. omnes populi. in q. præalleg. ¶ Iuxtà prædicta quæro de pulchra, & vtili. q. quam format ſolus Bal. & dicit, q; pendebat de facto in c. ſtuduiſti. de offi. deleg.
4 in 2. col. in ver. quæro ſupplicatum eſt, in prin. † pone lata eſt ſententia contra me, quę tranſiuit in rem iudicatam, ego ſupplico principi, vel Papæ narrando, q; talis ſententia eſt iniuſta, & peto de gratia remiſſionem talis ſententiæ, & Papa delegat q̃buſdam iudicibus, & in reſcripto ſolùm dicit, fiat iuſtitia, an p̃ hoc intelligatur derogaſſe tali ſententiæ. Bald. videtur determinare, q; ſic, quia aliàs datio iudicum eſſet fruſtratoria, vt ibi plenius per eum: & facit, quia qui vult conſequens, intelligitur velle omne neceſſarium antecedens ad illud. l. 2. cum ſi. ff. de iur. om. iud. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de proc. d. And. Sicu. ibi in pe. col. dicit ſe tenere intrepidè, q; ſi talis ſententia erat cor rectione digna, poſſit reuocari, per glo. in §. exhæredatos, & ibi Ang. in Auth. de hær. & Fal. iſta ſunt, quæ inuenio tacta in hac q. in d. c. ſtuduiſti, vbi cæteri Sctibentes nihil dicunt, & quia qõ eſt pulchra & vtilis, intendo eam benè examinare. ¶ Pro opin. Bald. adde bonam regulam, quia illa verba iuſtitiam facias includunt poteſtatem cognoſcendi, & decidendi, ſecundũ Pet. de Anch. & Imo. in cle. auditor. de reſcrip. Ge. in c. quoniam. p̃ illum tex. de immu. eccleſ. in 6. Pet. de Anch. in c. in præſentia. in
5 vlt. no. de probat. ¶ † Secundò moueor, quia reſcriptum Papæ, vel prin. quando eſt dubium, debet intelligi, & declarari ſecundum ſupplicationem porrectam. arg. §. præterea. Inſtit. de inuti. ſtip. & l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interro. act. & ita in ſpecie dicit Io. de Imo. in l. iudex. in 7. col. in verſ. ſed hic inſurgit dubium. ff. de re iud. bo. tex. in c. inter dilectos. in verſ. cæterum. vbi Can. no. de fid. inſtru. Et ibi in ſpecie Bal. in antep. col. not. q; pro intellectu reſcripti, vel priuilegij recurrẽdum eſt ad formã peti. vel ſupplicationis. idem no. Pan. in c. 2. de treug. & pa. facit
6 bene tex. in l. 1. C. de diuer. reſcri. ¶ † ‡ Iſtis non obſt. licèt colorata & magna ſit auctoritas Bald. & do. And. Sicu. quibus nemo refragatur, teneo audacter contrarium ex regula ſuperius data, quia Papa, vel princeps non poteſt derogare ſentẽtiæ, quæ trãſiuit in rem iudicatam, niſi apponat clauſulam non obſt. vt ſuperius dixi, ergo Papa debebat delegare cauſam, & derogare ſententiæ cum clauſula non obſt. quæ clauſula non fuit appoſita, nec præſumit̃, nec poſſet probari per teſtes, vt no. in c. ſi motu proprio, per illum tex. de præb. in 6. no. Doc. præcipuè Mod. in l. 3. in prin. ff. quod quiſque iur. & iſtud fundamentum mihi multum ſtringit. ¶ Secundò moueor, quia voluntas principis in reſcripto præſumitur eſſe talis, qualis de iure eſſe debet, ita no. Bal. ex illo tex. in l. ex facto. in princ. in 4. not. & ibi Mod. ff. de vulg. & pup. Bald. in l. omnes populi. in 19. colum. ff. de iuſt. & iure, & in c. li cèt. de offi. ord. Et in dubio præſumitur princeps vti ordinaria poteſtate, & non abſoluta, ſecundum Bald. in l. teſtamentum, vbi Mod. C. de teſta. facit bene text. in l. quamquam, vbi Pau. de Caſt. & Mod. ibi latè not. C. de teſtam. milit. Et dicit glo. valde ſolennis in capit. paratus. in glo. 3. 22. quæſt. 1. quòd
a verba in reſcripto [a] poſita debent conformari æquitati, & iuri dato etiam, quòd verba reſcripti non patiantur, quod no. & ſequitur Old. Lau. in conſilio 268. incip. quæritur vtrum per priuilegium. ¶ Tertiò moueor per illud, quod tenet Bald. in
7 cap. cùm veniſſent. in vlt. col. de teſti. † vbi quærit pone, quòd Papa, vel princeps deleget cauſam, & mandat, quòd fiat iuſtiti
b a [b], quid importat hoc? & reſpondet, q; idem eſt dicere', fiat id, quod iuris eſt. l. bona fides. ff. depo. vnde per hoc non intelligitur tolli concordia, vel conuentio partium. c. cauſam quæ, 2. de teſt. not. etiam Bald. in l. iuſtitia. circa fin. ff. de iuſti. & iure, & in l. nemo. C. de ſen. & interlo. & in cap. fi. circa fi. de no. forma fid. in vſi. feud. ¶ Ad idem facit quod not. Ang. in §. exhæredatos. per illum text. cum glo. in Authen. de hæred. & Falc. quòd ſi Papa delegat cauſam, & mandat, quòd iuſtitia fiat, intelligitur mandare, quòd iuris ordinem ſeruet, & veritate comperta faciat, quod iuris eſt. ¶ Nec obſtat fundamentum Bal. quòd iſta delegatio eſſet ſuperflua, niſi Papa intelligeretur derogaſſe ſententiæ, quia reſpondeo not. quòd potius debemus intelligere, quòd verba ſtatuti, vel reſcripti ſint ſuperflua, quàm dicere, quòd tollatur ius alicuius, iuxtà gloſſ. not. in l. fin. §. in computatione. in glo. mag. ad fi. & ibi Barto. in fi. C. de iur. deliberan. vbi clarius Mod. & ibi dixi, facit bene tex. in cap. cùm dilectus, & in cap. ad audientiam. de cle. non reſid. & vtrobique
8 ad hoc not. Ant. de But. & Io. de Imo. ¶ † Tertiò pondera text. ibi, legitimis tranſactionibus. ſi enim tranſactio eſſet nulla, non imponeret finem liti, nec haberet locum iſte tex. facit tex. in capitulo conſtitutus, & ibi Bald. multum no. extra eod. & de tali tranſactione, quæ eſt nulla, non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto, ſicut nec de ſententia nulla. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, ſecundum d. Alexand. in conſi. 95. in 2. volum. quod incipit, viſis proceſſibus. ad fi. facit tex. in l. non putauit. §. non quæuis, & ibi not. Barto. ff. de bon. poſ. contra tab. & idem
9 Bar. in l. filium. §. ſi quis cõtra. ff. de leg. præſtan. ¶ † Et dicit Imo.
c in cle. gratiæ. de reſcrip. q; clericus [c] contrahendo ſponſalia de de iure nulla, non perdit beneficium eccleſiaſticum. & Bald.
10 in l. 2. in 1. colum. ad fi. C. de Epiſc. aud. tenet, † q; emphyteuta, q; alienat ſine conſenſu domini, non poteſt priuari iure emphyt. quando alienatio eſt nulla, puta, quòd ſit facta non ſeruata ſolennitate ſtatuti, vt ibi pulchrè per eum. ¶ Capio glo. 1. ſuper verbo cauſas, quam diuide in duas. In 1. declarat, quæ differẽtia ſit inter cauſas, & lites. In ſecunda format quæſt. Scda ibi, an ergo. In prima parte dic melius contra gloſ. quòd imò cauſa eſt
d terminus magis generalis, & verificatur ante & poſt lit. cõteſt. [d] ſecundum Cyn. Barto. Ang. & Mod. hic, per text. in capit. ſuper quæſtionum. §. nos autem. cum gl. de offi. deleg. facit benè tex. in l. 2. §. fin. verſ. ſinautem cauſæ adhuc pendentes. C. de iuram. cal. per quem tex. ita conſuluit Ang. in conſi. 195. quod incip. do
11 mina Gulielmina. † Terminus autem lis, intelligitur poſt lit. conteſt. tantum. cap. ex parte veſtra. tertio. de verbo. ſignificat. l. apertiſſimi. in verſ. antequam lis inchoetur. C. de iud. in l. edita. in verbo futuræ litis. ſ̃. de eden. in d. capitu. ſuper quæſtionum, cùm glo. in verbo litis exordium, vt hic plenius per dom. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶ Quod verba in reſcripto. Adde Docto. in c. cauſam. de reſcr. & Docto. in c. cùm dile. de conſue.

b ¶ Quod fiat iuſtitia. Adde quid importat iſta clauſula, per Pau. de Caſtr. In l. ſecunda, ff. de iuſt. & iur. Innoc. in capitu. prudentiam. de offi. dele. Matheſi. Sl. not. 1.

c ¶ Clericus. Adde Doct. in c. beneficium. de præb. lib. 6. & per Ioan. And. in ca. 1. de cle. coniug. eo. lib. in nouel. & diffusè per Car. Alex. in capitu. placuit. 32. diſt.

d ¶ Poſt litẽ conteſt. Bald. in l. fi. §. neceſſitate. col. 6. ĩ. de bon. quæ libe. Natta in clemen. ſæpe. in princ. de uerbo. ſignifi. tol. 6. Specu. tit. de reſcrip. præſenta. §. ratione formæ. col. 4. Corn. lib. 4. conſi. 267. in hac conſulta. colum. 6.

PVRPV.

SVMMARIVM

1 *Petitio alternatiua admittitur, vbi electio eſt petentis, & nu. 2.*
3 *Dictio ſtatim, quid importet.*
4 *Clauſula rato manente pacto, quid importet, & nu. 2.*
5 *Iuramentum habet vim clauſulæ rato manente pacto.*
6 *Lex pœnalis loquens in maſculo, habet locum in fœmina reſpectu pœnæ.*

LEX XVIII.

1 Cum proponas. † Quando actor venit contra tranſactionem, debet reus altero eſſe contentus, vel exceptione tranſactionis, vel rep. datorum, niſi de vtroque actum ſit, hoc dicit. ¶ In text. ibi, ac petas, vel pactum ſtari, vel reſtitui data. hic no. quòd iſtæ alternatiuæ neceſſariò reſoluuntur in copulatiuas, quia iſtæ copulatiuæ volebant habere vtrunque remedium, ſcilicet remedium exceptionis pacti. item & ſecundò volebant habere remediũ repetitionis datorum, vt patet in ſeq. ſecundum Fulgo. Pau. de Caſt. & d. Alexan. hic. No. ex tex. ibi, ac petas, vel pacta ſtari, vel
2 data reſtitui. † quòd petitio alternatiua admittitur etiam hoc caſu, vbi electio eſt petentis, vt tenet glo. fin. in vlti. parte. & hoc modo hic eſt text. contra doctr. Barto. quæ *communiter approba-*
* *tur* in l. vbi autem non apparet. §. qui illud. ff. de verbo. oblig. & in l. prætor. §. quod autem. ff. de iniur. & in glo. in cap. Abbate, de verbo. ſignifica. Bald. hic in vlt. colum. dicit, quòd ideo iſta petitio alternatiua admittitur, quia talis eſt natura contractus celebrati. d. Anto. de Alex. reſpondet, quòd regula Barto. procedit in actore, ſed hic erat reus, qui petebat. Tu caue, quia licèt in primo iudicio eſſet reus, tamen nunc agendo, & petendo eſt effectus actor. ¶ Reſponde melius, quòd iſte text. nihil probat, quia iſtæ alternatiuæ neceſſariò reſoluuntur in copulatiuas, ſecundum Fulgo. Paul. de Caſt. & dom. Alexan. hic. dixi ſupra in apoſti. text. & patet ex ſequen. in quib. deciditur, an copulatiuè
3 iſta remedia competant, vel non. † Secundò pondera text. in

verbo

Source : BIU Cujas

a verbo statim,vbi dictio statim, [a] nullum iuris mysterium importat,prout etiam aduertit Fulg.hic, & facit ad intellectum.l.
4 peteus,vbi dixi.sup.de pact.¶† Tertiò not. quòd quando actor contrauenit transactioni,reus debet altero esse contentus, vel exceptione transactionis,vel repetitione datorum, nisi in transactione fuerit apposita clausula, quod possit repetere data,& tamen transactio firma remaneat, tunc propter istam clausulam raro manente pacto,poterit copulatiuè remedijs contrarijs vti. de qua clausula habes text. in l. qui fidem , & ibi Barto. ff.eod.Barto.in l.cùm pater.§.libertis. ff. de leg.2. Saly.in l.quoties ab omnibus.ad fin.C.de fideicom.& singu. Ange. & Imol. in l.ita stipulatus.in 2.colum. ff.de verborum obligat. ¶Quartò vltra alios subtiliter pondera ex versicu. fin. in quo dicitur, quòd vtrunque remedium copulatiuè non competit,nisi quãdo apposita est clausula rato manente pacto. ex hoc subtiliter infertur,quòd ista l.debeat restringi, quando transactio fuit interposita super contractu stricti iuris , & non bonæ fidei , ꝙ probatur sic:nam quando transactio interponitur super contractu bonæ fidei,censetur transactio esse bonæ fidei, vt declarat Barto.in l.sub prætextu. 1. j̃. eod. sed in contractibus bonæ fidei semper tacitè intelligitur clausula rato manen. pacto , ita dicit singu. Bald. in l. si pacto quo pœnam. in 4. colum. supra de pact. per text. in l. prædia. ff. de actio. emptio. cogita tamen, an regula Bald. sit vera,quia eam non firmo.¶ Capio glo.fin.in ver.exceptio,quam diuido in 4. In prima alleg. concordantem.In secunda,quæ est ibi,& no.per viam not. remouet vnum contrarium.In tertia,quæ est ibi , item intellige . remouet aliud contrarium.In quarta format. quæst. quæ est ibi,
5 sed quid. ¶† Ex secunda parte glo. collige tres conclu . Prima est, quòd distinctio huius l.non habet locum , quando in transactione interuenit iuramentum , ratio quia iuramentum habet vim clausulæ rato manen pacto.l. si quis maior. vbi Barto. & alij not. j̃.eod.¶Secundò pondera hic esse glo. ordin.iuncto text.pro eo,de quo dubitant Raph.Fulg & dom. Ang. in d.l.si quis maior. an illa l. habeat locum in muliere, dubium facit, quia illa l.est pœnalis,& non habet locum in minore,ergo nec in muliere,cùm de iure aliàs æquiparentur.l. 1.in fin. ff.de eden. hic est glo.ordin.iuncto tex.in oppositum , nam text. loquitur in muliere,& glo. dicit , quòd si in transactione iurasset, haberet locum.d.l.si quis maior. ergo vult,ꝙ illa.l.etiam locum ha
6 beat in mulier.ibi dicetur.¶† Tertiò ex hoc not. per hanc glo.
b ꝙ l.pœnalis,vt est d.l.si quis maior. loquens in masculo,[b] habet locum respectu pœnę etiam in fœmina,adde tex.in l.si quis id, quod.in prin.iuncto versi. in seruos, & ibi ad hoc not. Albe.& Pau.de Cast.vbi dixi.ff.de iur.omn.iud.& illum tex.ad hoc no. glo.in c.generali.in glo.2.in ver.vniuersos.de elect.in 6. & gl.in clemen.2.in glo.1.& ibi Imol.de sepul.& not. Barto. in l. 1.§.1. & §.sed & si incertum. ff.de ven. in pos. mit. & in l.1. ff.de ver. signifi.cum concord.quas dedi.in d.l.si quis id,quod.in 3.parte caue,ꝙ tex.in l.vbi j̃.eo.alleg.per glo.videtur probare contrarium,cùm alternatiuè loquatur,sed illæ alternatiuæ resoluun-
c tur in copulatiuas, vt ibi per glo. & Docto. vbi dicetur. [c] ¶Et sic ex glo.& tex.habes tres casus,in quibus vtrunq; remedium copulatiuè competit:primus, quando adest clausula rato manen.pacto.secundus,quando interuenit iuramentum . tertius, quando transactio facta est per acceptilationem : duos etiam alios casus ponit Bar.in l.ita stipulatus. magna,in 10. & 11.opp. vlt.par.ff.de verb. obl. & refert in specie Paul.de Cast.hic. ¶In vlt.part.dic rationem esse,quia in alternatiua remediorum electio est petentis.l.3.§.& generaliter. ff.de eo, quod cer.loco.sed in alternatiua rerum debitarum electio est debitoris. l. plerunque,in fi.ff.de iure dot.quod vltimum signanter limita , nisi ta-
d lis alternatiua [d] esset apposita pro securitate creditoris,puta, debitor promittit soluere centum in festo Paschæ,vel dare tot pignora , vel se in carceribus constituere, tunc non est electio debitoris,sed creditoris,secundum Gul.de Cun.Bart.& alios in l.quamuis.ff.de pign.act.latè Sal.in l.ꝙ fauore.in vlt. col. C.de ll.Pau.de Cast.hic ad fin. & in l. 4. §. si ex conuentione. ff.de re iud.vbi etiam d.Alex.& in l.1.in 1.col.ff.qui satis. cog.facit bene tex.in l.causam.§.puellam.ff.de manumiss.& quod vult Bal. in l.fin.in 4.col. C.de pet.hæred.

ADDITIONES.

a ¶Statim.Adde Barto.in l.1.in §.qui præsens.ff.de verbor.obl.Arch.in c.3.37. dist.Doct.in c.cùm homines.de deci.

b Masculo.Adde Decium in l.2.ff.de regul. iur. in 14. colum. & quæ posui in apostillis ad eum.

c ¶Illatio Practici Papi.in forma libel.quo agitur vt pacta,in ver.transigentes. col.3. PVRPV.

d ¶Alternatiua.Adde,ꝙ contrarium tenet idem Ias.in l.4.§.si ex conuentione. col.2.ff.de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Publicum iudicium quot modis dicatur.*
2 *In correlatiuis quicquid statuitur in vno,intelligitur etiam statutum in alio, & nu.11.*
3 *In omnibus delictis publ.ingerentibus pœnam sanguinis,licitum est transigere,vel pacisci,& nu.10.*
4 *De iure canonico nunquam pro aliquo delicto imponitur pœna sanguinis.*
5 *In crimine adulterij non est licita transactio, vel pactio , limita sit numero 6.*
7 *Pœna adulterij de iure.C.est pœna sanguinis.*
8 *Super crimine falsi licitum est transigere.*
9 *Crimen capitale dicitur multis modis.*
12 *Quod sit.l.permittente,pœnam non meretur.*
13 *Super crimine raptus an licitum sit transigere.*
14 *Vbi l.punit facientem actum,& nihil disponit de nullitate actus, non videtur actum annullare, quando nullitas posset tendere in prꝙiudicium tertij.*
15 *Quando duo casus æquiparantur à l.antiqua, quicquid statuitur per l. nouam in vno ex dictis casib.parificatis, intelligitur statutum in alio.*
16 *L.prohibens transactionem,vel concordiã,intelligitur ante delictum punitum,non postea.*
17 *Super delictis priuatis an licitum sit transigere.*
18 *Quando vna clausula habet perfectam , & specialem determinationem,non suppletur ex clausula præcedenti,vel sequenti,nec tunc clausula posita in fi.refertur ad istam,& nu.10.*
19 *Reus transigendo cum accusatore super delictis,in quibus non est licita transactio,intelligitur tacitè confiteri,& sic habetur pro confesso , & conuicto,& iudex ex eodem processu poterit eum condemnare.*
21 *Dictio citrà,quid importat.*
22 *Stante statu.quòd de quolibet crimine possit fieri concordia excepto furto,homicio,& falso,an poterit fieri concordia de robaria stratæ.*

LEX XVIII.

a **Transigere.** Ista l. secundum Barto. est subtilis,& sing. & eius [a] distinctio non reperitur alibi in iure,secundum Bald. hic,& est materia vtilis, & quotidiana apud nos, & secundum Pau.de Cast.hic,quia frequenter contingit inter offendentem,& offensum,vel eius hęredes fieri concordiam interueniente pecunia,& tunc est transactio,vel fieri pacem gratis,& tunc dicitur pactio,cùm à pace descendat.l.1.in princ. ff. de pact.similiter fit transactio, vel pactum cum accusatore.in
1 hac l.declaratur in quibus criminibus liceat transigere, vel pacisci,in quibus non.¶† Ad euidentiam,& intellectum huius literæ præmitte,quòd dicatur publicum iudicium, & quot modis,vt habes per Bar.in l.1.ff.de pub.iud.declarantem, ꝙ dicitur altero de tribus modis,largissimè,largè, & strictè,vt ibi per eundem,& hic in antepen.& pen.colum.per Bal. in l.reos,in 6.col. C.de accus.per Ang.de Are.& alios Insti.de pub. iud. in prin.& ibi tex.declarat,ꝙ dicatur publicum , quasi populicum, vt ibi in tex.¶Secundò proprius ad tex. habent præmittere iuuenes, ꝙ ista l.in prin.dum dicit,transigere , vel pacisci, legitur altero de duob.mod.primo modo legitur in glo.1.interlineari,ꝙ transigere,vel pacisci ponantur tanquam diuersa, & ponatur transigere propriè,quando fit non gratis:pacisci autem,quando fit gratis.alio modo legit in gl.magna ꝙ transactio, & pactum capiantur pro eo.quis autem sit verior intellectus,dicetur.j̃.in loco suo.¶Tertiò præmitto,ꝙ tota prima regu.l.nostræ affirmatiua disponens,ꝙ super quocunque crimine capitali publ.licitum est transigere, generaliter intelligatur,adęo ꝙ talis transactio sit licita , nedum ex parte rei accusati , sed etiam ex parte accusatoris.alij verò intelligunt,ꝙ ista regula solùm habeat locũ. ex parte rei accusati , & non ex parte accusatoris, eo quia ex parte accusatoris nõ est licitum transigere, nec pacisci,imò transigendo incideret in Senatusconsul. Turpil. Et dato quòd
2 reus,& accusator sint correlatiui , † & in correlatiuis regulariter quicquid statuitur in vno , intelligitur etiam statutum in alio.l.fin. cum sim. ff. de accep. & istud habet locum etiam in pœnalibus,quia pœna apposita vni ex correlatiuis, intelligitur etiam apposita alij.text. est melior de iure in l. 1. C. de cupres. lib.11.istud etiam habet locum in correctorijs.l. fin. in princip. vbi no.Bar.& ibi plenè dixi.C.de indi.vid.tol.Tamen ista procedunt,qñ eadem ratio est in vtroque ex correlatiuis, aliàs secus

ADDITIO.

a Ad materiam huius l.vide Paridem in tracta.synd.char.40.& Ana.in c.1.colum.4.cum seq. de colluf. deteg. Ias. in l. sancimus.colum.penul.j̃.de iud. PVRPV.

Ias.super j.Cod.

Source : BIU Cujas

ſecundum glo. & Docto. in l.fi. C.de interdi. matr. Sed hic videtur diuerſa ratio: nam in reo ideo permittitur tranſactio, quia licitum eſt accuſato quomodocunq; poteſt ſanguinem ſuum redimere,quæ ratio ceſſat in accuſatore, qui tranſigendo,vel paciſcendo videtur deſiſtere, & conſequenter incidere in ſenten.contra Turpil.quis autem ſit verior intellectus,videbitis in gl.magna.in prin.vbi glo.tangit. ¶Quartò præmitto,q̃ ſecunda regula huius l.& ſic ver.in alijs,legitur altero de duob. modis, vno q̃ loquatur in tranſactione tm̃,nam aduerte q̃ in prin.l.dr̃ tranſigere,ſen paciſci,& ſic tex.facit men.de vtroq;,poſtea in ver.in alijs,ſolùm dicit tranſigere non licet, & non repetit paciſci,alij intelligunt,q̃ loquatur tam in pacto,q̃ in tranſactione,de quo in gl.in ver.non licet,& ibi videbitur.¶Quintò, & vlt.præmitte,q̃ ver.ſi.ibi,citra falſi accuſationem. legitur altero de duob.mod.vno modo,q̃ loquit̃, qñ pro crimine falſi imponitur pena pecuniaria. ſecdo modo, q̃ loquitur ſiue imponatur pena pecuniaria,ſiue corporalis.de quo tangitur in gl. fi.vbi dicetur.¶Diuide iſtam l.in duas par.vt per Barto.& alios hic,& oẽs.duo verſus in gl.fi.ad fi.ſunt loco ſummarij.¶No.1.
3 regulam permiſſiuam,† q̃ in omnib. delictis publicis ingerentib.pnam ſanguinis licitum eſt tranſigere,vel paciſci,ratio q̃a licitum eſt vnicuiq; ſanguinem ſuum quomodocunq; redimere,dicit Iuriſc.in l.2.de bon.eor. qui mor. ſibi conſci. quæ rõ etiam militat ex parte accuſatoris,qui niſi probet accuſationẽ, debet ſimilem pnam pati l.fi.C.de accuſ. ſm Bar. & alios hic. ¶Et aduerte pro intellectu tex.q̃ tranſactio cenſetur permiſſa quantum ad tres effectus:primus eſt, quia non imponitur pena,quæ aliàs imponitur corrũpenti accuſatorem.iuxta l.Imperatores.ff.de iure fiſci.¶Scdò, quia non habetur pro confeſſo, prout aliàs haberetur,iuxta l.fi.ff.de præuarica.& l.eius qui delatorem.in prin.ff.de iur. fiſ. ¶Tertiò, q̃a iſte accuſator cũ quo facta eſt tranſactio, vel pactum in caſu permiſſo,non põt aliàs amplius accuſare,vbi aliàs ex nouo proceſſu poſſet.l.3.§.ſi is.ff. de ſepult. viola.iuncta l. qui deſtitit.ff.ad Turpil.declarat Bart. in l.maritus.el 2.§.ſi negauerint.ff.de adult. & hic in vlt. col.ſed non prohibet de nouo aliàs accuſare. l.qui accuſare.§.fi.ff.ad l. Iul.de vi publ.alleg.hic in gl.magna.vbi ẽt Bar. nec iudex prohibetur de nouo inquirere.c.1.de colluſ.deteg.¶Itẽ attende,q̃ licèt iſta 1.reg.tex.loquatur in criminib. publicis,tm̃ idem eſt in priuatis,qñ imponitur pena ſanguinis, vel mortis, puta qñ ſtatutum diſponeret, q̃ pro furto imponatur pena mortis,tunc militaret ratio.s̃.dicta & debet attendi qualitas pnæ, & non titulus criminis,tex.eſt no.in l.q̃ ad ſtatum.ff.de pen.ſm Cyn.hic in 3.q.Alb.Io.Fab.Sal.in 12.col.d.Anto.de But.in c.1.de collu.
4 deteg.¶†† Secundò aduerte, q̃ iſta 1. regula non habet locum de iure cano. quia de iure cano. nunquam pro aliquo delicto
a imponitur pena ſanguinis,[a] gl.2.q.3.in c.ſi quem.§.præuaricator. Inno.in c.cũ oporteat,de accuſ. in c.crimina. de collu.deteg.& ſic ceſſat ratio huius tex.ſm Io.Fab.hic rñdentem ad capitulum.2.de pen.idem Pau.de Caſt. hic. in 2.colu. Archid.in c.ſi quem.§.in omnib.cauſis.2.q.3 & in c.ſi primates. 5. q. 2.& in c.ſtudendum.90.diſt.licèt Panor.in c.1.de colluſ.deteg.dicat q̃ poſſit procedere de iur.canon. in caſibus, in quibus imponi-
b tur pœna perpetui carceris,quia æquiparatur morti, [b] per no. per Inno.in c.qualiter,& quando.el. 2. de accuſ. & ita dicit tenere Card.in c.fi.de tranſact. ſed errat,quia pœna perpetui carceris non æquiparatur morti,ſed damnationi in metallum,ſm Bart.in l.2.ff.de pub.iud.Bal.in l.reos,in 2.colum. C. de accuſa. ideo non eſt licitum tranſigere. prout in ſpecie tenet do. Ant.
5 & Imo.in d.c.1.de collu.deteg.& d.Alex.hic. ¶†† Secundò no.
c ex tex.ibi,excepto adulterio,q̃ in crimine adulterij [c] non eſt licita tranſactio,vel pactio.vera ratio eſt omiſ.his rationib. quas ponunt Cy.Bar.& alij hic,propter honorem matrimonij.cui l. multum fauet per tex.not.in l.ſuper ſtatu. C.de quæſtioni.ſm Sal.in 6.opp.& Moder.hic,tamẽ ad rationẽ gl.adde tex.in l.co dicillis.§.mater.ff.de leg.2.& tex.not.in c.adulterij. 32. q. 7. Limita duobus modis.Primò in adulterio vero,ſecus eſt in prẽſumpto,quando præmiſſa trina proteſtatione reperitur aliquis alloqui mulierem,præſumitur adulterium,& talis prẽſumptio ſufficit ad condemnationem. §. 1. in Auth. vt liceat matri, & auiæ,vnde ſumitur Auth.ſi quis ei. C. de adult. nam ſuper tali adulterio præſumpto bene licitum eſt tranſigere,vel paciſci.ita tenet not.Iac.de Bel.in d.§. penul. ſic intelligens illum text. ſequitur Bal.hic in 10.oppo. Ange.Sal.& Mod.hic, & Ange.in l.ſi maritus.2.§.ſi negauerint.ff.de adult.facit quod vult Bart. in l.ſi
6 ideo. ff. de euic. ¶†† Secundò limita, q̃ licèt de adulterio non poſſit fieri tranſactio,vel pactum, ad fin.impediendi proceſſus criminales,tamen poteſt fieri pax, vt remittatur rancor animi, & inimicitia ſecundum Bart. in conſi.ſuo quod incip. domino Poteſtati Rochæ,&c.q̃ habes inſertum hic in 2.lect.Bart.in vlt. colum.ſequuntur.d.Alex.& d.Ant.hic, quamuis Pau. de Caſt.
7 in 1. diſcurſu dicat contrarium. ¶Tertiò not. ex hoc text. † q̃ pœna adulterij de iure C.eſt pœna ſanguinis,& dicit Sal.quòd non probatur alibi melius in iure, quod not. ad intellectum. l. quamuis adulterij.in verbo gladio.C.de adult.& §.item.l.Iulia. de adult.inſtit. de publ.iud.iuncta l.ſi quis viduam. cum glo. ff. de quæſtio.& l.Claudius.ff.de his,quib.vt indi.¶Quartò no.regulam negatiuam, q̃ in publicis criminibus non ingerentibus pœnam ſanguinis,non eſt licita tranſactio, & ne delicta remaneant impunita.l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquil. ¶Limita.1.vt p glo.in l.1.C.de pœn. iud. qui malè iud.Barto.in l.1.§.ſed & con
d ſtitutio.ff.de calum.[d] ¶Secundò not.limita iſtam reg. vt procedat,quando quis fecit delictum, & ſic deliquit faciendo, ſecus,quando omittendo, vt in ſeruo,qui omiſit defendere dominum inſultatum.nam licèt puniri debeat,tamen poteſt trãſigere,vel paciſci,glo.eſt no.in l.2. ff.ad Senatuſcon.Syl. quam ſequitur Cy.hic in vlt.quæſt.& Bald.in penul. colum. & illa gl. non eſt alibi in iure,ſecundum Bald.in l.iuriſgen. §. ſi paciſcar. el 1.ff.de pact. & in rub.extra de treu.& pace.circa prin.& in c. quoniam frequenter.in prin.in 5.col. vt lite non conteſt.quicquid dicant Bar. & Bald.in d. l.2. & facit quia grauius eſt delictum, q̃ cõmittitur faciendo, quam omittendo.gl.in l.ſi mo-
8 ra cum ſi.ff.ſolu.matrim.¶†† Quintò no.in ver.citra falſi. q̃ ſup
c crimine falſi licèt non ingeratur pena [e] ſanguinis, tñ licitum eſt trãſigere, vera rõ eſt, quia falſarius infamat̃,vnde pena vitæ,& famæ æquiparantur,tex.eſt no.in l.iuſta,cum gl.1. ff.de manu. vin.bona gl.in §.ſuſpectus autem.el 2.in verſ. ob culpam.Inſti. de ſuſpect.tuto.facit.l.Iulia. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta. facit, q̃ egregiè vult Bald.in l.ex ratione,in 2.colum.de appel.q̃ omnis cauſa famæ dicitur ardua.Item facit bene, quod vult Barto.in l.vt vim.ad fi.ff.de iuſt.& iure,& quod vult Bald.in c.1.§.ſi quis hominem,de pace te.in vſib. feud. vbi vult, q̃ ſicut pro cauſa vitæ licitum eſt prouocare ad duellum, ita pro cauſa famæ.
¶Glo.in verſi.tranſigere. facta eſt timore cuiuſdam contrarij, quod expedias,vt hic per Barto.& dic q̃ gl. bene dicit, licèt gl. magna.ĩ.aliter teneat.¶Glo.in ver. capitali, iſta glo. non ſolet communiter diuidi.¶In ea.glo.ibi,in metallum, vel opus metalli.Adde tex declarantem in l.aut damnum.§.eſt pœna.cum ſeq.& §.in myniſterium. ff. de pœn.gl.magiſtrata.in §.relegati. ver. pœnæ. & ver.in metallum. Inſti.qui mod.ius patr.pot.ſol.
9 ¶†† In fi.gl. habes,q̃ tribus modis dicitur crimen capitale. Adde quartum modum,vbi non imponitur vltimum ſuppliciũ, ſed amputatio membri, quæ dicitur mors quo ad illud membrum.§.ad hoc prohibemus.cum glo.in Auth. de colla. Bald. hic in 2.oppo.poſt Iaco. Butr. ¶Quintum vbi imponitur pœna infamiæ.l.licèt.ſecunda,cum glo. ff.de verborum ſignificat. ſecundum Sal.& dom.Alexan.hic.¶Et not.q̃ vbi l.ſimpliciter imponit pœnam capitalem intelligitur minor, & ſic perpetui exilij.glo.eſt in l.1.C.ne mancip.Chriſtiana.quam ad hoc reputat ſing.Imol in l.2.in 5. colum. ff. de publ. iud.Ioan.de Ana.in c.qualiter,& quando.el 2.§.ad corrigendos.in 4. colum.de accuſa.ſed habes ſimilem glo.in l.in criminali.in verſi.capitalem.
f C.de iuriſd.omn.iudi.[f] ¶Imò fortius,ſi ſtatutum imponat pẽnã capitis,intelligitur non de pena amputationis capitis,ſed de minori pœna capitali, & ſic de pœna perpetui exilij, ſecundum Ioan.And.& alios in c.quanto.ſuper glo. 1. de iureiuran. vbi referunt Ioan.glo.defendiſſe quendam qui falſauerat monetam Bono. vt non puniretur morte, licèt ſtatutum diceret talem puniendum pœna capitis, per text. optimum in l. qui cùm maior.§.is demum,cum.§.ſequen.ff.de bon.libe.facit tex. in l.hos accuſa. §.omnib. in ver.capitis, cum gl. ff. de accuſ.& tex.in l.cùm patronum.ff.de iur.patro.glo.in l.penul.& ibi Bal. C.quæ res vend.non poſſ.iſtã deci.ſequit̃ ẽt Panor.in c. at ſi clerici.in prin.ĩ 111.col.de iud.Pet.de Anch.in cle.paſto.in 10.no. de re iud.Io.de Ana.in c.1.in 2. colu. de homicid. & in d. §.ad corrigẽdos.in 4.col.& plenè Io.de Imo.in l.2.ĩ 5.col. ff.de pub. iud.

ADDITIONES.

a ¶Sanguinis. Adde Marianum in repe.c, ſententiam ſanguinis.ne cleri. vel monach.Pau.de Caſt.conſ.119.incip.notandum,q̃ adulterium.

b Morti. Adde hic vnam reg. q̃ quotieſcunq; de iur. cano. reperitur pena mortis,debet exponi per ſententiam excommu.vt per Abb. in c. per venerabilem.in vlt.no.qui fi.ſint leg.in c.1.vlt.col.de homi.in c.1. de fur.in vlt. col.in c.ſuper.in glo.fi.de maio.& obed.& S.Tho.2.2.q.99. art. vlti. dicit,q̃ de iure Cano.non eſt mors,ſed loco eius eſt excommunicatio.

c Adulterij. Adde Pau.de Caſt. conſ. 99. incip. notandum quòd adulterium in 2.col.

d Adde Iaſ.in l. ſancimus, colum.5.ĩ.de iud. vide not.Bald.in l. actionem. ĩ. de accuſ. PVRPV.

e Idem Iaſ.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.col.penul.in fi. PVRPV.

f Iaſ.in l.diuortio,in prin.6.no.ff.ſolu.matrimonio.

Source : BIU Cujas

iud. vbi dicit, ꝙ iſta deciſio eſt tenenda menti, quia ex ea poteris lucrari vnam bonam veſtem, quia vbi occurrunt pericula perſonarum, ibi pluunt pecuniæ, ſm eum, alleg. l. 1. cum glo. in verſ. capitis. C. de fal. ſequitur Ang. de Are. in tract. malef. in ver. caput. in 5. col. d. Alex. in conſ 106. in vol. 2. ꝙ inci. in cauſa inquiſitionis formatæ ⁊ d. Helenam. Hinc eſt, ꝙ aſſeſſores in ſententijs capitalib. exprimunt, ꝙ caput à ſpatulis amputetur, ita ꝙ anima ſeparetur à corpore, de qua practica meminit Raph. Fulg. in l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confug. ¶ Pro prædictis bene facit, quia in delictis ſemper iudex debet eligere pœnam mitiorem. l. interpretatione. l. ſi præſes, & l. ſanctio legum. ff. de pęn. gl. in c. de cauſis. de offic. deleg. & in c. ſicut dignũ. de homicid. & in reg. in pęn. de reg. iur. in 6. & in c. ſicut. in gl. fi. de iud. & in c. hoc ipſum. 33. q. 2. in ttũ, ꝙ ſi ſtatutum ſimpliciter diſponat, ꝙ aliquis tanquam falſarius puniatur, nõ intelligitur de pœna corporali, ſed de pęna arbitraria, ſm Bald. qui hoc reputat tenendum menti, in c. nonnulli. in 2. col. de reſcrip. ¶ Capio gl. in verſi. prohibitum, quæ vĩ diuidenda in 7. partes, tu autem conſidera, ꝙ iſta glo. verſatur circa primam regu. huius l. & circa eius fal. ideo eam magiſtraliter diuide in tres partes principales. In prima circa regulam huius textus format vnam oppoſitionem, & vnam quæſt. In ſecunda, quæ eſt ibi, item ⁊ in eo, ꝙ excipit. gl. ⁊ fal. de adulterio format quatuor oppo. In tertia quæ eſt propè fi. ibi, item ⁊. ff. de pact. gl. denuo opponit
10 ⁊ primam regulã. ¶† In ea. ibi, vt ff. de bon. eor. l. 1. habes magnam reſtrictionem ad regulam huius l. qua cauetur, ꝙ ſuper criminibus publicis ingerentibus pœnam ſanguinis licitum eſt tranſigere, procedit ex parte rei accuſati, non autem ex parte accuſatoris, qui tranſigendo incidit in pœnam Turpilliani. ¶ Vnde ex iſta glo. duo ſubtiliter collige. primò, ꝙ licitum eſt dare pecuniam ex cauſa tranſactionis, & tamen non eſt licitum accipere, & ſic idem actus ex parte vnius eſt licitus, ex parte alterius eſt prohibitus, & punitur: ſimile habes in c. ſuper eo.
a de vſur. vbi mutuãs ad vſuram [a] peccat, ſed non accipiens: facit, ꝙ vult gl. in cle. 1. de conſan. & affin. ꝙ pœna impoſita contrahenti matrimonium cum aliqua moniali, non intelligitur, impoſita ipſi moniali. ¶ Sedò habes ex iſta gl. ꝙ prædicta pro-
11 cedunt, eo quia diuerſa eſt ratio, † nam & in correlatiuis diſpoſitum in vno non intelligitur diſpoſitũ in alio, quando eſt diuerſa ratio. ſm Barto. in l. fi. vbi dixi. C. de indi. vid. tol. facit, ꝙ vult Bal. in l. multum intereſt ff. de verb. obl. ꝙ forenſis ex forma ſtatuti prohibitus acquirere immobilia, non intelligitur prohibitus alienare, vel vendere propter diuerſitatẽ rationis. ¶ Iſtã reſtrictionem gl. reprobant omnes: primò, quia eſt contra generalitatem huius l. ſecundò quia tranſactio propriè eſt ex parte actoris, vel accuſatoris, gl. in l. 2. ſ. eo. tertiò, quia natura correlatiuorum eſt, vt quod permiſſum eſt in vno ex correlatiuis, intelligatur permiſſum in alio. Barto. elato ſermone dicit, ꝙ per omnia ſcripta Docto. verus intellectus huius l. non apparet, ideo ipſe dicit, ꝙ iſta l. procedit tam ex parte accuſatoris, quàm ex parte rei accuſati, quia vbi aliàs tranſactio fieret in caſu non permiſſo, poſſet iudex ex eodem proceſſu condemnare. l. 2. C. de abol. certè tranſigendo in caſu ꝓmiſſo cùm tranſactio imponat finem liti, & ſic proceſſui l. fratris ſ. eo. certè nec reus nec accuſator tranſigentes poterunt puniri pœna ſanguinis, ſic intellige iſtam l. bene tamen accuſator tanquam deſiſtens poteſt puniri pęna Senatuſc. Turpil. quæ eſt pœna pecuniaria, ſcilicet quinq; librarũ auri. l. 3. ſ. fi. ff. de præuarica. ſic rñdet Bar. ad l. ab accuſatione. ff. ad Turpil. allegata in gl. idem tenent etiam Bal. Ang. Sal. Pau. de Caſt. & in effectu d. Albe. hic. Bart. in l. ſi maritus 2. ſ. ſi negauerit. ff. de adult. & in conſ. incip. domino Poteſtati Rochæ. Anto. de Butr. & Moder. in c. 1. de coluſ. deregen. Imo. in d. c. de his. de accuſ. ſentit gl. in l. accuſationis, & ibi ponderat Bart. C. quod met. cau. ¶ Iſtum commuuem intellectum impugnat Raph. Fulg. per d. l. 2. C. de aboli. quæ generaliter loquitur. d. Alex. rñdet, ꝙ licèt generaliter loquatur, tñ debet reſtringi per hanc l. Ego ⁊ Bar. & Doct. incuitabiliter ſtringo tex. in d. l. 2. nam ſi ille tex. loqueretur in caſu, in quo tranſactio non eſt permiſſa, vt volunt Bar. & Docto. certè reus haberetur pro confeſſo, & conuicto. l. fin. ff. de præuarica. ergo non eſſet opus vltra inquirere de delicto, & tñ tex. ibi dicit, ſe aduerſus nocentem reum inq ſitione facta. ergo tex. ille fortiter ſtringit contra Bar. & Doct. Non etiam placet ſolu. Bar. & Docto. ad d. l. ab accuſatione, quia ſi licita eſt tranſactio, non deberet accuſator
12 pati aliquam pœnã etiam pecuniariam, † quia qui facit l. permittente, pœnam non incurrit. l. Gracchus. C. de adult. aliàs ꝙs deciperetur ſub auctoritate l. contra. l. 1. in fi. C. de his, qui ven. ęta. impetra. vnde ex p̃dictis tutius eſt rñdere, ꝙ l. ab accuſatione. loquitur quando tranſactio non eſt permiſſa. ¶ In ea. gl. ibi, ſed illud eſt, quia habent iudicis auctoritatem. gl. bene rñdet ad l. præuaricationis. ſed non ad l. eum. qui. ſ. in popularibus, vbi non interuenit ſententia, ideo aliter rñde, vt hic per Barto. ¶ In
13 ea. gl. ibi, ergo fuit † licitum pactum, pro clara intelligentia huius partis gl. reaſſumo in dubium, nunquid iſta l. quæ excipit in adulterio, intelligatur etiam excipere in raptu, quod eſt grauius crimen l. qui cętu. ſ. fin. alleg. in glo. & glo. tenet, quòd ſic, quam ſequuntur Iac. de Aret. Cyn. & Bal. hic. ¶ Ex iſta glo. not. quod prohibitum in minori delicto, intelligitur prohibitum in grauiori, & ſic in delictis licitum eſt arguere à maiori, vt hic habes per Bal. in 7. oppo. quem ſequitur Petr. de Anch. in commento. c. Canonum ſtatuta. de conſti. in verſi. ſed venio ad quartum membrum. Bal. in l. ſi te. C. de infam. Idem & notabilius ponit Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. in 2. not. per iſtũ tex. ſ. de Epiſc. & cle. & in l. 1. circa med. C. de interdi. facit bene tex. in l. nec in ea. in verbo. ſed qui occidere, & ibi Bart. & Ang. no. ff. de adult. Ang. & Moder. in l. ĩ ſuis. in 1. no. ff. de lib. & poſth. facit quod vult gl. in c. in literis. in verbo. prædo. quam Bal. ibi facit ſingularem, de reſti. ſpol. ¶ Contrarium tenet Iac. Butr. Bar. Ang. Sal. Ful. & do. Alex. hic, tenentes opi. Ioan. Cremo. allegatam in glo. idem tenet Bar. in d. l. qui cętu. ſ. fin. Bald. in l. penul. C. ex quib. cau. ſer. pro pręm. lib. acci. d. Anto. de But. in c. 1. de coluſ. deteg. ¶ Pro iſta opin. facit fortiter, quòd ratio aſſignata in adulterio, quæ eſt propter honorem matrimonij, vt dixi in text. ceſſat in ſtupro. ¶ Secundò facit, quia exceptio in adulterio firmat regulam in caſibus non exceptuatis. l. nam ꝙ liquidæ. ſ. fi. ff. de pen. lega. quam ad hoc reputat ſing. Imo. in l. filio præterito. in 20. colum. ff. de iniuſt. & rup. teſta. in l. quæſitum. ſ. deniq; & ibi Barto. ff. de fund. inſtru. & tex. in l. Lucius. ſ. pluribus. ff. ad Treb. quem ad hoc dicit eſſet meliorem de corpore iuris Ang. in l. 1. ff. de regul. iur. fortius dicit Bal. in l. 1. ſ. ſed excipiuntur. ad fi. ff. de ferijs. ꝙ ſtatutum excipiens tres caſus, in quibus poſſit reddi ius tempore feriato, excludit alios etiam ſimiles. quod vltimum non eſt verum, vt ſtatim dicam. ¶ Contra iſtam communem ſnĩam ſtringit text. in l. 1. ad fi. C. de rap. virg. vbi punitur pater, qui per pactum remiſit pœnam raptus. Bar. in l. qui cętu. ſ. fi. ad l. Iulia. de vi. pub. rñdet, quòd ibi pater punitur non tanquam de delicto, ſed tanquam deſiſtens ab accuſatione, ſed errat, & ibi imponitur pœna deportationis, ſed deſiſtentis eſt pœna pecuniaria. l. 3. ſ. fin. ff. de præuarica. Sal. reſpondet, quòd ibi ſpeciale eſt in parentibus, quorum maximè intereſt raptum filiarum vendicare, ideo nimirum ſi ibi ſpecialiter puniuntur. Dic melius, quod licèt tex. ibi puniat patrem tranſigentem, non per hoc ſequitur, ergo tranſactio eſt nulla, vt vult Bar. hic reſpondendo ad d. l. ab accuſatione, & ſ. retuli,
14 † quia vbi l. punit facientem actum, & nihil diſponit de nullitate actus, non videtur actum annullare, quando nullitas poſſet tendere in præiudicium tertij. l. filius. ſ. ſequens quæſt. ff. de fal. iſta eſt doctri. Barto. in l. prætor. circa princi. ff. de oper. nou. nuncia. ſequuntur Cano. in c. licèt cano. & c. fin. de elect. in 6. ¶ Tertiò licèt ab iſta communi ſententia non ſit recedẽdum, tamen puto, quòd ſententia glo. poſſit diſputatiuè teneri, pro qua facio duo fundamenta. Primum eſt, quia l. ponens exceptionem, vt hic, extenditur ad caſum ſimilem vel meliorem. gl. in l. 1. C. de condi. indebi. quam ad hoc not. Panor. in ca. quoniam frequenter. in prin. in 2. no. & ſuper glo. penul. vt lite non conteſt. & eſt text. in ca. cum dilecta. ſ. nos igitur. de confirma ti. vtil. vel inutil. quam ad hoc ibi not. Panor. & melius in ca. ad audientiam. in 1. not. de cleri. non reſid. & licèt dom. Alexan. in l. ſi conſtante. in princip. in 7. colum. ff. ſolu. matrim. tencat, ꝙ ille tex. non probet, tamen eum ad hoc allegat idem d. Alex. in l. certi cõdictio. ſ. ſi nummos. in 2. col. & in l. ſingularia. in 7. col. ff. ſi cer. pet. & in l. 1. in 30. col. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſdi. facit bene tex. ad idem in c. poſt translationem. in verſi. quamquã, & ibi Bal. ad hoc no. de renun. ¶ Sedò moueor, quia adulteriũ, & ſtuprum æquiparantẽ in materia, & grauius cenſẽt ſtu-
15 prũ. d. l. qui cętu. ſ. fi. ſed ita eſt, † ꝙ qñ caſus ęquiparantẽ à l. antiqua, quicquid ſtatuitur per l. nouam in vno ex iſtis caſib. parificatis, intelligitur ſtatutũ in alio. gl. in l. ſi ꝙs ſeruo alieno ſuaſerit.

ADDITIO.

a ¶ Mutuans ad vſuram. Adde Doct. in c. debitores. de iureiuran.

* ¶ Et fac. illud, ꝙ idem Iaſ. ſcribit in l. fi. col. 2. circa fi. C. de indic. vid. tol. ꝙ accipiens ad vſuram ex cauſa neceſſitatis non peccat, ꝙ verum exiſtimo, maximè pro neceſſitate non cauſata à pompis, libidine, & gula. Nam vſura peccatum eſt propter quatuor, quæ enumerat Alex. conſ. 49. lib. 4. vbi refert Augu. ſententiam, ꝙ percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui cùm viueret, oblitus eſt Dei. Caſum autẽ in quo recipitur aliquid vltra ſortem ſine vſura, ponit Abb. in c. 1. in 6. de vſur. & vide gl. in c. ꝙ autem. 13. q. 3. licèt vſuræ prohibitæ ſint per euangelium contra ꝙ ſummus Pontifex ſtatuere ac diſpenſare nequit. teſte Rol. conſ. 55. num. 16. lib. 2. Quarum quæſtiones ad Canoniſtas, non ad theologos pertinere, dixit Alex. conſ. 1. nu. 10. lib. 2. de quo vide etiam quæ ſcribit Aym. conſi. 6. nu. 101. Idẽ Rolan. conſ. 75. nn. 20. & 25. lib. 1. MASVER.

Source : BIU Cujas

rit. in gl. fi. C. de fur. clariór gl. in l. ꝙ verò contra. ff. de ll. no. Bal. in l. vt tantum. in princ. per illum text. ff. de ſer. corp. facit l. 1. in argu. C. de diuerſ. reſcrip. ¶ Iſta regula procedit etiam in correctorijs ſ̄m Bar. in l. Marcellus. in prin. ff. ad Trebel. in Auth. ſed cùm teſtator. C. ad l. fal. in l. 2. ff. de leg. 1. no. Imol. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matrim. in 5. fal. quam ponit in materia extenſionis correctoriæ. ¶ Item iſta regula procedit ēt in materia pœnali. vt probatur ex c. ſi poſtquam. §. fi. cum glo. vbi Docto. de elect. in 6. Panor. in c. de multa. per glo. ibi, de præb. dummodo æquiparatio fiat in eadem materia, aliàs ſecus, vt per gl. in c. 1. in verbo declaramus. ne cle. vel mona. in 6. & in cap. conſtitutionem. de regula. in 6. & in reg. ea, quæ à iure. de regu. iur. in 6. Gemi. in c. 1. in 3. fal. de temp. ordi. in 6. ¶ Nec obſt. ꝙ ratio, quæ militat in adulterio. ſ. honor matrimonij ceſſet in ſtupro, quia defendendo iſtam gl. rñdeo, ꝙ iſta non eſt ratio, ſed quia Imperator eſt amator caſtitatis, ſ̄m Odofr. & Iac. de Aret. & iſta ratio militat etiam in ſtupro. ¶ In ead. gl. ibi, ſed ad alia capitula in ea. Auth. primò poſita. Doc. tenent iſtam ſecundam ſolutionem gl. tu rñde melius, ꝙ ibi loquitur in adulterio non vero, ſed præſumpto ex trina proteſtatione præcedente, in quo bene eſt licita tranſactio, vt dixi in tex. in 2. no. ¶ In ea. ibi, vel verius ibi actum erat, & etiam mulier punita. iſtam ſolutionem tenent Doct. ex qua collige no. limitationem ad hac l. & ſimi-
16 les, † ꝙ l. prohibens tranſactionem, vel concordiam intelligitur ante delictum punitum non poſteà, & iſtam gl. pro not. ad hoc põderat Bal. in l. cùm affirmes. C. de lib. cau. & l. ęquiſſimũ. in prin. ff. de vſufr. vel reſponde, ꝙ ibi non loquitur de tranſactione impeditiua proceſſus criminalis, vt hic, ſed de reconciliatione, & remiſſione iniuriæ, & rancoris, vt dixi in tex. in 2. no. ¶ In ea. ibi, ſolutio, ibi repudiauit. hanc reprobant omnes, quia non plus poteſt repudiatio, quàm pactum, quicquid dicat Bal. hic, cuius ⁊rium tenet idem Bal. in l. 1. C. qui admi. Sali. hic, & & Bar. in l. tale pactum. in prin. ff. de pact. vnde rñde dupliciter, vt hic per Bar. vel tertio, & no. ſ̄m Pet. & Cy. hic, ꝙ ibi text. loquitur in iure ſpeciali prælationis, vt pater, & maritus præferãtur accuſando, cæteris infra 60. dies, & illud bene tollitur per repudiationem, quia ius ſingulare facilius tollitur, quàm ius cõmune. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de teſt. milit. ¶ In ea. in fi. tene primam ſolutionem, vt per Bar. & alios hic. ¶ Capio gl. in verbo in aliis autem publicis. quam non diuido, quia non ex-
17 pedit. Pro clara intelligentia † huius glo. reaſſùmo in dubium, nunquid ſuper delictis priuatis licitum eſt tranſigere, vel paciſci, gl. arguit ad partes, poſteà diſtinguit, vt habes in ea. Iac. But. in publica diſputatione tenuit, ꝙ etiã ſi agatur criminaliter ꝓ delicto priuato, ſit licita tranſactio, per tria fundamenta hic relata per Bar. Bal. tenet de directo contrarium, rñdendo, ꝙ nec ex parte rei accuſati, nec ex parte accuſatoris licita ſit tranſactio. idem tenet Bal. hic in penul. col. & plenius Sal. in 9. col. & trib. ſeq. Alb. Ang. & omnes. Mod. hic indifferenter. d. Anto. de But. in c. 1. in 2. col. de collu. delegen. ¶ Tu aduerte, ꝙ fundamẽtum Bar. in vtroque membro non videtur bonum, & concludens, nam ex parte rei ſolùm procedit tranſactio, in qua quia datur pecunia, & corrumpitur accuſator per pecuniam, tunc reus tranſigens bene intelligitur confiteri; ſed Iac. Butr. propriè loquitur in pacto, in quo pacto fundamentum Bar. probat ⁊rium, quia reus paciſcens non intelligitur confiteri. l. in fiſci. ff. de iur. fiſc. ¶ Item in ſecundo membro Barto. malè dicit, dum probat ex parte accuſatoris tranſactionem non valere, eo qa accuſator extra ordinem punitur; nam pro certo iſta non eſt bona conſequentia, accuſator tranſigens punitur, ergo tranſactio non valet, & Bart. met. ⁊. in glo. magna tenet ⁊rium, dum vult, ꝙ licèt accuſator puniatur pęna Turpilia. l. ſi quis repetere. ff. ad Turpil. tamen ipſa tranſactio valet, & tenet, & facit fundamentum, ꝙ ibi adduxi. ¶ Tene tñ opi. Bar. & cõem alio fundamento: nam de delicto priuato dī agi criminalite, qñ pœna eſt applicanda fiſco. gl. eſt approbara in l. 3. in prin. & ibi Bart. ff. de ſepul. viol. bon. tex. in c. tuæ, & ibi Cano. de procura. ponunt Doct. in rub. extra de iud. ergo cùm intereſſe priuatum ſit cõnexum cum publico, non eſt licitũ priuato tranſigere, vel paciſci in præiudicium publicum, ita not. Bart. in l. hac edictali. in fi. prin. per illum tex. C. de ſecun. nup. Bar. & Doct. in l. pen. ⁊. de pac. Cano. in c. ſi diligenti. de foro compe. & illud fundamentum ſentit Bart. hic, dum vult, ꝙ tale pactum eſt ⁊ publicam vtilitatem, ideo non valet, allegat l. iuriſgentium. §. & gñaliter. ff. de pac. ex iſtis apparet non eſſe verum illud, ꝙ tenet Iacob. But. ꝙ ſi iudex inquirit contra aliquem de furto, & compareat dominus rei furatæ, qui dicat furtum fuiſſe factum ſua voluntate, ꝙ impeditur iudex à procedendo in inquiſitione, falſum eſt per prædicta, & latè tenet Bar. in d. l. inter omnes. §. rectè. de fur. & in l. falſus. in 2. colum. C. eo. Sal. in l. ſi non conuicij. C. de iniur. ¶ Capio glo. in verbo non licèt. quam diuide in tres. In prima allegat concordantem, & aſſignat rationem text. In ſecunda, quæ eſt ibi, & not. ꝙ. non repetit, ſed reſpondet tacitæ quæſtioni. In tertia, quæ eſt ibi, ſed quid ſi tranſigat. glo. quærit, & bene reſpondet. ¶ Redeo ad ſecundam partem glo. ex qua collige duo. primum, ꝙ quamuis in criminibus publicis non ingerentibus pœnam ſanguinis non ſit licitum tranſigere, vt hoc tex. tamen licitum eſt paciſci gratis, in hoc dic melius, vt per Barto. & Scribentes hic. ¶ Secundò habes ex gl. ꝙ verbum paciſci. poſitum in præcedenti clauſula, non intelligitur repeti
18 tum in ſequenti. pro iſta glo. † bene facit, quia qñ vna clauſula habet perfectam, & ſpecialem determinationem, tunc non ſuppletur ex clauſula præcedenti, vel ſequenti, nec tunc clauſula poſita in princip. vel in fi. refertur ad iſtam. ita determinat Bald. in pulchra quæſtione ſtatuti Piſani in l. 1. C. de leg. hæred. & pro hoc eſt melior tex. de iure. licèt Bald. non alleget, in cap. cùm dilecti, & ibi Can. præcipuè do. Card. ad hoc no. de don. & ibidem Ioan. de Imo. in duobus locis in 2. & in 4. col. Barto. hic in vlt. col. poſt Cy. reprobat glo. vulg. fundamento, quia dicta in præcedentibus intelliguntur in ſequentibus repetita, vt
19 hic per eum. ¶ † Ego idem teneo ⁊ glo. duplici fundamento, primò, propter dictionem aduerſatiuã autem, quæ debet aduerſari præcedentibus in iure, & in facto, vt per Bart. in l. hoc
a amplius. §. de his autẽ. cum ſi. ff. de dam. infec. [2] & natura aduerſatiuæ eſt, ꝙ per eam intelligantur repetita verba, & qualitates præcedentis clauſulæ, dato, ꝙ iſta clauſula habeat de per ſe orationem perfectam, iſta eſt doctr. egregia Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in 15. col. in verſi. 3. modo poſterius trahit ad ſe prius & c. ad hęc allegat gl. in §. item lapilli. inſti. de rer. diui. ¶ Et per hoc infertur in ſpecie ad ſtatutum habens duas clauſulas perfectas, ꝙ verba poſita in prima clauſula intelligũtur repetita in 2. & hoc propter aduerſatiuam autem; vnde ſi ſtatutum dicat, exiſtentib. filijs maſculis filiæ fęminæ ab inteſt. non ſuccedant patri, niſi in dote, facto autem teſtõ non ſuccedent patri, niſi quatenus teſtator eis duxerit relinquendum, in iſta ſecunda clauſula nihil dī de exiſtentibus maſculis, certè intelligitur repetita, propter aduerſatiuam autem, quæ habet in ſe coniunctionem inductiuam repetitionis. l. Sciæ. §. Caio. ff. de fund. inſtru. ſequitur Pet. de Anch. in commento c. canonum ſtatuta. de conſti. in verſi. quærit ēt Bal. vtrum vnum ſtatutum. ſequitur ēt Alex. dicens non reperiri alibi, q̃ in l. filius à patre. in prin. in 12. col. ff. de lib. & poſthu. Et ex hoc tu collige ſingularem limitationem ad regulam d. c. cùm dilect. de dona. & Bal. in d. l. 1. C. de legi. hær. ¶ Scdo moueor per doctrinam, quæ traditur, an dicta in præcedenti clauſula intelligantur in ſequenti repetita. quatenus ſpectat ad præſens propoſitum, veritas eſt, qñ clauſulæ ſunt proximæ immediatè, & præcedens clauſula non diſponit aliquid ⁊ ius commune corrigendo, ſed præterius, tunc verba, & dicta poſita in præcedenti clauſula, intelligũtur repetita in clauſula immediatè ſeq. gl. eſt no. in §. item lapilli. in verbo inuentoris. inſt. de rer. diui. quam gl. ad hoc multum no. Bart. & Ang. vbi latè ponunt hanc materiam. in l. prætor. §. critq; differentia. ff. vi bon. rap. ſequuntur. d. Anto. de Butr. & Io. de Imo. in cle. 1. de ſuplẽ. neg. pręla. no. Ge. in c. cũ ſingula. per
a hic colligi clauſulam notariorum, [a] talis ſanus mente, & intel lectu, licèt corpore languens, &c. pulchrum ergo dubium eſt, nunquid ſtandum ſit huic aſſertioni notarij, ita vt plenè probet, ſolus Io. de Imo. in l. 2. ff. de teſt. tenuit, ℭ ſic, quia notario plenè creditur de his, quæ ſpectant ad eius officium. l. ſi quis de curio. C. de fal. c. cùm parati. de appel. ſed ad officium notarij
2 iſtud ſpectat, † patet, quia notarius in ingreſſu officij iurat legaliter officium exercere, & ℭ non facier inſtrumentum de actu celebrato ab homiue non ſanæ mentis. c. ad audientiã. de præſcrip. & licèt notarius non poſſit iſtud cognoſcere immediatè, tñ cognoſcit per actus extrinſecos. l. quidam in ſuo. cum ſim. ff. de cond. inſt. Et tanto magis, cùm prę ſumptio naturæ ſit pro eo, ℭ notarius atteſtatur. Item præſumptio iuris, quia quilibet præſumitur ſanæ mentis, niſi probetur contrariũ. l. nec codicillos. C. de codi. ¶ *Breuiter communis ſententia eſt* in oppoſitum, ita tenent Dyn. Bal. Ang. & Raph. Cum. in d. l. 2. ff. de teſt. Bald. in l. vnica. 9. col. in verſ. modo ſequitur alia q. ad fin. C. de confeſ. Sal. in l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſ. do. Alex. in conſ. 181. ℭ inc. maturè. in pen. & vlt. colu. & in conſ. 227. ℭ inc. viſo the. & dubijs. ad fin. aliàs conſ. 85. lib. 2. ¶ Ego ſequor iſtam ſententiam, & vltra allegata in locis, de quibus. ſupra, moueor triplici fun-
3 damento. Primò, per regulam not. † ℭ nemo in facto proprio eſt teſtis idoneus. l. omnibus. C. de teſt. & l. nullus idoneus. ff. eo. ſed factum dicitur proprium, qñ ex eo poteſt ſequi honor, vel verecundia, vt eſt hic in notario, iſtam regulam tradit Io. And. in addi. Spe. in tit. de teſt. §. 1. ſuper verſ. ſed pone, ℭ adminiſtrator. Doct. præcipuè Imo. in c. ex literis. de tranſa. d. Ant. de But. in c. cùm à nobis. de teſt. & in conſ. inc. q. iſta habet vulgaria dubia. d. Alex. in cõſ. 161. in 1. vol. ℭ inc. maturè. in 8. col. & in cõſ. 76. in 2. vol. ℭ inc. viſis dubitationib. elegantiſſimè formatis, vbi in ſpecie ponit de notario, & iudice, quib. nõ creditur, quia tractatur de eorum verecundia, & in conſ. 80. in 3. vol. ℭ incip. in
4 cauſa vertente inter dñm Balda. ¶ † Secundò moueor, quia no
b tario [b] creditur de his, quæ geruntur coram eo, non de his, quę ab eo fiunt. iſtam regulam tradit Fed. de Sen. in conſ. 199. ℭ inc. quædam dña Margarita. vbi per eam infert, ℭ ſi notarius in inſtrumento atteſtatur ſe certioraſſe mulierem de beneficio Vel leia. vel minorem de beneficio reſtitutionis in integ. non creditur ipſi notario, ſequitur d. Ant. de Butr. in c. quoniam contra falſam. in 13. col. de prob. Pan. in c. cùm cauſam. in 5. col. de teſtib. quamuis contrarium in hoc vltimo teneant Ang. & aliqui Mod. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & d. Bar. Veron. in cautela 269. ¶ Tertiò moueor per fundamentum, ex quo tollitur ratio Imo. notario non plenè creditur, niſi de eo, de quo eſt rogatus à teſtatore, vel à partib. §. nos autem. in Auth. de tabel. Bart. in Auth. ſi quis in aliquo. in 2. col. C. de eden. Quid autem eſſet ècontra, ſi notarius per inaduertentiam diceret in inſtrumento, talis ſanus corpore, licèt mente, & intellectu languens, &c? dic, quòd non vitiaret, ſecundum Bald. in l. Imperator. prima. 2. col. ff. de ſta. homi.

ADDITIONES.

a ¶ Notariorum. Iſta Iaſ. repetit in l. Senium. C. qui teſta. fac. poſſ. PVRPV.
b ¶ Quia notario creditur. Adde Lanf. in repe. c. quoniam contra. de proba.
* Et dic, quòd notario non creditur niſi de his, quæ geſta ſunt ſub oculis eius, & quæ tempore inſtrumenti interuenire potuerunt, teſte Nat. conſ. 143. nu. 5. in quo conſ. dicit etiam, quod ei non creditur atteſtan. de commiſſione ſibi facta, & ſic ſtat concluſio, quod verba notarij redacta in inſtrumento non probãt, niſi geſta ſub oculis eius, & de quib. rogatus eſt à partib. vt etiam ſcribit Dec. conſ. 118. col. 2. in fin. neque illius aſſertio facit fidem contrà eum, qui non interfuit, & non rogauit, vt in pulchro caſu not. Alex. conſ. 6. nu. 6. lib. 4. vbi declarat opin. Spec. & ibi Doc. in apoſtil. idem Alex. conſ. 37. col. 1. num. 4. lib. 3. not. Turz. inter com. opin. lib. 12. verſ. notarius. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio tantum valet ſine actis, & ſcriptura, quantum cum actis, vel ſcriptura.*
2 *Confeſſio facta extra iudicium ſine cauſa, non valet, ſecus ſi ſit facta in iudicio.*
3 *Statutum diſponens, quòd de quo libet contractu ſoluatur gabella, non habet locum in diſtractu.*
4 *Statutum diſponens, quòd minor non poſſit contrahere ſine decreto iudicis, non habet locum, quando facit pacem.*
5 *Statutum diſponens, quòd mulier non poſſit obligari ſine præſentia propinquorum, habet locum in liberatione.*
6 *Quando in ſtatuto etiam correctorio nõ poteſta aſſignari niſi vna ratio, illa habetur pro expreſſa, & fit extenſio ex identitate rationis.*
7 *L. prohibens minorem contrahere ſuper re immobili abſque autho. tut. & decreto iudicis, habet locum etiam in diſtractu.*
8 *Tranſactio eſt contractus innominatus.*
Conuentio nuda facta in iudicio non veſtitur calore iudicij.
10 *Actor tranſigendo non perdit per hoc dominium rei, ſuper qua tranſegit.*
11 *Tranſactio ſi fiat lite inchoata, talis tranſactio non tollit inſtantiam.*
12 *Tranſactio ſi ſit facta nudo pacto, & non ſeruetur, actor agere non poteſt ex tranſactione, reus tamen ſic.*
13 *Cautio interponitur alio de tribus modis.*
14 *Condictio ob cauſam an competat ex pacto nudo tranſactionis.*
15 *Cautio Mutiana habet locum in contractibus, & obtinet vim implementi.*
16 *Cautio Mutiana quare habeat locum in vltimis voluntatibus, & non in contractibus.*
17 *Quando in conuractu facto ſub conditione negatiua deduceretur res non tranſitoria ad hæredem, habet locum tunc cautio Mutiana, etiam in contractibus.*
18 *Vltimo vitæ ſpiritu non poteſt hæreditas adiri.*
19 *Cautio Mutiana locum habet in donatione cauſa mortis.*
20 *Cautio Mutiana habet locum non in modo, ſed in conditionib. negatiuis.*
21 *Cùm tranſactiones communiter fiant ſub modo, an ſaltem habeat locum cautio modalis.*
22 *Oblatio in contractibus nominatis habet vim perfecti implementi, vt poſſit agi.*
23 *Quæ differentia ſit inter contractum innominatum, facio vt des, & tranſactionem.*

LEX XXVIII.

Siue apud acta. Iſta l. ſecundũ Bal. & Ang. eſt ſubtilis, & difficilis, & ſm Pau. de Caſt. eſt repetibilis, qa habea materiam ſubtilem. dicit tñ Sal. ℭ iſtam l. reddunt ſubtiliorem gl. præſertim glo. magna. q̃. tex. qui de ſe eſſet clarus, & in hac l. Bart. fuit prolixior quàm expediret, & multa
* poſuit, quæ non ſunt ad propoſitum tex. nec gl. ¶ *Communis diuiſio Doct.* eſt ℭ in hac l. primo ponatur dictum in genere, ſecundo inferatur ad ſpeciem. iſta diuiſio non placet, qa hic ſm non inferr̃ ex primo. Diuide melius hãc l. in duas partes. In prima ponitur de validitate tranſa. In ſecũda ponitur de eius effectu.
1 Secũda ibi, ſed quoniam. h. d. ¶ † Tñ valet tranſactio ſine actis, & ſcriptura, quantum cum actis, vel ſcriptura. h. d. & ex pacto nudo tranſac. non oritur actio, qñ tranſactio perfectè impleri non põt, ſed reo non ſeruante promiſſa in tranſactione, actor reuertitur ad primam actionem, & ſi reus excipit de tranſac. replicatur de inobſeruantia tranſac. & ita reus, vel condemnatur ex prima actione, vel cauſatiuè cogitur ſeruare conuenta in
a tranſa. h. d. [a] ¶ Not. ex prima parte, ℭ non eſt differentia quantum ad validitatem, & etiam quantum ad effectum, an tranſa. fiat apud acta, vel extra iudicium, ratio qa fit ſolo conſenſu. l. non minorem. ſ. eod. ergo præſentia iudicis nihil operatur, & ſic nota ſm Bald. ℭ ℑctus factus apud acta non magis eſt validus, nec magis veſtitur, vt producat actionem, q̃ ſi eſſet factus extra iudicium. Limita, niſi per pactum nudum factum in iudicio promittatur aliq̃d tendens ad iuuandum iudiciũ, puta, de reſtituendis expenſis, vel iudicato ſoluendo, vel aliq̃d ſimile, tunc veſtitur calore iudicij, & producit actionem efficacẽ, glo. eſt not. in Auth. generaliter. in verſ. conſcribat. C. de Epiſ. & cle. & in l. eum pro quo. iuncto text. ff. de in ius voc. per quas gl. ita concludit Bart. in repe. l. tale pact. §. qui prouocauit. in 7. & melius in 11. col. ff. de pact. Alex. in rub. ff. de verb. oblig. in 2. col.
2 ¶ Adde tñ, ℭ aliqñ actus factus in iudicio valet, qui extra † iudi-
b cium nihil valeret; nam confeſſio facta [b] extra iudiciũ ſine cã, qa eſt indiſcreta, nil valet. l. cum de indebito. §. fin. ff. de prob. c. ſi cautio. de fid. inſtr. no. Doct. in l. gñaliter. C. de non num. pec. & tñ confeſſio facta in iudicio ſine cã, valet, & tenet, gl. eſt not. in l. 1. in fin. per illum text. ff. de interro. act. rõnẽ aſſignat Cyn. in Auth. gñraliter. in 3. q. C. de num. pec. Item renunciatio iuris de futuro facta extra iudicium nihil valet. l. ſi ita ſcriptũ. §. ſi ſub conditione. de leg. 2. l. ſuperſtitis. ff. de acq. hær. & tñ facta in iudicio valet, & tenet. gl. in l. 1. ff. de cura. bon. dan. & in l. in pluriũ. in fi. ff. de acq. hęr. Bar. & alij in l. 1. ſ. de pact. rõnẽ aſſignat Bart. in l. poſtq̃ liti. eod. tit. ſ. de pact. ¶ Secundò per illũ tex. dicit not. Bal. in 6. not. ℭ ſtatuta requirentia ſcripturam in ℑctib. qa exorbitant à regula iuris cõis, debent ſtrictè intelligi, & nõ extendi, & iõ refert ſe conſuluiſſe, ℭ ſtatutum requirens in ℑctib. mulierum inſinuationem, non habet locum in liberatione, tñ opponit

ADDITIONES.

a ¶ Adde Iaſ. in l. fin. 5. col. J. vnde legit. ex quo infertur, quòd tranſactio non habet paratam executionem, & latè declarat Dec. in c. ii quando. de offic. deleg. col. fin. in verſ. extra glo. & ideo lite mota ſuper tranſactione poteſt peti cõpromiſſum inter coniunctos, ita per dictam rationem dicit Fulg. conſ. 229. proponitur, quod Fed. 1. dubio. PVRPV.
b ¶ Confeſſio facta. Adde Abb. in c. olim. de reſcrip. Ant. de Butr. & Io. de Imo. in c. ai ſi clerici. de iud.

Source : BIU Cujas

ponit de duob.& nihil ſoluit,ſed do.Alex.ſoluit.iſtam opi. Bal. ſequuntur d.Alex.& d.Ant.hic,& d. Alex.in l.more. in 2.col.ff. de acquir.hær. moti, qa appellatione contractus non venit diſtractus.l.fin.in princ.& ibi ponderat Bald.C.ſi tu.vel cur.inter.

3 ¶† Secundò,qa ſtatutum diſponens,ꝙ de quolibet ℈tu ſolua tur gabella, non habet locum in diſtractu. ſm Bart. & Doct.in l.ab emptione.in vlt.col.ff.de pact.Bald.in l.1.C.qñ lic.ab emp. diſce. tñ iſtud patum facit, qa ex quo ſemel ſoluta eſt gabella pro ℈tu,non debet iterū ſolui,ſi talis ℈tus reſoluatur. ¶ Tertio facit,qa ſtatutum loquens in ℈tu, non habet locum in reſutatione nec in renūciatione.ſm Bal.in l.tres fratres.ff.de pact. & in l. ſi donationis.C.ꝙ met. cauſa. & in l.1.ad fin. C. ſi aduer. don.Sal.in l.1.in 5.col.C.de pact.¶ Vltra Scribentes pro iſta parte facit,ꝙ vult d.Abb.in conſ.108.in.2.vol.ꝙ inc.illud in effectu

4 de iure quæritur an pax facta, &c. vbi tenet, † ꝙ ſtatutum diſponens minorem non poſſe ℈here ſine decreto iudiciis, non habet locum,qñ facit pacem,qa ibi non eſt propriè ℈tus,ſed potius eſt quædam remiſſio,vt ibi per eum. ¶Contrariam opi. tenet Bald.in rub.C.de pact. ꝙ ſtatutum prohibens mulierem ℈here ſine certa ſolennitate, puta cū præſentia propinquorū, habet locum etiā in liberatione,& idem Bald. in l.pactum dotalin 12.q.C.de col.ad fin.illius quæſtio.ꝙ tale ſtatutum,ꝙ intendit prouidere imbecillitati mulierum,quamuis loquatur in ℈tu,tñ habet locum in liberatione, refutatione, & diſtractu, pp fragilitatem ſexus muliebris, quæ militat in omnib. l.doli mali.verſ.diuerſum.ff.de noua. ¶Ego teneo iſtam partem, & moueor quinque fundamentis.Primò ex eo, ꝙ volunt Bald.& Bart.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.in 6.colu.ff.de pact.& Bar.

5 in l.Meuia.§.1. ff. ſol. matr. † ꝙ ſtatutum diſponens, mulier non poſſit obligari ſine præſentia propinquorum, habet locum in liberatione,licèt Bart. loquatur,qñ ſtatutum vtitur verbo obligari,ſecus ſi diceret,ꝙ non poſſet ℈here,quam differentiam facit Ang.ibi,ſed certè Bald.& d.Mart. Laud. ibi tenent, ꝙ quomodocunque loquatur ſtatutum,idem ſit vtrobique.¶Secundò moueor, qa ſtatutum loquens in contractu, ꝙ mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum,habet locum in aditione hæreditatis, & ſic in quaſi contractu,ſm Bart. in l.more.ad fi.prin.ff.de acquir.hær. & ſequuntur Pau.de Caſt. & Lud.Ro.in l.multum.eod.tit.& ibi dicit Pau.de Caſt.ꝙ vidit iſtam opin. Bart. ſeruari in practica, & ita conſuluit Lud.Ro. in conſ.504.inc.præſuppoſito,ꝙ viua voce. & iſtam opin.pluries defendi, quamuis in hoc vltimo contrarium teneat idem Bart.in l.apud Iul.§.fin.ff.ex qui cau.in poſſ.ea. Bald.Ang.& alii qui Mod.in d.l.multum.¶ Terriò moueor, & in hoc facio ma

6 gnum capitale :† nam qñ in ſtatuto etiam correctorio nō poteſt aſſignari niſi vna ratio,illa habetur pro expreſſa,& fit extenſio ex identitate illius rationis.l.milites agrum. ff.de re mil.l.his ſolis in verſ.ſatis etiam tacitè cautum putamus.C.de reuo.do. glo.in l.quamuis,& ibi expreſſius Bald. & Pau.de Caſt.C.de fideicom.idem Bald.in l.fin.in 4.col.C.de lib.præte.Bald.& Imo. in l.fin.ff.de hær.inſti.Imo.& Pau.& Caſt.in l.ſi verò.§.de viro. ff.ſol.matr. Sed in iſto ſtatuto non poteſt aſſignari niſi vnica ratio.ſ.pp fragilitatem muliebrem,ſm Bart.& Doct. in l.tranſactione matris.§. eod. & iſta ratio militat etiam in diſtractu, & liberatione.igitur,&c ¶ Quartò facit bene text. in l. ſi ad reſol-

7 uendam. C. de præd. min. hic alleg.per Bald.† vbi l.prohibens minorem ℈here ſuper re immobili, abſque autho.tuto.& decreto iud.habet locū etiam in diſtractu, ratio qa fragilitas minoris ætatis militat vtroque caſu. ¶ Quintò facit regula Bart.in Auth.èconta ſi filijfa.per illum text.in 2.not.C.de repud.ꝙ cuius conſenſus in ℈hendo requiritur,requiritur & in diſſoluendo.¶ Vltimò facit regula, ꝙ habetur pro ſtatuto illud, ꝙ ſtatuentes veriſimiliter ſtatuiſſent, ſi de hoc interrogati fuiſſent. glo.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.pro qua glo. facit text.in l. fin.ſm intel.Bart.Bal.& Ang.ibi.C.de poſth.hær.inſt. facit l.Barbarius.verſ.ſed & ſi ſciuiſſet. & ibi Bal.in 5.col.ff.de offi præſid.

8 ¶† Tertiò not.ibi,ex pacto nudo.hic probari ſm Ang. ꝙ tranſactio [a] eſt ℈tus innominatus, qa ſi eſſet conuentio nominata,ex pacto nudo ageretur.l.iuriſgentium.in prin.ff. de pact.dictum Ang. eſt veriſſimum, ꝙ tranſactio eſt ℈tus innomina-

b tus, [b] vt latè per Bart.hic in pen.col.& eſt text.in l.1.§.1.in verſ. tranſigendi.& ibi.Bart.ad hoc not.ff.de pact.& text.in l.2. & ibi Bart.ad hoc not.ff.de iureiur.tñ iſte text.inducēdo,vt per Ang. nihil probat,quia conuentiones nominatæ pacto uudo producunt actionem, qñ ſunt de iure gentium. ita loquitur d.l.iuriſgentium. in princ. ſed conuentiones iuris ciui.etiam ſi ſunt nominatæ, tñ pacto nudo non producunt actionem, vt declarat.& probat Bart.in l.iuriſgentium.§.quinimo. in pen.colu.ff. pact. ¶Quartò not. ex hoc text. iungendo prin. cum verſ. ſed

9 quoniam.hic probari melius,quàm alibi,ꝙ † conuentio nuda

c facta in iudicio non veſtitur calore iudicij, [c] ita vt actionem producat,& ad hoc ponderat iſtum text.Bald.in l.tale pactum. §.qui prouocauit.in rep.in 7.& melius.in 11.col.ff.de pac.Lud. Ro.in l.1.in princ.ff.de verb.oblig.dicit,ꝙ iſte text.nihil probat, ꝙ licèt in princ.text. fuerit locutus de tranſactione facta apud acta,tamen in verſ.ſed quoniam.mutat caſum,patet ex aduer

d ſatiua [d] ſed,quæ denotat diuerſitatem in iure,& in facto.glo.in l.ſed & ſi lege in prin.ff.de pet.hær.latè Bar.in l.hoc amplius.§. de his autem.ff. de dam. infect. ſi ergo debet denotare diuerſitatem in facto,ergo eſt neceſſe dicere,ꝙ in verſ. ſed quoniam. mutet caſum.iſta reſpònſio nihil valet, quia nec iſtud eſſet diuerſificare factum,cùm ſ.in prin.text. locutus ſit ſiue tranſa.fieret in iudicio,ſiue extra.pręterea diuerſum eſt factum,& diuerſum ius, quia in princ. ponitur de validitate tranſa.in verſ. ſed quoniam.poſtea ponitur de effectu. Ego puto poſſe aliter reſponderi. nam in prin.dubitatur,qñ tranſactio erat facta extra-iudicium,& ſine ſcriptura,an valeret,deciditur, ꝙ ſic. in verſ. ſed quoniam.dubitatur,poſito,ꝙ valeat,an habebit effectum. & iſto modo text.loquitur de eadem tranſact.facta extra iudi-

10 cium ſine ſcriptura,& hoc modo nihil probat. † Quintò not. in verſ.rerum vendi.pēdente, ꝙ actor tranſigendo nō per hoc perdit dominium rei, ſuper qua tranſegit, & ſic diuiſio rei facta ex cauſa tranſactionis non operatur tranſlationem dñij. ¶In ℈rium videtur facere regula.l. qua ratione.§.interdum.ff. de acquir.rer.dom.§.interdum.inſti.de re.diui. & l.quædā mulier. ff. de rei vend. vbi diuiſio rei titulò præcedente, operatur tranſlationem dñij,ſicut ſi interueniſſet traditio. Sed reſponde, ꝙ illa regula procedit,qñ diuiſio fit ex tit.tendente ad translationem dñij, ſed hic tranſactio ſolùm tendit ad imponendum finem liti,non autem ad transferendum aliquod dñiū,ergo diuiſio rei ex cā tranſactionis non operatur translationem dñij, vt hic,& l.ſi pro fundo.vbi dicetur.ĵ.eod.¶Et per iſtos text. infert gl.not.in l.pen.C.de vſuc.pro emp.ꝙ ſimiliter non prę ſtat cauſam vſucapiendi,qñ tranſigens, qui dimittit, non eſſet dñs. facit

11 regula.l.clanib.ff.de ℈hen.emp.¶† Sextò not.hic eſſe tex.not. [e] e ꝙ ſi lite inchoata fiat tranſactio,talis tranſactio non tollit inſtantiam,patet,qa actor poteſt redire ad eandem actionem,& cau

f ſam.de quo dubitauit Bart.in l.ſi diuerſa. in fin.vbi dixi.ſ.eod. [f] ¶Septimò not.ex fin.text.Sal.& Fulg.& d.Alex.ꝙ reus,qui fuit in mora adimplendi id,ꝙ promiſit in tranſactione, ſi conuenia

g tur prima actione, poteſt moram purgare, [g] & ſic ſatisfacere

h vſque ad ſententiam. [h] ¶Nec obſt.ſi dicatur, ꝙ purgatio moræ non admittitur niſi vſque ad litem conteſt. & non vltra. l. ſi inſulam.ff.de verb.oblig. quia eſt verum, qñ mora committitur ante litem conteſt. hic autem fuit commiſſa poſt, nimirū ſi admittitur purgatio vſque ad ſententiam, de quo dixi in l. ſi pacto quo pœnā.ſ.de pact.vel potes ſubtilius ĩndere, ſm Bal. hic in vlt. colu.ꝙ propriè hic non agitur de purgatione moræ, quia cùm actor non perfectè impleuerit, vt habes hic in gloſ. reus non poteſt dici in mora, vndè hic non agitur propriè de purgatione moræ, ſed potius de facultate, quā habet reus obſeruandi tranſactionem,vt iudicium de nouo reintegratū euitet.¶Capio gl.magnam in verſ. pacto.quam magiſtraliter diuiſ de in ſeptem partes.In prima remouet vnum contrarium, in-

12 quantum dicitur in hoc text. ꝙ † ſi tranſactio ſit facta pacto nudo,& non ſeruetur, actor agere non poteſt ex tranſactione, & tñ reus agere poteſt iurib. alleg. in gloſ. quæ fatetur contrarium.In ſecunda, quæ eſt ibi,ſed quare. gl.quærit de ratione diuerſitatis, quare reus poſſit agere ex tranſactione facta nudo pacto,actor non,& aſſinat duas rationes,& tenet vltimam prima reprobata.In tertia,quæ eſt ibi,dic ergo retenta vltima ratione. gl.format vnam quæſtionem.In quarta, quæ eſt ibi,itē quid ſi

caueam.

ADDITIONES.

a ¶Tranſact. Adde Bal.in rub.C.de rer. permu.gl. & Doc.in l. ſi intra.ff.de pact.

b ¶Innominatus. Galiau. in rubr. ff. de verbo. obliga. colum. 3.Alexan. libr.5. conſil.8.

* Et vide. Rip.Reſpon.100.colu.1.opin.autem Iaſ.hic, quod tranſactio ſit contract.innominatus,& ſtricti iuris, comprobat Affli.Deciſ.108. num 2.communem dicit Rol.conſil,79.nu.70.lib.3.& ad materiam ponit Rip.d.reſponſ. MASVER.

c ¶Iudicij.Quod imò veſtiatur,tradit Gui.fing.342.pactum.Fel.in c.1.de pact. limitat Galia,in l.1.ff.de verb.oblig.& ibi latè Alcia. & Iaſ. in l.pact.ſ.titu.1. PVRPV.

d ¶Ex aduerſatiua ſed.Adde Doct in l.2.in §.ſed & ſi agant.ff.de iud. Bar.in l.patris,& filij.ff.de vulg.& pupil. Ioann. And. in c.per tuas. de arb. Raph. Cum. conſ.114.inc. ſtatutum,quod nec in teſtamentis.in 1.col.

e ¶Decius.in l.2.ſ.de eden.num.73. PVRPV.

f ¶Prac, Papien.forma lib.vt pact.& tranſactiones.col.3.ver.queritur circa præmiſſa. PVRPV.

g ¶Purgare.Adde,quæ ſcribit Nat. conſ.133.

h ¶Vltimò not. quòd renuncians rei vendica. nō perdit dominium.Bal.in l.1.ĵ. com.de leg.col.3.vtilitas propter manum regiam.de qua in c.quæ in eccleſia rum.de conſti. PVRPV.

Source : BIU Cujas

caueã.gl. format aliã qõnem circa illã vltimã rõnẽ. In quinta, q̃ eſt ibi, nec obſt. glo. remouet aliud ꝓriũ, q̃ ꝓrium põt formari alio de duob.modis,vno modo directè ꝓ tex.alio modo, & melius ꝓ ſecundã rõnem,q̃ gl.tenuit.s̃.in ſecũda parte.In ſexta,q̃ eſt ibi,itẽ not.gl. per viam not. remouet duo ꝓria dando duas ſolutiones,q̃ nihil valent.In ſeptima,& vlt. q̃ eſt ibi,item,
13 quæ eſt differentia.gl.format qõnem.¶† Ad euidentiã eorum, quæ dr̃ in gl.& per Doc.habes aduerte, q̃ cautio interponitur alio de trib.modis.Aliq̃n ad iſtũ finẽ, & effectũ, vt actio,q̃ nũquam eſt nata,nec naſci poterat, mediante cautione naſcatur, eo q̃ talis cautio habet vim purificatæ conditionis, vt eſt, q̃n aliqs inſtituitur hr̃s ſub cõditione negatiua, ſi nunq̃ aſcenderit capitoliũ,vel fit legatũ ſub ſimili conditione negatiua,certè talis conditio nunq̃ põt in vita impleri,& non impleta conditio ne nunq̃ põt peti,nec agi.l.cedere diẽ.ff.de verb. ſign.certè Mutius adinuenit cautionẽ, vt promittatur de nunq̃ aſcendendo, & ſi in futurum vnq̃ ꝓ fiet de reſtituendo hr̃ditatẽ, vel legatũ cum oĩb.fructibus,talis cautio facit,vt actio naſcaf̃,& agi poſſit,vbi aliàs actio nunq̃ nata fuiſſet.l.Mutianę.& l.Titio fundus. ff.de cond.& dem.& l.cũ filius.§.q Mutianã.ff.de leg. 2.¶Quædam eſt cautio modalis,q̃ interponitur,q̃n aliqd relictũ eſt ſub modo,q non põt perfectè imperi in vita legatarij,ad finem,vt tollaf̃ exceptio puta,ſi teſtator legauerit vxori, vt nunq̃ diſcedat à liberis,vel vt perpetuò cũ filijs moreẽ, iſte modus nunq̃ pfectè erit impletus in vita mulieris,vnde ſi peteret legatũ, obſtaret excep.iõ adinuenta eſt cautio, per q̃ ſolenniter promittit de nunq̃ recedendo à liberis,& iſta cautio hẽt vim implementi,vt ea p̃ſtita tollaf̃ exceptio. de iſta cautione modali loquitur text.in l.q̃bus diebus.§.Termilius. & ibi latè Bart.ff. de cond.& dem.& text.in l.ſi tibi purè.ff.de leg.3.& tex. f̃m vnũ intellectũ in l.inſulã.§.fi.ff.loc.¶Quædã,& tertiò eſt cautio, q̃ interponiẽ ad finẽ, & effectũ, vt ſi alicui p teſtatorẽ ſit relictũ ſub conditione,vel in diẽ,vel in ꝯctib.ſit promiſſum in diẽ, vel ſub conditione,reddatur cautus,q̃ eueniente condõne, vel die ſibi ſatisfiet de legato,vel debito:nã poſſet euenire, q̃ pendente cõditione,vel die, hr̃s dilapidaret oĩa bona, ideo põt cogi officio iud.ad inſtantiã legatarij,q̃ ſolenniter caueat, q̃ ſi euenerit cõditio,vel dies legati,q̃ legatũ plenè adimplebit. de iſta cautione loquiẽ tit,ff.& C.vt leg nom.cau.& iſta aliq̃n p̃ſtatur in ꝯctibus, ſi ſupueniat noua cã ſuſpitionis, & ſic intelligiẽ.l in oĩb.ff. deiud.l.ſi creditores.in fi.ff.de priui. cred.vbi declarat Bart. & in l.inter oẽs.ff. q̃ ſatid.cog. & in l.2. in prin. vbi plenè Mod.ff.ſol.
14 mat.Pau.de Caſt.& d.Alex.¶†Iſtis ſic p̃miſſis redeo ad gl.& in prima parte dic,dũ iſta gl. facit dr̃iam inter actorẽ, cui ex tranſa. facta nudo pacto non cõpetit actio ꝯ reũ, ſed bene reo ad repetendũ ex pacto nudo trãſactionis oriẽ actio.ſ.cõdictio ob cãm.vt iurib.in gl.alleg gl.non bene dicit,q̃a ꝙdõ ob cãm non competit ex pacto nudo tranſactionis,q̃ dupl'r patet,q̃a datur ad reſolutionẽ tranſactionis, ergo non cõpetit ex pacto nudo tranſactionis,q̃ deſtruiẽ.§ is quoq;.verſ.ſed hæc ſpẽs.inſt.quib. mod. re ꝯhi.obilg.ſecũdo, q̃a ꝙdõ ob cãm oriẽ ex quaſi ꝯctu. §.item is.inſt.de oblig.q̃ ex quaſi ꝯctu.& ſic oriẽ extra id,q̃ agitur,in l.ſi is.§.q̃ libero homini. in fi.ff.com. ergo non oriẽ ex ipſo pacto, & ſic quẽad. actori ex pacto nudo tranſactionis non oriẽ actio, ita nec ex parte rei ex ipſo pacto nudo tranſactionis oriẽ aliqua actio,ſed bene extra id,q̃ agiẽ competit reo condictio ob cãm ad repetendũ id,q̃ dedit, q̃ remediũ nõ congruit actori,q̃ põt ad primã actionẽ redire,vt dicit text.hinc eſt,q̃ ſi prima actio fuiſſet ſublata ipſo iure per acceptilationẽ interpoſitã in tranſactione,& reus nõ obſeruaret tranſactionem,ẽt ipſi actori competeret condictio ob cãm ꝯ reũ, vt ſe reponat in prima actione.l.ſi qs accepto.ff.de cond.ob cau.illud,q̃ ego te nui ꝯ gl.tenet ẽt gl.ſi. hic circa fi. ¶In ſecunda parte gl.tene ſecundã rõnẽ,prima reprobata melius p Bart.q̃ p gl.hic.¶In tertia parte gl.diſtiugue,ſub qua forma facta ſit tranſactio, vt hic p Bart.¶In tertia parte gl.ibi,item, q̃d ſi caucã.intelligendo gl.
15 f̃m l.4.q̃ allegat,q̃ loquiẽ in cautione Mutiana,† habes,q̃ cautio Mutiana habet locũ in ꝯctib.& obtinet vim implementi. Iſtã opin.latè defendit Gul. de Cun.in l.dedi. el. 1.in princ.ff.de
* cond.ob cau.alibi gl.vbiq; tenet ꝯrium, *& in contrarium eſt cõis*
a *ſnia* a *Doct.*ꝯriũ tenet gl.in l.1.& ibi Sal.& Alex.s̃. de pact.glo.in d l.dedi.in prin.vbi latè Alb.& Lud.Ro.& gl.in l.ita ſtipulatus. ſi.de verb. oblig. & gl. in l.Mutianæ. vbi latè Bart.& Doct.ff.de cond. & dem. ¶Pro iſta opi. facit text. melior de iure in §.ſi qs ſtipuleẽ.inſt. de verb.oblig. quẽ text.allegat Fulg.hic, & Raph. Cum. in d.l.Mutianæ. & eũ ſibi aſcribit Lud.Ro. in d.l. dedi.in prin. & reputat ad hoc ſingularẽ, & non eſſe ab alio ponderatũ niſi à ſe,& dicit mirari,q̃ Antiqui,& Moderni fuerint in tanta dubitatione,cũ ibi ſit tex.aper.de hoc, tñ rñdet Raph.Cum. in d.l.Mutianæ.q̃ ille tex.procedit ante cautionẽ præſtitam,& hoc modo rñdet Bal.hic in 2.colu. ad l.ita ſtipulatus.ff.de verb. oblig.¶Tu ſtrictius iudicas illũ tex.q̃ ẽt cautio p̃ſtari non poſſet,iungendo text.in l.hr̃s meus.§.q̃uis.cũ gl.ff.de cond.& dem. nã in d.§.ſi qs ita ſtipuleẽ.dicit text.q̃ ſi qs ſtipuleẽ ſub conditione negatiua,ſi in capitoliũ nõ aſcenderit,eſt perinde ac ſi ſtipuletur poſt mortẽ,ſed ſic eſt, q̃ qñ teſtator legat poſt mortẽ legatarij,vel cũ legatarius morieẽ,non habet locũ cautio Mutia
16 na.text.eſt in d.l.hr̃s meus.§.q̃uis.cum glo. ¶† Tenendo cõem ſn̄iam, quærenda eſt rõ,quare cautio Mutiana habeat locũ in
b vltimis voluntatibus, & non in ꝯctib. b Lud. Ro.in d.l.dedi.in prin.dicit rõnẽ eſſe,q̃a vltimæ voluntates ſunt magis fauorabiles,q̃ ſint ꝯctus, ideo in eis fit plenior intetpretatio.c.cũ dilecti. de don.iſtã rõnẽ ſequitur d.Alex.in l.1.vlt.col.s̃.de pact. iſta rõ p ſe non ſufficit,cũ regulariter bonũ ſit arg.ab vltimis voluntatibus ad ꝯctus.l.ſeruũ filij.§.eũ,qui chyrographũ. & l.q̃ de legato.ff.de leg.1.aliã rõnẽ aſſignat Ray.in d.l.Mutianæ.& Lud.Ro. in d.l.dedi.in prin.q̃a vltimę voluntates non põt ſtare in ſuſpenſo,ſicut ꝯctus.l fi.ff.cõia præd.iſta rõ nihil valet, q̃a vltimæ voluntates,q̃n fiunt ſub ꝙdõne,ſtãt in ſuſpenſo, toto tit.ff.de cõd. & demon.igiẽ .&c.¶Alia tertia põt aſſignari rõ, q̃a in ꝯctib.eſt imputandũ ꝯhenti, quare paſſus eſt conditionẽ negatiuã apponi,non ſic in vltimis voluntatibus,in q̃bus nihil eſt, q̃ poſſit imputari legatario,vel hr̃di,iõ l.ſuccurrit per cautionẽ Mutianã,ſed caue, q̃a in donatione, q̃ fit ſola voluntate donantis,ẽt nihil põt donatario imputari.¶Quartã, & vltimã rõnẽ valde fundamentalẽ aſſignat Illuſtris ſubtilitatũ Princeps d. Chriſto. de Caſt.in d.l.ita ſtipulatus.refert, & ſequiẽ d.Chriſto. in §.oĩs. inſt de vetb.oblig. nã in vltimis voluntatibus ſpes conditionalis non tranſmittiẽ ad hr̃des, ſed in ꝯctib. ſic.§.ex conditionali. inſt. de verb. oblig. iõ in vltimis voluntatibus ſi non hr̃et locũ cautio Mutiana,eſſent inutiles,& nullæ,cũ non tranſmittantur ad hr̃des,iõ fuit neceſſaria cautio Mutia,ſecus eſt in ꝯcti.¶Cõfirmo per illud,q̃ tenet Bal. in Auth. cui relictũ.ad fi.C. de ind.
17 vid.tollen. † vbi tenet, q̃ qñ in ꝯctu facto ſub conditione negatiua,deduceret res nõ tranſitoria ad hr̃dẽ, puta vſusfructus, vel alimenta, haberet tunc locũ cautio Muti. ẽt in ꝯctib.quaſi tunc militet rõ,quæ in vltimis voluntatib. idem tenet Bal. in l. ex his.in fin.C.qñ di.leg.ced. in bona lect.q̃a impreſſæ ſunt defectiuæ ibi. ¶Iſta rõ eſt ſubtilis, & colorata, & aliàs mihi placuit, nunc puto,q̃ non ſit bona, & ſicut rõ eſt ſubtilis,ita eam ſubtiliter impugno: nã cautio Mutiana habet locũ non ſolùm in inſtitutionib.factis ſub cõditione negatſua, ſed ẽt in legatis, ita dicit text.in d.l.Mutianę,vnde in inſtitutionib.factis ſub cõditione nega.fateor,q̃ eſſent nullæ,niſi p̃ſtaret cau.Mutiana,eo
18 q̃a nõ implent niſi in vlt.vitæ ſpiritu,† & in vlt.vitæ ſpiritu non põt adiri hr̃ditas.gl.eſt ſing. in l.fin.& ibi Bar.ff. qñ dies leg.ced. & hr̃ditas non adita non tranſmittiẽ.l.vnica.§.in nouiſſimo.C. de cadu. tol. non ſic eſt in legatis relictis ſub conditione negatiua,q̃a cũ talis conditio purificet in vltimo vitæ ſpiritu legatarij,& ſic in eius vita,legatũ bene tranſmittiẽ ad hr̃des. l.fin.ff.de cond.inſt.& l.huiuſmodi.§.ſi Titio. ff.de leg.1. ecce qualiter legatũ valet,& tranſmittiẽ ad hr̃des,& tñ in eo habet locum cautio Mutiana,ad hoc,vt legatũ ſtatim poſſit peti,ergo p̃dicta rõ
19 non eſt bona. ¶† No.tñ,q̃ cautio Mutiana locũ habet in don. cã mort.tex.eſt in §.q̃ verò nunc ſequiẽ.in Auth.de nup.quem reputat ſingularẽ Lud.in ſingularib.ſuis.84.inc. dubitat an cautio.idẽ tenet Bal.per illũ text. in Auth. cui relictũ.in 8.not.C.de
* indi.vid.tollen.¶Stat ergo,q̃ gl.hic malè dicit,& *& cõiter reprobatur*,niſi eã ſalues, q̃n cautio Mutiana interponeret in tranſactione,& ſic in ꝯctib.de volũtate aduerſarij, ſicut aliud p alio volente aduerſario ſolui põt. l.ſi rẽ.1.§. oĩs.ff.de pig. act. ita ſaluat Bart.iſtã gl.in d.l.Mutianæ.in 2.col.Sal.& Mod.hic,& Pau. de Caſt.in l.ſi pro fundo.ff.eo.ſed Bart.hic in 3. col. ſubtllius reprobat gl.q̃a datò ẽt, q̃ cautio Mutiana haberet locũ in ꝯctib. tñ adhuc iſta gl.malè diceret,q̃a adhuc in tranſactione nõ poſ-
20 ſet habere locũ, q̃a tranſac. fiunt ſub modo, † & cautio Mutiana habet locũ non in modo, ſed in conditionib. negatiuis. Tu aduerte, q̃ imo tranſactio, ſicut & alij ꝯctus innominati', nedũ põt fieri ſub modo,imo ſub conditione.text.eſt in l.ſi ſuper poſſeſſione. & ibi ad hoc not.Bal. s̃.eod.gl.in l.ſi intra.ff.de pact.dot. in l.ſi qs cũ debitore. reprobata gl. ibi ff.de iureiur. & Bart.met hic in vlt.col.¶Salua ſubtiliter Bart.q̃ non ignorauit tranſactiones poſſe fieri ẽt ſub conditione, vt ipſemet Bart. in vlt.not.declarat,ſed voluit dicere,q̃ in hac.l.nõ apparet,an trãſactio fuerit facta ſub modo,vel conditione,& in dubio debet præſumi facta ſub modo,vt eſt doctrina not.Bar.in l. cũ mota.

in

ADDITIONES.

a ¶Communis ſententia.Pro qua vide etiam eundem Iaſ.in l.dedi, colu.2.ff.de cond.cauſ.dat.

b ¶Et non in contractibus. Adde glo.& Bart.in l.Mutiana.ff.de cond. & demon. Bart.in l.1.C.de pact.

Source : BIU Cujas

in 1.col.vbi dixi.ſ.eod.& ita regulariter fiunt,ergo cautio Mutiana in hac.l.locū habere non poſſet.¶Itē aduerte dū Bar. di-
a cit, ꝙ cautio Mutiana habet locū in conditionib. [a] negatiuis, innuit,ꝙ in conditionib.affirmatiuis locū habere nō poſſit.Sed ℈rium tenet ipſemet Bart. in d.l. Mutianæ. in 2.col. & ibi Imol. & Raph.Cu.p text.not.in l.Titio fundus.ff.de cond.& dem.ſed ille text.nihil probat:nā ibi erat duplex conditio, vna in ꝑſona primi negatiua, aliā in ꝑſona ſecundi affirmatiua,vnde ibi cautio Mutiana interponit ꝓp primā conditionē negatiuam, non autē ꝓp ſecundā affirmatiuā, cui non conuenit. ¶Teneo tñ,ꝙ cautio Mutiana ēt locū habet in cōditionib. affirmatiuis,quæ ꝑñt impleri in vita, & habent annexā negatiuā, puta lego tibi centū,ſi cū hērdib. meis ſteteris,nā habet effectū negatiuæ ſi nō receſſeris, ꝑ text.in l.pater Seuerinam.§.ſocrus. à ℈rio ſenſu.ff.
21 de cond.& dem.¶† Succeſſiuè dubitat Bart. cū tranſact. *cōiter*
* *fiant* ſub modo, an ſaltē habeat locū cautio modalis, q̄ qualis ſit.ſ.declaraui.& diſtingue,vt hic per eū.pondera,ꝙ Bart.vult, ꝙ l.inſulā.§.1.ff.loca. nō habeat locū niſi in ℈ctib. bonæ fid.idē tenet Bart.in l.naturalis.§.ꝙ ſi faciā.ff.de præſcrip.ver. ¶Cōtrariū, ꝙ imò cautio modalis habet locū ēt in ℈ctib. ſtricti iur. & ℈ñt.d. l.inſulā.§.fi. tenet ipſemet Bart. & melius in l. quib.dieb. §.Termilius.in 5.col. ff.de cond.& dem.& iſtam ℈rietatē Bart. ponderat Imo.in d.l.Mutianæ.in princ.¶Itē aduerte, inquantū concludit Bart.ꝙ cautio modalis haberet locū in tranſactione, ſi eſſet interpoſita ſuper ℈ctu bonę fidei,ſecus ſi ſuper ℈ctu ſtricti iuris.Bald. verò tenet indiſtinctè, ꝙ cautio interponi poſſit, q̄ tranſactio aliter perfectè impleri non pōt,ꝑ l. ſtatuliber rōnem.ff.de ſtatulib.Tene indiſtinctè ℈ Bart. & Bald. ꝙ in tranſactione,& in alijs ℈ctib. innominatis nunq̄ cautio modalis pōt interponi,patet,ꝙa interponitur,q̄ nata eſt actio, ſed ſolū obſtat exceptio,vt ſupra declaraui, ſed in tranſactione non eſt nata actio,niſi ſecuto implemento.l.ex placito. C.de re.permu.ergo ibi non cadit,ſm oēs Mod.hic,& Imo.in d.l.Mutianę.& dicit Pau.de Caſt.hic,ꝙ iſta opin. ℈ Bart. eſt vera, ſicut Deus eſt Deus.¶Sum in hac parte gl.ibi,nec obſt. ꝙ ſi ſtipulor. iſtā opp. forma melius,vt vadat ℈ ea,quæ ſuperius dicit gl.q̄ ℈ tex.nam ſuperius gl.formauit,& ideo in hac.l.nō pōt actor agere, eo ꝙa perfectè non pōt implere.Contra,ꝙa ſi ſtipulatus eſt, pōt agere,vt hic.& l.cū proponas.2.ſ.de pact. & tñ q̄ perfectè nō implet,non deberet poſſe agere,ſaltem in effecta,ꝙa obſtat exceptio,q̄uis ſit ℈ctus nominatus.l.Iul.§.offerri.ff.de act. emp.glo. ñdet vno modo,aliter ñdent Bart. & Doct.¶Tu autē dic clarè, ꝙ dr̄ia eſt inter ℈ctus innominatos,ex ꝙbus nō pōt agi,q̄ perfectè non implet,dato,ꝙ impleuerit eo modo, quo pōt,& inter ℈ctus nominatos,ꝙ ipſo iure abſque aliquo implemento producunt actionē,vt eſt text. melior de iure in l.iuriſgentiū.in prin.ff.de pact.ſi agens nullo modo impleret,obſtaret exceptio. d.l.Iul.§.offerri.ſed q̄ implet eo modo,quo pōt,ex ſtipulatione, vel ex ipſo ℈ctu nominato agit mero iure,& in effectu,ꝙa nulla obſtaret excep. text.eſt hic, & in l.cū ꝓponas.2.ſ.de pact. per quæ limita tex.in d.l.Iul.§.offerri.& eſt ratio diuerſitatis,ꝙa in ℈ctib.innominatis agit̄ de actione producenda, ſed in ℈ctibus nominatis agitur de actione mero iure nata defendenda, nec obſt.exceptio,vnde facilius defenditur id,ꝙ eſt in eſſe productum,q̄ aliq̄d de nouo producatur.l.patre furioſo. ff.de his,
a2 ꝙ ſunt ſui,vel alie.iur.c.quemad.de iureiur.tolle ſimile.† Nam oblatio in ℈ctib. nominatis habet vim ꝑfecti implementi, vt poſſit agi,& non obſt.exeep.ſecus eſt in ℈ctib.innominatis.glo. eſt not.in l.iuriſgen.in prin. in gl.magna.in verſ.facias.ff.de pac. & ad p̄dicta vltra Doct.hic, adde Cyn. & Mod.in l.1.ſ.de pact. ¶In ſexta parte gl.ibi,item not.ñde melius ad l. cū mota.ſ.eo. ꝙ ideo ibi agit̄ ex tranſactione facta pacto nudo, ꝙa ibi perfectè fuit impleta ex renunciatione,q̄relæ, & morte matris, quæ ambo impediunt inſtaurationē,vt ibi declaraui.¶Sum in vlt.
23 parte.gl.ibi, item q̄ eſt dr̄ia.vbi quærit gl. † q̄ dr̄ia ſit inter ℈ctū innominatum, & tranſactionē, intellige de ℈ctu innominato facio,vt des,habendo reſpectum ad caſum huius. l.glo. leuiter ñdet,ꝙ in ℈ctu innominato facio,vt des,factum pōt perfectè impleri, & poſtq̄ fuerit perfectè impletum, amplius reuocari non pōt,ſed in tranſactione,de qua loquitur iſta.l.factum non poterat perfectè impleri, iſta dr̄ia procederet reſtringēdo ſę ad caſum huius.l.ſed ſi qō gñaliter formetur,dr̄ia gl.non eſt bona. ¶Dic ergo veram dr̄iam ſm Fulg.hic, ꝙa tranſactio nunq̄ pōt fieri niſi ſuper re dubia.l. 1.ff.eod. ſed ℈ctus innominati pñt fieri vbi nulla penitus eſt lis. ¶Capio gl. in verſ. pendente. q̄ diuido in tres.In prima declarat text.vno modo.In ſecunda, q̄ eſt ibi, vel dic pendet.declarat text.alio modo. In tertia ibi,ſed arg.℈. gl. opp. non ℈ text. ſed ℈ declarationē ſecundam proximè factā, in qua dixerat, ꝙ per diuiſionem factam ex cā tranſactionis non deſinit eſſe dñs, ℈ d.l.3.§.ſed & ſi is.ff.ad l.fal. vbi ſm gl. videtur eſſe text. q̄uis verè text.clarè non dicat, ꝙ dimiſſio aliquarum rerū legatarum facta hr̄di ex cā tranſactionis importat translationem dñij.text.tñ ibi non ita clarè decidit, & q̄ſic decideret,rñde,vt per Bart.hic in fi.¶Capio gl.fin.in verſ. vrget. q̄ diuide in quatuor partes. In prima remouet tacitum ℈rium, declarando text.In ſecunda,quæ eſt ibi, ſed vſquequo.format quæſtionem,de qua dr̄ in l.ſi maior annis. ℈.eod. In tertia, quæ eſt ibi,item opponitur.gl.opponit à partib. ſufficienter enumeratis,& bene rñdet,tenendo vlt.partem reſponſionis, ꝙ q̄ cōpetit cond.ob cām,non competit ex pacto, imò ex delicto extra id,ꝙ agitur,vt declaraui.ſ.in gl. magna.in princ. In quarta, quæ eſt ibi,item ꝙ dicit dari.gl.opponit ℈ tex. & reſpondet per viam fallentiæ hic,ꝙ ratio fallentiæ eſt,quia accuſationes intentantur ad pœnam,& ſic ſunt odioſæ, & ideo ſi ſemel fiat tranſactio,quamuis poſtea non obſeruetur, non eſt licitum redire ad tales accuſationes,quæ odioſę ſunt.l.ſi tibi.§.quædā.cū gl.ff. de pact.iuncta regula.c. odia.de reg.iur.in 6.& l. cū quidā. ff.de lib.& poſth.& per iſta cum laude Dei eſt impoſitus finis huic.l.

ADDITIO.

a ¶In conditionib.negatiuis. Adde Bald.in Anth.cui relictum. in 3.col. C.de indict.vid.tollen.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio generalis generaliter obſtat in omni eo, quod ſuper actione propoſita includi poterat,non in eo,quod includi non poterat,licèt tranſigens per errorem includi putaret.*
2 *Quitatio generalis non extenditur ad res occultatas.*
3 *Tranſactio quantuncunque generalis non extenditur ad ea, de quibus non eſt cogitatum.*
4 *Bonum eſt arg. à tranſactione ad ſententiam.*
5 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
6 *Sententia regulatur ſecundum probationes.*
7 *Sententia generalis, & etiam tranaſactio generalis reſtringuntur ad proſecuta in iudicio,niſi ſcienter,& dolosè omiſiſſet alias ſpecies proſequi.*

LEX LXXIX.

Vb prætextu ſpecierū.

Iſta eſt ſcabroſa. l.prę ſertim in verſ.error autem.Et dicit Pau.de Caſt. ꝙ iſta.l. & ſimiles habēt materiā periculoſam, quæ licèt quotidiana ſit,pauci tñ habent illā præmanib.& in prima parte.l.pone caſum, ſm ea, q̄ vidimus in l. age.ſ.eod.ſm Pau.de Caſt.hic. In actione gñali, vel vniuerſali, puta in actione tutelæ, vel curæ, q̄ gñaliter qs intentauit ℈ eū, qui fuit tutor,vel curator ſuus,& petijt gñaliter reddi vniuerſalē rōnē de omnib.geſtis,& adminiſtratis, & conſignari reliqua, q̄ penes ſe habet, poſtea aliquo dato fuit facta tranſa.gñalis, & ille fuit gñaliter liberatus,poſtea reperitur penes iſtum quondā tuto.vel cura.certa res,vel certa ſpēs,quæ in veritate erat patris ipſius quondam pupilli, an illa tranſac. gñalis obſtet in iſta re, vel in iſta ſpē poſtea reperta?ñdet Imperator,ꝙ ſic,ꝙa ex quo petitio fuit gñalis,& tranſ.gñalis,tranſ.gñalis in omnib.prę iudicat etiam in his,quorū notitia poſtea deuenit,ideo præcauendum eſt multum à ſimilib.tranſactionib.gñalib.facit text.in l.ſi. in fi.C.de dot.promiſ.& ibi not. Ang. imputandum.n.eſt actori,ꝙ tranſactionem ita gñalem fecit. ¶† Tranſactio gñalis gñraliter obſtat in omni eo,ꝙ ſuper actione propoſita includi poterat,non in eo,ꝙ includi non poterat,licèt tranſigens per errorē includi putaret.h.d.Et diuiditur in duas partes, prout duo ponuntur dicta.Secunda eſt in verſ. error. vbi neceſſariò habes intelligere text.ꝙ ponatur exceptio à regula,ad hoc, vt aduerſariua denotet diuerſitatem in facto, & in iure, prout facere dēt. gl.in l.ſed & ſi lege.in prin.ff.de peti.hær.Bart.in l.hoc amplius. §.de his autem.ff.de dam.infect.¶No.1.regulam, ꝙ tranſactio gñaliter facta non reſcinditur prætextu ſpecierū poſtea repertarum, ſicut nec reſcinditur prætextu inſtr̄i de nouo reperti. l. ſub prætextu.ſ.eod.Et rō huius.l.eſt,ꝙa imputandum eſt actori,ꝙ ſermone nimis effuſo gñalē tranſactionē fecit.l.ſi.in fi.C.de dot.promiſ.& dicam in l.ſi de certa.℈.eo.ex hoc apparet,ꝙ iſta. l.debet intelligi,q̄ petitio fuit gñalis,& ſimiliter tranſactio gñalis,vt dicit gl.1.in prin.ſi autem petitio fuiſſet ſpālis, tunc tranſactio licet gñalis,non præiudicaret niſi in illa ſpecie,& tunc loquitur.l.ſi de certa.℈.eo. vbi autem proſecutio litis fuiſſet ſpālis ſuper certa ſpecie adminiſtrationis tm̄, tunc loquitur. l. age. ſ. eo.ſic concorda iſtas.ll.in iſta materia,quam Pau.de Caſt.dicit eſſe quotidianam,ſed periculoſam,pauci præ manib. ſm eum habent iſtas.ll.¶Pro intellectu,& practica huius regulę formo quæſtionem,quam Raph.Fulg. dicit habuiſſe de facto in perſona cuiuſdam nepotis ſui: aunculus huius nepotis adminiſtraue rat tutelam,& ſucceſſiuè curam iſtius nepotis, quib.finitis,iſte nepos egit cum auunculo, petens reddi gñalem rōnē de omnib.adminiſtratis,tam ratione tutelæ,quàm curæ,pendente lite fecit trāſactionem gñalem cum eius auunculo hoc modo, quia auunculus dedit certam quantitatem pecuniæ, & nepos

eum

Source : BIU Cujas

eum gñaliter liberauit, quib. factis accidit, ꝙ vxor huius auunculi veniens ad Eccleſiam habebat quædam localia, plerique dixerunt huic nepoti, ꝙ iſta iocalia erant matris ſuæ, & ea portauit in dotē, vel ſupra dotē, & ꝙ peruenerunt ad manus auūculi occaſione tutelæ, vnde iſte nepos intendens ea vendicare, non obſt. tranſactione gñali, petiit conſilium à Raph. Fulg. q ſibi conſuluit, ꝙ petere non poterat per hanc. l. ipſe tñ aſpernatus conſilium Fulg. petijt in iudicio, & lata eſt ſnīa ꝯ eum, per
a iſtā. l. ita rñdet Fulg. & alij non tangunt. ¶ Ego puto [a] oppoſitū, & ſic malè fuiſſe iudicatum, primò per text. in l. tres fratres. ff.
e de pact. allegat. in gloſ. † vbi quitatio gñalis non extenditur ad res occultas dolo, prout p̄ſumitur in iſtis mobilib. pretioſis, q̄ ſemper occultauit, nec eius vxor vnq̄ portauit, niſi poſt factā tranſactionē, & iſto caſu fallit regula huius text. vt hic in glo. 1.
b ¶ Secundò moueor, [b] qa in gñali rranſactio, vel gñali liberatione nō veniunt ea, quæ p̄nt vendicari rōne dñij, ratio, vt hic dicit glo fin. quia tranſactio generalis fit ab obligationib. perſonalib. ꝯctis occaſione adminiſtrationis. tutelæ, vel curæ, ergo non extenditur ad actioaes reales. & de hoc eſt text. in l. Aurelius. §. Meuia. & ibi not. Bart. ff. de lib. leg. Bart. in l. non ſolùm. 2. §. fin. eod. tit. Bald. in l. pactum. in 12. q. C. de colla. Ang in conſ. 85. ꝙ incipit, Brunellus notarius. d. Alex. in conſ. 46. ꝙ inc. viſis, & accuratè conſideratis. in 3. col. iib. 1. & in conſ. 314. ꝙ inc. circa primum dubium præſuppono. in 2. vol. 2. & 3. col. & illum text. in d. §. Meuia. reputat ad hoc ſingularē Bal. in l. cùm neceſſitatem. C. de fideic. ¶ Tertiò confirmo, & eſt idem in effectu cum præcedēti, qa gñalis remiſſio, vel tranſactio facta ſuper tutela, licèt liberet quē à dolo, vel culpa, non tñ liberat, quin reſtituere teneatur rem apud ſe conſtitutam. l. ſi ei cui. ff. de lib. leg. ſm Bart. in l. ſi vnus. §. illud. & in l. tres fratres. ff. de pact. & Bald.
3 hic. ¶† Contra principalem regulā huius text. opponit Bart. c
c ꝙ tranſactio quantuncunque gñalis non extenditur ad ea, de quib. non eſt cogitatum, & rñdet, vt hic per eum. ¶ Adde, ꝙ idem eſt in iuro, ꝙ etiam non extenditur niſi ad ea, de quibus partes cogitauerunt, & non ad alia. text. eſt in c. veniens. & ibi
d gl. cum ſi. de iureiur. [d] quamuis iuſm habeat mirabilē effectū, ꝙ vbi aliàs requiritur ſpecialis conſenſus, & non ſufficit gñalis, ſi aliquis gñaliter conſentiat, & iuret, iuſm habet vim expreſſi, & ſpecialis conſenſus, ita ſingulariter dicit Bald. in l. 1. in 2. q. C. commo. & ad ſolutionem Bart. hic, q̄ præſumatur ſaltē gñaliter cogitatum, & ex quibus, & quomodo cognoſcatur, vide Bart. not. declarantem in l. ſi de certa. in vlt. col. j. eod. quem ſequitur Pan. in c. 1. extra eod. ¶ Capio gl. primam in verſ. ſub prę textu. q̄ diuide in octo. In prima declarat, in qbus terminis procedat regula huius text. & bene dicit. In ſecunda, quæ eſt ibi, niſi dolus. ponit tres fallen. ad text. & hoc modo remouet tres opin. ¶ Prima fallen. eſt, q̄ illæ ſpecies eſſent dolo occultatæ. l. tres fratres. ff. de pact. & ratio huius fal. eſt duplex. prima, qa dolus eſt crimen, ſeu delictum, gl. in l. 1. & ibi Bart. in fi. not. ff. de fideiuſ. tut. ſed delictum nemini debet prodeſſe. l. ſiue hērditaria. in fin. ff. de nego geſt. l. relegatorum. in fi. ff. de interdi. & relega. l. itaque fullo. ff. de furt. ſecunda ratio eſt, qa cùm occultans ſit in dolo, & gñaliter tranſigens ſit in culpa, faciendo tranſactionem ſic gñalem, ergo dolus debet culpæ præponderare. l. item ſi obſtetrix. in prin. ff. ad l. aquil. ¶ Secunda fallen. eſt, q̄ pater generaliter tranſegiſſet, talis tranſactio non præiudicat in rebus, q̄ ſunt filiorum. l. de re filiorum. ff. eod. ¶ Tertia fallen. eſt in vlt. voluntatib. in quib. ſpeciale eſt, vt tranſigi non poſſit, niſi inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti, aliàs tranſactio non valet. l. de his. & l. non eſt ferendus. ff. eod. ¶ In tertia, quæ eſt ibi, ſed ꝯrium. gl. opponit, & ſe remittit, dic, ꝙ ibi proſecutio fuit ſpecialis, vt ibi dixi. ¶ In quarta, quæ eſt ibi, item ꝯ. j. de iudi. gl. opponit ꝯ tex. & dupliciter ſoluit, ſed dicit, ꝙ prima ſol. non placet, & quamuis vltra non declaret, ratio eſt, quia ſi in d. l. 2. petitio fuiſſet ſpecialis, certè ſententia gñalis non præiudicaret etiam mero iure, niſi in ſpecialiter petitis, cùm iudex non poſſit condemnare in plus, quàm ſit petitum. §. ſi minus. cum gl. ſm communem intellectum. inſt. de actio. ita dicit gl. in d. l. 2. in effectu. Gl. ergo tenet ſecundam ſol. faciendo dñiam inter ſententiam,
4 & tranſact. & aſſignat rōnē diuerſitatis, vt habes in ea. † Iſta ſecunda non valet, cùm bonum ſit arg. à tranſactione ad ſnīam, & èꝯ. l. non minorem. ff. eod. & tñ ſtante fundamento glo. nunq̄ procederet arg. Vera ergo ſol. ſm Doct. eſt, ꝙ in d. l. ſecunda, petitio bene fuit gñalis, tñ actor non eſt proſecutus niſi vnam ſpeciē, meritò ſnīa quamuis gñalis non præiudicat in effectu, niſi in ſpecie proſecuta, an idem ſit in tranſactione, eſt pulchrū dubium, ſiatim. j. dicam. ¶ In quinta, quę eſt ibi, itē & q̄ eſt petitio. gl. remouet aliud ꝯrium, & dum dicit, ꝙ non placet, dic per rōnē, q̄ aſſignaui in parte præcedenti. ¶ In ſexta, quę eſt ibi, item huic ꝯ glo. opponit ꝯ text. & tripliciter ſoluit. prima ſol.
5 nō valet, † qa indefinita æquipollet vniuerſali. c. ſolitę. de maio. & obe. l. ſi plures. ff. de leg. 3. l. ſi plurib. & ibi latè Bart. ff. de leg. 2. glo. in c. vt circa. de elect. in 6. tene ſecundam ſol. quæ vera eſt. ¶ In ſeptima, quæ eſt ibi, ꝙ hic dixi. glo. extendit hunc text. ¶ In octaua, & vlt. quæ eſt ibi, item quære hic. gl. format quæſtionē, de qua ſe remittit. ſ. an in gñali trāſactione, vel liberatione cō-
e prehendatur, &c. [e] ¶ Redeo ad quartam partem, in qua dixi ſm Doct. ꝙ qñ actor gñaliter petijt in libello, ſed poſtea nō eſt proſecutus niſi vnā ſpeciem, ꝙ ſnīa gñalis in effectu non præiudicat niſi quantum ad illam ſpeciē proſecutā, pulchrū eſt videre, an idem ſit in tranſactione. gl. ſentit, ꝙ non, & expreſsè ſequuntur Bal. Sal. Fulg. & d. Alex. hic. Sal. in l. age. poſt gl. ſ. eo. d. Ant. de Butr. in c. 1. in 3. col. extra eod. & ibi Io. de Imo. dicit, ꝙ iſta opi. eſt de iure defenſibilis, ꝙ aliud ſit in tranſactione gñali, quæ non reſtringitur ad ſpeciem proſecutam, imò imputandū
6 eſt parti, quæ ſic gñaliter tranſegit, aliud eſt in ſnīa, † qa ſnīa regulatur ſm probationes. l. de qua re. ff. de iud. & iudex præſumitur iudicaſſe ſm probationes ſibi factas. l. 2. verſ. ꝙ non arbitramur. C. de offi. ciui. iud. ideo per acta probatoria declaratā ſnīa. l. pen. cum gl. C. de ſen. quæ ſine cert. quanti. ¶ Tene ꝯriū, ꝙ idē ſit in tranſactione, ꝙ in ſnīa, vt reſtringatur ad ſpeciem proſecutam tm̄. primò, per æquiparationem. l. non minorem. ſ. eod. quæ nunq̄ procederet, ſi eſſet verum fundamentum partis ꝯriæ. Secundò per text. in l. age. ſ. eo. & ita limita regulam huius tex. ita tenent Pet. Cy. Ray. Fran. Tigri. Bar. Ang. & Pau. de Caſt. hic. Iac. Butr. in l. ſi de certa. j. eo. Ang. in l. tres fratres. ff. de pact. Pan. in c. 1. in vlt. col. exrra eo. idem tenet Inn. in c. conquerēte. de of. ord. quē ibi refert, & ſequitur Imo. in 12. col. q eſt ſibi ꝯrius. ¶ Capio gl. fi. in verſ. pōt. iſta gl. pp ꝯrietatem, q̄ eſt in verſ. error, & principium. l. ponit duos principales intellectus, & primum ſubdiuidit in tres, & qa ille ver. error. eſt valde ſcabroſus, & gl. inordinatè procedit, ideo pro intellectu gl. & text. aduerte, ꝙ gl. ponit duos intellectus principales, qui ſunt de directo ꝯrij. Primus præſupponit tranſactionem non obſtare in re, in qua eſt erratum, & hoc modo in verſ. error. ponitur fallentia ad regulā primā text. Alius intellectus præſupponit totū èꝯ. ſ. tranſactionem gñalem nocere, ēt in eo in quo eſt erratū. ¶ Primus principalis intellectus eſt, ꝙ verſ. error. intelligitur in actore, & tunc verba text. in fi ibi, [nihil pōt nocere.] debent intelligi. ſ. tibi actori tranſigenti. ¶ Iſte primus intellectus variatur altero de trib. modis. Primis duob. intelligit, q̄ error fuit in poſſeſſione, & tunc oportet in conſtructione nimiū tranſportare literā hoc modo, error autem rei conſtitutæ apud alium nihil pōt nocere circa proprietatē, & iſtud facit nimiam violētiam literæ. ¶ Ideo tertio modo legit in fin. gl. & ille finis debet iungi cum prima parte, & ita gloſ. valde inordinatè procedit, ꝙ iſte verſ. error. intelligitur, q̄ error actoris trāſigentis fuit circa do-
* miniū rei, vt clarè dicit litera, & iſte eſt verus, *& cōis intellectus.* ad iſtum intellectum vadit quæſtio gl. ibi, ſed quid ſi actor ſcie bat. ¶ Secundus prin. intellectus ponitur per gl. ibi, alij dicunt. vbi aduerte, ꝙ ille verſ. non eſt referendus ad quæſtionem glo. præcedentem, ſed ad text. ꝙ verſ. error. intelligit in re, & verba diligantur ad reū, vbi nihil pōt nocere. ſ. reo, & tunc in verſ. error. non ponitur fal. ſed extenſio primæ regulæ. Iſtū intellectū dicit Bart. poſſe teneri, præſupponendo, ꝙ nullus dolus in occultādo talem rē ex parte rei proceſſerit, ſed error, pp aduerſatiuam, q̄ non aduerſaretur in iure, vt debet, vt ſuperius dixi, vn de tene tertium intellectū prin. ¶ Iſtis ſic præmiſſis, diuide iſtā gl. in quinque. In prima ponit primū intellectū in actore errante circa poſſeſſionē rei, vno modo. In ſecunda, alio modo, ibi, vel èꝯ. In tertia, quæ eſt ibi, ſed qd ſi actor ſciebat. format quæſtionem, quæ iungi debet vltimæ parti gl. In quarta, quæ eſt ibi, alij dñt. gl. ponit ſm principalem intellum. In quinta, quę eſt ibi, vel primò. gl. reuertitur ad primum intellectum, tene ergo pp aduerſatiuam, ꝙ text. loquatur in errore actoris errantis circa dñium, & non circa poſſeſſionem. ¶ Tu ſubtilius conſidera, ꝙ

text.

ADDITIONES.

vult Spec.in tit.de proba. §. videndum.in ver.ſed quid ſi debitor,vbi tenet,ꝙ ſi debitor iurauit non probare ſolutionem niſi per inſtrumentum inciſum, quo caſu iuramentum ſeruãdum eſt.c.ſi verò.de iureiur.conſilium eſt ſecundum Spec. ꝙ procuret teſtes recipi iudicis officio. ¶ Quartò confirmo per illud, qđ not.decidit Bal.in l.pen.ad fi. princi. C.de cano. largi.lib.10.

15 † Tamen iſta cautela non valeret, quando ſtatutum diceret non admitti exceptiones, vel defenſiones, nam propter verbũ defenſiones,etiam excluderet officium iudicis,ſecundum Bar. in l.1.§.& parui.ff. qđ vi aut clam.& in ſpecie Ang. in d.l.planè.

a ¶No.etiam diligenter illud, qđ dicit Bart.hic, ꝙ ſtatutum [a] diſponens,ꝙ bannitus poſſit impunè offendi, continet publ.vtilitatem,& conſequenter valet. idem not.tenet Bart.in l.2.per illum tex.vbi etiam Bal.& alij.C.quando lic.ſine iud.ſe vindi.vbi videas Bart.idem tenet Bart.in l.vt vim.& in l.omnes populi.in 2.q.3.q.prin.ff.de iuſt.& iur.& in l.amiſſione.§.1.ff. de capi.dimi. Bal.in l.Gracchus.per illum text.C.de adult. & in l. vnica.in 10. col. C. de confeſ. & ꝙ tale ſtatutum valeat, latè diſputat, & ſic concludit Ioan.And.in addi. Spec.in tit.de conſti.ſuper Rubr. circa fin.& latè Albe.de Roſ.in vlt.parte ſtatu.q.17. idem tenet Ang.in l.1.ff.de conſti.princip.do.Anto.de But.in c.ſi verò.el 1. de ſenten.excom.Pan.in c.fi.de conſue.ex hoc ſequitur,ſi iſtud ſtatutum continet publicam vtilitatem, ergo debet cenſeri fauorabile,& ſic debet extendi per doctr.Bar.in l.quemadmodũ. circa med.C.de agr.& cenſit.lib.11. cum alijs concor.quas plu-ries dedi.¶ Limita,& intellige Bar.& prædicta,quando tale ſtatutum fieret ex cauſa legitima,aliàs ſecus. vnde tenet in ſpecie Hoſt.in c.fin. de conſuet.ꝙ ſi ſtatutum permitteret,ꝙ bannitus pro pecuniario debito poſſit impunè occidi,nõ valeret, & eſt glo.no.4.q.1.in gl.ſummæ circa med.idem tenent do.Anto.de But.Imo.& Gemi.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit. Rayn.de For.in rep.d.l.omnes populi.ideo dicit Bald.in l.1.in 8.col.C.de ſum.Trinit.ꝙ valet ſtatutum diſponens, ꝙ bannitus pro graui crimine poſſit occidi, per l.raptores.C.de Epiſco.& cler.tamen do.Nel.de S.Gemi.in tract.bannitorum,in 1.par.2.temporis.q. 1.dicit,ꝙ licèt aliàs tenuerit , ꝙ ita demum valeat hoc ſtatutũ, quia fuit bannitus ex cauſa, ex qua veniret irroganda pœna mortis,prout tenet Ray.in d.rep.l.omnes populi. tamen nunc tenet, ꝙ indiſtinctè tale ſtatutum valeat: mouetur tali fundamento , quia iſtud non ſtatuitur propter ſolùm delictum , ob qđ fuit bannitus,ſed etiam propter contumaciã,& inobedientiam erga ſuum prinicipem,vnde qui non obedit principiſuo morte moriatur.c.2.de ma. & obed.nullam tamen mentionẽ facit de glo.& alijs tenentibus contrarium , prout & tu teneas. ¶Nec obſt.illud,qđ dicit de inobedientia, quia nõ paſſim procedit in quacunque inobedientia,ſed in tali, quæ eſt commenſurabilis ad talem pœnam , vel ſecundò reſponde , vt not. per Bal.in l.ſi mora.ff.ſolut.matri.& teneo, quod tale ſtatutum va-

16 leat. † Adde,ꝙ licèt excuſet occidentem in foro contentioſo,

b tamen talis occidens peccat in foro conſcientiæ, [b] per glo.not. 23.q.2.in c.inter hæc.ſed ea non obſtante Alb.de Roſ.in 4.parte ſtat.q.10.refert audiuiſſe à multis religioſis , ꝙ Theologi tenent contrarium, & bene,iquia talis occidens facit auctoritate ſtatuti , vnde iudex , qui eſt miniſter legis , occidendo male-

c factores non peccat [c], imò meretur.23.q.5. per totum , maxi-

17 mè in c.reos.limitando,vt ibi per Alb.¶†Aduerte etiam,quòd banniti,qui tolerantur in ciuitate,non poſſunt impunè offendi, vel occidi ſtante prædicto ſtatuto, licèt non ſint de banno cancellati,quia talis tolerantia ſecuritatem eis præbet. ita not.ſing. Sal.in l.nullis.in 1.not.per illum text.C.de iud.ſequitur Ioan.de Ana.in c.ſicut.in 5.col.de iudæ.dicens hoc eſſe ſin.dictum,& ſe vidiſſe ſeruari de facto Bono.do.Alex.in conſi.6.in 2.vol.quod incip.circa primum dubium primò arguitur.in vlti.col. ¶Vltimò aduerte, ꝙ tale ſtatutum non habet locum extra territorium ſtatuentium , & ideo qui occideret extra territorium , non eſſet tutus ab homicidio.Ita tenet Petr.de Ancha.in commen.cap.canonum ſtatuta.de conſti. in 17. chart.in verſi.tertiò prin.Io.de Imo.in clem.paſto.in 4.colum.de re iudi.Hinc eſt,ꝙ effectus bannitionis non extenditur extra territorium bannientium,glo.eſt no.in c.1.in titu.hic finitur.l. Corrad.in vſib.feudo. Bald.in l.1.in 3.col.C.de hære.inſti.& in l.executorem.in 12.col.

18 C.de execu.re.iudi. ¶ † Hinc eſt, quòd bannitus captus extra territorium per familiam Poteſtatis,debet relaxari , quia non eſt legitimè captus,ſecundum Bal.in l.2.C.de ſer.fug.¶ Limita, niſi offenderet in loco confœderato ſecundum Barto.in l. non dubito.ff.de cap.& in l.filij.§.relegatus. ff.ad municip. Bal.in d.l. executorem.in 12.col.facit, qđ ſin.vult Bart.in l.cunctos populos.8.q.prin.C.de ſum.Trin.¶Secundò limita, qñ quis offenderet extra territoriũ, ſi capiatur à Poteſtate illius loci, debet puniri ; ſed ſi offendit extra territoriũ , certè in illo territorio , vbi eſt ſtatutum,ꝙ bannitus poſſit impunè occidi, non poterit puniri,ita egregiè limitat Sal.in d.l. cunctos populos. in 8. col. in ver.ſed hic quæritur ſi bannitum.vbi refert, ꝙ ita de facto conſuluit in quodam,qui vocabatur Pichus de Sachone.idẽ tenet Bal.in Marga.ſua in verbo excommunicatus.in verſ. 12. ſequit d.Nel.de.S.Gemi.in tra.bãnitorum.in 2.par. ſecundi temporis.

19 q.57.vbi refert,ꝙ ita obſeruatur. ¶ †Vltimo [d] circa iſtã partẽ

d gl.inquantum gl.& Doct. tenent,ꝙ iudex ex officio,etiam parte non opponente debet repellere actorem carentem actione, pone,ꝙ iudex non repellat,an teneatur parti in ſyndicatu. Pau. de Caſt.hic in pe.col.dicit Bart. iſtud non tangere, & ſe putare, ꝙ ſi reus nihil dicit,ꝙ iudex non teneatur in ſyndicatu, quia licèt poſſit repellere actorem,vt hac gl. tamen non aſtringitur,p l.non quicquid.ff.de iud.& ſequitur ſimpliciter.d.Alex. hic. Tu dic,ꝙ Bar.hic in 4.col.expreſsè dicit contrarium : nam dicit,ꝙ ex quo iudex reperit actorem carentem actione, habet de neceſſitate reum abſoluere . ¶Secundus principalis intellectus in gl.reprobatur per glo.& Doct. & bene, quia cùm reus facit lege permittente,non debet pœnam mereri.l. Gracchus. C.de adul.& per hoc nõ obſt. Auth. contra qui propriam . ſ. de non nume.pecu.allegata in gl.quia loquitur in eo,qui dolosè negabat ſcripturam eſſe ſuã.Non obſt.l.j.C.qñ li.ab emp.diſc. allegata in gl.quia vltra mñſiones Bar.& Bal. hic, dic ꝙ loquitur in obligationib.quæ ſolo cõſenſu ꝯhuntur,vt in ſpecie declarat Bar. in l.ab emptione.in 1.col.ff.de pact. duos ſequentes intellectus reproba,vt per Bar.¶†Similiter quintus intellectus reprobaꝫ ꝓ oẽs,quia nõ reperitur iure cautũ ,ꝙ inuito reo poſſit actor de facto ſine actione agere, niſi quando in lit. cont.ſperatur actio. naſci.l.ſi Titius.vbi Bar.& Doct.ff.de verbo.oblig.& l.nuda.ſ.de contrahen.& comm.ſtip.alle.in gl.nec obſt.l.1ul.§.quantum.ff. ad exh.quia reiecta ſolutione Bar.veritas eſt,ꝙ ibi actor perdidit ſuam actionem propter culpam, & moram rei, vnde tunc reus debet,vel in totum condemnari, vel pati, ꝙ de facto conueniatur.& in hoc ille tex. eſt ſing. ſecundum Sal. hic [in 8.col.

20 ¶ †Iuxtà hanc partem quærit Bart.an ſit dare remedium,quo mediante actor poſſit de facto agere,quando actio erat ipſo iure ſublata,& ponit duplex remedium,vt hic per eum, & alij nihil tangunt,adde quod tenuit Ang.in conſ.187.incip.A.& B.cõtraxerunt.in vlt.col.vbi tenet,ꝙ ſi ſententia erat nulla ob defectum ſolennitatis,& per pactum conuentum ſit non opponere de nullitate ob defectum ſolennitatis, certè ſecundum eum non poterit dici nulla obſtante pacto, maximè ſecũdum eum ſi pactum eſſet iuramento firmatum,cùm poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ.c.cùm contingat.& c. ſi verò. de iureiurã. ¶ Nec obſtat,ꝙ partes non poſſunt renunciare ſolennitatibus introductis de iure pub.vt eſt glo.no.in c.de cauſis. de offi.dele. & in c.1.de lib.obla.& in c.fi.de re iud.in vj.& in cle.ſæpè.de verbo.ſignifi.& in Auth.offeratur.C.de lit. conteſt. quia reſpondet Ang.ꝙ iſtud eſt verum quantum ad hoc, vt actus valeat non ſeruata ſolennitate,tamen licèt non valeat ſententia,certè propter pactum nõ poterit dici nulla. allegat no.per glo. in l.ſi decretum.C.de ſer.pig.da.manu.iuncta ratione.l.poſt mortem.ff. de ado.ſequitur.d.Alex.in conſ.173.quod inci. opportunè con-

21 ſiderato themate.in 2.col.ad fi.lib.2.¶†Tangit etiam Bart.quæ remedia habeat reus,quando actor venit contra tranſactionẽ, & facit quatuor caſus prin.no.diligenter tertium caſum,quem alibi non legi,ꝙ quando in tranſac.eſt adiecta clauſula rato manente pacto,habet locum exceptio tranſac.& petitio pęnę,ſed data non repetuntur.quod bene no.ad l.cùm proponas.ſ.eo.& l.qui fidẽ.ff.eo.vbi ſunt tex.de iſta clauſula. & ratio eſt,qa clauſula vult,ꝙ firma remaneat tranſac. ergo data repeti non poſſunt,quia eſſet diſſoluere tranſac.& ſic no.ex dictis per Bar. hic, ꝙ iuramentum habet vim maiorem,quàm clauſula rato manente pacto,quia vbi interponitur iuramentum,ſi actor cõtraueniat tranſac.reus habet dicta tria remedia copulatiuè, vt in l. ſeq.ſed quando adeſt clauſula rato manente pacto, habet duo remedia tantum,& iſtud eſt,quod voluit dicere Bar.in l.ſi quis maior. ſ.eo.dum dicit, ꝙ iuramentum habet vim clauſulæ ra-

c to manente pacto,imò maiorem.¶In ea.gl.ad fi.Bar. [c] examinat

ADDITIONES.

a ¶ Statutum.Adde Doct.in c.1.de mil.vaſſ.qui contu.eſt.in vſib. feu. & Nel.de S.Gemi.trac.bannit.q.1.1.par.2.temporis.S.Tho.2.2.q.64. art. 2.

b ¶ Conſcientiæ.Adde Nel.de bannit.q.2.3.q. 2.par. ſecundi temporis.

c ¶ Non peccat. Adde Deci. in l.bona fides.ff.de re iudica. Limitat S. Tho. 2.2 q.4.art.6. PVRPV.

d ¶ Vltimò. Comprobat Fel.in c.exceptionem.col.7.de exce. vide Deci. in ca. ad hæc.el 1.de app. PVRPV.

e ¶ Quod de faciendo de facto,vt quis puniatur.Et de faciente de facto contra præceptum teſtatoris, Pau.lib.2.conſi.221.antequam.verſ.2. prætitto,& de alienante feudum, Cur.quarta parte feu. quæſtio. decimaſeptima. PVRPV.

Source : BIU Cujas

nat an, & quando agendo de facto incidat quis in pœnam, & & cum eo alij tranſeunt; ponit idem Bart. in l. continuus. §. cū qs. ff. de verb. obl. latè Bal. in l. aliàs. ff. de iureiu. Can. in c. nuper, de biga. Gem. in c. 1. in prin. ſuper gl. in verbo diſſoluendum. de ſpon. in 6. ¶ Ego reputo iſtam materiam valde difficilem & intricatam, nec à Doct. plenè, aut clarè examinatam. Bart. hic facit duos caſus prin. primus eſt de pœna legali, vel ſtatutaria, in qua dicit, ꝙ ſi pœna imponitur ꝓp aliqđ factum, ꝙ non pōt iure fieri, & tūc neceſſario intelligit, ꝙ ſi fiat de facto incidat in pœnam; ratio, quia Legiſlator qui imponit pœnam pro tali facto, & ſic, ꝙ illud non pōt de iure fieri, neceſſariò intellexit ſi fieret de facto. l. quid ergo. §. cùm autem. ff. de infa. ad hoc
22 bene facit, quod vult gl. & Io. And. in c. 1. de cle. coniu. † quòd
a ꝯſtitutus in ſacris, [a] ſi ꝯtrahat matrimoniū q̄uis nulliter, & de facto, tñ priuatur beneficijs, quia contrahere matrimonium de iure nō poteſt, cùm ſit in ſacris, neceſſariò ergo intelligitur ſi contraheret de facto. Idem tenet. d. Card. Flor. in cle. 1. in 8. q. per illum text. de conſan. & affi. facit tex. in c. eum qui. & in c. nuper. de biga. de quo etiam per Imo. in clem. gratiæ. de reſcr. ¶ Si autem illud poteſt fieri, & de iure, & de facto, nunquid ad hoc, vt quis incidat in pœnam. l. vel ſtatuti, ſit neceſſe, ꝙ fiat de iure, an ſufficiat de facto fieri. Bar. noluit attingere nec hic, nec alibi, ſed ſolùm dicit, ꝙ habetur in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſ. & cler. ¶ Ego habeo iſtum paſſum pro multū intricato ꝓp deciſiones hincinde, & ꝙ requiritur, ꝙ fiat de iure ad hoc, vt habeat locum pœna. l. vel ſtatuti, facit quod decidit Bart. in l. filium. §. ſi quis contra. in fine per illum text. ff. de leg. præſtan. ſtante ſtatut. ꝙ ſi pupillus cedat actiones ſuas nobili, punitur pœna priuationis; certè ſi ceſſio non valuit quia cedēs erat perſona inhabilis, non habet locum pœna illius ſtatuti. ad quod adde Bal. in l. quid ergo. §. cùm autem. ff. de infa. & quod
23 no. Bar. in l. 1. §. fi. ff. quod cuiuſ. vniuer. ¶† Secundò ad idem facit, quod ſing. tenet Bal. in l. 2. in 1. col. ad fi. C. de Epi. aud. de emphy. qui alienat irrequiſito domino, punitur à lege, quia priuatur omni iure emphy. l. fi. C. de iur. emph c. potuit. de loca. certè ſi mulier, quę habet emphy. alienet non ſeruata ſolennitate requiſita à ſtatuto in contractib. mulierum, cùm iſta alienatio ſit nulla, certè non incidit in pœnam legalem priuationis. ſequitur Raph. Ful. hic in vlt. col. ad idem facit, ꝙp onit Bart.
24 poſt gl. in l. ſeruo legato. §. 1. ff. de leg. 1. ꝙ † phibitus alienare ſub pœna, non incidit in pœnam ſi alienat. ¶ In contrariū facit quod decidit Bal. in no. q. in c. ex parte M. in 7. col. de app. vbi quærit, pone ꝙ mulier tranſiuit ad ſecun. nup. de facto, vtrum per hoc perdat tutelam? ¶ Primò dicit videri, ꝙ non, quia non dicitur matrimonium niſi teneat de iure. l. hęc cōditio filię, in prin. ff. de cond. & dem. ꝯtrarium determinat, quia pœna committitur ēt ſi fiat de facto. l. eum qui. C. de adul. & per aliam rationem, de qua ibi per eum. ¶ Secundò facit, quòd decidit Io.
25 And. in c. Io. de cler. coniu. † ꝙ clericus in minorib. [b] conſtitu-
b tus, contrahens matrimoninm nulliter, puta cum conſanguinea, priuatur tamen beneficijs, ac ſi legitimè contraxiſſet. ſequitur Lu. Ro. in conſi. 483. quod inci. dubitatur primo. in 1. col. ¶ Tertiò facit text. in c. tua nos. de iureiu. per quem no. ibi Bal. quòd ex inualido iuſo contrahitur reatus periurij. ¶ Quartò facit, quod no. d. Ant. & Pan. in c. olim. per illum text. de reſcr. ꝙ falſificans literas, quæ tamen aliàs ſunt nullæ, vel iniuſtæ, incidit in pœnam falſi. ¶ Quintò facit tex. in c. diſpēdia. de reſcr. in 6. & in cle. 1. eod. titul. vbi Impetrator reſcripti nulli punitur. ¶ Cogita pro concordia prædictorū, & vide, quod latè ponit Bar. poſt Antiquos in l. ſi quis legatum. ff. de fal. Item bene conſidera, an in prædictis ſit bona concordia. Bart. in l. quid ergo. §.
26 cùm autem. per illum tex. ff. de infa. † An notarius conficiens
c inſtrumentum falſum, quod aliàs erat nullum, [c] debeat puniri de falſo, de quo per Bald. in l. 1. C. de ſepulcr. vio. & ibi latè Saly. in 12. col. Alb. in 2. part. ſtatu. q. 176. Similiter an teſtis de-
d ponens [d] falſum, cuius dictū non valet, an puniri debeat pœna falſi, ponit Bartol. in d. l. ſi quis legatum. Bald. in l. fin. C. ſi ex fal. inſtr. d. Ant. de Butr. in c. cauſam. el 1. in vltim. colum. de teſtib. Ioan. And. in regula non eſt in mercu. cōſidera an in prędictis ſufficiat concordia Bartol. in l. quid ergo. §. cùm autem. per illum text. ff. de infam. ¶ Et quomodo intelliguntur iura, quæ dicunt, quòd ſufficit de facto fieri, vide per Ant. de Butr. in
27 conſil. 25. incip. ad primum dubium. in 1. colum. ¶† In materia iſta not. regulam vtilem, quòd ſi aliquid de iure non valet, tamen principes faciunt de facto ſeruari, eſt perinde quo ad ſubditos, acſi de iure valeret. iſtam regulam tradit Alberic. de Ros. in l. conctos populos. in vltim. colum. C. de ſum. Trin. & fid. Catho. vbi per hoc determinat, quòd ſi ſtatutum diſponit, quod debitores, & fideiuſſores conuenti ad vſuras non poſſint opponere exceptionem, quòd vſuræ non debeantur, & fideiuſſor vigore iſtius ſtatuti coactus eſt ſoluere vſuras, ſi eas repetet à debitore principali, non poterit debitor opponere, ꝙ malè fecit ſoluere vſuras, quas de iure ſoluere non tenebatur, quia poſtquàm de facto ſeruatur ſtatutum, eſt perinde ac ſi fideiuſſ. & quod no. Inn. in c. 1. & in c. ſalubriter. de vſuris, & refert ita fuiſſe de facto iudicatum. idem tenet d. Car. & Imo. in d. c. peruenit. d. Alex. in conſi. 107. in 2. vol. quod inci. pro inueſtigatione prædictorū. in 7. col. & eſt gl. no. in l. qui habebat. §. 1. ff. de man. teſt. quę colligit ex tex. vnū, ꝙ reputat mirabile, ꝙ quando aliquid non tenet de iure, & tamen non poteſt oppo ni, eſt perinde acſi valeret; ſigna iſtam regulam, quia ſeruiet ad infinita. ¶ Item in materia adde illud, qđ ponit Bar. in l. Mutia-
28 nę. ff. de cond. & dem. † dum quęrit, an vt habeat locū cautio Mutiana, ſufficiat ꝺ facere de facto, & ꝙ non attendatur contrauentio facti, quia teſtator vī ſenſiſſe de iuris effectu. l. licèt. ff. vt leg. no. c. ¶ Contrariū, & melius tenet Pet. Cy. Bald. & Imo. ibi, quia vbi ex ꝺuentione facti pars leditur, ſufficit ad incurrē dum pęnā, eſt doct. Bar. hic in fi. ¶ Item in hac materia adde, qđ mirabiliter decidit Lu. Ro. in cōſi. 99. qđ inci. prędens ſtatuti particula. vbi per plura fundamēta ꝺſuluit, ꝙ ſtatutū diſponens, ꝙ ille dicatur inteſtatus deceſſiſſe, qui nullū fecit teſtm̄, intelligitur ēt ſi de facto teſtatus ſit, puta pubes doli capax. ¶ Item in materia adde, ꝙ conſuluit Petr. de Anc. in cōſi. 109.
29 inci. ꝺ fratres minores, † ꝙ impoſitio decimarū facta pro prędijs religioſorum, comprehēdit ēt religioſos habentes prędia de facto, & non de iure, maximè per c. recolentes. de ſta. mo. idem conſuluit. d. Ant. de Bu. in cōſi. 33. qđ inci. vt ſ. ſolenniter. inducens. gl. in cle. 1. in verbo prędentes de reſcr. & in cle. 1. in gl. 1. de decimis. ¶ Vltimò adde gl. no. in c. pro illorū, in verbo ꝺdictores, de pręb. quę no. vult, ꝙ clauſula Papæ, quę ſemper apponitur in reſcriptis. ſ. contradictores auth. noſtra cōpeſcas, intelligitur quādo contradicunt de facto, ſecus ſi contradicāt de iure. Et per iſta cum laude Dei eſt impoſitus finis huic legi.

ADDITIONES.

a Conſtitutus in ſacris. Adde text. in c. decernimus. 28. diſt. Abb. in c. ſanè. in finalibus verbis. de cle. coniug. & per Car. Alex. in c. præsbyter. 28. diſtin.

b Clericus in minorib. Adde ꝓ Card. Alex. in c. placuit. 22. diſt. in fi. vlt. colum.

c * Nullum. Adde facere, quæ idem Iaſ. ſcri. in l. non dubiū. col. 2. in fi. C. de legibus. de ſtatuto, ꝙ de quolibet ꝺctu ſoluatur gabella, ꝙ non debet ſolui de ꝺctu nullo, & vide eundē Iaſ. in l. edita. nu. 21. ſ. de eden. Viu. inter. com. opi. lib. 17. ver. ſtatutum diſponens, ꝙ de contract. BELLAC.

d Teſtis deponens. Adde Doct. in c. nihilominus. 3. q. 9. Doct. in c. quia iuxta. §. prębyteri. 5. q. 1. Doctor. in c. ſi Epiſcopus. 50. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Cotraueniens tranſactioni iuratæ eſt infamis.*
2 *Periurium non poteſt committi ſine dolo.*
3 *Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo.*
4 *Periurium committitur ex ſola culpa.*
5 *In iuramento veritatis, qui credit iurare veritatem, & iurat falſum, incidit in periurium.*
6 *L. loquens per dictionem quis, etiam in odioſis comprehēdit fœminam.*
7 *L. ſi quis maior, an habet locū in vniuerſitate, vel cōitate, ſeu ciuitate.*
8 *Pœna priuationis à l. non habet locum, niſi vbi. l. expreſsè dicit.*
9 *L. quantuncunque pœnalis, ſi non ſit correctoria, extenditur.*
10 *Communitas, vel ciuitas non veniunt appellatione perſonæ.*
11 *L. noſtra habet locum in omni contractu iurato, & num. 13.*
12 *Si emphyteuta iurauit ſoluere canonē, ſi non ſoluit propter periurium, priuatur iure emphyteutico.*
14 *Ad hoc, vt contraueniens tranſactioni inratæ incidat in pœnam noſtræ. l. requiritur, quòd tranſactio ſit factæ liberè, nulla coactione interueniente.*
15 *Iudex neminem poteſt cogere ad tranſact. vel compromiſſum.*
16 *Liberum arbitrium in iure noſtro capitur multis modis.*
17 *An per ſolam reſcripti impetrationē quis incidat in pœnā noſtræ legis.*
18 *An iuſſus iudicis excuſet à periurio.*
19 *Aucto. ſuperioris intelligitur exceptuata ab omni iuramento.*
20 *Iuſſus iudicis debet excuſare à periurio, & ab omni pœna.*
21 *Periurus eſt infamis.*
22 *Quot pœnas incurrat contraueniens tranſactioni iuratæ.*
23 *An de iure ciuili iuramentum veſtiat pactum nudum.*
24 *Periurus repellitur ab agendo.*
25 *Dictio mox, importat idem, quòd ipſo iure.*
26 *Vbi. l. facit ipſo iure executionem, non admittitur purga. moræ.*
27 *Pœnæ cui ſunt applicandæ.*
28 *Pœnæ noſtræ. l. habēt locū, ſi iuretur ꝓ Deū, ac ſi iuretur per principem.*
29 *Pœna conuentionalis an poſſit tranſcendere duplum.*
30 *Legatum factum alicui, cùm erit Doctor, intelligitur mediante examine Doct. non tamen ſi doctoretur à Papa.*

Doctoratus

Source : BIU Cujas

31 *Doctoratus à Papa, vel Impera. præfertur quibuscunque Doctoribus per collegia doctoratis, dum tamen sit doctoratus cum rigore examinis, aliàs secus.*

LEX XLI.

SI quis maior. Ista.l.fm Barto.& oēs est singularis,& secundum Paul. de Cast. est singularissima. Diuiditur in duas. In prima loquitur in iuro præstito per Deū. In secunda per principem. Secunda ibi, eos etiam.hoc dicit.

1 † Veniens ꝺ transac. a iuratam per Deum, vel per Principem,
a infamatur, pœnam soluit, data restituit, & ab actione cadit, & ista parti obseruanti applicantur. hoc dicit. In primis pondera ex serie text. quatuor necessaria ad hoc, vt habeat locum ista l.fm Paul.de Cast.ꝙ transigens sit maior.25. an. Quid autē sit in minore,ponit gl.1.vbi dicetur.Scdò requiritur,ꝙ transac. sit facta sponte, & sic nulla coactione interueniente. Tetiò requiritur, ꝙ sit iurata per Deū, vel per principē. Quarto, ꝙ qs ꝺuenerit. ¶Adde quintū magis necessarū, & multū speciale, quia requiritur dolus, & non sufficeret culpa, ita singulariter Bal.in l.obseruare.§.proficisci. in 3.col.ff.de offic. procon.& lega.motus duplici fundamento. Primò,quia ista.l. imponit pœ-
b nam periurij, b sed † periurium non potest committi sine do-
2 lo,& licèt Bal.nihil alleg.facit.22.q.2.c. quæritur.§. item opponitur.gl.in c.breui.de iureiur. not. Doct. in c.1. de delic.puero. Pau.de Castr.& d.Alex.in l. qui iurasse. in prin.ff.de iureiur.Secundò mouetur Bald.quia in hac.l.imponitur pœna infamię, sed ex culpa quis non efficitur infamis, fm eum nihil allegantem.istam decis.Bal.ponderat,& sequitur d.Alex.in l.fin. circa fin.ff.qui satisd.cog.& consil.92. ꝙ incip. perspectis his, quæ in themate narrata sunt. in pe. col. ¶Not. hanc decis. quia ex ea habes magnam lītationem ad hanc. l.& sequitur magnus ef-
3 fectus: † nam qlibet cā ēt iniusta excusat à dolo.l.igitur.§. pōt. ff.de lib.cau. gl. in l.1. in fi.ff. de abige.gl.in l.plagij criminis accusa.ff.ad leg.Flau.de plagia. facit tex. in l.3.§. si quis ignorans. ff.ad Sen.Syl.Imò oīs credulitas ēt fatua excusat à pœna doli. fm Ang. in l.1.ad fi.prin.ff. de eo, per quē fac.er. imo ēt ꝓꝓ temeritatem excusatur à pęna doli, ita pulchrè Ang. in d.l. plagij,est in vna lect.& in l.prætor.el 1. §.hæc actio. ff.vi bon. rap. durum esset recedere à decisione Bald. approbata ꝑ d.Alex.cū non habeat ꝺicentem.¶Ego puto de iure ꝺrium,& moueor ex ꝓprijs fundamentis Bal. quæ retorqueo hic. Clarum est, ꝙ pęna infamiæ,& aliæ pęnę de quib.hic,imponuntur ipso iure, vt ꝓbat text. in verbo mox. & oēs ita dicunt, sed sic est,ꝙ vbi pęna infamiæ imponitur ipso iure,tunc lata culpa sufficit.l. liberorum §.notatur,& ibi gl.Bar.Bald.& Ang. ff. de his qui no. infa.gl.& Doct.in §.suspectus.el 2.insti.de suspec.tut. Bar.in repe.l. ꝙ Nerua. in 10.col.fi depos. & istud multū mihi stringit
4 ꝺ Bal.¶† Secundò,quia periurium ꝺmittitur ex sola culpa, vt tenet Bal.in c.licèt.per illum text.si de feu.defun. ꝺten. sit inter do.& agna.& ibidem Iac.Alua.in 2.& 3. col.post And.de Iser. & idem Iac.Alua.in c.fi. per illum tex.de alie.feu.pr̄ni. gl.in cle. non potest.in gl.fi.& ibi Imo.circa fi.de proc. facit, ꝙ vult Bal.
5 in l.2.§.ꝙ obseruari. in 3.not. C.de iur.cal. † ꝙ in iuro veritatis
c ille, qui credit iurare c veritatem, & iurat falsum, tn̄ est periurus,sequitur Pet.de Anch.in c.2.de iur.cal.in 6. de isto tn̄ puncto nunqd periuriū possit ꝺmitti absque dolo, dixi plenius in
6 d.l.qui iurasse. ¶† Scdò pondera text.ibi, si quis: nam cum loquatur in masculino gñe,innuit,ꝙ pœnę huius.l. non habeant locum in fœmina,& istud tenet Raph.Fulg. hic in vna lec. per istū tex.in verbo si quis,Scdò quia ista.l.requirit integritatē intellectus, patet, quia in text. dicit maior.25.ann. sed in fęmina cessat.l.1.in fi.ff.qui pe.tut. Tertiò,quia minor,& fœmina æqui parantur.l.1.§.fi.ff.de eden.Quartò facit, qui cùm ista l. sit pęnalis,videtur odiosa, & per consequens restringenda, vt in regula odia.de reg.iur.in 6. l. cùm quidam. ff.de lib. & posthum.
d ¶Contrarium, d & melius tenet Raph. Fulg. hic ad fin. in alia lect.vbi dicit,ꝙ ista lex est notanda ꝓꝓ ꝺctus mulierum,in qb. interponūtur iuramenta: nam mullier contraueniens incidit in pœnas huius.l.nam licèt ista. l. loquatur in masculis, tamen quia loquitur in materia indifferenti, comprehendit etiam fęminas.idem tenet dom.Anton. de Alexan. hic in 1. not.¶Pro ista opin.bene facit, ꝙ etiam in odiosis, qn̄ odium est rationa-
e bile,lex loquens per dictionem e si quis, comprehendit etiam fęminam,tex.est in l.si quis id,ꝙ.in prin.iuncto ver. sed & vtrūque.ff.de iurisd.omn.iud.quem text. ad hoc alleg. glo. in c.generali.in gl.2.de elect.in 6.& est glo.in cle.1.in gl.1.& ibi Imo.de sepul.Bar.in l.1. ff. de verb.signific. cum. concor.Scdò mouor, & melius,quia quādo huic dictioni si quis, adijcitur terminus communis, puta homo, vel terminus maior, qui est masculini, & feminini gñis, tunc comprehenditur tam masculus quā fęmina,ita Bar.in l.1.ff.de verbo.sign.& in l.1. in princ.ff.de pecul.Cyn.& alij in l.quicunque.C.de ser.fug. Imol.in l.si ita scriptū. ff.de leg.2. ¶Tertiò facit, quia in hac.l.tractatur de obseruantia iurī, ergo debet censeri merè fauorabilis, vt dicā in seq. not.¶Quartò, quia mulieri non magis succurritur ꝙ alijs, nisi in casib.expressis in iure.l.fi.C.de iur.& fac. igno.gl.2. q.4.§. vlt. ¶Quintò pro ista parte ego allego glo.ord.in l.cùm proponas.
7 in gl.fi.iuncto text.& ibi ponderaui.s.eod.¶† Tertiò circa text. in verbo si quis.occurrit dubium,nunquid ista. l.habeat locum in vniuersitate,vel cōitate,seu ciuitate, & similib.noua est.q.in qua consului, dum essem in itinere veniendi ad hanc ciuitatē Paduæ,consultus ex ciuitate Casalen.Montisferrati.¶ Pro parte negatiua facit,quia ista.l.non habet locū in minore. patet,qa tex.dicit, si quis maior.sed cōitas, seu res publica æquiparatur minori.l.nihil.ff.ad municip.l. rem publicam.C.de iur. reipub. lib. 10.l.respublica.vbi glo.& Doctor. C.ex quib.caus.maior.c. 1.de testi.in integr.in 6.Bar.in l.nulli.ff. quod cuiusque vniuer. ¶Secundò, & fortius stringit, quia text. dicit si quis.sed quando. l. vel statutum vtitur dictione si quis, non comprehendit ciuitatem,nec communitatem, nec similes. ista est egregia,& singularis doct. Bal.in l.omnes populi. ff. de iust. & iur.in antepe.col.in versi.sed nunquid sub isto verbo si quis.Mouetur, qa cùm l.dicat si quis,ergo loquitur de persona, ergo non intelligitur de persona ficta. l.3.§. hæc verba si quis.ff. de negot. gest. sed ciuitates,& castra non sunt propriè personæ, sed funguntur vice personæ.l.mortuo.ff.de fideiuss.istam doctr.Bartol. sequitur Pet.de Anch.in commen.c.canon.statuta.de consti.circa fin.in versic. circa tertium membrum, vtrum statutum extendatur ad casum fictum. ¶Pro ista doctri. facit bene text. in l.metum.3.§.animaduertendum.ff. quod met. caus. & cogita bene super illo text.¶Tertiò facit,quia ista.l.imponit pœnam priuationis, & quidem duplicem, patet ex text. ibi, actione
8 priuatus, & ex text.ibi, rerum proprietate careat.† sed sic est, quod pœna priuationis imposita à lege,non habet locum, nisi vbi expressè dicit. § cùm igitur. in Authen. de non eligen. secundo nub. per quem text. ita not. Bald. in Authen. ex testamento.in penult.colum.C.de secund.nup.cum concord.quas dedi in l.1.supra eo. ¶Sed istis non obstantib.tene contrarium, & ita consului, quia licèt ista.l. videatur odiosa, & sic restringenda propter impositionem pęnarum, tn̄ quia principaliter facta est propter obseruantiam iuramenti,& sic propter fauorem animæ, censetur fauorabilis, & extendenda,vt per glo.& Doct.in Auth.sacramenta puberum.C.si aduer. vendi.d.Ant. de But.in c.fin.in 1.fal. de consue. Pet.de Anch.Imol.& Gemi. in c.quamuis.de pac.in 6.& idem Gem.in c.1. de temp. ordin. in 6.vnde dato, quòd pęnam contineat, tamen attento principali fauore iuramenti,& sic animarum, debet censeri fauorabilis,& extendēda per illud,quod vult Bart.in l.quemadmodum.circa med.C. de agric. & censi. lib.11.& in l.2.§.exercitū. ff.de infam.Bal.in l.non sine.circa fi. C.de bon.quæ lib.Paul. de Cast.in l.bona fides.ff. depos. & in isto fundamento facio ma-
9 gnum capitale. ¶Secundò facit,quia lex † quantuncunque sit pœnalis, dummodo etiam non sit correctoria, extenditur, vt est melior tex.de iure.in cap. 1.§.porrò, & ibi ita ponderat Bal. quæ fuerit prima causa benefi. amit.cum alijs, quæ allegaui in l.1.s.eo.Tertiò moueor, quia.l. loquens per dictionem si quis, quamuis sit pœnalis, tamen comprehendit etiam ciuitates, & communitates,ita pondero text. in l.nihil interest.ff. ad Macedon.iuncta.l.1.in princip.& per totum.ff.eod.¶Secundò pondero text.in cap.quoniam,in verbo, si quis iuuētus.47 distinct. iuncto.cap.conquestus.de vsur.¶Tertiò pondero text.meliorem.de iure in l.item ait prætor.in prin.iuncta.l. ergo sciēdum. in fin.in verbo, & ciuitates. ff. ex quib. cau. maior.caue tamen dum dicit ēt ad furiosos,& infantes, ꝑ istos tres tex.puto noui

ter

ADDITIONES.

a ¶Veniens contra transac.Amplia hanc.l.ad Iudæum iurantem.Roman.consi. 155.præmissum laudum.Amplia quoque ad hæredem iurantis. Ange.cōsil. 326.ex schema.Paul.consil.13. libr.1. Amplia etiam ad fideiussorem contrauenientem.Fulgos.consil.162.Io.Alias ampliationes tradit Corn. consil. 40. viso processu.libr.3. PVRPV.

b ¶Pœnam periurij. Adde Pisanellam in verbo periurium.

c ¶Qui credit iurare.Adde Innoc.& Host.in c.fin.de iur.calum.

d ¶Contrarium.Ripa in c.sæpè. de resti.spol. char.pen.versi.1.dubitatur.

e ¶Per dictionem.Adde glosſ.& Bart. in l.1.ff.de condi.& demon. Ioan. Andr. in c.ex parte.el 2.de rescrip.Doct.in c.mandamus.19.q.3.Doct.in c.cum inferior.de maior. & obed.* Et dic, ꝙ prolata à magistratu comprehendit fœmininum.l.si quis id.de iurisd.omn. iud. Gandi. tit. de aliquib.quæst.num. 6.& plura in materia not.Dec.consi.339.nu.2.Catel.versi.statutum loquēs. vbi refert dicta Ias.hic. MASVER.

Source : BIU Cujas

tẽr posse confundi doctr. Bald. in d. l. omnes populi. ¶ Quartò pondera facere illos tex. & alium text. in l. si familia. iuncta. l. si quis id, ꝙ. ff. de iur. om. iud. vbi etiam ad hoc notaui illum tex. ¶ Præterea considero, ꝙ Bal. vtitur ibi fundamento non tuto,
10 † ꝙ ciuitas, vel vniuersitas non veniant appellatione perso-
à næ, [a] per ea, quæ dixi in l. fi. super tex. in verbo psonis. s̃. de pac. maximè cùm saltem sublata significatione vocabuli, appellatione personæ veniat ciuitas, vel vniuersitas, secundum Bal. in d. §. animaduertendum, & in l. quicunq; in 4. col. C. de ser. fugi. & in c. 1. in princ. de no. for. fideli. in vsi. feud. ¶ Non obst. dum dicebatur, ꝙ ciuitas, vel respublica æquiparatur minori, quia dico, ꝙ non semper æquiparantur, glo. est ord. & ibi Bart. in l. 1. §. ꝙ si nemo. ff. ꝙ cuiusq; vniuer. hinc dicit Bal. in l. quoties. secunda. C. de fideicom. ꝙ tunc demum vniuersitas habet priuilegium minoris, qñ est dos dicata, ideo licèt in aliquib. casib. fiat æquiparatio, tamen ex quo in ista materia non reperitur, arg. non procedit. gl. in c. si postquam. §. fin. & ibi clarius Gem. de elec. in 6. idem Gem. in c. 1. in 3. fal. & in 6. not. de temp. ord.
11 in 6. ¶ †† Quartò pondera tex. ibi, adder sus pacta. hic colligi ſm Bart. in fin. ꝙ ista. l. habet locum nedum in transactione, sed in omni ꝯctu iurato. Nã cùm tex. dicat pacta, ergo oĩa comprehendit. item text. dicit placitis, & ſ. pactionum. sed pactum est gñale ad omnes ꝯctus. l. 1. & ibi glo. in fi. ff. de pact. glo. in l. 1. in prin. in gl. magna. ad fi. ff. de act. & oblig. idem tenet Bal. & Moder. hic. Imol. in l. insulam. in 6. fal. primæ regulæ affirmatiuæ. ff.
b de verb. oblig. ¶ Per hoc infert in specie ad practicam. [b] d. Mathe. in no. 51. ꝙ si vẽdidi tibi fundum pro centum, & obligaui me de euictione ad duplum, soluisti mihi. 50. residuum iurasti soluere in certo termino, si non soluis, potes cogi, & propter periurium perdis pretium, & ego liberor ab euictione. no. bene, quia cùm hodie in omni contractu vt plurimum apponatur iurm, potest ista. l. mirabiliter practicari ſm eum. ¶ Item per istam. l. consuluit in specie. d. Alex. in consil. 85. ꝙ incip. nõ puto id, de quo quæritur longam disputationem exigere. in 1. vol. ꝙ consilium est errore duplicatum in consil. 127. quòd
12 † si emphyteuta iurauit [c] soluere canonem, si non soluit, pro-
c pter periurium priuatur iure emphyteutico per hanc. l. nec tunc expectatur biennium, vel triennium, iuxta. l. 2. C. de iure emphy. & c. potuit. de loc. idem expressè tenet Bald. in c. querelam. de iureiur. ita teneo, quicquid aliàs tenuerim in l. 2. in 6. q. C. de iure emphy. per istum tex. puto, ꝙ licèt in terris huius serenissimi Ducalis dominij Venetorum sit statutum, ꝙ emphyteuta, licèt cesset soluere quantocunque tempore, non propterea põt priuari iure emphy. certè si emphyteuta iurasset soluere in certis terminis, si cessaret soluere, propter periurium ipso iure priuaret iure emphyteutico p hanc. l. nec isto casu ha
13 beret locum dictum statutum, ꝙ bene not. ¶ †† Limito istam. l. procedere in eo, qui facit contractum, & iurat, puta vendit cum iuramento, secus est in eo, qui promisit rem vendere, & iurauit, nam si postea vendat secundo, & tradat, transfertur in secundum dominum, & secundus præfertur. arg. c. super literis. de spon. ita tenet Imol. in com. cap. cùm contingat. in col. 184. & seq. de iureiur. pondera ergo Imol. velle, ꝙ non seruando iuramentum, non per hoc perdat dominium, & puto rationem esse, quia ex sola conuentione, vel ex solo contractu etiam cum iuramanto non transfertur dominium, vel ius in re. l. traditionib. s̃. de pac. ergo non habet locum iste tex. qui dicit, ꝙ ex pacto, vel transactione illa fuerat consequutus. no. qa
14 bona, & vtilis est lĩtatio ad istam. l. & nemo eã ponit. ¶ †† Quintò no. ex tex. ibi, nullo cogente imperio ꝙ ad hoc, vt ꝯueniens transactioni iuratæ incidat in pœnas huius. l. requiritur, ꝙ transactio sit facta liberè nulla coactione interueniente. Et ex hoc infert Bart. & alij sequuntur, quòd si iuratur super compromisso, vel transactione, quæ fiunt parte inuita, ex forma statuti, vel iussu iudicis. non habent locum pœnæ huius legis. idẽ tenet Barto in l. qui fidem. in 2. colum. ff. eod. & in l. prædia. ad fin. ff. de action. empti. Imol. in l. insulam. in 9. fal. primæ regulæ affirmatiuæ. ff. de verbor. oblig. ¶ Limitat Raph. Fulg. hic, quãdo statutum copulatiuè arctaret ad compromittendum, & ad iurandum, secus si statutum solùm cogeret ad compromissum, quia si iuretur, habent locum pœnæ huius. l. ex quo inramentum sponte est præstitum: dicit tamen Raph. se non firmare, sed istud expressè firmant Pau. de Castr. & do. Alex. hic. ¶ Puto contrarium per istum text. si bene inspiciatur, qui requirit spontaneam voluntatem circa ipsum contractum, postea de iuramento inferius subijcit, & propterea Raphael Fulgos. in d. l. qui fidem. in penul. colum. ponderat Docto. hic velle, quòd sufficiat necessitatem imponi à statuto, quo ad compromissum, licèt dicat, ꝙ posset in conrrarium argui, qa ista. l. principaliter procedit propter iurm. Adde, ꝙ consuluit idem Raph. Fulg. in consi. 62. ꝙ incip. in causa appellationis. in pen. col. ꝙ ista. l. procedit etiam si non esset iuratum in com-
15 promisso, sed postea fuit iuratum in sententia. ¶ †† Vltra alios considera dum Bart. loquitur de iussu iudicis, vt malè dicere, quia iudex neminem potest cogere ad transactionẽ, vel compromissum, vt not. Barto. in l. furti. §. qui iussu, per illum text. ff. de infam. & in l. ex stipulatione. per illum text. C. de sen. & interloc. & est tex. not. in §. quia verò. in Auth. vt liti. giur. per quẽ tex. not. ibi Ang. ꝙ nullius momẽti est transactio facta iussu, & coactione iudicis, nisi salues Bart. in casib. specialib. puta, qñ partes diu litigassent, tunc iudex potest eas cogere ad compromissum, vel transactionem, text. est not. in c. placuit. 90. distin. de quo text. dixi in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. referendo Can. in varijs locis, præcipuè d. Anto. in c. 1. de mu. pet. vel qñ subesset timor futuri scandali, ſm Bald. in c. cum Ecclesia Vulterana. ad fi. de elec. Pau. de Cast. & Mod. in d. l. quidam
16 existimauerunt. vbi dixi. ¶ †† Sextò not. ex text. ibi, sed libero arbitrio, secundum Bald. & Sal. ꝙ liberum arbitrium *in iure* nostro capitur multis modis: aliqñ liberum arbitriũ dr, ꝙ procedit ex libera voluntate, nulli necessitati subiecta, ita capitur hic: aliquando capitur liberum arbitrium, qñ quis potest præferre iniquum æquo. l. cùm quidam. el 2. ff. de leg. 2. aliqñ capitur liberum arbitrium pro eo, ꝙ est absolutum à solennitatib. iuris communis. l. 1. ff. de test. mil. ita capitur in l. 1. secundum vnum intellect. C. de sacrosan. Eccles. & ibi plenè dixi de ista
17 dictione liberè. ¶ †† Septimò not. ex text. ibi, vel interpellando iudicem. iunctis sequentibus tribus modis, quibus dicitur quis contrauenire transactioni iuratæ. Dicit tamen Pau. de Castr. sibi videri rigorosum, quòd per solam supplicationem porrectam principi, imò per solam impetrationem rescripti
d d incidat quis in pœnas huius legis, vnde fortè secundum eum practica non seruaretur, si non fuerit vsus rescripto impetrato. facit. l. libertus. secunda. ff. de in ius vocan. similiter nec in primo casu putat sufficere, quòd sit datus libellus iud. nisi pars aduersa sit legitimè citata. per not. in Auth. qui semel. C. quomodo, & quando iud. sed dom. Alexand. reprobat vtrunque propter generalitatem huius. l. & propter odium periurantis. ¶ Tu tene limitationem Paul. de Cast. hic, quæ bona est, quòd per solam impetrationem rescrip. non incidat quis in pœnam huius. l. nisi vtatur ipso rescripto, & ita tenet do. Alex. sibi contrarius in consi. 34. in 1. vol. incip. viso themate. s̃. scripto. in tertio dubio. adde d. Card. in consi. 27. incip. in causa, & quæstione Excellentissimi Doctoris. in 3. col. vbi tenet, ꝙ ille, qui prohibetur impetrare iudicem sub pœna, si impetrat, non per hoc punitur, nisi vtatur rescripto, conneniendo reum, per text. in c. cæterum. §. verum. in verbo aduersarium suum laborare coegit. de rescript. Et per hoc subdit, ꝙ qui promittit non venire contra transactionem, non incidit in pœnam impetrando rescriptum. alleg. glo. in clem. 1. in verbo vexare. de rescrip. & in illa clem. 1. in fin. d. Card. extollit illam glo. pro singulari, ꝙ non dicitur contrauentũ trãsactioni, donec aduersarius vexetur: tamen caue, quòd illa gloss. non loquitur ibi de iuramento. ad idem facit, quia per solam impetrationem rescripti nõ est acquisitum aliquid aduersario, nec cogitur vti rescripto si non velit. secundum Host. & Ioan. Andr. in cap. ex conquestione. de resti. spol. Bald. in l. postquam liti. ad fin. supra de pac. & in l. 1. C. vt lit. penden. ¶ Istam. l. limitat singulariter. d. Card. in d. consi. 27. vt non procedat, quando quis supplicauit Papę, & in supplicatione fecit mentionem de transactione iurata, nam ex quo Papa potest remittere iuramentum, si impetret rescriptum, non incidit in pœnas huius legis, per text. in simili in dict. cap. cæterum, & quia censendus est actus licitus, ex quo vult contrauenire auctoritate superioris. not. quia magna est limi-

ADDITIONES.

a Personæ. Adde Authen. itaque. & ibi Bald. C. de Episco p. & cler. c. Romana. in §. in vniuersitatem. de senten. excomm. lib. 6. Io. And. in c. cùm in illis. de præben. lib. 6. & ideo statutum faciens mentionem de persona, non comprehendit vniuersitatem, vel ciuitatem, secundum Bald. in l. omnes populi. in pen. col. de iust. & iur. in rubr. C. ad Treb. quid in materia fauorabili? & vide Inn. & Abb. in c. nouit. de iud. & ibi concludunt, ꝙ sic.

* Et dic, ꝙ personæ appellatione propria inspecta significatione, non continetur communitas, teste Rom. consil. 195. num. 3. vbi etiam, ꝙ vniuersitas dicitur persona ficta. idem consil. 400. circa med. & ideo sub statuto præsertim restringibili, & odioso non continetur, Rom. consil. 92. ad fin. Quid de collegio? & dic, ꝙ non est persona vera, sed representata. l. mortuo. ff. de fideiuss. Quid aũt sit collegiũ, & quid ad eius esse requiratur, scribit Rip. responsi. 19. num. 3. Alc. in l. collegium. de verb. signific. MASVER.

b Practicam. Vide Cor. lib. 4. consil. 40. Soc. lib. 3. cons. 26. in præsenti. PVRPV.

c Iurauit. Adde. l. ædem. C. loca. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. de loc. vbi Bar. & Bald. in Authentic. qui rem. C. de sacrosan. Eccles.

d Rescripti. Alex. libr. 1. consil. 138. Ang. consil. 326. & de eo, qui produxit apitula vel testes. Com. cons. 256. visis. & de sola citatione, Fel. consi. 160. Adde. 141.

Source : BIU Cujas

limitatio ad istam.l.& nemo eam tangit. ¶Irem ad istum text. qui ponit tres modos, per quos ℈uenitur transact.iuratę, adde an tradendo instrumenta tertio, per quæ veniat ℈ illum, cum quo transegit, & præstando fauorem illi tertio, dicatur ℈uenire transactioni iuratæ, & incidere in pęnas huius. l. vide not. Raph.Cum.concludentem, ꝙ non, in consi.330.incip.legatarius certarum rerum, &c. cum quatuor consilijs seq. aliorum
18 Doctorum.¶† Octauò no.ex text.ibi, vel non implendo, ꝙ ille, qui fecit transactionem iuratam, & postea non implet contenta in transactione, incidit in pœnam huius legis, intellige sanè, dummodo fuerit in mora implendi, vel nisi vterque fuerit in mora, per no.per Bar.in l.si duo.§.fi.ff.de consti.pe. d.Mat. in not.51.Pau.de Cast.& d.Alex. hic. ¶Quid autem si non impleuit pp iussum iudicis? tangit solus Io.Fab.hic, qui dicit prima fronte videri, ꝙ non sit periurus per istum text. à ℈rio sensu, & quia causa superueniens excusat à periurio. c.quenit. de iureiur.l.si vehēda.§.idem iuris.ff.ad l.Rhod.de iac.ipse Io.Fab. tenet ℈rium, alleg.Host.in c. significauit. de censi. & ꝙ ibi not. Inn.no. quia magna extensio est ad hāc.l.si vera est. ¶Ego cō-
19 trariū teneo ꝑ quatuor rōnes. † Primò, ꝙa reg.est, ꝙ ab omni iuro intelligitur semper exceptuata auctoritas superioris. c.venientes.vbi Doct.de iureiur.l.Imperatores.in prin.ff.ad munic. gl.& Doct.in c.constitutus.de rescrip.gl.in c.de forma.22.q.vlt. nedum intelligitur de auctoritate Papæ, vel Imperatoris, sed de auctoritate cuiuslibet superioris, ſm Pan.in d.c.veniētes. in 2.col.& Doc.in d.c. constitutus. Pau. de Castr. in l. in operis.ff. loc.eo.modo in omni pacto,& conuentione semper intelligitur exceptuata auctoritas cuiuslibet superioris.gloss. in c. quæ
20 ℈ maiores.in gl.pe.& ibi Gem.no.8. distin.¶† Scdò facit, quia iussus iudicis dēt excusare à periurio,& ab oī pęna.l. iustè possidet.vbi gl.& Doct.ff.de acquir.pos. ¶Tertio facit text.no. in l. fi.ff.de leg.commisso.quem reputat sing.Bal. in c.fi. de sequest. pos.& fruc.vbi est text.ꝙ iussus iudicis, vel superioris excusat à mora, sed ego habeo, ꝙ quicquid excusat à mora, excusat à periurio.c.breui.de iureiur. Bart.in l. quod te.vbi dixi.ff.si cert. pet.¶Quartò in specie facit, ꝙ tenet Host.in summa sua in tit. de iureiur. §. ꝙ specie. versi.item si iuro, ꝙ qui iurauit soluere in termino, non est periurus, si iudex interdixit ne soluat, sequi-
21 tur Archi.in c.dixit.14.q.5. ¶† Nonò not. ex text. ibi, infamia
a notatur, ꝙ periurus est infamis,[a] & ita not.glo.hic in verbo infamia.Bart. & alij, intellige verum in terminis huius. l. qñ quis iurauit in ℈ctu, & promisit, aliquid in futurum, aliàs qui iurauit simpliciter, vel de præterito si ℈ueniat, ꝙis sit periurus, tñ non est infamis, ita declarat gl.not.in l.Lucius, & ibi Doc ff. de infa.q̃ gl.ad hoc reputat sing.Bal.in rub. extra de iureiur. ad fi. ideo ſm Bal. & Pau. de Cast.hic, scholaris, qui iurat obedire Rectori, si ℈ueniat, per hoc non efficitur infamis. Et de hoc, an periurus efficiatur infamis, ponunt latè Can.in c.testimonium. de testi.adde gl.in l.quæ sub conditione.§.pen. ff.de cond.insti.
22 ¶† Decimò no.ex text.in verbo ēt actione priuatus.iunctis sequentib. quatuor pęnas, quas incurrit ℈ueniens trāsactioni iuratæ, & iste pęnæ copulatiuè competunt non solùm origine,
b sed etiam secuto effectu, & hoc odio periurantis, [b] & ita in specie tenet Sal.hic in pe.col.Bart.in l.vbi pactū. in vlt.col.s.eo. ¶Ex quo infert Bar. ꝙ iurm habet vim clausulæ rato manen-
c te pacto, imò maiorem, [c] ꝙ vltimū declaratur ex verbis Bart. in d.l.vbi pactū.in vlt. col.vbi dixi.& istud est singulare, nec alibi habes ſm Imo.in l. insulam.in 6. fal. primæ regulæ affirmatiuæ.ff.de verb.oblig. ¶Subdit Bar. ꝙ iurm ēt habet vim clausulę gñalis, ꝙ actus valeat oī modo quo valere pōt, & per hoc infert, ꝙ transactio, q̃ non pōt valere, vt transactio, valet vt pactum pp iurm.idē tenet Ang.in l.cā cognita.s.eo. Pau.de Cast. & d.Alex.hic, licèt Bal.& Fulg.dubitent, & Lud.Rom. in l.1. in prin.ff.de verb.obl. tñ tene cum Bar. & eorū fundamētis rñde, vt per d.Alex hic. Limita, qñ iurm est appositū in transactione, secus si in ℘promisso pp Auth.decernimus, & ibi no.Bal.in 1.not. C. de arbit.de cuius intellectu ponunt Canon. in c.2. de arbi.¶Vndecimo no.ex eo.tex.in verbo actione priuatus, iuncto, prin.l.ibi, aduersus pacta.hic videri tex. ℈ magis cōem sen-
23 tentiā, quæ † habet, ꝙ de iure ciuili inſm non vestit pactū nu-
d dum, [d] vt ex pacto possit agi, nisi in liberto. p l.vt iurisiurandi. in prin.ff.de ope.lib.ita tenent gl. & Bar. in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.Bal. in l.1. C.de oper. libe. in Auth.sacramenta puberū. ad fi. C.si aduer.ven. & in l. cùm anteà. C. de arbitr. per illum text.in verbo exceptis, quem ad hoc reputat sing.Ang. in l.iuris gen.§.quinimo.ff.de pac.ponunt Can.in c. cùm contingat. de iureiur. hic esse text. in contrarium, dum dicit actione priuatus. Nam priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verbor.oblig.l.remittit. ff. de iureiur. & l.manumissiones. ff.de iust.& iur.ergo præsupponit, ꝙ habeat actionem ex pacto nudō, ergo istud fuit propter iuramentum. & ita subtiliter pon-
derat istum text.Raph.Cum.in rubr.ff.de verb. oblig.Lud.Ro. in l.1.in prin.eo.tit.d.Math.no.37. sed hoc modo tex.nihil probat, quia loquitur de prima actione, super qua fuit trāsactum, & hoc vult Imol.in com.c.cùm contingat.in 14. char. de iureiur.dum dicit, ꝙ ex ista.l.non oritur actio ex iuro, nec aliter declarat, sed istud clarè probatur, ꝙ ista.l.non pōt loqui de actione ex iuro.illa.n.non oritur inrāti, qui ℈uenit, sed oritur aduersario, cuius fauore interponitur iurm. ¶Sed tu pondera fortius istum text. dum dicit de petitione pęnæ, quæ pactis probatur inserta, nam text.vult, ꝙ pęna esset promissa per pactū, & tñ pōt peti, sed istud esse non pōt, nisi per iurm, ergo hic est tex.ꝙ iurm de iure ciui.vestit pactum nudum non solùm cōtinens sortē principalē, sed ēt pęnam. ¶Rñdet.d. Alex.diuinādo, ꝙ iste tex.debet intelligi, qñ pęna fuit ꝓmissa per stipulationē, fortè posses dicere, ꝙ pactū nudum pęnale fomentatur à l. ciuili, vt producat actionem iuxta.l.ltīma. ff.de pac. sicut ēt fit in l.vbi pactum.s.eo.tñ istud non firmo. ¶Duodecimò not.ex
24 eo.tex. ibi, actione priuatus, hic probari, † ꝙ periurus repel-
e litur [e] ab agēdo, ꝙa sit priuatus actione, nā nemo sine actione pōt experiri. l. si pupilli. §.videamus.ff.de neg.gest. & ita alleg. Spec.in tit.de accus.§.1.versi.itē, ꝙ est ꝑiurus.gl.22.q.5.in c. par-
f uuli.intellige [f] verū in terminis huius.l.qñ quis venit ℈ ℈ctū iuratum, aliàs non reperitur, ꝙ periurus repellatur ab agendo, gl.& Doct.in c.dilecti.de excep.d.Anton. de Butr. in c. intelleximus.ad fin. de iud.adde prædictis fortius, ꝙ exceptio periurij est exceptio litis finitæ, ita signanter dicit.d.Ant. de But.in c.di-
25 lecti.in 3.col. de exce. ꝙ no.ꝙa incognitum. ¶† Decimotertiò not. in ver. itaq;. in verbo mox. de cuius natura est importare idem, ꝙ ipso iure, vt est gl.in Auth.de incest. nup. in prin.Bart. in l.Mæuius.§.duob.in vlt.col.ff.de leg.2. nam ex hoc text.colliguntur duo. Primò, ꝙ in hac.l.non requiritur sñia, & ita tenet glo.hic in verbo priuatus.Barto.& alij hic intelligunt sanè, ꝙ non requiritur sñia, verum est depositiua, sed bene declaratoria, ſm Bald. hic, quia oīa iura mundi quæ dicunt pęnā imponi ipso iure, intelliguntur dummodo sequuta sit sententia declaratoria, per quam declaretur illud esse commissum, aliàs pęna non habet effectum, vel executionem, illam regulā tradunt Arch. & Io. And.in c. 1. de homi.in 6. per tex. in c. cùm ſm. vbi Doct. de hær.in 6. facit tex. in l.eius qui delatorem. de iur.fis.no.Bal.in c.1.de feu.si cul.nō amit.& in Auth.qui semel, in pe.col.C.quo,& qñ iud. in Auth. hoc amplius in 1.col.de fideiuss.¶Scdò ista ſm Bal.Sal.Pau. de Cast.& d.Alex. vt hoc dictū ꝑcedat quo ad pęnā infamię,& priuationē actonis, in istis imponitur pęna ipso iure, quia non requiritur factum hominis, secus quo ad restitutionem, & solutionem pęnæ. idem tenet d.Alex.in consi.92.ꝙ incip. perspectis his, quæ in themate
26 narrata sunt.in 3.col.in 1.volum. ¶† Scdò ex eo.text.in verbo mox., ꝑbatur ſm Bar. Bal.& Ang.hic, ꝙ ex quo tales pęnæ ipso iure imponuntur, non admittitur purgatio moræ, & sic iurm impedit purgationem moræ, ratio est qa vbicunq;. l. ipso iure facit executionem, ibi non admittitur purgatio moræ. l. si is cui.ff.de leg.2. Bart & Doct.in l.insulam. ff.de verb.oblig.item istæ pęnæ imponuntur ratione delicti, ergo succedit regula, ꝙ in pęnis legalib.quæ imponuntur rōne delicti, non admittitur purgatio moræ.l.qui ea mente. ff.de fur. sed ℈ Bart. & Doct. ꝙ vbi est dictio mox, non impeditur purgatio moræ, tenet Bald. in l.cum ancillis.in vlt.col.in prin.C.de incest.nup. Sed tenendo concl.Bart. hic,& cōem pondera, ꝙ præfati Doct.volunt non admitti purgationem moræ, ad aliquam ex quatuor pœnis huius. l. idem expresè firmat Salic. hic in 1.colum. facit bene text.

ADDITIONES.

a Periurus est infamis. Et vide tres limita. Fel.in c.testimoniū.col.6.ver.4.cōcludo.de test.in c.2.col.2.de rescr.vbi dubitat.Bolog.cōs.28. idcirco dñe Vicarie, col.2.* Et vide, quæ scribit Host.in summa tit.de iureiur.§.fi. Lanfran. in c.quoniam contra.col.8. de test. nu.74.& alijs sequen.Nat.cons.19.Pract. Pap.for.opp.contra testes.ver.& periur.vbi dixi,& for. libel. vt pactaseruen. ver.fin.Pœnas autem periur.vide per Doct.in apostil.ad pract.Masuer.tit.de test.num.12.Neuiz.consil.21.col.1.Imber.in Enchi.Iuris Galliæ. versic.periurium.Rom.sing.425. MASVER.

a opponi iſta exceptio , a tu es falſus procurator. per regulam, quam ponit Bar.in j.membro,& alij ſequuntur, quæ fortius militat in alijs duob. membris, quòd cùm iudicium agitatum cum falſo procuratore ſit nullum, vt hic, conſenſus & ſententia partium nihil poteſt operari,vt hic per eum.¶In fin.glo.pro clara intelligentia Bar.hic,& in l. Pomponius.§. ratihabitionis.
8 ff.eo. dicit, quòd quintuplex eſt exceptio procuratoria . † Tu dic

ADDITIO.

a Exceptio. Adde, ꝙ exceptio procuratoris illegitimi ſemper opponi poteſt, & litigans tanquam cum procuratore non fatetur eum talem, teſte Ale.cõſi. 72.lib.4. vbi plura ponit notab. ad prac. huius l.pro qua adde etiam,ꝙ geſt falſi procuratoris ſunt nulla , & reddunt iudicium etiam retro agitatum nullum,in quacunque parte iudicij id fuerit oppoſitum.c.in noſtra.in fi. de procur.Nat.conſi.217.nu.2.& qui in conſi.126.col.3.in aliquib. reprobat. doct. Iaſ.in hac l. & an proceſſus habitus cum falſo procuratore poſſit haberi ratus dic, ꝙ in mei præiudicium ſic,ſecus ad commodum. Declara tamen, vt per Capel.Tolo.q.125.271.pro qb.oĩb.vide quæ ponit prac. Pap.for. rñ.Rei conuen.ver.Simoninus.nu.2.3.& ſeq.vbi dixi. MASVER.

Source : BIU Cujas

dic melius, quòd eſt duplex. quandoque enim opp.tu non potes eſſe procurator, quandoque oppo. tu non es procurator. ¶Primo, ſcilicet tu non potes eſſe procurator, poteſt contingere ex quatuor cauſis: aliquando ex defectu perſonæ ipſius procuratoris, puta quia eſt ſeruus, vel pupillus, vel ſimilis: aliquando ex defectu perſonæ conſtituentis eum, vt quando ſolus pupil. ſine tutore conſtituit procuratorem. l. neque. ſ. eo. Aliquando ex natura cauſæ, puta, quia ſit criminalis, in qua non admittitur procurator, vt dixi in l. reum. ſ. e. Aliquando ex defectu ſatiſdationis, & proſequere in iſtis, vt hic clarè per Barto. Secunda principalis ſpecies eſt, tu non es procurator, in iſta recolligendo dicta Bar. & Doc. clarius quam ipſi fac regulam, & tres fall. & omnia habebis. ¶Regula eſt, exceptio tu nō es procurator, poteſt per aduerſarium quandocūque opponi, & qñcunque oppoſita reddit iudicium retro nullum, & repellit procuratorem à proſecutione iudicij, vt hic. Fallit niſi procurator ſemel fuerit admiſſus cum cautione rati, quia poſteà amplius non poteſt opponi iſta exceptio, tu non es procurator. text. eſt in l. inter quos. § alieno. in fi. ff. de dam. infect. quod limitat Bar. niſi incontinenti opp. Idem tenent Cyn. Ray. Saly. & Fulg. hic. Imo. in d. §. alieno. Pan. in c. quoniam contra. in vlt. charta. de proba. Contrarium tenent Ange. & d. Alex. per text. in d. §. alieno. in fi. vbi ſi procu. præſtitit cautionem rati, nō poteſt ſibi amplius opponi exceptio procuratoria. Sed certè non eſt alienum limitare, qñ incontinenti opponitur, cùm paria ſint aliquid fieri ante, vel incontinenti poſt, vt eſt gl. in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. eo. quam multū ampliat per octo ſimilia in l. edita. C. de eden. ¶Secūdò fallit niſi per iudicem eſſet pronunciatū, ipſum eſſe legitimum procuratorem, & pronunciatio tranſiuiſſet in rem iudicatam, vt hic Bart. & alij in l. j. C. de iur. & fact. igno. Ideo Spec. in tit. de excep. §. nunc vid endum reſtat. circa fi. dat conſilium, quòd fiat iſta pronunciatio. & refert Pau. de Caſt. hic in pen. col. tangit etiam Bald. in l. falſus. in pen. colum. in ver. ad quartam venio. C. de fur. ¶Tertiò fallit, quando inſtrumentum procuratoris fuiſſet in iudicio productum, & tacitè approbatum, ſecūdum Bar. poſt Inn. ideo ſecundum Pau. de Caſt. hic cauti procu. & aduocati, qñ producitur in actis inſtrumentum procurationis, contradicunt. ego dubito de iſta tertia limitatione, licèt alij ſequantur: nam Bart. ſ. in j. col. tenet de directo contrarium, dum dicit, ꝙ conſenſus partium, quando eſt fall. proc. nihil operatur, cùm non pendeat ab eorum cō ſenſu; & tamen hic dicit oppoſitum, ꝙ tacita approbatio facit, ꝙ exceptio falſi procuratoris amplius oppon. nō poſſit. ad iſtā ⁊rietatem Bart. nemo aduertit, niſi ſalues, ꝙ Bart. hic loquatur, qñ interuenit tacita approbatio & partis & iudicis, ibi ſolius partis. ¶Quartò vltra Bar. limita vt dixi in tex. ¶Quintam limitationem dicam in gl. ſeq. ¶Capio gl. in verbo ſolent. quam diuide in tres. In prima remouet contrarium. In ſecunda reſpondet quæſtioni. In tertia remouet aliud ⁊rium. partes patent. †Prima oppo. eſt, ſi iudicium eſt nullum, vt dicit tex. ergo iudex nō poteſt pronunciare procu. eſſe legitimum, quia quando iudicium eſt nullum, nulla ſuper eo poteſt ferri ſententia, & tamē iſtud eſt falſum, vt dixi in gl. præce. in 2. fall. gl. reſpondet & bene, ꝙ iſte tex. dum dicit iudicium eſt nullum, intelligitur de iudicio cauſæ principalis, ſed quantum ad iudicium ſuper perſona proc. bene valet; quia illud iudicium ſolùm tangit perſonā proc. non autem factum domini. ¶Ex iſta glo. inferuntur duo, primum ꝙ proc. de cuius mandato diſputat, poteſt ſuper hoc ante lit. conte. procuratorem conſtituere, quia iſta eſt ſua propria cauſa, ſm Bal. & Pau. de Caſt. hic, dixi in l. ꝙ quis. ſ. e. ¶Secundò infertur ſm Bar. ꝙ ſi eſſet proc. minoris, & ferretur ſentē tia ⁊ eum, quæ repelleret proc. non poſſet minor reſtitui, quia iſta tantum non tangit eum, ſed procurat. ¶In vltima parte gl. ibi, niſi habuit ratum. vult gl. † ꝙ geſtū à falſo procu. dominus poſſit ratificare ad ſui prę̃iudicium, ſed an ad ſui commodum, puta lata eſt ſententia in fauorem falſi procuratoris, nunquid dominus poſſit ratificare, gl. in l. ſi tutor. ⁊. in quib. cau. in integr. reſti. non eſt neceſ. tenuit ꝙ non, niſi eſſet minor fauore minoris. quam gl. dicit eſſe ſolennem Bald. in c. 1. in vlt. col. de ordin. cogni. ¶Breuiter *communis opi.* eſt, quòd proceſſum & ſententiam latam in fauorem falſi procuratoris, poteſt dominus ratificare, ſiue ſit minor, ſiue ſit maior. per text. in l. licet. vbi Bart. & Doct. ff. de iudi. & eſt glo. reputata ſin. in l. ſi mater. §. hoc iure. & ibi Bar. hoc approbat. ff. de exce. rei iudi. & no. Bar. in l. Iulianus. q. 5. ff. qui ſatiſd. cog. Imo. in l. rectè. in 25. col. ff. de iudi. & in l. ij. §. voluntate. ff. ſolu. mat. & in c. cùm in iure peritus. de offi. deleg. ¶Sed tunc reſultat magna difficulras ⁊ hunc text. nam ſi dominus poteſt ratificare, ergo amplius non poterit opponi exceptio falſi procuratoris, ꝙ eſt de directo contra iſtam l. dubito multum, & dico, quòd iſta l. neceſſariò intelligitur anteq̃ dominus ratificet litem in caſib. in quib. dominus ratificare nō poteſt. ¶Pro cuius intelligentia fac regulam, [a] ꝙ geſtum à falſo procuratore, vel cum falſo proc. dominus poteſt ratificare, & ſic ſententiam latam in fauorem falſi proc. Limita 13. modis, & in omnib. procedit generaliter l. noſtra. Primò, niſi excepto falſi proc. ſit oppoſita antequā dominus ratificet, vt hic. ¶Secundo niſi proc. obrepſiſſet iudici falſum, probando mandatum per falſos teſtes, vel per falſum inſtrumētum, cùm iſtā probationem fecerit ſuo nomine, & non nomine domini, vt in gl. præcedenti, tunc dominus ratificare non poteſt ſecundum Bal. in l. falſus. C. de fur. ſequit Pau. de Caſt. in d. l. ſi tutor. ¶Tertiò limita, quando procu. ſemel habuit, mandatum, & dominus illud reuocauit, tunc geſta per eum nō poteſt amplius dominus ratificare, quia quod ſemel reprobauit, amplius approbare non poteſt. l. diſpenſatorem. ff. de ſolu. ſecundum Ange. & Pau. de Caſt. in d. l. licet. Bal. in d. l. falſus. in 2. col. Pau. de Caſt. in d. l. ſi tutor. Per. de Anch. in d. c. ex parte Decani. de reſc. ſed contrarium firmiter tenet Bar. in l. Pomponius. circa fi. principij. ff. de neg. geſt. ¶Quartò notabiliter limita in caſib. requirentibus ſpeciale mandatum. glo. eſt no. in c. nonnulli. in ver. ſpeciali. de reſcr. quamuis contrarium teneat Ange. non faciens mentionē de illa glo. in d. l. licet. per tex. in c. j. de homi. in 6. & per gl. Ioan. And. in c. cupientes. § ꝙ ſi per 20. de elect. in 6. ¶Quinto limita, vbi requiritur iuſſus vel cōſenſus, ratihabitio ſequens nihil operatur. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi Doct. ff. de acq hær. Bal. in l. obſeruare. §. fin. in 14. q. ff. de offi. procon. & leg. & no. in l. ſi. in 3. fal. & trib. ſequentib. C. ad Maced. Ang. & Pau. de Caſt. in d. l. licet. ¶Sextò limita quo ad præiudicium tertij. l. ſi quis offerēti. §. fi. & l. cùm decem. § j. ff. de ſol. ſecundum Bal. in d. l. obſerua. re. §. fi. in 3. col. in ver. circa quintum quæritur. & Bal. in l. fi. circa prin. vbi pulchrè limitat. C. ad Mac. poſt Io. And. in regula ratihabitio. ¶Septimò limita, quando ſententia lata pro falſo procuratore eſſet lata cōtra aduerſarium præſentem, ſecus ſi eſſet lata contra abſentem citatum, tunc dominus non poſſet eam ratam habere, ratio quia citatio non arctauit aduerſarium, ex quo ille non erat procurator, & ſic lata fuit contra abſentem non contumacem, ergo eſt nulla ratione defectus ſolemnitatis. l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. ergo dominus ratificare non poteſt. ita no. limitat Ang. in d. l. licet, referens ꝙ eo audiente ita limitabat Bal. & ꝙ opinio eſt veriſſima, quam etiam ſequitur, & limitat Pau. de Caſt. ibi. ¶Octauo limita, qñ eſſent geſta per falſum procuratorem in audientia principis, tunc nō poſſunt ratificari à dño, & ſi ratificentur, non reconualeſcunt, quaſi in auditorio principis deteſtabile ſit & punibile, falſum procuratorem comparere. arg. l. ſi. C. de his, qui à non domino manu. ſecundū Inn. in d. c. ex parte Decani. quem ſequitur Bal. in d. l. falſus. in j. col. & Pau. de Caſt. in d. l. licet. quamuis illud reprobent Car. Imo. & Pan. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcriptis. per generalitatem. d. l. licet. ff. de iud. & l. 3. §. falſus. ff. rem ra. hab. ¶Nonò limita, niſi ſtatutum requireret mandatum, puta ſi ſtatutum dicat, quòd proceſſus procuratoris ſine mandato non valeat, tunc dominus ratificare non poſſet. ſecundum Bal. in l. ſi vxor. in 2. colum. in prin. C. de condi. inſer. & in d. l. falſus. in 10 colum. ¶Decimò limita, niſi iudex pronunciauerit, eum non habere legitimum mandatum, ſecundum Bal. in Auth. ei qui. C. de temp. appel. facit, ꝙ dixi in glo. præcedenti. in 2. fall. vt contrariorum eadem ſit diſciplina. c. intellecto. de iureiu. & l. j. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. quamuis de hoc dubitet Pau. de Caſt. in d. l. licet. ¶Vndecimò limita, niſi falſus procurator fuerit admiſſus cum cautione rati, ſed ſibi fuerit proteſtatum à parte, niſi apparuerit eum non habere mandatum. Nam talis proteſtatio operatur, vt dominus poſteà ratificare non poſſit, ita dicit ſingu. Barto. in l. inter quos. §. alieno. circa fin. de damn. infect. & ſequuntur Ange. & Imo. ibi. & Imo. dicit, quòd iſtud eſt ſingu. conſilium. ſequitur etiam d. Barth. Vero. caut. 30. & Lud. Rom. in ſingularib. ſuis. ¶Duodecimò limita, quando

ADDITIO.

[a] ¶Regulam. Adde Ro. ſing. 686. vbi ponit reg. ꝙ procuratoris falſi geſta in iudicio à domino ratificari poſſunt. Quam limita vt per Doct. in apoſt. ibi, quibus adde, quòd geſta per falſum procuratorem ante prolationem ſententiæ à domino ratificari poſſunt. Sed quid ſi procuratore agen. ſine mandato ſententia proferatur, poterit ne is cuius nomine actum eſt poſt latam ſententiā omnia habere rata? & dic, quòd non, quia ratihabitio tum demum operatur, ſi debito tempore interueniat. l. bonorum. ff. rem ra. hab. ita concludit Myſin. Cent. j. obſer. 44. ex Prac. Pap. for. reſponſ. rei. ver. Simoninus. Geſta verò per falſum procuratorem, tametſi regulariter poſſint per dominum ratificari, ſiue in commodum ſiue in ſui præiudicium. ſecundum Bal. hic, Capel. Toloſa. q. 271. tamen in auditorio principis facta per falſum procuratorem, ratificatione non conualeſcunt, iuxta Bal. in l. falſus procurator. C. de fur. de quo vide etiam quæ ponunt Turz. inter com. opi. li. 14. ver. procur. Suarez. lib. ſent. eodem verſi. MASVER.

Source : BIU Cujas

quando falsus procu.erat talis, qui nõ poterat esse procurator, puta seruus,vel monachus,fm gl.in d.l.licèt in glo. c.& ibi Bar. assignat rationem. sequitur Pan. in c.1.de re iudi.¶Tertiodecimò,& vltimò fallit in nuncio falso, cuius gesta non potest dñs ratificare.fm Bar.vbi rationem diuersitatis assignat, in l.qui autem.§.constituere.ff.de consti.pecu. & in l. Pomponius scribit. ante fin.principij ff.de neg.gest.Cyn.Barto. & alij in l. multum. C.si quis alteri,vel sibi. Bald.in d.l. falsus. in 4. column. quamuis contrarium , & malè not. idem Barto. in l.certè. §. primo. per illum text. cum gloss. ff. de precar. & per ista cum laude Dei est expedita ista lex.

SVMMARIVM.

1 *Quę personę non poßunt esse in iudicio ratione dignitatis.*
2 *Episcopi non sunt illustres , sed spectabiles.*
3 *In quibus casibus quis cogatur constituere procuratorem, remissiuè.*

LEX XXV.

1 QVicunque. † Personæ in dignitate cõstitutæ enumeratę in hac l.nõ possunt esse in iudicio per se, sed coguntur mittere procuratorem, aliàs ipsi, & iudices puniuntur, sed hodie restrictum est ad solos illustres. hoc dicit cum Auth. sequen.& exemplificat Pau.de Cast.istum tex.in Episcopo,qui vellet agere cum debitore episcopatus coram iudice sæculari. Nam tenetur constituere procuratorem, aliàs faceret verecundiam dignitati , sed errat per text.in c.fi.de iura.cal.vbi Episcopus potest eligere,vel litigare per se ipsum, vel mittere procuratorem,& patet,quia ista iura solùm loquuntur in illustribus,
2 † sed Episcopi non sunt illustres,sed spectabiles, vt not. Bar.in l. ad similitudinem.C.de Episc.& cler.Ideo Spec.in tit.de actore. versic.item illustris , melius exemplificauit istum tex. in Cardinalib.qui bene sunt illustres, vt declarabo in tracta. quem edidi de magistratib.antiquis,& nouis,in Rub.ff.de offi.eius,cui man.
3 est iurisdictio.† plures alios casus,in quib.quis cogitur cõstituere procuratorem, habes per gl.& Doc.in c.pastoralis.de iud.

SVMMARIVM.

1 *Citatus in causis pecuniarijt potest per se, vel per procurato. comparere.*
2 *Citatio facta per iudicem dicitur sententia.*
3 *Iudex non potest aliquem citare, vt personaliter cogatur comparere,nisi ex causa vehementi.nu. 4.*
5 *Quando quis citatur die feriata, in casibus specialibus , debet ille casus specialis exprimi.*
6 *Quando quis citatur tanquam coniunctus, vel consanguineus , ad prestandum consensum requisitum ex forma statuti, in contractib.mulierum, vel minorum, tenetur personaliter comparere.*

LEX XXVI.

1 IN pecuniarijs. † Citatus in causis pecuniarijs , potest vel per se, vel per procuratorem comparere, quãuis istud in citatorio non fuerit expressum, nisi sit citatus,vt personaliter compareat , ꝙ iudex potest ex causa facere.hoc dicit.¶In tex.ibi,maximi iudices.intellige, quòd omnes habentes iurisdictionem in illa causa siue sint ordinarij,siue delegati,dicuntur respectu partium maximi.c.1. de iudi.in 6.iuncta gl.in l.apud eum.in prin.ff.de manumiss. secundum Bal. hic. ¶Not. ꝙ in omni citatione simpliciter facta, intelligitur alternatio,vt quis per se compareat,vel procuratorem mittat,facit. l.1.in §.vsus.ff.eo.in c.fin.de dila.in c.dilecti. & c.pen. de iur.cal.
2 ¶†Secundò pondera tex.ibi, vel sententiæ, ꝙ citatio facta per iudicem,dicitur sententia,imò generaliter quodlibet præceptũ iudicis faciens ad causam, est sententia interlocutoria. glo. in l. cum clericis.C.de Episco.& cleri.& glo.in §.ad excludendas.in Auth.de litigiosis.& dicit gl. magistralis in cle.1. in verbo diffinitiua.de seq. pos. & fruc. ꝙ quicquid fit à iudice inter principium,& finem causæ in his,quæ incidunt,& emergunt,dicitur sententia interlocutoria: diffinitiua verò est, quæ vltimo loco
3 principalem quæstionem diffinit,& terminat. ¶†Tertiò not.ꝙ iudex non potest aliquem citare,vt personaliter cogatur comparere , nisi ex causa vehementi , & sic licèt quis expressè citetur, vt personaliter compareat , non tamen tenetur personaliter comparere,nisi iusta causa inserta. ¶Confirmo arguendo à iudice,ad vltimas volun.l. non est mirum. ff. de pignor. actio præceptum testatoris sine causa non valet.l. filiusfam.§.diui. esecundo.ff.de lega.1.& per hoc confunditur cautela,quam tradit Barto.in l.cum eo.ff.ad l.Iul.pecu. quando quis habet debitorem , qui nunquam exit domum , quem non potest facere capi in domo pro debito priuato.l.nemo de domo. ff.de regu. iur.l.plerique.ff.de in ius vocan.cautela est secũdum Bar.quòd faciat eum citari, vt compareat sub certa pœna fiscali cameræ applicanda, nam si spreuerit præceptum, poterit pro illo debito fiscali capi in domo.l.nemo carcerem.C.de exac.trib.lib.10. vnde cùm erit incarceratus propter illud debitum fiscale , poterit eum facere recommendari in carcerib. pro suo debito priuato,quam cautelam sequuntur Ang. Pa.de Cast. & d.Alex.in d.l.plerique.Pet.de Anch. & Imo.in c.2.de pign. Ange.de Are.
a in §.fin.ad fin.insti.de actio.credo , quòd cautela non sit bona, a per istum tex.iunctis his,quæ dicam statim in seq.no.& eam ita
4 reprobant Imo.& Pan.in c.ad petitionem.de accu. ¶†Quartò not.quòd iudex ex causa potest quem personaliter citare,vt nõ compareat per procuratorem , & quæ sint istæ causæ,habetur hic per glo.& per Doct.in l.si actor.ff.eo.& in c. querelam. eod. titu.& in c.fin.de maio.& obedien. & in cap.1.de iudi.in 6. inter quas not.præcipuè illam , quando persona principalis est legalior,nam per istam glo.dicit Bald. in l.1.in vlt.colum. C.de sent. & interloc.om.iudi. quod licèt infamis possit esse procurator, vt dixi in Rubr. s. eod. tamen potest tunc cogi principalis , vt compareat tanquam legalior. item adde , quòd isto casu tenetur iudex exprimere illam causam in citatione , secundum Io. And.in c.1.de iudi.in 6.Bal.in l.1.§.vsus.in fi.ff.eo. Gui.de Suza.
5 & Cyn.† hic,sicut quando quis citatur die feriata in casibus specialibus , debet ille casus specialis exprimi in citatione , secundum Inno in c.præterea.de dilatio. glo.& Docto.in l.2.ff. si quis in ius voca. non ier. ¶Item adde , quòd quando citatur quis cum causa,vt personaliter compareat,adhuc sufficit,vt mittat procuratorem habilem,& bene instructum cum mãdato speciali, quando causa est ciuilis , secus si esset criminalis,vt iudex videat quo vultu , & qua trepidatione respondeat. ista est vera concluſ. Barto. quicquid alibi dixerit in l. qui bona.§. si alieno. vltim.colum.ff.de dam.infec.sequuntur Ange.Pau.de Castr.& plenius dom.Alexan.hic. & Ange.in l. si actor.ff.eo.vbi dicit, ꝙ ista opinio seruatur in practica.Ioan.And.in c.fi.de iura.calum. Panor.in c.in pertractandis.eod.titu.Rapha.Fulg. in consi.244. incipien.ad primum quo quæritur. quod vltimum de criminalibus intellige, quando sunt indicia contra reum, & est causa,in qua potest peruenire ad torturam.ita not.Bald.in l.seruum quoque.§. publicè. ff. eod. Alber. Bald. & dom. Alexand. hic. ¶.Vltimò dom. Alexand.hic ponit alium casum , in quo quis
6 tenetur personaliter comparere. † quando quis citatur tanquã coniunctus, vel tanquam consanguineus ad præstandum consensum requisitum ex forma statuti in contractibus mulierũ, vel minorum.allega. Bald. in l.1.in vltima colum. C. qui admi. Tu adde Angel.in l. Titius.ff.quibus mod.pign. vel hypo.solu. do.Anto.& Imol.in cap. cum consuetu.de consuetu. Panor.in cap.cùm parati.de appella. Lud. Rom.in d.l. 1.C. qui admi.& tex.not.in simili in l.minorum.& ibi Bald. C. de prædijs mino. tamen aduerte , quòd licèt talis consensus requisitus ex forma statuti,non possit præstari per procuratorem,vt prædixi, tamẽ potest præstari per nuncium,vel per epistolam.secundum Bar. in l.filiusfam.ad fin.ff.de dona.& plenius in l.fin.§.& filius.versi. necessitate.in vltim.quæstio. & ibi Cyn.& in l.3. C.de bon.quæ liber. Barto.in l.1. C.de decur.libr.10.& in l.si quis mihi bona.§. iussum.ff.de acquiren.hæredi. Cyn.& Bald.in Auth.causa,quæ fit cum monacho.C.de Episco.& cler.Spec.& Ioan. And.in tit. de acto.§.1.versi.sed nunquid pater per epistolam. & est glo.in l.si cùm dotem.§.si patri. & ibi Moder.ff.solut. matrimo.& per ista remanet expeditus iste titul. Iason Paduæ

ADDITIO.

a Non sit bona.Adde,quòd eandem damnat Suarez.libr.commun.opin. versic. carceri.Idem Ias.in l.plerique.post nume.27.versic. sed dominus Abbas.ff.de in ius vocando. & in l. sed eximendi. quam legit cum l.1. in §. quòd prætor. in quarto notab.ff.ne quis eum qui. Gabriel.commun. opinio. libro 7. conclusio.10.num.37.38. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Recipiens patrocinium potentioris , punitur in amissione causę , limita tamen, vt infra nu.2.*

Ne

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Prima Codicis.

Ne liceat potentioribus patrocinium, &c. Rub.

LEX PRIMA.

DIuinè admodum, Reciens patrocinium potentioris, punitur in amiſſione cauſæ, & ille potentior arbitrio iudicis ordinarij, etiam dato, ꝙ aliàs eius iuriſdi, non ſubeſſet. hoc dicit. Diuiditur in duas. In prima ponit conſtitutionem diui Claudij, & eius effectum. In ſecunda reſpondet quæſtioni principaliter
1 propoſitæ ibi, quare cùm interſit. ¶ † Not. ꝙ aſſumens patrocinium potentioris, punitur in amiſſione cauſæ. Similiter comitatenſes, qui faciunt ciuem emere aliquam rem pro eis, vt ſub titulo ciuis non ſubſint onerib. eis impoſitis. Nam puniuntur in amiſſione talis rei emptæ, quæ debet publicari, ita not. Bar. in l. 1. per illum tex. C. de nauib. non exc. libr. 11. ¶ Extende iſtam l. trib. modis. Primò, vt habeat locum tam in actore quam reo, ſecundum Cyn. Bart. Ang. & Mod. hic, quamuis glo. ſ. in Rubr. tit. 1. & in l. penult. in fi. ff. de alie. iud. teneat, quod ſolùm habeat locum in actore. ¶ Confirmo per duo, quia dato etiam, ꝙ illa l. loqueretur in actore, cùm tamen generaliter loquatur, extenderetur tamen ad reum, cùm ſint correlatiua, & etiam correctoria, loquens in vno ex correlatiuis, intelligitur etiam loqui in alio. l. fi. & ibi Bar. & Doct. ad hoc no. C. de indicta vidui. tollen cum concor. quas ibi dedi. ¶ Secundò, quia l. etiam pœnalis, & loquens in actore habet locum in reo. gl. in l. per interuallum. de iudicijs. & glo. in c. 1. de confeſ. in 6. ¶ Secundò extende ſiue palàm ſiue occultè patrocinetur etiam per interpoſitam perſonam, ſecundum Bart. & Pau. de Caſtr. hic, qui dicit facere contra eos, qui faciunt ſcribi literas per dominos Priores inferioribus iudicibus, vt incidant in hanc conſtitutionem. ¶ Tertiò extende etiam ſi procurauit patrocinium familiaris potentiorum, ſecundum Bart. Ang. Salyc. & dom. Alex. hic, per fundamenta de quibus per eos. Contrarium, & fortè melius tenent Fulg. Pau. de Caſt. & dom. Anto. de Ale. hic, cum iſta l. ſit pœnalis. & non ſubſit tanta ratio incutiendi terrorem in familiari, ſicut in principali, p̃cipuè, quia iſta l. principaliter eſt indu-
2 cta fauore priuatorum, vt hic in ver. quare. ¶ † Limita iſtam l. quatuor modis. Primò, vt procedat in potentiore ratione officij, ſecus ſi ſit potentior alia ratione, puta diuitiarum, vel quia ſit de primatibus ciuitatis. ſecundum glo. hic. & ſ. l. proxi. & glo. & Doc. in c. fi. de alie. iud. Spec. in tit. de ceſſio. actio. §. 1. in 1. col. ¶ Secũdò limita, niſi eſſet officium, ex quo veriſimiliter timor non incutitur ceſſante ratione huius l. puta quia eſſet tabellio, qui eſt iudex chartularius, ſecundum Bal. ſ. l. proxi. in fin. Tertiò not. limita, niſi ille, qui aſſumpſit patrocinium potentioris, litigaret cum æquè potentiori, quia tunc videtur feciſſe, non vt metum inferat, ſed vt excludat. l. cùm pater. §. Titio. ff. de leg. 2. ſecundum Pau. & Moder. hic, qui dicit, ꝙ vidit de facto Bononiæ in perſona cuiuſdam mulieris viduæ. Facit, qđ vult Bald. ſ. l. proxi. vbi dicam. Facit, qđ volunt Bart. & Doct. in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iudi. & Bar. in l. non ſolùm. §. de vno. per illum tex. ff. de ritu nup. & in l. repeti. ff. de quæſtionib. & eſt glo. in c. poſtremò. de appellationibus. Ad idem facit, qđ not. vult Bar. in l. qui teſtamento §. quæcunque autem. in pen. q. ff. de teſt. & eſt glo. in c. conſanguinei. in verbo parentes. 3. q. 3. ¶ Quartò limita in cauſis criminalibus, in quibus ingeritur pœna ſanguinis. Nam licitum eſt ſanguinem ſuum qualitercunque redimere. l. 1. in fin. C. de bo. eo. qui mor. ſi. conſci. glo. & Doct. in l. tranſigere. C. de tranſac. Et qui obuiat Cardi. dum ducitur ad patibulum, debet liberari à pœna mortis, ſecundum Bald. & Pau. de Caſt. in l. addictos. C. de appel. dom. Bartho. Veron. in cautela ſecunda. ¶ Capio gl. in verſi. ſpecialiter. quam diuide in tres. In prima infert ex tex. In ſecunda, quæ eſt ibi, nec obſtat. gl. opponit, & ſoluit. No. iſtam ſolutionem, ex qua habes pulchram limitationem ad regulam l. à iudice. vbi dicetur. C. de iudi. In tertia, quæ eſt ibi, & quia de ceſſione. glo. magiſtraliter ponit materiam ceſſionis, de qua Specu. format plures quæſtio. in titu. de ceſſione action. Bald. & Salyc. infra l. proxi. Barto. & alij. in l. per diuerſas. & in l. ab Anaſtaſio. C. mand. Canon. in cap. fi. de alien. iudi. & iſta glo. declarat, quid differt iſte titu. à tit. de alienatione iudi. item quid differat à titu. de litigio. Item quando ceſſio valeat, & quæ requirantur, nota eam, quia vtilis glo. eſt. ¶ Et dum iſta glo. in fin. dicit, quod titulus ceſſionis debet poni in inſtrumento. Barto. in fi. eam multum notat, & eam ad hoc reputat ſingu. Bald. in c. conſuetudinis. in penult. colum. in fin. de conſuetudine. & dum plus vult, quod debeat poni in princip. inſtrumenti. Angel. in fi. eam reprobat. ſed ſalua intelligendo eam ſanè, vt per Bald. & Salyc. infra l. proxima.

Iaſ. V. Iur. Doct. Paduæ legens.

LEX II.

1 SI cuiuſcunque. † Cedens actionẽ potẽtiori ratione officij, eam perdit. hoc dicit. Intellige, etiam ſi non ceſſit, ſed procur. illum in rem ſuam facit, quia præſumitur in fraudem, gl. in l. iuriſgentium. §. prætor ait. in gl. vlt. vbi Doct. & præcipue notabiliter Ang. ff. de pac. Fallit niſi ceſſio fieret æquè potenti. arg. l. ſed & milites. in princ. ff. de excuſ. tuto. ſecundum Bald. Sal. & Mod. hic. Facit c. ex parte. vbi Doct. præcipuè Imo. de feud. Quicquid dicat Specul. & minus bene in tit. de ceſſio. actio. §. fi. ver. quid ſi quis plebeius.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia reputatur de numero potentiorum.*
2 *Quando libellus eſt ineptus, ſeu non ſolennis, nulla pœna poteſt ſequi reo ex oppoſitione alicuius exceptionis, vel ex negatione.* 1
3 *Sicut chartula continens petitionem actoris dicitur libellus, ſimiliter chartula continens exceptionem rei, dicitur libellus.*
4 *Sicut confeſſio facta per actorem in libello ſibi præiudicat, ita confeſſio facta per reum in libello exceptionum ſibi præiudicat.*

De his, qui potentiorum nomine titulos, &c. Rubr.

LEX PRIMA.

ANimaduertimus. Qui titulos, ſeu inſignia potentiorum prędijs ſuis, de quibus litigant, affigunt, vel eorum nomina in lite prætendunt, ſuo iure priuantur, & in metallum damnantur, & potentior ſi conſenſerit infamatur. hoc dicit. Et ponit exemplum Bar. quando aliquis prælatus volens euadere curiam, ponit nomen, vel titulum alicuius Eccleſiæ exemptæ prædijs ſuis, nam ſi appareat, ꝙ in fraudem fecerit, punitur per hanc conſtitutionem. ¶ Item ſecundum Bal. poteſt poni exemplum in reo conuento rei venditione, qui ad euadendum iudicium, nominat quẽdam Epiſcopum in iudicio, pro quo dicit ſe tenere, & poſſidere. Tu pondera Bart. & alios velle, ꝙ iſte tit. habeat locum in potẽtiore, at alia ratione quàm officij, ſecus in tit. præceden
1 ti, vt ibi dixi. ¶ † Secundò pondera Bar. & alios velle, ꝙ Eccleſia reputetur de numero potentiorum. facit, ꝙ vult gl. in c. potuit. de loc. Sed caue, quia Bart. loquitur, quando Eccleſia habebat priuilegium exemptionis. ¶ Confirmo per illud, quod no. vult Spec. in tit. de ceſſio. actio. §. 1. ver. ex proximè dictis. ꝙ clericus non intelligitur eſſe potentior laico, nec laicus cedens clerico debet perdere cauſam, niſi clericus ſit talis, qui habeat poteſtatem ſupra laicum, contra quem fit ceſſio, ſequitur Lud. Rom. in conſi. 518. quod incip. in caſu propoſito breuiter dicendum, ꝙ iſtæ naues. ¶ Secundò iſtum tex. in verbo ſolenniter, à
2 contrario ſenſu no. Bald. in l. edita. in pen. col. C. de eden. † quòd quando libellus eſt ineptus, ſeu non ſolennis, nulla pẽna poteſt ſequi reo ex oppo. alicuius exceptionis, vel ex negatione, vel aliter, qđ dicit eſſe multum notan. ad ſtatuta imponentia pœnam reo excipienti. ſequitur dom. Alex. hic, & in l. etiam. §. 1. in vlt. colum. ff. ſolut. mat. Ludo. in conſi. 59. ꝙ incip. ad diſcutiendum. in vltimo dubio. ¶ Tertiò not. ex text. ibi. nec repetendæ actionis. ſecundum Barto. ꝙ pœnæ huius l. habent locum nedum in reo, ſed etiam in actore, ſequitur do. Alex. hic, faciunt, quæ dixi in l. 1. ſ̃. titu. 1. licèt Rapha. Fulgo. hic teneat, ꝙ iſta l. ſolùm habeat locum in reo, per aliqua verba tex. ibi in ius vocantur, & in verbo pulſatus, & in ver. poſſeſſor. idem tenent glo. & Bald. ſ̃. in Rubr. Tu aduerte, ꝙ prima pars huius rubricæ poteſt loqui in vtroque, ſed in ſecunda parte Imperator ſolùm loquitur de reo, qui ad euadẽdum litem nominauit aliquem potentiorem in iudicio ad effugiendam litem, iuxta l. ſecundã. C. vbi in rem actio. declarãt Pau. de Caſt. in Rub. ſ̃. eo. & iſta ſecunda pars nullo modo põt adaptari actori. ¶ Quartò not. ex text.
3 ibi contradictorijs libellis. ſecundum Bart. & alios, † quòd ſicut chartula continens petitionem actoris, dicitur libellus, ſimiliter chartula continens exceptionem rei, dicitur libellus, & ex hoc
4 infert Bart. † ꝙ ſicut confeſſio facta per actorem in libello ſibi

præiu-

Source : BIU Cujas

prę̃iudicat,ita confeſſio facta per reum in libello exceptionum ſuarum præiudicat reo.adde Bar.in l.certum. §. ſi quis abſente. ff.de confeſ.vbi ad hoc ponderat iſtum tex.& extendit etiam ſi confeſſio ſit facta abſente parte.Adde etiam Lud. Rom.in cõſ. 9.qđ incip.ad diſcutiendum.in vlti.dubio,& in conſi.225.ꝙ incip.quo ad primum, quo quæritur an Stichus.in 7.dubio.

SVMMARIVM.

1 *Inſignia principis ſi quis ſupra parietem domus ſuæ, vel ſuæ poſſeſſionis facit depingi,ne aliquis audeat ei mouere litem, talis domus debet confiſcari.*
2 *Delictum vbi non eſt punibile, non debet iudex talem accuſationem admittere.*
3 *Iudex non debet admittere libellum ineptum.*

Vt nemo priuatus titulos prædijs,&c. Rub.

1 ¶ † Ad intellectum iſtorum titulorum vide gl.magiſtram.in §. titulos.in Auth.de man.prin.l.1.huius tit.loquitur,quando quis ſupra parietem domus ſuæ, vel ſuæ poſſeſſionis facit depingi inſignia, aut vexilia principis,ne aliquis audeat ei mouere litẽ, nam talis domus debet confiſcari: nam ſigna principis non debent depingi,niſi ſuper reb.quæ ſunt principis, & hoc videmus in armis Sancti Marci,quę nõ pinguntur ſupra oſtium domus, niſi ſint dominij. Lex ſecunda loquitur,quando quis facit depingi nomina,vel ſigna principis, aut Reipublicæ ſuper poſſeſſione,vel domo alterius ad illius inuidiam, & infamationem, vt appareat, quod illa non eſt poſſeſſio ſua, ſed eſt communis, nam ſi eſt plebeius,vltimo ſupplitio afficitur, ſi eſt nobilis,de-
2 portatur. ¶ † Nota ex iſta l.2 ꝙ vbi delictum non eſt punibile, non debet iudex talem accuſationem admittere, aliàs punitur, & ſic iſta exceptio,delictum de quo accuſor eſt impunibile,impedit litis ingreſſum, & ita not.Bar.in l.ſi ſeruus per illum text. C.de his,qui ad Eccle.confu.dixi poſt Bar.in l.nam poſteaquã. in prin.ff.de iureiur.quamuis aliter diſtinguat Bart.in l. Senatus. ff.de accuſ.de quo etiam per Bal.in l.decurionum. C. de infa.&
3 in l.1.§ Offilius.ff.ne quis eum qui.¶ † Secundo no.ꝙ iudex nõ debet admittere libellum ineptum, vel qui aliàs de iure non procedit.Adde gl.& Doct.in l.1.ff.de offi.aſſeſ.& glo.in c.ſacerdotib.11.q.1.idem quando eſſet libellus calumnioſus, gl.not.in l.qui cùm maior. §. ſi patris. in verbo; vel calumnioſam. ff de bo.liber.Inno.in c.1 de offi.vica.idem,quando libellus eſſet cõceptus contra conſuetudinem. glo.in l de quib. in verbo inueterata.ff de legi.& glo.in l.diuturna.& ibi ad hoc no.Ang.eo.tit. Tu pondera ex prædictis,ꝙ libellus ineptus non poteſt ſupplere ex probationib.contra illud, quod vult glo.reputata ſing.in l. 1.§.ſi quis argentum ff.depoſi. qđ latè examinaui in d l. 1. ff. de
a offic.aſſeſ. ¶ Secundo extende prædictum notabile, ꝙ iudex a poſſit reijcere libellum ineptum, ſeu dentibus lacerare etiam parte non citata.ita dicit Bal.in l.edita.in pen.col.C.de eden.per iſtum text Adde etiam, ꝙ illud poteſt iudex facere ex offic per doctrinam gl.no.in l.filiusfa.§.veterani.ff.de procu.de qua glo. dixi in l.ita demum.ſupra de procu.

ADDITIO.

a Iudex.Adde ſing.dictum Inno.in c.1.de offi.iudi. ordi.

SVMMARIVM.

1 *Inſignia ſua non poteſt quis ponere in reb. ab alio poſſeſſis.*
2 *Scholares debent inſignia doctoratus à Doctorib. petere.*
3 *Scholaris indignus petendo inſignia doctoralia peccat mortaliter.*
4 *Auctoritate iudicis poteſt quis eſſe executor, & nuncius in cauſa propria.*
5 *Qui non eſt Doctor,non poteſt alium Doctorem creare.*

Vt nemini liceat ſine iudicis auctoritate,&c. Rubr.

1 ¶ † Iſte titu.loquitur, quando quis vult apponere ſua inſignia, vel ſua nomina reb.per alium poſſeſſis,quas prętendit ad ſe ſpectare,deciditur hic, ꝙ non poteſt, antequam ſit iudicatum,ita ꝙ non ſit locus appellationi, & dicit Pau.de Caſt.ꝙ iſtũ caſum vidit de facto Senis, cũ eſſet quædam fraternitas, in qua etiam multi ciues potentes litigarent cũ vno notario, ſuper vna poſſeſſione per illum detenta,lata ſententia in fauorem fraternitatis,à qua notarius appellauit, fecerunt depingi arma illius fraternitatis,notarius verò conuocatis pluribus hominibus armatis,de facto fecit illa arma abradi. Illi de fraternitate accuſauerunt apud iud.malefic.quia de facto,& propria authoritate fecerat,fuit iudicatum per hanc l.ꝙ impunè fecit,nam quicquid depingitur,vel imponitur in re mea,vel in re à me poſſeſſa,poſſum propria authoritate deſtruere, vt hic, & l.quemadmodũ. §.ſi protectum.ff.ad l.Aquil.& l.ſi vitem.§.qui ad ianuam ff.qđ vi aut clam.& l.fideicommiſſa.§.ſi quis illicitè.ff.de leg.3.Bar.in
2 l.1.§.nunciatio ex hoc.ff.de ope.nou.nun.¶ † Item iſtum tex.dicit Bart. ſe ſæpè allegaſſe in examinib.ſcholarium, qui debent inſignia doctoratus petere à Doctorib. non autem propria authoritate ſibi conferre,& idem tenent Ang.& Pau.de Caſt.hic.
3 † Et ſcholaris indignus a petendo inſignia doctoralia,mortaliter peccat gl.eſt in cle.2.in verbo honorem. de magi. Pan.in c. cũ in cunctis.§.1.in 2 col.de elec.¶ Tu pondera Barto.hic velle iunctis præcedentib. ꝙ ex licentia ſuperioris poſſet ſcholaris ſibimet conferre inſignia doctoratus.dicit enim ſuperius Bart.ꝙ
4 à contrario ſenſu huius l. patet, † ꝙ cũ authoritate iudicis poſſit quis eſſe executor, & nuncius in cauſa propria: facit, quia in his,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poteſt quis ſuſtinere vi-
5 cem duorum.l.ſi conſul. vbi latè Bar.& alij.ff.de adopt.¶ † Sed caue,quia qui non eſt Doctor,non poteſt alium Doctorem facere,nec ſibi inſignia doctoratus conferre,ſicut qui non eſt miles,non poteſt alium militem creare, ſecundum Bal. & Imo.in
b l.qui in aliena.§.interdum. b per illum tex.ff.de acq.hære. Bal.in proœ. Decr.in 10.col.niſi dixeris, ꝙ faciat authoritate ſuperioris, ſuper quo tamen cogita; alibi tamen habemus, quod qui non eſt benedictus,poteſt alium benedicere. c.1. & ibi ad hoc no.Bal.de ſupplen.negli.prælatorum.

ADDITIONES.

a Scholaris indignus.Adde Archid.& Ioan.de Fan.in c.in ſcripturis.7.quæſt.1. Marianus in cap.quanto.de magi.

* Et fac.quòd doctoratus corruptela Doctorum non dicitur Doctor,teſte Bar. in l.Athletæ.1.reſpon. 2.lect.ff.de excuſ.tut.vbi dicit,quòd laureandi ter certare debent, ſemel in examine priuato, ſemel in publico, & ſemel, quando doctorantur. Qua in re quid etiam ſeruan. ſit,pulchrè monet Sal.in l.nemo. C.de legi.tuto. quæ omnia ſi hodie in Doct. collegijs ſeruarentur,longè melius Reipub.conſuleretur,& non vileſceret Docto. turba, ex no.per Rip.in c. cum M.Ferrar.nu.13.de conſti.poſt Abb. in c.1.de priuileg.

b ¶ Interdum.vbi vide eundem Iaſ.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus non debet preſtare patrocinium in cauſis debitori ſuo.*
2 *Creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui debitoris.*
3 *Ad æmulationem priuati licitum eſt de proprio, & in proprio facere quod ſibi licet.*

Ne fiſcus,vel Reſpublica procur.&c. Rubr.

¶ Iſte titulus habet quatuor ll.& licèt Bar. in ſummarijs ſuis videatur eas intelligere, ꝙ loquantur in ceſſione iurium facta fi-
1 ſco,vel Reipub.† tamen reuera l.1.& 3.& 4.diſponunt,ꝙ fiſcus non debet præſtare patrocinium in cauſis debitori ſuo, quãuis videatur in hoc verti intereſſe fiſci, ſecus videtur in priuato.l.ſi
2 cui.C.de non nu.pecu.& ita Pau.de Caſt.hic. ¶ † Adde fortius, ꝙ imò creditor poteſt eſſe teſtis, & teſtificari in cauſa ſui debitoris,quamuis intereſſe in hoc prætendat.ſecundum Iac.But.& Ang.in l.non ſolùm.§.item quæritur.per illum tex. ff.de procu. vbi Ange.reputat hoc eſſe valde tenendum menti, & bene, ſequitur dom.Alex.in conſi.78.qđ incip.in cauſa, & lite vertente inter Bar.in 2.col.in 1.vol.Sed reſponde,ꝙ iſta loquuntur in priuato non potentiore,aliàs crederem idem ꝙ in fiſco,per generalitatem.l.1.ſ̃.ne lic.potentio. & quia in fiſco nihil præſumitur eſſe ſpeciale,niſi exprimatur.l.item veniunt.§ in priuatorum.& ibi gl.ff.de peti.hære.gl.in l.1. C.eo.tit. ¶ Lex ſecunda huius tit.
a diſponit,a ꝙ rem litigioſam non debet fiſcus, vel Reſpu.etiam ex cauſa dona.admittere, cum pacto de aliquo dando ipſi cedenti,nam talem ceſſionem ipſa l.abhorret, vt hic, & l.fin.ſ̃.ne lic.poten.¶ Vnde per iſtum tex.infert Bar.hic, ꝙ ſi ſunt duo fratres habentes caſtrum commune, & vnus expellatur ab alio, & expulſus vadat ad ciuitatem proximam, vel ad principem, & ei velit ſua iura cedere pro aliquo, ꝙ ſibi detur, non eſt admittendus.ſequũtur Raph.Fulg.Pau. de Caſt.& d.Alex.hic,quamuis Raph.Fulg dicat,ꝙ iſtud non bene probetur hic, & melius facit

ADDITIO.

a ¶ Diſponit. Adde, quòd per iſtum tex.dubitat idem Iaſ.an donatio facta pro fabrica Domicilij Mediol. valeat, quando fit propter litem,quam habet donans.in §.ex eo.inſti.quib.mod. teſt.infir.

Source : BIU Cujas

facit l.fi.ſupra ne,lic.poten. & dicit Pau. de Caſtr. q̃ vidit iſtum caſum de facto Florentiæ in quodam,qui litigabat cum fratre, & volebat donare communitati Florentiæ omnia ſua iura, nõ fuit auditus per iſtam l.Adde vltra alios,quòd fortius tenet ſin. Bal.in l.1.ante fi.C.qui teſta.fac.poſ.q̃ ſi duo fratres habeant caſtrum commune,q̃ vnus non poteſt vendere iuriſd.[a] ſuam ad æmulationem alterius,q̃d eſt ſpecialiſſimum in iuriſd.q̃ etiam in proprio non poteſt quis facere ad æmulationem alterius id, q̃d ſibi placet,ſi per hoc non prodeſſet ſibi,& alij noceret.l.quicunque caſtellorum.C.de fund.limitro.lib.11.Solus Ang.ibi in lect.Peruſi.tenet contrarium,† quia ad æmulationem[b] priuati licitum eſt de proprio,& in proprio facere,q̃d ſibi libet.l.cũ eo. ff.de ſer.vrb.præd.ſed ad æmulationem Reipu. non licèt.gl. eſt no.in l.per prouincias.C.de ædi.priua. & ita ſecundum eum loquitur.d.l.quicunque caſtellorum. Sed tu caue, q̃ imò etiam ad æmulationem priuati non videtur verum,quòd ſit licitum facere, quod alij nocet, & ſibi non prodeſt, prout firmat latè Barto.in l.quominus.in 1.q.ff.de flumin. & in l. ſi manifeſtè.vbi etiam Cyn. & alij. C. de ſeru. & aqua.cum ſuis concord.Et per iſta eſt impoſitus finis iſtis tit.

a b

ADDITIONES.

a ¶Vendere iuriſdi.Adde eundem Iaſ.in l.1.q.vlt. j̃.qui teſta.face. poſſ. vbi iſtud dictum reſtringit.Alibi tamen ſimpliciter refert, & ſequitur in l. ex hoc iure. col.2.ver.tertio facit.ff.de iuſt.& iur.Fel.in c.cùm acceſſiſſent.col.fin. verſi.2. limita.extra de conſtit. BELLOT.

b ¶Aemulationem. Adde,quòd etiam ad æmulationem alterius non licèt etiã in proprio facere feneſtram,ſi non concurrat vtilitas, vt per Bald. in l.altius. C.de ſer.& aqua.quem ſequitur Hippol.ſing.154. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *Iſta Auth.quare condita fuit.*
2 *Decretum iudicis non tollit beneficium reſtitutionis in integrum.*
3 *Quando iuramentum interponitur à minore ſuper contractu rei immobilis,valido vel inualido,ſi ſit læſus, an habeat reſtitutionem in integ. & nu.4. & ſeq.*
6 *Iuramentum interpoſitum à minore ſuper contractu rei immobilis,obligat minorem ad obſeruantiam iuramenti,& validat contractum,qui aliàs erat inualidus,& facit eum irrenocabilem.*
7 *De iure ciuili iuramentum non eſt inductiuum obligationis.*
8 *Triplex eſt ſpecies iuramenti.*
9 *Ex iuramen. promiſſorio non oritur actio nec obligatio, ſecus tamen eſt ex iuramento deciſorio,& confirmatorio,& nu.11.& 12.*
10 *Iuramentum de futuro non obligat de iure ciuili efficaciter, ſed iuramentum deciſorum litis ſic,quia habet vim rei iudicatæ.*
13 *Sacramentum capitur varijs modis.*
14 *In dubio illud eſt propriè iuramentum,vbi ſacræ ſcripturæ manibus tanguntur.*
15 *Proximus pubertati maſculus dicitur à decimo anno cum dimidio, fœmina autem à nono cum dimidio.*
16 *Vbi agitur de obſeruantia iuramenti,cenſetur materia fauorabilis, & extendenda.*
17 *Iuramentum interpoſitum ſuper contractu, operatur tria: nam validat contractum,tollit beneficium reſtitu.in integrum, & addit forum foro.*
18 *Pupillus doli capax obligatur delinquendo, quando dolus committitur de præſenti.*
19 *Prodigus iurando non obligatur, tamen delinquendo ſic.*
20 *Ad hoc, vt Auth. noſtra habeat locum,non eſt neceſſe,quòd iuramentum præſtetur in præſentia partis.*
21 *Si impubes proximus pubertati contraheret cum aliquo, qui dubitaret eum minorem,& ipſe dolosè ſibi perſuaſit ſe adultum, ſi poſtea iuraret,habebit locum hæc Auth.*
22 *Proximus pubertati aliter dicitur in delictis, & aliter in ciuil.b.*
23 *Proximus pubertati non poteſt teſtari,etiam ad pias cauſas.*
24 *In materia iuramenti ſtandum eſt iuri Cano.*
25 *An ſit falſum inſtrumentum notarij,qui dixit, quod talis fuit voluntariè confeſſus, cùm eſſet in tormentis.*
26 *Iuramentum, de quo in Auth. noſtra quomodo, & quando interponi debeat.*
27 *Iuramentum interpoſitum à minore,ita demum habet locum,& effectũ huius Auth.quando interponitur ſuper contractu rerum ſuarum.*
28 *Minor an ſit neceſſe,quòd iuret per hæc verba, non retractare.*
29 *Iuramentum interpoſitum à minore ſuper contractu, repræſentat eum maiorem, niſi ſit interpoſi. per vim vel metum, quia tunc eſt nullius effectus.*
30 *Iuramentum interpoſitum per vim, & iuramentum interpoſitum per metum an differant.*
31 *Si quis poſt iuramentum extortum vi vel metu, iurauerit non facere querimoniam de tali vi,tale iuram. non valet.*
32 *Iuramen. de non inducendo querelam ſuper maleficijs, regulariter non valet.*
33 *An iſta Auth.habeat locum,quando iuramen.eſt interpoſitum tam ſuper contractib.validis,quàm inualidis, & nu.36.& 37.*
34 *Iuramentum eſt quid ſpirituale.*
35 *Quod nullum eſt, retractari non poteſt.*
38 *Magna eſt differentia, quòd l.dicat iuramentum appoſitum in contractu firmare contractũ,an ſolùm dicat iuram.debere ſeruari, & nihil diſponat ſuper confirmatione contractus.*
39 *Si in pacto l.commiſſoriæ, quòd eſt in pignorib.reprobatum, reperiatur apponi iuramentum,contractus non validatur, tmen iuramentum debet ſeruari.*
40 *Iuramentum cenſetur quid ſpirituale.*
41 *Si minor ſoluit ratione iuramenti,poteſt ſolutum repete re.*
42 *Abſolutio a iuramento an peti poſſit per minorem,& relaxari per iudicem eccleſiaſticum.*
43 *Eno rmis læſio quæ dicatur.*
44 *Iuram. exortum per vim,eſt nullius momenti,ita extortum per dolum.*
45 *Venditio ſi fiat citra dimidiam iuſti pretij, quo caſu interuenit deceptio re ipſa,non poteſt contractus reſcindi ſi iuratum ſit.*
46 *Auth.noſtra procedit,etiam ſi contractus minoris ſit inualidus.*
47 *Si filiusfa.alienat rem,in qua pater habet vſumfr. & iurat non contrauenire,an habeat locum Auth. noſtra.*
48 *Si quis conceſſit feudum,& non adhibuit pares curiæ,deinde iurauit,an conualidetur contractus per iſtam Auth.*
49 *Si ſtatutum prohiberet perſonam minoris,vel mulieris alienare, ſi contrahunt cum iuramento, non habet locum iſta Auth.*
50 *Statutum quando prohibet perſonam minoris, vel mulieris contrahere, non poteſt minor iurans compelli ad obſerua. iuramenti, propter peccatum.*
51 *In prohibitionib. vna perſona prohibita,intelligitur alia prohibita.*
52 *Quando lex vel ſtatutum prohibet aliquid, quod principaliter reſpicit publi.vtilitatem, contrafaciens peccat mortaliter, ſecus ſi priuatam, quia tunc dicitur potius conſilium quàm præceptum.*
53 *Mulier ſi intercedat pro alio cum iuramento, obligatur.*
54 *Auth.noſtra procedit,quandocunque minor fuit certioratus de beneficio reſtitutionis ſibi competenti, aliàs non.*
55 *Iuramentum non trahitur ad illud,de quo quis tempore iuramenti veriſimiliter non cogitauit.*
56 *Sacramenta non preſumuntur,niſi probentur.*
57 *Iuramen.indiſtinctè repreſentat minorem maiorem.*
58 *Si mulier bis intercedat pro alio, non iuuatur Velleiano.*
59 *Soluens per errorem indebitum, etiam ſi expreſsè renunciet condictioni indebiti, ſibi non preiudicat.*
60 *Iuramentum extortum à minore, per vim vel metum, eſt ipſo iure nullum.*
61 *Iuramento vltimo ſtandum eſt, niſi primum habeat clauſulam derogato.ad ſecundum.*
62 *Prælatus licèt iurauerit contractum,tamen per hoc non tollitur beneficium reſti.in integ.*
63 *Simulatio remouet conſenſum, & per conſequens iuramen. ſuper ipſo interpoſitum nihil valet.*
64 *Auth.noſtra habet locum in ciuitate,& communitate, ſicut in minore. quantum ad tollen.beneficium.*
65 *Minori iuranti ſoluere mutuum ſub ſpe futuræ numerationis,non currit præſcriptio biennij, propter iuramentum.*
66 *Iuramentum an,& quando ſit iudæo ſeruandum.*
67 *Minor,qui dolosè,& ſcienter in iudicio negauit veritatem cum iuramento,poteſt petere reſt. in integ.*
68 *Minor in teſt. vel vltimis volun. ſi iurat non contrauenire, per hoc non ligatur iuramento, & nu.69.*
70 *Auth.noſtra an habeat locum,quando minor generaliter iurauit nunquã contrauenire alicui contractui, quem faciet.*
71 *Auth.noſtra habet locum non in contractib. propriè, in quibus hincinde oritur obligatio, ſed etiam in contractibus improprijs, vt in dona. & ſtipulatione.*
72 *Vbi tractatur de obſeruantia iuramen. dato, quòd l. vel ſtatu. inducat magnas pœnas,tamen illa l.cenſetur merè fauorabilis, propter obſeruan. iuramen.*
73 *Statutum loquens in contractu, an habeat locum in diſtractu.*
74 *Auth.noſtra habet locum nedum ſi minor contrahat cum iuramento, ſed etiam ſi alij contrahenti aſſentiat cum iuramento.*
75 *Auth.noſtra an procedat, ſi minor coram aliquib.iurauit, quòd nunquã veniet contra aliquem contractum quem faciet.*
76 *Auth.noſtra an habeat locum in iudicijs.*
77 *Bonum eſt arg. de contractib. ad iudicia.*
78 *Authen. noſtra procedit ſolùm,quando iuramentum concipitur in futurum.*
79 *Si contractus poteſt reſcindi aliàs,quàm fauore minoris ætatis, ſi minor iurauit, an habebit locum Auth.noſtra.*
80 *Statuta laicorum an poſſint derogare diſpoſitioni huius Auth.*

Iura-

Source : BIU Cujas

81 *Iuramentum omne de iure Cano. quod potest seruari sine interitu salutis eternę, est seruandum.*
82 *L.ciuilis an habeat locum super iuramento nondum præstito.*
83 *Leges,quę statuerunt iuramen.non esse seruandum,non valent,nec sunt seruandę, nisi iuramentum sit contra bonos mores, vel nutritiuum peccati.*
84 *Per statutum laicorum an possit adhiberi cautela,per quam statutum posset per indirectum tollere dispositionem huius Auth.*
85 *Iuramentum non firmat contractum simulatum.*
86 *Statutum si simpliciter disponeret, quòd contractus factus per minorem sine decreto, fingatur factus dolo, vel simulatione,tale statutum non extenditur ad contractus iuratos, nisi statutum faceret expressam mentionem de iuramento.*

Si aduersus venditionem. Rubr.

AVTHENTICA.

2 Sacramenta[a] puberum.

¶Ista est noua cōstitutio Imperatoris Federici originaliter situata in c.1. §. item sacramenta. de pace iur.fir.in vsib.feud. & ibi gl.plenè commentauit, & secundum Bart.hic habet materiam profundissimam,subtilem,& vtilem, dicit Cy. hic, ꝙ ista Auth.deduxit ad inferos animas multorū, quia præbet facilem materiam captandi puberes maiores. 14. ann.mino. 25.qui aliàs non sunt habiles ad cōtrahendum, propter imbecillitatem intellectus,& iuramentum facit eos haberi pro maioribus,& ideo dicunt Alb.Fulg.& Pau.de Cast.quòd Henricus septimus Romanorum Imperator, propter multas querelas,quas habuerat de hac Auth.decreuerat eam tollere, sed morte præuentus non potuit, ideo in multis ciuitatibus est est statutum, ꝙ Auth.sacramenta puberum, non habeat locū, & istud statutum est hic Papiæ, & Paduæ secundum Pau.de
1 Cast.¶ † Ad euidentiam huius Auth.præmitto,ꝙ ista Authen.
* *secundum magis communem sententiam* fuit condita propter altam, & longam differentiam, quæ fuit inter Martinum, & Bulgarū glo. Antiquos,circa intellectum.l.1. C.eodem.Nam minor.25. ann. vendidit prædium, & in contractu iurauit, ꝙ non posset recedere à contractu.Dubitatum fuit,nunquid illa.l.procedat, quando contractus fuit validus. Nam sciendum est, ꝙ minor non potest alienare rem immobilem sine aucto.tuto. vel cura. & decreto iudicis,toto tit.ff.de reb.eor.aliàs contractus,& alienatio est ipso iure nulla,nec hic est opus rest. in integ. Et hoc si pupillus velit contractum esse nullum. ideo dicitur tunc contractus claudicare.l.Iul.§.si quis à pupillo.ff.de act.emp.Si autē minor alienat rem immobilem cum aucto. tut.vel cur. & etiā cum decreto iudicis,contractus valet,& si reperiatur lęsus,non
2 obstante decreto iudicis habet resti.in integ.† Nam decretum iudicis non tollit beneficium resti.in integ.de vtroque est tex.in l.si quidem. C. de prædijs mino.fuit ergo dubitatum, nunquid illa.l.1.debeat intelligi, quando minor vendidit prædium cum aucto.tuto.& cura.& decreto iudicis, quo casu venditio valet, sed minor potest restitui.nam Bulga. tenebat, ꝙ l.1.intelligeretur, quando iuramentū fuit interpositum à minore super contractu valido,& hoc casu tantum habere locum.d.l.1.sed Martinus tenebat,ꝙ loqueretur generaliter, quando iuramentum erat interpositum super contractu valido, & inualido, & propter eorum auctoritatem turbarunt totum mundum, & Fed. Imperator habuit coram eo ambos disputantes,& fuit conclusum pro Martino, vt referunt Cyn.& Fulg. hic, & istam opin.
* Mart. *communiter approbant* gl.& Doct. Citramontani hic, ſm
45 In iſtis locis tenent gloſ. † quod ſi fiat venditio citra dimidiam iuſti pretij, quo caſu interuenit deceptio reipſa, poteſt contractus reſcindi, niſi iuratum ſit, propter illas gloſ. multum dubitat Imo. an præcedens opin. ſit vera, & multum dubitat in cōmen. cap. cùm contingat. in 21. char. & in cap. quintauallis. in antepen. char. eod. titu. de iureiur. & in d. c. quamuis, & in l. qui ſuperſtitis. de acquir. hæred. ¶ Sed aduerte, quia glo. illæ nihil loquuntur circa abſolutionem, vel relaxationem iuramenti, ſed ſolùm loquuntur, an habeat locum remedium d. l. 2. quando iuramentum fuit interpoſitum, & ſic non ad propoſitum noſtrum. Præterea loquuntur, quando iuramentum fuit interpoſitum à maiore, nos verò loquimur in minore. ¶ Contrariā opin. quòd ſi ſit læſio re ipſa, non poſſit fieri relaxatio à iuramento, tenet Pan. in d. c. cùm contingat. & ibi etiam, licèt vacillet, in effectu videtur tenere Imo. ¶ Idem etiam in diſcurſu tenet Pau. hic in 3. colu. ſed tu vide plenius quàm alibi d. Alex. in conſ. 125. incip. viſis, & conſideratis ſtatutis. in 1. & 3. colu. in 1. volum. circa prædictas deciſiones Petr. de Anchar. & d. Ant. de Butr. poſtea. in 7. & trib. ſeq. proſequitur iſtum paſſum, & determinat contrarium, reprobando Petr. de Anch. & dom. Ant. quorum ſententiam in hoc alibi ſemper tenuit, & ſequitur opin. Imo. & Pan. reſpondendo ad omnes rationes Petr. & do. Ant. licèt ipſe non dicat, iſtam opin. etiam tenet d. Pan. cōſ. 71. in 1. vol. incip. quinque dubia informabo. in vlt. col. vbi tenet, quod in contrarium diſpoſitionis huius Auth. non poſſit peti abſolutio per text. noſtrum in verb. inuiolabiliter. & per text. in d. cap. quamuis. quamuis ſecundum eum contrarium teneat Vincen. in d. c. cùm contingat. dum dicit mulierem poſſe inſtare, vt abſoluatur, & ita dicit Pau. ſe ſemper tenuiſſe legendo, & conſulendo, quia ſi contrarium diceremus, q̃ contra talia iuramenta poſſit peti abſolutio, certè iſta iura ſeruirēt nobis de venito, & ſic vides caſum multum dubiū, & de prædicto artic. an peti poſſit abſolutio à iuramento in caſu iſtius Auth. & ſimilium, vltra prædicta vide per Abb. in d. cap. cùm contingat. in 19. colu. & ibi per Imo. in tertio membro princ. per Abb. in conſ. 8. in 2. vol. incip. Laurentia mulier. & in conſ. 17. incip. quinque dubia. & in conſ. 72. incip. in hac cauſa, quæ ad præſens vertitur. ad fin. in 1. vol. Arch. & Gem. in cap. quamuis de pact. in 6. per illum text. in ver. omnino. Imo. in c. quintauallis. in pen. char. de iureiur. & in l. cùm vir in 15. colum. ff. de vſucap. & not. Lud. Rom. in conſil. 438. incip. in caſu propoſito aduertendum cenſeo. in vlt. colum. & in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hęred. Pau. de Caſtr. hic, in 3. colu. & in conſil. 222. in 2. vol. incip. viſa facti narratione. in 3. & 4. colu. Ex prædictis apparent tres principales intellectus ad hanc Auth. accōmodati, & mihi multum placet vlt. opin. quam retuli, quia maximè
* in practica obſeruatur opin. Mart *communiter per Citramon.* & gl.
46 approbata, ſi quis vellet ab ea recedere durum eſſet. ¶† Retenta ergo opin. Mart. ſquod iſta Auth. locum habeat, etiam ſi cōtractus minoris eſſet inualidus, inuenio, quod Bartol. hic. in 2. colum. & ſeq. eam limitat trib. not. modis, quos infra referam. ¶ Primò limitat Bartol. quando contractus eſſet inualidus ſolùm ex defectu ætatis, tunc iuramentum interpoſitum, quod reputat minorem maiorem, bene validaret contractum, & ſic haberet locum iſta Auth. ſed ſi contractus minoris eſſet inualidus non ſolùm ratione minoris ætatis, ſed etiam alia ratione, tunc ſi minor iuraret ſimpliciter, non haberet locum iſta Authen. ſaluo niſi iuraret non. cōtrauenire ratione minoris ætatis, nec alia quauis ratione, vt hic per Bartol. qui ad hoc nihil allegat, nec aliter exemplificat, alij nihil tangunt. ¶ Ego addo pro hac limitatione bene facere illud, quod oportunè decidit Bald.
47 in l. fin. §. filijs autem. C. de bon. quę liber. † circa practicam, vbi dicit, pone q̃ ſi filiusfam. alienat rem, in qua pater habet vſumfructum, & iurat non contrauenire, nunquid habebit locū iſta Auth.? & dicit, q̃ filiusfam. etiam ſi ſit maior, nō poteſt alienare res, in quib. pater habet vſumfructum, & ſic contractus eſt inualidus alia ratione, quàm minoris ætatis, imò plus, ſi filius iuraret non contrauenire ratione minoris ætatis, adhuc non valeret propter præiudicium tertij, arg. l. miles. C. de teſta. mili. Facit etiam optimè illud, quod decidit Bal. in d. §. item ſacramenta. in 3. col. in verſi. pone adultus conceſſit feudum. vbi dicit Bald.
48 † pone aliquis conceſſit feudum, & non adhibuit pares curiæ, deinde iurauit, nunquid conualidatur cōtractus per iſtā Auth. & dicit q̃ non, non tamen ratione minoris ætatis, ſed quia non adhibuit pares curiæ, qui dicuntur illi, qui etiam habent feudū ab eodem Principe, & ibi ſecundò modo poteſt exemplificari fallentia Bart. Secundò ſi ſubtiliter inſpicias, limitat multum not. & mirabiliter Bar. opin. Mar. vt procedat attento iure communi, licèt Bar. non videatur venire limitando, ſed formando quæſtionem, quo iure attento lex nō prohibet formam ipſam
* ſi inualidat contractum, * & contractus inualidus propter iu-
49 ramentum conualidatur per hanc Auth. † ſed ſi ſtatutum prohiberet perſonam minoris, vel mulieris alienare, & contrahere cum iuramento, non haberet tunc locum iſta Auth. Nam per Italiam ſunt ſtatuta, q̃ nullus contrahat cū minore, niſi in præſentia duorum affinium, ſi fieret contractus, non firmatur iuramento, & mouetur duplici ratione, vt hic per eum; & ſecunda auctoritas Petr. de qua ſecundo loco mouetur, habetur. 23. q. 1. cap. paratus. & ſic Barto. in effectu conſtituit differentiam, ſi lex vel ſtatutum non prohibet perſonā, ſed bene inualidat contractum, nam lex nō prohibet, quòd minor poſſit alienare, ſed ſi alienat, tunc contractus bene firmatur iuramēto, & habet locum iſta Auth. ſed ſi lex vel ſtatutum prohibet perſonam contrahere, quia tunc contrahendo peccaret mortaliter, quo caſu non firmaretur iuramento, non haberet locum iſta opin. ¶ Et propterea ſunt ponderanda diligēter verba ſtatuti, an prohibeant contractum, vel perſonam. Iſtud idem tenet Bart. in d. l. ſi quis pro eo. in princ. in tertio membro prin. & ita conſuluit in conſil. incip. quęro, dicit ſtatutum. idem tenet Bar. in l. 1. in vltimis verbis per illam gl. ibi. C. ne fideiuſ. do. den. ¶ Alibi idemmet Barto. in illa. l. ſi quis pro eo. in 5. membro principali videtur, corrigere errorem ſuum hic, & ibi. Nam inquantum hic, & in tertio membro viſus eſt ponere exemplum, quando ſtatutū dirigit verba prohibitiua in perſonam maioris, diſponendo, q̃ non audeat contrahere cum minore, certè ſtatutum tūc prohibet minorem, & tūc ſi maior eſſet ille, qui iuraret, non iurat contra præceptum ſtatuti, quia ſtatutū non loquitur de minore, nec dirigit verba ſua ad minorem, vt dicit hic, & ibi, tamen dicit Barto. q̃ ſtatutum debet intelligi, quando dirigit prohibitionem in perſonam minoris, tunc prohibet perſonam minoris, & tunc ſi minor contraheret contra prohibitionem ſtatuti, non valeret. ¶ Et cum iſta vlt. exemplificatione Bar. tenet Ang. in d. l. ſi quis pro eo. in princ. & in conſil. 160. incip. domina Ca-
50 therina. vbi fortiùs concludit, † q̃ quando ſtatutum prohibet perſonam minoris vel mulieris contrahere, non poteſt minor iurans compelli ad obſeruantiam iuramenti propter peccatū, quod ex iuramento reſultat. & credo quòd iſtud ſatis fuerit de
* mente Bar. & dicit. d. Angel. quòd *iſta eſt communis opin.* Legiſtarum, & Canoniſtarum, & allegat plures Docto. præſertim Bar. in l. Seius, & Augerius. ad leg. Falcid. & Bald. in pleriſque locis, qui nihil penitus allegant. tamen nō eſt verum hoc apud Legiſtas, nec apud Canoniſtas, & ſic nec cōmunis nec vera. ¶ Conſiderabam, an melior ſit conſideratio, prout vnicuique videretur, quam habuit Bar. in illo quinto membro, quādo ſtatutum dirigit verba prohibitiua in minorem, an etiā ſit bonum exemplum illud, quod ponit hic, & in d. l. ſi quis pro eo. non inuenio declarantem. Videretur, q̃ vtrunque exemplum ſit bonum, & q̃ non ſit conſtituenda differentia, quam facit in quinto mem
51 bro, an ſtatutum prohibeat perſonā minoris, vel maioris. † cū regula ſit, quòd in prohibitionibus vna perſona prohibita intelligitur alia prohibita, tex. eſt in l. 1. C. de cu. ref. lib. 11. vbi eſt melior tex. de iure. facit quod voluit gl. in c. potuit. de loc. Et licèt Barto. in l. multum intereſt. in fi. de verb. oblig. videarur contrariare,

ADDITIO.

a Per dolum. Adde Anto. de Butr. in cap. ad aures. in vltim. colum. de iureiurān. Bened. Cap. in capit. cùm contingat. eodem titul. Cal. conſil. 8. & 9. in rubr. de reſtitu. ſpolia.

* Lex non prohibet perſonam ipſam, ſed inualidat contractum.

Source : BIU Cujas

riare, & in l. in quorum ff. de pig. ſalua, vt dixi in l. fi. C. de indict. vid. tollen. ¶ Cogita etiam ſi Bartol. poteſt ſaluari à contrarietate ſuperius aſſignata, quia non eſt veriſimile, quòd Barto. ſit ſibi tam citò contrarius in tertio, & quinto membro eiuſdem legis, & ideo conſiderabis, licèt ponat exemplum, non voluit facere differentiam, an ſtatutum dirigat verba prohibitiua in perſonam maioris, licèt in minore ponat exemplum, ſed verè conſtituit differentiam, an contractus prohibeatur alio alicuius, an prohibeat̃ principaliter in fauorē, ſi prohibeat̃ principaliter odio, vt in pacto l. cōmiſſorię, ꝙ principaliter prohibet̃ odio creditoris, tunc quis lex prohibeat ꝯctum, firmatur iuramento. c. ſignificante. de pig. & no. quia iſtud multum limitat doctr. ſuam hic, ſed ſi ſtatutum prohibeat contractum fauore alicuius, vt eſt quando ſtatutum prohibet ne minor, vel mulier, &c. iſta eſt propria differentia, quam ibi vult facere Bartol. & in d. l. Seius, & Augerius. ff. ad l. fal. hoc modo non erit contrarius, ſed erit magna limitatio ad doctr. ſuam hic. Cogita, quia vtroque caſu militant fundamenta Bartol. ¶ Quid tenendum? teneo contra Bartol. indiſtinctè, quòd quomodocunque ſtatutum prohibeat contrahere, ſi interponatur iuramentum, tale iuramentum firmat contractum, & hoc *tenendo communem opin.* contra Bartol. ad hanc Auth. ita firmat Sal. hic in vlt. colum. qui dicit, quod differentia Bartoli eſt verbalis, & non realis, idem tenet Fulg. hic, qui dicit, quod vidit plura conſilia Canoniſtarum contra Barto. & pluries dicit ſe conſuluiſſe, idem tenet Pau. hic, & in dicta l. ſi quis pro eo. in princ. Cano. d. Ant. Ioann. de Ligna. Imo & Pan. in d. c. cùm contingat. *& iſta eſt communis ſententia* Legiſtarum, & Canoniſtarum contra Bart. & contra Bartol. multum ſtringit, quia in caſu ſtatuti relati per Bartol. illud præceptum legis, vel ſtatuti ſolùm emanauit ad fauorem minoris, ſed ſic eſt, quod quando lex, vel ſtatutum præcipit aliquid, quod reſpiciat fauorem eius cui præcipit, iſtud cenſetur potius conſilium quàm præceptum. l. 2. §. iin. ff. manda. ſicut videmus in teſtatore, qui aliquid præcepit in fauorem hæredis. l. cùm pater. §. mando. ff. de lega. 2. l. filiusfa. §. dini. el. 2. de leg. 1. Nam ſtatutum iſtud non agit illaqueare animam iurantis, ſed agit ſolùm prouidere priuatæ vtilitati minorum, vel
52 mulierum. ¶† Et per hoc clarè colligitur fundamentum Bart. quòd contrafaciens peccat mortaliter, &c. eſt verum quando lex, vel ſtatutum præcipit aliquid, quod principaliter reſpicit publicam vtilitatem, ſed ſi reſpicit priuatam vtilitatem, tunc dicitur potius conſilium quàm præceptum, & contra faciens non dicitur peccare, imò iuramentum tenetur obſeruare, ita Bartol. & bene in l. fin. §. fin. C. de bon. quæ lib. Cano. in illo cap. cùm contingat. Mod. & Pau. de Caſtr. in dicta l. ſi quis pro eo. Item non eſt bona conſequentia Bartol. dicere, qui facit contra legem, vel ſtatutum peccat, patet: nam ſi quis iurat per demones peccat, tamen poſtquam iurauit tenetur iuramentum obſeruare. cap. & ſi Chriſtus. de iureiur. 22. quæſt. 1. cap. mōnet. ¶ Præterea tunc demum non tenetur obſeruare iuramentum, quando illud obſeruando induceretur peccatum, & ſi obſeruare illud, quod eſt iuratum non eſt peccatum, debet obſeruari, dixit Inno. in cap. 1. de his, quæ fi. a maio. par. cap. Item ſecundum Bald. Sal. & Fulg. Barto non bene conſiderauit in iſta differentia, an ſtatutum prohibeat perſonam, ſed contractum, & dicit, quod in minore lex non prohibet perſonam, ſed contractum, iſtud eſt falſum, quia eo ipſo, quod prohibet contractum, ita & perſonam in conſequentiam per regulam. l. illud. ff. de acquir. hæred. ¶ Et contrarium patet in Se-
53 natuſcon. Velleiano † Nam Senatuſcon. Velleianum prohibet perſonam mulieris, ne poſſit ſe pro alio obligare, tamen ſi mulier intercedat pro alio, & iuret, obligatur iuramento. cap. ex reſcripto. de iureiur. Item adde, quod Raph. Cum. inducit ſubtiliter contra iſtam doctr. Bartol. text. in l. 1. §. & cùm lex. de rei vxor. actio. iuncto d. cap. cùm contingat: nam text. in dicto. §. & cùm lex. prohibet perſonam, & tamen ſi iurat, firmatur iuramento, ſecundum communia. d. cap. cùm contingat. ergo eſt de directo text. contra doctr. Bartol. Sed poteſt de facili reſponderi ex doctr. Bartol. in dicta l. ſi quis pro eo. in quinto membro, quia nos loquimur, quando lex, vel ſtatutum prohibet vnam perſonam contrahere, & illa perſona prohibita contrahere contrahit, tunc peccat. ſed in illo. §. & cùm lex. matitus prohibetur alienare fundum dotalem, ſed in d. cap. cùm contingat. eſt mulier, quæ iurat, ſed in iurib. allegatis per Rapha. vna eſt perſona prohibita, alia eſt, quæ iurat, & ſic nihil ad propoſitum. ¶ Contra Barto. etiam tenet dom. Alexan. in conſil. 102. in 1. volu. incip. viſis, & ponderatis ſupraſcriptis. in 11.
* colum. vbi dicit, quòd opin. Bartol. in hoc *eſt communiter damnata*. Idem tenet, & plenius quam alibi legerim, do. Alex. in conſ. 27. incip. viſo libello producto per procuratorem Petri. in antepen. colum. 1. vol. & duab. ſequentib. vbi contra Bartol. adducit decem principalia fundamenta, quæ ſi rectè ponderentur, reducuntur ad vnum, vel duo, & ideo contra Bartol. per illa 10. fundamenta tenet idem Alexan. in conſil. 102. in 4. volu. incip. cùm ſtatutum. Fran. de Are. in conſ. 54. incip. in cauſa magiſtri Blaſij. vbi etiam ipſe dicit, quod communis opinio eſt contra Bart. & contra Bart. etiam tenet Sal. hic in vlt. colu. qui dicit, ꝙ differentia Bart. eſt verbalis, & non realis, & ſic eſt expe dita ſecunda limitatio Bart. ſatis perfectè, vt puto, enucleata.
54 ¶† Tertiò principaliter limitat Dyn. in conſ. inc. quæſtio talis eſt, quidam. d. Goffredus minor. 20. ann. cuius conſilium refert Cyn in l. 2. C. de reſ. vend. & formaliter ponit Alber. hic, & iſte eſt, etiam ſubtilis, & diſputabilis paſſus, vt iſta Auth. procedat, ſi tempore iuramenti minor fuit certioratus de beneficio reſtit. ſibi competenti, aliàs ſi non fuit certioratus, ſecus eſt. ¶ Ratio, quia iuri, ꝙ quis ignorat ſibi competere, nunquam intelligitur renunciare. l. mater decedens. cùm vulgarib. ff. de inoffic. teſt. Imò plus, iuri, quod quis dubitat, an ſibi competat, nunquam dicendum eſt, quod quis intelligatur renunciare, ita probat text. in l. fin. § ſinautem neſcius, & dubitans, quem ad hoc not. Bart. & Bald. j. de furt. ſed minor præſumitur ignorare iura. l. regula. ff. de iur. & fac. igno. l. 2. in fin. ff. de iure fiſ. conſequenter præſumitur ignorare beneficium reſtitutionis, ergo renunciando non præſumitur illi renunciare, niſi fuerit certioratus,
55 & verè iſtud argu. multum mihi concludit. ¶† Secundò, quia iuramentum non trahitur ad illud, de quo quis tempore iuramenti veriſimiliter non cogitauit. l. fin. in princ. ff. ad municip. & iſta opin. vt infra ſubijciam, eſt multum æqua, & ſuſtentabilis. ¶ Contrarium tenet Bart. hic dicens ſe ita conſuluiſſe, & quod ita obſeruatur. Mouetur primò, quia ſufficit iurare ſuper facto, & iuramentum porrigitur ad omne illud, quod ex facto competere poſſet. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus ff. de iureiur. ¶ Secundo dicit eſſe text. ſi bene inſpiciatur, in l. ꝟ. eo. credo, quod voluerit inducere in generalitate illius. l. ibi. n. iuramentum præiudicat minori, & tamen non apparet, quod fue-
56 rit certioratus. Probatur, ꝙ certioratio eſt quid facti, † & facta non p̃ſumuntur niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capitu. Idem tenent Ang. & Sal. hic, idem Sal. hic in 9. colu. quamuis non firmet. idem tenet Pau. hic in repe. in prin. & in lect ad fin. vbi dicit, quod licèt rationes Barto. non ſint multum vrgentes, tamen reperit Arch. in c. 2. de pact. in 6. tenere illud, quod Bart. primo fundamento. Nam licèt ſimplex renunciatio non teneat, niſi præcedat certioratio, tamen quando renunciat cum iuramento, propter iuramentum ſibi præiudicat, quia preſumitur ſaltem implicitè, vel in genere cogitaſſe de quocunque remedio ſibi competente, & iſtud per l. ex militari. de teſt. mil. per quem text. idem tenet Ang. hic. idem tenent Bart. & Ang. in repe. l. ſciendū. ff. de verb. oblig. & ibi Raph. & Lud. Ro. idem Bar. & Ang. in l. 1. C. de reſcin. vend. Bart. Sal. Fulg. Pau. & do. Alex. in d. l. ſi duo patroni. § idem Iul. Pan. in c. 2. de emp. & vend. Bal. in l. 1. C. de reb. cred. Bald. in l. 1. §. fin. ff. ad Velleia. Lud. Ro. in l. in repudianda. ff. de acq. hær. d. Alex. in d. conſ 27. inc. viſo libello producto. in 4. col. & ſeq. & in conſ. 42. inc. ſuper præmiſſo themate diligenti animadiuerſione habita. in 9. col. in 1. vol. & ibi etiã
* dicit, ꝙ *iſta eſt communis ſententia*, quam cōmunis ſtylus approbat. & in conſ. 127. in 2. vol. inc. viſo proceſſu cauſæ principalis. circa fi. & in conſ. 222. in 2. vol. inc. viſa facti narratione. vbi omnino videas, quia melius quàm alibi ponit. ¶ Et licèt Ioann. de Imo. teneat contrarium, tamen atteſtatur, quòd iſtam opin. Bartol. practica, & conſuetudo approbauit. Ita dicit in c. cùm cauſam. de emp. & vend. & in dicta l. ſciendum. & in commen. cap. cùm contingat. in 31. char. Et ab hac opin. temerarium eſſet recedere. eam etiam tenet Angel. in l. qui iure militari. ff. de teſt. mil. Archi. & Ioann. And. in c. 2. de pact. in 6. Pau. de Caſtr. in l. fi. §. fin. ff. ad Velleia. ¶ Pro iſta opin. allegatur optimus text. in cap. ex reſcripto. quem originaliter allegat, & ponderat Bal. de iureiur. quem Pau. & Lud. ſibi adſcribunt, vbi ſi mulier intercedat pro alio, & iuret, obligatur, quamuis non fuerit certiora-
57 ta de beneficio Velleia. ¶† Secundò facit ſecundum Saly. nam iuramentum indiſtinctè repræſentat minorem maiorem, ergo indiſtinctè tollitur ſibi beneficiū reſtitutionis, ſiue fuerit certioratus, ſiue non. Sed caue, quia iſta conſequentia non eſt bona, iuſm repræſentat minorem pro maiori, ergo perdit beneficium reſtitutionis, non eſt bona conſequentia. do inſtantiam, nam in poſſeſſione minor hī pro maiore, tñ ſi lædatur, nō perdit beneficium reſtitutionis. glo. eſt not. in l. 1. quam ad hoc ibi commendat Bald. C. ſi de momen. poſſ. fuer. appell. & Bald. in l. 1. C. qui legiti. perſon. non habent ſtan. in iudi. & in l. exigendi. C. de procu. ¶ Præterea aliter dicit Bald. in Auth. ſi capti. C. de Epiſ. & cler. ꝙ ſi ſtatutum repræſentat minorem pro maiori, per hoc non tollitur ſibi beneficium reſti. in integ. ¶ Pro iſta
58 communi ſententia vltra alios moueor. † Nam ego habeo, ꝙ

Source : BIU Cujas

si mulier intercedat pro alio, non obligatur in effectu, quia habet exceptionem Velleia. tamen si bis interueniat, obligatur, nec iuuatur Velleia. ratio, quia bis interuenieudo dicitur cum deliberatione intercedere, & delibliberatio tollit sibi beneficiū. l. si mulier, secunda. C. ad Velleia. sed ego habeo, ꝙ quādo quis accedit ad iurandum, præsumitur accedere cum deliberatione, vt, declaraui in l. error. C. de iur. & fac. igno. quemadmo. mulier per simplicem renunciationem non obligatur, tamen iurando debet astringi. ¶Et licèt ista sit communis sententia, tamen text. per quem mouetur Bart. nihil facit in proposito ſm Fulg. Pau. & d. Alex. ibi, & Pau. de Cast. hic, & in repe istius Authen. in prin. & ego plenius quàm ipsi ostendam, ꝙ ille. §. nihil facit, ibi. n. loquitnr text. quando iuramentum est super facto tollendo, & sic loquitur in iuſo abnegatiuo facti, tunc bene verum est, ꝙ sublato facto, tolluntur necessariò omnino remedia, quæ ex illo competerent, sed nos loquimur, qñ iuratur non super illo facto, sed super ꝺcto, & sic est totum oppositū, ꝙ ibi. Præterea ille text. loquitur in persona priuilegiata, dicit tñ Bart. in d. l. sciendum, ꝙ quamuis ista sit communis, tamen in practica tutum esset minorem certiorare, & licèt ab hac sententia non sit recedendum, tñ æquior est opin. Dyn. & fortè de iure verior, quam multi tenent non mediocris auctoritatis, ita tenēt d. Ant. Io. And. & Card. in cle. pen. de emp. & vēd. & dicit
* d. Ant. *quod ista est communis opi.* & verum dicebat tempore suo. idem tenet Cyn. in l. 2. C. de rescin. vend. & ibi etiam Sal. quamuis hoc non clarè firmet. idem simpliciter tenet Bal. in d. §. idē Iul. & do. Alex. sibi contrarius in d. l. sciendum. in lect. mea, & quamuis Imo. in d. c. cùm cōtingat. in 35. chart. inclinet in hāc opin. tamen eam non est ausus firmare in d. l. sciendum, & dicit Lud. Ro. ꝙ ista opin. Dyn. est æquior, & melior, licèt opin. Bart. de iuris rigore sit verior, & in hanc multum inclinat animus meus, quia cùm minor præsumatur ignorare iura, præsumere certiorationem est facti, & certioratio est solennitas extrinseca, quæ non præsumitur nisi probetur. l. quæcunque. in fi.
59 ff. de pub. not. in d. l. sciendum. præterea pone: † aliquis per errorem soluit indebitum, & expressè renuntiauit condictioni indebiti, nunquid sibi præiudicet? certè non. l. fin. vbi text. not. §. item quæsitum. ff. de cond. indeb. ¶Non obst. generalitas huius Auth. & l. 1. s̄. eod. & d. c. ex rescripto, quia licèt generaliter dicant, ꝙ minor iurando sibi præiudicat, & ꝙ mulier iurādo sibi præiudicat in Velleia. tamen illa iura debent intelligi, qñ minor prius fuit certioratus de beneficio restitutionis, & mulier de Velleia. tñ in specie, ꝙ mulier non perdat Velleianum, nisi fuerit certiorata, tenet in specie Io. And. in addi. Spec. in tit. de obl. & sol. §. 1. in addi. quæ inc. Vbertus. per §. igitur ordinandus. in Auth. quomodo oporteat Episcopos, qui text. nihil facit, quia ibi iuramentum non interuenit. Est verum, ꝙ in hoc vltimo tenet d. Ant. in c. si dilecti. de for. comp. Non recedas tamen iudicando, & consulendo à communi opin. non omitto tamen, ꝙ Bald. in 9. q. concordat has opi. fędere distinctionis, & dicit, aut tempore iuramenti præstiti interceſſit consensus curatoris, qui habet supplere defectum intellectus in impubere. l. pupillus si fari. ff. de acq. hær. tunc non requiritur alia certioratio propter curatorem suum. Sed hoc reprobat Sal. hic, & Imo. in d. c. pen. de emp. & vend. & Imo. in d. c. cùm contingat. in 3. chart. Raph.
60 & Lud. Ro. in d. l. sciendum. ¶†† Vltra tres limitationes Bart. limita quartò, qñ iuſm fuisset extortum per vim, vel metum, vt hoc text. in secunda parte, & dixi in not. vbi ad hoc etiam plura addidi, & est exemplum multum vtile in hac materia, quando iuſm fuisset extortum à minore per dolum, certè tunc iuramentum fuisset ipso iure nullum, per glo. ord. in d. l. 1. quā ibi not. Bald. & Pau. s̄. eod. ¶Quintò sing. limita, vt non procedat ista Auth. qñ minor iurasset nunq̄ facere talem ꝺctum nisi cū decreto iudicis, & auctoritate curatoris sui, quia si postea faciat contractum sine decreto iudicis, tale iuſm non valeret, & ideo consilium est, ꝙ patres faciant filios suos iuuenes iurare, ꝙ nunquam alienabunt sine consensu curatoris, vel decreto iudicis. ista limitatio colligitur ex glo. sing. in c. licet mulieres. in glo. in verb. teneantur. de iureiur. in 6. vbi dicit, ꝙ licèt mulier cum iuſo possit alienare, est verum nisi prius iurasset non alienare in manib. patris, tunc ꝓp istud primum, ſm nihil valet, & ideo qñ pater dotat filiā suam, facit eam iurare, ꝙ nunq̄ alienabit rem dotalem, & cum illa gl. tenet Io. And. in c. cùm contingat. & ibi vide per Imo. circa. 5. col. idem expressè tenet Bart. in mille locis in l. si quis pro eo. in 3. membro. ff. de fideiuſ. & Bart. in l. si prędium. C. de iur. dot. & in l. is cui bonis. in fin. ff. de verb. oblig. Et pro ista limitatio. habent Can. text. in c. intellecto. de iureiur. De veritate huius intellectus adde Spec. in tit. de emp. & vend. §. tertio loco. verſ. & not. generale consilium. Ioann. de Imo. in c. dilecto. de præben. in l. cùm vir. de vſucap. & in l. si estimatis. sol. matr. latè Lud. & d. Alex. in l. duob. §. fin. de iureiur. & ibi vide sing. limita. ad illam glo. quam ibi ponit Bald. & refert
61 do. Alex. ¶† Et pro ista limitatione facit aperta ratio, quia licèt regulariter vlt. iuramento videatur standum. l. duob. §. fin. ff. de iureiur. quia regulariter vltima derogant priorib. l. pacta nouissima. C. de pact. verum, est nisi primum habeat clausulam derogatoriam ad secundum, vt dicimus in simili in l. si quis in prin. testamenti. de lega. 3. ¶Sextò principa. limita non
62 procedere istam Authen. in prælato Ecclesiæ, † quia licet sit validus, vel inualidus contractus, & iuret prælatus, tale iuramentum non tollit beneficium rest. in integ. per cap. primum, de in integ. rest. in 6. facit, quod dicam. ꝯ. in 8. fal. secundum Pau. de Castr. hic. ¶Septimò fallit, quando iuramentum interponeretur super contractu simulato. glo. est in l. emptione. C. plus valere, quod agi. quia tunc iuamentum est ipso iure nullum, de cuius veritate vide in l. 1. de oper. lib. per Can. in d. cap. cùm contingat. & de illa glos. diximus in l. si ex falsis. s̄. de tran-
63 sact. ¶†† Ratio est, quia simulatio remouet consensum, ergo iuramentum interpositum super ipso nihil valet. Adde Bald. & Ang. in l. fin. q satisd. cog. Bald. in dicta. l. emptione. & in rub. ff. de iureiur. Ang. in l. 2. C. de dote cau. non nu. Imo. in l. nemo potest. de lega. 1. in d. cap. cùm contingat. in 11. char. & ita in terminis limitat istam Auth. Bar. in cons. quod inc. quęro dicit
64 statutum, quod minor, &c. ¶†† Octauò aduerte, ꝙ ista Auth. habet locum in ciuitate, & in qualibet communitate interposito iuramento, sicut in minore quantum ad tollendum beneficum rest. in integ. secus est tamen in Ecclesia, quia per nullum iuſm potest fieri, cùm Ecclesia habeatur loco minoris, & non maioris, hoc est quin sibi competat beneficium restitu. & illud est speciale in ipsa, ita pulchrè dicit Bald. in l. generaliter. C. de reb. cted. & in l. 1. in 4. colu. C. de pact. & in d. §. item sacramenta. in 5. colu. vbi ad hoc alleg. Io. And. in c. grauis. de depos. & est glo. quam allegaui. s̄. in 6. fal. in cap. 1. de in integ. rest. in 6. de quo vide omnino, & plenius per ea, quæ dixi in præ
65 ludijs feu. in 69. col. ¶†† Nonò limita istam Auth. in minore iu-
a rante soluere [a] mutuum, sub spe futuræ numerationis, quia licèt aliàs maior elapso biennio efficaciter teneat. inst. de literar. oblig. & in l. in contractib. in princ. C. de non num. pec. Tamen minori propter iuramentum non currit ista præscrip. biennij, nec propter iuramentum reputatur maior. ita not. Bald. in l. fi. ad fin. C. de non num. pecu. & ratio istius limitationis est, quia cùm isto casu deficiat consensus, eo ꝙ pecunia non numeratur, certè non habet locū ista Auth. ¶Decimò limita istā Auth. non habere locū in iuſo iudæorum, hæreticorū, & excōicatorum, ita sing. Bald. in d. §. item sacramenta. in 4. col. in fi. mouet, ꝙ cùm tales personæ non sint de nodo ciuili, non merent laqueo capi. Bald. dicit se non firmare hanc conclu. & melius tenet Lud. Ro. in l. pactū dotali. C. de coll. & in l. q superstitis. de
66 acq. hær. † De hoc tñ an, & qñ iuſm Iudæo [b] sit obseruandū, &
b quomodo debeat iurare, ponit Bart. in l. 3. §. iurari. de iureiu. & in rub. de iust. & iur. & in l. spadonem. §. is autem. per illum tex. ff. de excu. tut. Bal. & Ang. in l. nō erit. §. diuus. de iureiu. Spec. in tit. de iura. calum. §. restat. in verſ. sed pone Iudæus. Inn. & Imo. in c. si Christus. de iureiur. d. Ant. in prooe. Decre. Pau. de Cast. in cons. 98. inc. visa quadā scriptura. & multum sing. Lud. in cons.
67 155. inc. præmissum laudum. ¶†† Vndecimò limita in minore, qui dolosè, & scienter in iudicio neget veritatem cum iuſo, & per hoc incurrit pœnam alicuius statuti, quia non obstante iuramento potest in integ. rest. Nec obst. ista Auth. quia loquitur quando quis veniendo contra iuramentum est periurus. Nam lex non vult esse causa periurij, vt dicit text. in l. 1. s̄. eod. Sed iste dato, ꝙ restituatur, non incidit in periurium: nam in periuriū incidit iurando falsum, non petendo restitutionem. Ita not. d. Math. in no. 164. Tu vide de hoc no. Bald. in l. 1. C. si aduer. deli. ¶Confirmo, licèt ipse non dicat, per illud, ꝙ decidit Bart. & est duodecima lītatio ad hāc Auth. in cons. suo. 101. ꝙ inc. Bernar. de Tuderto. vbi limitat istā Auth. procedere, qñ minor iurat aliquid respiciens in futurum, puta, ꝙ non ꝯueniet in iudicio,
* secus si iuret de præsenti, vel de futuro. * Nam si ex tali lædatur iuſo. põt restitui in integ. non obstante iuſo, & istam līta, po-
68 nam. ꝯ. super vlt. parte glo. & ibi reprobabo. ¶†† Tertiodecimò limita

ADDITIONES.

a ¶Fely. in c. si cautio. col. 1. de fid. instr. PVRPV.

b Iudæo. Adde, quod iuramentum obligat Iudæos sicut Christianos, vt scribit Abb. cons. 39. nu. 3. lib. 1. de quo vide Dec. in l. pactum. num. 12. C. de collat. Gabriel. com. opin. lib. 3. tit. de don. concl. 3. num. 26. sed an Iudæi cogi possint ad obseruantiam iuramenti, distingue, vt per Rol. cons. 155. colu. fin. num. 8. vbi Doct. in apostil. satis pulchrè, & eruditè loquuntur, quibus adde, quæ ponit Suarez. lib. com. opin. verſ. Iudæorum. MASVER.

* Præterito legendum potius.

Source : BIU Cujas

limita iſtam Auth. non habere locum in iuramento præſtito per minorem in teſtamentis,& vlt.voluntatib.quia ſi minor iurat non reuocare,vel non ℈uenire, non ligatur iuramento, qa eſt ℈ bonos mores,imò etiam nec maior ligatur. Nec obſt.iſta Auth.quia pondero,℘ text.dicit ſuper ℈ctib.ſed verba contraxerunt,vel geſſerunt non conueniunt teſtanti,dicit text.in l.verba contraxerunt.de verb. ſign.ita limitat Cyn. hic in 11.q. Bart. in pen.col.Sal.in 8.firmat Bald.in l. ſi quis in prin.teſtamenti.de leg.3.in l.cùm duob.§.idem ſcribit. ff.pro ſocio. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verb.oblig.& in conſ.ſuo, ℘ incip. maritus fecit teſtamentum.Bald.in Auth. hoc inter liberos.C. de teſt.& in l.3.ad fin.C.de ſac.ſan.Eccleſ.& in addi. Spe.in tit. de inſtru.edi.in 10.& 11.col.& multum pulchrè in d. §.item ſa
69 cramenta.† vbi circa iſtam limi.examinat arduam quæſtionẽ de rege Aragonum, qui dum haberet duos filios, diuiſit inter eos regnum,aſſignando vni, ſcilicet primogenito regnum maioricarum,alij aliud,& fecit filios iurare,℘ ſtarent huic diuiſioni, poſtea idem Rex mutata voluntate aliud teſtamentum fecit,& in ipſo teſtamento aliter diſpoſuit intet filios de regno, q̃ fecerat in diuiſione,quærit Bal. de plurib.maximè nunquid filij teneantur ſtare diuiſioni iuratæ,an releuentur à iuramẽto pro-
70 ter teſtamentum patris. ibi videas plenè per eum. ¶†Quartodecimò limita iſtam Auth. non procedere, quando iurm fuit ſpecialiter præſtitum ſuper aliquo ℈ctu,ſecus ſi minor iurauit gñ,aliter℘ nunquam contraueniet alicui contractui,quem faciet,iſtud non ſufficit,ita limitat Pau.hic in repe.ſed eſt quęſtio quam tangit gl.hic in 3.q. vbi reſeruo dicendum, & ſic haburiſtis multas limitatio.ad hanc Auth.multas extenſiones,& am-
71 pliationes dicã in ſeq. parte gl. ¶† Sum nunc in ſequenti parte gl.ibi,item dicunt quidam.ex qua habetis amplitationem, &
a extenſionem ad hanc Auth. [a] ℘ iſta Auth.habet locum nõ ſolùm in contractib.proprijs,quib.hincinde oritur obligatio, ſed in contractib.etiam improprijs,& ſic in don.& ſtipul.imo plus dicebat Roſ.in ſuis libellis, vt hic refert Bart. in vlt.colu. ℘ iſta Auth.habeat locum in contractibus improprijſſimis, & ſic in realib.l.omnem obligationem.ff.de iudi.de quo vide Bald.in l. 1.C.ſi aduer.donatio.Bald.& Ang.in l.ſi quis emptionis.in prin. C.de præſcrip.30.an.Bart.dicit, ℘ veritas huius pendet ab hoc, an iſta Auth.cenſeatur fauorabilis,an odioſa, ſi eſt fauorabilis, ſine dubio extenditur ad omnes contractus,ſi odioſa,debet reſtringi quantum ſit poſſibile, per regulam.l.cùm quidã.de lib. & poſth. ¶Concludit Bart. ℘ licèt iſta Auth. multum auferat minorib.quo ad res, quia tamen inducit obſeruantiã iuramenti,& ſic prouidet animæ minoris,& anima quibuſcunque reb. præferenda eſt.l.ſancimus.ſ.de ſac. ſan.Eccleſ. ideo ſecundum Bart.cenſenda eſt iſta Auth.fauorabilis,& conſequenter debet extendi.¶Et cum Bart.tenent omnes hic,excepto Cyn.in 12.q. qui multum ſtomachatur contra iſtã Auth.dicens, ℘ eſt ſummè odioſa,& ſummè iniqua,& multorum animas deducit ad infernum,& ℘ huic iniquitati adhæſerunt Cano.inducendo.d. c.cùm contingat.& c. quamuis.de pact. in 6. propter quæ iura multæ mulieres remanent indotatæ, & poſtea vehemẽter exclamant, vt hic per eum quem Bart. refert in d.§. item ſacra-
72 menta.& tamen,vt dixi,alij omnens tenent contra Bart.¶†Ex iſta doctr.Bart.cum glo. elicio not.regulam,quam bene not.℘ vbicunque tractatur de obſeruantia iuramenti dato,℘ illa lex, vel ſtatutum induceret magnas pœnas,tamen illa lex cenſetur merè fauorabilis,propter obſeruantiã iuramenti, & debet extendi quantum ſit poſſibile, non autem cenſetur odioſa, quia principalius debet attendi obſeruantia iuramenti, quàm aliæ
* pœnæ.ita vult Bart.hic,cum quo *alij communiter tenent.* Iſtam regulam etiam tradit dom.Ant.in commen.cap. fi.in 1.fallen.de conſue.Petr.de Anch.& Imo.in c.quamuis de pact. in 6. per illum text.& do.Alex.in l.qui iuraſſe.in princ.ff.de iureiur. & facit ad ea, quæ dixi in l. ſi quis maior.in 1.not.ſ.de tranſact. vbi multum pondcraui hanc regulam. Item ad iſtam regulam ad de etiam ea, quæ dixi in Auth.quas actiones. C.de ſac.ſan.Eccleſ. Confirmatur etiam, quia vbi tractatur de fauore anima
b rum, [b] debet fieri extenſio etiam iuris pœnalis, vt not.glo. in c.ſciant cuncti.& in c. fin.de elect.in 6.do. Abb. in conſ. 114.in 2.vol.incip.in quæſt.mouenda inter Ant. circa fin. ¶Vltra glo. adde,℘ hæc Auth.extenditur etiam, vt habeat locum,quando iuramentum minoris ſit interpoſitum ſuper diſtractu, & ſic ſuper liberatione,ſi minor ſit læſus non reſtituitur in integ.propter iuramentum,ita extendunt Bart.& Doct. hic per gl. quæ reputatur ſing. in l.3. §. contrarium.ff.de contra.& vtil.acti.tutel.ſequitur do.Ant.in c.2.de ſpon.Imo.poſt Ang.in l.Pomponius.§.ſi is,qui præcario. in fin.per illum text.ff. de acquir.poſſ. vbi dicit,quod glo.in d.§.contrarium. eſt ad hoc ſing. ¶Confirmo per illud,quod tangit Bar.in l.ſi vnus.§.pactus.in 6.col.
73 ff.de pact. † dum quærit,an ſtatutum loquẽs in contractu, ha-
c beat locum in diſtractu, [c] & ſic in liberando, puta ſtatutum diſponit, ℘ mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum,nunquid poſſit liberare,vide ibi per eum, & per Bald.in rub.& in l.1.C.de pact. & in l.pactum.in 21.q.C. de coll.& in l.ſiue apud.vbi latè videas per do.Alex.C.de tranſa.in 2.not.cum multis concor.ibi per eum aſſignatis.¶Confirmo etiam,℘ illud, ℘ dicitur in contractu habeat locum in diſtractu.Nam videmus, ℘ ſicut contractus præbet iuſtum titulum, & iuſtam cauſam ad præſcribendum, vel vſucapiendũ, eo. modo diſtractus, & ſic liberatio præbet titu. præſcribendi.tex.eſt in d.l.Pomponius.§.ſi is,qui præcario, & ibi no.Ang.
d Imo.& Mod. Sicut etiam videmus, ℘ quis per contractum [d] ſortitur forum in loco, in quo contrahit.c.Romana. §.contrahẽtes. de for.comp.in 6.ita per diſtractum quis ſortitur forum. l.exigere dotem. vbi Bart. & alij. ff. de iudi.& in l. qui loco. vbi Bart.ff.de condi. indeb. latè per Bart.vbi dixi, & limitaui in l.1. C.de ſum. Trin.& fid.cath.¶Adde quintã extenſionem, ℘ hæc Auth.habet locum in quaſi contractu,puta,in aditione hæreditatis,& ſimilib.ideo ſi minor ſine curatore adiret hæreditatem, & iuraret,quamuis læderetur, ꝑꝑ iurm nõ reſtitueretur in iſto quaſi contractu, ita voluit glo.bene ponderata. ℈.in vlt. parte, dum allegat.l.3.§.idem ſcribit.ff.de pec.¶Et vide, ℘ iſta Auth. habet locum in iudicijs,in quib. quaſi contrahitur, & idem tenent omnes.Ad hoc facit, ℘ alibi tangitur, nunquid ſtatutum loquens in contractib.habeat locum in quaſi contractib.puta, ſtatutum dicit, ℘ non poſſit mulier contrahere ſine conſenſu duorum propinquorũ,nunquid poſſit quaſi ℈here, & ſic adire hæreditatem ſine conſenſu duorum propinquorum ? Bart. fuit ſibi ℈rius,quia in l.more. ff.de acquir.hær.tenet vnum,ſed in l.apud Iulianum.ff.ex quibus cau.in poſſ.ea.tenet ℈rium,nõ examino nunc,ſolet examinari in d.l.more.& l. mutum.§.1.ff. de acquir.hær.alias plenè examinaui,& feci aliqua fundamen-
74 ta noua in l. ſi vnus.§.pactus. de pact. ¶† Adde ſextam extenſionem, ℘ iſta Auth.habeat locum, nedum ſi minor cõtrahat cum iuramento, ſed etiam ſi alij ℈henti aſſentiat cũ iuramento:imo plus,pone filiusfa.habet bona aduentitia, in quib.pater habet vſumfructum, & ſic eſt legitimus adminiſtrator, in non poteſt alienare ſine conſenſu filij, pone filius cõſentit patri alienanti, & iurat,habet locum iſta Auth.non ſolùm quo ad hoc, vt filius ſi ſit læſus non reſtituatur in integ.imò ꝑꝑ iurm nõ poteſt allegare metum reuerentialem patris, & dicere conſenſi metu reuerentiali patris,& ita dicit glo. valde ſing.quam ſigna ad hanc Auth.in §. ſed ℘ ſancitum.in verſ. neque ſcriptum.in Auth.de nup. quam gl. Ang.ibi in vlt. col. multum commendat pro extenſione huius Auth. ¶Item illud de metu reuerentiali patris non pono pro conſtanti,imò puto contrariũ, quia iuramentũ non purgat metum, imò metus annullat iuramentum,vt eſt text.in hac Auth.in ſecunda parte,non dico,℘ metus reuerentialis annullet ipſo iure,ſed dico,℘ mero officio iudicis,vt per glo.Bart.& alios in l.interpoſitas.ſ.de tranſ.& ſic ſit expedita iſta ſecunda pars glo. ¶Sum in terria parte glo. item
75 quid ſi generaliter iuret. diſputat hic glo.† nunquid iſta Auth. procedat,ſi minor coram aliquib.gñaliter iurauit, ℘ nunq̃ veniret ℈ aliquem ℈ctum quem faciet, quæ concludit, ℘ iurm ſic gñaliter præſtitum ſufficit,& poſtea qñ ℈hit,non requiritur ali quod iurm ſpeciale, & cum gl.tenet Iac.de Are. per text. in §. pen.in Auth.de hær.ab inteſt.vnde ſumit Auth.matri, & aliæ. C.qñ mulier tute.offi.idem tenet Bart.hic in vlt.col. cùm non requiratur præſentia aduerſarij in hoc iuro, vt ipſe firmat. ſ.in 2.col.& Bald.in vlt.vt ſupra retuli,vt hic per eum,ſequitur etiã Fulg.eo quia qñ quis iurat, Deus ſupplet præſentiam aduerſarij.allegat.c.fm.de pact.in 6.Addo,℘ hanc partẽ ſequitur Imo. quam dicit veriorem de iure in d.c.cùm contingat. in col.132. in verſ.item vlterius,& reſpondeo fortius in contrariũ. ¶Con-
* trarium, & melius tenent Cyn. *& communiter omnes* Vltramon. per regulam alteri per alterum quæri non poteſt, niſi iſtud iuramentum generaliter eſſet præſtitum in manib. perſonæ publicæ nomine,& vice quoruncunque intereſt, vel in futurum

poterit

ADDITIONES.

a ¶An iſta Auth.habeat locum in contractib. improprijs, & quid in don.Alex 1.lib.conſ.125.viſis,& conſide.Deci. conſ.232.col.2.Fely.in c.in præſentia. de proba.col.3.& 4.Soc.in conſ.279.viſa donatione.primo dubio.in 2.libr. PVRPV.

b ¶De fauore animarum adde glo. in l.1. C.de cond.indeb.

c ¶Diſtractu.Adde eundem Iaſ.in l.ſi ego.colu.2. in prin.ff.ſi cert. pet.vbi concludit,quòd non,& in l.Pnmponius.§.præterea.ff.de acq.poſſ. & an appellatione contractus veniat diſtractus, dic, vt per eundem Iaſ.in l,ſiue apud acta, col.1.& 2.ſ.de tranſact.& fac.quæ ſcribit Caſt,in l.ſi maior.num.2.ſupra de dolo,& in l.de tutela.ſ.de in integ.reſt.min. MASVER.

d ¶Per contractum.Adde Doct.in l.contraxiſſe. ff.de actio. & oblig. & Spec.in titu.de compe.iud.verſ.quid ſi ſit debitor.

Source : BIU Cujas

poterit intereſſe ſtipul. puta, in manib. iudicis, vel notarij, quia per tales perſonas poteſt alteri quæri etiam abſenti. l. non enim aliter. l. his verbis. ff. de adop. & gl. 1. in §. ſi quis alij. inſti. de inutil. ſtip. & ita concludit glo. in l. 1. in glo. mag. §. eod. ſequitur laſè, & diffuſè Saly. hic, quem per te videas, & ita teneas, quicquid teneat Pau. hic, qui diſtinguendo concordat opi. vt hic per eũ.

76 ¶† Sum in vlt. part. glo. ibi, item, ꝙ in iudicio. in qua glo. diſputat, nunquid iſta Auth. habeat locum in iudicijs, quæ loquitur in contractib. ita, ꝙ ſi minor 25. annis habens curatorem, qui ſine curatore non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio. l. 1. & per totum. C. qui leg. perſo. non habent. pone, ꝙ ſine curatore compareat in iudicio, & iuret non contrauenire neque iudicio, nec ſententiæ, nunquid ꝓꝓ tale iuramentum conualidatur iudicium, ꝙ aliàs eſſet nullum ex defectu legitimæ ætatis ſine curatore? gl. tenet, ꝙ ſic, quia in iudicijs quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pec. Ergo vult dicere gl. ꝙ hæc Auth. loquens in contractib. habet locum in quaſi contractib. allegat etiam ad hoc. l. fin. C. de temp. appel. quę venit hoc modo: nam in iudicijs ille, qui eſt maior, poteſt per conſenſum ſuũ ſibi præiudicare, patet, quia per conſenſum poteſt perdere remedia appellationis, hoc dicit ibi text. cùm ergo per iuramentum minor repræſentetur maior, vt hic, ergo ſicut maior ſibi præiudicat in iudicijs, etiam minor cum iuramento, & cum gl. tenent omnes. hoc firmat Bart. in l. minor. 25. annis. ff. de procu. & in l. minor. 25. annis omiſſam. ff. de mino. Bald. in l. 1. in 14. col. C. de confeſ. & in d. §. item ſacramenta. in pen. col. † Facit, quia bo-

77 num eſt argumentum de contractib. ad iudicia. l. non eſt mirum, ff. de pign. act. ¶Nec obſt. ꝙ iudicium reddatur in inuitũ. l. inter ſtipulantem. §. 1. de verb. oblig. & text. hic dicit, ſponte facti, quia reſpondetur, ꝙ licèt iudicium reddatur in inuitum, tñ ipſum iuramentum ſponte præſtitum eſt, & ſic minor non cogitur iurare in iudicio præcisè, ſed cauſatiuè, ſi vult comparare ſine curatore. ſm Bart. hic, expreſſius Cyn. & Saly. Addo Imo. in d. c. cùm contingat. in 137. colu. in verſ. an autem dicta. ¶Not. perpetuò iſtam extenſionem glo. & Doct. & nunquam obliuiſcaris, quia ex ea habes mirabilem cautelam, & practicam, quando minor comparet in iudicio ſine curatore, facias eum iurare de non veniendo contra proceſſum, & ſententiã, ſi minor iurat, valebit iudicium, ſententia, & proceſſus, & ita limitatur totus tit. C. qui legi. perſo. non habent. iſtud limitat ſing. Bart. in conſ. 101. ꝙ incipit Bernardus de Tuderto minor. de quo feci mentionem. ſupra in prima parte glo. in 11. fallen. vt procedat, quando verba iuramenti ſunt concepta in futurum, puta, quia minor iurauit non contrauenire iudicio, tunc procedat, quod dixi: ſed ſi minor aliquid confeſſus eſt in iudicio, quod ſit de præſenti, vel præterito, & iurauit, puta, confeſſus eſt poſitionem cum iuramento eſſe veram, tunc non habet locum iſta Auth. nec glo. imò ſi reputatur læſus non obſtãte iuramento poteſt reſtitui in integ. ¶†† Et mouetur, quia iſta

78 Auth. ſolùm habet locum, quando iuramentum concipitur in futurum, puta, iurat non contrauenire, ſecus ſi de præſenti iurat, vel de præterito, non ſumus in terminis huius Auth. & iſtam limitationem refert, & ſimpliciter ſequitur do. Ant. de de Alex. hic, in vlt. colu. alij non tangunt, dixi. §. in 11. fal. primæ partis glo. & ſi caſus contingeret, conſidera quantum valeret auctoritas Bart. in conſilijs, quę non habet contradicentem, nec inuenio, quod aliquis contradixerit vnquam. ¶Ego dubito, ꝙ ſit falſa limitatio: mouet me, quia rõ huius Auth. eſt, quia iuramenrum repræſentat minorem maiorem, & propter hoc, quia virtute iuramenti habetur minor pro maiore, & maior regulariter non reſtituitur in integ. iſta ratio videtur mihi militare ſiue minor in iudicio iuret in futurum non contrauenire, ſiue conſtituatur aliquid de præſenti, vel præterito, & iuret, cùm iuramentum repræſentet eum maiorem. ¶Secundò mouet me multum ratio, quam ponit text. §. eod. l. 1. nam maior non reſtituitur, quia Imperator non vult eſſe cauſa periurij, & perfidiæ, iſta ratio militat hoc caſu. Conſidera tu prouectè, quia forte propter iſtud ſecundum poſſet defendi Barto. quia quando iurat non contrauenire in futurum, ſi poſſet reſtitui, eſſet bene cauſa periurij ſui, non ſic quando confeſſus eſt cum iuramento aliquid de præterito, vel de præſenti, quia ſi ſit læſus, eo quia confeſſio non ſit vera, videtur ceſſare periurium, quando verum eſt, quod periurauit, ſed contraueniendo, non aperitur tamen via periurij, & in hoc fundamento pro, & contra, credo, quòd conſiſtat veritas huius limitationis. ¶Tertiò mouet me multum contra Bart. nam dato, quòd iſta Auth. loqueretur, vt ipſe dicit, tñ cum agatur de obſeruantia iuramenti, & ꝓꝓ hoc iſta Auth. cenſetur fauorabilis, vt dicit ipſe, & debeat extendi, vt ſupra ponderaui, ſi extendatur, ergo erit extendenda, ſiue quis iuret in futurum non ℈uenire, ſiue de præſenti, vel de præterito, quia merè fauorabilia extenduntur de vno caſu ad alium caſum, niſi reſponderes ex ſecundo fundamento, ꝙ feci, ꝙ non ſit eadẽ rõ ad periurium. ¶Pondera etiam, ꝙ contra Bart. tenet expreſsè Bald. in d. §. item ſacramenta. in pen. col. verſ. modo quæro, qd in iudicijs. ¶Cogita, qa nihil pono pro firmo. ¶Secundò limitat hanc concluſionem Pau. de Caſt. hic pulcherrimè in rep. & ſequitur. d. Ant. de Alex. in pen. col. ꝙ ad hoc, vt iſta Auth. habeat locum in iudicijs, non ſufficeret tunc iuſm gñale, cùm iudicium habeat plures partes, veritas pendet ab his, quæ ſupra dixi in parte præcedenti. ¶Gloſ. in verſ. cuſtodiantur. diuiditur in tres. In prima declarat text. In ſecunda format quæſtionem. In tertia aliam. Secũda ibi, ſed quæ actio. Tertia ibi, item ſi vltra. ¶Ex prima parte gl. not. illud, ad ꝙ tota die alleg. iſta gl. ꝙ vbi lex dicit debere cuſtodiri, vel ſeruari aliquid, intelligitur ad dandam actionem, vel exceptionem. ¶Contra regulam gl. fortiter obſtat text. in l. iuriſgentium. §. pretor ait. ff. de pact. vbi dicit text. pacta, quæ non inita ſunt dolo, vel metu debere ſeruari, & tñ non intelligitur quo ad hoc, vt actio competat. Bart. ibi vehementer dubitat, & dicit, ꝙ iſtud ℈riũ nullus format, & ꝙ nunq̃ vidit ſol. huius ℈rij. ¶Fortifico per text. in l. ſi quis in conſcribendo. in verſ. pacta omnimodo obſeruanda

a ſunt. §. de pact. vbi text. non ſolùm ſimpliciter dicit pacta [a] de-

b bere ſeruari, ſed fortius addit dictionẽ omnimodo, [b] & tñ non intelliguntur quo ad actionem. Bart. vt dixi in d. §. pretor. dicit, ꝙ non põt rñderi niſi diuinando, vt colligitur ex quadã gl. ibi. ſ. ꝙ in edicto prætoris erãt plura verba q̃ ibi ſint relata in tex. per quæ declarabatur, quæ pacta producerẽt actionẽ, & q̃ non: tñ, vt ibi ſoleo dicere, nihil eſt, nec ſolutio illa ſatisfaceret ad d. l. ſi qs in conſcribendo. Tñ quia modicæ eſt vtilitatis, nec occurrit oportunior ſolutio, pro nunc aliter non dico, licet Fulg. in d. §. prætor. aliter rñdeat, &c. ¶In ſecunda parte glo. dic, vt in ea, qa

79 bene dicit. ¶†† In tertia, quærit glo. quid ſi ℈ctus celebratus per minorem ſit inualidus, & poſſit reſcindi aliàs q̃ ratione minoris ætatis, puta, qa venditio fuit facta citra dimidiam iuſti pretij, an ſi minor iurat in ℈ctu non venire ℈, habeat locũ iſta Authen. gl. ſe remittit ad ea, quæ dixit in l. 2. ℈. de reſcin. vend. Ibi gl. bene quęrit de maiore, ſi maior vendit cũ iuſo, an habeat locũ illa. l. 2. ſed in minore illa. l. nihil dicit. Bene dicunt Doct. hic, ꝙ ad hoc, vt iſta Auth. habeat locum, ℈ctus debet eſſe inualidus ſolùm ratione minotis ætatis, qa iuſm facit minorem cenſeri maiorem. Sed ſi ſit alius defectus, vel alia inualiditas, iuſm non ſupplet, niſi minor iuret non venire ℈ ℈ctum ratione minoris ætatis, vel alia quauis ratione, vt declarat Bart. hic in 1. col. & dixi in prima fallentia gl. præcedentis. ¶Ad hoc facit text. melior de iure in l. 1. C. ſi minor fac. ma. ¶Extra glo. pro complemen-

80 to huius Auth. quæro de vtili, & neceſſaria. q. † Nunquid per

c ſtatuta laicorum [c] poſſit derogari diſpoſitioni huius Auth. & an talia ſtatuta laicorum valeant. Nam ſi in iſta ciuitate Papiæ, & Paduæ, vt dicit Pau. de Caſt. & eſt etiam Parmæ, ſtatuta derogant iſti Auth. nunquid valeant. Eſt pulcher, & neceſſarius paſſus, videtur proculdubio dicendum, ꝙ talia ſtatuta nihil valeant, quia iuramentum eſt quid ſpirituale. c. 2. de iureiur. lib. 6. ſed ſtatuta laicorum nihil poſſunt diſponere de ſpiritualib. c. tuam. cum ſim. de ord. cogni. Secundò ſi ſtatutum valeret, inuitarentur minores ad delinquendum. ſ. ad periurandum. l. 1. §. eod. ergo non debet valere per. l. conuenire. ff. de pact. dot. Tertiò cum iſta Auth. ſit edita à Friderico Impe. vt dixi in euidentialibus, quomodo inferiores per ſtatutũ poſſunt tollere. l. ſuperioris. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell? ¶Tamen huic vltimo poteſt reſponderi, ꝙ inferior non poteſt tollere iſtam Auth. quæ fuit Imperatoris, quin habeat locũ per vniuerſum orbem, tamen poſſunt facere, ꝙ non ſeruetur in eorum loco. Bal. hic in 5. col. dicit, antiqui aduocati tenebant, ꝙ quando ſtatutum reprobat & contractũ, & iuramentum ſuper eo interpoſitum, tunc valet. per. l. ſi quis poſthumos. §. fin. ff. de liber. & poſth.

ADDITIONES.

a ¶Pacta. Adde l. iuriſgentium. in §. pretor ait. ff. de pact. Spec. tit. de ſala. in §. 3. verſ. quid ergo, & titu. de fru. & intereſſe. in §. 3. & quid ſi ſint contra ius, dic, quòd non ſunt ſeruanda, vt eſt glo. in l. 2. §. exactis. ff. de ori. iur. & in l. 1. in §. illo. ad fin. C. de rei vxo. act. niſi de conſuetudine approbentur.

b ¶Dictionem omnimodo. Adde gloſ. ſecundum Bald. in l. 1. in §. ſi pecunia. ff. depoſi. Fel. in c. Rodul. de reſcrip.

* Et dic, quòd eſt ſpecificæ, aliàs præciſæ ſignificationis. l. precibus. C. de impub. & eſt geminata, & habet latiſſimum ſignificatum, recipitque interpretationem à iure communi, vt ex pluribus exemplis docet Rol. conſ. 75. num. 13. & 14. & 21. lib. 3. MASVER.

c ¶Per ſtatuta laicorum. Adde Doct. in c. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit. vbi Fely.

* Et dic, quòd ſtatutum expreſsè impugnans iuramentum non valet, ſecundum communem per Rol. conſ. 99. num. 11. lib. 3. de quo vide, quæ ſcribunt Alex. conſ. 27. num. 7. conſ. 59. num. 3. 125. lib. 1. Ferrat. cautel. 16. Rip. reſponſ. 136. num. 3. 198. num. 3. Curt. Iun. conſ. 67. in princ. Neuiz. conſ. 77. nu. 17. & 20. MASVER.

Source : BIU Cujas

posth. aliàs secus, & licèt Bald. non dicat, tu dic, quòd istud expresse dicit Bart. in cons. quòd incip. quæro dicit statutum, ꝙ minor, ad proposirum Auth. nostræ. ¶ Sed illa. l. si quis posthumos. in fin. nihil facit secundum Bald. & Saly. hic, primò ibi iuramentum reprobatur propter vtilitatem publicam. Item reprobatur à iure communi, & non à statuto particulari. Bald. hic concludit, quòd si statutum habeat in se rationem naturalem, & æquitatem, quòd tunc valeat, puta, secundum eum si in illo loco homines erant multum proni ad decipiendum minores mediante iuramento, propter istam Auth. certè si ad obuian. fuit factum statutum, tunc valet, & dicit, quòd ita seruatur in facto. istam opin. Bald. refert hic Sal. in pen. colu. sed eam non firmat, & dicit super ea cogitan. esse. Pau. in pen. colum. dicit, quod quamuis ista opin. Bald. vbique seruetur de facto, tamen est falsa, eo quia per ius canonicum correctæ sunt om-
81 nes. ll. quæ dicunt non debere seruari iuramentum: † nam secundum ius Canon. omne iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est, quicquid dicant leges ciuiles. c. cùm contingat. de iureiur. cap. licèt mulieres. eod. titu. in 6. & in materia iuramenti, quia spiritualis, est standum iuri canoni. & Imperator in hoc subest Ecclesiæ, & Papæ, vt hic per eum. ¶ Nec obst. secundum eum illud, quòd dicit glos. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. quæ est sing. & dicit, ꝙ statutum quo ad subditos illius loci, habet vim apostolici hoc est ita potest statutum remittere iuramentum, & super iuramento ipso dispensare, sicut Papa, & illam gl. reputat Bal. sing. in cap. 2. in pen. colu. de prob. & in l. non dubium. C. de legib. in 2. colum. & in cap. venerabilem. in penul. colum. de elect. per Bald. in l. nec patronus. C. de oper. liber. pro qua glo. est text. in l. quæ sub conditione. ff. de cond. instit. §. si quis sub. dicit Pau. hic, quod illa glo. procedit attento iure ciuili, quo poterat ius ciuile disponere circa iuramentum, & attento iure ciuili bene verum est, quod statutum laicorum habet vim apostolici in remitten. iuramentum, vel dispensando, sed considerando ius Cano. quòd debet attendi in materia iuramenti, non procedit illa glo. & antequam viderem Pau. hic, semper fui in hac opin. quod glo. illa bene non procederet. Sed ego aliter dico circa illam gl. sequendo quandam distinctionem, quam refert Gem. in cap. quamuis. in pen. colum. in vers. sed quæritur. de pact. in
82 6. hoc modo, aut quærimus † nunquid lex ciuilis habeat potestatem super iuramento nondum præstito, sed quod veniat præstan. super aliquo actu, & tunc lex ciui. potest illud remittere. dicta. l. quæ sub conditione. §. quoties. & ita intelligo glos. d. §. quamuis. aut loquitur super iuramento iam præstito, & tunc lex ciuil. non potest super illo disponere, nec illud tollere, ita procedit alia opin. Et puto, quòd ratio diuersit, quia facilius tolluntur concedenda quàm iam concessa. argum. l. patre. cum sim. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & sic vides, quod illa glo. bene loquitur, quia pro ea est text. ad literam in dicta. l. quæ sub conditione. §. si quis sub iurisiurandi. ff. de condi. instit. & semper fui in ista opin. ¶ Adde, quòd idem, quod hic tenet Pau. ipse in l. si quis pro eo. in vlt. colum. ff. de fideiuss. vbi formaliter tenet, quòd statutum hodie non potest disponere super iuramento, quia cùm sit quid spirituale, & sic de foro Ecclesiæ. cap. fin. de foro compen. in 6. cap. venerabilem. de elect. certè statutum laicorum non debet posse procedere. cap. Eccles. San. Mar. de consti. Sed aduerte, quòd opin. Bald. tenet Petr. de Anchar. in cap. canonum statuta. de constit. vers. quid dices. in materia iuramenti, & idem vbique firmauit Bald. in d. §. item sacramenta. in l. nec patronis. C. de oper. liber. in l. pactum dotali. in 2. colum. C. de coll. in dicta. l. non dubium. in 1. colum. & in l. 1. C. si aduer. don. in l. 2. §. fin. in 6. not. C. de indi. vidui. vbi ex illo text. disponente, quod lex, vel statutum non debet aperire viam maleficijs hominum, vel periurijs. not. illum text. facere contra statuta terrarum, quæ frequenter inuitant minores, & mulieres ad periurandum, permittendo eis, quod non obst. iuramento possint venire contra contractum: nam tale statutum est irrationabile, ergo non habet vigorem. limita nisi motiuum statuti constet ex aliqua rationabili causa, & tunc secundum eum statutum haberet vim apostolici, & in istis terminis intelligitur procedere glos. in dicta. l. adigere. §. quamuis. ¶ Breuiter opin. Pau. verior est, quòd statutum non potest directò disponere contra iuramentum, vel eius obseruantiam. Item si moueatur ex causa rationabili, sed per indi-
* rectum, istud potest facere, vt tenet Bartol. *& communiter omnes* in locis infra allegandis. Confirmatur dicit Ioann. And. in cap.
83 tua nobis. el. 1. de decim. in nouel. & ibi sequuntur Doct. † vbi tenent, quòd omnes leges ciuiles, quæ statuerunt iuramentum non esse seruandum, non valent, nec sunt seruandæ, nisi sit iuramentum contra bonos mores, vel nutriat peccatum, quia laico non pertinet dispositio de spiritualib. & sequitur simpliciter Fran. de Aret. in consil. 8. incip. abundè, & de hoc vide no. Paul. de Castr. in l. fina. ff. qui satisda. cog. cum multis concor. ibi signatis per Dom. Alexan. & vide etiam, quod dicit Paul. de Castr. in l. fina. ad fin. C. si contra ius, vel vti. public. confirmatur, & aliter, quia nullus Princeps secularis potest remittere iuramentum, & super ipso dispensare. vt est de mente Cyn. & Saly. in l. fina. C. si contra ius, vel vti. public. expresse Alexan. in consil. 88. in 3. colum. incip. visa peti. Anto. de Roma. nam istud spectat ad Ecclesiam, vel Romanum Pontificem. cap. venerabilem, de elect. cap. nouit. de iudi. not. Host. in c. quemadmodum. de iureiuran. imò fortius si iuramentum sit sponte, & licitè præstitum, non potest Papa sine causa [a] dispensare, sed bene cum causa possibili, vt plenè per glos. 15. quæst. 6. cap. authoritatem. per glos. & Docto. in cap. quanto. de iurciur. Inn. in cap. cùm inter. de renun. Specu. in titu. de loc. §. nunc ostendendum. versic. 24. Alexan. in d. consil. 38. & vide etiam de prædictis Alexan. in consil. 39. in 4. vol. incip. viso statu. in 3. colum.
84 & consil. 79. in 4. volum. ¶ † Sed pro pleniori inielligentia quæro, cùm secundum veritatem per statutum laicorum nihil possit disponi circa iuramentum, & sic contra istam Authen.
b Nunquid possit adhiberi cautela, [b] per quam statutum posset per indirectum tollere dispositionem huius Authen? Bald. hic. in 2. colum. refert, quòd sic, quia statutum laicorum potest disponere, quòd si minor faciat contractum sine decreto iud. etiam cum iuramento, quòd talis contractus fingatur factus per vim, vel per metum, vel dolum, quo casu etiam de iure Cano. tunc iuramentum nihil valet, vt dixi supra in not. in secunda parte text. & dicit Bald. quòd ista cautela est noua. Idem tenent Paul. & Sal. hic vterque in penul. colum. Idem esset si
85 statutum fingeret contractum simulatum. † Nam iuramentum non firmat contractum simulatum, iuxta glos. sing. in l. emptione. C. plus valere, quod agi. cum concor. supra assignatis. Adde, quod istam doctr. ante eos, quod statuentes non possunt directò statuere contra iuramentum, licèt possint per indirectum, fingendo contractum dolosè, & malitiosè factum, quo casu erit nullum, tenet Bartol. in 2. quæstio. 3. quæst. princ. ad fin. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. vbi dicit, quòd ita vidit iudicari, & licèt contra Bartol. teneat Bald. in locis præalleg. & in dicta. l. iurisgentium. §. & generaliter. Dom. Ant. in dicto cap. cùm contingat. in 5. colum. qui tenet istam partem. d. Pau. prout refert Imol. ibi in colum. 85. ¶ Tu teneas opin. Bartol. quam etiam tenet Pau. in consil. 72. quod incipit Quinque dubia, in 1. volum. Ludo. Rom. in consil. 12. quod incip. viso facto proposito cæterisque consilijs & dom. Alexan. in consil. 59. quod incip. viso instrumento quæstionis. in 1. vol. &c. quòd
* opin. Bartol. *est communis*, & quod ab ea in iudican. non est recedendum. Et ita teneas, quicquid teneat Bald. sibi contrarius in dicta. l. omnes populi. qui reprehendit Bartol. & istam eandem opin. Bartol. vltra auctoritates supra alleg. tenet latè. do. Alexan. in consil. 38. in 3. volum. incip. visa peti Ant. de Ro. in 5. colum. & in consil. 39. in 2. volum. incip. viso statuto, & thema. & latè per Abb. in dicto cap. cùm contingat. in 9. colum. &
c trib. sequen. de iureiur. [c] ¶ † Not. tamen, quòd si statutum simpliciter
86 disponeret, quòd contractus factus per minorem sine decreto, fingatur factus dolo, vel simulatione, talè statutum non extenditur ad contractus iuratos, nisi statutum faceret mentionem expressam de iuramento. Ita latè determinat Alexand. in consil. 170. libr. 2. viso, & opportunè considerato processu. in 9. colum. & sequen. vbi vide aliam cautelam, per quam statutum laicorum possit facere, quòd iuramentum in ista Authen. non valeret, nec haberet aliquem effectum, quando statutum laicorum prohiberet non ipsum contractum, sed personam contrahere, quia contrahendo peccaret, & vbi iuramentum est causa peccati, nihil valeret, ita Bartol. hic in 2. colum. & in alijs locis alleg. supra in secunda fallen. quæ cautela, & limitatio est falsa, vt latè dixi supra in dicta. 10. fallen. Et per ista cum laude Dei puto expeditam esse hanc Authen.

Iason Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶ Sine causa. Adde Arch. in cap. qui sacramento. 22. quæst. 3. Card. Zab. in cle. 1. ante fin. de iureiur. S. Thom. 2. 2. q. 80. art. 9. in responsione ad 3. art. Astesanus in sua sum. lib. 1. tit. 18. art. 11. Archi. Flor. in secunda parte suæ sum. titu. 10. cap. 5. Car. S. Sixti in tract. de poss. Papæ. quæst. 38.

b ¶ Cautela, Bald. libr. 1. cons. 147. statutum præsupponit. Dec. in c. Ecclesia. col. 2 o. de const. Ro. cons. 12. viso facto. Corn. lib. 1. cons. 135. visis artic. Alex. lib. 1. cons. 196. perspectis. Iason in l. qui iurato. ff. qui satisd. cog. Alex. lib. 7. cons. 151. viso themate. PVRPV.

c ¶ Adde Ias. in l. fin. ad fin. C. si contra ius. vide Alex. lib. 3. cons. 58. visis, & consideratis. PVRPV.

Source : BIU Cujas

INCIPIT LIBER III. C.

SVMMARIVM.

1 *Iudiciorum multæ ſunt ſpecies, & varijs modis capitur. num. 4.*
2 *Cauſa ciuilis dicitur, quando agitur pro pœna applicanda parti, etiam ſi ageretur pro delicto, quando verò agitur ad pœnam applicandam fiſco, dicitur agi ad vindictam publicam.*
3 *Mulier propter adulterium perdit dotem, & bona paraphernalia.*
5 *Bonum eſt argumentum de iudicijs ad vltimas voluntates, & è contra.*
6 *Iudicia magis æquiparantur contractui, quàm vltimæ voluntati.*
7 *Verba ſententiæ ſunt ſemper ponderanda ſicut verba contractus.*

De iudicijs. Rub.

¶Continuationem gl. amplia, vt per Bar. in rub. ſ. de pact. Quæ
1 ro circa iſtam Rub. quare poſita eſt in plurali. † Reſponde, quia iudiciorum multæ ſunt ſpecies, quas proſequitur Spec. in titu. de iudic. §. 1. & ſecundo, & ſunt ſeptem princ. ſpecies. ¶ Prima
2 ſpecies eſt, quia quoddam eſt iudicium vniuerſale, [a] qñ agitur petitione hæreditatis, vel actione de peculio, vel actione de dote: quoddam eſt iudicium generale, quando agitur actione generali tutelæ. l. 2. ſ. eod. vel quando agitur actione neg. geſt. quoddam eſt iudicium particulare, quando agitur ad vnam rem. de iſtis eſt glo. mag. in l. 1. in prin. in glo. mag. ff. de eden. declaraui in l. edita. ſ. de eden. ¶ Secunda ſpecies eſt, quia quædã ſunt iudicia ſimplicia, quædam ſunt iudicia duplicia, & dicuntur iudicia duplicia, quando vnus ſuſtinet perſonam actoris, & rei, vt in trib. iudicijs fam. ercis. communi diuid. & fin. reg. quæ propter hoc appellantur duplicia, in l. in tribus. ff. de iud.
b ¶ Tertia diuiſio eſt, quia quoddam eſt iudicium ordinarium, [b] quoddam extraordinarium, vt declarat glo. in c. quoniam cõtra falſam. in verſ. extraordinario iudicio. de proba. & gloſ. in c. dilecto. de ſen. excom. in 6. & in l. cùm filiusfamilias viaticum. ff. ſi cert. pet. ¶ Quarta eſt diuiſio, quia quoddam eſt iudicium plenarium, quoddam ſummariũ, cle. diſpendio. de iudi. ¶ Quinta diuiſio eſt, quia quoddam eſt iudicium incidens, quoddam emergens, vt declarat gloſ. in l. q̃ iuſſit. ff. de re iudi. & gloſ. in l. 1. C. de ord. iud. ¶ Sexta diuiſio eſt, quia quoddam eſt iudicium
c merè temporale, [c] quando litigatur de re prophana, quoddam merè ſpirituale, puta de re eccleſi. quoddam eſt temporale annexum ſpirituali, vt eſt iuſpatro. in aliqua Eccleſia. cap. quanto. de iud. & quale ſit, declarat glo. mag. in c. piæ mentis. 16. quæſt. 7. ¶ Vlt. diuiſio eſt, quia quoddam eſt iudicium merè ciuile, quoddam merè criminale, & quoddam mixtum, quod quando ſit, glo. variant, quas recitat Bart. in l. 3. in princ. ff. de ſepul. vio. ¶ † *Vera concluſio eſt, & communis,* q̃ quando agitur pro
2 * pœna applicanda parti, etiam ſi ageretur pro delicto, dicitur
d cauſa ciuilis; quando agitur ad pœnam applicandam fiſco, [d] quia dicitur agi ad vindictam publicam. l. licitatio. §. q̃ illicitè. ff. de pub. cauſa dicitur eſſe criminalis, & ita tenet glo. in l. prætor. in princ. ff. de ſepul. vio. quæ gloſ. eſt ad hoc ſing. ſecundũ Imo. in rubr. ff. de pub. iud. ſed eſt ſimilis glo. in l. 1. in glo. fin. & ibi Sal. not. C. de ſepul. vio. & glo. in l. aut damnũ. in princ. ff. de pœ. firmat Bart. in d. l. 3. C. de ſepul. vio. Cyn. & Bald. in l. ſi qua
* per calumniam. reprobata gloſ. ibi. C. de epiſ. & cler. *communiter Cano. in rubr.* extra. eod. ſi vero pœna in parte applicatur fiſco, & alia in parte ipſi parti, dicitur cauſa mixta, text. eſt ſing. in c. tuę. vbi. do. Ant. & alij. de proc. ibi. n. contra vxorem adulteram agebatur ad ſeparationem thori, & hoc reſpectu videbatur criminaliter agi. Item maritus petebat lucrum dotis: † nam mulier
3 e propter adulterium [e] perdit dotem, quæ applicatur marito. l. conſenſu. C. de repu. Imo etiam perdit bona paraphernalia, vt eſt glo. ſing. in cap. plerunque. de don. int. vir. & vxo. & iſta ratione videbatur ciuilis, ibi deciditur, quòd ſit mixta, quamuis Imo. aliter ibi declarat. Iſtam communem doctr. impugnat. d. Abb. Pan. in rubr. extra eod. in vlt. colu. per text. in cap. per tuas. de ſimo. & in cap. ſuper his. de accuſ. in quib. iurib. agitur ad priuationem beneficij eccleſiaſtici propter ſimoniam commiſſam, & tamen dicunt illi text. quod dicitur ciuiliter agi, & tamen ibi pœna non applicatur parti. ¶ Sed reſponde, quod iſta eſt ſpecies media, quando pœna non applicatur parti nec fiſco, vt eſt quando agitur ſolùm ad fin. vt quis remoueatur ab officio, vel remoneatur ab adminiſtratione, tunc dicitur ciuiliter agi, patet, quando agitur contra tutorem ſuſpectum, ſi. n. agitur ſolum, vt remoueatur ab adminiſtratione, dicitur ciuiliter agi, ſi verò, vt puniatur, tunc bene dicitur agi criminaliter. iſtam doctr. tradit Bart. in l. non ſolùm. §. fin. in 2. not. per illum text. ff. de proc. & plenius Bart. in l. 1. §. 1. ff. de ſuſpec. tut. Bald. in l. 1. C. ſi tutor non geſſe. ¶ Sed caue, quia iſto modo deſtrueretur intellectus Cano. quem retuli ad dictum capitulum tuæ. quomodo. n. ex ſeparatione thori poteſt dici cauſa criminalis, cùm ſolum agatur ad remotionem, & nihil applicetur fiſco? cogita. & ſic ex prædictis patet, quare iſta rubr. ſit poſita
4 in plurali. ¶ † Item aduerte, quòd iſte terminus iudicium, [f] varias habet ſignificationes, [g] & varijs modis capitur, vt declarat
f glo. mag. in §. præterea, ſecundo, in verſ. iudicium. inſti. quib. nõ
g eſt permiſ. fac. teſ. & glo. in l. 1. in princ. ff. de don. & in rubr. ff. de public. iud. & ibi Imo. & glo. in reg. in iudicijs. de reg. iur. in 6. & Pau. de Caſt. hic, qui refert nouem ſignificationes, & pro dictis glo. quòd iudicium capiatur etiam pro ſententia, not. Bald. in l. 1. per illum text. cum gloſ. C. ſi aduerſus rem iud. facit. l. epiſcopale. & Auth. ibi poſita. C. de Epiſ. audi. ¶ Sed capiendo iudicium prout capitur in hoc titu. pro cauſa ſeu inſtanria, quæ regulariter conſiſtit ex tribus perſonis, actore, reo, & iudice. c. forus. de verb. ſign. dic, quòd iudicium habet tres partes. i. principium, quod durat vſque ad lit. conteſt. incluſiuè; medium, q̃ durat vſque ad concluſionem cauſæ; & finem. i. ipſam ſententiam. vt declarat Bart. in l. 2. ff. de furt. & ſic iudicium regulariter conſiſtit ex lit. conteſt. concluſione in cauſa, & ſententia, tanquam ex partib. principaliorib. ſed iudicij fundm̃ eſt lit. conteſt. ſecundum Spec. in tit. de iud. in prin. & dicitur lapis angularis iudicij, & eius fundamentum, ſecundum Bald. in c. vnico. in 1. col. de lit. conteſt. ¶ † Vlt. pro introductione tit. aduer-
5 te, quod licèt bonum ſit argum. [h] de iudi. ad vltimas volun. & è contra. l. non mirum, & ibi Bart. not. ff. de pign. act. l. 2. & ibi Bald. not. C. de diuiden. tutel. l. 1. §. ſi pupillus. in verſ. ergo. & ibi Bald. not. ff. de tut. & ra. diſtr. Bart. in l. centeſimis. §. fin. de verb oblig. facit bene text. in l. qui teſtamento. §. eum qui. ff. de teſt vbi qui non poteſt eſſe teſtis in iudicio, non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, & per illum text not. ibi Bart. valere argumentum
6 à iudicijs ad vltimas volun. † Tamen dicit Bald. in l. 1. in vlt. colu. C. de fal. cauſa adie. leg. quod iudicia magis æquiparantur contractui, quàm vltimæ voluntati. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecu. l. verba contraxerunt. ff. de verb. ſign. & idem Bald. in l. 1. in 1. not. C. de ſen. quæ ſine cert. quan. ¶ Not. quod iudicia ſunt redacta ad inſtar contractuum. l. omnem. ff. de iudi. Ideo infert, quod ſicut contractus incertus non valet. l. triticum. & l. ita ſtipulatus, magna. ff. de verb. oblig. ita nec iudicium, & idem Bal. in l. ab executione. in vlt. colu. C. quorum appel. non reci. arguit
7 de contractibus ad iudicia, † & dicit, quod verba ſententiæ ſunt ſemper ponderanda, ſicut verba contractus. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſ. hinc dicimus, quòd in iudicijs quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit, & l. depoſiti. §. 1. ff. de pecu. & iudicia ſunt quaſi contractus, ſecundum Spec. in titu. de acto. verſ. quid ſi curator. & in titu. de feu. §. quoniam. verſ. primo autem. ahbi tamen aliud eſt in contractibus, aliud in iudicijs. glo. in l. inter ſtipulantem. §. 1. vbi Bart. & Doct. ff. de verb. oblig.

ADDITIONES.

a ¶Iudicium vniuerſale. Adde Spec. in tit. de iud. in princ. Doct. in c. 2. de libel. oblat. Doct. in c. cum Eccleſia. de cauſa poſſ. & in c. conquerente. de offic. ord.
b ¶Iudicium ordinarium. Adde Abb. in rub. de iudic.
c ¶Iudicium merè temporale. Adde Abb. in ea. rub.
d ¶Ad pœnam applicandam fiſco. Adde Barb. in rub. de iud.
e ¶Propter adulterium. Adde Doct. in Auth. vt lic. matri, & auiæ. in §. quia verò ita coperiuntur. & in Auth. ſed nouo iure. C. de adul. Bald. in cap. tuæ. de procur. & gl. 1. in cap. 1. vt lit. non conteſt.
f ¶Terminus iudicium. Adde Ioann. And. & Ant. de Butr. ſuper ea. rub. Arch. & Doct. in c. ſtatutum. in §. inſuper. de reſcrip. lib. 6.
g ¶Quot autem partes habeat iudicium, vide Pau. & Iac. in l. poſtquam liti. 2. col. ſ. eod. PVRPV.
h ¶Bonum ſit arg. Adde Bald. in l. 1. C. de ſufr. in l. fin. C. de leg. Doct. in c. cùm à nobis. de teſta. & per Petr. de Vbal. in repe. c. Raynutius. de teſta.

SVMMARIVM.

1 *Creditor petẽdo in iudicio ſortem principalem, non præiudicat in vſuris, intereſſe, damnis, nec in alijs acceſſorijs, niſi recipiat ſortem, quia tunc bene ſibi præiudicat in iſtis acceſſorijs. & num. 2.*
3 *Per ſolutionem extinguitur obligatio principalis in totum, & mero iure.*
4 *Expenſæ ſi ſolùm debeantur officio iudicis mercenario, non poſſunt de per ſe peti.*
5 *Quando appella. eſt à ſententia lata ſuper principali, in qua omiſſum eſſet illud, quod veniebat officio iudi. mercenario, iudex appel. poterit cognoſcere ſuper acceſſorio, & principali.*
6 *Appella. tantum reſcindit pronunciatum in eo, quod eſt malè iudicatum.*
7 *Principali debito ſublato per ſententiam, acceſſoria non poſſunt peti officio iudicis mercenario, ſecus ſi per mortem.*

Source : BIU Cujas

8 *Si iudex reseruauit expresè in sententia sibi facultatem condemnandi in accessorijs, poterit postea condemnare, aliàs secus.*

9 *Accessoria nisi sint promissa per stipulationem, licèt expresè non debeantur nisi officio iudicis mercenario, fallit tamen in fructibus, quia in actionibus bonæ fidei debentur iure actionis.*

10 *Actiones vniuersales sunt, quæ recipiunt augmentum, & diminutionem, & in principali, & in accessorijs.*

11 *Nouatio impedit cursum vsurarum.*

12 *Creditor, qui egit in libello ad sortem principalem, sed non egit ad vsuras futuri temporis, an poterit implorare officium iudi. vt condemnet in vsuris, quæ post litem contest. pendente iudicio decursæ sunt.*

13 *Officium iudicis potest habere locum, vbi competit actio.*

14 *Nouatio quotuplex sit.*

15 *Sententia si transiuit in rem iudi. & agatur actione in factum, habebit executionem paratam.*

16 *In executione sententiæ non requiritur alicuius citatio.*

17 *Si plures correi obligati in solidum sint condemnati in sententia, non tenebuntur amplius nisi in partes viriles.*

18 *Creditor si proroget terminum debitori absente, & ignorante fideiussore, an liberetur fideiussor.*

19 *Prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus.*

20 *Per nouationem tollitur pœna promissa, non tamen per prorogationem termini.*

21 *Nouatio non fit hodie nec ipso iure, nec ope exceptionis, nisi expresè agatur.*

LEX PRIMA.

* IVdicio cœpto. Glo. & Doct. *communiter legunt* istam. l. altero de duobus modis, vt in glo. 2. vel in vsuris committendis, vel in commissis. Tu lege in vtrisq; simul, quòd si † aliquis petijt sortem, & partem de vsuris 1 præteritis, vt innuit ver. (supereſt.) de futuris nihil dixit, quæritur in vsuris præteritis, an sibi præiudicauerit in alia parte non petita, & an præiudicauerit in vsuris in futurum decurrendis, de quib. nihil dixit. respondetur, ꝙ in neutris præiudicat, quando erant per stipulationem promissæ. h.d. Litis contest. facta super sorte principali, & super parte vsurarum præteritiarum non præiudicat, quin alia pars possit peti. Item & vsuræ, quæ in futurum decurrent, quando sunt per stipulationem promissæ. hoc dicit. ¶ Et habet duas partes. In prima præmittitur antecedens generale. In secunda infertur ad 2 casum specialem. Secunda ibi. supereſt ergo. ¶† Not. regulam, ꝙ creditor petendo in iudicio sortem principalem, non præiudicat in vsuris, interesse, damnis, nec alijs accessorijs; secus videtur in receptione solutionis, quia recipiendo sortem simpliciter. sibi præiudicat in istis accesso. l. fin. in fi. ff. de eo, ꝙ cer. loco, iuncta distinct. Barto. ibi, & l. 2. in princip. ff. si quis cau. Facit, ꝙ vult glo. no. in l. 2. vbi dixi. C. de iure emph. ꝙ dominus recipiendo simpliciter censum temporis præteriti, videtur remittere pœnam caducitatis, etiam si esset prælatus Ecclesiæ, vt ibi dixi, facit glo. in l. si quo. in princip. ff. si quis cau. Aliàs considera- 3 bam, ꝙ ratio diuersita. esse poterat, † quia per solutionem extinguitur obligatio principalis in totum, & mero iure. institu. quibus modis tol. oblig. in princip. vnde sublato principali tollitur accessorium l. cum principalis. ff. de regu. iur. sed petendo in iudicio non tollitur obligatio principalis, imò magis fortificatur, vt hic in glo. ¶ Nunc melius dico, ꝙ data paritate terminorum, non est differentia quantum ad hoc inter petitionem iudicialem, & receptionem solutionis. nam ideo in d. l. fin. in fi. ff. de eo, ꝙ cer. loco. recipiens sortem princip. sibi præiudicauit in accessorijs, eo quia ibi accessoria solùm veniebant officio iudi. mercenario, vt ibi expresè dicit Barto. & sublato principali, officium mercenarium de per se stare non potest. l. 4. cum glo. C. depo. Nam idem etiam esset in hac. l. si vsuræ non essent promissæ per stipulationem, quo casu in contractibus bonæ fidei debentur officio iud. mercenario. l. 1. §. 1. ff. de vsur. & tunc non haberet locum ista lex, quia tunc petendo sortem princ. de per se, non posset postea petere ista accessoria. d. l. 4. & l. qui per collusionem. in fi. ff. de act. emp. ¶ Hinc infero, ꝙ si in d. l. fi. pœna, vel interesse fuisset promissa per solennem stipulationē, recipiendo tunc sortem princip. simpliciter non præiudicaret in illis accessorijs, cum iure obli. de per se peti possint. l. si mari 4 to. §. fin. ff. soluto matrimo. † Similem differentiam faciunt gl. in expensis, quæ si solùm debeantur officio iudi. mercenario, non possent postea de per se peti; secus quando promissæ sunt per stipulationem. glo. in l. 3. §. si rem, & ibi Barto. ff. de leg. 3. gl. in l. non solùm. in glo. fin. ff. de rei vend. & sic habes vnam limitationem ad hunc tex. quando accessoria non essent promissa per stipulationem, sed solùm venirent offic. iud. merce. ¶ Secò limita in his accessorijs, quæ veniunt officio iud. merce. secus, si offic. iudi. nobili, puta, per restitutionem in integ. text. est not. in l. fin. §. Lucius, & ibi glo. magna, & Barto. ff. de condi. indebi. ratio est, quia tunc officium tale succedit loco actionis. l. ꝙ si minor. §. fin. ff. de mino. glo. in d. l. 4. C. depositi. & sic est perinde, ac si illa accessoria iure actionis deberentur, vt hoc text.

5 ¶† Tertiò limia, quando appellatum est à sententia lata super principali, in qua omissum esset illud, ꝙ veniebat offi. iud. merce. puta, condemnatio expensarum, vel interesse, vel damna. nam iudex appell. poterit cognoscere super accessorio, & condemnare. cap. 1. secundum intellectum Hostien. de calum. facit. l. per hanc. C. de temp. appel. & quia appellatio rescindit pronunciatum. l. 1. in fin. ff. ad Turpil. Sequitur dom. Alex. hiç, & Io. de Imo. in l. cùm in vna. in princ. ff. de appel. Sed Ange. de Aret. ibi in vlt. colum. reprobat, & subtiliter. primò per reg. lā Barto. in l. ita demum. per illum text. vbi dixi. C. de procura. ꝙ appellatio reducit nos ad terminos causæ principalis post lite conteſt. & non ante, sed in causa principali post litē conteſt. ista accessoria, quę veniunt offic. iud. merce. peti non possunt, ergo 6 nec in causa appel. ¶† Secundo, quia appellatio rescindit pronunciatum, verum est in eo in quo est malè iudicatum. Breuiter tene limitationem prædictam, intelligendo eam sanè, ꝙ accessoria bene fuerunt petita in iudicio principali à parte ante litē conteſt. sed si iudex causæ principalis omisit condemnare, tunc iudex appel. potest supplere, secus quando pars etiā non petijsset, tunc procedunt fundamenta Ange. de Are. not. quia casus frequens est, & malè declaratus, si condemnatio expensarum non sit facta in iudicio principali, an & quando 7 fieri possit in causa appel. ¶† Quartò fallit, quando principale debitum est sublatum per sententiam, sed si esset sublatum per mortem, tunc accessoria possunt de per se peti offic. iud. mercenario. l. vtique. ff. de rei vend. quam ad hoc reputat sing. Imo. in l. Atteius. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. & do. Alex. hic. Dic melius, ꝙ ibi loquitur lite conteſt. quo casu firmatum est officiū iudi. mercenarium, ideo extincto principali, amplius non extinguitur offic. iud. merce. iam firmatum in esse. ita dicit, & me 8 lius gl. 1. ibi circa med. & ibidem Barto. & alij. ¶† Quintò limita, nisi iudex in sententia expresè reseruasset facultatem condemnandi in accessorijs, prout tota die fit in expen. secundum glo. & clarius Barto. in l. terminato. C. de fru. & lit. expen. & not. in l. ab executore. in penult. colum. ff. de appel. vbi etiam not. per eum, an istud possit fieri à delegato, qui lata sententia siue bene siue malè dicitur functus officio suo. l. Paulus. ff. de re iud. & primum etiam tenent Spec. & Io. And. in titu. de dispu. & alleg. §. satis breuiter. ver. quid sit de fruct. Ang. Imo. & Mod. in l. Paulus. prima. ff. de re iud. ¶ Et circa istud not. diligenter, ꝙ si iudex in sententia reseruauit sibi facultatem condemnandi in expensis, vel taxandi expensas, si semel taxauit, potest reuocare talem taxationem. ita tenet Innocen. in cap. super eo. ꝙ met. causa. quem refert, & sequitur Bal. in l. eleganter. §. si quis post. in penult. colum. ff. de condi. indebi. ꝙ no. pro extensione. l. ꝙ a iussit. ff. de re iudic. & non sunt multi dies, ꝙ fuit in facto, [a] & multi credebant contrarium, non recordati de auctoribus, prædictis. ¶ Sextò limita, nisi de nouo ageretur prima actione, tunc possent accesso. peti in isto nouo iudicio, quia tunc non 9 stant de per se, secundum Bald. in d. l. 4. C. depos. ¶† Vltimò circa prædicta aduerte, ꝙ licèt accessoria nisi sint expresè promissa per stipulationem, vt hic, non debeātur nisi officio iud. merce. fallit in fructibus, quia in actionibus bonæ fidei debentur iure actionis, & iure actionis peti possunt. glo. est singu. in §. actionum. in glo. magna. institu. de act. ꝙ multum no. d. Math. in no. 60. & eam ad hoc reputat singularem Bald. in c. cum venerabilis. in 7. colum. de excep. sequitur Bald. licèt illam gl. non alleg. in l. si marito. §. fin. per illum text. ff. solu. matrimo. ¶ Contrarium tenet Bald. licèt non faciat mentionem de illa glo. in l. 1. in fin. C. de vsu. & fru. leg. vbi rationem reddit, quia fructus veniunt ex mora, quæ transcendit naturam actionis propositæ, ergo actio non potest ad hoc competere; idem tenent Ange. & dom. Alexan. in d. l. si marito. §. fin. moti, quia iure non patur illud, ꝙ dicit illa glo. ¶ Nec obst. d. l. si marito. §. fina. per quem mouetur Bald. quia loquitur in iudicio vniuersali de dote, in quo accessiones tanquam pars rei bene veniūt iure actionis vniuersalis, vt ibi, & l. item veniunt. §. fructus. ff. de pet. hære. 10 & ratio rationis, † quia actiones vniuersales sunt, quæ recipiūt augmentum, & diminutionem, & in principali, & in accessorijs, vt declaraui post glo. in l. edita. s̄. de eden. ideo nimirum si

fructus

ADDITIO.

a In facto. Adde Hippol. in Pract. crimin. §. supereſt modo. in fi. Pract. Pap. for. lib. act. real. ver. & expensis. nu. 15. & alijs sequen. vsq; in fi. MASVER.

Source : BIU Cujas

fructus ibi veniunt iure actionis, nos loquimur in actio. ſingularibus. ¶ Capio glo. in verbo vſurarum, quam diuide in tres. In prima ponit primum intellectum ad text. In ſecunda aſſignat rationem dubitandi. In tertia ponit ſecundum intellectū, illa ratio dubitandi clarius, quam glo. venit hoc modo. Nam
1 per litem conteſt. fit nouatio, vt dicitur in glo. fin. † Sed nouatio impedit curſum vſurarum. l. nouatione. l. emptor, & l. ſi creditor. ff. de nouat. Glo. dicit, ꝙ hoc eſt contra. voluit dicere, ꝙ contrarium procedit in nouatione voluntaria, quæ fit mediante ſtipulatione, ratio eſt, quia p illam extinguitur prima actio, ergo neceſſariò extinguitur curſus vſurarum competentium ex prima: ſed nos loquimur in nouatione neceſſaria, quæ fit per litem conteſt. vbi prima actio non tollitur, imò fortificat, & adduntur plures effectus, vt in glo. fin. ideo per eam non impeditur, nec tollitur curſus vſurarum. iſta eſt intentio huius gl. Capio gl. in ver. deductū. iſtam gl. diuide in duas partes prin. In prima retento primo intellectu gl. 2. aſſinat rationem ad tex. In ſecunda, quæ eſt ibi, ſecundum alium caſum, glo. retento ſecundo intellectu glo. ſecundæ aliter declarat text. & aliam rationem aſſignat. ¶ Rurſus prima pars princi. ſubdiuiditur in 4. parti. In prima facit, ꝙ dictum eſt. In ſecunda, quæ eſt ibi, ſed tamen ad offidium. glo. ſecundum Barto. opponit. dic melius ſecundum Cyn. in 3. quæſt. ꝙ glo. reſpondet quæſtioni, quam formabo nunc. In tertia remouet vnum contrarium. In quarta remouetur aliud. Secunda ibi, ſed tamen ad officiū iud. Tertia ibi, nec dicas. Quarta ibi, nec mirum. Nam ſecundam parti.
2 ſic expedias per viam quæſtionis. † Pone, creditor egit in libello ad ſortem principa. ſed non egit ad vſuras futuri temporis, quia agere non poterat, ſecundum glo. & malè, vt per Barto. & alios in l. vbi autem non apparet. §. penul. ff. de verb. obl. Cyn. & Paul. de Caſt. hic. Pendente lite, quæ multo tempore durauit, multę vſuræ decurſæ ſunt, an poſſit implorare officium iud. vt condemnet in talibus vſuris, quæ poſt litem conteſt. pendente iudicio decurſæ ſunt? dubium facit, quia ad tales vſuras habet actionem ex ſtipulatione, & ſic remedium ordinarium, ergo non debet competere officium iudi. & ſic remedium extraordinarium. l. in cauſa. el 2. in princip. ff. de mino. glo. tamen tenet contrarium per regulam. l. ediles. §. item ſciendum. ff. de ædil. ędic. quæ habet locum non ſolùm in actionibus bonæ fidei, ſed etiam ſtricti iuris, per l. non ſolùm. ff. de rei vend. & ad obiectum, ꝙ feci, reſpondet glo. non realiter, ſed multiplicando in-
3 conueniens, ꝙ non eſt abſurdum, † ꝙ officium iudicis locum habeat, vbi competit actio per d. l. non ſolùm. melius reſpondeo, ꝙ officium iudi. nobile, quod datur in locum actionis, vt heri declaraui, non competit, vbi competit actio, per rationē. s̃. aſſignatam; ſed officium iudi. mercenarium, cùm deſeruiat actioni intentatæ, vt declaraui in tex. concurrit cum ea: breuiter Docto. reprobant iſtam glo. quia quoties acceſſoria poſſunt peti iure actionis, nunquam officio iudi. peti poſſunt. l. ſi qs miſſum. §. fin. à contrario ſenſu, & ibi Bar. ad hoc not. ff. de dam. infect. l. Atteius. §. fin & ibi Barto. no. ff. de aqua plu. arcen. ad d. l. non ſolùm. in qua ſe fundat glo. reſpondet dupliciter, vt per Barto. hic poſt Cyn & Ang. in d l. non ſolùm. in 1. no. ¶ Capio glo. fin. in ver. poſſis, quam diuide in duas partes princip. In prima reſpondet tacitæ quæſtioni, & declarat texi & in quantum concludit, ꝙ acceſſo. poſſunt in eodem iudicio peti, glo. malè dicit, imò debent peti in alio iudicio, quia à principio petij ſortem prin. & de acceſſo. nihil dixi: non poſſum amplius durante iſto iudicio petere iſta acceſſo. ratio eſt, quia poſſet ferri ſententia abſolu. ſuper ſorte, quę etiam prę iudicaret in acceſſorijs, ideo impeditur cumulatio. l. fundum, & l. fundi. ff. de excep. & plenè declaraui in l. edita. vbi omnino videas. s̃. de eden. ponunt Pau. de Caſt. & plenius do. Alex. hic. ¶ In ſecunda, quæ eſt ibi, & quia nouatione. gl. ſub compendio ponit materiam nouationum, & eſt glo. valde magiſtralis, ad quam ſemper remittitur. Iſta ſecunda pars ſubdiuiditur in 4. parti. In prima tractat de nouatione voluntaria, quæ fit dupliciter, & declarat, quare dicatur voluntaria, & quis fuit eius effectus: In ſecunda proſequitur de nouatione neceſſaria, quæ fit per litis conteſt. creditoris, declarando quare dicatur neceſſaria, & qui ſint eius effectus. In tertia tractat de nouatione neceſſaria, quæ fit per ſententiam abſolutoriam. In quarta tractat de nouatione neceſſaria, quæ fit per ſententiam condemnatoriam, & ſic gloſſ. pulchro ordine procedit. Secunda ibi, neceſſaria autem. Tertia ibi, fit quoque neceſſaria. Quarta ibi, ſi autem damnetur debitor. ¶ Ad euindentiam huius glo. & faciliorem intellectum ha-
4 bes tria præmittere, primò, ꝙ † nouatio capitur dupliciter. primò ſtrictè, & propriè, quando prima obligatio tollit, & tranſfunditur in aliam nouam, & iſtud fit ſemper in nouatione voluntaria. Secundo modo dicitur nouatio magis largè, quando prima obligatio, & prima actio non tollitur, imò magis fortifi-
catur: ſed quia ei adduntur noui effectus, ratione nouæ formæ 2
additę, dicitur fieri nouatio, & iſtud contingit aliquando in nouatione neceſſaria, vt habes in gl. ¶ Secundo debes ſcire, ꝙ duplex eſt nouatio, quædam voluntaria, & iſta fit dupliciter. Primò mediante ſtipulatione, quando illud, ꝙ debetur certo modo ab vno, ſtipulor animo faciendi nouam obligationem ſub alia forma ab eo, vel alio, dicitur fieri per ſtipulationem, ratione frequentioris vſus; an tamen poſſit fieri per alium contractum, puta per conſtitutum, dic vt per Barto. in l. ſingularia. in 5. colu. vbi dixi. ff. ſi certum petatur, & aliquid per Paulum de Caſt. hic. ¶ Secundo modo fit nouatio voluntaria perlitem conteſt. quando creditor debitorem in iudicio conuenit, & quidam tertius pro eo comparet, & in ſe ſuſcipit iudicium, & in ſe transfert omnes oblig. & promittit cum fideiuſſorib. ſoluere de ſuo ſi condemnabitur; certè primus debitor liberatur, & noua obligatio inducitur in perſona huius ſuſcipientis in ſe iudicium, & transferentis in ſe obligationem, & vtraque nouatio ideo dicitur voluntaria, quoniam fit ex mera voluntate: de prima conſtat, quando fit per ſtipulationem, quia contractus ſunt merę voluntatis. l. in commodato. §. ſicut ff. commo. & l. ſicut. C. de actio. & oblig. & propterea dicit Specu. in tit. de procur. §. 1. verſi. ſed nunquid defenſor, ꝙ nouatio voluntaria non fit niſi vtroq; volente, & idem dicit Bal. in l. vnica. in 7. col. C. de his, quæ pœn. nomi. ſimiliter nouatio, quæ fit per litem conteſt. ideo dicitur voluntaria, ꝙ licèt quilibet tertius poſſit venire ad defendendum reum, ſuſcipiendo in ſe inſtan. iudicij inuito creditore, tamen nō poteſt in ſe transferre oblig. niſi creditore volente, & conſentiente. l. ſi mandato. in fin. princip. ff. mand. & propter hoc appellatur voluntaria. ¶ Nouatio autē neceſſaria fit ex neceſſitate non præciſa, ſed cauſatiua, altero de tribus modis, vt proſequitur glo. ¶ Secundò debes ſcire, ꝙ duplex eſt nouatio, quędam eſt priuatiua, ſeu extinctiua, quædā eſt accumulatiua: nouatio extinct. eſt ſemper illa, quæ eſt voluntaria quomodocunque fiat, eo quia extinguit primam obligatio. & actio. cum omnibus ſuis qualitatibus, & omnib. acceſſorijs, & nouam inducit. nouatio autem accumulatiua eſt, quę non extinguit primam oblig. imò eam fortificat, & quia addit nouos effectus, appellatur accumulatiua, & hoc modo per ſententiam condemnatoriam inducitur nouatio accumulatiua, quia vltra primam actionem ex contractu, quæ durat, accumulatur noua actio ex ſententia, vt hic in glo. & glo. in l. duobus. ff. de excep. rei iudi. & in glo. in l. nepoti. & ibi Bar. ff. de fund. inſtru. & hoc modo per iuramentum inducitur nouatio. l. qui iuraſſe. §. fi. ff. de iureiuran. vt ibi. quia vt magiſtraliter declarat glo. vltra primam actio. accumulatur noua actio ex iuramento. ¶ Vltimò, quia dixi ꝙ nouatio voluntaria fit duobus modis, vel per ſtipulationem, vel per litem conteſt. quando tertius ſuſcipit in ſe iudicium, & in ſe transfert obligationem: aduerte, quia differentia eſt, nam quando nouatio fit per ſtipulationem, directæ transfunduntur in ſecundā oblig. ſed quando fit per litem conteſt. ſolùm transferuntur, & transfunduntur vtiles, glo. in l. delegare. ff. de noua. & ſolus Cyn. hic, & magna vtilitas eſt, ꝙ transferantur directæ potius, quàm vtiles, vt declaraui in l. qui ſtipendia. s̃. de procura. ¶ In ea. glo. ibi, niſi in poſteriori obligatione ſint repetita, habes ex glo. ꝙ per nouationem voluntariam tollitur prima oblig. & omnes eius qualitates, intellige, quando tales qualitates cōpetebant ex ordinatione creditoris, puta fideiuſſores dati, vel pignora, vel pœna, ſi autem eſſet priuilegium, ꝙ competeret ipſi actioni ex natura ipſius actionis, tunc non tolleretur per nouationem, imò tranſiret in ſecundam obligationem, text. eſt ſingularis in l. 2. §. 1. ff. de priuile. cred. glo. in l. aliam, & ibi no. Bart. ff. de nouat. & idem Barto. in l. ſi quis cum aliter. circa med. ff. de verbor. obl. Ange. hic in repe. & Ang. de Aret. in §. actionum. in antepen. char. inſtit. de actio. & vide quæ dicam. ſ̃. ad fin glo. ¶ In ead. ibi, currit tamen nihilominus vſuca. intellige, & declara vt per Barto. in l. fin. in princip. ff. de eo per quem fac. erit. ¶ In ea. ibi, alioquin vti lis, dic vt per Barto. & Moder. in l. miles. §. fin. poſt glo. ff. de re iud. glo. Barto. & alios in l. nam poſteaquam. §. fin. ff. de iureiur. & quare oriatur tunc vtilis rei vendi. & non directa, dic, quia fundat ſe ſuper dominio non vero, ſed præſumpto occaſione ſententiæ, vt declarat Barto. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi de iureiuran. ¶ In ea. glo. ibi, quia ſine cauſæ cogni. mandabitur execu-
15 tioni. habes ex iſtis verbis duo ſubtiliter notare. ¶† Primò, ꝙ ſi ſit lata ſententia, quæ tranſiuit in rem iudi. & agatur actione in factum, habebit executionem paratam, ita vult glo. referendo eam ad ſuperiora, & malè, quia vbicunque intentatur actio, ibi requiritur libellus. l. minor. 25. ann. cui fideicommiſſum. in prin. ff. de mino. ſed dictum glo. procederet, quando implo-raretur officium iudi. pro executione ſententiæ, ſecundum Bart. & alios in l. intra. ff. de re iudic. in l. 2. C. de executio rei iudi.

¶† Se-

Source : BIU Cujas

16 ¶† Secundò habes ex ista glo. ꝙ in executione sententiæ non requiritur alicuius citatio. Istud vult glo. dum dicit, ꝙ sine causæ cognitione mandabitur executioni, ergo sine citatione, qa vbi requiritur causæ cogni. ibi est necessaria citatio. l. in causæ. el 1. §. causa autem cognita. ff. de mino. l. 3. §. causa cognita. vbi glo. magna, & ibi Barto. ff. de bon. pos. de isto passu dixi in l. 1.
17 C. de iur. & fac. igno. ¶† In ead. glo. ad fin. habes ex glo. ꝙ si plures correi obligati insolidum, sunt condemnati in sententia, ꝙ non tenebuntur amplius, nisi in partes viriles, intellige verum, si conuenirentur actione in factum ex sententia, ita loquitur d. l. 1. C. si plures vna sententia. secus si conuenirent prima actione, quia non est extincta per sententiam, cùm sententia habeat vim nouationis accumulatiuæ, & non extinctiuæ, vt s̃. declaraui. ¶ Limita etiam vt per dom. Alex. hic in fi. post Iaco. Butr. in d. l. 1. C. si plures vna sententia. ¶ Extra glo. inquantum glo. s̃. in prima specie nouationis in effectu tenet per nouationem extingui fideiussores datos in prima obligatione, facit ad
18 pulchram quæst. † an si creditor proroget terminum debito-
a tori, absente, & ignorante fideiussore, liberet̃ fideiussor, [a] quasi censeatur facta nouatio. Istum arti. tetigi anno præterito in l. lecta. ff. si certum petatur. Sed nunc plenius attingam, & aliter concludam quàm ibi. ¶ Considera duos casus princip. Aut loquimur in termino finiendæ obligationis, puta principalis conduxit domum vsque; ad annum, nisi pro eo aliquis fideiussit, prorogatur ille annus ad alium annum, vel ad duos absente, & ignorante fideissoure, an fideiussor liberetur? & in hoc indubitanter conclude, ꝙ sic, quia cum eueniente termino finiatur obligatio fideiussoris, certè absq; eius consensu non potest denuo obligari. l. fin. ff. de pact. & ad hoc bene facit text. in l. si cùm Hermes. C. loc. & in l. item queritur. §. qui impleto. ff. loc. & hoc tenet Bal. in lect. antiq. Ang. & Mod. in l. si vnus. in princip. ff. de pact. vbi dicunt hoc esse vtile pro Castel-
b lanis, qui dederunt fideiussores, vsq; ad certum tempus, [b] ꝙ si vltra illud tempus remaneant, fideiussores vlterius non teneantur, & hoc vltimum etiam tenet not. Barto. in l. Lucius. la 2. §. Paulus. vbi refert, ꝙ hæc quæstio fuit de facto Veronę. ff. de administra. tuto. & ibi sing. limitat, & refert se ita consuluisse Floren. vt ibi per eum; sequuntur Cano. in c. constitutus. de fideiuss. Bald. in d. l. si cùm Hermes. per illum tex. & in simili quæstione idem tenet Albe. de Rosa. in 2. parte statu. in quæst. 163. quæ incipit, & quæro etiam statuto cauetur. ¶ Simile videmus in cõpromisso facto sub pœna duraturo per duos menses datis fideiussoribus: nam si tale tempus compromissi postea proroge tur de consensu partium, fideiussores vlterius non tenentur. l. Labeo. 2. §. si per fideiussores. ff. de arbi. & no. Nico. de Neapo. in lect. Barto. in l. Titius, in princip. ff. de excu. tuto. & ibi Bald. in d. l. si cùm Hermes, & in d. l. item quæritur. ¶ Secundus casus princip. est in termino designato ad soluendum, quo elapso fideiussor non liberatur, imo remanet obligatus, & constituitur in mora, si creditor proroget talem terminum debitori principali, absente & ignorante fideiussore, an fideiussor liberetur, quasi sit facta quædam nouatio, iste passus est pulcher, & subtilis, in quo Specu. in tit. de fideiuss. §. 1. versic. illud. tenet fideiussorem liberari, quamuis posteà aliqua in contrarium adducat; idem clarè firmant Ioan. And. & dom. Anto. de Butr. in c. constitutus. de fideiusso. moti per tex. in d. l. si cum Hermes. & in d. l. item quæritur. §. qui impleto, quæ iura nihil faciunt, quia vt prædixi loquuntur in termino finiendæ obligationis, & propterea contrarium tenent Host. Petr. de Anch. & Imol. & Pan. in d. c. constitutus. Archid. in c. te quidem. 11. q. 1. Bald. Ange. & dom. Alex. in d. l. si vnus. in prin. per illum tex. sed primam opi. Spec. tenet fortissimo fundamento, & valde colorato. d. Anto. de Alex. Doctor Neapolit. & sine controuersia insignis: nam siue nouatio fiat ipso iure, siue ope exceptionis, liberat̃ fideiussor, tex. est not. in l. vbicunq;. ff. de fideiuss. sed quando creditor prorogat debitori terminum ad soluendum, fit nouatio ope exceptio. ita ad literam tenet Barto. in l. penul. in vlt. colum. ff. de præto. stipu. Imol. & Mod. in l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. ergo fideiussor debet liberari; istud fundamentum aliàs mihi multum placuit, quia in omni membro videtur concludere. ¶ Limita tamen duobus modis. primò, quando prorogatio termini fieret non simpliciter, sed per nouationem contractus, de nouo stipulando, tunc bene fit nouatio ope exceptio. aliàs secus, ita sing. declarat Bald. in l. tam mandatori. in 2. colu. C. de non num. pec. secundò, nisi fieret prorogatio termini expressa renouatione, ꝙ nisi soluatur in 2. termino. 1. obligatio remaneat in suo esse, tunc fideiussor non liberaretur, ita singu. Barto. in l. si quis aliam. post prin. ff. de solu. sequitur istud vltimum dom. Bartho. Vero in caut. 191. & dicit dom. Ant. ꝙ ista opin. est vera sicut Euangelium, & quòd aliàs vidit in facto. ¶ Quid tenen. in isto subtili passu? q cquid aliàs tenuerim, nunc melius considerans teneo pro firmo, ꝙ per prorogationem termini assignati ad soluendum fideiussores non sint liberati,
c moueor, 7. fundamentis. [c] ¶ Primò quia actus agentium non debent operari vltra intentionem eorum. l. non omnis. ff. si cer. peta. ¶ Secundò, quia inducta ad vnùm effectum, non debent operari contrarium, vel alium diuersum effectum. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. ¶ Tertiò, quia per simplicem prorogationem termini, accessoria non tolluntur, secundum Bald. in d. l. tam mandatori. in 2. colu. vbi ad hoc alleg. Innoc. in c. præterea requisisti. de appel. & text. in l. Aemelius. in prin. ff. de mino. quæ cum difficultate istud pro-
19 bat. ¶† Quartò moueor, quia prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus qualitatibus suis, secundum Barto. in l. 1. §. & post operis. circa med. ff. de oper. nou. nunc. Pau. de Cast. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. in princip. ff. de verb. obl. ¶ Quintò moueor per tex. qui mihi stringit si non cauilletur, in l. in nouatione. C. de fideiusso. vbi tex. declarat, quando per nouationem liberetur fideiussor. ¶ Sextò moueor, quia volo probare, quòd prorogatio termini non est nouatio, & probo sic.
20 † nam per nouationem tollitur pœna promissa. l. solutum. §. nouata. ff. de pigno. act. Sed per prorogationem termini non tollitur pœna, vt no. firmat Bal. in l. acceptam. in 7. quæst. C. de vsur. & in l. vnica. in 10. quæst. C. de his quę pęn. nom. Paulus de Cast. in l. insulam. §. 1. per illum text. ff. loc. & in l. lecta. ff. si cert.
21 pet. facit. l. Celsus. §. 1. ff. de arb. ¶† Septimò moueor, quia hodie non fit nouatio nec ipso iure, nec ope excep. nisi expresè agatur. l. fi. C. de noua. §. præterea. insti. quibus modis tol. & dicam statim. ſ̃. ¶ Et tenendo istam partem respondeo ad fundamentum dom. Anto. in vtraque parte, primò inquantum presupponit, ꝙ siue nouatio fiat ipso iure, siue ope except. liberetur fideiussor per d. l. vbicunq; dico, ꝙ illa lex hoc nullatenus dicit, sed bene dicit, quòd vbi omnis obligatio tollitur in genere, tunc fideiussor liberatur vel ipso iure, vel ope excep. & hoc modo nihil facit. ¶ Secundò fatendo, ꝙ istud assumptum sit verum, non obst. 2. pars argumenti, dum dicit, ꝙ quando creditor prorogat debitori terminum ad soluendum, fit nouatio ope excep. secundum Barto. in d. l. penu. quia dico Barto. malè loqui per sextum fundamentum, ꝙ feci, & magis per septimũ, quia nouatio hodie non fit nisi expresè agatur. propter hoc Barto. in illa. l. pen. fatetur, ꝙ non fit ipso iure sed ope except. quia Barto. tenet, ꝙ in casibus in quibus olim fiebat nouatio
* ipso iure, hodie saltem fiat ope excep. sed *istud est communiter reprobatum*, & pluries consului contrarium, quia hoc modo d. l. fi. esset imposita verbis, & non rebus, & ita contra Barto. communiter tenetur in l. singularia. vbi dixi. ff. si cer. petatur. & in l. qui vsumfru. ff. de verbor. obl. & ita habes subtiliter, & verè discussum præsentem arti. & sic est expedita ista lex.

ADDITIONES.

a Fideiussor. Adde, quæ ponit Pract. Pap. for. lib. contra plures reos. versi. solutionem. vbi dixi, & vide eundem Ias. in l. lecta. nume. 9. & 10. ff. si cert. peta. vbi diuidit quæst. in duo membra, & latè prosequitur Viui. com. opin. lib. 2. conclu. 110. vbi refert duas opin. contrarias, & nihil decidit. de qua plura scribit Por. lib. 3. conclu. 14. Gabri. com. opin. lib. 3. tit. de fideiuss. conclu. 3. vbi dicit magis communem, ꝙ non dicatur liberatus fideiussor, si tempus prorogetur debitori. Quam conclu. limita, & declara, vt plenè per eum ibi, & an prorogato termino, censeatur repetitum iuramentum, vide Soc. consi. 99. col. 2. lib. 3. eundem Ias. in l. 1. §. & post operis. num. 8. & seq. ff. de nou. oper. nunc. MASVER.

a ¶ Fideiussores vsq; ad certum tempus. Adde Bal. in l. acceptam. C. de vsur. Ant. de Butr. in c. 1. in penul. colum. de off. deleg. & per Rotam decis. 90. in nouis. dom. Alex. in l. si mora. 7. col. ff. de solu. matrimo.

c ¶ Adde in his duob. fundamentis Ias. in l. 1. §. in opere. ff. de noui oper. 1. opp. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Prosecutio specialis restringit sententiam generalem ad prosecuta, fallit tamen in 5. casibus, & nu. 2.*

LEX II.

1 L Icet iudice. † Sententia generalis lata super petitione generali, si prosecutio fuit specialis, ope replicationis ad prosecuta restringitur. hoc dicit secundum verum intellectum, Istam materiam vidisti in l. sub prætextu specierum. s̃. de transact. ¶ In tex. ibi, rursum eundem iudicem petieris. occurrunt duo dubia. primum, an ex necessitate feceris. glo. dicit, ꝙ sic, ne continentia cauſę diuidatur, & malè, postquam finitum est primum iudicium. cap. dispendia. de rescrip. in 6. no. Cyn. in l. nulli.

Source : BIU Cujas

l.nulli.ſ.cod.¶Secundò obſt.quoniam iudex delegatus,ex quo ſemel tulit ſententiam, non potuit amplius cognoſcere, quia ſiue bene ſiue malè iudicauit,ſemel eſt functus officio ſuo.l.iudex,& l.Paulus.ff.de re iud.ſolus Saly.hic reſpondet, q̃ verum eſt, quando delegatus plenè iudicauit, q̃ nihil eſt.dic ergo, q̃ fuit cauſa ei denuo delegata, vt dicit text. ibi,rurſum eundem iudicem petieris. vel ſecundò licet gl.& Doct.intelligant iſtum text. in indice delegato, potes intelligere in ordinario,& tunc contrarium ceſſet.nec obſt. tex.in ver. accepto, quia licèt glo. exponat,ideſt delegato,tu potes exponere, ideſt accepto, ſeu
2 electo,cùm plures eſſent ordinari ſ̃m Odofre. hic. ¶†† Not. ex hac l. regulam, q̃ proſecutio ſpecialis reſtringit ſententiam
a generalem ad proſecuta;ratio eſt, [a] quia licèt verba ſententiæ ſint generalia,& propterea de rigore obſtet exceptio; tamẽ q̃a intentio iudicis præſumitur fuiſſe ſententiare in proſecutione, cùm ſententia referatur ad acta.l.ſi ex teſtamento.in fin.cum l. ſeq.& ibi gl.ff.de excep.rei iudi. ideo ex æquitate ꝯ exceptionẽ
b datur replicatio,vt hic.[b] ¶Limita iſtam.l.quinq; mod.primò, niſi aliæ ſpecies ſcienter,& dolosè ſint prętermiſſæ,vt aduerſarium pluribus iudicijs vexet, tunc ſententia non reſtringitur ad proſecuta,imò generaliter in omnib. præiudicat, quia tunc ceſſat æquitas huius.l.text.eſt ſingularis in d. l. de reb.ff.de arbi. quem Barto.& omnes in fi.tex.in ver.malignè,reputant ſingularem hic,& ibi.& Bald.in c.paſtoralis.§.quia verò.circa fin. de offi.deleg.& in c.exceptionem.de excep.¶Secundò limita, q̃ alias ſpecies in nihilo eſſet proſecutus in aliquo, ſententia in omnibus præiudicaret,niſi fauore minoris,text.eſt ſingularis in l.ſi minoris.ff.de adminiſtra.tuto.quem Bart.ibi poſt gl.no.pro limitatione huius.l.¶Tertiò limita, niſi alia eſſent connexa ,proſecutioni.text.eſt ſing.in l.ſi cùm tibi,ſecundum Barto.& omnes ibi.ſ̃.eo.dixi de iſtis connexis in l.1.C.de tranſac. ¶Quartò limita, quando actori eſſe ſtatutus terminus ad probandum ſuper omnibus capitulis, quia tunc vi termini ſententia generalis in omnibus præiudicaret.l.ſi ea. C.qui accuſ.non poſſ.& l. Titia.ff.de accuſa.ſecundum Bal.hic in fin. q̃ ſing.limita per gl. & Ang.in §.ſi quis autem.in Auth.de hęre. & fal. dixi latè in l. 2,C.de eden.¶Quintò limita iſtam l. quando actor aliquas ſpecies fuiſſet proſecutus,aliquas non:ſecus,ſi nullas, tunc ſententia in omnibus præiudicaret,cùm non poſſet tunc reſtringi,ad ſpecificata,& imputandum eſt actori.l.petendæ.§.ſin. vero,cũ ibi not.C.de temp.in integrum reſti.peten. ſecundum Bal.hic. ¶Vltimò per iſtum tex.dicunt Ange.& Paul.de Caſt. hic, not. tu, qui practicas palatium, quando opponitur exceptio, quæ eſt propriè actionis excluſio;debes in actis replicare, vt hic dicit tex.nec iudex poſſet ſupplere, quamuis ex actis ſibi liqueret,ſecus quando non eſt propriè ecceptio actionis excluſio,ſic loquitur gl.in l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.in gl. quæ incipit id eſt opponendo.ff.de pac.

ADDITIONES.

a ¶Ratio eſt.Vide Alex.lib.2.conſi.111.colum.penul.verſi.non obſtat l.licet. PVRPV.

b ¶Limitat. Bar.& Iaſ.in l.ſub prætextu.la.1.§.de tranſ.Alex.lib.2.conſi.11.colum.1. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex,qui de cauſa ſtatus principaliter cognoſcere non poteſt,poteſt tamen incidenter.*
2 *Qui eſt iudex cauſæ principalis,eſt etiam iudex cuiuſcunque cauſæ ibidem incidentis.*
3 *Qui eſt iudex cauſæ præparantis,eſt etiam cauſæ præparatæ.*
4 *Ratione matrimonij quod eſt ſpirituale, iudex eccleſiaſticus cognoſcit etiam de dote.*
5 *Abſolutio facti non poteſt extendere iuriſdictionem.*
6 *Iudices,qui non poſſunt de cauſa principaliter cognoſcere, poſſunt tamen incidenter.*
7 *Vſurarius vt ſit contractus,quæ requiruntur.*
8 *Iudex ſecularis licet de cauſa ſpirituali non poſſit ſe intromittere, tamen poterit interrogando.*
9 *Compromitti in laicum an poſſit de cauſa vſuraria.*
10 *Quædam permittuntur in conſequentiam,quæ principaliter non permitterentur.*
11 *Procur.ad peten. reſtit.in integ.debet habere ſpeciale mandatum,niſi reſtitutio petatur incidenter.*
12 *Legatarius poteſt eſſe testis in cauſa teſtamentaria.*
13 *In cauſa vniuerſitatis quilibet de vniuerſitate poteſt eſſe teſtis.*
14 *Creditor poteſt teſtificari in cauſa debitoris ſui.*
15 *Aduocatus,procurator,& proxeneta non ſunt idonei teſtes.*

LEX III.

1 QVoties quæſtio. † Poteſt quis de cauſa ſtatus incidenter cognoſcere,qui aliàs principaliter nõ poſſet.hoc dicit. Et præmitte, q̃ cauſa ſtatus perſonę, an quis ſit liber, vel ſeruus, dicitur quodammodo cauſa vitæ, quia ſeruitus eſt mors ciuilis.l.quod attinet.ff.de regu.iur. ideo cenſetur cauſa mixti imperij maioris, vt declarat Bart.in l.imperium.ff.de iuriſd.omn.iud.& ideo iudices inferiores, quales
a ſunt iudices pedanei,[a] non poſſunt de ea cognoſcere.l. 2. C.de pedane.iudi.dubitatur ergo in hac.l.ſi coram iud. pedaneo vertatur principalis quæſtio de hęredi.& penden. lite opponatur actori, q̃ eſt ſeruus,an de iſta cauſa ſtatus poſſit ille iudex inferior incidenter cognoſcere.& deciditur, q̃ ſic,quamuis principaliter non poſſit. ¶Et ratio eſt triplex,ſecundum Bal.primò, ne continentia vnius cauſæ diuidatur. l.nulli.ſ̃. eo.ſecundò ratione neceſſariæ conſequentiæ, vel rõne cuiuſdã deſeruientię. ¶Tu dic quartò melius, q̃ ratio eſt, quia non poſſet procedere vltra in cauſa princip. quia cauſa ſtatus eſt præiudicialis. §. præiudiciales.inſti.de act.l.1.& ſeq.C.de ordin. iudicio. ideo in neceſſarium conſequens permittitur, q̃ cognoſcat, ita dicit Barto.ad iſtam.l.1.in prin. ff. de aucto. tuto. ſimile videmus in arbitrio, qui non poteſt cognoſcere de cauſa ſtatus. l. non diſtinguemus.§.de liberali.ff.de arbi.tamen incidenter poteſt cognoſcere de cauſa ſtatus. l. cùm proponas. C. de rebus cred.ſecundum vnam lect. glo. ibi, quæ eſt ad hoc ſingu. ſecundum
2 Ang.& Mod.hic. ¶† Item not. ex hoc tex.no. regulam, q̃ ille, qui eſt iudex cauſæ principalis,eſt etiam iudex cuiuſcunq; cãæ ibidem incidentis, dato, q̃ de eis non poſſet principaliter cognoſcere.¶Confirmo per optimum ſimile.nam quando ſtatutum aliquid diſponit circa princi. intelligitur idem ſtatuere ſuper acceſſorijs,& incidentibus,ideo ſi ſtatutum diſponat, q̃ de
b damnis, & intereſſe ſtetur iuramento damnum paſſi, [b] quæcunque cauſa ibi incideret, deberet per iuramentum decidi, ita not.Barto.in l.ſolent.in vlt.colum. ff. de ali. & cib.leg. limitando,vt ibi per eum,ſequitur Bald.in l.1.in 1. colum. C.de rebus cred.& in l.1.in 2.colu. C.communia de leg.Pau.de Caſt. in l.cùm hi.in prin.ff.de tranſact.dom. Franc.de Aret. in conſi. 83. q̃ incip.quia multa.in 2.col.ad fi.& Bald. in l. ſi quando.circa princ.C.vnde vi.ex illo tex.in verbo manifeſtet, q̃ ſi principale probatur ſacramento, ergo & incidens ſeu acceſſorium, q̃ eſt not.dignum ſecundum eum,& illum text.alleg. Barto.in d.l.ſolent.In contrarium fortiter facit, q̃ vult Barto.in l. 2.in fi. per illum tex.cum gl.C.de edi.diui.Adr.tol. vbi dixi,non repe-
3 to.¶†† Similiter, qui eſt iudex cauſæ præparantis, eſt etiam iu-
c dex cauſæ præparatæ. [c] l.ordinarij.C.de rei vend.per quam.l.infert ibi ſing.Bal.in 2.no. q̃ ſi aliquis dicturus inſtrumentum ſimulatum,vel vſurarium, vadat ad Epiſcopum pro abſolutione iuramenti contenti in inſtrumento, q̃ Epiſcopus dẽt poſteà etiam eſſe iudex in cauſa prin. ſimulationis. facit in ſimili bon. tex.in l.minor.in fi.in prin ff.de euict.& quod no. Bal.in l.cùm vendente.C.vbi cauſæ fiſ.quæ iura ad hoc alleg. Paul. de Caſt. in conſi.68. q̃ incip.viſis, & ponderatis omnibus de quibus. ſ̃. videndum eſt ante omnia vtrum compromiſſum.aliàs eſt.71.
4 ad idem facit tex.in c.plerunq;.de dona. inter vi. & vxo.† vbi ratione matrimonij, quod eſt ſpirituale, iudex eccleſiaſticus cognoſcit etiam de dote,iſtud dictum Bal. ſequitur d. Alexan. hic,& in conſi.197.in 2. volum. q̃ incip. circa primum quæſitum,ad fin.& in conſi.63.in 3.volum. q̃ incip. in cauſa, & lite verten.inter Homa.dom.Anto.de Alex.in l.nulli.ſ̃.eo. ſed Pau. de Caſt.in d.l.ordinarij.dicit, q̃ iſtud dictum non videtur omnino verum,quia Bal.illud fundat in d.l.ordinarij, quæ nihil facit. Nam vbi habet iuriſdictionem in cauſa prin.meritò etiam habet in incidenti;non ſic eſt in propoſito, vbi iudex eccleſiaſticus non debet cognoſcere de cauſa ſimulationis vertente inter laicos, & quamuis cognoſcat de iuramento incidenter, certe cauſa incidens non debet ad ſe trahere cauſam principalem,arg.optimum in l.ſi quis ſciens.in ver. domini enim. C. de rei vend.ſubdit tamen Pau.de Caſt. q̃ ſemel habuit de facto in Brixia,& actor qui petebat executionem inſtrumenti,ne occaſione iuramenti traheretur ad curiam eccle. vbi cauſæ nunq̃ finiuntur,& ne appellaretur poſteà ad curiam Roma. remiſit iuramen-

ADDITIONES.

a Pedanei.Adde, q̃ inaduertenter Iaſo.errauit, quia cauſa ſeruitutis eſt ſimplicis iuriſd.reſte Bar.in 1.gradu iuriſd. in l. imperium. de iuriſd. omn.iud.& in l.nec quicquam.§.vbi decretum. de offi.proconſul. BELLOT.

b ¶Damnum paſſi.Facit tex.in c.cauſam quæ.in fi.de reſcrip. Pet.Girar. ſingu. 23.notant Bal.& alij. PVRPV.

c ¶Cauſæ præparatæ.Fel.in c.cùm ſit generale.colum.7.de foro compet. Petr. Girar. ſing.88. PVRPV.

Source : BIU Cujas

iuramentum,quod facere potuit,cùm eſſet præſtitum ad eius vtilitatem,vt per Barto.in l.1. §. & poſt operis. ff.de oper. nou. nunc.& in l.Labeo,vbi dixi.ff.de iureiuran. Sed pars non obſt. remiſſione à iuramento,petijt abſolutionem iuramenti ab Epiſcopo,& poſteà volebat trahere cauſam prin.ibi certè non potuit ex eo, ꝙ iuramentum iam erat remiſſum, & non potuit
5 abſolutio fieri niſi de facto: † ſed abſolutio facti non poteſt extendere iuriſdictionem.arg.not.per gl.in l.ſi pater. C. ne de ſta. defun.& in c.cùm in plures.de offic.delega.in 6. pro certo fuit pulchra limitatio,& cautela ad illud dictum Bal.& ita conſuluit idem Paul. de Caſt. in præalleg. conſi.68. & ſimpliciter ſe-
6 quitur dom.Alex.hic.¶† Tertiò not.ex hoc text.ꝙ iudices,qui non poſſunt principaliter de cauſa cognoſcere,poſſunt tamen incidenter;limita niſi ſit cauſa ſpiritualis,puta,matrimonij,vel
a vſurarum,de qua iudex ſecularis [a] nec principaliter nec incidenter poteſt cognoſcere.c.lator.qui fi.ſint leg.c.tuam. de ord. cog.& ca. ſi iudex laicus. de ſenten. excommu.in 6.ꝙ intellige
b verum,quando eſt quæſtio ſuper iure,ſecus ſi ſuper facto.[b] ſecundum Barto. hic, & in l. omni innouatione. C. de ſacroſan. eccl.& in l.2. ff.de iur.omn.iud.& in l.Titia.ff.de ſolu. matrim.
* Sequuntur *communiter Cano.*in d.c.tuam. & in c.cùm ſit generale.de foro compe.& dicit Bald.in l.filium. ff. de his,qui ſunt ſui vel alie. iur. ꝙ ita ſeruatur de conſuetudine. ſequuntur Raph. Cuma.& dom.Alex.in d.l.Titia,& dom.Alex.in conſi. 9. in 3. volum.ꝙ incip.præſtantiſſime dom.Pau.de Caſt. in d.l. omni innouatione.¶Et vltra Doct.potes exemplificare in caſu quotidiano.nam ſi dico, ꝙ feciſti mihi pactum de retrouēdendo, tu dicis,ꝙ non eſt verum,iſta eſt quæſtio facti,de iſta poterit iu-
7 dex ſecularis cognoſcere. † Sed ſi dico, ꝙ contractus de iure cenſetur vſurarius, per iſtud ſolùm,ꝙ feciſti pactum de retroueniendo,tu dicis,ꝙ non,ſed ꝙ requiruntur tria,modicitas pretij,pactum de retrouendendo , & ꝙ ſit perſona ſolita fœnerari,vt habetur in c.ad noſtram.de empt. & vend. & in cap.cùm contra.de pigno.certè iſta eſt quæſtio iuris, & tunc de ea iudex ſecularis cognoſcere non poterit,ſed tantùm eccleſiaſticus.iſtā limita.reprobat Bald.& Raph.Fulg.hic,& in d.l. omni innouatione.Ray.in d.l.2.Imo.& Ludo.Roma.in d.l.Titia, & Imol.in d.c.cùm ſit generale.moti præcipuè , quia ex facto ius oritur.l. ſi ex plagis.§ in cliuo. ff.ad l. Aquil. vnde non poteſt eſſe quæſtio de facto,quin etiam ſit de iure ; ego reſpondeo,ꝙ ex facto bene ius oritur,ſed non ius ſpirituale,prout quando contenditur, an de iure ſit vſura,vel nc.¶Ego ex alio dubito , quia doc. Barto.videtur impoſita verbis , & non reb. ℨ.l. 1. in fin.cum ſi. C.de leg.& docet nos mentiri. nam qui vellet trahere cauſam ad curiam eccleſiaſt. opponet via iuris. ¶ Limita tamen nouem modis, vt per dom.Alex.in d.l.Titia.ex quibus aliquos,& no.ponit Bald.hic.¶Tu vltra illas 7.limita.ibi traditas per Alex.
8 adde aliam limitationem , † ꝙ licèt de cauſa ſpirituali non poſſit iudex ſecularis cognoſcere, tamen poteſt ſe intromittere interrogando,ita tenet Bald.in l.vbicunq;. ff.de interrog.act. ¶Adde aliam nouam limitationē, & eſt valde pulchra,quando per ſtatutum ciuitatis inſtrumentum præſumeretur vſurarium,& pars fundat ſe in dicto ſtatuto, tunc cùm non ſit quæſtio iuris canonicalis ſed municipalis , ſeu ſtatutarij, poteſt iudex laicus cognoſcere,ita Pau.de Caſt. in conſi.71. ꝙ incip.viſis,& ponderatis omnibus de quibns. ℨ. in 1.colum. ¶Decimò limita,vbicunq; ſufficit probare quaſi poſſeſſionem, talis cauſa nunquam dicitur ſpiritualis,ideo indiſtinctè poteſt iudex ſecularis cognoſcere.ſecundum Bald.in Auth. qui iurat. in 6. vel 7.col.C.de bon.auct.iud.poſ.¶Vndecimò limita,vbicunq; in cā ſpirituali pronunciatur per modum cauſæ. ſecundum Bal.
9 in l.1.C.de lati.lib.tol.Pau.de Caſt.in conſi.151. ¶† Iuxta prædicta tangit dom.Alex.hic, an de cauſa vſuraria poſſit compromitti in laicum;& concludit ꝙ non , ſi compromittatur vt in arbitrum.c.contingit,& ibi dom.Anto.de arbi.expreſſius Imo. in c.innotuit.eo.tit.ſed bene vt in arbitratorem , alleg. Petr.de Anch.in duob.conſi.& Bal.in c.1.§. ſimiliter, ſi de inueſt.feu.in
c vſib.feu.¶Tu adde ad primum , ꝙ in arbitrum laicum [c] non poſſit compromitti nec de cauſa vſuraria,nec de alia ſpirituali.Panor.in d.c.contingit.Bald. extra de re iud. in rub.in 2.colu. & in c.ad noſtram.de emp.& vend. & in c. ex literis. in 2. col. de iureiuran.dom. Alex. in conſi. 91. in 2. volum. ꝙ incip. viſis actis mihi tranſmiſſis.& omnino Bal.in c.fi.in 2.colum.de arbi. vbi limitat duobns modis.Primò, niſi compromiſſum in arbitrum laicum fieret cum auctoritate Epiſcopi.arg.c.per tuas.de arbi.Secundò , vbi non eſſet quæſtio de vſuraria prauitate, ſed de ſimulatione contractus; quantum autem ad ſecundum, ꝙ in arbitratorem bene poſſit fieri. Adde Spec.in titu.de arbi. §.reſtat videre, ver.item de ſenten. excommu. Bald. in c.ſacroſan. de elect.Lap.alleg.75.Pau.de Caſt.in conſi.71.Ludo. Roma.in conſi. 299. quod incip. in propoſita conſultatione videtur prima fronte dicendum.dom. Alexan.in d.l.Titiā. ¶Quid autem de re ſpirituali , an poſſit compromitti in laicum tanquam in arbitratorem.Pan.in d.c.contingit.tenet ꝙ non , ſequitur Lud. Rom.in prealleg.conſ.299.Contrarium, & plenius tenet idem Ludo.Roma.in conſi. 173. incip. pro deciſio. propoſitæ quæſtionis eſt breuiter aduertendum.dom. Alex.in conſi. 21.quib. adde,ꝙ idem expreſsè tenet Bald. in titul. de pace conſtan. in ver.poſſeſſiones,& in l. vnica. in 9. colum. C. de confeſſ. & de tranſactione an fieri poſſit in cauſa vſuraria, ponit Bald. in l. cum allegas.in 2.colum.C.de vſuris.¶Quartò not.ex iſto text.
10 regulam,ad quam pluries allegatur,ꝙ † quædam in conſequē tiam permittuntur,quæ principaliter non permitterentur.concord.tex.no.in l.1.in prin.& intellige,vt ibi per Bar.ff. de aucto. tuto.quando venit in neceſſariam conſequentiam. Cyn.& Saly.& Pau.de Caſt.hic.ad idem facit , quia dolus de fututo non poteſt principaliter remitti,ſed bene in conſequentiā. l.ſi vnus. §.illud.ff.de pact.Ad idem facit,quia iudex vel arbiter,qui non poſſunt cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum,verum eſt principaliter,tamen incidenter poſſunt.tex. eſt in l.fi.in fi.C.
11 vbi & apud quos.in c. 1. de in integrum reſtit. ¶† Similiter licèt procurator ad petendum reſtit.in integ.debeat habere ſpeciale mandatum.l.illud. ff.de mino. tamen ſi reſtitutio petatur incidenter,non eſt neceſſe, ſm Barto. in l. cùm procurator ad fi.princip.ff.de nou.oper.nunc.& in l.1. C. etiam per procur.& in d.l.illud.in prin.& no.in l.indebitum. ff.de condi.indeb.& ibi generalius not. ꝙ in omnibus caſibus requirentibus ſpeciale mandatum debet intelligi,ſi principaliter intententur, ſecus ſi
12 incidenter per illum tex.vbi dicit eſſe caſum ſin.de hoc. ¶† Facit ſimile de legatario,qui poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamentaria,quia non principaliter,ſed in conſequentiam ad eum ſpectat commodum.§.legatarijs.inſti. de teſt. l. qui teſtamento.in princ.ff.eo.& l.dictantibus. C. eo. imò generalius, quilibet poteſt eſſe teſtis in cauſa,in qua non principaliter ad eum ſpectat commodum,ſed incidenter,ita not.Bar.in l.ſi quis duos.per illum tex.ff.de reb.dub.& in l. ſi cui legetur. per illum text. ff.de leg.1.& in d.l.qui teſtamento.in prin.Io.Fab. in d. §. legatarijs.
13 Bal.in d.l.dictantib. in 1.col.& in l.omnibus.ad fi.ff.de teſta.† Et
d ideo in cauſa vniuerſitatis [d] quilibet de vniuerſitate poteſt eſſe teſtis, quia commodum principaliter non ſpectat ad eum, ſm Bar.in l.in tantum.§.vniuerſitatis.ff.de rer.diui.& in l. ſed ſi hac. §.qui manumittitur.ℨ.de in ius vocan. cum concor.de quibus per dom.Alex.ibi.¶Confirmo per id, quod not.tenet Io. And. in regula ſine poſ.in mercur.ꝙ ſi Epiſcopus petit decimam ab vna eccleſia,Rector illius Eccleſiæ poteſt probare conſuetudinem eſſe in contrarium per alios Rectores aliarum eccleſiarū. Ad idem facit,ꝙ pulchre no.Iac.But.& Ang.in l.non ſolùm.§.
14 quæritur.per illum tex. ff. de procu.† ꝙ creditor poteſt teſtificari in cauſa debitoris ſui,ex quo principaliter non eſt ſua,ſequitur dom.Alex.in conſi.78. ꝙ incip. in cauſa,& lite vertente inter Bartho.in 3. colu. in 1.volu. ¶Sed contra prædicta valde
e dubito, per id ꝙ dicimus de aduocato procuratore, [e] & pro-
f xeneta, [f] qui non ſunt idonei teſtes, ratione ſolius affectionis.c. Rom.

ADDITIONES.

a ¶Secularis.Adde glo.in ver.vſuris,in cle. diſpendioſam. de iud. & ibi Dom. Lanfran. in repet.gl.fi.in c.ex literis.de iureiuran.Arch. in c. quid dicam.13. quæſt.4.Bal.in c.1.de vſu.lib.6.Abb.in c.poſt miſerabilē.in 1.no.de vſur.Lap. alleg.55.56.& 70.Laurent.de Rod.in tract.vſur.q.131.Bar.in l.omni in nouatione.C.de ſacroſan.eccl.Bar.& Lud.Roma.in l.Titia.ff. ſolu. matrimo. Bal.in l.eos.C.de vſur.Fed.de Sen.conſi. 96. incip. apparet quædam lex. conſ.245. Anch.conſi.335.incip.Calder.conſi.53.ſub ti.de foro compet.Card.Zab.conſi.120.Bald.conſi.16.in 3.vol.Raph.Fulg.conſi. 134.Alex. de Imol.conſi.91. viſis actis. in 2.vol.

b ¶Facto.Adde gl.vlt.in c.ex literis,de iureiuran.gl.ſummæ.11.q.1. Io.de fan.in c.1.6.q. 2.Docto.in c.de cauſis.de offi.deleg.

c ¶Laicum.Adde Bal.in c.1.in §.fi.de controuer.inueſt. in vſib. feud. & Petr.de Anch.in conſi.94.incip.iſta q.dubium fecit.

d ¶In cauſa vniuerſitatis. Adde Inn. in c.inſuper.de teſt.& Spec.in tit. de teſte. in §.1.ver.ſed nunquid in cauſa vniuerſita.& in ver.quid ſi omnes.

e ¶Procuratore.Adde Fran.de Are.in c.inſuper.in vlt. verſi. de teſt. Io. And.in regula cum quid vna.de reg. iur. in 6. in mercur.Abb.in c. fraternitatis.in fi. de cler.non reſid.dom.de Rota deciſ. 222. incip. item procurator. in nouiſſimis.

f ¶Et proxeneta.Adde Spec.in tit.de teſt.in §.1. ver. quid de proxeneta.Sal.in in l.teſtium.de teſt.Bal.& Saly. in l. omnib. C. de teſti. Anto.de But.in c.dilecti.de elect.Alb.de maletis in tracta.de teſtib.

* Gabriel. com.opi.lib.1.conclu.20.vbi tenet, ꝙ poſſit teſtificari etiam altera parte inuita,& in hoc ſit diuerſitas,quia altera parte contradicente non poteſt compelli,ſed tunc neceſſe eſt,ꝙ vtraq; pars conſentiat, vt compellatur, voluntariè autem deponere poteſt etiam altera parte inuita,contrariam tamen dicit magis communem,ꝙ altera parte inuita teſtificari non poſſit, pro qua vide,quæ no.Capel.Tolof.q.93.Alex.conſi.13.nu.14.lib.1.Neuiza.conſil.47.nu.27.Por.lib.1.conclu. vbi ponit regu. cum ampliā. & limita.& not. Pract.Pap.for.iuramenti teſtium,ver.proteſtante.nu.19. MASVER.

Source : BIU Cujas

Rom. eum glo. de teſtib. in 6. glo. & Bar. in l. deferre. §. item decreuerunt. ff. de iur. fiſ. cum concor. quas dedi in rub. ℣. de procu. etiam ſi proxeneta nullum commodum expectet, ſecundũ Io. And. & dom. Anto. & Imo. in c. dilectorum. de teſti. cog. & tamen cauſa principaliter non ſpectat ad eos, & maior affectio propter vtilitatem debet eſſe in caſibus prædictis, cogita.

SVMMARIVM.

1 *Sententia generalis parit exceptionem etiam in non proſecutis.*

LEX IIII.

1 

I cùm tibi. †Sententia generalis parit exceptionem etiam in non proſecutis, ſi tamen ſint de appendentijs proſecutorum. hoc dicit, & eſt ſing. ſecundum Bart. & omnes hic, & ita limitatur. l. 2. ℣. eo. de qua gl. opponit, & tripliciter ſolu. vera eſt 3. ſolu. dixi in d. l. 2. & plenius in l. 1. C. de tranſact. ¶Sed aduerte ad text. in verſic. quæſtionem omiſſæ euictionis, quomodo debeat intelligi, Bald. & Pau. de Caſt. exemplificant hoc modo. Adoleſcens petebat à quodam curatore ſuo rationem de pecunijs receptis: curator oſtendit, quòd ex eis emit prædium, & ita adoleſcenti tradidit inſtrumentum emptionis, & ita fuit abſolutus à iudice; poſtea adoleſcens reperit fundum fuiſſe euictum: vult agere de euictione contra quondam eius curatorem, deciditur hic ℘ non poteſt poſt abſolutoriam latam, ex quo omiſit tunc mouere quæſtionem euictionis, quam ignorabat; dubius eſt iſte caſus, vnde melius exemplifica ſecundum Odofre. altero de duobus modis, ſtantibus termi nis prius narratis. Curator fecerat pactum venditori, ne teneretur de euict. vel quando fundus fuit euictus, curator omiſit agere de euictio. abſoluto curatore, adoleſcens tunc maior vult mouere tales quæſtiones de euict. nunquid poſſit, deciditur, quòd non, quia ſunt de appendicijs cauſæ principalis, ideo ſententia generalis ſicut præiudicat in principali, ita in iſtis appendicijs. ita eſt tex. hic.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non ſubdelegat, niſi ſit delegatus principis.*
2 *Iudex ordinarius poteſt delegare cauſam ad ſuam iuriſdictionem pertinentem.*
3 *Delegatus ab ordinario non poteſt ſubdelegare.*
4 *Delegatus nullam propriam habet iuriſdictionem, ſed fungitur munere iudicis delegantis.*
5 *Delegare poteſt ille, qui habet propriam iuriſdictionem.*
6 *Delegatus ab ordinario non poteſt ſubdelegare, fallit tamen in octo caſibus.*
7 *Cardinales æquiparantur proconſulibus.*
8 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis dicatur.*
9 *Delegari non poſſunt ea, quæ conceduntur à lege ſpecialiter, ſeu in priuilegium iudicib. ordinarijs.*
10 *Si dominus ſcit cauſam ſuam agi à falſo procuratore, et patitur, valet, ac ſi ſibi mandaſſet.*
11 *Delegatus principis poteſt ſubdelegare, fallit tamen in 14. caſibus.*

LEX V.

1 

A Iudice. Iudex †delegatus non ſubdelegat, niſi ſit delegatus Principis. hoc dicit, & habet tres partes, quæ patent in tex. Ex iſta. l. collige tres regulas, in quibus expediam quicquid tangitur in glo. & per Docto. & vltra eos plura bona addam.
2 ¶Prima reg colligitur in prin. † ℘ iudex ordinarius poteſt delegare cauſam ad ſuam iuriſdictionẽ pertinentem. iſtud expreſſius dicit tex. in l. vnica. C. qui ꝑ ſua iuriſd. in l. & quia. ff. de iur. omn. iud. Adde, ℘ iſtud procedit etiam ſi iuriſdictio ordinaria eſſet priuilegiata, adhuc poteſt delegari, ita probat text. no. in c. fi. de offi. ord. & ibi Bal. in fi. ad hoc not. & dicit, ℘ vix alibi reperies. ¶Limita iſtam reg. per l. 1. in prin. vbi dicitur. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd. & no. ℘ ſi pars ſuꝑ cauſa delegata adeat ordinarium, non poteſt amplius redire ad delegatum, glo. eſt no.
3 in c. cum dilectus. in glo. fin. de purg. cano. ¶† Secunda reg. eſt, ℘ delegatus ab ordinario non poteſt ſubdelegare, rationem aſſignat text. quia iudiciario munere fungitur. ¶Iſtam rationẽ dupliciter declarat gl. in ver. munere. vno modo quia eſt neceſſarium munus, & ſic poſt delegationem habet de neceſſitate impleri. Iſtam ſequitur Ioan. And. in c. is cui. de offi. deleg. in 6. ¶Iſta ratio non eſt bona, quia militaret etiam in ordinario, qui habet neceſſitatem iudicandi. l. munerum. el 2. §. iudicandi. ff. de muner. & honorib. & tamen delegat, vt hic. Vera ergo
4 ratio eſt, † quia delegatus nullam propriam habet iuriſdictionem, ſed fungitur munere iudicis delegantis. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iur. Iſtam tenent Doct. hic, & in c. cum Bertol. de re iud. ¶Tertiã notabiliorem rationem aſſignat Ang. in d. l. more, quæ tamen eſt declaratio præcedent.
5 † Nam ille poteſt delegare, qui habet ꝑpriam iuriſdictionem. ita dicit tex. in d. l. qui mandatam. hoc eſt, qui habet proprietatem in iuriſdictione; ſed delegatus non habet ꝑprietatem, ſed ſolùm vſum, ſicut ergo vſuarius non poteſt alijs cedere. inſtit. de vſu, & habi. in prin. ita nec delegatus, & multum gloriatur Ang. de iſta ſua ratione, quam dicit ante eum neminem maiorum cogitaſſe. Iſtam ſimilitudinem inter vſuarium, & delegatum reprobat Raph. Fulg. in d. l. more. nam ordinarius poteſt delegatum quandocunque reuocare. l. iudicium ſoluitur. ff. de iud. & tamen qui concedit vſum, non poteſt reuocare. Tu conſidera, ℘ iſtud obiectum magis fortificat rationem Ange. quia ſi vſuarius, qui habet fortius ius, & irreuocabile, non poteſt alij cedere, multominus poteſt delegatus. ¶Quàrtam rationem aſſignat Raph. in d. l. more. nam ordinarius habet propriam iuriſdictionem, ſed in re propria quilibet eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mand. l. nemo exterus. C. de iud. delegatus autem nihil proprium habet, ſed fungitur iur. delegantis. d. §. qui mandatam. ergo in re aliena non debet plus poſſe quàm ſibi commiſſum eſt, facit quod dicam. ℣. in 3. limi. ¶Iſtam regulam amplia tribus principalibus modis. Primò amplia, vt procedat, ℘ nec etiam de conſenſu partium poteſt ſubdelegare, ſecundum Bald. poſt Innocen. in c. cum Bert. in 4. colum. de re iud. & ibi per dom. Ant de But. in 12. colum. Spec. in tit. de iud. deleg. §. 1. ver. ſed nunquid. Secundò amplia etiam ex cauſa abſentiæ, vel neceſſarij impedimenti non poteſt delegatus inferioris ſubdelegare, ita tenet not. Bart. in l. legatus, circa fi. ff. de offi. proconſul. & leg. quamuis ex iſtis poſſit ordinarius cauſas meri, vel mixti imperij ſubdelegare. l. 1. in princ. ff. de offic. eius cui mand. eſt iur. l. placet nobis. C. de pena iud. Tertiò amplia iſtã reg. vt procedat etiam poſt litem conteſt. glo. in c. 1. de procur. in 6. & gl. in c. cum cauſam. per illum tex. de appel. & gl. in d. c. cùm Bertol. Docto. hic, Bar. in d. l. more. in 4. col. quamuis contrarium teneat glo. in l. fin. in verſic. non habent. C. vbi & apud quem. & gl. in l. & quia. in gl. magna. in fi. ff. de iuriſ. omn. iud. & in l. legatus. ff. de offic. proconſul. arg. de procur. ad legatum, ℘ arg. procedit in iure noſtro, vt eſt text. in d. l. & quia. ſed procurator litem conteſt. poteſt alium ſubſtituere. l. neq; l. procuratorib. & l. nulla. ℣. de procu. igitur, & c. ſed iſtud ſimile non eſt bonum, quia procur. per conteſt. lit. efficitur dominus litis iuribus prælleg. ſecus eſt in iudice, ratio diuerſitatis, eſt, quia per lit. conteſt. quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de procura. ſed partes ſunt, quæ dicuntur quaſi contrahere, non autem iudex,
6 ſecundum Raph. in l. fi. C. vbi & apud quem. ¶† Iſtam 2. regulam limita octo modis. Primò in delegato proconſulis. l. cùm prætor. §. 1. ff. de iud. & hic in glo. 1. & rationem ſpecialitatis aſſignat Barto. hic. ¶Aliam aſſignant Sal. & Mod. hic, quia legatus proconſulis dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. l. obſeruare. §. fin. cum l. ſeq. de offic. procon. & leg. ergo poteſt ſubdelegare, vt in d. l. ſeq. & hoc modo non erit ſpeciale in legato proconſulis. d. l. cùm prætor. §. 1. in ver. cæterique Romæ magiſtratus, & licèt dom. Alex. in d. l. more. in 2. colum. iſtud reprobet, tamen poſtea in 10. colum. mutat, & ſeipſum corrigit. hinc eſt, ℘ ſi proconſul delegaret ſpecialiter vnam cauſam legato, non poſſet eam ſubdelegare. l. legatus, vbi glo. & clarius Barto. ff. de offic. proconſul & lega. glo. in c. ſuper queſtionum. §. ſi verò, in ver. delegare. de offic. deleg. Saly. hic in 1. oppo. gl.
7 & Rapha. Fulg. in d. l. more, & gl. in d. l. cùm prætor. §. 1. ¶†Subdit per iſta Bald. hic idem eſſe in legato Cardinalium, ex quo
a Cardinales [a] æquiparantur proconſulibus. c. 2. de offic. leg. in 6. idem tenet Ange. in d. l. cùm prætor. §. 1. Panor. in d. c. cùm Bertoldus, & dicit Albe. hic, ℘ vidit ita ſeruari in facto, quamuis contrarium putet de iure, & contrarium tenet Ludo. Roma. in d. l. more, quem ibi reprobat dom. Alex. in 2. colum. ¶Secundo fallit in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, vt hic in gl. per l. 1. in fin. ſecundum verum intellectum. ff. quis & à quo.
* idem tenet. gl. in d. c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò, *& communiter Doct. hic*, & in d. l. more, & ratio eſt, quia talis delegatus habetur pro ordinario, gl. in c. cùm cauſam. in ver. delegatus. de appel. gl. fi. ℣. e. Bal. in l. ſi vt proponis. 1. C. quomodo, & quando iud.
8 & dicitur † delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, quando fit dele-

ADDITIO.

a ¶Cardinales. Adde Spec. in tit. de lega. in §. 3. ver. facit, & ver. ſeq. & per Phil. de Perug. in c. cauſam. in 7. q. de appel. Ant. de Butr. in c. ſuper quæſtionum. de offic. deleg.

Source : BIU Cujas

delegatio ſub nomine territorij, puta, delego omnes cãs talis caſtri. gl. eſt in d. l. 1. & ibi Bar. Bal. & Saly. hic, intellige, quando delegaret vnam cauſam, ſecus ſi totam vniuerſitatem, tunc non poſſet, ſm Hoſt. in ſumma tit. de iud. deleg. §. quis poſſit. quem refert, & ſequitur do. Anto. in d. §. ſi verò, & ibi Imo. reputat valde no. & do. Alex. hic, ſic etiam videmus iu ordinario, qui licèt poſſit delegare vt in præce. regula, tamen totam iuriſdictionem non poſſet à ſe abdicare inconſulto principe. l. penul. ff. de offi. præſi. ¶ Tertiò limita, quando delegato eſſet data expreſſa poteſtas ſubdelegandi per ordinarium. argu. l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ad fin. ff. de arbit. ſm communiter Doct. hic, Bar. in d. l. more. in 4. col. & in l. ſolet. poſt glo. ibi. ff. de iuriſd. om. iud. latè gl. in c. is cui in gl. fi. de offic. deleg. in 6. Alb. in d. l. more. in 6. colu. & ibi Raph. Fulg. qui dicit, ꝙ iſta opin. eſt intrepidè tenenda, ſequitur Pan. in c. cùm Bertol. Imo. in cle. 1. de offi. deleg. vbi dicit, ꝙ *iſta eſt communis opi.* quam etiam conſulendo tenet d. Alex. referens, ꝙ eſt communis opin. in conſi. 157. in 2. vol. ꝙ inci. viſo inſtrumento donationis. in 4. vol. in fi. ¶ Contrarium tenet Petr. de Bellaper. hic, quem aliquando ſecutus eſt Cy. ſed poſteà in addi. mutauit propoſitum. idem tenet Spec. in tit. de iud. deleg. §. 2. ver. ſed nunquid ſubdelegatus. iſtam opin. latè defendit do. Card. in d. cle. 1. in 12. q. Imo. in d. c. ſuper quæſtionum. §. porrò. & in §. ſi verò. d. Alex. & do. Anto.
9 hic, & mouentur vrgenti fundamento: † nam ea, quæ conceduntur à l. ſpecialiter, ſeu in priuilegium iudicibus ordinarijs, non poſſunt delegari. l. 1. in prin. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. ſed l. ſpecialiter concedit ordinario, ꝙ poſſit delegare, vt hic, ergo iſtam facultatem non poterit concedere delegato, & per hoc fundamentum dicunt poſſe reſponderi ad omnia in contrarium adducta. ¶ Teneo contrarium, per iſtud, ꝙ dicam in ſeq. limitatio. nec obſt. eorum fundamentum, quia retorquetur fortiter contra eos. nam dicunt, ꝙ ea, quæ conceduntur ſpecialiter ordinarijs, celegari non poſſunt, verum eſt, quando concenuntur maioribus ita ꝙ minoribus denegentur, ita dicit tex. in d. l. 1. in prin. & ibi gl. in ver. ſpecialiter, & in ver. tribuuntur. in fi. & in ver. magiſtratus. aliàs dicerentur competere iure cuiuslibet magiſtratus, & poſſent delegari, prout dicit tex. in d. l. 1. in ver. quæ vero. ſed quilibet ordinarius etiam minimus poteſt delegare. d. l. cùm prætor. §. 1. & d. l. 1. in prin. & ver. quæ verò. ergo debet poſſe concedi delegatio, ideo dom. Alex. in d. l. more. in 10 colum. perpendens de errore ſuo ſeipſum corrigit. ¶ Teneas ergo veram eſſe limitationem, ꝙ delegato poſſit concedi facultas ſubdelegandi; fallit in delegato principis, qui ſi ſubdelegaret alij, non poſſet ei dare facultatem adhuc ſubdelegandi, quia ſic res iret in infinitum. glo. in d. c. ſuper quæſtionũ. §. porrò, in ver. transfert totam. quam pro ſingulari ad hoc not. Panor. in d. c. cùm Bertol. & gloriatur, ꝙ ſit à ſe ſolo ponderata. idem tenet Albe. in d. l. more. in 5. colu. & do. Alex. hic cùm concord. de quibus per eum. ¶ Sed contrarium, & fortè melius tenuit ſolus Fulg. in d. l. more. in 4. col. nam delegatus principis habet maiorem poteſtatem in ſubdelegando, quàm ordinarius, ergo ſi ordinarius poteſt dare iſtam facultatem, multò fortius poterit delegatus principis; probo maiorem, nam ordinarius non poteſt delegare cauſas meri, vel mixti imperij. l. 1. in prin. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſ. ſed delegatus principis bene poteſt. l. vnica. in fin. in ver. nullo perſonarum, cauſarumue habito tractatu. C. qui pro ſua iuriſd. & dicam. ſ. nec eſt verũ, ꝙ res iret in infinitum, quia non tranſibit vltra primum. ¶ Quartò no. limita, niſi delegatus ſubdelegaret ſciente, & patiente ordinario, ſecundum Gul. de Cun. in d. l. 1. §. magiſtrum. el 2. per illum tex ff. de exercito. iuncto eo, ꝙ dixi in præced. limita. refert, & ſequitur Alber. de Roſa. in d. §. magiſtrum. idem tenet Bal. in d. l. more. in lect. antiq. d. Alex. in conſi. 157. in 2. vol. inci. viſo inſtrumento donationis. in 4. colu. ¶ Facit bonum ſimile,
10 † quia ſi dominus ſcit, & patitur cauſam ſuam agi à falſo procuratore, valet acſi ſibi mandaſſet, ſecundum Inn. in c. ex parte decani. de reſcrip. & in c. inter dilectos. de fide inſtr. in gl. in ver. inter alios. in c. in noſtra. in gl. pen. de procu. & in c. cùm in iure. in gl. magna. de offic. deleg. Arch. & Io. And. in c. qui ad agendum. de procur. in 6. Bal. in l. licèt. in vlt. col. C. de procur. in l. Iulianus. in q. 5. ff. qui ſat. cog. in l. 2. §. voluntate. ff. ſol. matrimo. & in l. cauſæ. §. 1. ff. de procu. & in l. ſi tutor. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ. & in l. falſus. C. de fur. & in l. 1. vbi bon. glo. C. de neg. geſt. & latè dom. Alexan. in repe. l. ſæpè. ff. de re iudi.
a ¶ Quinto limita,[a] quando partes non oppoſuiſſent delegationi, quia lite conteſt. coram ſubdelegato amplius opponi non poſſet, cùm ſit exceptio dilatoria, quæ lite conteſt. tollitur. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procu. & in l. ita demum. ſ. de procu. Sicut nec poſt litem conteſt. poteſt opponi declinatoria fori. in c. inter monaſterium. de re iud. Sicut nec exceptio pendentiæ litis, ſecundum Bal. in l. peremptorias. in vlt. q. C. ſen. reſcin. non poſ. & in q. per eum diſputata, quæ incip. accuſatus de vi turbatiua. in 11. colu. Imo. in l. cùm procurator. §. dominus. ff. de oper. nou. nunc. do. Alex. in conſi. 106. in 4. volum. ꝙ incip. magnifice prætor. in 10. colum. ſic etiam exceptio. præuentionis cùm ſit declinatoria fori, non poteſt poſt litem conteſt opponi, ſecundum Bal. in Auth. ſed nouo iure. in pen. col. verſi. ſed pone in ciui. Peruſij. C. de ſer. fug. ¶ Sextò limita, quando vellet ſubdelegare vnum arti. cauſæ, poteſt, ſicut poteſt delegatus ad vniuerſitatem vnam cauſam ſubdelegare, vt dixi ſupra ſecundum Bar. in d. l. more. in 4. col. & in d. l. ſolet. in Auth. ad hæc. in fi. infra eo. per tex. in cle. vnica. de offic. deleg. ¶ Contrarium tenent omnes alij hic, cum concord. de quib. per do. Alex. hic, cùm idem iuris ſit de parte, quod de toto. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & per text. in d. c. ſuper quæſtionum. §. nos autem. qui optimè probat ſecundum Imo. ibi, inquantum dicitur, quòd poteſt ſubdelegare vnum artic. non iuriſdictionalem. nec bonum eſt ſimile de delegato ad vniuerſitatem, cùm æquiparetur ordinario, vt prædixi; non obſt. etiam text. in d. cle. 1. quia loquitur in delegato Papæ, & ſi tu replicas ſubtiliter hoc modo, ille text. eſſet de indubitabili. nam delegatus Papæ poſſet ſubdelegare totam cauſam, vt hic, ergo cui dubium de articu. cauſæ: ſed reſponde, quòd ibi erat delegata cauſa grauis per inquiſitionem, quæ ſubdelegari non potuiſſet, vt infra dicam, ideo magnum fuit dubium, an ſaltem vnum artic. illius cauſæ poſſit ſubdelegare, & deciditur quòd ſic. ¶ Septimò limita, niſi conſuetudo patriæ aliud diſponat. d. l. cùm prætor. §. 1. in verſicu. quibus id more conceſſum eſt. quam ad hoc ibi ponderat Ange. & dicit eſſe meliorem de iure. facit text. in d. l. more. in verſicu. more. & ibi dom. Alex. in 10. colum. in fi. Item aduerte, quòd in caſibus prædictis poteſt fieri ſubdelegatio, etiam inuitis partibus quia nemini iniuriam facit, qui vtitur iure ſuo. c. cùm Eccleſia Vulterana. de elect. l. iniuriarum. §. 1. & §. ſi quis. ff. de iniur. niſi malitioſè ſe èxoneraret. ſecundum Spec. in titu. de iud. deleg. §. 2. in verſi. caſibus autem, licèt poſtea dubitet Specu. quando vtraque pars contradicit. Tu tene, quòd etiam inuitis ambabus partibus. glo. eſt ordin. in d. c. ſuper quæſtionum. §. penul. in glo. magna. in verſi. ſi non poſſunt ambo. Innocen. & Hoſtien. in c. quoniam contra. de proba. Arch. in c. ſi à ſubdelegato. de offic. delega. in 6. Octauò limita iſtam reg. nouiter ſecundum Rapha. Cuma. quia eſt noua limitatio vltra omnes in l. 1. in 2. colum. ff. quis & à quo appel. vt regu. huius l. procedat, quando alicui eſt delegata cauſa, vel cogniito cauſę, tunc poteſt alteri ſubdelegare. ita propriè loquitur iſta lex; ſecus ſi alicui eſſet cõmiſſa iuriſdictio, tunc poſſet alteri delegare cauſam, quia iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia. l. imperium, in fin. ff. de iur. omn. iud. & ſic quando alicui committitur iuriſdi. intelligitur committi, vt poſſit dare iudicem, & iſto modo intelligitur text. in illa. l. 1. in fin. non prout intelligunt glo. & Doct. quòd ibi ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, quia eſt diuinare, ſed quia ibi erat commiſſa iuriſdictio, vt dicit tex. ideo poteſt ſubdelegare: noua profecto & admirabilis eſt limitatio, nec per alium cogitata. Sed ego puto, quòd non ſit vera, quia fundatur in d. l. Imperium. in fi. quæ dicit, ꝙ iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia, ſed loquitur in iuriſdictione ordinaria, & non delegata per rationes, quas ſuperius aſſignaui, & ſic per iſta remanet expedita iſta ſecunda regu. text. ¶ Tertia princip. regula
11 eſt, † ꝙ delegatus principis, vel Papę poteſt ſubdelegare, & duplex ratio eſt, quia in cauſa delegata cenſetur maior quocunque ordinario. l. minor autem. §. pen. in fin. ff. de mino. c. paſtoralis. §. 1. & capitu. ſanè. de offic. deleg. ſi ergo ordinarius poteſt delegare, ergo multo fortius delegatus principis. Secunda ratio eſt, quia hæc iuriſdictio ſapit de vi ordinaria, cùm habeat immediatè iuriſdictionem ab eo, qui dat ordinariam. ſecundũ Barto. in l. legatus in 2. lect. circa fin. ff. de offic. proconſul. & leg. ¶ Extende iſtam regulam quinque modis; primò, vt procedat ſiue princeps ex officio, & motu proprio, ſiue etiam de conſenſu vtriuſque partis dederit delegatum, vtroque caſu poſſet ſubdelegare, text. eſt no. in c. fi. in princ. & ibi Panor. in 1. not. de offic. deleg. ¶ Secundò extende, nedum quando ſubdelegat ex iuſta cauſa vt c. ſi pro debilitate. de offic. deleg. ſed etiam non exiſtente aliqua iuſta cauſa, poteſt ſubdelegare, glo. in c. paſtoralis. in prin. in verb. exonerare, & ibi clarius Panor. de offic. deleg. limitando vt ibi per eum. ¶ Tertiò extende etiam inuitis partibus, vt dixi in præcedenti nota. ¶ Quartò not. amplia non ſolùm quãdo vnus ſolus eſt inſolidum delegatus, ſed ſi habeat collegam, qui velit per ſe procedere, hoc non obſtante poteſt ſubdelegare, tex. eſt in cap. quamuis, quem ibi ad hoc no. Pan.

de

ADDITIO.

b Quintò limita. Adde, ꝙ hanc limi. reprobat Aquen. in l. more. col. 7. verſic. in ea glo. ff. de iur. omn. iud.

Source : BIU Cujas

de offic.deleg. ¶ Quintò extende, & dic, ꝙ delegatus principis poteſt cauſam pluribus ſubdelegare, dato quod ſibi ſoli fuerit delegata, ſecundum d. Ant. de Butr. in c. cum te. & in c. ſuper quæſtionum. in prin. in 4. col. de offic. deleg. Nunc limita iſtam regulam. 14. modis. Primò in ipſo delegato principis, vel Papæ immediato, ſecus eſt in ſubdelegato delegati, ille non poteſt vltra ſubdelegare. tex. eſt in c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò duo. & ibi Cano. de offic. delega. ¶ Secundò limita iſtam regul. vt procedat, quando delegatus, vult delegare totam cauſam, & tunc poteſt; ſecus ſi vult delegare ſolùm audientiam, & ꝓceſſum cauſę, reſeruata ſibi ſnīa, de iure ciuili non poteſt, Auth. ad hęc. in ver. pen. cum glo. vbi Docto. ꝯ. eo. & propter hoc illa Auth. fuit poſita poſt. iſtam l. ſecus eſt de iur. canon. d. c. ſuper quæſtionū, & dicam in d. Auth. ad hæc. ¶ Tertiò limita, & hāc bene ſigna, vt procedat in delegato à ſummo principe, puta Imperatore, vel Papa, vel alio non recognoſcente ſuperiorem de iure, vel de facto; ſecus eſt in deleg. Epiſcoporū, Comitum, Marchionum, vel Ducum. Nam iſti non poſſent ſubdelegare, & eſt ratio, quia eorum ll. vel conſtitutiones cenſentur ius prętorium, & non ius ciuile, vt per Bar. in l. 5. in prin. ff. de verb. obl. cum concord. ibi traditis, ſed ad hoc vt delegatus à principe poſſit ſubdelegare, & ſic ad hoc vt habeat locum regula huius tex. eſt neceſſe, ꝙ delegatio fiat à tali principe, cuius conſtitutio cenſeatur ius ciuile, & non prætoriū, ita ſingulariter dicit Bald. rectè inuenti in l. 4. §. 1. circa fi. ff. de dam. infec. & ibi Io. de Imo. multum no. & dicit ſe neſcire alibi: & alij Mod. poſt eum. ſequitur etiam d. Alex. in l. 1. in 3. colu. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſ. & in d. l. more. in 6. col. ¶ Quartò limita iſtam regulam, vt procedat quo ad cauſas, quæ aliàs ſui natura ſunt delegabiles, ſecus ſi non ſint delegabiles, prout regulariter ſunt de iure ciuili cauſę meri, vel mixti imperij. d. l. 1. in prin. ff. de offi. eius. tunc delegatus principis non poteſt eas ſubdelegare, ne duo ſpecialia circa idem concurrant, ſm Iac. But. & d. Alex. hic, Cyn. poſt Antiquos, Sal. & Fulg. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. Io. And. in addit. Spec. in tit. de iud. deleg. §. fi. ver. item, ꝙ eſt delegatus, & latè d. Alex. in l. 1. in pen. & vlt. char. magna. ff. de offi. eius. ¶ Tene contrarium, per tex. ineuitabilem in d. l. vnica. in fi. in ver. nullo ꝓſonarum, cauſarumue habito tractatu. C. qui pro ſua iuriſd. & ibi gl. Bar. Bal. Ang. idem tenent. & Ange. hic, & Bar. in l. 1. in prin. ff. de offi. eius. vbi latè defendi iſtam partem multipliciter inducendo d. l. vnicam cum alijs ibidem alleg. ¶ Quintò limita, niſi eſſet electa induſtria perſonæ delegati, & hoc appareret ex verbis delegantis, item ex qualitate facti, text. eſt melior de iure in c. fi. de offi. deleg. & ibi plenius declaratur per gl. & Doc. quando dicatur electa induſtria perſonæ, & ibi eſt text. not. ꝙ
a etiam conſentientib. partib. non poteſt iſto caſu fieri [a] deleg. inter cætera dicit ibi Io. de Imo. & Panor. ꝙ per illa verba conſcientiam tuam oneramus, quæ quotidie apponuntur in reſcriptis Papæ, cenſetur electa induſtria perſonæ, adeo ꝙ tunc ſubdelegare non poſſet, ꝙ multum exclamat d. Alex. hic, quia multum vtile, & quotidianum. ſequitur etiam do. Alex. in d. l. more. ¶ Sed aduerte, quia Ang. de directo tenet contrarium, in Auth. ad hæc ꝯ. eo. vbi dicit in contingentia facti fuiſſe dubitatum, ſi in reſcripto Papæ apponantur iſta verba, in quo conſcientiam tuam oneramus, an poſſit ſubdelegare; & dicit fuiſſe obtentum, ꝙ ſic, eo quia Papa cōmittendo cauſam alicui, cenſetur eius conſcientiam onerare, ergo expreſſio eorum, quę tacitè inſunt, nihil operātur. l. non rectè. C. de fideiuſ. & l. 3. ff. de leg. 1. & de hoc dicit eſſe tex. apertum in cle. 1. de verb. ſign. rectè intelligendo, vbi Papa multum grauat guardianos, & gene rales fratrum minorum circa ipſorum conſcientias, & tñ quotidie, vt videmus, delegant, & ſubſtituunt. ſequit Paul. de Caſt. hic. ¶ Breuiter tene primam opi. ꝙ per talia verba, tuam conſcientia oneramus, prohibetur delegatio. ita tenet in terminis Bal. in c. ſi pro debilitate. in 4. col. de offi. deleg. Pan. in c. cùm in veteri. per illum text. de elect. ¶ Confirmatur per duo ſimilia, nam executor teſtamenti, cuius conſcientiæ commiſſum eſt, non poteſt alteri ſubdelegare. l. nulli. in ver. pro ſua cōſcientia, & ibi clarius Bal. in 2. col. C. de epiſ. & cle. Bal. in l. & in epiſtola. circa fi. C. de fideicom. ¶ Secundò facit, ꝙ vult gl. ſing. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. in 6 ꝙ quando aliquid commit
b titur conſcientię alicuius, [b] adeo cenſetur perſonale, ꝙ etiam ab eius ſententia appellari non poteſt, & ibi not. & ſequuntur Imol. & Gemi. & illam glo. ad hoc reputat ſing. Paul. de Caſt. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. nou. nun. Ang. de Aret. in §. ſed iſte. inſti. de act. idē tenet Bal. in c. ſi ſacerdos. de offi. ord. latè Io. de Ana. in conſ. 34. ꝙ inci. viſis, & diligenter conſideratis. ¶ Conclude ergo, ꝙ ſi in reſcripto adſint iſta verba, quæ communiter apponuntur, in quo conſcientiam tuam oneramus, prohibita eſt ſubdelegato. Iſtam concluſionem limitat mirabiliter Pan. in d. c. fi. §. 1. in fi. de offi. deleg. vt procedat, quando deciſio cauſæ fuit commiſſa conſcientiæ alicuius, quia tūc ſumus in caſu gl. d. §. aſſeſſorem. ſecus ſi ſolùm eſſet clauſula generalis, in quo conſcientiam tuam oneramus, tunc poſſet ſubdelegare, quia ſatis eſt, ꝙ in delegando non faciat contra conſcientiam ſuam, & refert ſe ita de facto conſuluiſſe Floren. de Archiepiſcopo Flor. cui fuit per ſedem apoſtolicam commiſſa cauſa. Sed credo, ꝙ non eſt bona limitatio, quia contra iura, & omnes auctoritates prælleg. not. tamen quia magna eſt auctoritas Panor. ¶ Sextò limita, quando in delegatione eſſet dictum, vt perſonaliter exequatur, vel eſſet dictum, per teipſum cognoſcas, tunc etiam conſentientib. partib. non poſſet alteri ſubdelegare, quaſi tunc electa ſit eius induſtria per d. c. fin. vbi Pan. idem tenet Spec. in tit. de iud. deleg. §. excommu. ver. item ꝙ iniunctum eſt, vbi etiam alleg. c. cùm dilecti. de reſcri. idem tenet Ang. in d. l. more. & Pau. de Caſt. hic. facit, ꝙ vult Spec. in tit. de iud. deleg. §. iam nunc dicendum. ver. pen. qui incip. item quid ſi receptio. vbi tenet, ꝙ ſi Papa deleget examinationem teſtium tribus cum clauſula, ꝙ per ſe examinent, non poſſunt alteri ſubdelegare. ¶ Septimò limita, quando princeps in delegatione diceret, ꝙ talis, & nullus alius cognoſcat. tex. eſt not. in l. 1. §. de his, cum glo. ff. de ſeparatio. quem ita alleg. Bened. de Plum. in l. Imperator. ff. de fideic. lib. dom. Alex. in l. 1. in vlt. col. poſt medium de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. & in d. l. more. in 6. col. ¶ Octauò poteſt nouiter limitati, quando princeps in reſcripto diceret, auctoritate noſtra cognoſcat, quia quod fit per alterum ſcilicet per perſonam mediatam, non propriè dicitur auctoritate noſtra fieri, arg. l. qui liberis. §. fin. ff. de vulg. & pupil. ita finaliter in ſimili tenet Bald. in c. fin. in penul. col. de dolo, & contu. Si iſta limitatio eſt vera, eſt valdè ſolennis, quia frequenter imò ſemper talia verba apponuntur in reſcr. Papæ. tamen non pono eā pro conſtanti. ¶ Nonò limita, quando in reſcripto eſſent poſita verba geminata, tu tu, vel per te te, nam primum eſt demonſtratiuum, ſm reſtrictiuum propter geminatam virtutem. l. Baliſta. ff. ad Treb. ſm Bar. in d. c. fi. in 2. col. de offi deleg. & ibi ſequuntur Imol. & d. Card. & idem Bal. in d. c.
c coram dilecto. in 2. col. de offi. deleg ſed ego [c] reprobaui in l. ſi quis in conſcribendo. ſupra de pact. per text. in ver. ſeſe, & per alia plura, quæ ibi cumulaui. Decimò no. limita dictam regulā, vt procedat, quando delegatio fit per verbum mandamus, ſi autem fieret per verbum iubemus, vel præcipimus, quæ verba neceſſitatem important, tunc non poſſet ſubdelegare, glo. eſt quæ dicit ita diſtinguere curiales Romæ, in l. ſæpè adiui Cæſarem. ff. de offi. præſi. & ibi Bar. ſequitur illam gl. & Bal. qui dicit eam non eſſe alibi. eam etiam ad hoc reputat ſing. Imo. in cle. ſæpè. in prin. in 6. col. de verb. ſign. & in cle. procuratorem. in 2. col. vbi etiam Card. de procu. ſequitur Bar. in l. 2. iuxta princ. C. commuia de leg. Bal. in c. eam te. de reſcr. & no. in l. 1. in 3. col. C. quomodo, & quando iudex. & dicit do. Alex. in d. l. more. in pen. col. ꝙ totus mundus approbat illam glo. idem ſentit gl. in l. & quia. in ver. antequam. in 2. ſol. vltimi contrarij. ff. de iuriſd. omn. iud. facit, quod vult gl. no. in c. cum aliquibus in ver. concedimus. de reſcr. in 6. limita vt dicam in ſeq. limitatione. ¶ Vndecimò limita, quando delegatio eſſet facta per iſta verba, poſſit & debeat, quia iſta duo verba ſimul iuncta neceſſitatem important. c. 1. in verſi. poſſumus, & debemus. vt eccleſiaſt. benefi. l. prætor. in prin. ff. de eden. cle. 2. cum gl. in ver. debent. de ſtatu. monach. d. Alex. in conſi. 223. in 2. vol. quod inci. viſis verbis dicti teſtamenti. in fi. ſic etiam eſt, quando ſimul in reſcripto apponitur verbum mandamus, & præcipimus. c. eam te. in verſi. mandatum dedimus, & præceptum, & ibi Bal. in 1. not. ad hoc not. de reſcr. ¶ Duodecimò limita, quando princeps delegat officium ſine iuriſdictione, & ſic actum nudi myniſterij, puta ambaſiatam, vt probatur in d. c. fi. vbi plenius Docto. de offic. deleg. & ibi Bald. in 1. colum. dicit, ꝙ ille tex. eſt ad hoc ſing. no. in cle. 1. eo. tit. facit l. ſciendum. ff. de leg. 1. Bar. in l. imperium. in 8. oppo. ff. de iuriſd. omn. iud. ¶ Tertiodecimò limita, quando princeps delegaret ea, quæ ſunt ſibi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, quæ enumerat Bald. in l. 1. C. de iure aureo. anul. & in l. reſcripta. vbi dixi. C. de precib. impe. offe. tunc non poſſet alteri ſubdelegare, quia ex grauitate negotij præſumitur electa induſtria perſonæ, & potes ponere exemplum in legitimatione. ita ſingu. tenet dom. Anto. & Imo. in c. ꝙ ſedem. de offic. ordi. ſequitur dom. Alexan in l. 1. in vlt. colum. ff. de offic. eius. & in d. l. more. ¶ Quartodecimò, & vlt. limita iſtā regulā, vt procedat, qñ delegatio fit per principem ſimpliciter, ſecus ſi fa-

b ¶Limitat hanc partem Peruſinus in c.fi.de appel.col. 2. latius Rubeus in repet. §. morte. colum. 69. verſ.vltima ſit concluſio ex Barto. in 3. membro. PVRPV.

c ¶Sumpſit, & tenet Dec.in c.fi.de appel.col.2.in glo.1. PVRPV.

Source : BIU Cujas

appel. in §. 7. in ver. item fallunt. in addi. Spe. ꝙ protestatio corā iudice appella. fieri debet de consilio, ne appellatio deseratur. Pau. de Cast. in cons. 21. inci. in causa desertionis. in 5. col. & vide, quod limitando tenet Ant. de But. in cons. 27. in ci. visis præsentibus quæsitis. ad fi. & ista secunda opin. videtur humanior. & pro ea facere, quia protestatio fit ad conseruandum ius. l. fi. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. ergo licèt sit prætermissa, dummodo probetur, ꝙ stetit per iudicem, & non per partem, sola omissio protestationis non debet tollere ius parti. argu. l. id qđ nostrum. ff. de regu. iur. iuncta not. regula, quam in simili tradit Ang. in §. si quis autem. per gl. ibi. in Auth. de hær. & fal. de qua regula plenè dixi in l. 2. ſ. de eden. vbi videas. ¶ Capio gl. super ver. repleatur. q̄ diuiditur in tres. In prima remouet vnum contrarium dupliciter soluendo. In secunda not. In tertia format qō. Secunda ibi, & no. hic casum. Tertia, & vlti. ibi, quid si sex mensib. In prima parte dic, ꝙ solutio gl. vr̄ necessaria, qa aliàs illa. l. de directo huic ꝺdiceret, nisi ēt diceres ſm Moder. hic, ꝙ ista loquitur in iudice ordinario, illa in delegato. ¶ In vlt. parte gl. conclude, ꝙ ista. l. quo ad suppletionem anni habet locum in omnib. iudicibus ordinarijs, siue perpetuis, siue semestrib. siue annalib. nec obst. arg gl. de infinitate. respondet Cy. melius, q̄ aliquis de mundo, & qui optimè loquitur, ꝙ tps anni semel reintegrabitur tantum, pp infinitatem euitandam. sequuntur omnes Mod. præsertim D. Alex. quem videas per te ipsum.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus non debet differre causam vltra triennium, aliàs punitur.*
2 *Vnus casus, in quo iudex tenetur in sententia exprimere causam.*
3 *Tempora inducta à l. ita currunt minori, sicut maiori.*
4 *Quamuis lapsum sit triennium, & perempta instantia, tamen durat ius agendi de nouo in causis ciuilibus, secus in criminalibus.*
5 *Bona curatoris dati ad litem, sunt tacitè obligata minori, sicut bona tutoris, & curatoris generalis.*
6 *Licèt instantia sit perempta, tamen adhuc potest iudex declarare instantiam peremptam, & condemnare illam partem in expensis, cuius causa instantia periit.*
7 *Arbiter non potest pronunciare instantiam prremptam.*
8 *Instantia finita testes producti non probant in nouo iudicio, nisi de nouo examinentur.*
9 *Testes examinati coram iudice ordinario, & solenniter, fidem faciunt in alio iudicio inter easdem personas, absque eo, quòd reexaminentur.*

1 **§. Illo proculdubio.** † Si per negligentiā aduocati causa differtur vltra triennium, punitur aduocatus in duabus libris auri: officio tamen iudicis potest compelli aduocatus, vt promissum patrocinium præstet, & similiter litigator, vt præstet aduocato debitum salarium. h. d. prima pars, & si per negligentiam administratorum non expeditur cā minorum intra triēnium, eis subuenitur ꝺ administratores, & eorum hęredes, ſm formam hic traditā h. d. secundò, & vlt. vsq; ad fi. l. & dum iste tex. dicit, & hæredib. tutorum, & curatorum. intellige, vt per
2 Raph. Cum. in ꝙ. 320. inc. quæritur, an bona hæredis. ¶ † No. 1. ex tex. ibi, iudice in sua sñia hoc ipsum manifestāte. casum speacialem, in quo iudex tenetur in sñia exprimere causam, regulariter non tenetur. c. sicut. de re iudic. imò fatuus est iudex, qui
2 in sñia[a] exprimit causam, ſm Imo. in l. si is ad quem. ff. de acqui. hęr. nisi adijciat dictionem maximè, vt pulchrè Pano. in c. ex parte. de concess. præb. Sunt & alij casus speciales, in quibus requiritur expressio causæ in sñia, quos enumerat Spe. in tit. de sen. prola §. qualiter. ver. verum. Io. And. & alij in d. c. sicut. Bal. in l. si præses. C. qūo, & qñ iudi. Ang. & Imo. in l. qui Romæ. §. duo frattes. ff. de verb. obl. Ang. hic, & plenius D. Alex. tamē dicit Pan. in d. c. sicut. & in cons. 7. inci. quæsitum fuit à me. in 6. vol. Salyc. & Do. Alex. hic, ꝙ ēt in illis casib. non est de essentia sñiæ, ꝙ cā exprimatur, quia ēt in illis casib. valeret sñia sine expressione causæ, sed si exprimatur cā, operatur effectus, quos aliàs sñia non operatur, & in hac materia dic, vt per gl. & Bart. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de iusa. ¶ Secundo no. in versic. sin verò
3 causæ. tex. expressum, ex quo colligitur regula, † ꝙ tpa inducta à l. ita currunt minori, sicut maiori, tñ posses dicere, ꝙ iste text. loquitur in tpe, cuius cursus non affert præiudicium totale, cū solùm pereat instantia, & denuò possit agi, vt hic in tex. iō hēt locum ēt in minore, & idē in Ecclesia, ſm Cardi. in cle. 1. in 10. q. de in integ. resti. Host. in sum. eiusdem ti. §. aduersus. Salyc. & D. Alex. hic, sed tu proba prædictam regulam in trib. ¶ Primò in tpe ad appellandum, vel prosequendum appellationem, qđ ita currit minori, sicut maiori. §. 1. in Auth. de appel. & intra q̄ temp. ¶ Secundò in tpe ad confectionē inuentarij, gl. est no. in l. auxilium. de mino. quam Ang. hic ad hoc reputat singularē.

eod. modo in præscriptione statutaria, vt no. in c. constitutus. de in integ. resti. ¶ Nec obst. l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necessaria. & l. sicut. C. de præscr. 30. vel 40. ann. quia illæ leges loquuntur in præscriptionib. extra iudicialib. & sic prædicta intellige in iudicialib. ſm Ang. hic, & plenius gl. & Doc. in l. fin.
b C. si aduer. rem iud. ¶ Tertiò no. ex tex. ibi, nihilominus[b] suum
4 habere vigorem. tex. expressiorem de iure, † ꝙ quāuis lapsum sit triennium, & perempta instantia, tamen durat ius agēdi de nouo, ꝙ intellige verum in causis ciuilibus, secus est in criminalib. gl. in l. fi. C. de calum. no. Bal. in l. abolitio. per illum tex. C. de aboli. ꝙ vltimùm limita, qñ instantia causæ criminalis perijt culpa partis, ſm Saly. hic, ꝙ multū teneas cordi. ¶ Quartò no. in ver. & res eorum. hic melius probari, quam alibi secūdū
5 Bal. † ꝙ bona curatoris dati ad litem sunt tacitè obligata minori, sicut bona tutoris, & curatoris generalis. l. pro officio. C. de admi. tut. secus est in bonis actoris, vel curatoris, quia text. hic in eis non repetit de bonis, ꝙ vltimum no. limita, quando esset actor datus à iudice, secus si ab ipso tutore, vel curatore, secundum Bar. in l. actor. in 3. col. ff. rem ra. hab. ¶ Tu autem attende circa istum tex. dum dicit, hæredesque, & res eorum, & sic vel-
le, quòd ēt res hæredum ipsorum tutorum sint obligatæ minori, nunquid iste tex. intelligatur de reb. hæredum, quæ fuerūt tutoris, an ēt de alijs reb. proprijs ipsorum hæredum, non tangunt Doc. tangit solus Raph. Cum. in cons. 221. quod inci. quæritur, an bona hæredis tutoris. vbi in specie declarat istum tex. procedere de reb. hęre. quæ fuerunt tutoris, non aūt de reb. pprijs ipsorum hęredum, sicut in simili in l. Paulus, aliàs incipit generalem. ff. de pig. & in l. 1. in fi. C. cōia de leg. per quæ iura dicit sic debere declarari istum tex. sed aduerte, cū illa iura loquā tur in maioribus, non congruenter veniunt ad declarationem huius tex. loquentis in minorib. ¶ Ego aliter intelligo tex. dum dicit hęredesque, & res eorum, ꝙ illud, & res eorum, intelligitur. ſ. tutorum, vel curatorum, quia si aduertis in isto text. non erat dictum de rebus tutorum, & curatorum, nisi hic, nisi intelligas generaliter referri ad omnes, & hoc est tutius, sed tūc intelligendo, vt facit Raph. Cuman. de rebus hæredum, quę fuerunt tutoris, iste tex. seruit de vento, quia omnino bona tutorum, quæ peruenerunt ad hæredes, erant obligata prius minori, ergo oportet intelligere etiam de bonis proprijs hęredum, & tunc esset magnum priuilegium pupilli per hanc. l. super quo diligentius cogita, quia nemo hoc tangit. ¶ Capio glos. in verbo sententiæ, quam diuide in duas partes. In prima tripliciter intelligit tex. in illa dictione sententia. In secunda no. ex tex. Secunda ibi, sic no. ¶ In prima parte dic, quòd primus intellectus est planus. Secundus, & tertius possunt procedere diuersis respectibus, nam si nondum erat transactum totum triennīū, iudex tunc absoluit, aliàs solùm declarat, cum finito triennio partes sint ipso iure absolutæ. ¶ Et ex hoc no. singulariter secū-
6 dum Bar. & alios, † quòd licèt instantia sit perempta, tamē adhuc iudex potest declarare instantiam esse peremptam, & condemnare in expen. illam partem, cuius cā instantia perijt. adde Bar. in l. 2. per illum tex. C. vt intra cer. temp. qō crim. quam ad
7 hoc reputat sing. Ang in prin. huius. l. ¶ † Limita in arbitro, qui non potest pronunciare instantiam peremptam, secundū Bal. in c. sancimus. in 2. col. quo temp. mil. in vii. feu. & licèt Domi. Alex. teneat cum limitatione, de qua per eum, adde quod contrarium tenet Imo. in l. si quis arbitratu. in antepe. col. ff. de ver. obl. & Bar. si rectè inspexeris in l. admonendi. ff. de iureiur. in 2. col. in versic. quæro primò si actor. ¶ Capio glo. in versic. vigorem. quam diuide in duas. In prima declarat text. In secunda
8 format quæstionem. Secunda ibi, sed producentur. ¶ † Ex secunda part. not. duas conclusiones. Prima, quòd finita instantia testes producti non probant in nouo iudicio, nisi de nouo examinentur. ¶ Secundò not. quòd l. finali. C. de testibus quæ loquitur in testibus examinatis coram arbitro, extenditur per hanc glossam ad testes examinatos coram ordinario, & ad hoc istam glossam multum notat Bartolus, & Angelus, &
9 eam reputāt singularem, dic melius, quòd imò † testes examinati

ADDITIONES.

a ¶ In sententia. Adde eundem Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 55. de ver. oblig. vbi dixi, & no. Prac. Pap. for. sent. diffin. ver, relaxandum. nume. 4. Abb. consi. 7. lib. 1. Stat autem reg. ꝙ iudex prudens causam in sua sententia non exprimit, teste Cor. consi. 79. col. 1. lib. 3. Anch. consi. 208. nu. 8. pro quo vide Paris. consi. 102. lib. 1. quæ regula non procedit in sententia absolutoria, vt p Bar. in l. 2. §. Senatus censuit. ff. de iure fisci. neque in criminalib. teste Iodoc. in prac. crim. c. 55. nu. 10. Quibus autem casibus exprimi debeat, ponit Prac. Bal. titu. de sent. q. 1. Lanfr. conclu. 300. Viu. inter commu. opi. lib. 9. ver. iudex non tenetur. MASVER.

b ¶ Nihilominus. Adde l. cū mancipium. in §. circa. ff. de ædil. edi. in l. properandum. C. de iud. & in l. 2. in §. 1. ff. vi bon. rap.

Source : BIU Cujas

pati coram iudice ordinatio, & ſolenniter, fidem faciunt in alio iudicio inter eaſdem perſonas, abſque eo quod reexaminentur. cap.fina.vbi Innocen.de proba.Bald.& Angel. & Pau. de Caſtr.hic, & Barto. in d. l.fina. dixi plenius in l.2. ſupra de eden. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, & aduocati debent ſolenniter iurare ſecundum formam noſtri text.*
2 *Aduocati debent iurare ſuper libro Euangeliorum, quòd non defendent niſi cauſas, quas iuſtas putauerint.*
3 *Diſpoſitio.l.noſtræ eſt hodie correcta.*
4 *Illud, quod lege cauetur, ſi non eſt conſuetudine receptum, & omittatur, non vitiat.*
5 *Statutum, quod non eſt receptum in obſeruantiam, nec moribus vtentium approbatum, nullas habet vires.*
6 *Valet ſententia lata contra ſtatutum antiquum non vſitatum.*
7 *Si conſtitutio Papæ à principio non recipitur, ipſo ſciente, & tolerante, excuſat à peccato.*
8 *An lex tollatur per non vſum.*
9 *Ad hoc, vt ſtatutum nullius ſit effectus, ſufficit quòd tranſiuerint decem anni à tempore conditi ſtatuti, quibus non fuerit obſeruatum ſtatuium.*

LEX XII.

REm non nouam, Iſta l.licèt prolixa ſit, tñ eſt multum no.& moralis, ſecundum Cy.& Pau. hic, & eſt valde vtilis pro ſalute iudicum, & aduocatorum, ſi eã obſeruarent, ſed malè eam obſeruant, maximè aduocati, qui ſpe turpis lucri raro cauſas deſtituunt, ſecundum
1 Pau.de Caſt.hic, hoc dicit. †Iudices, & aduocati debent ſolenniter iurare ſecundum formam hic traditam, hoc dicit ſecundum Barto. Vel ſic, & plenius. Iudices in ſingulis cauſis debent
2 ſolenniter iurare ſuper libro [a] ſacrorum Euangeliorum. hoc primo. Item aduocati in ſingulis cauſis debent ſimiliter iurare, ꝙ non præſtabunt patrocinium, niſi pro iuſtitia, & ſi aduocatus poſtea cognoſcat clientulum non fouere iuſtã cauſam, debet eum derelinquere, & eius loco non poteſt poſtea pars alium aduocatum capere. ¶No.bonam l.pro iuramento iudicantium, & ad terrendum omnes iudices à malè iudicando.facit bonus tex.in c.cũ æterni.de re iudic.in 6. Alibi dicit Bald. in
b l.2 in vlt.col.C.de ſent.ex bre.reci, [b] quòd iudex debet habere duos ſales, vnum ſapientiæ, ne ſit inſipidus, alium rectę con-
c ſcientiæ, [c] ne ſit diabolus. ¶†Secundò no.in ver.patroni. quod
2 aduocati debent iurare ſuper libro Euangeliorum, ꝙ non defendent niſi cauſas, quas iuſtas putauerint. Imò fortius dicit
d Cy.in l.2.C.de iuram.calum. ꝙ etiam quando aduocati [d] allegant in iure, debent iurare de calumnia, quoniam in legibus allegandis poſſunt vti magna calumnia, ſequitur Pau. de Caſt. hic. ¶ Tertiò not. magnum præiudicium, quod poteſt facere aduocatus parti deſiſtendo, & dicendo, ꝙ malam conſcientiã habet de ſua cauſa, nam pars non poteſt alium aduocatum petere, dicit tamen Pau.de Caſt. ꝙ nunquam vidit iſtud obſeruari, & ꝙ iudex debet in hoc præſtare magnã diſcretionem. Tu adde, ꝙ Bal.in c.2.in fi.de poſtul.dicit, ꝙ in iſta.l.in §.fin.eſt text. valde no.& ſingularis, ꝙ ſi aduocatus dicit ſe habere conſcientiam læſam, & ex hoc non vult amplius illi cauſæ intereſſe, ẽt ſi hoc iuramento firmetur, non præiudicat ſuo clientulo, intellige verum quo ad merita cauſæ principalis, vt hic in fin. l. ¶Item per iſtum tex.dicit gl.in c.breui.in verbo, requiſitus. de iureiu. quòd ſi aliquis aduocatus iurauit defendere iura Eccleſiæ, & in aliqua cauſa eum remordet conſcientia, ꝙ non tenetur in illa cauſa iuuare, tamen ſubdit, ꝙ Eccleſia habebit eum pro periuro. Bal.ibi dicit, ꝙ de hoc non eſt melior text. in iure, quàm ſit iſte in fi.quia exitus cauſæ declarabit, an habendus ſit pro periuro. ¶ Vltimò diligenter no gl.hic in verbo tactis, quæ millies allegatur, dum dicit, ꝙ ſi iuretur, lege cauetur, ſed in cõ ſuetudine non habetur, prout reſpondit Bulga.iudici Fede. Imperatoris. ¶ Ex iſta gl.no.duo.primò vnum in ſpecie, quod †di-
3 ſpoſitioni huius l.derogatum eſt de conſuetudine, & ↄ ſequenter quòd aduocati attenta conſuetudine non tenentur iurare, *& ita communiter tranſeunt alij.* ſed Io. And.in c.Romana.in verbo aduocatorum.de foro compe.in 6.in nouel.poſt Hoſtiẽ.& Io.Monac.ibi dicit, ꝙ iſtud, ꝙ hic dixit Bulga.eſt adeo falſum, ꝙ nihil falſius dici poterat, & ꝙ talis conſuetudo non valet, & mouetur, quia non valet conſuetudo, nec ſtatutum, ꝙ partes non teneantur iurare de calum.c.cæterum. de iuramento calum.multominus debet valere conſuetudo in aduocatis, qui nouerunt magis calumniari, quàm partes, vt inquit glo.in l.ab Anaſtaſio.C.mand. item, quia induceret periculũ animarum, quia ſi aduocati non iurarent, impedirent ſe de omnib. cauſis etiam iniuſtis, ergo talis conſuetudo non valet, c.pe.& fi.de cõ ſue.c.extirpandæ.de præb. ¶ Secundò no. generaliter ex iſta gl.
4 †quòd illud, quod lege cauetur, ſi non eſt conſuetudine receptum, & omittatur, non vitiat, vnde refert Bal.ſe ex iſta gl. pridie conſuluiſſe, ſtante ſtatuto, quòd non valeat ſententia mercatorum, niſi omnes quatuor conſules interſint in diffinitiua, ſi conſuetudo obſeruat valere trium ſententiam ſine quarto, ex quo conſuetudine derogatum eſt ſtatuto, non attendimus ſtatutum, per hanc gl.facit text in §.fi.in verbo quoniam & nõ vtendo perempta eſt.in Auth.quib.mo.na.effi.ſui.& dicit Pet. de Anch.in conſi.268.quod inci.iuxta ordinem quæſitorum.in 2.col.quia multæ.ll.morib.patriæ non conueniunt, ideo permittitur ciuibus prouinciæ in ſuo ſenſu abundare.c.certificari.
5 de ſepul. ¶†Facit optimè, quia ſtatutum, quòd non eſt receptũ in obſeruantiam, nec morib.vtentium approbatum, nullas vires hẽt, gl.eſt ordinaria in c.1.in gl.2.ad fi.& ibi Doct. de treu.& pac. ¶ Facit bene, quod conſuluit Bar.in conſi.144. quod inci. iudex communis Aſſiſij, quod refert idem Bar.in l.fin.§.ſed cũ antiquitas.C.de cur.fu.quòd quamuis.l.ibi requirat, quòd quãdo datur curator furioſo, vt adſit præſentia Epiſcopi, quia tamen iſtud de præſentia Epiſcopi non eſt morib.vtentium receptum, valet ſine præſentia Epiſcopi, ſequitur D. Fran. de Aret. in conſ.11.ꝙ incip.procedendum.& in.conſ.154. quod incip. conſultatio propoſita.Alex.in conſ.132.in 1.vol.quòd inci. viſa facti narratione.& in conſ.40.in 3.volu.quod incipit viſis,& conſideratis.Alibi dicit Bal.in c.fi.in 7.col.de conſue.quòd iura cõia, quæ de conſuetudine non ſeruantur, pro nullis habentur. Alibi Bal.in Auth.omnes peregrini.in vlt.colu. C. cõia de ſucceſ.decidit, quòd ſi fuit facta quædam reformatio ℈ria ſtatuto, & ſtatutum ante, & poſt fuit obſeruatum, cũ iſta reformatio non fuerit more vtentium approbata, ſtatutum adhuc præualet, qm̃ adhuc non dr̃ interruptum, ꝙ ſemper viguit. allegat Arch.in c.fi.quarta diſtinctione.ſequitur Pet. de Anch. in cõmẽ.c canonum ſtatuta.de cõſtitutionib.in ver. quæro vlterius, facta fuit quædam reformatio. Alibi tenet Pet.de Ancha,
6 in cle.1.de reb.eccl.non alie. †quòd valet ſnĩa lata ℈ ſtatutum antiquum non vſitatum. ſequitur. D. Alex.in l.cũ prolatis.ad fi. ff.de re iud.tñ iſtud reprobat Ang.de Aret.in l.1. in fi.principij, & in l.ſi expreſſim.in 5.col.ff.de appel. Alibi tenet D.Cardin.in proœmio cle.in pe.col.quòd ſi ſtatutum Epi prohibet ſub pœna excõicationis, ne mulieres portent perlas, vel veſtes de ſerico, ſi à principio tale ſtatutum non fuit vſr obſeruatum, non incurritur talis pœna excõicationis.alibi tenent D.Ant.de But.
7 & Pan.in c.quia circa.de conſan.& affi. †quòd ſi conſtitutio Papæ à principio cõiter non recipitur ipſo Papa ſciente, & tolerante, tolerantia excuſat à peccato, per gl.4.diſ.in c.in iſtis.§.leges.de quo ẽt per Abb.in c.cũ olim.in 2.col.de cle.coniu. & in d.c.1.de treu.& pac.facit tex.in c.cũ iamdudũ.de præbẽ. ¶ Ad
8 prædicta accedat, quod alibi tangitur, † an lex tollatur [e] per nõ
e vſum, de quo eſt glo & ibi Bart. in §.& cũ antea.in proœmio fforum, ponunt plenius Io.And.& alij Can.in c.Io.de cler.cõiug.Ang.de Are.in §.igitur.in proœ.inſti.& tex.in l.2. in prin.in ver.inuſitato receſſit veſtigio, & ibi Bal.not. C. de conſti.pecu.
9 ¶†No.tamen diligenter pro cõplemento p̃dictorũ, quòd ſuffi
f cit, [f] qđ tranſiuerint. 10.anni à tempore ↄditi ſtatuti, quib.non fuerit obſeruatum ſtatutum, ad hoc, vt tale ſtatutũ nullius ſit effectus ẽt ſuperiore ignorante, vt eſt glo.in c.fin. de conſue.in 6.nec obſt.tex. in c. fi.de conſue. in antiquis, qui requirit p̃ſcriptio-

ADDITIONES.

a ¶Super lib. Adde tex.in c.hortamur.3 q.9.& in c.fi.de iur.calum. glo. in verbo pœna.in cle.1.de hæret.glo.in verbo tactis.in cle.vnic.de iureiu.Doc. in c.ego N.de iureiu.

b ¶Adde dicta Tullij in primo offi.c.de inimicitia ex malitia. Iaſ. in l. certi iuris.vlti.no.infra eo. PVRPV.

c ¶Rectæ conſcientiæ. Adde tex.in c.cùm æterni.de re iud. lib.6.

d ¶Quando aduocati. Adde Inn.in c.ſicut dignum.& in c.ad audientiam. de homi. Abb.in c.1.de iuram.calum.

e ¶An lex tollatur, Adde gl.in c.1.de treu.& pac. Doc.in c.ex parte. de conſti. in c.fi.de æta.& quali.in c.quia circa.de conſan.& affi.

* Et faciũt, quæ ponit idem Iaſ. in l.ſi filius, qui in poteſtate, nu.22.ff.de liber.& poſthu.& dic, ꝙ per nõ vſum tollitur ſtatutum. gl.in c.1.de treu.& pace. Are. conſi.6.lib.1. Hippol.conſi.49.nu.49.& ſeq.lib. 1. vel melius, quòd ſtatutum vel lex, licèt non tollatur per ſimplicem non vſum, tollitur tamen per contrarium vſum. teſte Nat.conſi.254.col.5.nu.6.Rolan.conſi.99.nu. 9.lib.2.qui loquitur de contrario vſu.10.annorum. MASVER.

f ¶Sufficit. Adde Fely.in c.1.nu.13.ver.7.& vltima declaratio.de treug. & pac. Alex.conſi.4.& 132.lib.1. PANCIR.

Source : BIU Cujas

ptionem.40. ann. ad tollendum. l. Canonicam, quia loquitur, quando. l. iam erat firmata per obſeruantiam, hic agitur de impediendo nec à principio firmatum, vnde difficilius tollitur illud, quod eſt in eſſe productum, quàm à princ. impediatur. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. c. intellecto. de iureiu. ita tenent D. Ant. de But. Card. & Imo. in d. c. j. de treu. & pac. quamuis Pan. ibi requirat tempus. 40. ann. quãdo non cõcurrit ſcientia ſuperioris, de quo etiam per Imo. in cle. fin. in 2. col. de æta. & quali. ¶ Accedat, quod no. Bar. in l. 1. per illũ text. ff. de nundi. quod Aretini perdiderunt priuilegium doctorandi, quia ſteterunt per decennium, ꝙ eo non ſunt vſi, limitando, vt dixi in l. falſo. C. de diuer. reſcr.

SVMMARIVM.

1 *Iudices quomodo iurare debeant ſe iudicaturos.*
2 *Maiores magiſtratus poſſunt ex cauſa leges tranſgredi.*
3 *Qui dicantur maiores magiſtratus.*

AVTHENTICA.

1 HOdie iurant. †Iſta Authẽ. ſecundum verũ ſenſum venit correctiuè ad l. C. præcedentem, in qua dicebatur, ꝙ iudices antequam ſententiam proferant, deberent omnino iurare, ꝙ ſecundum veritatem, & legum obſeruantiã ſententiam ferent. hodie verò iſtud eſt correctum, quia maiores iudices non tenentur ſic iurare, ſed debent iurare, ꝙ iudicabunt, ſecundum quod eis melius fuerit viſum, & iuſtius: inferiores autem iudices debent iudicare præcisè ſecundum ll. per ſium ſacramentum, & iſte eſt in paucis verus intellectus, ꝙquid dicat Pau. de Caſt. ſecundum Alb. qui ponit duos intellec-
a ctus per iſtum tex. qui vult, ꝙ[a] maiores iudices iurent iudicare, ſecundum quod eis melius, & iuſtius viſum fuerit. ¶ Infert
2 Bal. ad dictum Innoc. in c. 1. de conſti. †ꝙ maiores magiſtratus poſſunt ex cauſa leges tranſgredi, non autem Poteſtates terrarum, qui iurant ſeruare. ll. & ſtatuta, & ſic Bal. limitat dictum Inn. vt procedat in maiorib. magiſtratibus. Alio modo limitat Saly. hic, ꝙ maioribus magiſtratib. non liceat, niſi in cauſis arduis publicum ſtatum concernentib. dixi de dicto Inno. & de
3 iſta vtraque limitat. in l. 1. C. de preci. Impe. offe. ¶ †Sed qui intelligantur maiores magiſtratus in propoſito, Bal. videtur variare, vt dixi in d. l. 1. ſed Pau. de Caſt. hic melius, quàm alibi dicit, ꝙ maiores magiſtratus in hoc propoſito intelliguntur, qui ſunt perpetui, vt Epiſcopi, Marchiones, & Comites, & ſimiles. Alij autem magiſtratus, vt ſunt Poteſtates cuiuſcunque ordinis, cenſentur inferiores, & iſtud placet. ¶ Adde Bar. in c. 1. in 3. col. de conſti. vbi intelligit maiores magiſtratus eſſe Præſides, & Poteſtates ciuitatum, qui habent merum, & mixtum imperium, & altam iuriſdictionem. Bal. tamen in c. 1. in 3. col. ad fi. de ſent. & re iudi. videtur aliter tenere, dum dicit, ꝙ iſtud verbum Inn. in d. c. 1. multum defendit aſſeſſores, qui pro bono publico quandòque ſtatuta tranſgrediuntur.

A D D I T I O.

1 ¶ Decius in rubr. C. qui admit. 3. col. dixi poſt Iaſ. inſtit. de actio. §. ex maleficijs. 3. colum. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Contumax non auditur, niſi reſarcitis expenſis actualiter. num. 2. & 5. quam regulam extende 12. modis. nu. 6.*
5 *Arbiter non poteſt propter contumaciam denegare audientiam.*
4 *Expenſæ ratione contumaciæ debentur officio iudicis.*
7 *Contumax non auditur, niſi reſarcitis expenſis. fallit tamen in tribus caſibus.*
8 *Expenſæ quæ debeant refici ratione contumaciæ.*
9 *Contumax abſens an poſſit per iudicem in expenſis condemnari ſine noua citatione.*
10 *Citari ſemper debet pars, quando poteſt lædi ex actu, quem iudex facit.*
11 *Contumax non poteſt mulctari à iudice, niſi de nouo citetur.*
12 *Pœna excommunicationis non poteſt ferri ex præcedenti contumacia ſine noua citatione.*
13 *Contumax ad hoc, vt de cætero audiatur, an ſufficiat oblatio verbalis expenſarum.*
14 *Iudex non debet admittere emendationem libelli, niſi prius actualiter reficiantur expenſæ.*
15 *An. l. noſtra habeat locum ſolùm in vero contumace.*
16 *Ad hoc, vt perueniatur ad primum decretum, ſufficit ficta contumacia.*
17 *Condemnatus in expenſis propter contumaciam, an poſſit appellare a tali ſententia.*
18 *Si aliquis fuit contumax in prima, & ſecunda citatione, & poſtea in tertia comparuit, an debeat condemnari in expenſis propter præceden-tem contumaciam.*
19 *Contumax an ſolutis expenſis admittatur ad opponendum contra proceſſum iam factum.*
20 *Contumacia dicitur vitium, & peccatum mortale, & etiam delictum, vel maleficium.*
21 *Iudex, qui omiſit condemnare contumacem in expenſis, tenetur de ſuo reſarcire.*
22 *Delictum grauius eſt, quod committitur faciendo, & grauius punitur, quàm illud, quod committitur omittendo.*
23 *Iudices inferiores, & eodem modo delegati an poſſint citare mediantib. nuncijs publicis, an verò per ſeipſos.*

LEX XIII.

SAncimus. Iſta l. eſt multũ vtilis, & hẽt materiam valde practicabilem, & cũ in l. properãdum. §. ſinaũt alterutra. ſ. eo. plenè ego tetigerim materiam expenſarum, q̃ debentur rõne victoriæ, in iſta. l. examinabo materiã expenſarũ, q̃ debenẽ rõne ꝙtumaciæ. licèt Cy. & Saly. hic ꝑ multas qõnes vtrãq; materiam ſimul immiſceant. ¶ Diuidit in quatuor. In prima ponit ſtatutum in gñe. In ſecunda declarat in ſpecie. In tertia punit iudices ꝯfacientes. In quarta extendit ad oẽs iudices ẽt minores, q̃uis iſti minimi iudices non habeant ptãtẽ citandi aliquem ꝑ edicta publica poſita in albo p̃toris, vel in portis Eccleſiarum, ſed oportet, ꝙ requirant per ſe, vel ꝑ nuncios. Secunda ibi, ſiue circa ingreſſus. Tertia ibi, ſcituris. Quarta ibi, ꝙ in pedaneis. h. d, Contumax reuerſus non audiẽ, niſi reficiat aduerſario oĩa damna eius iuſo cũ iudicis taxatione declaranda, hoc primo. & iudices ꝯfacientes de ſuo reſarcire tenentur. hoc ſcd̃o, ꝙ obtinet non ſolũ in maiorib. ſed ẽt in minimis magiſtratib. h. d. tertio, & vltimo. Caſus in hac. l. eſt not. & tota
1 die practicaẽ. ¶ †No. vnã pœnã ꝙtumacis, quia amodo nõ auditur, niſi reſarcitis expenſis. ¶ Adde, ꝙ ẽt ſi vellet reſarcire expẽſas, adhuc non eſt audiendus, niſi ſatisfet de iudicio ſiſti, & de obſeruatione iudicij. §. ſi vero ſemel. de exhib. re. & clarior tex. in c. 1. de dol. & contu. in 6. Item põt officio iudic. mulctari. l. 1. §. fi. vbi Bar. ff. ſi qs iuſdic. non obtẽp. Item põt perueniri ꝯ eũ ad primum, & ſecundũ decretũ. Auth. ei qui. C. de bo. auth. iu. poſ. & l. ſatis. ff. de in ius voc. Item ꝙtumax non auditur appellans. l. ex ꝙſenſu. §. fi. ff. de appel. l. properandum. §. ſinaũt reus. ſ.
2 eo. & de hoc vlt. dicẽt inferius. ¶ †Scd̃o no. ex tex. ibi, ſed oẽm claudere ei iudiciorum copiam, ꝙ ꝙtumaci debet negari iuriſdictio, & audientia, donec actualiter ſoluat expen. facit glo. in l. ſed & ſi prætorem. §. & ſi dum decreto. ff. ex quib. cau. ma. intellige non ſolũ in illa cã, ſed omni alia, quã hẽt ẽt cùm alijs perſonis coram eodem iudice. ſm Bal. in l. conſentaneũ. C. qũo & qñ iud. in 5. col. ver. deinde ad euiden. præmitto. vbi reputat no. dignum. & idem Bal. in c. fi. de mu. pet. & in c. cũ veniſſet. in
3 3. col. de iud. & in c. grauis. in 7. col. in fi. de reſti. ſpol. ¶ †Limita in arbitro, qui ꝑꝑ ꝙtumaciã non põt denegare audientiam. ita dicit Lud. Ro. in l. 1. in pe. col. ff. de arbit. nihil pœnitus alle. puto, ꝙ Lud. potuerit moueri ex duob. Primò, quia arbiter tantam ptãtem hẽt, quanta eſt ſibi tributa, ideo nõ põt denegare audientiam, ex quo à partib. non eſt attributũ. Scd̃o, quia arbiter non põt mulctare contumacem, ſicut ordinarius, vt eſt gl. no. in l. non ex oĩb. in prin. ff. de arbi. intelligendo, vt ibi per Barto. ¶ Sed caue ꝑꝑ duo. Primò, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum. l. 1. ff. de arbi. Scd̃o, quia ẽt delegatus habet tãtam ptãtem, quanta ſibi tributa eſt à delegante, & non plus, & ideo debet diligenter ſeruare fines mandati. c. cũ dilecti. de reſcri. & tñ iſta. l. habet locũ in delegato ẽt ad litem ꝙteſt. ſm Cy. in 12.
4 q. & Bal. in 9. ¶ Tertiò pondera ex eo. tex. probari, † ꝙ expenſæ rõne ꝙtumaciæ debenẽ officio iud. patet, qa hæc verba. l. diriguntur ad iudicẽ, ergo competit officium iud. vt eſt gl. in l. ſi ſoror. C. de colla. & gl. in l. ſi res obligata. in prin. cũ ſi. ff. de lega. 1. Bar. in l. vnica. in prin. in 2. col. ff. de cõdi. ex l. põt ẽt peti ꝑ actionem in factũ ex edicto ſi qs iuſdic. non obtemp. ſm Bar. hic, & eſt tex. in l. vnica. §. fi. & ibidem gl. & Bar. ff. ſi quis iuſdi. nõ obtẽp. & tunc debent intra annũ peti, vt ibi eſt tex. in §. fin. & pen.
5 ¶ Quartò no. principalem regulam, † ꝙ ꝙtumax[a] amplius nõ
a auditur niſi prius ſolutis dãnis, & expenſis litis, concordat tex. in §. oẽm. & ibi Ang. in Auth. de litigio. & text. in Auth. qui ſe-
6 mel. q̃ inde ſumitur. C. qũo, & qñ iud. ¶ †Extẽde iſtã regulam 12. no. mod. Primò extẽde, vt procedat in oĩ ꝙtumace. nã trib. mod. dr̃ ꝙtumax, ſiue citatus nõ ꝙpareat, & accuſaẽ eius ꝙtumacia, vt dixi in l. properandũ. §. & ſi q̃ dẽ. ſ. eo. ſiue ꝙparet, & il licẽtiatus recedat. ſm Bar. in l. ꝙſentaneũ. in fi. C. qũo, & qñ iud. & in l. ſi finita. §. Iulianus. in 5. col. ff. de dã. infec. & l. de ętate. §. qui

A D D I T I O.

2 ¶ Contumax. Adde Spe. tit. de expen. in §. nunc de expenſis. verſ. hoc quoque. Iaſ. ſuper j. Cod.

Source : BIU Cujas

qui tacuit.ff.de interrog.act.siue compareat,& nolit respondere, in omnibus istis tribus speciebus contumaciæ habet locũ ista.l.vt patet ex eius generalitate,secundum Cy. Bal. & Saly.c. ¶An autem habeat locum in ficto ꝓtumace, vel præsumpto, sicut vero,dicam in qõnib. ¶ Tu adde, ꝙ etiam habet locũ in quarto cõtumace,& in hoc posset bene practicari ista.l.qñ citatus cõpareat coram iudice,& protestatur, ꝙ nõ intendit in cũ consentire per aliquem actum quem facit, vel in futurum faciet,quia nisi addat clausulam, quam boni procuratores semper ponunt.ſ.nisi,& quatenus arctetur à iure,iste censetur contumax,perinde ac si nõ comparuisset,secũdum Inn. vbi plenè Canonistæ in c.Cumana.de elec.Ang.qui dicit se practicasse ꝯ vnum magnum aduocatum in l.non videtur.ff.de iud. & in §. 1.in Auth.de exhib.reis.cũ multis concor.quas aliàs dedi,& posui,no,ad propositum Bal.in l.2.in vlt.no. per illum tex. C. vbi decu.vel cohor.& est tex.in c.eum qui.de dolo,& contu.in 6. & ad hoc vide omnino,ꝙ in simili decidit singulariter Pet. de Anch.in cons.32.ꝙ incip.per statutum. ¶ Similiter, & quinto põt extendi ad alium contumacem,quãdo aliquis citatus mittit ad iudicium procuratorem cũ mandato nõ sufficienti. iste censetur verè contumax,ſm Barto.in l.1.§.vsus.ff.de procu.& est bonus tex.in l.1.§.ꝙ si nemo.in ver.& quidem.vbi Bar. not. ff.ꝙ cuiusque vniuer.facit tex.in c.veniens.cũ gl.& ibi Bal. not. de renun.& tex.in c.Nicolao.& ibi Bal.no,de appel.& tex. in c.
a auditis.de procu.imò iste dicitur falsus procu.[a] ſm Bal.in c.nõnulli.& in c.ex parte Decani.de rescri.dixi in l.licèt.s̃.de procu.
7 & in isto casu posset bene practicari ista.l.¶†Secundò extende istam l.etiam qñ dominus constituit procuratorem generalẽ cũ mandato sufficienti, quia si postea procu.non compareat, dominus amplius non auditur nisi solutis expensis,ita Bar. in l. 1.§.si procurator.in 3.col.ff.si quis ius dicẽ.non obtem. ¶ Tertiò extende istam.l.etiam in minore ᵇ contumace, qui ẽt non
b auditur nisi resarcitis expen.secundum Bar.in l.si finita.§. si fortè.ff.de dam.infec.¶Et an ex contumacia tutoris,vel curatoris reficiantur expensæ per pupillum,an per ipsum administratorem,ponit Bar.in l.contumacia.ff.de re iud.& in d.l.1.§. si procurator.in vlt.col.vbi dixi.¶Quartò extende ad Ecclesiam,seu prælatum Ecclesiæ.istud non inuenio in specie, sed probo, qa
c minor,& Ecclesia ᶜ æquiparãtur,gl.in l.Respublica.C. ex quib. cau.maio.gl.in c.1.de in integ.resti. secundò quia Ecclesia vtitur iure communi,nisi specialiter reperiatur priuilegiata.c.1.§. & si clientulus.de alie.feu.& facit,ꝙ dixi in l.si certis annis.s̃.de pact.¶Quintò extende, vt locum habeat in vniuersitate, vel collegio,ita probat iste tex.in verbo persona, cũ appellatione
d personæ ᵈ veniat vniuersitas,vel collegium,vt dixi in l.fin.s̃.de pac.¶Sextò extende istam.l.vt habeat locum nedum in reo citato,vt dicit text. sed etiam in actore citante, quia si postea se absentaret,& esset contumax,iuxta.l.properandum.§.& si quidem.s̃.eod.non audiretur nisi resarcitis expen.vt hic,& fortius procederet in actore citato,sicut in reo,secundum Cy.Bal.Sal. & Pau.de Cast.hic.¶Ista conclusio confirmatur ex trib.Primò ex quo actor, & reus sunt correlatiui, etiam in materia correctoria fit extensio de vno ad alium,no Bar.in l.fi.per illum tex. vbi dixi.C.de indi.vidui.toll.item lex etiam pœnalis, quæ loqtur in reo,habet locum in actore,& ècontra.glo.in l. per interuallum.ff.de iudi.gl.in c.1,de confes.in 6. quia in iudicijs ᵉ debet seruari æqualitas l petendæ.in fi.C.de temp.in integ.resti.peten.l.fi.C.de fruc. & lit.expen. ¶ Septimò amplia,siue tales expensæ sint petitæ per partem , siue non,iudex potest tamen ex officio denegare audientiam,donec expensæ restituantur, ſm Pet.Cy.Bal.Saly.& Pau.de Cast. hic, qui tamen dicunt cautius esse,ꝙ petantur.Tu adde tex.in c. cũ dilecti.& ibi ad hoc notat Bal.in 8.col.de dolo,& contu.& facit rõ,quia tales expensę debentur pp ꝓtemptum iudicis,ergo iudex ẽt parte non petẽte potest officium impartiri,iuxta gl.in l.filiusfa.§. Veterani. ff.de procu.Bar.& alij in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam. infec.
f cum sim.¶Octauò extende,ꝙ contumax [f] non debet audiri, ẽt si resarciat expensas,donec deficit vnus nummus, ſm Bal. in c.conquerente.in 1.col.de resti.spo. & ad hoc multa cumulaui in Auth.qui res.post gl.ibi.C.de sacrosanct.Eccl.¶Nonò no.extẽde,ẽt si contumacia nõ habuit impedire,vel retardare processum,tñ veniunt iste expensæ,ſm Spec.in tit. de expen. in §.sed nunquid deficiens.in ver.sed quid si,& ibi Bal.in addi.in 1. col. circa medium.& in ver.si contumacia.¶Cõtrarium tenet Cy. hic,sed Bald.hic in 4.q. tenet primam opi. quem omnino videas,quia vult , ꝙ tales expẽsæ veniant tanq̃ damnum, & non tanq̃ interesse.¶Decimò extende,vt ista.l. locum habeat nedũ in iudice ordinario,sed ẽt in delegato,ante lit.contest.ſm Cyn. hic in 12.q.& Bal.in 11.& dixi.s̃.in 2.no.vbi ẽt tetigi,quid de arbitro. ¶ Vndecimò extende,vt etiam locum habeat in causis criminalib.qñ proceditur per denunciationem, vel accusationem:nam si denuntians sit ꝓtumax , non auditur nisi prius resarcitis expensis,quamuis videatur tractari de fauore publico, vt delicta puniantur.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.ita tenet Cy. hic in 15.q.& seq.& Saly.in 11.arg.l.seueriter.C.de excus.tut.& l.1.C.de sump.recupe. lib.10. ¶ Duodecimò pro ampliatione adde,ꝙ contumax ꝯdemnatur in expensis, licèt in libello non fuerit petitum.c.cũ dilecti.& ibi no.Bal.in 7. colu.de dolo , & contu.¶ Limita istam.l.nisi contumax,post ꝓtumaciam incõtinenti compareret,quia purgaret contumaciam, ita sentit gl. in l.& si post tres.in gl.1.& ibi clarius Iaco.But.ff.si quis cautio. sicut & purgatur mora.l.si ita quis promiserit.§.Seia cauit.ff.de verb.oblig.sed Bal.in d.l.& si post tres.& Pau.de Cast.hic tenẽt ꝓrium , quia non dr̃ comparere, nisi legitimè compareat , sed non dr̃ legitimè cõparere,nisi.prius expẽsas soluat, vt hoc tex. ¶ Teneo hanc limitatio.per istam regulam,quia paria sunt aliquid fieri ante,vel incontinẽti post,gl.in l.Pomponius. §. ratihabitionis.ff.de procu.& gl.in l. 2.in prin. in verbo narrationẽ. C. de iur. cal.& ad istã reg.nouẽ similia cumulaui in l. edita.C.
g de eden. ¶ Secundò limita, qñ citatus non comparuit,[g] eo qa fuit impeditus,sine sui culpa,ſm Bald.in d.l.& si post tres. in 2. col.quia tunc non videretur fuisse contumax,vt ibi,& in l.2.§. si quis in iudicio.ff.si quis cautio.sicut non tenetur ad pœnam promissam,saltem ope exceptionis, qui fuit impeditus,ne iste ret. d.§.si quis in iudicio.sequitur Pau.de Cast.hic,sed non eundo per mendicata suffragia,tu pondera esse tex.hic in fi.in verbo,mala conscientia abtuerit,ꝙ nihil aliud vult dicere,& adde Pau.de Cast.in d.l.2.§.1.ff.si quis cautio.per illum tex. vbi not. ꝙ si citatus fuit iustè impeditus,& iudici cõstet de impedimẽto,non põt ꝯdemnari in expen.rõne contumaciæ, sicut nec supra per principali negotio,quicquid teneat gl. in c. venerabilib. de sent.excom.adde ẽt Io.And.& Doc.in c.1.de dolo,& contum. in 6.in nouel.vbi ẽt addunt , ꝙ an iustum fuerit impedimẽtũ, vel ne,statur arbitrio iudicis per regulam.l.1.in fi.ff.de iure delibe.¶Tertiò limita,qñ citatus personaliter,vel ad domum fuit citatus tali tempore,ꝙ potuisset in termino comparere, si voluisset.l.ex consensu.§. fi. de appel.aliàs non dr̃ mala conscientia abesse,prout requirit iste tex.in fi.ſm Saly.hic in vlt. colu.¶Itẽ adde,ꝙ in quantum.s̃.in prima extensione tenui, ꝙ citatus qui misit procuratorem cũ mãdato non sufficienti dr̃ verè contumax,& non debet audiri,nisi solutis expen.(& ad hoc allegaui quatuor tex.qui bene probãt,ꝙ verè est ꝓtumax , sed nũc addo tex.expressum,ꝙ est contumax,& non debet audiri nisi so
8 lutis expen.in c.auditis.de procu.¶†Circa istud no. & hũc tex. formo septem necessarias qõnes.Prima est, quæ & quales expensæ debeant refici rõne ꝓtumaciæ.rñdet Bal. & Salycet. hic vterque in 7.q.post Cy.ꝙ debent refici expensæ factæ in lite circa notarios,& procuratores,item expẽsę factæ in hospitio,sed non debet haberi rõ damnorum , quæ quis passus est tunc in alijs rebus suis, & multominus debet hñi rõ lucrorum,& istud probat multum tex.ibi,ex hmõi vitio aduersarijs eius inflicta. idem tenet Ang.in §.omnem.in 2.colu.in Auth. de liti. Sed tu ꝯrium pondera, ꝙ imò in expensis rõne cõtumaciæ vr̃ ꝙ veniant omnia damna,vt dicit text. hic, nõ solũ,q̃ quis passus est circa personã,vt si esset artirex,sed ẽt circa alias res, vt vr̃ velle Bar.si bene inspexeris post gl.solẽnem ibi in l.1.ff.de aliena. iud. dum facit dr̃iam inter expensas, quæ debẽtur rõne victoriæ litis,& expẽsas,quæ debentur rõne contumaciæ.& idem Bar. in l.1.§.fi.in 1.col.ff.si quis iusdi.non obtem.& plenius dixi in l.ꝓperandum.§.finautem alterutra.s̃.eo.de quo ẽt per Io. And.in c.1.de procur.& tunc dictio,ex,hic posita in tex. non denotat cãm immediatam,prout no.Bart. in l.1.§.ex incendio.ff.de in-
9 cen.rui.naufr.¶†Secundò quæro,nũquid ꝓtumax absens possit per iudicẽ ꝯdemnari in expẽsis sine noua citatione.Cyn.hic in 13.q.tenet,ꝙ non requiritur vlterior citatio, nihil tamẽ suffi ciens alleg.sequuntur simpl'r Bal.& Saly.hic.Albe. de Ros.in l. vnica.§.fi.in 2.col.ff.si quis iusdic.non obtem. licèt ipsi nõ allegent,

ADDITIONES.

a ¶Falsus procurator.Adde,quis dicatur falsus procurator.vide Bal. in l. falsus. in 1.col.C.de fur.eundem in addi.Spe.in tit.de teste.in §.4.

b ¶Alex.in d.l.si finita.§.Iulianus.col.24. PVRPV.

c ¶Minor,& Ecclesia.Adde gl.& Doc.in l.Imper.ff.de re iud.Io.de Imo.in l.quæsitum,super gl.1,ff.de re iudi.Spec.in tit.de locat.in §.6.ver.14.& seq.Doc.in c.causam.de iudi.

d ¶Appellatione personæ,Adde Auth.item quæcunque,& ibi Bal.C.de Epis.& cler.c.Romana,in §.vniuersitatem.de sent.excom.lib.6.Io.And. in c. cũ in illis.de præb.eo.lib.in nouel.

e ¶Quia in iudicijs. Adde Specu.in titu.de dila.in 4.colum.versic.sed nunquid termini.

f ¶Quod contumax.Adde tex.in §.omnem.& ibi Ang.in Auth.de liti.

g ¶Adde eundem Ias.in l.2.4.col.supra de eden. PVRPV.

Source : BIU Cujas

gent,tu adde tex.in c.conſtitutus & ibi gl. expreſsè in verbo taxatione.de procu idem tenet Inn.in c.calumniam . de pœnis. Io.And.in c.finem litib.de dolo,& contum.ponunt D.Ant. & Imo.in c.1 de iud. *& iſta eſt communis concluſio,* [a] ꝙ non requiritꝫ
a noua citatio. ¶Limita,qñ in citatione contumacis fuiſſet appoſita comminatio,ꝙ ſi non comparuerit, procedetur ad vlteriora,ſecus ſi fuiſſet ſimpliciter citatus, & fuiſſet contumax. Ita limitat Bar.in l.non ignorat.in vlt.q.C.de fruc.& lit.expē.& idem Bar.in l.impuberibus.§.fi.ff.de ſuſpec.tut. ¶ Licèt communiter Doc.ita teneant,nec inueniam ꝛrium tenentem. ego teneo contra Doc.ꝙ imo ſit neceſſaria citatio, quando iudex
10 vult ferre ſnīam condemnationis expenſarum ꝛ contumacē, & pro certo iſta opi.habet ſummam æquitatem †nam quando ex actu quem iudex facit,pars poteſt lædi, ſemper eſt citanda.l. nā ita diuus.ff.de adop.l. de vnoquoq;.cū ſi. ff. de re iudi. Modo pone ꝙ citatus fuit cōtumax, hoc eſt non comparuit, pars accuſauit contumaciam eius,ſed certè nō comparuit,qa fuit iuſto impedimento impeditus,non pōt in expenſis condēnari,vt dixi.ſ.in 2.limitatione.ergo apparet, ꝙ iudex debet facere citari contumacem,vt intelligat, an aliquo iuſto impedimento ſteterit,ꝙ iudex non poteſt ſcire,niſi partem contumacem citet,& ad hoc allego tex.no.qui fundat ſe in iſta rōne in l.3.§.ſi ad diem.ff.de re mili. & licèt Bar. ibi defendendo cōem concluſionem,reſpondeat diſtinguendo,vt ibi per eum, ꝙ ille tex.loquatur non de pœna intrinſeca ꝛtumaciæ, vt eſt pœna expenſarum,vt hic,ſed de pœna extrinſeca alicuius officij , tu pondera rōnem illius tex.& adde,ꝙ licèt lex loquatur in caſu ſpeciali, ſi tamen aſſignat rōnē gñalē debet generaliter intelligi,& non reſtringi ad caſum illum ſpecialem,vt no.Bar.& Bal. in l.regula.§.& licèt.per illum tex.ff.de iur.& fac.igno. Bal.in c. ſecundo requiris.de appel.& iſtud fundamentum mihi multū ſapit,& vt dixi habet ſummam æquitatem.¶Secundò pro eadem parte moueor per id, quod in caſu èconträrio diſputat, & tandem concludit Spe.in tit.de contuma.§. nunc dicamus. ver.ſed pone excōicatus,vbi quærit èconträ,qñ contumax ſolutis expenſis petit abſolui,& audiri, an debeat citari pars ad-
11 uerſa,tenet quòd ſic.¶† Tertiò moueor, quia contumax non pōt mulctari à iudice,niſi de nouo citetur,vt probat tex.in l. 2. in prin.in ver.ex cā.& ibi no.Bal.in vlti.col.in antepe.q.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& idem Bar.in l.1.in prin.in vlti. col.ff.ſi quis iuſdic.non obtem.no.Imo.in l.quidam conſulebant.in vlt.col. ff.de re iud.quamuis ꝛrium in hoc inaduertenter,vt puto,not. Pan.in c.1.in 2.col.de iud.tamen ad hoc potes reſpondere , ꝙ iſtud procedit in mulcta applicanda fiſco, quæ eſt mera pœna,
12 & ſic grauior,hic loquimur in intereſſe partis. ¶ † Quartò facit,quia pœna excōicationis non pōt ferri ex præcedenti contumacia,ſine noua citatione,vt tenent Doc.in c.1. per illū tex.
13 de iudi.niſi reſpondeas,vt proxi.dixi.¶† Tertio quæro ad hoc, vt contumax de cætero audiatur,an ſufficiat oblatio verbalis expenſarum?dicit Bal.in Auth.qui ſemel.in pen.col. C. qūo,& qñ iud.ꝙ ſi expenſæ fuerunt taxatæ à iudice, & ſic ſunt liquidæ,eſt neceſſe,ꝙ offerantur verbo,& re,per iſtum tex.aliàs ſufficeret oblatio verbalis cū fideiuſſore:adde pro primo mēbro, & pondera iſtum tex.in ver.niſi prius reſtituat ei omnia dāna, & vide in ſimili latè Spe.in tit.de contu.§.nunc dicamus. verſi. ſed nunquid excōicatus,vbi diſputat,an ad hoc,vt excōicatus pp contumaciam puniatur,& deinceps audiatur,ſufficiat verbalis oblatio expenſarum.¶Adde etiam in ſimili Bal. in l. edi-
14 ta.C.de eden.in repe.Peruſina,in 14.col.& ibi Salyc.†ꝙ iudex non debet admittere emendationem libelli, niſi prius actualiter reficiantur expenſæ,& no.Bar.in l.rura.C.de omni agro deſer.lib.11.qñ autem expenſæ nondum ſunt liquidatæ per iudicem,ꝙ ſufficiat oblatio verbalis cum ſatiſda.adde Bal.in l.vnica.in 2.col.C.ne lic in vna,ea.cau.tertiò prouoc.facit text.in l. ſtatulib.& l.ſeruus,ſi hæredi.& l.fi.ff.de ſtatulib & quod p illos tex.tenet Bar.& Doc.in l.prætor.§.ſi quis paratus.ff.de ope. no. nunc.Bal.& Ang.in l.ſi reſiduum.C.de diſtrac.pig Bal.in c.1.in 2.col.de l.Corra.in vſi.feu.Ang.in l.2.C.de vſur.& fruc.lega. & in ſimili Bar.in l.pen. C.de diſtra.pigno.¶Sed occurrit nouum dubium,an ſufficiat depoſitio,& conſignatio pecuniæ,videretur ꝙ ſic,quia tantum operatur quantum ſolutio.ita no.Bald. in l.creditor.per illum tex.C.de pig.& in l. 1. C.qui pot.in pig. imò talis conſignatio , & depoſitio nedum liberat debitorem à pœna,imò etiam inuitat ad lucrū.tex.eſt in §. illud.in Authē. vt exac.inſtan.dot.& ibi Ang.ad hoc multum no. in contrariū facit,quod no.vult Bar.in l.item.§.1.ff.quib.mod.pig. vel hyp. ſolu.vbi videas per te.& facit bene tex.in l.ſolutam.in princ.ff. de ſolut. ¶Dico concludendum,ꝙ debeat pecunia numerari parti,& ſi recuſet recipere,tunc depoſitio,& conſignatio ſufficiat,& habeat vim ſolutionis,ita loquuntur præallegata,& ita
15 tota die practicatur in palatijs.¶†Quartò quæro,an iſta.l. ſolū habeat locum in vero contumace,& certè iſte tex.in fi.in verbo mala conſcientia,videtur probare,ꝙ ſolùm habeat locum in vero contumace,& hoc tenet Iac.de Are.ſm,ꝙ refert Cyn. in 3.q.idem tenet Ang.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect. Inn.c.fi.de eo,qui mitti.in poſ. cauſa rei ſer. ¶Contrarium tenent Cy.Bal.& Saly.& Pau.de Caſt.hic,& dicunt,ꝙ ita practicatur de conſue.idem latè tenet Imo.in d.§.Iulianus.D.Anto. in d.c.finem litib.de dolo,& contum.mouetur ex generalitate
16 huius.l.¶†Secundò,& fortius, ad hoc , vt perueniatur ad primum decretum,ſufficit ficta contumacia,& tamen ibi nō auditur,niſi ſolutis expenſis,Auth.& qui.C.de bo.auth. iud. poſ. ¶Tamen pro parte precedenti videtur facere,quia iudex non poteſt mulctare aliquem ex ficta contumacia,ſed requiritꝫ vera,ita no.Bar.in l.vnica.§.fi.in vlt.col.per gl.ibi.ff.ſi quis iuſdicē. non obtemp.vbi pulchrè infert ad bannum,quod dicitur mulcta.& Ang.in conſ.8.ꝙ incipit,regulatores introitus Regni,niſi
17 reſpondeas,vt ſupra reſpondi in 2.q.¶†Quintò quæro,an ille, qui propter contumaciam fuit condemnatus in expenſis,poſſit à tali ſententia appellare,nam non eſt dubium,quod q condemnatur in expenſis ratione victoriæ,poteſt appellare.l.fin.& ibi Bar.C.qñ prouo.non eſt neceſ.dixi in l.properandum.§.ſinautem alterutra.ſ.eo.prima fronte videretur dicendum,ꝙ nō, quia verus contumax nō appellat.d.l.properandum.§.ſinautē reus.ſ.eo.Cy.hic in 17.q.multum egregiè concludit,& ſequuntur Bal.& Saly.hic, ꝙ ſi comparuit ante condemnationem expenſarum,& ſic fuit præſens tempore latæ ſententiæ , pōt appellare,quia licèt non poſſit appellare à ſnīa diffinitiua , tamen poteſt à ſnīa taxationis expenſarum,imò ſufficit, ꝙ fuerit præſens tempore taxationis expenſarum,ſecundum Bar. & Salyc. hic,de quo etiam per Bal.in Authen.generaliter.in 6. col.C.de epiſ.& cle.& in l.terminato.in 3.colum.C.de fruc.& lit.expen.
18 ¶†Sextò quæro , aliquis fuit contumax in prima, & ſecunda citatione,& poſtea in tertia comparuit,an debeat condemnari in expenſis pp præcedentem contumaciam ?Iac.de Are. & Fulg.hic tenent,ꝙ non,ex quo requiritur trina citatio ad conſtituendum quem in contumacia.allegant. l. ad peremptoriū, cum trib.ll.ſeq.ff.de iudi.melius allegaſſent tex. expreſſum in l. contumacia.§.contumax.quem ad hoc ibi ponderat Bar. pro Iac.de Are.ff.de re iudi.veritas eſt in ꝛrium,ſm Cy.in 5. q. ſm Bar.& Bal.& alios hic,& in Auth.qui ſemel, vbi dicit eſſe text. C.qūo,& qñ iudi.ibi.n.citatus comparuit ante el apſam tertiā dilationem,& tñ reficit expen.idem tenet Bal.in l.qui ante calēdas.& ibi latè Imo.ff.de verb.obl.Bar.in d.l.contumacia.§. 1.& in l.vnica.§.is videtur.ff.ſi quis iuſdic.non obtē.Spe.in tit.de cita.§.viſo.ver.quid ſi tres.& apud Cano.gl.in c. qñ ꝛ falſam.de proba.gl.& Canoniſtæ in c.querela.de ꝓcu.gl. in c. honoratus. 74.diſt.D.Ant.& Imo.in d.c.finem litib.& facit rō,quia ex prima citatione ꝛhitur cōtumacia,nec alia requiritur niſi ad cōuincendum magis malitiam. Auth.iubemus.ſ.eo. & illud, ꝙ ſ. dicebatur de trina citatione,procedit quantum ad hoc, vt poſſit peruenirì ad ſnīam diffinitiuam,ſm Cy.hic,& Bart.in d. l.contumacia.§. 1.dicit tamen Io.And.in d.c.querelam,ꝙ vna ex trib.citationib.debet eſſe gratuita , motus ex ſola æquitate capitis ſui,ſed eum reprobat Imo.tanquā loquentem ſine l. in d.§.Iulianus.in 9.col.& in d.l.qui ante calendas.ff.de verb.obli. in fi.¶Septimò quæro de qōne,ſuper qua hoc anno fuit con-
19 trouerſia in circulis,†an contumax ſolutis expen. admittatur ad opponendum ꝛ proceſſum iam factum.Spe.tenet qđ non, in tit.de compar.in termino.in verſic.attendas, & in tit. de appel.§.qualiter ver.ſed pone,ꝙ proceſſum. & iſtud tenebāt aliq ſatis obſtinatè,moti ex eo,quod vult Bar.in l.q̄uis.in vlt.col.ff. de dam.infec.ꝙ ſi cęptum eſt iudicium coram vno iudice, & pars ſit contumax, & citetur corā alio,ſi poſteà compareat,& ſolutis expenſis velit,ꝙ reuertatur iudicium ad primum iudicē per.l.vbi cęptū.ff.de iud. ꝙ non eſt andiendus ex quo pp cō tumaciā vī illū iudicē ꝛtempſiſſe.l.litigatores.in princ.ff.de arbi.q̄uis ꝛriū in hoc velit idē Bar.in l.ſepulchri.ff.de ſepul. viol.

Sed

ADDITIO.

a ¶Communis conclu. Adde, quòd ad hoc,vt mulctetur contumax, adhuc citandus eſt,teſte Alex.conſi.212.col.2.nu.11.lib.6.vbi Doct.in apoſtil.de quo aliqua no.Doct.ad Bar.in l.3.§.ſi ad diem.ff.de re mili.Imò iudex procedens contra aliquem vti contumacem,debet ante omnia eum talem declarare,teſte Alex.in l.ſi finita.§.Iulianus.poſt nu.32.ff.de dam.infect.per tex. in l. hæc autem.ver.non defendi.ver.liquere.ff.quib. ex cau. in poſſeſ.ea. item vt quis mulctari poſſit propter contumaciam, debet præcedere legitima, & noua citatio, ſtatuíque terminus ad facien.defenſ.ex no.per Rolan.conſi.39.num.8. & 33.lib.1.conſi.47.nu.43.lib.2.per Bar.in l.1.col.2.ver.ſed quæro. ii. ſi quis iuſdic.non obtemp.& in l.2.vbi Iaſ.3.no.ff.ſi quis in ius voc.Caſt.in l. contumacia.nu.3.ff.de re iud. MASVER.

Source : BIU Cujas

Sed in contrarium facit, q̃ vult Bar. in l. 2. C. de eden. per illum tex. ſecundum ſecundam lect. gl. q̃ abſenti reuerſo, qui fuit cõtumax, debet dari terminus ad habendam copiam actorum, ad opponendum contra illa acta, & ſuper hoc erat nata cõtro uerſia. Ego defendendo Barto. diſtinguebam, & iſta eſt veritas, prout no. diſtinguit Ang. in l. peremptorias. in vlti. colu. C. ſen. reſcin. non poſ. poſt Inn. in c. præterea. de dila. q̃ aut illi contumaci citato fuit aſſignatus terminus ad opponendum contra certa acta, & tunc ſi reuertatur elapſo termino, quamuis ſoluat expenſas, non tamen auditur ad opponendum contra illa acta, non propter contumaciam, ſed propter lapſum termini aſſignati, quia etiam ſi fuiſſet præſens, idem eſſet, aliàs propter ſolam contumaciam cùm ſatis puniatur in expenſis, non repellitur ab opponendo contra proceſſum iam factum, & iſtis adde gl. no. in c. 1. §. ſed ſi pars. in verbo abſentiæ. de elect. in 6.

20 ¶†Quintò principaliter no. ex tex. ibi, ex huiuſmodi vitio, q̃ contumacia dicitur vitium. Adde, q̃ Pan. in c. 1. in 3. col. de iu-
a di. no. quòd contumacia eſt peccatum [a] mortale, vnde contu max dicitur infidelis. 8 1. diſtin. c. ſi qui ſunt presbyteri. & maximum eſt peccatum inobedientiæ. 8. q. 1. in c. ſciendum. Alibi contumacia dicitur eſſe delictum, vel maleficium. in l. omne delictum. & ibi Bar. no. & infert ad ſtatutum. ff. de re mil. gl. in l. vnica. § fi. in ver. meram pœnam. vbi Bar. in fi. no. & ibi dixi. ff. ſi quis iuſdic. non obtem. gl. in l. ſi filius in prin. in verbo ſuccurrendum. ff. de interrog. actio. & in l. ſi plures. & ibi Bar. ff. de admin. tut. glo. & Doc. in c. ex literis. de conſti. & gl. 4. q. 1. in ſumma. Bal. Imo. & Mod. in l. ſi mora, cum concor. ff. ſolu. matrim.

21 ¶†Sextò no. in ver. ſcituris. q̃ iudex, qui omiſit condẽnare contumacem in expenſis, tenetur de ſuo reſarcire, ſicut in ſimili in
b l. properandum. §. ſinautem alterutra. s̃. eo. Hinc infertur no. ſecundum Ang. & Pau. de Caſt. hic, quòd grauius [b] punitur iudex, qui omittit, quàm qui facit, patet ſic. nam iudex qui tulit ſententiam iniuſtam, & ſic fecit, punitur ſolùm, quantum videbitur æquum religioni iudicantis. l. ſi iudex. de var. & extraord. cog. l. ex maleficijs. §. ſi iudex. ff. de act. & obl. inſti. de oblig. quæ ex quaſi delicto. in prin. ſed iudex, qui omiſit condemnare in expenſis contumaciæ, tenetur inſolidum ad totale intereſſe, & ſic grauius, vt hic. & d. §. ſinautem alterutra. imò quando omittitur, aliquando punitur criminaliter. l. mancipia. vbi

22 Bal. & Ang. C. de ſer. fug. dixi in l. eũ qui res. C. de procur. ¶†Ex iſtis ego infero, q̃ redditur dubia regula glo. & Doc. dum dicunt, q̃ grauius eſt delictum, q̃ committitur faciendo, & grauius punitur, quàm illud, q̃ commitur omittendo. gloſſ. in l. ſi mora. ff. ſol. matr. & glo. magis expreſſa in l. lege Cornelia. ff. ad Sena. Sylla. gl. in l. 2. C. de lib. & eor. lib. facit. l. ſi ſeruum. in prin. cũ gl. ff. de ver. obl. ¶Hinc pulchrè dicit Bar. in l. 2. p̃ gl. ibi. ff. ad Sena. Sylla. q̃ ſuper delictis publicis non eſt licitum facere trãſac. vel pactum. l. tranſigere. C. de tranſac. verum eſt, quando talia delicta publica ſunt commiſſa faciendo, ſecus ſi omittẽdo, vt ibi: cogita, quia iſta regula videtur confundi per iſtud no. in ducendo, vt ſupra. Capio gl. primam in ver. damna. quam diuide in quatuor partes, ſicut ponit quatuor differentias inter hanc. l. & l. properandum. §. ſinautem alterutra. s̃. eo. ¶Ex prima differentia no. q̃ ſi ante lit. conteſta. diu litigatum eſt inter partes ſuper aliquo incidenti, vel emergenti, puta, ſuper legitimatione perſonarum, q̃ tales expenſæ ibi factæ nullo modo poſſunt peti, non quidem per d. §. ſinaũt alterutra. quia ille. §. ſecundum gl. loquitur in expenſis factis poſt lit. p̃te. tm̃, non ẽt p iſtam. l. quia loquitur ſolùm de expenſis rõne contumacię, ſed Bar. dicit, q̃ alia via peti poſſunt, ſi ex hoc proceſſus multum
* fuit retractus. *per l. non ignoret, vbi ẽt Bar. C. de fru. & li. expẽ. ſequitur Pau. de Caſt. hic. ¶Tu autem teneas p̃ glo. q̃ in omni interlocutoria, etiam ante lit. conteſt. qui ſuccumbit, debet in expenſis condemnari, per generalitatem. d. §. ſinaũt alterutra. quia militat eadem rõ, ita tenet Spec. in tit. de expen. §. ſinautẽ. ver. ſed nunquid deficiens. Inn. in c. ſæpè. de appel. Cano. in c. finem litib. de dolo, & contu. Bal. & Saly. hic, & Bal. in l. generaliter. §. his de præſentib. C. de reb. cred. & in Auth. generaliter. C. de Epiſ. & cle. dixi in d. §. ſinautem alterutra. ¶Glo. fin. in verbo nõ citati. in fi. gl. punctus ergo eſt videre, an iudices inferiores, & eod. modo delegati poſſint citare mediantib. nuncijs publicis, an verò per ſeipſos, & hæc q̃õ, vt omnes referunt, & plenius Cy. & adhuc plenius Odof. fuit inter Azonem, & Loth. quib. erat delegata quædam cauſa cuiuſdam puellæ formoſæ. Breuiter veritas eſt, q̃ cùm arbiter poſſit interpellare per nuncium. l. ſed interpellatur. §. 1. ff. de arb. qui arbiter non habet iuriſd. ſed ſolam notionem. l. 3. in prin. ff. de re iudi. multò fortius poterunt & delegari, & iudices inferiores, & ad hoc adde Bar. in l. 1. ff. de iuriſd. om. iud. & in Auth. qui ſemel. C. quomodo, & quãdo iud. & Bal. in l. 2. C. quomodo, & quando iudex. habẽtur in c. cùm olim. el 2. extra de priuileg.

ADDITIONES.

a ¶Contumacia eſt peccatum. Adde c. 2. de maior. & obed. Card. Alex. in c. Salonitanæ. in 2. col. 7 2. diſt.

b ¶An grauius puniatur iudex in omittendo, quàm in committendo, iſta repetit in d. l. ſi mora. ff. ſol. matr. PVRPV.

* Retardatus.

SVMMARIVM.

1 *Exoenſę litis hodie prius taxantur à iudice, & poſtea iuratur à parte.*
2 *Citatio alterius partis an in taxatione iudicis ſit neceßaria.*

AVTHENTICA.

POſt iuſiurandum. Iſta Auth. incipit nouo iure. aliàs incipit, hodie poſt iuſiurandum, & venit ad correctionem l. ſancimus. s̃. eod. in qua dice
a batur, q̃ iudex taxat poſt iuramentum. iſtud corrigitur, [b] & ſta tuitur totum oppoſitum in Auth. noſtra, & rationem dicam
1 in glo. & hoc dicit. †Hodie litis expenſæ prius taxantur à iudice, & poſtea iuratur à parte, poteſt tamen iudex ex cauſa vtrũque abſoluere ab expenſis. hoc dicit. ¶Capio glo. vnicam, quã diuide in duas. In prima declarat tex. In ſecũda, quæ eſt ibi, ſed nunquid. gl. per viam quæſiti opponit p̃ text. & tripliciter ſol-
* uit. & gl. & Doc. *communiter tenent* tertiam ſol. & aſſignant rõnẽ diuerſitatis, vt hic per Bar. adde gl. quæ eãdem rõnem aſſignat in c. 1. §. adijcientes. in verbo, docuerit. de elec. in 6. glo. Barto. & Doc. in d. l. videamus. §. pe. ff. de in lit. iur. ſed iſtam communẽ ſol. reproba, & aliter reſponde, vt dixi in d. l. videamus. §. penu. ¶Limita tñ iſtam Auth. vt procedat in expenſis probandis p iurm̃ partis, vbi iudex põt taxare, & moderari, ſecus in expẽſis probandis per teſtes, ſm̃ Bal. in l. ſancimus. s̃. eo. & Pau. de Caſ.
2 hic. ¶†Nunquid autem in iſta taxatione iudicis ſit neceſſaria citatio alterius partis, vltra ea, quæ dixi in l. ſancimus. s̃. eo. Bal. in ſpecie in c. 1. in prin. ſi de inueſt. inter dom. & vaſſ. lis oria. in vſi. feu. tenet, q̃ non requiritur aliqua citatio, eo quia eſt pœna præcedentis contumaciæ, iſta rõ Bal. non eſt bona, cũ iſta Authen. generaliter procedat non ſolùm in expenſis rõne contumaciæ, ſed etiam in expenſis rõne victoriæ litis, vt probatur in §. oportet. in Auth. de iud. vnde ſumitur iſta Auth. & probatur ex vlt. rñſo huius tex. & ita in ſpecie tenent Cy. Bal. & Saly. hic. ¶Imò plus tenuit Inn. in c. ſæpè. de appel. q̃ iſta Auth. quãtum
b ad taxationem [b] iudicis, habet locum etiam in expenſis, quæ debentur iure actionis, ſequitur Pau. de Ca. hic, quod multum no. pro magna extenſione huius l.

ADDITIONES.

a ¶Caue in practica, quia primò iuratur, deinde taxatur, ideo non videtur recepta in iudicio hæc Auth. iuxta gl. in c. 1. de treug. & pa. Iaſ. in l. rem non nouam. ſupra eod. PVRPV.

b ¶Taxationem. An in caſu huius Auth. poſſit contrarium probari, q̃ tantũ nõ fuit expenſum, Alex. q̃ ſic, in l. qui bona. §. qui damni. col. fi. ff. de dã. infe. PVR.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à Principe poteſt de iure ciuili recuſari vt ſuſpectus, niſi in tribus, vt infra nu. 2. & 3.*
4 *Ordinarius an poſſit de iure ciuili recuſari.*
5 *Ordinarius de iure canonico poteſt recuſari vt ſuſpectus.*
6 *Cauſæ iuſtæ quæ ſint, propter quas poſſit iudex vt ſuſpectus recuſari.*
7 *Minor ſuſpicio eſt ſufficiens ad repellendum iudicem tanquam ſuſpectũ, quàm ad repellendum teſtem.*
8 *Mulier ſicut non repellitur ab accuſando, quando proſequitur iniuriam illatam perſonis ſibi coniunctis, ita poteſt accuſare de iniuria illata perſonæ compatris ſui.*
9 *Compater, & patrinus non repelluntur à teſtificando.*
10 *Ordinarius licèt ſit ſuſpectus, tamen eius Vicarius non poteſt recuſari vt ſuſpectus.*
11 *Allegans omnes Doct. de ciuitate ſuſpectos, præſumitur in frandem alle gaſſe.*
12 *Delegatus debet recuſari ſuſpectus ante litem conteſt. niſi cauſa ſuſpicionis poſtea ſuperueniſſet.*
13 *Præfectus prætorio poteſt condere ſtatuta.*
14 *Cardinales Legati q̃tiparantur præfecto prætorio, ideo poſſunt condere ſtatuta in prouincia, in qua ſunt legati, niſi vellent ſtatuere contra ius commune.*
15 *Libellus ſuſpicionis debet offerri coram delegato.*
16 *Delegatus quando allegatur ſuſpectus, coguntur partes eligere arbitros, qui*

Source : BIU Cujas

qui cognoſcant de cauſa principali.

17 *Princeps ſicut poteſt committere cauſam appel. remota, ita etiam remota recuſa, iudicis ſuſpecti.*

18 *Cauſa quando committitur appel. remo. intelligitur de friuola.*

19 *Princeps quando aliquid facit de plenitudine poteſtatis, nihil poteſt ei reſiſtere.*

20 *Delegatus quando de iure ciuili recuſatur vt ſuſpectus, non eſt neceſſe allegari, vel exprimi cauſam recuſationis.*

21 *Suſpicio probatur per iuramentum, quando agitur de paruo præiudicio.*

22 *Debitorem ſi alius vult facere capi, & incarcerari tanquam ſuſpectum de fuga, ſuſpcio talis fugæ non poteſt tunc probari per ſolùm iuramentum.*

23 *Verbum putat, prolatum à l. vel Statuto, intelligitur etiam ſine cauſa.*

24 *Statutum ſi ſimpliciter diſponat, ſtari putationi alicuius, intelligitur dummodo iuret.*

25 *Lex quando aliquid relinquit ſcientiæ alicuius, requiritur quòd iuret, aliàs ei non ſtatur.*

26 *Stare dicto alicuius, ſi quis promittat, intelligitur, ſi iurauerit.*

LEX XIIII.

APertiſſimi. Iſta eſt bona, & vtilis lex. ¶ Diuide iſtam l. in quinque partes, vt per Bar. & Bald. hic, licèt Ang. diuidat in ſex. ¶ Et conſidera tu iuuenis pro intellectu vlti. partis tex. ibi, quòd & ſi. nam extenſio, quàm ibi facit tex. videtur ſuperflua: nam dicit tex. ℘ ea, quæ dicta ſunt in delegato à Principe, ℘ poteſt vt ſuſpectus recuſari, quòd iſtud etiam habet locum in inferiore. iſtud non videtur habere probabile dubiũ, quia ſi delegatus Imperatoris poterat recuſari vt ſuſpectus, certè multomagis delegatus inferioris, arguere enim à maiori ad minus priuatiuè valet argu. hoc dicit in ſumma. Iudices delegati etiam à principe, propter ſuſpicionem poſſunt recuſari, hoc primò, & tunc partes coguntur eligere arbitros, qui vice delegati funguntur. Et aduerte, ℘ Imper. videtur hanc. l. feciſſe ad conſultationem præfecti prætorio, qui præfectus p̃torio in ſua prouincia fecerat ſtatutum generale, ℘ ſi iudex recuſabatur &c. vt habes in litera, ſed quia lex inferioris non poterat ligare ſuperiorem. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Treb. l. nam magiſtratus. ff. de arbi. & quia potentioribus pares eſſe non poſſumus. l. 2. & 3. cũ gl. ff. de alie. iud. mu. cã fa. ideo ſtatutum prefecti non poterat ligare delegatum ab Imper. niſi Imperator iſtud ſtatuiſſet, per hanc l. extendendo illam conſtitutionem, vt habes in tex. ¶ No. 1. ℘ delegatus etiam à Principe poteſt iure ciuili recuſari vt ſuſpectus, & multo fortius de iure
1 cano. vt infra dicam. ¶ †Limita trib. mod. Primò, niſi eſſet delegatus ad inſtantiam vnius partis, quia ille non poſſet eum amplius recuſare, ex quo ſemel in eum conſenſit. tex. eſt in Auth. offeratur. C. de lit. conte. & hic in gl. 1. Adde, ℘ ẽt ſi procurator impetraſſet delegatum in ſpecie, ℘ dominus non poſſet eum vt ſuſpectum recuſare. gl. eſt no. in c. cùm olim. in gl. 2. de cauſa poſ. & propr. intellige tamen ſanè, niſi noua cauſa ſuperueni
2 ret, vt dicam in ſeq. no. ¶ † Secundò limita, cùm de conſenſu vtriuſque partis eſſet iudex delegatus, tunc recuſatio eſſet temeraria, propter conſenſum vtriuſque partis, ideo licèt de iure ciuili recuſatio poſſit fieri ſine cauſa, vt hic in gl. & dicetur infra, tamen iſto caſu non teneret recuſatio ſine iuſta cauſa. ita no. Ang. in l. quia poterat. ff. ad Treb. poſt Inn. per eum alle. iun
3 ctis no. in Auth. & ꝯſequenter. C. de ſen. & interl. om. iu. ¶ †Tertiò limita iſtam l. vt procedat in delegato particulari, ſecus eſt in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, qui non poteſt de iure ciuili recuſari. gl. eſt in l. fi. in gl. 1. ℸ. eo. & facit ratio, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, æquiparatur ordinario, vt dixi in l. à iudice. ℸ. eo. & tamen dictam glo. reprobant ibi Iac.
4 But. Bal. Saly. & Raph. Fulg. & facit generalitas huius. l. ¶ †Nun
a quid autem ordinarius poſſit de iure. ciuili [a] recuſari, gl. 2. hic
* diſputat, & in l. quia poterat. ff. ad Treb. *vera, & communis concluſio eſt*, quia ordinarius de iure ciuili non poteſt recuſari, vt remoueatur tanquam ſuſpectus, ſed ſi eſt ſuſpectus, poteſt ſibi peti adiunctus, per Auth. ſi verò contigerit. ℸ. eo. ¶ Fallit in certis caſibus ſpecialib. puta quando in cauſa prius fuiſſet aduocatus. l. prætor. ad fi. ff. de iuriſd. om. iud. l. fi. C. de offi. aſſeſſ. ſecũdum Bal. Saly. & Pau. de Caſt. hic, & eſt glo. in c. dilecto. in verbo recuſaſtis. de teſtib. ¶ Eodem modo in caſu. l. qui iuriſdict. ff. de iuriſ. om. iud. ſm Mod. & ibi Bal. in d. l. prætor. & Paul. de
5 Caſt. hic. ¶ †De iure autem canonico põt ẽt ordinarius recuſari vt ſuſpectus. c. cũ ſpeciali. vbi gl. & Doc. de appel. c. ſi quis cõtra cle. de fo. compe. c. ſuſpicionis. de offi. deleg. & de iure cano nico eliguntur arbitri iuris, qui de cauſis ſuſpicionum cognoſcant, iurib. præalleg. & c. ſecundò requiris. §. fi. de app. & c. cauſam q̃. de offi. deleg. & dicit Bar. in l. quia poterat. ff. ad Treb. ℘ in terris imperij ſeruatur ius ciuile, ſed in foro canonico, & in
6 terris ſubiectis Eccleſiæ ſeruatur ius canonicum. ¶ †Quæ aut̃
b ſint iuſtæ cauſæ, [b] propter quas poſſit iudex vt ſuſpectus recuſari, habes gl. in c. cauſam quæ. & gl. in c. cùm ſuper. de offic. deleg. & gl. in c. accedens. ſecundo, & ibi Doc. vt lit. non conte. enumerant Can. in c. poſtremo. vbi tex. principalis. de appell. ¶ Multas enumerat Spe. in tit. de iudi. deleg. in §. ſupereſt videre. per totum. §. & Io. And. & alij in cap. legitima. de appel. in 6.
7 ¶ †Tu autem præmitte regulam, ℘ minor ſuſpicio eſt ſufficiens ad repellendum iudicem tanquam ſuſpectum, quàm ad repellendum teſtem, & ratio eſt, quia facilius eſt inuenire aliũ iudicem, quàm inuenire alios teſtes, glo. eſt in c. cũ R. canonicus. in gl. 2. de offi. deleg. & gl. & Inn. in c. inſinuante. in gl. 1. de offi. deleg. Bal. in c. de cauſis. in 9. col. eod. tit. & ideo cauſæ, quæ repellunt teſtem à teſtimonio tanquam ſuſpectum, multo fortius repellunt iudicem, quod bene no. ad infra dicenda. ¶ Hoc præmiſſo, vltra cauſas enumeratas in locis præallega. quæ non egent additione, no. in ſpecie aliquas peculiares. Prima cauſa eſt propter inimicitias. l. ſi pariter. ff. de lib. cau. & tex. no. in l. vnica. §. illo. C. ſi quacun. prædi. poteſta. quem ibi Bar. ad hoc no. & nedum inimicus, ſed etiam omnes, qui ſunt de eadem domo, vel parentela, tex. eſt ibi, quem Bar. dicit fortè non eſſe alibi ita clarum, & ℘ ita ſeruat Epiſcopus Senarum, qui cũ ſit de Maluoltis, omnes cauſas illorum de Picolhominib. cùm ſint inimici, alijs delegat, & illum tex. etiam allegat gl. in c. accedens. primo. in verbo ſubeſſe. vt lit. non conteſt. ¶ Et dicit gl. in c. Adrianus. 63. diſt. ℘ ſi aliquis me non ſalutat, poteſt recuſari, quia prę ſumitur inimicus, & ſic vult illa gl. ℘ etiam inimicus præſumptus poteſt recuſari. ¶ Adde, ℘ qui habet iuſtam cauſam inimicandi, poteſt recuſari, quia cenſetur inimicus præſumptus, ita tenet Inn. in c. cũ I. & A. de re iudi. quem refert, & ſequitur Bal. in l. præſcriptione. in 12. col. in fi. C. ſi contra ius, vel vtil. pubi. Saly. in Auth. ſi teſtis productus dicatur. C. de teſt. & in l. 1. in prin. ff. eo. Lud. Rom. in repe. rub. ff. de arbi. in 10. col. Imò fortius tenet ſing. Bar. in l. 1. in fi. de his, quib. vt indig. ℘ etiã ſi ignorat commiſſam eſſe cauſam inimicitiæ, adhuc poteſt vt ſuſpectus repelli, ℘ certè ſemper reputaui mirabile. ¶ Adde tertiò,
c ℘ etiam inimicus reconciliatus, [c] cùm quo de recenti eſt facta pax, poteſt repelli vt ſuſpectus, cùm non ſit idoneus, tex. eſt no. 3. q. 5. in c. accuſatores. el 1. no. Inno. in c. cũ oporteat. de accuſ. ¶ Adde quartò, ℘ non ſolùm inimicus, ſed etiam amicus, vel domeſticus inimici poteſt vt ſuſpectus repelli, ita no. egregiè Bar. in l. ſciendum. §. 1. per illum tex. ff. de leg. facit, qđ vult Bar. in l. 3. §. ſi tutor. poſt gl. ibi. ff. de ſuſpec. tut. & hoc patet, ℘ etiam amicus, vel domeſticus inimici repellitur à teſtimonio. c. repellatur. c. cũ oporteat. & in c. cũ P. Manconella. de accuſa. no. in l. liberi. C. de inoff. teſta. & in ſpecie Cyn. & Bal. in l. ſi quis teſtib. in vlt. col. C. de teſti. not. bene iſtam primã cauſam. ¶ Secunda cauſa ſolet eſſe, ſi iudex ſit imperitus iuris, de quo tamẽ vide Cy. in l. certi iuris. per illum tex. ℸ. eo. per Io. And. & Gem in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcri. in 6. & in alijs loc. ſupra in. prin. allegatis. ¶ Et licèt Doc. in hoc varient, tamen no. quod ſi
d cauſæ ſubtiles [d] committuntur groſſis Doctoribus, eſt iuſta cauſa, ꝓ quam poſſunt vt ſuſpecti recuſari, ita dicit Bal. in l. fi. in 16. q. C. de hære. inſti. ¶ Tertia cauſa eſt, quando iudex eſt nimium ſeuerus. Bal. in l. 1. per illum tex. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. ¶ Quarta cã, ſi eſt indiſcretus, quia poteſt ſicut iniuſtus recuſari. c. ad noſtram. de proba. & ibi Bal. in fi. no. dicit, ℘ non reperitur melior tex. in iure. ¶ Quinta cã eſt, ſi iudex eſt ingratus, tex. eſt in §. ſancimus. in Auth. de exhi. re. Cano. in d. c. poſtremo. ¶ Sexta cã eſt, ſi iudex eſt compater vnius partis. ſm Imol. in c. cũ ſpãli. in 8. col. de off. ordi. & in c. prudentiam. de off. delega. & multo fortius ſi aliquis leuauit aliquem de ſacro fonte, quem vernacula lingua patrinum appellamus, nam iſte videtur ſuſpectus. ¶ Et èconтra patet, quia tam cõpater, quàm patrinus prohibentur eſſe teſtes, quia ſuſpecti ſunt, ſecundũ Bal. in l. generaliter. per illum tex. ff. de in ius voc. Saly. in l. teſtis idoneus. ff. de teſti. facit tex. in c. ita diligere. 30. q. 3. item, quia cognatio ſpiritualis maior eſt, quàm carnalis, ſecundum glo. 27. q. 2. in c. qui dormierit. facit tex. in c. pictatium. in gl. 2. 50. q. 3. q̃ dicit,

ADDITIONES.

a ¶ Ordinarius poſſit de iure ciuili. Adde l. item ſi ſuſpectus. ff. de procur. Bar. in l. nemo. C. de iuriſd. omn. iud.

b ¶ Quæ ſint iuſtæ cauſæ. Adde Card. Alexan. in c. poſtremo. de appel. vbi enumerat. 70. caſus.

a ¶ Reconciliatus. Fely. in c. cùm oporteat. in fi. 2. col. de accuſ. PVRPV.

d ¶ Cauſæ ſubtiles. Adde Fely. in cap. ſciſcitatus. de reſcrip. in 6. col. ver. & dicit etiam Bald.

Source : BIU Cujas

dicit, q̄ pater ſpiritualis. magis eſt diligendus, quàm carnalis, tñ poſtea gl. ibi in fi. videtur aliter decidere. ¶ Facit, q̄ ſingulariter
8 vult Bar. in l. 1. antepe. char. C. vnde vi. † ſicut mulier non repellitur ab accuſando, quando proſequitur iniuriam illatam perſonis ſibi coniunctis, ita poteſt accuſare de iniuria illata in per-
9 ſona compatris ſui, † tamen aduerte, q̄ imò compater, & patrinus non repelluntur à teſtimonio; facit rō, quia edictum de teſtib. eſt prohibitorium certarum perſonarum, quilibet ergo admittitur, qui non reperitur expreſsè prohibitus. l. 1. cū glo. ff. de teſti. & gl. in l. qñ. in gl. fi. C. de hæreti. & ita tenet Bar. in cōſ. ſuo 92. incip. in qōne vertente inter D. Simonem. Bal. & Salyc. ſibi ſunt ꝯrii in l. parentes. C. de teſti. Lud. & D. Alex. in d. l. generaliter. & D. Alex. in conſ. 34. lib. 3. quod incip. viſo themate præmiſſo. & no. bene iſtud de compatre, quia ſæpè interrogaberis de facto. ¶ Septima cā eſt, ſi iudex ſit ſocius, vel cōmenſa lis alterius partis, quia ſocietas cenſetur quædam fraternitas. l verum. in prin. ff. pro ſoc. & idem ſi ſit amicus alterius partis, ſm Canoniſtas in d. c. accedens. no. in c. inſinuante. de off. deleg. ¶ Octaua cā eſt ſi iudex litigat in alia ſimili cā, nam clarum eſt, q̄ non iudicabit, niſi prout vellet iudicari in cā ſua, & ideo eſt ſuſpectus, gl. eſt no. in c. cū ſuper abbatia. de off. deleg in 6, D. Ant. de But. in c. cauſam matrimonii. de offi. deleg & in d. c. accedens. Pan. in c. cām quæ. ſecundo. de iudi, & ibi declarat p̄ exempla, qñ cā dicatur ſimilis. Nona cā, ſi eſſent partialitates, ſeu factiones in ciuitate, nam ſi delegaret cauſam vni, qui eſſet ꝯriæ factionis, poſſet vt ſuſpectus recuſari, ſm Bal. in c. de cauſis. in 6. col. de off. deleg ¶ Decima cā eſt, ſi ante dixit appa-
a rere ſuum, [a] ſm Ioan. And. in c. irrefragabili. §. exceſſus. vbi alij Can. de off. ordi. ¶ Vndecima cā, ſi delegatus occultè loquitur cum parte, ſm Spe. in tit. de diſputa. & allegationib. in fi. Cano. in d. c. accedens. q̄ ſingulariter limita, vt per Bar. in extrauagā. ti. ad repri. in verbo ſine ſtrepitu. ¶ Duodecimò in Doctore, q̄ pōt recuſari vt ſuſpectus in cā ſui ſcholaris, ſm Spe. in titu. de off. deleg. §. ſupereſt. ver. quid de magiſtro. & verſi. ſeq. ſequitur Imo. in c. cū R. canonicus. in 1. col. de off. deleg. Contrarium, & melius no. Bal. in Auth. habita. in 8. col. C. ne fil. pro pa. per illum tex. qui optimè facit. ſequit Pan. in d. c. cū R. canonicus. ¶ Aduerte tñ, q̄ licèt ordinarius ſit ſuſpectus, tamē per hoc vicarius eius non erit ſuſpectus. ita probat tex. no. in l. vni. in ver. pe. & fi. & ibi Bal. multum no. ad hoc. C. ſi quacunq; præd. pot. ſentit Bal. in Auth. clericus. C. de Epiſc. & cler. & dicit Ang. in l. aduerſus. in fi. C. ſi aduerſus rem iud. per dictam l. vnicam. q̄ non ſequitur, vicarius eſt ſuſpectus, ergo ēt dñs eſt ſuſpectus, ſed aliter tenet Saly. in d. l. vnica & ꝯrium tenet Io. de Imo. in c. inſinuante. de oſſi. deleg. & facit, quia idem cenſet tribunal vtriuſque. c. Romana. in prin. de appel. in 6. Barto. & alij in l. præcipimus. in prin. cum ſi. C. de appel. bene verum eſt, q̄ ſi vicarius, vel delegatus Ep̄i recuſatur vt ſuſpectus, adiri debet eius Ep̄s, qui de cā ſuſpicionis cognoſcat, non aūt tunc eligendi ſunt ar-
10 bitri iuris. tex. in c. ſi ꝯ vnum. ad fi. de off. deleg. in 6. ¶ † Adde ēt, q̄ qui allegat oēs Doc. de ciuitate ſuſpectos, præſumitur, q̄ faciat in fraudem. ita no. Bal. in l. hoc modo. per illum tex. ff. de condi. & demon. ſed aliter tenet Alb. de Roſ. in 2. parte ſtatutorum. q. centeſima, quæ incipit, an aūt quis poſſit dicere oēs iudices. &c. vbi dicit, q̄ vidit ſeruari in practica omnes ſapientes
11 vnius ciuitatis poſſe, vt ſuſpectos recuſari. ¶ † Secundò not. ex
b tex. ibi, antequam lis inchoetur, q̄ delegatus [b] debet recuſari, vt ſuſpectus ante lit. conte. poſtea nō poteſt, rō eſt duplex. Prima quia intelligitur aliàs in eum conſentire. Secunda rō, quia eſt exceptio dilatoria, quæ debet ante lit. conte. opponi, ita habes tex. in c. inter monaſterium. vbi gl. & Doc. de re iudi. imò talis exceptio debet ante oēs alias opponi. l. ſed & ſi ſuſceperit. in
12 prin. ff. de iud. Bal. & alij in l. quidā ꝯſulebant. ff. de re iud. ¶ † Limita, niſi cā ſuſpicionis poſtea ſuperueniſſet. l. 2. cū gl. pe. C. de conſor. eiuſdem lit. & ita tenet glo. in c. cū ſpeciali. de appel. & gl. in c. inſinuante. in verbo conſenſerit. de off. deleg. & gl. 3. q. 6. in c. ſi quis Ep̄orum. §. exceptio. Cy. Ang. Saly. & Pau. de Caſtr. hic. Bar. & alij in l. fi. C. de ſent. & interlo. Ang. & Imo. in l. quia poterat. ff. ad Treb. D. Ant. & Imo. in c. 1. de iudi. Imò ētiam ſi cauſa fuiſſet ante lit. conteſt. ſed pars ignorauit, licitum eſt op-
13 ponere poſt, & hoc tenet gl. in d. §. exceptio. ¶ † Tertiò not. ex tex. ibi, cū etiam ex generalibus formis. quod præfectus prætorio poteſt condere ſtatuta, & per hoc infert † Arg. el. quod cū
14 Cardinales Legati æquiparentur præfecto [c] prætorio. gl. in l. 1.
c ff. de offi. præfec. præto. certè Cardinales [d] Legati de latere Pa-
d pæ poſſunt condere ſtatuta in prouincia, in qua ſunt Legati, & ita ſm eum fecit Bononiæ D. Aegidius Cardinalis Sabien. dū ibidem eſſet Legatus Papæ. Adde Bar. idem tenentem in præfec. præto. & Cardinalib. Legatis, q̄ poſſint ſtatuta cōdere in l. omnes populi ff. de iuſti. & iur. in 4. q. 1. q. prin. & in l. 1. in prin. C. ff. quod quiſque iur. ¶ Limita niſi vellent ſtatuere ꝯ ius com-
e mune, [e] quia non p̄t, vt no. Hoſt. & Io. And. in c. fin. per illum tex. de off. Arch. Io. And. in add. Spe. in tit. de elec. ſuper rub. Docto. præſertim Imo. in l. ex duob. §. fi. ff. de vulga. & pup. & Do. Alex. in conſi. 16. in 4. vol. quod incipit viſo inſtrumento locationis. in pe. col. & habes tex. meliorem de iure in l. formam. C.
15 de off. præfect. præt. ori. & illiri. ¶ † Quartò no. ex tex. ibi, libello ſuſpicionis ei porrecto, q̄ libellus ſuſpicionis debet offerri coram delegato. ad idem eſt tex. in c. ſuſpicionis. de off. deleg. q̄d eſt verum, ſi eius præſentia poſſit haberi, quia fit in ciuitate, aliàs ſecus. l. ſi ꝯ. eo. ſecundum Bal. & Pau. de Caſt. hic. ¶ Quintò no. in verſic. cum poſt lit. rationem, quare de iure ciuili ante ſententiam diffinitiuam non poteſt ab aliqua interlocutoria appellari. l. 2. vbi Bar. ff. de appel. recip. & l. ante ſententiæ tempus. vbi Bal. C. quor. appel. non recip. ratio hic aſſignatur, ne lis in infinitum extendatur & dicit Bal. hic, & in c. cū cauſam. in
16 vlt. col. de appel. q̄ iſta ratio alibi melius non habetur. ¶ † Sextò no. ex ver. pen. q̄ quando delegatus allegatur ſuſpectus, coguntur partes eligere arbitros, qui cognoſcant de cauſa principali, & erit duplex practica, ſecundum Bald. hic. de iure autem cano. eliguntur arbi. qui ſolùm cognoſcunt de cauſis ſuſpicionis. c. ſecundo requiris. §. 3. de app. & gl. mag. hic in ver. recuſare. in fi. Io. And. in c. legitima. de appel. in 6. in nouel. ¶ Septimò no. q̄ arbitri electi in locum iudicis recuſati, cenſetur potius iudices, quàm arbitri, & ſecundum glo. hic cenſentur habere iuriſ. ordi. quam. l. noſtra tribuit, ſequitur D. Ant. de But. in d. c. ſuſpicionis, & iſtud eſt vtile ad id, quod tenet Bar. in l. fi. vbi diceſ. ꝯ. eo, tamen Bal. hic tenet, q̄ ſit media ſpecies inter ordinarios, & arbi. ¶ Capio gl. in ver. recuſare. iſtam gl. diuide in duas par. prin. In prima per viam fal. remouet vnum contrarium. In ſecunda diſputat, an de iure ciui. in recuſatione delegati debeat exprimi cauſa. Secunda eſt propè principium ibi, & not. hic,
17 ſm Io. ¶ † Ex 1. par. gl. habes, q̄ Papa, vel Princeps, ſicut p̄t cō mittere cauſam app. remota. l. 1. in fi. allegata in gl. ita poſſunt committere cauſam remota recuſatione iudicis ſuſpecti. & ad hoc iſta gl. eſt diligenter notanda, ſm Ang. dicit, tamē Spec. in tit. de recuſ. §. iam. ver. quid ſi cauſa committatur, q̄ iſto caſu, quando Papa, vel Princeps commirtunt cauſam alicui recuſatione remota, q̄ adhuc poterit recuſari vt ſuſpectus, ex cauſa legitima in iure expreſſa, ſecus ſi eſſet dubia cā ſequitur
18 D. Ant. de But. in c. paſtoralis. in prin. in vlt. col. de appel. † ſicut qñ committitur cā appel. remota, intelligitur de appel. friuola, & iniuſta. c. paſtoralis. & c. vt debitus. de appel. &c. ſuper eo. de off. deleg. & c. licèt. de off. ord. ¶ Confirmo ex trib. primò ex eo, q̄ vult gl. no. iuncto tex. in c. lator. in verbo excuſatione. & ibi Gemin. 2. q. 7. q̄ ſi Papa iubet aliquid fieri, ceſſante omni mora, & excuſatione, intelligitur de iniuſta, ſecus ſi iuſta, per tex. in c. ex parte. el 2. & ibi Pan. in 1. no. de off. deleg. ¶ Secundò facit tex. aureus in c. audita. de reſti. ſpol. & ibi Pan. in pe. col. & Bald. ad hoc multum no. illum tex. q̄ ſi Papa mādat immutari q̄quid à certo tempore citra fuit attentatum, intelligitur de attentatione iniuſta, non de attentatione legitimè facta. ¶ Tertiò facit, q̄ voluit Compoſtella, Ioā Andr & alij in c. cauſam quæ. de reſcri. q̄ ſi Papa confert alicui beneficium cum clauſula nō obſtante collatione huius beneficij alteri facta, intelligitur de
19 collatione inualida. ¶ † Adde fortius, quod vult gl. in c. ad hæc. in gl. mag. in fi. de reſcri. quam Pan. ibi in fi. multum commendat, q̄ Princeps etiam de plenitudine poteſtatis non p̄ōt committere cām ſuſpecto ſine facultate recuſandi, & dicit Pano. ſe neſcire alibi ita expreſsè, refert tñ, quòd Doc. tenent ꝯrium in c. cū inter. de excep. ſed quòd ipſe ibi ſequitur, & dicit bene facere cle. paſtoralis. de re iud. ¶ B̄ illa glo. ſolet reprehendi in locis prædictis, quia qñ Papa, vel Princeps aliquid facit de plenitudine p̄tātis, ni hil ei reſiſtit, aut obuiat, ſm Bald. in proœmio Decretalium. in pe. col. & in c. 1. in 11. col. de conſti. & dixi in l. reſcripta. §. ſi ꝯ ius, vel vtil. pub. nam de plenitudine p̄tātis p̄ōt Princeps. §. ius diſpenſare. c. propoſuit. de conceſ. p̄b. ¶ Ex 2. par.
20 prin. gl. habes quatuor notare. ¶ † Primò, quòd de iu. ciui. [a] qñ
f delegatus recuſat, vt ſuſpectus, nō eſt neceſſe allegari, vel expri
mi

ADDITIONES.

a ¶ Apparere ſuum. Dixi in l. prætor. ff. de iuriſd. omn. iud. PVRPV.
b ¶ Delegatus. Adde Bal. in l. fi. C. de ſent. & interloc. & gl. & Doc. in c. inter monaſterium. de re iudi.
c ¶ Aequiparantur præfecto. Adde Fely. in cap. ſuper quæſtionum. in §. ſi verò. de offi. deleg.
d ¶ Cardinales legati. Adde c. fi. de offi. leg. & ibi Scribētes. Doc. in c. 1. de locat. Card. Zab. in c. cùm omnes. de conſti. in 3. q.
e ¶ Contra ius commune. Adde Doc. in c. 1. de verb. ſig. Doc. in c. fin. de confir. vtil. vel inutil. Doc. in c. fi. de ſponſ.
f ¶ De iure ciu. Adde Lanfran. in repe. c. quoniam contra, de proba. in ver. recuſatio.

Source : BIU Cujas

mi cauſam recuſationis, ſed ſufficit, ꝙ cũ iuꝝ aſſerat ſe habere illum ſuſpectum. idem tenet gl. in l. quia poterat. in verbo neque, & vtrobique Bar. & Doc. ff. ad Treb. ſecus eſt de iure cano. vt dicit gl. hic in fi. & dixi in tex. ¶ Secundo dicit Bal. ꝙ iſta glo.
21 frequenter allegatur, † ꝙ ſuſpicio probatur per iuꝝm, tamẽ poſtea ipſe Bal. in vlt. q. intelligit iſtam gl. in terminis, in quib. non requiritur cauſa allegationis, vt hic, vel vbi tractatur de paruo
22 præiudicio. l. thetaurus. ff. ad exhib. ¶ † Vnde infert, ꝙ ſi aliquis
a vult facere capi debitorem, [a] & incarcerari tanquam ſuſpectum de fuga, ꝙ ſuſpicio non probatur per ſolum iuꝝm, ſed debet aliter ſummatim probari, & poſtea deferri iuꝝm creditori, & idem per oĩa tenet Saly. hic in vlt. col. Bal. & Mod. in l. 2. in prin. per gl. ibi. ff. ſol. matr. Bal. in l. conſentaneum. in 4. col. C. qũo, & qñ iud. & in l. creditor, qui non idoneum. ff. ſi cer. peta. & in l. ſciendum. in prin. 3. col. ff. qui ſatiſd. cog. Ang. & Imol. & Pau. de Caſt. & alij in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infect.
* *& iſta videtur communis opi.* tamen Ang. in repe. l. nemo carcerẽ. C. de exac. trib. lib. 10. tenet, ꝙ ſufficiat à prin. probari ſuſpicionem per ſolũ iuꝝm, & poſtea ſecuta captura, & ſic poſtq̃ ceſſat periculum fugæ, debet poſtea captura iuſtificari per apertiſſimas probationes, ſequitur Io. de Imo. in d. l. 2. ff. ſolu. matr. Lud. Rom. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & licèt D. Alex. in illa l. 2. dicat, ꝙ iſta opi. non poſſit de iure ſuſtineri, tamen poſtea conſulendo eam ſequitur in conſ. 19. in 3. vol. quod incip. viſo proceſſu capturæ, & ibi no. ſubdit, quod ſic debet intelligi ſtatutum ſimpliciter loquens de captura debitoris fugitiui, & ſuſpecti. Adde, quòd Pau. de Caſt. in conſi. 28. quod incip. propleniori examine. tenet, quòd de cauſis ſuſpicionis fugæ ſufficit probatio per ſolùm iuramentum, & dicit, ꝙ ita ſeruat to-
b tus mundus. [b] ¶ † Tertiò habes ex hac gl. quòd verbum putat,
23 prolatum à l. vel à ſtatuto, intelligitur etiam ſine cauſa, tamen Iac. But. hic in fi. poſt Iac. de Are. tenet, ꝙ imò debet intelligi de putatione rationabili & iuſta, non de fatua, quod eſt notatu dignum ſm Ang. qui per hoc no. infert, ꝙ ſi ſtatutum diſponat, ꝙ creditori putanti debitorem ſuum eſſe ſuſpectum, debeat concedi familia per Poteſtatem, vt capiatur debitor abſq; alia citatione, ꝙ non ſufficit creditori ſimpliciter dicere, ego puto debitorem eſſe ſuſpectum, ſed eſt neceſſe, quod alleget, & probet cauſam ſuæ putationis, quod eſt valde tenendum menti
24 ſm eum. ¶ Quartò tu pondera ex iſta glo. † quòd licèt lex, vel ſtatutũ ſimpliciter diſponat ſtari putationi alicuius, ſeu ei qđ quis putat, intelligitur tñ dummodo iuret, facit quod vult not. Ang. in repe. l. ſi vacantia in 3. col. C. de bon. vac. lib. 10. quòd ſi ex forma ſtatuti debet ſtari ſimpliciter verbo accuſatoris, vel nuncij, aut denunciatoris, licèt ſtatutum dicat ſimplici dicto, tamen intelligitur, quod habeat iurare, per l. Theopompus. ff. de dote præleg. quam ad hoc reputat ſingularem, & ſequitur D. Alex. in conſ. 78. in 3. vol. quod incip. clariſſime dñe Vicarie.
25 in 3. col. ¶ † Ad idem facit, quod vult Ang. quòd qñ l. aliquid reliquit conſcientiæ alicuius, tamen requiritur, ꝙ iuret, aliàs ei non ſtatur, per d. l. Theopompus. & hoc vltimum etiam tenent Ang. & Pau. de Ca. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nunc. D. Alex. in conſ. 218. in 2. volu. quod inci. viſis verbis. in
26 3. col. ad fi. facit ẽt, quod dicit Bald. in c. tuis. de teſtib. † ꝙ ſi quis promiſit ſtare dicto, vel teſtimonio alicuius, ille debet iurare, & ſic intelligitur eo iurante, per d. l. Theopompus.

ADDITIONES.

a ¶ Debitorem. Adde, ꝙ ſuſpicio non probatur iuramento partis, ſed requiritur cum iuramento ſummaria cognitio, ex no. per Tremol. ad Prac. Bonacur. tit. de recuſ. nu. 3. Catel. ver. debitor non poteſt ſuſpectus allegari, vbi docet prac. quam ſeruare debent iudices, de quo vide, quæ ponit idem Iaſ. in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſda. cog. in l. 2. num. 29. ff. ſoluto matrimo. Decius conſilio 75. Neuiz. conſi. 52. Roman. conſi. 241. 320. num. 3. Rolan. conſil. 65. libro 3. MASVER.

b ¶ Mundus. Adde hoc quidem quo ad ſuſpicionem, ſed quo ad debitum de eo debet plenè conſtare iudici, antequam concedat licentiam capiendi, eſt communis opin. ſecundum Corn. conſi. 136. colum. 2. litera D. ver. ad hoc autem. TROT.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius non poteſt allegari ſuſpectus, vt remoueatur, ſed vt ei adiunctus aſſocietur.*
2 *Ratione adiuncti purgatur ſuſpicio etiam in teſte.*
3 *Duo teſtes, quorum vnus eſt infamis infamia facti, & alius multum fidei integræ, probant plenè.*
4 *Amici tres ſi prodocantur in teſtes, vbi duo teſtes integri ſufficerent, eorum defectus ſuppletur propter numerum.*
5 *Teſtes octo ſi in teſtam. ſint, quorum duo ſunt legatarij, eorum defectus ſuppletur propter numerum.*
6 *Teſtes infames non faciunt plenam probationem in cauſa criminali, vel ciuili ardua.*
7 *Iudex in cauſis criminalib. & ciuil. an poſſit partes compellere ad concordiam.*
8 *Compromiſſum licèt in iudicem ordinarium non poſſit fieri tanquam in arbitrum, tamen bene poteſt fieri tanquam in arbitratorem.*
9 *Statutum loquens de tranſactione, non habet locum in arbitramento.*

AVTHENTICA.

1 SI verò contigerit. † Iudex ordinarius nõ poteſt allegari ſuſpectus, vt remoueatur. Sed vt ei adiunctus aſſocietur, hoc dicit, ſecus eſt de iure cano. c. cũ ſpeciali. de appel. dixi in l. præceden. ¶ Circa iſtum text. dũ dicit, ꝙ qñ ordinarius allegatur ſuſpectus, debet ei adiungi Epi
a ſcopus, [a] affertur noua qõ. pone, ꝙ fuit adiunctus Archipresbyter, vel Archi. altera parte contradicente, & allegante fieri non poſſe per iſtum tex. examinat D. Alex. in conſi. 183. 2. vol. char. 328. quod incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Andream. in 2. & 3. col. vbi conſuluit, cũ non parua difficultate in caſu ſibi occurrenti, quòd valuerit, motus in effectu per tres rationes. ¶ Prima, quia Epiſcopus erat abſens ab illo loco, vnde potuit eligi alius, quàm Vicarius eius, & alleg. Iac. de Bel. in Auth. vt diffe. iudi. in prin. arg. l. vnicæ. ver. illo. C. ti quacun. præ di. pot. & in §. fi. in Auth. ſcẽni. non ſolùm. &c. & iſta eſt vna limitatio ad hanc Auth. ¶ Secundò mouetur, quia ibi Poteſtas pronunciauit Archipresbyterum debere ſibi aſſociari, & ab illa pronunciatione non fuit appellatum, & ſic amplius impugnari non poteſt, cũ pro veritate habeatur. c. ꝙ ad conſultationem. de re iud. c. cùm dilectus. in fi. de elec. & l. ingenuum. ff. de ſtatu hom. ¶ Tertiò mouetur, quia ẽt poſt dictam pronunciationem Poteſtatis fuit proceſſum ad aliquos actus coram Archipresbytero tanquam aſſociato, & per conſequens fuit facta
* pro eo. ergo. * l. ſed & ſi ſuſceperit. in prin. ff. de iudi. c. inter monaſterium. de re iudi. non poſſum non admirari, ꝙ D. Alexan. tam exactæ doct. errauerit in hoc, cũ in hoc ſit expreſſa deciſio. nam dicunt Gul. Saly. Bald. & Pau. de Caſt. hic, ꝙ iſtud de Epiſcopo non eſt in vſu, nec ſeruatur de conſuetudine, & qđ ſatis eſt, quod adiungatur alius probus hõ, vñ ſuccedit illud, ꝙ conſuluit Bart. in conſi. 144. quod inci. iudex communis Aſſiſij. & tenet. in l. fi. §. ſed cùm antiquitas. C. de curat. furio. prout retuli in l. rem nõ nouam. s̃. eo. & ſic illud, quod dicitur in text. de Epõ, non eſt hodie de neceſſitate. Secundò no. ex hoc text.
2 ſm Saly. † ꝙ rõne adiuncti purgatur ſuſpicio, & ad hoc dicit ẽt facere tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ver. quid enim. ff. de edẽdo. ¶ Tu autẽ tertiò nouiter pondera ex hoc tex. aliud, in quo peculiariter eſt ſignandus, ꝙ ratione adiuncti purgatur ſuſpicio ẽt in teſte, hoc modo inducendo iſtum text. nam facilius, & ex leuiori cã remouetur iudex ſuſpectus, quàm remoueat teſtis, quia facilius eſt inuenire alios iudices, quam alios teſtes. gl. in c. inſinuante. in gl. 2. & in c. cũ R. canonicus. in gl. 2. de off. delega. ſi ergo in iudice purgatur ſuſpicio ratione adiuncti, vt hic, multo fortius in teſte debet purgari ſuſpicio ratione adiũcti, pulchra eſt, & ſubtilis inductio, & eſt deciſio multum vtilis. ¶ Iſtam deciſionem confirmo ex ſex. Primò ex eo, quod no. Bal. Ang & plenius Mod. in d. l. ſi quis ex argentarijs. per illum
3 text. † ꝙ ſi vnus teſtis eſt infamis infamia facti, & alius teſtis ſit multum fidei integræ, ꝙ iſti duo teſtes plenè probant, quia in-
b tegra fides vnius ſupplet [b] defectum alterius, & eius ſuſpicionem remouet. idem tenet Bal. in l. 1. in 3. col. C. de teſti. Saly. in l. in bonæ fidei. in 10. col. C. de reb. cred. Lud. Ro. in conſi. 290. qđ inci. in caſu propoſitæ conſultationis bĩ dictum Franc. in vlti. col. D. Alex. in conſ. 56. in 2. vol. quod incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ant. in pe. col. in fi. ¶ Secundò, & proprius facit, quod tenet Lud. Rom. in ꝙſ. 476. quod inci. in caſu propoſitæ conſultationis breuiter dicendum donationem &c. in fi. ꝙ licèt fidei alicuius teſtis rõne affinitatis detrahatur, illa ſuſpicio purgatur per alium teſtem deponentem, qui non eſt affinis, & ſic reſultat plena probatio, per d. l. ſi quis ex argentarijs. poſt prin.

ADDITIONES.

a ¶ Adiungi Epiſcopus. Dec. in c. cũ ſpeciali. de appel. Cur. conſi. 2. col. fi. limitatamen, quando recuſatur iudex immediatè ſubiectus Imperatori, ſecus ſi eſſet alius ſuperior in prouincia. Soci. in c. licèt ex ſuſcepto. col. 9. ver. 46. de foro compe. PVRPV.

* Approbatio de eo.

b ¶ Supplet. Adde gl. ſing. in l. teſtium. §. 1. ver. numerus. de teſti. ꝙ id, quod deficit in fide teſtium, ſupplet numerus, quam gl. allegat Alex. conſi. 78. col. 3. lib. 1. conſi. 5. poſt prin. eod. lib. Dec. conſi. 11. col. 13. Nicol. de Neap. in l. 2. colu. 1. in fi. ff. de excuſ. tut. BELLOT.

Source : BIU Cujas

4 prin. ¶†Tertiò facit, nã amici ſi producanť in teſtes, non habẽt integram fidem. l. 3. in prin. in verbo vel amicus. ff. de teſti. dixi in l. exigendi. C. de procu. tñ ſi tres amici producantur in teſtes, vbi duo integri ſufficerent, ſuppletur eorum defectus ꝑ numerũ, gl. eſt no. in l. 3. §. 1. in verbo numerus, & ibi magis in ſpecie Iac. But. ff. de teſt. ¶Quartò facit, ꝙ tenet Ang. in ꝓſ. 1. quod inci. porrecta fuit peti. ꝙ vnus teſtis domeſticus ꝑ dictũ aliorum ſuſtinetur. in ꝯrium tñ fortiter facit tex. in c. in literis. de teſti. vbi tres teſtes domeſtici non tñ probant quantum duo integri probarent, & ſic ibi numerus nõ ſupplet defectũ. ¶Quin-
5 tò facit, qđ no. tenet Io. And. in c. inſuper. in gl. 1. de teſti. † ꝙ ſi legatarius ſit adhibitus teſtis in teſtõ, ꝙ non erit teſtis oĩ exceptione maior, ex quo aliquid commodi expectat. c. perſonas. de teſti. & ſic teſtiñ non probabitur tunc ſufficienter, ſed ſi eſſent adhibiti octo teſtes, & duo eſſent legatarij, numerus ſuppleret defectũ, & illi duo ſaltem caperẽtur pro vno, & cũ alijs ſex plenè probarent. ſequiť Io. de Imo. in l. qui teſtõ. in prin. in
1 1. colu. ff. de teſt. non examino tñ aliter pro nunc, an aſſumptũ Io. And. de legatario ſit verũ, quia non eſt pñtis materiæ. ¶Sextò facit, quia vbi duo notarij ſunt rogari de vno actu, ſufficit, ꝙ vnus eorum ſit habilis, dato ꝙ alius patiatur defectum, ſm Bal. in d. l. ſi quis ex argentarijs. per illum tex. & in l. Imperator. in fi. ff. de ſta. homin. & in c. tertio loco. ad fi. vbi Bal. limitat. de
6 probatio. ¶†Tu limita prædicta non hñe locum in cã crimina li, vel ciuili ardua, vbi teſtes infames non faciunt plenam probationem, ẽt ſi eſſent plures, ſm Bal. in c. ad noſtram. de proba. per tex. quem ad hoc reputat ſing. in c. licèt cãm. §. quamquã.
7 in verbo plures. de proba. ¶†Quartò no. ex tex. ibi, per amicabilem compoſitio. ꝙ iudex põt ſe interponere, vt partes ad pacem, & cõcordiam reducantur, facit. l. 1. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nunc. l. æquiſſimũ. in prin. ff. de vſufr. c. ſtudendum. 90. diſt. qđ eſt verum in cauſis ciuilib. ſecus eſt in criminalib. anteq̃ delinquens ſit punitus, gl. eſt in l. tranſigere. q̃ ad hoc ibi no. Bal. & Saly. C. de tranſac. & Saly. hic, Bal. in l. cũ affirmes. C. de li. cã. & in d. l. æquiſſimum. in prin. ¶Scđò intellige, ꝙ iudex nõ poſſet cogere, vel compellere partes ad concordiam, vt eſt gl. no. in l. furti. §. iuſſu. ff. de infami. per q̃ Bar. ibi no. ꝙ eod. modo iudex non poſſet cogere partes ad compromiſſum. Idem tenet Bal. in l. ex ſtipulatione. C. de ſent. & interlo. & eſt tex. ſing. in §.
9 quia verò. in Auth. vt litig. iur. & ibi Ang. no. ex illo tex. ꝙ trãſactio facta iuſſu, & coactione iudicis, eſt ipſo iure nulla. Intelligẽ, niſi diu litigaſſent, quia tunc per iudicem poſſent compelli ad concordiam, vel compromiſſum, tex. eſt ſingu. in c. placuit. 90. diſt. de quo poſt Mod. dixi in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi
8 cer. pet. ¶†Quinto no. ex eiſdem verbis tex. ꝙ q̃uis in iudicẽ or
a dinarium [a] non poſſit fieri compromiſſum tanq̃ in arbitrum. l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. ff. de arbi. l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſ. aud. rõnẽ ponunt Doc. in d. l. 1. §. & poſt operis. tñ bene põt fieri compromiſſum tanq̃ in arbitratorem, vt hoc tex. iuncta gl. ¶Et ex hoc dixit gl. in §. ſi verò ꝓtigerit. in Auth. vt diffe. iud. vnde ſumitur iſta Auth. ꝙ compromiſſum in arbitratorem dicitur quædam amicabilis tranſactio, ſequunť Bart. & alij hic, & licèt Bal. in l. ſi. C. de except. rei iudic. dicat hoc ſibi videri mirabile, ex quo arbitrator põt in totum abſoluere, ſed tranſactio niſi aliquo dato, vel retento nihil valet. l. tranſac. C. de tranſac. intellige hoc dici largè, & impropriè, conſiderato effectu, vt declarat Bar. in l. ſocietatẽ. §. arbitrorum. in 1. q. extra gl. ff. pro ſoc. & in l. quod ſi Epheſi. §. 1. ad fi. ff. de eo, quod certo loco. & in l. furti. §. qui iuſſu. ff. de infam. & in l. ſi de meis, aliàs idem Pomponius. §. ex compromiſſo. ff. de arbi. Bar. in l. fi. in 1. opp. C. de contrahẽ. emp. & in rub. C. de rer. permu. in 1. col. circa fi. & plenius, quàm alibi Bal. in c. ſi pro debilitate. in 4. col. de offi. deleg. Pau. de Caſt. in d. l. tranſac. vbi dixi. & ibi per iſta in-
9 fert, † ꝙ ſtatutum loquens de tranſactione, non haberet locum in arbitramento. Iaſon Paduæ.

ADDITIO.

a ¶In iudicem ordinarium. Adde glo. 1. in fi. in c. cum tempore. de arbi. in c. ex parte. in 2. no. de arbi.

SVMMARIVM.

1 *Imperiti literarum poſſunt eſſe iudices, & in cauſis iudicare.*
2 *Si iudex ignarus canonum iudicat in cauſa matrimon. ſententia tenet, licèt iudex peccet.*
3 *Illiteratus, ſi malè iudicat, & credat ſe bene iudicaſſe, ductus errore iuris in foro conſcientiæ, an teneatur parti læſæ reſarcire omne damnum.*
4 *Illiteratus non poteſt eſſe aduocatus.*
5 *Illiteratus an poſſit eſſe delegatus, ſi ſit expertus negotiorum.*
6 *Approbatum de conſuetudine, habetur pro approbato de iure cõmuni.*
7 *Iudicare qui debet, debet habere duplicem conſcientiam, ſcilicet propriam, & legis, ſed in dubio debet ſequi. l.*
8 *Poteſtatem diſponendi qui habet, & prouidendi ſecundum conſcientiã, non debet ſequi propriam, ſed pub. conſcientiam iuris.*
9 *Conſcientiæ alicuius ſi aliquid committitur, non poteſt. ll. tranſgredi.*

LEX XV.

CErti iuris. Homines militares, & iuris imperiti poſſunt eſſe iudices, & in cauſis iudicare, h. d. ſm intellec. glo. & Doc. ideo magiſter militum, quem vernacula lingua appellamus Squadreriũ, ſed de iure appellatur Tribunus, põt iudicare inter milites, cùm per vſum cãrum militarium debeat cognitionẽ habere, & de iure cõi hẽt iuriſdõnem inter milites ſi-
1 bi ſubditos. l. magiſteriæ. C. de iuriſd. om. iud. ¶†No. ſm cõem
a intellectum, ꝙ imperiti literarum [a] poſſunt eſſe iudices, & in cauſis iudicare, & ꝑea videmus, ꝙ imperiti literarum eligũtur Poteſtates, & proferunt ſententias, tamen debent habere aſſeſſores literatos in iure, quorum conſilio regantur, ſecũdum Cy. Bal. & Sali. hic, & ꝙ imperiti literarum poſſint eſſe iudices, & iudicare, adde gl. in l. 2. ff. quod quiſque iuris. gl. & Doc. in l. fi. C. de ſent. ex breui. reci. gl. in c. ad noſtram. de conſuetudine. gl. in c. qui vult. de pœni. diſt. 6. Et dicit Gemi. 20. diſt. in ſumma, ꝙ ſufficit in iudice peritia cãrum, quia defectum ſciẽtiæ ſupplet aſſeſſor, per iſtum tex. dicunt tamen Hoſt. Ant. de But. & Pan.
2 in c. 1. de conſang. & affi. per illum tex. in verbo, & ſtatuta canonum non ignorent, † quòd ſi iudex ignarus canonum iudicat in cauſa matrimoniali, quòd ſententia bene tenet, ſed peccat, quia debebat alteri delegare, vel peritos conſulere. ¶ Circa
3 hoc occurrit neceſſaria qõ, † illiteratus ſi malè iudicat, & credit ſe bene iudicare, ductus errore iuris, an in foro conſcientiæ teneatur parti læſæ reſarcire oẽ damnum? diſtingue, vt per Cyn. Saly. & Fulg. & Pau. de Caſt. in Auth. hodie. ſ. eo. vbi tenent, qđ ſi ex neceſſitate iudicat, vel ex voluntate partium, q̃ ſciãt eius
4 imperitiam, non tenetur, aliàs ſic. ¶†Adde ẽt, quòd illiteratus ᵇ
b non poteſt eſſe aduocatus, ſm Bar. in l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraord. cog. & in l. 1. §. 1. reprobata gl. ibi. ff. de poſtulan. gl. & Bal. in l. 2. C. de poſtul. Pan. in rub. extra eod. ¶ Qualiter autẽ illiterati ferant ſnĩas, ex quo debent proferri de ſcripti recitatio
* ne, eſt dubitatio inter Doc. tamen *magis communiter concluditur*, ᶜ
c quòd ſi faciat ſcribi, & legi ſnĩam per notarium, ſatis eſt, quòd ipſe dicat, & ita pronuncio, ſm Bar. & alios in l. fi. C. de ſentẽ. ex breui. reci. vbi Bart. dicit, quòd ex quo ciuitates cõiter eligunt viros illiteratos in Poteſtates terrarum, vñr velle, quòd ꝑ alios ſnĩas legant, & ita refert ſe de facto conſultum rñdiſſe, de quo ẽt per Io. And. & Pet. de Anch. in c. fi. de re iud. in 6. Spe. in titu. de ſen. §. ſequitur. circa principium. per Bar. Saly. & plenius D. Alex. & Mod. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere poſ. per Bal. in l. iubemus. eo. tit. qui teſt. & Io. Fab. in §. ſimiliter. inſtit. de excuſ. tut. vbi ẽr Io. Fab inter alia limitat, & intelligit iſtam. l. vt procedat in eo, qui eſt imperitus iuris, tamen non eſt imperitus literarum, quoniam ſciat legere, & ſcribere. ¶Secundò per
5 iſtam. l. dicit gl. in c. ſciſcitatus. de reſcri. † quòd illiteratus poteſt eſſe iudex delegatus, ſi ſit expertus negotiorum, & ibi dicit. D. Ant. de But. quod illa gl. eſt notan. per Canoniſtas, qui non habent tex. expreſſum de hoc, & idem tenet Cy. hic. ¶Sed in contrarium ſtringit tex. in §. 1. in Auth. de iudi. qui dicit, quòd delegatus debet eſſe peritus, ne diſcat ab alijs, quid iudicaturus eſt. ¶Tu potes diſtinguere ex mẽte gl. ibi, & plenius Sal. hic, quòd ſi delegatio eſt facta à Papa, vel Imperatore imperito iuris, & Papa ſciret eum imperitum, tunc valet, & cenſetur ſecum diſpenſare. l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & hic in gl. ſecus, ſi per ignorantiam. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. Si autem delegatio fit imperito per inferiorem, q̃uis glo. hic innuat delegationem non valere, intellige verum, qñ fit in ciuitatib. in qb.

veriſi-

ADDITIONES.

a ¶Imperiti literarum. Adde Spe. tit. de leg. in §. excipitur. ver. item, quòd eſt il literatus. Bal. in procœmio inſtit. in §. omnes vero populi. in fi. Ang. in l. quidã conſul ebant. ff. de re iud. Abb. in c. ex literis. in 1. no. de ſponſ.

* Iſta ſunt verba Fely. in c. ſciſcita. de reſcrip. col. 5. verſi. illiteratus. vnde no. ꝙ periti in arte magis iudicant, quàm teſtificentur, Fely. in c. propoſuiſti. col. 4. de proba. PVRPV.

b ¶Quod illiteratus. Adde Spe. tit. de iudi. in §. excipi poteſt. ver. item, ꝙ illiteratus. idem Spe. tit. de aduo. in §. 1. ver. item, ꝙ non habet peritiam. & ibi Io. And. in addi. Abb. in Rub. de poſtul.

c ¶Magis communiter concluditur. Adde Bal. in l. ſtatutis. C. de ſent. ex breui. reci. Bar. in l. ſi ita ſcripſero. ff. de conditio. & demon. Arch. in cap. ſummopere. 11. q. 3.

Source : BIU Cujas

veriſimiliter adeſt copia literatorum. c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcri. in 6. aliàs toleretur. de quo ēt per Spe. in tit. de iudi. deleg. §. fi. ver. item, ꝙ eſt illiteratus. per Doc. in d. c. ſciſcitatus. Si tñ cauſæ ſubtiles groſſis Doctorib. committantur, pñt tanq̃ ſuſpecti ex hoc recuſari, ſm Bal. in l. fi. in 16. q. C. de hęr. inſti. & dixi in l. præce. ¶ Tu aũt attende, ꝙ licèt oēs ſic intelligant iſtum tex. fortè poſſet attentari alius intellectus, ꝙ in hac. l. decidatur, an præfecti militum, vel magiſtri militum, qui ſunt imperiti iuris poſſint iudicare in cauſis militarib. iux. l. magiſteriæ. C. de iuriſd. omn. iud. & deciditur in hac l. ꝙ ſic, & aſſignatur duplex rō, prima in verſic. quid. n. quòd nihil obſtat, quin de cā militari iſti qui habent peritiam rei militaris poſſint iudicare: ſecundò probatur à quotidiano vſu. iſte ſenſus multum ꝯgruit verbis
6 literæ, ꝯſidera tñ verba poſita in fi. ¶ †Tertiò no. ex iſta. l. ſecun dũ Ang. & Fulg. ꝙ approbatũ de ꝯſuetudine, hĩ per approbato de iure cōi. ¶ Tu no. quartò, ꝙ ꝯſuetudo facit licitũ, & probabile, ꝙ aliàs non eſſet. adde Bal. in l. ſi pignore. §. fi. de pigno. act. vbi no. ex illo tex. ꝙ non eſt in culpa, qui facit illud, qđ conſuetum eſt fieri. no. Lud. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ꝑ illum tex. ff. ſi cert. pet. vbi videas, q̃ cumulaui ad iſtud propoſi-
a tum. ¶ Vlt. multum no. a illa verba tex. ibi, pro ſui, & legis ſciē
5 nam interficientis Epiſcopum, de qua. 25. q. 2. c. ita eos. ¶ † Quinto facit, quod de Imperatore electo ante coronationem dicimus, ꝙ eius reſcripta non valent. l. bene à Zenone. in verſic. ex quo nutu diuino imperiales ſuſcepimus infulas, & ibi ad hoc not. Bar. C. de quadri. præſcri. & ibidem Ang. & latius Sal. Bal. in proœm. Decretalium. in 3. & 4. col. gl. in clem. 1. de iureiur. not. Bal. in l. plurib. in prin. ff. de cond. & demon. vbi etiam per illum tex. dicit, ꝙ Poteſtas antequam ingrediatur palatiũ Poteſtatis, nõ poteſt exercere officium, ſed de hoc eſt melior text. in l. obſeruare. §. fi. de offic. procon. & leg. ¶ Accedant ſexto loco, quæ ponit Bar. in l. ex eo. cum ſuis concor. ff. de teſta. milit. ¶ Per iſtã reg. & prædicta redditur dubium illud, qđ tenet Ange. in d. l. ex eo. ꝙ pœna ſtatuti de offendente ſcholarem matriculatum, habet locum in offendente eum, quem Rector iuſſit matriculari, licèt nõdum à notario eſſet in matricula deſcriptus, niſi ſalues
6 Ang. ſecundum terminos limitationis ſequentis. ¶ † Limita ergo prædictam regulam, niſi habilitatio, & potentia ſit proxima actui, quia potentia propinqua actui reputatur pro actu. l. pen. vbi gl. multa per hoc infert. & ibi Bar. & Bal. ff. de teſt. milit. Bal. in l. qui indignus. ff. de teſta. milit. & in l. 1. in pen. col. ff. ſol. mat. & ideo per d. l. pen. dicit Bald. in l. cùm te. in fin. C. de dona. ante
7 nup. † ꝙ mulier habetur pro copulata, & carnaliter cognita b à
b viro, quæ de proximo copulanda eſt, & Pau. de Caſtr. in l. 3. §. ſi ſeruos. ff. de acquir poſ tenet, ꝙ de proximo banniendus habetur pro bannito, vt poſſit ex forma ſtatuti impunè offendi, licèt. d. Alex. ibi reprobet. ¶ Item Eccleſia de proximo conſecranda habetur pro conſecrata, & gaudet priuilegijs Baſilicæ. ita not. Pan. in c. Eccleſia. in 3. no. per illum tex. de immu. eccleſ. ¶ Item condemnandus per ſententiam habetur pro cõdemnato, tex. eſt not. in l. qui pœnæ. §. diuus Pius. ff. de manumiſſio. ¶ Itẽ fructus de proximo recolligendi habentur pro recollectis, ſecundum Bar. in d. l. diuortio. §. interdum. ff. ſolu. mat. facit etiam, qđ vult Bald. in l. ſi pro ea. 6. qõ. C. man. quædam alia ſimilia retuli hoc anno, quæ hic potes addere. ¶ Capio gl. in verbo quamuis. quam diuide in quinque partes, prout quinque ponit intellect. ad tex. partes patent. iſta glo. facta eſt propter duo contraria. nã text. præſupponit exhæredato competere bon. poſſ. ſed iſtud eſt
8 falſum, † nam ſeptem ſunt bon. poſſ. quæ enumerantur inſti. de bon. poſſ. quarum nulla competit exhæredato. Secundum contrarium eſt, quia tex. vult, ꝙ filius, qui habuit bono. poſſ. etiam poſſit intentare querelam, iſtud vltimum videtur falſum, quia querela eſt remedium ſubſidiarum, & non competit, vbi aliud poteſt habere locum. §. tam autem inſti. eo. allegato in gl. tene primum intellectum gl. ſecundum quem reſpondetur contrario, & quid ſit iſta bon. poſ. gratia litis agnoſcendæ, vltra glo. & Doct. hic, adde gl. & Bar. in l. Papin. §. 1. ff. eo. Bal. & Mod. in l. fin. vbi dixi. C. vnde cog. & eſt neceſſaria etiã hodie ſecũdum Guli. de Cu. Iac. But. Ray. & Bal. hic, Bar. & Bald. in d. l. fi. C. vnde cog. Ioan. Fab. in §. fi. inſti. de bon. poſ. quia licèt hodie ſit ſublata differentia inter filios emancipatos, & retentos in poteſtate. l. meminimus. C. de legi. hæred. & §. ſi verò neque. verſ. nullam verò. in Auth. de hæred. ab inteſt. illud procedit quantum ad ſuccedendum ab inteſta. ſed condito teſtamento multæ differentiæ adhuc durant, qualis eſt iſta, ſecundum gl. in l. ſi emancipati. C. de coll. & in Auth. ex cauſa. C. de libe. præteri. & in l. Gallus §. & quid ſi tantum. vbi Bar. & alij. ff. de lib. & poſth. & ita tene, quãuis contrarium teneat Pau. de Caſt. hic. ¶ Sed aduerte circa iſtã bono. poſſ. gratia litis agnoſcendæ, ſi velles tenere aliam declarationem Vltramont. quam ponunt Iaco. de Are. Pet. & Cyn. hic, & ſequuntur in d. l. fin. & ſequitur etiam Salyc. hic, & ibi, poſſes reſpondere fundamentis Bar. reprobatis Vltramon. in l. Papin. §. 1. ff. eo. & Moder. in d. l. fin. & Pau. de Caſt. hic, dum dicunt, ꝙ etiam filio in poteſtate competit querela contra teſtamentum patris, & tamen eo expugnato non coguntur ab inteſta. eſſe hæredes. l. quemadmodum. ff. eo. & ſimiliter filio contra teſtamentum matris; nam conſidera, ꝙ Vltramontani bene loquuntur in emancipatis, nam conſiderauit prætor, quod emancipati erant penitus incogniti à iure ciuili, vnde prætor admittendo emãcipatos incognitos ad querelam, faciebat iniuriam teſtamento, & teſtatori, & ideo voluit, ꝙ emancipatus expugnato teſtamento per querelam cogatur poſtea ab inteſt. ſuccedere, cuius iniurię cauſa non eſt prætor in alijs: tolle bo-
9 num ſimile, † quando filius in poteſtate contratabulat teſtamentum, nemini tenetur præſtare legata, & tamen qñ emancipatus contratabulat, tenetur præſtare legata coniunctis perſonis, & quibuſdam alijs per tit. ff. de leg. præſtan. ratio, quia primo caſu prætor nemini iniuriam facit, cùm omnino filij in poteſtate poſſint rumpere teſtamentum de iure ciuili, & ſic prætor ibi non faciebat iniuriam, prout facit admittendo emancipatos, tex. eſt in l. ſi is qui in poteſtate. in princ. ff. de leg. præſtan. ¶ Extra gl. moneo difficultatem, quam non reperio alicubi tactam, quia prætor omni caſu prouidit filijs de remedio præto-
10 rio, niſi in exhære. † nam filio in poteſtate præterito, quamuis habeat ius dicendi nullum de iure ciuili, tamen ei prouidet remedio prætorio. ſ. per bono. poſſ. contratab. l. fin. in verſi. ſanci. C. de libe. præte. & quando filius in poteſtate eſt exhæredatus, prætor non prouidet ſibi de aliquo remedio prætorio, & tamẽ ſibi eſſet magis neceſſarium, patet, quia quando eſt præteritus, habet de iure ciuili ius dicendi nullum, qđ eſt perpetuum, & tamen quando eſt exhæredatus, habet ſolùm querelam, quæ tantum durat quinquennio, quia nõ prouidit ibi prætor de remedio prætorio, pro certo videtur prætor eſſe diminutus. Similiter etiam in filijs emancipatis prætor prouidit de remedio prætorio in omni caſu, tam ex teſtamento, quàm ab inteſt. niſi quando ſunt exhæredati, & ſi dicis, imo prætor prouidit tunc emancipatis, dando eis bono. poſſ. gratia litis agnoſcendæ, per quam cognoſcantur à iure ciuili, & habent querelam, quare non ſic facit, quando ſunt præteriti, quare non dat eis bon. poſſ. gratia litis agnoſcen. vt cogniti à iure ciuili, habeãt ius dicendi nullum, abſque eo, ꝙ habeant contratab. item quare non ſic facit ab inteſtato, vt faciat eos cognoſci à iure ciuili? durum eſt reſpondere, niſi dicas, de exhæredatione, ſi non ſunt ritè exhæredati, habentur pro præteritis. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. & tunc habent remedium prætorium: ſi autem ſunt ritè, & rectè exhæredati, quia pater minus deliquit, prætor non curauit prouidere de ſuo remedio in ſpecie; cogita ſi quid melius poſſis inuenire.

ADDITIONES.

a ¶ Nec indulgentias concedere. Adde Franc. Vercel. in c. accedentib. de exceſ. præla. Archi. in c. 1. de pœnit. & remiſſ. lib. 6. Anto. de But. in c. poſt translationem. in 1. no. de renun.

b ¶ Cognita. Et per hanc doctri. tenent contra Doct. quòd ſtante ſtatuto, quòd muliere decedente ſine liberis maritus lucretur dotem, quòd ſi ſit ducta ad domum viri, vt viro coniungeretur, dato, quòd ante coniunctionem decedat, quòd maritus lucrabitur dotem, ita Hipp. ſing. 106. inci. qui de proximo, &c. vbi dicit hanc communem opin. Docto. quæ tamen pendet ab his, quæ notat Decius in l. nup. ff. de reg. iur. an copula ſit de ſubſtantia matrimonij. de quo vide in addi. ad eum.

* Qua in re dic, quòd lucrum dotis debetur etiam non ſequta copula, ſecundũ Bald. in l. Deo nobis. C. de Epiſ. & cler. in l. nihil intereſt. ff. rerum amotarum. Caſtr. & Iaſ. in l. ſi donaturus. §. qui indebitam. ff. de cond. cauſa dat. Bertrand. conſi. 24. ſecunda part. 1. volum. de quo diſputant Doct. in apoſtil. ad Matheſ. ſing. 74. Barto. in d. l. nihil intereſt. ff. rerum amot. Boer. quæſt. 22. num. 7. & in vtranque partem iura, & Docto. citat Fich. inter. communes opin. libro 17. ver. ſponſa. mihi tamen magis placet affirmatiua. ex Mathe. d. ſing. MASVER.

SVMMARIVM.

2 *L. non ſubuenit teſta. quando teſtator habuit tempus mutandi teſta. & non mutauit propter negligentiam.*

3 *Clauſula codicillaris appoſita in teſtam. non habet vim fideicom. vniuerſalis, quando poſthumus fuit ignoranter pręteritus, & quando hoc procedat.*

4 *Donatio inter viuos reuocata ipſo iure per natiuitatem poſthumi, præſumitur reconfirmata à patre, ſi poſthumus moriatur, & pater poſtea ſuperuiuat, qui habuit tempus mutandi, & non mutauit.*

5 *Poſthumus pręteritus in teſtamen. matris, habetur pro inſtituto, quando in illo teſtamen. ſunt inſtituti alij filij, ſecus ſi extranei, & ſupra nume. 1.*

6 *Quando mater ignoranter pręterijt filium, tunc pręterito habetur pro exhęredatione.*

7 *Contra pręſumptionem iuris tantum, bene admittitur probatio in contrarium.*

8 *L. vel ſtatutum loquens diuerſimodè in caſib. ſimplicib. habet locum etiam in caſu mixto, quando agitur de conſeruatione teſta.*

Source : BIU Cujas

9 *Causa quę nocet, & causa quę prodest, quando concurrunt in aliqua materia, & materia est indiuidua, & inseparabilis, attenditur causa, quę nocet.*

10 *Priuilegiata persona, cuius fauore actus inualidus sustinetur, & persona non priuilegiata, vbi in aliqua dispositione concurrunt, priuilegium prodest etiam non priuilegiato, vt actus sustineatur.*

LEX III.



I mater. Ista.l.est multum singularis, secũdum Bar.& omnes hic, & ponit casum, qui alibi non reperitur in iure, in quo posthumus præteritus habetur pro instituto auctoritate huius.l. hoc dicit. † Posthumus præteritus à matre, quæ in puerperio decessit, & ideo mutandi testamenti non habuit facultatem, videtur cum alijs filijs viriliter institutus, ideo tunc querela agere non potest: sed si extranei essent instituti, querela rumperet in totum testamentum. h.d. ¶ Diuiditur in tres partes, prout tres ponit decisiones. Secunda ibi, sed cùm eam. Tertia ibi, sinautem hæredes. ¶ In tex.ibi, quare filio tuo, dic, quòd Imperator alloquitur patrem posthumi maritum huius matris defunctæ, quæ prius ex alio primo marito duos filios susce-
2 perat, quos in testamento hæredes instituerat. ¶ † No.ex prima parte huius.l. ꝙ quando testator habuit tempus mutandi testamentum, & non mutauit, quia fuit in negligentia.l. non subuenit tali testamento, facit.l.tractabatur.ff.de testam.milit. per ista decidit Bart.in l.1.ff.de vulg.& pupil.in 4.q. prin.in versi.vlterius quæro de pupillis, &c. ꝙ si pupillus, cui facta est substitutio pupillaris, decedit viuo patre, & pater decessit post filium, an substitutus pupillaris ex tacita vulgari admittatur, & decidit, ꝙ si pater decessit ex interuallo post filium, ita ꝙ habuit facultatẽ mutandi testm̃, tunc substitutus non admittitur, per hãc.l.aliàs sic, & idem tenet Bart.in l.si pater captus.& in l.lex Cornelia.ff. de vulg.& pup.& in l.neq;.§.fi.ff.de test.mili.qđ aliter non examino, quia Imo.& Mod.in d.l.1.tenent contrarium. ¶ Secũdò facit ista regula ad aliam, & vtilem.q.retenta opi. Bar.multum æqua in l.1.in 6.q.ff.de iure codicil. & in Auth. ex causa. in vlti.
3 col.C.de libe.præte.vbi latè tetigi, † ꝙ clausula codicil.apposita in testamento non habeat vim fideicom.vniuersalis, quãdo posthu.fuit ignoranter præteritus, procedat si post natiuitatem talis posthumi testator longo tempore superuixit, ita ꝙ potuit mutare clausulã dicti testamenti, & non mutauit, an tunc clausula habeat effectum, vt filius cẽseatur grauatus restituere vniuersalem hæreditatem scriptis hæredib.retenta quarta? iste tex. faceret, ꝙ sic, ex quo pater nato posthu.potuit mutare, & non mutauit, præsumitur voluisse, ꝙ talis clausula codicil.habeat suum effectum, ita tenet Pau.de Castr.in l.1.C.de post.hæred. instit. vbi refert se ita consuluisse in quodam casu ex Bononia transmisso, & idem tenet in consi.58.qđ incip.Bar.de Perusio, & in consi.59.qđ incip.prælatus, & egregius Docto. & ante eum idem voluit Iaco.de Beluis.in disputatione, quæ incip.quare pater vel mater.quam ponit post.l.3. C.de lib.præte.idem simpliciter tenet do.Alex.in consi.31.in 3.vol.qđ incip.ponderatis his, quæ in themate narrantur.in 3.col. ¶ Contrarium, licèt de prædictis non faciat mentionem, tenet latè, & subtiliter ætatis nostræ procnldubio consultorum princeps.d.Fran.de Are.in cõs. vlti.qđ incip.eleganter, & subtiliter.in 4. & 5.col. & ibi conatur respondere ad istum text. idem tenet in consi.93. qđ incip. viso
a leg.in 4.col.& in l.Titius.ff.de libe.& posth.Puto primam [a] partem esse veriorem, & vltra præalleg.addo, ꝙ in fortiorib.terminis tenet Bald.in l.1.C.de inoffi.don.in vlt.col. & in ver.sed vlte-
4 rius quæro post donationem.† vbi tenet, ꝙ in donatione inter viuos, reuocata ipso iure per natiuitatem posthumi, si posthumus moriatur, & pater postea superuiuat, qui habuit tempus mutandi, præsumatur reconfirmasse talem donationẽ, quanto magis istud erit in vltimis voluntatib. & istud sequitur Pau.de
b Cast.in l.2.circa fi.C.de hære.insti. ¶ Secundò no.ex 2.par.tex.[b]
5 casum nouum, & sing.in quo † posthumus præteritus in testamento matris habetur pro instituto, quãdo in illo testamento sunt instituti alij filij, secus si extranei. item qñ mater mortua est in puerperio, & non sic non habuit tempus mutandi testamentum. Contra istã decis.oppo.Bal. à partib.sufficienter enumeratis. Aut mater ignorabat se esse prægnantem, & tunc eius præterito non habetur pro exhæredatione. l. sicut certi. C. de testa.mili.& sic in isto casu non potest loqui ista.l.quæ loquitur, qñ querela locum habere potest. Aut mater sciebat se esse prægnantem, & tunc potuit antequam veniret ad partum mutare testm̃, ergo si non mutauit, præsumitur noluisse posthu.esse hęredem, & relinquit cogitãdum. ¶ Breuiter veritas est, & in hoc consistit singularitas huius.l.dato, ꝙ mater sciret se prægnantẽ, tamen erat incerta, an partus produceretur in lucem, ita erat incerta, an nasceretur masculus, vel fęmina, & an vnus vel duo. ante ergo quàm mater vellet mutare testamentum, voluit expectare natiuitatem posthumi, & sic habere certitudinem, vnde si nato posthumo contingat eam mori in puerperio, habet locum ista.l.& istud est propriè, qđ decidit ista.l. & istud est de mente Salyc.Fulg.& Pau.de Cast.hic, & ista est veritas. ¶ Aliam rationem ad hũc tex.per quam tollitur ista opi. assignat Raph. Cu.in l.placet.& plenius in l.commodissimè.in prin.ff.de lib.& posthu.nam mater in hac.l.si voluisset instituere posthumum, antequam nasceretur, certè non potuisset, & sic dato, ꝙ sciret se prægnantem, nõ potuit imputari matri, nato autem posthumo, quia mater in puerperio decessit, statuit hic Imperator, vt posthumus habeatur pro instituto, & testamentum matris sustineatur, cui nihil potest imputari: ꝙ autem mater non posset secũdum istas.ll. instituere posthumum, antequam nasceretur, patet, quia posthumus alienus non poterat institui isto iure. instit.de bon.pos.in prin.imò nec ei poterat legari. §. posthumo. insti.de leg.& posthumus alienus dicebatur, qui non erat futurus suus hæres, & in potestate testatoris, vt habetur in l.Gallus. §.ille casus.ff.de lib.& posth.glo.in l.si quis posthumos §.1.ff.de libe.& posthu. ¶ Sed in contrarium vrget text.in l.posthumus. in prin.ff.eo.& in ver.similique modo, vbi dicit text. ꝙ si mater non instituit posthumum, si nascatur, querelat testamentum; respondet Raph. Cu. ꝙ ille tex.procedit attento iure prætorio, quo iure posthumus alienus poterat institui, sed non attento iure ciuili. vnde illud, quod de iure ciuili fieri non potest, non videtur posse fieri, dato, ꝙ de iure prætorio fieri possit.l.illud.§. fin.cum l.seq.ff.de bo.pos.contratab.vbi non imputatur ei, qui non potuit venire per ius ciuile, quamuis per ius prætorium venire posset. ¶ Ista consideratio non placet, primò per d.l.posthumus.cui non realiter bene respondetur. Secundò, quia si ista fuisset ratio huius.l.sequeretur, quòd ista.l.esset hodie correcta, cùm hodie posthumus alienus posset de iure ciuili hæres instituti.insti.de bono pos. in prin.& correcta ratione.l. intelligitur
6 correcta.l. vt est glo.in l.1.& ibi Bart.ff.de leg.tu.cum simi.tene ergo præcedentem rationem. ¶ † Non omitto tamen, inquantum Bal.opponendo vult, ꝙ quando mater ignoranter præterit filium, tunc præteritio non habetur pro exhæredatione, contrarium, & melius in matre tenet ipse Bald. in l.sicut certi C.de testam.milit.vbi pro hoc bene inducit, & subtiliter.l.illud.§.ad testamenta.ff.de bon.pos.contratab.extende istam.l.quæ loquitur in posthumo, vt etiam habeat locum in filio iam nato, ꝙ si mater eum non instituit, quia credebat mortuum, sed instituit alios filios, iste etiam habebitur pro instituto. per hãc.l.ita tenet gl.not.& ord.in l.cùm mater militem.in gl.1.ff.eo. quam sequitur Pau.de Castr.hic, & in l.commodissimè.ff.de libe.& posth. d.Alex.in l.Titius.in prin.in vlt.col.ff.de libe. & posth. vbi dicit, ꝙ illa glo.est valde not. digna pro ampliatione huius l. ¶ Ista.l. non haberet locum in patre, qui scienter præterijsset posthumum, nec habuisset facultatem mutandi testamentum, nam talis posthumus non habetur pro instituto. l. militis codicillis. §.miles in supremis.ff.de testa.mil.no.glo.in l.vxorem.ff.de ma. testa.& Pau.de Cast.hic. Secundò limita istam.l.nisi probaretur de contraria voluntate matris duplici ratione, prima, quia in incertis, & non certis locus est coniecturis.l. continuus.§. cùm
7 ita.ff.de verb.oblig. secunda, † quia præsumptio huius.l.est præsumptio iuris tantum, ergo contra eam admittitur probatio in contrarium, iuxta glo.& Docto.in Auth.sed iam necesse.C.de don. ante nup.& in l.fi.in princ.ff.qđ met.causa. & in l. antiquę. C.ad Velle.ita tenent Gul.Bar.& alij omnes hic. ¶ Circa istam l. quæritur quo iure posthumus, qui habetur pro instituto, petet virilem.Gul.de Cu.& Bar.hic tenent, ꝙ actione ex test.cùm auctoritate huius.l.habeatur pro instituto. & sic ista.l.non immediatè concedit hæreditatem, sed mediante test.l.lege obuenire. ff.de verbo.signif.sed errant, & alij omnes truffantur Bal. Sal.& Mod. hic, quia inter ipsos cohæredes non habet locum actio ex testamento, ex quo vnus cohæres non est obligatus alij ex testamento, sed quilibet capit partem suam à seipso, & non à cohærede, vt est gloss. & ibi dixi in l. si post diuisionem. C. de iuris, & facti ignoran.dic ergo, quòd aget petitio.hæredita. vt declaretur cohæres pro virili occasione testamenti mediante præsumptione huius.l. & restitutio rerum fiat offic.iudi. vt declarat Barto.in l.licèt.ff.de peti. hæredit. ¶ Capio gloss.fin. cum ista

ADDITIONES.

a ¶ Puto primam. Adde, quæ scribit idem Ias.in Auth. ex causa.col.5.ver. teneo tamen. C.de libe.præte. 1.ampliа.vbi tenet contrarium eius, qđ hic, tamen in col.pen.& fi. ipsius Auth. videtur tenere hanc opi. BELLOT.

b ¶ Adde, quòd huic filio competet beneficium.l.fi.& ibi dixit Alex. in fi.4.col. C.de edic.diu.Adri.tollen.vbi Ias. PVRPV.

Source : BIU Cujas

iſta gl. tranſeunt Iac. But. Bar. & Bal. hic. ego ex iſta gl. vltra alios
8 colligo tres not. reg. ¶ † Prima eſt, ꝙ lex vel ſtatutum loquens diuerſimodè in caſibus ſimplicib. habet locum etiam in caſu mixto, quando agitur de conſeruatione teſtamenti, & ad hoc pondero tex. no. in l. & ita facta. ff. de iniu. rup. vbi eſt tex. in fortiorib. terminis, quando autem in exhæredatione, & ſic in materia odioſa ſub ſimplicibus continetur caſus mixtus, q̃n iſtud tendit ad conſeruationem teſtamenti, quaſi illud principalius ibi habeatur in conſideratione, & hoc bene no. ad ea, quæ traduntur per Bar. & alios in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. & in l. vim
9 paſſam. §. præſcriptione. ff. de adult. cũ concor. ¶ † Secundò ex iſta gl. colligo notabilem limitationem ad regulam iuris, quæ habet, ꝙ vbi in aliqua materia concurrunt cauſa, quæ nocet, & cauſa quæ prodeſt, & materia eſt indiuidua, & inſeparabilis, attenditur cauſa, quæ nocet. l. Pedius. aliàs incipit. l. & paruit. §. 1. de arb. l. 3. §. fi. & ibi Bart. ff. ad Sena. Syl. illa regula limitatur per hanc gl. niſi cũ cauſa, quæ prodeſt, concurrat fauor validitatis teſtamenti, quia illa præfertur. facit, qđ vult Bar. in l. ſi vir vxori. ff. de vſuc. pro don. & in d. l. 3. §. fi. per text. in l. 3. §. ſi quis palàm. ff. de iur. fiſc. ꝙ quando cauſa, quæ prodeſt, eſt potentior, tunc
10 perimit illam, quæ nocet. ¶ † Tertiò colligo ex iſta gl. regulam, ꝙ vbi in aliqua diſpoſitione concurrunt perſona priuilegiata, cuius fauore actus inualidus ſuſtinetur, & perſona non priuilegiata, certè priuilegium prodeſt etiam nõ priuilegiato, vt actus ſuſtineatur. Confirmo iſtam regulam per quatuor. Primò per tex. not. in l. ſi communem, in prin. & ibi gl. not. ff. quemadmo. ſeruitus amittatur. ¶ Secundò per gl. no. in c. 1. in gl. fi. de iurepa. in 6. ¶ Tertiò facit, quia ſi priuatus habet commune ius cum Eccleſia, iuuatur priuilegio Eccleſię, vt contra eum nõ currat minor præſcriptio, quàm contra Eccleſiam, ita tenet Inno. in c. ad audientiam. per illum tex. de præſcr. & in ſimi. Pan. in c. 1. eo. titu. ¶ Quartò facit gl. no. ſi eſt vera in l. 1. C. ſi in communi, eademq; cauſa in integ. reſt. poſtul. fuc. q̃ vult, ꝙ ſi cauſa eſt indiuidua, reſtitutio in integrum competens minori, competat ẽt maiori. Accedant plura ſimilia, quæ cumulaui hoc anno, ꝙ qs habet propter ſocium illud, ꝙ non haberet propter ſe. in l. ſi emancipati. C. de coll. Contra tñ iſtam regulam fortiter vrget tex. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. & tex. in l. fi. C. fam. erciſ. cogita de congrua reſponſione. redeundo ad gl. adde, ꝙ principalem determinationem gl. reprobant Sal. Ful. & Pau. de Caſt. hic, & fortè melius, nam in hac l. fauore filiorum eſt inſtitutum, ꝙ poſthumus præteritus habeatur pro inſtituto, & habeat ſuam virilem, & filij reſiduum, vnde qñ etiam ſimul ſunt inſtituti extranei, ceſſat ratio fauoris huius legis: ergo quãtum ad extraneos non debet habere locum iſta lex. Iaſ. Pad.

LEX IIII.

CVm ex cauſa. Reſciſſo teſtamento per querelam, fideic. libertates præſtitæ non reuocantur. hoc dicit. debet tamen limitari per l. Papin. §. fi. cũ l. ſeq. ff. eo. alleg. in glo. & ibi fiebat differentia inter directas, & fideic. libertates, rationem diuerſitatis aſſignat Pau. de Caſtr. hic, aliam rationem aſſignat Io. Fab. & Ange. de Aret. in §. in fraudem. inſtit. quib. ex cau. ma. non licet. ſed in his non eſt inſiſtendum, cùm hodie per Auth. ex cauſa. C. de lib. præte. tam directæ quàm fideic. libertates etiam poſt querelatum teſtñ præſtandæ ſint, nullo pretio dato. ſm gl. Bar. & alios in d. l. Papin. §. fi. Sal. & Raph. Fulg. hic.

LEX V.

SI pater tuus. Querela præparata trãſmittitur ad filios. hoc dicit, & etiam ad quoſcunque, iurib. alleg. in gl. ¶ Capio glo. primam in verſi. propoſitum, quam diuide in duas partes prout duo remouet contraria. In 2. parte, dic, ꝙ iſta gl. reprobatur per Cyn. & alios omnes hic, & Bal. in l. ſcimus. §. fin. ĩ. eod. quia d. l. ſcimus. §. fin. alleg. per glo. quæ loquitur in deſcendentibus reſpectu aſcendentium, non debet extendi ad caſum huius. l. vt facit gloſſ. cum iſta l. loquitur in hæreditate tranſuerſalium, & ſic non eſt eadem ratio, patet, quia hæreditas aſcendentium non adita tranſmittitur. l. vnica. C. de his, qui ante aper. tab. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol. ſecus eſt in hęreditate fratris, vel alterius tranſuerſalis, quę ſi nõ eſt adita, non tranſmittitur. l. ſi fratris. C. de iur. delibe.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiorum quanta ſit, debet inſpici tempus mortis patris.*
2 *Bonum eſt arg. à legitima filij ad libertum, & ècontra.*

LEX VI.

VIm quæritur. Filij, quib. relicta eſt legitima, non habẽt querelam. hoc dicit. limita, niſi eſſet inſtituta turpis perſona, vt ſignanter tenet Pau. de Caſt. in l. fratres. in 3. q. ĩ. eo. & in l. omnimodo. in prin. in 2. colum. vbi dicetur. ĩ. eo.
1 ¶ † No. ex tex. ibi, mortis tempore, ꝙ in legitima quanta eſſe de-
a beat, inſpicitur tempus mortis patris, a nec curatur in alijs temporibus an habuerit ampliores facultates. ſimile eſt in legitima patroni. l. etiam. §. ſi patronus. & l. ſi patronum. §. fi. ff. de bon. lib.
2 † & bonum eſt argu. à legitima filij ad libertum, & ècontra. l. fi. ĩ. eo. idem eſt etiam in quarta, quæ debetur filio arrogato. text. eſt not. in l. fi. ff. ſi quid in frau. patro. ¶ Ex iſta regula ſequitur, & ſi poſt mottem patris augerentur poſtea facultates paternæ, ꝙ per hoc non debetur augeri legitima filij, & ideo ſi pater ab inteſt. vel ex teſtamento habuit dimidiam hæreditatis, & poſtea eo mortuo cohæres repudiauit partem ſuam, quo caſu accreſcit patrimonio patris; vel ſi ſerui, qui erant in captiuitate, reuertantur domum, non per hos caſus, vel ſimiles augetur legima filiorum, ita in ſimili habes text. ſolennem, & ſingularem ponentem hæc exempla in l. ſi patronum ex debita. §. fin. ff. de bon. libe, quem ſic pro ſingulari allegat Sal. in l. ſcimus. §. repletionem. in vlt. col. ĩ. eod. Obſtat tamen fortiter tex. in l. ſerúi qui. ff. ad l. Falc. ideo pro ſol. vide Saly. ibi, & plenius Pau. de Caſt. & do. Alex. in l. in ratione. la 2. ff. ad l. Fal. & in d. l. ſerui qui. ¶ Iſtam regulam huius tex. limita trib. mod. Primò, per caſum in Auth. vnde & ſi parens. ĩ. eod. & propter hoc illa Auth. fuit poſita ſuper hac. l. vbi ſi in legitima filiorum attenderetur tempus mortis patris, filij parum haberent, quia pater fecerat immenſam donationem in vita, ideo attenditur tempus donationis. ¶ Secundò limita, niſi pater in vita voluntariè aſſignaſſet legitimã filio, nec enim inuitus cogitur, ſecundum Bart. in Auth. ſi qua mulier. ad fi. vbi dixi. C. de ſacroſan. eccl. certè ſi poſtea augeantur facultates paternæ, ita ꝙ pater tempore mortis reperiatur multò locupletior, non per hoc augebitur legitima filij, quàm in vita recepit, & ſic iſto caſu non attendetur tempus mortis patris, ita originaliter dicit Iacob. Butr. in l. pactum. C. de colla. qđ dictum pro eleganti refert, & ſequitur Bal. in l. 2. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. & in l. fin. in pen. col. C. de vſur. rei iud. & in Auth. res quæ. in verſi. quæro, ſtauto cauetur. C. communia de leg. ſequitur Ang. in l. ſi proponas. §. 1. ff. eo. & in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obl. ſed iſtud dictũ ſolet per alios reprehendi, & reputari falſum. per tex. in l. ſi quando. §. 1. vbi Pau. de Caſt. ĩ. eod. & ibi dicetur, & ita per illum tex. reprobat ipſemet Bal. in d. l. pactum. in 6. oppo. & in l. quamuis. C. de fideicõ. Imo. & Ludo. Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Pau. de Caſt. & dom. Alex. in l. in ratione. ſecunda, in vlt. colum. ff. ad l. Falc. dicam in illa. l. ſi quando. §. 1. à cuius intellectu veritas pendet, & vide Bal. in c. cùm. M. Ferrarien. in 7. col. de conſtit. ¶ Tertiò limita, quando ex forma ſtatuti pater pro delicto filij tenetur ei aſſignare legitimam in vita, iſto caſu attenderetur tempus condemnationis filij, vt probat tex. in l. eius qui. §. 1. in verſi. bona quoque, quæ tunc habuit cum damnaretur. ff. de teſt. per quem text. ita tenet Alb. de Roſ. in 3. parte ſtatutorum. in q. 36. quæ incip. quæro pulchram, & ſubtilem quęſtionem diſputatam Paduæ. idem tenet Bald. in l. 2. per illum tex. C. de adopt. Ludo. Rom. in l. ſi filiofam. ſecunda. per illum tex. ff. ſolut. matrimo. quamuis Bald. alibi teneat, quòd tunc attendatur tempus commiſſi delicti, ita tenet Bald. in l. 2. C. de reuo. his, quæ in fraud. credi. Bald. & Imo. in l. lex Cornelia. vbi etiam videas, d. Alex. ff. de vulg. & pupil. & omnino Bald. in l. ſi qua pœna. in 2. lect. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.

ADDITIO.

a ¶ Mortis patris. Adde Cur. Sen. conſi. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiorum, quæ olim erat quadrans, hodie eſt triens, vèl ſemis, ſecundum numerum filiorum.*
2 *Legitima quomodo debeat computari.*
3 *Legitima, quæ debetur filio, eſt quota bonorum, & non hæreditatis.*
4 *In legitima attendi debet tempus mortis patris, quantum illo tempore valeant eius facultates, licèt alio tempore plus, vel minus valuerint, & nu. 7. & 9.*
5 *Bona patris ſi poſt mortem augentur, an legitima filiorum augmentetur.*
6 *In legitima patroni non attenditur augmentum poſt mortem,*

Statu-

Source : BIU Cujas

8 *Statutum, quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij, bene valet, & nu. 12.*

10 *Si filia, quæ recepit dotem pro legitima, promiſit nihil petere amplius, ſi poſtea augeantur facultates patris, quòd poſt mortem patris poterit filia à fratrib. augmentum petere.*

11 *Conuentio ſi facta ſit de non recipiendo aliquem in Canonicum vltra certum numerum, & ita ſit iuratum, ſi poſtea facultates Eccleſiæ ſupercreſcant: poterunt Canon. recipere alium, non obſtante iuramento.*

13 *Legitima hodie debet relinqui filio titulo honorabili inſtitutionis, numero 23.*

14 *Legitima etiam filio ficto, puta monaſterio, eſt relinquenda titulo honorab. inſtitutionis.*

15 *Legitimam totam non eſt neceſſe filio relinquere tit. inſtit. ſed ſufficit aliquam rem relinquere.*

16 *In teſtamento condito à patre inter liberos, non eſt neceſſe relinquere cuilibet filio titulo inſtitutionis.*

17 *In teſtamento condito à patre inter liberos, ceſſant ſolennitates iuris ciuilis, & attenditur ius gentium, & nu. 19.*

18 *Patri teſtanti inter liberos, vbi non requiritur, quòd teſtes ſint rogati, magis fauetur, quàm militi in cuius teſta. requiritur, quòd teſtes ſint rogati.*

20 *In teſtamento condito ad pias cauſas, non attenditur ius ciuile, ſed ſolùm ius gentium.*

21 *In teſtamento condito à patre inter liberos, ſemper intelligitur illa clauſula, vt actus valeat, &c.*

22 *In iudicando non eſt recedendum à communi opinione.*

24 *Quotieſcunque ſtatutum derogat iuri communi, vel illud corrigit, nunquam recipit interpretationem à iure communi, nec intelligitur ſecundum ius commune.*

25 *Si pater in teſtamento relinquit filio decem ſimpliciter, & poſtea in codicillis declarat, quòd illa decem relinquit in teſtamento titulo inſtitutionis, non per hoc ſuſtinebitur teſtamentum.*

26 *Legitimam iure ſubſtitutionis filio relinqui an ſufficiat.*

27 *Legitimam tit. fideicom. vniuer. an relinquere ſufficiat.*

28 *Teſtamentum, in quo pater reliquit filio decem pro ſua legitima, & non dixit, & in his hæredem inſtituto, an valeat.*

29 *Si pater relinquat filio, vel filiæ decem iure benedictionis, an habeatur perinde ac ſi reliquiſſet iure inſti.*

30 *Notarius groſſus ſi ſcribit in teſtamento, qualiter pater relinquit filio centum iure reſtitutionis, cùm deberet dicere inſtitutionis, an valeat teſtamentum.*

31 *Legitimam tit. inſtitutionis filio relinquere an ſit neceſſe de iure cano.*

32 *Diſcordiam in dubio non debemus inducere inter ius cano. & ciuile, niſi vbi reperitur expreſſum.*

33 *Verbum relinquo, an & quando importet inſtitutionem.*

34 *Si teſtator in teſtamento reliquiſſet filio centum ſimpliciter, & poſtea mandauit, quòd tale teſtamentum debeat aptari, & ordinari ſecundum conſilium ſapientis, an ſapiens poſt mortem teſtatoris poſſet addere, ſcilicet, titulo inſtitutionis, vt teſtamentum valeat.*

35 *Legitima deſcendentium ſicut eſt hodie aucta per hanc Auth. ita etiam & legitima aſcendentium.*

36 *Liber nouellarum an ſit Authen. & allegabilis ad deciſionem cauſarum.*

37 *Legitimam titulo inſtitutionis an hodie ſit neceſſe, quod parentes habeant.*

38 *In correctorijs quando duo caſus æquiparantur à l. antiqua. l. noua corrigens in vno, corrigit & in alio.*

39 *Filius poteſt detrahere duas quartas, pater verò, vel alius aſcendens non poteſt niſi vnam.*

40 *Alienationem factam per patrem in fraudem filij vſque ad legitimam, quando ille, in quem alienauit, participauit de fraude, filius reuocare poteſt.*

41 *Collationi locus eſt, quando filij ſuccedunt aſcendentib. ſed non è contra.*

42 *Extenſio licita eſt in correlatiuis quo ad correctionem. ll. vbi eſt eadem ratio.*

43 *Treb. & Falcidia non ſunt auctæ per hanc Auth.*

44 *Legitimam hodie filius habere debet non tantum in proprietate, ſed etiam in vſufr.*

45 *Pater an poſſit inſtituere filium in ſolo vſufr. & in proprietate extraneum hæredem.*

46 *Filia dotata per patrem an poſſit inſtitui à patre hæres in ſola dote, & quid in dote materna, & an poſſit inſtitui in dote conſtituenda, dum erit nubilis ætatis.*

47 *Filij exhæredati, vel aliter incapaces an computentur in numero filiorum, quantum ad augendum legitimam filijs.*

48 *Si filia repudiaſſet hære. patris recepta dote, an computetur in numero filiorum quo ad augendum legitimam filijs.*

49 *Fratres præteriti non poſſunt aliquid petere, quando turpis perſona non eſt inſtituta.*

50 *Si pater habebat quinque, vel ſex filios, & tres ſunt mortui, quanta erit legitima aliorum, qui ſunt ſuperſtites.*

51 *Legitima nepotum, vel aliorum deſcendentium quanta ſit hodie.*

52 *Diſpoſitio fauorabilis filijs, comprehendit nepotes.*

53 *Si ſtatutum ſimpliciter prohibeat filiam cum maſculis ſuccedere patri, vel prohibeat matrem ſuccedere filio exiſtentibus certis agnatis, an per talia ſtatuta prohibeatur legitimam petere.*

54 *Per interpretationes, vel ſubauditos intellectus non eſt inducenda iuris communis correctio.*

55 *Filius arrogatus nō ſuccedit patri arrog. tamen debet habere legitimam in eius bonis.*

56 *Statutum nunquam intelligitur filiam excludere à legitima, niſi de legitima expreſſam faciat mentionem.*

57 *Stante ſtatuto, quòd fœminæ ab inteſtato non ſuccedant, &c. an condito teſta. per patrem, in quo filia eſt præterita, poterit dicere teſtamentum nullum.*

58 *Stante ſtatuto, quòd fœminæ ab inteſt. & c. ſi pater fuiſſet teſtatus relicto filio hære. vniuerſali, & filia in decem, & in dote nihilominus filia poterit petere ſupplementum legitimæ.*

59 *Si ſtatutum excludat filias à ſucceſſione parentum, exiſtentibus filijs maſculis, vel agnatis, & mandet filiam debere dotari arbitrio propinquorum, non debent propinqui declarare, quòd dos conſtituatur minor, quàm ſit legitima.*

60 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

AVTHENTICA.

1 NOuiſſima. †Hoc dicit. Legitima filiorum, quæ olim erat quadrans,[a] hodie eſt triens, vel ſemis ſecundum numerum liberorum, & iſto iure ſufficit quocunque tit. relinquatur, nec pater poteſt legitimæ vſumfru. diminuere. h. d. ¶Et habet tria principalia dicta. Secundum ibi, ex æquo. ſ. diuidenda inter eos; Tertium eſt ibi, cuius portionis, &c. Et in iſta Auth. tractabitur duplex materia, vna quota ſit legitima filiorum de iure. Et hic poſt gl. annectam quamplures quotidianas quæſtiones. ¶Secunda erit materia, an & quando filius debeat in legitima inſtitui, & ſic circa tit. inſti. quib. expeditis erit expedita hæc Auth. quia alia extrauagantia attingere non delibero.

2 ¶† Et pro iuuenib. quid ſibi velint illud triens, vel ſemis, habēt gl. & Doct. declarantes in §. hæreditas. inſti. de hære. inſti. & melius quam alibi declarat Marcus Varro in lib. 5. de lingua latina. Not. ex iſta Auth. ꝙ hodie aucta eſt legitima filiorum aliter quàm olim eſſet per l. cùm quæritur. s̃. cod. de iſta legitima, & eius computatione quomodo debeat computari pro vulgarib. & ignaris videatis Ange. in conſi. 242. incip. punctus talis eſt, dñs Comes. & in conſi. 287. inci. pro clariori deciſione thematis. in 1. col. ad fi. & multum no. in conſ. 300. incip. punctus talis, ſtatuto ciuitatis Cortonæ. vbi multum ſolenniter ad hanc materiam. Et circa iſtam legitimā quanta ſit, dicam extra gl. j̃. vbi

3 multæ deciſiones ponentur. ¶† Et no. ꝙ legitima, quæ debetur filio, eſt quota bonorum non hr̃ditatis, & tunc eſt triens, vel ſemis bonorum pr̃is, non hæreditatis, & propterea, quia bona dicuntur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. & l. princeps bona. ff. de verb. ſig. cū ſuis concor. ideo legitima intelligitur deducto primo ęre alieno, & impenſa funeris. l. Papin. § quarta. & §. qm̃ autem quarta. ff. de inoffi. teſta. ita declarat Bart. in l. ex facto. magna. in 2. col. ff. de hære. inſti. Bal. in l. quoties. C. de hæred. inſti. & per hoc ſumitur cautela, per quā pater poteſt fraudare filium legitima, vt per Dyn. & Bart. in l. hæreditarium. ff. de bon.

4 aucto. iud. poſ. cū ſuis concor. quia hic non tango. ¶†Secundo pondero tex. ibi, ex ſubſtantia deficientis. qui probat, ꝙ in legitima attendi debet tp̃s mortis patris, quantum illo tp̃e valeant

b eius facultates, [b] licèt alio tp̃e plus, vel minus valuerint. iſtud expreſſius dicit tex. in l. cū quæritur. in'ver. mortis tp̃e. s̃. eo. Bal. in l. ſi qua pœna. in 1. lec. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. ſic etiā dicimus in legitima, quę relinquit patrono per libertum. l. etiā. §. fi. & l. ſi patronum. §. fi. vbi ſolennis tex. ff. de bo. lib. & bonum vr̃ argumnntum à legitima patroni ad legitimam filij. l. fi. C. de inoff. teſt. Similiter eſt in legitima, ſeu quarta, quæ debetur filio arrogato, quia tunc etiā attenditur tempus mortis arrogatoris.

5 tex. in l. fi. ff. ſi quid in frau. pat. ¶† Et propterea eſſet pulchrum dubium, ſi poſt mortem patris augerentur bona patris, puta, quia ſerui, qui erant in captiuitate tempore mortis, reuerſi ſunt poſt mortem, vel per alluuionem, vel quia ille, qui erat cohæres, vel collegatarius patris mortuo patre repudiauit partem hæreditatis, vel partem legati, illa accreſcit bonis patris mortui, an etiam augmentabitur legitima filij, an non, habes tex. ſolennem, & ſingul. ponentem iſta exempla, & decidentem,

ꝙ

ADDITIONES.

a ¶Quadrans. Adde Doct. in c. cùm eſſes. de teſta.

b ¶Facultates. Adde Cur. Sen. conſi. vlt.

Source : BIU Cujas

q̃ per hoc non augetur legitima patroni, in l. ſi patronum. §. ſi ex bonis. ff. de bon. lib. & ſic arguendo à legitima patroni ad legitimam filij ibi eſſet tex. expreſſus, q̃ legitima filij non augeretur per hoc, q̃ augeatur poſt mortem patris valor bonorum patris, & illum tex. alleg. pro ſingulari ad hoc Sal. in l. ſcimus. §. repletionem. in vlt. col. ĩ. eo. & ita per illũ text. determinat Pau. de Caſt. in l. in ratione. la 2. in prin. ff. ad leg. Falc. & videtur facere ratio, quia nunquam legitima filij eſſet limitata, quia ſemper poſſet augeri valor retum patris, ideo videtur, q̃ limitatè attendi debeat tempus mortis patris, vt hoc text. & alijs prælleg. & ſicut non attenditur tempus præcedens, ita nec debet attendi tempus, qd̃ ſequitur. Periculoſa tñ videtur deciſio illius tex. in exemplo de ſeruis patris, exiſtentibus in captiuitate, & reuerſis, cùm fictione poſtliminij fingantur ſemper fuiſſe in ciuitate pe nes patrem, & in contrarium vrget terribilis tex. in l. ſerui qui. ff. ad leg. Falc. vbi de directò tex. decidit oppoſitum, & propter illum tex. multum dubitat, & multum ſe inuoluit Sal. in d. §. repletionem. in vlti. col. & dicit, q̃ iſta non ſunt per alios tacta. Pau. de Caſt. & do. Alex. in d. l. in ratione. in princ. multa dicunt circa iſta duo contraria, & dicit do. Alex. q̃ eſt contrarium, qd̃ ſemper reputauit multum difficile, ita etiã dicit in d. l. ſerui. q & dicit, q̃ non reperit aliquem ſoluere, niſi Nicol. de Neapo.
6 ibi, qui dicit, † q̃ aliud eſt in legitima, quæ debetur patrono, in qua non attenditur illud augmentum poſt mortem, & in legitima ſeu quarta Falc. in qua bene attenditur, aliud non dicit, rationem autem diuerſitatis aſſignat Saly. in illo. §. repletionem. circa fi. & ſibi adſcribit Pau. de Caſt. in loco præallegato, q̃ legitima, quæ debetur patrono, vel filio debetur ex diſpoſitione legis etiam inuito patre, ideo in illa l. non attenditur augmentum poſt mortem patris, ſed in alia legitima Falc. cùm procedat ex voluntate teſtatoris ita legantis, aliud eſt. d. l. ſerui qui. & iſtud inter multa, quæ dici poſſunt, vĩ ſatis coloratum. remitto me ad ſcripta plenius in locis de quibus. s̃. Concludo ergo, nec aliquis diſcrepat, q̃ ſi bona patris, vel eorũ valor augeatur poſt
7 mortem patris, non per hoc augetur legitima filiorum. ¶ † Et per not. s̃. collectum ex text. q̃ in legitima attenditur tempus
a mortis patris tantum, infertur, q̃ pater [a] in vita ſua non tenetur dare legitimam filio, quamuis dicatur in Euangelio Lucæ, da mihi partem ſubſtantiæ, quæ me contingit, de iure tamen pater non tenetur, tex. eſt principalis in l. 1. §. ſi impuberi. ff. de col. bon. ita determinat Bart. in Auth. ſi qua mulier. circa fi. s̃. de ſacroſan. eccl. Bal. in l. quamquam. C. ad l. Falc. Bal. Ang. & reliqui omnes in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. Albe. de Roſ. in l. ſi lenones. C. de epiſc. aud. nec etiam pro condemnatione filij condemnati pater tenetur ſoluere legitimam. ita determinant Bar. in d. §. ſi impuberi. Imol. & alij in l. ſi filiofam. la 1. ff. ſol. matrim. cũ multis concor. facit, qd̃ not. Barto. in l. Stichus. ff. de peç. leç.
8 ¶ † Vnde infertur, q̃ ſtatuta ciuitatum diſponentia, q̃ pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij, nihil valeant, quia ſunt iniqua, vt per prædicta determinant Cy. & Bald. in l. ſi qua pœna. in 2. lectu. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. vbi etiam allegat Spec. ita tenere in tit. de execu. ſen. §. ſequitur. in ver. quid ſi filius. & probat multum tex. valde ſin. ſecundum Bal. ibi in l. ſi filius. C. de bo. proſc. vbi pro delicto filij deportati non publicatur peculium caſtrenſe, qd̃ eſt proprium filij, quantominus pater pro delicto filij debet ſoluere de ſuo? & propterea per illũ tex. no. ibi Bald. in fi. q̃ ſtatuta de quib. s̃. ſunt iniuſtiſſima, & idẽ Bal. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. dicit, q̃ tale ſtatutum ſapit tyrannidem. ¶ Iſtis non obſtantib. veritas eſt, q̃ valet ſtatutum, q̃ pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij, ita in terminis firmat gl. ordi. approbata in Rubr. C. de decr. decu. lib. 10. & pro illa glo. habent Can. text. meliorem de iure in c. 2. de delic. puerorum. quem ad hoc ibi no. Pet. de Anch. & alij Mod. poſt eum. & ita firmat Bald. ſibi contrarius in l. 1. C. ne filius pro pat. Imo. do. Alex. & alij Mod. poſt Bald. in d. l. lex Cornelia. vbi
* dicunt, q̃ *iſta eſt magis communis opin.* & q̃ in practica obſeruatur. ibi videas multas concor. per do. Alex. ¶ Adde ad prædicta, q̃ pater in vita non teneatur aſſignare legitimam filio, quia debet expectare tempus mortis, facit qd̃ volunt Cyn. & Bart. in l. fi. ff. de lib. agno. vbi concludunt, q̃ filius viuo patre nullum dicitur habere ius in legitima, reprobata glo. quæ contrarium tenet, in §. ſi quis autem non implens. in Auth. de hære. & Falc. ita etiam tenet Bart. in d. l. poſt emancipationem. in princ. ff. de lib. leg. Bald. in d. l. lex Cornelia. imò fortius decidit multum ſing. Bal. in l. non poteſt. ff. de adop. q̃ etiam in caſibus, in quibus pa-
b ter inuitus cogitur emãcipare filium, qui ſunt quatuor caſus [b], quos ponit glo. magiſtra. in §. fi. inſti. quib. mod. ius pat. pot. ſol. tamen in illis caſibus non cogitur dare aliquam legitimam filio, quia in vita patris, filij non habent ius in legitima. vide Bal. aliter tenentem in l. 2. C. ſi quid in frau. pat. q̃ aliter pro nunc nõ examino, imò dicit Bal. ſi pater eſſet dilapidator bonorum, non tenetur aſſignare legitimam, nec aliquem fundum, nec pro legitima nec pro alimentis. ¶ Limita tamen, & intellige, niſi pa-
c ter ingrediatur monaſterium, [c] tunc viuo adhuc patre naturaliter debetur legitima filio in vita. text. eſt reputatus ſing. & ibi glo. in c. cùm ſimus. de regular. per quem ita dicit Bal. in Auth. ſi qua mulier. in vlti. colum. & ibi Bar. idem tenet non recordatus de text. Canoniſtarum in d. c. cùm ſimus. quod tamen qualiter procedat non firmo, quia varij intellectus dãtur ad illum text. præſertim per Pau. ibi. Imo. Ludo. Rom. & do. Alex. in l. ſi cùm dotem. in princip. vbi do. Alex. in 9. col. & ſeq. ff. ſol. matri.
9 dicam plenè in illa Auth. ſi qua mulier, vbi locus ſuus. ¶ † Limita prædictum not. & text. noſtrum, q̃ in legitima attendatur tempus mortis patris, vt ſit verum niſi pater voluntariè aſſignaſſet legitimam filio, tunc ſi poſtea augerentur facultates patris, non attẽderetur tempus mortis patris, ſed tempus aſſignatæ legitimæ, nec poteſt petere aliquod augmentum legitimæ. Iſta fuit originalis deciſio Iacob. Butr. in l. pactum. C. de colla. quam pro eleganti refert, & ſequitur Bal. in l. 2. C. de reuoc. his, quæ in frau. cred. & in l. fi. circa tertiam col. C. de vſu. rei iudi. & in Auth. res quæ. in verſi. quæro ſtatuto cauetur. C. communia de leg. ſequitur Angel. in l. ſi proponas. §. ſi hæreditatem. ff. de inoffic. teſtam. & idem Ange. in l. ſtipulatio hoc modo conce-
* pta. ff. de verb. oblig. ¶ Iſta opin. eſt falſa, & *reprobatur communiter*
d per text. expreſſum in l. ſi quando. §. 1. vbi caſus [d] ad literam. ĩ. eod. & ita per illum tex. reprobat ipſemet Bal. in d. l. pactum. in vltim. opp. & in l. quamuis. C. de fideicom. Imo. & Ludo. Rom. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quando. primo. & Pau. de Caſtr. & dom. Alex. in d. l. in ratione. la ſecunda. in vlti. col. ff. ad l. Falcid. ¶ Et vltra eos adde illud, qd̃ ſin. not. Bal. in c. cùm M. Ferrarien. per illum tex. in 7. col. de
10 conſti. vbi per illum text. dicit Bald. † quòd ſi filia, quæ recepit dotem pro legitima, promiſit nihil petere amplius, decidit Bal. ſi poſtea augeantur facultates patris, q̃ poſt mortem patris poterit filia à fratribus augmentum petere, ſi excreuerit, per illum
e text. quem infra inducam. [e] eſt verum, quòd Imo. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. in 3. col. dicit, quòd ſuſtinendo opin. Iacob. Butr. poſſet reſponderi ad text. in d. l. ſi quando. §. 1. quòd procedit, quãdo filius tempore, quo habuit res à patre, & promiſit nihil plus petere, habuit minus quàm eſſet legitima ſua, tunc procedit ille tex. quòd filius poſtea poteſt petere augmentum, quia nunquam habuit integram legitimam, ſed nos loquimur, quando filius in vita patris habuit integram legitimã, dicit Imo. quòd verba illius text. multum congruunt. mihi videtur, quòd imò repugnent, ſi ponderes rationem ibi expreſſam in text. quæ generalis eſt, & militat vtroque caſu, illud tamen verum eſt, quòd ſi filius, vel filia reciperent legitimam viuo patre, & promitterent cum iuramento nihil plus petere, tunc non poſſent petere augmentum legitimæ propter iuramentum per c. quamuis. de pact. in 6. & ideo. d. l. ſi quando. procedit, quando non interuenit iuramentum, ita expreſsè dicit Bal. in illa l. ſi quando. §. 1. & Pau. de Caſt. & dom. Alex. in d. l. in ratione. præalleg. & puto, q̃ ſit verum, nec recolo vidiſſe contradicentem in hoc. In contrarium tamen pondero eſſe text. in d. cap. cum. M. Ferrari. ſecundum inductionem quam facit ibi Bald. in 7. colum. qui pro certo tenet contrarium; nam ſecun-
11 dum Bald. ibi eſt text. ſing. qui non reperitur alibi, † quòd ſi ſit facta conuentio de non recipiendo aliquem in canonicum vltra certum numerum, & ita ſit iuratum, pone, q̃ poſtea facultates Eccleſiæ ſuperexcreſcunt, dicit ibi text. q̃ poſſunt recipere alium

ADDITIONES.

a ¶ Pater. Adde eundem Iaſ. in l. is poteſt. num. 16. 17. & ſeq. ff. de acqui. hæred. in Auth. ſi qua mulier, nu. 52. C. de ſacroſan. eccle. Catel. ver. legitima viuen. patre. Iaſ. in l. lex Cornelia. num. 5. & 6. ff. de vulg. de quo latè differit Viui. inter commu. opi. lib. 10. ver. legitima, vbi concludit pro negatiua, quam tamen limitat, & declarat, & dixi ad Iaſ. in d. l. is poteſt. nu. 18. Caſum autem in quo legitima petitur per filium viuo patre, vide per Docto. in Apoſtil. ad Bart. in d. Auth. ſi qua mulier. col. fi. & per eundem Catel. ver. pater. MASVER.

b ¶ Qui ſunt quatuor caſus. Adde Docto. in c. quintauallis. de iureiur.

c ¶ Monaſterium. Adde Docto. in c. in præſentia. de probatio. Anto. Cor. ſing. in verbo legitima.

* Et dic, vt per Catel. verſicu. legitima, Viui. inter communes opin. libro 10. verſi. eod.

d ¶ Caſus. Adde, quòd prædictam concluſio. tanquam veram in filia; cui fuit dos conſtituta, ſeu data ante mortem dotantis, tenet Brun. tract. ſtatu. exclu. fœmin. 11. articu. ſecundo caſu princip. ex Corn. conſilio 107. libro 2. 142. colum. fin. eodem. conſil. 115. libr. 3. ſed cum Iaſ. quòd poſſit petere ſupplementum tempore mortis auctis facultatibus patris, concludit Decius conſi. 276. Bal. de dote. 6. par. prin. 15. primil. col. 8. BELLOT.

e ¶ Inducam, Adde Cur. Sen. conſi. vltim. Ruin. conſi. 56. lib. 3. Brun. de ſtatuto exclud. fœmin. artic. 9. in fin. 1. q. Alex. conſi. 29. libr. 3. conſi. 33. libr. 4. Natt. in c. 2. verſi. an autem. de pac. in 6. dicit communem cum Cur. Sen. PANCIR.

Source : BIU Cujas

alium nō obſt. iuramento, quia iuramētum intelligitur reb. ſic ſe habentibus l. fi. ff. qui ſatisd. cog. ideo ibi eſt tex. ꝙ ſuperexcre ſcentib. facultatib. licitum eſt recedere à iuramento, ideo ſecūdum Bal. ſi filia, quæ habuit dotem, renunciauit cum iuramento, & facultates ſuperexcreſcant, poterit petere augmentum non obſtante iuramento, cogitabis de reſponſo ad illum text. iuncta deciſione Bal. niſi reſpondeatur, prout multi ex vobis reſpondebant, ꝙ Bal. non bene inferat ex illo tex. vbi tractatur de fauore, hoc eſt de diuino cultu augendo, propter quem fauorem poteſt dici illud ibi diſponi, ſecus in terminis noſtris, in quibus agitur de fauore priuati, cui poteſt renunciare, præſertim
12 cum iuramento per d. c. quamuis. de pac. in 6. ¶†† Secundò limita iſtum tex. & prædictum, quando ſtatutum diſponeret, quòd pater teneatur aſſignare legitimam pro delicto filij, quod ſtatutum valet, vt prædixi, tunc quantum ad legitimam attenderetur tempus delicti commiſſi per filium, & non tempus mortis patris, ſecundum Bal. Imo. & alios in d. l. lex Cornelia. & in d. l. quanquam. C. ad l. fal. & in d. l. ij. C. de reuo. his, quæ in frau. ¶ Et iuxtà hoc dubitat multum fin. Bal. in d. l. ſi qua pœna. in 2. lect. ad fi. ſtante prædicto ſtat. quanta erit legitima filij, ſi pater dicat quòd poteſt alios filios generare, iuxtà. l. antiqui. ff. ſi pars hære. peta. & l. ſi pater. in prin. ff. de ſol. & determinat ſing. Bald. quod niſi ſtatutum diffiniat quanta ſit legitima, difficilè erit diffinire, & dicit, quòd iſtud dictum eſt ſing. & verum, quòd alij tenent, quòd attendatur tempus non commiſſi delicti per filium, ſed tempus condemnationis filij, vt probat bonus tex. in l. eius, qui. §. j. ver. quæ tunc habuit cùm damnaretur. ff. de teſta. per quem tex. ita determinat Alb. de Roſ. in 3. parte ſtatutorum. in q. 36. in cip. quæro pulchram & ſubtilem, quæſtionem diſputatam Paduæ. & Bald. in l. 2. per illum tex. C. de adop. & Lud. Rom. in l. ſi filiofa. ſecunda. per illum text. ff. ſolu. matr. & ideo ponderanda eſſent verba ſtatuti, an ſe referant ad delictum an ad condemnationem: aliud enim eſſet ſi ſtatutum diceret, quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij, tunc tempus delicti conſideraretur, aliud ſi diceret, pater teneatur ſoluere legitimā pro condemnatione filij, vt per d. Alexan. in d. l. lex Cornelia. ¶ Glo. ſuper ver. titulo, diuiditur in quatuor partes prin. In 1. opponit contra text. & dupliciter ſol. In 2. per viam fallentiæ opponit contra text. & dupliciter ſol. In tertia reſpondet tacitæ quæſtioni. In quarta idem facit. Secunda ibi, & excipe filium curialem. Tertia ibi, item intelligo etiam. Quarta & vlt. ibi, itē quarta Treb. ¶ Ex prima parte principali glo. habes colligere
13 tres principales concluſiones. Prima eſt, † quòd hodie debet relinqui filio legitima titulo honorabili inſtitutionis, & ſi relin-
a queretur alio titulo, [a] puta legati, fideicom. vel donationis cauſa mor. filius diceretur præteritus, & teſtamentum eſſet nullū. Et ſic in hoc corrigitur Auth. noſtra, & iſtud tenent omnes indifferenter, adde glo. in §. tam autem, & ibi Ang. de Are. & glo. in §. igitur. ſuper ver. legati, inſtit. eo. quæ autem ſit ratio, quare filio debeat relinqui titulo inſtitutionis, dicit glo. no. in l. filium. §. ſed & ſi portio. in ver. pleniore. ff. de leg. præſtan. quòd iſtud
b eſt propter honorem filij, [b] quia titulus inſtitutionis eſt titulus honorabilior cæteris, vt ibi dicit tex. & idem dicunt Cyn. hic in j. q. Barto. & alij omnes, licèt habere legatum à teſtatore ſit etiā honor. l. amiciſſimos. in prin. in verſi. etiam honore legati. & ibi ponderat Nico. de Neap. in lect. Barto. quem omnino vide. ff. de excuſa. tuto. tamen titulus inſtit. eſt longè honorabilior, quā titulus legati, vel alius titu. d. §. ſed & ſi portio. alia melior ratio eſt propter vtilitatem filij, aliàs enim de ſolo honore ſine vtilitate parum curandum eſt, quia filio inſtituto, ſi cohæres repudiet, accreſcit filio per ius accreſcendi. l. j. §. ſi ex fundo. ff. de hære. inſtitu. ſed ſi tit. legati, nihil accreſceret filio. l. eam quam. C. de fideicom. ſecundum Iacob. de Rau. Cyn. Bald. & Saly. in l. in
14 ſuis. ff. de libe. & poſthu. ¶†† Amplia iſtam concluſionem glo.
c & Doct. quòd etiam filius fictus ſicut eſt monaſterium, [c] quod habetur loco filij. c. in præſentia. de proba. & filius legitimatus debet habere legitimam tit. inſtitu. ſicut & filius verus. glo. eſt in Authen. ſi qua mulier. in glo. mag. ſuper verb. competere. poſt prin. C. de ſacroſanct. eccle. quam ad hoc ibi not. Saly. in 5. col. ¶ Nunquid autem de iure Digeſtorum eſſet neceſſe, quòd relinqueretur legitima filio titu. inſtitu. ſunt duo principales text. multum contrarij alijs prætermiſſis, nam in l. Papin. §. ſi quis mortis. ff. de inoffic. teſtam. expreſsè dicit ſufficere quocunque titulo relinquatur: & ita glo. in l. ſcimus. §. cùm autem. infra eo. Ange. in l. ſuus quoque. in princi. ff. de hære. inſtitu. & in l. ex aſſe. in princi. per illum text. ff. ad Treb. contrarium decidit fortis text. in l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Treb. qui fortius vult, quòd de iure Digeſtorum non ſufficiebat etiam ſi relinqueretur per fideicommiſſum vniuerſale, & iſtud vltimum tenent Bald. Imo. & dom. Alexan. in l. inter cætera. ff. de libe. & poſth. & Ange. ſibi contrarius in l. Gallus. §. fin. in eo. tit. & conatur varijs modis reſpondere ad contrarium, ſed quia eſt ſine vtilitate, vl-
15 terius non inſto. ¶ Secunda concluſio glo. eſt, † quòd non eſt neceſſe relinquere filio totam legitimam ti. inſtitutionis, ſed ſatis eſt aliquam rem relinquere. Adde glo. in d. §. aliud quoque capitulum. & glo. in l. antequam. & ibi Bald. in fi. C. communia de ſuc. & glo. not. in l. 3. §. ſed vtrum. in ver. fin. in glo. magna ſuper verſi. patrimonium. in fin. ff. de mino. vbi gl. dat cautelam, quòd filius, vel filia ſemper inſtituantur ſaltem in duob. imperialib. & ibi Barto. in fin. dicit, quòd ita obſeruat conſuetudo, & Bald. hic in 1. colum. allegatur etiam alia glo. in l. ſi quis priore.
16 ff. ad Trebel. ¶†† Tertia concluſio glo. eſt multum no. quod in
d teſtamento [d] condito à patre inter liberos non eſt neceſſe reliquere cuilibet filio titulo inſtit. & hoc modo ſin. limitatur. d. §. aliud quoque capitulum. & prima conclu. glo. noſtræ approbata per omnes, & iſtud tenuit. d. Azo in ſumma huius titu. adde glo. in c. ſi pater. in verſi. inſtituit. de teſta. in 6. idem expreſsè tenuit Iacob. But. & An. de But. in cap. Rayn. in 10. colum. de teſt.
e & d. Mathe. in no. 103. ¶ Contrarium [e] tenet indifferenter vtraque ſchola Legiſtarum & Canoni. vterque Iac. Pet. Saly. & Ful. hic, & dicit Saly. hic in 1. oppo. quòd iſtud *communiter tenetur*, tenent Bald. & Saly. in l. fin. C. fam. erciſcun. Bald. in d. cap. ſi pater. & ibi glo. met fatetur, quòd iſta eſt tutior ſententia. idem tenet Ioan. de Imo. in d. cap. Ray. in 17. colum. & ibidem dom. And. Barba. & dom. Alexan. in d. l. inter cętera. & ſic pro certo iſta eſt communis ſentētia Legiſtarum & Canoniſtarum, pro qua nihil aliud allegatur niſi generalitas. §. aliud quoque capitulum. ¶ Ego teneo primam opin. contra iſtam communem opin. & credo, quòd de iure ſit veriſſima, & ſi caſus mihi contingeret, ego ſic conſulerem, & iudicarem, licèt nunquam cogitauerim
17 niſi nunc. ¶†† Primò facit, quia in teſtamento condito à patre inter liberos ceſſant ſolennitates iuris ciuilis, & attenditur ſolū iuſgentium, ita dicit Bart. quem omnes tenent in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. ad fin. C. de teſt. Bal. in Auth. ꝙ ſine. circa med. C. eo. & ex hoc ſequitur, ꝙ in tali teſtamento patris inter liberos ſufficiunt duo teſtes ſm iuſgentium, & licèt aliàs in
f teſtamentis mulier [f] non poſſit eſſe teſtis. l. qui teſtamento. §. mulier. cum ſi. ff. de teſt. tamen in tali teſtamento poteſt mulier eſſe teſtis, vt eſt glo. & ibi Bal. in d. Auth. ꝙ ſine. glo. in §. & ꝙ ſæpè. in Auth. de trien. & ſemiſ. Bar. & alij in d. §. ex imperfecto. ad fi. Hinc etiam ſequitur, ꝙ licèt in teſtamentis teſtes debeāt eſſe rogati. l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſt. Auth. rogati. C. de teſt. tamen cùm iſta ſit ſolennitas iuris ciuilis, in tali teſtō patris inter liberos non requiritur, quòd teſtes ſint rogati, vt eſt gl. no. in l. fi. in fi. C. de codicil. Bal. Sal. & Fulg. in d. Auth. ꝙ ſine. Ang. Pau. de Caſt. & d. Alex. in d. §. ex imperfecto. Ange. in Authen. de teſt. imperfe. in prin. ¶ Et pèr hoc inferebat nouiter ſolus Pau. de Caſt. in d. §. ex imperfecto. vnum ſubtile, & ſingula
18 re, † quòd magis fauetur patri teſtanti inter liberos, vbi non requiritur teſtes eſſe rogatos, quàm militi teſtanti, non dico in cō flictu belli, in quo requiritur, quòd illi duo teſtes ſint rogati. l. diuus. in ver. conuocatis. ff. de teſt. mil. glo. in l. milites. C. de teſta. mil. ¶ Et licèt ipſe non dicat, credo quòd ratio diuerſitatis ſit in promptu, nam ſtatutum eſt fauore militis, ꝙ illi duo teſtes ſint rogati, quia aliàs poſſent de facili reperiri duo fortuiti teſtes, qui dicerent audiuiſſe militem ſic teſtantem, & ſic de facili poſſet committi falſitas. ¶ Iſtam rationem reddit text. in d. l. diuus. & in §. planè. inſtit. de mili. teſta. quæ ratio ceſſat in patre teſtante inter liberos, cùm omnino filij eſſent ab inteſt. ſucceſſuri, vnde pauca falſitas committi poteſt, quia cauſa inteſtati fouet cau-
19 ſam teſtati. l. hac conſultiſſima. §. fin. præalle. ¶†† Ex iſtis omnib. ſequitur veriſſimum fundamentum, quòd in teſtamento condito à

ADDITIONES.

a Limita dictam concluſionem, niſi in relicto filius eſſet repetitus virtute dictionis, Item titulo inſtitutionis. Bar. cōſi. 27. limita quoque, quando eſſet ſtatutū, ꝙ filia dotata &c. Et filiæ dos relinquit. Ange. conſi. 99. viſo them. in princ. Quot teſtib. hoc probetur, vide Bald. & alios in l. 2. j. de ſecun. tab. PVR.

b Honorem filij. Adde etiam aliam vtilitatem Bar. conſi. 29. aliàs 204. proponitur. in fin. PVRPV.

c Monaſterium. Adde Bal. in l. filium. in 1. col. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. Doct. in c. in præſentia. de proba.

d Teſtamento. Adde Pet. de Vbal. in rep. c. Ray. de teſt. vbi diffuſè.

e Contrarium. Ale. diſtinguit lib. 5. conſi. 18. col. 2. PVRPVR.

f Mulier. Adde Spe. tit. de teſte. §. j. ver. item, ꝙ eſt mulier. & ibi Io. And. in addi. Ant. de Butr. & Doct. in c. quoniam. de teſt. Arch. in c. 2. de iud. lib. 6. & quid in codic. vide per Io. And. in addi. in d. §. ver. quid de eo. & Bal. in l. fi. C. de codic.

* Et dic, ꝙ in teſtō tam de iure ciuili quàm can. mulier non pōt eſſe teſtis, licèt de iure Can. ad pias cauſas poſſit, teſte Bellon. conſi. 14. nu. 8. vbi dicit cōem, pro qua vide, q̄ ponit Dilec. de arte teſt. tit. 2. caut. 2. Catel. ver. mulier regulariter. Alex. conſi. 70. col. 4. nu. 13. li. 2. Clar. §. teſtm. q. 6. q. 55. & in ſpecie in teſtō inter liberos, de quo per Iaſ. hic, ꝙ poſſit eſſe teſtis, concludit idem Clar. d. §. teſtamētum. q. 8. ver. 2. effectus. MASVER.

Source : BIU Cujas

dito à patre inter liberos non attendimus ius ciuile, sed solùm iusgentium. modo ego habeo, quòd istud, quòd filio debeat relinqui ti. institutionis, istud est de mera dispositione iuris ciuilis, & non iurisgentium, vt expressè attestantur Bar. & alij in rep. l. j. in 2. q. 5. partis prin. C. de sacrosan. eccle. ergo non debet attendi in tali testamento patris inter liberos, & istud nouum fundamentum multum satisfacit menti meæ, cui non video, quid possit commodè responderi. ¶ Secundò istud confirmo per illud, quod singulariter decidit Barto. in d. repe. l. j. in 2. q. 5. partis prin. vbi tenet, quòd in testamento condito ad pias causas non est necesse, ꝙ filio relinquatur ti. institutionis, & ratio est secun-
20 dum Bar. † quia in testamento condito ad pias causas non attendimus ius ciuile, sed solùm iusgentium. c. cùm esses. & c. relatum. de test. sed ꝙ filio debeat relinqui ti. institutionis, istud est de mero. iu. ci. & non de iure gentium, & eum Bar. tenet Bal. in d. l. j. in 26. col. Pe tr. de Anch. & Imo. in d. c. cùm esses. de test. d Mathe. in d. no. 103. in meo est. 116. d. Ale. in d. l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. vbi dicit, ꝙ ita communiter tenetur, quamuis solus Sal. tenuerit contrarium in d. l. j. ergo cùm in testamento patris inter liberos non plus attendatur ius ciuile, quàm in testamento ad pias causas, sed solùm iusgentium, ergo neutro casu oberit, quãuis filio non relinquatur ti. institutionis, & istud etiam multum mihi satisfacit. ¶ Tertio pro ista parte est text. de hoc non cauillando eum, in d. c. Ray. de testa. vbi valet illud testamentum, quamuis filiæ Antiochiæ relinqueretur titulo legati, & non titu. institutionis, eo quia illud testamentum erat conditum inter liberos, & isto modo cessant difficultates & intellectus ad illum tex. nec erit expediens dicere, prout multi dicunt, ꝙ aliud sit de iure canonico, per illum tex. aliud de iure ciuili per suprascripta, cùm non sit recedendum à iu. ci. qñ aliud non reperitur expressè statutum per ius canonicum, per no. in c. 1. & 2. de ope. no. nun. per Barto. & alios in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. item non erit opus subaudire ad illum tex. vt mul
a ti faciunt ti. institutionis. [a] ¶ Quartò & vltimò moueor, nam si pater in testamento aliquid relinqueret filio titulo legati, & non ti. institutionis, postea subijceret clausulam generalem, & omni meliori via, modo, & forma, &c propter istam generalitatem verborum valeret testamentum, perinde acsi reliquisset ti. institutionis, ita sin. decidit Bal. in l. quoties. in 2. col. C. de hære. insti. sequit Pau. de Cast. in consi. 455. inci. super puncto, quo quæritur, an testm̃ sit nullum. tenet Rapha. Cu. in l. his verbis. ff. de hære. insti. d. Alex. Imo. in l. nam ꝙ. §. non omnis. ff. ad Treb.
21 † sed ego habeo, ꝙ in testõ condito à patre inter liberos semper intelligitur illa clausula, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere potest, vt est glo. sin. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. in versi. non valuit, quam Imo. & d. Alex. ibi ad hoc not. & multũ extollunt. ff. de vul. & pup. & Io. de Imo. in d. c. Ray. 28. col. ¶ Ex istis omnib. defendo nouiter primam sententiam contra communem opi. & concludo cum gl. nostra, ꝙ in testamẽto patris inter liberos non est necesse, ꝙ vnicuique filio relinquatur ti. in
22 stitutionis, & credo, ꝙ ista sit veritas sicut Euangelium, † & licet in iudicando non sit recedendum à communi sentẽtia, ſm Bar. & alios in l. fi. C. de pœ. iu. qui malè iu. & in l. cum prolatis. ff. de re iud. & in q. per eum disputata inc. iudex, qui per imprudentiam causæ. in c. ne innitaris. de consti. & propter sing. opin. non est recedendum in iudicando à communi opi. ita not. Bal. in l. 1. ad fi. per illum tex. ff. de Sena. plus dicunt Bald. & Pau. de
b Ca. in l. fi. C. de insti. & sub. ꝙ in iudicando [b] non est recedendũ à communi sententia propter nouas fantasias Bar. & in iudicãdo tenenda est illa opi. quæ plurium Doct. authoritate confirmatur, ita no. Bal. in l. j. per illum tex. in ver. sanè. s̃. de offic. quæstor. Tamen ego respondeo, ꝙ in iudicando tenenda est communis opi. nisi illa possit rationabiliter conuinci, quod bonus iudex acuti ingenij iudicabit, verba sunt Io. And. in c. 1. de consti. quæ refert, & sequitur Pan. in c. Capellanus. in j. col. & seq. de ferijs, vbi ponit esse tex. pro illa opi. Io. & tex. expressiorem in l. j. C. de vete. iur. enucl. & quod not. in c. cum speciali. de appella.
23 ¶† Ex suprascriptis omnib. habes regulam cum tribus fallentijs, regula est cum glo. nostra, ꝙ necesse est, ꝙ legitima in testamento relinquatur filio titu. institutionis. ¶ Ista regula primò fallit in testamento patris condito inter liberos. ¶ Secundò fallit in testamento condito ad pias causas. ¶ Tertiò fallit, qñ relinqueretur titulo legati, & subijceretur clausula generalis, & omni alio meliori modo, &c. vt ex prædictis habes. ¶ Quartò fallit, qñ statutum ciuitatis augens, vel diminuens legitimam filiorum, puta disponens, ꝙ legitima filiorum sint quinque vnciæ, diceret talem legitimam sic auctam, vel diminutam debere relinqui filio, tunc sufficeret relinqui quocunque titulo, nec necesse esset, quòd deberet relinqui ti. institutionis, ex quo statutũ simpliciter dictat tale legitimam sic auctam, vel diminutam debere relinqui filio, nec dicatur, ꝙ tale statutum debeat recipere interpretationem passiuam à iure communi, & intelligi tit. institutionis, per regulam l. 2. C. de nox. & c. cùm dilectus. de
24 consu. † quia quotiescunque statutum derogat iuri communi, vel illud corrigit, nunquam recipit interpretationem à iure communi, nec intelligitur secundum ius commune, sed simpliciter prout iacet, ista fuit elegans & sin. decisio Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. in 6. col. in ver. vlterius quæritur de tali qõ. &c. & no. multum istam regulam seu sin. limitationem Bal. ad iura præall. quam sequitur Pau. de Cast. & multum cõmendat, & quantum potest, in l. fi. §. in computatione. C. de iu. delib. & propterea dicit Bal. quòd in d. c. Ray illa legitima consuetudinaria potuit relinqui filiæ quocunque titulo, nec fuit opus, ꝙ relinqueretur tit. institutionis, & no. istum alium intellectum ad illum tex. vltra superius relatos. ¶ Istam limitationẽ Bal. reprehendit Lud. Rom. in l. si quis priore. ff. ad Treb. dicens contrarium se consuluisse apud Valentiam. reprehendit etiam Imo. in l. si verò. §. de viro. in primo membro principali. ff. sol. mat. motus & bene, quia Auth. offeratur. C. de lit. conte. corrigit. l. j. C. eo. & tamen recipit interpretationem & declarationẽ à iure communi, videlicet à l. sciendum. in prin. vbi glo. not. ff. qui satisf. cog. ergo ibi apparet contra Bal. ꝙ iura correctoria iuris communis, tamen interpretantur, & declarãtur à iure communi, ita etiam tenet. d. Alex. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Treb. & in d. l. inter cætera. ff. de lib. & posth. vbi dicit, quòd ista sunt multum no. in contingentia facti, quia facerent magnum honorem; patet etiam, quia si statutum disponat, quòd filius f. possit testari, illud est contra ius commune. l. qui in potestate. ff. de test. & tamen istud statutum reciperet interpretationem à iure communi, vt declarat Bar. in l. j. in prin. ff. ad l. fal. & licèt ita tenendum sit contra Bal. tamen cum Bal. tenuit Lud. Rom. sibi contrarius in consi. 399. incip. vt præsens consultatio clarior reddatur. in pen. col. & idem Bal. in effectu in cap. cùm non liceat. in vlt. col. de præscri. ¶ Quintò sin. limita secundum Bald. in l. si adulta. C. de hær. act. quando pater reliquisset filiæ centũ, & prohibuisset eam plus petere, quamuis non dixerit iure institutionis, tamen valebit, quia vr̃ reliquisse animo compensandi cum legitima, & sic quamuis non habeat expressè ti. institutionis, habet saltem virtute tacitæ institutionis, quod Bal. reputat multum no. & tenendum menti. Addo, ꝙ idem tenet Bald. in addi. Spec. in tit. de instr. edi. in versi. filia. sequitur Lud. Ro. in d. l. nam ꝙ. §. non omnis. Raph. Cu. in d. l. his verbis. Pau. de Cast. in præall. consi. 345. incip. super puncto, quo quæritur, an testm̃ sit nullum. ¶ Sed d. Alex. in d. l. nam ꝙ. §. non omnis. tenet contrarium, & alle. Sal. tenere contrarium in ista Auth. & etiam in Auth. seq. non inuenio, ꝙ hic aut ibi aliquid tangat, allegat etiã Imo. tenere contrarium in d. c. Ray. & in d. l. his verbis. & in d. l. j. §. si ex fundo. & credo contrarium esse verius, quia dato pro vero, ꝙ pater ita relinquendo intelligatur reliquisse pro legitima, tñ non sufficit etiam si pater expressè diceret, ꝙ reliquit filiæ pro legitima, nisi adijceret, & in his eam instituo hæredẽ, vt dicam statim. j̃. ¶ Sextò limita, quando pater diuideret bona sua, vel assignaret ciuilibet portionem suam, nam est perinde, acsi diceret hæredem instituo, ita dicit glo. sing. in l. quoties. in gl. 1. j̃. fam. erci. nam vt ibi dicit gl. quilibet nescit dicere hæredem instituo. ¶ Et idem tenet Ang. & Imo. in d. l. j. §. si ex fundo. & Imo. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. in quib. locis reputat illam glo. esse sin. ad hoc, & propterea dicit Bar. in l. fi. ff. de pecu. lega. ꝙ si pater in testõ assignaret filijs peculium, quamuis non diceret iure institutionis, tñ valeret testamẽtum. ¶ Adde, ꝙ idẽ est in verbo distribuit, ꝙ etiam institutionem importat Auth. licet. & ibi Bal. in prin. ad hoc no. C. de na. lib. & per hoc infert ibi Bal. ꝙ executor deputatus in testamento ad distribuendum bona inter pauperes, censetur hæres institutus, de quo vltimo vide Bar. in l. hæreditas. la 2 ff. de hære. insti. & in d. l. centurio. in 2. q. & ibidem Ang. Bald. in l. j. C. ad l. fal. & in l. j. in 2. col. ff. de test. Quid autem sit de verbo relinquo. j̃. dicetur. ¶ Septimò limita, quando non relinquendo tit. institutionis cederet in grauamen filij, prout est regulariter; secus qñ pater relinqueret filio alio ti. quàm institutionis fauore filij, puta quia timeret insidias vitæ filij paruuli ab agnatis, & propterea instituere alium, & grauaret per fideic. vniuersale restituere filio, quando erit maior, valebit tale testamentum, vt probatur in l. si emancipatus. la 2. ff. de bo. pos. contra tab. iuncta l. multi non notæ. ff. de lib. & posth. ita tenet gl. in l. scimus. §. repletionem. j̃. eo. Cyn. Bar. Ang. & alij in l. cum filio. in prin. ff. de vulg. & pup. Imo. & d. Alex. in d. l. multi. & d.

ADDITIONES.

a Marsilius sin. 306. clausula omni meliori modo. PVRPV.

b Iudicando. Adde Abb. in c. tua nos. de vsur. in c. prudentiam. de offi. deleg. in c. nouimus. de ver. signi. in c. cùm sint. de deci. in c. 2. de cogn. spiri. in c. venientes. de consue. in c. 1. de consti.

Source : BIU Cujas

a & d.Math.in not.103. a ¶Octauò limita, quando in teſtamento adeſſet clauſula codi. quæ ſuſtinet teſtm̃, etiam qñ filius eſt penitus præteritus,vt per Bar.in l.j.in 4.q.ff.de iu.codi.reprobata gl.in Auth.ex cauſa.C.de lib.præte.& ibi per Bald.& alios,& Bal.in l.fi.C.de codi.imò fortius, ſi in teſtō apponatur clauſula, q̃ teſtm̃,& omnia ſupraſcripta valeãt omni modo,iure,& forma, quo melius valere poſſunt, tunc in caſu in quo neceſſaria eſt inſtitutio,intelligitur reliquiſſe ti.inſtitutionis, ita tenet Pau. de Caſt.in conſi.347.inci.ſuper primo puncto. in pen.col. poſt Bald. ita expreſsè determinantem in l. quoties. in vlt. col. C.de hær.inſti.Alex.in l.nam q̃.§.non omnis.ff.ad Treb. & hoc bene
25 no.quia valde vtile,& quotidianum in practica. ¶† b Quid au
b tem ſi pater in teſtamento reliquiſſet filio decem ſimpliciter, poſteà faceret codicillos,& in codicillis declaret, q̃ illa. 10.quæ reliquit in teſtamento ſimpliciter,reliquit tit.inſtitutionis,nunquid poſſit fieri, & per hoc poſſit ſuſtineri teſtamentum? determinat Bal.quòd non in l.non codicillum.circa fi. C.de teſt.per
26 l.q̃ per manus.ff.de iure codi. ¶† An autem ſufficiat relinquere filio legitimam iure ſubſtitutionis,dic q̃ ſic. & tunc teſtamẽ tum annullato primo gradu inſtitutionis incipiet à ſubſtitutis. tex.eſt no.in l.ſi filiusfa.ſubſtituatur.& ibi Bal.ad hoc not. & dicit non eſſe alibi.ff.de hær.inſt.& tex.in l.ex facto.§. Lucius.ff.de vulg.& pup.glo.in l.ſi pater impuberes.in glo.j.ff.de vulg. & pupil. & ibi Imo. eam no.& dicit, q̃ de facili non reperitur.Imo. Raph.& alij in l.ſi pater filium,per illum tex.ff.de vulg & pupi. d.Alex.in d.l.inter cætera.¶Et licèt ita putem tenendum ,tamẽ poſſet dici, q̃ illa iura procedunt de iure fforum , quo iure dubium eſt, an requireretur ti.inſtitutionis, vt ſuperius remiſſuè tetigi, & dicit.d. Alex.in d.l. ſi pater impuberes. ſe aliàs conſuluiſſe in cauſa multum ardua cuiuſdam teſtamenti,in quo erãt inſtituti agnati, & ſubſtitutus compendiosè filius legitimatus, dubitabatur an teſtamentum valeret, quia filio legitimato nihil erat relictum tit.inſtitutionis. d.§. aliud quoque capitulum. contrarium dicit ſe conſuluiſſe per prædicta,vt ibi plenius per
27 eum. ¶† An autem ſufficiat relinqui legitimam filio ti. fideic. vniuerſalis,glo.tenuit, q̃ ſic, & malè in l.ſcimus. §.cùm autem. j̃.eo.& eam ibi reprehendunt Cy.Bar.& alij,Bar.in l.ita tamen. §.qui rogatus.per illum text. ff.ad Trebel.& in l.cùm ex filio.in prin.in antepen.q.ff.de vul.& pup. vbi dicit, q̃ iſtud fallit in caſu illius.l.& Bart.in l.multi non notæ.ff.de lib.& poſthu.& in l.ſi emancipatus.2.ff.de bon.poſ.contratab.Bald. & Imo.in d.l.in-
28 ter cætera. ¶† Quid autem ſi pater in teſtamento relinqueret filio decem pro ſua legitima, vel pro ſua Falc. nec adieciſſet in teſtamento,& in his eum hæredẽ inſtituo, an valeat teſtamentum? Bar.tenuit, q̃ ſic in Auth. vnde & ſi parens. per illum tex. j̃.eo.& ſequuntur ibi Bald.& Raph.Fulg. & Bar.in l.ſi.ff.de pec. leg.& latè Bar.in conſi.ſuo 151.incip.conſultus ſuper prædicto puncto, &c.vbi adducit multas alias rationes , quas in lecturis nunquam poſuit: idem tenet Bald.in l.quoties. C. de hær.inſti. Raph.Cu.in d.l.his verbis. Lud.Rom.in d.l.nam q̃.§.non omnis.vbi dicit ſe pluries conſuluiſſe pro iſta opi.Bart.d.Card.Flo. in d.c. Rayn.idem conſuluit Pau. de Caſt.in conſi.179.incip.in caſu præſenti,quantum ad id,&c.quamuis alibi Bar.iſtud indeciſum reliquerit in l.filium.§.ſed & ſi portio.ad fi.ff. de leg.præſtan.¶Idem ſi dicatur in teſtamento , q̃ illa decem relinquuntur filiæ pro ſua parte,ſecundum Bal.in l.humanitatis. in 4.col. & ibidem Pau.de Caſt.C.de impu.& alijs ſubſt.& pro iſto vltimo eſt bonus tex. in l. ſcimus. in prin.in verſi.pro parte ſua habuit,quem ibi ad hoc ponderat Bal.j̃.eo.idem tenet Bar.in l.peto.in prin.ff.de leg.2. quamuis etiam iſtud vltimum indeciſum
c reliquerit Bar.in d.§.ſed & ſi portio.¶Teneas c breuiter q̃ vtrũque p̃rium , prout tenet Sal.in d.l.quoties.in vlt. q.& in d.l.humanitatis.in 2.col.in d.Auth.vnde,& ſi parens.& Imo.in d.cap. Ray.vbi etiam d.And.Barb.idẽ tenet etiam Imo.in d.l.his verbis.in prin.& in repe.d.l.j.§.ſi ex fundo.& d. Math.in not. 159.in meo ponit in no.170.& pro iſta parte contra Bar.cõſuluit aperta fronte.d.Alex.in conſi.70.in 2.vol.inci.viſo cõſi.aliàs per me reddito,&c.in 4.col.& ſeq. vbi dicit, q̃ iſta opi. ſemper ſibi viſa eſt de iure vera,& idem tenet d. Alex.in d.l.j.in prin. ff.ad l.Fal. & in d.l. nam q̃. §.non omnis. ff.ad Treb.& in d.l.humanitatis. ibi tamen non clarè ſe firmat, & pro iſta ſententia ſtringit text. in d. §. aliud quoque capitulũ , vbi non ſufficit filio legitimam portionem relinquere,niſi ti.inſti. relinquatur, tamen ad illum tex.poſſet reſponderi,vt per d.Alex.in l.humanitatis.¶Sed pro
d iſta parte duo ſtringunt.Primum eſt, quia verbum relinquo, d adiectum certę quotæ bonorum,non trahitur ad inſtitutionẽ, ſecus ſi adijciatur certæ quotæ hæreditatis,vt declarat Bar.in d. l.Centurio.in pen.char.in verſi.vlterius quæro,quid ſi ſubſtitutio facta ſit in 3.portione.& ibi Imo.& alij,licet Sal.de hoc dubitauerit in l.quoniam indignum. C.de teſta. & non fuerit memor Bart.& Io.de Imo.in d.l.his verbis. in prin.ſed legitima eſt quota bonorum,& non quota hæreditatis,vt dixi ſup.in 1. no. huius text. ergo verbum relinquo adiectum legitimæ, & ſic quotæ bonorum,non trahitur ad inſtitutionem, & per hoc cõ funditur diſtinctio tradita per Ange. in d. Authen. vnde & ſi parens. ¶Secundò ſtringit contra Barto.nam clarum eſt,quòd non ſufficit patrem relinquere filiæ decẽ ſimpliciter,vt ſuperius dixi, & tamen relinquendo ſimpliciter ſemper intelligitur relinquere pro legitima , vt expreſsè declarat, & probat Barto. in l. in quartam. ff. ad l. Fal. ergo etiam non ſufficit relinquere filiæ pro legitima, quia exprimitur illud, quod omnino tacitè inerat,per iſta confunditur ſingularis deciſio Bald.in l.ſi adulta.
29 C. de hære. act. quam retuli ſup. in 5. fallen. ¶† Quid autem eſſet,ſi pater relinqueret filio , vel filiæ decem iure benedictionis,vel pro ſua benedictione,an habeatur perinde acſi reliquiſſet iure inſtitutionis? & iſto modo loquendi vtuntur ſæpe viri rurales, & imperiti, & nonnunquam rudes notarij, videretur, quòd ſic.Nam cùm Iacob reliquit Eſau benedictionem ſuam, intelligitur reliquiſſe inſtitutionem . ¶Contrarium tamen per prædicta determinat dom.Alexan.in d.l.nam quòd.§.non omnis.in 4.colum.& conſi.212.incip.viſo conſilio aliàs per me reddito.in 4.colum.lib.2.Idem tenet Ioan.de Imo.in l.his verbis.§. fin.ff.de hær.Inſtitu.vbi tenet,quòd per talia verba filius non dicatur inſtitutus,ſed quod teſtamentum ſit nullum.¶Confirmatur per illud, quòd not.Bald. in proœmio Decretalium.in pen. colum.ad fin.& prin.ſequentis.vbi tenet,quòd pater benedicẽdo filium non dicitur per hoc eum inſtituere, ſicut nec maledi
30 cendo dicitur exhæredare. ¶† Quid autem ſi groſſus notarius ſcribit in teſtamento , qualiter pater reliquit filio ſeu filiæ centum iure reſtitutionis , cùm deberet dicere iure inſtitutionis ? Bald.in l. ſi cùm ante. C. de dona. ante nup.dicit ſe in hoc caſu conſultum reſpondiſſe per illum text. quòd valeat teſtamentum, nec imperitia , vel groſſities notarij habet teſtamento officere, per glo.in l.fin. C.de fideiuſſ.Ad iſtud vide, quod decidit Bal.in l.Imperator.prima.in 2. col.ad fi.ff.de ſta. hom. vbi decidit,pone , quòd notarius groſſus debet ſcribere in inſtrumento pro ſua legitima, & per groſſitiem ſcribit pro ſua falcidia , vel debet ſcribere,quòd mulier renũciauit Velleiano, & per groſſitiem ſcribit,mulier renunciauit Valeriano, & dicit Bal. quòd talis imperitia notarij nihil officit inſtrumento.¶Sicut alibi dicit Bal.in l.pen.per illum tex. C.de procur. de notario , qui ſcripſit , quòd dominus ſubſtituit in procuratorem,cùm deberet dicere conſtituit,per hoc non vitiatur,poſſet etiam multis alijs
31 ſimilib. comprobari , iſta ſufficiant . ¶† An autem de iure ca-
e no. e neceſſe ſit relinquere legitimam filio titulo inſtitutionis. Ioan. Fab. refert Hoſt.tenere , quòd non,in cap. Ray.per illum text.de teſta. In contrarium dicit facere cap.ſi pater.de teſta.in 6. & aliud non decidit.dom. Alexan.in d.l.inter cætera. dicit, q̃
* *communis opi.* eſt , quòd de iure cano. ſufficiat filio relinquere quoquo relicti ti.& non eſt neceſſe,quòd relinquatur ti.inſtitutionis,ne corrigatur ius naturale.c. cùm expediat. de elect. & l. vnica.C.de inoffi. don.& idem tenet Bald.in l.fin.C.fam.erciſc. & in Auth.ex cauſa.in pen.col.C.de lib.præte.Abb.antiquus,& Hoſt.in d.c.Ray.Et pro iſta opi.facit,quia ius canonicũ non curat de talib.ſubtilitatib.iuris ciuilis.c.cùm dilecti.de iudi. ¶Sed aduerte,quia licèt.d.Alex. dixerit iſtam eſſe communem opin. credo , quòd contraria opinio ſit communior , & vera , quòd imò etiam de iure canonico ſit relinquenda ti.inſtitutionis , & ita conſuluit ipſemet. d. Alex. ſibi contrarius in conſi. s̃.pluries allegato.212.in 3.col. & ibi dicit,quòd tex.in d.c.Ray. intelligiẽ, quando fuerunt adiecta hæc verba.ſ.ti. inſtitutionis, vt per glo. ibi,in ver.relinquens,& per gl.in d.c.ſi pater.quæ gl. ſecundum eum ſunt *magis communiter approbatæ*. & idem tenet Pet.de Ancha.d.

ADDITIONES.

a Ale.declarat.lib.3.conſi.17.idem tenet in præcedenti col.ver.4.moueor. PVRPV.

b Alex.pungit in Auth.ex cauſa.col.5. PVRPV.

c Teneas.Adde, q̃ cum Bar.tenet Dec.in l.humanitatis.col.1.& 2.C.de impub. & vide Caſt.in l.j.col.2.ff.ad l.Fal.Ale.d.l.humanitatis.Alex.conſi.70. lib.2.in l.nam quod.§.non omnis.ad Treb. BELLOT.

d Relinquo.Adde Bar.in l.his verbis.ff.de hæ.inſti.Doct.in c.Ray.de teſt. ¶ Adde Ale.lib.2.conſi.168.col.j.Ful.conſi.90.Parpa.in rep.l.1.char.70.j̃.de ſacroſan.eccle.

* Et vide eundem Iaſ.in l.cum hi.col.j.ff.de tranſ.in l.Centurio.nu.62.ff.de vul. vbi dixi,& ad pract.Pap.for.lib.pro leg.rei fin.ver.coram.nu.48. & no.Rom. conſi.228.nu.14. MASVER.

e Canonico.Alex.lib.5.conſi.178.col.2.

* Et dic , q̃ etiam iure cano.inſtitutionis titulo validius relinquitur. Clar. §.teſtamentum.q.38.ver.hęc etiam concl.licèt aliter dicat in teſtamento ad pias cauſas.idem Clar. d.§.q.6.ver. 6.infertur. de quo vide quæ ponit Suarez lib. ſent.ver.legitima.Dilec.de arte teſtan.tit.3.caut.1. MASVER.

Source : BIU Cujas

32 cha.d.Ant.de But.& Imo.in d. c. Ray. † quia in dubio non debemus inducere diſcordiam inter ius canonicum,& ciuile,niſi vbi reperitur expreſſum.c.1.& 2.de ope.no.nun.not. Bar.& alij in l.priuilegia. C.de ſacroſan. eccle. Item cùm inſtitutio ſit honor,& vtilitas filij, vt dixi.ſ. non eſt præſumendum in dubio,q̃ Papa voluerit auferre iſtum fauorem filijs, ne inde iniuria naſcatur,vnde iura oriuntur.l.meminerint.C.vnde vi.de quo pũcto vltra plenè no.per Can.in d.c.Ray.vide per Sal.in d.l.fin. C. fam.ercis.Imo.in d.l. his verbis.in prin. & in rep.d.l.j.§.ſi ex fun-

33 do. ¶† Vltimò videndum eſt de verbo relinquo,an & quando importet inſtitutionem. *communis ſententia* eſt, quòd ſi verbum

a relinquo, [a] adijciatur vniuerſitati bonorum, tunc importat inſtitutionem,glo.eſt not.in §.ſi verò nulla.in ver. relictis. in Authen.de hære.& Fal.& l.his verbis.in prin. ff.de hære.inſtit.& eſt text.in l.diuus.in ver.relinquo.quem ad hoc ibi no. Bar.ff.de teſtam.mil.& tex.in l.quoniam indignum. vbi latè per Bal. C.de

b teſt.Si autem verbum relinquo, [b] adijciatur certæ rei, vel quantitati,tunc non importat inſtitutionem,ſed legatum,vt eſt tex. in d.§.aliud quoque capitulum.iuncto.§. cæterum.ita concludunt Bar.Bal.Ang.& alij in d.l.his verbis. in prin. & plenè Bart. in d.l.Centurio.in 3.q. prin.propè fin.Bart.& Docto.in l.cogi.in prin.ff.ad Treb. Cano.in d.c.Rayn.Saly.in l.quoties.C.de hære. inſti.Imo.in rep.d.§.ſi ex fundo. Ludo.Rom.& ibi latè.d. Alex. in d.l.nam quòd.§.non omnis.¶Iſta eſt vera,& *communis ſententia*, quicquid teneant Iac.de Aren. Petr.& Bal. in d.l.quoties.& omnes Doct.Tholoſani,vt refert Bald. in l.ſi. C. fam.ercis.& d. Card.Flo.in d.c.Ray.& de hoc verbo relinquo,vide etiam plenè Io.Fab.in §.planè.inſti.de mil.teſt. & quod dixi, quòd verbũ relinquo,adiectum vniuerſitati bonorum importat inſtitutionem,intellige verum,quando in ſolenni teſtamento,ſed quando in voluntate non ſolenni, tunc vt actus valeat ſaltem iure codicillorum,vel don.cauſa mor.in quib.non poteſt fieri inſtitutio directa,tunc importabit fideic.ita no.limitat Bal.in l.& in epiſtola. ad ſi.in antepe. quæſt. C.de fideicom. & in d.l.his verbis.in prin. ¶Vtrum autem verbum relinquo,adiectum certæ quotæ bonorum, vel certæ quotæ hæreditatis trahatur ad directam inſtitutionem , ſicut quando adijcitur vniuerſitati bonorum,dixi,ſupra remiſſiuè allegando Bar.in d.l.centurio.& alios relatos, & de quo etiam habetur per Saly.in l.fin.C.fam.ercisc. per Bald. & Imo. in d.l. his verbis. in prin. Imo.in d.rep.§.ſi ex fundo.per d.Ant.& Imo.in d.cap. Ray. Item inquantum dixi, quòd verbum relinquo,adiectum certæ rei, vel quantitati nõ importat inſtitutionem,per hoc infertur, quod verbum relinquo,relatum ad dotem relictam filiæ in teſtamento , non trahitur ad inſtitutionem,imo teſtamentum eſt nullum,& dicere tur præterita,& ita in ſpecie determinat dom.Alexan.in præal. conſi.212.in 4.col.allegat Ange.idem tenere in conſi. quod incip.Pet.de vrbe veteri.de quo etiam vide in ſpecie per d.Anto.

34 in c. Rayn. ¶† Quid autem eſſet,ſi teſtator in teſtamento reliquiſſet filiæ centum ſimpliciter,poſteà mandauit, quòd tale teſtamentum debeat aptari, & ordinari ad conſilium ſapientis, an ſapiens poſt mortem teſtatoris poſſet addere. ſ.ti. inſtitutionis,ita vt teſtamentum valeat,vide latè Barto.poſt Richa. Malumb.concludentem, quòd non,in l.illa inſtitutio.ff.de hær.inſtit.ibi tamen Bal.contrarium tenet, & idem Bald. in l.captatorias.in 5.oppo. C.de teſta. mil. & in l. humanitatis.in 4.colum. C.de impub.& ali.ſubſtitu.vide etiam per Imo. in d.l. illa inſtitutio.& per iſta ſit perfectè expedita iſta prima pars glo.& principalis materia huius Auth. circa titulum inſtitu. ¶Sum in ſecunda parte glo. ibi,excipe filium curialem . in qua glo. oppo. contra tex.quòd imò legitima filiorum ſit maior , quàm dicatur in hac Auth.quia ſi ſit aliquis filius curialis , hoc eſt traditus curiæ,ſecundum,quòd declarat glo.inſtitu.de hære. quæ ab inteſta.defe.§.quib.in ver.curijs. debet habere nouem vncias pro ſua legitima.gl.nihil allegat,debet allegare.§.excipiatur. in Authen. de trien. & ſemiſ. & ſpecialis caſus eſt . ¶Et licèt glo. noſtra dubitet,quia ſic filius curialis erit melioris conditionis,quã alij filij, & propter hoc refert duas opin. cum quib. ſimpliciter tranſeunt Doct.& nihil addunt, dic melius, quòd d. §.excipiat. procedit,quando non ſunt alij filij niſi iſte curialis,vt probatur in Auth.quib.mod.nat.effi. ſui.§.j.ſecundum Rapha. Fulg.hic. & facit , quia princeps intelligitur concedere priuilegium ſine cuiuſquam iniuria,vel damno.l.ij.§.merito.& §.ſi quis à princi pe.ff.ne quid in loco publico.l.nec auus.C.de emancip. lib.l.cũ

35 filiusfami.ff.de teſtam.mil. ¶† Sum in 3. parte glo.ibi.Item in-

c telligo.in qua parte glo. concludit, quòd ſicut legitima [c] filiorum & aliorum deſcendentium hodie eſt aucta per hanc Au-

d then.idem ſit in legitima debita parentib. & aſcendentib. [d] ſecus tamen eſt ſecundum glo.in tranſuerſalib.puta fratrib.quãdo turpis perſona eſt inſtituta, iuxtà.l. fratres.ĩ.e. ſubdit tamen glo.quòd in libro Nouellarum reſtringitur augmentum legitimæ ad liberos.debuit glo.allegare librũ Nouellarum in rub.de legitimis portionib.à parentib.relinquendis, vt hic per Cyn. in

36 2.q. ¶† Et an talis liber Nouellarum ſit authenticus, & allegabilis ad deciſionem cauſarum,vide Bald.in Auth.hoc amplius. in 1.col.cum concor.C.de fideic. adde, quòd *communis ſententia* eſt cum gl.quòd in aſcendentib.hodie aucta ſit legitima, prout etiam tenet glo.in §.hæc à nobis.in Auth.de trien.& ſemiſ.& in §.cùm igitur.in Auth.de non eligen.ſecun.nu. firmat etiã Bart. in l.nam & ſi parentib.per illum text. quem bene inducit. ff.de inoffi.teſta.& illam legem legit ibi Bar. cum l. pater filium.in fi. idem tenet Bar.& Ang.in l.ſi à milite.§.fin.ff.de teſtam. mili.& etiam Bar.& Ange.in §.j.ad fin.in Auth.de hære. & Fal. Pau.de Caſt.in Auth ex cauſa.C.de lib.præte.& dum glo. dicit de legitima tranſuerſalium,quòd hodie non ſit aucta,adde Bald.in l. fratres.ĩ.eo.¶Iuxtà hanc partem glo.quærit Bar.de ſubtili,& di

37 ſputabili.q. † an hodie neceſſe ſit, quòd parentes habeant legitimam tit.inſtitutionis,& concludit,quòd non,per glo.in l.j.§.j. ff.ſi quis à pat.fur.ma. quæ dicit idem in legitima patroni , quæ ſibi non debetur ti.inſtitutionis.Et regulariter parentes,& patronus æquiparantur : niſi in caſib. ſpecialib. enumeratis per illam glo.inter quos iſte non reperitur: monetur etiam Barto.quia in correctorijs, quod non mutatur expreſsè,quare ſtare prohibetur.l.præcipimus.in fi.C.de appel.l.ſancimus.C.de teſtam.idem per omnia tenet Barto.in l.ſiue. §.excluditur.ff.de iure pat.& in hac opin.Bar.eſt ſolus,& miror,quòd ex tam frequenti caterua Legiſtarum & Canoniſtarum Bar.nullum amicum inuenerit, qui tenuerit cum eo. ¶*Contra eius opi. eſt communis* indifferẽter, quòd imò etiam parentib.debeat relinqui ti. inſtitutionis. Et in

e primis Iaco.de Belu.qui diſputauit iſtum paſſum in [e] d. §.aliud quoque capitulum, quem non ignorauit Bart.eum referens in d.l.ſiue.§.excluditur. mouebatur inter cætera per §. ſiue igitur. verſi.& hoc quidem de parentum.iuncta d.l.ſancimus. in Authen.vt cùm de appel.cog.vbi dicit tex.quòd ea, quæ diſpoſita ſunt in filijs,habeant locum in parentib.ſed in filijs ſtatutum eſt ſup.quòd habeant legitimam ti.inſtitutionis,ergo eo. modo in parentib. & hoc modo ceſſat fundamentum Bart. dum dicit, quòd non reperitur correctum, quia imò eſt correctum. mouebatur etiam per §.hæc autem diſpoſuimus.dum dicit, vt parentes , & liberos ab iniuria arceamus. in eo autem idem tenet ſimpliciter Sal.hic in 3.quæſtio.dicens hoc probari.in d.§.aliud quoque capitulum.& in § cæterum.idem Flor.hic, qui dicit ſe per multas rationes ita pluries conſuluiſſe,idem Raph.Ful.hic, Bal.in l.j.C.de bon.poſ.contratab.liberti. vbi dicit Bart.malè dicere,& contra veritatem, quia longè fauorabilior eſt legitima parentum , quàm patronorum , & aliud non dicit. idem tenet hic Pau.de Caſt.Lud.Rom.& d.Alex. & dicit ibi.d. Alex. quòd communis opi.eſt contra Bar.idem tenet Bal.in l.omnimodo. ĩ.e. vbi refert iſtam quæſtionem fuiſſe de facto Cortonæ , & ſe conſuluiſſe ꝙ Bar.motus per æquiparationem,quæ fit in l.nam & ſi parentib.ff.e.& per bonum tex.in d.§.cæterum , ibi,ſola.n. eſt noſtræ ſerenitatis intentio à parentib.& liberis, &c. Item dũ tex.ibi dicit,parentes enim optant à ſuis filijs honorari,cùm titulus inſtitutionis ſit ti.honorabilis , vt dixi in j. parte huius glo. ¶Sed ego reſpondeo,q̃ etiam titulus legati eſt titulus honorabilis.idem per hæc.ĩ.tenuit Bal.in Auth.ex cauſa.in 7.colum.in ver.3.op.& videtur.C.de lib.præte.& Sal. per ea fundamenta in d.l.omnimodo.in 5.op. Ange.in d.l.nam & ſi parentib. Petr.de Anch.& Imo.in d.c.Ray.Imo.in rep.d.§.ſi ex fundo.in vlt.char. in ver.iuxta prædicta reſtat dubium. & ita ibi refert ſe pridie cõ ſuluiſſe contra Bar.apud Paduam.Motus forti fundamento ip ſiuſmet Bar.in d.l.nam & ſi parentib.vbi vult Bar. q̃ cùm per illam.l.parentes,& filij æquiparentur, ſicut hodie per iura correctoria eſt augmentata legitima filiorum , ita intelligitur aucta legitima parentum,ergo per eandem æquiparationẽ ſicut hodie per iura correctoria ſtatutum eſt in filijs de ti.inſti. idem intelligitur ſtatutum in parentib. Et dato , q̃ in legitima patroni iſtud nõ reperiatur immutatum, vt dicit Bar.tñ bene dicemus eſſe

ADDITIONES.

a Alex.li.2.conſi.168.col.2.Fulg.conſi.91. PVRPV.

b De verbo relinquo,vide Parpal. in rep. legis primæ. char.60.ſ. de ſacroſan. eccl.Io.de Pla.in §.eadem.in fi.inſti.de hæ.quæ ab inteſt. PVRPV.

c An legitima debita aſcendentibus augeatur, & ita pro matre. Ale.lib.1.cõſi. 45. in vlt.dub.& dicit communem Alexan.1.lib.conſi.111.ſuper tit.vlti.dub. PVRPVR.

d Aſcendentib.Hanc dicit communem Alex.lib.1.conſi.140.ſuper. & in conſi. 45.lib.1. PVRPV.

e *Paſſum in.Adde,quòd hanc ſequitur;& communem dicit contra Barto.Clar. §.teſtamentum.q.38.verſi.ſed quæro tu ſcis. & vide, quæ ſcribit Villal.inter. com.opi.lib.10.ver.legitima.Rolan.conſi.39.li.3.poſt Dec.in l.j. C.de bono. poſ.ſec.tab.Dilec.de arte teſt.tit.3.caut.1.nu.8. MASVER.

Source : BIU Cujas

38 eſſe mutatum in patre ex æquiparatione iuris antiqui.† cùm in correctorijs, quando duo caſus æquiparantur à lege antiqua, lex noua corrigens in vno, corrigit & in alio, vt eſt gl. in l. ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit. in gl. fi. C. de fur. & in l. quòd verò contra. ff. de legi. Item quia hoc ſatis expreſsè diſpoſitum eſt in d. §. ſiue igitur. ver. & hæc quidem de parentum, vt ſuperius dixi. eandem opi. tenent Ang. & Pau. de Caſt. in d. Auth. ex cauſa. Ang. de Are. in §. fi. inſtit. e. & d. And. Barb. in d. c. Ray. vbi vltra alios ad hoc ponderat text. in d. §. hæc autem diſpoſuimus. ibi, vnde & conſtat ad vtriuſque partis vtilitatem, &c. Pondera iſtam dictionem vtilitatem, iuncto eo, quod dixi. ſ. q̃ titu. inſtitutionis affert vtilitatem, dixi tamen poſſe reſponderi, vt ibi per eum. ¶ Et pro iſta communi ſententia diſputationis gratia ego addo aliud fundamentum, nam licèt regulariter in correctorijs non ſit licita extenſio, iurib. vulgarib. iſtud eſt verum niſi in correlatiuis, quia in correlatiuis ius nouum corrigens in vno intelligitur corrigere in alio. l. fi. in prin. & ibi expreſsè not. Bart. C. de iudi. in 6. colum. ſed pater, & filius ſunt correlatiua, igitur, &c. Eandem opin. latè diſputando tenet d. Signo. de homodeis de Mediolano in conſi. incip. Berta deceſſit relicto marito. Fateor iſtam eſſe communem ſententiam, & quòd temerarium eſſet ab ea diſcedere. ¶ Tamen diſputando mihi videtur, quòd ſententia Barto. ab omnibus damnata poſſit defenſari, & credo, quòd in puncto iuris ſit verior. pro qua moueor, quia per coniecturas, vel per ſubauditos intellectus non debet induci legum correctio, vt dicit glo. reputata ſing. in cap. cupientes. §. quod ſi per viginti. de elect. in 6. ſed inductiones Docto. circa illos text. Authẽticorum veniunt per coniecturas, & per ſubauditiones. igitur, &c. ¶ Secundò, & fortius moueor, & in hoc facio magnum capitale, quia licèt in exorbitantib. quando duo caſus parificantur à lege antiqua; quicquid de nouo ſtatuitur in vno, intelligatur ſtatutum in alio, vt propriè loquitur gl. præalle. tñ in correctorijs lex noua corrigens in vno ex caſib. parificatis, non intelligitur corrigere in alio, vt expreſsè dicit glo. in §. fin. ſuper ver. impleuerit, quam ibi ad hoc not. expreſsè Ang. de Are. inſt. quib. ex ca. ma. nõ licet. probatur clarè in l. fi. iuncta Auth. quas actiones C. de ſacroſ. eccl. nam in d. l. fi. ciuitas, & Eccleſia æquiparantur, tamen d. Auth. quas actiones. corrigens in eccleſia, & ſic in vno ex caſib. parificatis, non intelligitur corrigere in ciuitate, *ſecundum communem opin.* glo. & Doct. ibi. & licèt Bar. in pleriſque locis teneat, q̃ etiam in correctorijs illa regula ꝓcedat, ita tenet Bar. in Auth. ſed cùm teſtator. in 2. col. C. ad leg. Fal. & in l. Marcellus. in prin. ff. ad Treb. ſentit Bar. in l. ij. ff. de leg. j. ¶ Tñ quia iſtud eſſet contra ius proximè allegatum, ideo ſubtilis. d. Bonon. d. Mathe. in ſuo no. tractatu extenſionum. in 2 col. dicit, & bene ad hoc, vt iſta regula habeat locũ in correctorijs, oportet, q̃ æquiparatio fiat per legem antiquam in illis terminis precisè, in quib. lex noua corrigens loquitur, tunc bene fit extenſio, & procedit regula: ſed ſi per legem antiquam non fieret parificatio in illis terminis, vel nõ fieret in omnib. ſecus eſſet, iſtud patet in d. l. fi. vbi ciuitas, & Eccleſia quantum ad præſcriptionẽ non æquiparantur in omnib. ſed tñ in quatuor caſib. ibi poſitis, ergo lex noua corrigens generaliter quantũ ad præſcriptionem in vno, non intelligitur per hoc corrigere in alio. d. Auth. quas actiones. ita in propoſito noſtro, quamuis aſcendentes, & filij æquiparentur, vt vtriſque debeatur legitima, & nõ minus piè vni, quam alteri. d. l. nam & ſi parentib. tamen illa æquiparatio non fiebat in materia noſtra. ſ. quantum ad titulum & modum relinquendi; ergo lex noua corrigens in iſta materia, in qua non reperitur æquiparatio ſpecialis in vno, nõ intelligitur corrigere in alio, & hoc modo tolluntur multa obiecta. ¶ Cõfirmo, quia inter aſcendentes & deſcendentes multæ, & variæ reperiuntur differentiæ, quas curioſus lector poterit inuenire, ex quib. apparebit iſtam æquiparationem non eſſe generaliter
39 veram, imò *magis communiter* non procedere. ¶† Patet primò, quia licèt filius poſſit detrahere duas quartas. ſ. Treb. & quartã debitam iure naturæ, ſecundum communem ſententiam. cap. Ray. & Raynaldus. de teſt. Bar. & alij in l. quanquam. C. ad l. Fal. cum ſi. concor. tamen pater, vel alius aſcendens non poteſt detrahere niſi vnam quartam, eo quia in patre iſtud non eſt expreſsè ſtatutum, ita ſin. decidit Bal. in l. ſi à milite. §. fi. ff. de teſta.
40 mil. quòd tamen aliter non examino. ¶† Item patet, quia ſi pater alienauit bona in fraudem filij, & ille in quem ſunt alienata participauit de fraude, poteſt poſteà filius reuocare vſque ad legitimam ſuam; & tamen èconcontra ſi filius alienauit in fraudem patris, ſecus eſt, vt ſignanter dicit Bar. in l. non vſque. ff. ſi quis à par. fue. ma. motus, quia verè non ita debetur legitima parentib. ſicut liberis, licèt ita pium ſit. Patet etiam, quia l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt. loquens in patre teſtante inter filios cum duob. teſt. non procedit èconcontra, ſi filius teſtaretur inter aſcendentes, vt ſin. determinat Spe. in ti. de inſtr. edi. §. compendiosè. in ver. quid ſi filius. Bald. & Sal. in l. fi. C. fam. erci. Bald. in d. l. hac conſultiſſima. §. fi. per illum tex. & in l. ſi qua illu-
5 ceſſarius. ¶ Quarto ibi eſt text. valde not. † ꝙ filius exhęredatus efficitur ſuus, & neceſſarius hęres exhęredanti, mediante perſona nepotis; teneas benę menti illũ tex. quia multum limitat alia iura loquentia de tali materia, & Bald. ibi dicit, ꝙ ille caſus eſt valde mirabilis, & licèt ſoleat reputari ſing. tamen habes text. conſimilem, & fortè meliorem in l. filius patroni. ff. de bon. quæ lib. pro concordanti alleg. Bar. in l. ſi. in 3. col. ff. de condi. indebi. ¶ Secundo modo legitur iſta l. per glo. 2. ꝙ filius erat mortuus ante auum, & dubium faciebat in hac l. quia filius erat emancipatus tempore, quo neptis nata eſt, prout vult dicere tex. in aduerſatiua, quamuis pater eius emancipatus fuerat, & ſic videbatur extra familiam aui, & iſte intellectus magis conuenit literę,
6 ſm quem iſta l. h. d. ¶ † Neptis exhæredata, nata ex filio emancipato, habet tamen quærelam inoffi. teſtamenti. h. d.

ADDITIO.

a ¶ Quatuor. Adde de illo tex. quæ ſcribit Iaſ. in l. ſi pater. col. 9. verſ. ſed diſputando, infra de inſti. & ſubſt. & ſupra vt nem. lic. ſine iud. ſe vind. BELLOT.

SVMMARIVM.

1 *Pater, vel mater habent arbitrium plus relinquendi vno filio quã alijs, dummodo alij ſuam legitimam habeant.*
2 *Agnoſcens iudicium defuncti non poteſt amplius illud querelare.*
3 *Soluens debitum paternum pro hæreditaria portione, dicitur approbare teſtamentum patris.*
4 *Per quas cauſas quis excludatur à querela inoffi. teſtamenti.*

LEX VIII.

PArentibus. Pater poteſt diuidere bona ſua inter liberos etiam inęqualiter prout vult, dummodo vnicuiq; legitimã ſuam relinquat. hoc primò. Et qui agnouit iudiciũ defuncti, perdit quærelam, q̃ habebat ex eo, ꝙ ſibi minus legitima erat relictum. hoc dicit ſecundò, a & vltimò, & ſic iſta lex
1 habet duas partes, quæ patent ex ſummario. ¶ † No. 1. ꝙ pater, vel mater habet arbitriũ plus relinquendi vni filio quàm alijs, dummodo alij ſuam legitimam habeant, facit. l. hac edictali. §. 1. C. de ſecund. nup. tex. in §. pen. in Auth. de nup. in dubio autẽ lex vult æqualitatem ſeruari inter liberos. l. vt liberis, & ibi Bald. in 2. no. C. de colla. Bal. in Auth. ex teſtamento, in 1. no. eod. tit.
2 ¶ Secundò no. † ꝙ agnoſcens iudicium defuncti, non poteſt amplius illud querelare, facit. l. cum donationib. & ibi gl. ĵ. tit. 1. & tex. no. quem videas, in l. ſi proponas. §. ſi hęreditatem. ff. eod. ſimiliter qui acceptat relictum factum ſibi, vel filio ſuo, aut ſeruo, non poteſt querelare teſtamentum. l. nihil. in princip. & ibi Bar. & l. ſi pars §. 1. ff. eo. Adde ſecus eſſe in querela inoffi. donationis, nam qui agnouit iudicium defuncti, poteſt tamen intentare querelã inoff. donationis, vt dixi in Auth. vnde & ſi parens. ſ. eo. & ratio eſt, quia ille non expugnat teſtamentum, quod ap-
3 probauit, ſed alium actum factum inter viuos. ¶ † Tertiò no. ꝙ ſoluens debitum paternum pro hęreditaria portione, dicitur approbare teſtamentum patris. facit. l. 2. vbi dixi. C. de iur. delib.
4 ¶ † Vltimò ad glo. quæ enumerat ſex cauſas, quibus quis excluditur à querela inoffi. teſtamenti. Adde ſimilem glo. in l. cùm donationibus. ĵ. tit. 1.

ADDITIO.

a Nota pulchram regulam, legitimam deberi illis deſcendentib. qui futuri erũt hæredes, ſi aſcendens inteſtatus deceſſerit. Alex. in l. ſi emancipati. 5. colum. vbi Iaſ. infra de collat. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum militis ſiue ſit factum iure militari, ſiue communi, non ſubiacet querelæ.*
2 *Priuilegium non intelligitur concedi cum damno tertij.*

LEX IX.

1 EInofficioſo. † Teſtũ militis ſiue ſit factum iure militari, ſiue iure communi, non ſubiacet querelę. h. d. ¶ Idem dicitur in l. teſtm. ĵ. eo. Et iſtud extenditur ad filiumfam. militem, in l. fi. ĵ. eo. vbi poſt gl. dicetur, an iſtæ il. hodie ſint correctæ. ¶ In tex. ibi, vel tribuni numeri, intellige, ideſt, tribuni,
2 qui preſint alicui num. milium. ¶ † Not. ex iſta l. limitationem, & regulam ꝙ priui. non intelligitur concedi cum damno tertij, l. nec auus. C. de emancip. lib. l. 2. §. merito, & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco public. & text. loquens de milite in l. cùm filiusfam. in fin. ff. de teſtamen. milit. tamen priuilegium poteſt concedi cum damno, & præiudicio tertij, caſus eſt hic, & in d. §. ſi quis à principe, vbi Bar. no. dixi in l. reſcripta, vel in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publ.

SVMMARIVM.

1 *Querela competit contra fiſcum, qui ſucceſſit hæredi ſcripto.*
2 *Dignitas inſtituti non nocet querelæ.*
3 *Querela non præparata licèt non tranſmittatur ad hæredes actiuè, tamen bene tranſmittitur paſſiuè.*

LEX X.

1 IHæredum. † Contra fiſcum, qui ſucceſſit hæredi ſcripto, competit quærela, ſed mutato iudice. hoc dicit. Et erat dubium, quia querela inoffic. teſtamenti competit contra ſcriptum hæredem, ſed fiſcus non erat ſcriptus hæres in teſtamento, dic vt dixi in l. 1. ſ. eod. ¶ Adde, quod etiam ſi in teſtamento eſſet inſtitutus hæres Imperator, vel Papa, tamen filio exhæredato competit querela. lege Papinianus. §. ſi Imperator.

Source : BIU Cujas

Imperator. ff. co. & ibi gl. & Bar. dicunt, ꝙ idem si esset institutus
2 hæres Deus, vel pauperes Christi. † Ex quo habes, ꝙ dignitas instituti non nocet querelæ. facit l. si quis Imperatorem, &
3 l. cùm hæredes. C. qui test. fac. poss. ¶ † Secundò no. ſm Mod. hic, ꝙ licèt querela non præparata non transmittatur ad hæredes actiuè. l. posthumus. §. fi cum l. seq. ff. eo. dixi in l. si pater, s̃. eo. tamen bene transmittitur contra hæredes passiuè.

SVMMARIVM.

1 *Causa, propter quam potest filius iustè in testamento exhæredari, non est sufficiens ad repellendum eum ab intestato à legitima successione.*
2 *Si filius prætereatur in testamento patris, etiam cum insertione causæ, tamen testamentum est ipso iure nullum.*
3 *Turpitudinem, quam ipse patitur, alteri quis obijcere non potest.*
4 *Infamis potest obijcere infamiam testi.*
5 *Mater meretrix non potest propter meretricium filiæ eam exhæredare, nisi mater esset emendata, & ad vitam honestam reducta.*
6 *Filia, quæ peccauit in corpore, non debet ali, nec dotari à patre, nisi per pœnitentiam emendata.*
7 *Si filius commisit ingratitudinem, propter quam poterat à patre exhæredari, si pœnitentiam viuo patre agat, vel ante conditum testamentum, non poterit amplius exhæredari.*
8 *Si pater exhæredauit filium ex iusta causa, & postea filius se reconciliauit cum patre, exhæredatio censetur adempta.*
9 *Vsurarius an post peractam pœnitentiam, & restitutionem vsurarum factam, possit admitti in testem.*
10 *Pater magnus meretricator potest filiam meretricem exhæredare.*
11 *Fœnerator non habet querelam contra testamentum fratris, turpem personam instituentis, si ipse sit turpis persona.*

LEX XI.

IN arenam. Arenarius spontaneus licèt sit infamis etiam de iure, tñ retinet ius legitimæ successionis ab intest. sed condito testõ si sit exhęredatus, ꝓp istam infamiã non habet quęrelã de iure ciuil. nec bon. pos. gratia litis agnoscendę de iure prætorio, nisi pater sit eiusdem ↄditionis. h. d.
1 ſm intellectũ, quem intendo inferius tenere. ¶ † No. vltra alios ex hac. l. no. regulam, ꝙ causa per q̃ potest filius in testõ iustè exhæredari, non est sufficiens ad repellendum eum ab intest. à legitima successione, facit text. in l. omnimodo, in ver. nam si nullam. ℑ. eo. ¶ Ad idem, & scdo facit optimè, ꝙ tenet Bar. in l. fratres, in fi. & ibid. Bal. ℑ. eo. ꝙ tres causæ ingratitudinis ꝓpter quas potest frater exhæredari, non tñ repellunt ab intest. à successione fratris, & per hoc apparet non bene dicere Ang. in §. ingratitudinẽ, per gl. ibi in Auth. de nup. vbi tenet, ꝙ si filius in testõ patris sit exhæredatus non expressa causa, tñ vtile est cãm probari, quia saltem repellet eum ab intest. cùm ex testõ venire non possit, & dicit ꝙ propterea cauti aduocati semper probant cãm ingratitudinis filij, quamuis non fuerit expressa in testõ, credo ꝙ ex prædictis malè dicat, licèt aliqñ referendo
a eum incidenter sequutus sim, & ℑrium tenet ipsemet Ang. [a] in l. 1. in fi. ff. de inoffi. test. vbi reprobat illam gl. in d. §. ingratitudinem. per tex. l. omnimodo. §. 1. vbi ſm eum est tex. ꝙ exhęredatio propter ingratitudinem debet fieri in testõ, & debet in testõ nominatim exprimi causa ingratitudinis. ¶ Limita prædictam regulam, non procedere in patrono, quia ex qua causa potest per libertum exhęredari, per eandem ab intest. repellitur à legitima successione, text. est in l. cùm patronum, cum l. seq. ff. de iure patro. quam allegat Bar. in d. l. fratres. ad fi. & ratio diuersi. est, quia facilius excluditur patronus à legitima sibi debita, quàm excluratur filius. gl. est in l. si quis legatum. §. fi. ff. de fal. Secundò pondera tex. ibi, neq; bon. pos. ei competit. Rapha. Fulg. & Pau. de Cast. intelligunt text. loqui de bon. pos. ℑtab. quæ competit filio præterito, non autem exhæredato. l. nõ putauit. §. non q̃is. ff. de bon. pos. ℑtab. & sic si filius arenarius propter hanc cãm infamiæ sit exhęredatus in testõ patris, aut in eo præteritus, neq; sibi competit querela, quia sit exhæredatus, nec bon. pos ℑtabu. quia sit præteritus, & ex hoc no. Fulgo. & multum miratur de isto tex. ꝙ illæ causæ, quæ excludunt à querela, excludunt etiam à bon. pos. contratabu. quamuis ſm eum videatur contra per l. 3. §. si emancipa. filius. el 1. ff. de bon. pos. contrabu. nisi diceres, ꝙ hoc sit speciale in ista causa, qñ filius est arenarius, quod tamen ſm eum non est dicendum, cùm multæ aliæ causæ reperiantur grauiores ista, & sic titubat in hoc tex. neque firmat. Pau. de Cast. etiam no. ex hoc text. ꝙ filius propter infamiam exhæredatus, vel præteritus non habet querelam inoffi. testamenti, nec contratab. nec ius dicendi nullum, quia veniret contra voluntatem defuncti, & propterea multum reputat tenendum menti istum tex. ꝙ præteritio filij infamis non reddit testamentum nullum, cùm habeatur pro exhęredatione. ¶ Ego aliter intelligo istum tex. & puto, ꝙ non loquatur de bon. pos. contratab. quæ datur præterito, qa in isto tit. Imperator non loquitur de filio præterito, nisi quando præteritio haberetur pro exhęredatione, vt in matre. l. 3. s̃. eod. intelligo ergo tex. loqui de bon. pos. gratia litis agnoscendę, quę datur emancipato exhęredato, vt dixi in l. 1. s̃. eo. & sic tex. vult dicere, ꝙ huic filio exhęredato in testõ patris, propter infamiam arenariam, non competit querela de iure ciuili, nec bon. pos. gratia litis agnoscendę de iure prętorio, & licèt text. simpliciter dicat bon. pos. tamen etiam tex. in l. 2. s̃. eo. simpliciter dicit bon. pos. & tamen intelligit̃ bon. pos. gratia litis agno-
* scendę, ſm primum intellectum gl. ibi *communiter approbatum*, & ſm istum intellectum iste tex. est planus, & cessant absurda proximè relata. ¶ Fortius, ꝙ iste text. non possit loqui in filio
2 pręterito, vt volunt Mod. patet, † quia si filius prætereatur in testamento patris, etiam cũ insertione causę, tñ testamentum est ipso iure nullum etiam hodie, vt est glo. reputata sing. in §. exhęredatos. in Auth. de hęr. & fal. Bar. in Auth. ex causa. in 3. q. prin. C. de lib. pręte. & in l. filio pręterito. ff. de iniust. rup. licèt Vltramon. tenerent illam opinionem, quam voluit sequi Pau. de Cast. hic, ꝙ talis pręteritio cum causa habeatur pro ex-
* hęredatione, sed illa *opinio reprobatur communiter* per Barto. & alios in d. Auth. ex causa, & in Auth. non licèt, vbi Ang. & Moder. C. eo. de lib pręte. & sic dato, ꝙ filius hic fuisset præteritus ex ista causa infamię, quia testamentum esset nullum, haberet ius dicendi nullum de iure ciuili, & contratab. de iure prætorio, vt habetur in locis prælleg. bene verum est, ꝙ si causa inserta in prętieritione probaretur esse vera, bene hodie excluderetur à iure dicendi nullum, sicut à quærela in effectu, ſm Ang. in d. Auth. non licèt, & ibi d. Ale. in 5. col. & Pau. de Cast. in d. Auth. ex causa. in 3. col. & latius in 7. ¶ Tertiò no. ex versi.
3 fi. † ꝙ quis non potest alij obijcere turpitudinem, quàm ipse patitur, quia nil Iudęus Iudęo, nil Catilina Cethego. glo. in l. in l. qñ. C. de hęret. & in l. ii duo. ff. de dolo, & glo. in c. ℑ Christianos. de hęret. in 6. Et sic facit iste text. ſm Docto. hic, ꝙ infamis non possit obijcere testi infamiam, & ita tenet gloss. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de testi. tamen iudex ex officio potest talẽ
4 testem repellere, per l. quos ꝓhibet. ff. de postul. ¶ † Contrariũ tamen, quòd imò infamis possit obijcere testi infamiam, tenet idem Barto. vbi alij ponunt, in l. cùm mulier. ff. solu. matrimo. vbi respondet ad istum text. ibidem videas per Moder. & glo.
5 & Docto. in c. testimonium. de testi. ¶ † Quartò per istum tex. in fi. dicunt Bar. Bal. & Fulg. hic, ꝙ mater meretrix non potest
b propter meretricium filiæ eam exhĩdare. [b] adde Bal. in l. filiã. ℑ. eo. vbi limitat, nisi mater esset emendata, & ad honestam vitam reducta, quia vltima consuetudo attendi debet. l. mela. §. pen. ff. de ali. leg. Adde, ꝙ idem tenet Rapha. Fulg. hic, licèt de Bal. non faciat mentionem, sed allegat meliorem tex. in l. imperialis, in prin. C. de nup. vbi Barto. & Bald. no. ꝙ qui deliquit, post peractam pœnitentiam, & indulgentiam habetur perinde, ac si non deliquisset, quod facit pro teste periuro, qui peracta pœnitentia poterit admitti in testem, nec obstabit exceptio periurij. Pro certo mirandum est de hoc vltimo, quia text. est de hoc in contrarium in c. testimonium, de test. nisi dixeris, ꝙ Barto. istud vltimum non firmat, ex quo remittit se ad Inno.
6 ¶ Ego sequor istam limitationem Bal. & Fulg. & cõfirmo, † qa
c licèt filia, quę peccauit [c] in corpus, non debeat ali, nec dotari à patre, vt no. Spec. in tit. qui fi. sint legi. §. pen. ver. quid si filia peccauit. Bal. in l. fin. C. de dona. promis. tamen filia per pœnitentiam emendata, debet ali, & dotari à patre, secundum Spec. in d. §. pen. ver. quid si pœnitentiam egerit. sequuntur Cano. in c. Quintauallis. de iureiur. vbi d. Ant. de But. in 3. col. & Panor. in 2. vbi etiam alleg. bonum tex. in c. ferrum, & ibi glo. 50. dist. Et per hoc infert d. Alex. & dicit esse suum nouum dictũ in l. 1. in
7 16. col. ff. solu. matrim † ꝙ filius, qui ingratitudinem commisit, per quam poterat à patre exhęredari, si pœnitentiam viuo patre agat, vel ante conditum testm̃, non poterit amplius exhęredari. Adde, quod no. Bar. in l. 3. §. 2. per illum text. ff. de adi. leg.
8 † ꝙ si pater exhęredauit filium ex iusta causa, & postea filius
d se reconciliauit cum patre, exhęredatio censetur adempta, [d] ꝙ mul-

ADDITIONES.

a Ang. Adde, ꝙ contrarium tenuit idem Ias. in l. cùm mota. colum. 4. supra de transact. sed pro Ang. vide Corset. singu. 143. Galiaul. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 12. nu. 48. BELLAC.

b Vide Ias. in l. si filiam. ℑ. eo. Alex. in l. si cùm dotem. §. finautem in sequissimo. 4. no. ff. sol. matri. Ias. contra in rub. ff. de iust. & iur. no. Bal. in l. 1. colu. 2. & 3. C. de ædic. act. PVRPVR.

c ¶ Peccauit. Adde Card. Alex. in repe. c. per venerab. qui fil. sint leg.

d Adempta. Adde Bal. idem in effectu concluden. cons. 112. lib. vlt. eundem Ias. in l. filio quem pater. in prin. col. 1. ver. confirmatur. ff. de libe. & posthu. BEL.

Source : BIU Cujas

q̄ multum not. ¶Contra prædictam tamen limitationem videtur facere, q̄ not.Bart.in l.si quis fugitiuus. in prin.per illum tex.ff.de ædil.edic.& in l.palàm. §.non tolùm, per illum text.ff. de rit.nup.de vsurario,qui desiit vsuras exercere,cum concor. quam dedi in l.1,C.de eden.& fortius vult Bal.in l.improbum
9 fœnus.circa medium. C. de infa. † q̄ vsurarius peracta pœnitentia,& q̄ plus est facta restitutione vsurarum, tñ non admittatur adhuc in testem.¶Contrarium tamen in hoc,& melius tenet idem Bal.in rub.C.de vsur.in 2.col. & notabilius in c. pastoralis.in vlt.col.de offi.ordi.Ang.in l.sicut.§.si superuacuum.
10 ff.quib.mod.pign.vel hypo.solu.dixi in d.l.1, C.de eden.¶† Secundò limita prædictum not.procedere in matre, secus est in patre,quia licèt pater esset publicus, & magnus meretricator, tamen potest exhæredare filiam, quæ est meretrix, ob hanc causam,quoniam mulieres magis decet esse pudicas,& castas, quàm mares.l.pen.C.ad Orfic.ita limitat Raph.Ful.in Authen. sed si post.ℸ.eo.& ponit idem Raph.hic in fi. Cyn.in l.filiam.ℸ. eo.& dicit gl.in l.palàm.§.quæ in adulterio.ff.de rit. nup.quòd maior castitas etiam secundum mores hominum exigitur in fœminis, quàm in masculis. ¶Vltimò per istum text.in fi.di-
11 cit Bal.in l.improbum fœnus,circa prin.C.de infamis,† q̄ nullus fœnerator habet querelam inoffi.testamenti contra testamentum fratris turpem personam instituentis,cùm etiam ipse sit turpis persona,quod no.pro limitatione. l. fratres. ℸ.cod. Adde in simili tex.de vsurario,in c.quia frustra.de vsur.

SVMMARIVM.

1 *Grauamen fideicom.iniunctum reciprocè inter filios, non inducit querelam,cùm ita se habeat ad lucrum,vt ad damnum.*

2 *Donatio reciproca facta inter coniuges constante matrimonio hoc modo,scilicet si contingat alterum præmori,superstes habeat bona, valet & tenet.nu.6. & 7.*

3 *Donatio,quæ excedit summam. 500. aureorum licèt sine insinuatione non valeat, tamen donatio mutua,vel vicissitudinaria non eget insinuatione.*

4 *Qui conuenit ne teneatur de euictione,tamen re euicta tenetur ad rationem pretij.*

5 *Promissio vnius principis facta alteri de non receptando bannitos, intelligitur de his,qui sunt de præsenti banniti, tamen mutua promissio facta inter duos principes vel ciuitates,refertur etiam ad futuros ratione vicissitudinis.*

8 *Si aliquis emit fructus alicuius fundi à monasterio ad vitam suam pro mille ducatis,& superuixerit tanto tempore, q̄ tot fructus percepit,q̄ ascendunt ad mille ducatos, talis contractus est licitus, & non vsurarius.*

LEX XII.

SI pater puellæ. Propter reciprocum fideicom.inter filios iniunctum non censentur filij grauati, vt eis querela cōpetat, eo quia habent æqualē spem
1 & dubius est euentus. h. d. ¶† Not. q̄ grauamen fideicommissi iniunctum reciprocè inter filios non inducit querelam, cùm ita se habeat ad lucrum,vt ad damnum, facit. l.de fideicommisso.C.de transact.& l.si ea.l.C.de vsur.¶Sed an istud sit hodie immutatum per l.quoniam in priorib.ℸ.eo. & gl.hic tenet q̄ sic,q̄ est immutatum, q̄tum est vsq; ad legitimam filij, quia filius debet habere legitimam suam potè sine aliquo grauamine,in alio durabit onus fideicom. & sic hęres primi morientis detraheret legitimam filij, postea in re fideicom. restituet residuum detracta Treb.idem tenent Bar. Bal.Sal.& Pau. de Cast.hic,& dicunt q̄ ita obseruat cōsuetudo.¶Contrarium tenet Richar.Malum.vt refert Bar.hic,& gl.in d. l. q̄n in prioribus.qui mouetur fundamento,q̄ sibi ascribit Rapha. Fulgo. hic,qui ēt tenet istam partem.nam illud grauamen hodie reijcitur de legitima,per q̄ inducebatur querela,& hoc odio querelæ, ne testm̄ euertatur,sed istud grauamen fideicommissi reciproci non inducebat quærelam, vt hic,ergo non tollitur p̄ d.l.q̄n in prioribus,& est bonum,& stringens fundamentum; adde,q̄ idem tenet Raph. Cuma. per istud idem fundamentum in l.cùm ex filio,in prin.ff.de vulg.& pup. vt etiam refert. d.Alex.¶Placet tñ plus prima pars,cùm istud verè sit onus,patet quia neuter poterit disponere de istis bonis etiam vsque ad quantitatem legitimæ,nec testando nec alienando inter viuos. l.fi.§.pen. C.communia de leg. & q̄ sit onus non obst. vicissitudinę,habes gl.in l.licet inter priuatos.in ver.mortis.in fi.C.de pact.q̄uis Mod. ibi reprobent illam gl. ¶Secundò p̄ istam l.di-
2 cunt Cy.Bal.Sal.& Mod.hic,† q̄ donatio reciproca facta inter coniuges constan.matri.isto modo, si contingat alterum præmori,superstes habeat bona, valet, & tenet,q̄ non est mera liberalitas.no.q̄a est magna limitatio ad tit.ff.& C.de don.inter vi. & vxo.&c.donatio. eo.tit.cū aliàs talis donatio sit ipso iure nulla,& traditio inde sequuta.l.3.§.sciendum.ff.de dona. inter vi.& Ludo. Roma.in fin.suis in sing.820.q̄ incip. prohibiti inter se donare.dicit se mirari de Bald. hic,qui nititur auctoritate Cy.cum de hoc sit tex.expressus l.in loco ordinario, in l.q̄ autem.§.si vir.& vxor.ff.de dona.inter vi.& vxo.tu dic q̄ Bal.neglexerit allegare illum tex.vt puto, quia nihil facit in proposito.ibi enim donatio mutua ex vtraq; parte re ipsa habet effectum,& ideo quia neuter fit pauperior,vt ibi dicit tex.valet ex vtraq; parte,sed in casu nostro q̄uis ista donatio sit reciproca, tñ re ipsa non habebit effectum nisi in vno, quamuis incertū
3 sit in quo.¶Tamen istam concl.Doct.firmo ex quatuor.† Primò,quia licet aliàs donatio,quæ excedit [a] summam quingentorū aureorū sine insinuatione nō valeat.l.sancimus. C.de dona.Bar.& alij in l.Modestinus.ff.eo.Bal.in l.illud.C.de sacrosan. eccl. tñ donatio mutua, vel vicissitudinaria non eget insinuatione,ſm Ang.consi. 179. incip. visis prædictis instrumentis.in pen.col.vbi solùm mouetur,quia non est propriè donatio,debuit allegare.Io.And.in not.decisi.in tit.de instru. edi. §. porrò. circa vlt.col.de duob.fratribus habentib.in communione bona paterna, & quilibet eorum donabat alteri partem suam, q̄ superuiuens haberet,opponebatur, q̄ ista erat donatio,quæ siue insinuatione non valet; refert ℸrium fuisse determinatū, quia non est mera donatio sed vicissitudinaria, & ante eum fuit decis.Old.Laud.in consi.139.quod incip.ad habendum.sequuntur Alb. & Sal.in l.fi. C.de pact.Imol. & Ludo.Roma.in l.Attilius regulus.ff.de dona. d.Alex.in l. licèt inter priuatos. in
4 vlt.col.C.de pact.¶† Secundò facit, nam qui conuenit,ne teneatur de euictione, tñ re euicta tenetur ad rationem pretij.l. emptorem.in §.fin.ff.de acti.emp. tñ vbi est mutua traditio,& ita conuentum, re euicta non tenetur aliquis ēt ad pretium. gl.est sing.in l.familiæ,in gl.2.magna.circa med. C. fam. erciſc. ¶Tertiò facit,quia licèt de iure ciuili ex iuramento promissorio non subsistente alia causa non oriatur efficax obligatio vel actio.l.vt iurisiurandi.in prin.& ibi Bar. ff.de oper.lib. & Bar.in l.si quis pro eo.in prin.ff.de fideiuſ. tñ q̄n partes inuicem iura-
b rent, [b] oriret de iure ciuil. actio prę̄scr. verb. p̄p vicissitudinē, ita sub dubio fortè tenet Bald. in c.1.§ item sacramenta,in vlt. col.in prin.de pace iur.firma in vsib.feud.¶Quartò facit,q̄ no. tenet Ang.in consi.261.q̄ incip.punctus est in anno dñi, &c.in
5 pen. col.† q̄ licèt promissio vnius principis facta alteri de non receptando bannitos,vel eius rebelles, intelligatur de his, qui de præsenti banniti sunt.l.si ita. ff.de auro, & argen. leg. tamen mutua promissio facta inter duos principes,vel duas ciuitates refertur etiam ad futuros ratione vicissitudinis, quia non affert plus damni,vel odij quàm commodi vel fauoris, alleg.bonū tex.in l.3.ff.pro socio,& ita dicit fuisse de mēte Bart.in d.l.si ita.
6 ¶† Prædictam conclusionem ampliat Pau. de Cast.hic in fin. vt procedat etiam si dicat, q̄ sit donatio inter viuos, & non possit reuocari,& iuxta l.vbi ita donatur.ff.de don.causa mortis,& erit statim valida, nec egebit confirmatione per mortē, & sic non requirit interuentum traditionis, q̄ reputat sing.tenendum menti,quia vtile, & potest frequēter contingere,nec ita declaratur per Cyn.vel alios. ¶Sed istud vltimum, q̄ non requiritur traditio,reprobat d.Bar.Vero.in cautel.155.per text. in l.cùm hic status.§.si ambo.in ver. proinde,ibi donationibus inuicem factis.ff.de don.inter vir.& vxor. sed dic,q̄ ibi nō erāt donationes inter viuos factæ sub ista mutua conditione,si al-
7 ter prę̄moriatur,vt hic.¶† Limita prędictam conclu. vt p̄cedat,q̄n talis reciproca donatio inter cōiuges esset facta simul, & eo tpe,secus si ex interuallo, quia neutra valeret,l.quæ iam nuptę.ff.de don.inter vir.& vxor.q̄ ad hoc reputat sing.Ludo. Roma.in sing. prę̄al.& ita lītat istam regulam,sed caue,q̄a ille tex.loquit in donationib.puris,hic aūt erat collata post mortē
c ideo videtur sufficere alteram prius fieri,licèt non eo tēpore. [c]

¶† Vlti-

ADDITIONES.

a Donatio,quæ excedit.Adde Bar.in l.nemo.in 2.col.de leg.1. Ludo. Roma.in sing. suis in ver.donatio.

* Et Dic,q̄ in donatione reciproca, seu vicissitudinaria non requiritur insinuatio,secundum communem per Ciar.§. donatio. q. 16. ver. sed nunquid. Pract.Pap.for.lib.dona.ver.solenniter nu.3.& 4.& seq.Dec.consi.202.nu.5. Alex,cons.12.num.5.lib.1.Idem in donatione remuneratoria scribit Roma. cons.26.nu.3.consi.95.in fi.& vide Ferrat.cautel.33. MASVER.

b Iurarent.Adde eundem Ias in Auth.sacra.pub.3. col. versi. limita. si aduers. vend. PVRPV.

c Roma.cons.302.Ego hunc contractum.Bal. no.lib.3. cons. 210. quæritur de tali casu.& lib.5.consi.292.quia ex facto.limitat Bal. lib. 5. consi. 133. & q̄ eius annuus redditus.
Et vide Abb.in c.in ciuitate.extra de vsur.

Source : BIU Cujas

3 ¶† Vltimò ista lex inducitur per Cyn.& alios hic:aliquis emit fructus alicuius fundi à monasterio ad vitam suam pro mille ducatis,& superuixit tanto tempore, quòd tot fructus percepit, qui ascendunt ad mille ducatos,an talis contractus sit licitus, vel vsurarius? iste text. probat ꝙ sit licitus;quia lucrum non erat certum. c. nauiganti, & c. consuluit. de vsur. poterat enim mori.1.anno.facit.l.si ea.l.C.de vsur distinguunt Docto. quòd si tempore contractus erat adeo iuuenis, quòd poterat verisimiliter tanto tempore viuere.iuxta.l. hereditatum.ff.ad l. fal.& tunc sit vsura, & tenetur in foro conscientiæ ad restitutionẽ,aliàs secus,& refert Bal.ita tenere Theologos,& de quaquæst.habes per Cyn.Bald.Ang.& Sal.in d.l. si ea.l. & Innoc.& alios in c.in ciuitate.de vsur.Ioan.And.in addi. Spec. in titu.de vsur.super rub.Lau.de Rodulph. de Flor. in commen.ca.consuluit.de vsur. in 2.parte.q.15.Pau.de Cast.& dom. Alex.in d. l.de fideicom.C.de transact.Ludo. Roma.in consi. 423. ꝙ incip.pro pleniori discussione.in 2.dub.ad fi.

SVMMARIVM.

1 *Licèt à principio quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus,tamen ex post facto bene potest.*

LEX XIII.

1 CVm duobus. † Testamẽto per quẽ relam in parte rescisso legata diuidua pro sua parte præstantur ab eo, qui hæres in parte remansit: legata verò, quę sunt indiuidua,vt libertatum,integraliter præstantur, hoc dicit. Hodie verò omnia legata semper integraliter præstantur per Authen. ex causa. C.de lib. præte.ideo non est insistendum in his, quæ tangit gl.magna.¶Not.ꝙ licèt à prin. quis non possit decedere pro parte testatus,& pro parte intest.l.ius nostrum.ff.de reg.iur.secus tamen est ex post facto,vt hic, & l.circa. ff eo.Et ratio diuer.est, quia primo casu rumpitur à iure, quod habet vigorem super toto, vnde propter vitium vnius partis ius annullat testamentum in totum. l.penul. ff. de iniust.rup. test.est enim quid indiuiduum.l.cùm antiquitas.& ibi Bald.& Mod. not.C.de test.In secundo verò casu ex post facto rumpitur facto hominis,mediante sententia iudicis, quæ non habet effectum vltra personam,vel partem quæ obtinuit. l.cùm quæritur.ff.de excep.rei iud.ita dicunt Docto.in d. l.penul.& Raph. Fulg.& Paul. de Cast. hic. Tu vide aliam subtilem rationem per Io.Fab.in §.hereditas.insti. de here. institut.quando à principio rumpitur, est propter defectum formę, quia septem testes non sunt adhibiti,vel filius est preteritus, ideo forma non seruata actus in totum vitiatur; sed quando pater exhæredat filium,seruat formam.l.insti.de exhęr.lib.in princ.l.Gallus.§.in omnib.& l.inter cætera.ff.de lib.& posthu.ideo si postea testamentum quereletur ex defectu causæ, vel non verè, vel non probatè, lex voluit in illa parte tantum expugnari, in qua vnus hęres succubuit,& non in alia. Iason Paduę.

SVMMARIVM.

1 *Qui succubuit in querela potest accusare testamentum de falso.*
2 *Licèt remedia contraria non possint simul cumulari in eodem libello, & eadem instantia,secus tamen est in diuersis.*
3 *Causa,quæ repellit patronum exhæredatum condito testamento, repellit eundem ab intest.à legitima successione.*
4 *Patronus per contratab.non annullat testamentum liberti in totum,sed pro sua legitima tantum,vel pro supplemento.*
5 *Vbi aliquid est relictum filio in testamento,non competit sibi querela, sed aget ad supplementum legitimæ.*
6 *Remedia duo omnino contraria origine,& effectu, vbi ex eadem scriptura test.competunt,electo vno,alterum tollitur.*

LEX XIIII.

1 EVm,qui. † Qui succubuit in querela potest accusare testamentum de falso,& ècontra.h.d.Adde l.Lucius.ff de pet.hære. similiter qui dixit testamentum nullum, & succubuit,non prohibetur postea dicere inofficiosum,vel ècontra,l. contra maiores ĵ.eo.& sic sententia absolutoria lata super vno ex istis remedijs,non parit exceptionem super alia, ratio quia ꝓueniunt ex diuersis causis, licèt tendant ad eundem effectũ, vt testamentum reducatur ad causam intestati.¶Secũdò not.
2 † ꝙ licèt remedia contraria non possint simul cumulari.l.1.C. de fur.gl.& Doct.in c.solicitudinem. de appel.istud est verum in eo. libello, & eadem instantia, secus in diuersis libellis, & diuersa instãtia,vt hic.facit text.no.in l.Aurelius.§.fi.& ibi Bar. ff.de lib.leg.¶Capio glo.1. in ver.placuit,quam diuide in quatuor partes,prout quatuor ponit fol. ad contrarium, ꝙ nunc formabo, partes patent in gl.Forma oppositionẽ gl. hoc modo,nam qui intentat querelam inoffic.testamenti censetur intentare petitionem hęreditatis,vt dixi in l.1.ſ.eo. ſm opi. Antiquorum,sed sic est, ꝙ qui intentat petitionem hęreditatis,& sic actionem realem simpliciter,intelligitur omne ius sibi cõpetens deduxisse,& sic lata sententia non potest alio iure venire.l.si mater.§.eandem. ff. de excep.rei iud. Prima solu. glo ꝙ aliud sit in rei.vend.aliud in peti.hære.non est bona per l.finautem.§.sed & is.ff.de rei ven.teneas secundam solu.glo.quæ est vera.¶Capio glo.in ver.& si ècontrario, quam diuide in duas partes.¶In prima opponit ℈ tex.& dupliciter soluit. In secunda format duas oppositiones,& nihil rñdet. Secunda ibi,item argumentum contra. ĵ. de codicil. In ead. ibi, sed non sic est patrono debita hæreditas liberti. Adde gl. in l. si quis legatum. §.fi.ff.de fal.& glo. in l.2.C.de his,qui sibi ascri. ¶Confirmo ex tribus. Primò,quia libertus potest remunerare benemeritos in præiudicium,& diminutionem legitimę patroni.l. viuus libertus.ff si quid in frau. patr. non sic potest pater ℈ legitimam fi-
3 lij Auth. vnde & si parens.vbi dixi.ſ.e.¶† Secundo causa,quæ repellit patronum exhæredatum condito testamento, repellit eundem ab intest.à legitima successione. l.cùm patronum.cũ l.seq.ff.de iurepat.secus est in filio.l.in arenam,& ibi dixi. ſ. eo.
4 ¶† Tertiò patronus per ℈tab.non annullat testũ liberti in totum,sed pro sua legitima tñ, vel pro supplemento eius,ꝙ deest.l.1.C.de bon. pos. ℈tabu. liber. §.sed nostra.insti.de suc.lib. sed illa,quę competit filio,rumpit testũ in totum.l.1. C.de ℈tabu.l.ex duob.§.item si filius eman.ff.eo.aliqñ tamen plus iuris competit patrono quàm filio,in l.non vsq; adeo. ff.si quis à paren. fue.manu. item fit æquiparatio de vno ad alium,in l.fi. ĵ.e.¶In ea.gl.ibi,institutus fuerat patronus, ista secunda est vera sol.quam melius cęteris sic declara: nam ibi bon. pos. ℈tab. quę cõpetit patrono, cùm esset in aliquo modico institutus, non competit ad infringendum testũ, vt proximè dixi,sed ad supplementum legitimę; cùm ergo patronus ibi accusauerit testũ de falso, & succubuerit,factus est indignus, & fiscus abstulit illam partem, in qua erat institutus, & ideo nihil est, ꝙ possit supplere, ideo ibi repellitur à ℈tabu. sed in casu nostro quærela,vel bon. pos.℈tab.competit ad rumpendum testũ in totum, & ideo hic non agitur de aliquo supplemento, & sic non fundat se in aliquo testõ,& istud est, ꝙ voluit dicere Bar. dum dicit,ꝙ ibi ℈tab.competit ex testamento, ideo si per accusationem falsi factus est indignus,non potest se ex testõ fundare.Bal.& Sal.hic non intellexerunt Bart.dũ eum reprobãt,ꝙ qui intentat ℈tab.non venit ex testamento imò ℈ testũ.l filiũ. §.omnib.ff.de leg.præstan.nam non aduertunt,ꝙ Bar.loquitur de alia bon.pos.℈tabu.competente patrono, vbi agitur ex testamento,vt suppleatur, ꝙ deest legitimæ, sicut quando agitur condictione ex l omnimodo. ĵ.e. vbi dicam. Ex ista solutione infero duo,primò,ꝙ tex.in d.l.si patronus ex minori.nõ procederet, qñ nihil fuisset relictum patrono, vt probat ibi tex.à contrario sensu,dum dicit, ꝙ erat institutus ex modico.
5 ¶† Secundò infero no limitationem ad hanc l. ꝙ non procedat, quando filio fuisset aliquid relictum in testamento, quo casu non competeret sibi querela,sed ageret virtute testamenti ad supplementum legitimę.l.omnimodo.ĵ.eo.certè si prius accusasset testamentum de falso; & succubuisset, & sic reddidisset se indignum testamento, non posset agere ad supplemẽtum legitimę, sicut nec potest patronus, in d. l.si patronus ex minori.ita in effectu tenent Saly. Fulgo.& Pau. de Cast.hic,&
6 est pulchrum,& subtile.¶† In ea.gl.ibi, item argum. contra.ĵ. de codicil. respondè, quòd ibi ex eadem scrptura testamenti competunt illa remedia omnino contraria origine, & effectu, ideo vno electo alterum tollitur.Ad l.ꝙ in hæredem. §. eligere.respondè,ꝙ loquitur in pluribus actionibus ex eadem causa,& obligatione ad idem competentib. ideo vna electa præiudicatur in cæteris.l.si mater. §. eandem, & l. & an eadem.in princip. ff. de excep. rei iud. hic autem competunt ex diuersis causis.

LEX XV.

1 ILiam præteritam. † Filiæ præteritę in testamento matris, cùm habeatur pro exhęredata, non competit aliud remedium quàm querelæ, hoc dicit,& aliud non habetis.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatis testamenti quæst.donec durat,non currit tempus quinquennij præfixum querelæ intentandæ.nu.4.*

Ias.super j.Cod.

Source : BIU Cujas

1 *Quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiusdem verbi, vel participij, debent intelligi vt vniformiter, & eodem tempore operentur, non successiuè.*
3 *Præscriptio sæpè exponitur pro exceptione.*
5 *Præscriptio non negligenti non currit.*
6 *Tempus omne præfixum à lege, regulariter censetur esse continuum.*
7 *Terminus assignatus à iudice an currat, quandiu disputatur super validitate mandati procuratoris.*
8 *Sententia lata, si dico eam nullam, donec prosequor causam nullitatis, non currunt tempora in causa appella.*

LEX XVI.

1 COntra maiores. †Donec durat quæstio nullitatis testamenti, non currit tempus quinquēnij præfixum querelæ intendandę. hoc dicit. ¶In text.ibi, duplicem actionem inferentes. Doct. omnes intelligunt istum text. & in specie Odofre. Bald. & Saly. hic, q̄ non simul, & semel in eo, iudicio, sed successiuè vna post aliam, & sic primò fuit intentata nullitas testamenti propter imperfectionem, & lata sententia absolutoria in fauorem heredis scripti; postea in alio iudicio fuit intentata querela inoffi. testamēti, & ratio est, q̄ ista duo remedia sunt de directo contraria, nam qui agit primo remedio, dicit testamentum ipso iure nullum, qui autem agit querela, præsupponit testamentum valere, vt statim dicam, sed duo remedia contraria non possunt simul intentari. l. 1. C. de fur. sed bene successiuè. l. eum qui. & ibi dixi. s̄. eo. & secundum istum intellect. Docto. litera, quæ dicit duplicem actionem inferentes primum quasi testm̄, &c. debet exponi successiuè, quia finita prima causa, postea fuit alia actio intentata. ¶Ego, quia iste intellectus violat literam, puto quòd text. intelligatur planè, prout iacet, q̄ ambo ista remedia simul cumulauit hoc modo, dico testamentum patris non iure perfectum propter defectum solennitatis numeri testium, vel aliam, & dato, q̄ sit iure perfectū, dico inofficiosum, & ita cantant verba literæ, sicut in simili admittitur ista petitio, dico sententiam nullam, & si qua est appello, vt not. in l. 1. vbi Bart, & alij. C. quando prouo. non est necess. Barto. in l. si expressim. ff. de appel. Bald. in l. 1. C. de fur. & in cap. sancimus. in titu. quo temp. miles in vsib. feud. facit quod in simili vult glo. not. in l. quæ de inoffic. §. 1. in glo. magna. ad fin. ff. eo. istum intelle. pro-
2 bo pulchro fundamento, † quia quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiusdem verbi, vel participij, vt est hic, debent intelligi vt vniformiter, vt eo. tempore operentur, non successiuè, text. est not. in l. fin. C. de senten. & interlo. omn. iud. quem Bart. ibi dicit esse sing. ad hoc, & se nescire alibi. eū etiam ad hoc reputat. sing. Barbat. in ca. sup eo. 2. de appel facit, q̄ vulgò dicimus, q̄ vna determinatio respiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare, & vniformiter. l. iam. hoc iure. §. 1. vbi Barto. & alij not. ff. de vulg. & pupilla. l. in testamento, vbi Barto. & Docto. C. de test. milit. ¶Alibi tamen habes, q̄ verbum positum iuxta plura determinabilia, ea determinat, prout natura vnicuique conuenit, text. est not. in c. cùm dilecti, & ibi Cardi. & Panor. in 2. colum. no. de consuetud. & tex. in c. olim ex literis. de rescrip. & ibi Card,
3 no. & reputat sing. & in c. ab excommu. eod. tit. ¶† In text. ibi, præscriptio. exponit Paul. de Cast. idest exceptio, & ita sępè exponitur in l. quoties. C. de precib. imper. offer. l. præscriptione, vbi Saly. declarat, & dixi. C. si contra ius vel vtil. pupil. sed mihi plus placet, quòd hic præscrip. stet propriè pro lapsu temporis, &c. ¶In text. ibi, mora. dicit hic Cyn. q̄ mora capitur pro præscrip. Rapha. Fulg. putat ineptè dictum, cùm s̄. proximè dicat in text. præscriptio, ideo ipse intelligit, q̄ capitur mora pro inducijs, & istud plus placet, prout etiam capitur in l. more. j̄. de rei vend. ¶Not. ex ista l. quòd donec pendet quæstio super validitate testamenti, interim nunquam currit tempus querelæ, & ratio est, quia non valenti agere non currit præscrip. l. 1. in fin. C. de anna. excep. sed donec disceptatur super validitate testamenti, interim non potest scriptus hæres adire hr̄ditatē, cùm sit dubius de viribus testamenti. l. quandiu potest. ff. de acqu. hæred. & ff. de reg. iur. l. quandiu. sed querela inoffic. testamenti, non potest intentari, nisi prius sit adita hæreditas per hæredem scrip. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. eo. l. filium. §. sed cum exhæredatio ff. de contratabu. ergo &c.
4 ¶† Secundò not. ex fin. text. quòd ei, qui non est negligens, non currit præscrip. facit in simili text. in cle. quandiu. de appel. & in Authen. si tamen. C. de tempo. appel. istud not. facit ad duas quæstiones, quas statim ponam in gl. ¶Capio gl. fi. in ver. non cessantibus, quam diuide in quatuor partes. In prima alleg. quatuor text. concordantes. In secunda format duas oppositiones, quibus non respondet, dic vt per Barto. & alios, quia illæ ll. nihil faciunt. In tertia format oppo. In quarta, & vltima remouet aliud contrarium. Secunda ibi, sed argu. contra. Tertia ibi, sed cùm quinquennium. Quarta, & vlt. est ibi, item secus in excusationibus tutelæ. ¶In tertia parte forma sic oppo-
5 sitionem, † nam regulariter omne tempus prefixum à l. censetur esse continuum, & sic currit etiam impedito, & sic non valenti agere, glo. in rub. ff. de diuer. & tempo. præscri. si ita est, ergo tempus quinquennij, prefixum à quęrela, debet currere exhęredato, quamuis impedito, & non valenti agere. Glo. voluit respondere, quòd omne tempus legale censetur esse continuum, verum est, postquam incępit currere, patet quia tunc currit etiam diebus feriatis; sed à principio est vtile, quia non incœpit currere ei, qui iusta causa agere non potuit. ¶In vlti. parte glo. distingue, vt per Cyn. & Bar. cum quo alij transeunt,
6 & inducit Cy. ad plures quęstiones, prępiuè, † quidā vult admitti tanquam procurator, & si non potest venire vt procurator, vult admitti vt defensor, cum satisdatione de iudicato solvendo, nunquid interim donec diutius disputatur super eius mandato, currat terminus assignatus per iudicem, & an si pronuncietur eum non habere sufficiens mandatum, debeat dominus censeri contumax, determinat in vtroque quod non, per istum text. concurrente iusta, & probabili credulitate domini, sequitur simpliciter Saly. hic, adde Bal. in Authen. ei, qui. in 1. colum. C. de tempo. appel. quem sic debes intelligere, aliàs contrariaretur hic dictis. pro ista decisio bene facit, quod not.
7 Barto. in l. 2. §. non solùm. per illum text. ff. ad Tertul. ¶† Secundò per istam l. dicit Cyn. & plenius Bald. in fi. & Paul. de Cast. quòd si lata sententia dico eam nullam, quòd donec prosequor causam nullitatis, interim non currunt tempora in causa appel. & ideo si succumbo, possum postea intra 10. dies appel. si habui iustam credulitatem super nullitate, idem dicit Barto. per hanc l. in l. si expressim. in 3. quæst. in fin. ff. de appel. & in l. 1. C. quando prouoca. non est necess. Cyn. Rayn. & Bald. in l. qui testamento, in princip. per illum text. ff. de excusat. tuto. Raph. Cuma. in consi. 162. quod incip. proponitur q̄. A. iudex. Limitat tamen Bal. in d. l. qui testamento, procedere, quando causa nullitatis fuit agitata seorsum ab appel. secus si simul, al leg. Inn. in c. sæpè. de appel. & reputat no. dignum.

SVMMARIVM.

1 *Filius præteriens matrem, videtur eam exhæredare, ideo matri querela competit.*

LEX XVII.

1 CVm filium tuum. Legitur in gl. duobus modis, fm primum intellect. qui est verus. hoc dicit. † Filius prętériens matrem, videtur eam exhęredare, ideo matri querela competit. hoc dicit. Bar. multum no. istam l. q̄ licèt alibi sępè habeatur, q̄ prętéritio matris, vel linęę maternę habeatur pro exhęredatione. §. mater, institu. de exhęre. lib. & l. 3. s̄. eo. quid autem sit ècontra, q̄ prętéritio filij de matre habeatur pro exhęredatione, non habes nisi hic, adde, q̄ idem per hanc legem dicit gl. in Auth. ex causa. C. de lib. prętę. & gl. in §. fi. insti. de exhęre. lib. & facit regula, & natura correlationis. l. fi. §. 1. vbi no. Bar. & ibi dixi. C. de indict. vid. tol. Secundò modo legitur per gl. q̄ constructio incipiat in verbo sororem hoc modo, cùm proponas sororem instituisse filium tuum te prętérita, hic enim est, vt dicit glo. amphibologia. prima sunt verba ambigua, quę possunt trahi ad vtrumque sensum, vt in illo carmine.

Aio te Aecida Romanos vincere posse.

Ita hic verba sunt ambigua, & possunt intelligi cùm proponas filium tuum instituisse sororem, te prętérita, & hoc modo filius fuit testator, & iste est verus intellectus, vel sic cùm proponas sororem instituisse filium tuum te prętérita, & hoc secūdo modo oportet subaudire ad text. q̄ filius tuus erat turpis persona, ideo tibi competit querela, iuxta l. fratres. j̄. eo. sed quia istud diuinat, tene primum intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Non est iusta causa exhæredandi filiam per hoc, quòd nolit à marito diuertere.*
2 *Offensa dicitur, quicquid animum alicuius ad iracundiam prouocat, dato quod non sit punibilis.*

Source : BIU Cujas

LEX XVIII.

1 VM te pietatis. † Non est iusta causa exhæredãdi filiam per hoc, ꝙ noluit à marito diuertere. hoc
2 dicit. Idem habetur in l. filia in orbitate. ĩ. e. ¶ † No.
a ex tex. in verb. offensam, ſm Bart. & Mod. hic, ꝙ offensa [a] est, quicquid animum alicuius ad iracundiam prouocat, dato, ꝙ sit iusta, & non punibilis. intellige secundum eos largo modo: propriè autem vbi ageretur de pœna imponenda propter offensam, intelligitur de tali offensa, quæ pœnam meretur. l. testamento centurio, in prin. & §. fin. ff. de manu. test. idem not. Sal. in d. l. filia. in prin. per illum tex. ĩ. eo. Bar. in l. 1. per illum tex. ff. de his, qui vt indig. vbi dicit, ꝙ illa lex est singulariter notanda, ꝙ illud, quod non meretur pœnam, dicitur tamen offensa, quia sufficit, ꝙ iracundiam prouocet, sed intellige, vt hic; & per Bar. Bal. & Imo. in l. quidam cùm filium, per illum tex. ff. de hære. instit. & latius Bar. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. Flor. in l. 1. §. hoc autem. ff. de his qui deie. vel effu. Paul. de Cast. in consi. 192. grauis autem offensa dicitur omnis causa, per quam filius potest exhære. secundum Bald. in l. solo. C. de lib. causa. post Inno. in c. cùm illorum. de sententia. excommu.

ADDITIO.

a Offensa. Adde Bar. in l. stipulatus. in §. Chrysogonus. ff. de verb. obli. gl. in c. si quis suadente. 17. q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Filia turpiter, & luxuriosè viuens potest exhæredari à patre non calore iracundiæ, sed ex demeritis filiæ exhæredatæ.*
2 *Legatum reuocatur propter inimicitias posteà superuenientes inter testatorem, & legatarium*
3 *Testis an possit repelli propter præcedentes inimicitias.*
4 *Exhæredatio filij facta per patrem calore iracundiæ, etiam subsistente iusta causa non valet.*
5 *Factum calore iracundiæ non tenet, nisi post calorem iracundiæ perseueraßet in eadem voluntate, & nu. 6.*
7 *Blaspemans calore iracundiæ Deum, vel Virginem, mitius debet puniri.*
8 *Liberum iudicium dicitur, quod non est rescisioni subiectum.*
9 *Clericus potest in testamento exhæredare, vel præterire filios, vel parentes sine causa, nec poterunt rumpere testamentum.*

LEX XIX.

1 I filiam tuam. † Filia turpiter, & luxuriosè viuẽs potest exhæredari à patre, non calore iracundiæ, sed ex demeritis filiæ exhæredatæ. hoc dicit. ¶ Et per istam l. no. Pau. de Cast. in l. cùm te. s. eod. ꝙ non possum tibi imputare inimicitiam, quæ prouenit culpa mea, neque enim possum dicere, ꝙ pater exhęredauit me propter inimicitiam, cùm ipsa causa inimicitiæ, & sic ingratitudinis processerit culpa mea, credo ꝙ istud non sit verum in ista materia exhære. aliàs autem licèt quis fuerit causa inimicitiarum, tamen potest tales inimicitias opponere, & allegare, hoc patet ex glo. in l. athletæ. §. dat remissionem, in ver. facta. ff. de excu. tuto. quã Bal. ibi no. & dicit rarò alibi reperiri, ꝙ etiam si causa inimicitiæ processerit ab eo, contra quem testis deponit, tamen hoc non facit, quin testis repellatur tanquam inimicus. idem not. dom. Anto. de But. in c. veniens. secundo. de sponsa. vbi idem, ꝙ dictum est in teste, dicit in iudice, & arbitro, idem tenet Albe. de Rosa. in l. pen. in prin. ff. solu. matrimo. do. Alex. in cons. 99. quod inci. in causa inquisitionis formatę contra Iac. ¶ Per istam soleo reprobare vnam sing. limitationem, quã ponit Bart. in l. cum tabulis. §. 1. per illum tex. ff. de his, quib. vt indi. vbi li-
2 mitat regulam, quæ est, † ꝙ legatum [a] reuocatur per inimici-
a tias posteà superuenientes inter testatorem, & legatarium. l. 3. §. fina. ff. de adi. leg. ¶ Nam procedit, quando tales inimicitiæ processerunt culpa legatarij, secus si culpa testatoris. per illum §. 1. quod Bart. ibi reputat tenendum menti. Alij ibi nihil tangunt, nec inuenio alibi adhuc tactum, credo ꝙ Bart. malè dicat per prædicta. ¶ Et vlterius contra Bart. pondera duos tex. scilicet text. in l. 4. ff. de adi. leg. in ver. & pœniteat testatorem prioris offensæ. ecce qualiter testator intulerat ipse offensam, & sic fuerat causa inimicitiarum, & tamẽ reuocatur legatum per tales inimicitias. ¶ Secundò pondera text. in l. ex parte. ff. de adi. leg. vbi inimicitiæ processerant culpa testatoris, vt ibi probat tex. in verbo grauissimis inimicitijs persecutus, & ibi ad literam hoc dicit Barto. in fi. & in eo magis me fundo, quàm in verbis tex. & tamen ibi text. in fin. dicit, ꝙ reuocatur legatum per tales inimicitias. ¶ Tertiò suadetur ratione, nam ideo per tales inimicitias censetur tacitè reuocatum legatum in iurib. præalleg. eo quia præsumitur mutata voluntas testatoris, sed illa ratio procedit etiam, quando inimicitiæ procedunt culpa testatoris, quia omnino mutata est voluntas testatoris, ergo legatum debet intelligi reuocatum. ¶ Nec obst. text. in d. l. cum tabulis. §. 1. quia in illa l. non potest fieri fundamentum, primò quia nihil de inimicitijs dicit, & dato ꝙ loqueretur de inimicitijs, prout Bar. intelligit, illę non fuerunt inimicitiæ capitales, vel graues, prout requiruntur ad reuocationem legati. d. l. 3. §. fina. nam licèt liberta recusauerit esse concubina patroni, ista non est inimicitia capitalis, aut grauis. ergo de illo tex. Bar. non
3 potuit in proposito facere fundamentum. † Limita tamen ꝙ dixi, ꝙ licèt inimicitia superuenerit facto eius, contra quem testis producitur, ꝙ tamen potest testis repelli, vt sit verum nisi talis inimicitia esset facta ad istum fi. vt postcà testis propter talem inimicitiam repellatur, nam talis malitia non proderit, per text. not. in l. 1. in §. cùm quis. ff. de quæstio. vbi Barto. not. & dicit ꝙ vidit, aliàs adhiberi talem cautelam quidam non habebat nisi vnum, qui posset esse testis contra se, dedit ei alapã ad istum fi. vt si postea testificaretur contra eum, ꝙ eum repelleret vt inimicum, dicit Barto. ꝙ ista causa, quæ processit facto suo, sibi non proderit, quia erit in arbitrio iudicis, an testem propter hoc repellat, & idem dicit Bar. in d. l. 1. §. si seruus ad hoc. quando quis accusat aliquem, ad fi. vt si postea producatur in testem, repellatur tanquam inimicus, ꝙ talis cautela non nocebit. idem tenet Bal. in Auth. si testis productus dicat̃ in penu. colum. C. de testi. & in l. sed & si quis. §. illud ff. si quis cau. post Io. And. in c. fi. de testi. imò plus videtur, ꝙ qui est vsus tali malitia, debeat perdere causam, quia subtrahit mihi iura mea, & meas probationes, vt in terminis no. Cyn. post Ricar. Malum. in l. prouidendũ. in fi. & ibi Pau. de Cast. C. de postul. per tex. in c. constitutus. de test. & in c. peruenit. de test. cog. Ang. in l. satis apertè. C. de fal. glo. no. in c. cùm causam, quæ inter Archiepiscopum, in ver. compellas, & ibi dom. Anto. de But. in pen. col. de testi. & istam extensionem ponit in specie d. Bartho. Vero. in cau. 17. tamen dicta iura non loquuntur de omissione cãę, non examino nunc, quia non est materia nostra. ¶ Secundo
4 no. ex tex. ibi, inconsulto calore, † ꝙ exhęredatio filij facta à patre calore iracundię non valet, etiam subsistente legitima cã, & ita no. Bal. & Sal. hic, sicut nec valet contractus, vel alia quæ
b fiunt calore iracundiæ. l. quicquid calore. & ibi Bart. [b] ff. de reg. iur. l. 3. ff. de diuor. l. 2. cũ gl. C. de reb. cred. c. si quis iratus. 2. q. 3.
c ¶ Similiter votum factum [b] calore iracundiæ non obligat, gl. est reputata sing. in c. dudum. in ver. calore, & ibi. dom. Ant. & Pan. de conuersi. coniug & est similis gl. in c. sunt qui opes. 17. q. 4. Similiter nec iuramentum calore iracundię interpositum obligat. l. 2. C. ad leg. Iul. maie. c. sicut. primo. de iureiuran. ¶ Eo modo confessio facta calore iracundiæ non valet, glo. est sing. in c. ex literis. de diuor. quam ibi no. & sequitur Panor. & in d. c. dudum. & in c. fi. 4. col. de confes. & in c. afferte. in 2. colum. de præsump. & in c. cùm venerabilem. in 3. colu. de excep. & alibi sæpè. ¶ Eo. modo accusatio facta calore iracundiæ debet per iudicem aboleri. l. 2. C. de aboli. ¶ Similiter si quis acceptat ſm beneficium curatum calore iracundię, non dicitur vacare primum, iuxta c. de multa. de pręben. & ita tenet Pan. in 4. col.
5 ¶ † Item dictum, vel factum calore iracundię non debet ei imputari, ſm Spec. in tit. de accu. in versi. quid si te vocaui, & ibi Bal. in addi. in 2. char. & Spec. in tit. de presum. ver. sed pone. facit tex. in c. si quis iratus. 2. q. 3. & in c. illa prępositorum. 11. q. 3.
6 ¶ † Limita prędicta tribus mod. Primò, nisi quis post calore iracundiæ perseueraſſet in eadem voluntate. per tex. in d. cap. si quis iratus, & not. Barto. in d. l. quicquid calore, & in simili in l. licitatio. in princip. ff. de publica. ¶ Secundò fallit in donatione facta Ecclesiæ, vel piæ causæ calore iracundiæ, quæ tamen valet, ſm gl. in d. c. dudum, in verb. calore, per text. sing. in d. c. sunt qui opes. 17. quęst. 4. ¶ Tertiò fallit in delictis. l. si non
d conuicij, vbi latè per Cyn. C. de iniur. mitius tamen puniri [d] debent. l. 1. C. si qs imperat. maledi. l. famo. ff. ad l. Iuliam maie. l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adulte. in c. si quis iraſcitur. 13. quæst.

ADDITIONES.

a ¶ Legatum. Declara, vt per Catel. ver. inimicitiæ.
b Bar. Vbi videas Dec. & quæ ibi posui in apostil.
c Factum. Adde Ludo. Roma. sing. 514. Nat. consi. 6.
d Puniri. Adde facere, quæ scribit Bal. in c. vnic. ad fi. de pace iur. firm. ꝙ si quis excedat modum in se defenden. mitius puniri debet. Fel. in c. significasti. el 2. extra de homicid. Rom. sing. 3. & 508. Bal. in Repe. l. 1. colum. 7. ĩ. vnde vi. Corn. cons. 134. lib. 3 cons. 107. col. 2. lib. 1. BELLOT.

Source : BIU Cujas

7 13.quæst.2.¶† Hinc est,q; qui calore iracundiæ Deum vel Virginem publicè blasphemauit, debet mitius puniri, nec habet tunc locum pœna cap.secundi.de maledi.secundum Arch.in c.quid ergo. circa fin. 23.quæst.5. alleg.ita tenere Gofre.in d.c. 2.vbi Panor.& Ioan. de Ana. limitant,nisi ex iniusta causa esset prouocatus,puta ex amissione pecuniæ facta in ludo.cap. inebriaucrunt.15.quæst.1.facit quod not.Panor.in cap. 1. in 2. not.de his,qui fil. occide.¶ Tertiò not. ex fin. ibi liberum arbi-
8 trium habes.hic esse text.not.secundum Bald. & Saly. † quòd liberum iudicium dicitur,quod non est rescisioni subiectum. ¶Confirmo per duo.Primò per illud,quod not.Panor.in cap.
9 quia nos per illum text.in verb.liberè.de testa.† quòd clericus potest in testamento præterire,vel exhæredare filios, vel parentes sine causa,nec poterunt rumpere testamentum, cùm enim text.hic dicat,quòd liberè possunt testari, ergo testamentum nulli rescisioni erit subiectum. ¶ Secundo facit, quod vult Bald.in cap.irrefragabili. in princip. de offic. ordin. quòd per istud aduerbium liberè, impeditur appel. quæ est remedium rescisiuum l. 1. in fin. ff. ad Turpil. reliqua de isto verbo liberè, dixi cumulatè in l.1. C.de sacrosan.eccles.¶ Vltimò inquantum Bart.hic in fin.dicit, quòd si mater tempore mortis
a erat correcta,& ad honestam vitam redacta,non debet tunc reputari turpis persona, adde Rapha. Fulg. in l. in arenam. in fi.ff.eod.Ioan.Fab. in Auth.sed si post.C.eo.vide.Spec.in tit. qui fil.sint legitimi.§.penul.versi.quid si filia peccauit,& versi. seq. d.Ant.de But.& d.Abb.in c.quintauallis,in 2.col.de iureiur.& no.d.Alex.in l.1,in 17.col.ff.solu.matrim.facit, quod vult Bal. in l.fratris,in 2. col. in versi. quid si institutus. C.eod. in contrarium tamen est text.in l.si vxor,& quod ibi not. Barto.circa fi. princip.ff.de adulte.

A D D I T I O.

a Vide Scar.in l.1.char.10.ff.de edendo. PVRPV.

S V M M A R I V M.

1 *Si pater distulit maritare filiam vltra 25. ann. filia potest tunc seipsam maritare,& pater tenebitur ei dare dotem.*

2 *Si filia ante 25.annum se maritet sine consensu partis, pater poterit eam exhæredare in testamento,sed an idem de iure canonico.nu.5.*

3 *Ex quibus causis potest pater filiam in testamento exhæredare, ex eisdem potest ei denegare dotem,*

4 *Filius perdit priuilegia filiationis ex causis, quibus potest exhæredari.*

6 *Correcto vitio,per consequens intelligitur correcta pœna.*

AVTHENTICA.

Sed si post. Non summatur breuius. ¶ Not. secundum Paul.
1 de Cast.† quòd si pater distulit maritare [a] filiam
a vltra. 25. ann. filia potest tunc seipsam maritare abiq; patre,& tamen tenebitur ei dare dotem, istud vltimum non apertè dicitur hic, sed adde Bald. in l. fin. C. de dot. promi. & in terminis huius Auth.Saly. in l.qui liberos. ff. de ritu nup.quem sequitur dom.Alex.in l. 1,in 16.colum.ff.solu.ma-
2 trimo.¶† Secundò not.ex ista Auth. secundum Paul.de Cast. hic, q; si filias ante 25. anno. se maritet sine consensu patris, ista est iusta causa, propter quam pater potest eam in testamento exhæredare,prout etiam dicit text.in corpore vnde sumitur hæc Auth. ¶ Hinc infero q; ex ista causa pater in vita po-
3 terit denegare dotem filiæ,istud probo ex trib.¶† Primò,quia ex quibus causis pater potest exhæredare filiam in testamento, ex eisdem potest ei denegare dotem, secundum Bald. in Auth.res quæ.C.communia de leg.¶Secundò, quia filia,quæ non debet ali,nec dotari,glo.in l.fi.in verb. intelligi. C.de dot. promis.Bar.in l.obligamur.§.1.ff.de actio.& obl.& in d. Auth. res quæ,vbi examinaui an sit verum, sed ex causis quibus potest exheredari,possunt alimenta denegari, glo. in l.si quis à liberis.§.idem iudex.& ibi Bar.ff.de lib.agn.gl.in l.siue igitur omnes.in Auth.vt cùm de appel.cog.gl.& Bar.in l.fi.C.de alen.lib.
4 & Barto.in tract.alimentorum.in 2.col.¶† Tertiò,facit q; vult Bald.in l.diuus.ff.ad l. Pomp. de parric.q; propter causas,quib. potest filius exheredari,propter easdem perdit priuilegium filiationis,vt pater eum occidens non teneatur l. Pompeia. de parrici nec è contra.¶Conclude ergo ex prædictis, q; filia quæ nubit sine consensu patris ante 25. ann.potest exheredari à patre in testamento, & ex hoc potest ei denegari dos,ista conclusio clarè procedit attento iure ciuili,quo non valet matrimonium contractum per filiam sine consensu patris. l. si vt proponis.C.de nupt.q; non est virginalis pudoris, quærere matrimonium,sed curę paternę relinquendum est.c.honorantur.32.q.2. ¶Quid ergo attento iure cano. quia non requiritur consensus
5 patris,† vt est gl.in l.Paulus. ff.de ista. hom. an ista Auth. hodie in hoc sit correcta? Pau.de Cast.refert Rapha.Fulg.dubitare de hoc,sed ipse putat non esse dubitādum, quia ex quo pater offenditur,dato q; matrimonium valeat,tñ erit iusta causa exhęredandi, & sic ista Auth. remanebit incorrecta. ¶Mouetur,q; ius cano.disponit tñ de validitate matrimonij,non autem aliquid disponit circa iniuriam patris,sicut in simili in l.1.& 2.C. de secun. nup. q̃ mulier nubit intra annum luctus, licèt p; ius cano.excusetur à pœnis infamię, tñ ius cano. nihil disponit,vel immutat circa lucrum,q; prouenit filijs primi matrimonij,gl. est not.in ca.cum s̃m.de secun.nup. ¶Teneo c̃rium,q; hodie ista non sit iusta causa exhr̃dandi filiam, vel priuandi dote attento iure cano.ita in terminis tenet Pan. post Host. in c. 1.de dęspon.impu.vbi dicit cōiter hoc approb.ex quo enim de iure cano. filia potest nubere sine consensu patris, certè filia,quæ vtitur permissione canonica,nō debet incurrere vitium ingratitudinis. idem & latius consuluit Pan. in cons. 12. q; incip.vt clarè materia thematis liqueat. vbi per plura mouetur.in 1.volum.& ad gl.d.c.cum s̃m.dupliciter rñdet.¶Ego vltra auctoritatem Pan.confirmo istam partem ex quatuor.Primò ponderat gl.hic,quæ infert ex tex.q; si seruo se copulet, ergo secus si
6 libero.Et ita ponderat istam gl.Fab.hic. ¶† Secundò moueor, quia correcto vitio,per consequens intelligitur correcta pœna. c.non debet.de consan.& affi.iuncto. c.de gradi.35.q.5.¶Tertiò facit, quia quoties aliquid desinit esse delictum,per consequens desinit & pœna,istud patet ex not.per Bal. in l.decuriones.C.de infa.¶Quartò magis in terminis facit, quia filia,quæ nubit sine consensu patris ante.25.annum,tñ debet à patre dotari,& pater cogitur,cùm de iure cano.non requiratur consensus patris,ita tenet gl.in c.hoc sanctum.32.q.2.& gl.in c. de raptorib.36.q.1.¶Limita dictam concl. q̃ duo interuenirēt,puta,quia filia ante.25.annum nuberet sine consensu patris, item q̃ nuberet indigno aut vili,puta seruo,vt dicit hic glo. vel famulo,istis duob.concurren.esset iusta cā, per quam posset exhæredari à patre, & priuari dote.l. 3.§. si eman.filius. el 1.ff.de bon.pos.c̃tab.etiam de iure cano.gl.est in d. c. de raptorib.& ibi Arch.firmat d.Ant.de But.in c.accedens.de procu.Bar.in l. si pater.C.de sponsa.& in l.nec filium.C.de nup. & in l.1.ff.sol. matrim.¶Contrarium etiam in hoc vltimo potest teneri,put est de mente Imo.in d.c.accedens,quem sequitur d. Alex.in l. 1.in 16.col. ff. sol. matr. eo quia neutra ex istis causis est hodie sufficiens ad exhęredandum filiam,non quidem illa,q; nupserit sine consensu patris,vt s̃.firmaui, non etiam illa q; nupserit indigno,vel vili, quia licet illa esset iusta causa exhęredationis de iure fforum,vt est tex.in d.l.3. §. si emancipatus.el 1.tamen hodie non est iusta causa,cùm non enumeretur in §.causas.in Auth.vt cū de appel.cog.ita expressè tenet Bar.in d.§.si eman. filius,& in l.libertum.C.de nup. nisi dicas, q; ambæ istæ causæ simul iunctę hoc p̃nt,q; non puto verum,vt patet ex p̃dictis.

A D D I T I O.

a Maritare.Adde gl.in c.de raptoribus,32.quæst.1.in glo.1.in c.hoc sanctum. 81.quæst.2,Bald.in l.fi.C.de senten.quæ sine cer. quanti, Bald. Ioan. de Imol. Rapha.Cum.& Ludo.Roma.in l.1.ff.solu.matrimo. Pau. de Cast.in l.si socer. in prin.ff.solu.matrimo.Abb.in c.1.de adulte. Alex.de Imol.consi.129.incip. viso thema.in 3.col.ver.& ita tenetur pater.in 3. volum.

S V M M A R I V M.

1 *Filia non obediens patri vel matri in his, quæ inhonesta, vel illicita sunt,non per hoc censetur ingrata.*

LEX XX.

Filia in orbitate. Filia colens concordiam maritalē
contra matris voluntatem, non per hoc censetur ingrata.hoc dicit.¶In text. ibi,concordiam.de ista dictione ponunt Bal.& Sal.hic,dixi in l.de fideicom.vbi Bal.& Mod.not.ex illo text. C.de transact.& ibi tetigi,quid differat à
1 pace,& quę dicatur plena concordia.¶† Not. q; filia non obediens patri,vel matri in his,quæ inhonesta,vel illicita sunt, nō per hoc censetur ingrata,vt hic,& l.cum te.s̃.eo.

S V M M A R I V M.

1 *Querela contra testamentum nulli transuersali competit excepto fratre primi gradus,sed bene accusatur de falso.*

2 *Dictio frustra,regulariter importat nullitatem ipso iure.*

LEX

Source : BIU Cujas

LEX XXI.

a Fratris, vel sororis. [a] Nulli transfuersali excepto fratre primi gradus, competit querela cõtra testamentum, sed bene accu. de falso. concordat. l.
1 1. ff. eod. materiam ponam in l. fratres. ĩ. eod. ¶† In text. ibi *frustrà*. ista dictio regulariter importat nullitatem ipso iure, secundum Bart. & Mod. in l. pen. §. ad crimen in fin. ff. de pub. iud. cũ multis concor. quas dedi in l. si causa cognita. C. de transa.

ADDITIO.

a ¶Fratris, vel sororis, Adde, an valeat statutum contra, de quo latè Alex. lib. 1. cons. 55. Cor. 22.

PVRPV.

LEX XXII.

I maritus. Testamento rescisso per querelam inofficiosi testamenti, actiones hæredi competentes confusæ restituũtur. h. d. cum isto fi. text. concordat text. in l. dominus. ff. de vsufr. ¶Nec obst. quod actio semel extincta amplius resuscitari non potest. l. qui res. §. aream. ff. de sol. quia vltra responsionem Pau. de Cast. dic, ꝙ intentata querela, lex fingit testamentum vsque retrò non tenuisse, & sic non valuisse aditionem, per quam actiones confunduntur, text. est in l. qui repudiantis. §. vlt. ff. eod. facit, ꝙ vult glos. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. ¶In glos. in vers. relictum est, quia vtraque sol. glos. facit violentiam literæ, tu vide melius, ꝙ tex. vult dicere, quando filiæ exhæredatæ nihil omnino in testamento relictum est, tunc certum est competere querelam, si autem aliquid esset relictũ, non vult dicere text. ꝙ tunc excludatur querela, sed tunc esset considerandum, an illud relictum sufficiat ad legitimam, vt querela cesset, aliàs secus. l. cùm quæritur. ĩ. eod. ¶In glo. fin. ad fin. Doct. reprobant glos. quia leges in ea allegatæ loquuntur, quando aditio est cum delicto, item in eis non desinit esse hæres, quamuis fiscus auferat vt ab indigno. l. ex facto. §. Iul. Longinus. ff. de vulga. & pupilla. & sic non cessat causa extinctiua prout hic.

LEX XXIII.

1 Testamenti. † Prohibere quem testari est iusta causa, vt si postea fiat testamentum, possit ex illa causa exhæredari, & testamentum filij fa. militis de castrensi peculio testantis, non subiacet querelæ. h. d. cum l. sequen. & an istud vltimum sit hodie correctum, dicetur post glo. in l. fin. ĩ. eod.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, quæ filij instituti fauorem respicit, facit vt pater non possit accipere bonorum possessionem secundum tabulas, nec etiam querelam intentare.*

2 *Conditio non potestatiua, apposita per matrem in institutione filij, ad prouisionem ipsius filij, non inducit querelam.*

3 *Quando possibile est, quòd dispositio facta ad commodum filiorum aliquo casu afferat onus, & incommodum, reijcitur.*

4 *Filius institutus à matre sub conditione apposita ad grauamen, habet querelam.*

5 *Bon. poss. quæ intentatur pendente conditione, an intentetur solùm de facto, an habeat effectum iuris.*

6 *Ex omnibus causis ex quibus filius potest patrem exhæredare, potest illum cogere ad eum emancipandum.*

LEX XXV.

1 Filijs matrem. † Conditio apposita in insti. ad fauorẽ filiorum, ne bona acquirantur patri, & ab eo dissipentur, facit, vt pater non possit accipere bon. pos. secundum tab. de iure, aut cum effectu, nec etiam querelam intentare. h. d. secundum vtranque literam text. ¶Diuiditur in tres partes. In prima ponitur decisio. In secunda, quæ est ibi, atque eo pacto. remouetur vna opp. quæ est, ꝙ pendente condi. possit peti de iure prætorio bon. poss. secundum tab. iurib. alleg. in glo. & sic consilium matris non erit bonum. respondet text. ꝙ imò pater de iure non poterit, quia veniret contra expressam voluntatem testatricis, vel secundum aliam literam, non poterit cum re, vel cum effectu intentare, sed solùm de facto. In tertia, quæ est ibi, neque. n. remouetur alia obiectio: nã filius institutus sub conditione non potestatiua à matre, isto iure habet querelam, cùm in effectu censeatur præteritus, & sic pater poterit intentare querelam nomine filiorum, & expugnato testamento ab intestato succedere, respondet Imperator, ꝙ conditio apposita in inst. facit competere querelam, qñ
2 continet grauamen, sed hic continet prouisionem. ¶† Not. ꝙ conditio potestatiua apposita per matrem in insti. filij, ad prouisionem ipsius filij, non inducit querelam. facit. l. si pater puellæ. ĩ. eod. ratio est, quia inducta ad prouisionem non debent in odium retorqueri. l. ꝙ fauore. C. de leg. & istud procedit etiam hodie, quia ista conditio hodie non reijcitur de legitima, per l. quoniam in priorib. ĩ. eod. quia illa lex procedit, quando certũ est, ꝙ conditio respicit grauamen, vel saltem est dubium; sed hic est certum, ꝙ est apposita ad prouisionem, vt dicit text. secundum Bart. & alios hic, & plenius per Bart. & alios in l. cùm ex filio. in prin. ff. de vulg. & pupil. tamen Bald. in l. si pater. in 3. oppo. C. de inst. & substi. & plenius in Auth. ex causa. in 7. col. in vers. quarto opp. & dicitur, ꝙ exhæredatis. C. de lib. præte. tenet, ꝙ licèt conditio sit fauorabilis filio, tamen si filius vult purè, & liberè legitimam suam, statim potest eam consequi, cùm ipse sit creditor, vnde non tenetur acceptare dilationem fauorabilem. arg. l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de leg. 2. & l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verb. oblig. & sic Bald. ibi de directo contrariatur his, quæ tenent Bart. & idem Bal. & alij hic, & propterea eum reprobat do. Alex. in l. multi non notæ. ff. de lib. & posth. ¶Licèt omnes teneant, ꝙ ista l. non sit correcta per d. l. quoniam in priorib. ego valde dubito, & puto posse teneri cõtrarium, ꝙ quantum ad legitimam, quæ debet esse sine onere,
3 corrigatur ista lex, in reliquo remaneat firma. & moueor, † quia quando possibile est, ꝙ dispositio facta ad commodum filiorum aliquo casu afferat onus, & incommodum, reijcitur, per d. l. quoniam in priorib. ita tenent Barto. & Doct. in d. l. si pater puellæ. per illum text. ĩ. eod. sed ita est hic, quia ista dispositio facta ad fauorem filiorum, potest aliquo casu afferre incommodum in legitima, si filij moriantur antequam emancipentur à patre, & sic antequam purificetur conditio institutionis, certè filij erunt priuati hæreditate matris, & legitima, nec eam transmitterent. l. 2. C. ad Orfi. firmat Bart. in l. ventre. in pen. col. ff. de acq. hær. ¶Istam difficultatẽ in specie non tangunt Doct. contra text. tamen Bal. hic in antepen. quæst. per viam quæsiti tangit, si filij moriantur antequam emancipentur à patre, qd erit de ista hæreditate matris, an spectabit ad consanguineos matris, vel transmitteretur ad patrem? concludit, ꝙ transmitteretur beneficio iuris deliberandi. per l. cum antiquiorib. C. de iure delibe. quia quando filius erit in vlt. vitæ articulo, clarum est, ꝙ non poterit amplius emancipari à patre, & sic conditione defecta competit ius ab intestato succedendi, ꝙ transmittet ad partẽ per d. l. cum antiquiorib. Nec obst. ꝙ ibi requiratur scientia, & deliberatio, quæ non cadit in eo, qui est in vlt. vitæ spiritu, respondet Bald. ꝙ scientia præcedens sufficit, sed truffa est, secundum Sal. ꝙ patet, quia ad hoc, vt habeat locum d. l. cum antiquiorib. est necesse, ꝙ quis sciat hæreditatem sibi delatam, & ꝙ posset adire si vellet. Nam si interim deliberet an adeat, vel repudiet, transmittit ius deliberandi, & sic adeundi, ista non cadunt in eo, qui est in vlt. articulo vitæ, quo tempore non potest adiri hæreditas, vt est gl. & ibi Bart. in l. fi. ff. quando dies leg. ced. cogita, quia in hoc pendet substantia huius legis. ¶Item contra Bald. facit, quia ista. l. non potuit diuinare de d. l. cum antiquiorib. quæ est vna de quinquaginta decisionib. Iustiniani nouis, vt ibi dicunt Doct. ¶Item adde, ꝙ ista. l. procedit etiam hodie secundum iura Authenticorum, requirentia, ꝙ in exhæredatione, vel præteritione inseratur vna de quatuordecim causis [a] enumeratis in §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cùm
a de appel. cog. quia illæ sunt causæ ingratitudinis, non autem causæ propter vtilitatem, & prouisionem filij, vt hic, secun-
* dum Bart. *& communiter alios* in d. l. cùm ex filio. in prin. & Bald. in d. Auth. ex causa. in 7. col. Ang. & Mod. in l. multi non notæ. ff. de lib. & posth. Gul. & do. Alex. in Auth. non licèt. C. de lib. præte. vbi reprobat Sal. qui ibi tenet contrarium. ¶Limita istã l. procedere in matre, non in patre, secundum Bald. hic in 1. oppo. & Pau. de Cast. circa fi. ratio diuersitatis, quia præteritio matris habetur pro exhæredatione, quæ sufficit, ꝙ fiat secundum consilium huius. l. secus est in patre, cùm institutus sub conditione dicatur præteritus, & sic testamentum nullum. l. si pater. C. de insti. & substi. vbi habes, an hodie istud sit correctum. ¶Secundò limita consilium huius. l. vt hodie non sit necessarium, ex

ADDITIO.

a ¶Causis. Adde glo. & Doct. in vers. exhæredaret. in c. quintauallis. de iureiur.

Source : BIU Cujas

ex quo hodiè filius eſt capax aduẽtitiorum, & mater poteſt eũ inſtituere hoc pacto, ne vſusfruct. acquiratur patri. Authen. excipitur. vbi Sal. C. de bon. quæ libe. Bald. & Paul. de Caſt. hic. do. Alexan. in d. l. cùm ex filio. ad fi. in princip. vbi reſpondet verbis Barto. in d. Authen. excipitur, quæ videntur contrariari, vt non
4 procedant, quando teſtamentum fit ad prouiſionem filij. ¶† Secundò not. ex iſta. l. circa fin. ibi, [putauerit prouidendũ] à contrario ſenſu, ꝙ filius inſtitutus à matre ſub conditione appoſita ad grauamen, habet querelam vt hic, & l. ſi pater puelle. s. cod. quod intelligit Raph. Fulgo. hic procedere, quãdo habet cohęredem, cuius aditione poſſit exhæredatio confirmari, quia querela non poteſt intentari, niſi adita hæreditate. l. filium. §. ſed cũ exhæredatio. ff. de bon. poſ. contratab. l. Papinianus. §. ſi conditioni. ff. de inoffic. teſtam. l. ſcimus. §. illud. & ibi Bald. ꝛ. cod. aliàs ſi filius eſſet ſolus, non haberet querelam, ſed bon. poſ. ſecundũ tab. iuribus alleg. in glo. & ita dicit ſe tenuiſſe cùm eſſet ſcholaris, & publicè repeteret. d. l. ſi pater. Adde text. in l. filius à patre.
* ff. de libe. & poſthu. ſecundum intellectum glo. *& magis communem Doct.* ibi, ꝙ filius ibi non haberet cohęredem, licèt Moderni cõtra. probatur in ver. hærede autem. in aduerſatiua, quę vt denotet diuerſitatem in facto, oſtendit, quòd in principio nõ erat cohæres. ſed hoc modo ille text. eſſet de indubitabili, ſed non examino aliter intellectum illius. l. quia valde diſputabilis eſt. Adde etiam Barto. in l. paterfam. teſtamento. in penul. quæſtio. ff. de hæred. inſti. vbi not. limitat, in exhæredatione requiri hæredem, quando fit à princ. ſecus ſi ex poſtfacto, vt ibi not. per eũ. ¶ Capio glo. in verbo, cùm iure. quam diuide in duas. In prima
5 declarât text. In ſecunda ibi, ſed quam, † quærit an bonorum poſſeſſio ſecundum tabu. quæ intentatur pendente cõditione, intenterur ſolùm de facto, an habeat effectum iuris, & gl. ſe inuoluit, referendo quinque ſolutiones, tu diſtingue clarè vt per Cyn. Paul. de Caſtr. hic & Barto. in §. ſi ſub conditione. l. 2. de bono. poſſeſ. ſecundum tabu. & retuli in voce. ¶ Capio glo. in verbo obtemperauit. In ead. glo. ad fin. habes ex gl. regulam, & vnã fal. quòd regulariter pater inuitus non cogitur emancipare filium, tres alias fallentias ponit glo. in §. final. inſti. quibus mod. ius patr. pote. ſol. quintam fall. habes. in l. cogi. §. ſi pater. vbi Bar. & alij. ff. ad Treb & aliam vide in l. quamuis, vbi Bald. & ibi di-
6 xi C. de fideicõ. ¶† Adde generalius, & multũ not. ꝙ ex omnibus cauſis, ex quibus filius poteſt exhæredare patrem, quæ enumerantur in §. & hæc quidem. in Auth. vt cum de appel. cogn. ex omnibus illis poteſt cogere patrem ad emancipandum. ita tenet Raph. Cuma. nec alibi legi, in conſil. 37. quod incip. inſpectis cauſis præmiſſis poterũt filij cogere patrem &c. mouetur, quia ex leuiori cauſa poteſt pater cogi emancipare filium, quã poſſit à filio exhæredari, vt not. in l. ſi cui legatum. ff. de condi. & demonſtr. iuncto. d. §. & hæc quidem. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ſubſtitutio querelam non inducit.*
2 *Filio impuberi in legitima tantum inſtituto poteſt pater directò pupillariter ſubſtituere, vſque ad tempus pubertatis.*
3 *Quem non honoro, grauare non poſſum.*
4 *Si pater exhæredauit filium, cui reliquit legatum, & ſubſtituit pupillariter, non poteſt legare à ſubſtituto, quem honorauit, ſed bene ab ipſo filio exhæredato.*
5 *In dubio quando teſtator relinquit fideicom. poſt mortem filij, cenſetur relictum à ſubſtituto, vel à venientibus ab inteſtato.*
6 *Quartas plures quando quis poſſit detrahere.*
7 *Quemadmodum in legitima filij non poteſt iniungi fideicom. ita etiam in dote filiæ, quæ non eſt vltra legitimam.*

LEX XXVI.

1 EX tribus. † Pupillaris ſubſtitutio querelam non inducit. hoc dicit, vel ſic & plenius. Filio impuberi in legitima tantum inſtituto poteſt per patrem fieri ſubſtitutio pupillaris, per quam non dicit grauari, ideo non habet querelam. h. d.
a ¶ In text. ibi, *intra pubertatem.* licèt regulariter dictio intra, [a] ſtet incluſiuè. l. 1. in princ. & ibi Bartol. ff. de offic. præfe. vrb. Oldr. Laud. vbi ad hoc alleg. multos text. in conſil. 49. quod inci. conſueuit dubitari. in 3. col. tamen hic ſtat excluſiuè, aliàs reſultaret abſurdus intellectus, prout etiam ſtat in l. qui Romæ. §. 1. ff.
2 de verbor. oblig. ſecundum Oldr. in d. conſil. ¶† Not. quòd filio impuberi in legitima tantum inſtituto poteſt pater directò pupillariter ſubſtituere vſque ad tempus puberttatis, eò quia ſubſtitutio pupillaris ſit adinuenta ad prouiſionem filij, nam cùm
b filius impubes [b] propter defectum ætatis non poſſit ipſe teſtari, lex præmiſit patri, quòd pro eo teſtetur, ſubſtituẽdo ei pupillariter. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. eod. nam dicitur teſtamentum pupilli. l. patris & filij. in princ. ff. de vulg. & pupil. non ergo poteſt ei ſubſtituere per fideicom. quia eſt grauamẽ. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil. & ſic à filio impubere inſtituto in legitima tantum, non poſſet fideicommitti vniuerſaliter, nec particulariter, nec legari, tamen à ſubſtituto pupillari, vel ſuccedente ab inteſtato impuberi poſſet pater iniungere fideicom. vniuerſale, non ſolùm in legitima filij, quam habuit à patre, ſed etiam in alijs bonis proprijs filij. l. ſi fundum per fideicom. §. fi. cum lege ſequen. ff. de leg. 1. ſecũdum Bar. & alios ibi,
* Cyn. Barto. *& communiter alios hic.* Cyn. & Bar. in l. cùm virum. & ibi Bald. in 4. oppo. C. de fideicom. & Bart. & alios in l. 1. §. fin. de vulg. & pupil. d. Matheſil. in no. 162. & ſic fideiçom. non poſſet tunc nominatim iniungi ipſi filio impuberi, ſed bene eius ſub-
3 ſtituto pupillari, vel venientibus ab inteſtato, † ratio diuerſitatis ſumitur ex regula iuris, quẽ non honoro, grauare non poſſum. l. ab eo. C. de fideicom. vnde quando pater relinquit legitimam filio tantum, cùm teneretur ex diſpoſitione legis, non dicitur in aliquo honorare filium. l. ſi arrogator. ff. de adop. ideo nec poteſt grauate, ſed quia pater eſt ille qui ſubſtitutum dedit, cũ potuiſſet alios ſubſtituere. Item eſt ille, qui fecit, quòd legitimi ab inteſtato ſuccedant, quia potuiſſet eos excludere ſubſtituendo extraneum filio, vt dicit tex. in d. §. ſed nec impuberis, ideo poteſt eos grauare. ¶ Sed caue, quia alibi deciditur totum èc̃ontra, & ſic prædicta ratio confunditur in l. antepen. C. de leg. & in l. qui fundum. §. qui filios. vbi multum laborant Bar. & Mod. ff. ad leg. Falc. & in l. ab exhæredati. quæ eſt l. antepen. ff. de leg. 1. in qui
4 bus iuribus dicitur, † quòd ſi pater exhæredauit filium, ſed reliquit legatum, & filio ſubſtituit pupillariter, quòd non poteſt legare à ſubſtituto, quem honorauit, ſed bene ab ipſo filio exhæredato, pluſquam difficilè eſt aſſignare rationem, vt dixi in d. l. antepenul. & iſtud vltimum procedit etiam in teſtamento militis. l. miles ita. § ſi miles. ff. de teſtamen. mili. per quæ iura Raph. Fulg. hic tenet contra communem ſentẽtiam, quòd hic etiam à ſubſtituto impuberis non poſſit relinqui fideicom. Item, quia ſi non poſſum grauare hæredem meũ, ergo nec hæredem hæredis. l. ſi fuerit. §. fin. ff. de leg. 3. ¶ Et ad d. l. ſi fundum. §. fin. cum l. ſeq. alleg. per Bar. & alios hic, reſpondet, ꝙ ibi filio erat relictũ plus legitima, ideo poteſt ſubſtitutus grauari, ſicut etiã potuiſ-
c ſet ipſe filius, ſed iſte ſenſus non placet, [c] quia diuinat, & redde-
5 ret illum tex. indubitabilem. ¶† Tenendo communem ſententiam, pulchrum dubium oritur, nunquid in dubio fideicom. cenſeatur relictum ab ipſo impubere, & ſic ſit nullum, an verò cenſeatur relictum à legitimis hæredibus impuberis, & ſic valebit, vt ſuperius firmaui. Bar. in l. cohæredi. §. cùm filię. ff. de vulg. & pup. not. ibi eſſe tex. quem dicit perpetuò tenendum menti, ꝙ in dubio fideicom. videtur relictum ab ipſo filio impubere, quamuis ſit relictum poſt mortem ſuam. idem tenet Barto. in l. codicillis. in princ. per illum tex. ff. de vſufru. leg. & ita conſuluit Paul. de Caſt. in cõſi. 198. quod inci. in caſu præſenti. per tex.
d in cap. ſi pater. à cõtrario ſenſu. de teſt. in 6. ¶ Tene contrariũ, [d] ꝙ imò in dubio quando teſtator relinquit fideicom. poſt mortem filij, cenſetur relictum à ſubſtituto, vel à venientibus ab inteſtato, eo quia verba talis fideicommiſſi poſſunt referri ad impuberem, item poſſunt referri ad ſubſtitutum, vel venientes ab inteſtato, ergo in dubio ad eos debet fieri relatio eo modo, vt actus valeat, & non pereat. l. quoties idem ſermo. ff. de reg. iur. & l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. & ita tenet Bart. ſibi contrarius in l. qui duos. ad fin. per gloſſ. & ibidem Imol. & Paul. de Caſt. ff. de vulg. & pupil. Sal. hic in vlt. col. Fulg. Paul. de Caſt. Imol. & alij Mod. in d. §. cùm filiæ, & Imol. in cap. Raynutius. circa fin. tracta. vulg. ſubſti. de teſta. Fulg. in l. eam quam. C. de fideicom. Raph. Cuma. in l. i. §. fi. ff. de vulg. & pupil. & ibi vide Alexan. & Aret. præceptores meos. dom. Alexan. in conſil. 12. in 3. vol. quod inci. attentis verbis teſtamenti. in pen. colum. & multum ſubtiliter, & plẽnius quam ãlibi. dom. Fran. de Aret. in con-

ADDITIONES.

a ¶ Dictio intra. Adde Baſ. & Bald. in l. 1. ff. de ſucceſſ. edi. Bar. in l. ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius. ff. de verbor. oblig. in l. 1. venditione. ff. de act. empt. in l. ſi quis ſic. ff. de verb. ſign.

b ¶ Impubes. Adde Spec. titu. de pign. in §. 1. ver. verum. Fallit niſi permittatur per ſtatutum, ſecundum Barto. in l. ſi quæramus. de teſta. Secundò fal. ad pias cauſas cum auctoritate tutoris, ſecundum Bal. in l. ſi frater. C. qui teſtam. fac. poſ. & Bart. in l. 1. in 2. q. C. de ſacroſanct. eccleſ. in repe.

c ¶ Non placet, Contra Iaſon. vide Galia. in l. Centurio. colum. 16. ver. inquantũ. ff. de vulg. & pupil. PVRPV.

d ¶ Tene contrarium. Adde, quæ ſcribit Clar. §. teſtamentum. quæſt. 72. verſi. tertius caſus. vbi poſt plura dicit opi. Iaſ. hic magis communem, & ab ea non eſſe receden. in practi. ꝙ quã vide etiã. quę ponit Dilec. de arte teſt. tit. 5. caut. 34. nu. 2. idem Iaſ. in l. cohæredi. §. cùm ante. nu. 17. ff. de vulg. MASVER.

Source : BIU Cujas

in conſil. 155. quod incip. periculoſum eſt, vt ait Hieron. in 8. col. & in 11. & duabus ſequen. vſque ad fi. conſilij. ¶ *Et iſta eſt vera, & communis*, ſecundum quam patet rectè cõſuluiſſe Raph. Fulg. in ciuitate Mediol. in q. quam hic ponit. pater inſtituit filiã in mille ducatis, & quandocũque decederet ſine liberis, voluit, ꝙ diſtribuerentur inter pauperes, fuit dubitatum, cùm illi mille ducati non eſſent vltra legitimã filiæ, an valuerit fideicom. Bal. & multi alij conſuluerunt ꝙ non, quia filia non potuit fideicom. grauari in legitima, imò intelligitur ipſo iure reiectum. l. omnimodo. in princ. ſ. eod. Raph. dicit ſe conſuluiſſe cõtrariũ, & bene, eo quia tale fideicom. in dubio cenſetur iniunctum nõ filiæ, ſed eius hæredibus, & ſic valet, vt prædixi. iſtam deciſionẽ Raph. refert, & ſequitur Paul. de Caſtr. hic, & dicit, quòd iſtum caſum habuit de facto ex ciuitate Bononię, ex qua fuit ſibi portatum vnum conſilium Bald. qui conſulebat non valere fideicommiſſum, & omnes Docto. Bono. ex illo cõſilio decepti idẽ conſuluerunt, ſed ꝙ ipſe, & Io. de Imol. perpenderũt de iſto errore, & fecerunt retractari omnia dicta conſilia. dicit etiam, ꝙ in iſta ciuitate Paduæ habuit iſtum caſum, & quidam valens Doctor ſimiliter fuit deceptus, ſed viſis eius ſcriptis pęnitentia ductus reuocauit conſilium. ¶ Adde ꝙ iſtum caſum, quem hic, plenius refert, & proſequitur Raph. Fulgo. in l. eam quam. in 5. & 6. col. C. de fideicom. vbi dicit, quòd cùm cauſa illa eſſet commiſſa ad conſilium illuſtrium Docto. Bald. & dom. Chriſtopho. de Caſtil. conſuluerunt fideicom. non valere, ſed quòd ipſe, vt prędixi, contrarium conſuluit, & pro eo protulerũt ſententiam arbitri, qui erant ex ſolennioribus Doctoribus venerandi collegij illuſtris ciuitatis Mediolani, & quòd ſupremum honorem reportauit, non tamen fecit mẽtionem Fulg. de quo admiror, de auctoritate Barto. tenentis iſtam partem cum alijs præalleg. ¶ Succeſſiuè Bald. hic ad fi. ponit aliam deciſionem, in qua dicit ſe cõſuluiſſe in ciuitate Viterbij, quam dicit eſſe de
6 apicib. iuris, † quando pater inſtituit duos filios, puberem, & impuberem hæredes vniuerſales, & eos inuicem ſubſtituit pupillariter, vulgariter, & per fideicom. vltimò moriẽti ſubſtituit Titium, ſi vltimò moriens inſtituit aliũ, poſſit ex perſona amborum filiorũ plures quartas detrahere, & ſequitur Paul. de Caſt. in vlt. colum. & multum cõmendat, dicens ꝙ eſt deciſio quotidiana, & eã pluries habuit de facto, ſed nihil addit. Adde Rapha. Cuma. qui refert, & ſequitur limitando, in l. 1. §. fi. ff. de vulga. & pupil. & conſil. 173. quod incip. Bart. inſtituit Ant. Petr. de Ancha. in conſil. 26. quod inci. non ſeruato ordine. facit bene,
7 quod vult Bal. in l. cùm virum in 3. col. C. de fideicom. ¶ † Vltimò extende iſtum tex. & prædicta, quòd quemadmodum in legitima impuberis non poteſt iniũgi fideicom. idem eſt in dote filiæ, quæ non eſt, vltrà legitimam. ſecundum Cyn. in l. vnica. §. videamus. in fi. C. de rei vxo. act. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de inſtr. edi. §. vt autem. in addi. quæ inci. ſed incidit. Bal. in l. quoniam nouella. in 2. quæſt. ſ. eod. text. in l. fin. §. filiæ. & ibi Barto. ff. de lega. 2. Bar. in l. Lucius. §. maritus. per illum text. ff. ad Treb. & latius Saly ce. in d. l. quoniam nouella. in 2. queſt. ¶ In glo. fi. adde quòd quæſtio glo. non eſt referenda ad caſum huius. l. quando filius erat ſolùm inſtitutus in legitima, quia tunc de fideicommiſ. tractari nõ poteſt, nec ante nec poſt pubertatem, cùm reijciatur per l. quoniam in prioribus. infra eodem. debet ergo quæſtio glo. intelligi, quando filio erat relictum vltra legitimam, & quæſtio eſt, an compendioſa facta filio impuberi per verbum commune, ſit omni tempore fideicommiſſaria, an pro tempore pupillaris ætatis ſit directa, & poſteà obliquetur, eſt alta, & dubia quæſtio, quæ ordinariè examinatur per glo. & Docto. in l. precibus. cum concordantijs. C. de impuber. & alijs ſubſti. vbi ordinariè examinaui, ideo hic non repeto, pręcipuè cùm non faciat ad propoſitum huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Fratres vterini tantum non habent querelam inofficioſi.*
2 *Querela inoffic. teſtam. competit contra teſta. fratris inſtituentis turpẽ, aut vilem perſonam.*
3 *Frater ſi expugnauerit teſta. eo quia turpis perſona eſſet inſtituta, an tenebitur ad omnia legata, & fideicom. etiam vniuerſalia relicta in teſtamento fratris.*
4 *Lex noua generaliter aliquid inducens, vel corrigens, nunquam intelligitur corrigere in caſu ſpeciali, niſi de eo faciat mentionem.*
5 *Extenſio fit etiam in correctorijs, vbi tractatur de fauore publico.*
6 *Fratres naturales tantum licèt ſint nati ex eodem patre, & matre, non tamen habent iura conſanguinitatis.*
7 *Teſtam. presbyteri teſtantis de ſuo peculio quaſi caſtren. nullo modo impugnari poteſt.*
8 *Teſtamentum fratris an per querelam intentatam à fratre rumpatur, an verò vſque ad legitimam fratris.*
9 *An cauſæ ingratitudinis repellant fratrem ab inteſtato.*
10 *Infames, vel turpes perſonæ quæ dicantur, vt eis inſtitutis poſſit frater querelare teſtamentum fratris.*
11 *Filius ſacerdotis eſt infamis.*
12 *Qui dicantur conſanguinei.*

LEX XXVII.

a  Ratres [a] aut. Iſta. l. in ſui materia eſt ſingularis, ſecũdum Bar. & alios, quia nulla alia. l. eſt, quæ complectatur omnes iſtos caſus, licèt concordantes ſint in gloſſ. alleg.
1 & per Barto. hoc dicit tota lex. † Fratres vterini nullatenus, etiã inſtituta turpi perſona, habent querelam. hoc primò. fratres verò conſanguinei etiam ſublata agnatione per emãcipationem habent querelam, quando eſt inſtituta perſona infamis, vel turpis, aut vilis, vel libertus erga patronum ingratus. hoc ſecundò. Contra verò ſeruum inſtitutum, qui eſt neceſſarius hęres, quãuis ſit vilis perſona, non datur querela. hoc dicit tertiò, & vlt. & ſic iſta. l. diuiditur in tres partes, quæ patẽt ex ſummario. ¶ Not.
2 ex iſta lege regulam, † quòd querela inofficioſi teſtamẽti competit contra teſtamentum fratris inſtituẽtis turpem, aut vilem perſonam. concordat. l. fratris. ſ. eod. §. ſoror. inſti. eo. & l. 1. ff. eo. ¶ Extende iſtam regulam quatuor modis. Primò, nõ ſolùm in fratre exhęredato, ſed etiam in pręterito, ſecũdũ Gul. de Cun. Barto. Bald. & alios hic, & Paul. de Caſt. in l. fratris. ſ. eod. quia talis prætęritio habetur pro exhęredatione, ſicut in matre, & ſimiliter non competit cõtratab. l. 1. §. liberos. ff. ſi quis à pa. fue. manum. ratio eſt, quia illis competit contratab. facto teſtamento, quibus ab inteſtato vnde liberi. l. 1. §. 1. ff. de contratab. ¶ Secundò extende, quando inſtituiſſet turpem perſonam, & non turpem, quia pro parte turpis perſonæ datur querela. l. cum duobus. & ibi glo. ſ. eod. l. circa. ff. eod. ſecundum Doct. proximè allegatos, facit. l. ſi Titio, & ei. ff. de leg. 2. ¶ Limita dupliciter. Primò ſecũdum Bald. & Sal. hic, niſi turpis perſona repudiaret, ꝙ accreſceret cohæredi, nec ſubijceretur querelæ, quæ nõ potuit naſci, niſi adita hæreditate per turpem perſonam. l. penul. §. fin. ſ. eod. Secundò limitat Bald. hic in 2. quæſtio. niſi in hęreditate eſſet ſolùm quid indiuiduum, tunc etiam contra turpem perſonam pro eius parte non competeret querela, arg. text. not. in l. ſi is qui duos. ff. de lib. lega. faciunt, quæ dixi in l. 3. ſ. eo. quamuis Sal. hic. in 6. quæſtio. teneat contrarium. ¶ Tertiò extende iſtam. l. etiam quando fratri eſſet aliquid in teſtamẽto relictum minus legitima, adhuc ageretur querela, licèt iſto caſu aliud eſſet in filijs, qui ſolùm agerent ad ſupplementum legitimę, per l. omnimodo. ſ. eod. ita tenet Gul. de Cun. hic per tex. in l. Pantonius. in princip. ff. ſi quis à paren. fue. ma. qui tamen nihil facit, quia loquitur, quando pater erat ex toto pręteritus. imò plus tenet Gul. quòd etiam ſi frater haberet in teſtamento legitimam integram, & adhuc vltra, nihilominus haberet querelam odio inſtituti, de quo vltim. tãgã de per ſe. ſ. in limitationibus. Adde, ꝙ iſtã opin. quòd iſta. l. habeat locum etiam ſi fratri ſit relictum aliquid minus legitima, tenet Salic. in 3. quæſtio. quia. d. l. omnimodo, quę corrigit iura antiqua, & loquitur in filijs, non eſt extendenda ad fratrem, patet, quia querela, quæ competit fratri, competit in odium turpis perſonæ inſtitutæ, illa verò quæ cõpetit filio, competit odio patris exhæredantis. item illa, quæ competit filio, cõpetit ſiue ſit inſtituta turpis perſona, ſiue non. ſecus in illa, quæ competit fratri. item legitima filiorum relinquitur titulo inſtitutionis. glo. & Docto. in Authen. nouiſſima. & ibi dixi. ſ. eod. ſed in iſta fratris ſufficit titu. lega. §. ſi verò expreſſim. in Auth. de hære. & Falc. & ſic. d. l. omnimodo. loquens in filijs, non debet extendi ad tranſuerſales. ¶ Adde, quòd contrarium tenet Ang. in Auth. res quæ. C. communia de leg. & in l. 1. ff. eo. vbi dicit, ꝙ continuò reprobauit deciſionem Gul. quia non debet frater eſſe melioris conditionis, quam aſcẽdens, vel deſcendens. ¶ Secundò, & fortius dicit eſſe contra tex. expreſsũ in l. omnimodo. in prin. ſ. eo. vbi dicitur non ſolùm in filijs, ſed ꝙ omnes illi, qui ad querelam vocantur, ſi nõ habent legitimã integram, ſolùm agunt ad ſupplementum, vel ſaltem text. ibi
b indefinitè loquitur. ¶ Quartò [b] not. extende iſtam. l. etiam ſi in teſta-

ADDITIONES.

a ¶ Fratres. Adde pro materia huius. l. Io. Fab. in §. ſui. col. 1. inſtit. de hære. quali. & diffe. Spec. titu. de teſt. §. ſequitur videre. verſi. aliud quoque. vbi ponit formam libel. Caſt. in l. Pap. §. filijs. ff. de inoffic. teſtam. Ang. inſtit. eod. tit. in prin. col. pen. Bar. in Auth. ex cauſa. col. 9. & Ang. in corpore vnde ſumitur. §. fin. & §. aliud quoque capitulum. BELLOT.

b ¶ Quartò not. Adde quod contra Iaſ. tenet Curt. Iun. in l. 1. nu. 5. ff. de inoffi. teſtam. & in Authen. ex cauſa. nume. 73. C. de lib. præter.

Source : BIU Cujas

Ias. super Prima Codicis.

testamento esset apposita clausula codicillaris, quę semper apponitur ex stylo notariorum, quia licèt inducat fideicom. vniuersale. l. posthumus. §. fin. de iniust. rup. l. quærebatur. §. vtrum autem. ff. de testam. mili. latè Barto. in l. 1. ff. de iu. codi. & fideicom. etiam vniuersale hodiè sustinetur per Auth. ex causa. C. de libe. præte. vt dixi. in l. 1. §. eod. tamen cùm olim secus esset. l. Titia. ff. eod. & illa Auth. solùm corrigat in ascendētibus, & descendentibus, vt patet in corpore vnde sumitur, in fratribus autem nihil hodiè reperiatur immutatum, certè iura correctoria extendi non debent. l. præcipimus. in fin. vbi Barto. C. de appel. ita consuluit Paul de Cast. in consil. 61. quod incip. quo ad primum videtur dictas sorores. in penul. & vltim. colum. aliàs de facili fieret fraus huic legi, apponēdo clausulam codicillarem, quia turpis persona haberet iure fideicom. totū excepta Treb. & subdit Paul. de Cast. ꝙ post prædicta cogitata gauisus est, ꝙ reperit Ang. huius sententiæ. in d. Auth. ex causa. in 6. colum. & quòd neminem reperit contrarium tenere. iste est pulcher passus, & valde necessarius ad hanc legem. † Nunquid si fratet expugnauerit testamentum, eo quia turpis persona esset instituta, an tenebitur ad omnia legata, & fideicom. etiam vniuersalia, relicta in testamento fratris, per Authen. ex causa. præalleg. cùm iura correctoria non extendantur etiam ex maioritate rationis, *secundum communem sententiam*, vt per glo. & Docto. in Authen. quas actiones. C. de sacrosancte eccles. & in locis vulgaribus, licèt Paul. de Cast. dixerit, quòd neminem reperit contrarium tenere. ¶ Adde quòd contrarium tenet Bald. hic in 3. quęstio. vbi quærit, an rescisso testamento à fratre per querelam, legata & fideicommissa sustineātur per d. Authen. ex causa, primo dicit videri, quòd non, cùm non loquatur nisi in parentibus, & liberis. Ipse decidit contrarium, quia vbi odio instituti testamētum reducitur ad causam intestati, non præiudicat legatarijs, vel fideicommissarijs. l. eam quam, secundum vnam lect. gloss. ibi, in versic. hæreditas. C. de fideicom. ¶ Sal. etiam hic in 4. quæst. latè examinat istum passum, & primò arguit, ꝙ legata sustineātur per illam Authen. cùm loquatur in filijs, & parētibus, fortius debet habere locum in trā suersalibus. Secundò, quia loquitur indistinctè. Tertiò per fundamentum Bald. proximè relatū. Quartò, quia ista lex disponit odio turpis personæ, ergo pœna debet commensurari delicto. l. sancimus. C. de pœ. nec alius debet alterius odio grauari. l. 2. C. de libe. & eor. lib. & istam partem refert tenere Iaco. de Are. Pet. & Cyn. ¶ In contrarium dicit facere, quia d. Authen. ex causa. est correctoria, ergo nō debet extendi, item quia exhæredatio fratris non est principalis causa querelæ, sed vtilitas personæ instituti, quod secus est in d. Authen. ex causa. & dicit quòd ista pars est tutior de rigore iuris, sed alia est æquior, & ꝙ iste passus egeret decisione Imperatoris. Conclude, quòd *prima opin.* [a] *est communior*, ꝙ Authen. ex causa. non habet locum in casu huius legis, & sic ista lex non est correcta per d. Authen. ex causa. quæ non extenditur ad fratres, seu trāsuersales. istam opinionem etiam tenet Ang. in d. §. fin. in Auth. vt cùm de appel. cog. Franc. de Rampo. & Ioan. de Imol. eius discipulus in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. dom. Alexan. in d. Authen. ex causa. in 22. colum. vbi respondet ad d. l. eam quam. secundum Barto. ibi in 1. quæst. qui tenent istam partem, solùm fundant se, quia d. Auth. ex causa, & in corpore vnde sumitur, est correctoria, & loquitur in filijs, & parentibus, ergo non debet extendi ad fratres. ¶ Ego pro ista parte multum moueor, nam ista lex ponit casum specialem, in quo transuersali competit querela, quæ regulariter ei non competit, nisi quando est instituta turpis persona, sed ego habeo, † quòd lex noua generaliter aliquid inducens, vel generaliter corrigens, nunquam intelligitur corrigere in casu vllo speciali, nisi de eo faciat mētionem. glo. in l. iciendum. in princ. & ibi Barto. ff. qui satisd. cog. gl. in Authen. de hære. ab intesta. in princ. in verb. vacantibus, & latè Barto. in extrauag. ad reprimendū, in verb. non obstan. Si velis tenere oppositum, quod tenet solus Bald. contra communem, considera, ꝙ vnum solùm obst. ꝙ Auth. ex causa est correctoria, & in correctorijs non fit extensio etiam ex maioritate rationis, quoniam defendendo opin. Bal. potes dicere, ꝙ in correctorijs fit extensio, quando aliàs resultat absurdum. arg. l. scire oportet. §. aliud. de excus. tut. ita expressè tenet Imol. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matrim. in 1. fal. quam ponit in materia correctoria, vbi ad hoc ponderat glo. in clem. fin. in gl. 1. & 2. de rescrip. sed absurdum videtur, quòd filij, & parentes, quorū prēteritione de iure communi ipso iure rumpitur testamentum, tamen teneantur ad omnia legata, & fideicom. transuersales verò, qui iure singulari admittuntur, non tenerentur, cùm tamen debilius sit illud, quod competit iure sing. quàm iure cōmuni. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. mi. ¶† Secundò facit, ꝙ etiam in correctorijs, vbi tractatur de fauore publico, fit extensio, patet quia. l. pœnalis, quæ debet restringi, tamen vbi tractatur de fauore publico, extenditur, secundum Bar. in l. quemadmodum. circa med. C. de agri. & censi. libr. 11. & in l. 2. §. exercitum, cum sim. ff. de insa. & in specie Ludo. Roma. in consil. 105. quod inci. viso themate. etiam si de fauore pub. secundariò tractetur, secundum Paul. de Cast. in consil. 13. quod inci. viso punct. o. in 3. colum. facit. l. hoc modo. ff. de condi. & demonstr. sed conseruatio testamēti respicit publicam vtilitatem. l. vel negare. ff. quemadmo. testam. aper. glo. not. in l. Gallus. §. quid si is. in ver. vtilitatem. ff. de libe. & posthum. facit text. not. in l. si ita facta. ff. de iniust. rup. ¶ Teneas communem sentētiam, & quam etiam tenet Paul. de Cast. & ibidem plenius dom. Alexand. in l. si patroni. §. fin. ff. ad Trebel. & ibidem Paul. de Castr. limitat id, quod. §. retuli de clausula codicillari, quòd etiam si in testamento fratris adesset clausula codicillaris, quæ importat fideicom. tamen expugnato testamento, turpis persona non veniret iure fideicom. dicit Paul. de Cast. ibidem rationem esse, quia querela esset ludibrio, si turpis persona, quæ excluditur ex successione testamenti, veniret iure fideicommis. secus est secūdum eū, quando fideicom. vniuersale esset relictum non turpi personæ institutæ, sed alicui tertio, & esset adiecta clausula codicillaris, per quam venientes ab intestato intelliguntur grauati restituere per fideicom. l. si quis cùm testamentum nullum. & l. ab intestato. ff. de iure codicil. isto casu frater expugnato testamento per querelam, & exclusa turpi persona, tenebitur virtute clausulæ codicil. restituere illi tertio fideicom. & dicit Paul. de Castr. ꝙ dum legeret Bonon. ita consuluit in ciuitate Vicētiæ, & est pulchra limitatio, quamuis dom. Alexan. ibi videatur impugnare. Quintò modo extende istam. l. vt dicā. ſ. in 9. fal. ¶ Limita istā. l. 10. modis. Primo non habere locum in fratribus vterinis, qui solùm sunt cognati, vt hic, sed hodiè cùm sit sublata differentia agnationis, & cognationis. §. si vero neque. vers. nullam verò. in Authen. de hære. ab intesta. & in Auth. cessante. C. de leg. hæred. illud procedit solùm ab intestato, vt hic in gloss. & in l. fratris. §. eod. cum simil. [b] ¶ Secundo limita in fratribus primi gradus, secus in filijs fratrū. l. fratris. §. eo. nec obst. ꝙ nepotes succedant in locum patris sui. §. cùm filius. instit. de hæred. ab intesta. quia procedit, quando tractatur de succes. ascendētium, secus quando de succes. collateralium. Authen. post fratres autem. & ibi Bartol. C. de leg. hæred. l. 2. C. de succes. edict. l. auunculo. C. communia de succes. declarat Cyn. in d. Authen. cessante. in fin. Bal. in l. 3. C. de leg. hæred. Io. Fab. in d. §. cùm filius. rationem diuersitatis assignat Nic. de Neap. in §. 1. instit. de leg. agna. succes. Ioan. Fab. in §. cæterum. eod. titu. Nec obst. si dicas, quod nepos succedit in locum patris in succes. transuersalium, quando tractatur de successione patrui, text. est in d. Authen. post fratres autem. & ibi Bartol. Quia respondc, ꝙ istud vltimum solùm procedit ab intesta. ¶†† Tertiò limita in fratribus natis ex legitimo matrimonio, secus est in fratribus naturalibus tantum, quia licèt sint nati ex eo. patre, & eadem matre, tamen non habent iura consanguinitatis. §. nouissimè institu. ad Sena. Orfic. & sic non competit querela, secundum Bald. in 1. not. & Salic. hic. idem tenet Ang. in l. 1. ff. eod. melius facit, quia sunt infames, secundū Azo. in sum. C. de insa. & tit. C. de nat. libe. & dicam. ſ. ergo repelli debent, vt dicam. ſ. in 7. limi. Facit, quod vult glo. fin. in l. 1. in prin. ff. de contratabul. quòd licèt naturalis aliquando admittatur ex voluntate defuncti, tamen nunquam admittitur contra voluntatem, & sic non habet contratab. nec querelam, & illam gl. ad hoc reputat sin. Bal. in l. 1. C. quor. bonorum, & in cap. innotuit. in 4. colum. de elect. tenet Bald. in l. fin. per illum text. C. de nat. libe. ¶ Quartò limita [b] in fratribus naturalibus legitimatis per rescriptum Principis, secundum Sal. hic in 1. colum. & in Auth. si quis. C. de nat. lib. ratio est, quia talis legitimatio affert ius agnationis, & succedendi solùm inter patrem & filium, nō autem inter fratres, & cæteros. l. communium. in princip. vbi Barto. & Bal. C. de na. libe. Bal. in l. cùm in adoptiuis. C. de adop. latius Ioan. And. in addi. Specu. in titul. de succes. ab intesta. §. 1. versic. ex facta. dom. Ant. in cap. per venerabi. post med. in versi. quia. ſ. visum est in legitimatis. qui fil. sint leg. Iaco. de Bel. in disputatione, quam ponit in Auth. quib. mod. nat. effic. leg. Pan. in consil. 87. inci. in q. quæ vertitur inter Iulianum. in 2. colum. in 1.

ADDITIONES.

ca. in 5. opp. C. de his, quæ pę. no. quòd non valet pactum, vel ſtatutum, quòd pater cadat à feudo propter delictũ filij, & ibi videas quædam alia per Bal. & ſic generaliter conclude, q̃ non valet ſtatutum, q̃ vnus teneatur pro alio, ſm Bal. in Auth. ſed omnino. in 3. col. C. ne vxor pro mari. Iac. de Bel in Auth. vt nõ ſi. pig. Io. An. in regula non debet aliquis. in mercuriali. quãuis tamen contrarium teneat ſolus Bar. in tract. repreſa. in 3. q. 1. q. prin. quem potes ſaluare, quando ſubeſſet cauſa ſpecialis ſtatuti, vnde determinat Bal. in l. doris, per glo. ibi. C. de iu. do. valere ſtatutum mercatorum diſponens, quòd filij mercatorum teneantur ad debita patris etiam ſi non ſint eius hæredes. ſequitur Pet. de Anch. in commento c. canonum ſtatuta. de conſtit. in 18. char. in verſi. ſed quæro vlterius, ſcriptũ eſt in lege diuina.

3 idem tenet Inn. in c. pen. de conſue. ¶† Prædicta intellige in cauſis ciuilibus, in criminalibus verò ſimiliter non valet ſtatutum imponens pœnam corporalem pro delicto alterius, ſecũdum Bald. & Saly. in rub. C. res inter alios acta. Bald. in l. ſancimus. C. pe pœn. & in l. j. C. ne fil. pro pat. ſed ſi imponitur pœna pecuniaria, bene valet, ſubeſt enim cauſa publicæ vtilitatis, vt à delictis magis abſtineatur, ita tenet glo. ord. in rub. C. de decre. decu. lib. 10. Et ita limita regulam huius tex. Iſtam limitationem comprobo per ſex. Primo, per illud quod vult Bald. in l. iure prouiſum per illum text. vbi bon. tex. C. de fabricenſi. lib. 11. vbi arg. illius tex. not. valere ſtatuta Flor. quæ diſponunt, quòd vno de agnatione ne delinquẽtes, cæteri omnes teneantur. Idem tenet Ang. in conſi. 63. incip. nobilis miles dominus Ray. ¶Secũdò facit, quod no. Bald. in l. ſancimus. C. de pœ. per iſtum text. in ver. propinquos, quòd valet ſtatutum ciuitatis Peru. diſponẽs, quòd illi de domo teneantur pro delicto conſortis, quia licèt non ſint in culpa, tamen ideo magis à delictis abſtinetur. ¶Tertiò facit, quod tenet Bal. in l. j. C. ne fil. pro pa. & Saly. in l. ſi filiuſfa. eo. titu. valere ſtatutum diſponens, quòd pater teneatur pro delictis filiorum ad pœnam pecuniariam; idem tenet Bald. in l. 2. in 2. col. C. de conſtit. pec. & in rub. C. res inter ali. acta. in 2. col. & in l. ſi quis in tantam. in 4. col. C. vnde vi. & in l. ſi filiuſfa. 2. ff. ſolu. ma. & in l. 2. ff. ſi ex noxa. cau. ag. & in l. lex Cornelia. vbi etiam Ang. & Imo. ff. de vulg. & pup. Alb. de Ro. in j. parte ſtatu. q. 67. facit bene tex. in c. 2. in ver. conſuetudinem illius terræ. de deli. pue. quem ad hoc ibi no. Pet. de Ancha. & Lud. Rom. in d. l. filiuſfa. la 2. ad fin. ff. ſol. mat. ¶Quartò facit, quod tenet Bal. in l. de quib. in 10. colum. ff. de legi. valere ſtatutum, & conſuetudinem, quòd villa teneatur pro facientib. furta, de quo etiam per Barto. in l. diuus. ff. de teſtamen. mili. & in l. ſi quando. C. vnde vi. & in l. nequid. ff. de incen. ruin. naufr. accedat, quod tenet Barto. in l. j. §. familiæ. ff. de pub. & in l. Titius. ff. de teſtamen. milita. cum ſuis concordan. quòd valet ſtatutum diſponens, quòd dominus teneatur pro delicto famuli, ſeu familiæ ſuæ. ¶Quintò facit, quod tenet Pet. de Ancha. in commen. c. canonum ſtatuta. de conſtit. in 18. char. in verſi. quæro vlterius, ſcriptum eſt in l. diuina. vbi refert Bald. conſuluiſſe, quod valeat ſtatutũ Floren. diſponens, quòd propter homicidium vnius omnes conſortes expellantur de ciuitate. ¶Vlti. facit, quod no. tenet Bal. in c. conſtitutus. el 1. per illum text. de teſti. quòd valet ſtatutum puniens totam domum pro delicto vnius; ratio eſt ſecundum eum, quia non præſumitur, quòd delinqueret, cæteris de do-

4 mo obuiantib. ¶† Tertiò ſpecialiter no. ex iſto text. quòd filius non poteſt exhæredari propter odium alterius etiã patris, imò extraneus inſtitutus hæres non poteſt à teſtatore exhæredari propter culpam cohæredis. tex. eſt ſolennis in l. paterfam. teſtõ. ff. de her. inſti. quem Pau. de Caſt. hic dicit ſing. eum etiam reputat multum ſin. Bald. & infert ad multa pulchra in l. vnica. in 5. oppo. vbi videas. C. de his, quæ pę. nomine.

SVMMARIVM.

1 *Querela etiam non præparata tranſmittitur ad liberos, & nu. 2. limita tamen ſex modis, vt infra nu. 3.*
4 *Querela excluditur quinquennio.*
5 *An ius agendi ad ſupplementum tollatur quinquennio.*
6 *Legitima poteſt peti perpetuò, & per conſequens eius pars.*
7 *Correcta ratione. l. intelligitur correcta ipſa lex.*
8 *Bon. poſ. gratia litis agnoſcendæ an duret quinquennio.*

LEX XXXIIII.

1 **SI quis filium.** † Querela etiam non prępparata tranſmittitur ad liberos, niſi obſtet alterũ de quatuor. vel patris ingratitudo, vel relictum, vel repudiatio, vel ſilentiũ quinquennale. h. d. ¶Diuiditur in tres partes. In 1. ponitur thema, & dubitatio Antiquorum. In 2. ponitur deciſio. In 3. quatuor limitationes. Secunda ibi, ſed nos. Tertia ibi, & ſi non hæres. ¶In ſecunda parte Do. & in ſpecie Fulg. & Pau. de Caſt. intelligunt text. velle, quod omnes ſubiecti cenſeantur filij, & nepotes erga Imperatorem, vel principem ſuum, & ſic notant, quòd principes debent tractare ſubditos tanquam filios, vel nepotes; ſed fuit ineptus ſenſus, nec litera iſtud dicit, ſed bene dicit æſtimamus & filios, & nepotes habere affectionem pa-

2 ternam. ¶† Not. ex iſta. l. quòd querela etiam non præparata tranſmittitur ad liberos. limita iſtam. l. quinque notab. mod.

3 ¶Primò limita, vt procedat, † quando tractatur de hæreditate aſcendentis, ratio eſt, quia ſicut hæreditas aſcendentis non adita tranſmittitur ad deſcẽdentes. l. vnica. C. de his, qui ante aper. tabu. ita etiam tranſmittitur querela, per quam peruenitur ad hæreditatem; ſecus eſt in querela tranſuerſalium, quæ competit fratri contra teſtamentum fratris inſtituta turpi perſona. l. fratres. ſup. eod. iſta non præparata non tranſmittitur, ſicut nec hæreditas fratris non adita non tranſmittitur. l. quoniam ſororem. C. de iur. delib. ita limitant Pet. & Cyn. in l. ſcimus. §. fin. j. eo. & Pau. de Caſt. hic adde, quòd idem tenet Bald. in l. ſcimus. §. fina. Ange. in l. nam & his. ff. eod. quamuis contrarium teneat glo. in l. ſi pater tuus. ſup. eo. quam Cyn. & omnes ibi reprehendunt, vbi dixi. ¶Secundò limita in filio exhæredato, ſecus eſt in aſcendentibus exhæredatis, qui querelam non præparatam non tranſmittunt ad ſuos. ſecundum Ange. quem videas in d. l. nam & his. Rapha. Fulgo. in l. ſcimus. §. fin. inf. eod. quamuis Cyn. & Saly. ibi in vltimis verbis dubitent, & ſuper hoc relinquant cogitandum; & pro hoc facit, quia iura, quæ aliquid diſponunt in filijs, & ſic in deſcendentib. non procedunt ècontra, & ſic in aſcendentib. vt per multa probaui in Authen. nouiſſima. ſup. eod. ¶Tertiò no. limita iſtam. l. vt procedat, quando filius exhæredatus non potuit præparare querelam, eo quia hæres ſcriptus nondum adiuerat, vt dicit text. ibi, *deliberante verò ſcripto hęrede, & hęreditate non adita, querela non poteſt intentari.* l. Papinianus. §. ſi conditioni. ff. eo. vnde filius interim decedens tranſmittit querelam non præparatam ad liberos, & in iſtis terminis propriè loquitur iſta. l. Sed ſi hæres ſcriptus adiuiſſet hæreditatem, & ſic filius potuiſſet præparare querelam, tunc eam non præparatam non tranſmitteret hodie, ſicut nec olim: nam cùm iſta. l. ſit correctoria, non debet extendi vltra caſum in ea expreſſum, ita no. limitat Saly. in l. cum mota. in 2. oppo. C. de tranſact. poſt Iac. But. & Mar. Sil. vbi dixi. pro iſta limita. adde bene facere iſtum text. ibi, in tali ſpecie, & text. in l. ſcimus. §. fin. inf. eod. ¶Sed caue, quia in contrarium facit, quòd vult Saly. hic in 1. no. vbi tenet, quòd licet querela non poſſit intentari ante aditam hæreditatem per ſcriptum hæredem, tamen bene poſſunt fieri præparamenta ante aditam hæreditatem. Mouetur per iſtum text. in fin. qui potius probat contrarium. & d. l. ſcimus §. fin. quæ nihil facit, & credo quod malè dicat. Tamen contra iſtam limita. fortiter facit, quia ſi ratio prædicta eſſet in iſta. l. deberet fieri tranſmiſſio etiam ad extraneos, vt dicam in ſeq. limita. ¶Quartò limita iſtam. l. quòd procedat ſolùm quo ad liberos, non autem quo ad extraneos, ſecundum Bald. in d. l. cum mota. in 2. oppo. & eſt text. clarus in d. l. ſcimus. §. fin. infra eod. in verbo ad ſuam poſteritatem tranſmittit, ad extraneos verò, &c. ¶Confirmo, quia eodem modo querela inofficioſæ donat. non præparata, non tranſmittitur ad extraneos hæredes, ſed ad liberos tantum. Ita not. tenet Bal. in l. j. in pen. colum. inf. de inoffic. dona. licèt iſta limitatio ſit vera, tamen in contrarium fortiter ſtringit ratio iſtius text. quæ eſt, quia exhæredatus non potuit præparare querelam, ergo habetur pro præparata, ideo tranſmittitur; iſta ratio militat etiam quo ad extraneos, ſicut quo ad liberos, quia querela præparata ita tranſmittitur ad extraneos, ſicut ad liberos. l. poſthumus. §. fin. cum l. ſequen. ff. eo. cogita. ¶Quintò limita, quando tales liberi ſunt ſui, aliàs ſecus. glo. eſt ſingu. in l. ſi quis affirmauerit. in verbo hæredes. ff. de dolo. ¶Contrarium tenet Saly. in d. l. cum mota. in ſecunda oppo. vbi ſimpliciter dicit, quòd non curat, an liberi ſint de ſuis, vel non. Confirmo, quia tranſmiſſio, quæ fit per d. l. vnicam. C. de his, qui ante aper. tab. fit etiam ad non ſuos. facit generalitas. l. ſcimus §. fina. in verbo ad ſuam poſteritatem. j. cod. ¶Sextò limita, quando tales liberi ſunt hæredes filij exhæredati, aliàs ſecus, quia talis tranſmiſſio non fit ad liberos, niſi ſint hæredes illius exhæredati, cùm ex eius perſona tãtum venire poſſint, vt not. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. & in l. ſi quis filium. ff.

4 de acqui. hæred. ſecundum Pau. de Caſt. hic. ¶† Secundò not. ex iſto text. in fi. quòd querela excluditur quinquennio, vt hic. & l. contra maiores. ſ. e. & l. 2. C. in quib. cau. in integ. reſt. nõ eſt neceſſaria. ¶Amplia, vt procedat ſiue principaliter intentetur, ſiue etiam incidenter per viam exceptionis, vel conditio. quia

neutro

a neutro modo nunquam excedit tempus quinquennij, ſicut in ſimili dicimus in tempore reſtitutio. in integ. qualitercunq; intenteur. l. nam poſteaquam. §. ſi minor. in fi. ff. de iureiu. & ita ad terminos noſtros tenet Bal. poſt Pet. in l. ſi quis libertatē. circa fi. ff. de peti. hær. quamuis gl. ibi contrarium teneat. ¶ Secundò extende, vt idem ſit in bon. poſ. gratia litis agnoſcendæ, vt etiam duret quinquennio ad ſimilitudinem querelæ, ſecundū Io. Fab. in § fi. inſti. de bon. poſ. quamuis contrarium in hoc, ꝙ imò duret ſolum anno, ſicut aliæ bo. poſ. teneat Bal. in l. fi. in 8. & in pe. col. C. vnde legi. & ibi d. Alex. in 6. col. ¶† Pulchrum, & ſubtile dubium eſt, quid in iure agendi ad ſupplementum legitimæ, an tollatur per lapſum quinquennij, ſicut & querela. Bar. hic tenet, ꝙ ſic, per iſtum tex. in fi. referendo cum ad ſuperiora, cùm tex. ſupradixerit de querela, & de iure agendi ad ſupplementum legitimæ, ergo ad vtrunque debet fieri relatio, cùm poſſit fieri ſalua ratione recti ſermonis. l. j. in fi. C. de libe. præte. cum ſim. ¶ Secundò mouetur, quia ſupplementum legitimæ ſuccedit loco querelę, ergo eius naturam ſortitur. idem & plenius tenet Bart. conſi. 14. incip. quæritur vtrum iuri agendi ad ſupplementum. vbi adducit pro caſu. l. fi. C. de inoffi. dona. ad quam malè reſpondetur, vt j. videbitis, hoc modo inducendo: nam querela inoffi. dona. competit, etiam quando filio aliquid eſt relictum, quo caſu conſequitur ſupplementum legitimæ. l. j. C. de inoffi. don. & tamen durat ſolùm quinquennio. d. l. nam poſteaquam. reſpondet Bar. ad tria, quæ videntur in contrariū obſtare, videas ibi per eum, & cum Bar. tenet ſolus Lud. Rom.
b in l. certi condictio. in prin. in 6. col. ff. ſi cer. pet. Iſta opi. Bart. *eſt communiter approbata*; contrarium tenet Bal. hic per tria fundamenta, & reſpondet ad iſtum tex. in fi. quod venit exceptiuè ad tranſmiſſionem querelæ, non autem ad ſupplementum legitimæ; ſed certè iſta reſponſio non tollit fundamentum Bar. eo quia relatio debet fieri ad omnia præcedentia. Ad ſecundum fundamentum Bar. reſpondet Bal. & bene, quod ſupplementū legitimæ non ſubrogatur loco querelæ, vt habeat eius naturā. patet, quia querela eſt odioſa, quia expugnat teſtamentū, ideo habet breue tempus, ſed ſupplementum legitimæ eſt fauorabile, quia defendit teſtamentum. l. omnimodo. §. eo. & ſic habet contrariam naturam querelę; vnde cùm pro ea competat vel condictio ex l. quæ eſt actio perſonalis, debet durare 30. annis ſicut aliæ perſonales. l. 2. C. de ꝓſti. pecu. l. ſicut. & l. omnes C. de præſc. 30. anno. ſiue ꝓpetat pet. hære. illa ſimiliter durat. 30. ann. l. hæreditatis. C. de pet. hære. idem tenet Sal. hic in pen. & vlt. col.
6 vbi addit quinque alia fundamenta ſatis leuia, præcipuè † quia legitima poteſt peti perpetuò, ergo & quælibet eius pars. l. quæ de tota. ff. de rei ven. ſupplementum legitimæ eſt pars legitimæ. l. ſi quando. §. & generaliter. j. eo. Eandem opin. tenent Ange. & omnes Mod. hic, & dicit Floria. quòd *communis opi.* eſt contra Bar. idem tenet Bal. in Auth. presbyteros. j. C. de epi. & cle. vbi ſecundo modo ſubtiliter reſpondet ad iſtum text. in fi. quòd iſte tex. non loquitur in ſupplemento legitimæ, ſed in querela, ponderando, quòd text. in fin. dicit ſcilicet, [poſt aditam hæreditatem;] nam ſuppletio legitimæ non deſiderat aditionem hæreditatis ab hærede vniuerſali, cùm filius habeat ius accteſcendi, ergo poteſt præuenire hæredem vniuerſalem in adeundo, vt ei poſſit accreſcere, ſecundum Cyn. in Authen. nouiſſima. ſup. eod. Eandem opin. tenet Bald. in repe. l. pater filium. ff. eo. in 11. colum. in verſi. viſis oppoſitionib. reſpicientib. & in l. nam & his. §. j. ff. eod. idem tenet Ange. in l. omnimodo. in prin. ſupra eo. & in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cert. pet. vbi refert ſe ita de facto pluries conſuluiſſe. & idem Ange. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & in l. ſi à domino. in prin. ff. de pet. hære. & in Auth. de trien. & ſemiſ. in prin. in 3. colum. & plenius quàm alibi Ange. in l. Papin. §. fi conditioni. ff. eo. vbi dicit ſe ita pluries obtinuiſſe, & conſuluiſſe de facto vnà cum plurib. alijs Docto. Peruſinis, & ad iſtum text. in fin. ponit nouum intellectum, de quo gloriatur, quòd loquitur in hærede eius, cui competebat ius petendi ſupplementum. nam verum eſt, quòd reſpectu hæredis non durat niſi quinquennio, vt hic, ſed ſi ipſe filius viueret, competeret ſibi perpetuò. Et ratio diuerſitatis eſt ſecundum eum, quia ſi filius tacuit per quinquennium, & mortuus eſt, intelligitur tacitè renunciaſſe, ſecus ſi viuat: ſed iſte intellectus nihil valet, quia ſi verum eſt, quòd iſtud ius durat. 30. ann. quomodo intelligitur tacitè renunciaſſe per lapſum quinquennij, & eius mortem? Ad. l. fin. C. de inoffic. dona. allegatam per Barto. quæ multum ſtringit, reſpondet, quòd aliud eſt in ea, quia nunquam variatur modus agendi, ſiue agatur in totum, quia filio nihil ſit relictum, ſiue agatur ad ſupplementum, quia
* ſemper competit eadem actio ſcilicet querela inoffi. teſtam.* non ſic eſt in propoſito, vbi diuerſa remedia competunt; nam ſi filio nihil eſt relictum, competit querela inofficio. teſtamenti; ſed vbi aliquid eſt relictum, competit condictio ex l. ad ſup

plementum; ſed certè iſta ſol. ſolùm diuerſificat factum. ¶ Et ſimiliter non valet alia reſponſio, quam dat Saly. hic in fi. quod querela inofficioſæ dona. competat contra extraneum donatarium in bonis, quæ exiuerunt patrimonium; ſed hic agitur contra hæredem in bonis, quæ remanſerunt in hæredi. quod ſimiliter eſt ſolùm diuerſificare factum. eandem opin. tenet Pau. de Caſt. in conſi. 122. quod incip. dubia, de quib. quæritur; vbi dicit *hanc eſſe communem opi.* Antiquorum & Modernorum Doct. & d. Alexan. in conſi. 108. quod incip. viſo themate, & diligenter conſideratis verbis. in 2. colum. in 1. volum. & latius in conſi. 94. in 2. volum. incip. conſideratis verbis inſtrumenti. in 9. colum. & duab. ſeq. & in conſi. 8. in 3. volum. quod incip. viſis ſubtiliſſimis dubitationib. in pen. & vlt. colum. ¶ Ego ſequor iſtam opin. contra Bar. & ad iſtum text. in fin. vltra tres ſol. ſup. datas, ego quarto modo reſpondeo, quòd tex. loquitur de querela; & dum dicit Bar. quòd relatio debet fieri ad ea, quæ præcedunt; reſpondeo no. quòd imò relatio debet fieri ad id, quod principaliter deciditur in lege, non incidenter, per tex. in l. fin. §. Titia. & ibi clarè Bar. ff. de libe. leg. facit, quod decidit Bart. in l. ſi cui ſerui. §. ſi à filio. ff. de lega. 1. ¶ Cogita tamen, ſi poſſet noniter attentari, quòd ius agendi ad ſupplementum legitimæ ſit
7 hodie correctum. † nam correcta ratione legis, intelligitur correcta ipſa. l. glo. eſt no. in l. j. ff. de leg. tu. quam ſequitur Bald. in l. j. & ibi d. Alex. in 4. col. ff. ſol. mat. Sal. in Authen. ingreſſi. in pen. col. C. de ſacroſan. eccl. latè Imo. in l. 2. §. fin. ff. de dona. & in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. ſed ratio. l. omnimodo ſ. eo. vt colligitur ex procœmio, eſt, quod ſupplementum legitimæ fuit inuentum, vt teſtamenta firma ſint, & liberis conſulatur, cùm olim teſtamenta expugnarentur; cùm ergo hodie per Auth. ex causa. C. de lib. præte. per querelam non expugnentur teſtamenta, ergo cotrecta eſt ratio. d. l. omnimodo. nam procmia. l. demonſtrant cauſam finalem. l. fin. vbi Barto. & Bald. ff. de hære. inſtitu. cum ſi. & facit, quod in ſimili dicimus correctum eſſe titu. ff. de coniug. cum eman. lib. quia hodie correcta eſt ratio illius titu. vt eſt glo. in l. j. in prin. ff. de coniug. cum emanci. lib. Tene contrarium, quòd hodie durat ſupplementum legitimæ, & ratio eſt, quia per d. Auth. ex cauſa. rumpitur caput teſtamenti in toto tum. ſ. inſtitutio hæredis, hic autem remanet teſtamentum firmum in totum, etiam quo ad inſtitutionem hæredis. ibi enim loquitur, quando filius eſt in totum exhæredatus, vel præteritus, & ſic maiore iniuria affectus, hic autem quando aliquid eſt
8 relictum. ¶ † Item circa prædicta, vt nihil omittatur, poſſet dubitari, quid in bon. poſſ. gratia litis agnoſcendæ, an duret quinquennio. Io. Fab. in § fi. inſtit. de bo. poſ. tenet, quòd ſic ad ſimilitudinem querelæ; contrarium, & melius tenet Bald. in l. fi. in 8. & vlt. col. C. vnde legi. ꝙ imò tantum duret anno. ¶ In gl. 1. Cy. & alij omnes reprobant gl. quia. ll. in ea allegatæ loquuntur, qñ nepos venit ex propria perſona, ſecus quādo ex tranſmiſſione, tunc enim non curatur, an ſit conceptus etiam poſt mortem aui, ſicut in l. vnica. C. de his, qui ante aper. tab. tranſmiſſio ſit ad liberos etiam quandocunque conceptos, ita refert Cyn. de facto ſe obtinuiſſe per authoritatem Dyn in l. Gallus. in fi. diſtinctionis magnæ. ff. de lib. & poſthu. & tenent Bart. & omnes in d. l. vnica. glo. in l. fi. vbi Cyn. & Bar. C. ad Orfi. gl. in l. Paulus. § pen. ff. de bon. lib. Bart. in l. ſi quis filio exhæredato. in prin. de iniuſt. rup. alleg. in glo. ¶ Potes ſaluare gl. intelligendo eam ſecundū ll. quas allegat, quòd ideo tex. hic loquitur de nepote cōcepto. in vita patris, propter illud quod tex. dicit, *poſtea adita eſt hæreditas*, quia ſi non fuiſſet conceptus viuo auo, quamuis ſcriptus hæres poſteà repudiaret, tamen nepos nullo modo admitteretur, ſic expreſsè dicunt. ll. in glo. alleg. ¶ Capio gl. in verbo eum. quę fortiter opponit de l. ſi is, qui. in prin. ff. eo. § ſi verò teſtamētum. allegatus in gl. parum facit, ſecundum Cyn. & Ful. hic, ſed ille tex. fortiter obſt. in duob. dñis tex. dicit, quòd nepos per ll. antiquas erat deſtitutus omni remedio, falſum eſt, vt ibi. & ſic non fuit neceſſaria diſpoſitio huius leg. Secundò obſt. & fortius, qa text. hic in fin. dicit, quòd ſi pater fuit excluſus repudiatione, vel tempore, nepos non admittitur; ſed ibi dicitur totu ꝫrium. Bal. hic dicit, ꝙ iſta difficultas eſt de apicibus iuris. Raph. Fulg. dicit,

ADDITIONES.

a ¶ Alex. lib. 1. conſi. 128. cum multis verbis. col. 5. & 6. PVRPV.

b ¶ Contrarium dixi in d. l. certi cond. & contra Alex. lib. 1. conſi. 190. viſo themate. col. 1. & ibi in pract. Idem quando eſt facta ceſſio.

* Et vide, quæ ſcribit Alex. conſi. 128. col. 4. nu. 5. lib. 1. vbi Doct. in Apoſtil. Gui. Pap. q. 82. Idem Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. nu. 19. ff. ſi quis cau. in l. certi condict. o. nu. 24. ff. ſi cer. pet. Rip. Reſp. 193. & ꝙ iuri agen. ad ſupplementum legitimæ non præſcribatur quinquennio, magis cōem dicit Alex. conſi. 108. lib. 1. de quo plura no. Crem. ſing. 129. vbi ponit diſputationes Bar. & Bald. & Doct. communiter cōcludunt 30. annis, vt ibi in Apoſtil. & vide Boer. q. 150. 2. par. MASVER.

* Donationis.

Source : BIU Cujas

dicit, ꝙ iſte punctus eſt difficillimus, & nunquam fuit de eo clarus. ¶ Glo. dupliciter reſpondet, prima ſol. *communiter tenetur* per Docto. & eam tenet Pau. de Caſt. quia melius ſecundum eum reſponderi non poteſt; ſed certè iſta ſol. eſt de directò contra tex. vbi tex. arguit, ꝙ nepos per iura antiqua non poterat venire, nec ex perſona filij exhæredati, nec etiã ex perſona ſua. ¶ Secunda ſol. tenetur per Sal. hic, & d. Alex. in l. ſi quis poſthumos. §. 1. ff. de lib. & poſth. ſed eſt falſa propter duo. ¶ Primò, quia ſequeretur abſurdum, ꝙ exhæredatus eſſet melioris conditionis, quàm prẽteritus, contra l. maximum vitium. circa medium. C. de lib. præte. ¶ Secundò, & fortius, quia iſte nepos non debebat inſtitui, vel exhæredari, cùm pater eũ præcederet in gradu, certè præteritio habetur pro exhæredatione, ſm Bart. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & in rep. l. pater filiũ. ff. eo. & in l. 3. & in l. fratres. ſ. eo. imò in præteritione, vel exhæred. talium non requiritur etiam hodie cã. ſm Bal. in rep. d. l. pater filium. in 6. col. & in rep. d. l. in ſuis. in 22. col. & in l. poſthumorum. in fin. ff. de iniuſt. rup. ſequitur d. Alex. & ponit practicam huius dicti in Auth. non licet. C. de lib. præt. ſed caue propter tex. in l. ſcripto. ff. vnde lib. iũcta ratione Bar. in d. l. in ſuis. ¶ In iſta ardua difficultate tenc ſol. quam ponit Raph. Ful. hic, & in d. l. pater filium. ꝙ filius exhæreda. hic deceſſit ante aditam hæreditatem per ſcriptum hæredem, vt expreſsè dicit text. vnde cùm querela non eſſet delata adhuc filio, quia non naſcitur niſi adita hæreditate. l. fillum. §. ſed cùm exhæredatio. ff. de contratab. l. Papi. §. ſi conditioni. ff. eo. ideo non eſt locus ſucceſſorio edicto. l. j. in prin. in verbo delatã. ff. de ſucceſ. edic. ſed quando hæreditas eſt adita, & ſic querela in effectu producta, poteſt tranſire per ſucceſſo. edic. ita loquitur contrarium; ita teneas, quamuis Pau. de Caſt. hic, & in d. l. ſi quis poſthumos. §. j. reprobando dicat, ꝙ debeat eſſe totũ ècontra, ꝙ facilius ſit locus ſucceſſorio edicto, quando nunquã fuit delata filio; ſed non aduertit ad dictam. l. j. in prin. & ita remanet expedita iſta ſubtilis, & difficilis. l.

SVMMARIVM.

1 *Dictio liberè, in teſta. conceſſione nihil operatur.*
2 *Papa an poſſit concedere Cardinali, quòd poſſit teſtari de bonis acquiſitis occaſione Cardinalatus.*
3 *Libera facultas teſtandi habili quando conceditur, intelliguntur remiſſæ ſolennitates iuris, quando eſt talis ſolennitas, quæ ſine alterius iniuria poteſt remitti.*
4 *Priuilegium conceſsum à principe debet intelligi ſecundum qualitatem, & conditionem perſonæ cui conceditur.*

LEX XXXVII.

1 2 SI quando talis. †a Conceſſio liberè teſtandi facta à principe, intelligitur legitimè, & iuris ſolennitate ſeruata h. d. vſque ad § illud. & ideo facit ad tit. non poteſt præterire, vel ſine cauſa exhæredare filium, aliàs competit querela. ¶ No. ſecundum Bald. & Saly. quòd dictio liberè, in teſtamenti conceſſione nihil operatur. adde tex. fortiorẽ vbi ſunt plura verba in Authen. omnes peregrini. iuncta gl. C. communia de ſucceſſ. Et propter hoc multum dubitat Pau. de Ca. in hoc text. cùm Imperator conceſſerit duo. ſ. teſtari, & liberè, certè ſi non poteſt prætermittere iuris ſolennitates, fruſtrà dicit liberè; ſatis erit dicere, ꝙ poſſet teſtari. & ſuper hoc relinquit cogitandum. Confirmo, quia dictio liberè, oſtendit, ꝙ teſtiñ nulli reſciſſioni ſit ſubiectum. l. filiam. & ibi Bal. & Saly. ad hoc no. ſ. eo. Pan. in c. quia nos. de teſt. ſed rñde, ꝙ cùm iſta. l. loquatur, qñ inhabili fuit conceſſum, vt in gl. 1. approbata per oẽs, certè ſatis habuit. l. habilitare ipſum inhabilem, nec voluit, ꝙ per aliqua verba quantumcunque generalia derogaretur ſolennitatib. requiſitis. per iſtam l. dicit Bal. ꝙ ſi Papa concederet monacho, ꝙ poſſit teſtari de bonis paternis, ſicut plerunque fit, iſta cõceſſio intelligitur, ꝙ poſſit teſtari ſm ius canonicum, non autem ciuile. an Papa iſtud poſſit cõcedere, examinaui in Auth. ingreſſi.
2 C. de ſacroſan. eccle. vbi etiam tetigi, † an Papa poſſit concedere Cardinali, quod poſſit teſtari de bonis acquiſitis occaſione Cardinalatus; contra Pan. in rep. c. cùm eſſes. de teſt. ¶ In glo. 1. no. iſtam doct. gl. quæ ſæpè allegatur, pro qua facit doctr. Bar. poſt Ia. de Arc. in l. j. §. nunciatio ex hoc. ff. de ope. no. nun. ¶ Limita iſtam doct. gl. duob. mo. ¶ Primò, prout ſingulariter limitat Bar. in repe. l. j. in 6. q. prin. C. de ſacroſan. eccl. vbi dixit vt procedat, qñ iſtud priuilegium liberè teſtandi conceditur vni ſoli, tunc debet diſtingui, vt in gl. ſi autem iſtud priui. liberè teſtandi concederetur pluribus, puta ciuib. Paduæ, quorum aliqui ſunt habiles ad teſtandum, aliqui non, tunc intelligitur omnib. vtrunque conceſſum, & habilitatio perſonæ, & remiſſio ſolennitatis, per illum tex. ſed Bald. ibi in 2. col. reprobat, ibidem dixi.
3 ¶† Secundò limita doct. gl. ꝙ quando conceditur libera facultas teſtandi habili, intelliguntur remiſſæ ſolennitates iuris, intelligẽ, quando eſt ſolennitas, quę ſine alterius iniuria poteſt omitti, puta ſolennitas numeri teſtium, vel ſimiles. l. ſi non ſpeciali. & l. fin. C. de teſta. ſecus ſi eſſet ſolennitas, quæ non poteſt omitti ſine iniuria alterius, vt eſt ſolennitas inſtitutionis filij, quia prætextu talis priuilegij non poteſt ſuus præteriri, vel ſine cauſa exhæredari. vt hac. l. ratio, quia priuilegia nunquam intelliguntur concedi cum damno tertij. l. 2. §. meritò. & § ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. l. nec auus. C. de eman. lib. c. ex tuarum. de vſu pal. & ita limitant Cyn. hic in addi. Bal. & Sal. ¶ Sed contra hanc limi pondera text. in l. etiam. §. 1. C. de bon. lib. hic alleg. in glo. iuncta ſol. tradita hic per Barto. ad illum tex. ¶ Tertiò limita, vt per Bart. in l. ex militari. in prin. per illum text. ff. de teſtam. mili. ¶ Capio glo. in verbo teſtamenti factionem, quam diuide in quatuor, prout quatuor format oppoſitiones contra
4 text. partes patent. Ex tertia parte glo. not. quòd † priuilegium conceſſum à principe, debet intelligi ſecundũ qualita. & conditionem perſonæ, cui conceditur. Adde Imo. & Pan. in cap. paſtoralis. de dona. Bald. in l. ex militari. ff. de teſtam. milita. vbi per illum text. decidit, quòd ſi conceſſum eſt alicui Epiſcopo, quòd poſſit celebrare tẽpore interdicti, intelligitur, quòd poſſit celebrare etiam in pontificialibus, facit. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu. & habi.

ADDITIO.

2 ¶ Amplia diſpo. huius tex. in ſtatutis. Alex. lib. 2. conſi. 24. in fi. 9. col.

SVMMARIVM.

1 *Per pactum initum inter patrem, & filium, non poteſt tolli filio querela, ſecus ſi fiat tale pactum cum hærede.*
2 *Si pater aſſignauit filio in vita legitimam, ſi poſteà augeantur facultates patri, an filius poterit vltrà petere.*
3 *Si filia habuit dotem à patre, & renunciauit cum iuramento, & poſteà augeantur facultates patris, an poterit filia non obſtante iuramento petere ſupplementum.*

1 §. Illud etiam. † Per pactum initum inter patrem, & filium non poteſt tolli filio querela, ſecus ſi fiat tale pactum cum hærede. hoc dicit vſque ad §. & generaliter. ratio primi eſt, ſecundum Bald. in 1. no. quia legitima non debetur filio in vita, ideo iuri de futuro renunciari non poteſt. Facit vltrà eum, quia tale pactum poſteà poteſt fieri cum cohærede, vt hoc tex. in fi. & §. ſeq. iſta ratio non eſt bona, prout etiam dicit Saly. hic, quia licet iuri de futuro non poſſit renuntiari per ſimplicem renunciationem, tamẽ bene poteſt per pactum. l. 1. vbi glo. & Docto. & ibi dixi. C. de pact. & iſta. l. loquitur etiam in pacto. dic ergo, quòd ratio eſt, vt hic in glo. quia pactum de futura ſucceſſione nihil valet. ¶ Iſtum text. not. ponderat Bald. in l. pactum. in 6. oppo. C. de
2 colla. contra vnam not. deciſionem Iac. But. ibi, qui vult, † ꝙ quando pater in vita aſſignauit voluntariè legitimam filio, ꝙ ſi poſteà augeantur facultates patris, tamen filius non poteſt vltrà petere, dicit Bal. quod eſt contra caſum huius. §. qui loquitur etiam ſi interueniſſet expreſſum pactum, & ita etiã reprobat Bal. in l. quamuis. C. de fideic. Imo. Lu. & alij Mod. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. ob. Pau. de Caſt. & d. Ale. in l. in ratione. ſecunda. in vlt. col. ff. ad l. Fal. tamen quia illã deciſionem Iac. But. ſequitur idem Bal. in l. ij. C. de reuo. his, quæ in frau. cred. & in l. fin. in 3. col. C. de vſur. rei iudi. & in Auth. res quæ. C. communia de leg. Aug. in l. ſi proponas. § j. ff. de inoffi. teſta. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ideo Imo. ibi in 3. col. reſpondet, quòd iſte tex. procedit, qñ filius tempore pacti habuit minus legitima. ſed Iac. But. loquitur, qñ habuit integrã legitimam. ¶ Tu pondera rationem huius text. quæ eſt generalis, & rationem gl. ſ. relatam, ex quib. patet confundi deciſionẽ Ia. But. ¶ Capio gl. in ver. prægrauari. quam diuide in tres. In prima declarat tex. aſſignãdo rationem, & extendit etiam ſi iurm interueniſſet. In ſecunda, quæ eſt ibi, ſed quod accepit. gl. opponit ꝰ tex. & tripliciter ſoluit. In tertia, quæ eſt ibi, ſed vr. glo. opponit. & quadrupliciter ſoluit. ¶ In ea. ibi, etiam ſi iuretur. gl. verum dicit attento iure ciuil. ſed attento iure can. quod eſt ſeruãdum, ſecus eſt, in c. quãuis. de pact. in 6. ſm Cy. Bal. Sal. & Mod. hic, & Pau. de Caſt. & d. Alex. in d. l. in ratione. prima. & ſic ſm Doct. pactum de quo in hoc tex. firmat iuramẽto, licèt omnes ita teneant per tex. clarum in d. c. quamuis. ¶ In contrariũ pondero tex. in c. cùm M. Ferrarien. de conſti. & ibi expreſſius Bald.
3 in 7. col. qui no. ex illo tex. † quòd ſi filia habuit dotem à patre, & renun-

Source : BIU Cujas

& renunciauit cum iuramento, postea facultates paternæ su-
a perexcreuerunt, potest filia [a] non obstante iuramento petere supplementum legitimæ, qđ Bal. ibi reputat no. dignum, ibi. n. erat constitutio iurata de certo numero canonicorum, & qđ plus est, erat confirmata per summum Pontificem cum clausula decreti annullatiua, & tamen superexcrescentib. facultacultatib. Ecclesię, possiunt non obstante iuramento alij canoni-
b ci addi, eo quia iuramentum intelligitur reb. sic se habentib. [b] prout nunc se habent. c. cùm inter P. de renun. multum aliqñ dubitaui de illo tex. nisi dicatur, ꝙ ibi sit, quia agitur de diuino cultu augendo. c. 1. de concess. præben. & sic ibi agitur de fauore publico, vt plures diuino cultui inseruiant, & sic non facit ad propositum Bal. vbi agitur principaliter de fauore priuato. ¶ In secunda parte gl. pro eius introitu fortiter oppone contra tex. ꝙ filius non possit agere querela, postquam aliquid habuit à patre, sed solùm potest agere ad supplementum legitimæ, per l. omnimodo. s̃. eo. gl. tripliciter respondet. In prima fatetur contrarium, sed malè propter tex. in verbo, oppugnãdum, nam qui petit supplementum legitimæ, non oppugnat testamentum. d. l. omnimodo. vbi notaui. Secunda sol. glo. videtur confundi per l. si non mortis. ff. eo. ¶ Ex tertia sol. collige no. limitationem ad l. omnimodo. prout eam multum not. Pau. de Cast. hic, quamuis Sal. istam solu. impugnet. In tertia parte gl. dic, vt dixi in l. fi. vbi gl. & Doct. C. de pact.

ADDITIONES.

a ¶ Filia. Adde, quæ scribit idem Ias. in l. quod Seruius. num. 12. ff. de condi. caus. dat. vbi dixi. in Auth. nouissima. nu. 9. supra hoc tit. Alex. consi. 69. lib. 1. cons. 7. & 29. libr. 3. consi. 180. & seq. lib. 5. vbi Doct. in apostil. plenè disputant, & vide Rom. Ising. 128. Afflict. decis. 382. Dec. consi. 276. Rip. Responsi. 84. col. fi. Ang. Are. in §. tum autem. in fi. Inst. hoc tit. MASVER.

b ¶ Se habent. b. Adde Ant. de Canario in tract. de insinuatione. q. 61.

SVMMARIVM.

1 *Qui acceptat sibi datum, vel relictum pro legitima, non perdit ius agendi ad supplementum.*
2 *Donatio inter viuos facta per patrem filio, non imputatur ei in legitimam, nisi expressè dictum sit, fallit tamen, vt infra nu. 3.*
4 *Si pater relinquit aliquid filio pro sua legitima, & mortuo patre filius simpliciter acceptauit illud relictum, & fecit quitationem generalem heredib. per hoc non prohibetur petere supplementum legitimæ.*
5 *In generali renunciatione hereditatis non intelligitur renunciatum legitimę, vel iuri petendi supplementum, vel iuri petendę dotis, nisi in genera. renuncia. interueniat iuramentum. nu. 6.*
7 *Patientia non præstat autho. extra iuris dispositionem.*
8 *Si pater non instituit filium, eo quia filius noluit, an filius tanquam preteritus rumpat testa. & nu. 9.*
10 *Statutum simpliciter excludens à successione, an intelligatur etiam excludere à legitima, & nu. 11.*

1 **§. Et generaliter.** † Qui acceptat illud, ꝙ est sibi datum, vel relictũ pro legitima, non per hoc excluditur à iure petendi supplementũ
a legitimæ, nisi ei specialiter renunciauerit. h. d. [a] ¶ No. 1. ex tex. ibi, *sub ea conditione, vt hęc inter viuos donatio in quartam ei computetur,*
2 regulam, quam alibi melius non habes, † ꝙ donatio inter viuos facta per patrem filio, non imputatur ei in legitimam, nisi expressè dictum sit, & per hoc infert Bart. ꝙ illud, quod donat pater filio in prȩmium emancipationis, non computatur ei in legitimam, nisi expressè dicatur, sequuntur Mod. hic. idem tenet Bar. in l. in quartam. in pen. col. ff. ad l. Falc. & in l. 1. §. nec castren se. in vlt. col. de colla. bono. & in l. peto. in prin. ff. de leg. 2. & in l. vt liberis. C. de colla. Cy. in l. scimus. in prin. in 3. q. & ibi Bald. in secundo, & 9. no. ſ. e. & Bal. in repe. c. si pater. in vlt. char. de testa. in 6. Sal. in l. illud. C. de colla. quicquid teneant Nico. Mutinen.
3 & Oldr. in d. l. illud. & Bal. sibi cõtrarius in d. l. vt liberis. ¶ † Limita istam regulam trib. modis. ¶ Primò, qñ donatio inter viuos facta propter patrem filio statim valet, & ita restringit istũ text. secus si à prin. non valeret, sed morte confirmaretur, quia tunc haberet vim relic. vt concludunt omnes. in Auth. ex testamento. C. de collat. & relicta in legitimam imputantur. l. etiam. §. si debita. ff. de bon. liber. l. siue. §. excluditur. fi. de iurepa. ita tenent
* Bar. *& communiter alij* in l. in quartam. ff. ad l. Falc. Bal. in repe. dicti. c. si pater. in vlt. col. quãuis Pau. de Cast. hic. & in d. l. in quartam. teneat contrarium, per generalitatem huius. l. Item & fortius, quia si donatio cõputaretur filio in legitimam, deberet cõferri, quia quicquid in legitimam computatur, cõfertur. l. illud. in 1. regula. ſ. de colla. & tñ talis donatio non confertur, nisi in certis casib. d. l. illud. §. fi. quod arg. ante eum format Cy. & Saly. hic, & Sal. in d. l. illud. vbi dubitat. ¶ Sed rñde, ꝙ prædicta regula, ꝙ ea, quę computantur in legitimam, conferantur, non procedit in his, quæ habent vim relicti, vt ibi in gl. patet clarè, quia relicta semper computantur in legitimam, vt prędixi, & tñ non
b conferuntur. l. à patre. & l. filiam cum fratribus. C. de collat. [b] ¶ Secundò no. limita, quando expressè fuit donatum, secus si simpliciter datum, quia tunc imputatur in legitimam, etiam si non sit dictum. ita sing. limitat Bart. in l. 1. §. si parens. ff. si quis à pa. fue. manu. per tex. in l. cum quo de peculio. §. fi. ff. ad l. Falc. & est sing. limitatio secundum Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. sequitur Pau. de Cast. in §. præcedẽti. & in d. l. in quartam. do. Alex. in cons. 142. in 2. vol. quod incipit circa primam dubitationem. in 11. col. quamuis in d. l. illud. dicat, ꝙ tex. in d. l. cum quo. §. fi. secundum vtrunque intellectũ gl. ibi nihil probet. ¶ Tertiò no. limita, quando quantitates data non ascendit vsque ad legitimam, tunc procedit. d. regula, sed si ascenderet vsque ad legitimam, computaretur, quamuis nõ esset dictum, secundum Imo. in d. l. cum quo. §. fi. sequitur do.
4 Alex. in præalleg. cons. 142. & in d. l. illud. ¶ † Secundò no. ex isto text. casum quotidianum, ꝙ si pater relinquit aliquid filio pro sua legitima, & mortuo patre filius simpliciter acceptauit illud relictum, & fecit quitationem generalem heredibus, per hoc
c non prohibetur petere supplementum [c] legitimæ; imo plus si pater in tali relicto apposuit clausulam, quod iubet filium esse contentum, ita quod non possit plus habere, vel petere occasione legitimæ, vel alia quacunque ratione, tamen filius simpliciter acceptans, potest petere supplementum legitimæ, tex. est no. in §. cæterum. in Auth. vt cùm de appel. cog facit ratio, quia onus talis clausulæ debet de legitima ipso iure reijci. l. quoniã in priorib. s̃. eod. Not. quia frequenter occurrit in facto, & ita in specie tenent Bal. Sal. & Pau. de Cast. hic. Bal. & Pau. de Cast. in l. omnimodo. in prin. s̃. eo. Bal. not. in l. hac edictali. in ver. quam obseruationem. C. de secun. nup. Ang. in l. iubemus. C. ad Treb. Imo. in l. qđ de bonis. §. cùm fideicom. ff. ad l. Fal. d. Alex. in cõs. 69. in 1. vol. qđ inc. super primo dubio quęritur, an dicta Agnes. & in cons. 8. in 3. vol. qđ incip. visis subtilissimis dubitationib. in 8. col. in cons. 89. in 4. vol. qđ incip. vtrum emphyteusis ecclesiastica. Io. de Ana. in cons. 99. qđ incip. visis, & ponderatis his, quæ in facto proponuntur. in vlti. col. & idem colligitur ex not. per Bar. in l. Papin. §. fi conditioni. circa fi. ff. eo. l mò plus tenet Pau. de Cast. hic, ꝙ etiam si testator adijceret, ꝙ eo casu, quo filius plus petierit, ꝙ eum priuat dicto relicto, adhuc fauore testamenti, vt valeat, talis clausula habetur pro non apposita, alleg. not. per Bar. in l. 1. ff. de his, quæ pœ. no. & dicit sentire Bald. hic. Adde, ꝙ idem tenet Pau. de Cast. in d. l. omnimodo. in princi. in vlti. colu. quamuis dicat, ꝙ viderit contrarium consultum per do. Io. de Periglis Senen. præceptorem Bald. & malè secundum
5 eum ¶ † Tertiò [d] per istum tex. dicit Gul. de Cu. in l. de his. ff. de
d transact. quòd in generali renun. hæreditatis non intelligitur renunciatum legitimæ, vel iuri petendi supplementum, nisi de ea fiat specialis mentio, & propterea infert, quòd si frater assignat sorori fundum pro sua parte, & sorør vocat se contentam, & promittit nihil amplius petere, quòd tamen potest petere supplemẽtum legitimæ, nisi expressè fuerit dictum, ꝙ tale supplementum peti non possit, sequuntur Bald. Saly. & Pau. de Cast. hic. Alb. Bald. & Ang. in d. l. de his. ¶ Confirmo per tex. hic in verbo nisi specialiter. iuncta doctr. gl. in cle. 1. in verbo specialiter. de iud. Bar. in l. legitimos ad fi. principij. ff. de legi. tut. & do. Ant. & Imo. in cle. constitutionem. per illum text. de elec. ꝙ vbi aliquid debet fieri specialiter, non sufficit generalibus verbis fieri. ¶ Adde similiter, quòd in generali renunciatione non intelligitur renunciatum iuri petendæ dotis, & ideo in generali renunciatione facta de omnibus legatis sibi relictis in testamẽto, non includitur legatum dotis, nisi nominatim exprimatur, sicut nec legitima, vt hic, ita egregiè tenet Pau. de Castr. in consilio 129. incip. licèt ista domina Alixia. quod est repetitum in consi.

ADDITIONES.

a ¶ Adde, & primæ limitationi Alex. in l. illud. 1. & 2. col. vbi Ias. in fine. C. de col lat. Et ibi Alex. 2. col. post medium ponit omnes has limitationes. PVRPV.

b ¶ Amplia in dote, in qua specialis renunciatio exigitur. Pau. de Castr. consi. 225. licèt do. Lys. Dec. consi. 301. in causa, quę Ferrariæ. col. 1. Et adde Ioan. de Pla. in §. hæreditas. insti. de hæred. insti. vbi Ias. in 4. addi. & rationem assignat Bar. consi. 14. an ius agendi. Alex. lib. 4. consi. 89. vtrum. col. fin. libr. 3. cons. 9. visis subtil. col. pen. Curtius consi. 50. col. 10. versi. 4. Alex. lib. 2. consi. 69. 2. dubio. lib. 2. consi. 80. PVRPV.

c ¶ Supplementum. Adde, quæ ponit Gabriel. commun. opin. lib. 6. tit. de legitima. conclu. 8. vbi hoc plenè examinat. Soc. consi. 230. lib. 2. Dec. cõsi. 89. Guid. Pap. q. 93. Alex. consi. 7. col. 5. in fi. lib. 3. latè Rob. Mar. disput. 10. nu. 19. & in filia pulchrè Dilec. de arte test. tit. 2. caut. 3. MASVER.

d ¶ Adde Aret. in §. actiones. col. 4. Inst. de actio. Alex. in l. lex Cornelia. col. 1. de vulg. & pup. PVRPV.

Source : BIU Cujas

a conſi.232. ² ¶ † Limita prædicta valde ſingulariter, niſi in generali renunciatione interueniret iuramentum, quia vbi requiritur ſpecialis renunciatio,& fiat generalis cum iuramento, iuramentum habet vim expreſſi, ita dicit Bald.in l.j.in pen.col.in 2.q. C. commo. & ad terminos noſtros limitat in ſpecie Ludo. Rom.in l.j.§.ſi quis ita,in 9.& vlt.col.ff.de verb.ob.De veritate tamē huius limitationis vide vbi plenius dixi in l. ſed & ſi quis. §.quæſitum.in vlt.colum.ff.ſi quis cau.ad ibi dicta me remitto. ¶ Quartò,& vlt.iſtum tex.ſubtiliter ponderat Bal.in c.j. de prohi.feu.ali.per Lotha. † quod ſi patior te teſtari de re mea, non
7 videor conſentire, quia patientia nō præſtat authoritatem extra iuris diſpoſitionem, vt hic eſt in patientia filij circa legitimam ſuam,ſed malè dicit,& in contrarium eſt tex.in l.ſicut.§. venditionis.ff.quib.mo.pig.vel hypo.ſol. quem ad hoc reputat ſingularem Bal.in c.1.§.præterea. quib.mod.feu. amit.& in c.1. §.donare.in 2.col.quali.olim po.feu.alie.& in l.venditioni.C.de vſuc.pro emp.& in l.quoties ab omnibus. C.de fideicom. & in l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pac.& in l.fi.in 9.col.C. vnde legi.& in l.1.in 4.colum. C.de ſacroſan.eccle.& in l.cùm rem alienam.in 3.col.vbi etiam Sal.C.de lega.& in c.1.in prin.in pen.colum.vbi
8 etiam eſt text.de hoc de prohi,feu.alie.per Federicū. ¶† Gl.magna ſuper verbo iudicium. diſputat quæſtionem, ſi pater non inſtituit filium,eo quia filius noluit inſtitui, an tanquam præteritus rumpat teſtamentum? in iſta quæſtione Barto. concludit, quòd aut nulla cauſa inſerta eſt in teſtamento, & teſtamentū non valet, dato quòd filius voluerit: aut eſt inſerta iſta cauſa, & valet,per l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.ff.de bono.poſ.contratab.& cum eo tenet Raph.Ful.& Pau.de Caſt.hic.¶ Contrarium tenet Bal.quia conſenſus inter patrem,& filium nihil operatur,quo ad excludendum eum à querela.§ illud.s̄.ea.l. & ad dictum.§.ſi quis ſua manu.reſpōde dupliciter,vt hic per eum. ¶ Tu ſubtilius conſidera, quòd Bart.ſeipſum confundit,prout etiam perpendit Sal.hic,quia ſecundum eum.§.cauſas.in Auth.vt cùm de appel.cog.loquitur, quando filius inuitus exhæredatur,& non habet locum,quando filius voluntariè exhæreda tur,ergo cùm ſecundum iura vetera ante illum.§.non requiratur in exhære.expreſſio cauſæ,ergo Bar.ineptè dicit,quòd pater in exhæredatione debet exprimere iſtam cauſam,quia filius voluit,aliàs teſtamentum non valet,ex quo dictus.§.cauſas.qui requirit,ꝙ cauſa exprimatur in exhæredatione, nō habet locum iſto caſu,ſecundum ipſummet Bar. & propterea Io. de Imo.in commen.l.filio prēterito.in 44.col.ff..de iniuſt.rup.tenet,quòd quando filius vult exhæredari,non eſt neceſſe, quòd in exhæredatione exprimatur iſta cauſa,ſed ſatis eſt,quod poſteà probetur per hæredem.¶ Conclude ergo,quòd quando filius eſt volens, poteſt hodie exhæredari abſque expreſſione alicuius cauſæ,& idem tenent Gul. de Cu. & d. Alex.in Auth. non licet.C. de liber.præte.Ang.& Imo.in l.ſi quis poſthumos. §.j.ff. de libe.
9 & poſth. ¶ † Limita,quando filius à prin. conſenſit exhæredationi & ita etiam procedit dictus.§.ſi quis ſua manu.ſecus ſi cō ſenſit ex poſt facto poſt teſtamentum, quia cùm à prin. fuerit nullum,non poteſt poſteà reconualidari,vt eſt tex. in propoſito inſti.de exhæred.lib.in prin.ita limitāt Ange.Imo. & d.Alex. in d.l.ſi quis poſthumos.§.j. ¶ Ego cōtra iſtam limita. ſubtiliter pondero facere illud,quod tenent Pet.& Cy. in l.ſi pater,in vlt. q.C.de inſti.& ſubſti.quòd ſi filius fuerit inſtitutus ſub conditio ne poteſtatiua facili,& in eius defectum exhæredatus,quòd in tali exhæredatione non requiritur expreſſio cauſæ,quia dicitur filius volens exhæredari, ex quo non implet conditionem, quā de facili poteſt implere,ſequitur d. Alex.in d. Authen.nō licèt. & tamen ibi voluntas filij non erat in prin.ſed ex poſtfacto; ergo contra dictam limita.¶ Extra glo.adde,inquantum dictum
10 eſt.s̄. in vlt.no. † quòd renunciatio ſucceſſionis non includit legitimam, niſi de ea ſpecialiter dictum ſit; pulchrum dubium eſt, quid in ſtatuto,nunquid ſtatutum excludens ſimpliciter à ſucceſ.intelligatur excludere etiam à legitima,vnde multoties in facto dubitaui, cùm nō habeantur claræ deciſiones in hoc,
b pono exemplum,ſtatutum [b] diſponit,quòd exiſtentib.agnatis mater excludatur à ſucceſ. filij, nunquid ſaltem habebit legitimam? prima fronte videretur dicendum,quòd ſic,vt iſtud ſtatutum, quòd eſt correctorium iuris communis,minus corrigat iuncta æquitate, vt mater ſaltem legitimam habeat de luctuoſa hæreditate filij: idem confirmatur per iſtum tex. loquētem de pacto,arguendo à pacto ad ſtatutum, vt eſt glo.in rub. C.de decre.decurio.lib.10.& glo.in l.non impoſſibile. cum ſi.ff. de pact.& melior text. de iure in l. fin.ad fin. vbi Bald.not. C.de fideiuſſ.& reperi multos præſtantes Doct.eſſe in hac ſententia.
11 ¶ † Breuiter tene contrarium, [c] quòd ex quo excluditur à ſuc
c ceſ.vniuerſali, patet,quòd etiam legitima non debetur,cùm ſit portio eius,quòd debetur ab inteſta.l.parentib.ſup.eo. & ita voluit Ange.in conſi.105.quod incip.ſtatuto cauetur,quòd ſi aliquis deceſſerit. Pau.de Caſt.in l.Titio centum.§. Titio genero. in pen.colum. ff.de condi.& demon.in conſi. 106. quod incip. ſuper eo de quo quæritur.& iſtud clarè firmat dom.Alexan.in conſi.73.in 4.volum.quod incip.circa præmiſſam conſultationem præſuppono,vbi dicit,quod ſæpenumero fuit requiſitus, quòd conſuleret per huiuſmodi ſtatutum non excludi à legitima, ſed quod id ſemper facere recuſauit. idem tenet Rapha. Cuma.in conſi.204.quod incip. ſpectabilis miles. ¶ Non obſt. iſte text. arguendo de pacto ad ſtatutum, quia reſponde not. quòd illud arg.non procedit negatiuè, hoc modo,non poteſt fieri per pactum,ergo nec per ſtatutum,quia eſſet arguere à minori ad maius negatiuè, quod arg. non tenet, ſed bene arguendo affirmatiuè valet,& ita arguit text. in d.l.fi.in fi.C.de fideiuſ. & ita declarat Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.mat.Iaſon de Mayno in Antenoreo ſtudio.

ADDITIONES.

a ¶ Alex.lib.5.conſi.160.& 161.Iaſ.in l.1.colum. fin.ff.ſi quis in ius voc. dixi in conſi.99.Et duas aliàs limi.ponit Cur.iunior conſi.10. viſa & diligenter. in j. dubio. PVRPV.

b * Statutum. Adde, quòd ſtatutum, quòd extan. maſculis fœminæ non ſuccedant; excludit etiam à legitima,vt not.Soc. conſi.150.lib.j. Alex.in l. Gallus. §.& quid ſi tantum. col.9. ff.de libe. & poſthu. licèt Iaſ. contrarium teneat in Auth.nouiſſima,col.pen.& fin.s̄.eo.& cum Iaſ.hic tenet Galiaul.in l.centurio. col.43.nu.163.ff.de vulg. BELLAC.

c * Contrarium. Adde Cur.iun.conſi.10.poſt tracta.feud.Soc.conſi.150. Deci. conſi.303. col.fi. quod diſpoſitio huius. §. habet locum in diſpoſitione facta ab homine; ſecus in excluſione facta à lege, & vide Dec. in l.1.in noua lect. ff.ſi cert. pet. BELLOT.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia ceſſat in relicto pro legitima.*
2 *Suppletio legitimæ fit ipſo iure.*
3 *Si pater inſtituit filium in re aliena, valet inſtitutio, etiam re euicta.*
4 *Tantum eſt dicere relinquo filio, vel dono filio pro parte ſua, quantum eſt dicere pro ſua legitima.*
5 *Habens rem titulo lucra. non habet regreſſum de euictione, niſi res ſit donata pro legitima, fallit vt infra nu.6.*
7 *Filius, cui relinquatur quantitas pecuniæ pro legitima, poteſt dicere nolo pecuniam, ſed volo legitimam in rebus hæredita.*
8 *De relicto facto pro legitima, falcidia ſeu Treb. non detrahitur.*
9 *Fructus percepti poſt mortem teſtatoris, non imputantur filio in legitimam.*
10 *Illud, quod obuenit filio ex ſubſtitutione, vel ex iure accreſcendi: non imputatur filio in legitimam.*

LEX XXXVI.

1 SIcimus anteà. †Sicut agitur ad ſupplementum, quando ab initio minus legitima eſt relictum, ita quando illud, quod eſt relictum ex poſt facto euincitur in totum, vel pro parte, debet ad ſupplementum agi, ſeu ad æſtimationem. Item in tali relicto pro legitima ceſſat Falci. itē repletio debet fieri ex ſubſtantia patrimonij teſtatoris, non autem de aduentitijs lucris, hoc dicit vſque ad §. cùm autem. ¶ Diuiditur in tres. In 1. ponitur thema. & duplex quæſtio, ſcilicet de euictione,& de falci. In 2.ponitur deciſio vtriuſq; quæſtionis. In 3. ponitur alia incidens deciſio.Secunda ibi, ſancimus. Tertia ibi, repletionem. ¶† Not.ex princ.huius.l.ibi, ipſo
2 iure ineſſe eandem repletionem. quòd ſuppletio legitimæ fit ipſo iure. ſi enim fal. reſecat ipſo iure. l. lineam margaritarum. l.Plautius.& l.in quantitate. ff.ad l. Fal. quanto fortius legitima debita filio,quæ eſt potentior.vt j̄.in 5.no.Iſtud limitat no.glo. 2. dummodo petatur, vel allegetur, ſicut in compenſatione, quæ quamuis fiat ipſo iure,tamen verum eſt ſi petatur,& cum glo.ſequuntur *communiter omnes*. ſigna multum iſtam glo. quia ex ea habes magnam ampliationem ad regulam, quam dedi in l.vniuerſ.vbi gl.ord.C.de preci.impe. offe. quòd quando aliquid diſponitur à lege vel ſtatuto,ſemper intelligitur ſi petatur à parte. ad quam reg. ibi quamplura cumulaui, extende per hanc glo. etiam ſi lex dicat ipſo iure. ¶ Sed aduerte, quia ſi vera eſt hæc glo.ſequitur,quòd ſi filius moriatur antequam petat ſupplementum legitimæ, non tranſmittet ad hæredem.l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de lega. 1. l.iam dubitari .in fin. ff. de hære.inſtitu.quod eſſet grauamen; propter hoc ſolus Saly. putat,quòd licet ſupplementum legitimę non acquiratur incommutabiliter,niſi ſecuta petitione,vt hac glo.tñ ſupplementum fit ipſo

Source : BIU Cujas

sit ipso iure,& purè,non autem conditionaliter, aliàs esset grauamen,quod de legitima reijceretur.vt hoc tex.& l. quoniam in priorib.ſ.e.& sic putat,quòd transmittitur ad hæredem ;'refert & sequitur.d.Alex.in consi.55.in 2.vol.quod incip. viso tit. quæstionis.in 3.col.ad fi.& ibi dicit, quòd istud etiam est de mẽ te Bal.ſi bene inspiciatur.l.ſi arrogator.in 2.opp. ff.de adopt. & in l.ij.in vlt.q.C.de libe.præte.Confirmo,quia quando filius instituitur sub conditione,ſi voluerit, reijcitur hæc conditio propter impedimentum transmissionis,secundum Bald.& clarius Pau.de Cast.in d.l.quoniam in priorib.vbi dixi.& latius Imo.in l.iam dubitari.ff.de hær. instit.vide tamen text.in l.conditiones
3 extrinsecus,& ibi Bar.ff.de condi.& demon.¶† Secundò no.in ver.quærebatur iuncta decisione tex.magistralis,q; ſi pater instituit filium in re aliena,valet institutio etiam re cuicta,nec censetur præteritus,cùm sibi debeatur æstimatio.¶Extende etiam si pater sciret rem alienã,attento,quòd filius est coniuncta persona.iuxta.l.cùm rem alienam.C.de leg.secundum Bal. & clarius Saly.Pau.de Cast.hic,& ante eos Bart.in l.suus quoque. in prin.in vlt.col.ff.de hær.instit. ¶ Limita, qñ institueret in re propria ipsius filij, dato etiam, quòd pater in ea haberet vsumfru. cùm finiatur morte,certè tunc filius censeretur præteritus,nec deberetur æstimatio.l.mea res.ff.de condi. & dem. puta si pater institueret filium in dotib.matris. secundum Bal. hic in 4. q. & Pau.de Cast.no.quia vidi casum de facto in alia quæstione cuiusdam principis mortui.adde Bal. & Imo.in d. l.suus quoque. in prin.d.Alex.in consi.20.in 3.vol. quod incip. ponderatis his, quæ in themate narrantur.in 3.col. ¶Considera, quia si non essent dictæ authori.potuisset teneri contrarium, per generalita-
4 tem huius text.vt testamentum sustineatur.¶† Tertiò not. in verbo *pro parte sua*, secundum Bal.& Saly. quòd tantum est dicere,relinquo filio,vel dono filio pro parte sua,quantum est dicere pro sua legitima,idem per istum tex.dicit Bar. in l.ſi quando.§.fin.ſ.eod.adde Bar.in l.peto.in prin.per illum tex. ff.de leg. 2 & Baldin l.humanitatis.in 4.col. C.de impub. & alijs substit. & in repe.cap.ſi pater.in vlt.char. de testa.in 6. istud tamen hic procedit ratione subiectę materiæ,aliàs intelligitur de dimidia.
5 l.nomen filiarum.§.portionis.cum simi.ff.de verb.sig.¶† Quarto not.in verb.sancimus, quòd licet aliàs habens rem ti. lucratiuo puta donationis,non habeat regressum de euictione,quãdo incipit à traditione.l.Aristo. §.j.vbi gl.& Bar.ff.de dona.glo. in l.j.C.de iure do.fallit in re donata pro legitima,vt hic:similiter licèt aliàs in prælegato non debeatur euictio.l.cùm pater.§. euictus. ff.de lega. 2.allegata in glo. habetur in l. ſi domus. §.de euictione. ff.de leg. 1.fallit, quando prælegatum est pro legitima, vt hoc tex. secundũ Bald.& Saly.hic, puto q; ratio vtriusque sit duplex, primo ratio testamenti, vt conseruetur, vt hoc text. secundò, quia legitima est quasi debita filijs, glo. in l.3.vbi
6 dixi. C. de iur. & fact. igno. ¶† Limita istum text. nisi euictio procederet culpa filij.l.ſi per imprudentiam.& l.ſi dictum. §.ſi compromisero.ff.de euictio.Bald. hic in 6.quæstio. etiam probat per simile,quid si pater dedit partem suam filio,qui eam lusit, vel malè dissipauit, non potest amplius petere legitimam. adde bonum text.in Authen.quod locum. vbi Bald.& Moder. ad hoc not.C.de colla.Bald.in Authen. ex testamento. in pen. colum.C.eod.& in Authen.ſi captiui.ad fin. C.de episc. & cler. & in l.filiæ.in 8.colum.C.fami.ercis.Ange.in l. pater.ff.de euict. Adde simile, quod si pater dedit dotem filiæ, & eam malè dissipauit,pater non tenetur amplius dotare, secundum Barto. & Moder.in l.ſi cùm dotem.§.j.ff.solu.matri.Bald. Saly. & Mod. in d.Authen.quod locum.in j. q.Bald.in l. fin.in 4. colum. C.de do.promiss.& in l.ij.§.j.ff.solu.matri.Dicunt tamen Bar.& Pau. de Cast. hic secus esse in alimentis, quia licet filius luserit partem suam,tamen pater adhuc tenetur ei præstare alimenta,per l.libertus,qui operarum.in fin.iuncta glo. in verbo diuersa.ff.de ope.lib.idem tenet Bald.in l.j.§.ius naturale.ff.de iusti.& iu.& in l.ij.§.j ff.solu.matrim. & in d.Authen. ſi captiui.& omnimodo Bald.in Authen.contra rogatus. C.ad Treb. vbi singu. limitat, quando filius perdidit legitimam sibi datam, culpa leui, secus si dolo,vel lata culpa,quia tunc pater potest etiam alimenta denegare.sequitur,& reputat sing.d.Alex.in d.l.ſi cùm dotem.§.j. in 4.colum.vbi dicit, quòd est etiam de mente Spec. in tit. qui fil.sint leg.§.j.ver.sed pone. ¶Tu caue, quia Docto. prædallegati dum loquuntur de filio,qui lusit,& sic, qui est in culpa, tenent
7 contrarium. ¶† [a] Quintò not.ex text.ibi, *vel aliam rem vel pecu*
a *nias*, & expressius in versi.repletionem, secundum Guil.de Cu. Bald.& Pau. de Cast. & in effectu Saly. quod filius,cui pater in testamento reliquit quantitatem pecuniæ pro legitima, potest dicere,nolo pecuniam,sed volo legitimam in rebus hæreditarijs. Adde Bar.& alios in l.suus quoque. ad fin. principij. de hære.instit.& in l.Marcellus. §.res quæ.ff. ad Treb. Bald.in l.filium quem habentem.in 12.colum.C.fam.erciscun.in l.ſi.in j. quæst. C.de edic.diui Adr. tollen. & in l.iubemus.in j.col. C.ad Treb. & in l.cùm rem alienam. in vlt. colum. in versi. extra quaritur de filio.C.de lega.Bal.& Mod.in l non amplius.§.fin. ſi. de lega.
b 1. [b] ¶Limita istam regulam duob. notabilibus modis. ¶Primò nisi filius vellet eligere rem meliorem pro legitima, non potest,sed debet eligere mediocrem arbi. iudi. secundum Iac. de Bel.in Authen.de resti.& ea,quæ par.in prin.in 3.q.Bald.in d. l.filium quem habentem.in 12.col. & ibi Saly. in 8.¶Secundò fallit, quando vellet detrahere legitimam in re alij legata, non potest,secundum Bald.in rub.ff.de re.diui.in j.colum. in fi.& in d.l.non amplius.§.fin.vbi d.Alex.refert, quòd Pau.de Cast.non facta mentione Bald. consuluit contrarium, & malè in consi. 254.idem tenet.d.Alex.in l.in quartam.in 8.col.ff.ad l.Falci.vbi
8 singulariter limitat, nisi testator res mobiles legasset. ¶‡ Sextò not. ex text. ibi, *nulla falcidia intercueniente*, quòd de relicto facto pro legitima filij,non detrahitur falci.vel Treb. cum sit potentior legitima filij, quàm aliæ quartæ : patet,quia prius detrahi-
9 tur.§.quamobrem.in Authen.de rest.& ea,quæ par. ¶†[c] Septi-
c mò not. in ver. *repletionem*,quòd filius debet habere legitimam de substantia bonorum testatoris, ex hoc sequitur, quòd fru-
d ctus[d] percepti post mortem testatoris, non imputãtur filio in legitimam,vt hic per Bald. & plenius Pau. de Cast. Adde Cyn. & Bald.in l.non est ambiguum. C.fami.ercis.Ange.& Imo.in l. centurio.in 4.colum.ff.de vulg.& pupil.Doct. & præcipuè Sal. in l.iubemus. C.ad Treb. d.Alex. in l.fideicõmissariam.in prin.
10 ff.ad Treb. ¶† Octauò no.ex tex. ibi, *ex substitutione, vel ex iure accrescendi*, quòd illud,quod obuenit filio ex substitutione, vel ex iure accrescendi,quamuis videatur venire mediante prouisione testatoris.l.ſi Titiò.& Męuio.ff.de leg.2.tamen non computatur filio in legitimam,quia casualiter obuenit,& licèt Bal. in hoc se inuoluat, tamen intellige text. quando substitutio est facta in legato,secus quando esset substitutio directa in hæreditate,secundum Bar.in l.in quartam.circa fin.ff.ad ſ. Fal.cũ quo tenet d.Alex.in consi.80.lib.3. quod in ci. aliàs cõsultus respondi.ad fi.licèt Sal.hic in 3.no. dubitet, & relinquat cogitandum, & ita tenet gl.hic in verbo ex substitutione.

ADDITIONES.

a ¶Alex.lib.j.consi.69.alij.2.dub. PVRPV.

b ¶De regulis,& limitationib.Deci.consi.81.7.dub.Mod.in rep.l.3.in 4.q. Bar. ff.ad l. Fal.limita quoque in eo, qui donat in vita. Bald.lib.5. consi.167. quidam Franc. PVRPV.

c ¶Bar.consi.34.Massius Martini. PVRPV.

d Fructus.Adde,quod fructus percepti ante mortem testatoris inuenti in hæreditate,computantur filio in legitimam, Gabau.in Rep.l. centurio. col.18.nu. 89 ff.de vulg.vbi idem dicit de fructib.pendẽ.in villa testatoris,licèt perceptis post eius mortem. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *De fideicom.vniuersali relicto filio sub conditione,vel die incerta, vsque ad legitimam detrahitur conditio,vel tempus.*

2 *Conditio,& dies incerta reijciuntur de legitima.*

3 *Quando hæres institutus est grauatus restituere hæc. filio cum morietur, ista dispositio habet in se conditionem casualem, si filius superuixerit post hæc. grauatum.*

1 **§. Cùm autem.** †De fideicommiſ. vniuersali relicto filio sub conditione, vel die incerta vsque ad legitimam detrahitur conditio, vel tempus, in residuo remanet. hoc dicit vsque ad §. illud. hodie autem iste. §. est in hoc tantum correctus, quòd filio non potest relinqui legitima etiam per fideicommiſ. vniuersale, quia debet relinqui tit. honorabili institutionis. §. aliud quoque capitulum. in Auth.vt cùm de appel. cog.& hic in gl.
2 dixi in Auth.nouissima.sup.eo. ¶† Not. quòd conditio,& dies incerta reijciuntur de legitima,nec putes,quòd iste.§. sit superfluus propter.l.quoniam in priorib.sup.eo.nam illa.l. loquitur, quando filius erat solum institutus in legitima,hic autem vltra legitimam in vniuerso fideicom. vnde videbatur, quòd ratione commodi,quod sperat vltra legitimam, non deberet conditio reijci, sed fieri compensatio. l.ſi pater puellæ. ſ. eod.nam, qui in vno alleuiatur,in alio potest grauari.l.cum qui.in prin. ff. de iureiu.contrarium deciditur hic fauore legitimæ, & est magna extensio ad d.l.quoniam in priorib.secundum Ful. & Pau.
3 de Cast.hic.¶† Secundò no.ex hoc tex.q; quando hæres institutus est grauatus restituere hæreditatem filio, cùm morietur, ista dispositio habet in se conditionẽ casualem, si filius superuixerit post hæredem grauatũ. l.hæres meus. in prin. ff. de ǫdi. & l.ſi super j.Codi.

Source : BIU Cujas

dem. & tamen iſta conditio reijcitur de legitima; ergo hic eſt caſus incurabilis,quod quando filius inſtituitur ſub conditione caſuali,quod teſtamentum valet,& conditio reijcitur,& ſic correcta eſt lex ſi pater.cum ſi.C.de inſtit.& ſubſtit. & ita tenet glo.ibi,& in l.ſuus quoque.in prin. ff.de hæred.inſtit. ¶Contrarium tenuerunt omnes Doct.vſque ad Barto.& Barto.legendo idem tenuit, ſed habens conſulere,diligentius inueſtigauit, & tenuit contra Doct.per iſtum text.prout ipſe refert in d.l. ſi pater.& in d.l.ſuus quoque. ibidem etiam refert, quòd Rayn. de Forl.miſit ex Papia vſque Peruſium duas ſol. ad iſtū text.quas Barto.reprobat,& bene; dicit Pau.de Caſt.in d.l.ſuus quoque. quòd omnes conati ſunt reſpondere ad iſtum text. ſed nullus bene reſpondet,prout plenius dixi in d.l.ſi pater. & licèt Barto. ſibi aſcribat iſtum tex.tamen ante eum ad hoc allegauit Rich. Malumb.in d.l.ſi pater.vbi refert Bal.

SVMMARIVM.

1 *Querela non competit filio exhæredato,niſi ab adita hære. per ſcriptum hæredem.& nu.2.*
3 *Per ſolam agnitionem bono. poſſeſ. contratabu. ſtatim rumpitur teſtamentum.*
4 *Ius dicendi nullum non præparatum,non tranſmittitur ad hæredes,ſicut tranſmittitur querela non præparata.*
5 *Frater,qui habet querelam turpi perſona inſtituta, non tranſmittit hãc querelam non præparatam ad poſteros ſuos.*

1 **§.Illud præterea.** †Tempus quinquēnij aſſignatum querelæ, incipit currere ab adita hæreditate, quæ iſto caſu debet adiri per ſcriptum hæredem ȷ.6.menſes;vel ȷ.annum, aliàs habetur pro repudiata. Item ſi intra iſtud tempus moriatur filius exhæredatus,tranſmittit querelam non præparatam ad ſuos deſcendentes, ad extraneos verò non tranſmittit, niſi ſit præparata. h. d. vſque ad fi.l.de iſto vltimo dictum fuit in l. ſi quis filium.s̃.eod.
2 ¶†Not. quòd querela non competit filio exhæredato, niſi ab adita hæreditate per ſcriptum hæredem, quo tempore incipit naſci.l. Papia. §.ſi conditioni. ff. eo. Adde ſecundum glo.ſecus eſſe in bon. poſ.contratab. quæ competit etiam ſi non ſit adita hæreditas. l.illud.in prin.& l.quod vulgo.de bon.poſ. cõtratab. & tamen vtrunque remedium competit ad reſcindendum teſtamentum.l. vt liberis. poſt prin. in verbo reſciſſo.C.de collat. ¶Duplicem rationem diuerſitatis aſſignat Barto.in d.l. illud.in prin.primam ſequitur idem Bar.in l.filium.in princip. ff.de bo. poſſeſ.cõtratab.& in effectu Iac.But.Bal.& Sal.hic, pro qua facit,quia per ſolam agnitionem bon.poſſ.contratab.ſtatim rumpitur teſtamentum.l.fin.in prin.C.de cura. furio. & ibi glo.in §. nos itaque.in verbo pro antiqua.quam ad hoc reputat ſin.Bal. in l.j.ff.de iu.omni.iudi. Ang.in l.fi.C.qui admitti Ange.de Are. in §.fi.in j.colum.inſtitu. de hære. quali.& dif. non ſic per ſolam agnitionem querelæ etiam intentatæ, & rationem diuerſitatis
3 in hoc vlt.aſſignat Bald.in l.fi.in pen.col.in fi.C.vnde legi.¶† Secunda ratio Bar.non eſt vera, quia in bono.poſ.contratab.quæ competit parenti,quæritur de iure patris, & filij,non de virib.teſtamenti.l.filio.§.contratab.ff.eod. & tamen iſta bon. poſ.contratab.nõ datur parenti,niſi adita hæreditate,ſicut nec illa, quæ datur patrono.l.etiam.§.ſi patronus.ff.de bo.liber.iuncta.l. Pantonius.in prin.ff.ſi quis à pa.fue.manu. & ita reprobant Rapha. Fulg.& d.Alex.in l.j.C.de bon.poſ.contratab.lib.duas alias rationes aſſignant Bal.& Sal.hic,aliam ponit Ang.in d.l. filio.§. con-
4 tratabu.ff.eod. ¶†Vltimò ad iſtum tex. quæ ſit ratio, quare ius dicendi nullum non præparatum non tranſiret ad hæredes, ſicut tranſmittitur querela non præparata, vide per Bald. in l.ſi ille.§.1.C.de decu.lib.10. Item inquantum tenet Bald. hic poſt Petr.& Cyn.quòd frater, qui habet querelam turpi perſona inſtituta,non tranſmittit hanc querelam non præparatam ad poſteros ſuos.adde Ang.in l.nam & his.ff.eo.Pau.de Caſt.in l. ſi qs filium.in prin.s̃.eo.Iaſon May. Mediolanenſis Paduæ legens.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfa.poteſt facere teſta.in peculio caſtrenſi,vel quaſi.& nu.3.*
2 *Quod eſt peculium quaſi caſtrenſe.*
4 *Teſta.conditum in peculio caſtrenſi, vel quaſi,non ſubiacet querela.*
5 *An iſta iura quantum ad querelam ſint correcta.*
6 *In generali derogatione non intelligitur derogatum priuilegijs, niſi de eis fiat mentio; etiam ſi diceretur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs,non intelligitur derogatum priuilegijs in corpore iuris clauſis.*
7 *Bonum eſt arg.a legitima filij ad legitimam patroni.*
8 *Peculium confunditur,& in aliud patrimonium transfertur,quando filius efficitur ſui iuris.*

LEX XXXVII.

1 **Vm antiquis.** †Sicut in caſtrēſi peculio, ita in quaſi caſtrē filiusfa.habet duplex priuilegium, quòd poteſt teſtari, & eius teſtamentum non ſubiacet querelæ, niſi ſit effectus ſui iuris,quia tunc deſinit eſſe peculium.hoc dicit. ¶Diuiditur iſta. l. in quinque partes. ¶In j. refertur deciſio iuris antiqui,quæ ad ſimilitudinem caſtrenſis peculij permittebat teſtari in peculio quaſi caſtrenſi, quando erat acquiſitum ex publico officio cum dignitate,vt eſt in conſulibus,præfectis legionum,præſidibus prouinciarum,& alijs ſimilib. ¶In 2.quę eſt ibi, *in his itaque omnib. quaſi caſtrenſibus*, quæritur,quid de alijs perſonis, quæ habent ſalaria publica ſine dignitate, quæ etiam habere cẽſentur peculium quaſi caſtrenſe, vt notarij,aduocati publici,magiſtri liberalium artium, & medici de publico ſalariati,& in iſtis ponitur duplex. q.prima, an ſi ſint filijfa. in poteſtate parentum conſtituti,poſſint de talib. quaſi caſtrenſib. peculijs teſtari. ſecundo, an eorum teſtamenta poſſint querelari. ¶In 3. quæ eſt ibi, *in his itaque omnib. ſancimus*, Imperator vtranque quæſtionem decidit. ¶In 4. quæ eſt ibi. ſi enim patronus. deciſionem probat per ſimile à maiori. ¶In 5. & vltima deciſi.
2 limitat,quæ eſt ibi,ſed hoc obtinere. ¶† Not.in tex.triplex reperiri peculium, & quòd illud dicitur quaſi caſtrenſe, quod quis percipit de publico ratione alicuius officij publici, vel publici exercitij, & de iſto triplici peculio habes etiam glo. in l. cum oportet.in prin.in glo.mag.& ibi Doct.C.de bonis quæ lib.Spec. in tit.de act.§.j.ver. item cùm agitur de peculio. Bald. in cap.1. §.ſi duo fratres.de fratrib.de no.benefi.inueſti.in vſib.feud.item illud quod hodie quærunt aduocati à clientulis,cenſetur quaſi caſtrenſe, & in eo pñt teſtari, quia eſt ſubrogatum loco ſalarij publici,ſecundum Cyn.Bald.& Mod.hic.& glo. & Docto.in l. fori.C. de aduo.diuer. iud.facit.l.velut. C. de aſſe. Quamuis teneat contrarium Spec.in tit.de actore.in ver. quaſi caſtrenſe. & Saly. hic arguit contra communem opin. tamen poſteà eam
3 ſequitur,dixi in rub.ff.de procur. ¶† Secundo no.quod filiusf. poteſt facere teſtamentum in peculio caſtrenſi, vel quaſi, non autem in alijs peculijs. Et ſi dicis,quare etiam non poteſt teſta-
a ri in [a] peculio aduentitio, in quo non acquiritur vſusfru. patri, cùm in eo cẽſeatur integra perſona,patet, quia in eo poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris,& alia facere.ca.fin. de iudi.in 6.no.in l.fin.§.neceſſitate.C.de bon.quæ lib.& tamen in eo non poteſt teſtari,ſecundum *communem opi.* §. præter hos.inſti. quib. non eſt permi.fa.teſt.gl.& Doc.in l.j.§.hoc autem. ver.in filij.ff. ad Treb.& in l.qui in poteſtate.ff.de teſta.in l.pe. C.qui teſt.fac.
b poſ.¶Reſpondeo,quia in caſtrenſib. [b] vel quaſi filiusf. habetur pro patrefa.l.2.ff.ad Maced.Ideo poteſt teſtari.non ſic eſt in peculio aduentitio; ratio rationis eſt,quia in peculio caſtrenſi,vel quaſi,cum de publico acquiratur, fauore publicæ vtilitatis ita ſtatutum eſt, quæ publica vtilitas ceſſat in peculio aduentitio, quod priuatim acquiritur.ſm Pau.de Caſt.in l.pen.C.qui teſta.
4 face.poſ.¶†Tertiò no.ex iſta l.q̃ teſtm̃ conditum,in peculio caſtrenſi, vel quaſi, non ſubiacet querelæ, in quo aduerte clarius quàm Doct.Aut loquimur in milite, & ſic in caſtrenſi pecu. & nunquam eius teſtm̃ ſubiacet querelæ, etiã ſi deſinat eſſe filiusfa.& ſic deſinat eſſe peculium caſtrenſe; ratio, quia teſtamenta militum habent iſtud priuilegium ſuper quibuſcunque bonis
* etiam in caſtrenſibus, * vt non ſubiaceant querelæ. vt hac.l. & l.de inoffi.& l.teſtm̃.s̃.eo.& l.ſi inſtituta.§. de inofficioſo. ff.eod. Pau. de Caſt. hic. & ideo quamuis deſinat eſſe peculium, non per hoc habet locum querela:ſed in veterano,hoc eſt in eo,qui deſijt militare miſſus à militia honeſta, vel neceſſaria cauſa, ſi eſt filiusfa.& teſtatur de eo,quod prius acquiſiuit in caſtris,eius teſtamentum non ſubiacet querelæ,vt hic in ver.ſed & veterani.ſi autem fit effectus ſui iuris, eius teſtm̃ quod tunc fecit,bene

ſubia-

ADDITIONES.

a ¶Amplia idem in peculio,quod non eſt,ſed cenſetur eſſe quid caſtrenſe, Iaſ. in l.filiæ licet.ſecunda.col.j.de coll.
* Et dic,qđ filiusfa.de iure cõi non põt teſtari niſi de caſtrenſi, vel quaſi, teſte Cepol.caut.147.caut.aũt quomodo teſtari poſſit,docet idem caut.113.inci. filiusfa. vbi Doct. in apoſtb. dicunt, quod filius poteſt teſtari de aduentitijs,ſi eſt clericus ẽt in minorib.Item de bonis quæſitis ratione clericatus, tanq̃ de caſtrenſi,vel quaſi,& eius teſtm̃ non ſubiacet querelæ inofficioſi, & an filiusfa.poſſit teſtari,& qñ,vide eundem Cepol.conſi.112.vbi ponit reg. cum fall. Quid in clerico filiofa.& vide Abb.in c.quia nobis.de teſta.Quæ omnia pulchre explicat Dilec.de arte teſtan.ti.j.caut.1.Clar.§.teſtm̃.q.18.Viu.inter cõ. opi.lib.6.ver.filiusfa.Quid in fil.fam.Aduocato,notario, & ſimil.& vide Capel.Toloſ.q.10. MASVER.
b ¶Quia in caſtrenſib.adde Doct.in rub.de pec.cler.
* Etiam non caſtren.

Source : BIU Cujas

subiacet querelæ l. Papia. § Papinia. el 1. & ibi gl. ff. eo. & gl. insti. de milit. testa. in prin. quamuis gl. hic aliter dicat, & malè. Similiter dic in peculio quasi castrensi, q̃ si fiat testamentum à filiofam. non subiacet querelæ, sed si fiat testamentum ab effecto sui iuris, tunc subiacet querelæ, vt hoc text. ¶ Hinc insurgit alia difficultas contra text. quare in vtroque testamento veterani, vel filijfam. de quasi castrensi, non subiaceant querelæ, & tunc si testentur effecti sui iuris, testamenta possunt querelari. Certè potius deberet esse ècontra, quia primo casu, quando filiusfa. testatur, certè facit ex priuilegio, facilius autè rumpetur illud, quod fit ex priuilegio, & sic iure singulari, quàm illud, quod fit iure communi, l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. milit. Item in primo casu duo obstant, scilicet, patria potestas, & inofficiositas testamenti. Secundo casu vnum tantum, propterea Bald. & Pau. de Cast. reputant istum tex. esse mirabilem; sed tex. in fi. videtur respondere, quia quando filiusfam. est effectus sui
* iuris, desinit esse peculium, & sic desinit materia * priuilegij, & idem iudicatur, quod de cæteris bonis, ita dicit text. sed certè istud non tollit difficultatem, quia licèt desinat esse peculium quasi castrense, tamen non desinunt esse bona quasi castrensia, & solùm nomen peculij non debet esse causa priuilegij, quia
5 ll. non debèt imponi verbis, sed reb. l. 2. in fin. C. communia de leg. ¶ Durum, & difficile est respondere, † sed quicquid sit isto iure, pulchrum est videre, nunquid ista iura quantum ad querelam hodie sint correcta, & sic nunquid hodie testamenta cõdita in peculio castrensi, vel quasi per filiumfam. possint querelari. gl. hic tenet, q̃ sic, & glo. in l. Papinia. in prin. ff. eo. & glo. in
* Rubr. ff. si quis à paren. fue. manu. *ista est vera, & communis opin.* quam tenent Bart. & alij in Auth. ex causa. in 10. col. C. de libe. præte. & in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & in l. si à milite. §. fi. ff. de testam. milit. & in Rubr. ff. si quis à paren. fue. manu. in quibus locis Bar. refert gl. quæ alibi variarunt; pro ista sententia est text. in §. hęc quidem de parentum. in Auth. vt cùm de appell. cog. in verbo in illis reb. filij habent testandi facultatem, & sic habuit respectum ad filios in potestate, quia si de filijs emancipatis intellexisset, non diceret in illis reb. cùm de omnib. possint testari, ergo cum loquatur de filijs in potestate, ergo loquitur in pec. castren. vel quasi, quia in alijs peculijs testari nõ possunt, vt s. dixi. ista est vera, & communis sententia. ¶ Non omitto tamen, q̃ Io. de Imo. in commento. d. l. filio præterito. in 26. col. in ver. sed hic occurrit dubium. tenet nouam opin. q̃ in milite istæ leges non sint correctæ, & sic, q̃ testamentum filijfamil. militis nõ potest hodie querelari, sicut nec olim, mouetur duplici fundamento. ¶ Primò, miles est persona valde dilecta à iure, &
6 propter hoc habet istud priuilegium, ergo † in generali derogatione non intelligitur derogatum priuilegijs, nisi de eis fiat mentio. allegat. c. veniens. de præscrip. melius facit. l. 2. cum glo. C. de silentia. lib. 12. quod ad hoc reputat sing. Bald. in c. 1. in fin. quo tempo. mil. in vsib. feud. & in c. Ecclesia S. Mariæ. in 4. col. de consti. & in c. cùm ordinem. in pen. col. de reseri. no. Bal. in §. si qui verò. per illum tex. in 1. consti. C. cum simi. ¶ Secundò, & fortius mouetur, quia etiam si diceretur non obst. quibuscunq; priuilegijs, nõ intelligitur derogatum priuilegijs, quæ sunt clausa in corpore iuris. gl. & Bar. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & gl. in l. hęres absens. in princ. & ibi Bar. ff. de iudi. Bar. in l. 2. §. legatis. in fi. ff. eo. sed istud priuilegium militum est clausum in corpore iuris, vt hac. l. cum similib. igitur, &c. ¶ Ad tex. in d. §. & hęc quidem, respondeq̃ loquitur quando filiusfa. testatus est in quasi castrensi peculio, non autem debet intelligi in milite, & sic in castrensi pecu. cum in eo sit maior fauor priuilegij, & isto modo intelligendo minus corrigetur ius commune, & sic ista. l. profecto pulchra, & subtilis est ista opi. ¶ Tu pondera subtiliter Bart. hic in sua distinctione sentire clarè istã opin. dum dicit, q̃ in peculio castrensi filiusfam. habet triplex priuilegium, deinde dicit, q̃ in peculio quasi castrensi habet duplex priuilegium, q̃ possit testari, & q̃ eius testamentum non subiaceat querelæ, sed istud vltimum corrigitur hodie secundum Bart. per ea, quæ habentur in d. Auth. ex causa. & sic pondera, q̃ Bart. vult, q̃ in pecu. quasi castrensi bene istud de querela hodie corrigatur, in pecu. autem castrensi, nihil dicit Bart. quasi sentiat illud esse incorrectum. ¶ Ista opin. non placet, primò, quia Imo. seipsum confundit proprio fundamento. nam dictus §. & hæc quidem. non potest intelligi in milite, & sic in pecu. castrensi, quia eius priuilegium quasi castrensis peculij est insertum in corpore iuris, vt hac. l. Secundò, cùm ista duo peculia quantum ad querelam æquiparentur per istam. l. certè. l. noua corrigens in ista materia querelæ in vno casu, intelligitur corrigere in alio, iuxta glo. in l. si quis seruo alieno suaserit. C. de fur. & in l. quod vero contra. ff. de ll. tamen illæ glo. loquuntur in exorbitantib. sed quod etiam ista regula procedat in correctorijs, firmat Bar. in l. Marcel. in prin. ff. ad Treb. & in Auth. sed cùm testator. in 2. col. C. ad l. Falc. quamuis contrarium velit gl. in correctorijs. §. fi. in verbo impleuerit. quam Ange. de Are. ibi ad hoc not. insti. quib. manu. licet, vel non. tamen ne obst. l. fin. cum Auth. quas. C. de sacrosanc. eccle. intellige, vt not. declarat dom. Mathesi. in trac. extensionum. in 2. col. Ioan. de Imo. in l. si verò. §. de viro. in 5. fallen. in correctorijs. ff. solut. matrimo. & tanto fortius istud fundamentum militat, cùm verba dicti §. & hæc quidem. comprehendant vtrunque casum. imo generaliter omnem casum, in quo filiusfam. potest testari. ¶ Quarto in
7 ver. si enim patronus. no. æquiparationem, quam facit text. ex qua videtur, † quod bonum sit arg. à legitima filiorum ad legitimam patroni, & ècontra, & ita sæpè arguunt Docto. tamen secundum Bald. & Sal. ista similitudo non semper procedit, vt per gl. in l. si quis legatum. §. fin. ff. de fall. & in l. 2. C. de his, qui si. in testa. ascrib. & in l. cum qui. s. eo. vbi posui tres no. instantias,
8 & differentias inter filiorum legitimam, & patroni. ¶ † Vltimò not. ex fine huius. l. q̃ quando filiusfam. efficitur sui iuris, peculium confunditur, & in aliud patrimonium transfertur, & sic non dicitur amplius peculium. limitatur per Bart. in l. 1. in pen. colum. in princip. ff. solut. matrimo. & per ista est expedita ista. l. & per consequens est expeditus iste titu. anno salutis Dominicæ. 1488. die 11. Septemb. in ciuitate Paduæ per me Fran. de Prouanis sub Magnifico, & Clarissimo iuris vtriusque interprete, & Monarcha. do. Iasone de Mayno Mediolanensi, ætatis suæ omnium Iurisconsultorum principe.

* Causa.

SVMMARIVM.

1 *In duobus pretendentibus causam oneroſam, vel etiam lucratiuam ab eodem, ille prefertur, cui res prius fuit tradita, illi, qui prius titulum habuit, & nu. 3.*

2 *Quando eadem res duob. diuersis temporib. distrahitur, presumitur cuilibet insolidum vendita, sed quando eodem tempore, presumeretur vnicuique pro parte vendita.*

4 *In Ecclesiam transfertur ipso iure dominium rei venditæ, ideo prefertur secundo emptori, cui res est tradita.*

5 *Si princeps vendat, vel donet aliquam rem duobus, præfertur primus, cùm ex sola donat. vel venditione principis transferatur dominium, & nume. 10.*

6 *Princeps est lex animata in terris, & contractus celebrati cum eo habent vim legis.*

7 *Si princeps concedit alicui beneficium, vel gratiam, qui prior est tempore, potior est iure.*

8 *L. nostra an habeat locum in personis ecclesiasticis vendentibus, in quib. semper prefertur primus emptor, & non secundus, dato, quòd prius sit ei tradita res, & nu. 10. 19. 22. & 24.*

9 *Ecclesia debet esse cultrix, & amatrix iustitiæ.*

11 *In hypo. præfertur ille, cui prius res est hypothecata, licèt secundo sit tradita.*

12 *In beneficijs ecclesiasticis prefertur primus, cui est collatũ beneficium, licèt secundo conferatur, & tradatur possessio.*

13 *Papa si contulit beneficium vni, deinde de plenitudine potestatis illud sibi auferat, & conferat alteri, an teneatur prouidere primo de æquè bono beneficio.*

14 *Propter constitutum prefertur primus emptor, & non secundus, & nume. 16.*

15 *Per constitutionem precarij transfertur dominium, & possessio.*

17 *Si possessor constituat se possidere post mortem suam, tale constitutum non valet.*

18 *Primus emptor, qui signauit rem, prefertur secundo, cui res est tradita.*

20 *Spiritualis consensus fortior est quàm carnalis.*

21 *Laicis permissum est variare in presentat. secus tamen est in clericis.*

23 *Quando aliquid est dubium de iure cano. & reperitur clara regula de iure ciuili, est standum iuri ciuili in foro cano.*

25 *Rationabile dictum ita mouet iudicem ad iudicandum, sicut si allegaretur lex.*

26 *In matrimonio prefertur ille, cum quo interceſſit primo mutuus consensus matrimonij, licèt secundo sit tradita mulier, & sequuta copula carnalis.*

27 *Habens titulum oneroſum in vna re, prefertur secundo habenti titulum lucratiuum, dato, quod ei sit tradita.*

28 *Primus emptor cui venditor promisit per solemnem stipulationem alteri non vendere, & pro obseruatione predictorum obligauit sibi omnia bona, prefertur secundo emptori, cui etiam res est tradita.*

29 *Emptor, vel alius successor singula. non tenetur stare locationi, tamen si locator promisit domum alteri non vendere, sub obligatione omnium bonorum, & presertim illius domus, si postea vendat, venditio erit nulla propter ius hypothecæ.*

30 *In feudalibus videtur potior vassallus, qui primus fuit inuestitus, quàm secundus, cui prius fuit facta traditio.*

Per

31 *Per ſolam inueſtituram non transfertur dominium.*
32 *In feudis filius viuo patre intelligitur inueſtitus, ac etiam poſſidere.*
33 *Quando duo requiruntur ad conſummationem alicuius actus, ille præfertur, in quo prius illa duo reperiuntur, & nu. 39.*
34 *Si duobus fuit vna res diuerſis tempo. vendita, & nulli tradita, præfertur ille, cui prius fuit vendita.*
35 *Venditio, vel donatio quando eſt facta duobus à domino, vel etiam à non domino, præfertur in rei vend. & in publiciana ille, cui prius fuit tradita; ſed ſi eſſet facta diuerſis à duobus non dominis, præfertur in publiciana ille, qui eſt in poſſeſſione.*
36 *Venditio, vel donatio cum iuramento, ſi facta fuit primo, & deinde ſecundo fuit facta ſimpliciter, & tradita: præfertur ſecundus.*
37 *In dubio ſi vterque emptor probauit de traditione, & non conſtat cui prius fuit tradita, quis præfertur.*
38 *Si aliquis aſſerens ſe meum procuratorem vendit rem meam, poſtea ego dominus ignorans talem vendi. eandem rem vendidi alij, & tradidi, & poſtea ratificaui primam vendi. præfertur ſecundus, cui ego dominus vendidi.*
40 *Stante conſuetudine, quòd primogenitus ſuccedat in Regno, Ducatu ſeu Marchionatu, ſi Rex habens filium naturalem tantum, habeat ſecundogenitum legitimum, & naturalem, facit legitimari filium naturalem tantum, ſuccedet in Regno ſecundogenitus, & non legitimatus.*
41 *An matrimonium medium impediat legitimation. filij naturalis prius nati, ſi poſtea concubina ducatur in vxorem.*
42 *In Regno Siciliæ non ſuccedit ſecundogenitus primogenito mortuo ſine hærede.*
43 *Ad hoc, vt quis præferatur in dominio, an ſufficiat probare rem prius venditam, & prius traditam, & nu. 44.*
45 *Inſtrumentum vend. licèt non ſit factum, per hoc non impeditur dominij translatio, quia inſtrumenta non ſunt de eſſentia contractus.*
46 *Vendens rem alicui, an teneatur emptori tradere ſua inſtrumenta, & iura quæ habet.*
47 *Si emptor, cui res prius fuit tradita, quamuis poſſit alium emptorem agentem repellere, & ſic poſſit ſe ab euictione tueri, tamen ſi ſe non tueatur, & patiatur rem euinci ab alio emptore, quem poteſt repellere, habet regreſſum contra vendi. nomine euictionis.*
48 *Emptor nunquam poteſt agere de euictione ad pretium, quòd ſoluit contra venditorem, niſi res vendita fuerit poſt ſententiam actualiter euicta.*
49 *Infeudans res duobus, non incidit in pœnam falſi.*
50 *Pignorans eandem rem duobus, an incidat in pœnam falſi.*

De rei vendi. Rubrica.

LEX XV.

QVoties. Iſta. l. ſecundum Odof. Cyn. & Bal. hic poſſet diuidi in tres partes princip. ſed tu diuide in duas. In prima loquitur in prętendentibus cauſam ab eodem ex titul. emptionis, & ſic ex cauſa oneroſa. In ſecunda, quæ eſt propè fi. ibi, cùm & ſi ex cauſa. loquitur de duob. prętendentib. cauſam ab eodem ex tit. de dona. & ſic lucratiuo tit. Rurſus prima pars ſubdiuiditur in tres. In prima ponit dictum in genere. In ſecunda infert in ſpecie ad deciſ. q. remouendo vnum obiectum. In tertia remouet aliud dubium. Secunda ibi, ſi igitur antecedenti. Tertia
3 ibi, erit ſanè. † In duob. præten. cauſam oneroſam, vel etiam lucratiuam ab eodem, ille præfertur, cui prius ſit res tradita, illi, qui prius titulum habuit. hoc dicit, & eſt communiter ſummarium, vel & pinguius, vt totum tex. complectaris. In duob. habentib. cauſam empt. ab eodem domino, ille præfertur in dominio, cui primò fuit res tradita, licèt inſtrumenta tradita non
a fuerint, non autem ille, cui res fuit tantum prius vendita, a ſed non tradita, & ſi emptori res euincitur per alium emp. qui habuit ab eodem venditore cauſam, licèt potuerit eum exceptione repellere, quia prius fuerat ſibi tradita, ſi tamen non repulit, habet regreſſum de euictione contra venditorem, qui non poteſt ſibi culpam imputare, cùm alij dederit cauſam agendi, & iſto caſu in vſuris pretij ſoluti, & ſumptib. factis, quos poteſt repetere, computat fructus ex re vendita perceptos. Et prædicta habent locum, quatenus poſſunt etiam in duob. prætendentib. cauſam dona. & ſic lucratiuam. h. d. tota. l. no. ¶ In tex. ibi, *diſtrahit*. Odof. & Pau. de Caſt. hic dicunt debere ſuppleri ad text. ſci-
2 licet, diuerſis temporib. Et ratio ſecundum Pau. de Caſt. † quia quando eadem res duob. diuerſis temporib. diſtrahitur, præſumitur cuilibet inſolidum vendita, ſed quando eodem tempore duob. venderetur, præſumeretur vnicuique pro parte vendita, vt l. ſi fundus. §. ſi duo. & l. ſi debitor. ff. de pig. ¶ Credo, ꝙ ſupplętio non ſit neceſſaria, nec ſit bona ratio Pau. de Caſtr. ad hunc tex. qui ih prin. cum myſterio dicit inſolidum. In tex. ibi [in detinendo dominio.] cõgruentius dixiſſet, in obtinendo, quia dominium cùm ſit iuris non detinetur, & ideo Bal. apoſtillan do hunc tex. exponit, ideſt, in obtinendo. ¶ In tex. ibi [poſſeſſionẽ.] Accipe poſſeſſionem pro re poſſeſſa mediante titu. vt in gl. & eodem modo exponitur in l. 2. C. de ſeruitu. alias illatio non eſſet bona. ¶ In tex. ibi [non datorum.] poteſt dupliciter intelligi, vt dicetur. ſ. in notabilib. ¶ In tex. ibi [erit ſanè in arbitrio.] ſupple ſi non curas prędium emptum, & tibi traditum prius reti-
3 nere. ¶ † No. primo regulam generalem, b ꝙ quando eadem res
b venditur, vel donatur duob. inſolidum, ille præfertur in dominio, cui prius res fuit tradita, non attento cui prius fuit vendita, vel donata, concordat. l. ſiue autem. §. ſi duob. ff. de publiciana. cum alijs concor. alleg. in gl. Et ad ampliationem huius. l. adde, ꝙ emptor, cui nondum eſt res tradita, non poteſt ſe opponere pro ſuo intereſſe, & impedire ne tertius in poſſeſſionem mittatur. ita dicit Bald. in c. 1. in 1. col. per illum tex. in tit. quid ſit inueſti. in vſib. feud. & conſequenter emptor, cui nondum eſt res tradita, non poteſt per iudicem petere inhiberi quominus alteri vendat, & tradat. tamen Inno. in c. bonæ. de appel. dat ſingularem cautelam, ꝙ prius emp. appellet à venditione fienda, dũ tamen in appellatione inſerat cauſam talem, quæ neceſſariò concludat venditorem alteri vendere non poſſe. Nam non poterit poſtea alteri vendere, & tradere, & ſi contra fecerit, reuocabitur tanquam attentatum pendente appellatione. Et potes tu exemplificare de cauſa neceſſaria, quando venditor iurauit. iuxta gl. ſi. in l. ſi pecuniam. in prin. in verbo neceſſe habeas. ff. de condi. ob cauſam. Quod tene menti pro practica, & pro vna bona limitatione huius. l. vltra alias limitationes, quas. ſ. ſtatim ſubijciam. ¶ Item antequam vlterius procedam, adde ad prædictam regulam huius tex. ꝙ ratio huius regulæ fundamentalis eſt, quia ex ſolo tit. venditionis, vel donationis, & ſic ex ſolo contractu non transfertur dominium, nec aliquod ius in re vendita, vel donata. l. pen. ſ. eo. etiam ſi eſſet venditio vniuerſalis. l. qui tibi hæreditatem. ſ. de hære. vel act. vend. & l. qui tibi. C. his, qui à non dom. ma. requiritur ergo traditio rei, vel poſ. ad transferendum dominium. l. traditionib. C. de pac. ſequitur ergo, ꝙ ille, cui prius traderetur. propter tit. præcedentem efficeretur dominus, & ille præfertur. iſtam rationem vult glo. in hoc ver. priori. Cy. & alij omnes Scribentes, & plenius. do. Abb. Pan. in conſi. 92. incip. quo ad primum dubium nunquid ſtante ſta-
4 tuto prædicto. in 9. colum. in 2. volum. ¶ † Hinc ex iſta ratione infero primam limitationem ad hanc. l. quod ſi prior emptor priuilegiatus ſit, ex ſolo contractu emptionis, vel donationis transfertur dominium ſine traditione, vt in Eccleſia, & ciuitate. l. fin. C. de ſacroſan. eccle. tunc non haberet locum iſta. l. quia tunc præfertur Eccleſ. ſecundo emptori, etiam ſi ei prius eſſet tradita, quia cùm ſolo tit. ſit tranſlatum dominium in Eccleſiã, vel ciuitatem, certè poſtea vendendo, & tradendo alij, nullum dominium poteſt in eum ſecundum transferri. ita tenet gloſſ. ordi. in d. l. ſiue autem. §. ſi duob. quam vide omnino, gl. & Doc. in d. l. fin. & omnes hic. Io. And. & alij in c. continebatur. de his, quæ fiunt à præla. & iſtud procedit etiam ſi ſecundus emptor ſit æquè priuilegiatus, vt tenet gl. approbata in d. l. fi. ſuper ver. in rem & ibi Bar. & alij. Quod dictum eſt in Eccleſia, & ciuitate per illam. l. fi. idem intellige in pauperib. qui eodem priuileg. gaudent, ꝙ ex ſolo tit. ſiue ex ſolo contractu transfertur dominium ſine traditione, vel ſine poſ. vt habetur in c. 2. de conſuet. ita Bal. & Ang. in d. §. duob. Bal. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. tamen illa. l. fi. multas recipit limitationes, quas ibi
5 dixi. ¶ † Secundò infero ex prædicta ratione ſecundam no. limi-
c tationem c ad hanc. l. ꝙ non habet locum in principe vendente, & donante rem duob. cùm ex ſola donatione, ſeu ex ſolo cõtractu principis videatur poſſe dici, quòd dominium ſine traditione transferatur, per illud, quod not. Ioan. Andr. in c. olim. de verbo. ſig. non inuenio tamen hanc limitationem in ſpecie traditam per Scribentes in communib. locis, & habeo iſtum paſſum quotidianum pro valde dubitabili. Ideo operæ pretiũ viſum eſt illã plenè diſcutere, & examinare. ¶ Et pro parte ſupra dicta,

ADDITIONES.

a ¶ Vendita. Adde, & cum iuramento, ſecundum Ioan. de Imo. in c. cùm contingat. col. 184. de iureiur. refert Iaſ. in l. ſi quis ita promiſerit. §. ea lege. nu. 25. de verb. obl. BELLOT.

b ¶ Regulam generalem. Idem ſi tradatur primo, ſed inutiliter. Bart. conſi. 74. Petrus.

* Et vide, quæ in materia huius. l. ſcribunt Gabriel. commun. opin. lib. 3. titu. de empt. conclu. 2. Por. lib. 2. conclu. 40. poſt Rom. conſi. 270. 298. Alex. conſi. 92. libro 5. MASVER.

c ¶ Limitationem. Multas limit. vide per Iaſ. in l. fi. col. pen. ſ. de ſacroſan. eccle. Soc. in fall. reg. 118. Et ampliа in feudalib. Alex. lib. 1. conſi. 126. viſa. Marſ. ſin. 82. volo tibi. Bru. conſi. 88. in cauſa mota. PVRPV.

Source : BIU Cujas

a dicta, ꝙ non habeat locum in principe,[a] facit, id quod multum egregiè inquit Bal. in præludijs feudorum in 10 col. vbi formaliter inquit, ꝙ eo ipso, ꝙ princeps dat, vel donat, transfert dominium: nec requiritur aliqua traditio, vel poſſeſ. alleg. cle. auditor. de reſcrip. l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. & c. inter dilectos. extra de fide inſtru. ſequitur. d. Alex. in conſi. 328. incip. in hac cauſa, & lite. in vlt. col. lib. 2. facit, quod no. Bald. in l. fin. in prin. ff. de conſti. princi. alibi Bal. in c. ad audientiam. de præſcriptionib. colligit ex illo tex. ꝙ ex priuilegio principis transfertur ius ſine apprehenſione poſſeſſionis. ¶ Alibi dicit no. Bald. in c. 1. quid ſit inueſti. in vſib. feud. ꝙ ſi Papa, vel princeps dicat aſſignamus tibi tale caſtrum cum plenitudine iuris, vel per alia æquipollentia verba, non eſt neceſſaria poſſeſſio facti, vt ibi per eum, & ibidem no. per And. de Iſern. ¶ Secundò adduco illud, quod not. dicit Ange. magis in ſpecie ad propoſitum in l. officium. circa fin. ff. de rei vend. ꝙ licèt per ſolùm inſtrumentum contractus non probetur dominium ſine alijs adminiculis, fallit ſecundum eum niſi ſit inſtrumentum continens dona. principis ex certa eius ſcientia, quia princeps habet poteſtatē tranſferendi dominium ad libitum voluntatis ſine alia tradi. quod bene not. ¶ Tertiò confirmo alio meo fundamento, nam princeps eſt l. animata in terris. §. pen. in fi. in Auth. de conſul. gl. in l.
6 & quia. ff. de iuriſd. om. iud. † item ego habeo, ꝙ contractus celebrati per principem, vel cum principe habent vim. l. & cenſentur lex, ita no. Bar. in l. Cæſar. per illum tex. ff. de publica. Bal. Bart. & alij in l. pen. per illum text. C. de dona. inter vi. & vxo. & idem Bar. in l. ciuitas. in 1. col. vbi dixi. ff. ſi cer. pet. cum alijs concor. ibi per me ſignatis; ſed ego habeo, ꝙ per l. transfertur dominium ſine tradi. ita not. Bal. in l. 1. circa prin. in 1. no. C. de leg. eodem modo per conſuetudinem, vel ſtatutum transfertur dominium ſine tradi. imò poſſeſſio. vt not. Can. in c. 2. de conſue. Bald. in l. fin. in 4. colum. C. de ſacroſanct. eccleſ. Angel. in l. ſi vacantia. in lec. no. in rep. C. de bo. vacan. lib. 10. ¶ Quarto facit, quod inquit Bal. in tit. de pac. conſt. in col. 22. in ver. poſſideant.
7 † quòd ſi princeps concedit alicui beneficium, vel gratiam, qui
b prior eſt tempore [b], potior eſt in iure. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. c. 1. qui ſuc. da. feu. tene. & iſtud facit ſecundum cum ad conceſſiones, quas faciunt principes de aquis publicis, vt ſemper intelligantur reſeruata iura, & cōmoditates eorum, quib. prima conceſſio facta eſt. l. Labeo. §. 1. ff. fam. erc. & ad hoc vide omnino Bal. in l. 1. in 1. col. ff. de conſti. prin. Facit, quod bene inquit Bald. in l. 2. in 3. no. C. de legi. vbi dicit, ſi princeps conceſſit alicui benemerito caſtrum, ſi poſtea illud concedat alij, ſecunda conceſſio eſt ipſo iure nulla, ita dicit eſſe text. & gloſſ. ordi. in l. ſi qua loca. C. de fun. & ſal. rei domi. lib. 11. quod reputat bene no. dignum, & ſequuntur ſimpliciter Fulgo. & Pau. de Caſt. ibi, qui dicit ibidem, ꝙ Bal. ſępè de hoc facit mentionem, quia iſtud contigit ſibi in facto ſuo, quia Papa Vrbanus ſextus donauerat Bal. caſtrum in comitatu Eugubienſi, poſtea donauit alteri, dicit, ꝙ Bal. nunquam potuit obtinere poſſeſſionem talis caſtri, quamuis longo tempore litigauerit in curia Roma. Addo bene facere tex. in l. prædia. & ibi Bar. in ſpecie not. & ſin. limitat. C. de loc. præ. ci. vel fiſ. lib. 11. ¶ Quintò prin. non eundo per mendicata ſuffragia alleg. Ludo. Rom. ita in terminis, & in ſpecie decidentem, licèt nullam penitus mentionem faciat de prædictis quatuor fundamentis in conſil. 298. incip. circa præmiſſam dubij conſultationem. mouetur Lud. Rom. præcipuè, quia ſic videmus in beneficijs eccleſiaſticis, quia ſi vacat beneficium eccleſ. & conferatur primò vni iuſtè, ille præfertur alij, cui ſecundò fuit collatum, dato, ꝙ illi prius tradita fuerit poſſeſſio, vt dicam in quarta limita. tamen iſtud eſt multum à remotis. Secundò & principalius mouetur per illud, quod ſingu. decidit Io. And. in d. c. cōtinebatur. de his, quæ fi. à præla. in no-
8 uella, vbi ſing. † tenet, ꝙ iſta. l. non habet locum in perſonis ec-
c cleſiaſticis [c] vendentibus, in quibus ſemper præfertur primus emptor non ſecundus, dato, ꝙ ſibi prius tradita ſit res. Mouetur
9 Io. And. † quia Eccleſia debet eſſe [d] cultrix, & amatrix iuſtitiæ,
d vt in c. 1. in verſi. ſed diuerſum. de alie. feu. ¶ Item Eccleſia non debet in ſuis contractib. fraudem adhibere. c. per tuas. de dona. cle. cum illuſio. de renun. Item nec debet laqueos tendere, vel indijcere. 37. q. 1. c. de viduis. el 1. ſed ſecundum Lud. iſtæmet rationes, quæ militant in eccleſiaſticis perſonis, militant etiam in principe, patet, quia nihil eſt, quod luce clarius præfulgeat, quā recta fides in principe. tex. eſt in epiſtola inter claras. C. de ſum. Tri. nec princeps debet aliquem circumuenire, vel decipere. l. 1. in fin. C. de his, qui veniam æta. impe. ne inde iniuria oriatur, vnde iura naſcuntur. l. meminerint. C. vnde vi. ita reſidet Ludo.
* Rom. ibidem, tamen illud dictum Io. And. *eſt communiter reprobatum*, vt ĩ. plenè in 7. fallen. ſiue limita. dicetur, ergo correlariè
10 deſtruitur fundamentum, & deciſio Lud. ¶ † Quid tenendum in paſſu principali? licèt ex prædictis durum videatur ab iſta ſententia recedere, præſertim cùm non inueniam contradicentem, tamen hæc opin. & limitatio mihi non videtur tuta, quia licèt verum ſit, ꝙ princeps per viam priuilegij poſſit transferre dominium ſine tradi. vel poſ. & in iſtis terminis loquuntur, & intelligi debent. s̃. adducta, tamen ſi ſuper aliqua re contrahat, donando ad ſupplicationem partis, vel vēdendo, non videtur, ꝙ magis transferat dominium ſine tradi. quàm priuatus, ergo ita habet locum iſta. l. in principe contrahente, ſicut in priua-
e to, ſecus ſi per viam priuilegij, [e] tunc limitatio procedit. Ad hoc allego in ſpecie Bald. in c. 2. in vlti. col. de no. for. fid. in vſib. feud. & ibi. do. And. de Iſet. vbi dicit Bal. multum referre, vtrum cum principe contrahatur, & in tali contractu ſeruandum eſt ius commune, vt ſi poſt contractum princeps ſit obligatus ad tradendum, & ante traditionem nō acquiritur dominium nec poſſeſſio. vnde ſecundum eum. l. omnes. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcr. debent intelligi interueniente traditione, ſi verò princeps gratiam facit, non per viam contractus, tūc ex ipſa gratia bene dominium trāsfertur ſine tradi. quia iſta eſt natura collationis gratioſæ. vt in c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. vt ibidē plenius per Bald. videre poteritis. & poſtea ſubdit Bal. ꝙ quælibet gratia principis cenſetur priuilegium, vt notat Io. And. in c. olim. de verbo. ſig. in nouella. iſta recollegi proprio ſtudio, quæ ſubijcio ſententiæ cuiuſlibet melius ſentientis. Et conferunt ad q. quam. ĵ. ponam, nunquid iſta. l. habeat locum in feudalib. &
11 erit pulchra qō, quam notabis. ¶ † Tertiò principaliter limita regulam huius. l. procedere in contractib. in quib. nō quæritur ius ſine tradi. l. traditionib. C. de pac. ſecus ſi conſtituatur ius ex ſolo titulo, vt in duob. quib. fuit diuerſis temporib. hypotheca-ta eadem res, nam cùm ſola cōuentione ſine tradi. transferatur ius in pignore hypothecę, in l. 1. ff. de pig. act. ideo ille prę̨fertur, cui prius res hypothecata fuit, nō cui prius tradita eſt, vt in c. qui prior. de regu. iur. in 6. l. potior. & l. qui balneum. ff. qui po. in pig. hab. & melior tex. & clarior de iure in l. ſi prior. §. fi. ff. eo. qui po. in pig. hab. ita limitant Cyn. Ioan. Fab. Bald. & Paul. de Caſt.
* *& communiter omnes hic.* ¶ † Ex hoc ergo infero quartam prin-
12 cipalem limitationem ad hāc. l. ꝙ non habet locum in beneficialibus, quia ſi vacat beneficium eccleſiaſticum, & primò vni cōferatur, dato, qd̃ poſtea conferatur alij, & ei tradatur poſſeſſio, tñ præfertur primus, & non ſecundus, cui prius tradita eſt poſſeſſio. c. capitulum S. Crucis. vbi plene not. de reſcrip. c. quia cunctis. de cōceſ. pręben. in 6. & c. ſi tibi. de pręben. in 6. c. ſi tibi. & c. duob. de reſcr. in 6. dummodo prima collatio beneficij fuerit iure facta, vt habes text. & exemplum in c. illud. & c. ſuggeſtum. de iure patro. & rō eſt, quia in beneficialib. non requiritur traditio, vel quaſi, vt acquiratur ius in beneficio, vt plenè not. Dy. in c. qui prior. de reg. iur. in 6. ſicut nec ad perdendum bñficium requiritur eiectio de poſſeſſione, vel quaſi, quia ſufficit, ꝙ quis ſit priuatus tit. beneficij, ad hoc, vt bñficium dicatur vacare. facit not. Inn. in c. cùm noſtris. de cōceſ. præben. ita limitat Io. Fab. Bald. Sal. & Pau. de Caſt. hic, & Lud. Ro. in d. conſi. 298.
13 ¶ † No. tñ contra hoc vnum diligenter, ꝙ ſi Papa cōtulit vni beneficium eccleſiaſticum, deinde de plenitudine poteſtatis illud ſibi auferat, & conferat alij, tenetur Papa prouidere primò de
f æquè bono bñficio [f], ita ſin. Bal. nec recolo alibi me legiſſe, in c. 1. §. ad hoc. in 7. col. per gl. ibi, de pa. iu. fir. in vſib. feu. qd̃ reputat Bal. no. dignum. ¶ Sed aduerte licèt nullibi inueniā hoc dictum reprobari, tñ non credo, qd̃ ſit verum, quia cùm in collatione bñficiorum Papa habeat plenitudinem poteſtatis. c. propoſuit. de cōceſ. pręb. in 6. c. ſi Papa. de priuil. in 6. cle. 1. ne lite pen. ideo
g poteſt Papa ad libitum [g] reuocare. vt not. glo. ord. 9. q. 3. c. per principalem. & probat text. valde ſing. in cle. dudum. §. verū. de ſepul. vbi probat̃, ꝙ tanta eſt plenitudo poteſtatis Papæ in ſpiritualibus, & ſic in beneficijs, ꝙ nedum collationem à ſe factā, ſed etiam, quæ per alios facta eſt, poteſt infringere, & reuocare, & ita illum tex. ad hoc pto valde ſingulari allegat Lud. Rom. à

quo

ADDITIONES.

a ¶ Alex. lib. 5. conſi. 3. Iaſ. in l. traditionib. s̃. de pac. PVRPV.

b ¶ Eſt tempore. Adde in regula, qui prior. de reg. iur. lib. 6. & in l. quoties vtriuſque. ff. eod. tit.

c ¶ Eccleſiaſticis. Adde, qd̃ fallit in caſu, quo prælatus locauit rem eccl. ad liuellum per 30. annos, de quo per Iaſ. in l. manumiſsiones. col. pe. ff. de iuſti. & iur.

d ¶ Debet eſſe. Adde Doct. in c. inter alia. de immu. eccl.

e ¶ Priuilegij. Adde Iacobin. in inueſt. ver. princeps Pedemon. 52. ſpecialitate. col. antepen. & pen.

f ¶ Beneficio. Adde Inno. & Io. de Imo. in c. niſi cum pridem. de renun. Io. And. in regula, quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. in mer. Ludo. Rom. conſi. 245. Card. Zab. conſi. 150. inci. Quæſitum fuit ſæpe à me.

g ¶ Papa ad libitum. Adde Abb. in c. conſtitutus. in 3. col. de rel. do. vbi dicit, qd̃ tempore ſuo fuit ſtatutum in concilio Baſilienſi. qd̃ nec Epiſcopus nec Abb. poſſit transferri inuitus ſine rationabili cauſa. idē Abb. in c. fi. in fi. de poſtul. præl. dicens ita fuiſſe ſtatutum in ciuit. Piſa. in concil. cui præfuit Alex.

Source : BIU Cujas

quo didici in consi.298.prçalleg.in 2.col.prçsertim cum Bal.dicat accessisse plenitudinem potestatis Papæ, quo casu certum est,q̃ plenitudini potestatis Papæ nihil potest resistere, nec opponi,vt inquit Bal.in proœ.Decre.in vlt.col.& alibi sæpè, cogi-
14 ta tñ in hoc,quia non pono pro constanti.† Quintò prin.limita istam l.& no.inter alias hanc limi.quia quotidie contingit,qñ
a Nam tex. dixit, filium quem habentem a fundum. quomodo autem iſtum fundum haberet, litera non aperit. Iſti Antiqui intelligunt, ꝙ pater in vita conceſſerat iſtum fundum filio in peculium profectitium, iſte intellectus non potuit placere antiquis Gloſſatoribus propter vnum, in quo grauiter errarunt, & dato vno errore plures inde ſequuti ſunt. Nam ſecundum eos iſte tex. vult, ꝙ hic filius in diuiſione effectualiter debeat habere hunc fundum præcipuum, ſed ſi eſſet ſibi conceſſum in peculium profectitium, certè peculium profectitium mortuo patre debet diuidi æqualiter inter fratres. l. certum. s̄. e. quia peculium profectitium remanet in patrimonio patris ſicut aliæ res, ſed vt ꝯ. oſtendam, non eſt verum iſtud, ꝙ filius talem fundum debeat habere præcipuum, ſed bene dicit, ꝙ quartam Treb. de tali fundo poteſt detrahere in eo, qđ ſibi reſtat. ¶ Ideo Ioā. Cre. inhærens errori alio modo intellexit textum, & proſequitur gloſſam

ADDITIO.

a ¶ Filium quem habentem. Adde de materia iſtius legis Cano. in cap. Ray. & in c. Rayn. de teſtamen.

Source : BIU Cujas

gloſſam magnã in verbo percepit, iuxtà mediũ ibi, alij, vt Ioãnes, &c. & alia gloſſ. in verbo hęreditaria parte, à principio glo. vſque ad verſiculum vel ſi vis, quòd filius non habuit iſtũ fundum in peculium, ſed pater in teſtamẽto illum ſibi prælegauit, quo caſu prælegatum eſt præcipuum filij, & non diuiditur, nec confertur cum fratribus, tamen cõputatur ſibi in quartam. Iſte intellectus ex multis reprehenditur, & præcipuè propter text. qui dicit, *filium quem habentem fundum*, & ſic præſupponit, quòd filius haberet iſtum fundum in vita patris, ſed ſm iſtum intellectum non habuiſſet in vita, ſed tãtum mortuo patre. ¶ Alio, & tertio modo legitur ſecũdum Azo. & Hugolinum, quorum lecturam prorequitur gloſſ. mag. in verbo hæreditaria parte. in illo verbo, vel ſi vis, qui etiam adhærentes errori. s. relato tenuerunt hunc filium debere habere hunc fundum præcipuum, & intellexerunt, quòd pater in vita donauerat iſtum fundum filio, vt procedat text. qui dicit filium, quem habentem fundum. habebat enim in vita patris titu. donationis, ſed quia donatio inter patrem, & filium in poteſtate non valet, ſed confirmatur morte patris, certè cenſetur habere vim prælegati, & cõſequenter remanſit ſibi præcipuum ſicut prælegata. ¶ Sed iſta lectura, quæ eſt media inter primam & ſecundam, ex multis incuitabiliter confunditur. Et ex eo præcipuè, quia ſi ſic eſſet, non computaretur filio in Treb. cùm non habeat iudicio teſtatoris. l. in quartam. §. 1. ff. ad l. Falc. & declarabo nunc, teneo ergo lectuã
* Antiquorum, *quæ communiter approbatur*, & eã in effectu tenet Barto. & inuenio, ꝙ eam ab Antiquis vſque ad Moder. noſtros omnes magis communiter tenent, & ſecundum iſtam lectu.
1 ponam caſum, ſummarium, & reliqua. ¶† Secundò proprius ad tex. pmitto, ꝙ de fideicom. vniuerſali, hoc eſt quando hęres eſt grauatus reſtituere totam hæreditatem, ꝙ ipſe hæres poteſt detrahere quartam Trebel. ſibi conceſſam ex diſpoſitione Senatuſconſ. Trebel. ſicut hæres poteſt detrahere quartam Falcid. de leg. & fideicom. particularibus, quòd ideo eſt, quia aliàs hæres non adiret, ſi totam hæreditatem haberet reſtituere, vel haberet diſtribuere in legatis, & hæreditate nõ adita totum fideicomm. corrueret. l. ille à quo. §. 1. ff. ad Trebell. corruerent legata. l. eam quam. C. de fideicom. & corruerent omnia diſpoſita in teſta. l. ſi nemo hæreditatẽ. ff. de teſt. tut. & l. ſi nemo. ff. de reg. iur. ideo in recompenſationem huius commodi, quod habent fideicom. & legatarij, ſtatutum eſt, quòd hæres poſſit detrahere quartam de illo fideicom. vniuerſali, ꝙ reſtituit, & propterea aliàs in pub. examine mouebam altam difficultatem contra l. in teſtamento quidem militis. C. ad l. Falc. & in l. in teſtamento militis. C. de teſtam. milit. quibus iuribus dicitur, ꝙ in teſtamento militis non detrahitur Treb. nec Falci. iſtud erit damnoſum militibus, quia nemo vellet eſſe hæres, cùm nullum commodum ſit reportaturus, nec Treb. nec Falci. quam difficultatem
2 poſui in d. l. in teſtamẽto militis. C. de teſtam. mil. ¶† Tu tamen attende, ꝙ licèt hæres grauatus de fideicom. poſſit detrahere Treb. tamen in iſtã quartam Treb. ſibi imputatur quicquid percepit iudicio teſtatoris in illo teſtamento, ſiue ſit ex bonis ipſius teſtatoris, ſiue aliunde puenerit. l. in quartã. §. 1. ff. ad l. Fal. & hoc quando vniformiter percepit, ſi autem difformiter, puta quia partim iure inſtitutionis partim iure prælegati, tunc ſolùm cõputatur illud, ꝙ percepit iure inſti. d. l. in quartam. §. 1. illud autem, qđ filius non percepit iudicio teſtatoris ex vlt. volun. ſed eſt conſecutus inter viuos, dato ꝙ proceſſerit ex bonis teſtatoris, illud non computatur ſibi in quartam Treb. l. pater filiam. in princip. ff. ad l. Falc. & per hoc cõfunditur tertius intellect. Azo. & Hugo. quòd iſte fundus fuerit donatus filio in vita patris, qa tunc non computaretur ſibi in quartam Treb. vt dicit text. & dato, quòd illa donatio non valuerit in vita, ſed confirmetur morte teſtatoris, iſtud nihil facit, quia omnino confirmatur morte, etiam ſi non adeatur hæreditas patris. l. poſt legatum. §. qui mortis cauſa. ff. de his quib. vt indi. ergo iudicium teſtatoris nihil faceret. ¶ Iſta lex communi diuiſione diuiditur in duas. In 1. ponit thema, ex quo quęſtio. In 2. rñſio. Secũda ibi, hæreditaria parte. Vel potes diuidere in tres, vt hic per Bal. non curo re-
3 ferre. hoc dicit ſecundũ *communiter Doctо*. † Datum gratia con-
* ditionis implendæ computatur filio in quartam Trebel. quam poteſt detrahere de fundo aliàs ſibi in peculium conceſſo. hoc dicit. vel ſic, & plenius. Filius grauatus de reſtituendo partem ſuam fratri, & quibuſdã alijs, poteſt detrahere quartam Treb. in qua tenetur computare quartam partem hæreditariam ſibi obuentam in diuiſione facta cũ fratribus ſuper fundo ſibi aliàs per patrem in pecu. profectitio conceſſo. Item tenetur imputare quicquid ſit ſibi datum gratia conditionis implẽdæ, & ſi iſta non ſufficiunt ad quartam Treb. debet ſuppleri de portionibus fratrum, quas habuerunt in diuiſione illius fundi. Reſiduum verò quatenus eſt vltra quartam Treb. tam in illo fundo quàm in alijs rebus hæreditarijs, tenetur reſtituere, & hæc omnia expe-

dientur offic. iud. hoc dicit iſta pulchra. l. Et in lege ſecundum Bald. quatuor ſunt conſideranda, retentio, compenſatio, ſuppletio, & reſtitutio. Primùm patet in tex. ibi, *hęreditaria parte prædij in quartæ ratione retenta*. Secundum patet ibi, compenſato &c. Tertium ibi, & ſi quid deeſt, in ſupplemẽtum. Quartum eſt ibi, reddere compellitur, ſcilicet illud, quod ſupra quartam habet. Et licèt omnes remittant pro figuratione caſus ad glo. 1. ego tamen caſum ſic figuro. Quidam pater habẽs. 300. in bonis, habebat etiam tres filios, & quia vnus eorum fortè maior natu, erat ſibi moleſtus, & alijs fratribus fortè exiſtens ex alia vxore, & pater non poterat ſecum in pace viuere, conceſſit ſibi fundũ valentem. 30. in pecul. vt ex eo ſeparatim viueret, & ſe aleret, nec amplius impediret ſe in domo, nec filium voluit emancipare, & donare ſibi fundum, fortè ne filius alienaret, & pecuniã conſumeret, vel poſteà alios filios generare ſperabat, poſteà hic pater veniens ad mortem fecit teſtamẽtum, in quo iſtos tres filios hæredes vniuerſales inſtituit. Nam eſt aduertendum in text. ꝙ licèt pater grauauerit filium reſtituere hęreditatem fratribus, & quibuſdam alijs, tamen non dicit text. quòd alij eſſent inſtituti cohęredes, nec etiam negat, licèt multi Scribentium dicant, ꝙ eſſent cohæredes. verùm licèt pater iſtos tres filios ęqualiter inſtituerit hęredes, tamen propter odium quo afficiebatur erga primum filium, diſpoſuit in teſtamento, quòd ſi aliqua conditio exiſteret, puta ſi nauis ex Aſia venerit, ꝙ ille filius maior reſtitueret totam tertiam partem hæreditatis fratribus, & quibuſdam alijs, cum hoc, ꝙ iſti omnes tenerentur illi filio dare aliquid, puta 10. Nam non voluit pater in totum priuare, ſed facere, quòd parum haberet mortuo patre. Iſti tres filij diuiſerunt hæreditatem patris, in qua diuiſione etiam diuiſerũt illum fundum quondam aſſignatum filio, qui tamen remanſerat in bonis patris, & ſic illius fundi ille filius maior habuit tertiam partem, & ſic habuit tertiam partem hæreditatis, & ſic in effectu centum, poſteà purificata eſt cõditio, quia nauis venit ex Aſia, vnde fratres, & illi quidam alij dederunt huic filio maiori illa decẽ iuſſa à teſtatore, & iure fideicõ. purificati, petũt ꝙ reſtituat totum quod habuit, iſte eſt contentus, ſed vult habere Treb. ex portione, quam habet reſtituere, quæ cùm eſſent centum, quarta eſt 25. Iſta proculdubio ſibi debetur, ſed quæritur, an aliquid habeat compenſare, vel computare, dicit tex. ꝙ debet cõputare tertiam partem prædij, quam habuit in diuiſione, quæ valet 20. Item, & alia 10. ſibi data quando conditio fuit purificata, & ſic ſunt 20. reſtant ſolùm quinque, quæ etiam deducit ex illo fundo, & ſic ſi bene cõputes, habet 15. in illo fundo, & ſic mediã partẽ, reſiduũ fundi, & aliàs res hæreditarias cogitur reſtituere, & ſic vides, ꝙ filius iſto caſu nõ detrahit duas quartas. ſ. quartã legitimæ, & quartã Treb. ſed ſolũ quartã Trebel. de
4 quo ſtatim dicã. ¶† Itẽ habes aduertere ꝑ intellectu text. quomodo tota Trebel. debet deduci, & ſuppleri ex illo fundo aliàs conceſſo in pecu. nam cùm iſte fundus eſſet diuiſus inter iſtos fratres, & fideicom. debeat reſtitui non ſolùm fratribus, ſed quibuſdam alijs, vt dicit text. & illi alij nihil habent facere in illo fundo, & tamen Trebel. debeat æqualiter haberi ab omnibus fideicom. quomodo verum eſt, quòd tota quarta debeat in totum deduci ex fundo, in quo illi alij nihil habent facere? hic eſt aduertendum, ſi præſupponas illos quoſdam alios, & ſic ſaltem duos, cùm loquatur in plurali numero, fuiſſe inſtitutos æqualiter cum fratribus, & ſic quinque fuiſſe inſtitutos, ceſſat obiectum, ſed quia de inſtitutione illorum aliorum nihil dicitur in text. ſed ſolùm de reſtitutione fideicom. quæ debet fieri fratribus, & quibuſdam alijs, tunc oportebit dicere vt dicit Odofre. quòd pro parte illorum aliorum ipſi in eo, quod deeſt, habent ſoluere pecuniam, & pro parte fratrum debet ſolui in illo fundo, vel quòd ſoluent fratribus in æſtimatione; tamen verba text. non patiuntur hoc ſine magna ſuppletione ad text. ¶ Item attende, quod illud quòd dicit text. & quibuſdam alijs, non denotat aliquod iuris myſterium, ſed euenit de facto, nam idem fuiſſet ſi ſolis fratribus grauatus eſſet reſtituere, vt etiam declarat Paul. de Caſtr. hic in text. ibi, filium quem habentem, quia hic videtur mala grammatica, quia dictio filium, non habet verbum à quo poſſit regi. nam ſi referas ad verbum reddere compellitur, deberet dicere filius in nominatiuo, ſed ſi referas ad verbum infinitum reſtituere, ſuperfluum eſſet accuſatiuum quem, quia verbum reſtituere non poteſt regere duos accuſatiuos poſt ſe, ideo exponas text. tribus mod. vt in gloſſ. prima, & latius per Bartol. & alios hic. In tex. ibi ſub conditione, pondera quòd text. loquitur in ſingulari, vt etiam clarius dicit text. infra ibi, poſt eius conditionis euentum, & ſic præſupponit, quòd vna tantum fuerit conditio adiecta fideicom. ſcilicet illa poteſtatiua conſiſtens in dando, ſcilicet ſi fratres, & illi alij darent ſibi 10. de qua loquitur tex. ibi, cõpẽſato præterea, ꝙ à cohęredib. vice mutua

Source : BIU Cujas

percepit, verùm quia text. dicit *poſt conditionis euentum*. iſta conditio dandi dicitur potius impleri dando, quam euenire.l. ſuus quoque.§.1.ff.de hæred.inſti.& ſic iſta verba poſt cõditionis euentum.magis conueniunt conditioni merè caſuali,vel mixtæ,ideo glo.1.intellexit,ꝙ iſta ſit conditio caſualis merè, puta ſi nauis ex Aſia venerit, & ſic teſtator iniunxerat onus fideicom. filio maiori, ſub cõditione ſi nauis ex Aſia venerit. negari tamẽ non poteſt,quin etiam fuerit adiecta illa alia conditio poteſtaua conſiſtens in dando, hoc eſt ſi cohæredes 10. dederint filio, quia pater volebat eum filium in totum priuare, & ſic fideicõ. erat iniunctum ſub duabus conditionibus,ſcilicet ſi nauis venerit ex Aſia,& ſi cohæredes dederint ſibi 10. ¶† In text.ibi, *verbis precarijs*,ideſt obliquis. nam reperiũtur quædam verba merè directa,quædam obliqua,& quædam communia, vt magiſtraliter declarat Barto.in l.2.C.communia de leg.& diffusè in l.centurio. in quæſtionibus.ff.de vulg. & pup.ſed caue,quia iſtud nõ fuit neceſſe dicere in tex.ſufficit enim verbum reſtituere,ꝙ verbum conſtat eſſe obliquum,vel precarium,abſque eo, ꝙ diceret verbis precarijs, quia ſatis conſtabat, quod ipſum verbũ reſtituere,erat verbum obliquum & precarium, ſecundum Bal. & Paul.de Caſt.hic. ¶ [a] Nota ex tota iſta.l.hic eſſe tex. [b] expreſſum & ineuitabilem, † quòd filius grauatus fideicommiſſo nõ puro & ſtatim, ſed in euentum alicuius,vel aliquarum conditionum,tamen non detrahit duas quartas,vnam ratione legitimæ,aliam ratione Treb.ſed ſolam quartam Treb. deducit, & iſtud expreſsè dicit text.in fin.ibi.*§.quartam habens reſiduum reddere compellitur*, ergo non poteſt legitimam detrahere, & ſic duas quartas,& ſic haberet dimidiam partem hæreditatis,& ſic videtur caſus ineuitabilis contra communem opi. [c] & Legiſtarum, & Canoniſtarum, quam totus mundus obſeruat de conſuetudine,& omiſſis multis verbis,& argumentis concluſiuè, & Legiſtæ,& Can.cõcludunt,quod aut filius eſt grauatus fideicom. purè & ſtatim,ita quòd ſtatim habet reſtituere,& tunc non poteſt detrahere niſi vnam quartam, duas nullo modo, & quòd iſtud ſit verum,oſtenditur ratione incõuincibili, à partibus ſufficienter enumeratis, pone enim filium inſtitutum, & grauatum purè,& ſtatim fideicom.pone, quòd petat quartã Trebel. & ſibi fuit ſoluta,oſtendo,ꝙ impoſſibile eſt,quòd petat ipſam legitimam. † Nam Treb.iuris diſpoſitione computatur in legitimam,tex.eſt in l.etiam.§.debitam.ff.de bon.libe.in l. quoniam nouella.C.de inoffic.teſtamen.cod.modo ècontra pone,qđ iſte filius grauatus reſtituere ſtatim petijt legitimam ſuã, & ſibi fuit ſoluta,impoſſibile eſt, quòd poſteà petat Treb. qa eam habuit, quia quicquid habetur iure hęreditario,computatur in quartã Treb.l.in quartam.§.1.ad l.Falc.& declaraui.ſ in 2. euiden. Sed ego habeo,ꝙ legitima dicit haberi iure hæreditario, vt expreſsè not.Barto. & Angel.in l.quia poterat.ff.ad Treb.& in l.pro hęrede.§.ſeruos.ff.de acquiren. hæred.& in l.gerit.ff.de acquir.hæred.Bald.in l.3.C.de impub.& alijs ſubſti.& l.vnica.C.quãdo nõ peten.par.in verſic.quo ad primam quæſtionem,vbi videas iura,& rationes ad hoc per eos allegatas. ¶ Imò plus quomodocunque capiatur legitima,ſiue ex teſtamẽto ſiue ab inteſta.ſem per dicitur haberi iure hæreditario, & ex tacita diſpoſitione teſtatoris,vt firmat Pan.poſt complures alios per eum relatos in cap.Ray.ad fin.de teſt.per glo.ibi in verbo legitimam.Et ſic per hoc fundamẽtum apparet,ꝙ eſt impoſſibile filium ſtatim poſſe habere,& Treb.& legitimam ſimul, & ſemel,quia quancunque earum prius habuit, vtranque cenſetur habuiſſe, cùm vna in aliam computetur,vt ſuperius oſtendi.Sed quando filius eſt grauatus fideicom. non ſtatim & purè,ſed in euentum alicuius conditionis,tũc ſtatim mortuo patre habet legitimam, de qua reijcitur omne grauamen,omnis dilatio,omnis mora.l.quoniã in prioribus.& l.ſcimus.§.1.C.de inoffic.teſtam. Poſteà autem euenięte conditione fideicom. habebit aliam quartam Treb. quãdo habebit reſtituere,& iſto modo, & iſto caſu filius habet duas quartas nõ ſimul, ſed diuerſis temporibus. ¶ Iſtam diſtinponunt glo.Dyn.& Bar.quem videas, Bald. & alij in l. Papinianus §.memineriſſe.ver. probari videtur.ff.de inoffic. teſtamen. gl. Iac.Butr.Bart.& Bald.in l.quanquam.C.ad l.Falc.& dicunt omnes iſti Docto.hanc diſtin.de conſuetudine ſeruari,cum alijs gl. adductis per Bartol.& alios in iſtis locis.& iſta opi. eſt approbata apud Cano.per text.expreſſos in capit. Ray. vbi gloſſ. & Doct.& in capit. Ray.de teſt.& licèt Petr.Cy.& nonnulli alij contradixerint in d.l.quanquam. & in locis infra alleg.tamẽ nos habemus regulam, ꝙ quando aliquid eſt dubium de iu. ciui. † & clarum de iu. cano.tũc ſtamus iu. can.etiã in foro ciuili,vt not. in capitu.1.& 2.de oper.nou.nunc.& gloſſ.& Docto. in cap.per venerabilem, qui fil ſint legit.& in cap.licèt ex ſuſcepto. de for. competen.Barto.in l.priuilegia.C.de ſacroſanct.eccleſ. & dicũt Legiſtæ,ꝙ Decretaliſtæ fecerunt illos tex.ſeq. opi. & diſtin.gl.o. noſtrarum.eandem diſtin.tenet Iaco.de Bel. in §. quamobrem. in 2.quæſtio. vbi bonus text. in Authen. de reſtitutio. & ea quæ parit. Dyn.& Barto.in l.1.§.illud.ff.ſi cui pluſquam per l. Falcid. Iacob.Butr.& Bald.in Authen. res quæ. per illum text. C. communia de leg.Bald.in l.iubemus. C.ad Trebel. & in l. ſcimus. in princip.C de inoffic.teſtamen.Angel.& Imol.in l.in ratione.1.§. * quod vulgò.ff. ad l. Falcid. & ibi dicit Angel. quòd iſta opin. *eſt communis,& approbata*,& quod de conſuetudine ſeruatur. Idem tenet Angel.in l.cohæredi.§. cùm filiæ.ff.de vulga. & pupilla. & ibi dicit Angel.hanc opin. eſſe approbatam in ſcholis, & in iudicijs. & gloſſ. & Docto. in d.capitu. Ray. & Oldra. Laud. vbi multum arguit ad partes pro & contra in conſil. 205. incipien. Prima dubitatio. vbi pulchras rationes facit pro & contra. & in conſil.158.incipien.factum tale eſt,teſtatrix. &c. & plenè do. Alexand.in conſil.285.2.volum.incipien.circa primam dubitationem,&c.in ſecundo dub.in 7. colum. & duabus ſequẽtibus. ¶ Certè contra iſtam concluſionem approbatam communiter eſt tex.ineuitabilis in hac.l. vbi filius non erat grauatus fideicom.puro,ſed ſub conditione,& tamen nõ detrahit duas quartas,ſed vnam ſolam ſcilicet Trebel.patet,quia completa quarta Trebel. reſiduum quòd habet, reddere compellitur, quod non eſſet,ſi poſſet etiam quartam legitimæ habere, & ita originaliter ponit Odofr.hic,& aperto ore dicit,quòd illa opi.communis eſt falſa,& contra iura expreſſa,& quòd ſit falſa de iure, firmat etiam Bald.hic in 10.& 11.colum.& vnum verbum pònit Bald.in 1.colum.in 4.not.ita etiam dicit Paul.de Caſtr.hic,& in d.l. quanquam. & quòd iſta opin. de iure eſt falſa, tamen de conſuetudine eſt approbata & tenenda,dicit expreſsè Bartol.in d.l.Papinianus.§.meminiſſe.& in contrarium etiam fortiter facit text.in l.iubemus in verbo dodrans reſtituatur. C.ad Trebel. tamen poſteaquam de conſuetudine obſeruatur,vt omnes dicunt,fruſtrà eſt vltra diſputare,præſertim,quia approbatur per d.capitu.Ray.& cap.Rayna. Et tenendo iſtam cõmunem concluſ.conſuetudine approbatam, quòd filius grauatus fideicom miſ. non puro, ſed in diem, vel ſub conditione detrahat duas quar. † Limita eam ſing. vt procedat in filijs,& ſic in deſcẽdentibus,ècontra autem ſi moriatur filius relicto patre, vel matre, vel alijs aſcendentibus, [d] quos grauauerit fideicom. ſub conditione,certè ille non detraheret duas quar. ex quo in aſcendentibus non reperitur immutatum, vt eſt in deſcendentibus per d.c.Ray.& c. Ray.ita fing.limitat Bal.in l.ſi à milite.§.patre.ff.de teſtam.mili.non tamen expreſsè firmat, ſed relinquit ſuper hoc cogitandum. ¶ Confirmo per optimum ſimile per illud, quod ſing.vult Bartol.in l.non vſque.per illum text. ff. ſi quis à paren. fuc. manu. vbi vult, quòd quando pater alienat bona in fraudem filiorum, poſſint filij reuocare vſque ad legitimam, quando ille in quem alienauit fuit fraudis particeps; tamen ècontra ſi filius alienaret in fraudem patris, non poſſet pater reuocare vſque ad legitimam ſuam, poſtquam in patre iſtud non reperitur expreſsè ſtatutum. ¶ Confirmo per aliud ſimile, nam licèt valeat teſtamentum imperfectum

ADDITIONES.

a ¶An filius poſſit duas quartas habere, hanc diſtin.ponit Bart.conſil.44. ſuper prædictis. Alexand. libr. 3. conſil. 3. colum. 4. viſo proceſſu. & conſil. 161. libro 2. PVRPV.

b ¶ Tex. Adde,quid ſi filia dote contenta renunciauit legitimæ, & illius ſupplemento,ac Falc.& Trebel.& ſit inſtituta per patrem, & grauata reſtituere hæred.an poterit detrahere duas quartas aduenien.caſu fideicommiſſi? videtur primò,quòd non.l.quæritur.§.ſi venditor.ff.de ædil. edict. Fabia. in repe. Authen.nouiſs.quæſt.21.Contrarium tamen videtur verius,quia pater inſtituendo filiam videtur remiſiſſe renunciationem factam.l. ſi patronus non aluerit. ff.de bon. liber. fac. quæ dicit Bartol. in l. 1.§. & poſt operis.ff.de nou.oper. nunciat. BELLOT.

c ¶Communem opi.Adde,quòd hæc opin.ſeruatur de conſuetudine,teſte Ang. in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffic teſtamen. Caſtr. in l. iubemus. C. ad Trebel.Barb.in cap.Raynutius.col.116. nam debet habere vnam quartam iure hæred.aliam pro legitima.l.pater filiam.ff.ad l.Falc.Alex. conſil. 120. libr. 3.conſil.26.col.3.lib.1.Dec. conſil. 320. Quid in filio arrogato, & dic, quòd videtur idem dicen.ex §. cùm autem.inſtit.de adop.in l.ſi arrogator.ff.eod.vbi Bal.col.5. Diſtingue tamen tres caſus, aliquando filius eſt in poteſtate patris, & adoptatur ab extraneo,& tunc ei nõ debetur legitima.gl. in l. cùm in adoptiuis verſic. reuerti. circa med. C. de adop.Iaſ.d.l.ſi arrogator.col.3.verſicu. item diligenter.ſed bene debetur Trebel. à patre arrogatore,& in his terminis non loquitur Bal. ſecus verò ſi eſſet ſui iuris, & arrogaretur, quia deberet vtrunq;.Tertio caſu aut adoptatur ab auo paterno, vel materno, & tunc ſibi debetur legitima,& ita detrahit duas quartas.d.§.ſed hodiè.& d.l.cùm in adoptiuis, & ita intelligit Bald. BELLOT.

d ¶Aſcenden.Adde,quòd aſcenden.grauati per fideicommiſſum non detrahunt niſi vnam quartam,teſte eodem Iaſo.in Authen.ſi qua mulier.col.10.verſicu. quia filij.ſupra de ſacroſanct.eccleſ.& in l.qui ſe patris.col.pen.verſ.5.C.vnde libe.Alex.in l.in ratione.§.quod vulgo.col.7.verſ.poteſt dubitari.ff. ad l.Falc. qui tenet contra Iaſ.Cuma.in l.miles.ad fin.ff.de mil.teſtam.tenet,quòd aſcendentes poſſunt detrahere duas quartas, prout faciunt deſcenden. ex reg. l. ſ. C.de indi.vid.tol. BELLOT.

Source : BIU Cujas

ctum conditum à patre inter liberos.l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.C.de teſt.l.fin. C.famil. erciſcun. tamen ècontta teſtamentum filij inter patrem,vel alios aſcendentes imperfectũ non valet,ita ſin.firmat Spec.in titu. de inſtr.edi.§.compendioſè.in verſic.quid ſi filius.Bald.& Salic.in l.fin.C.famil.erciſcund. Bald.in l.hac conſultiſſima.§.fin.per illum text. C.de teſt.& in l. ſi qua illuſtris.C.ad Orfi. & dom. Alexan. in d.§.ex imperfecto.

30 ¶Tertiò confirmo per aliud optimum ſimile: † nam licèt filij vel alij deſcendentes quando ſuccedunt aſcendentibus teneantur inter ſe bona conferre, per totum titu.ff.de collat.bon.& C. de collat.tamẽ ècontra quando aſcẽdentes ſuccedunt filijs, vel alijs deſcendentibus,non tenentur inuicem conferre, ex quo illud non reperitur ſtatutum,ita ſing.Bald. & dom. Alexan.in l.ſi emancipati.C.de collat.¶Secundò principaliter limita iſtã conclu.Legiſtarum,& Cano.cõſuetudine obſeruatam,vt nõ procedat in filio inſtituto ſuper re certa, grauato de reſtituẽdo ſub conditione, nam iſte ſolam legitimam detrahit, & non duas quartas,qa non eſt hæres vniuerſalis.l.lex fal.ſi interueniat.§.nũ quam.ff.ad l.Falc.ſecundum Bald.hic in 11. colum. qui dicit ſe

31 ita ſæpè conſuluiſſe.¶†Tertiò ſingulariter limita, quãdo pater grauaſſet filium fideicom. ſub condi. deinde adieciſſet, ꝙ eueniente conditione fideicom.vult quòd totam hæreditatem reſtituat,& quòd Treb.imputet in legitimam,quam habuit,teſtator intelligitur diſpoſuiſſe, quòd vnam quartam tantum detrahat,ſcilicet legitimam,nõ Treb.ꝙ facere poteſt per tex. valde nota.in l.ſi debitor.ff.ad l.Falc.per quem tex. not. Bald.hic in 6. col. quòd teſtator poteſt alterare diſpoſitionẽ iuris circa Treb. nec per hoc intelligitur pater grauare filium in legitima,ꝙ non poſſet.l.omnimodo.& l.quoniam in prioribus. C. de inoffic.teſtamen.ſed intelligitur grauare in Trebel.quod poteſt,maximè

* *retenta ſententia magis communi quæ habet,* ꝙ teſtator poteſt hodiè in totum prohibere Treb.& Falc.vt per Bartol.in l.Marcel.ff.ad Trebel.cum concor. iſtam fal.in ſpecie ponit Bal. in d.l.quoniã in prioribus. reputans eam multum not. & ꝙ eam poſuit Dyn. & quidam d.Bar.de pratis.Idem tenent Dyn.Ray.Alb. Nic. de Neap.Io.de Imol.& Raph. Cuma.in l.Lucius. §. maritus. ff. ad Treb.Cyn.Nic.de Neap.& do. Alex.in d. l. ſi debitor.per illum tex.ff.ad l.Falc. ¶Iuxtà prædicta quærit opportunè Bald. hic in 11.colum.quid ſi filius eſt grauatus de reſtituendo ſub illa conditione,& clauſula,quæ ſemper apponitur in teſtamentis,ſi nõ valet, vel valebit teſtamentum iure teſtamenti, valeat iure codicil.&c.an detrahet duas quartas? reſpondet colligendo diſtin. proximè dictam,aut eſt prẽteritus filius iam natus,& ſic ſtatim teſtamentum eſt ipſo iure nullum, & ſic ſtatim locus eſt fideicom.& tunc non detrahit niſi vnam quartam,vt dixi in primo membro communis diſt. Aut prætèritus eſt poſthumus adhuc exiſtens in vtero,& tunc quia teſtamẽtum ſtatim valet, donec naſcatur poſthumus, & conſequenter non eſt locus fideicom. donec,& quouſque poſthumus naſcatur.l.1.& 2. C. de poſthu. hære.inſti.& ꝙ ſequenter non eſt locus fideicom.ſtatim,& tunc bene detrahet duas quartas, nam legitimam habebit ſtatim, Treb.verò detrahet naſcente poſthumo, vt in ſecundo mẽbro communis diſtinct.& refert ſæpè Bar.ita conſuluiſſe. & d.Fran. de Piſis, & ꝙ ipſe eorum diſcipulus ſæpè eſt illorum conſilium ſequutus,& ſequitur,licèt quidam Doct.ſecundum eum dixerit hoc anno contrarium.Tu vide Bar.idem firmantem,& referentem ſe ſæpè conſuluiſſe in d.l. Papinianus. §. meminiſſe. ad fi.per Ang.in l.1.ff.de iu.codicil.d.Alex.in d.conſil.5.in 3.vol. &

32 ſic habes vnum bonum not.ex text. ¶†Secundò principaliter pondera tex.ibi, *ſanxit teſtator*.ſecundum Bald. in 2. col. ꝙ ſicut reperitur ſanctio legis.l.ſanctio legum.cum ſim.ff.de pœ.ita reperitur ſanctio teſtatoris,& ſecundum eum æquiparantur ſanctio legis,& teſtatoris.nam ſecũdum eum diſponat teſtator, & pro l.ſeruetur.§.diſponat.in Auth.de nup. & per hoc infert Bal.

33 † ꝙ teſtator in teſtamẽto poteſt diſponere, quod mulier ſecundò nubens non incidat in pœnas ſecundò nubentium.l. 1. & per totum.C.de ſecun.nup.ſicut poſſet lex facere,& iſtud ſequitur ſolus Paul.hic in 2.col.qui dicit, ꝙ poſſet teſtator facere, quòd mulier nubens intra annum luctus non incidat in pœnas ſecũdò nubentium. Sed in hoc vltimò errat Paul.de Caſt.nec Bald. hoc dicit. ¶Nam circa iſtud de nubendo intra annũ luctus nec

a poſſet teſtator a diſpenſare,quia eſt contra bonos mores, & diſpoſitio teſtatoris aliquid inducens contra bonos mores nihil valet.l.ſi quis inquilinos.§.fin.& l.turpia.ff.de lega. 1. & l.conditiones.& l.ſi filius.ff.de condi. inſti. ꝙ autem nubere intra annũ luctus ſit contra bonos mores, eſt text.not.in l.1.§.correctione morum.C.de ſecun.nup.per quem tex.ibi ita not.declarat,& limitat Bald. in 3. col. in verſic. ſed pone prior maritus. vbi pulchrè quærit Bald. Pone maritus in teſtamento reliquit vxori mille, ſi non nupſerit,ſi verò nupſerit reliquit q nq; cẽtũ.Pone, ꝙ nubat, an debeat habere illa quinque centum exiſtentibus filijs ex primo marito? videtur quòd non, quia pœna ſecundò nubẽtis eſt, quòd nihil debet habere de bonis prioris mariti,ſed totum ſit filiorum prioris mariti. Breuiter dicit ibi Bal. ſi nupſit poſt annum luctus, habebit quinquecentum, quia maritus in teſtamento poteſt remittere illam pœnam, vt etiam dicit Bald. hic,ſed ſi nuberet intra annum luctus,quia iſtud eſt contra bonos mores, non debet habere legatum, quia maritus etiam ſi velſet expreſsè non poſſet in hoc diſpenſare in teſtamẽto, quia teſtator nihil poteſt diſponere,ꝙ ſit contra bonos mores. ¶Et dicit Bald. quòd ita aliàs conſuluit in cauſa cuiuſdam nobiliſſimæ dominæ, cui maritus reliquerat multa caſtra ſi nuberet, & quòd poſteà ita tenuerunt Docto. Bonon.ſed quòd ipſe fuit primus inuẽtor,& quòd fuit in cauſa dom. Pandul. de Malateſtis,& quod propter hoc fuit effectus ſuus magnus amicus. Ecce qualiter Bald.ibi de anno luctus, quòd non poſſit teſtator diſpenſare, tenet de directò cõtrarium eius,quòd tenet Paul.hic, & ideo ſecundum illam eius deciſio.limitat nota.Bald.hic.¶Et illam deciſionem Bald.ſequitur pulchrè Lud. Rom.quem omnino videas in conſil.209.incip. ex themate, vbi adducit multa bona fundamenta,& præſertim illud,nam ideo mulier ſecundò nubens perdit relicta à marito, eo quia contriſtatur anima mariti ex ſecũdis nuptijs,ergo ſi maritus dedit ſibi licẽtiã,ceſſat rõ,& volẽti nõ fit iniuria.l.ſi trãſ.C.de trãſact.& l.1.§.vſq; adeò. de iniur.Alia fundamenta vide per te.¶Pro confirmatione bene facit, quod dicit gloſſ.ſingularis in Authen. de non eligendo ſecundò nuben.in 2.colum.quæ dicit ſimiliter,quòd pœnæ ſecundo nubentium non habent locum,quando procedit ad ſecundas nup.de conſenſu filiorum,ideo cautela eſt facere,quòd filij conſentiant,ſi non vis perdere relictum,& illam gl.ſequuntur Bal.& Angel.in l.mater.C.ad Tertul.& pro deciſio.Bal.in d. l.1. C.de ſecun.nup. per quam limitatur ſua deciſio hic, ſcilicet quod maritus in teſtamento non poſſit diſpẽſare circa annum luctus,quia eſt contra bonos mores.¶Adde bene facere text.in §.itaque.in 3.colum.in Authen.de nup. qui dicit, quòd licèt diſpoſitio teſtatoris cenſeatur eſſe lex, verum eſt niſi diſponat cõtra bonos mores, tunc enim non valet,nec cenſetur eſſe lex.

14 ¶†Tertiò principaliter not.quòd datum à cohæredibus gratia conditionis implendæ computatur in quartam Treb. quomodo iſtud procedat, tangetur infra latè in gloſſ. intellige tamen, quando datum gratia conditionis implendæ eſt remanſurum penes ipſum hæredem,ſecus ſi ipſe habeat poſteà alteri reſtituere etiam poſt mortem,tunc non imputabitur in Treb. text. eſt not.in l.acceptis.ff.ad l.Falc. Item limita non procedere in quarta debita iure legitimæ,in qua datum gratia cõditionis implendæ non imputatur,vt hic tangitur in gloſſ.1.in 3.parte, vbi dice

15 tur.¶†Quartò,& vltimò no.ex hac l.caſum ſpecialem, in quo quarta Treb.poteſt de vna re detrahi, quia aliàs regulariter debet detrahi de ſingulis rebus.l.2.vbi not. C.ad l.Falc.l.ſi pecu.in princip.ff. de pecu.leg.l.2.vbi etiam notatur.C.quando, & quibus quarta pars debetur.libr.10. ratio autem ſpecialitatis quare filius hic poteſt detrahere totam illam quartam de illo fundo eſt iſta,quã aſſignabant Antiqui.Nam ſicut teſtator in vita prædilexit iſtum filium quo ad illum fundum, quem ſibi in vita aſſignauit in peculium, & propter affectionem quam veriſimiliter habet filius ad iſtum fundum propter adminiſtrationẽ quã geſſit.l. poſſeſſionum.C.communia vtriuſque iud.& fortè propter bonificationem,quã in eo fecit.iuxta.l.2. C. de alluuio. lex permittit,ꝙ poteſt totam Treb.ex eo fundo detrahere,aliàs nõ poſſet,de quo j. dicetur. Alius caſus eſt,qñ in hæreditate eſſent res indiuiduæ,puta equi,ſerui,& ſimiles,tũc poteſt in vna re totam deducere.l.ſed ſi non ſeruus.& l.ſi fundus.ff.ad l.Fal. vel qñ aliàs eſſet incõmoda diuiſio,l.poteſt. cũ l. præcedenti.in fi.ff. de leg.1.de qua materia,an & quando Treb.poſſit ex vna re deduci,vide per Barto. & alios in l.in quartam.ff.ad l.Falc. per glo.& Docto.in d.cap.Rayn.Bald.in l.iubemus.in 1.col.C.ad Treb.Et iuxta iſtud not. ſuccedit quęſtio,quam habes in facto proprio, & quam examinat Bald.hic in 12.colum.in verſic.vlterius quęritur de tali quæſt. & Cyn. hic in 2. col. & Sal.in 7.q.Pone teſtator grauauit filium hæredem,ꝙ ſi moriatur ſine filijs maſculis, quòd reſtituat vniuerſam hæreditatem tali Eccleſiæ, ſcitis ꝙ ſi bona ſubiacentia fideicom.alienentur, & eueniat cõditio fideicom.alienatio eſt ip ſo iure nulla.l.fi.§ fin. C.cõmunia de leg.an iſte filius poſſit eligere vnam rem pro ſua Treb.vel pro ſua legitima,& illã alienare,ita ꝙ fideicom. poſteà reuocare non poſſit? Odofr. hic ante omnes originaliter format.q. & dicit quòd tabelliones Bonon.qui credũt ſe eſſe magnos Legiſtas,tenẽt,ꝙ poſſit.

ADDITIO.

a ¶Teſtator. Adde,quòd non poteſt teſtator diſpenſare, quòd vxor nubat intra annum luctus,de quo vide quæ ponit Deci.in capitu. Eccleſia Sanctæ Mariæ, colum. 15.de conſtitu.

Source : BIU Cujas

possit. Odo.dicit, quòd est falsum per prædicta, quia de singulis rebus debet detrahere per iura pręallegata, & isto modo nullus emet ab eo, quia raro inuenitur, qui velit de vnaquaque re aliquid modicum habere. Bald. hic determinat, quòd possit, dummodo non faciat in fraudem fideicommis. refert tamen Iaco.de Bel.dicere, quòd tutius est, quòd veniat ad diuisionem cum fideicommissario, vt hic latius per Bald.vide per te. Adde quòd ponit istum passum Bald.in l. Marcellus. §. res quæ. & ibi communiter alij.ad Trebel.& Iacob.de Bel.in Authen.de restitut.& ea quæ parit.in princip.in l.scimus.in princip. C. de inof-
16 fic.testamen.in quibus locis per te videas. ¶† Tangit etiam Bal. hic in 13.colum. an filius possit detrahere legitimam de vna re, & eligere, quam velit.est passus frequens, & quotidianus, quem diffusè examinat Bald.hic, & concludit post Iacob. Butr. quòd sic, dummodo eligat in rebus mediocribus, ne, dum nimium fauemus filijs, hæredes in bonis defraudentur.l.2. C.quando, & quibus quarta pars debetur. libr. 10. Concludendo veritas est,
a quòd filius [a] potest detrahere quartam de vna re eligenda per iudicis arbitrium, vt per Barto. & Docto.in l.suus quoque.in fine principij.ff.de hæred.instit.Iacob.de Bel.in Authen. de restit. & ea quæ parit.in princip.post gloss.ibi Cyn.in Authen.res quę. C.commu.de legat.& hic in 2.quæstio. & Salyc, hic, & Oldra. notat in dicto consil.225.& in consil.117.incipien.circa ius municipale.gloss.in capitu.Ray.& ibi Docto.de test. Bald.in l. 2. C. ad l.Falci.& in l.scimus. in princip. C. de inoffic. testamen. & in d.l.iubemus. in 1.colum.C.ad Trebel.& in l.magis puto. §. non passim.ff.de reb.eo.& in l.fin.in 1.quæst.C.de edi.diui Adr.tol.& in l.non amplius.§.fin.vbi per dom.Alexand.ff.de leg.1.& in reper.capitu.si pater.in vltim.colum.de testam.in 6.Ang.& Imol. in l.in quartam.in princip.ff.ad l.Falcid dom.Alexan. post alios
17 in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebel.¶† Limita tamen singulariter hanc communem conclus. nisi testator illam rem alicui specialiter legasset, quia filius non potest legitimam suam detrahere in re, quæ sit alicui specialiter legata, quia pater legare potest res suas, dummodo in hæreditate tãtum dimittat, quòd sufficiat pro legitima filij. Ita nota.limitat Bald.in rubr.ff.de rer. diuis.in 1.colum.in fin.& idem Bald.in d.l.non amplius.§.fin. & ibi dom. Alexand.quamuis contrariũ cõsuluerit Paul. de Cast. nullam de Bald. faciens mentionem, in consil. 254. vide etiam ad prædicta illud, quod not.Bartol.in l.2.circa med.C.quando, & quibus quarta pars debetur, vbi determinat, quòd non potest filius capere aliquã rem pro legitima, & si ingrediatur, non quærit possessionem. Mouetur per fundamentum, de quo per eum, & per Bald.in l.si quis in suo.C.de inoffic.testamen.¶Glo. 1. diuiditur in quinque partes princ. In 1. ponit vnum dictum ad commendationem huius.l.& est clara. In 2. dupliciter ponit casum, tenendo semper intellectum Antiquorum, & primum reprobat. In 3. format quæstionem, vel melius per viam quæstionis remouet contrarium.& ideo Barto.& Docto.expediunt illam partem per viam oppositionis, & non quæstionis. In quarta per viam quæstionis etiã opponit, quòd ista l.sit malè situata sub hoc titulo, & dupliciter soluit. In quinta & vltim. opponit contra text.de mala grammatica, & dupliciter soluit. Secunda ibi, dic ergo casum. Tertia ibi, sed de qua quarta loquitur. Quarta ibi, sed ſm hoc, quid faciat ad titulum. Quinta & vltima est ibi, literam autem expone. ¶Prima pars gloss. vt dixi clara est. ¶In 2.parte gloss.in qua glo. dupliciter ponit casum, aduerte, vterque casus vadit ad eũdem intellectum, scilicet ad intellectum Antiquorum, secundum quem fundus in vita patris erat concessus vni filio, & licèt gloss. reprobet primum casum, in quo inquantum præsupponitur fundum nõ valere nisi 12.quia isto modo detracta Treb. ex fundo nihil restaret.de ipso fundo, quod esset cohæredibus restituẽdum, imò potius deficerent vndecim vltra fundum, si non valuisset nisi 12.& propterea gloss. in secundo casu præsupponit, quòd valeat 30. sed quia in hoc non consistit virtus iuris, dic paucis, quòd primus casus potest seruari, quia text. non dicit, quod illud, ꝙ supersit de fundo.debeat restitui, quia si diceret, militaret fundamentũ gloss.vnde intelligo tex.in fin. dum dicit, habẽs supra quartam, scilicet de rebus hæreditarijs, & de portione sua hæreditaria, & inuenio, quòd ita saluant Bald. & Paul. hic, tamen non curo,
18 quia modicæ vtilitatis est. ¶† In tertia parte gloss. opponit contra tex.quòd imò datum gratia conditionis implendæ non computetur in quartam.l.scimus.§.repletionem.supra de inoffic.testam.alleg.in gl.vbi in quarta legitimæ non debet imputari illud, quòd datur à cohæredibus gratia conditionis implendæ, eo quia quarta debet detrahi de ipsis corporibus hæredit.vt ibi dicit text.item datum gratia conditionis implendæ, non cõputatur in quartam Falc. & sic in quartam iure institu. text. est in l.in quartam.in princip.ff.ad leg. Falcid. ergo eod. modo nec in quartam Trebel. cuius contrarium dicitur hic in text. propter hoc contrarium gloss. per viam quæstionis respondet, ꝙ ista l.solùm loquitur in quarta Trebel.in qua datum à cohæredibus gratia conditionis implendæ bene imputatur, vt hic, secus est in legitima, & secus est in Falc.iuribus alleg.in glo.& ratio diuersitatis inter Treb.& legitimam est, quia legitima, quæ debetur filijs, est longè fauorabilior, patet quia debetur & iure naturæ, & iu. ciui. sed Trebel.non est ita fauorabilis. Alia, & subtilior ratio reddi potest, secundum Bald. & Salyc. hic, quia legitima statim mortuo patre debetur filio, adeo quòd non recipit aliquod temporis interuallum.l. omnimodo. l. quoniam in prioribus, & l.scimus.§.sancimus.ff.de inoffic. testamen. plenè scribitur in l.si pater. C. de institu. & substitu. sed istud, quod venit præstandum à cohæredibus gratia conditionis implendæ, non debetur statim post mortem patris, sicut ipsa legitima, sed debetur demum adita hæreditate, item demum impleta conditione, quod erit eueniente conditione fideicommissi, nimirum si in legitima non imputatur, quæ istud interuallũ temporis non patitur. Quæ autem sit ratio diuersitatis, quare datum gratia conditionis implendæ imputetur hæredi in Trebel. vt hic, sed non in Falci.d.l.in quartam. in princ. non potest bene stringens ratio reddi, sed vnam persuasiuam reddit Bartol.in d. l. in quartam. in 4. colum. quæ non satisfacit, & reprehenditur per Imol.tamen melior non occurrit, & cum conclusione, &
* differentia gloss. *nostræ transeunt communiter Docto*. ¶Tu tamen adde inquantum gloss. & communiter Docto. tenent, quòd in quartam, quæ debetur iure naturæ, & sic in legitimam non imputatur illud, quod ex ordinatione testatoris datum est filio à cohæredibus gratia conditionis implendæ, cùm non extrahatur de corporibus hæreditarijs.d.§. repletionem. Raph. Fulgos. hic in 2.col. tenet contra istam communem sententiam, quòd imò imputetur in legitimam sicut in Trebel. vt hic. Et mouetur stricto fundamento, quòd prima consideratione vehementer stringit: nam nemini dubium, & gl.& omnes fatentur, & est text. hic, quòd datum gratia conditionis implendæ computatur in Trebel.sed nos habemus, quòd ea, quæ imputantur filio in Trebel.computantur in legitimam, text.est in l.etiam.§.si debita.ff.de bon.libe. & in l. Papinianus. §. quoniam autem quarta.in versi. quarta aũt.ff.de inoffic. testamen. & firmant omnes Docto. quos retuli supra in 1. not. in illo passu, an filius grauatus fideicom. debeat detrahere duas quartas. nam eorum sententiam firmant in hoc fundamento. ¶Et tenendo istam nouam opin. Fulgos. non obst. d. l. scimus. in §. repletionem. per quem glo.& Docto.tenent oppositum, quia respondet Fulgos. quòd tex. ibi loquitur, quando supererat tantum de bonis proprijs testatoris, quòd ex eis poterat legitima bene suppleri, tunc verum est, ꝙ datum gratia conditionis implendæ non impu-
19 tatur filio in legitimam, imò censetur sibi donatum. ¶† Breuiter dic, quòd veritas huius puncti pendet à quæstione tacta supra in 1. not.& siquidem tenemus, quòd filius grauatus fideicom. vnam tantum quartam detrahere possit, quòd de iu. ciui. est verissimum, & probatur per hunc text. & per l. iubemus. in verbo dodrans. C. ad Trebel. tunc oportet nos dicere, quòd datum gratia conditionis implendæ sicut hodiè non imputatur in legitimam per d.§.repletionem. ita etiam non imputetur in Trebel.sicut in simili videmus, quòd hodiè fructus sicut nõ imputantur filio in legitimam, ita non imputantur in Trebel. liberis primi gradus.l.iubemus.in princip. C.ad Trebel.& tenendo, ꝙ filius detrahat duas quartas, quando grauatus est fideicom. non statim sed in diem, vel sub cõditione, quo casu legitimam statim detrahit, nec in ea imputatur dandum gratia cõditionis implendæ, quia legitima non recipit dilationem, nec habet expectare istud dandum in futurum, sed eueniente conditione fideicom. quo casu detrahetur Trebel. tunc illud dandum bene imputatur. Ita necessarium est dicere, & istud est etiam de mente Paul. de Castr. hic. Tu tamen considera in hac saluatione propter text. nostrum. ¶Sum in quarta parte gloss. ibi, sed secundum hoc. quæ opponit, quòd. l. nostra non est situata sub congruenti titulo, quia debuisset poni sub titul. ad Trebel.non sub isto famil.erciſc.ad quem nihil facit hæc lex.gloss.respondet dupliciter.tene, quam vis. ¶In 5. & vltima, in qua gloss. opponit de mala grammatica, tene, quam vis,

& si

ADDITIO.

a ¶Filius. Adde, quòd hanc sequitur Deci.consil.236.colum. 7. in fin. & melius d.consil.col. pen. vbi declarat, & not.Rol.consil.78.nume.15.lib.1.licèt contrarium videatur tenere Alex.consil.125.colum.fin.nume.13. lib. 1. & qui de hoc disputat consil.134.lib.4.quæ omnia examinat Rolan.consil.12.nume.3. & d.consil.78.post Dec. consil. 86. 7. dub. omnium plenius Gabriel.commu. opin.libr.6.titu.de legitima.conclu.4. vbi sustinet negatiuam, quòd non possit filius vnam rem pro sua legitima eligere, quam tamen limitat, & declarat notabiliter. Dic, vt per eum ibi. MASVER.

Source : BIU Cujas

& ſi vltimam teneas,in qua gloſſ.exponit quem,ideſt aliquem, & refert ad dictionem fundum, tu aptius referas ad dictionem filium,& ſic ſit ſenſus, filium aliquem habẽtem fundum. in hoc non inſiſto.¶Glo.ſuper verbo percepit. Iſta glo. præcedit aliam gl.mag. & ita legitur prius per omnes Doct. licèt impreſſores fortè conſiderato ordine verborum text. illam prius poſuerint. ¶Diuide in quatuor partes. In 1.timore cuiuſdam contrarij gloſſ. declarat text.Nam text.videtur continere quandam contradictionem,ſeu contrarietatem,inquantum prę ſup ponitur, quòd eueniente conditione aliquando, puta decem eſſent danda à cohæredibus & ſic in futurum, & tamen text. dicit,quòd à cohæredibus,vice mutua percepit,& ſic in præterito,quomodo enim potuit percepiſſe in præteritum, quòd in futurum eſt dandum? gl.in 1.parte exponit percepit,ſcilicet deſtinatione teſtatoris,quod perinde eſt,ac ſi eſſet perceptum,vel intelligitur re ipſa,vt ſequitur in glo. Et reſponde ad contrariũ, licèt glo.non dicat, ꝙ quamuis tempore eſſet dandum in futurum, tamen tempore quo petebatur reſtitutio fideicom. per cohæredes,filius iam perceperat iſtud,quia cohęres iam ſoluerat,& iſta.1.pars glo.eſt clara. ¶In 2.quæ eſt ibi,ſed quare in vna re tantum.gl. per viam quæſtionis opponit fortiter contra tex. tenendo intellectum Antiquorum, & quinque modis ſoluit, retento illo intellectu, & ſexto modo tenendo intellectum Io. de quo in gloſſ.ſequen.¶In 3.quę eſt ibi,& vt hic.glo.per viam doctrinæ ponit in tribus quartis ſcilicet naturæ,inſtitutionis,& Trebel.quæ ſint illa,quæ computentur,& quæ non. ¶In quarta,& vltim.quæ eſt ibi,& not.quod quarta.gl.per viam no. enumerat ſeptem ſpecies quartarum. ¶Redeo ad ſecundam partem princip. quã potes ſubdiuidere in multas particulas, quas per te videas. ¶In iſta 2.par.glo.laborat circa vnum contrariũ, quod fit à lect.Antiquorum ad hunc text. quæ lectura vult, qđ filius detrahat totam quartam Treb.ex iſto fundo quondã peculiari,& ſic quarta Treb.detrahitur ex vna re.Contra,imò debet pro rata detrahi ex omnibus rebus hæreditarijs, vt probatur in ſimili in l.Plautius.& in l.lineã.ff.ad l.Falc.in l. 2. vbi not. per gloſſ.& Docto.C.ad l.Falc.in l.ſi pecu. in prin.ff.de pecu.leg. & iſtud probatur ratione.nam Trebel.eſt quoddam ius vniuerſale, ergo reſpicit quamlibet partem patrimonij, quia ius vniuerſale non poteſt reſpicere ſingularem rem.l.1.§. ſi hæres.ff.ad Trebel.ergo contra text.ſecundum hanc lect. ¶Gloſſ.tenendo intellectum Antiquorum, ponit quinque ſolutiones, & aliam ſextam tenendo intellectum Ioan. per quam tranſportatur litera. Sed quia per has quinque ſolutiones nõ videtur Gloſſatori, quod ſit bene ſatisfactum huic contrario,ideo gloſſ.noſtra habuit iſtam lecturam Antiquorum pro derelicta, cùm eam adiuuare non poſſet. Et poſteà in glo.ſequ.mag.fortificatur iſtud contrarium per alium modum, & neſciens dare ſolutionem, tranſit ad intellectum Ioan.vt in eã videbimus. Sed tu dic,qđ propter iſtud contrarium glo.noſtræ non debet reprehendi intellectus Antiquorum, *qui eſt verus,& communis*, & licèt prima ſolutio glo.nihil valeat,quia diuinat,& glo. ſequens in princip. dicit,quod diuinare eſt refugium miſerorum,tene iſtam ſecundam ſolut.Loth.relatam in glo.quòd licèt teſtator expreſsè nõ dixerit, quòd filius poſſit totam Treb. ex iſto fundo detrahere, vt vult prima ſol.glo.quæ propter hoc diuinat,tamen hãc fuiſſe tacitam voluntatem teſtatoris per coniecturas colligitur, nã ex quo teſtator hunc fundum in vita conceſſerat filio in peculium,lex capit tacitam volũtatem, quòd etiam voluerit, vt inde poſſit totam Treb. detrahere, quæ voluntas ſeruanda eſt in diuiſione.l.ſi cogitatione.s̃.eod.¶Item vltra gl.ſecundum Bart. & alios,dura eſſet ſeparatio eius fundi, quem filius excreuiſſet, argumento.l.poſſeſſionum.j̃.communia vtriuſque iudicij.prę ſertim in fundo quem ſuo labore meliorem reddidiſſet argumento.l.2. C.de alluuio. & licèt gl.noſtra reprehendat hãc ſolu. eo quia fundus erat peculiaris, & peculia debent æqualiter diuidi.l.certũ.s̃. cod. ſed hic eſſet præcipuus vnius. Tamen facilè eſt reſpondere ſecundum Bart.& alios,quod non ideo eſt præcipuus filij, cũ eius loco, & vice dimittat alias res,quas potuiſ-
20 ſet per Treb.habere. † Et ex hoc habes ſecundũ Barto.hic in 3. col.not.ex hac lege vnum, quod eſt ſecundum eum ſingulare, quod licèt aliàs Treb. quæ eſt quid vniuerſale reſpiciẽs quamlibet partem facultatum in ſingulis rebus, debeat de ſingulis rebus detrahi,vt proximè declaraui, tamen filius poteſt detrahere Trebel. integram de vna re,puta de vno fundo, quem viuo patre habuit in peculium,& dicit Bar. quòd iſtum caſum non habes alibi in iure.idem quod hic tenet ipſe Bart. in d.l.in quartam.in princ.ff.ad l.Falcid.& ſequitur ſimpliciter Paul. hic. Sed iſtam opin.& ſaluationem ſic ſimpliciter, & indiſtinctè relatã, reprobant Cyn.Bald.Salyc.& Fulgo.hic,quia licèt pater in vita ſua conceſſerit aliquam rem filio in peculiũ, & ſic ad tempus, tamen per hoc non ſequitur,nec eſt bona conſequentia, quòd voluerit propter hoc eo mortuo iſtam cõceſſionem fieri perpetuam, argumento. l. epiſtola.§.fin.ff.de pact. ¶Salua tamen iſtam opin.ſecundum eos hoc modo, quòd licèt filius de rigore iuris non poſſit detrahere totam Treb. ex iſto fundo propria auctoritate,& cohæredibus contradicẽtibus per iura, & rationes ſuperius adductas, tamen cùm iſta detractio fiat iudicis arbitrio,vt in gloſſ.pręcedenti in 3.par. & in iſtis iudicijs diuiſorijs iudex habet multum ſequi non ſolùm voluntatem expreſſam teſtatoris,ſed etiam tacitam, & coniecturatam.l.ſi cogitatione. ſupra eodem,& l.poteſt. ff. de leg.1.certè iudex cõſideratis proximè relatis cõiecturis debebit huic filio aſſignare totam Treb. in hoc fundo,non quòd filius propria auctoritate,& mero iure iſtud poſſit, iuribus & rationibus præalleg. & ita teneas, & hoc
* modo ſuſtineas,& ſequaris intellectum Antiquorum, *qui eſt bonus,& communis*.¶Tertia ſolutio refertur in glo. quòd imò ſem per Treb.tota põt detrahi ex vna re, vt hoc text.nec aliqua ſpecialitas ſit hic.nec obſtant iura in contrarium allegata,quia verè loquuntur in quarta Falci.quæ detrahitur, illa enim non poteſt detrahi tota de vna re, ſed debet detrahi de ſingulis relictis. Et licèt Bartol. & Docto.dicant,quòd iſta ſolutio non eſt vera, quia nulla ratio diuerſitatis poteſt aſſignari inter Falc. & Treb. Tamen tu dic,quod imò poteſt aſſignari,quia Falci.detrahitur de ſingularibus rebus, ſed in ſingularibus vna res non ſuccedit loco alterius,ſed Trebel. detrahitur de rebus vniuerſalibus,in quibus vna res poteſt ſuccedere loco alterius,ſicut dicimus,qđ in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei,& c.l. ſi rem, & pre-
* tium.ff.de pe. hære. *Tamen Doct.communiter* reprehendunt iſtam ſolutionem glo.dicentes, quod de rigore iuris ſicut Falcid. detrahitur de ſingulis rebus,non de vna particulari,multo magis Trebel. quæ cùm ſit quid vniuerſale, & quamlibet partem reſpiciat facultatum, & non ſingularem rem,non debet ergo de vna re detrahi poſſe,niſi aliqua æquitate ſuadente, vt hoc text. ¶Quartam ſolu.refert gloſſ. quòd ſpeciale ſit in hac.l.in filio,vt hic poſſit totam Treb. de ſolo fundo extrahere, eo quia in alio grauatur,quia ſibi computatur in Trebel.illud,quod à cohęredibus percipit,quamuis cenſeatur extra quar.Treb. illud,quod à cohærede percipitur,vt dicit text. in d.l.in quartam. ¶Iſtam ſolutionem reprehendit gloſſ. duabus rationibus, & aduerte, quia obſcurè loquitur, & corruptè habetur communiter, ſecundum Cyn.Bald.& alios hic. ¶Ad intelligentiam iſtius glo. oportet te præmittere vnum fundamentum, de quo aliquid
21 dixi ſupra in euidentialibus in vltimò euidentiali,quòd † quando aliquid percipitur iudicio teſtatoris, & illud vniformiter percipitur,hoc eſt in totum,vel iure legati,vel inſtitutionis,vel iure prælegati,ſemper illud totum imputatur in Trebellia. ſiue ſit hæreditarium,ſiue non,ſed quando difformiter capitur, hoc eſt partim iure hæreditario,partim iure legati,& ſi eſt hæreditarium, ſolùm computatur in Trebel. illud, quod iure hæreditario percipitur, non illud quòd iure legati. Iſta omnia dicit text. difficilis in d. l. in quartam. & ratio ſecundum gloſſ. ibi eſt, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur, contra l.eum qui ædes. ff. de vſucap. Bartol. ibi dicit, quòd illa ratio gloſſ. eſt leuis, ſed quia non videt meliorem, cùm ea etiam tranſit Salyc. hic, ſed eam reprobat Bald. hic in 4. colum. & aliam aſſignat: aliam etiam aſſignat Angel.in d.l.in quartam. quam in vno membro ibi reprobat Imol. ſed non curo pro nunc referre, quia eſſet nimium egredi. ¶Hoc præmiſſo gloſſ.intendit reprobare vnum tantum, quòd præſupponitur in iſta quarta ſolutione. Nam præſupponitur,quòd regulariter illud, quòd accipitur à cohæredibus, cùm ſit extrà quartam, non imputetur in Trebel. niſi hic, vbi eſt ſpeciale in filio. iſtud præſuppoſitum gloſſ. oſtendit eſſe falſum, & vult probare, quòd imò generaliter in quocunque ſemper illud, quod percipitur à cohæredibus, non ſit extra quartam, & quòd ſemper imputetur in quartam Trebel. & quòd nunquam ſit ſpeciale in filio, & prima ratio eſt à partibus ſufficienter enumeratis, aut enim iſtud, quòd percipitur à cohæredibus, eſt in pecunia nume. aut alia res, ſi eſt pecunia numerata, proculdubio ſemper computatur, ac ſi ipſe iure hæreditario à ſe perciperet. l. cùm pater.in princip. de leg.2.alleg.in gloſſ. ſi autem non eſt pecunia, ſed eſt aliud corpus, & tunc ſi illud corpus non eſt de hæreditate, quia ſemper percipitur vniformiter, ſemper in Trebel. imputatur in quocunque: aut eſt corpus hæreditarium, & tunc quia hæres partem capit tanquam hæres, & ſic iure hæreditario pro parte, quæ eum tangit, pro alia verò parte cohæredum capit iure prælegati, & conſequenter capit difformiter, per conſequens totum non computatur in Treb. in quocunque loquamur. Modo ad propoſitum,vult dicere gloſſ.cùm in tex.modo præſupponamus decem fuiſſe data per cohæredes huic filio,& conſequẽter pecuniam nume.ergo non eſt verum, ꝙ ſit aliquod grauamen in filio, quòd iſta pecu. tota computetur

Source : BIU Cujas

in Trebel.quia idem in quocunque: verùm,quia text.non dicit quòd decem perceperit à cohæredibus,& sic nō magis loquitur in pecunia quam in alia re, sed indifferenter text.illud dicit, quòd à cohæredibus percepit,poterit ergo esse alia res, sicut pecunia,¶Ego dico,dato quòd esset alia res,saltem non erat hæreditaria,quòd patet per illos quosdam alios,de quibus in text.ergo in totum fuisset computata in Trebel. etiam in omni alio, quàm in filio, ergo apparet, quòd illud præsuppositum istius quartæ solutionis est falsum,quòd illud, quod percipietur à cohæredibus, sit extra quartā.Nec obst.d.l.in quartam.vbi in text. istud dici videtur, quòd extra quartam sit, ꝙ à cohæredibus percipitur,quia vltra solutionem glo.potes clarius rerpondere, quia ille tex.propriè loquitur in eo, quòd percipitur à cohærede iure prælegati,lex nostra loquitur in eo,quòd percipitur à cohæredibus gratia conditionis implendæ, & sic casus sunt multum diuersi,secundum Cyn. & Paul.de Castr,hic,potius obstaret illa.l.contra intellectum Io. relatum in glo,seq.qui intellexit istum tex. quando filius percepit illum fundum iure prælegati. Nam cōtra hoc dictum veniret illa.l.in quartam, vt ſ. dicetur. ¶Secunda ratio glo.est ad impugnandum præsuppositum.§.factum,quòd nedum in filio, sed in quocunque illud, ꝙ percipitur à cohærede,imputatur in quartam, & licèt glo. vtatur alijs verbis,tamen vult in effectu dicere, ꝙ d.l.in quartam, quæ dicit,ꝙ illud, ꝙ ab hærede accipitur,extra quartam est, loquitur de quarta detrahenda aduersus alios fideicom. vel legatarios, non de quarta detrahenda aduersus ipsos cohæredes, vt hic, à quibus aliquid percipitur iure prælegati, quia tunc istud non censetur extra quartam,& vltra glo.bene facit text.in l. Nesennius.ff.ad l.Falcid.vbi istud imputatur in falcidiam,ergo multo fortius in Treb.¶Quintam solutionem refert glo.ꝙ Trebellianica non potest tota detrahi in vna re, verum est nisi hærede volente, & fideicommissarijs consentientibus. Istam reprobat Barto. & Fulgos. per istum text. in fin.in versicul.compellitur,per quod patet,ꝙ loquitur etiam inter inuitos.Sed mihi videtur,quòd illud verbum compellitur,nihil faciat, quia loquitur quantum ad restitutionē eius,ꝙ supereſt.s̄.quartam,& hoc bene verum est,ꝙ filius inuitus cōpellitur restituere. Sed quantum ad detractionem Falcidiæ, ꝙ possit in eodem fundo fieri, non est aliquod verbum compulsiuum. ¶Sextam solu.gl.non refero hic,quia vadit ad intellectum Io.de quo statim dicam in seq.glo,¶Sum in 3.parte princip.glo.ibi,& vt hæc clareant.dic de istis tribus quartis scilicet naturæ, institutionis, & legitimæ, quæ in eis computātur, & quid de fructibus,prout altè,& profunde scribitur per Bar. & alios in l.in quartam.ff.ad leg. Fal.nō ingredior nunc tam altam materiam.¶Sum in vlt.parte gloss.
22 ibi,& not.† quòd quarta. in qua glo.enumerat septem species quartarum,adde tu octauam,de qua in Authen.sed neque. C. de epiſco.& cler.Aliam,& nonam habes in l.1.& 2.C. quando, & quibus quarta pars debetur.lib.10,Aliam & decimam ponit text.in Authen.presbyteros.C.de episcop.& cler.Aliam,& vndecimam habes de iure canonico, quæ debetur Episcopo. & aliam,& duodecimam,quę debetur rectori parochialis Ecclesiæ.cap.certificari.cum sim.de sepulturis. ¶Glo. in verbo hæreditaria parte prædij.diuiditur in nouem partes principales.In 1. fortiter opponit cōtra text.retēta lectura Antiquorum,de qua in glo.superiori,In 2.postposita lectura Antiquorum,plenè refert secundam lect.Io.In 3.refert tertiam lect.Azo.& Hugo. In 4.format vnam q.In 5.aliam.In sexta per viam quæstionis opponit & soluit. In septima ponit illationem ex omnibus superius tactis.In octaua etiam per viam quęstionis opponit & soluit.In nona & vlt.per viam not.opponit & soluit. Secunda ibi, dic ergo secundum Io.Tertia ibi,vel si vis secundū Azo. Quarta ibi,sed quid si omnia hæc.Quinta ibi,item nunquid prælegationes.Sexta ibi,item quomodo imputabit.Septima ibi,ex præ dictis patet.Octaua ibi,item qualiter computat. Nona, & vlt, est ibi,item nota,quòd hæc lex corrigitur.¶Redeo ad primam partem,& oppono,ꝙ tota hereditaria portio istius filij non debuit sibi in quartā imputari,sed solùm quarta hæreditariæ portionis,quæ in text.nostro esset duodecima pars istius fundi.l.Titia.ff.ad l.Falcid.patet in l.iubemus.C.ad Treb.glo.in 1.parte dupliciter soluit,& malè.vnde ad d.l.Titia.respondet vt in sequen. parte gl.¶In 2.parte,quæ mihi visa est multum difficilis,& obscura, in qua refert intellectum Ioan. vt melius intelligas,pone casum sic. Pater habens tres filios eos instituit æqualiter hæredes, deinde filio puta maiori natu prælegauit fundum, dehinc sub certa conditione, puta si nauis ex Asia venerit, grauauit filium, quòd partem hæreditatis restitueret fratribus cohæredibus, & fundum restitueret quibusdam alijs extraneis, & quòd fratres darent sibi puta. 10. illi verò extranei darent sibi, puta quinque, deciditur in text. quòd eueniente conditione fideicommissi debet detrahere quartam, in qua imputatur hereditaria portio fundi. item imputatur illud,quod datum est gratia conditionis implendæ,& reliqua vt in text.& sic secundum intellectum Ioan.iste filius cohæres fratrum, idemque prælegatarius fundi erat dupliciter grauatus. Primò vniuersaliter de parte sua hæreditaria, fratribus cohæredibus restituenda. Secundò particulariter in fundo respectu extraneorum, ex quo correlatiè apparet, quòd imminebat duplex quarta ipsi filio competens, Trebel. respectu fratrum,& Falcidia respectu extraneorum. ¶Et differt ista lectura Ioan. à lectura Antiquorum,de qua in gloss.præcedentibus in tribus. Primò,quia Antiqui dicebant fundum concessum filio in peculium, & sic inter viuos, Ioan. præsupponit fundum prælegatum, & sic post mortem patris. ¶Secundò Antiqui præsupponebant filium suum grauatum restituere hæreditariam portionem, tam fratribus,quàm extraneis,& sic solùm imminere vnam quartam, scilicet Trebel.sed Ioan. præsupponit duplex grauamen, & sic duas quartas,vt proximè dixi.¶Tertiò Antiqui dicebant,quòd illud,quod deerat ad quartam Trebel.supplebatur immediatè ex ipso fundo, sed Ioan. præsupponit, quòd suppleatur ex eo, quod pro ipso fundo datum est. ¶Item aduerte subtiliter, quòd Io.ideo præsupponit fundum prælegatum, & non concessum in peculium. Primo propter. l. certum. supra eodem. vt declaraui in euidentialibus. Item vt sic ostendat talem fundum non venire, nec posse comprehendi in ipso fideicommisso,sed debere esse suum pręcipuum,quia si præsupponeremus, quod esset concessus in peculium, non esset suus præcipuus, sed diuidendus.d.l.certum. & sic sua tertia pars, quæ sibi obueniret in diuisione,caderet in fideicom.quod non erit si præsupponamus fundum ante partem prælegatum. Et si dicis, dato quòd iste fundus sit præcipuus,& propter hoc non veniat, nec comprehendatur sub fideicommisso portionis hæreditariæ,tamen per hoc non tollitur obiectum partis præcedentis gloss. quamuis fundus fuerit prælegatus huic filio,non tamen totum habet iure prælegati,sed pro ea parte,pro qua ipse est hæres, & sic pro tertia parte, quia capit à seipso,& à se sibi legari nō pōt. tertiā partē fundi habet iure hereditario, alias duas partes istius fundi prælegati,quia capit à cohæredibus,bene habet iure prælegati.cùm ergo hæreditariam partem istius fundi, & sic tertiam computet in quartam, vt dicit text. ergo tota hæreditaria portio computatur, & tamen non deberet computari nisi quarta portionis hæreditariæ,per d.l.Titia.ad l. Falcid.allegatam in gloss. ¶Respondet not. gloss. quod illa. l. Titia.loquitur, quando quarta detrahitur secundum voluntatem testatoris expressam, hoc est, quando testator expressè dixit, quòd quartam detraheret, tunc in ista quarta proueniente expressa ordinatione testatoris, tanquam magis fauorabili solùm computatur quarta hæreditariæ portionis, & non tota hæreditaria portio: sed quando quarta detrahitur ex sola dispositione. l. quo casu dicitur detrahi contra voluntatem tacitam testatoris, quia testator grauando simpliciter onere fideicommissi, videtur grauasse in totum, ergo quando aliquid diminuitur per detractionem quartæ, intelligitur fieri contra voluntatem testatoris, quo casu quando permittitur hæredi, quòd ex sola dispositione. l. detrahat quartam contra tacitam voluntatem testatoris,quia in hoc alleuiatur in vno, in alio aggrauatur, vt tunc totam hæreditariam portionem in quartam computet, & sic in effectu lucretur, & ex ista solu.dicit Salyc. hic in 6.
23 colum. esse singu. not. quod † vbi testator non disposuit exexpressè in testamento de quarta Trebel. detrahenda, quamuis detractio fieri possit ex.l.dispositione, tamen talis detractio dicitur fieri contra voluntatem testatoris, saltem tacitam, quam ita interpretatur lex in casu dubio, text. est notabilis in d. l. Titia, non tamen seruatur eius voluntas tacita in hoc,& istud clarè procedebat de iure fforum,quo iure etiam expressè non poterat prohibere detractionem Falcidiæ, vel Trebel. l. quòd de bonis. §. fina. ff. ad l. Falcid. procederet etiam hodiè, quia licèt hodiè testator possit expressè prohibere detractionem Falcidiæ. §. si verò expressim. in Authen. de hæred. & Falcid. Authen. sed cùm testator. C. ad l. Falcid. certè ista tacita voluntas non sufficeret, nec esset seruanda, sed bene facit, vt tota portio hæreditaria computetur in quartam, vbi aliàs solùm computaretur in quartam illius hæreditariæ portionis. ¶Contra istam lect. Ioan. fortiter opponitur in gloss. ibi, sed huic lecturæ. sed quia gloss. obscurè loquitur, sic clarius induco. Nam iste text. dicit, quòd illud,quod deest filio ad quartam, suppletur in isto fundo, ita dicit ibi, in eo fundo soluetur, sed istud est falsum, quòd aliquid possit suppleri ex isto fundo. Nam cùm Ioan. præsupponat, quòd iste fundus fuerit à filio prælegatus illis extraneis, oportet ergo, quod eis restituat illum fundum saltem pro duabus partibus, quæ sunt.s̄.hæreditariam portionem; si ergo

habet

habet reſtituere iure legati illis extraneis, qũo poterit quartam ſuam ſupplere in illo fundo? certè nullo modo, quia etiã illud, q̃ alicui prælegatur, ſi non eſt perpetuò remãſurum penes eũ, ſed illud habet alteri dare, illud nunquam ſibi computatur in quartam l. acceptis. ff. ad legem Falc. Solutio. Io. vt ſequitur in glo. fatetur obiectum, ſcilicet, q̃ ſuppletio non fiet de ipſo fundo, ſed in eo quod extranei habent dare, vt dixi in caſu, habent dare pro iſto fundo gratia conditionis implendæ, & ſic de illis quinque, & tunc dictio in eo fundo, poſita in text. impropria-
24 tur, & capitur in, loco dictionis, pro. † nam in iſtis prępoſitionibus ſæpè vna pro alia capitur, vt inquit glo. in l. eas cauſas. ff. de condi. & demonſtr. verùm, quia iſtud impropriat tex. ideo ſubijcit gloſſ. vel dic, vt dicemus in gloſſ. alia inferiori. ſed Bartol. dicit, quod gloſſ. eſt corrupta, & debuit dicere, vel dic vt in gloſſ. ſuperiori, vbi gloſſ. in 6. ſolutione ſecundæ partis quam omiſit, dicit q̃ litera debet intelligi trãſportãdo, nã dũ tex. dicit à cæteris in eo fundo ſoluit illud in eo fundo, nõ dẽt referri ad verbũ ſoluit, quia obſtaret q̃riũ, ſed debet tranſportari hoc modo ſcilicet filius habens ſupra quartam in eo fundo, ſed iſtud etiam corrumpit text. ideo intellectus Io. malè ſuſtinetur, caue tamẽ dum gloſſ. dicit, dic vt dicemus in gloſſ. alia inferiori. & Barto. dicit, quòd debet dicere ſuperiori. Nam verè ſecũdum ordinem verborum text. gloſſ. præcedens debet eſſe inferior, & ita depra uarunt libros impreſſores, tamen ideo prius fuit poſita, eo quia proſequebatur primum intellectum poſitum in gloſſ. ſed impreſſores poſuerunt illam poſt primam, vt continuatiuè procederet, iſta autem ponit duos alios intellectus, ideo reſeruata eſt pro tertia glo. ¶ Iſtum intellect. Io. vltra impugnationẽ præcedentem, reprobant Antiqui, & etiam Bartol. & Paul. de Caſt. hic propter participium habentem, quod eſt præſentis temporis, innuit ergo, quod tempore, quo teſtator diſpoſuit, filius habebat fundum, per regulam l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. & tamen ſecundum intellectum Ioan. ſecundum quem ipſe fundus fuit prælegatus filio poſt mortem patris, ergo tunc non habebat. Bald. hic in 8. colum. dicit, quod iſta oppoſitio nihil valet, quia teſtator quando legauit, potuit actualiter tradere
25 fundum filio, † quia legatum aliquando poteſt incipere à traditione l. Lucius Titius in teſtamento. ff. de leg. 2. Item ſecundum eum ſi filius ſua auctoritate in vita inuaſiſſet talem fundum, & poſſediſſet, & poſteà pater eidem in teſtamento prælegaſſet, nihil obſtaret obiectum. facit. l. cùm dominus. §. filiusfam. ff. de pen. leg. Raph. Fulg. hic qui multis verbis defendit iſtam lect. Ioan. aliter reſpondet, & dicit, quod participium habentem, debet referri ad verbum reſtituere, quo caſu tempore reſtitutionis bene habebat fundum, vel ſecundum eum ſi referas ad verbum ſanxit teſtator, prout debet referri, dicit Fulgo. quòd ſatis dicitur habere, poſtquam teſtator ſic diſpoſuit, nam ſecundum eum ſæpè leges dicunt hæredem accepiſſe à teſtatore, quamuis teſtator ſolùm diſpoſuerit. l. Papin. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſtamen. cum ſimil. & hoc confirmat per illud Euangelicum, euntes renunciate mihi &c. ſed omnes iſtæ ſolutiones aut diuinant, aut corrumpunt text. ¶ Item, quia contra intellectum Io. fortiter facit, quia lectura Ioan. præſupponit, quod tractetur de duabus quartis, ſcilicet Trebel. & Falc. & tamen text. non loquitur niſi de vna, vt patet in quarta ratione. ¶ Prætereà fortius ſecundum Gul. & Ricar. in quarta Falcidiæ non imputatur datum gratia conditionis implendæ, l. in quartam. vbi Bartol. rationem aſſignat. l. id autem. & l. quod autem. ff. ad leg. Falcid. cuius contrarium diceretur in text. & in hoc fundamento Doct. faciunt magnum, capitale. Tamen poſſet reſponderi ad hoc, & præcedens ſecundum Fulgoſ. hic, qui multum truffatur de Doct. præſertim Bartol. & dicit quod non intellexerunt ſenſum Ioan. quia licèt in poſitione caſus præſupponantur duæ quartæ, tamen in hoc text. non tractat Imperator niſi de quarta Trebel. & hoc modo ceſſant obiecta. Prætereà ſecundum Bartol. & Bald. aliter inducentem, ego clarius induco, ſi verus eſſet intellectus Ioan. filium reſtituere iſtum fundum extraneis, ſolùm pro duabus partibus cohæredum, pro quibus habet iure prælegati reſtituere, non tanquam cohæres, ſed vt le-
26 gatarius, † & quando legatarius reſtituit, nihil poteſt detrahere nec ratione Trebel. nec Falcid. l. lex Falcidia ſi interueniat. §. nunquam. ff. ad leg. Falcid. nam ſingulares ſucceſſores non detrahunt Falc. in eo, in quo ſuccedunt titu. ſin. l. pœnales. §. ſi Titio. ff. ad leg Falcid. & in l. 1. in fin. C. communia de leg. & ex hoc fundamento, quod Bald. dicit eſſe valde ſubtile, faciunt Doct. magnum capitale contra Ioan. & ſequitur Paul. de Caſtr. hic. Sed mihi videtur, quòd parum faciat, quia pro reſtitutione fundi facta illis extraneis text. iſte non dicit, quod aliquid ab eis detrahat, vt præſupponit iſtud argumen. Bene verum eſt, quod ſi quis accepit ab eis gratia conditionis implendæ, vt haberent iſtum fundum, illud acceptum, non dico iure faicidiæ, prout iſtud argumen. præſupponit, ſed propter implendam conditionem, iſtud bene imputat in Treb. cùm illud habeat iudicio teſtatoris. d. l. in quartam. Tamen licèt putem intellectum Ioan. poſſe defendi ab iſtis duabus vltimis impugnationibus, in quibus Doct. faciũt maius capitale, puto quòd non poſſit defendi
* à duabus primis, ideo iſtum intellectum Ioan. reprobo, vt *communiter Docto.* faciunt, quicquid dicat Fulgo. hic, & ſic erit expedita ſecunda pars princip. gloſſ. ¶ Sum nunc in 3. parte princip. gloſſ. ibi, vel ſi vis ſecundum Azonem, & Hugo. in qua ponitur tertia princip. lectura, ſecundum quam præſupponit, quòd iſte fundus fuerit donatus per patrem in eius vita huic filio, vt propter benemerita filij, vel filio vt filio. Et differt iſta lectu. à lectura Antiquorum in pluribus hic enumeratis per Bart. & præſertim, quia illi Antiqui dicebant hunc fundum conceſſum filio in peculium, ſed ſecundum iſtam lecturam iſte fundus fuit per patrem donatus filio. Aduerte, & in hoc intellectu videtur ſeipſam confundere, dum dicit, quòd iſta donatio non valuit à principio, ſed confirmatur morte. l. 2. ſupra de inoffic. dona. iſtud non videtur poſſe procedere, ex quo gloſſ. præſupponit, quod iſte fundus fuit donatus filio propter benemerita, ergo, vt extraneo, ergo ſtatim à princ. valuit donatio, vt eſt gloſſ. ordi. in Authen. vnde, & ſi parens. ſupra de inoffic. teſtam. & in l. ſi donatione. vbi Scribentes. C. de colla. ſed ſaluando iſtam lecturam, dic, quòd procedit quando fundus fuit donatus filio vt filio, & non propter benemerita, & ſic non valet in princip. nec in vita patris, & poteſt reuocari à patre, & ſi non reuocatur, tũc confirmatur morte, & ſic habet vim vltimi arbitrij, id eſt vltimæ voluntatis. Et hoc voluit dicere gloſſ. dum dicit, vel conferendo vltimum arbitrium. ¶ Iſtam lecturam reprehendebat Dyn. in quodam examine priuato, vt hic refert Cyn. iſta ratione, nam talis donatio facta inter viuos non venit in reſtitutione fideicom. l. ſequens quæſtio. ff. de leg. 2. Bartol. in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebel. Bald. in l. cùm virum. in 3. colum. C. de fideicom. ſi non venit in fideicommiſſo, ergo non computatur in quartam. l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebel. ¶ Propter hoc Doctores receſſerunt ab iſta lectura. vt hic refert Barto. tamen ad hoc poſſet reſponderi, vt etiam dicit Raph. Fulgo. hic, quòd iſta non eſt bona conſequentia, non venit in reſtitutionẽ
27 fideicommiſſi, ergo non imputatur in quartam. † Tolle inſtantiam, fructus non cadunt in reſtitutionem fideicommiſſi, & tamen computantur in quartam, vt in d. l. in fideicom. in princ. Item datum cauſa conditionis implendæ non cadit in reſtitutionem fideicommiſſi, & tamẽ imputatur in quartam, vt l. qui hæredi. §. cùm hæreditas. ff de condi. & demonſt. Item iſta argumentatio Dyn. reprehenditur per Bal. in l. iubemus. in 1. col. C. ad Treb. quia quædam non veniunt in reſtitutione, & veniunt in imputatione, vt dos, & quantitas prælegata, vel ſpecies alienа, vt l. quoniam nouella. ſ. de inoffic. teſta. & l. deducta. §. nummis. ff. ad Treb. & in d. l. Neſennius. ¶ Iſtam lect. reprobat Bald. alia ratione, nã cùm à cohęredibus videatur habere illum fundum, quatenus excedit hæreditariam portionem, ſaltem quo ad ipſos hæredes, deberet imputari in Falcidiã. l. Neſennius. ff. ad l. Falc. ſed aduerte. quia ipſemet dom. Azo in ſumma ſua allegat. d. l. Neſennius. & ad eam reſpondet, q̃ quantum ad cohęredes, à quibus accepit, bene computatur in quartam: quantũ verò ad alios, non, & ita etiam reſpondet ad. d. l. in quartam. ff ad l. Falc. Iſta lectu. confunditur alia fortiori ratione ſecundum Gul. de Cun. & Paul. de Caſt. hic, nam cùm iſte fundus ſecundum hanc tertiam lecturam non percipiatur ex vltima voluntate, ſed ex contractu inter viuos, licèt morte confirmato, nihil de ipſo deberet in quartam cõputari, vt l. pater filiam. in princ. ff. ad leg. Falc. vbi dicitur, q̃ in quartam Treb. non computatur id, quod extra vltimam voluntatem percipitur ex cõtractu inter viuos: fortificatur, quia tunc non eſſet dare hæreditariã portionem, cùm in puncto mortis ſtatim ſeparetur dominiũ iſtius fundi ab hæreditate, & applicetur filio, vnde non eſt dare momentum, in quo dominium huius fundi fuerit in hęreditate, ergo non eſt in eo dare hęreditariam portionem, ergo eodem momento, quo incipit eſſe hæreditas, dominium fundi applicatur filio. & iſta ratio eſt inconuincibilis, ſecundum Paul. de Caſtr. idem firmat Rapha. Fulgoſ. hic in penult. colum. nam cùm iſta donatio confirmetur etiam ante aditam hæreditatem, vt eſt gloſſ. in l. filiæ cuius. in fin. gloſſ. mag. ſupra eodem. ergo nullam partem haberet iure hæreditario, ergo non poteſt conuenire literæ huius text. dicenti, hæreditaria parte prædij in quarta ratione retenta. ¶ Vnde teneas lecturam Anti-
* quorum *magis communiter approbatam.* Reliquas ſequentes partes gloſſ. vide per teipſum vſque ad vltimam. ¶ In vltima parte, & ſic in fin. gl. tenet glo. quòd iſta. l. in eo corrigatur, quia dicit talia imputari in quartam liberis primi gradus, per l. iubemus. C. ad Treb. Barto. dicit melius, quòd imo iſta. l. in hoc non

Source : BIU Cujas

corrigitur,& q̃ d.l.iubemus loquitur in fructibus,qui nõ computãtur liberis in Treb.Et ratio eſt,quia percipiuntur poſt mortem defuncti,& ſic non ſunt hæreditarij, vt l. q̃ his verbis.ff.de de leg.3,ſecus eſt in alijs rebus,quas habent liberi ex diſpoſitione defuncti,vt hic.Idem tenet Iacob.de Are.& Cyn.hic, & Bar. in l.in quartam.in 5.opp.ff.ad l.Falc.& ibi Alex.in 7.col.ſed Bal. hic in 3.col.& Io.de Imol.in d.l.in quartam.tenent opi. iſtius gl.
28 quòd iſta.l.in hoc ſit correcta.† Tu tene præcedentem opi. q̃ vitãda eſt legũ correctio.l.vnica.ĩ fi.ſ.de inoffi.dot.& c.cũ expediat.de elec.in 6. Nec per ſubauditos intellectus debet induci legum correctio,vt dicit glo. in c. cupientes.§.q̃ ſi per viginti.de elec.in 6.Et iura noua debent potius diſtingui per antiqua,quã dicere,q̃ inducatur legum correctio.gl. & Doct.in l. ſciẽdum. in prin.ff.qui ſatiſd.cog. & in Auth. de hęre. ab inteſta.in verbò vacantib. Bart. in extrauaganti ad reprimendum, in verbo non obſtantib. & per iſta cum laude Dei eſt impoſitus finis huic legi per me Iaſonẽ de Mayno Mediolanẽſem,iuris vtriuſq; Docto, in florentiſs.Ticinenſi Academia.

De iure emphyteutico. Rubri.

¶Preſens titulus. C. de iure emphy. ſeipſum effectu prodit, vt alterius commendatione non egeat, iuxtà verbum Vlpiani Iuriſcõſ.in l.1.in prin.ff.de in integ.reſti. eſt enim inueſtigatione perpulcher,ad diſputãdum ſubtilis admodum,& acutus,exercitatione autem facti quotidiè per omnium manus verſatilis, & lõgè magis,quã alius qui in iuris corpore claudatur. ¶Illum ego Iaſ. de May.Medio.vtri.iuris cenſuræ Doct.indignus in hac flor.cæterarum omnium Ticinenſi Academ.ſub inclyto,& Excelſo Principe diuo Gale. Maria Sfortia Vicecomite, Inſubrũ Duce.5.cui meum deſudat ingenium,& cuius ſublimitati omne ſtudium meum, & ſi quid vltra eſt,iamdudum deuoui, nec
a non ſub præſenti anno Iubilæi a à Natali Chriſtiano.1475. * ple
* no ſtylo quantum virium mearũ facultas ſuppeditauerit,commentandum aſſumpſi, non quidem oſtentandi,aut ambiendi ſtudio, ſed addiſcendi, exercendiq; gratia. Cùm enim cęteri ex diutina villatione ſacratiſſimæ iuris prudentiæ quotidiè fructus vberes pro communi vtilitate in medium proferãt, recordatus ſum verborum diui Hiero. in lib. Regũ,ſatis eſſe ſi vnuſquiſq; offerat q̃ poteſt, & quemad. in templo Dei alij aurum, & argen.& lapides precioſos,alij biſſum, & purpuram offerũt. Nobiſcum inquit Hierony.bene agatur, ſi obtulerimus pelles, aut caprarum pilos.Vos tamen viri fratres,non ad operarij aut miniſtri meritum,ſed ad myniſterij finem,fructumq; attẽdite, quem ego fideli ſaltem ſtudio, cura peruigili, indefeſſo labore quanto breuius fieri poterit abſoluam. ¶Materiam præſentis tit.de iure emphy.alij in peregrinis,& abditis locis poſuerũt, vel potius occultauerũt:alij per fruſta in diuerſis.il.iuxtà occurrentia ſecauerunt:nonnulli per tractatus explicauerunt.ſed omnibus plenius Spec.in tit.de loc.in §.nunc aliqua.qui eſt fin. §. poſuit in præſenti materia.174. q.quas habuit ferè omnes à Martino de Fano in tract.de iure emphy. vbi per 29. q. complectitur ferè omnes illas 174.Spec.¶Ego verò quę ſparſim hincinde diſ ſeminauit antiquitas, ad communem vtilitatem cõpreſſo manipulo metam, atq; recolligam, & quaſi membra hincinde diſcerpta ad corpus ſuum reducam, & ad propriam ac ordinariam ſedem,quaſi lõgo quodam poſtliminio reducam, & ſub ſuo congruenti tit. inſtar cuiuſdam cõpendij reponam, vbi facilè in materia præſenti vnuſquiſq; inueniat,quod apud Antiquos,aut vix vnquã, aut laboriosè admodum, aut fortuito reperiebatur.Effectu expediam quinq;,& 300.principales qõnes, quæ ſunt duntaxat de hac præſenti materia iuris emphy. cum multis ſuis acceſſorijs qõ. vltra plures alias diuerſarum materiarum,quæ etiam iuxtà occurrentia examinabuntur.quaſcunque huius opuſculi deciſiones ſuperiori tabula deſcripſi, & ad faciliorem inuentionem per ſingulas etiam columnas diſtinxi, illas autẽ quinq; & 300. adiecto ſub numero particularius annotaui. Cæterum quia ordo eſt figura ſubſtantiæ vniuſcuiuſq; rei,ſm Bal.in ſuo conſil. diuino ſchiſmatis. poſito poſt rubricã. C.ſi quis aliquẽ teſt.prohi.in 2.col.& ſcire qd facias,neſcire autem quo ordine facias,non eſt perfectæ cognitionis,ſecundum diuum Ambro.patronum meũ, quem refert Bal. in prœ. ſforum.in prin.Idcirco in ſ. dicendis intendo tenere ordinem,quẽ in tribus.ll.præſentis tit.Imperator obſeruat. Nam in 1.l.videbimus de natura huius contractus emphy. & maximè circa deteriorationem rei. Item quid differat à cęteris contractib. & qua actione agatur, & quę ad eius ſolennitatem requirãtur, & maximè de ſcriptura.In 2.l.iuxtà tex.ordinem videbimus quo tpe, & qũo ſit fienda ſolutio canonis emphyteutici, & per quanti tpis ceſſationem cadat emphyteuta à iure emphy. cum ſuis ſequacib.q.In 3.vero.l. videbimus de alienatione iuris emphyteutici,& melioramentorum,& quæ circa eã requirantur, quẽ ordinem etiam accuratè obſeruat Spe.in d.§.nunc aliqua. licèt viſus ſit ſine vllo ordine proceſſiſſe.¶Capio ergo rub.ipſam de iure emphy.quam cõtinua,vt in gl.¶Super hac rub.Bal.hic quędam poſuit,quæ ponuntur per alios, maximè Cy.& Bart.in l.1. ſ.eo.ibi reſeruo ponenda,maximè quia poſt gl. ſequor quantũ poſſum ordinem Bar.cuius veſtigia ſemper adoro.

ADDITIO.

a ¶Anno Iubilęi. Adde,quòd annus Iubilæi erit Deo Duce, Anno 1575. & ſic duobus ab hinc annis,quia has annotationes in Auguſta Taurinorum,de Anno 1573. raptim conſcripſimus ſub Gregorio 13. Pont. Max. aliàs Hugone Boncõpagno, Patricio Bonon. & I.C.ornatiſs.& regnan. Em. Philiberto Allobrogum,Subalpinorumque Duce, ac Principe Victorioſiſs, ac ſplendidiſs. de quorum religione ac meritis Chriſtiana hodiè afflicta gaudet Reſpublica,in quorum memoriam & laudem pauca hæc ſcripſiſſe volui, ego Io.Anto. Maſueri.Caramanien.I.V.Doct.& in Excel. Subalpin. Senatu Aduocatus minimus,Sacriq; ac venerandi Taurin.Collegij Alumnus.

* Aliàs 1485.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emphyteuticus qualiter fiat, & quæ requirantur, nu.3.12. 61.& 64.*
2 *Contractus innominati regulantur ſecundum naturam contractuum nominatorum,quibus magis aſſimilantur.*
4 *Conceſſio rei eccleſiaſticæ in emphyteuſim pro cenſu vnius nummi valet.& nume.5.*
6 *Emphyteuſis quot modis concedatur.*
7 *Contractus emphy.à locatione temporali, vel perpetua in quo differãt.*
8 *Clades quid ſit,& vnde dicatur.*
9 *Contractus emphy.eſt contractus de per ſe ſeparatus,& validus.*
10 *Similitudo illa propriè dicitur, quando eſt plena ſimilitudo.*
11 *Pacta omnia interpoſita ſuper contractu emphy.valent,& ſunt ſeruanda,ideo ſi emphy.veniat contra ea,cadet à iure emphy.*
13 *Si res emphy.pereat in totum,emphyteuta liberabitur, niſi ſit pactum, quòd etiam ſi res emphy.periret in totum, emphy.teneretur ad penſionem.& nu.14.& ſeq.*
16 *Res perit periculo eius,cuius eſt,vel apud quem remanet dominiũ, quando dominium remanet de iure communi, ſecus ſi de iure ſpeciali.*
17 *Penſio in emphyteuſi præſtatur in recognitionem dominij.*
18 *Emphyteutæ non remittitur penſio ob ſterilitatem, vel interitum partis rei, ſecus tamen eſt in colono, vel inquilino, qui ad modicum tempus conduxit.*
Remiſſio quando emphyteutæ ſit facienda, vide.nu.19.& 20.
21 *An conductori ad longum tempus fiat remiſſio ob ſterilitatem.*
22 *Quæ differentia ſit inter contractum emphyteuti. & contractum emptionis,& locationis.& nu.24.& 25.*
23 *Pretij vbicunque fit mentio, ſemper præſumitur emptio.*
26 *Emphy.quamuis teneatur ad impenſam magnam, tamen finita emphyteuſi non propter culpam, ſed per tempus, vel generationẽ, poteſt emphyteuta petere à domino nedum melioramenta, aut eorum æſtimationem, ſed etiam quoſcunque ſumptus neceſſariò factos in re emphy. & nume.27.*
28 *Conductor non tenetur propria impenſa facere purgari viam publicã, ante domum conductam,& ſi fecerit, reficiuntur expenſæ, vel computantur in penſionem.*
29 *Colonus, vel inquilinus an teneatur ad impenſam reparandi putei.*
30 *Emphy. cadens ab emphyteuſi perdit meliorationes, nec eas à domino repetit, ſecus tamen in colono.*
31 *Liuellarius Eccleſiæ non tenetur ſoluere collectam communi.*
32 *Inquilinus quando teneatur ſoluere collectas publicas.*
33 *Feudatarius, ſeu vaſſallus an teneatur ſoluere datia, & collectas.*
34 *An ſit differentia inter emphy. & locationem ad longum tempus.*
35 *Pœna.l.fin.huius titu.habet locum in conductore ad longum tempus.*
36 *Locatio ſimplex tranſit ad quemlibet hæredem.*
37 *Emphy.ceſſans ſoluere penſionem,non cadit minori tempore triennij, ſecus tamen eſt in conductore ad longum tempus.*
38 *Contractus emphy.in quo differat a contractu liuelli.nu.39.*
40 *Natura contractus liuellarij eſt, vt fiat conceſsio in perpetuum.*
41 *Contractus empby.in quo differat à contractu precariæ in genere fœminino.*
42 *Contractus precariæ quid.*
43 *Contractus emphy.in quo differat à contractu ſuperficiario.*
44 *Emphyteuta,qui accepit domum in emphy. & combuſta eßet caſu fortuito,no propterea finitur emphy. quia remanet area,ſuper qua inuito domino poteſt reædificari,q̃ ſi non facit,tenetur ad omnem penſionem.*
45 *Contractus dignoſcuntur ex effectibus.*
46 *Verba vendo,vel refirmo tibi in emphyteuſim, ſolum iure emphyteutico,& ſuperficiem iure proprio,in inſtrumentis quomodo intelligantur.*
nume.47.

48 Con-

Source : BIU Cujas

48 *Contractus emphy. in quo differat à contractu censuali, & nu. 49.*
50 *Contractus emphy. in quo differat à feudo, & nu. 53.*
51 *Feudum conceditur gratis, & liberè ob remunerationem, ideo si princeps pro feudo reciperet pretium, & in instrumento dicat, concedimus, vel indulgemus, vel alio modo, non propterea censetur feudum, sed est contractus emptionis, & vend. nu. 52.*
54 *Feudum perditur per transitum ad religionem, sicut per mortem naturalem, secus tamen in emphyteusi.*
55 *Arg. à feudo ad emphy. & è contra, an valeat, & nu. 60.*
56 *Iura feudorum non possunt allegari ad decisionem aliarum causarum non feudalium.*
57 *Feudum simpliciter receptum, an intelligatur receptum pro se, & filijs suis masculis, licèt in instrumento nulla sit facta mentio de filijs.*
58 *Pater habens filios legitimos, & naturales, potest legitimare filios naturales tantum, cum pacto, ꝙ in nihilo sibi succedant, vel ꝙ succedant in eo, ꝙ sibi placuerit, & tale pactum, & legitimatio sic facta valent, & tenent.*
59 *Feuda regulantur secundum ius commune, si non habent ius expressum in feudis.*
62 *Doctori illustri attestanti de consuetudine standum est.*
63 *Scriptura quando requiritur necessariò ad probationem, ad hoc vt admittatur probatio per testes, requiritur, ꝙ scriptura sit perdita, & ꝙ testes deponant de contentis in ipsa scriptura.*
65 *Probatio quotiescunque debet necessariò fieri per scripturam, perdita scriptura nõ admittitur ꝓbatio per testes minores quinq;, & rogatos.*
66 *Emphyteusi finita per generationem, si dominus patiatur emphy. stare in re emphy. an intelligatur tacitè renouasse.*
67 *Scriptura an in contractu feud. requiratur.*
68 *Qua actione agatur pro contractu emphyteutico, & nu. 69.*
70 *Pro canone non soluto potest emphy. possessor conueniri hypothecaria.*
71 *In contractu emphy. & in contractu feudi, & locationis ad longum tẽpus habet locum vtilis redhibitoria, vel quanto minoris.*
72 *Emphyteusis an veniat in restitutione fideicom. & in petitione hereditatis, & an competat emphyteutæ, vel feudatario actio. l. Aquiliæ pro damno dato.*
73 *Iudex competens in causa emphyteutica quis sit.*
74 *Iudex competens in causa feudi quis sit.*
75 *An remedium. l. 2. C. de rescindenda vendi. habeat locum in contractu emphyteutico, & nu. 76.*
77 *Emphyteuta non liberatur, quando aliquid superest de re emphy. tunc quando dicatur remanere, & quantum debet esse illud aliquid, ad hoc, vt emphy. teneatur soluere integrum cano.*
79 *Omne augmentum contingens in emphy. siue sit latens, siue apparens, semper est commodo emphyteutæ.*
80 *Thesaurus inuentus in re emphy. an pertineat ad emphyteutam, an ad dominum, an sit inter eos diuidendus.*
81 *Si res emphy. non potest laborari propter guerram, an emphy. teneatur soluere pensionem, & nu. 91. & seq.*
82 *Debitor speciei per eius interitum liberatur, secus tamen est in debitore generis, vel quantitatis. nu. 83.*
84 *Guerra dicitur quædam sterilitas, & numeratur inter casus fortuitos. num. 85.*
86 *Emphy. est obligatus obligatione personali.*
87 *Fructus non sunt pars fundi.*
88 *Remissio pensionis fieri debet colono ad longum tempus, qui propter guerram, vel alium casum fortuitum non potuit rem conductam laborare.*
89 *Emphy. liberatur à pensione, quando fundus esset occupatus per hostes, & sic dominium & poss. esset perdita.*
90 *Bonum est arg. de re ad tempus.*
94 *Emphy. ita demum tenetur ad solutionem pensionis, si ex re emphy. aliquid remaneat.*
95 *In tributo diminuto in parte tantum, fit remissio tributi.*
96 *Emphyteutæ non fit remissio propter sterilitatem, quando ex re tantum supereſt, quòd fructus sufficientes pensioni sufficiunt.*
97 *Casus fortuiti spectant ad emphyteutam, quando sunt tales, qui non absorberent in totum rem ipsam.*
98 *Dictum Doct. est intelligendum secundum legem quam allegat.*
99 *Si aliquis acceperit syluam in emphyteusim, an possit inuito domino extirpare syluam, & ibi plantare vineam.*
100 *Si Ecclesia concessit mihi in emphyteusim oliuetum positum in tali loco, an intelligatur de terra oliuata, an verò de arboribus oliuarum.*
101 *Emphyteusis natura est, quod constituatur in re immobili.*
102 *Si testator legat alicui nucem, videtur etiam legare solum cui cohæret, & etiam viam.*
103 *Si actum sit inter dominum, & emphy. vt ipse arbores tantum essent emphy. & non fundus, valet cõtractus, donec arbores pendẽt in fundo.*
104 *Fundum in emphy. reseruato sibi fructu arborũ, an aliquis dare possit.*
105 *Si fundus detur in emphy. cum pacto, ꝙ emphy. plantaret vineam, & quartam partem fructuum daret domino, an si postea plantet alias arbores, teneatur etiam ad quartam partẽ fructuum de alijs arboribus.*

LEX PRIMA.

IVs emphyteutica-
1 rium. ¶† Ad euidentiam huius l. & totius tit. dicebat Bart. præmittendum pro iuuenibus, qualiter fiat iste contra-
a ctus emphyteuticus, [a] nam secundum eum à principio datur certa quantitas, puta. 100. & postea constituitur certa modica pensio in recognitionem potius directi dominij, quàm fructuum percipiendorum recompensationem; dubitatur modo, an talis contractus esset con-
b tractus locationis, vel vend. seu alienationis, respondetur vt in tex. ¶ De hac forma [b] habent Cano. glo. expressam in c. potuit. in glo. 1. extra de loca. hanc formam ponit etiam Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in versi. 5. & Cy. hic in 1. q. Barto. j̃. ea. l. in 2. oppo. Sed aduertendum est, quia nec d. gloss. nec Bar. aperiunt,
c vtrum de substantia, [c] & pro forma contractus emphyteutici requiratur, ꝙ à prin. quantitas certa numeretur. d. glo. tamen & Bar. hic videntur sentire ꝙ sic. Istud apertè firmat Iaco. de Are. Parmensis hic per tex. in l. priuatæ. qui nihil facit. C. de excu. mu ne. lib. 10. per tex. in Auth. qui res. in ver. nec ꝙ decidit repetet. s̃. de sacrosan. eccl. & per text. in l. fin. j̃. eod. vbi text. secundum eum vult, ꝙ domino debeat præstari quinquagesima æstimationis, vel pretij, ꝙ à prin. numeratur, vnde secundum eum si res, quæ datur in emphyteusim, valet centum, à prin. numeran tur, puta. 60. & postea constituitur aliquis modicus census singulis annis persoluendus. hanc opin. sequitur Albe. de Rosa.
* hic in 3. col. qui dicit *hanc esse communem opi.* ¶† Subijciens tamen,
2 ꝙ vbi à prin. non exponitur certa quantitas, quamuis non sit contractus emphyteuticus, erit tamen contractus innominatus, qui regulabitur secundum naturam contractus emphyteutici, cùm innominati contractus regulentur secundum na turam illorum nominatorum, quibus magis assimilantur. l. 1. §. si quis seruum. cum si. ff. depo. Istam opin. tenet etiam Raph. Fulg. hic, & eam etiam tenet ætate nostra Iurisconsulto. Guarnerius de Castel. hic, qui dicit, ꝙ si daretur fundus in emphyteusim pro annua pensione, & nihil à princ. numeratum esset, ꝙ iste propriè non esset contractus emphyteuticus, quia deficit forma ipsius contractus. pro ista parte facit multum, ꝙ signanter voluit Bal. in l. 2. in 7. col. C. de rescin. vend. qui dicit, ꝙ remedium. d. l. 2. habet locum in contractu emphyteutico, de quo tamen videbitis suo loco. j̃. super gl. parua. in versi. custo-
3 diri. ¶ † Contrariã opin. ꝙ imo à princip. non requiratur de necessitate aliqua præstatio quantitatis ad hoc, vt sint contractus emphyteutici, tenuit apertè ipsemet Barto. in l. si mihi, & Titio. in penul. colum. ff. de verb. obl. vbi no. dicit, ꝙ emphyteusis potest haberi dupliciter, titulo lucratiuo, & oneroso. Dicitur autem haberi titu. oneroso, quando à princip. præstatur aliqua quantitas, & postea constituitur ille modicus census annuus; lucratiuo autem haberi dicitur, quando à principio non præstatur illa quantitas, sed tamen constituitur annuus redditus, quæ verba multum ibi commendant Scribentes, licèt Imol. ibi aliqualiter contra. Hanc opin. ꝙ de necessitate non requiratur à princip. illam præstari quantitatem, tenent Petr. & Cyn. hic,
* in 1. quæst. qui dicunt *istam esse communem opin.* [d] & ita seruari
d de consuetudine. Istam opin. & de consuetudine, & de iure tenet Sal hic in 1. col. per tex. in Auth. si quas ruinas, & in Auth. perpetua. s̃. de sacrosan. eccl. & quia hoc non est de forma, ꝙ à principio præstetur certa quantitas, sed est ex conuentione par tium, cui partes ipsæ renunciare possunt, iuxta. l. pen. s̃. de pact. Istam opin. videtur tenere gl. in Auth. qui rem. in versi. põt. s̃.
4 de sacrosan. eccle. † dum tenet valere concessionem rei ecclesiasticæ in emphyteusim pro censu vnius nummi. Eandem opin. tenet Bal. in rub. s̃. eo. dum vult esse contractum emphyteuticum, si dicatur, loco in emphyteusim pro annua præstatione vnius nummi, nec ex paruitate pretij desinit esse contractus emphyteuticus, quia ex quo partes rem digniorem maiori pretio scienter concedunt in emphyteusim, donare viden-
5 tur. ¶† Idem tenet Bal. in hac. l. in 1. col. qui dicit, ꝙ fundi dantur in emphyteusim ad meliorandum, vt meliramenta facta quomodocunq; emphyteusi finita ipsius domini sint, & ideo modica

ADDITIONES.

a ¶ Contractus emphy. Adde glo. in verbo expelli. in c. potuit. de loca. Barto. in l. si mihi, & Titio. de verb. obl. Alex. lib. 2. consi. 6. & de modica pensione, vt arguat contractum vt emphyteuticum. Alex. lib. 1. cons. 136. visto. colum. 3. PVRPV.
b ¶ Forma. Adde Ludo. Roma. consi. 35. incip. visa facti serie.
c ¶ Substantia. Adde Io. de Imol. & Barba. post eum in d. c. potuit.
d ¶ Communem opin. Adde, quod hanc sequitur & communem dicit Clar. §. emphy. q. 3. MASVER.

Source : BIU Cujas

modica pensio præstatur. Istam partem firmant apertè omnes Canonistę in d.c.potuit.extra de loca.super gl. vbi Io. And. Innoc.d.Abb.Pan.allegant,ꝙ habetur in Auth.de alie.& emphy. & istam partem ego teneo,& ita etiam tenet.d. Alex.in consil. 115.lib. 4. incip. viso processu causæ vertentis inter dominam Luciam.in vlti.col.¶Alia tñ,& tertia fuit sententia Ange. in'§. quia verò.el.1.in Auth.de non alien.& Pau.de Cast. in d.Auth. si quas ruinas. qui dixerunt ꝙ forma ℨctus emphyteutici potest esse duplex,vna ꝙ à prin. præstetur certa quantitas, & postea constituatur modicus census annuus,ſm primam opin.ſ. relatam.Alio,& secundo modo,ꝙ à prin.nulla quantitas præstetur, sed tantum constituatur pensio annua, & hanc etiam approbat Saly. hic, & est satis ex mente tenentium secundam opin.quam ſ.tenui.¶Pro qua opin.ꝙ à principio quantitas de necessitate non requiratur,adde Bald.in simili in c.1.in § donare.in vlt.col.qualiter olim feud.pot.aliena.in vsib.feu.qui quærit,an in contractu liuelli de necessitate requiratur,ꝙ à princi. præstetur quantitas,& videtur concludere, ꝙ non,allegans Io. And.in nouel.in d.c.potuit.& contractus liuelli,& emphyteuticarius sunt vnum,& idem,ſm Bar.hic, licèt minus bene, vt ℨ.dicetur.Adde etiam Bal.in l.vsufructu.in prin. ff. solu. matri. in l.si quis conduxerit.in lect.antiqua.ff.loca.& in addi.Spec.ti. de loca.in 3.col.& Doct.Mod.in l.si quis ante. ff. de acqu.poss.

6 ¶† Aduertendum est etiam , ſm Specu. in d. §. nunc aliqua.in versi.5. ꝙ emphyteusis aliquando conceditur in perpetuum , aliquando ad tempus simpliciter , aliqñ ad tempus , sed cum pacto de renouando iuxta. §. neq; illud.in Auth.de non alien. iunctis pulchrè declaratis per Bald.in d.Auth. si quas ruinas.in 2.col.C.de sacrosan. eccl. aliquando conceditur in certam generationem , puta. 3. vel. 4. ¶Adde tamen,ꝙ propriè dicitur

a emphyteusis, [a] quando est perpetua.ita Bald.& Ange. in l.1.in prin.ff.si ager vect.vel emphy. pet. Bal.in rub,& in l.2.in 3.col. ℨ.co.facit.§.adeo.in verbo perpetuò quem ibi ad hoc no. Ange.de Are.insti.locati.ꝙ no. propter statuta,in quib. verba sunt propriè intelligenda.l.3.in §.hæc verba.el 2. cum si. ff.de nego. gest.& ibi Barto.post glo.¶Quid aut sit in dubio,an pręsumatur perpetua , an temporalis , & si est concessa ad tempus , & non apparet vsq; ad quantum,vel si est concessa in generationes,& non apparet vsq; in quot , quid in dubio pręsumatur,dicam in l.2. ℨ.eod.vbi contra hęc habeo multa bona dicere: ibi etiam dicetur,quid importent illa verba,in tertiam generationem,& quomodo intelligantur. † Quid autem differat con-

7 tractus iste emphyteuticus à locatione temporali , vel perpetua,quid à ℨctu superficiario,quid à ℨctu liuelli,quid à censua li,quid à precario , quid à feudali ℨ. dicetur. ¶His breuiter pro introductione ad euidentiam præmissis,ista l.cõi diuisione diuiditur in tres partes. In prima ponitur,ꝙ ℨctus emphyteuticus est ℨctus de per se , habens naturam separatam à ℨctu loca.& vendi. seu alienationis. In secunda,ꝙ quæcunq; pacta in hoc contractu apposita valent , & sunt seruanda . In tertia,qñ pactum non est appositum, ad quem spectet periculum interitus rei.Secunda ibi,in quo cuncta.Tertia ibi, ita vt si interdũ. Hoc dicit. Contractus emphy.est contractus de per se,hoc primò,& pacta in eo apposita valent,& sunt seruanda.hoc ſcdò, & res emphyt. si pereat tota , liberatur emphyteuta; sed si pro parte,nulla liberabitur arte,vel si pro parte perierit,non libera

8 tus erit.hoc dicit. ¶In tex.ibi,tanta emersit clades,† quid sit cla

b des, [b] & vnde dicatur,vide per Arch.33.q.1.in c.1.per Cano.in d.c.potuit.super gl.ſi in verbo expelli potuisset,& ibi per Imo. 33.col. & ibi etiam per eos ponitur differentia cladis,& chas-

9 matis.¶† No.primò,ꝙ contractus emphyteuticus est contractus de per se separatus,& validus,vt hic,& in §. adeo.insti.loca.& circa istum ℨctum in materia vnum bene not. ꝙ ab emphyteuta perpetuò non potest res euelli,licèt alius offerat meliorem conditionem , ita no.Bar.in l.1.per illum tex.C.de fundis patri.lib.11.& sequitur do.Alex.in cons.79. incip.circa primum de quo quæritur,scilicet coram quo domino. in 8.colu. ad fi.lib.1.& ibi ampliat , & intelligit istud procedere etiam in ꝑsona priuilegiata concedente in emphyteusim , puta in Ecclesia, quod not. ¶Secundò principaliter no. ex tex.in verbo,

10 seu similitudine.secundum Bal.hic, † ꝙ illa dicitur propriè similitudo,quando est plena similitudo;vbi non est plena similitudo,quia plures sunt differentiæ,quàm conuenientię,illa nõ est similitudo,de quo etiam vide eundem Bal.in l.curatoris.in 1.col.in fi.ſ.de nego.gest.Tertiò not.in text. in verbo diffinitionem secundum Cyn.Bart.Ang.& Sal.hic, ꝙ illa dicuntur differre specie,quæ habent diuersas diffinitiones. facit l. 1.§. dolũ. ff.de dolo , de quo dicitur per Dyn. de reg. iur.in 6.super rubr. ¶Quartò not.ex ver. in quo cuncta. ꝙ pacta interposita super hoc contractu emphyteutico valent,& sunt seruanda,de quo videbitis multa bona in l.2.infra eod.Adde, ꝙ per istum text.

11 infert sing.Specu.in d.§.nunc aliqua. in versi.169.ꝙ † quamuis regulariter alteri per alterum non queratur.l.1.C.per quas perso.nob. acqui.l.stipulatio ista.§.alteri.& §.si stipuler.ff.de verb. obl.tamen fallit in isto contractu emphyteutico , in quo omnia pacta sunt seruanda,vt hoc tex. Quod dictum an sit verũ, vide per Alex.in d.l.stipulatio ista.§.si stipuler. in antepen. col.

c ¶Item secundò adde,ꝙ emphyteuta cadit[c] à iure emphyteutico veniendo contra pacta,ita tenet Bald.in l. fin. §. fin. in vlt. colum.C.communi. de leg.& in l.vnica.§.1.in 4. colum.C.de cadu.tol.& in l.fin.in vlt.no.vbi videas. ℨ.eo. Idem no. Albe.in l.1.§.ait prætor.per illum tex.ff.de loco publ.fru.Bald.in c.quærelam.ad fin.de iureiuran. Et not. istam regulam, quia vtilis,& frequenter allegatur in practica,& confirmatur,quia sic etiam dicimus in feudo,si vassallus non seruat pacta,potest ab eo feudum auferri,etiam si sit Ecclesia vassalla,secundum Bal. in prę ludijs feu.in penul.colum.Bartol.in l.1.circa medium. ff. de interdic. & releg. & ꝙ si vassallus non seruat pacta, possit ab eo

12 feudum auferri,tenet etiam Bal.in l.fin.C.de lib. cau.¶† Quin tò not.ex text.in ver. scriptura interueniente , ꝙ de necessitate

d in contractu emphy. [d] requiritur scriptura.inducendo tex.alio modo quàm inducatur. Nam isti sunt duo ablatiui absoluti , qui solent importare causam fin.secundum Bald.in l. vnica.in 1.oppo.infra quando non peten.partes,& in l.1.in fi.infra de libe. prętę. sed ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem. l. ab emptione,& ibi Barto.in 1.not.ff.de pact.l.à testatore, & ibi Barto.ff.de condi.& demonst.l.cùm pater.§.euictis, & ibi Bar. ff.de leg.2.cum sim.conditiones autem necessariò veniunt implendæ in forma specifica,vulgata. l.qui hęredi.& l.Meuius.ff. de condi.& demonst.de quo passu plenè dicetur. ℨ.in glo.super

13 verbo scriptura.¶Sextò no.in versic. ita vt si interdum, † ꝙ si res emphyteutica pereat in totum,emphyteuta liberabitur.cõ cordat.d.c.potuit.d. §.adeo.¶Nunquid autem valeret pactũ, ꝙ etiam si res emphyt.in totum perierit,nihilominus emphyteuta teneretur ad pensionem,dic ꝙ sic,secundum Specu.in d. §.nunc aliqua.in versi.138.& est bonus text.hic in verbo super omnibus,vel etiam fortuitis casib. ¶Contra hoc notabile opponebat Bart. duobus modis. Et primò,quod periculum perditionis rei emphyteuticæ etiam in parte debeat spectare ad emphyteutam.per l.1. vbi illud dicitur in emptore. ſ. de peri. & commo.rei vendi.Sed respondet Barto.primò,ꝙ aliud sit in emptore,cuius est indistinctè periculum rei emptę,& aliud in emphyteuta,& colono, & duplicem assignat rationem diuersitatis:nam venditor tenetur solùm ad rem, vel ad factum scilicet ad tradendum,quod factum momento expeditur , non mirum si periculum est emptoris:sed in emphyteuta,& colono dominus tenetur ad factum successiuum,scilicet ad patiẽdum frui,&c.iuxta. l.ex conducto.in prin. ff. locati. cùm ergo ista patientia habeat tractum in futurum incertum, ideo periculum est semper ipsius domini. Ad istam rationem vide eundem Bart.in l.si vno.§.item cum quidam, in penul. col. ff.loca. Bal.in rub.ſ.de pericu.& commo.rei vendi.in 4.q.ex quorum dictis hæc ratio subuerteretur.Aliam , & secundam diuersitatis rationem assignat Bar.per.l.pignus.de pigno.actio. quia res perit ei cuius est , sed res locata vel data in emphyteusim remanet in directo dominio domini principalis, & ideo in totũ

92 nui. ſ. in notabilib. in vlt. no. & ſ. in gl. pe. in prin. ¶ † Limita't men hanc conclu. aliquib. modis. Primò, niſi emphy. ſuſcepiſſet expreſsè in ſe periculum huius caſus fortuiti guerræ, quia pactum valeret, vt hoc tex. in verſi. in quo cuncta. Secundò niſi conſuetudo eſſet, ꝙ emphy. teneretur ſoluere penſionem ēt tempore guerrę, quia minimè mutanda ſunt, &c. l. minimè. cum vul. de leg. 1. Tertiò, quando penſio eſſet modica, puta, vnius nūmi. Quartò, & vlt. niſi guerra eſſet mota culpa, puta, ipſius emphyteutæ. per ea, quæ voluit Bar. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loc. & in l. nam & Seruius. in prin. ff. de neg. geſt. & ꝙ voluit Bar. in l. Ariſto. in fi. ff. de dona. Iſtam ſentētiam Iac. de Are. & Bar. tenuit Ang. ſibi contrarius in d. §. quod ex naufragio. hanc eandem tenet Nic. de Neap. in l. ſi coſtante. §. ſi vxor. ff. ſol. mat. hāc eandē vī tenere Io. And. quāuis clarè nō firmet in addi. Spec. in d. §. nunc aliqua. verſi. 137. in add. magna. incip. quid ſit ſterilitas. ¶ Eandem tenet Pet. de Anch. in d. c. potuit. in
b 11. q. [b] eandem tenet ibi Imo. in 35. col. & ſeq. vbi dicit, quòd
* *iſta eſt commnnis opin. Docto.* & ab ea non eſſet recedendum in iu-
c dicando, [c] vel conſulendo, & ꝙ de facto ipſe ita conſuluit, &
93 conſequenter, quòd iſta eſt vera concluſio, † quòd emphyteuta non tenetur ſoluere penſionem illius anni, quo nil percepit,
d ſeu percipere potuit [d] propter guerram, ſecus tamen videretur ſm eum ſi aliquos fructus illo anno percepiſſet, vel percipere potuiſſet, quia tunc non deberet fieri remiſſio per ea, quę dicit haberi in hac. l. quod dicit tenendū menti. Et pro hac parte motus eſt optimo fundamento, quia prædicto tempore guerræ non poteſt dominus præſtare patientiam quantum ad effectum, ſicut non potuiſſet ſi res tota perijſſet, ergo interim non debet teneri emphyteuta. Quod autē dominus teneatur prȩſtare patientiam cum effectu ipſi emphyteutæ, firmat Bar. hic in prima oppo. & dixi ſ. in textualib. in vlt. no. iſtam eandē ſentētiam Iac. de Are. & Bart. tenet Bald. hic in pen. col. verſi. quæro an propter ſterilitatē, cum limitatione tamen, ſi præſtabatur penſio, vel cenſus notabilis quantitatis, ſecus ſi paruæ, & ita ēt tenet d. Car. Flo. in d. c. potuit. ¶ Pro iſta parte, quæ fulcita
94 eſt ſummis autho. ego addo optimū fundamentum, † quia emphy. ita demum tenetur ad ſolutionē penſionis, ſi ex re emphyteuti. remaneat aliquid, & aliquid dicitur remanere, qñ ex ea percipiuntur fructus æquiualentes, & ſufficientes ad penſionem, quæ præſtatur, ita Bar. hic in duob. locis in 1. col. in 2. opp. & in col. vlt. ver. quæro, qñ fit diminutio magna, & dixi ſ. in textualib. in vlt. not. & ēt in gloſſ. pen. in princip. Sed nos præſupponimus, ꝙ propter guerrā res emphyt. laborari non poſſit, & conſequenter, quòd ex ea nulli fructus percipiantur, ergo non debet teneri emphy. ſoluere penſionē: fortè tñ diſputando fundamentū illud non eſſet bene tutū, quia licèt Bar. iſtud firmet, tamen non probatur lege, & ideo ſuccederet, quod dicit glo. in l. licèt. ff. de offi. prætid. diſputando non eſſe alleg. gloſſ. aut autho. Doctor. ¶ Et tenendo hanc partē poſſet reſponderi ad obiecta in contrariū aſſumendo vnū fundamentū, quod fit pro hac parte, de quo neceſſarium eſſet facere clypeum, quod quando res propter guerrā laborari non poteſt, iuris diſpoſitione dicitur deperdita. Reſpondeo ergo ad primū de iſto tex. qa
* dico, quod probatur contrariū ibi, *ſin verò particulare, vel aliud leue damnum*, &c. cùm in caſu noſtro iuris diſpoſitione res cenſeatur in totū deperdita, ſicut ſi eſſet aquis inundata, ergo dēt in totum liberari. ¶ Nō obſt. l. 2. ĵ. de allu. & palud quia fateor,
95 quòd ibi eſt ſpeciale, † quòd in tributoria diminuta in parte tātum, fit remiſſio tributi, ſed quando eſſet perempta in totū, non eſſet ſpeciale in tributo, quia idem eſſet in emphy. vt hoc tex. in fi. Non obſt. d. l. quicunque, quia fateor, ꝙ emphy. non fit remiſſio ꝑ ſterilitatē, eo quia iſto caſu res non dī in totum perijſſe, ꝙ nobis denotat terminus remitere, vt l. licèt certis.

& l.

ADDITIONES.

a ¶ Iſtam eandem opin. tenuit Bonifacius de Ama. conſi. 16. in lib. antiquo. PARPA.

b ¶ Vide Corne. conſil. 18. litera I. in 3. vol. PARPA.

c ¶ Iudicando. Adde Abba. in capitul. prudentiam. de offic. delega. in capitul. quærenti. eodem titul. in capitul. nouimus. de verbor. ſignifi. in capitul. 2. de cogn. ſpir. in capitul. tua nos. de vſu. in capitul. 1. de conſtit. in capitul. veniens. de cenſi. Item adde, quòd communis opin. habet vim conſuetudinis, vt in l. interpretatione. ff. de legib. Barb. in c. ne innitaris. de conſti. in 4. vol. verſi. facit. el 1.

d * Percipere potuit. Adde, quòd eandem opin. tenet idem Iaſon in l. poſſideri. §. in amittenda. 4. not. de acqui. poſſeſ. & vide quæ ponit Pract. Papen. for. lib. ad præſta. fict. verſi. recuſauit. nu. 2. & hanc negatiuam, quòd non tenebitur emphyt. ſoluere penſionem, ſeu canonem eo caſu, de quo per Iaſ. hic, ſcribit Clar. §. emphyt. quæſtio. 8. verſicul. ſed quid. Quam conclu. declara, vt per Catel. verſicul. conductor. & verſic. emphyteutæ. in princip. Suarez. lib. ſent. ver. emphy. MASVER.

Source : BIU Cujas

& l.excepto.l.legem.s̃.loc. l.ex cõducto,in prin.§. 1. & l.si vno. in prin.ff.loca. ¶Nec obst. dum dicitur,ꝙ vis hostium,& sterilitas æquiparantur,quia respondeo verum esse quantum ad remissionem fiendam cõductori, cui ita fit propter vim hostiũ sicut propter sterilitatem, sed illa æquiparatio non potest procedere in emphy.quod patet, quia sterilitas non in totum absorbet rem, prout guerra, quo tempore iuris interpretatione habetur pro deperdita,vt dictum est.¶Vel aliter dico rationẽ diuersitaris esse in emphy.inter guerram,& sterilitatem, nam ideo propter sterilitatem non fit remissio, eo quia dominus potest præstare patientiam vtendi re emphyteutica, licèt propter sterilitatem fructus non percipiantur, quam præstare non potest tempore guerrę,vt s̃.dixi in fundamento ſm Io.de Imo.s̃.relato.& sic non obstabit,quòd sterilitas,& guerra equiparentur,quia verum est in cõductore, secus in emphyteuta, vbi non est eadem ratio. ¶Vel tertiò respondeo, & melius,& tollo omnem replicationem, dum dicebatur, ꝙ sterilitas, &
96 guerra æquiparantur, quia fateor ẽt in materia nostra. † Et dum dicebatur,ꝙ emphy. non fit remissio propter sterilitatẽ, respondeo verum esse quando ex re tantũ supereſt, ꝙ fructus sufficientes pensioni percipiuntur, aliàs si non percipiuntur tot fructus, fit remissio ẽt emphy. propter sterilitatem, vt statim dixi post Bar.ergo eo.modo debet esse propter guerram, quòd quando nullos fructus percipit, ꝙ ita remmittatur pensio in totum propter guerram,sicut propter sterilitatem,& sic retorqueo istud argumentum contra eos, vt faciat pro opin. Bart.& sequa.¶Nõ obst.quartò,ꝙ multum videbatur stringe
97 re dictus. §. lex itaque. versi. cùm autem. † vbi dicitur, ꝙ ad
a emphyteutam spectant casus fortuiti, & ꝙ guerra a est casus fortuitus,quia ad hoc no.respondeo,ꝙ dum dicitur casus fortuitos spectare ad emphyteutam,est verum quãdo sunt tales, qui non absorberent in totum ipsam rem. Si autem sint casus fortuiti,qui in totum absorbeant ipsam rem,non spectant ad emphyteutam,casus est formalis in l.ista,ver. ita,vt sit interdũ. cùm ergo guerra in totum absorbeat ipsam rem, cùm iuris dispositione in totum dicatut deperdita,vt dictum est, ergo casus guerræ nõ spectat ad emphyteutam, & sic hoc arg. quod videbatur coloratum, retorquetur in eos pro sententia Bar.& sequa. Nõ obst.arg.quintum,ꝙ emphyteuta sit obligatus obligatione personali,quę nõ sequitur fundum, quia hoc non est verum fundamentum, nam eo dato pro vero,sequeretur, ꝙ ẽt simplici colono vel conductori nõ fieret remissio propter interitum,vel sterilitatem rei,cùm ẽt ipse sit obligatus obligatione personali ex cõtractu,& tamen hoc est falsum, vt.s̃.dixi in vltimò no. Præterea dato fundamẽto pro vero sequeretur, ꝙ etiam si res emphyteutica periret in totum, ꝙ teneretur ad pensionem, quòd tamen est contra hunc text. in fin. quia ista non est obligatio merè personalis in abstracto, sed respectiua ad rem, vt hoc tex. in fi.¶His eisdem modis respondeo ad sextum art.dum dicebatur, ꝙ emphyteuta est obligatus in genere,vel in quantitate,&c. ¶Nõ obst.vltimũ dũ dicebatur, ꝙ qñ ꝓp guerrã res laborari non põt, ꝙ solũ perdunt fructus, & ꝙ sunt tñ pars rei,ꝙa rñdeo,ꝙ imò perditur totũ, nedũ fructus,sed ẽt ipsa res,ex quo iuris dispositione res dr̃ esse in deperdito,vt dictũ est.¶Non obst.octauũ.fundamẽtũ Ang.ꝙ multum in veritate vrget,dũ dicebat, ꝙ emphyteuta præstat pensionẽ in recognitionẽ dñij,& nõ in recompensationẽ fructuũ, quia rñdeo istud esse verũ,& dũ dicebatur,ꝙ q̃uis res ꝓp guerram laborari non possit,ꝙ durat dñium durãte substantia rei, & ꝙsequenter durat causa pręstationis], quia rñdeo negando, ex quo. n. iuris interpretatione res interim cẽsetur esse deperdita,vt dictũ est,ergo nõ põt habere locũ recognitio dñij,sicut qñ in totũ perijsset.Non obst.fundamẽtũ Cu.dum dicebat, ꝙ q̃uis res ꝓp guerrã laborari nõ possit, ꝙ non perditur dñium nec possessio,quia rñdeo hoc verũ attenta veritate,sed attenta iuris dispositione,ſm q̃ res dicitur esse in deperdito, non dr̃ retineri dñium nec possessio. Vel rñdeo aliter,& fatendo,ꝙ retinetur dñium,& possessio, ꝙ tñ ex quo dominus nõ põt pręstare effectualẽ patientiã, non tenetur emphyteuta, per fundamentũ Imo.s̃.relatũ,quia ad hoc,vt emphyteuta teneatur,nõ sufficit durare dñium, & consequenter supereſſe causam recognitionis,& ꝙsequenter casum præstationis census, sed ẽt oportet, ꝙ dñs possit præstare patientiã cũ effectu, ꝙ non est in casu nr̃o, & hoc scdò modo potes ẽt rñdere ad arg.Ang. p̃cedens multum stringens.¶Non obstant vlt.duo arg.d. Iac.de Butr.& primò dum dicebat bonum esse arg.de re ad tp̃s, quia fatendum est,& dum dicebat, ꝙ re perempta pro parte ipsius rei non fit remissio,quia est verum,vt hac.l. in fi. Et dum dicebat, ergo eodem modo, qñ res est perempta ꝓp parte tpis, puta,ꝙa ꝓp guerram biẽnio laborari non potuit, ꝙa dices in hoc arg.esse fallaciam,ꝙa dum dr̃, ꝙ eod.modo deberet esse re pe-
rempta ꝓp parte tpis,verũ est,si res ꝓp parte tpis periret in parte, sed qñ periret in totũ, ꝙa biennio in totum sit deperdita, certè emphyteuta nõ dẽt teneri, ꝙ ostendo,ꝙa si res emphy.staret ꝓ duos annos aquis inundata,& sic ꝓ parte tpis in totum deperdita, sine dubio remissio fieret,ergo eodem modo in casu nr̃o, qui iuris dispõne idẽ censetur,vt s̃.probatũ est. ¶Non obst.vltimum arg.dum dicebat, ꝙ si res emphyteutica verè pro maiori parte periret,ꝙ tñ emphyteuta teneretur,quia rñdeo, hoc verum, dummodo remaneret aliquid, ex quo perciperetur fructus sufficiens ad pensionem,vt s̃.probaui in vltimo fundamento,ꝙ pro hac parte adduxi, ergo qñ res ꝓp guerrã nõ laboratur,& sic nullus fructus percipitur,debet fieri remissio in totum & sic hoc arg.q̃ eum retorqueretur. Vel aliter dico,ꝙ ista arg.Iac. ꝓcederent si qõ solùm formaretur in guerra, quæ duraſſet duob.annis,& ꝙñr in guerra,quæ iã esset finita, sed Doc. quærunt gñaliter ẽt in guerra, quæ duraret de pñti,& esset dubiũ quanto tpe duraret, an medio illo tpe soluenda esset pensio,& ad hoc nihil facerent arg. d. Iac. per ista ergo videtis defensari hanc tertiam opi.Iac.de Are. & Bar.ab allegatis in oppositũ.¶Tamen d.Abb.Pan.in d.c.potuit, ad fi.dicebat, quòd quamuis opi.Legistarum hic sit, ꝙ emphyteuta, qui non põt percipere fructus tempore guerræ,non teneatur ad pensionẽ, ꝙ tñ in quæstione facti Reuer. d. Card. Flor. dñs suus sibimet ꝙrius,vt s̃.retuli,consuluit contrarium Paduæ,& idem postea totum collegium Paduanum. Moti principaliter per hanc.l. in fin.vbi requiritur,quòd substantia rei penitus lædatur,quòd non est in casu nostro,patet, nam dñs reperiret eo tpe emptorem, & sic in recognitionẽ dominij debet solui pensio ab emphyt.mximè cũ guerra sit tpalis. Et dicit Pan.quòd hanc opin. putat veriorem, nisi fundus ex toto captus esset ab hostib. nec esset spes de recuperatione, & hoc casu arbitratur posse procedere opin. istam primã Legistarum.Certè hæc fundamenta non obstant,& superius respondi, & ostendi, quòd hæc.l.probat oppositum,& ꝙ illud, de recognitione dñij nihil faciebat, respondendo dupliciter,vt s̃.dictum est.Dñs Ant.de Butr. in c. ꝓp sterilitatem,extra de loca.refert istam opin. Iac. de Are. & Bar.qui dicunt,licèt ſm eum non plenè probent, ꝙ si contingat tpe guerrę fructus colligi non posse,ꝙ emphy.non tenetur ad solutionẽ canonis, dicit ipse se putare, ꝙ hoc sit satis q̃uũ, si non modico tpe, sed magno guerra duraſſet,aliàs secus ſm eum,vt si fortè triennio,vel minori spacio duraſſet, quia tunc non posset peti remissio, sicut nec ꝓp sterilitatem ſm eum, & plus non dicit. Et in veritate multi,quos s̃. retuli,concordant in hoc cum eo,an guerra durauerit pauco tpe, an multo. Sed certè vt patet ex prędictis,opi.Iac.de Are. & Bar.multum bene fundatur per iura,& rõnes superius alleg.& distin. d. Anto. potius procedit ex æquitate sui capitis, quã quòd alicubi probetur lege. ¶Sed & fortius, quòd non sit vera ostendo, quia si biennio,vel triennio res fuisset aquis inundata, deberet fieri remissio in totum per iura, & rationes præalleg. ergo eadem ratione si dicto tpe durauit guerra, taliter, ꝙ nihil ex re emphyteuti.percipi potuerit,per s̃.dicta.¶Vltimo loco Ange. qui vt vidistis variat in hoc passu,dicit in hac.l.in pen. col. se non credere, ꝙ Iac. de Are. sensetit de tali guerra, de qua tota die loquimur,& sic de incursu hostium principis, vel ciuitatis inimicæ,prout videntur intellexisse alij, sed solùm de illa guerra, in qua capti efficiuntur serui hostium, & fundi occupati efficiũtur occupantium, tunc enim res diceretur deperdita, ex quo est in dominiũ hostium trãslata, & ꝙñr qñ guerra moueretur per Papam,vel Imperatorem,ex quo sequitur ſm eum,ꝙ vbi guerra non moueretur ꝓ Papam, vel Imperatorem, quo casu occupata non efficerentur occupantium, & capti non dicerentur serui,& ꝙñr res non diceretur deperdita.l.deperditum. ff.de peti.hęr.& per ꝙñs tale damnum,quia particulare,ptineret ad emphyteutam,& ideo cõsuluit,ꝙ semper durãte guerra emphyteuta soluat canonem, quamuis nullos reditus perciperet ex re emphyteutica.¶Sed certè ego arbitror,quòd Iac. de Are.& alij senserunt de illa guerra, de qua nos loquimur,&
98 probo ex allegatis per eos,† cùm dictum Doct.sit intelligendũ ſm legẽ, q̃ allegat, vt Bar.inquit in l.nõ solum.2.§.si liberatio-

nis ver-

ADDITIONES.

a ¶Quod guerra. Adde Doct.in l.fin.C.de cond.insert.Bal.in c.vassalli.in tit.de pace constan. * Catel. versi. guerra. vbi ꝙ licèt bellum soleat connumerari inter casus fortuitos,secus tñ est quado tempore ꝺ̃ctus præuideri potuit, ꝙa tunc culpæ annumeratur, & ideo infert ibi ad q.no.de eo, qui ingruente bello conduxit prædium, & propter bella non potuit vti re locata, quòd non admittitur ad peten.aliquam remissionem,quam concl. declara, vt per eum ibi,pro qua vide etiam,quæ ponit Host.in summa tit.de loc.§. ꝓp sterilitatẽ. qñ autem ꝓp bellum facienda sit remissio,dic, vt per Catel. d.ver.guerra. in fin.vbi refert Ias.hic, & cùm q.incidisset, dicit se obtinuisse, & vide glo. in l.quoties.in gl.ver.vendicabit.ff.de vsufru. MASVER.

Source : BIU Cujas

nis verba.ff.de lib.leg.& ipſi pro fundamẽto potiſſimo allegãt. d.l. cùm vnus. §.fi. ff.de bon.autho. iud.poſ. quę lex loquitur, qñ res propter latronum potentiam poſſideri non poſſit, & non hoſtium,quo caſu in latronib. nõ dicitur propriè guerra, patet in l.hoſtes, cum gl.& ibi per Scriben.ff.de capt. & poſtl. reuerſis.¶ Per iſta remanet defenſata iſta tertia opi.Iac.de Are. & Bart. quam vltra limitationes. s̃.relatas inuenio ſingulariter
a multum limitatam per Alb.de R.of.[a] in l.itẽ quęritur. §.exerci tu.ff.loc.vt non procedat, quando in inſtrumento emphyteu tico renũciatũ eſſet exceptioni doli, vel cõdictioni ſine cauſa, & omni auxilio,quo emphyteu.ſe tueri poſſet à præteſtatione canonis,vel penſionis,nam tunc teneretur emphyteuta ad ſol uendum canonem, etiam ſi guerra ſuperueniſſet poſt contractum celebratum, & iſtud tenet ipſe procedere nedũ in emphyteuta, & liuellario, ſed etiã, quod eſt longe ſingularius,in quocunque ſimplici colono,ſeu conductore,in omnib.caſib. in quib.propter ſterilitatẽ remiſſio fieret, vel ob alium quemcunque caſum, vt eſt regulare, prout.s̃.dixi in text. in vltimo no.& dicit ſe ita obtinuiſſe coram collegio Pergamenſi, & q ita ſeruatur in Lonbardia,quod diligentiſſimè multum notate, quia dicta clauſula ſemper in inſtrumentis apponi conſueuit.Et nunc intelligetis, quam magnam vtilitatem ferat. ¶ Secundò ego limito iſtam tertiam opi. procedere, niſi emphyteuta accepiſſet emphyteuſim tempore guerræ, quia tũc ſine dubio teneretur penſionem ſoluere ſine vlla diminntione, & haberet ſibi imputare.arg.opti. in terminis in l. qui bona. §.de illo.ff.de dam.infe.tenet no.Bal.in tit.de pace ꝯſtan.in ver.vaſſalli, qui tpe.el ſecũdo & latè no.Bal.in l.ſi ea lege.in vlt.col.in queſtione de ꝯductore gabellarũ.C.de vſu. Bar.in l.ſi is à quo. §.fi.ff.vt in poſſ.leg. Et ad iſtam.q.quę. s̃.dicta ſunt ꝓ perfecto complemento, vide no.per Bart. in l.cotem ferro. §.qui maximos. ff.de publica.in 2. col.in q. de emente, vel conducente pedagium, ex quo propter guerrã nihil aut parum perceptũ eſt,an aliqua remiſſio ſit fienda,vide ibi per eum,& Bal. in d.l. ſi ea lege.& in dicto verbo vaſſalli,qui tpe. & per Petr.de Anch.in ca. ꝓp ſterilitatem,extra de loc. ¶ Ad iſtam qõnem vide ẽt not.per Bar in l.cùm in plures.in prin. ff.loc. in q.illa,quam dicit fuiſſe de facto in ciuitate Eugubij,de eo,qui tempore pacis conduxerat magnas domos animo tenẽdi ibi hoſpitium, & propter ſuperuenientiam guerræ mercatores, & aliæ perſo næ non veniebant, an nihilominus teneatur ſoluere integram penſionem,an aliqua remiſſio ſit ſibi fienda,vt ibi per eum, & per Bal.in l.certi.in 3.q.C.loc.per Can. in d. cap. propter ſterilitatem.¶ Ad iſtam etiam q.vide ꝙ not.Bart.in l.ex conducto.§. 1. ff. loc. Et per iſta remaneat p̃ſens articulus perfectiſſimè ex-
99 cuſſus,& examinatus.¶† Secundò principaliter extra gl. quæ-
b rit Bal.hic in vlt.col.ſi aliquis acceperit [b] ſyluam in emphyteuſim,nunquid poſſit inuito domino extirpare ſyluã, & ibi plan tare vineam. Eo. modo quid ſi aliquis acceptit aream in emphy. an poſſit inuito domino in ea facere ædificare ædificium. Rerfert do.Nico.de Matarel.tenere,quòd non, quia quamuis iſta ſit melioratio, & qui accepit rem in emphyteuſim, accipiat ad meliorandum, tamen iſta melioratio non permittitur,eo quia mutat formam rei, vnde inuito domino non conceditur.l. vſufructu. nouum. ff.de vſufru. Tandem poſt aliqua adducta per eum concludit Bal. ꝙ in exemplo ſyluæ verum ſit, quòd inuito domino non poteſt emphyteuta eam extirpare,& ibi plantare vineam,ſed in area concludit,quòd emphy. bene poſſit inuito domino ædificare, & rationem diuerſitatis aſſignat,quia in vltimo caſu res poteſt redire ad aream demolita domo, & ſic ad formam priſtinam, ſed vinea extirpata non propterea erit ſylua, prout antea erat.l.quæſitum. §.illud fortaſſis.ff.de leg.3.Addo,quòd ad iſta bene facit. l.hactenus.§. fi.ff.de vſufr.¶ Et ad primum de ſylua,an extirpari poſſit,facit, quod vult Bar.in l.in fraudem.§.conductor. per illum tex.ff.de iur.fiſci.& in l.diuortio.§.ſi fundum.per illum text. ff.ſol.matr. in quib. locis tenet poſt Dyn. & Bart. ꝙ emphyteuta, vel fructuarius non poſſunt incidere arbores fructiferas inuito domino,ſed bene ceduas,& Bald.in Auth.qui rem.in 1. colum. in fi. s̃.de ſacroſanct Eccleſ.& Alber. hic in vltim. colum. quamuis illa procedat, quãdo arbores ſucciduntur tantum, nos autem in hac quæſt. loquimur, quando in locum ſyluæ extirpatę vinea plantatur.Ad primum etiam videte text.in l. æquiſſimũ.§. 1.& in l.item ſi fundi.§.fin.& not.tex. in l.ſylua,cum l.ſeq. ff.de
c vſufru.[c] Adde etiam Flor. in d.l.hactenus. §.Caſſius. ff.de vſufruct. vbi tenet emphyt. non poſſe extirpare ſyluam, ne for-
100 ma rei mutetur. ¶† Quærit etiam Bald.hic,ſi in inſtrumento ſit poſitum, quòd talis Eccleſia conceſſit mihi in emphyteuſim oliuetum poſitum in tali loco, an intelligatur de terra oliueta, an verò de arboribus oliuarum pendentibus, effectus eſt magnus, quia ſi intelligitur de arboribus deſtructo oliueto,finiretur emphyteuſis, ſecus ſi intelligatur de ſolo, prout ſupra dixi in gloſſ. tertia,in finali differentia, quæ eſt inter em-
101 phyt.& ſuperficiarium. ¶ Concludit notabiliter Bal.† quòd in dubio intelligatur de nobiliori, & ſic dę ipſo ſolo, quia natura emphyteuſis eſt, quòd conſtituatur in re immobili, vt ſupra in dict.gloſſ.tertia. alleg. etiam ad hoc. l.certo generi. in princip.ff.de ſer.ruſtic. prædior. cum gloſſ. mag. not. quæ ponit.quæſt. de ruſtico promittente certam partem fructuum vineæ,an intelligatur ſolùm de arboribus vinearum, an verò de ipſa terra vineata, vt ibi per eum, & Bartol. allegat etiam ad hoc.l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundum.ff.de legat. 1.& ibi eſt gloſſ. not. in verſi cogitaſſe, quæ dicit,argumento illius
102 text.† quòd ſi teſtator legauit alicui nucem, quòd videtur etiam legaſſe ſolum,cui cohæret.Item & viam,de quo ibi per Bartol.Imol.& alios.ad iſta vide Pet.de Bellap.Pau.de Caſtr. & Mod. in l. ſi quis legauerit. ff.de leg. 1. vbi dicunt, quod appellatione ſyluæ venit ſolũ,per d. l. certo generi.in prin. item, quod appellatione vineæ venit etiam ſolum donec vitis ibi eſt,quia aliàs non diceretur vitis, ſed bene eradicata vitæ, non poſteà debebitur ſolum,ſecundum eos ibi, & in d.l.ſi fundum ſub conditione. §. qui fundum. ¶ Intellige tamen ſecundum Petr. de Bellaper. & Paul.de Caſtr. in dict.l.ſi quis legauerit,illud, quod dictum eſt, quod appellatione vineæ venit ſolum, ſi tempore quo confertur diſpoſitio,eſt ibi vinea, ſecus ſi tempore illo non eſſet ibi vinea.ad iſta etiam vide gloſſ.in l. ſi mulier, in gloſſ.prima. & ibi Bald. ſ. de iure dotium, quæ ponit.q. de eo,qui conceſſit tibi duos pedes terrę, vt ibi proijcias aquã,
103 an proprietas,vel vſus tantum conceſſus intelligatur.¶†† Vltimò quærit Bald.hic in fi.quid ſi eſſet actum inter dominum, & emphyteutam, vt ipſæ arbores tantum eſſent emphyteuticæ, & non fundus? reſpondet, quòd valeret donec arbores penderent in fundo propter immobilem radicem, & ſecundum eum ſi arbores virides ſiccarentur, & nouæ ex illis pullularent, quòd duraret emphyteuſis, quia non eſt mortua radix productiua, imò viuit in plantis. l. damni. §. ſi quis vuas.
104 cum gloſſ.ff.de dam.infect.¶†† Quid autem ècontra, an poſſit aliquis dare fundum in emphyt. reſeruato ſibi fructu arborum, vide alibi Bald. quòd ſic, in l.ſi fundus, in princip. per illum textum.in verſic.contrariam voluntatem. ff.ſolut. matri-
d trimo.[d] Et ad iſta vide omnino Spec. in tit. de loc. in princip. vbi ponit notabilem quæſt.de eo domino, qui locauit fundũ ad medium, nulla facta de arboribus mentione, vtrum arbores intelligantur exceptuatæ, ita quod ipſe ſolus dominus habeat arbores, an verò colonus habebit medietatem de arboribus, & conſequenter medietatem reddituum fructuum,ſeu frugum, arguit ad partes, finaliter videtur concludere eſſe iudicandum pro domino,per text.in l. fructus, aliàs incipit Hæ-
105 rennius.ff.de vſur.¶†† Ad iſta videatis etiam Ioan. And.in add. Spec. in loco præallegato
e [e] formantẽ aliam quæſtio.in emphyt.plantante vineam pacto,quòd quartam partem fructuũ daret domino, ſi poſtea etiam plantauit alias arbores, quàm vites, an teneatur etiam ad quartam partem fructuum de alijs arboribus,& determinat ſing. quod ſic, quod multum not. Et iſta ſufficiant de hac.l.1.

ADDITIONES.

a ¶ Idem Alb.in l.ſi vno.in prin. in 4 col.ff. loc. & l. licèt. eod.titul.& ſequitur Cæpola caut.67.aliàs 48.vt in meo. PARPA.

b ¶ Si quis acceperit. Adde Bart.& Bal.in l.diuortio. in §.ſi fundum.ff.ſol.matr. Bar.in l.in fraudem.ff.de iur.fiſ.Doct.in Auth.qui rem.C.de ſacroſ.Eccl.

c ¶ Vide latius Cępo.in tract.ruſt.præd.in tit. de montib.in 5. quæſt.

d ¶ Vide Dom. Odof.de Senonis,aliàs de S.Saluatore,in l.ſi quis legauerit fundum Cornelianũ. ff.de leg.1.& ipſum Iaſ. in l.ſtipulatio iſta. habere licere.§. in ſtipulationib.in verſi. 5.limita. ff. de verb. oblig. vide Pileum quæſtio.66. PARPA.

e ¶ Adde,quòd iſtud dictũ ſequitur Barba. conſi.50.in 12. col. in 4.vol.& Ant. Corſ.ſin.119.verſi.frequentia.vide Ful. in l.inter ſocerum.§. cùm inter. ff.de pact.dot. pARPA.

SVMMARIVM.

1 *Conuentiones quæcunque initæ inter dominum, & emphyteutam, & maximè ſuper emphyteuta reiciendo, valent & tenent, & debent ſeruari.*

2 *Emphyteu.de iure tenetur ſoluere tributa, ſeu onera reipu.fiſco.*

3 *Emphyteu.tenetur præſtare domino inſtrumenta confeſſionum de ſolu. publicarum functionum,quam fecit fiſco.*

4 *Emphy. ceſſans per triennium ſoluere canonem debitum, poteſt expelli per dominum à iure emphyt.dato, quòd nullæ pactiones interpoſitę ſint de eo expellendo.*

5 *An emphy.cadens a iure emphyteutico propter canonem non ſolutum, cadat etiam a iure luendi, vel francandi.*

Source : BIU Cujas

6 Emphy. propter cano. non ſolutum non cadit ipſo iure à iure emphyt. ſed ita demum ſi dominus voluerit, & num. 10.
7 Pęnæ non applicantur creditori eo inuito.
8 Emphyteuta an poſſit purgare moram.
9 Si emphy. alienat irrequiſita Eccleſia, vel alio directo domino, non cadit à iure ſuo, niſi Eccleſia volente, & declarante.
11 Licèt Eccleſia conceſſerit rem in emphy. non ſeruatis debitis ſolennitatibus, tamen emphy. ita tenetur ſoluere canon. Eccleſiæ, ſicut ſi emphyteuſis eſſet conceſſa cum debita ſolennitate.
12 Emphy. caſu quo ceſſauit per triennium à ſolutione cano. & dominus declarauit voluntatem, ſe velle emphyteutam cecidiſſe à iure emphyteutico, an domino volente dicatur ipſo iure emphyteuta cecidiſſe à iure, an requiratur ſententia.
13 Verbo futuri temporis quotieſcunque lex vtitur, nunquam intelligitur ipſo iure, ſed per ſententiam.
14 Vaſſallus non amittit feudum ipſo iure propter feloniam commiſſam contra dominium, ſed per ſententiam, & nu. 16.
15 Emphy. alienans rem emphy. irrequiſito domino cadit ipſo iure.
17 Si emphy. ceſſauit triennio ſoluere cano. & tamen dominus nunquam declararauit, quòd velit ipſum cecidiſſe, ſi poſt iſtã ceſſationem emphyteuta perſeuerauerit in poſſidẽdo ipſam rem, & ex ea colligit fructus, tenetur reſtituere omnes fructus, & redditus perceptos à die, qua ela pſo triennio in antea cecidit,
18 Emphyteuta ſimilis eſt vſufructario.
19 Tertius non poteſt opponere emphy. de eius caducitate, & nu. 20.
21 An dominus poſſit rem emphy. concedere alij emphy. non citato nec requiſito emphy. cuius res data in emphy. ceciderit in commiſſum propter can. non ſolutum.
22 Si emphy. ſit finita p genera. finitam, & dominus velit de nouo emphyteuſim concedere, deſcendentes poſſunt petere, quòd eis confirmetur, quod ſi non facit, poſſunt appellare ad ſuperiorem, vt cogat dominum vt eis reformet, quæ tamen facultas petendi talem reformationem prę ſcribitur anno, à tempore ſcientiæ, & taciturnitatis, nu. 23.
24 Emphy. non poteſt relinquere emphyteuſim inuito domino.
25 An vaſſallus feudatarius poſſit feudum relinquere.
26 Collecta an cedenti bonis poſſit imponi.
27 Emphy. cadens ab emphy. propter cano. non ſolutum perdit omnia melioramenta, quæ fecit, ſecus tamen ſi emphyteuſis ſit finita per generationem, vel per tempus, niſi pactum factum eßet in contrarium, quod bene valeret. nu. 28.
29 Caſu quo emphy. non perdit melioramenta, an dominus habeat facultatem, vel pati, quod ædificium factum ſeu melioramenta tollantur, vel ſoluendi omnes expenſas, quas emphy. fecit.
30 Emphyt. an poſſit tollere, vel leuare durante emphyt. melioramenta quæ fecit.
31 Dominus poteſt prohibere emphyt. ne tollat melioramenta, dato quòd ſit pactum inter dominũ, & emphy. quòd in fine locationis poſſit tollere omnia melioramenta offerendo quantum ille laturus eſſet ex tali leuatione.
32 Emphyteuſi finita per tempus, vel per genera. poterit emphy. petere nedum meliora. aut eorum æſtimationem, ſed etiam quoſcunque ſumptus neceſſario factos in re emphyteutica.
33 An emphyt. ædificans in ſolo emphyt. videatur ædificare animo donandi.
34 Pœnæ appoſitio non auget principalem contractum.
35 Dies conuentionalis ſicut expreßè interpellat pro homine, & conſtituit in mora, ita etiam dies legalis tacitè inter partes intellectus.
36 Si dominus non vult recipere debitum cano. emphy. debet facere oblatio. conſignationem, & depoſitio. ad hoc, vt non cadat à iure emphyt.
37 Colonus ſimplex ita demum poteſt expelli ratione cano. vel penſio. non ſolutæ, ſi biennio à ſolutione ceßauerit.
38 Solutio penſionis debet fieri in fine termini, de iure, ceſſante pacto, ſtatuto, vel conſuetudine.
39 Colonus ſeu conductor ad longum tempus an poſſit expelli, ſi ceſſauerit per triennium à ſolutione penſionis.
40 Emphy. priuati ceſſans triennio à ſolutione cano. poteſt priuari, emphy. verò Eccleſiæ biennio, ſimplex colonus ſtatim.
41 Cenſuarius etiam ſi per mille annos ceſſaret à ſolutione cenſus, non poterit priuari iure ſuo.
42 Si non apparet, an aliquis eſſet emphy. an cenſuarius, non poteſt priuari iure ſuo ex ceſſatione ſolutio. cuiuſcunque temporis.
43 Vaßallus, qui ceſſauit triennio à ſolutione, an poſſit priuari feudo.
44 Fructus naſcituros ex certo fundo qui emit pro certa annua quantitate, an quantitate non ſoluta, poſſit ſtatim expelli ſicut ſimplex colonus.
45 Solutionis penſionis ceſſatione, an res incidat in commiſſum, puta in lega to annuo, vel in aliqua eleemoſina.
46 Si emphyteuta Eccleſiæ interpellatus, vt ſoluat cano. ceſſauit per ſex menſes, poterit priuari dominio.
47 Emphy. qui iurauit ſoluere certam annuam penſionem, poteſt expelli ſtatim, quòd non ſoluit, non expectato triennio.
48 Eccleſia, quæ habet emphy. à priuato, an cadat à iure ſuo ſi ceſſauerit biennio ſoluere penſionem, & nu. 50.
49 Eccleſia, minor, & ciuitas, contra quos currit tempus ſoluendi canon. an habeant reſtit. in integ.
50 Eccleſia, quæ ceßat ſoluere penſionem, intra quantum tempus poterit priuari iure emphy. & quid ſi ſuccedat priuato, an requiratur triennium. nu. 51.
52 Si aliquis dedit rem in emphyteuſim, pacto expreßo, quòd ſibi fiat quo libet menſe ſolutio penſionis, an tunc ceſſans ſoluere penſio. poſſit expelli expectato triennio, an expectabuntur tres menſes.
53 Emphyteu. qui ceßauit ſoluere per triennium vnum denarium, an cadat à iure ſuo, & quid in inquilino, vel conductore. nu. 54.
55 Si emphyteu. deceſſit pluribus relictis hæredibus, quorum alter ſoluit cano. pro parte ſua, alter verò non, imò ceſſauit per totum triennium, an tota res incidat in commiſſum.
56 Solutio particularis non ſufficit ad euitandam pęnam.
57 Solutio in dubio videtur facta nomine proprio, & non alieno.
58 Si habeo fundum emphy. ab vno domino, qui deceſſit relictis pluribus filijs, vni feci, quod debebam, alteri non, an perdam in totum emphyteuſim.
59 Compenſatio an admittatur ad hoc, vt emphyteuta non poſſit priuari iure ſuo propter ceſſationem triennalem.
60 Compenſatio non fit regulariter ipſo iure, niſi opponatur ab homine.
61 Si non eſt perſona, cui fiat ſolutio cano. an emphyteuta ceſſans per triẽnium cadat à iure ſuo.
62 An propter legitimum impedimentum excuſetur emphyteuta, ne priuetur iure ſuo propter non ſolu. cano.
63 An dominus poſſit inuitus cogi recipere ſolutio. cano. plurium annorum futurorum.
64 Emphy. non poteſt compelli ſoluere ante tempus pro plurib. annis.
65 Qui debet recipere vinum, vel bladum ad tempus, non cogitur recipere ante tẽpus, nec aliquid aliud, quod curſu temporis deteriorari poſſit.
66 Si conceſſi alicui vineam in emphyteu. pro 10. dandis mihi ſingulis annis, cum pacto, quòd deberet de fructibus vineæ dare duas brentas vini Titio in perpetuum, deinde tu emphyteuta ceſſaſti triennio, quod dicta. 10. non ſoluiſti mihi, & propterea dicta vinea eſt reuerſa ad me dominum, an ego dominus tenebor Titio in perpetuum ad illas duas brentas.
67 Creditor an poſſit ſoluere penſio. emphy. pro fundo emphy. ſibi obligato, ita quod per eius ſolu. duret emphyteuſis.
68 Solutio cano. facta per tertium omnino extraneum, an proſit vero emphyteutæ, qui per triennium, & amplius ceßauit.
69 Quotieſcunque tractatur de conſeruatione iuris realis, factum à nego. geſt. prodeſt ad illius iuris conſeruationem, & retentionem.
70 An ſi dominus nolit acceptare ſolut. à tertio volente ſoluere nomine emphyteutæ, cogatur dominus inuitus ipſam acceptare, & an ſi conſignet, & deponat iſtam pecuniam, proſit ipſi emphyteutæ. numero 71.
72 Si emphyt. ceſſauit per 40. ann. à ſol. cano. & ſemper poßedit, an dicatur præſcripſiſſe liberationem à penſio. ſoluenda.
73 An emphy. poſſit moram purgare, vſque ad num. 82.
74 Moræ purgatio non admittitur, vbi dies, & pęna procedunt ex eodem fonte, & num. 77.
75 Moræ purgatio fundatur ſuper æquitate, & num. 80.
76 Leges taxatiuè loquentes recipiũt extenſionem ex identitate rationis.
78 Moræ purgatio non admittitur, vbi lex facit executionem ipſo iure.
79 Cautela ad euadendum, ne emphy. poſſit moram purgare.
81 Moræ purgatio de iure cano. indifferenter omni caſu permittitur.
83 Moram purgare an poſſit emphy. priuati, qui alienauit rem emphy. irrequiſito domino illam redimendo.
84 Moram purgare emphy. intra quantum tempus poſſit.
85 Emphyteu. an perdat beneficium purgandi moram, vel etiam cadat à iure ſuo propter mendacium, puta, quia negauit rem emphyteut. & conuictus fuit de mendacio. num. 86. & 87.
88 Si emphy. vadit vagando per mundum, & neſcitur vbi ſit, & an ſit viuus, vel mortuus, qui tamen dimiſit procura. qui quolibet anno debeat ſoluere fictum Eccleſiæ, & Eccleſia non vult accipere fictum ab iſto procurat. propter dubium mortis, & tamen procurator vult ſtare in poß. donec certificatus ſit de morte, quid iuris erit.
89 Mortem probare debet, qui fundat ſe ſuper ea.
90 Melioramenta multa ſi emphyteu. fecit in re emphyt. quæ aſcendunt ad magnam quantitatem, deinde ceſſauerit triennio à ſol. cano. & dominus remiſit iſtam caducitatem, ſi ipſum ius emphyt. & melioramenta aſcendant vltra ſummam quingentorum aureorum, an ad hoc, vt talis remiſſio valeat requiratur inſinuatio.
91 Penſionem ſoluere ſi promiſit emphy. in certa moneta groſſa, quæ currebat tunc tempore celebrati contractus, deinde iſta moneta eſt variata, quia decreuit valor, an dominus cogatur recipere ſolutionem de illa moneta iuxta æſtimationem tempore contractus.

Source : BIU Cujas

92 *Si dominus, & emphyt. ſint diuerſi fori, an emphyt. tenebitur portare canonem ſoluendū ad forū domini, an dominus teneatur mittere pro cano. recipiendo, & quando dicantur eiuſdem fori. num. 93. & 96. & quid ſi emphyt promiſit ſoluere in certo loco domini, & ſi mutauit habitationem, an teneatur portare ad domum, quam de nouo mutauit. num. 95.*

94 *Debitor, qui promiſit ſoluere in certo loco mihi, ſi ab illo loco ſim exbānitus, cogitur ſoluere in alio loco.*

97 *Quando emphy. & dominus ſunt eiuſdem fori, emph. tenetur portare cano. ad domum domini, ſed cuius ſumptibus, ſi conſiſtat in frumento, vel in vino.*

98 *An emph. poſſit expelli propter rei deteriorationem, ſi deteriorauerit rem acceptam in emphyteuſim, & an requiratur ſententia. nume. 99.*

100 *An dominus poſſit expellere propria autho. emph. qui triennio ceſſauit à ſolutione canonis, & quid etiam in colono. nu. 101.*

102 *Dominium rei dotalis ſol. mat. per mortem mariti ipſo iure reuertitur ad vxorem. & nu. 107.*

103 *Dominium ipſo iure in caſibus in quibus. l. transfert in aliquem, nunquam tamen intelligitur translata poſſeſ.*

104 *Pactum qui fecit, vt ſi pecuniam non ſoluat tempore conuento, poſſit creditor propria autho. ingredi poſ. bonorū debitoris, & an poterit virtute pacti creditor ingredi debitore inuito, & reſiſtente, & ipſum debitorem reſiſtentem de poſ. expellere, & nu. 110.*

105 *Incontinenti aliquid, vel ex interuallo fieri, quando dicatur.*

106 *Emph. per ceſſationem perdit vtile dominiū, quod habet in iure emph. non tamen naturalem poſſeſſionem.*

108 *Conſuetudine poteſt induci, quod quis in ſua cauſa, & in re propria ſibimet ius dicat.*

109 *Stante pacto, quòd ſi emph. caßauerit per triennium continuum, quod non ſoluerit, quòd tunc liceat domino propria autho. ingredi poſ. an liceat domino poßeſſionem ingredi virtute talis pacti, contra reſiſtentem, & contradicentem.*

111 *Licentia data per iudicē alicui, vt ingrediatur propria auth. talem fundum, an valeat, & an requiratur libellus in impetranda tali licentia.*

112 *Iudex non debet mandare executioni ſententiam, niſi à parte citata.*

113 *Conceſſio tenutæ, quæ eſt omnino nulla, non debet per iudicem confirmari.*

114 *Quæ remedia competant domino contra emph. & ècontra.*

115 *An dominus adeundo iudicem pro obtinenda licentia de ingrediendo propria author. fundum emphyt. perdat ſuam ciuilem poſſeſ.*

116 *Emphy non ſoluen. qualiter ſit ferenda ſententia per iudicem.*

117 *Quando emph. interuertit poſ. non poteſt tunc à domino propria authori. expelli.*

118 *Si emph. fecit pactum cum domino, quod dominus non poſſit eum expellere, etiam ſi nunquam ſoluerit cano. tale pactum valet.*

119 *Valet pactum, quòd ſi emphyteuta deteriorauerit rem emph. quod non cadat, nec poſſit expelli.*

120 *Conſuetudo an valeat inducens quòd ſi emph. ceſſauerit biennio à ſolutione cano. quòd non poſſit expelli, ſed ſolū debeat agi ad ſol. pēſionis.*

121 *An valeat pactum, quod ſolum ſit emph. ſeu liuellariuu. & ædificium ſit proprium.*

122 *Pactum, quòd ſpurij ſuccedant in exphyteuſi, an valeat.*

123 *An valeat pactum, quòd fœminæ ſuccedant in emph. ſi tamen nupſerint alicui ſubdito domini.*

124 *Si emph. ceſſauerit per triennium, & amplius ſoluere, & dominus recipiat ſolutionem, an videatur remiſiſſe ius caducitatis. & numer. 126.*

125 *Pœnæ diuerſæ prouenientes ex diuerſis cauſis nunquam electione tolluntur.*

127 *Proteſtari in caſibus, in quibus dominus proteſtando reſeruat ſibi ius expellendi, an ſufficiat ſimpliciter de iure ſuo in expellendo, præſente emphyteuta, & nihil contradicente, an in dictis caſibus ſibi præiudicet ſolùm petendo penſionem. nu. 128.*

129 *Si emph. ceſſauerit triennio ſoluere, & poſt iſtam ceſſationem dominus dederit licentiam emphyteu. alienandi rem emphyt. per hoc videtur remitere ſibi caducitatem, & ius expellendi.*

130 *Eccleſia recipiendo ſolutio. emphyt. qui ceſſauit triennio, an ſibi præiudicet.*

131 *Si res reuerſa ſit ad Eccleſiā, & Epiſcopus renouat ſaluo, & reſerua to iure Eccleſiæ, an propter reſeruationē poſſit alteri tertio concedere.*

132 *Onus probandi ſolutio. can. incumbit emphyteutæ, & non domino.*

133 *Quoties quis admittitur ad opponendum aliquid, quod probari non poteſt, lex illud præſumit abſque alia probatione.*

134 *Quot teſtes requirantur ad probandum ſolutionem canonis.*

135 *Soluiſſe tribus annis proximè præteritis, eo ipſo, quod emph. probauit, præſumitur ſoluiſſe pro toto tempore retrò, niſi contrarium probetur, quod an habeat locū in emphyteuta Eccleſiæ. infra nu. 136. & quid in ſimplici colono. infra nu. 137.*

138 *Probatio ſolutio. tributorum, & conſequenter canonis publici non poteſt fieri per teſtes, ſed per ſcripturam.*

139 *Pœnam eo caſu, quo penſionem non ſoluerit tempore congruo, licèt emphyt. promiſſerit, ſi tamen ceſſauit per triennium, poterit expelli.*

140 *Pœnam qui ſoluit, non dicitur ſeruare voluntatem teſtatoris, aut cum eo contrahentis.*

141 *Si emphyteuta promiſit duos denarios annuos nomine cenſus emphyteutici ſub pœna centum librarum, an talis pœna valeat, & quemadmodum ſi emphyteuta non ſoluit incidit in pœnam, eo modo ſi dominus veniat contra pacta, teneatur ad ſimilem pœnam. nu. 142.*

143 *An, & quando per prouiſionem hominis intelligatur receſſum à prouiſione legis.*

144 *Pœnam quando emphyteuta promiſit, ſi ceſſauit ſoluere, dominus non poteſt vtrunque conſequi. ſ. pœnam petere, & emph. deijcere, ſed an poterit pœnam, & penſionem petere, infra nu. 145.*

146 *Stipulatio penalis adiecta in contractu emphyteutico, non comittitur niſi per ceſſationem ſolutionis can. triennalem.*

147 *Stipulatio pœnalis an nouet præcedentem conuentionem.*

148 *Stante ſtatuto, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella, ſi gabella eſt ſoluta de principali contractu, non debet poſtea ſolui pœna.*

149 *Quando pœna eſt commißa per emphyt. quia triennio ceſſauit, ſi denuo ceßauerit, amplius pœna non committitur.*

150 *Emphy. quando fecit alium emphy. ſecūdum, & neuter eorū ſoluit penſionem directo domino, quo remedio ſuccurratur domino.*

151 *Dominium vtile qui habet, poteſt alteri in emph. concedere, & transferre vtile dominium.*

152 *An emph. concedendo ſecundo in emph. aliquid iuris ſibi reſeruet.*

153 *An ſecundus emphy. volens alienare debeat requirere conſenſum primi emphy.*

154 *Quando primus emph. legitimè, & legitimo modo conceſſit ſecundo in emphy quis eorum tenetur ſoluere cenſum emph. directo domino.*

155 *Si aliquis. 40. ann. poſſedit fundū non emph. & pro eo præſtitit penſionem, præſumitur contractum emph. præceſſiſſe.*

156 *Præſcribitur ius emph. 30. vel 40. ann.*

157 *Colonus non ſoluendo penſionem an præſcribat contra dominum.*

158 *Præſcribi an poſſit contra aliquem tanquam contra emphyteutam, vel contra aliquem tanquam contra colonum.*

159 *An ſi quis tanquam emph. rem ab aliquo recognouit tanquam à domino, & ei longo tempore penſionem ſoluit tanquam domino, cùm nec ipſe eſſet emph. nec ille quem recognoſcebat eſſet dominus, an præſcriptio ipſius poſſidentis proſit illi cui ſoluit.*

160 *Emphy. perpetuus an quis præſumatur, an verò vſque ad tertiam generationem.*

161 *Emph. Eccleſiæ in dubio præſumitur in tertiam generationem, priuati verò perpetuò.*

162 *Si iurauit ſimpliciter me eſſe emph. qualis præſumatur in dubio eße iſta emphyteuſis.*

163 *Si emph. ſit conceſſa ad tempus, nec adiecta ſit quantitas temporis, qualiter, & ad quantum tempus intelligitur facta iſta conceſſio.*

164 *Si in inſtrumento dicatur, concedo in emphyteuſim, vel cenſum, an in dubio præſumatur contractus emph. an verò cenſualis.*

265 *Si non apparet de aliquo contractu præcedenti, ſed bene probatur penſio ſoluta. 40. ann. an tunc præſumatur contractus emphyteuticus, an verò cenſualis.*

166 *Si in inſtrumento emph. continetur conceſſionem eſſe factam vſque ad tertiam generationē, an illa dictio vſque, includat primam perſonam, à qua ipſa emph. incepit.*

167 *Si conceßa ſit emphyteuſis hoc modo, concedo talem rem in emph. talib. Comitibus in cunctā eorum generationem, an includantur filij filiarum.*

168 *Emph. eccleſiaſtica de iure communi an tranſeat ad fœminam.*

169 *Si res Eccleſiæ conſueta erat dari in emph. vſque in tertiam generationem tantum, vel in generationem maſculinam, & prælatus Eccleſiæ conceſſit vſque in quartam generationem, vel in perpetuum, vel conceßit in generationem maſculinam, & fęmininam ſimul, an valeat talis conceßio.*

170 *Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus.*

171 *Pęnitus dictio, idem importat, quod dictio omnino.*

172 *Solus prælatus Eccleſiæ propter benemerita recipientis poteſt alterare nauram feudi, vel emphyteuſis.*

173 *Si Titius ſoluit 10. Caio ſingulis annis, tanquam emph. nec apparet de qua re ſit emphyteuta, cui incumbat onus probandi, quæ res ſint emphy. an incumbat emph. an domino.*

174 *Quando inſtrumenta inueſtituræ ſunt amiſſa, qualiter probetur ius emph.*

175 *An emph. teneatur domino edere copiam inſtrumenti emph.*

176 *Si Rex, aut Princeps faciat citari ſuum Baronē, vt ſibi oſtendat iura, quæ habet in caſtris, quæ poſſidet, aliàs quod intendit ea ſibi auferre, non valet talis citatio, cùm nemo cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.*

177 *Quando aliquis accepit rem ſuam propriam in emph. an ſibi præiudicet in dominio ſuo.*

Inſtru-

Source : BIU Cujas

178 *Instrumentum emphy. an probet dominium Ecclesiæ, vel eius, qui concessit.*
179 *Ius accrescendi an locum habeat in emphy.*
180 *Quando inter dominum, & emphy. non est conuentum quo tempore debeat soluere cano. quo tempore erit soluendus.*
181 *An dominus propter necessitatem possit vendere rem datam in emphy.*
182 *Oblatio sola an sufficiat ad euitandum pœnam caducitatis, an requiratur oblatio, depositio, & consignatio.*
183 *Rustico, & mulieri an subueniatur, & si nesciuerint deponere, offerre, & consignare can. ad euitandum pœnam caducitatis.*
184 *Hæredi emph. succurritur per in integr. resti. ex clausula generali, quando cessauit soluere can. emphy. ignorando fundum emphy.*
185 *Tempus ignoranti, vel præscrip. 30. ann. licet currat, tamen potest restitui in integrum, cùm ignorantia tribuat iustum impedimentum.*
186 *Quando pater accepit fundum in emphy. pro se, & filijs suis, an filij concurrant simul cum patre.*
187 *Si pater accepit fundum pro se, & filijs suis masculis, & fœminis, an veniant primò masculi.*
188 *An si pater accepit emphy. pro se, & filijs, si filij repudiauerint hæreditatem paternam, possint tamen rem emphy. tenere.*
189 *Quando quis accepit emphy. pro se, & filijs suis, an intelligatur accepisse pro existentibus in potestate tantum, an etiam pro emancipatis.*
190 *An casu quo requiritur filium esse hæredem, ad hoc, vt veniat ad emphyteusim, an si sit institutus in certa re, veniet ad emphy.*
191 *Nepotes an veniant appellatione filiorum in materia emphy.*
192 *Filius an veniat priuandus emphy. vel etiam feudo, propter delictum patris, & num. 212.*
193 *Masculinum an concipiat fœmininum in emphyt.*
194 *Feudum simpliciter receptum, an intelligatur receptum pro se, & filijs.*
195 *Si aliquis accepit emphy. pro se, & fratre suo, & frater moriatur ante cessionem sibi factam de emphyteusi, & ante ratihabitionem, an ex persona illius fratris mortui finiatur emphyteusis.*
196 *Si aliquis accepit emphy. pro se, & filijs, & nepotibus, an nondũ concepti comprehendantur.*
197 *Si accepi emphy. pro me, & filijs fratris mei, an filij mei proprij illos excludant.*
198 *Si aliquis stipulatus est emphyteusim pro se, & hæredibus suis quibuscunque, an venient etiam legatarij.*
199 *Si accepi emphyteusim pro me, & hærede meo, vel pro me, & hæredibus meis, an intelligatur de primo hærede tantum.*
200 *Emphyteusis an transeat ad Ecclesiam, si ille, qui est ingressus monasterium, habet rem in emphyteusim.*
201 *Si duo fratres acceperunt emphyteusim, vt post mortem eorum, & filiorum, & nepotum res reuertatur ad dominum, si vnus ex fratribus mortatur sine filijs, & nepotib. alio fratre superstite habente filios, & nepotes, an debeat reuerti ad dominum, an verò remaneat apud alios.*
202 *Emphytesis ecclesiastica an transeat ad hæredes extraneos.*
203 *An in emphyteusi veniant filij legitimati.*
204 *Legitimatus an excludat substitutum.*
205 *An in emphyteusi ecclesiastica succedant filij naturales, vel bastardi legitimati.*
206 *Si aliquis accepit emphy. pro se, & liberis suis per lineam masculinam descendentibus, & postea decessit relicta filia, & nullo masculo, an filia hoc casu admittatur ad emphyteusim.*
207 *Si pater acceptit emphy. pro se, & filijs, & nepotib. suis ab Ecclesia, vel etiam priuato, an possit in testamento totam istam emphy. vni filiorum prælegare, & si filium non expressit, ad quem filiorum debeat ista emphyteu. peruenire, numero 208. & 211. & quid in feudo nu. 113.*
209 *Si testator legat fundum emphy. alicui, & tamen morte ipsius finiebatur emphyt. an videatur grauare hæredem, vt redimat illum fundũ, & det legatario.*
210 *Si pater accepit emphy. pro se filijsque suis, & nepotibus, filij videntur adiecti post mortem patris, & à domino rei vdentur capere causa mortis patris.*
214 *Vassallus potest feudum nouum cum consensu domini prælegare vni filiorum, sicut potest cum consensu domini alienare in præiudicium filiorum.*
215 *Feudum nouum quid sit.*
216 *An pater possit stipulari feudum vni filiorũ, ita q̃ alijs non quęratur.*

LEX II.

IN emphyteuticarijs. Ista. l. secunda est multum solennis, & habet materiam vtilem, & quotidianam. Illam intendo pleno stylo commentare, non omittens aliquam decisionem vbicunque locorum positam, quæ ad materiam præsentis legis conferat, & maximè circa solutionem pensionis, quæ est materia. l. nostræ. Circa q̃ multa sum scripturus, maximè super glo. in versi. triennium, ¶ Ista. l. communi diuisione ſm Iaco. de Are. Cyn. Alb. Bar. Bald. Ang. & Salic. diuiditur in duas partes principales. In prima prouidet domino. In secunda prouidet emphyteutę. Secũda ibi, ne autem. Rursus prima principalis subdiuiditur in tres particulas. In prima statuit pacta in hoc contractu emphyteutico apposita debere obseruari. In secunda prouidet, q̃ si emphyteuta triennio cessauerit à solutione canonis, q̃ dominus possit eum expellere. In tertia remouet tres obiectiones, quæ fieri possent ab emphy. expellendo. Secunda ibi, sinautē nihil. Tertia ibi, nulla ei in posterum allegatione. ¶ Et quamus dicat Barto. q̃ ista diuisio sufficiat loco summarij, potestis tamen sic summare, vt totum text. in specie complectamini. Pacta apposita in contractu emphyteutico super quibuscunque capitulis, & maximè super emphy. reijciendo, sunt seruanda. hoc primò. Et eo casu quo de eius reiectione nihil fuerit conuentum, potest emphy. per dominum expelli, si per totũ triennium cessauerit à solutione canonis, aut apocham solutionis tributorum, vel publicarum functionum à fisco habitam domino non præstiterit, & hoc non obstantib. trib. quæ ab ipso emphy. repellendo videbantur allegari posse. Et primò non obstante allegatione melioramentorum. Itē non obstante pacto pœnali de non expellendo simpliciter interposito. Item non obstante, q̃ super solutione non fuerit interpellatus. hoc scdò. Ad hoc tñ, vt emphyteuta expelli non possit, dēt pecuniam offerre, deponere, & consignare, eo casu quo dñs illam recusaret recipere. hoc dicit tertio, & vlt. Et hoc
1 summarium sufficiat pro casus figuratione. ¶† No. 1. ex tex. q̃ quæcunque conuentiones initæ inter dñm, & emphyteutam, & maximè super emphyteuta reijciendo, vel non reijciendo
a valent, & tenent, & debent seruari. [a] Et consequenter hic vī text. q̃ valeat pactum initum inter dñm, & emphyteutam, q̃ si emphyteuta cessauerit triennio, & amplius à solutione canonis, q̃ tñ non cadat, q̃ tangit. j̃. glo. mag. in versi. repellere. in scda par. vbi reseruo opportunis examinandum, cum nonnullis alijs quæstionib. quas ibidem attingam circa has con-
a tit. [a] & ſm hoc vr̃, ꝙ cùm hic agatur de euitatione pœnæ, ne ipſe emphy. cadat à iure ſuo emph. ꝙ intelligitur ipſo iure oppoſita compenſatio, etiam ſi non fuerit oppoſita ab emph. ante tp̃s prædictum, & ita not. tenet Imo. in d.ca. bona fides. in 9. col. & reputat multum tenendum menti. idem etiã tenet Ang. in l. ſemel mora ff. ſol. matr. & Io. Fab. & Io. de Pla. in §. in bonę fidei inſt. de act. ¶ Et ex his habetis colligere aliam limitationē
61 ad concluſiones prædictas. ¶† Vigeſimo quæro, ſi non eſt perſona, cui fiat ſolutio canonis, puta, quia dñs deceſſerit ſine hære de, vel hæreditas iacet, & nondum eſt adita, & neſcitur, quis ſit, vel eſſe velit hæres, an iſto caſu emphyteuta ceſſans per triennium cadat à iure ſuo? Alb. in l. 4. §. cæterum. ff. de dam. infect. tenet ſimpliciter, ꝙ iſto caſu emphyteuta nō cadat à iure ſuo. Iſtud idem tenet Bald. hic in vltimis verbis, per text. in l. prędia. ff. de act. emp. Idē tenet Hoſt. in ſumma ſua tit. de loc. in §. quid ſit de natura. propè fi. tit. circa pen. col. in verſ. ꝙ ſi hæreditate, aliàs eſt ſub verſ. quid ſi emphyteuta promiſit. & d. Alex. quem vide in conſ. 91. inc. perſpectis his, quę in themate narrata ſunt. 19. col. ad fi. & duab. ſeq. lib. 1. & ſi hoc eſt verum, ex eo habetis 9. limitationē ad concluſiones prædictas. Spe. verò in d. §. nunc aliqua. in verſ. 19. & duab. ſeq. tenuit, ꝙ imò res incidat in commiſſum, etiam ſi non ſit perſona, cui ſoluatur, eo qa debet fieri depoſitio, & conſignatio iuxta formam huius l. in fi. & l. acceptam. s̃. de vſu. Motus eſt, qa ſi pecunia ſit ad diē promiſſa ſub pœna, mortuo promiſſore ante diem committitur pœna, licèt hr̃ditas eius non ſit adita. text. eſt in l. ad diem. ff. de verb. oblig. Subdit tñ, ꝙ dabitur ei reſtitutio ex clauſula gñali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, per l. 1. in fi. & l. ſed & ſi per prætorē. ff. ex quib. cau. maio. & ita etiam vr̃ tranſire ibi Io. And. in addi. idem vr̃ tenere Alb. hic in 10. col. qui dicit hoc eſſe tutius, ꝙ pecunia deponatur, & conſignetur per hunc text. in fin. & d.l. acceptam. & ita dicit fuiſſe conſultum per d. Vbertum de Bobio ſimul cum d. Simone Vicentino. ¶ In hoc pūcto teneo primā opi. ꝙ emphyteuta nō cadat per iura præalleg. Et ad d.l. ad diē. allegatam per Spe. rñ deo, ꝙ ibi loquitur in caſu ℈tio, qñ debitoris hr̃ditas non eſt adita, qno caſu, qd iuris ſit, ibi dr̃, & declaratur per Bart. & alios: nos autem loquimur è ℈, qñ ipſe creditor, & ℈ñr ipſe dñs mortuus eſt ſine hr̃de, vel eius hr̃ditas non eſt adita, & ſic ille text. nihil facit ad propoſitum. Tutius tñ eſſet, ſi nondum eſſet lapſum triennium, ꝙ pecunia deponeret, & conſignaretur, per hunc text. in fin. ſed lapſo tp̃e puto, ꝙ emphyteuta expelli non poſſit, de quo etiã vide per Hoſt. in ſumma tit. de loca. §. fin. verſ. qd ſi hr̃ditate. Dyn. in regula cùm qs
62 in ius de reg. iur. lib. 6. ¶† Vigeſimo primò quæro, qd ſi emphy-
b teuta fuit detentus in carceribus, [b] & propterea non ſoluit canonem, nunqd ſi lapſum ſit triennium, poſſit expelli? ſol. dic, ꝙ non, quia detentus in carceribus dr̃ legitimè impeditus, ita ꝙ per ceſſationem non poſſit expelli. ita not. determinat Ant. de Butr. in c. ſignificante. in 4. no. extra de pig. & ex hoc habetis 10. limitationem ad prædictas concluſiones, & poſito, ꝙ ipſo iure caderet, teneo, ꝙ ſaltem deberet in effectu in integ. reſtitui ex clauſula generali iuxta ea, quæ dixi in q proximè præceden-
63 ti. ¶† Vigeſimo ſecundò quæro, pone emphyteuta dubitat, ne per ceſſationem triennij cadat à iure ſuo, vult ſibi prouidere, &
c vult ſoluere canonem [c] pro pluribus annis futuris, puta pro 20. vel 30. ann. an dominus inuitus teneatur recipere penſionem tot annorum futurorum, & poſito, quod dominus nolit recipere, nunquid emphyteuta offerendo, conſignando, & deponendo iuxta formam huius. l. in fin. liberetur? Spec. in d. §. nunc aliqua. in verſ. 42. & melius in verſ. ſeq. & ibidem Ioann. And. in addi. arguunt ad partes, & finaliter concludunt, ꝙ dominus inuitus non compellitur recipere ſolutionem tot annorum; idem tenet hic Cyn. in vlt. quæſt. & in l. ſi certis annis. s̃. de pact. idem tenet Alb. hic in 10. colu. idem Bald. hic in vlt. colu. Item tenet Mar. de Fa. in tract. præſentis titu. in 9. q. iſtud idem tenet Bart. in l. eum qui. aliàs inc. Iabolenus. ff. de ann. leg. cum limitatione tamen, quam. j̃. proxi. ſubijciam. idem tenet Bart. in l. ſtatuliberos conditioni. §. fi. ff. de ſtat. lib. cum alia limitatione quam. j̃. ſubijciam. hoc idem tenent Gul. de Cun. & Bal. in l. plures. in fi. s̃. de fid. inſtr. idem Bald. in l. ſi quis argentum. in fi. 3. col. j̃. de dona. & in l. filiuſf. §. diui. el. 1. ff. de leg. 1. Petr. de Anchar. in d c. potuit. & ibi Imo. in 44. colu. & Mod. in l. ſtipulatio
d iſta. §. inter certam. ff. de verb. oblig. ¶ [d] Pro hac parte potiſſimum facit, quia iſta generalis ſolutio tot annorum, poſſet afferre domino incommodum quantum ad probandum recognitionem dominij, quia quamuis per ſolutionē annuam 10. an. præſumatur debitum. l. ſi certis annis. s̃. de pact. l. cùm de in rem verſo. ff. de vſu. l. cùm notiſſimi. §. ſed ſi quis j̃. de præſcr. 30. vel. 40. an. tamen non eſſet idem, ſi fieret vna ſolutio pro. 10. an. vel pro plurib. ſecundum Bart. in d.l. eum qui. & Cyn. & Bald. in l. 2. s̃. de dot. prom. ex quo ergo illa generalis ſolutio pōt afferre damnum dño, ergo illam non compellitur dominus re-
64 cipere. Ad idem facit, † quia emphyteuta non poſſet inuitus compelli ſoluere ante tempus pro plurib. annis, ergo nec dñs debet compelli ad recipiendum, vt æqualitas ſeruetur. arg. l. ſi. j̃. de fruc. & lit. expen. & in l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. ff. de arb. ꝙ vltimum eſt perſuaſiuum, ſed non ſtringens, cùm ratio diuerſitatis inter eos ſit. ¶ Iſtam communem concluſionem limitat not. Bart. in d.l. eū qui. niſi emphyteuta vellet ſoluere pro plurib. annis futuris cum omni intereſſe dñi, quia tunc poſſet, per ea, quæ habentur in l. qui Romæ. in prin. ff. de verb. oblig. Nam cùm dñs prætendat intereſſe ad probandum recognitionem dominij, vt dictum eſt, faciet emphyteuta dño inſtrumentum, in quo eum recognoſcet in dñm pro toto tempore, ꝙ multū not. ad obſeruantiam practicæ, vt pro multis annis ſolui poſſit. iſta limitatio non eſt generalis, & ſolùm procederet, qñ per iſtam ſolutionem tot annorū factam ante tp̃s, non poſſet dñs præt̄edere aliud intereſſe niſi recognitionis dominij, ꝙ facilius probatur per ſolutionem particularem, vt dictum eſt. Sed qñ poſſet prætendere aliud intereſſe, puta, quia penſio eſſet ſoluēda in vino, & frumento, & ſua intereſt, ꝙ ſoluatur ſuo tp̃e, tūc teneo indiſtinctè concluſionem prædictam, ꝙ ſolutio nō poſſit fieri pro multis annis. ¶ Motus vltra prædicta, per vnā ſolēnem doctrinam Gul. de Cun. in d.l. plures apochis. quam Bart. ibi ad fi. commendat, & reputat diligenter notandam, & ſingu
65 larem, † vbi vult, ꝙ ille, qui recipere debet vinum, vel bladū ad tp̃s, non cogitur recipere ante tp̃s, nec aliquid aliud, ꝙ curſu temporis deteriorari poſſit, q̃ doctrinam Gul. etiam ſequit̃, & commendat Ang. in l. Titius. ff. quæ res pig. oblig. poſſ. & fuit doctrina ordinariæ gl. in l. ſtipulatio iſta. in §. inter certam. in gl. 1. ff. de verb. oblig. & in l. in annalib. j̃. de leg. ¶ Secundò limitat dictam concluſionem not. Bart. in d.l. ſtatuliberos conditioni. §. fin. ff. de ſtat. lib. nec alibi in ſpecie legi, vt nō procedat in trib. annis, quia emphyteuta poteſt ſoluere ſaltem pro trib. annis futuris, per text. in l. placuit. C. de coll. fun. patr. lib. 11. ¶ Ad prædictam conclu. vide, ꝙ voluit ſignanter Bart. in l. ſi cum præfinitione. ff. quando di. leg. ced. vbi per illum tex. ſing. voluit, ꝙ ſi teſtator reliquit alicui vnam corbem frumenti vſque ad 10. an. ꝙ hæres poteſt primo anno ſoluere pro toto tempore. 10. an. quæ deciſio videtur facere contra concluſionem prædictam. ¶ Sed ſuſtinendo prædicta, poteſtis dicere, quòd hęc vltima deciſio Bart. non eſt vera, & contrarium tenet Bal. in d.l. in annalib. & in d.l. plures apochis. in fin. per regulam, quia quis non tenetur recipere ante tempus illud, quod curſu temporis poſſet deteriorari. ¶ Vel ſecundò dic, quod in caſu poſito per Bart. illud tempus fuit adiectum in totum gratia ipſius hæredis, cauſa eum exonerandi, nimirum ſi poteſt totum ante tp̃s ſoluere. Sed in terminis noſtris tp̃s reſpicit commodum nedum emphyteutæ, ſed etiam dñi propter probationem fiendam de re-
66 cognitione dñij, vt ſupra dictum eſt. ¶† Vigeſimo tertiò quæro, pone conceſſi tibi vineam in emphyteuſim pro 10. dandis mihi ſingulis annis, cum pacto, quod deberes de fructib. vineæ dare duas brentas vini Titio in perpetuū, deinde pone, ꝙ

tu

ADDITIONES.

a ¶ Idem vult Iacobin. in tit. de actione in rem pro emph. quando in commiſſum cadit. in 3. col. & ſequitur Guido Papæ deciſ. 171. circa fin. idem vult Fran. de Cur. cōſ. 7. in 7. col. verſ. tranſeo ad tertium. Soc. conſ. 99. in 2. col. PARPA.

b Quæſtio de emphy. carcerato. & de abſente ex iuſta cauſa, Deci. conſ. 138. colum. pen. PVRPV.

c ¶ Vult ſoluere canonem. Adde Bal. in l. ſtatulib. cōditioni. in §. quod ſi ſeruus. ff. de ſtatulib. in l. eum qui. de annu. leg.

d ¶ Idem vult Par. de Caſt. in l. 1. in fin. ff. de cond. & dem. Cor. conſ. 467. in 2. vol. PARPA.

Source : BIU Cujas

tu emphyteuta ceſſaſti triennio, vel amplius, quòd dicta decẽ non ſoluiſti mihi, & propterea dicta vinea eſt reuerſa ad me dominum, nunquid ego dominus tenebor Titio in perpetuũ ad illam perpetuam præſtationem? Iſtam q. originaliter format Gul. de Cun. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. vbi arguit ad partes, & finaliter concludit, ꝙ ſic, quod tu dominus teneberis in perpetuum illi Titio, motus per illum tex. & l. 1. §. ſi mãcip. ita venie. ne proſtitua. in quibus dicitur, ꝙ ſi res ad me redeat, debeo ſeruare conuentionem, quam volebam ſeruari per alium, cũ quo ſuper ea re cõtraxi, & cum eo tenet Angel. in d. §. patronum. de quo tamen ibi vide Pau. de Caſt. & Mod. ¶ Sed tamen veritas huius q. pendet ab his, quæ ponunt Bar. Ang. Imo. & Cum. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. & latè Bar. in l. cùm à ſocero ℨ. de iu. dot. Imo. in d. c. potuit. in vlt. char. Pau. de Caſt. & Ludon. in l. ſi pecuniam. in prin. ff. de condi. ob cauſam. & Pau. de Caſt. in l. ſi cũ venderet. ff. de pig. act. & in l. in inſulam. in fi poſt Bal. ff. ſolu. matrim. in quib. locis tangitur, an per tale pactum ſit illi Titio ius irreuocabiliter acquiſitum, an verò poſſit reuocari, quia ſi tenemus, ꝙ tale ius ſit Titio irreuocabiliter quæſitum, & non eſt dubiũ, ꝙ dominus, ad quem eſt res reuerſa, perpetuò teneatur illi Titio: ſi verò tenemus, ꝙ tale ius ſit reuocabile, erit ſecus, dicite vt in dictis locis, in quib. *magis communiter tenetur* tale ius poſ-
* 67 ſe reuocari, licèt Mod. contrarium teneant. ¶† Vigeſimoquarto q̃ro, nunquid creditor poſſit ſoluere penſionem emphyteuticã ꝑ fundo emphy. ſibi obligato, ita ꝙ per eius ſolutionem duret emphyteuſis? ſolu. dicite paucis, ꝙ ſic, tex. eſt no. in l. lex vectigali. in ver. tam debitor, quàm creditor. ff. de pig. & ibi illũ tex. ad hoc no. Bar. & Ang. & ſic per ſolutionem factam ab ipſo creditore, conſeruatur ipſi creditori ius hypothecæ, quod habet in ipſa re, ꝙ aliàs periret perempto iure principalis debitoris: eodem modo ipſi debitori conſeruatur ius ſuum emphyteuticum, & ex hoc habentis notare. 11. fallen. ad concluſiones prædictas, vt non procedant, quando emphyteuta ceſſaſſet biennio vel triennio, ſed creditor ſoluiſſet, & videte quæ
68 dicam in ſeq. q, magis dubitabili. ¶† Vigeſimoquinto quæro,
a nunquid ſolutio canonis [a] facta per tertium omnino extraneum proſit verò emphy. qui per triennium, & amplius ceſſauerat ſoluere, ita vt non cadat à iure emphyteutico. ¶ Et in hoc primum expedio quoſdam caſus indubitabiles, deinde attingam caſum dubitabilem, & ſiquidem iſte tertius ſoluiſſet vt procurator domini, caſus eſt clarus, quòd ſolutio prodeſſet emphyteutæ, eodem modo ſi ſoluiſſet tanquam nego. geſt. nomine emphy. quia iſta ſolutio prodeſſet ipſi emphyt. ꝑ l. ſoluendo. & l. q̃ vtiliter. ad fi. ff. de neg. geſt. & ꝑ regulam nota
69 bilẽ, † q a quotieſcunq; tractatur de ꝟſeruatione iuris realis, vt eſt hic de ꝟſeruatione iuris emphyteutici, ſemꝑ factum à neg. geſt. prodeſt ad illius iuris ꝟſeruationem, & retentionẽ. l. arboribus. §. quid tñ. ff. de vſufruc. & ℨ. dicetur. & ita in terminis noſtris in emphy. tenet Ang. in d. l. lex vectigali. & Lud. Rom. in conſ. 103. incip. viſo propoſitæ quæſtionis themate &c. iuxta princ. ¶ Sed dubium eſt, quid ſi iſte tertius nullum ius habet in re, & ſoluit ſuo proprio nomine, non dico nomine emphyt. an iſta ſolu. proſit ipſi emphyteutæ, qui ceſſauit triennio ſoluere, ita ꝙ expelli non poſſit? exemplum pone. Acceperam rem in emphyteuſim ab Eccleſia, deinde illa res peruenit ad tertium, qui eam tenuit, & poſſedit per decem ann. & amplius, & ſemper ſoluit canonem ſuo proprio nomine, credens illud ius emphyteuticum ad ſe ſpectare, ego autem verus emphyteuta nihil ſolui, imò ceſſaui per totum illud tempus, nũquid poſſim expelli, an illa ſolutio mihi proſit? ¶ In hoc puncto omiſſa allegatione ad partes, quæ fit per Docto. in locis infra allegãdis, concludo, quòd talis ſolutio prodeſt vero emphyteutæ, per regulam proximè dictam, quia vbi tractatur de conſeruatione iuris realis, vt eſt hic de conſeruatione iuris emphy. non refert à quo ſoluatur, aut quomodo, aut cuius nomine, dummodo ſolutum ſit. d. l. arboribus §. quid tamen. & expreſsius in l. qui fundum. ff. quemadmo. ſer. amit. & pro hac deciſione eſt quaſi tex. in terminis in l. forma §. ſi cùm ego. ff. de cenſi. clarè iſtud determinans, vbi ſolutio cenſus, aut canonis facta per non habentem ius ſuo proprio nomine, prodeſt habenti ius quo ad conſeruarionem iuris ſui cenſualis, vel in terminis noſtris emphy. & ita per illum tex. determinant Spec. & Ioan. And. in dicto §. nunc aliqua. in verſicu. 82. & in terminis not. Bartol. poſt
b Andr. de Pi. & Gul. de Cun. in d. l. arboribus. §. quid tamen. [b] & idem Bald. in l. ſolennibus. ſupra de rei ven. & in addi. Specu. in tit. de loc. in 11. colum. & Lud. in prædicto conſi. 103. incip. viſo propoſitæ quæſtionis themate, &c. & in primo dub. in conſilio 491. incip. in caſu propoſitæ conſultationis breuiter dicẽdum, quòd iſta. quamuis Alber. in d. l. arboribus §. vſufructuarius. referens And. de Pi. videatur aliter tenere, quod ſolutio facta per tertium ſuo nomine, & non emphyteutæ non proſit ipſi emphyteutæ, & ex hoc habetis notare 12. limitationes ad
70 concluſiones prædictas. ¶† Vigeſimoſexto quæro iuxta proximam quæſtionem, pone, quòd dominus non velit acceptare ſolutionem ab iſto tertio, volente ſoluere nomine emphyteutæ, an cogatur inuitus ipſam acceptare? primò videtur dicendum, quòd ſic, quia tertius poteſt ſoluere pro alio inuito creditore. l. 1. & l. ſoluendo. cum ſimilib. ff. de nego. geſt. ¶ Contra-
c rium determinat ſing. Bal. in l. acceptam. in vlt. col. in 25. q. ℨ. de vſur. & ibidem ſequitur ſimpliciter Saly. in fi. in vlt. qõ. motus optima ratione, quia cùm emphyteuta, vel feudatarius teneantur ſoluere non ſolùm ad finem liberationis conſequendæ, ſed etiam in recognitionem iuris directi dominij, exiſtentis penes dominum, vt dictum eſt ſupra in 22. qõ. & iſtud non poſſit fieri per tertium, conſequens fit, vt tertius non poſſit ꝑ
71 emphyteuta ſoluere domino inuito. ¶ † Vigeſimoſeptimò quæro iuxta proximam quæſtionem retento pro vero, quòd tertius non poſſit ſoluere pro emphyteuta inuito domino, nunquid ſaltem eo caſu quo dominus recuſat recipere ſolutionem ab iſto tertio, an ſi iſte tertius offerat, conſignet, & deponat, iuxta formam legis noſtræ in fi. iſtud proſit emphyteutæ? Solu. in hac prima conſideratione credidi tenendum, quòd ſic, per regulam quæ habet, quòd in caſibus in quibus oblatio, & depoſitio facta à principali proſunt ad eum liberandum, eodem modo ſi ſit facta ab alio, quàm à principali, & ſic à tertio prodeſt ad eum liberandum, vt eſt tex. no. in l. cùm & poſtliminij. & ibi Bar. Bal. & Ang. notant ad hoc. ℨ. de capt. & tex. in l. qui decem. §. 1. & ibi gl. & Bar. ff. de ſol. & gl. & Bar. in l. ſolutionem. eo. tit. Quãuis ℨrium videatur tenere gl. quæ in dictis locis reprehẽditur, in l. obſignatione, ſuper verbo, eo loco, & ibi Bald. ℨ. de ſol. tñ gl. ibi non clarè ℨrium firmat, ſed ſic eſt in terminis noſtris, quòd oblatio, conſignatio, & depoſitio facta per ipſum emphyteutam, eum liberaret, vt hoc tex. in fi. ergo eodem modo facta per iſtum tertium. Tamen in terminis noſtris non puto, ꝙ iſta oblatio, conſignatio, & depoſitio facta à tertio prodeſſet emphy. quia prædicta regula procedit, quando eſſemus in caſu, in quo ſolutio poſſet fieri per tertium inuito creditore, & liberaret debitorem, quia tunc etiam oblatio eodem modo liberaret, ꝙ eſt quando ſolutio ſimpliciter fieret ſolùm ad finem liberationis, ſed in terminis noſtris cùm ſolutio canonis emphyteutici non poſſit fieri per tertium inuito domino, ita vt per eam liberetur emphyteuta, eo quia fit non ſolùm ad finem liberationis, ſed etiam recognitionis dominij, quæ recognitio non poteſt per tertium fieri, vt ſupra in proxi. q. dixi. eodem modo, & multominus non poterit fieri iſta oblatio, conſignatio, & depoſitio, domino recuſante recipere ſolutionem ab iſto tertio, ita vt proſit emphyteutæ, qa ſi non compellitur recipere veram ſolutionem, multominus oblatio, & conſignatio attendetur, iſtud tamen in terminis nõ inuenio tactum ab aliquo, ſed credo eſſe verum per prædicta, & hoc no. ad limitationem concluſionis proximè relatæ, quæ habet, quòd in caſibus in quibus, ſi ipſemet debitor offerret, liberaretur, extraneo pro eo offerente, eodem modo liberatur, quia iſtud non habet locum in terminis noſtris per rationem
72 proxi. dictam. ¶† Vigeſimooctauò quæro, pone ꝙ emphyteu-
d ta ceſſauit [d] per 40. ann. ꝙ penſionẽ non ſoluit, & ſemper poſſedit, nunquid dicatur præſcripſiſſe liberationem à penſione ſoluenda? Bar. ſing. in l. competit. ℨ. de præſcrip. 30. vel 40. ann. determinat, ꝙ ſic, reprobata gl. ibi ſm vnum intellectum, eo ꝙ omnis actio tollitur tanto tpe, ꝑ regulam. l. ſicut. & l. oẽs. ℨ. de ꝑſcr. 30, vel 40. ann. q̃ deciſio indubitanter procedit q̃tũ ad penſionẽ, poſt cuius ſolutionẽ fiendam tranſacti ſunt 40. ann. ſed q̃tũ ad aliã, vr durior hæc deciſio. de quo ẽt ꝑ Alb. hic remiſſiuè loquentẽ in 11. col. & ex hoc habetis notare. 13. lĩtationes ad ꝟcluſiones ꝑdictas, & circa hoc vide quæ reſeruo dicẽda. ℨ. in gl. mag. in verbo repellere, in vltima qõne, vbi ponã nunqd emphyteuta poſſit præſcribere dñium, & an poſſit præſcribere

ADDITIONES.

a ¶ Nunquid ſolutio canonis. Adde. l. forma. in §. quamquam. ff. de cenſi. Bal. in l. arborib. ff. de vſufr. in l. ſolennib. C. de rei vend.

b ¶ Adde Alex. conſi. 71. circa fi. in 1. volum. & Panor. conſi. 67. in fi. colum. 3. 2. volum. & Cor. conſi. 115. litera P. in 1. vol. & Roman. ſing. 557. & Saly. in l. 2. in fin. pro ſoc. Dec. conſi. 58. in fi. col. Franc. de Aret. in l. ſi actione. ſupra de pact. PARPA.

c ¶ Contrarium. Adde, quòd ſi dominus acceptaret ſolutionem à tertio, ſibi præiudicaret, vt no. Bal. in l. arborib. §. quid tamen. ff. de vſufruct. & ſequitur Dec. conſi. 57. col. vlt. BELLOT.

d ¶ Quod emphy. ceſſauit. Adde glo. fi. in l. competit. C. de præſcr. 30. ann. & ibi Cy. in 3. 4. & 5 q. Spe. tit. de loc. in §. nunc aliqua. ver. 41. & ſeq.

Source : BIU Cujas

te ius emphy. ſi non eſſet verus emphyteuta, & an contra eum
73 præſcribi poſſit, ibidem melius cadet. ¶ † Vigeſimonono quæ
ro, pone, ꝙ emphyteuta ceſſauit triennio ſoluere, nunqd poſ-
a ſit ſoluendo [a] moram ſuam purgare? Iſte paſſus eſt multum
diſputabilis, & quia Io. de Imo. in d. c. potuit. in 22. col. dicit cla
rè ſe non reperire iſtam. q. tactam à Doct. & quia paſſus eſt ſa
tis dubius, intendo eum plenè excutere, & oſtendere, quòd eſt
multum notatus à Doc. in pleriſque locis. ⁊. alle. Canoniſtæ ha
bent tex. in d. c. potuit. expreſsè dicentem, quod emphy. Eccle-
ſiæ ſi ceſſauerit biennio ſoluere, poteſt celeri ſatisfactione mo
ram purgare. Sed ille tex. loquitur in emphy. Eccleſiæ. ¶ Du-
bium ergo maximũ eſt, an idem ſit in emphy. priuati, vt poſt
b triennium [b] poſſit moram ſuam purgare. In hoc puncto An-
gel. in repe. l. ſi inſulam, & ibi Imo. ff. de verb. oblig. tenuerunt,
quòd emphy. priuati ſi triennio ceſſauerit ſoluere, non poſſit
moram ſuam purgare, primò per tex. in d. c. potuit. iũcto tex.
in c. ſuam. extra de pœnis. hoc modo inducendo. nam text. in
d. c. potuit. loquitur in caſu ſpeciali, videlicet in emphyteuta
Eccleſiæ, & ratio ſpecialitatis eſt, quia mitius agitur cum Ec-
cleſia, quàm cum priuato, ita dicit tex. in d. c. ſuam. ergo diſpo
tum in Eccleſia non eſt trahendum ad priuatum. ¶ Secundò
pro hac parte facit tex. noſter in ver. omnino. & in §. ſcire autẽ.
in verbo omnino. in Authen. de non alienã. quæ dictio omni-
c no, [c] eſt præciſa, vt eſt gl. in l. ſi cùm exceptione. §. in hac. cum
ſimil. ff. quod met. cau. & conſequenter clarè demonſtrat non
admitti purgationem moræ. ¶ Tertiò ad idem facit vulgata re
gula, quia vbi eſt dies & pœna, non admittitur purgatio mo-
ræ. l. magnam. ⁊. de contrah. & commit. ſtip. l. traiectitiæ. §. de il-
lo. ff. de act. & oblig. plenè not. in d. l. ſi inſulam. & in l. & ſi poſt
tres. ff. ſi quis caut. Iſtam eandem ſententiam ſub dubio tamẽ
fortè tenet ipſemet Imo. in d. c. potuit. in 21. colu. & ſeq. motus
pro hac parte. ¶ Quartò, quia tex. iſte cum ſimil. nullam men-
tionem facit de purgatione moræ, ergo &c. Item, & quintò,
quia quamuis in emphy. Eccleſiæ diſpoſitum ſit in d. c. potuit.
quòd poſſit moram purgare, tamen non videtur eadem ratio
d in emphy. priuati, eo quia longius tempus [d] ſibi conceditur ad
ſoluendum. ſ. triennium. & ideo ſatis videtur ſibi ſuccurſum,
ſed emphy. Eccleſiæ non habet niſi bienniũ. Ideo æquius fuit
ſibi ſuccurri, concedendo quòd poſsit moram purgare, dicit
tamen ſe non reperire iſtam qõnem tactam per Doct. Addo,
quòd idem tenet Alex. in conſi. 470. incip. magnifice prætor. in
5. col. cum concor. ibi per eum alleg. ¶ Ego pro hac parte fir-
manda adduco ſextò, quod no. voluit Bar. in d. l. ſi inſulam. in
5. opp. & in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de verb. oblig. in quibus
locis dat notabilem regulam in materia purgationis moręqd
quando dies etiam tacita eſt certa, ita quòd reus poteſt illam
præuidere, & tunc ſiue loquamur in contractibus, ſiue in vlti-
mis voluntatibus, nunquam admittatur purgatio moræ, per
tex. ad hoc no. in l. 1. ver. niſi fortè. in verb. vel mente. ff. de pen.
leg. ſed ſic eſt in terminis noſtris, quòd dies tacita eſt certa, ſcili
cet triennij, & illam multum bene poteſt emphyt. præuidere,
ergo ea lapſa non debet poſſe purgare moram. ¶ Septimò pro
hac eadem parte adduco aliam notabilem regulam in mate-
74 ria purgationis moræ, quæ habet, † quod vbi dies, & pœna p-
cedunt ex eodem fonte, vt quia dies, & pœna imponantur ab
ipſa. l. nunquam admittitur purgatio moræ. Secus ſi dies impo
neretur à l. & pœna ab homine, vel è contra, gl. eſt no. in c. licèt
canon. in ver. priuatus. extra de elect. in 6. Ang. Imo. & Mod. in
d. l. ſi inſulam. ſed ſic eſt in terminis noſtris, quia tempus trien-
nij, & pœna caducitatis imponuntur ab ipſamet. l. vt hoc text.
e cum ſi. ergo non debet poſſe admitti purgatio moræ. [e] ¶ Octa
uò, & vlt. pro nunc pro hac parte facit, quia vbicunque lex fa
cit executionem ipſo iure abſque alia ſententia, nunquam ad-
mittitur purgatio moræ. l. ſi is cui. & ibi Bar. ff. de leg. 2. l. traie-
ctitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig. Bar. & alij in d. l. ſi inſulam. ſed
ſic eſt in terminis noſtris, ꝙ elapſo triennio volente domino
lex ipſo iure executionem facit, quia ipſo iure priuat emphy.
abſque alia ſententia, prout latè tenui. ſ. in tex. in 5. no. ergo nõ
debet poſſe purgare moram. ¶ Contrariam ſententiam, quòd
imò emphy. priuati elapſo triennio ſoluendo poſsit morã ſuã
purgare, & conſequenter, quòd diſpoſitio. d. c. potuit. loquens
in emphy. Eccleſiæ, habeat etiam locum in emphy. priuati, te-
nuit Ang. ſibimet ⁊rius in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. & Bald.
in l. ſi pacto quo pœnam. ſ. de pac. & in l. acceptam. in pe. col. &
in 220. q. ſ. de vſur. ¶ Pro hac parte facit, quia quoties non repe
ritur aliquid clarè deciſum de iur. ciui. ſi illud reperitur deci-
ſum clarè de iure canonico, leges non dedignantur hoc caſu
f ſacros canones [f] imitari, imò ſtandum eſt iuri canonico, pro-
ut no. Io. And. & alij in c. 1. de ope. no. nunc. per Bart. & alios in
l. priuilegia. ſ. de ſacroſ. Eccl. facit. §. pe. in Auth. vt clerici apud
propri. Epiſcopos. cum ſim. Sed ſic eſt, quòd de iu. can. reperi-
tur apertè deciſum in d. c. potuit. quod emphyteuta Eccleſiæ
elapſo biennio poſsit celeri ſatisfactione moram ſuam purga
re, iure autem ciuili non reperitur cautum, an emphyteuta pri
uati poſsit elapſo triennio moram purgare, imò dubium eſt
apud Doct. vt ex prædictis notatur, ergo iſto caſu ius ciuile nõ
dedignabitur ſequi ius canonicum, vbi iſtud apertè deciditur.
75 ¶ † Secundò ad hoc facit, quia purgatio moræ fundatur ſuper
æquitate. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. quamuis ergo
ſequendo rigorem iuris poſſet aliud dici, tamen quia in mate
ria purgationis moræ debet attendi æquitas, ſm quam circun
ſcripto rigore iuris æquum eſt, quòd ſi emphyt. celeri ſatisfa-
ctione velit attendere, quod debet, poſsit moram ſuam pur-
gare, & iſtud eſt, quod ẽt fatetur ipſe Imo. in d. c. potuit. in 22.
col. vbi dicit, qđ iſta pars vr̃ habere æquitatem. ¶ Tertiò ad idẽ
adducit Bal. in d. l. acceptam. in pen. col. in 21. q. tex. in l. ſi cùm
dies. §. fi. iuncta. l. ſeq. ff. de arbi. vbi quando dies eſt tacita, & cer
ta, & quæ præuideri poteſt, tamen põt mora purgari quo ad
euadendum pœnam, ergo idem in terminis noſtris, & iſtud fa
cit ⁊ ſextum fundñ, qđ adduxi. ſ. pro alia parte. ¶ Quartò, &
vlt. pro hac parte adduco, quia ſi admittitur purgatio morę in
emphyteuta Eccleſiæ, quæ aliàs eſt in multis priuilegiata, mul
to fortius dẽt admitti purgatio moræ in emphyteuta priuati,
qui non eſt priuilegiatus, vt Eccleſia. ¶ Et tenendo hanc partẽ,
poſſet diſputatiuè reſponderi ad adducta in oppoſitum, & pri
mò ad tex. in d. c. potuit. ad d. c. ſuam. aliàs tuam. dum dicebaẽ,
ꝙ mitius agitur cum Eccleſia, quàm cum priuato, quia reſpõ
deo hoc eſſe verum, vbi non eſſet eadem rõ, prout in caſu no-
ſtro, vbi eſt eadem rõ in priuato, quæ in Eccleſia, videlicet ęq-
tas, ſuper qua eſt fundata moræ purgatio, q̃ ita militat in vno,
ſicut & in alio, & ideo non obſt. ſi dicatur, ꝙ d. c. potuit. loqui-
tur tm̃ in emphy. Eccleſiæ, quia dico, ꝙ etiãſi loqueret taxati-
76 uè, † tamen leges taxatiuè loquentes recipiunt extenſionẽ ex
identitate rõnis. l. ob æs. cum gl. de præd. min. melior tex. de iu-
re in l. 1. §. 1. cũ gl. ff. ſi mẽſor fal. mo. dixe. latè Bar. in repe. l. ſi cõ
ſtante. in prin. in 11. q. 1. partis prin. ff. ſolu. mat. & maximè cum
in terminis noſtris iſta extenſio videatur fieri per text. in c. pp
ſterilitatem. in fi. extra de loc. ¶ Non obſt. ſecundò iſte tex. in d.
§. ſcire autem. in ver. omnino, quia quamuis iſta dictio oĩno, ſit
præciſa, recipit tm̃ limitationem, niſi celeri ſatisfactione emph.
moram purgauerit, per tex. in d. c. potuit. iuncto. d. c. pp ſterili-
77 tatem. in fi. & alijs. ſ. adductis ¶ Non obſtat tertiu m, ꝙ † vbi eſt
dies & pœna non admittitur purgatio moræ, quia vltra mul-
tas ſolu. traditas per Can. maximè Inn. & D. Ant. in d. c. potuit.
& ibidem per Io. de Imo. in 19. col. & ſeq. poſſum multis mo-
dis reſpondere, & primò, quod illud non eſt ſine dubio, imò
ſolet diſputari, an vbi eſt dies, & pœna admittatur purgatio
moræ, vt per Bar. & Repetentes in d. l. ſi inſulam. & in d. l. & ſi
poſt tres. ¶ Vel, & ſecundò tenendo, ꝙ verũ ſit, ꝙ vbi eſt dies,
& pœna non admittatur purgatio morę, dico hoc verum, vbi
eſt dies, & pęna impoſita ab hoĩe, ſecus ſi à l. vt in caſu noſtro,
quia mitius agitur cũ l. q̃ cum hoĩe. l. Celſus. §. fi. ff. de arbi. gl. in
l. ſi quis rem. §. voto. de pollicita. latè Bar. in l. amplius non peti
tum. in 2. col. ff. rem ra. hab. ¶ Vel tertiò rñde, ꝙ illud eſt verũ,
qñ dies eſt expreſſa, ſecus ſi tacita, vt in terminis noſtris. d. l. ſi
cũ dies. §. fi. & ſ. dixi. & ⁊. proxi. dicetur. ¶ Non obſt. quartum, vi
delicet fundñ Imo. ꝙ hic tex. nullam mentionẽ facit de purga
tione moræ, quia rñdeo, quod tm̃ limitatur, & declaraẽ p alias
leges maximè per d. c. potuit. ¶ Non obſt. aliud fundñ Imo dũ
dicit, ꝙ non eſt eadem rõ in emphy. priuati, quæ eſt in emphy.
Eccleſiæ, cùm emphy. priuati habeat longius tempus ad ſol-
uendum, q̃ emphy. Eccleſiæ, quia reſpõdeo, ꝙ imò eadem rõ
eſt in vtroq;. nam rõ quare in d. c. potuit. emphyteuta Eccleſiæ
poſsit morã purgare, nõ eſt, eo quia habeat breue tps ad ſoluẽ
dũ, ſed eſt ęquitas, qua attenta idem eſt dicendum in emphyt.
priuati. ¶ Non obſt. ſextum fundm̃. ſ. adductum p me, videli-
cet regula Bar. in locis præall. & ꝙ qñ dies tacita eſt certa, non
admittitur purgatio moræ, quia diſputãdo dico, ꝙ hęc regula

Bar.

ADDITIONES.

a ¶ Dec. conſi. 138. col. 2. & 3. PVRPV.

b ¶ Vt poſt triennium. Adde Abb. in c. 1. de frigid. & malef.

c ¶ Dictio omnino. Adde l. Græcè. in §. illud. ff. de fideiuſſo. gloſſ. 1. in capitu. du-
dum. de conuer. coniug. diffusè per Fely. in c. Rodulphus. de reſcr. in 21. colu.
ver. omnino.

d ¶ Quia longius tempus. Adde, quòd dicatur longum tempus, vide in l. cũ de
in rem verſo. in gl. 2. de vſur.

e ¶ Alex. conſi. 470. Adde quod eſt conſi. 106. PARPA.
¶ Adde Fely. in c. 1. 13. col. ver. recepit tamen. de conſt. & in c. cũ non ab homi
ne. 4. col. verſi. limita tertiò de iud. Prap. in l. filius. §. diui. 21. char. de lega. 1.
PVRPV.

f ¶ Sacros canones. Adde c. clerici. de iud. in c. vlt. de ſec. nup. gl. ſummæ 10. diſt.
gl. 1. c. ſi in adiutorium. ead. diſt.

Source : BIU Cujas

Bar. non eſt vera, & ꝙ in contrarium eſt tex. in d. l. ſi cũ dies. §. fi. per quam l. contra Bar. tenent Ang. & Imo. in d. l. ſi inſulam. & Bal. in d. l. acceptam. in pe. col. in 21. q. ¶ Non obſt. ſeptimum fundamentum. s. per me adductum, ꝙ vbi dies, & pœna ab eodem fonte procedunt, non admittitur purgatio moræ, quia poſſum diſputatiuè iſtam regulam negare per d. c. potuit. vbi dies, & pœna procedunt ab eodem fonte. ſ. ab ipſa. l. & tamen admittitur purgatio moræ, nec potes dicere, ꝙ ibi ſit ſpeciale, per ſupra dicta, & iſta ſolutio procedit etiam aſt fundamentũ proximè præcedens. vel aliter reſpondeo, ꝙ illud, ꝙ dr, ꝙ vbi dies, & pœna procedunt ab eodem fonte, quòd non admittit purgatio moræ, iſtud eſt verum, qñ lex facit executionem ipſo iure, ſecus autem, vbi requiritur voluntas domini, vt in terminis noſtris, ſecundum, ꝙ dixi. s. in tex. in 5. no. & ita reſpõdet Imo. in d. c. potuit. in 20. col. ita intelligendo præallegatam gl.
78 in d. cap. licèt canon. ¶ Non obſt. vltimum fundamentum, † ꝙ vbicunque lex facit executionem ipſo iure, ꝙ non admittitur purgatio moræ, quia reſpondeo hoc eſſe verum. Sed dico, ꝙ in terminis noſtris, quando emphyteuta triennio ceſſauit ſoluere, lex non facit ipſo iure executionem, quia ipſo iure nõ cadit, imo requiritur expreſſa voluntas domini, expreſsè declarãtis ſe velle, quòd ceciderit, prout latè dictum fuit ſupra in dicto quinto no. & per iſta remanet defenſata hæc pars ab adductis in oppoſitum. ¶ Alia, & tertia fuit opi. communis præce-
a ptoris. D. a Hieronymi Torti hic, vbi putat in hoc debere diſtingui, aut quærimus nunquid emphyteuta, qui ceſſauit triennio ſoluere, poſſit moram purgare, antequam dominus declaret ſe velle eum ceciſſe, & dicendum eſt, qđ ſic, quia tũc nullæ regulæ impedientes moram purgari obſt. ita procedat opi. proxi. aut quærimus nunquid poſſit moram purgare, poſtquã dominus declarauerit ſe velle eum ceciſſe, & dicendum eſt, ꝙ non, quia facta declaratione lex ipſo iure executionem facit, ergo non debet admitti purgatio moræ, per vltimum fundamentum, ꝙ s. adduxi in 1. opi. & in iſtis terminis dicit ꝓcedere primam opin. ¶ Adde, licèt ipſe non dicat, quòd pro iſta opi. bene facit illud, quod in terminis tenet Barth. Vero. in cau-
79 tela 135. incip. tu ſcis, quod emphyteuta. † vbi dicit cautelam eſſe ad hoc, vt emphyteuta, qui ceſſauit in ſolutione, non poſſit moram purgare, iuxta. d. c. potuit. ſ. quod dominus ſtatim elapſo biennio proteſtetur ẽt abſente emphyteuta, quòd non intendit ipſum habere amplius pro liuellario, quia tunc nõ poteſt purgare moram, niſi celeri ſatisfactione, aliàs. n. non facta proteſtatione credit, quòd poſſit moram purgare, & ſic dicit ſe intelligere. d. c. potuit. ¶ Iſta opi, poteſt confirmari rõne, quia declarata domini voluntate, ſtatim emphyteuta ipſo iure privatus intelligitur, nec alia ſententia declaratoria requiritur, vt latè dixi. s. in 5. col. & trib. ſeq. ergo non vr eſſe locus purgationi moræ, quia vbi executio fit à lege ipſo iure, ibi non poteſt mora purgari. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & obl. l. ſi is cui. & ibi Bar. ff. de leg 2. per Bar. & Doc. in l. ſi inſulam. ff. de verb. ob. & aduerte diligenter, quòd illa voluntas domini, per quã purgatio moræ impeditur, ſufficit, quòd ſit tacita, vel expreſſa, vt per Abb. in 2. vol. conſi. in conſi. 67. inci. in cauſa quæ vertitur. in 2. col. D. Alex. Imo. in 4. vol. conſi. in conſi. 106. incip. viſo themate. in 4. col. idem, qđ ſupra, tenet D. Barth. ſentit etiam Do. Alex. in l. ſi inſulam. in 17. col. ff. de verb. obl. vbi dicit, quòd in d. c. potuit. ideo põt mora purgari, quia executio non erat facta ipſo iure, niſi domino volente, ergo ſentit, quòd domino volente emphy. ceciſſe, non admitteretur ibi purgatio moræ, & idem facta declaratione per actum facti, tenet Ludo. in conſ. 103. inci. viſo propoſitæ qõnis themate. in 2. colu. Confirmatur iſta limitatio, quia ſecuta declaratione domini, igitur emphy. eſt conſtitutus in duplici mora, vna eſt per lapſum tẽporis, vt dicit tex. hic, & in d. c. potuit. alia ꝑ declarationem do
b mini, ergo geminatio moræ b debet impedire purgationẽ moræ, vt eſt tex. fm intellectum Ang. in l. traiectitiæ §. de illo. ff. de act. & obl. quem ſequitur Lud. Rom. in conſ. 252. incip. quæritur primò. & D. Alex. vbi plura ſimilia adducit in d. l. ſi inſulã. in 17. col. & ſeq. & ſi iſta ſunt vera, ſunt vtilia, & notanda in practica, quia per ea datur magna limitatio, & reſtrictio ad d. cap. potuit. in practica difficile foret contrarium obtinere propter authoritates relatas, tamen de iure illa limitatio non vr vera. Primò, quia facit nimiam violentiam, & reſtrictionem ad d. c. potuit. Secundò, quia fundamenta. s. relata procedunt fm rigorem iuris ciuilis, ſed de æquitate canonica eſt ſecus. d. c. potuit. de hoc eſt gl. no. in regula mora. de regu. iu. in 6. Tertiò & fortius facit, quia ſi tex. in d. c potuit. intelligeretur in caſibus, in quib. de iure ciu. eſt permiſſa purgatio moræ, certè fruſtratoria, & inanis eſſet diſpoſitio. d. c. potuit. ꝙ non eſt dicendum. vn de ille text. debet intelligi, ꝙ etiam vbi fm regulas iuris ciuilis non admitteretur aliàs purgatio moræ, tamen de æquitate canonica celeri ſatisfactione bene admittitur. Cogita, quia iſtud vltimum fortè eſt de iure verius. redeundo ad primum arti. ꝑ iſta relinquitur, ꝙ præſens paſſus eſt multũ ambiguus. ¶ Quid tenendum? ego teneo indiſtinctè primam opi. ꝙ emphyt. priuati lapſo trienio non poſsit moram purgare, & ꝓnr, quòd d.
c c potuit. non habeat locum in emphyteuta priuati. c Iſtã partem vltra authoritates præallegatas firmo in primis authoritate Bar. iſtud idem expreſsè tenentis, rectè tamen intuenti in d. l. ſi inſulam. in 4. opp. primę partis ad fi. allegando legem noſtrã. iſtud idem expreſsè tenet Bal. ſibimet contrarius in repe. l. & ſi poſt tres. in 13. col. ff. ſi quis cau. & in c. 1. in 1. col. quo tempore miles. in vſib. feu. idem tenet Iac. de Bel. in §. ſcire autem. in Authen. de non alie. & pro hac parte multum faciunt quędã fundamenta, quæ ſuperius adduxi, ad quorum reſponſiones põt facilè reſponderi. Et tenendo hanc partem non obſtant adducta in oppoſitum, & primò, dum dicebatur, ꝙ quando aliqd non reperitur clarè deciſum de iure ciuili, ſi illud ſit deciſum de iure cano. quòd iſto caſu leges ciuiles non dedignantur ſacros canones imitari, quia reſpondeo hoc eſſe vernm, qñ reperiretur deciſum in eo caſu, ſed hic eſt deciſum in caſu diuerſo, & habente diuerſam rõnem, vt ſuperius dictum eſt, & dicã ſtatim, quia de iure cano. eſt deciſum in d. c. potuit. in emphyt. Eccleſiæ, qui hẽt ſolũ biennium ad ſoluendum, nos autem loquimur in emphyteuta priuati, qui habet longius tempus ad ſoluendum. ſ. triennium, & ſic text. iur. can. loquitur in diuerſo
80 caſu. ¶ † Non obſt. fm dum dicebatur, quòd purgatio moræ eſt fundata ſuper æquitate, quia fateor, & dum dicebaẽ, quòd eadem æquitas eſt in emphyteuta priuati, quæ in emphyteuta Eccleſiæ, rñdeo negando, cũ habeat longius tps, quo poſsit ſoluere, q̃ emphyt. Eccleſiæ. Non obſt. d. l. ſi cũ dies. §. fin. qa rñdeo, ꝙ ibi ideo admittitur purgatio moræ ad euadendum pœnam, eo quia ibi dies tacitus erat incertus. ſ. arbitrio iudicis, put ibi tenet gl. in verbo modicũ. hic aũt dies tacitus erat certus. ſ. triennij, & illum potuit emphyteuta præuidere, nimirũ ſi ſibi non ꝓceditur purgatio morę, prout qñ eſt incertus. d. l. ſi cùm dies. §. fi. ¶ Non obſt. quartum, & vlt. dum dicebatur, qđ ſi permittitur purgatio moræ emphy. Eccleſiæ, q̃ aliàs eſt multũ priuilegiata, quanto magis debet permitti emphyteutæ priuati, qui non eſt ita priuilegiatus, quia rñdeo, qđ ideo in emphy. Eccleſiæ permittitur purgatio moræ, eo quia in hoc grauatur, ꝙ fauore Eccleſiæ habeat breuius tempus ad ſoluendum, nimirum ſi in alio alleuiatur, vt poſsit morã purgare, qđ ſecus eſt in emphy priuati. ¶ Ad d. c. potuit. vltra reſponſiones ſuperius datas poteſtis ẽt aliter dicere, qđ ibi eſt ſpãle nedum in emph. Eccleſiæ, ſed ẽt in foro Eccleſiæ, quæ non eſt ita prona ad pœnas, & iſta fuit ſolutio Ang. & Imo. in d. l. ſi inſulã. & ante eos Iac. de Bel. in d. §. ſcire aũt. & ſentit Bal. in Auth. qui rẽ. in princ.
81 de ſacroſ. Eccl. ¶ † Vel aliter rñdeo, & plenius, quòd text. in d. c. potuit. procedit de æquitate canonica, fm quam omni caſu indifferenter permittitur purgatio moræ. vt c. ſuam. aliàs tuã. ext. de pœ. fm vnum intellectum ad illum tex. quẽ ponit Hoſt. in ſum. in tit. de arbi. in §. ſed qualiter. in verſi. ſed nunquid religioſi. quem ẽt tenet Bal. in l. qui crimen. in 6. q. j. qui accuſ. non poſ. idem ẽt tenet Bal. in l. ſi pacto quo pœnã. s. de pac & Can.
82 maximè Imo. in c. dilecti. ext. de arbi. ¶ † Per iſta ꝓcludo, quòd emphyteuta priuati ſi ceſſauerit triennio à ſolutione canonis, non poterit poſtea ſoluendo moram purgare, & ꝓnr, quod d. c. potuit. non habeat locũ in emphy. priuati, & remanebit iſte
83 paſſus plenè examinatus. ¶ † Nũquid aũt emphy. priuati ſi alienauerit rẽ emphy. irrequiſito dño ꝙ. l. fi. j. eo. poſsit poſtea illã redimendo moram purgare, & an ſi ſit denunciatum dño ꝑ emphy. volentẽ ius ſuum emphy. aut ſua melioramẽta alienare, quo caſu debet expectari dñs per duos menſes, iuxta. l. fin. j. eo. qđ tranſactis duob. menſib. poterit dñs moram purgare, de
84 vtroque dicam in d. l. fin. j. eod. vbi melius cadit. ¶ † Trigeſimò quæro iuxta proximam qõnem, intra q̃tum tps poſsit emphy.
d moram ſuam d purgare, ſaltem emphy. Eccleſiæ, quia in priuato tenui. s. in q. proxi. non admitti purgationem moræ. text. in d. c. potuit. ſimpliciter dicit celeri ſatisfactione, ibidẽ gl. vlt. lo-
e co tenet, qđ ſtabitur arbitrio iudicis, e cum tps illud non reperiatur

ADDITIONES.

a ¶ Idem vult ipſe Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte. in pe. col. ff. de no. ope. nunc. idẽ vult Dec. conſi. 146. in 3. col. PARPA.

b ¶ Geminatio moræ. Adde l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. & Doc. in c. potuit. de loca.

c ¶ Priuati. Adde, quod hanc ſequitur, & communem dicit Rip. in l. ſi inſulam. nu. 51. 64. ff. de verb. obl. PANCIR.

d ¶ Adde Ambr. de Vignate in Auth. Qui rem. in 2. col. ſupra de ſacroſ. Eccl. Ful. in conſi. 7. in 4. col. ver. ad ſecunda. PARPA.

e ¶ Stabitur arbitrio iudicis. Adde l. 1. & ibi Doc. ff. de iu. delib.

Source : BIU Cujas

ratur à lege expreſsè taxatum, per regulam.l.1.§.fin. ff. de iure deliber. & l.1.§.effractores.ff.de effrac.& expil.Spe.verò.in d.§. nunc aliqua.in ver.83.ad fi.tenet, ꝙ admittatur purgatio morę antequam fuerit ab emphy.exactum in iudicio, vel extra. arg. c.de multa.extra de præben. imò notabilius ſecundum eum dicitur emphy.ſibi celeriter prouidiſſe, etiam ſi fuerit in iudicio, vel extra iudicium exactus, ſi tamen ſtatim ſine termino, & ſine dilatione perſoluit,& iſtam opin.etiam tenent Inno. & Io.And.in d.c.potuit.vos autem omiſſis varijs opi.Can.in hoc poſitis in d.c.potuit.tenete vltimam opi.glo. ibi, quod referat
a ad modicum tempus [a] arbitrio iudicis conſiderandum, qui inſpecta qualitate perſonarum,& circunſtantiarum aliter, & aliter arbitrabitur,nam in emphyteuta diuite, & valde pecunioſo minus tempus debebit arbitrari, quàm in non diuite, & non pecunioſo,& ita tenet D.Card.in d.c.potuit.& ibidem ſequitur Imo.in 15.col.& ſequẽ. vbi etiam ſubdit ipſe Imo. ꝙ ſi iſtud fuerit in dubium reuocatum, & iudex malè fuerit arbitratus,quòd poſſet appellari,per id quod legitur,& no.per Io. And.& Doc.in c.ſuper his.extra de accuſ. & quod habetur in l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſignifi.& ad prædicta, quòd ſtetur arbitrio iudi.infra quantum tempus poſſit mora purgari, adde Abb.in 2.vol.conſi.in conſi.67.inci.in cauſa, quæ vertitur. in 2. col.Pet.de Anch.in conſi.420.inci.quidam ſer Ant.in 3.col.in
b 3.dubio, [b] vbi inquit, ꝙ non debet iudex arbitrari de biẽnio, vel triennio,ergo ſentit, ꝙ de vno,vel duobus menſibus bene
85 haberet iudex arbitrari.† Trigeſimoprimò quæro, iuxta duas
c proximas quæſtiones,quid ſi dominus [c] poſt tempus elapſum petat penſionem ab emphy. & emphyt. deneget rem eſſe Eccleſiæ,vel ſe eſſe emphy.an vlterius poterit ſibi prouidere purgando moram,an vero per iſtam negationem perdiderit beneficium iſtud purgandi moram, ꝙ aliàs habet emphy.Eccleſiæ? Spe.no.in d.§.nunc aliqna.in ver.83.tenet, ꝙ ſic, adhoc vide quæ dicam.ĵ.in ſeq. q. Tamen ad huius deciſionis veritatẽ eſſet primò videndum,prout etiam ibi dicit Io. Andr.in addi. an dominus poſt lapſum tempus petendo ſimpliciter penſionem ſibi præiudicet,ita ꝙ videatur remiſiſſe ius caducitatis, ſi non expreſsè proteſtatur ſaluum eſſe ſibi ius caducitatis, conſequenter ius expellendi emphy.de quo dicam.ĵ.in gl.mag.ſu
86 per verbo repellere.in 3.parte,vbi opportunius cadet. ¶† Trigeſimoſecundò quæro,nunquid emphy.requiſitus,quòd ſolueret canonem,ſi negauerit rem eſſe emphy. vel ſe eſſe emph. & conuincatur de mendacio, an per talem negationem perdat ius emphy.& conſequenter cadat à iure ſuo emphy? Sol. Inn.in c.cæterum.extra de iudi.tenuit, ꝙ ſic, quando ſcienter negaret ſe eſſe emphy.& poſtea conuinceretur de mẽdacio, ſecus ſi ignoranter,& fuiſſet iuſta cauſa ignorantiæ, puta quia hæres alterius,iuxta l.qui in alterius.ff.de reg.iur.iſtud idem tenet Ang. in l.ſi.in 1.col.per illum tex.ff.de rei vend. ibi dicit idẽ eſſe in vaſſallo,& ad hoc vltra eum eſt tex.de vaſſallo negante rem eſſe feudalem, ꝙ hoc ipſo ſi conuincatur de mendatio perdat feudum.in c.vaſſallus.el primo,ſi de feu. defun. contẽ. ſit inter dom.& agn.& ad id quod dixi de emphy. ꝙ ita demũ
d per negationem amittit ius emphy.ſi ſcienter negauerit, [d] addite fortius, ꝙ non ſufficeret ſcienter negare,ſed requiritur, ꝙ neget per dolum,vel latam culpam,vt eſt tex.no.in d.c.vaſſallus.el primo.quem Bal.ibi in 1.col.ad hoc no.& gl.in §.ex maleficijs.ver.item mixta.in verbo diſtulerit.in princ.inſti. de act. & gl.in d.l.ſi.ff.de rei ven.Bar.in l.eũ qui.in prin.ff.de iureiur.in vlt.col.circa prin.¶ Puto tamen in terminis noſtris in quæſtione prin.quòd emphy.ſi negauerit ſe emphy.& conuincatur de mendacio, quòd tamen non perdat ius ſuum, iſtud primò in terminis tenet Bal.in d.c.vaſſallus.el primo.in 2. col. vbi dicit,
e ꝙ pœna illius c.volentis. ꝙ vaſſallus negans [e] feudum, ſi conuincatur de mendacio,perdat ius feudi,non habeat locum in emphy.vel liuellario,eo quia ſecundum eum leges pœnales, vt eſt illud c.non debent trahi ad caſus non expreſſos. d. §. ex maleficijs.ver.item mixta.cum gl.per hoc apparet illud.c.non obſtare.Non obſt.etiam d.l.ſi.ſuper qua ſe fundat Ang.quia illa l. non loquitur de amiſſione alicuius iuris, ſed tantum de amiſſione poſſeſsionis,quia ibi dicitur, quòd ſi conuentus rei vend.neget ſe poſsidere,& conuincatur de mendacio, perdit beneficium poſſeſsionis,de amiſsione iuris verbum nullum, & iſta fuit ſolutio ad illum tex.in alia q.quam proximè ſubijciam.Io.And.in addi.Spec.in d.§.nunc aliqua.in verſ.65.& vi-
87 dete,quod dicam in ſeq.q. ¶† Trigeſimotertiò quæro,quid ſi
f aliquis habet [f] rem in emphy.ab Eccleſia,vel à priuato, & ab ea conueniatur rei vend.iſte emphy.conuentus negat rem eſſe Eccleſiæ,deinde poſtquam eſt probatum de dominio,dicit ſe illam habere iure emphy.ab Eccleſia, nunquid debeat audiri iſtud ius emphy.allegans, an verò dicatur illud perdidiſſe p negationem primam,quam fecit negãdo rem Eccleſiæ, quaſi videatur voluiſſe ſubuertere ius directi dominij, quod recognoſcere debuerat,vt ſupra dixi in 22.q.ni fallor,& differt iſta quæſtio à proximè p̃cedenti,quia ſuperius emphyteuta negabat ius emphyteuticum,hic autem ius directi dominij.Spe.in d.§.nunc aliqua.in verſi. 65.multa allegat ad partes,& finaliter concludit, ꝙ per talem negationem perdat ius ſuum emphyteuticum,& ita videtur tenere Alb.hic in 11.col.ad eum ſimpliciter ſe remittens.Io.And.ibi in addi.dixit melius, quòd iura allegata per Spec. non loquuntur de amiſsione alicuius iuris, ſed ſolius poſſeſsionis,maximè.d.l.fi.ff.de rei vend. & iſtud eſt verius,quòd per talem negationem perdat ſolùm poſſeſsio-
88 nem,prout etiam tenui ſupra in præcedenti q. ¶† Trigeſimo-
g quartò quæro,emphyteuta vadit vagando [g] per mundum,& neſcitur vbi ſit,& an ſit viuus,vel mortuus, nullis relictis filijs, nullis nepotibus,dimiſit tamen procuratorem, qui quolibet anno debeat ſoluere fictum Eccleſiæ,modo Eccleſia non vult accipere cenſum ab iſto procuratore, propter dubium mortis, procurator autem vult ſtare in poſſeſsione, donec certificatus ſit de morte,quæritur quid iuris.Spec.in d.§. nũc aliqua. in ver.194.refert opi.& nihil clarè firmat,videtur tamen inclinare in eam partem, ꝙ ſi emphy.abfuerit triennio,licèt penſio ſemper ſoluta fuit, ꝙ dominus vtetur iure ſuo, & rem poterit vendicare,arg.l.ſi ita pater.& l.ſi filius. ff.de ritu nup. quæ iura parum facerent,quia loquuntur in materia valde diuerſa, & eis eſt derogatum per Auth.hodie.C.de repu. item contra determinationem Specu.facit text.in l.nec nos.infra de captiuis.
89 † quia ille,qui nititur,& fundat [h] ſe ſuper morte alicuius, debet
h eam probare,ſaltem per famam,aliàs præſumitur in dubio viuere.l.ſi quidem.& ibi no.ĵ.ſolu.matr.& l.2.§.ſi dubitetur. ff. quemad.teſt.aper.Bal.verò in Auth.qui rem.ad fi.ſ. de ſacroſ. Eccl.tenet recurrendum eſſe ad cõiecturas, vbi verò nihil omnino appareret,tenet pro Eccleſia, ꝙ Eccleſia poſsit rem illã vendicare per tex.quem reputat ad hoc no.in l.cũ domini horeorum.ff.loc.& dicit ſe mirari, ꝙ Spe.illam.l.non allegauerit. ſed certè, prout etiam dicit Fulg.in d.Auth.qui rem. illa. l. nihil facit,quia loquitur, quando non tantum erat abſentia,ſed ẽt ceſſatio ſolutionis,cæterum ſi eſſet q̃ pro abſente ſolueret, vt in terminis noſtris,nequaquam loqueretur.l.illa. ¶ Et propterea q̃is in dubio tenenda ſit opinio, quæ facit pro Eccleſia,iuxta.l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.funer. Puto verius eſſe, ꝙ cùm Eccleſia ſe fundet ex morte, ſi ceſſarent coniecturæ mortis alio non apparente, qđ Eccleſia non poſſet rem vẽ dicare ab illo procuratore,qui ſoluit pro abſente, ꝙ in priua-
90 to puto expeditum. ¶† Trigeſimoquintò quæro,pone emph. fecit multa melioramenta in re emphy. quæ aſcẽdunt ad magnam quantitatem,deinde ceſſauit triennio à ſolntione canonis,quo caſu ſi dñs vult poteſt eum expellere,& perdit omnia melioramenta,vt ſ̃.dixi in tex.in 7.no.demum iſte dñs remiſit caducitatem emphy.nunquid ſi ipſum ius emphy.& meliora menta aſcendant vltra ſummam quingentorum aureorũ, nũ quid ad hoc,vt talis remiſsio valeat,requiratur inſinuatio,iuxta formam.l.ſi quis argentum.ĵ.de don.& l.illud.ſ̃.de ſacroſan. Eccl.& l.Modeſtinus.ff.de don? Sol.Bal.in c.1.circa prin. in tit. quid iuris,ſi poſt alie.feu.vaſſallus illud recuperet.in vſi.feu.tenet, ꝙ non requiratur inſinuatio,quia iſta dr̃ potius indulgẽtia q̃ vera donatio.allegat.l.in ædib.§.1.iuncta. d. l.Modeſtinus.ff.
91 de don.iſtud idẽ tenet ẽt ipſe Bal.in l.ſi mulier.ff.de ꝙd.ob cau
i ſam. ¶† Trigeſimoſextò quæro,quid ſi emphyt.promiſit [i] ſoluere

ADDITIONES.

a ¶Ad modicum tempus. Adde quod dicatur modicum tempus. gl. ſi. in c.1.de reb.eccl.non alie.& l.1.ff.ſi quis cau.

b ¶Vide Bal.conſi.21.in 1.vol. PARPA.

c ¶Quid ſi dominus. Adde Doc.in c.2.de preca.

d ¶Vide Iac.in trac.feu.in gl.dictique vaſſalli promiſerunt.ver.11.cauſa.fo.32. in fi.cum ſeq. PARPA.

e ¶Quod vaſſallus negans. Adde, an iſte ſit priuatus ipſo iure, dic quòd non, ſed requiritur ſententia,quia tex.in d.c.vaſſallus.vtitur verbo futuri temporis, vt no.in l.in criminali.C.de iurisd.omn.iud.& Doc. in l. iubemus nulli.C. de ſacroſan.Eccl.An autem iſte vaſſallus poſſit pœnitere, & reuocare hanc negationem,dic,quòd ſic,vſque ad ſententiam,ſecundum Iac.de Belui.in d.l. in criminali.

f ¶Quid ſi aliquis habet. Adde Spe.tit.de depoſ.in §.8.ver.ſed ſecundum. Doc. in l.ſi quis.C.de reb.cred.Doc.in c.per tuas.de proba.

g ¶Emphy.vadit vagando. Adde per Can.in c.quoniam frequenter. in §. ſiue, vt lit.non conteſt.

h ¶Qui nititur,& fundat. Adde gl.in c.quoniam.1.§.finautem. & ibi Docto.vt lit.non conteſt.Io.And.in addi.Spe.in tit.de no.cri.in §.fama.ver.quid ſi agẽti.Doc.in c.in præſentia.de ſponſ.

i ¶Quid ſi emphyteuta promiſit. Adde gl.& Doc.in c.conquerente.de off.ord. Io.And.ſuper rub.de conceſ.præben.Doc.in c.quis ignoret.32.q.4. Anto.de But.& Io.de Imo.in c.quanto.de iureiu.

Source : BIU Cujas

nere penſionem in certa moneta groſſa, quæ currebat tunc tẽ pore celebrati contractus, deinde illa moneta eſt variata, quia decreuit eius valor, emphy. vult ſoluere de illa moneta iuxta antiquam æſtimationem ſecundum formam contractus, dominus autem recuſat recipere, & vult de moneta noua, vel antiqua ſecundum præſentem æſtimationem, quæritur, quid iuris. Alb. de Roſchis in 12. col. format hanc quæſtio. & multa iura allegat ad partes hinc inde, finaliter videtur concludere, ꝙ dominus poſſit compelli ad recipiendum monetam antiquã iuxta antiquam æſtimationem, & ſic tenet Alb. quòd debeat attendi tempus contractus, & non ſolutionis, & idem ſi valor pecuniæ creuiſſet, & hoc niſi antiqua moneta eſſet in totum mutata, vel in vſu amplius non haberetur, vel eſſet reprobata, quia tunc æſtimatio deberetur attento tempore celebrati cõtractus, per multa iura hic alleg. per eum, iſta eſt alia q. notata per Legiſtas & Canoniſtas in varijs locis infra allegandis. ¶ Secundum tamen, ꝙ *magis communiter tenetur*, & concluditur in locis. ℣. allegandis, dicite paucis pro nunc, ꝙ aut mutata eſt antiqua moneta in materia, vel in forma, aut verò non eſt mutata materia, nec forma, ſed eius qualitas, hoc eſt eius valor: primo caſu, ſi quidem reperitur de moneta antiqua, & eius curſus non ſit reprobatus, poterit de illa moneta antiqua ſolui. Si verò illius curſus ſit reprobatus, tunc debebit ſolui de moneta noua, ſecundum tamen æſtimationem antiquæ mònetæ, vtrunque expreſsè dicitur in c. olim cauſam. & in c. cùm canonicis. extra de cenſi. ¶ Secundò verò caſu, quando mutata eſt pecunia, vel moneta in qualitate, vt quia eius valor ſit variatus, tunc aut debitor non fuit in mora ſoluendi, & tunc poteſt ſoluere de illa moneta ſecũdum æſtimationem, quæ currebat tempore celebrati contractus, & ita procedat opin. Alb. ſupra relata, aliàs ſecus. l. vinum. cũ materia. ff. ſi cer. pet. cum aliquib. tamen limitationibus, de quibus in locis nunc allegandis. de hoc videte latè Bar. Bal. Ang. & Cu. in l. Paulus. la prima. ff. de ſol. Bar. & omnes alios in l. cũ quid. & in l. quod te. ff. ſi cer. pet. & Bar. in l. cũ certum. ff. de auro, & arg. leg. & in l. nummis. ff. de in li. iur. Io. de Imo. in l. in ratione. la ſeconda. §. diligenter. ff. ad l. Falc. Spe. & Io. And. in tit. de ſolu. & §. nunc aliqua. verſi. fi. Oldr. in conſi. 13. & in conſi. 38. & in conſi. 168. And. de Iſer. in c. 1. quæ ſint rega. Alb. in vol. ſtatu in 1. par. in q. 140. Bar. in l. acceptam. in 17. q. ſupra de vſur. & in l. illud. ad fi. ℣. de ſacroſ. Ecc. & in l. 2. in princ. C. communia de leg. & in l. ſi quis argentum. in prin. in 3 col. ℣. de don. per Can. maximè per Pet. de Ancha. in cle. ſi beneficiorum. ext. de decimis. & c. 5. vbi per omnes. extra de iureiu. & d. c. olim cauſam. & c. cũ canonicis. vide etiam in materia no. per Bald. in l. voluntas. C. de fideicom. & ꝙ not. Bal. in l. quicunque. ad fi. ℣. de ſeru. fug. & quod no. Bal. in l. fina. ℣. de non num. pec. & circa mutationem monetæ, quod tempus inſpiciatur, an tempus contractus celebrati, an tempus ſolutionis, vide no. Dy. in l. vxori ſuæ. in princ. ff. de leg. 3. & in iſtis locis inuenietis deciſas alias dubitationes, quæ in prædictis poſ

92 ſent occurrere. ¶ †† Trigeſimo ſeptimò quæro, quid ſi emphyteuta eſt Papienſis, & Dominus Mediolanenſis, & ſic ſunt diuerſi fori, nunquid emphyteuta tenebitur portare canonẽ ſoluendum Mediolanum, an verò dominus debeat Papiam mittere pro canone recipiendo? Alb. hic in vlti. colu. format hanc q. poſt Vber. de Bobio, in pulchris terminis. Pone Abb. in Berſello territorij Parmenſis habet emph. in diſtrictu Cremonẽſi, nunquid emphyteutæ tenebuntur portare canonem ipſi domino Abbati ad eius monaſterium, ꝙ eſt in diſtrictu Parmẽſi? & determinat Alb. poſt Vber. ꝙ non, ſed bene, quòd Abbas tenetur mittere ad accipiendum. per l. cùm hi. §. eam. ff. de trãſac. & l. item illa. in prin. cum glo. no. in verbo non venit. ff. de conſti. pec. quæ dicit, ſecus ſi ambo eſſent eiuſdem fori, ꝙ tunc teneretur ire ad domum creditoris, & dicit gl. ꝙ ſic videmus fieri, & conſuetudo ita obſeruat, imò no. ſubiungit Alb. hic, ꝙ ſi in prædictis terminis Abbas non mitteret acceptum, quòd illi emphyteutæ poſſent deponere in diſtrictu Cremonenſi, & ſufficeret, & idem in terminis noſtris, quòd quando dominus, & emphyteuta non ſunt eiuſdem ſori, quòd emphyteuta non teneatur ire extra locum fori ſui, tenet Bart. in d. l. item illa. in prin. in 2. col. vbi etiam confirmat id, quod dictum eſt, quòd ſi emphyteuta, qui debet canonem ſoluere pro re emphyt. eſſet alterius fori, ſufficeret, ꝙ in die, in qua debet ſoluere, quòd ipſe emphyteuta in domo ſua diceret, ego ſum paratus ſoluere iſtum canonem, ſi eſſet qui reciperet, & hoc faciat ſcribi per inſtrumentum. ¶ Iſtud etiam tenet Bal. quamuis per alios alle getur contrarius, in l. acceptam. in 12. q. ℣. de vſur. vbi hoc ſing. limitat, niſi cenſus ille, qui ſolueret, eſſet modicus, puta vnius nummi, vel duorum, quia ſi creditor deberet ire ad debitorẽ, certè haberet plus incommodi, quàm vtilitatis, & ita dicit tenere Inn. in c. ſignificante. ext. de pig. & de iſta materia vide latiſſimè Can. maximè Pet. de Anch. & Imo. in d. c. ſignificante. & no. Bal. in l. fi. in 2. col. ℣. de condi. inſer. & in l. fi. §. præterea. ℣. de iu. do. impe. & in l. ſuus quoque. §. puto. ff. de hære. inſti. & in l. ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruos. ff. de leg. 1. Abbas Pan. in c. licèt Heli. extra de ſimo. aliàs in c. ex parte. extra de cenſi. Ang. de Aret. inſti. de act. in §. præterea quaſdam. & quòd no. Bar. in l. cùm filiusfam. §. fi. & ibi Bal. Ang. & Imo. ff. de verb. obl. Bar. & Imo. in l. ſi ſeruum. §. nunc videamus. co. tit. Lud. Rom. in l. dedi. §. qui mulierem. ff. qui ſatiſd. cog. Ang. in l. ſpatium. ff. de edend. ¶ Et in dictis locis inuenietis aliquas alias limitationes ad concluſionem prædictam. vltra illam not. limita. Bald. proxi. relatam, quam etiam limitate non procere in primitijs, ſeu decimis ſoluendis ſacerdoti, quia illas tenentur ruſtici in horrea cleri corum deferre. vt inquit glo. not. in c. reuertimini. ſuper v e i b o horrea. 16. q. 1. & glo. in c. decimas quas in vſum, ꝙ eſt cap. 1. in verbo horreum. eadem cauſa. q. 7. & eſt tex. no. cũ gloſ. ſecundum Imo. & Lud. ibi in l. ſtipulatio iſta. §. inter certã. ff. de verb. oblig. & videte aliam limi. per Bar. in l. 1. ff. de alim. & cib. lega. quam ſequitur Imo. in c. in dicante. in 3. char. extra de teſt. Ang. in l. cùm hi. §. fi. ff. de tranſa c. Item videte, ꝙ no. Bart. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi libertis. in fi. ff. de iud. & vide, quod dicam. ℣. in

93 ſeq. q. ¶ †† Trigeſimo octauò quæro, iuxta proxi. q. quando dominus, & emphy. dicuntur eiuſdem fori, an intelligantur eiuſdem fori reſpectu ciuitatis, an reſpectu vniuerſalis territorij, puta vnius ducatus. Bar. in d. l. item illa. in pe. colum. reſtringendo paucis eius dicta concludit no. quod dicantur eiuſdem fori, quando vterque habitat in eadem ciuitate, vel in eodẽ comitatu, & propterea, ſi dominus habitaret in ciuitate, & debitor in comitatu multum remoto, & tædioſo, non teneretur portare ad domum creditoris, niſi comitatus eſſet ſub iuriſdictione illius ciuitatis, vt ibi latius per eum, quem totum videte. ¶ Et notate diligenter ad terminos noſtros illud, quod ſing. vult Bar. in illa. l. item illa. in 2. colum. in ver. tu diſtingue latius, &c. ꝙ ad terminos noſtros dominus diceretur eiuſdem fori, quando eſſet illius, in quo res emphyt. eſſet ſituata, ita qđ reus deberet ire ad domum creditoris poſito, quòd alibi haberet ſuam habitationem, vel ſuum domicilium, quod idem bene

94 no. ¶ †† Trigeſimonono quæro, iuxta prædictas deciſiones, pone, quod emphyteuta, & dominus ſunt diuerſi fori, tamen emphyteuta expreſsè promiſit ſoluere ad domum creditoris, deinde creditor mutauit habitationem, nũquid, tenebitur virtute pacti portare ad hanc domum, quam de nouo mutauit? Bald. in l. acceptam, in 14. qõ. ℣. de vſur. concludit, ꝙ ſi per hoc non expendatur plus, vel parum plus quàm prius, tenetur, ſecus ſi nimis, vt quia mutaſſet ciuitatem, per text. not. in l. Meuia. §. fi. ff. de ann. leg. iſtud idem tenent Bal. & Imo. in l. cùm fi-

95 liusfam. §. fi. ff. de verb. oblig. ¶ †† Et circa hanc deciſionem vnũ perpetuò notate, ꝙ ſi emphyteuta, vel alius debitor promiſit mihi ſoluere in certo loco, & ab illo loco ſim poſtea exbannitus, vel relegatus, iſto caſu tenebitur mihi ſoluere in alio loco, & ita poteſt cogi ad ſoluendum, & illud portare, tex. eſt cũ gl. ſolenni in l. vſuras. & ibi Bar. & Bal. C. de ſolu. & idem dicite ex omnibus caſibus ibi enumeratis in glo. ſecundum Barto. &

96 Bald. ibi, & ita limitate iſtam deciſionem. ¶ †† Quadrageſimò quæro iuxta proxi. q. & maximè trigeſimam ſeptimam, vbi dictum eſt, quòd quando emphyteuta eſt diuerſi fori, quod nõ tenetur portare canonem ad forum domini. Pone, quòd iſto caſu vult emphyteuta ſoluere in foro domini tantum, nunqd poſſit inuito domino? iſtud in ſpecie non inuenio tactum, cõcludo tamen, quod ſic, per id, quòd in ſimili no. Bal. in d. l. acceptam. in 12. q. in fi. vbi tenet, quod quando conuentum eſt, ꝙ debitor ſoluat in foro ſuo, poteſt tamen ſoluere in foro creditoris eo inuito, niſi locus ille eſſet deſtinatus fauore creditoris, vel vtriuſque, allegat no. in d. l. vſuras. ℣. de ſol. & in l. 1. in ratione ſui. ℣. de ſer. expor. ¶ Quadrageſimo primò quæro, iuxta p̃dictam. 32. q. in qua vidiſtis, ꝙ quando dominus, & emphyt. ſunt eiuſdem fori, vt quia dominus habitat in ciuitate, & emphyteuta in comitatu, vel villa, quæ ſit de iuriſdictione ipſius ciuitatis, quod emphy. teneatur portare ad domum domini.

97 ¶ † Quæro ergo in iſtis terminis, pone, ꝙ emphyteuta teneatur annuatim ſoluere decem ſaccos frumenti, cuius ſumptib. tenebitur portare, puta, quis tenebitur ſoluere vecturas? Bar. in d. l. item illa. in princ. in vlt. colum. ff. de conſti. pecu. non clarè attingit hunc caſum, tamen ex verbis eius ſatis videtur decidi, ꝙ talis expenſa ſpectet ad emphyteutam, & idem magis apertè tenet Bal. in d. l. acceptam. in 11. q. vbi fortius vult, quod

a etiam tenebitur emphyteuta ſoluere gabellam, a ſeu datium, per

ADDITIO.

a ¶ Emphy. ſoluere gabellam. Adde per Bertach. in trac. de gabellis.

Source : BIU Cujas

per tex.in arg.in l. mediterraneæ.in ver.diſpendij. C. de ann. & trib.lib. 10.& ad iſtud de gabella,vide quod no.Bar.in l. j. ad fi. ff.de alim.& cib.leg.Imo.in c.indicante.in 3.char. ext. de teſta. & ad id,quòd dictum eſt cuius expenſis,videte quod no.gl. & Bar.in l.ſi hæres damnatus ſit.ff.de vino,& tri.oleoque lega. &
98 Bar.in d.l.1.de alim.& cib.leg. ¶†Quadrageſimoſecũdò quæro,nunquid ſicut emphyteuta propter ceſſationem ſolutionis poteſt expelli,ita etiam poſſit expelli propter rei deteriorationem,ſi deteriorauerit rem acceptam in emphy? In emphy.Eccleſiæ clarum eſt,quòd ſic,tex.eſt in Auth.qui rem,& vnde ſumitur,ſupra de ſacroſ.Eccle.dicite tamen idem in emphy.priuati,ſecundum Pet.Cy.& Gul.de Suz.in d.Authẽ.qui rem. & Bal.in l.diuortio.in §.ſi fundum.& ibi alios Moder.ff.ſolu.ma-
a trim.[a] ¶Et idem tenent Bal.Saly.& Pau.de Caſt.in d.Authen. qui rem.quamuis cõtrarium teneat Imo.ſub dubio fortè in d. l.diuortio.§.ſi fundum.quia hoc ſpecialiter cautum reperitur in emphy.Eccleſiæ.in d.Auth.qui rem.ſed in alio emphyteuta priuati iſtud non reperitur. Quid autem ſit in vſufructuario deteriorante rem.& quid in feudatario,vide Pau. de Caſt.in d. Auth.qui rem.Bal.in c.1.§.pen.per illum tex. de pace tenen.in vſib.feu.vide,quod dixi remiſſiuè in l.j.ad fi.in pe.q.ſ̃. eo. dum tetigi,an emphy.ſi incidat arbores fructiferas, poſſit ob hoc expelli.¶Dicit no.Bal.in d.Auth.qui rem.in j.colum. quòd ad hoc,vt emphy.propter deteriorationem rei poſſit expelli,tria copulatiuè requiruntur.Primò, quòd ſit deterioratio notabilis quantitatis, nam pro modica deterioratione non fieret reſciſſio contractus,per l.ſcio.ff.de in integ.reſti. Secundò,quod ſit ad perpetuam deteriorationem fundi, non ad curam fructuum, quia compendium fructuum pertinet ad emphyteutam,& ideo non intereſt domini,ſed bene perpetua vtilitas,& ideo ſecundum eum quamuis emph.non colat ſolicitè agrũ, & ager efficiatur deterior reſpectu fructuum, non poteſt expelli.Subdit tamen,& no.ſecus eſſe in vinea, quia ſi vineæ non putantur,ſiccantur,& in perpetuum deteriorantur,& idem in inciſione arborum fructiferarum,vt ſupra dictum eſt. Tertiò requiritur,quod iſta deterioratio procedat dolo,lata culpa,vel leui,nam de leuiſſima non tenetur emphy.allega.§.ſcire autẽ. cũ glo.in Auth.de non alie. melius facit regula. l. ſi vt certo. §. nunc videndum.el primo.cum glo.ff.commod.quia cùm iſte contractus emphyt. celebretur gratia vtriuſque,debet venire dolus,lata culpa,& leuis,ſed non leuiſſima,vt ibi, & idẽ, quod iſta tria copulatiuè requirantur ad hoc,vt emphy.propter de-
99 teriorationem expelli poſſit,tenet etiam Bal. in l.3.in pe. colu. ſ̃.loc.& ita conſuluit Fulg.in eius conſi. incip. ſer Anto. de lacru.ſimpliciter ſecutus Bal.in locis prælleg.Vide tamen text. qui videtur contra prædicta aliqualiter facere in l.ſi merces. §. conductor.ff.loca.in verbo ne intempeſtiua cultura deterio-
rem fundum faceret.¶†Quadrageſimotertiò,& vlt.pro nunc quæro iuxta proxi.q.nunquid iſto caſu requiratur ſententia ſuper deterioratione,ad hoc, vt per eam emphyteuta poſſit expelli? Alb.in d.Auth.qui rem.tenet ſimpliciter quòd ſic, & ita dicit tenere Inno.in d.c.potuit. ¶ Veritas huius pendet ab his, quæ latiſſimè vidiſtis ſupra in textu. in 5. notabili. & ex ibi dictis conclude contrarium,quòd non requiratur ſentẽtia, quia quando emphy. ceſſauit tempore ſtatuto ſoluere ad hoc, vt poſſit expelli, non requiritur ſententia, vt ibi latè firmaui, ergo nec quando damnificauit,cùm iſti duo caſus parificentur, in d.Auth.qui rem.¶Præterea & fortius, ſi non requiritur ſententia,quando emphy.ceſſauit ſoluere,& ſic minus deliquit in omittendo, quanto minus requiretur ſententia, quando grauius deliquit in damnificando,& ſic faciendo, vt ibi dixi. Iſtæ quæſtiones ſufficiant pro nunc.Circa hanc gl.multas alias qõnes in materia videbitis.ſ̃.& ſeq.gl.maximè in gloſſ.magna. in ver.repellere.vbi gl.plures quæſtiones format, quaſdam alias vidiſtis.ſ̃.in tex.in 5.& 6.no.Iſta hic recollegi ſimul, quia alibi melius non cadebant.¶Capio gloſſ.magnam in ver.repellere. quam diuido in nouem partes prin.prout 9. q.in ea formãtur. Secunda ibi,ſed quid ſi fecerit pactum.Tertia ibi,item ſi trien nio elapſo.Quarta ibi,item quis probabit.Quinta ibi,item, qd ſi emphy.promiſit.Sexta ibi,item ſi ſemel pœna eſt exacta.Septima ibi,item ſi promiſit pœnã.Octaua ibi, item quid ſi emphy.Nona,& vlt.ibi,item quid ſi aliquid emphy.non poſſidẽs. ¶In ea.gl.ibi.l.colonus.ſecundum Barto. tenetis ex hac prima
100 parte prin.huius gl.tres princip.conclu.¶†Prima eſt,q̃ domi
b nus poteſt propria authoritate [b] expellere emphy.qui triẽnio ceſſauit ſoluere canonem emphyteuticum. Adde pro ampliatione iſtius conclu.quòd dominus finita emphyt. põt ſtatim ſine aliquo termino,ſiue inducijs emphy.expellere,nec habet terminum, qui datur à iudice,ita no.Bal.in c.1.per illũ tex. de conten.inter dominum,& ſi. de inueſt. feu. & ad hoc vide, quod no. Ang.in l.eſt differentia.ff.in quib.cau.pig.ta.cõtraha.

¶Secunda conclu. eſt, q̃ ſi dominus fortè aduerſarium timẽs nolit eum propria authoritate expellere,ſed cũ authoritate iudicis,quòd requiritur libellus.¶Tertia,& vlti.conclu.eſt,quòd quando emphy.interuerterit poſſeſſionem, quia vbi poſſidebat tanquam emphy.modo ſuo nomine poſſidet, quia tunc dominus non poteſt eum propria authoritate expellere. Circa primam conclu.gl.aduertendum eſt, ſecundum Pet. Cyn. Ang.& Saly.quòd dum glo. dicit,ſed melius.poteſt dupliciter intelligi.Primò,quòd iſta dictio melius, ſtet comparatiuè, & erit mens gl.q̃ dominus poteſt expellere emphy. qui ceſſauit triennio ſoluere propria authoritate, & per authoritatem iudicis.poteſt & ſecundò intelligi, quòd ſtet electiuè,& tunc ſenſus glo.erit in totum contrarius,quòd dominus non poſſit propria authoritate expellere,ſed bene cum anthor.iudicis.¶Pro clara ergo intelligentia reaſſumo in dubium, nunquid dominus poſſit propria author.expellere emphyteutam,qui triẽnio ceſſauit ſoluere,& quia paſſus iſte eſt dubius multum,& valde diſputabilis,intendo illum plenè excutere. In hoc ergo pũcto inuenio varias Doc. ſententias,quot penè dixerim Scribentiũ capita.¶Prima fuit opi.gl.noſtræ hic,poſt Mar.& Bul.ſecũdũ veram mentem gl. quòd ſic, quòd dominus poſſit authoritate propria expellere.Idem etiam effectualiter tenet glo. in d.c. potuit.in gl.pe.& idem Imo.& Io.And.dum dicunt,quòd melius,& tutius eſt cum authoritate iudicis, volunt ergo, quòd dominus de iure poſſit propria authoritate,licèt melius,& tutius ſit hoc facere cum iudicis authoritate. Idem tenuit Azo in ſumma huius tit.idem tenent Iac.But.& Oldra.prout refert Alb.hic in 1.col.in fi.eandem opi.tenet Ray.de Forl.hic, prout refert Io.de Imo.in d.c.potuit.in 23.col. ¶Pro hac parte adducitur in primis hic tex.in ver.[volenti.]& in verſi. [ſi dominus voluerit,]vbi eſt tex.quòd ſi dominus vult,poteſt repellere emphy.qui triennio ceſſauit à ſolutio. ſi ergo poteſt repellere, ſi vult,ergo propria authoritate, iſta conſequentia ponitur per Iuriſc.in l.3.§.cùm igitur.ff.de vi,& vi arma. ¶Secundò ad idẽ adducitur tex.in §.ſcire autem.in Auth.de non alie. ¶ Tertiò ad idem.§.ſi verò quis aut locator.in Auth.de ali.& emph. cũ
c ibi no.per glo.[c] ¶†Quartò & vlt. adducitur ſimile in colono,
101 vel conductore,quem biennio non ſoluentem poteſt dominus propria authoritate expellere.l.ædem.à contrario ſenſu.ſ̃. loca.l.quæro.§.inter locatorem.ff.eod.firmant Io.And. & alij in c.propter ſterilitatem. extra de loca.Pet.& Cy.hic.Bald.in l. certa eſt forma.ſ̃.vt in poſſ.leg.quamuis Saly.hic in 6.col. contrarium teneat in colono,vel conductore,& malè per tex. in l. conductores.ſ̃.loc.& in l.non ab re.ſ̃. vnde vi. quæ iura nõ obſtant, quia licèt dicant,q̃ ſi conductores recuſant reſtituere rem cõductam finita conductione,incidant in pœnam illarum. ll. ſi perſeuerauerint in contumacia vſque ad ſententiam, non tamen negant,quin dominus poſſit propria authoritate expellere.¶Secunda principalis opi.eſt Pet.& Cyn.hic tenentiũ,quòd dominus nullatenus poſſit propria authoritate expellere emphy.¶Mouentur primò,quia quamuis per ceſſationem triennij emphy.perdiderit dominium vtile, quod habet in re emphy.non tamen perdidit poſſeſſionem naturalem,& ideo non debet ab illa ſua naturali poſſeſſione poſſe expelli authoritate propria,ad hoc facit.l.creditores.ſ̃.de pig.hic alleg.in gl. ¶ Secundò moti,quia hæc expulſio daret materiam rixæ, & ideo effugienda eſt.l.æquiſſimum.in princ.cũ vulg.ff.de vſufruc.& ad hoc.l.non eſt ſingulis.de re iud.¶Tertiò adducunt.l. lex vectigali fundo.ff.de pig.hic alleg.in gloſ.vbi vectigali non ſoluto,& conſequenter quando emphy.cecidit à iure ſuo, nihilominus ibi, non priuatur propria authoritate, imò iudiciaria intentando rei vend. ¶ Subijciunt tamen ipſi, quòd quamuis dominus non poſſit propria authoritate expellere emphy.ratione ſuæ naturalis poſſeſſionis,quam habet, quòd tamen ſecus eſſet in ſimplici colono,vel conductore,qui meram detẽtionem habent, quia dominus bene poſſet eum propria author.expellere,ſi non ſolueret.ſ̃.biennium, vt ſupra dixi in præ
cedenti

ADDITIONES.

a ¶Vide Barba.conſi.36.incip.ſapienter ſcripſit.in 8.col.cum ſeq.in 2.volu.vbi etiam quærit,an ſi conductor,vel emphy.plurium rerum ex vno contractu, & in vna re malè verſatur,an cadat ab omnibus,vide etiam Cor.conſi.67.litera Q.in 2.vol.& ipſum Barb.in l.ſcire debemus.in 6.col.ff. de verb. oblig. idem vult Io.Pet.de Fer.in forma libelli quo agitur ad ficti præſtationem..in ver.ficti dicti temporis.in fi.& Bal.conſi.209.in 2.vol.Mediol.Guid.Papæ deciſ.282.Iac.in trac.feu.in ver.dictique vaſſalli promiſerunt non committere felloniam.fol.33.in 1.col.An autem ex delicto,ſeu culpa ſuorum ruſticorum teneatur emph.vide Iaſ.in l.1.in 3.col.ff.ne quis eum,qui in ius,&c. PARPA.

b ¶An dominus propria author.Adde Abb.in d.cap.potuit.ſuper gl. in verbo. expelli.

c ¶Vide Alex.conſi.106.in 6. col.incip.magnifice.in 3.vol. PARPA.

Source : BIU Cujas

cedenti opi. Iſtam eandem ſententiam tenet Alb. hic in 1. col.
* in fi. qui dicit, quòd *iſta eſt communis opi.* & quòd iſtud eſt expreſſum in libro Nouellarum in ti. de conductorib. & emphy. in ſecunda parte nouellarum. ¶ Iſtam eandem opin. q̃ dominus non poſſit propria author. expellere emphy. contradicentem & nolentem exire, imò reſiſtentem, tenet etiam Saly. hic in 6. col. plurib. fundamentis motus. ¶ Primò, quia ſi dominus non poteſt hodie expellere cõductores inuitos propria autho. d. l. conductores. & d. l. non ab re. & conſequenter non poteſt expellere propria authoritate eos, qui nullum ius, nullamque poſſeſſionem habent, quanto minus debet poſſe expellere emphy. propria authoritate, qui licèt per ceſſationem ceciderit à iure ſuo emphy. non propterea tamen perdidit ſuam naturalem poſſeſſionem, ſed certè, vt ſupra dixi in prima opin. iſtud fundamentum de colono, vel conductore non eſt verum.
302 ¶ † Secundò mouetur per ſimile: nam dominium rei dotalis ſolu. matr. per mortem mariti ipſo iure reuertitur ad vxorẽ. l. in reb. in prin. ff. de iure dot. & tamen non eſt licitum mulieri ingredi poſſeſſionem ſine authoritate iudicis, hæredibus mariti non conſentientibus, vt eſt tex. no. in l. dotis. ff. ſolu. matr. ergo idem dicemus in propoſito, q̃ quamuis emphy. per ceſſationem triennij priuetur iure ſuo emphy. non tamen poſſit dominus propria authoritate eum expellere, & tanto minus cũ per l. ita demum priuetur, ſi dominus velit, & ſic non penitus ipſo iure, vt ſupra vidiſtis in tex. in 5. nota. ¶ Tertiò mouetur p̃ tex. in l. creditores. ff. de pig. alleg. in glo. vbi videtur tex. quòd ſi creditor fecerit pactum de ingrediendo poſſeſſionem p̃pria authoritate, ſi debitor pecuniam tempore conuento non ſoluerit, dicit ibi tex. q̃ quamuis ingrediendo propria authoritate non dicatur vim facere, tamen dicit ibi tex. q̃ poſſeſſionem authoritate iudicis apprehendere debet, intelligendo verbum
a debet [a] propriè, vt ſit neceſſitatiuum. ¶ Quartò mouetur per regulam generalem titu. ſupra ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat. ¶ Quintò per c. licèt. el ſecondo. de præben. in 6. vbi priua-
b tum ipſo iure non licèt Epiſcopo [b] de poſſeſſione expellere, niſi priuatio fieret per ſententiam. ¶ Sextò per no. per gloſſ. in c. commiſſa. de elect. in 6. ¶ Septimò, & vlt. ne detur materia, & occaſio rixas, & rumores committendi. d. l. æquiſſimum. in
c princ. & ſupra induxi. ¶ Hanc eandem opi. [c] nouiſſimè firmat communis præceptor D. Hiero. Tor. qui dicit, q̃ eam teneret in iudicando, motus per fundamenta ſupra proximè relata.
103 † Item mouetur, quia quamuis in aliquibus caſibus lex trãſferat dominium in aliquem ipſo iure, nunquam tamen intelligitur translata poſſeſſio. l. cùm hæredes. in prin. ff. de acquirẽ. poſ. l. commiſſa. ff. de public. gl. no. in l. cũ duob. aliàs ſi fratres. §. idem reſpondet. el ſecondo. ff. pro ſoc. ergo idem dicemus in propoſito, q̃ quamuis emphy. p̃ ceſſatio. priuetur à iure ſuo, non tamen intelligetur ab eo ablata ſua naturalis poſſeſſio, & in alium translata, ſed certè nec alij hoc negant, imò fatentur,
d & diſputant, nunquid emphy. [d] quãuis naturaliter poſſidens, poſſit per dominum expelli, non obſt. ſua naturali poſſeſſione, ita q̃ omnes fatentur per caducitatem non priuari emphy. à ſua poſſeſſione naturali, poſtea ipſemet diſcedit à ſua ſentẽtia, dicendo poſſe diſtingui, prout diſtinguit Spec. in d. §. nunc aliqua. ver. 48. & referã ſtatim inferius. ¶ Addo q̃ pro iſta ſecũda opin. q̃ dominus non poſſit propria authoritate expellere emphy. nolentem exire, imò reſiſtentem, tenet etiam D. Cardin. Flo. in d. c. potuit. prout ibi refert Imo. in 23. col. & dicit ip ſe Card. q̃ iſto caſu nedum melius eſt facere authoritate iudicis, imò etiam eſt neceſſarium emphy. contradicente, & exire nolente, quia tunc ſecundum eum eſt idem acſi alium emph. deiecciſſet, quo caſu poſſit exiens talem contradicentem propria authoritate expellere. Idem ſecundò mouetur, quia quãdo emphy. contradicit domino nolendo exire, videtur interuertere poſſeſſionem, quo caſu interuerſa poſſeſſione non vĩ dominus poſſe ſibi ius dicere, nec p̃pria authoritate expellere, vt hac gl. in tertia concluſione, & habetur in l. non eſt ſingulis.
e ff. de reg. iur. [e] ¶ Tertia principalis fuit opi. Spe. in d. §. nunc aliqua. in verſi. 43. qui poſt varia hincinde adducta, finaliter concludit cum Marti. de Fano in tractatu præſentis titu. q. 5. quòd aut conſtat eum eſſe emphyteutam, & ipſum non ſoluiſſe canonem triennio elapſo, & conſequenter certum eſt eum à iure ſuo emphyteutico cecidiſſe, & iſto caſu dominus poſſit p̃pria authoritate expellere, & ita intelligatur, & procedat prima opi. ſupra relata. ¶ Et vltra Spe. poteſt eſſe ratio huius primi membri, quare dominus tunc poſſit propria authoritate expellere, quia tunc tractatur de mera executione facti abſq; alia cauſæ cognitione, quo caſu lex facit eum executorẽ iſtius meri facti, hoc eſt iſtius expulſionis in re propria, vt hoc text. iuncta. l. deuotum. C. de metall. lib. 12. Aut verò non conſtat, quia emphyteuta negat rem eſſe emphyteuticam, vel negat ſe cecidiſſe à iure ſuo emphyteutico, vel negat elapſum eſſe tempus ad ſoluendum, & tunc quia per talem negationẽ res efficitur dubia, vt lege tertia. infra quibus ad lib. procla. non li. plenè ſcribitur in l. 1. §. de procu. & tunc non poterit ſibi ius dicere, & ſic propria authoritate emphyt. expellere, & eſt ratio, quia tunc non tractatur de mera executione facti, ſed venit examinãdum, an ſit emphy. & an ceciderit, cuius cognitio ſpectat ad iudicem, & non ad ipſum dominum. per totum titu. §. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat, & cum hac opi. videtur tranſire ibi Io. And. in addi. hanc opi. tenet etiam Bal. hic in 5. colu. idem Bal. in d. §. ad hæc. in vlt. col. de pac. iur. fir. in vſib. feudo. vbi formaliter dicit, q̃ ſi culpa emphy. eſſet liquida, & nihil iuridicum allegaret, q̃ tunc dominus poſſet de facto emphy. expellere, aliàs ſecus, & ibi etiam videte per eum, quid in vaſſallo, an dominus poſſit propria autho. auferre feudum vaſſallo, ſed certè prout etiam dicebat Imo. in d. c. potuit. in 22. col. ſi vera eſſet hæc diſtinctio Spe. q̃ per talem negationem res efficeretur dubia, ita q̃ dominus non poſſit emphy. propria authorit. expellere, certè de facili impediretur executio, quæ fieri poteſt propria autho. per hanc ſolam ſimplicem negationẽ verbalem. ¶ Quarta principalis fuit opi. Bar. hic, qui dicit hanc eſſe veritatem, q̃ aut dominus vult totaliter expellere propria autho. emphy. contradicentem, & nolentem exire, & tunc nõ poſſit. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. & ſic in hoc membro Bar. ſtat cum 3. opi. §. relata. Aut dominus non vult emphyt. totaliter expellere de poſſeſſione, ſed vult ingredi, & turbare emphyt. in ſua naturali poſſeſſione, & q̃ poſſit, probat Bart. ſic: nã clarum eſt, q̃ dominus ciuiliter poſſidet rem alij in emphy. cõceſſam. l. malè agitur. ff. de præſcri. 30. vel 40. ann. l. 3. §. ex contrario. vbi gl. & Doc. ff. de acq. poſ. idem Bar. in l. ſi vt certo. §. ſi duob. in fi. ff. commo. ergo ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis debet poſſe ſuum fundum emphy. ingredi. item poteſt emphyteutam turbare, ex quo ab eo vitiosè poſſidet. l. 1. in fi. & ſeq. ff. vti poſ. & ſic vult Bar. quòd quamuis dominus non poſſit emphy. totaliter propria autho. expellere, poſſit tamen ipſum turbare in illa ſua naturali poſſeſsione, & ſi emphy. turbatus egerit interdicto vti poſsidetis contra dominum turbantem, debebit ſuccumbere, cùm iniuſtè videatur tunc à domino poſsidere, poſtquam cecidit à iure ſuo emphy. d. l. 1. in fi. & l. ſeq. ff. vti poſ. & l. vnica. ff. vti poſ. & c. cauſam. extra de proba. cum hac opi. tenet Ang. hic in 2. colu. & ſeq. ¶ Fulg. hic reprehendit iſtam ſententiam Bar. in ſecundo membro motus, quia quantum ad cognoſcendum, an poſſeſsio ſit vitioſa, vel ne, inſpicimus initium poſſeſsionis, an fuerit vitioſum, vel ne de iure ciuili. l. vnica. ver. hoc tantummodo obſeruandum. ff. de vſuca. transfor. vnde cùm in caſu noſtro initium poſſeſsionis nõ fuerit vitioſum, certè vitium poſtea ſubſequens propter caducitatem non debet poſſe concedere domino turbationẽ. ¶ Sed ab iſta impugnatione facilè defenditur Bar. quia d. l. vnica. loquitur quantum ad vſucapionem, ſeu præſcriptionem fiendã ab extraneo, qui ab alio poſſeſsionem non recognoſcit, aliàs vſucapere, vel præſcribere non poſſet. d. l. malè agitur. nos autem loquimur in emphyt. qui poſſeſsionem à domino recognoſcit, quo caſu dominus ciuiliter poſsidens poteſt pro tuẽda ſua ciuili etiam emphy. qui cecidit, turbare in naturali poſſeſsione, quo caſu emphy. qui cecidit ratione huius caducitatis dicitur poſtea ab eo iniuſtè poſsidere, & ideo domino permittitur dicta turbatio, iuribus præalleg. ¶ Vos autem diligentius aduertite ad hanc doctrinam Bart. in quantum in primo membro vult, q̃ dominus ratione ſuæ ciuilis poſſeſsionis non poſsit propria autho. totaliter expellere emphy. quia ipſemet Bar. contra morem ſuum in hoc fuit ſibi contrarius in repet. l. creditores. ff. de pig. in 4. q. prin. in ver. & prædicta vera, quando in inſtrumento, &c. vbi voluit Bar. quòd ratione conſtituti, vel

preca-

ADDITIONES.

a ¶ Verbum debet. Adde gl. in ver. debeant. in clemen. attendentes. de ſtatu monac. gl. in c. 1. 25. q. 1. gl. & Abb. in c. propoſuit. de app. gl. in c. ſi vir. de adult. Bal. in l. creditores. C. de pig.

b ¶ Non licèt Epiſcopo. Adde Bal. in l. Barbarius. in 10. col. ver. ſed quod de ſeruo. ff. de offi. præto. in repe. non in lec. in l. cùm fratrem. in 3. colum. C. de his quib. vt indig. Lud. Rom. in l. is cui bonis. in 3. col. de verb. oblig. Inn. & Doc. in c. cùm noſtris. de conſeſ. præb. Io. And. in c. quamquam. de elec. lib. 6. Rot. deciſ. 24. in tit. vt lit. pen. incip. Titius. in nouiſ. Cald. conſi. 20. in tit. de prœb. idem Cald. in conſi. 4. in tit. de accuſ.

c ¶ Iſtam eandem opi. tenet Guid. Papæ deciſ. 107. vbi dicit, quod de ſtylo dictæ curiæ ſeruatur, & non poteſt propria autho. niſi prius declaratione cõmiſſi facta per iudicem competentem parte vocata. PARPA.

d ¶ Nunquid emphy. Adde in Auth. de alie. & emphy. §. ſi verò quis aut locator. col. 2.

e ¶ Iſtam ſequitur Corn. conſi. 271. 3. vol. PARPA.

Source : BIU Cujas

precarij appositi in pacto de ingrediendo bona debitoris propria author. propter quod constitutum apud creditorem est vtraque possessio, vel saltem ciuilis, tunc si debitor resisteret creditori volenti propria autho. ingredi ex lege conuentionis, & faceret vim, & consequenter spoliaret illa ciuili possessione, certè secundum eum ille creditor posset incontinenti per vim ingredi, expellendo debitorem, quia ista dicitur potius defensio, quàm occupatio, vt no. in simili in l. cùm fundum. ff. de vi, & vi arma. ecce qualiter ibi vult Bart. sibimet contrarius, ꝙ ratione solius ciuilis possessionis licitum sit creditori per vim ingredi, & repellere debitorem resistentem, dummodo incontinenti faciat. [a] Istam contrarietatem Bart. perpendit Imo. in d. c. potuit. in 25. col. & ibi dicit Bar. posse sic concordari, quòd aut emphy. resistit de facto volendo dominum priuare sua ciuili, & tunc pro defensione suæ ciuilis bene licitum sit domino propria auth. repellere emphy per ea, quæ habentur in l. 3. §. cũ igitur. ff. de vi & vi arma. & in c. olim causam. extra de resti. spol. & ita loquatur, & procedat Bart. in d. repe. l. creditores. aut emphy. licèt resistat de facto, resistit ad hunc finem, vt non expellatur de sua naturali possessione, protestatur tamẽ, quòd non intendit priuare dominum sua ciuili, sed vult defendere suam naturalem, quam protestationem videtur facere posse, per no. in simili per gl. & Docto. in l. vnica. j. vti pos. & tunc ꝓcedit opi. Bar. hic. ¶ In dubio autem si de facto resistat, ne dominus intret possessionem, videtur facere violentiam, etiam respectu ciuilis, & consequenter videtur velle priuare dominum sua ciuili, per no. in l. clam possidere. §. fi. cum ibi not. cũ l. seq. ff. de acqui. pos. isto modo putat posse saluari Bart. à contrarietate, vt ibidem latius per eum. adduco, quòd fortè, & dubitatiuè loquor, alijs duob. mod. possit saluari Bart. prout eius verba in vtroque loco sonare videntur, primò ꝙ Bart. in d. repe. loquatur, quando expulsio illa fieret incontinenti, prout ibi expresse dicit Bar. hic autem loquatur Bar. quando ex interuallo. Vel aliter, & secundò, quòd Bar. non sit contrarius, quia in d. repe. solùm dicit, quòd potest turbare, de expulsione verbũ nullum, & istud met fatetur hic. cogitate tamen. ¶ Quinta principalis fuit opin. Pet. de Anch. in d. c. potuit. quam ibi refert, & 104 latius eam explicat Imo. in 23. col. & seq. † qui dicit, quòd alibi habemus similem quæstio. in debitore, qui fecit pactum, vt si pecuniam non soluat tempore conuento, possit creditor ꝓpria autho. ingredi poss. bonorum debitoris, nunquid virtute huius pacti poterit creditor ingredi debitore inuito, & resistente, & ipsum debitorem resistentem de possessione expellere, quam. q. tangit gl. in d. l. creditores. j. de pig. & ibi Bar. in repe. in 4. q. prin. vbi post multa concludit, aut debitor resistit, seu contradicit sine causa iusta, & vera, & tunc aut contradicit solùm verbo, & non obstante contradictione verbali poterit creditor propria autho. intrare, & eum expellere, quia non est licitũ debitori mutare voluntatem. l. ab eo. C. de sen. & interloc. l. sicut. j. de act. & oblig. Aut verò debitor resistit de facto, & tunc aut debitor tempore pacti celebrati constituit se possidere nomine creditoris, & tunc quia per constitutum translata est in creditorem vtraque possessio, & ciuilis, & naturalis. l. qđ meo. in prin. & ibi no. ff. de acq. pos. Bar. notabiliter circa fi. in l. ab emptione. ff. de pac. debitor resistẽdo de facto videretur velle spoliare creditorem suum vtraque possessione, & ideo pro ea tuẽda licitum est per vim debitorem expellere, dummodo incõtinenti faciat. l. 3. §. cùm igitur. iuncta. l. vim facit. ff. de vi, & vi 105 arma. secus si ex interuallo. ¶ † Et quando dicatur [b] incontib nenti fieri, vel ex interuallo, dicitur in d. §. cũ igitur. aut verò debitor tempore pacti celebrati dixit se precario possidere nomine creditoris, & tunc quia per precarium possessio tantum ciuilis transfertur in creditorem. l. quisquis. cum gl. j. de don. & l. & habet. §. eum qui. ff. de preca. debitor resistendo de facto creditori volenti intrare pos. bono. debitoris, videtur velle cũ priuare illa sua ciuili possessione, ergo pro ea tuenda debet sibi licere aduersarium repellere, dummodo incõtinenti faciat. In hoc tamen est contrarietas inter ipsummet Bar. vt latè retuli in proxima opi. Aut verò debitor non resistit, nec verbo, nec facto, & res est plana, modo ad propositum nostrum dicit Pe. de Anch. in d. c. potuit. quòd dicta in conuentione de ingrediẽdo propria autho. debent adaptari ad licentiam ingrediendi, quæ datur à lege, quatenus adaptari possint, cũ licitum sit arguere à conuentione hominis ad dispositionem legis. allegat. l. si cõuenerit. ff. de pac. melius. l. fi. in fi. & ibi Bal. j. de fideiuss. gl. in l. non impossibile. cum alijs concor. ff. de pac. & sic vult concludere Pet. de Anch. in quæstione nostra de emphyteu. ꝙ aut emphyteuta postquam cessauit triennio continuò soluere, & sic postquam cecidit à iure suo emphyteutico, resistit domino verbo, & ei contradicit, & tunc licitum sit domino nõ obstante hac verbali contradictione propria autho. ingredi rem emphy. aut verò emphyteuta resistit de facto, & tunc quia penes dominum est ciuilis possessio, & penes emphyteutam naturalis, vt retuli in alia præcedenti opi. & cõsequenter emphyt. resistendo de facto, & prohibendo de facto dominum ingredi, videtur eum velle priuare sua ciuili, licitum sit domino ꝓ ea tuenda expellere emphyteutam propria author. dummodo illud incontinenti faciat, secus si ex interuallo, postquã de facto expulsus est semel, vellet propria author. emphyteutam repellere, quia non liceret, & sic in hoc puncto tenet Petr. de Anch. in omnibus cum Bar. in simili. q. in d. repe. in 4. q. principali, non aduertens tamen ad contrarietatem ipsiusmet Bart. de qua in proxima præcedenti opi. feci mentionem. ¶ Vltimo loco Imo. in d. c. potuit. in 25. colum. & seq. tenet, ꝙ de iure vera sit, & sustineri possit. 1. opi. glo. nostræ cum concord. quòd licitum sit domino propria auiho. ingredi, & expellere emphyteutam etiam resistentem, postquam per cessationem solutionis à iure suo cecidit, motus per istum tex. simpliciter, & indistinctè dicentem, domino licere repellere emphyteutam, post quam triennio cessauit soluere, prout etiam superius dixi; motus etiam per id, quod supra sæpius dixi, quòd ex quo emphyt. resistit de facto, videtur velle spoliare dominum sua ciuili possessione, pro qua defendenda potest dominus emphy. repellere propria autho. nec secundum eum aliquid operaretur protestatio ipsius emphyteutæ resistentis, qui diceret protestari, ꝙ illud non facit, vt dominum priuet ciuili sua, sed vt suam naturalem defendat, vt ibi per eum, qui etiam pro ista parte inducit. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. cum l. sequen. ff. de acqui. possess. vbi ratione solius ciuilis possessionis potest intentari interdictum vti possidetis contra naturaliter possidentem, pro expulsione illius naturalis, secundum quod ibi volunt Docto. & si diceretur, quòd ibi loquitur in expulsione iudiciaria, nos in extraiudiciaria expulsione, quæ fit propria author. quia respondeo, vt ibi per eum. ¶ Et tenendo istam sententiam, quę mihi etiam in puncto iuris videtur sustẽtabilis, & vera, & quã etiam sequitur Francis. de Aret. in l clam possidere. §. qui ad nũdinas. ff. de acquiren. possess. in 10. colum. & in cons. 21. incip. diligenter, & maturè. ad fi. puto ad omnia in contrarium adduc106 cta posse responderi, licèt Imol. nihil respondeat. ¶ † Et primò, dum dicebatur, quòd licèt emphyteuta per cessationem perdiderit vtile dominiũ, quod habet in re emphyteutica, tamen non perdidit naturalem possess. quia respondeo istud est verissimum, & dum dicebatur, ergo ab illa naturali possessione non debet posse expelli propria autho. quia respondeo negando, ex quo enim emphyteuta resistendo de facto domino vult dominum priuare ciuili, certè licitum est domino vim vi repellere, & maximè cum emphyteuta postquam cecidit, dicatur à domino vitiosè possidere, vt supra dixi in 4. opp. ¶ Nõ obst. secundum dum dicebatur, quòd hæc expulsio facti det materiam rixæ, ergo est fugienda, per l. non est singulis. ff. de regu. iur. vbi priuatis non datur licentia in his, quæ sunt causa maioris tumultus, quia respondeo, quòd istud est verum, nisi à l. daretur sibi licentia, prout in hoc tex. in ver. repellere. iũctis c alijs supra adductis. [c] ¶ Non obst. l. lex vectigali fundo. ff. de pigno. quia prout etiam dicit hic Saly. illa nihil facit, quamuis. n. ibi post caducitatem egerit rei vend. & sic via iuridica, ibi tamen non negatur, quin potuisset de facto expellere. ¶ Nõ obst. adducta per Salyce. & primò illud, quod dicebat de colono, 107 quia est falsum, vt supra respondi. ¶ † Non obst. simile de re dotali, vbi quamuis dominium rei dotalis ipso iure post mortem viri transeat in mulierem, non tamen sibi licèt propria autho. ingredi possessionem, quod fator esse verum, quia mulier non habet possessionem aliquam nec naturalem, nec ciuilem, cuius authoritate concedatur sibi licentia propria author. ingrediendi, secus est in terminis nostris. ¶ Non obst. d. l. creditores. vbi secundum eum licèt creditor fecerit pactum de ingrediẽdo possess. propria autho. &c. debet tamen eam apprehendere iudicis authoritate, quia respondeo istud non esse uerum indistinctè, imo debet distingui, prout distinguit ibi Bar. & alij in 4. q. princ. ut retuli in præcedenti opi. & ita distinguendo ille tex. faciet pro ista parte. ¶ Non obst. regula tit. supra ne quis in sua d causa. quia quod ibi dicitur, neminem posse [d] sibi ius dicere in causa

ADDITIONES.

a ¶ Vide Corn. consi. 192. in 2. vol. in litera B. PARPA.

b ¶ Et quando dicatur. Adde Cy. in l. in bonæ fidei. C. de pac. idem Cy. in l. 1. C. vnde vi. Lud. Rom. in l. 1. §. 1. ff. de verb. obl. Bar. in l. eos. ff. de fal. Arch. in c. hi verò. 32. q. 7. PARPA.

c ¶ Vide Bal. consi. 344. inci. ad euidentiam. in 2. vol. & Cor. consi. 193. in 5. vol. & consi. 271. in eo. vol. & Dec. consi. 14. in 4. col. cum seq. PARPA.

d ¶ Neminem posse. Adde l. 1. C. ne quis in sua cã. l. extat. ff. quod me. cã. l. nullus. C. de iud. Spe. tit. de in. deleg. in §. supereſt. ver. itẽ si velit. & ver. item si causa.

Source : BIU Cujas

cauſa ſua, procedit niſi iſtud ſibi concedatur à lege, vt eſt in ca ſu noſtro per hunc tex. in ver. repellere. & in 19. caſibus enume ratis per Spec. in tit. de actore. in verſi. item, ꝙ vult pròpria au-
108 thoritate, &c. ¶ †Et pro iſta ſolutione bene facit, quia etiam conſuetudine poſſet induci, quòd quis in ſua cauſa, & in re ꝓpria ſibimet ius dicat, ita ſignanter no. Hoſt. in ſumma tit. de re iud. & eſt gl. no. in c. 1. de pę. in 6. Ponunt Doc. in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud. facit, quod no. gl. & Doc. in c. cùm contingat. extra de foro compe. ſi ergo conſuetudine poteſt iſtud induci, ergo & l. per regulam. l. de quibus. cū vulg. ff. de legib. ¶ Nō obſt. tex. in c. licet Epiſcopus. de præben. in 6. & gl. in d. c. commiſſa. de elect. in 6. quia illa iura nihil ad propoſitū, ibi enim penes Epiſcopum non adeſt aliqua poſſeſſio etiam ci uilis, cuius ratione concedatur licentia reſiſtentem repellendi propria authoritate, vt in terminis noſtris. ¶ Non obſt. fundamenta D. Cardi. Flor. dum dicebat, quòd quando emphyteuta contradicit, eſt perinde acſi alius deiecciſſet, & alium nō poſſet dominus expellere propria authoritate, quia reſpondetur, ꝙ ratio diuerſitatis inter hos caſus eſt clara, quia contra tertiū non ageret dominus de defenſione ſuæ ciuilis, prout quando contra ipſummet emphyteutam, prout etiam declarat, & reſpondet Imo. in d. c. potuit. in 26. col. ¶ Non obſt. vltimum, ꝙ quando emphyteuta contradicit domino, videtur interuertere poſſeſſionem, quia iſtud eſt verum, & dū dicebatur, quòd interuerſa poſſeſſione non poteſt dominus propria authorita. expellere, vt hac gl. in 4. conclu. approbata per omnes, quia reſpondeo notabiliter, iſtud eſſe verum, quando vellet ex interuallo facere, ſecus ſi incontinenti tempore contradictionis, & ſic in ipſo actu interuerſionis, quia tunc bene poſſet per ſupradicta. ¶ Per iſta ergo remanet in puncto iuris defenſata prima ſententia glo. noſtræ hic, & in d. c. potuit. ꝙ dominus poteſt de iure expellere propria authoritate emphyteutam, etiam reſiſtentem, & contradicentem, poſtquam per ceſſationem triennij cecidit à iure emphyteutico, eſſet tamen in contingentia facti conſultius, vt gl. & omnes fatentur, iſtud authoritate iudi
109 cis facere. ¶ †Prædicta omnia procedunt, quando in contractu emphyteutico nullum pactum interuenit ſuper expulſione. pone ergo, ꝙ interueniat pactum expreſſum inter dominum, & emphyteutam, prout quotidie videmus apponi in inſtrumētis emphyteuticis, ſeu in inueſtituris, quòd ſi emphyteuta ceſſauerit per triennium continuum, ꝙ non ſoluerit canonem, vel penſionem debitam, quòd tunc liceat domino ingredi ſua propria authorita. & corporalem poſſeſſ. ſibi accipere, an iſto caſu virtute talis pacti etiam contra reſiſtentem, & contradicen. liceat domino ſuo propria autho. ingredi, & contradicentem emphy. expellere. iſtam quæſtionem format Sali. hic in 5. col. & concludit, ꝙ ſic, per l. pignoris. s̄. de pig. act. in illa alternatiua, in tex. iilo citra conuentionem, vel præſidialem iuſſionem, & ibi Bar. no. illum tex. ad hoc, ꝙ ex pacto licet propria author. ingredi rem alterius, aliàs ſecus. ad idem allegat Salyce. l. Titia cū teſtamento. §. Lucius. el primo. ff. de leg. 2. cum gl. ſi. in verſi. non ſic interpretanda. in tertia expoſitione, dum exponit tex. à ſe, ideſt, ꝙ ab alio non petat, ſed propria authoritate ingrediatur poſſeſſionem, quaſi ex permiſſione defuncti, ſicut aliàs permittitur ex permiſſione contrahentium, d. l. creditores. j̄. de pig. Ad idem etiam ponderat tex. noſtrum hic in princ. in verb. & de reiectione. vbi tex. vult valere pactum de emphyteu. reijciendo. Ad idem mouetur, quia aliàs verba pacti nihil operarentur, cùm etiam ſine pacto licitum ſit repellere emphyteutam, dummodo non reſiſtat, vt hoc tex. in verſi. repellere. & latè fuit examinatum. s̄. proxi. Ad hoc ergo, vt tale pactum operetur, debet talis expulſio poſſe exerceri etiam contra reſiſtentem. ¶ Vltimò mouetur, quia tunc emphyteuta iniuſtè reſiſtit veniendo contra pactum expreſſum, & conſequenter dominus iuſtè facit, cùm violentiam non dicatur inferre, ſed violentiæ dicatur reſiſtere, qđ eſt licitum. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. l. vim facit. ff. de vi, & vi arma. cum ſim. dicit tamen Saly. ꝙ licèt iſta videatur ſibi vera, quòd tamen relinquit cogitandum, donec legat d. l. creditores. ¶ Addo, quòd contrarium in terminis videlicet, quòd tale pactum expreſſum factū inter dominum, & emphyteutam de ingrediendo propria autho. non poſsit exerceri contra reſiſtentem, aut contradicentem, tenet Bar. in l. aliàs. §. eleganter. ff. ſol. matr. per l. non eſt ſingulis. in princ. ff. de regu. iur. idem tenet Bald. in d. l. creditores.
110 †vbi formaliter inquit, quòd creditor habens prædictam licentiam de ingrediendo, non tamen poteſt per vim ingredi inferendo violentiam perſonæ per d. l. non eſt ſingulis. ¶ Et ſi volumus tenere iſtam partem, facilè poteſt reſponderi ad omnia allegata per Saly. vno verbo, quòd loquuntur contra non reſiſtentem, & dum dicebatur, quòd illud pactum aliàs nihil operaretur, quod argumentum videtur habere aliquid coloris, reſpondeo, ꝙ imò multum operatur, ꝙ licèt dominus de iure communi habeat facultatem repellendi emphyteutam propria autho. vt hoc tex. requiritur tamen prius certioratio, imò citatio iudicialis, quæ iſto caſu virtute pacti non requireretur, ita no. Bar. reſpondet in d. l. creditores. in lect. in 2. col. & latius in repe. in 4. q. prin. ¶ Tamen quia in præcedenti articu. dixi de iure poſſe teneri, ꝙ etiam vbi nullum pactum expreſsè eſſet appoſitum, & tamen dominus poſſet propria authorit. expellere emphyteutam etiam reſiſtentem, multo fortius teneo in terminis iſtis poſſe. & ad d. l. non ſingulis. reſponde, vt dixi in præced. artic. vt procedat, niſi licentia concedatur à l. vel expreſſa conuentione partium. de hoc tamen puncto vide latè Bar. in d. l. creditores. in lec. in 2. col. & latius in repe. in 4. q. princ. de cuius verbis feci mentionem in præceden. artic. ideo hic non repeto. vide etiam Bal. in l. 1. in 4. col. C. commu. de leg. Saly. plenè in l. in poſſ. j̄. ad leg. Iul. de vi. ¶ Et ad iſta vide omnino Bart. no. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acqui. poſſ. vbi quærit poſt gloſſ. ibi,
111 †an valeat licentia data per iudicem alicui, vt ingrediatur ꝓpria autho. talem fundum, & ibidem poſt relatas opin. Antiquorum, finaliter concludit, ꝙ valet, ſi iudex ſimpliciter concedat licentiam, vt vadat. Si autem concedat licentiā, ꝙ pars vadat, & ingrediatur etiam per vim, ſi alius ibidem exiſtens reſiſtat, non valet, quia iudex non poſſet iſtud concedere, de quo etiam per Bar. in l. ſi finita. §. idem Iulianus. in 6. col. in ver. 2. quæro, qualiter fiat prima miſsio. ff. de dam. infe. & Bald. in q. per eum diſputata incip. accuſatus de vi turbatiua. in 23. colu. vbi per hoc vlt. tenet contra Bar. per Dom. Abb. Panor. in c. de cætero. in pe. col. de re iud. qui tenet cum Bar. per Ludo. Rom. in l. 1. §. nunciatio ex hoc. ff. de ope. no. nunc. & glo. not. in l. miles. §. qui iudicati. & ibi Doc. ff. de re iudi. & quod pulchrè not. Bald. in Auth. ſed omnino. in 8. col. j̄. ne vxor ꝓ mari. vbi ponit, an captura perſonæ, & executio poſsit concedi ipſi parti, & tenet quòd ſic, dummodo fiat ſine vi. per glo. in d. l. miles. §. qui iudicati. & per iſta ſit perfectè expedita prima conclu. huius primæ partis glo. Circa verò ſecundam conclu. principalē gl. ſentit, quòd quando proprietarius, ſeu dominus non audet accedere propria authoritate ad expellendum emphyteutam propter potentiam ipſius emphyteutæ, vel quia vult vrbanius eum expellere, vnde vadit ad iudicem, vt eum repellat officio & authoritate iudicis, quòd tunc requiritur libellus, Bar. hic ſe remittit ad ea, quæ dixit in repe. l. creditores. j̄. de pigno. & ibi latè ponit, vt infra ſubijciam ſtatim, & ad ea, quæ dixit in l. 1. §. 1. ff. ſi mulier vē. nomine in poſ. cal. cau. eſſe dica. vbi nihil de hoc inuenio tactum. ¶ Bal. hic in 3. col. tenet oppoſitum, quòd
b ſcienter, & non poſſit. ¶ Tertiò [b] caſu princip. qnando dominus recepit penſionem pro tempore futuro, & in hoc dico indiſtinctè, ꝙ ſiue fuerit proteſtatus, ſiue non, quòd ſemper recipiendo penſionem futuri temporis, ſibi præiudicat in iure expellendi. l. 2. §. non malè. ff. de except. doli. & l. qui in futurum. ff. de pact. puto, quòd iſta ſit veritas in hoc paſſu, quæ ex prædictis omnibus colligi facilè poteſt. ¶ Prædictæ doctri. videtur vnum obſtare, in omnibus caſibus in quibus concluſum eſt, ꝙ poſtquam emphyteuta ceſſauit triennio, quòd dominus recipiendo penſionem ante, vel poſt expulſionem ſibi præiudicet in iure expellendi, quod voluit ſingulariter Bal. in l. vnica. infra quando non peten. partes in penul. colum. in verſic. ſed nũquid emphyteuſis reuerſa ad dominũ, & c. qui dixit, ꝙ cùm in hoc contractu emphy. pro ſubſtantia requiratur ſcriptura, prout firmaui latè ſupra in l. 1. in gloſſ. in verſicu. ſcriptura. quòd ſi finita eſſet emphyteuſis, puta per generationem finitam, & dominus pateretur emphyteutam ſtare in re emphyteutica, nunquam intelligeretur iſtius rei emphyteuticæ facta renouatio, quia contractus requirentes ſcripturam nunquam ex ſola patientia renouantur. l. item quæritur. §. qui impleto. in fin. ff. loca. Quomodo ergo ex iſta tacita patientia poteſt in
c terminis noſtris induci iſta quædam tacita renouatio? [c] ¶ Ad hoc reſpondeo ſuſtinendo prædicta, quòd dictum Bald. procederet, quando emphyteuſis eſſet finita, quia tunc non poſſit induci noua emphyteuſis ſine ſcriptura. ¶ Sed in terminis noſtris, quamuis emphyteuta ceſſauerit triennio, non tamen finitur emphyteuſis, niſi dominus velit emphyteutam cadere, vt hoc text. in verſicu. volente. & in verſicul. ſi dominus voluerit. & dixi in text. in 5. not. vnde dominus recipiendo penſionem videtur velle, quòd non cadat, ideo non dicitur finita emphyteuſis, nec de noua emphyteuſi agi, ſed antiqua durare, ergo dictum Bald. nihil obſt. de quo dicto feci mentionem illud ſequutus in d. gloſſ. in verſicul. ſcriptura. ¶ Iuxta prædictam theoricam, & quæ ſuperius tacta ſunt, occurrunt tres ne-
127 ceſſariæ quæſtiones. Primò † quæro, an in caſibus in quibus

ADDITIONES.

a ¶ Vide eundem Iaſ. j. in 71. col. idem vult. Raph. Fulg. conſil. 2. verſi. ad ſecundum, & Franc. de Cur. in conſil. 81. PARPA.

b ¶ Alex lib. 4. cõſil. 113. col. 2. in 2. artic. quod recipiendo pręiudicat. Ampliatio iſta ſiue proteſtetur, &c. eſt Butr. in cap. potuit. de loca. ſequitur Aret. cõſil. 35. ad fin. Iaſ. in l. 2. in princip. in 3. not. ff. ſi quis cau. vbi dicit ſe conſuluiſſe. PARPA.

c ¶ Vide Soci. conſil. 165. in 3. col. cum ſequen. PARPA.

Source : BIU Cujas

bus concluſum eſt, quod dominus proteſtando reſeruabat ius ſibi expellendi, an ſufficiat ſimpliciter proteſtari de iure ſuo in expellendo, præſente ipſo emphyteuta tacente, & nihil contradicente, an verò requiratur neceſſariò, quòd emphyteuta expreſsè conſentiat tali proteſtationi, nam ſi emphyteuta expreſsè conſentiat, res eſt clara, quòd fieret ſibi præiudicium, quia regulariter conſentiendo videtur renunciare iuri ſuo, & conſequenter ſibi præiudicare, per id, quod habetur in capit. ad apoſtolicæ. extra de re iudi. & in l. mater. ſupra de rei vendi. & in l. penul. ſupra de pact. & videtur expreſſum in l. fin.
a §. item ſi prædixerit. ff. nau. caup. ſtabu. [a] ¶ Sed pone, quòd emphyteuta expreſsè non cõſentit proteſtationi, ſed tacet, an hoc caſu talis proteſtatio ſibi prẽiudicet? eſt maius dubium, iſtud in ſpecie tangit Imol. in d. capit. potuit. in 33. colum. primò videtur arguere ad partes per id, quod voluit glo. in d. § item ſi prædixerit. dum ſubaudit ad text. maximè, & quod ibi Bartol. poſt Pet. & finaliter concludit, & bene, quòd ſufficiat dominũ proteſtari præſente emphy. licèt emphyteuta aliter non cõſentiat, ſed taceat, motus, quia videtur imputandũ emphyteutę, quare ſoluat, ſtante proteſtatione prędicta. Secũdo motus, & fortius, quia quamuis per receptionem penſionis factam à domino ſimpliciter, & ſine vlla proteſtatione quæratur ipſi emphy. ius excipiendi contra expulſionẽ, per ſupra ſcripta, ſi tamen quando dominus recipiendo penſionem expreſsè proteſtatur de iure ſuo expellendi, certè nullum ius omnino excipiendi competit ipſi emphyteutæ, vnde cùm iſta proteſtatio fiat ad præiudicium iuris non quæſiti, ſed quærẽdi exceptionem emphy. certè prædicta proteſta. præiudicabit emphy. tacenti, quamuis nõ expreſsè conſentienti, & imputetur emphy. ex quo expreſsè non contradicit dictæ proteſtationi. per doctri. Bar. in d. § item ſi prædixerit. ita concordantis glo. & Pet. ibi, an proteſta. fiat in præiudicium iuris iam quæſiti, & tũc requiratur expreſſus conſenſus partis ita, quòd ſola taciturnitas non ſufficeret, an verò in præiudicium iuris quærendi, & ſola taciturnitas ſufficiat. ita Bartol. licèt non ita clarè loquatur; vide de hoc per Barto. latè in l. non ſolùm. §. motte. ff. de ope. nou. nunc. in 7. colum. & ſequen. in verſicu. ſed quæro, an etiam partis conſenſus requiratur, &c. & ibidem Imol. & Ludo. & per Angel. & Salyc. & Fulg.
b in l. pacta nouiſſima. ſupra de pact. [b] ¶† Secundò quæro, & eſt
128 pulchra quæſtio, prædicta omnia procedunt in actuali receptione, & ſolu. penſionis, quod dominus actualiter recipiendo ſibi præiudicat: quid ſi dominus non recipit, ſed ſimpliciter perierit penſionem, an in caſibus in quibus concluſum eſt dominum ſibi præiudicare in iure expellendi recipiendo pẽſionem, eiſdem etiam ſibi præiudicet ſolùm petendo? Alber. hic in 4. colum. in fin. determinat, quòd ſit idem vtroque caſu, per l. ad ſolutionem. in argum. infra de re iudi. addo, quòd idem tenet Saly. in l. commiſſoriæ. in fin. ſupra de pact. inter empt. & vend. per illum tex. & ibi not. bene facit. l. Aemilius. in prin. ff. de min. in verſi. dicebant. in verſi. pretium petendo receſſiſſe à lege ſua videretur. ad idẽ bene facit. l. poſt diem. ff. de lege commi. hic
c allegata in gl. [c] Imo fortius, & mirabilius auſus eſt tenere Rapha. Fulgo. hic, quod nedum per receptionem, aut petitionem penſionis ſibi præiudicet dominus in iure expellendi, imò etiã ſibi præiudicat, ſi ſolùm patiatur emphyteutam durare in emphyteuſi præterita cum non expellendo, quia tunc non poterit eum expellere, quaſi videatur ſibi de nouo refirmaſſe. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc. Item quia agitur hic de contractu conſeruando, ideo facilius hic conſeruatur per tacitam voluntatem, ſecus vbi ageretur de reuocando contractu. iſtud dictum Fulgo. non eſt tenendum, & clarè confunditur per præ-
d dicta, & ipſum impugnat d. Guar. de Caſtil. hic. [d] ¶ Et allegata p Fulg. nihil probant, imò probant contrarium, primò d. §. qui impleto. qui ſolùm loquitur de anno, ſed potius probat oppoſitum, cùm ibi in fin. dicatur, quòd illa diſpoſitio non habet locum in contractu requirente ſcripturam, qualis eſt contractus emphyteuticus, vt dixi in l. 1. in glo. in verſicu. ſcriptura, ſupra eodem, iuncto dicto ſing. Bald. ibidem relato, quod etiam retuli ſupra proxim. Sed quid fortius? caſus eſt apertus in cõtrarium in d. capitu. potuit. vbi dicitur, q emphyteu. poteſt morã purgare, dũmodo celeri ſatisfactione prouideat, ergo poſt longum tempus non poteſt moram purgare, quomodo ergo intelligitur facta reconductio? & multo plus confunditur tenendo opin. quam tenui ſupra in glo. in verſicu. triennium. in quæſtio. 29. vbi tenui, quòd licet emphy. Eccleſiæ poſſit morã purgare, tamen emphy. priuati, poſtquam ceſſauerit triẽnio ſoluere, non poſſit moram purgare. Quomodo ergo poteſt dici, q
e intelligatur facta reconductio, vt non poſſit expelli? [e] ¶† Puto
129 tamen ex prædictis poſſe decidi, quamuis in ſpecie tactum non inueniam, & ita nuper conſului, quòd ſi emphy. ceſſauerit triennio ſoluere, & poſt iſtam ceſſa. dominus dederit licẽtiam emphy. alienandi rem emphy. quòd per hoc videatur ſibi remiſiſſe caducitatem, & ius expellendi, per prædicta: & ad hoc facit, quia emphy. per ceſſationem non cadit ipſo iure, ſed ita demum ſi dominus voluerit, vt ſ. dixi in tex. in 5. not. ergo dando ſibi hanc licentiam alienandi, nõ videtur velle, quòd cadat,
130 imò videtur caducitatẽ velle remittere. ¶† Tertiò, & vltimò quæro, an ea, quę dicta ſunt in emphy. priuati, vt dominus recipiendo penſionem præteriti temporis ſine proteſta. vel futuri, quomodocunque ſibi præiudicet in iure expellendi, habeãt locum in emphy. Eccleſiæ, vt Eccleſia ſimiliter recipiendo ſibi prẽiudicet? de hoc habetis glo. in d. cap. potuit. in gloſſ. penul. & ibi Docto. vbi etiam per gloſſ. quid in Prẽlato eccle. recipiente
f ſine conſen. cap. [f] & quid in Rectore, quãdo Eccleſia non eſſet collegiata, de quo etiam per Specu. & Ioan. And. in d. §. nunc aliqua. verſicu. 26. & latè per Imol. in d. cap. potuit. in 22. col. &
g ſequen. [g] poſt dom. Card. vbi concludit de iure poſſe teneri, q etiam in Eccleſia collegiata ſolus prælatus ſine conſenſu capituli poſſit præiudicare Eccleſiæ in iure expellẽdi emphyteutã, recipiẽdo ab eo penſionẽ ſimpliciter. Motus, quia licèt de iure cõſito ſolus prẽlatus ſine ꝯſenſu capituli nõ poſſit ꝑiudicare Eccleſiæ, tamen in iure quærendo, vt eſt in terminis noſtris, bene poſſit præiudicare negligendo, per multa de quibus per eum.
* ¶ *Communis tamen opin.* glo. & Docto. in d. c. potuit. & Spe. & Io. And. vbi ſupra, eſt, vt fiat differentia inter Eccleſiam collegiatam, [h] & non collegiatam, vt primo caſu non poſſit prælatus
h i ſine conſenſu capituli præiudicare Eccleſię recipiendo, [i] ſecũdo verò caſu, quando Eccleſia non eſt collegiata, ſolus Rector bene poſſit recipiendo præiudicare, & ita tenendũ eſſet in practica, prout etiam fatetur ipſemet Imol. Et per hoc ſit expedita hæc tertia pars princip. glo. ¶ Prædicta omnia, quæ ſuperius dixi, q per receptionem pẽſionis intelligitur renunciatum iuri expellendi, intellige ſemper ſi recipiens ſciebat illum ſoluentem ceſſaſſe tempore debito, & incidiſſe in pœnam, aliàs non. vt no. Dyn. Bal. & Imol. in l. Męuius. §. duobus. ff. de leg. 2. Spec. in titu. de loc. §. nunc aliqua. verſic. 23. Bald. in c. 1. in 3. col. quo tempore miles. Alex. in conſil. 105. lib. 3. incipien. magnificè prętor. in 5. col. in fi. Anto. de Butr. in conſil. 22. incip. viſis punctis, & quæſitis &c. & vide quod per hoc ibi ſubtiliter tentat.
131 ¶† Quid autem ſi res erat reuerſa ad Eccleſiam, & Epiſcopus renonat ſaluo, & reſeruato iure Eccleſiæ, an ꝓpter reſeruationem poſſit alteri tertio concedere, vide not. Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum. in 25. col. de conſtitu. ¶ Sum modo in 4. parte prin. glo. ibi, Item quis probabit. quam ſubdiuido in duas parti. In 1. quęrit, quis probare debeat, & reſpondet. In 2. ponit modos probandi. Secunda ibi, quod faciet per teſtes. ¶ In ead. glo.
132 ibi, vt arg. ſ. de proba. l. 1. habes, † q onus probãdi [k] ſolutio-
k nem canonis incumbit emphyteutæ, & non domino, & ſic, q emphyteuta tenetur probare affirmatiuam ſe ſoluiſſe, non autem tenetur dõminus, volens emphyteutam expellere, hanc negatiuam probare, ſcilicet triennio non fuiſſe ſibi ſolutum, quamuis iſtud ſit fundamentum intentionis ſuæ. cum hac cõcluſione tranſeunt omnes hic nullo diſſentiente. & Specul. & Ioan. And. in d. §. nunc aliqua. in quæſt. 31. & Imol. in d. cap. potuit. in 43. col. ¶ Contra hanc concluſ. gl. adducitur per omnes illud ſing. dictum Inno. in capit. ſuper his. extra de accuſ. vltra medi. gloſſ. mag. in verſ. ſed quid dices. q dictum originaliter ante oẽs adducit Cy. hic in 5. q. & refert Io. And. in addi. Specu. in d. verſi. 31. q Cyn. hoc tractat eo conſulto, vbi voluit Innoc. in d.

ADDITIONES.

a ¶ Vide Franc. de Cur. conſil. 82. in 2. colum. PARPA.
b ¶ Soci. in l. creditores. ſupra de pact. in fin. 1. not. PVRPV.
c ¶ Vide notab. Alexan. libr. 2. conſil. 14. penul. colum. Cur. in tracta. feud. parte 6. PVRPV.
d ¶ Vide Socin. conſil. 197. in 2. col. & ſeq. PVRPV.
e ¶ An dominus dando licentiam alienandi videatur remittere commiſſum, vide Franc. de Cur. conſil. 81. Alexan. conſil. 146. in 5. volum. PARPA.
f ¶ Conſenſu capituli. Adde cap. pact. de his quæ fiu. à præla. Vide Iac. Rebuf. in l. 2. ff. de fund. patrimo. lib. 11. PARPA.
g ¶ Et idem ſub dubio tenet Alexand. libr. 1. conſil. 62. in fin. & libr. eod. conſil. 69 in fin. PVRPV.
h ¶ Collegiatam. Adde Card. in clem. 2. in princ. 4. quæſt. de æta. & quali. Innoc. in cap. poſtulaſti. de iur. patr.
i ¶ Felyn. in capitu. quod ſuper his. colum. 2. verſicu. nota vlterius, vbi obtento, &c. de accuſa. Iaſ. in l. 3. §. ſi filius. colum. 1. ff. quod quiſque iur. Alexand. libro primo conſil. 50. & limitat idem Alexand. libr. 2. conſil. 14. viſo eod. & ampliat in alio Rectore lib. 3. conſil. 106. colum. 5. Dec. conſil. 113. & 138. col. pen. PVRPV.
k ¶ Onus probandi, Adde glo. & ibi Cyn. in 5. quæſt. in l. 2. C. de loca. & not. in l. 1. C. de proba. Docto. in capit. cùm Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſ. & prop. ret. Docto. in cap. fin. de iureiuran.

Source : BIU Cujas

in d. capitu. ſuper his, quòd ſi aliquis opponat Rectori electo, vel Epiſcopo electo exceptionem periurij, quòd non ſit confirmandus, eo quia fit periurus, qa non ſoluit 10. in calendis proximè præteritis Titio, ſecundum qꝫ iurauit, qꝫ non ſufficit probare illum iuraſſe, & tempus ad ſoluendum eſſe ttãfactum, imò oporteat probare eum nõ ſoluiſſe, & ſic vult Inno. qꝫ qui obijcit in pœnam aduerſario ſolutionem non eſſe factam, tenetur ipſe hanc negationẽ probare, non aũt tenetur aduerſarius approbare affirmatiuam, ſcilicet ſolu. factam eſſe. ¶ Subtilis Petr. de Bellaper. vt referũt Cyn. & Bal. reprehendit iſtud dictum Inno.

133 † motus, quia quoties quis admittitur ad opponendum aliquid, qꝫ probari non poteſt, lex illud præſumit abſq; alia probatione, aliàs enim lex eſſet inanis, & ſuperuacua. Fruſtrà enim lex admitteret ad opponendum, ſi admiſſum intentio non iuuaret, & ita eſt in terminis noſtris in mera negatiua non coarctata loco, & tempore, niſi enim præſumeretur, fruſtrà admit-

* terrtur, ſecũdum Petr. dicunt *communiter Docto.* hic, melius poſt Cyn. concordando Innoc. & glo. noſtram, qꝫ aut ille, qui opponit ſolu. non eſſe factam, habet ius in re, puta, quia eſt creditor, vel eſt dominus, & ſic obijcit de eo, quod ſibi debet ſolui, & tunc ipſe non probat, ſed aduerſarius eſt ille, qui habet probare, ita propriè loquitur glo. noſtra hic. Aut ille, qui opponit ſol. non eſſe factam, nullum ius habet, quia penitus eſt extraneus, & ſic opponit de eo, quod debet ſolui, & tunc opponẽs habet hanc nega. probare, & in iſtis termi. loquitur Innoc. propriè, & ſic vno verbo, quando negatiua cõſiſtit in iure tertij, procedit dictum Inno. ſi verò in iure ipſiuſmet opponentis, & procedat glo. hic. Et rationem diuerſi. aſſignat Albe. hic in 5. col. aliam aſ-

* ſignat Bald. in vlt. col. *& ita communiter tenetur* per omnes hic, & latè per Bart. & alios in d. l. in illa. la 2. ff. de verbo. oblig. & Imol. poſt Petr. de Anch. in d. cap. potuit. 44. colum. excepto Alber. hic in 5. colum. quia ſatis leuiter dicit ſe nõ videre, quare ſi tertius producit inſtrumentum, in quo promiſit, & iurauit ſoluere Titio in termino, quare non ſit periurus, ſi non oſtendat ſolu. ſubijciens, quòd dictum Inno. poteſt procedere in criminalibus, in quibus eſt ſpeciale, quòd excipiẽs teneatur negatiuam probare, ſecus ſit in ciuilibus. ¶ Tene, quod dictum eſt, & qualiter negatiua illa probari poſſit, declaratur plenè per Barto. & alios in d. l. in illa. la 2. cuius omnia dicta ſimpliciter refert Saly. hic in 10. colum. & ſequen. ſed quia nõ expedit, videatis vbi ſ.

a ¶ [a] Prædictæ determinationi videtur obſtare hic text. in princ. in ver. vel publicarum functionum apochas &c. qui loquitur de ſol. fienda tertio, & tamen dominus non tenetur negatiuam probare, vt hac gloſſ. Ad hoc reſpondet not. Sal. hic, qꝫ iſte tertius, & dominus habentur loco vnius, quia ſolutio facta fiſco prodeſt domino, qui aliàs hoc tenebatur ſoluere, & ſic loco vnius cenſentur, & procedunt prædicta. ¶ Ex prædicta doctri. infert Angel. hic in penul. colum. quòd obijciens actori, quòd audiri non debet ſecundum formam ſtatuti, eo quia non ſoluit collectas communi, debet probare hanc nega. eo quia opponit de eo, quod erat ſoluendum non ſibi, ſed tertio, & ita dicit fuiſſe obtentum in quæſtione cuiuſdam Epiſcopi, cui obijciebatur excommunic. ſententia, quæ erat lata ſub conditione ſi non ſoluerit, &c. quod dicit Angel. eſſe tenendum menti. ¶ Addo, licèt ipſe non dicat, quòd idem in terminis tenet Bar. in d. l. in illa. la 2. & Angel. in repe. l. pen. in 2. colum. C. de fid. inſtrum. & iure haſtæ fiſca. lib. 10 & dom. Anto. in d. capit. ſuper his. extra de accuſ. licèt contrarium teneat Bald. in repe. l. cùm mulier. in 20. colum. ff. ſolu. matrimo. per rationes non multũ vrgentes, ad quas eſt reſponſio ex not. per Ioan. And. & alios in cap. bonæ memoriæ. el 1. extra de elect. & per Docto. maximè

134 Moder. in l. in illa. ¶ † In ea glo. ibi, per teſtes. Docto. *communi-*

* *ter omnes* ſimpliciter tranſeunt cum glo. Sal. in 10 colum. multum ſing. dicit eſſe circa hoc aduertendum, quòd iſti teſtes per quos emphy. vult probare ſe ſoluiſſe canonem emphyteu. debent eſſe non minus quinque, & rogati. Motus, quia cõtractus iſte, & quod ex eo ſequitur in ſcriptis eſt celebrãdus, & per ſcripturam ipſum probare debet, ergo neceſſariò ſuccedit regula l. teſtium. & Anthen. rogati. ſ. de teſti. qꝫ probatio ſolutionis debeat fieri per aliam ſcripturam, vel quòd ſaltem requiruntur

* quinque teſtes, & rogati, nec minus ſufficerent. & dicit Salyc. hoc eſſe multum notandum, quia ſecundum eum Docto. nõ tangunt, ſed j. referam, qꝫ ante eum id fuit per alios tactum. refert etiam Salyc. ſe idẽ tenuiſſe in d. l. teſtium. in 6. oppo. ¶ Hoc dictum Salyc. pro ſing. retuli ſimpliciter illud ſecutus in l. 1. in glo. in verb. ſcriptura. ſ. eod. Nunc autem melius conſiderans, non puto illud tenendum, & ſiquidem teneamus illam opin. quam multi tenent, quod in cõtractu emphyteutico pro ſubſtantia non requiratur ſcriptura, ut retuli ſuper dicta gloſſ. in verſi. ſcriptura. & dictum Saly. eſſet falſum notoriè, & ita illud reprehendit d. Guar. de Caſtil. alij non tangunt, qui ſequutus eſt illam partem, qꝫ pro ſubſtantia contractus emphyteutici non requiratur ſcriptura. Si teneremus aliam opin. quòd imò requiratur ſcriptura, prout ibidem firmaui, dicit d. Guar. qꝫ ſic. ego puto, quod nullatenus ſit verum, tenendo illud, quod tenui ſcripturam eſſe de ſubſtantia huius contractus emphyteutici. Moueor, quia non eſt verum fundamentum Saly. dum dicit, contractus emphy. requirit ſcripturam, ergo & quicquid ex eo ſequitur, ergo & probatio, & ſolu. & hoc nullibi probat. Nec eſt bona conſequentia, contractus principalis requirit ſcripturam, ergo & probatio ſolu. debet fieri per ſcripturam. Præ-

b tereà certi ſunt caſus [b] ſpeciales, in quibus requiritur ſcriptura, quos enumeraui remiſſiuè in d. glo. in verbo ſcriptura. ergo cũ inter eos iſte non ſit enumeratus, ſtabimus regulæ: ſed fortius, quòd iſtud ſit falſum oſtendo, nam ſpeciale eſt in fiſco, qꝫ ſolu. canonis publici non poſſit probari per teſtes, ſed neceſſariò requiratur ſcriptura, vt l. 1. & ibi glo. & Barto. in fin. C. de apo. pu. lib. 10. Bald. hic in penul. col. vt j. ſubijciam, ergo apparet, quòd probatio ſolu. factæ priuato de canone emphy. nõ requirit de neceſſitate ſcripturam, ergo nullatenus ſumus in regula d. l. teſtium, & quod ſolutio canonis emphyteutici non requirat neceſſariò ſcripturam, imò fieri poſſit per teſtes, tenet Bal. in ſpecie in d. l. teſtium. in 1. colum. in fin. & j. ſtatim referam, ſed & fortius poſito, quòd probatio ſolu. canonis factę à priuato debeat neceſſariò fieri per ſcripturam, quod tamen eſt falſum, vt dixi, adhuc d. l. teſtium. non haberet locum in terminis noſtris, quia illa l. habet locum, quando requiritur ſcriptura ex expreſſa conuentione partium, quæ aliàs non fuiſſent contracturæ, ſecus ſi ex diſpoſitione. l. vt in terminis noſtris, & ita tenet ibi expreſsè Bald. in 1. colum. in fin. vbi refert, qꝫ iſta opin. quam ſibi aſcribit Barth. de Saly. & dicit Doct. nõ tangere, fuit ante eũ Ricar. de Salyc. patrui ſui, qui ita conſuluit per d. l. teſtium, quã opin. Bald. reprehendit, tenens, quòd imò emphyteuta poteſt probare ſolu. canonis p teſtes, nec requiritur ſcriptura, aut numerus quinque teſtiũ, & idem dicunt eſſe in omni caſu, in quo ex diſpoſitione. l. requiritur ſcriptura, vt in inuentario, & ſententia diffi. motus ſolo fundamento ſ. proxim. adducto. Idem tenet Bald. in l. fin. in 3. q. j. arb. tutel. vbi refert aliàs hanc q. fuiſſe de facto Venetijs inter duos mercatores Florentin. & qꝫ d. cauſa fuit commiſſa Paduæ cõſulenda, & qꝫ Ray. de For. & d. Argentinus conſulerunt pro iſta parte per iſtam rationem, & ita

c eſt tenendum, [c] Vnde per iſta concludo cum gloſſ. noſtra, & Docto. qꝫ emphyteuta poſſit probare ſolutionem canonis emphyteutici à ſe factam per duos teſtes, nec ſit verum, quod requiratur probatio per ſcripturam, aut qꝫ requirantur quinq; te

135 ſtes, & ſint rogati, quicquid tenuerit Saly. hic. ¶ † In ea. glo. ibi, vt j. de apo. pu. l. pen lib. 10. notate perpetuò hanc conclu. glo.

d qꝫ eo ipſo, qꝫ emphyteuta probauit [d] ſoluiſſe tribus annis proximè præteritis, qꝫ præſumitur ſoluiſſe toto tempore retro, niſi contrarium probetur, per d. l. quicunque, quæ eſt lex pen. & ad hoc iſta glo. reputatur multum not. per Docto. hic, qui omnes tranſeunt cum ea. & illum text. in d. l. quicunque. reputat ſing. ad hoc Saly. hic in 2. colum. & dicit, qꝫ Dyn. ita conſuluit, & qꝫ etiam ipſe ita de facto obtinuit. & idem Saly. hic in 11. colum. illum etiam text. reputat ibidem ſingu. Barto. eam etiam dicit eſſe auream Bald. in cap. literæ. ad fin. extra de dila. & cum hac concluſione gloſſ. tenet etiam Specul. in dicto. §. nunc aliqua. in verſicu. 22. Imol. poſt Petr. de Ancha. in d. capitu. potuit. in 44. colum. vbi dicit per hoc fuiſſe defenſatum quendam Abbatem ab excommunicatione, quia apparebat eum ſoluiſſe capitulo pro trib. vltimis annis, & fortè tenebatur ſolutionem facere capitulo alterius Eccleſiæ, ſed hic habetis gloſſ. not. quæ extendit d. l. quicunque. loquentem in tributis, vt etiam habeat locum in canone emphyteu. & ad hoc not. iſtam gloſ. Bartol. in d. l. quicunque. Idem etiam tenet gloſſ. in capitu. cum

Eccleſia

ADDITIONES.

a ¶ Vide Socin. in l. 1. in fin. de excep. PARPA.

b ¶ Caſus. Adde glo. not. de hoc. in cap. 1. de cenſi. lib. 6.

c ¶ Adde, quod cum iſta concluſio. Iaſ. reſidet Fely. in cap. ſicut. in 5. colum. verſicu. 3. declaratio. in fin. extra de re iudi. PARPA.

d ¶ Probauit. Adde l. quicũque, & ibi Doct. C. de apo. pub. lib. 10. Doct. in c. manda. de præſump.

* Et vide eundem Iaſ. in l. 1. colum. 2. verſic. alium not. effectum. j. de fideicom. & dic, vt per Crem. ſing. 79. & an præſumptio de tribus annis præteritis locum habeat, quando promiſiſti mihi 10. ſingulis annis, vel grauaui te ad 10. ſingulis annis, an ex ſolutione trium annorum præſumaris in præteritum quandocunque ſoluiſſe? Dic, quod non, quia hæc præſtatio non eſt canonica, ideſt regularis, ſed contingens, & reſpiciens grauamen perſonæ, non rei, ſed canon ex ſui natura non ex accidenti præſtatur ſingulis annis, teſte Bald. in d. l. quicunque. alleg. hic per Iaſ. quem alleg. Crem. ſingu. 80. vbi de hoc pulchrè. MASVER.

Source : BIU Cujas

Ecclesia Sutrina.de causa possess. & ppriet. & refert Io. And.in d.versic.27.q̃ Andr.de Barulo super d.l.quicunque.exaltat vocem suam dicens,q̃ per illam.l.obtinuit, in censu emphyteuti
a eo sufficere probationem solutionis trium vltimorum annorum.¶ [a] Limitate tamen hanc conclusionem gl.fin.& d.l.quicunque,vt procedat,quando illa solutio trium annorum esset
b facta quælibet de per se,vnaquæque [b] singulo anno,secus si simul,& semel soluisset vno anno pro tribus annis,ita sing. limitat illam Bal.in l.2.C.de do.promis.post not.ibi per Cyn,& idē Bald.in d.l.quicunque. ¶Et pro hac limitatione bene facit, qđ sing,voluit Barto. in l. cum qui.aliàs incipit Iabolenus.ff.de annu.lega.dum singu.limitat l. cùm de in rem verso.ff.de vsur.& l.si certis annis.ff.de pact.in quibus dicitur, q̃ ex solutione 10. ann.præsumitur debitum præcessisse,vt non procedat,quando fieret vna solutio pro 10. aut pluribus annis, quam limitationem ad illa iura etiam ponunt Petr.Cyn.& Bal.in d.l.2.j. de do. promis.pro qua limitatione bene facit text.in d.l. cū de in rem verso.in vers.longo tempore.& ibi Bald.ad hoc not.illum tex. ¶Secundò limitauit prædictam conclusionem glos.nostræ.& d.l.quicunque mirabiliter,& singulariter Host. in summa titu. de loca.paulò ante fin. vbi dicit,quòd illud,quod dicitur de solutione trium annorum vltimorum, quæ facit præsumi solutionem omnium annorum præcedētium, habet locum in se-
136 cularibus, in ecclesiasticis autem sufficiant duo anni, † & sic emphyteuta Ecclesiæ eo ipso, q̃ probat se soluisse duobus annis proximè prēteritis,prēsumitur retrò semper soluisse.Istam limita.Host.refert Io.And.in d.versic.27.illam reprobans, & bene,dicit quòd Host. inuenit in hoc nouum ius, & detraxit Ecclesijs plus fortè,quàm perpenderit. Concludit enim hoc dictum, q̃ facilior probatio requiratur contra Ecclesiam, quàm contra priuatum,dicit tamen Ioan.And.q̃ Host. fortè ponderauit,q̃ sufficiat soluisse illo tempore biennij, quo elapso non soluens cadit à iure suo emphy. sed isto casu abbreuiatio temboris biennij, quo ad caducitatem emphy. respicit merum fauorem Ecclesię,vt citius emphy.cadat,illa autem prēsumptio esset ècontra in damnum ipsius Ecclesiæ, & sic q̃ eius fauore est introductum,in eius damnum retorqueretur, contra l.qđ fauore.cum vulg.s̃.de legi.vnde vlt.loco subdit Io. And. quod fortè Host.intellexit,dum dicit in ecclesiasticis secus,hoc est in his,quę sunt soluenda per Ecclesiam alijs,non autem ècontra, in his quæ sunt soluenda ab alio Ecclesiæ,& tunc bene cessaret obiectio prædicta,dicit tamen Io. And. q̃ neutrum sibi placet, vnde tenendum est simpliciter cum conclusione glo. nostræ, siue loquamur in secularibus sine ecclesiasticis, nunquam mi-
c nus tempus triennij facit præsumi retrò solutum. [c] ¶Tertiò aduertite secundum Spec.in d.vers.27.q̃ quamuis ille,qui soluit tribus annis vltimis, præsumatur semper retrò soluisse, qđ tamen si quis probet se soluisse vno anno tātum proximè præterito,non poterit amplius expelli in casibus, in quibus conclusum est.s̃.in proxima parte principali gl.qđ priuatus, vel etiam Ecclesia recipiendo simpliciter pensionē sibi præiudicet in iure expellendi. Sed tamen licèt expelli non possit per solutionē illius anni tantum,per hoc nō præsumitur soluisse pro alijs annis retrò,& sic quamuis ex hoc non possit expelli,poterit tamē ab eo peti pensio omnium annorum præteritorum, secus vbi soluit pro tribus annis proximè præteritis, quia tūc illa solutio operatur duos effectus,& q̃ expelli non possit,& q̃ etiam prę-
d sumatur retrò semper soluisse. [d] ¶†Nunquid autem prædicta
137 conclusio gl.nostræ, & d.l.quicunque. habeat locum in simplici colono,vel conductore,vt probando se soluisse tribus vltimis annis,præsumatur semper retrò soluisse,ponit Ang.in §. scire autem.ad fin.in Auth.de non alie. & tenet q̃ sic, cū sit eadem ratio,quæ in emphyteuta, dicit tamē se nescire legem ad hoc.addo Bal.not.in cap.literæ.ad fi.extra de dila.qui dicir post Io.And.generaliter, q̃ ille qui soluit pensionem per triennium proximè præteritum,præsumitur soluisse pro toto tēpore præ
e terito illud totū, qđ soluere debebat, siue loquamur [e] in emphyteuta, siue in simplici colono,siue in censuario,& similiter secundū eum, si quis soluit collegio, vel communi per triennium proximè præteritum,siue per tres collectas annuales,prę sumitur semper retrò soluisse, nisi contrariū probetur,vt dicit secundum eum dicta aurea.l.quicunque. ¶Vltimò pro complemento huius partis glo. quæ vult, quod emphyteuta possit probare solutionem canonis per testes,vel per cōfessiones, vel
138 per instrumenta, &c. † Aduertendum est, q̃ tamen probatio solutionis tributorum,& consequenter canonis publici nō potest fieri per testes,sed necessariò requiritur scriptura, tex.est not.& ibi glo.in l.1.C.de apo.pu.lib.10.& ibi Bar.in fin.& Bald. hic in pen.col.facit.§.coges.in Auth.de manda.prin.Et propterea secundum Bal.hic,qui non est descriptus in libro soluentiū tributa publica,præsumitur non soluisse,per tex.no.in l.1.C.de exacto.tribu.lib.10.quod vltimum etiam tenet Bar.in l.fin.per illum tex.cū gl.sup.de reb.cred.& in l. Titię textores.in prin.per illum tex.ff.de leg.1. & Bal.in l.iustum.s̃.de eden.& in l. cùm testamento.per illum text.s̃.de manum. & in l. hi qui ad ciuilia.j̃. de appella.de solutione autem canonis emphyteutici, q̃ possit fieri etiam per testes,dictum est satis.s̃.proximè in 89.col.& sequen.& per hęc remanet expedita hæc 4.pars prin.glo. ¶Sum modo in quinta parte prin.gl.ibi,si emphyteuta promisit. quā subdiuido in quinque parti. In 1.format quęstionem.In secunda arguit pro parte negatiua. In 3.decidit decisiones, & rationes assignat.In 4.multum not.respondet ad allegatum in contrarium.In 5.ponit vnum dictum. Secunda ibi, videtur quod non quasi per pœnam.Tertia ibi,tu dic contra, ne quod fauore.Quarta ibi,d.l.1.de pa.conuen. Quinta ibi,sed tamen vtrunque. ¶In ead.gl.ibi.l.quod fauore,habetis ex gl.conclusionem,
139† quod quamuis emphyteuta [f] promiserit pœnam eo casu,
f quo pensionem non soluerit tempore congruo, quod nihilominus cessando per triennium soluere, potest expelli, & cum hac conclusione tenent omnes indifferenter hic,& Spec.& Io. And.in d.§.nunc aliqua.vers.33.& Bart. post Dyn. in l. cùm pater.§.libertis.per illum tex.ff.de leg.2. Alex.in consil.130.libr.4. inci.in causa,& lite vertente inter vniuersitatem. Fundamentū glo.est,ne pęna apposita in fauorem domini, in eius damnum retorqueatur. Addit Bal.& Saly.hic aliam rationem, ne pœna apposita in odium emphyteutæ non soluentis, afferat ei commodum,cōtra l.siue hæreditaria.in fi.cum sim.ff. de neg. gest. adducit etiam Bald.hic in 4.col.quasdam alias rationes, de quibus hic per eum,& maximè illam,qa in alternatiuis remediorum electio est actoris, & nō promissoris.allegat.l.rescriptum. §.si pacto.ff.de pact. adde q̃ est doctri. Bart. & aliorum in l. cū proponas.s̃.de transact. per l. quod in hæredem.§. eligere.ff.de trib.imò dicunt Dyn.& Barto.in d.§.libertis.per illum text.q̃ si emphyteuta non soluit pensionem tempore debito, & dominus vult eum expellere,ipse autem emphy.dicit,ego volo soluere pœnā,& retinere emphyteusim,ex illa clausula rato manente contractu,nō auditur,quia illa clausula operatur ei, qui
140 seruat promissa, non ei qui venit contra. † Ex quibus verbis habetis signanter notare, q̃ ille qui soluit pœnam non dicitur seruare voluntatem testatoris,aut cum eo contrahentis,prout etiam voluit Bald.in repe.l.petens.in 17.col.s̃.de pact. & de ista clausula rato manente contractu, tangitur in duabus sequen. partibus gl.in quibus aliud tāgetur.¶Item hanc gl.iuncto text. not.Bart.contra opi.tenentium,q̃ stipulatio pęnalis nouet præcedentem contractum, quando præcedens contractus erat de iure ciuili,dicit Bar.hoc esse falsum, quia cōtractus emphy. est de iure ciuili,vt s̃.l.proxima,& tamen stipulatio pęnalis sequēs illum non nouat,vt hac gl.idem etiam simpliciter no.& tenet Sal.hic in 12.col.de quo quia nō est materia nostra, sed aliena à proposito nostro,vide plenè not.per Bar.& alios in repe.l.ita stipulatus.magna.in vlt.q.princ.ff.de verb.oblig. & in l. si pacto
141 quo pœnam.de pact.s̃.¶†Circa hanc conclusionem glo. occurrunt mihi duæ dubitationes, quæ non ponuntur per alios hic.Prima est, pone emphyteuta promisit dño duos denarios annuos nomine census emphy.sub pœna 100. librarum, nunquid talis pœna valeat,an verò videatur adiecta in fraudē vsurarum, & consequenter non valeat, ex quo in tantum excedit
* summam debiti principalis,ista gl. sic simpliciter *approbata per omnes*,videtur innuere,q̃ talis pœna valeat, istam q. format in terminis Spec.in d.§.nunc aliqua.vers. 40. vbi formaliter quærit,an liceat dño stipulari ab emphyteuta pęnam,quautuncunque magnam vel modicam,& refert quosdā dicere, q̃ sic per l.fi.in fi.in arg.j̃.de spon.in contrarium dicit facere. l. vnicam.j̃. de sent.quæ pro eo, q̃ interest. & nihil vltrà decidit.istā quæst. format Bald.in d.c.1.in 1.col. qualiter dominus propriet. feud. priue.in vsib.feud.quamuis de Spec.non faciat mentionem,& tenet q̃ valeat per hanc glo.& hoc not.quæ gl. tñ vt vidistis nō loquitur præcisè in his terminis.Mouetur etiam, quia talis pœna vī adiecta ex causa expulsionis, & sic facti, vnde quātacunque sit,peti pōt,iuxta plenius no.in l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb.oblig.& in d.l.vnica.C.de sent. quæ pro eo, quod interest. & in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pet.& in l.cùm seruus. ff. de cōdi. & demonstr. quamuis ipse nihil alleget. Eodem modo secundum

ADDITIONES.

a ¶Vide Alex.consil.106,in 2.col.in 3.vol. PARPA.

b ¶Adde Ias.in l.si cer.ann.col.2.C.de pact.& in l.1.col.8.ff.de offic.eius,& in l. 1.colum.4.j̃.de fideicom. PVRPV.

c ¶Vide Barba.in cap.potuit.in 4.col.vbi dicit,quòd pro certo dictum Host.est multum æquum. PARPA.

d ¶Adde, quod istud sequitur Franc.Crem.sing.78. PARPA.

e ¶Idem vult Rota decisio.404.in nouis. PARPA.

f ¶Quamuis emphy.Adde Pilcum in quæstionibus suis,quæst.74.

Source : BIU Cujas

dum eum, si pęna esset adiecta per nomina multiplicatiua, puta, si non soluerit pensionem, promittit duplum vel triplum, quamuis petatur tunc non vt pœna, sed vt augmentatio pensionis, si res erat digna tanta mercede. per l. pecuniæ fœnebris.
142 §. fin. ff. de vsu. ¶ Secunda quæstio est, † pone retento eodem themate, quando emphyteuta promisit domino nomine census emphyteutici duos denarios annuos sub pœna 100. librarum, an quemadmo. si emphyteuta non soluit, & sic non seruat promissionem suam, incidit in ipsam pœnam 100. librarum, eod. modo, si dominus veniat contra pacta sua, teneatur ad similem pœnam 100. libra? prima fronte videtur dicẽdum, quòd sic, quia in correlatiuis pœna apposita vni, intelligitur & alteri apponi. l. fina. vbi Docto. j. de indi. vid. tollen. l. fin. vbi Barto. ff. de accep. & in l. 1. & ibi Bart. C. de cupres. lib. 10. Istam quæst. format in terminis Bald. in d. c. 1. post princ. qualiter do. proprie. feud. priue. vbi primò arguit, ꝙ sic, per illum tex. & per d. l. fin. j. de indi. vid. tollen. postea contrarium determinat, quia istud pactum ex vna parte tantum est pœnale, & non ex altera per l. sed interpellatur. §. si ab altera. ff. de arbi. ¶ Et ad contraria respondet, quòd loquuntur in pœna legali, secus in pœna cõuentionali, & est ratio, quia non est nostrum conuẽtiones extendere, vt ibi latius per eum. Addo tex. in l. si de meis. aliàs idẽ Pomponius. in princ. ff. de arb. vbi est melior tex. quàm allegatus per Bal. & ponit not. Paul. de Cast. in l. sed si hac. §. patronũ. super vers. sed ius. ff. de in ius vocan. & accedant, quæ dicam in l. fin. j. eod. vbi ponam, an quemad. emphy. alienando rem emphyteuticam irrequisito domino incidit in pœnam caducitatis, quia priuari potest emphyteusi, an eodem modo ècõtra dominus alienando directum dominium irrequisito emphyteuta, possit priuari directo dominio. Nunquid autem in casu huius gloss. nostræ, quando emphyteuta promisit pœnam, si pensionem non soluerit, possit dominus vtrunque petere. s. pẽsionem, & pœnam, vel saltem illud plus, in quo pęna excedit pensionem, dicam. j. ad fin. huius partis glo. ¶ In ead. glo. ibi, quę facilius, quàm iura communia tolluntur. Istam glo. valde commendant, & reputant multum tenendam menti Doct. hic, &
143 inter cæteros Bar. † ex qua habetis pulchram limita. ad regulam vulgatam, ꝙ per prouisionem hominis intelligitur recessum à prouisione legis. d. l. fin. j. de pact. conuen. l. maritus. s. de procu. l. & habet. §. cùm quis. ff. de preca. quia illa regula procedit, quãdo prouisio legis est inducta in priuilegium de iure speciali, secus si esset prouisio legis de iure communi, quia tunc per prouisionem hominis ab illa non intelligeretur esse recessum, & est ratio diuersitatis, quia priuilegia facilius tolluntur, quàm iura communia, vt hic in glo. & sequitur etiam Bar. in d. l. fin. j. de pact. conuen. & in d. l. 1. §. vnde quæritur. in vlt. col. ff. de publica. Hinc sumpta occasione Cy. hic in 6. q. post Petr. latè examinat istud brocar. an, & quando per prouisionem hominis intelligatur recessum à prouisione legis, cuius distinctionem refert, & sequitur simpliciter Ioan. And. in addi. Specu. in d. §. nunc aliqua. versicu. 35. de quo, quia via est brocardica, ad dicta per eos me remitto, & ad ea quæ. j. dicam. ¶ Inter cętera tamen posita per eos, not. limitationem, quam ponit Cyn. ad glo. nostram, quę vult, ꝙ prouisio hominis non tollit prouisionem legis, quæ est de iure cõmuni, quia dicit Cyn. hoc verum esse, nisi prouisio hominis esset posita ad nouandum prouisionem legis, quia tũc tolleretur prouisio etiam iuris communis, allegat. l. pen. j. de vsu. rei iudi. & sequitur simpliciter Saly. hic in 12. col. & est text. in l. 4. §. si ex conuentione. & ibi glo. & Docto. ff. de re iudi. Per hanc glo. ita declaratam puto cõfundi quoddam sing. dictum Bal. in capit. 1. in 2. col. qualiter dominus proprietate feu. priue. vbi voluit sing. quòd si res, quæ valebat centum, sit vẽdita pro decem, eo pacto, quod si in Paschate dicta decem non soluerentur, ꝙ adimpleatur istud pretium, quòd hoc casu non habet locum remedium. d. l. 2. s. de rescind. vend. eo quia sufficit prouisio contrahentium, nam in contrarium facit hic gl. ord. approbata per omnes, quia prouisio hominis. non facit cessare prouisionem legis, quæ sit de iure communi, vel ordinario, vt j. dicam, sed remedium. d. l. 2. est prouisio iuris communis, & generalis, & non specialis, vt ibi per Barto. in 1. col. ergo, &c. ¶ Item per istam gl. videtur reddi dubium quoddam sing. Io. And. post Host. in capit. relatum. extra ne cler. vel mon. vbi voluit, quòd si in aliqua regula contineantur aliqua fiẽda à religiosis, & posteà apponatur certa pœna puta ieiunij, ꝙ religiosi cõtrauenientes, licèt vouerint, vel iurauerint seruare regulam, non incurrunt transgressionem voti, vel peccatum mortale, cũ satis sit, ꝙ in pęnã ieiunij postea incidãt. huic doctrinæ, videtur obstare mens nostrę gl. quia prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis, quæ sit de iure communi, vel ordinario, vt statim dicam, nisi sustineremus dictum Io. And. vt procedat, quãdo regula, & appositio pœnæ processissent ab eodem, quia conficiens regulam bene tunc videretur eam limitasse ad pœnam ieiunij, secus si pœna fuisset postea per aliũ adiecta, puta per Abbatem, vt hac gl. not. ¶ Quędam alia circa istud brocardum scribit Bald. hic in 4. col. & seq. & inter cętera ponit aliam limita. ad dictam regulam, vt procedat, quando prouisio legis esset extraordinaria, quia tũc bene tolleretur per prouisionem hominis, secus si esset ordinaria, quam limitationem ponit etiam Bar. in l. & habet. §. cùm quis. ff. de preca. & in l. si cùm dotem. in princ. ff. solu. matrimo. vbi etiam aliter limitat Bar. quando prouisio legis, & hominis essent circa idem, secus si circa diuersa. ¶ Aliter etiã limitat Bar. in l. 1. §. vnde quæritur. in vlt. col. ff. de publi. quando vtraque prouisio esset generalis, vel vtraque specialis, secus vbi vna esset generalis, & alia specialis, & sic quando prouisio legis esset plenior, quàm prouisio hominis. ¶ Aliter etiam limitat Bal. in l. certi iuris. in fin. s. loc. quando vtraque prouisio prouenit ex eodem fonte, secus si ex diuerso. ¶ Aliter etiam limitat Bald. in l. fin. C. de pact. conuen. vt prouisio hominis tollat prouisionem legis, verũ est nascituram, non autem iam natam, & vltra prędicta de hoc brocardo vide latè Iaco. de Beluis. in d. l. fin. j. de pact. conuen. Bal. in l. vbi adhuc. in 5. col. j. de iur. dot. Cy. & Bal. in l. fi. vbi per hoc decidũt pulchram. q. j. de repud. hær. glo. & Doct. in d. c. potuit. Spec. in titu. de coniuncta persona. Ang. de Are. in §. item Seruiana. instit. de act. ¶ An autem per prouisionẽ hominis cessẽt prouisio statuti, ponit Bal. in d. l. fina. ad fin. j. de repu. hære. vbi tenet ꝙ non. & reputat valde not. & ibidem Cyn. tangit, & etiã Bal. in d. l. vbi adhuc. in 7. col. An autem per prouisionem arrharum, & sic per prouisionẽ hominis videatur recessum à prouisione interesse, & sic legis, vide Bar. post Dyn. & Iaco. de Are. in d. l. 1. §. vnde quæritur. in fin. ff. de publ. glo. in l. contractus. & ibi Cyn. & Bald. s. de fid. instrum. glo. in §. 1. insti. de empt. & vendi. Bal. in l. quod sæpè. in princ. ff. de cõtrahen. emp. & latè not. Io. And. in addi. Spec. in titu. de emp. & vendi. in §. sciendum. super vers. item not. ꝙ quidam confines. in addi. inci. de emptore lo-
144 quimur. ¶ † In ead. glo. ibi. l. ita stipulatus. in fin. Teneatis ex gl. conclusionem, ꝙ quando emphy. promisit pœnam si cessauerit soluere, ꝙ dominus non potest vtrunque consequi. s. deijcẽre emphy. & pœnam petere, nisi expressè actum sit, ꝙ vtrunq;
* possit peti. & cum hac concluſ. *transeunt communiter Docto.* hic, quamuis Albe. hic in 1. col. videat aliquas varietates Antiquorum circa hoc referre. de quo etiam per Spec. & Io. And. in effectu tenentes cum gl. nostra in d. § nunc aliqua. versi. 11. & in versi. 35. & seq. Raph. Fulg. hic reprehendit hanc glo. tenens, ꝙ imò possit vtrunque petere, & consequi, per l. vbi pactum. s. de transact. & l. pacto. ff. eod. quæ iura probant contrarium, & per l. qui fidem. ff. eo. de transact. vbi vtrunque petitur. Sed dic hoc ideo, quia ibi erat clausula rato manente pacto, de qua in duabus seq. partibus gl. & ad iura alleg. in gl. respondet Fulg. ꝙ verũ est, ꝙ quis non potest exigere pœnam, & debitum principale, puta decem, quæ debentur pensionis nomine, ita loquuntur iura alleg. in gl. sed deijcere à iure emphy. nõ est debitum principale, ideo vtrunque patet posse peti. ¶ Vos dicite, ꝙ imò deijcere, quamuis non sit debitum principale, venit tamen ex natura principalis obligationis. vnde succedit regula. l. apud Celsum. §. Labeo. el 1. ff. de excep. dol. cum alijs alleg. in glo. ꝙ quis non potest consequi contractum, & eius naturam. & sic deijcere, & etiam pœnam petere; quæ posteà aliunde procedit. s. cessatione, & contumacia, & ita etiam opi. Fulg. reprehendit do. Guar. de Castil. hic retenta conclusione gloss. ꝙ dominus non possit expellere emphy. & etiam pęnam petere, nisi expressum
145 sit. ¶ † Quæro, nunquid saltem dominus possit petere pensionem, & pęnam, vel saltẽ illud plus, in quo pęna excederet pensionem. Bal. hic in 5. col. determinat, ꝙ non, quia petendo pensionem agit ex principali contractu, vnde nõ debet posteà posse agere ad pęnam ex contumacia, & sic ex alio capite, per regulam. l. 1. j. de fur. & l. quod in hęrede. §. eligerẽ. cum vulg. ff. de tributo. Item quia soluere censum emphy. est impletio, & consequenter purgatio moræ, ergo non debet posse pœna peti. ¶ Limitat tamen hãc suam concluſ. nisi esset adiecta clausula rato manente pacto, cuius virtute posset vtrunq; petere, vt in duab. seq. partib. glo. ¶ Addo pro hac decisio. Bald. bene facere, quæ latè dixi supra in 3. parte princip. huius gloss. in casibus in quibus concluſum est, quòd dominus recipiendo pensionem videtur remittere ius caducitatis, & consequenter pœnam, vt ibidem plenius dictum fuit, & de hac quæst. Bald. videte etiam per glo. & Docto. in d. cap. potuit. & Specu. in d. §. nunc aliqua. in vers. 11. & Bal. in l. 3. in prin. ff. si quis cau. vbi limitat secundo modo istã decisio. procedere, nisi dominus qñ recepit censum ab emphy. fuisset expressè protestatus, ꝙ per hoc non intendit remittere ius pęnæ. alleg. Specul. in d. §. nunc aliqua. versicu. 25. Veritas huius limitationis pendet ab his, quæ latè dixi. s. in

Source : BIU Cujas

3.parte princip.huius gloſſ. & per iſta remanet expedita hæc 5. pars glo. ¶Sum modo in 6.parte princip.huius glo. ibi,item ſi ſemel pœna eſt exacta. quam ſubdiuido in tres particulas. In prima format quæſtio.& reſpondet.In 2.reſponſionem extendit.In 3.limitat.Secunda ibi, nec obſt.etiam ſi ſit dictum. Tertia ibi,niſi expreſsè eſſet dictum.In ead.glo.ibi, vt arg. ff. de arbi.l.ſi duo.§.fi. ¶Ex hac gl. colligũtur duo, [a] in quibus ſecundũ Fulg. glo.malè dicit, quamuis alij ſimpliciter tranſeuntes cum
146 glo.ad eam non aduertant. ¶†Primum ſentit glo. ꝙ ſtipulatio pœnalis adiecta in contractu emphy.non committitur,niſi per ceſſationem ſolutionis canonis triennalis, & ſic niſi poſtquam emphy.ceſſauerit triennio integro ſoluere, non poterit citius pœna exigi,quod primum dictum ſecundum Fulgo. eſt contra.l.1.ff.de penu leg. & in l.1.§.item ſi ita.ff.ad l. Falcid. vbi ſtipulatio pęnalis ſubiecta annuæ pręſtationi committitur per primam ceſſationem. ¶Suſtinendo glo.dicite,prout etiam d. Guar.de Caſt.hic,quòd glo.debet intelligi, & credo pro certo, quod hæc fuerit mens glo.quando pœna fuerit adiecta,ſi ceſſauerit à ſolutione canonis per triennium, iuxta terminos huius legis noſtræ,aliàs ſi ſimpliciter promiſſa eſſet pœna,poſſet procedere obiectum Fulgo.quòd per primam ceſſationem commiſſa eſſet pœna non expectato triennio. ¶Et ad iſtam ſolutionem confirmandam vide,quod decidit Specul.in d.§.nunc aliqua in verſic.36.vbi quærit,pone,quòd emphy.promiſit pęnam ſi ceſſaret in aliqua ſolutione penſionis cum clauſula rato manente pacto,& ſic videtis ꝙ Spec.format quęſt.cum miſterio,quando expreſsè eſt dictum pro aliqua ſolutione, & nõ ſimpliciter, deinde emphy. ceſſauit per annum, & ſecundum pactum illud ſpecificum pęna eſt commiſſa, & exacta, deinde ceſſauit per alios duos annos, nunquid primus annus, pro quo pœna eſt ſoluta,computabitur cum iſtis duobus,vt ſic dicatur triennio ceſſaſſe,& conſequenter poſſit expelli, & determinat, quòd non,cùm iam punitus ſit pro illo primo anno. ¶Secundò ſentit gloſſ. quòd quando commiſſa eſt ſtipulatio pœnalis ſubiecta poſt annuam obligationem,& eſt exacta,quòd pro futuris annis poteſt exigi ipſa obligatio annua. Iſtud eſt falſum ſecundum Fulgo.quia imò annua obligatio,eo ipſo, quòd eſt commiſſa pœnalis ſtipulatio, transfunditur in pœnam ſtipulationis, & mutatur, vt amplius agi non poſſit ad annuam obligationem in futurum.l.1.in fin.ff.de penu lega. & l. ita ſtipulatus,magna.ff.de verbor.oblig. ¶Sed certè videre meo gloſſ. in iſta 6.parte nullum verbũ ponit,vnde iſtud poſſit elici. Et iſtud examinare,eſſet illam difficultatem attingere,an ſtipulatio pę
147 nalis nouet † præcedẽtem conuentionem, de quo plenè per Barto.& alios in d.l.ita ſtipulatus.in vlt.quæſtio.& tangit Barto. hic vnum verbum in parte præcedenti huius gloſſ. vbi tetigi. Tenendo tamen,quòd in difficultate illud ſit verum,quod ſic plana fronte fatetur Fulgo. quòd ſtipulatio pęnalis ſemper nouet præcedentem obligationem, adhuc facilè poteſt defenſari gloſſ.noſtra, quando illud vellet,quod dicit Fulgo.quia iura alleg.per Fulgo. loquuntur in obligatione pęnali adiecta in locum primæ,& principalis obligationis, puta in pœna adiecta per teſtatorem in locum principalis,quo caſu bene verũ eſt,ꝙ per moram hæredis legatum ipſum trãsfunditur in pęnalem, ſed in caſu noſtro pœna non eſt adiecta in locum primæ, & principalis obligationis, ſed in locum ceſſationis triennalis, & ideo non transfunditur,argum.l.ſi quis rem. cum ibi not. ff. de arbit. Et quòd iſtud ſit verum, oſtendo clarè, quia data opin. Fulgo.pro vera,ſequeretur abſurdum,quòd commiſsio ſtipulationis pœnalis,& exactio liberaret emphy.ab obligatione domini,& conſequenter conſtitueret emphyteuſim liberam, ita quòd amplius expelli nõ poſſet per eius ceſſationem,quod eſt ridiculum dicere. & etiam eum reprehendit dom. Guar. hic, tamen vt dixi aliter non excutio pro nunc veritatem dictæ difficultatis, ſed quæ dixi procedunt etiam tenendo, quòd ſit verum præſuppoſitum Fulgo.¶In ead.glo.ibi, pœnæ ſtipulationem,quia non eſt contractus.hæc ratio gloſ. hic ſimpliciter intellecta nõ videretur procedere, primò, quia ſtipulatio ſaltem largo modo comprehenditur appellatione contractus,vt not. Barto.in l.ſi vt proponis,ad fin. ſupra de condi. ob cauſ. & in l. fina.ff.de condi.ob cau.& Paul.de Caſt.in rubr.de verb. obl. & in l. 1. in fin. ſupra de pact. Prætereà clauſula iſta non concipitur, vt dicit gloſſ. rato manente contractu, ſed rato manente pacto,vt l.cùm proponas.ff.de tranſact.& l. qui fidem. ff. eod. vnde gl.debet intelligi, vt reſpexit principalem obligationem, & principalem contractum, appellatione cuius non comprehenditur ſtipulatio pœnalis, & ideo clauſula illa non ſe extendit ad ſtipulationem pœnalem,& ideo ſecundum Bald.ſenſus glo.eſt vno verbo in prædicta clauſula, ꝙ ratus maneat cõtractus, ideſt conuentio primitiua. ¶Et notate bene ex hac gloſſ. ꝙ ſtipulatio pœnalis non appellatur propriè contractus,& ita not.& ſequuntur Bal.& Sal.hic in 12.col. de quo per Imol.in l.
148 2.in prin.ff.de verb.oblig.¶†Hanc glo.dicit Bal. hic in 5. col. facere ad quæſtionem ſtatuti diſponentis, ꝙ de quolibet con-
b tractu [b] ſoluatur gabella,quòd ſi gabella eſt ſoluta de principali contractu,non debet poſteà ſolui de pœnali, quia pœna ſuccedit loco ſortis, pro qua eſt ſoluta gabella. ¶Item quia in ſtatutis verba ſunt propriè intelligẽda iuribus vulgaribus, & propriè promiſſio pœnalis non eſt contractus, vt hac glo.¶Adde pro hac deciſione firmanda bene facere, quod ſcribitur alibi, ꝙ ſtante prædicto ſtatuto, gabella non debet ſolui de acceſſorio,prout eſt hic ſtipulatio pœnalis,prout not. determinat Bal. in l.cũ dotẽ.s̃.de iur.do.& in rub.s̃.depo.in 6.col.& in l.antepe. s̃.ſi quis alteri,vel ſibi.quemadm. etiam non debet ſolui gabella de contractu tacitè incluſo, vel de cõtractu transfuſo in aliũ contractum.ſecundum,ꝙ not.decidit Bald.in d.l.cùm dotem. iuncto eo,quod tenet hic Fulgo.& s̃.proxi. retuli, ꝙ primitiua obligatio transfunditur in pęnalẽ,quod tamen non firmaui, vt
c s̃.dictum eſt. ¶An autem debeat ſolui gabella [c] de fructibus, prædicta deciſio Bald. facit,ꝙ non,cùm ſint acceſſorij, iſtud in ſpecie ponit Bal.in l.abſtinendi.aliàs inci.lul.ff.de in integ.reſtit. quam legem Bald.legit cum l.præceden.quę incip.non ſolùm. vbi Bald.per illam.l.abſtinendi. volentem dicere inſpici principale propoſitum,decidit poſt Gul.de Cun.multum not.ꝙ etiã ſi ſtatutum expreſsè diſponeret, ꝙ de vẽditione fructuum ſoluatur gabella, & vendatur fundus fructibus plenus, ꝙ iſti fructus non veniant gabellandi, ad hoc etiam adducit pulchrum tex.in arg.in l.fin.§.penul.ff.de his,quæ in frau.cred.& dicit Bal. ꝙ iſtud eſt valde bonum dictum,quod bene not.ad confirma
149 tionem deciſio.Bald.hic.s̃.proximè relatæ. ¶†In ead. glo.ibi, vt d.l.ſi duo.§.fin.& ſic ad ſi.6.partis glo. tenetis ex tota hac ſexta parte concluſionem, ꝙ quando pęna eſt commiſſa per emphyteutam,& quia triẽnio ceſſauit eam ſoluit, ꝙ ſi denuo ceſſaret,amplius pœna non committeretur, quia non poteſt niſi ſemel committi,etiam ſi ſit clauſula rato manente pacto, niſi adiecta ſit clauſula, vt pęna toties committatur,quoties fuerit contrafactum,per d.l.ſi duo.in fin.& ſic non ſufficeret apponere clauſulam rato manente contractu, niſi etiam addatur alia clauſula,ꝙ pœna toties committatur, quoties fuerit contrafactum.Et cum hac concluſione gl.tranſeunt omnes hic,& Specul.in d.§.nunc aliqua.verſi.28. de quo etiam per glo. & Doct. idem tenentes in d.cap.potuit,& etiam per Ludo. Roma. in l. ſi finita.in princ.de damn.infect. ¶Et ad concluſionem glo.videte aliam quæſtionem Specu.in d.§.nunc aliqua.in verſic. 32. vbi quærit ſtantibus terminis gl.noſtræ,ꝙ ſi emphy.promiſerit pęnam ſi ceſſauerit in ſolutione, cum illa clauſula rato manente pacto,& cum emphy. ceſſaſſet, dominus elegit ad pœnam agere,& illam exegit,non autem deiecit,nunc verò emphy.iterum ceſſauerit in ſolutione per legitimum tempus, quo caſu ſecundum gl noſtram, & bene non poteſt amplius pęna committi,niſi.adſit clauſula, vt toties poſſit expelli, quoties fuerit contrafactum. Nunquid ſaltem poterit eum expellere, & determinat,ꝙ ſic,& bene,quia virtute dictæ clauſulæ contractus remanet, perinde ac ſi pœna ab initio adiecta non eſſet,per l.ſi quis maior.in arg.s̃.de trãſac. Et per iſta ſit expedita hęc 6.pars principalis gl.¶Sum modo in 7.parte prin.gl.ibi,item ſi promiſit pęnam,quæ ſubdiuiditur in duas partes.In 1.quęrit,& reſpõdet.In 2.rationem aſſignat. Secũda ibi,in fauorẽ enim dñi.¶In
* ead.gl.ibi.l.ſi quis maior.glo. bene dicit, *& per omnes approbatur* hic,& per Spec.& Io. And.in d.§.nunc aliqua.in verſi. 36. & gl. & Docto.in d.cap.potuit.& erit expedita hæc 7.pars gl. ¶Sum modo in 8.parte prin.huius glo.ibi,item,quid ſi emphy. faciat alium emphyteutam.quam ſubdiuido in tres particulas. In 1. format q.In 2.reſpondendo ponit opi.quorundam. In 3.ponit aliam opi.Io. Secunda ibi, quidam dant ei condictionem ex.l. Tertia ibi,Io.dicit,ꝙ vendicat,¶In ead.gl.ibi,ſicq; poterit cõſe-
150 qui penſiones.Teneatis duas opin. in hac parte glo. † ꝙ quando emphy.fecit alium emphyteutam ſecũdum, & neuter eorum ſoluit penſionem directo domino,quo remedio ſuccurratur directò domino. Vna eſt,quòd ſibi competit condictio ex l. Alia eſt opin. Ioan. quòd dominus debeat rei vendicationem intentare, iuxta formam hic in iſta gloſſ. poſitam, & in iſtam ſecundam opin.Ioan.gloſſ.noſtra videtur inclinare, & illam apertè ſequitur in l.ſi vſusfructus nominc.in princ.in verſi. condici poterit.ff.vſufruct.quemadm.ca. Idem tenet Odofre. hic ſecundum Albe.& Azo.in ſum.huius titu.in verſic. ex hoc autem

ADDITIONES.

a ¶Colliguntur duo. Glo.ſaluat Deci. conſil. 138.colum.penul,verſic.2.principaliter. PVRPV.

b ¶De quolibet contractu.Adde Doct.in l.ſi pater.ff.ſolu.matrimo.

c ¶Solui gabella.Adde Bar.in l.interdum.ff.de publ.

Source : BIU Cujas

autem contractu. ita etiam ſimpliciter tenent Barto. & Angel. hic, qui in hac quæſtio. ſimpliciter dicunt, dic vt in glo. & bene ſecundum eos. ¶ Pro hac opin. bene facit, quod voluit gloſſ. in l. fin. ſuper verbo alijs vendere, & ibi Barto. & alij, infra eodem. vbi gloſſ. dicit, q̃ ſi primus emphy. donaret alij emphyteutæ, qualiter dominus poſſet petere penſionem à ſecundo emphyteuta, & tenet q̃ deberet proponere rei vendi. ibidem Barto. & alij dicunt rationem eſſe, quare emphy. non poſſit in alium ius ſuum transferre irrequiſito domino, quia contra illum alium dominus non haberet actionem, quia ille in nullo domino eſt obligatus, ſed haberet neceſſe agere rei vendi. & oſtendere de dominio per hanc gloſſ. Cyn. verò hic poſt Petr. dicit, q̃ iſta eſt ſatis ardua quęſtio, & ſimiliter concludit, licèt nõ ſic plenè, vt infra ſubijciam, & puto, q̃ iſta ſit veritas, quòd ſi primus emphy. fecerit alium ſecundum emphyteutam de voluntate domini, qui eum induxit in poſſeſſionem iuxta formam. l. fina. verſicul. neceſſitatem. infra eodem, & tunc clarum eſt, quòd dominus poteſt agere contra ſecundum emphy. condictione ex lege, quaſi inducẽdo ſecundum emphy. in poſſeſſionem videatur cum eo quaſi contraxiſſe, ratione cuius contractus ſibi competit illa perſonalis actio, & ſic condictio ex l. d. l. fin. cum ibi not. in gloſſ. & ſic dominus poteſt agere condictione ex leg. ad pẽſionem, vel ipſum emphy. qui ceſſauit expellere, ita procedat prima opin. hic relata in gloſſ. Aut verò primus emphyteuta propria auctoritate irrequiſito domino inueſtiuit ſecundum emphy. & eum propria auctoritate induxit ad poſſeſſionem, & tunc ſecundum Cyn. videtur magis dubium eſſe, quo remedio poſſit dominus agere contra iſtum ſecũdum emphy. nõ ſoluentem, an poſſit eum expellere. dubium facit, quia penſio nõ debetur, niſi ſit ꝓmiſſa, ſed domino nulla eſt facta promiſſio per ſecundum emphyteu. ergo iſte ſecundus emphyteu. non erat in mora reſpectu domini, quia vbi nulla petitio, ibi nulla mora. l. lecta. verſi. pen. ff. ſi cert. per. ſi non eſt in mora, ergo expelli nõ poteſt, & ad hoc facit. l. ſi res, quam à Titio. in
* argumentũ. ff. de euict. ¶ Hoc tamen non obſt. Pet. Cyn. *& magis communiter alij*, vt infra referam, tenent, q̃ imò dominus poterit iſtum ſecundum emphy. ceſſantem in ſolutione expellere, moti, quia canonis ſolutio ita correſpondet iuri reali, & ſic ad proprietatem, ergo afficit quemliber ſucceſſorem etiam ſingularem, nec aliquis alius ſingularis ſucceſſor debet admitti niſi ſatisfaciat de penſione, vt l. in venditio. in argum. ff. de act. empt. Et ad hoc firmandum facit etiam ſecundum Bal. hic in penul. colum. quod manus iniectio eſt realis, allegat. l. ſi Titius. ff. de verbor. oblig. & l. lex vectigali fundo. ff. de pign. Ad idem facit ſecundum Salyc. hic in 12. colum. quia reſoluto iure datoris, & ſic primi emphyteutæ reſoluitur etiam ius acceptoris, & ſic ſecundi emphyteutæ. d. l. lex vectigali. & l. 3. ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. dicit etiam hic probari in hoc text. in verſicu. ſinautem nihil. & iſto caſu quando ſecundus emphy. eſt factus ſine conſenſu domini, non poſſet tũc dominus agere condictione ex lege, quia condictio ex lege eſt actio perſonalis. §. ſic itaque. in ver. appellamus. inſtitu. de actio. quæ actio perſonalis non ſequitur fundum. l. fin. §. fin. ff. de contrahend. empt. & l. 1. §. ſi hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. ſibi tamen non competit rei vendicatio, ſecũdum formam hic poſitam in glo. & ſic dominus poterit ipſam rem emphyteu. tanquam propriam vendicare. & ſi ſecundus emphyteu. excipiat de iure ſuo emphyteu. replicabitur, quòd contractus non debet haberi ratus, primò, quia non eſt legitimè factus, quia ſine cõſenſu domini, contra. l. fin. infra eodem tit. Item, quia penſio non non eſt ſoluta domino, vnde licèt ius agendi aduerſus ſingularem ſucceſſorem non tranſeat, tranſit tamen ius excipiendi. d. l. in venditione. cum gloſſ. ff. de act. empt. declarat Barto. in l. ſi tertius. §. ſi quis prius, quàm. ff. de aqua pluu. arcen. declarat rectè. dom. Anto. de Butr. in cap. quia V. extra de iudi. & ita procedit. 2. opin. Ioan. hic relata in gloſſ. & iſta eſt veritas. ita tenet Albe. poſt Oldr. in 7. colum. & Bald. & Saly. hic. s̃. proximè relati, & Specu. & Ioan. And. in d. §. nunc aliqua. verſic. 127. & prę cedenti, & Cano. in d. cap. potuit. & Ludo. Rom. in conſil. 211. inci. in Chriſti nomine in caſu propoſitæ conſultationis videtur prima fronte dicendum dictam Eccleſiam S. Andræ &c. ¶ Intellige tamen gloſſ. noſtram, & prædicta procedere, prout etiam vult Salyc. hic. in 12. colum. quando neuter ſoluit cenſum emphyteuticum domino, nec ſecundus emphy. nec primus. Si autem alter eorum ſoluiſſet, ſufficeret, quia imò etiã ſi quilibet penitus extraneus ſoluiſſet etiam ſuo proprio nomine ſufficeret, ad hoc vt emphy. expelli non poſſet, prout ſupra dixi. in gloſſ. in ver. triennium. 23. quæſt. & tribus ſequen. & ad iſtam concluſ. glo. noſtræ videte etiam, quod not. Barto. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. in 4 colum. in verſic. 3. quęro, quid de contractu liuellario, & ibidem Io. de Imol. ff. de damn. infect. & Bald. in capitu. 1. §. inſuper. in verſ. illud quoque præcipimus. in
151 pen. colum. de prohi. feud. alien. per Frid. ¶† Item circa hanc quæſt. glo. eſt aduettendum, q̃ ille, qui non habet niſi vtile dominium, vt eſt emphyteu. poteſt alteri in emphyteuſim concedere, & transferre vtile dominium, ptout declarat Barto. in l. ſi quis vi. §. differentia. circa fin. & ibi Angel. ff. de acquir. poſſeſ. Bart. in l. 2. ff. de vſucap. & eſt glo. in §. adeo. inſtit. loc. quam ibi ad hoc in 5. colum. not. Angel. de Are. dicens etiam pro hoc videri glo. in l. 1. C. de fun. patrimo. lib. 11. facit, quod not. Bart. & Docto. in l. ex aſſe. ff. ad Trebel. dicetur in l. fin. j̃. eod. Aduertendum tamen eſt, q̃ quãdo ſecundus emphyteu. vult poſſeſſionem, non poteſt eam conſequi niſi à domino, & tũc domino habet neceſſe promittere de penſione, & alijs, d. l. fina. verſicul. neceſſitatem. j̃. eod. ita dicunt Imol. Cyn. & Moder. in l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. & refert Angel. de Are. & ſequitur in d. §.
152 adeo. in 5. col. &c. ¶† Nunquid autem primus emphy. concedendo ſecundo in emphyteuſim, aliquid iuris ſibi reſeruet, ponit ibidem Angel. & ponit ibi glo. fin. volens, q̃ ſic, quia poteſt, ſi non ſoluat canonem, ab eo emphyteuſim vendicare, q̃a primus emphy. non eſt liberatus à domino. igitur &c. niſi ſecundo datum fuerit in emphyteuſim volente domino directò, & acceptante ſecundum emphyteutam loco primi. d. l. fin. cum ibi not. j̃. eo. de quo videte Bar. & alios in d. l. ex aſſe. ff. ad Treb.
153 ¶ Nunquid autem quando primus emphy. conceſſit ſecundo in emphyteuſim, & ſecũdus vult alienare, an debeat requirere conſenſum primi emphyteutæ, an verò directi domini, ponit glo. in l. fin. in verſi. alijs vendere. vbi dicetur. j̃. eod. & Bal. in cap. 1. in §. inſuper. ver. illud quoque præcipimus. in pen. col. de prohi. feu. alien. per Fede. & quid ſi alienauerit ſine alicuius cõſenſu, an reuertatur ad ptimum emphyteutam, an verò ad directum dominum, ponit Barto. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. in 4 colum. & ibi Imol. ff. de damn. infect. & Bal. in d. §. in-
154 ſuper. ¶† Vltim. circa concluſionem glo. & prædicta ad eorũ declarationem ſuccedit quæſtio, quando primus emphy. licitè, & legitimo modo conceſſit ſecũdo emphyteuſim, quis eorum eſt ille, qui teneatur ſoluere cenſum emphytauricum directò domino, an primus, an verò ſecũdus emphy. iſtam q. ponit in terminis Bald. in l. prędia. in penul. colum. C. de fideicom. & ibi determinat poſt Iacob. de Are. q̃ quando aliter non eſſet expreſsè conuentum, & tunc primus emphy. eſt ille, qui tenetur ſoluere domino ex obligatione, quæ vertitur inter ipſum, & dominum: ſecundus autem emphy. tenetur ſoluere primo ex obligatione, quæ eſt inter eum, & primum emphy. & neutro ſoluente res incidit in commiſſum, vt hac gloſſ. & dictum eſt ſupra. ¶ Adde Specu. in d. §. nunc aliqua. in verſi. 167. vbi facit mentionem de iſta opin. licèt neminem referat, quòd ſecundus emphyteu. debet ſoluere canonem illi primo, qui ſibi conceſſit, & ille primus domino, & quòd per ceſſationem primi emphyteutæ poterit etiam ſecundus expelli, argum. l. lex vectigali ff. de pign. & dicit, quòd ſic in pleriſque locis ſeruatur, poſteà refert alios dicere, quòd ſecundus emphy. tenetur domino condictione ex lege: alios dicere, quòd tenetur domino ſoluere penſionem, non condictione ex lege, ſed rei vendi. Subdit vltim. Specu. quod quando primus emphy. alienat ius ſuũ, non dando in emphyteuſim alij, ſed vendendo, vel donando, vel alijs modis ſimilibus, tunc videtur, quòd res tranſeat ad nouum poſſeſſorem, cum onere penſionis ab eo ſoluendæ. alleg. l. fin. in verſic. idoneas ad ſoluendum. j̃. eod. & l. cùm fundus. ff. communia præd. ¶ Puto in hoc puncto veritatem patere ex his, quæ ſuperius concluſa ſunt in hac parte huius gloſſ. quòd ſi primus emphyteu. cõceſſit ſecundo in emphyteuſim de cõſenſu directi domini, qui induxit in poſſeſſionem iſtum ſecundum emphy. iuxta l. fi. §. neceſſitatem. infra eodem, & ab eo accepit promiſſionem de penſione ſoluenda ſibi, & tũc clarum ſit, quòd ſecundus emphy. teneatur ſoluere domino directo canonem, aliàs procedit opin. Bald. ſupra relata, eo tamen addito, q̃ rei vẽdi. competit domino contra emphyteu. vt ſupra latè concluſum fuit. & de hac q. videte Albe. de Roſ. poſt Dyn. in l. fi. in 3. col. j̃. eod. titu. & Specu. in d. §. nunc aliqua. in verſi. 9. & Bald. in l. apud Iulianum. aliàs incip. idem Iul. §. hæres. ff. de leg. 1. & per iſta ſit expedita hæc. 8. pars gloſſ. noſtræ principalis. ¶ Sum modo in nona, & vltima parte ibi, item quid ſi aliquis non emphy. poſſidens. ſuper qua intendo recolligere multas vtiles, & quotidianas quæſtio. hincinde ſparſim poſitas, & iſta pars ſubdiuiſione non indiget. ¶ In ead. gloſſ. in fin. tenetis ex
155 hac gloſſ. not. concluſionem. † quòd ſi aliquis 40. annis poſſedit fundum non emphyteuticum, pro quo præſtitit penſionem, quòd præſumitur contractus emphyteuticus præceſſiſſe, & cũ hac *concluſione magis communiter tenent* omnes hic, quamuis ſolus Cyn. videatur aliqualiter dubitaſſe. & dicit Angel. quòd iſta opin. videtur ſatis æqua, quod iſte præſumatur

Source : BIU Cujas

emphy. qui tanto tempore canonem ſoluit, pro ea Albe. hic in 7. col. addit bonum text. vt ipſe dicit in l. cùm poſt diuortium. in princip. ff. de iur. do. pro ea etiam allegat Salyc. hic in 12. col. text. in capit. 1. §. ſi quis per 30. ſi de feud. defun. conten. ſit inter do. & agna. Nec huic cõcluſioni obſt. ſi diceretur, q̃ contractus emphyteuticus de neceſſitate requirit ſcripturam, prout firmaui in l. 1. ſuper glo. in verbo. ſcriptura. s̃. eod. quia ſcriptura hic non interceſſit, igitur &c. quia poteſt reſponderi ſecundum Albe. hic, quòd imò ſatis probatur ſcripturam interceſſiſſe iuris præſumptione, quæ præſumit contractum emphyteuticũ ſolenniter præceſſiſſe. argum. l. ſciendum. ff. de verbor. oblig. & §. fin. inſtit. de fideiuſ. Et idem cum s̃. ſcripta concluſione gl. noſtræ tenet Specul. in d. §. cunc aliqua. in verſi. 94. & in verſ. 106. & in verſi. 162. vbi dicit, quòd longa prẽſtatio inducit cõiecturam, vt omnia ſolenniter acta videantur. l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur. & d. §. fi. inſti. de fideiuſ. Item quòd aliquis ſoluendo canonem emphyteuticum per 40. ann. imò ſolùm per 30. præſcribit ius emphyteuticum, licèt ab initio iura emphyteutica non fuerint ei conceſſa, ſalua tamen canonis præſtatione, tenet Barto. in l. comperit. per illum text. j̃. de præſcrip. 30. vel 40. ann. & ibi Barto. allegat iſtam glo. & ibidem etiam ſequitur Bald. iſtud idem tenet Bart. in l. 3. §. ex contrario. in 2. colum. in princip. ff. de acquiren. poſſeſ. vbi tenet, quòd emphy. feudatarius, & ſuperficiarius, quia poſſident naturaliter, præſcribũt ius emphy. vel aliud ſimile, ſingula ſingulis referendo per d. l. comperit. & de hoc dicit etiam ſe dare caſum in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus. ff. de damn. infect. Dicit etiam de hoc eſſe text. rectè intelligendo in l. cùm ſponſus. §. in vectigalibus, cum gloſſ. ſua iuncta. l. eum qui. in princip. ff. de publi. in rem act. quę iura debent ſic induci, nam iſta ſunt conuertibilia, competit publiciana, ergo vſucapio, & ècontra. d. l. eum qui. in princ. & ſcripſi de iſta regula plenè in §. ſed iſtæ. inſtit. de act. Sed in d. l. cùm ſponſus. §. in vectigalibus. dicit emptori vectigalis, & ſuperficiario competere publicianam, ergo ipſi poſſunt præſcribere. adde etiam Bald. & Angel. in l. qui in aliena. in princ. in verſi. ſed & ſi non adierit. ff. de acquiren. hæred. vbi dicunt, quòd ſi quis diu tenuit rem vt feudalem, vel vt emphyteuticariam, præſumitur conceſſionem in perpetuum ſolenniter præceſſiſſe, quod reputauit Ang. menti tenendum, & refert ſe de facto habuiſſe, & ſequitur dom. Alexan. in conſil. 79. incip. circa primum de quo quæritur, ſcilicet coram quo domino. in 5. & 6. colum. in 1. volum. vbi plura ſimilia ad hoc cumulat. Item ad iſtam concluſ. gloſſ. adde etiam Bal. idem not. tenentem in l. malè agitur. poſt glo. ibi, & in l. cùm notiſſimi. §. fin. j̃. de præſcrip. 30. vel 40. ann. & in l. neque. s̃. de vſufruct. & Bar. in l. ius emphyteuticum. & in l. iubemus, per illum text. C. de fun. patrimo. lib. 11. quas leges glo. noſtra allegat. ex prædictis ergo ſtat vera concluſio, q̃ ius emphyteuticum præſcribitur 30. vel 40. ann. Sed aduerte, licèt Docto. *communiter* ita tranſeant, tamen reperio, q̃ d. Anto. de Butr. in tepe. capit. peruenit. in 11. char. de cenſi. tenet, q̃ imò ſufficiat longum tempus, & ſic tempus 10. ann. contra iſtam glo. Idem tenet Bald. in l. poſt mortem. in verſicu. pone aliquis ſoluit eccleſiæ. C. de fideicom. & in l. 1. in 2. colum. ff. de re. diui. Alexan. conſil. 119. lib. 4. inci. viſo ac diligenter conſiderato themate. in vlt. colum. Retenta tamen communi concluſ. iuxtà
156 hanc concluſ. occurrunt multæ neceſſariæ quæſtiones. ¶†† Primò, nunquid ſi emphy. ceſſauerit per 40. annos, quòd penſionẽ non ſoluerit, & ſemper poſſedit, nunquid dicatur præſcripſiſſe liberationem à penſione ſoluenda pro tempore præterito, & quid etiam pro tempore futuro, tetigi s̃. in glo. in verſic. triennium. in 8. quæſtio. vbi retuli Barto. ſing. in l. comperit. infra de præſcrip. 30. ann. poſteà me remiſi ad ea, quæ hic eram dicturus. Addo nunc Spec. iſtud latè examinantem in d. §. nunc aliqua. in ver. 44. & Bar. in d. l. ius emphyteutic. & in d. l. iubemus.
157 ¶†† Secundò quæro, quid ſit in colono, vel inquilino, an colonus non ſoluendo penſionem præſcribat contra dominum, & de hoc dicite, vt per glo. Barto. & Bald. in d. l. malè agitur. ¶ Tertiò quæro, nunquid emphy. poſſit præſcribere contra dominum directum dominium? paucis dicite, quod non, etiam ſi mille annis poſſideret, ex quo eum in dominum directum recognoſcit. d. l. malè agitur, vbi glo. & omnes. plenius in d. l. cũ notiſſimi. §. fin. Barto. & alij in Auth. perpetua. s̃. de ſacroſ. eccl. glo. & Barto. & Docto. in l. comperit. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Bald. in l. neque. C. de vſufru. & ibi vide eum aſſignantem rationem huius deciſionis, & vide Cyn. in d. l. comperit. in 3. q. & Salyc. in d. l. neque. intellige tamen ſecundum Docto. in locis prædictis, niſi emphy. interuertiſſet poſſeſſionem, quam tamen non poteſt interuertere ſola deſtinatione animi, cùm nemo ſola voluntate poſſit ſibi cauſam poſſeſſionis immutare. l. cùm nemo. cum ſim. infra de acquiren. poſſeſſio. ſed bene facto interueniente, iuxta l. cùm fundum. & l. colonus. ff. de vi & vi arma. & ea, quæ dixi ſupra in 1. parte huius gl. ad fi. Et ad hoc vide Cyn. in d. l. comperit. in 3. quæſt. Bal. & Salyc. in d. l. neque.
158 poſt glo. ibi. C. de vſufruct. ¶†† Quarto quæro, nunquid poſſit præſcribi contra aliquem tanquam contra emphyteutam, vel aliquem tanquam colonum, vt puta ſi per 10. ann. & amplius præſtitit penſionem tanquam emphy. vel tanquam colonus, an ex hoc præſumatur emphy. vel colonus, ita vt in futurum poſſit compelli ad ſoluendum tãquam emphy. & an idem ſit in vaſſallo, qui 10. ann. præſtitit ſeruitium tanquam vaſſallus, an dicatur præſcriptum ius vaſſalli. & dicite ſecundum, quod notabiliter determinat Bald. in l. litibus, per illum text. C. de agri. & cenſi. lib. 11. vbi per illum text. ſignanter determinat Barto. q̃ per talem diutinam præſtationem bene quis præſumatur emphy. vel colonus, ita vt in futurum compelli poſſit ad ſoluendum, ſecus ſit in vaſſallo, quia ibi agitur de mutatione ſtatus perſonæ, quæ non mutatur ex diutina præſtatione, vt ibi plenius per eum, & idem tenet etiam ipſe Bar. in l. cùm de in rem verſo. ad fin. ff. de vſu. & plenius in l. ſolent. §. 1. ad fin. de offic. proconſ. & leg. Cyn. & Bald. in l. ſi certis annis. C. de pac. & facit quod not. Bald. & Angel. in d. l. malè agitur, & ſcripſi etiam plenè de hoc in §. præiudiciales. inſtit. de act. Idem tenet do. Abb. in conſil. 75. incip. duo principalia circa prædicta ſunt examinanda. in 1. col. in 1. vol. & ibi refert dictum Bald. quod dicit eſſe ſingulare in l. prætor ait. §. 1. per illum text. ff. de eden. de quo
159 dixi infra in col. 118. ¶†† Quinto quæro iuxtà proximã quæſt. quid ſi iſte tãquam emphy. rem ab aliquo recognouit tãquam à domino, & ei longo tempore penſionem ſoluit tãquam domino, cùm nec ipſe eſſet emphyteuta, nec ille quem recognoſcebat, eſſe dominus, an præſcriptio iſtius poſſidentis profit illi cui ſoluit? Iſtam quæſtionem tangit Spec. in d. §. nunc aliqua. in verſicu. 53. vbi tenet talem præſcriptionem prodeſſe illi cui ſoluit, eum in dominum recognoſcendo. Et propterea ſi iſte non compleuerit præſcriptionem, & res redierit ad illum, quẽ in dominum recognoſcebat, poſſet cęptam præſcriptionem complere. Si verò iſte 40. ann. & ſic longiſſimo tempore poſſediſſet, poſſet iſte, qui in dominũ recognoſcebatur, agere contra eum rei vẽdi. vt ibi plenius per eum, & videte in ſeq. quæſt. vbi declarat, quæ ſit iſta rei vend. & quòd tutius eſſet agere cõdictione ex l. quæ cõpeteret etiam ſi iſte deſiſtet poſſidere, cũ
160 competat ex cõtractu, vt ibi latius per eum. ¶†† Sexto quæro
* iuxta concluſionem gl. *noſtræ approbatam per omnes communiter*, quòd ille, qui canonem emphyteuticum ſoluit. 40. annis præſcribat ius emphyteuticum, & conſequenter, q̃ ille præſumatur emphy. qui tãto tempore ſoluit, an præſumetur perpetuus emphy. an vſque ad tertiam generationem, an verò vſque ad vitam ſoluentis tantum. Iſtam quæſtionem tangit Angel. hic in penul. colum. qui dicit ſe nõ habere legem hoc expreſsè decidentem, dicit tamen, quòd primò recurrendum eſſet ad cõſuetudinem concedentis, vt ſi ſolitus erat cõcedere in tertiam generationem, vel in perpetuum, ita præſumatur. argum. l. vel vniuerſorum, cum concor. ibi alleg. in glo. ff. de pign. act. & arg. l. ſi tertius. §. Celſus. & quod ibi Bar. ff. de aqua pluu. arcen. & id quod vult glo. not. in l. pen. j̃. de fideiuſ. Si verò de eius conſuetudine non apparet, præſumitur in dubio facta cõceſſio ſecundum conſuetudinem regionis, argum. l. ſi fundus. ff. de euic. & l. licèt. la 1. s̃. loca. ſi aut de conſuetudine ipſius concedentis, vel regionis non apparet, aut etiam conſuetudines ſunt diſformes, & iſte caſus eſt dubius, & ſecundum eum præſumemus id, q̃d minus eſt, & ſic conceſſionem eſſe factam ad vitam ſoluentis tantum, & non vltra, argu. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu. iur. iuncto eo, quod infra dicam, licèt Angel. omittat, quòd præſcriptio regulatur ſecundum veritatem, & naturã actus. Et dicit Angel. iſta eſſe bene notanda, quia quotidiana ſunt. ¶ In hoc puncto circunſcripta conſuetudine concedentis, aut regionis, puto, quòd in dubio præſumatur ſemper emphyteuſis perpetua, non ad vitam ſoluentis, ita in terminis tenet ipſe Angel. ſibi contrarius in §. emphyteuſim. in Authen. de non alie. motus, quia cùm natura translationis dominij ſit, vt perpetuò duret, vt l. fin. C. de leg. & conceſsio non poſsit referri magis ad vnum tempus, quàm ad aliud, præſumemus in dubio conceſsionem eſſe perpetuam. argum. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig hoc idem tenet Angel. poſt Gul. de Cun. in l. qui luminibus. ff. de ſerui. vrba. prædio. & idem Angel. in l. 1. in fin. princ. ff. ſi ager vecti. vel emphy. peta. vbi dicit ſe iſtam quę ſtionem habuiſſe de facto Peruſij, & idem Angel. in l. malè agitur, poſt Gul. de Cun. in l. cùm notiſsimi. §. fina. infra de præſcrip. 30. vel 40. ann. & idem Angel. in l. qui in aliena. in princip. ff. de acquiren. hæred. & idem Angel. in l. prætor. §. 1. ff. de eden. vbi dicit ſe de hoc vidiſſe in facto arduam quæſtionem. ¶ Iſtam concluſionem limito non procedere in emphyteuſi eccleſiæ præſcripta, vt ſtatim dicam. idem quod proximè, quòd in dubio

Source : BIU Cujas

bio emphyteuſis ſemper preſumatur perpetua,& non tempo ralis,tenet Bald. hic in 2.colum.vbi formaliter quærit,pone, ꝙ per ſcripturam probatur emphyteuſis, ſub quo pacto in dubio præſumetur eſſe contracta? Et reſpon. quòd emphyteuſis Eccleſiæ in dubio præſumetur eſſe contracta in tertiam generationem per §.emphyteuſim.in Authen. de non alien. In alia autem emphyteuſi priuati præſumetur ſemper in perpetuũ, motus optima ratione, quia natura emphyteuſis eſt, quòd ſit perpetua, illa enim dicitur propriè emphyteuſis,quę eſt perpe tua.l.1.in princip.& ibi ad hoc not.Bald.& Ang. ff. ſi ager vect. vel emphy.pe.cum alijs concor. quas ſupra dixi in l.1.in princ. in euiden. ſupra eodem, ſed præſcriptio æquiparatur veritati,
a vt not.in l.1.ſupra de ſer.& aqua. igitur &c. idem etiam tenet [a] Bald.in l.fin.infra de libe.cauſa.& in capit.1. §. fin. de feu. dato in vicem leg.commiſ.vbi dicit ſe fuiſſe de facto conſultum de eo,qui acquiſiuit emphy. Eccleſiæ per præſcrip. 40. ann. quod tempus eſt neceſſarium in Eccleſia,iuxta.cap. de quarta. extra de præſcrip.& in Authen. de eccleſ.titu.in princ. & Auth. quas actiones.ſupra de ſacroſanct. eccleſ. an ius iſtud præſcriptionis extendatur in tertiam generationem tantum, an in infinitum, & reſpon.quòd ſicut quando emphyteuſis eſt vniformiter cõceſſa, ideſt ſine perſonarum diſtinctione, intelligitur in Eccleſijs in tertiam generationem. per d. §. emphyteuſim. ita etiam in emphy.præſcripta,dicit eſſe notabile,& ſequitur ſimpliciter Lud.Roma.in repe.rub.ff.de arbi.in 19. colum. & in l. ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iureiuran. ita etiam tenet Bal. poſt Iacob.de Bel.in capit.1.in 2.colum.per illum text. de alie. feud. vbi per illum text. quinto not. quòd natura liuelli eſt, ꝙ fiat in perpetuum,quod communiter,& regulariter conſtituitur in perpetuum, vnde ſecũdum eum ſi in aliquo inſtrumen to ſimpliciter contineatur, quòd aliqua res ſit conceſſa ad liuellum, intelligitur perpetuò, quòd eſt ſecundum eum bene
161 notabile. ¶†Concludo ergo per omnia iſta quicquid teneat Angel. quòd emphyteuſis Eccleſiæ in dubio ſemper præſumi tur in tertiam generationem,emphyteuſis autem priuati ſemper præſumitur perpetua, & adde quæ dicam infra in proxim. queſtio.¶Item prædictis adde,quod vult Bald.in l.liberti.in vltim.colum.C.de op.li.vbi in ſimili quærit, an feudum acquiſitum ex præſcriptione tranſeat ad hæredem. Et reſpon. quòd cùm præſcriptio non contineat quid diffinitum ab homine, continet id,quòd eſt definitum à iure, vel à cõſuetudine,quia æquiparatur pacto facto ſimpliciter,vt not.in l.1. C. de ſerui. & aqua.& ideo dum præſcribitur,demum tacitè includunt,quæ veniunt ex natura feudi conceſſi ſimpliciter.argum. cap. ſuper quibuſdam.§.præterea de verbor.ſignifi.ita ibi Bal. de quo etiã per Bald.in l.1.3 1.quæſtio.ff.de rer.diuiſ.aliquid per Lud.Rom.
162 in l.3.§.ex contrario.ff.de acquiren.poſſeſ.¶†Quid autem eſſet dicendum circa prædicta, ſi iuraui ſimpliciter me eſſe emphyteutam, qualis in dubio præſumitur eſſe iſta emphyteuſis, vide per Bald.& Ludo.Roma.in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi
163 iurauero.ff.de iureiuran. ¶†Septimò quæro iuxta ea quę cõcluſa ſunt in proxima prȩcedenti quȩſtio.pone,quòd emphyteuſis conceſſa eſt ad tempus,nec adiecta ſit quantitas temporis,qualiter, & ad quantum tempus intelligetur facta iſta conceſſio,nam dicta in prȩcedenti quȩſt. procedunt, quando emphyteuſis eſt cõceſſa,vel præſcripta ſimpliciter,nunc verò, qñ dictum eſt ad tempus indefinitè.Iſtam quȩſt. ponit Bald.in l.1. in princip.ff.ſi ager vecti.vel emphy.peta.& dicit debere ſolui, prout colligitur ex notatis in glo.iuncto text.in l. ſine prefinito tempore,aliàs inci.in metallum.ff.de pę.& ibi dicitur in text.& glo.ꝙ quando tempus ſic indefinitè profertur, quòd intelligitur de decennio,& Barto.ibi dicit illum eſſe ſing. tex. prout eũ etiam ſing.reputat Bald.in l.1.ſupra de poſtu. & in cap. ex literis.in 8.colum.de proba.Sed fortè poſſet dici ex his, quæ tenui in prȩcedenti quȩſtio.quòd intelligitur ad tempus,ſcilicet perpetuum,ex quo natura iſtius contractus talis eſt, vt ſupra dixi. & ſic non obſtabit.l.ſine prefinito.cum glo.quemadmo. etiam ſecundum Angel.in l.qui luminibus.ff.de ſeruit. vrba. prædio. quando dubitatur vſque in quantã generationem ſit facta cõceſſio in emphyteuſim, in dubio preſumitur, quòd ſit facta in perpetuum, aliter non declarata generatione. Non inuenio tamen in terminis ſupra dictis expreſsè contradicentem Bald. &
164 ideo in hoc vos relinquo cogitantes. ¶†Octauò [b] quero,po-
b ne in inſtrumento emphyteutico dicitur, cõcedo emphyteuſim, vel cenſum,an in dubio præſumatur cõtractus emphy. an verò cenſualis,vtilitas eſt magna,quia ſi eſt contractus cenſua lis, cenſuarius non poteſt expelli propter quamcunque ceſſationem,etiam ſi nunquã ſolueret cenſum, ſecus eſt in emphy. vt dixi ſuprà in glo.in ver.triennium.in 3.quæſtio. Iſtam quæſt. tangit ſolus Ioan.Fab.in l.1.in 1.col. ſupra eod. & tenet, quòd in dubio dicatur contractus emphy.alleg.l.1. & l. ſpecies. ff. de aur.& argen.leg.l.ſi adijciatur.ff.pro ſoc. aliàs pro ſoluto. & eã nullibi reperio.faceret etiã ordo literæ iuxta no. in l.nec enim.
165 ff.de ſolu.& in l.prȩpoſteri.ſ. de teſta.cũ ſim. ¶†Nono [c] quę-
c ro,quid ſi non apparet de aliquo contractu prȩcedenti,ſed bene probatur penſio ſoluta 40.annis,an tunc præſumeretur prȩ ſcriptus contractus emphyteuticus, an verò contractus cẽſua lis? vtilitas patet ex ſupra proximè adductis.Iſtam quæſt.etiam tangit ſolus Ioan.Fab.in l.1.in 1.colum.ſ.eod.& refert glo. noſtram hic in fin. tenere, quòd præſumatur prȩſcriptus contractus emphyteuticus, quod ipſe limitat verum, quando cõtractus emphyteuticus magis frequentaretur in regione, quàm contractus cenſualis,aliàs eſſet contra,argum.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regu.iur.accedant quæ dixi in 6. quȩſt. ¶Quid autem ſi quando non apparet,an aliquis ſit emphy cenſuarius, vel colonus,an ſi ceſſauerit triennio,poſſit expelli? dixi ſupra in
166 glo.in verſic.triennium.in 3.quȩſtio.¶†Decimò iuxta prædicta ſuccedit alia quæſt.quam format hic Bald.in 2.colum. pone, quòd in inſtrumento emphyteutico contineatur cõceſſionem eſſe factam vſque in 3.generationem. Nũquid illa dictio, vſq;,includat primam perſonam, à qua ipſa emphyteuſis cœpit,vt ſic computata prima perſona,ſint tres generationes,ſcilicet accipiens, filius, & nepos, determinat quòd ſic, & conſequẽter,ꝙ computata prima perſona,& ſicipſo ſtipite, ſint tres generationes per §.emphyteuſim.in Authen.de non alie & ſic ſecundum eum dictio vſq;, ponitur incluſinè ex natura acquiſitionis, quia minuit obligationem, vt ſic non comprehendat tertium hęredem.argum.l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.¶Addo,ꝙ ipſe Bar.aliter & melius dixit in Authen. ſi quas ruinas.in 1. col. in fin. ſ. de ſacroſ.eccleſ. vbi dicit eſſe diſtinguendum,& refert ita conſuluiſſe Bartol.ꝙ aut inſtrumentum dicit,ꝙ concedit ei vſq; in tertiam generationem, & tũc bene verum ſit, ꝙ ipſe ſtipes,& conſequẽter recipiens includatur,& ita procedat.d.§.emphyteuſim.& d.§ quia verò Leonis.el 1.cum duob.
d ſequen.in Auth.de non alie.& opin. ſua hic. [d] Aut vero inſtrumentum dicit,ꝙ concedit vſque in ipſius tertiam genera.& ſic per verbum ipſius,tunc includatur etiam pronepos, quia nul-
e lus generat ſeipſum, vt ibi latius per eum, [e] qui ſubdit in hoc debere ſeruari conſuetudinem cõcedentis,quæ eſt optima interpres,iuxta.l.ſi de interpretatione,cum vulg.ff.de leg. & cum hac opin.vlt.tenet Petr.de Anch in clem.1.de pę.& ſimpliciter Ang.de Are.in § adeo.inſtit.loca.de quo etiam per Angel. in d. §.emphyteuſim.in 1.col in Auth.de reſtit.fideicom.& Imol.in l.quod dicitur patrem. ff. de verb. oblig. vbi etiam refert iſtam vltim.opin.Bald.in d.Authen.ſi quas ruinas.vide etiam Bald.in in repe.cap.ſi pater.in 20.col.de teſta.in 6. & in addi.Specul.in titu.de loc.in 4.col.in princip.& etiam in 13.col. & in Authen. defuncto.in 1.col. ſ. ad Tertul. vbi etiam per eum quid in feudo dictis mod.recepto,de quo etiam feudo per Bald. in cap.1.
167 de feu.march. ¶†Vndecimò q̃rit Bald. hic in prædicta.2.col. pone conceſſa eſt emphyteuſis hoc modo,cõcedo talem rem in emphyteuſim talibus Comitibus, vel nobilibus, in cũctam eorum generationem, an includãtur filij filiarum,in quo dicit conſiderandam mentem contrahẽtium ex qualitate, & vi verborum.argu.l.fin.ff.de hęred.inſtit.l.Gallus.§.1.ff.de liber.& poſthum. & alio non apparẽte ſi eſt emphyteuſis eccleſiaſtica, & in inueſtitura fit verbũ eorum,& non earum,ꝙ tunc nõ comprehendẽtur nati ex fęminis alijs nuptis alterius nationis, quia ſecundum eum maſculinum genus non concipit fęmininum in præiudicium Eccleſię, quia eſſet odium cõtra perſonam fauorabilem,ideſt contra Eccleſiam,& ad hoc dicit facere.l.etiã. ff.ſolut. matr. In emphyteuſi autem laicorum,vel Principum, quorum beneficia latius ſunt interpretanda, bene diceremus beneficium tranſire ad liberos fœminarum, quia maſculinus eorum,coniunctus cum illo fœminino genere includit fœminas, vt hic plenius per eum, qui dicit ita fuiſſe obſeruatum in domino Malateſta de Arimino.Addo Bald. in capit. 1. de feudo march in d.Authen.ſi quas ruinas.& in repe.d.cap.ſi pater.in 20.col.

ADDITIONES.

a ¶Vide Præpoſi.in cap.1.§.1.quid ſit inueſtitura, & Bald. conſil. 20. incipien. ſubtiliter. PARPA.

b ¶Vide Bald.conſil.21.in 1.volum.& Socin. conſil. 266. in 4. colum. cum ſequen. PARPA.

c ¶Vide Bald.conſil.374. incip. ad euidentiam. in verſicu. dubitatur, in 2. volum. PARPA.

d ¶Vide Maria.Socin.conſil.25.in 2.dub.2.col.cum ſequ.Alex.conſil.115.aliàs 125.in 5.vol.Alexan.in d.l.quod dicitur.in 29. col. cum duabus ſequen. ff. de verb.oblig. PARPA.

e ¶Per eum.Adde Alexan.conſil.125.lib.5.& in l.quod dicitur.nu.34. de verb. obl.Socin.conſil.25.lib.1.qui tenet contrarium,ſed opin.Iaſ.tenet etiam Alexan.conſil.110.nume.15.lib.3. PANCIR.

Source : BIU Cujas

20.col.& quod not.Bald.in c.1.§.filia.in fi.de succes.feud. & pro veritate huius decisionis esset videndum, quod latè scribitur per Bat.& Ang.in l.quia tale.ff.solu.matrimo. & in l.1.§.1.ff.de iure immun.vbi tangitur,an priuilegia data tibi,& tuis posteris extendantur ad natos ex fœminis, cum suis concor. quas hic ponere esset nimis egredi materiam huius titu. ¶Addo etiam, ꝙ contra ea,quæ dicit Bal.in decisione huius quæstionis, videlicet de masculino concipiente fœmininum, videntur aliqualiter facere ea,quæ dicam,ſ.in quæstionibus extra glo. in quæst.
168 9.quæ cadit in col.132. ¶†Et quòd de iure communi [a] emphyteusis ecclesiastica transeat in fœminam,videas text.in d.§. emphyteusim. & hic videte plures quæstiones alias, quas ponam.ſ.in glo.fin.¶Et an eo casu,quo finita sit emphyteusis per tertiam generationem,teneatur dominus renouare,& sic reinuestire alium quartum successorem, & si non faciat, an possit ad hoc conueniri,posui.s̃.in text.in 5.not. ¶Vnum tamen casum notate, in quo emphyteu. accepta vsque in tertiam genera.non finiretur in tertia genera.videlicet,quãdo quis accepisset in emphy.fundum sterilem,quẽ sua opera,& artificio reddidisset meliorem, quia tunc posset retineri vltra tertiam gene ra.& tũc transmitteretur etiam ad extraneos hæredes, ita sing. Barto.in l.quicunque.C.de omni agro deser. libr. 11. per illum
b text.& in l.qui fundos.eod. titu. [b] est verum, ꝙ Bart.ibi dicit se hoc non firmare, tamẽ hoc dictum simpliciter sequitur Lud. Rom.in repe.rub.ff.de arbi.in 19.colum.ipse tamen Lud. alibi istud dictum reprehendit,& melius in l.etiam.in princip.ff.solu. matrimo.per text.in cap. ad aures. cum ibi not. extra de rebus eccles.non alien.qui text.parum facit, nam solùm dicit, quòd fundi steriles Ecclesiæ possunt dari in emphy. Quid autem sit, si posteà meliorentur,verbum nullum ibi,etiam Lud. respon det ad d.l.quicunque,vt ibi per eum,& istud addite ad ea,quæ supra dixi,in textualibus.in 5.not.Item addite ad ea,quæ dixi.s̃. in tex.in 7.not.dũ tetigi, quid de melioramentis factis per em-
169 phy. ¶†Duodecimò vltra Bald. quæro iuxta duas proximas præcedentes quæstiones,pone,ꝙ res Ecclesiæ consueta erat dari in emphyteusim vsque in tertiam generationem tãtum, vel in generationem masculinam tãtum, & ecclesia seu prælatus Ecclesiæ concessit emphyteusim vsque in quartam generationem,vel in perpetuum,vel concessit in generationem masculinam,& fœmininam simul,nunquid talis concessio in totum sit nulla,an verò valeat saltem in generatione permissa? Istam quæst.ponit Barto.in Authen.qui rem. ad fin.s̃. de sacros. eccl. & ibi dicit se dubitare,& quod prima facie videtur, ꝙ ipso iure non teneat per text.in cap.1.§.fin.aliàs est.c.2.de lege Corra. in vsib.feud. secundò per rationem, quia emphyteusis perpetua non permittitur in Ecclesia,nec etiam temporalis, nisi seruata solennitate,de qua in Authen.ibi posita in titu.de statu.& consue.contra liber.eccles. in vsib. feud. sed in ista concessione non est seruata solennitas illarum Authen. non quoque militat consuetudo, igitur &c. nam consuetudo seu præscriptio non extendit se vltra id,quod expressè agitur.l.1.§.Iul. certè.ff. de iti.act.priua. sed hic consuetudo est, vt certo modo detur, ergo alio modo dare non poterit.Bald.verò in Authen. si quas ruinas.in 1.colum.eod.titu.refert istam opin.Barto. secundum eum tenentis concessionem nullo modo valere,& eam reprehendit,tenẽs,quòd imò valeat in generationibus permissis,sed non in alia superaddita, per text.ad literam secundum eum in §.lex itaque.versicu.neque aliæ.in Authen.de non alien.vbi secundum eum pactum de extendendo emphy. in vlteriorem generationem, reijcitur, non vitiatur tamen vsque ad generationem permissam,& ita etiam tenet Raph. Fulgo.in d. Auth. qui rem.in vltim.colum.& ibidem Paul.de Cast.ad fin. vbi dicit,ꝙ ista opin.Bald.est verior.& æquior, & quòd Barto. etiam eam fuisset amplexus,si cogitasset secundum eum.idem cõtra Barto.tenet Ludo.Roma.in l.1.§.si stipulanti.ff.de verbor. obl. qui dicit mirandum esse de tanto patre quantus est Barto. qui dixerit contra casum expressum in d.§.lex itaque.idem contra
170 Barto.tenet Imol.in cap.fin. in vlt.char.de senten. † Motus, [c]
c quia in separabilibus vtile per inutile non vitiatur.l. sancimus, cum sim.ſ.de donat.pro ista parte bene facit glo.not. in capit. querelam.in glo. mag.super vers.potuit. & ibi expressius dom. Abb.& d.Ioan.de Ana.vterque ad finem. de simo. vbi volunt, ꝙ quando aliquis plura vendit,& est aliquid, ꝙ vendi non potest,non retractatur contractus in omnibus rebus venditis,sed solùm in re prohibita vendi.Ad idem bene facit, qđ vult Bart. in l.cotem ferro. §. dominus.ff.de publi. illud idem in simili in feudis tenet Bald.in capitu.1.in princip.in 3.colum.de his, qui feu.da.pos.vbi tenet,quòd si consuetudo sit infeudandi in masculos tantum, & prælatus Ecclesiæ infeudauerit in masculos, & fœminas, ꝙ valet infeudatio quo ad masculos, per l. si Titio,& ei.ff.de leg.2.& quia illud, quod est factum cõtra legem, est nullum,illud verò, quod est secundum legem,debet haberi ratum, & sic separatur vtile ab inutile per d.l. sancimus. & l. hac consultissima.§.ex imperfecto.ſ.de testa. hoc idem in feudis tenet Bald.in cap.1.§.similiter.per illum text. de l. Corra.in vsib.feud.& Imol.in l.quod dicitur patrem.in fin. ff. de verbor. oblig.Et idem quod in feudo illud, quod est vltra debitũ modum, vitietur,sed valeat in eo in quo valere potest, tenet Bald. in l.si pupillorum.§.fin.per illum text.ff.de reb. eo. per text.in l.
d placuit.ff.de vtu.& l.qui tabernas.ff.de contrahen.empt. [d] ¶Et tenendo hanc partem facilis est responsio ad adducta in contrarium,& primò ad auctoritatem Bar. quia Bart. non firmat imo dubitatiuè loquitur,& fundamenta Barto.magis probant contrarium,maximè illud,quod dicit de consuetudine, vt sa-
e tim dicam.¶Quid [e] tenendum? iste est pulcher passus,& disputabilis,in quo ante omnia puto aduertendum, quòd Bart.in d. Auth. qui rem.non tenet id, ad quod alleg.per præfatos Doct. quod concessio reddatur in totum nulla,imò si bene inspiciatur, loquitur Barto. satis in ambiguo.Et dicit prima facie videri, ꝙ vitietur, vnde non aperit,an vitietur in totum, an in parte,& eius fundamentum,quod adducit de consuetudine, probat,ꝙ in parte tantum,& nõ in toto vitietur,dum dicit, quòd consuetudo non se extendit vltra id,quod agitur, & ꝙ consuetudo est,vt certo modo detur, ergo istud fundamentum Bar. concludit, ꝙ imò concessio valeat intra limites consuetudinis, & sic, ꝙ non vitietur in totum,& Io.de Imol.in capit.fin.in antepenul.colum.de feu.recitat Bar.tenere, ꝙ tantum vitiatur in parte.Puto etiam de iure teneri posse, ꝙ talis concessio in totũ vitietur,& tenendo, ꝙ Barto.in d. Auth. qui rem. istud non firmet,vt supra dixi. ¶Istam opin. firmo auctoritatibus atque legibus,posteà adductis in contrarium respondebo. Istam opin. in terminis tenet Bald.sibi contrarius in l.quæcunque. in 1.col. circa medium.C.de bon.quæ libe.vbi formaliter tenet,quòd si concessio fiat vltra licitum, ꝙ non valet etiã intra licitum,motus,quia in factis contra legem si non valet, quod ago vt ago, non valet vt valere potest,vt in cap.dudum.de reb.eccles.non alie.in 6.& in cle.monasterium.eod.tit. & per hoc apparet non obstare vnum.s̃.adductum,ꝙ in separabilibus vtile per inutile non vitietur,ad quod etiam ſ.aliter respondebo. Istam eandẽ opin.videtur tenere Bald.in l.etiam.ff.solut.matrim.eam apertè firmat Ang in §.emphyteusim.per illum text.in Auth.de nõ alien.& est pro hac opin.apertus text. in d. §. emphyteusim. in ver.neque, ꝙ fit, habere aliquod penitus robur sinimus,vbi est tex.ad literam,ꝙ res ecclesiastica non potest cõcedi in emphyteusim,nisi vsque ad secundam,vel tertiam generationem.pone modo,ꝙ concedatur vltra tertiam generationem, nũquid saltem valebit in generatione permissa? dicit tex.quòd nõ, imò nullum penitus robur habet talis cõcessio,& ita ibi not.ad hoc illum text.Angel. pro hac etiam parte adduco bonum text. in
171 l.si quis aliam.in princ.ff. de solu. † Et tu pondera dictionem
f penitus, [f] quæ idẽ importat,quod omnino.l.1. C.de gladi.libr. 11.iuncta rub.illius titu.not.Arch.in cap.1. de supp. neg. præla. in 6. Alexand. in l. qui vsumfructum.ff. de verbor.oblig Facit, quod not.gloss.in clem.1.in verbo nullius. de præb. Ioan. And. in capitu.1.in versic.penitus.de postu.præla. in 6. item pondera in illo tex.verba præcedentia,ibi, nullo modo concedimus, & sic propter negationem,iuxta gloss.in clem.vt hi qui. de ęta. & quali. Et tenendo hanc partem non obstant allegata in oppositum,& primò text.in d.§.lex itaque,vbi præfati Docto. dicunt esse text.ad literam, qui in veritate nihil facit ad propositum. nam ibi Imperator loquitur,quando cõcessio prima fuit facta in emphy.vsque ad generationem permissam, & consequenter concessio valuit, deinde fuit appositum pactum prohibitum à iure, ꝙ finita illa generatione permissa prælatus teneretur reinuestire aliam quartam generationem, vel ꝙ emphyteusis transiret ad quartam generationem, quo casu bene procedit text.ille,quòd vitiatur pactum,& non contractus præcedens,quia pactum ibi erat separatum à contractu, nos autẽ loquimur

ADDITIONES.

a ¶De iure communi.Adde 11.constitution. feud. Card.Zab.in cap. potuit. de loc.Angel.in consil.128.incip.in facto proponitur,quod Bella. Flo.Alexand. consil.61.libr.1.

b ¶Vide Barba.consil.62.incip.sapienter scribitur.in 9. colum. cum sequen.in 1.volum. PARPA.

c ¶Idem vult ipse Imol.consil.69. PARPA.

d ¶Vide Bald.consil.434.in 2.col.cum sequen. in 3. volum. & vide etiam in simili Bald.consil.375.in 2.colum.in 1.vol.Mediol. PARPA.

e ¶Vide ipsum Ias.in d.Authen.qui rem.in fi.& Franc.de Are. in l.quòd dicitur, in pen.& fin.col.ff.de verb.oblig. PARPA.

f ¶Penitus.Adde inst.de don.in §. est & aliud.Arch. in c. ordinarij.de offic.ord. libr.6.Idem Arch.in cap.1.de cler.ægro.eod.titu.

Source : BIU Cujas

loquimur, quando ipse contractus emphyteuticus erat celebratus in casu prohibito, quo casu bene vitiatur in totum, per d.§.emphyteusim.vbi casus, quia tunc non est pactum separabile à contractu, vt d.§.lex itaque.& per hoc aliter quã responsum sit apparet non obstare illud arg.ꝙ vtile per inutile non vitietur. ¶ Per ista concludo de iure teneri posse hanc partem, ꝙ concessio emphyteutica facta modis quib. s̃. in totum reddatur nulla,& ad hanc.q.adde,quod no.Fede.de Sen. in consi. 52.
172 incip.prælatus quidam exemptus,&c. † illud etiam bene no.
a ꝙ solus prælatus Ecclesiæ [a] propter benemerita recipientis potest alterare naturam feudi, vel emphyteusis concedendo in fœminas,vel generationes alias, quam permissas, ita signanter concludunt Nic.de Neap.Iac.de Bel. & Iac.Alua.in c.1.in prin. de his,qui feud.da.pos.& d.Car.in d.c.fi.in 3.q.& 3.col.extra de feu.Facit, quod vult Bart.in l.iusta.ff.de ma.vin. & in l.iubemus nulli.in prin.C.de sacr.san.ecci. Quando autem res Ecclesiæ dicatur cõsueta dari in feudum, vel in emphyteusim,vide Imo. in d.c.fi.in vlt.char.in princ.ver.quando autem dicatur, &c.qui vult.40.annis, & ꝙ ad minus bis sit facta concessio, vt ibi ple-
173 nius per eum. ¶ † Tertiodecimò quæro. pone,emphyteuta soluit decem Caio singulis annis tanquam emphyteuta, nec apparet de qua re sit emphyteuta, cui incumbat onus probandi,quæ res sint emphyteuticæ,& an emphyteuta teneatur ostẽdere rem pro qua soluit, an verò dominus teneatur probare, & quid si emphyteuta requisitus nolit dicere pro qua re soluit, & quid si nolit amplius soluere, nisi prius dominus ostendat sibi,quare soluere teneatur,de istis omnib.quæstionib.vide Spec. in d.§.nunc aliqua.in ver. 40. & quatuor versiculis seq. Et concluditur veritas est,ꝙ quando non apparet de re emphy.omnes res soluentis præsumuntur emphyteuticæ, nisi ipse cõtrarium probet, vt per Specu.in dictis locis,maximè in ver.62.idem tenet Alb.in l.si certis annis. s̃. de pac. & in l.plures apochis. s̃. de fid.instru.& ponit in simili Bal.de feu.in c.1.in 1.col. de vassallo, qui contra consti.Lotha.benefi.alie.vbi ponit, quando dubitatur quid, & quantum sit feudum, an dominus teneatur ostendere quantitatem feudi, an verò vassallus, & ibi etiam, ꝙ totũ præsumitur esse feudum,nisi vassallus ostẽdat fines feudi, quos ostendere tenetur, vt ibi plenius per eum, & per eundem in c. vassallus.el 1.in vlti.col.si de feud.defun. conten. sit inter do. & agn.vbi per eum,quid iuris sit,quando vassallus per longa tempora prætitit seruitiũ,non tamen specificauit feudum, an dominus possit cogere eum specificare, & si non vult specificare, an totum quicquid possidet, præsumatur feudum, & refert
b post [b] Iac.de Bel. ꝙ aliàs ista quæstio fuit de facto in regno Siciliæ.vide etiam Bal.post.glo.ibi.in c.1.§. insuper. in versi. illud quoque præcipimus.in vlt.col.de prohi.feud.alie. per Frid.vbi ponit an dominus possit cogere vassallum, ꝙ ostendat feudũ, pro quo seruitium prætitit, & videte, quæ ponam.j̃. in 15.qõ. ¶ Addite etiam prædictis,ꝙ dominus concedendo rem in emphyt.videtur solùm concedere illud ius, quod habet, secundũ Bal.in l.vnica.in pe.col.versi.sed quid si dominus.j̃.quando nõ
c pe.partes. Quid autem sit [c] in emphyt. vendente,an videatur tantum ius suum vendere,ponit Cy.in l.fi.in fi.j̃.eo.in 3.q.& ibi plenius Saly.in 3.col.& Spec.in d.§.nunc aliqua.in versic.93. &
174 Sal.in l.1.s̃.de contrah.emp. ¶ † Quartodecimò quæro,quando instrumenta inuestiturarum sunt amissa, qualiter probetur ius emphyteuticum. Sol. dicit no.Bald.in l.si certis annis. in 3. col.s̃.de pac.quando emphy.perdiderunt instrumenta,ꝙ qualis apparet solutio,talis præsumitur præcessisse cõcessio, quod dicit esse valde no.ad quod etiam vide,quod no. Bald.in l.indi-
175 cia.in 1.col.s̃ de rei vend. ¶ † Quintodecimò quæro,nunquid emphyt. teneatur domino edere copiam instrumenti emphyteutici.Istam q.ponit Spec.in d.§.nunc aliqua.in versic.141. vbi
d tenet,ꝙ sic per text.in l.prætor ait.§.1.ff.de edend. dummodo [d] dominus iuret de calumnia, & eum refert, & sequitur Ang.in d.l.prætor ait.§.1. & ibi limitat hoc esse verum si emphyt. non negat, aliàs secus per regulã l.qui accusare.C.de eden. ¶ Quid
e autem sit si emphy.confiteatur [e] emphyteusim,sed neget se habere instrumentum emphyteuticum. Ang.in d.l. prætor ait.§. 1.refert Bal.dicere,ꝙ emphy.incontinenti possit expelli per dominum,quasi præsumatur emphyteusis finita.arg.l.si seruus.C. quod cum eo.quod limitat Ang.ibi, nisi emphy. ꝓbaret se soluisse canonem per 30.ann. quia tunc præsumeretur emphyteusis perpetua,secundum tamen,ꝙ examinaui plenius.s̃. in 6.qõ. Adde etiam,ꝙ istud dictum Bal. pro singulari refert. d.Abb.in consi.75.incip.duo principalia. circa prædicta sunt examinanda.in 1. vol. in 1.col.& ibi dicit se putare, ꝙ illud dictum non sit verum,ꝙ per hoc emphy.possit expelli eo casu, quo probatur eum soluisse per 40.ann.per tex.no. in l.iubemus. C. de fun. patri.lib.10.& ad id quod dixi an emphy. teneatur edere copiã instrumenti emphyteutici, vide Bal. latè hoc firmantẽ in addi.

f Spec.in tit.de loca.in 9.col. & vide in simili de vassallo, [f] an teneatur ostendere domino instrumenta feudi.glo.in c.1.§. illud. de prohi.feu.alie.per Frid.& in l.2.C.quando.& quib.quar.pars debe.lib.10.Lud.in consi.163.incip. constitutio curiæ mercan-
176 tiæ.in vlt.col.circa med. ¶ † Vnum tamen perpetuò notate, ꝙ si Rex,aut Princeps facit citari suum Baronem, vt sibi ostendat iura,quæ habet in castris,quæ possidet, aliàs intendit ea sibi auferre,ꝙ citatio est ipso iure nulla,cùm nemo cogatur ostendere titulum suæ possessionis.l.cogi.cum si.s̃.de peti.hæredi.sic etiam in Barone, qui non tenetur ostendere titulum,quem habet in castris,ita sing.tenet Bart.post And.de Baru.in l.1.per illũ tex.C.de conducto.& procura.rerum fisca.lib.11. quod secun-
e perit emphyteuſim pro ſe, & filijs ſuis legitimis, nunquid venient etiam legitimati, & ſic nunquid intelligetur etiam recepiſſe pro legitimatis.Sol.Bald.& Saly.in l.fi.C.de his,qui ue.æta. impe.determinat, quòd non, per illum text.quem ad hoc not. Item per rationem, quia non naturaliter ſunt legitimi, ſed ex priuilegio, & ex fictione, & pro Bald facit text.in c.naturales.ſi de feu.defun.conten.ſit inter dom.& agna.& quod not.Bald in conſi.70.Idem ſimpliciter tenet dom. Alex.in conſi.128.incip. conſideratis verbis inſtru.in penult.col. in prin.in 1.vol. Pau.de Caſt.in d.l.fin.C.de his,qui ve.æta.impe.refert prædictam deciſio.Bal.& poſtea dicit,quod iſtud dictum Bald facit argumentum,an in diſpoſitione teſtatoris,vel ſtatuti veniat legitimatus, & refert dictum Bald in l.eam quam. C.de fideicom.cum ſim. poſteà dicit,quòd propter communem vſum loquendi in diſpoſitione teſtatoris, vel ſtatuti non veniat legitimatus per reſcriptum; ſecus per ſubſequens matrimonium, vel per oblationem curiæ, vel per alios modos inuentos à iure communi, per id, quod habetur in text.& glo.in c.innotuit. extra de elec. ¶Et licèt ipſe in hac concluſione non loquatur de contractibus, tamen illa ratio ſua militat etiam in contractibus, in quibus etiam attenditur communis vſus loquendi.c. ex literis.ex-
204 tra de ſpon. ¶† Veritas huius puncti pendet ab his, quæ ſcribuntur per Docto. in illa ardua quæſtione, nunquid legitima-
f tus [f] excludat ſubſtitutum,& ſic nunquid ſi ſit facta ſubſtituto alicui, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, nunquid excludatur ſubſtitutus,ſi decedat eum legitimatis,de qua quęſtione Barto. in conſi.ſuo 85.incip. viſo inſtrumento legitimationis,&c.ſi tamen eſt conſilium Bart.per Ioan. And poſt Iaco. de Are in addi.Specu.in titu.de ſucceſ. ab inteſt.§.fin.ad fin.per Alber.Salyc.& Moder.in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſti. & ſubſtitu.per Bald.in l.Lucius. la vltima ff. de hæred.inſtitu.& ibi aliquid per Imo.nihil firmantem, per Bal.in l.ſi ita quis.§.is cui & ibi aliquid per Imo.ff.de legat.2.& Bald.in l. ſi quis poſthumos.in princip.ff de libe.& poſthum.& in l.1. C.de don.cauſa mortis.& in l.Gallus.§.ſi eius.ff. de libe.& poſthum. & in c.in præſentia.in 12.colum.extra de proba. per Imo. in l.ex facto.in princip.& in §. ſi quis rogatus. el 2 in fin.ff. ad Trebel. Paul.de Caſt.in d.§.ſi quis rogatus in fin.in lectu.Bono.& in l.cùm acutiſſimi.C.de fideicom.& in d.l.ſi quis ita.§.is cui.in lectu.Bonon. ff.de lega.2.& in conſi.217.incip. ſuper puncto iſto primo plura ſubtiliter.& in conſi.224.incip.videndum eſt, & aliquid in d. l fina.C.de his,qui ve.æta.impe. per Angel.in ſua diſputatione, quæ incipit,nobilis quidam genere. per Anto. de Butr.in c.per venerabilem. extra qui filij ſint legiti. poſt medium in verſicu. alius autem effectus.per Ioan.Calde.in conſi.1. quod ponit ſub titulo, qui filij ſint legit.per Petr.de Ancha. qui in iſto puncto fuit pluries contrarius,in repet.cap.canonum ſtatuta. poſt medium,in verſi. quid ſi ſtatutum loquitur de filijs,&c.de conſtit. & in conſil.427.incipien.circa primum quæſitum. & in conſil. 308.incip.prima facie. & in conſil.279.per Imol. & Dom.de S. Gemin. in c.grandi.de ſuplen.neg.prælat.in 6. & quãuis paſſus
* ſit multum dubius, tamen in prædictis locis *magis communiter concluditur*, quod non, & atteſtatur Imol. in locis ſuperius alle-
205 gatis,quòd iſta eſt communis opinio. ¶† Vigeſimò quæro, nunquid in emphyt. eccleſiaſtica ſuccedant naturales, vel baſtardi legitimati? Reſponde,quòd non,ita not.determinat Bal. in l.generaliter.§.cùm autem. C. de inſtitu. & ſubſtitu. per rationem,de qua ibi per eum & idem Bald. in addi. Spec. in titu. de loc.in 10.colum.in verſic.emphyteuſis Eccleſiæ. Imol.in l. quod dicitur patrem.circa antepe.col.ff.de verbo oblig & not. Pet.de Ancha in conſi.427.incip.circa primum quæſitum.do. Alex.in conſil.128.incip.conſideratis verbis inſtrumenti.in 12.
206 col.ad fi.& duab.ſeq.in 1.vol. ¶† Vigeſimoprimò quæro de notabili quæſtione, pone, q̃ aliquis accepit emphyteuſim pro ſe,& liberis ſuis per lineam maſculinam deſcendentibus,& poſtea deceſſit relicta filia nullo maſculo,quæritur, an filia iſto caſu admittatur ad emphyteuſim? iſtam quæſtionem tãgit Pau. de Caſt.in l.maritus.in vlti.col.C.de procur.& ibi refert, q̃ quidam dicebant,quòd ſic, quia licèt ſit fœmina, ramen non deſcendit ex linea fœminina, quæ videtur excluſa per illa verba, per lineam maſculinam deſcendẽtibus: ſed deſcendit ex patre, qui eſt maſculus,& ſic per lineam maſculinã. Cõtrarium dicit

Pau.

ADDITIONES.

a Emphy.Adde Bar.in l.ſi quis promiſerit.in §.ea lege.ff.de verb.obl. in l.peto, in §.1.ff.de leg.2.Bal.in Auth.niſi rogati.C. ad Treb.

b Feudo.Adde tex.in c.qui clericus.in tit.ſi de feud.defun.conten.ſit inter dom. & agn.tex.in c.1.& ibi Bal.de vaſſ.mi.qui arma belli. depo. in vſib.feu.in c.1. an mutus,vel ahàs imper.in c.1.in §.fin.in tit.de benefi.fœmi. ahàs eſt rub.de benefic. fœminæ.

c Fratres.Adde Docto.in l.fin.& l.ſi mulieri.ff.de vſufruct.accre.Pileus in q.ſuis quæſt. 39.

d Emphy.Adde gl.in rub.C.de lo.præd.ciuit.vel fiſc.lib.11.Ang.in §.Ixitaque. in Auth.de non alie.Io.de Imo.in l.quòd dicitur.ff.de verb.obl.

e Aliquis.Adde Bal.in addi.Spec.tit.de lo.ver.emphy.Eccleſiæ,diffusè per Iaco. de Zochis in repe.c.per venerabilem.qui fil.ſint legi.

f Legitimatus.Adde Ioan.de Imo. in l.ſi quis poſthumos. in princ.ff.de libe.& poſthumis.

Source : BIU Cujas

Pau. de Caſt. ſe diciſſe per iſtam inductionem, quam dicit viſam fuiſſe pulchram, & concludentem multis, qui in hac quæſtione ceſpitabant, nam linea non incipit in patre, ſed incipit in filijs, ſi enim pater, qui recipit emphyteuſim, habet filiũ maſculum, & filiam fęminam, certè in filio maſculo incipit linea maſculina ipſius pris, & in filia fœmina incipit fœminina, ſed certum eſt, quòd deſcendentes ex iſta filia tanquam ex linea fœminina non admitterentur ad emphy. ſed ſolùm deſcendẽtes ex filio maſculo, ſecundum tenorem inueſtiturę: quid ergo iuris eſſet de deſcendentibus ex iſta filia, debet etiam eſſe de ipſa filia, quæ eſt caput lineæ, per d.l. maritus. vbi quod iuris eſt in affinibus, idem eſt in cauſante affinitatem, & quia intentio concedentis fuit, vt res non tranſiret ad cognatos, ſed remaneret apud agnationem, filia verò eſt caput cognationis, licèt ipſa ſit agnata, ergo debet excludi, ne per ipſam perueniatur ad cognatos, & ſic illa conceſſio ſibi, & liberis deſcendentibus p lineam maſculinam, debet ſic intelligi, liberis. i. maſculis, & deſcendentibus ex maſculis. & dicit Pau. de Caſt. quòd hoc videtur tenere Spe. in tit. de loc. in §. nunc aliqua. in ver. 146. Adde, quòd iſtam deciſionem ſequitur D. Alex. in l. Gallus. §. nũc de lege Velleia. ff. de lib. & poſthu. & plenius in conſi. 44. lib. 3. incip. conſideratis his, quæ in themate præſcripto narrantur. ¶ Pro iſta opi. bene facit, quia in emphy. & in contract ib. maſculinum non comprehendit fœminas, vt dixi ſupra in 9. q. & plenius, & copioſius in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. cum limitationibus, quas ibi dedi. Et ita aliàs de facto conſului Piſis in fauorem monaſterij Sancte Catherinæ. Contra tamen iſtam deciſionem Pau. de Caſt. fortiter facit gloſſ. not. in d. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. in verbo, nam & ſi. ad fin. quæ vult, quòd neptis ex filio dicatur de deſcendentibus ex linea virili. Per illam glo. inferunt Bald. & Modern. ibi, quod ſi aliquis receperit rem in emphyteuſim pro ſe, & ſuis deſcendentibus per virilem ſexum, quòd comprehenditur neptis ex filio maſculo, quia licèt ipſa ſit fœmina, tamen deſcendit ex linea maſculina, & ſic ſolùm conſideratur à quo deſcendat. Item aduerte, quòd primum fundamentum Pau. de Caſt. nõ eſt verum, dum dicit, quòd filia non eſt de linea patris, cùm linea incipiat ab ipſa filia, quæ eſt principium lineæ, iſtud eſt falſum, quia imò linea incipit ab ipſo patre, & filij, & deſcendentes dicuntur ex linea ipſius patris. l. ſtemmata. ff. de gradi. iuncto. §. 1. inſti. eo. & ita in ſpecie declarat not. Salycet. inter conſilia Petr. de Ancharan. in conſilio 95. incip. in quæſtio. quę vertitur iñ ciuitate Tregeſti. in 3. colum. Item ſecunda ratio Pau. de Caſtr. eſt vera, ſi concipiatur affirmatiuè. Authẽ. multomagis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. ſecus ſi negatiuè, prout arguit Pau. de Caſtr. ¶ Item inquantum fundat ſe Pau. de Caſtr. quod iuris eſſet de deſcendentibus ex iſta filia, debet etiam eſſe de ipſa filia, quæ eſt caput lineæ. Reſponde, quòd eſt diuerſa ratio, quia filia includitur de proprietate ſermonis, quia deſcendit à linea maſculina, ſed alij deſcendentes ex linea fœminina non includuntur de proptietate ſermonis, vnde qualitas agnationis reperitur in ipſa filia, vt declarat Angel. in conſilio 183. incip. aduertentia ſtatuentium. in tertia colum. ergo ipſa filia debet admitti, & non deſcendentes ex ea, in quibus talis qualitas agnationis non reperitur. Item inquantum Pau. de Caſtr. alleg. Specu. in dicto §. nunc aliqua. in verſicu. 196. dic quòd loquitur in terminis diuerſis, vt clarè patet, iuncta doct. Bald. Salycet. & Modern. in l. 1. C. de condi. inſer. Item ad iſtam quæſtionem adde Pau. de Caſtr. in conſilio 169. incip. præſens caſus. ad fin. & not. in conſilio 338. incipien. præſup-
207 ponendum, quòd dictum ſtatutum. ¶ † Vigeſimoſecundo, & vltimò quæro, pone pater accepit emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus ſuis ab Eccleſia, vel etiam à priuato, nunquid poſſit in teſtamento totam iſtam emphyteuſim vni filiorum prælegare? iſta eſt ardua quæſtio, & multum diſputabilis, vnde vt iſta ſolennis lex pulchro fine claudatur, intendo eam plenè excutere, & plenius quàm alibi ſcriptum habeatur. In qua quæſtione hoc ordine procedam, quia in primis attingam partem affirmatiuam, & eam legibus, rationibus, & authoritatibus fundabo, reſpondens ad ea, quæ in contrarium adduci poſſent. Secundò aggrediar partem negatiuam, quam eodem abſoluam ordine. Vltimò ſubijciam, quid mihi tenendum videatur. ¶ In primis ergo ad partem affirmatiuam, quòd pater poſſit vni filiorum prælegare, iſtam partem tenet Ioann. de Imo. vbi latè hunc paſſum examinat, in dicto capitu. potuit. in vltima charta magna. ibi dicit, quòd in hac parte etiam de facto ita conſuluit. Et pro hac parte mouetur in primis, quia quando emphyteuſis eſt accepta pro ſe recipiente, & pro filijs, & nepotibus, certè talis emphyteuſis videtur accepta nomine filiorum, qui erant in poteſtate patris, & ſic nati ex legitimo matrimonio. inſtitu. de pa. po. in principi. cùm idem ſit aliquid facere pro Titio, & nomine Titij, prout notatur in l. fideicommiſſa. §. interdum. & ibi Barto. ff. de leg. 3. & idem Barto. in l. 1. §. nunciatio. in tertia colum. ff. de oper. noui nunciatio. & ſic per conſequens videtur in effectu quædam donatio collata per parrem in filios in poteſtate, per id quod habetur in l. filiæ cuius. ſupra famil. erciſcund. Tunc ſic, aut tu vis dicere, quòd iſta ſit ſimplex donatio, & ſic donatio inter viuos, & tunc clarum eſt, quod potuit pater eam reuocare, ex quo eſt inefficax, vt d. l. filiæ cuius. & conſequẽter ſuccedit, quòd ſeruari debet diſpoſitio teſtatoris, quãuis verum ſit, quòd vbi talis donatio non eſſet reuocata, confirmaretur morte patris, iuxta l. donationes quas parentes. infra de donationib. inter virum, & vxorem, & l. Papinianus. ff. eodem titulo. aut vis dicere, quòd eſt don. cã mor. quod magis videtur dicendum, ex eo potiſſimè, quòd iſta verba apoſita in contractu emphyteu. pro ſe, filijs, & nepotibus intelliguntur ordine ſucceſſiuo, & conſequenter, quòd primo admittatur pater, & poſt eius mortem filij, & ſic deinceps. vt eſt gloſſ. ordina. & approbata in l. Gallus. §. primo. & ibi per omnes. ff. de lib. & poſthum. & dixi ſupra in 1. quæſtio. & conſequenter videtur cenſenda donatio cauſa mor. per id, quod no. gloſſ. in l. fina. ſuper verbo accommodauerit, & ibi clarius per per Scribentes. ſupra de pac. & per glo. in l. Seia. §. fina. ff. de donatio. cauſa mor. & latè Barto. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matrimo. & quod not. Barto. in l. ſi mihi, & Titio. in princip. ff. de verborum obligatio. & ſi vis, quòd ſit dona. cauſa mor. habeo clarè intentum, cùm dona. cauſa mor. quandocunque poſſit ex pœnitentia reuocari. l. mortis cauſa donatio etiam. & l. qui mortis cauſa donauit. ff. de donatio. cauſa mor. & l. non omnis. in princip. cum ibi not. ff. ſi cer. pet. ¶ Secundò pro hac parte adducit, quia ius in ſpe quæſitum tertio opera, & facto meo poſſum illud per pœnitentiam meam tollere. l. 3. & ibi Bart. ff. de ſeruis expor. l. 1. & ibi Bal. C. ſi manci. ita fue. alie. cum ſim. cũ ergo iſtud ius emphyteuticum ſit quæſitum filijs ſpe per ſtipulationem patris, ergo pater poteſt illud eis auferre. ¶ Tertiò, & fortius adducit, quia quamuis ex tali ſtipulatione paterna ſit acquiſitum filijs ius nedum ſpe, imò re, & actualiter, quia ex ſtipulatione patris, per quam filijs ſtipulatur, quando ſtipulatio confertur poſt mortem patris, acquiritur filijs vtile ius, & vtilis actio ex contractu. l. quodcunque. §. 2. & ibi Bart. & alij, latius Bar. in l. quod dicitur patrem. ff. de verb. oblig. tamen ex pœnitentia poteſt illud ius actualiter quæſitum reuocari, per doc. Bar. Ang. Imo. & Cum. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. oblig. eiuſdem Bar. in d. l. 3. ff. de ſeruis expor. & Bal. in d. l. 1. C. ſi mancip. ita fue. alie. & multum latè in l. cùm à ſocero. C. de iure dot. cum alijs concor. quas retuli ſupra in glo. in verbo triennium. in 23. qõ. in quib. loc. habetur, ꝙ quando contraho cum aliquo, & in contractu appono pactum, per quod alteri tertio acquiritur aliquod ius, vel aliqua actio, dicta actio, & dictum ius ita demum irreuocabiliter acquiruntur, ſi non interuenit pœnitentia. d. §. Flauius. & d. l. 3. Et propterea decidunt præfati Doc. ꝙ ſi donaui rem alicui cum pacto, ꝙ poſt tale tẽpus talis res deueniat ad talem Eccleſiam, quòd ego donator potero tale pactum peruẽſionis ad Eccleſiam reuocare, quãuis per tale pactum iam eſſet quæſita vtilis actio Eccleſię, per l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo. ergo ita videtur concludendum in caſu noſtro, ꝙ quando pater recipit emphyteuſim pro ſe, filijs & nepotibus, cùm cenſeatur appoſuiſſe pactũ in fauorem filiorũ, vt eis quæratur ius, & vtilis actio in re emphy. quod tamen ex pœnitẽtia poſſit pater impedire effectualem acquiſitionem iſtius iuris emphyteutici. ¶ Et pro hac etiã parte dicit bene facere id, quod no. Barto. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. iuncta gloſſ. ff. de oper. liber. inquantum dicit, quòd pater qui ſtipulatus eſt à liberto operas ſibi, & filijs ſuis, poteſt tale ius operarum aſſignare vni filiorum, ſi tamen non aſſignauit, competit omnibus filijs operarum petitio, & in hanc partem dicit, quòd ſatis videtur inclinare Bar. in d. §. Flauius. quãuis ſecundum eum in d. §. ſi liberi. in aliquibus aliter ſentiat. ¶ Pro hac etiam parte dicit facere, quia in dubio amplectenda eſt pars, quæ fauet teſtamento, & diſpoſitioni teſtatoris, ꝙ quo teſtamento in dubio eſt iudicandum. l. in teſtamẽtis. ff. de reg. iur. in l. ſi pars. ff. de inoffi. teſtam. & c. fi. extra de re iudi. ¶ Et tenendo hanc partem, dicit ipſe non obſtare. l. fin. ff. de pact. vbi ius excipiendi ſemel acquiſitum fideiuſſori per pactũ rei principalis, non poteſt amplius ab eo inuito tolli, quare reſpondet mirabiliter, & profectò eſt ſatis leuis ſolutio, quòd quædam ſunt perſonæ, quæ nobis tenentur acquirere, vt ſunt illæ, quæ ſunt in poteſtate noſtra, vt filij, & ſerui, & tales poſſunt conditionem noſtram facere meliorem, ſed nobis præiudicare non poſſunt. l. filius. & l. ſeruus. ſ. de pact. ita ſecundum eum eſt in caſu. d. l. fin. ff. de pactis. quia reus principalis tenetur acquirere

Source : BIU Cujas

fideiuſſori, nimirum ſi poſteaquã ſibi acquiſiuit exceptionẽ, ſi eius conditionem deteriorare non poteſt, illam ſibi auferendo. Sed nos loquimur in terminis, in quibus quis non tenetur alij acquirere, vt eſt in patre, qui non tenetur acquirere filijs, ſed bene ècontra, vnde nimirum ſi filijs aliquis acquiſiuit, illud poteſt eis per pœnitentiam ſuam tollere, vt d.§. Flauius. & d. l. 3. ¶ Non obſt. etiam l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. ibi dicitur, quod id quod noſtrum eſt, non poteſt nobis ſine facto noſtro tolli, quia ad hoc reſpondet Imo. quod interdum competit nobis aliquod ius, & irreuocabiliter, & tunc procedit. d. l. id qđ noſtrum. quod illud ius irreuocabile nõ poteſt ſine facto noſtro à nobis inuitis auferri. ¶ Aliquando competit nobis ius, ſed reuocabiliter, & tunc non eſt abſonum, ꝙ tale ius per pœnitentiam poſſit à nobis inuitis auferri. d. §. Flauius. & d. l. 3. & pro hac differentia, ꝙ quædam ſit acquiſitio reuocabilis, & q̃dam irreuocabilis, alleg. no. per gl. & Doc. in l. ei qui ita hereditatem. ff. de condi. inſti. & in l. cũ pater. §. ſurdo. ff. de leg. 2. & in l. ſi mortis cauſa res donata. cum l. ſeq. ff. de don. cau. mor. pro hac etiam differentia adducit. l. ſed & ſi quis. §. interdum. iuncta. gl. ff. de vſufruc. inducendo, vt ibi per eum. ¶ Addo etiam, ꝙ hanc differentiam faciunt Doc. in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. 1. C. communia de leg. per tex. in l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de cap. & poſthu. reuer. vbi propriè eſt tex. ꝙ ibi dominium erat reuocabile, & propterea dominus ibi poteſt vſucapere. Iſtã eandem opi. tenet ipſe Imo. in pleriſque alijs locis, quamuis non ita diffusè in eis tractet. in l. ſi domus. §. fi. ad fi. & in l. apud Iulianum. alias idem Iulianus. §. ſi quis alicui, & in l. filiusfamil. §. cũ pater. ff. de leg. 1. iſtam eandem partem tenet Lud. Rom. in cõſilio 35. incip. vita facti ſerie mihi propoſita, dubitatio principalis illa eſſe videtur &c. vbi pro hac parte intrepidè conſuluit, motus vnico, & forti fundamento, quia ſiue dicamus dictam emphyteuſim ſpectare ad filios vt filios, ſecundum opi. Bar. in l. Gallus. §. 1. ff. de libe. & poſthu. & in l. ſi non ſortem. §. libertus. in vlti. col. ff. de condi. indeb. & in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. & in l. quod dicitur patrem. ff. de verb. oblig. ſiue dicamus ſpectare ad filios vt hæredes ſecundum opi. Bal. in l. 2. C. de ſuis, & legi. certè teſtator debuit poſſe prælegare emphyteu. vni filiorum, & hoc viua ratione, quia teſtator poteſt rem hæredum, vel eorum ius legare cui vult, etiam pœnitus extraneo nedum vni filiorum. §. non ſolum. inſti. de lega. vbi dicitur in tex. cum gloſſ. non eſſe differentiam quantum ad validitatẽ legati, an teſtator legaret rem ſuam propriam, an legaret rem hæredis & facit. l. ſi quis ſeruum. in princ. ff. de leg. 2. & tenetur hæres præcisè ad rem præſtandam, ſeu ad ius concedendum, ex quo habet facultatem rei præſtandæ, adeo ꝙ non liberaretur præſtando æſtimationem ipſius rei. l. vnum ex familia. § ſi rem. cum ſim. ff. de leg. 2. & per hoc fundamentum dicit Lud. Rom. ꝙ hæc dubitatio deciditur, & aliud plus non dicit in determinatione huius q. ¶ Addo, ꝙ hoc fundamentum Lud. de teſtatore, qui poteſt rem hæredis vt propriam relinquere, fuit ante eum Imo. licèt non ita clarè inducentis, in d. c. potuit. in 1. col. vlt. arti. vbi per hoc, vt teſtator poſſit legare vni filiorum rem emphy. ſicut poſſet etiam aliam quamlibet rem, allega. l. ex facto. mag. ff. de hær. inſti. & l. Neſennius. ff. ad l. Falcid. Iſtam eandem partem tenuit conſulendo Pet. de Anch. in conſ. 132. Motus ex prælleg. doc. Bar. in d. § Flauius. Item quia erat ius quæſitum filijs ſpe, & ſic in conditione. l. dies incertus. ff. de cõdi. & demon. ergo debuit poſſe per patrem tolli. Idem determinat Bal. in Auth. ſi quas ruinas. in pe. col. ſ̃. de ſacroſ. Eccleſ. Motus per rationem, & fundamẽtum quod ſibi aſcribit Imol. in d. c. potuit. & ſupra retuli, quia cùm filius capiat tanquã ex donatione paterna, pater quo ad filium ipſum poteſt reuocare, quia inefficax, & conferre alteri filio. alleg. l. 2. ſ̃. de inoffi. dona. melius allegaſſet. l. ſiue emancipatis. ſ̃. de dona. & dicit Bald. ꝙ hęc eſt ſua ratio, quæ hæc clarè demonſtrat. Idẽ tenet Bald. in l. 1. ad fi. C. per quas perſo. no. acqui. ¶ Et ibi limitat hãc partem duob modis. Primò, vt procedat hoc, quando filij eſſent in poteſtate, quia tunc militat fundamentum proximè relatũ: ſi autem fuiſſent filij emancipati, non haberet locum reuocatio patris, & tunc ceſſaret fundamentum. ſ̃. adductum, nã tũc eſſet perfecta dona. & ſic irreuocabilis. d. l. 2. ſ̃. de inoffi. dona. & melius in d. l. ſiue emancipatis. [a] ¶ Secundò limitat hanc partem, vt procedat, quando talis emphyteuſis eſſet quæſita ex re patris, ſecus ſi beneficio cõcedentis, quia beneficium tertij nõ poſſet tunc pater auferre filio, ſicut ſecundum eum dicimus in feudo gratis dato, facit. l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de bo. poſ. cõ tratab. ibidem tenet Bal. in c. 1. in 6. col. in ver. quærit hic gloſſ. multum no. & c. in tit. an agnatus, vel filius. in vſi. feu. vbi dicit in hoc eſſe differentiam inter emphy. [b] & feudũ, quia ius emphy. tranſit ad ipſum filium tanquam ad hęredem, adeo ꝙ primus emphy. poteſt in eo diſponere, & alteri relinquere, qđ non eſt in vaſſallo, per c. 1. de ſucceſſ. feud. & in l. in conuentionib. ff. de verb. ſig. idem videtur tenere Pau. de Caſt. in cõſ. 191. incip. in Chriſti nõmine, in cauſa quam magnificus dominus Titius habet cum domina Thalda nouerca ſua. in primo dubio prin. Et licèt Pau. ibi principaliter attingat quæſtionem de feudo, rõnes tamen ibi aſſignatæ per eum faciunt etiã ad hanc partem in emphy. vbi primo adducit tex. in l. 3. poſt prin. C. de ſecun. nup. vbi mulier in his bonis, quæ fuit conſecuta à primo viro, & tenetur ſeruare filijs primi matrimonij, poteſt vnũ ex filijs, quem velit, eligere, & alios excludere. Et quamuis iſta lex corrigatur in hoc caſu per Auth. ibi poſitam, non tamen corrigitur ratio ibidem in tex. aſſignata. Ad idem adducit l. 1. in principio. & per totum. ff. de aſſig. lib. vbi licèt ius patronatus deſcendat in omnes liberos æqualiter. d. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. tamen poteſt pater vnum ex filijs in iure patronatus præeligere, & iſtud ſibi aſſignare, & alios excludere. ad idem adducit, quia ſi aliquis ſit rogatus poſt mortem ſuam relinquere aliquã rẽ vni familiæ, poteſt vnũ ſolùm de illa familia eligere, & alios excludere. d. l. vnum ex familia. in prin. ff. de leg. 2. & l. filiusfa. §. pe. ibi, verum eſt enim in familia reliquiſſe, licèt vni reliquiſſet. ff. de leg. 1. & in l. is qui complures. ff. de leg. 3. ergo ita in propoſito noſtro. ¶ Et pro eadem parte addo vnum fundamentum, quod fuit Spe. in d. §. nunc aliqua. in ver. 27. ad fi. quod etiã adducit Pau. de Caſt. in prælleg. conſi. 160. nam pater viuens poterat non ſoluendo canonem emphy. vel rem emphy deteriorando, ius ſuum emphy. perdere, & iſtud præiudicaret filijs, & nepotibus, quamuis talis emphy. eſſet accepta pro filijs, & nepotibus, vt ſupra dixi in 7. q. Si ergo pater poteſt præiudicare filijs omittendo, quod eſt odioſum, quanto magis poteſt eis p̃iudicare prælegando, vel hæredem inſtituendo vnum, quod eſt fauorabile, arg. l. cũ quidam. ff. de libe. & poſthu. & l. ſeruus ea lege. in fi. ff. de ſeruis expor. ¶ Tertiò limita, quando pater fuiſſet author huius acquiſitionis, quia ante eius mortẽ, & ſic antequam eſſet perfectè acquiſitum ius filijs, poſſet diſponere, ſecus ſi non fuit author acquiſitionis. Ita tenet D. Alex. in cõſil. 104. lib. 7. incip. viſo themate, & inſtrumento conceſſionis. in pe. col. in fi & ad hoc vide omnino. D. Alex. qui idem tenet in [c] conſi. 105. eo. lib. incip. in cauſa Nico. de Campegio. [c] ¶† Tenẽ 208 do hanc partem affirmatiuam, ꝙ ſi pater acceperit emphyt. pro ſe, filijs, & nepotibus. ꝙ totam poſſit vni filiorum prælegare. Succederet pulchra quæſtio, quam ponit ſingulariter Ioã. And. in d. §. nunc aliqua. in ver. 77. Pone, pater habens plures filios, eos hæredes inſtituit, & diſpoſuit, ꝙ fundus emphyteu. ad vnum ſolùm peruenìret, qui ſolus ſoluerit fictum, vel penſionem, nec aliquem in ſpecie expreſſit, & ſic vni filiorum prælegauit, & non dixit cui dabitur, modo ad quem filiorũ debeat dicta emphy. pertinere, & an ad nullum, an verò ad omnes, ibidem Ioan. And. arguit ad partes, & primò, quòd ad magis idoneum, quẽ iud ex elegerit, poſtea arguit, quòd ad omnes, dehinc quòd ad nullum, vt ibi latè per eum, finaliter concludit, quòd dominus rei emphy. eliget quem volet ex hæredib. arg. l. legato generaliter. & l. ſi quis à filio. ad fin. ff. de leg. 1. & eo caſu, quo non elegerit, quòd pertineat ad omnes. Et per iſta ſit abſoluta pars affirmatiua huius dubij. ¶ Contrariam partem, ſcilicet negatiuam, quòd pater non poſſit emphy. vni filiorum prælegare, videtur tenere Spec. in d. verſi. 78. qui non multum clarè aliquam partem firmat, ſolùm enim arguit ad partes, inclinat tamen magis in iſtam negatiuam per plura fundamenta, de quibus ibi per eum, & maximè, quia cùm iſtud pactum, quòd emphy. habeatur pro ſe, & filijs, & nepotibus, ſit actum inter ipſum patrem recipientem emphy. & dominum concedentem, certè ſola voluntate ipſius emphyt. non debet poſſe mutari forma iſtius conceſſionis, argum. l. ſicut. C. de actio. & obliga. & l. in diem. & l. ſequenti. ff. de aqua plu. arcen. mouetur etiam, quia cùm iſti filij admittantur vt filij, & non vt hæredes, ergo vniuerſi viriliter admitti debent. argumen. l. cũ pater. §. a te peto. ff. de lega. 2. & hoc ſecundum eum niſi aliud expreſsè eſſet dictum tempore conceſſionis. argumẽ. l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Treb. Iſtam eandem partem negatiuam firmat apertè Barto. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. Motus, quia cùm dicti filij habeant ius in re emphy. non tanquam hęredes patris, ſed tanquam filij, certè diſpoſitio patris in hoc nihil debet valere, prout in ſimili habemus in feudo, capit. 1. in prin.

ADDITIONES.

[a] ¶ Idem vult Ang. Are. in ſuo teſtamento in gl. item dicto B. eius filio prælegauit. PARPA.

[b] ¶ Inter emphy. Addę Bertach. in reper. in verb. emphyteuſis. vbi enumerat plures caſus.

[ç] ¶ Adde, quòd iſtam etiam partem affirmatiuam tenet Marian. Soc. conſi. 25. in 1. dub. loquitur tamen cum conſenſu domini directi. PARPA.

Source : BIU Cujas

prin.de ſuc.feu.iungendo authoritatem Spec.in d.verſicu.78. qui dicit in hoc eſſe ſimiles emphy.& feudum.¶Secundò motus per ſimile, quod videmus in actione de dote, quæ quærit filiæ ex ſtipulatione paterna,quia pater non poteſt illud diminuere filiæ,niſi tantum vltra relinquat pater de ſuis bonis,quãtum eam grauat,vt l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſol.mat. idem conſuluit Bar.in conſi.ſuo 55. incip. dominus Amatus filium maſculum hæredem .cuius conſilij finis per errorem ſcriptorum ponitur in alio conſ.60.incip.q.iſta habet duo dubia &c. & ſic eſt totum vnum conſilium, quamuis corruptè diuiſim habeatur,& ibi Bar.mouetur per eadem fundamenta, q̃ proximè dixi,imò per eademmet verba. Iſtã eandem partem tenet Bal.ſibi contrarius in l.item videndum.§. nunc videamus. ff.de peti.hære.& ita refert,quòd ita conſuluit Iaco. Butr. qui mouebatur tali fundamento, quia ius quod habet pater in illa emphy.certum eſt,quòd finitur per eius mortem,ergo legãdo emphy.videtur legare ius tantum, quod habet,licèt finitum morte,ita quòd hæres vltra non tenetur.l.vxor patrui.C. de leg.& l.quod [illegible]rerum.§.1.ff.de lega.1. & hanc partẽ firmat indubitanter Bar.quando pater accepiſſet emphy.pro filijs vt filijs,quòd in dubio præſumitur, vt ſupra pluries dictum eſt, & maximè in 4.q.¶Pro hac parte,& ſic pro iſto fundamento corroborando facit,quod decidit Barto.in d.l.vxor patrui. vbi per illum tex.dicit ſe in facti cõtingentia dixiſſe tempore mor
209 talitatis,† cùm quidam reliquiſſet alicui fundum, quem habebat in emphy.& illa emphyteuſis finiebatur morte ipſius teſtantis,quamuis legatarius diceret hæredi,redime fundum illum,& da mihi,quia teſtator legauit mihi rem alienam,vnde quando teſtator rem alienam legat,videtur grauare hæredem de ea redimenda,dicit Bar.quòd legatarius non bene dicebat, quia ex quo teſtator habebat ius in illa emphyt.quamuis eſſet finiturum eius morte,videtur legaſſe tantum ius,quod habet, & non vltra grauaſſe hæredem, per illum text.de quo tamen puncto,quia paſſus eſt dubius, videte ibi Bal. & latiſſimè Pau. de Ca. per tres chartas,& Bar.Imo.Cum.& cæteros Mod.in l. quod in rerum.§.1.qui incipit,ſi vſumfruct.ff.de leg.1. & Bart. qui viſus eſt tenere contrarium,in l.cùm pater filiæ. in pe. col. & in §.cũ pater.& vtrobique Imo.ff.de leg.2.Bal.in l.habitatio. C.de vſufruc.& in l.dotalem.per illum text.& ibi Angel. ff.de teſtam.mili.Bal.in c.1.§.donare.qualiter olim feu.po. alien.& latè per Dom. Anto.de But.in c.paſtoralis.& ibid. Imol. extra de don.& iſto modo,vt nihil omittatur, erit iſte incidẽs articulus expeditus in principali propoſito.Eandem partem negatiuam tenet ipſe Bal.qñ emphy.eſſet habita pro filijs,vt filijs qđ in dubio præſumitur in l.liberti libertæque. circa 8. colum. j. de ope.lib.& idem Bald.in l. apud Iulianum. aliàs idem Iulianus.§.ſi quis alicui.ff.de leg.1.Iſtam eandem partem,quod pater non poſſit præiudicare filijs prælegãdo,tenet Fede. de Sen. in conſi.228.incip.factum eſt tale duo fratres &c.circa fi.illius conſilij.eandem opi.tenet Angel.in l.item videndum.§. nunc videamus.ff.de peti.hæred.& ita etiam ibi refert,quod ita conſuluit Iac.But.per fundamentum proxi.ſupra adductum. d. l. vxor patrui.j.de leg.dicit etiam ita tenere Spe.in d.§. nunc aliqua.in verſ.78.& in tit.de teſt.§.1.ad fin. & dicit hoc eſſe valde notandum,quia quotidianum.¶Ego tamen non inuenio, q̃ Specu.hoc tangat in d.titu.de teſt.§.1.ad fi.Iſtam eandem opi. tenuit conſulendo Ang.in conſi.191.aliàs eſt in conſi. 192. & ibi Angel.limitat hanc partem non procedere,quando prælegaſſet vni filiorum totam emphy.& poſtea alteri filio,vel alijs filijs tantundem de alijs bonis ſuis in recompenſationem legaſſet,quia tunc poſſet hoc facere,alleg.l.1.& l.aſſignare.ff. de aſſi.lib.iuncta.l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſoluto matrimo. & fuit ante eum limitatio Bar.in d.§.ſi liberi.& in d.conſi.55. incip.Dom.Amatus.iuncto conſi.60.incip.q.iſta habet duo dubia.Iſtam eandem partem tenet Ang.in conſi.199.eandẽ partem tenet Pet.de Anch.ſibimet contrarius in conſi.319.incip. in themate præſuppoſito tria ſunt,&c.aliàs incipit,Caius conuentus.eandem tenet ipſemet Pet.de Anch.in conſi.134.inci. planè,& ſubtiliter. vbi formalitet tenet, q̃ ſi pater acceperit emphy.pro ſe,& filijs,& nepotibus,& alterata fuerit emphyt. ex pacto expreſſo, quòd poſſit transferri etiam in extraneos quocunque tit.& pater prælegauerit totam emphy. vni filio, conſuluit,quòd iſto caſu pater potuit,quia alterata erat natura emphy.& ſic ſenſit,& voluit, quòd ſi non fuiſſet alterata natura emphyt.per pactum expreſſum,q̃ pater nõ potuiſſet vni filiorum prælegare, & ſic habetis ſecundam limitationem ad hanc partem,quàm limitationem ante eum ponit etiam Spe. in d.ver.78.& ſupra etiam retuli.idem tenet Bal.in c.1.in prin. in 5.colum.in ver.quæro nunquid pater.de prohib.feud. alien. per Frid.Dy.Bal.Ang.& Pau.de Caſt.in l.apud Iuſianum. §. ſi quis alicui.ff.de leg.1.Idem tenet Dom. Alexan. dicens, q̃ iſta

* videtur *magis communis opin.*in conſi.106. 107. lib. 4. incip. viſo themate, & inſtrumento conceſſionis. in pen. col. & in conſil. ſeq. quod incip.in cauſa Nico. de Campegio. Iſtam eandem negatiuam partem tenuit Lud. Rom. ſibimet contrarius in l. vnica.in 12.q.C.quando non pet.partes eandem tenet Saly.in l.fi.in 5.col.j.eo.¶Pro hac parte,quòd ex quo æqualiter ad ipſos filios iure contractus, & ex ſtipulatione paterna,ius erat quæſitum,q̃ facto patris non potuerit tolli,adduco elegantẽ doc.Bal.in l.in inſulam.§.fi.ff.ſol. matr. vbi dicit,pone, q̃ duo inimici fecerunt pacem adinuicem,& promiſerunt adinuicẽ ſe non offendere,& non rumpere pacem ſub tanta pœna applicanda Eccleſiæ, deinde ruperunt pacem, & reconciliati ſunt,& remiſerunt omnem iniuriam, & omnem pœnam, q̃ nihilominus non tolli potuit pœna quæſita Eccleſiæ, quamuis eſſet quæſita ex pacto ipſarum partium, ergo ita dicendũ in caſu noſtro.¶Pro hac parte etiam bene facit text.in l. verò procuratori.in ver.alia cauſa eſt.ff.de ſol.ibi, quia certam conditionem habuit ſtipulatio,quàm mutare non potuit ſtipulator. ad idem.l.aliud.eo.tit.de ſol.Ad idem.l.ſi poſt mortem.§. fina.ff.de bono.poſſeſ.contratab. Ad idem pro hac parte ſtringit.l.fi.ff.de pact.vbi ius quæſitum fideiuſſori, per pactum factum à reo principali,non poteſt vllatenus ab eo inuito tolli, nec eſt vera ſolutio ad illum tex.quam ponit Imo. in d. c. potuit.& ſupra retuli,dũ dicit,q̃ ideo eſt illud ibi, quia reus principalis tenebatur acquirere fideiuſſori, ſecus autem eſt in alijs perſonis,quæ non tenentur acquirere,quia ſi videatur text.ille non ſe fundat ſuper hoc, quia reus tenetur acquirere fideiuſſori,imò de hoc verbum nullum,ſed ſe fundat, quia ius nobis quæſitum,à nobis inuitis tolli non poteſt, quæ ratio cùm ſit generalis,nullatenus debet reſtringi, etiam ſi lex loqueretur in caſu ſpeciali,dixit ſingul.Barto.in l.regula. §. pen. per illum text.ff.de iur.& fac.igno.facit, quod not. Barto. in l. cùm hi.in princip.ff.de tranſactio. ¶Et pro hac eadem parte multum facit ſingulare dictum Bart.in l. mortis cauſa capitur.ff.de dona
210 tio.cauſa mort.vbi per illum tex.& ibi not.inquit Bar.† quòd ſi pater accepit rem in emphyteuſim pro ſe,ſuiſque filijs, & nepotibus,quòd filij videntur adiecti poſt mortem patris, & quòd à domino rei videntur capere cauſa mort. patris, & ſic eſt mortis cauſa,ſi ergo filij illam capiunt à primo domino,& ſic non à patre,ergo pater non debet poſſe filijs præiudicare vni eorum prælegando,& per hoc apparet non obſtare vnum fundamentum Imo.cæteris omnibus firmius, quod ante eũ fuit Bald.in dicta Authen.ſi quas ruinas. in penult. colum. & in l.prima.in fin. C. per quas perſo. no. acqui. cùm dicebant, quòd aut eſt donatio inter viuos,aut cauſa mort.&c. vt infra ordinatè reſpondebo. ¶Per iſta omnia videtis præſentem articulum reddi valde dubitabilem, vt meritò dici poſſit illud Virgilianum .' Hinc atque hinc vaſtæ rupes, &c. tum propter authoritates Doctor.hinc inde contrarias,tum etiam propter leges, & rationes hincinde multum vrgentes, & in hoc paſſu non inuenio veritatem bene explanatam. ¶ Nouiſſimè tamen excellentiſſimus ætate noſtra iur.vtr.interpres Domin. Andr.de Barba.in d. cap. potuit. dicit has opin. poſſe concordari per doctr. Angel.in præalleg.conſilio 191.aliàs 181.quòd aut pater, qui prælegauit vni filiorum totam emphyteuſim, alijs etiam prælegauit tantundem de bonis ſuis in recompenſationem emphyteuſis,& tunc valeat prælegatum emphyteuſis,& ſic procedat prima opin.aliàs ſecus, & ſic procedat vltima, & ita tranſit ipſe in hoc paſſu, & non facit mentionem, quòd iſta etiam eſt doctr. Barto. in dicto §.ſi liberi.& in d.conſilio 55.incip.dominus Amatus.iuncto conſi. 60. incip. quæſt. iſta habet duo dubia,& ſuperius retuli. ¶Ego vltimo loco in hac difficultate puto hanc eſſe veriratem conſideratis omnibus ſupra relatis, vt ſit diſtinguendum. Et attingam primò
211 quoſdam caſus minus dubitabiles,† quòd aut pater accepit emphyteuſim pro ſe, filijs,nepotibus, & hæredibus, expreſsè adiecto hoc termino hæredibus, & tunc poſſit vni prælegare cui velit,& habeo caſum iſtum pro indubitato, quòd apparet,quia cùm tunc filij veniant non vt filij,ſed vt hęredes,certè pro qua parte eſſent inſtituti hæredes,pro ea etiam parte venirent ad emphyteuſim,& non vltra,prout tenet Bart. & alij. in l.Gallus.§.primo.ff.de libe. & poſthum. & in l. quòd dicitur patrem.ff.de verbor.obliga.& in d.l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. vnde eſt tunc in poteſtate patris diſponere,pro qua parte velit filios hęredes eſſe in emphyteuſi, & ſic facere, quòd vnus filius ſolus habeat iure prælegati.Aut pater accepit emphyteuſim pro filijs vt filijs, aut ſimpliciter, quo caſu eſt idem, quia in dubio pater præſumitur accepiſſe pro filijs vt filijs, & non vt hæredibus,prout ſupra pluries dixi,& maximè in tertia quęſtione,quo caſu cùm talis ſtipulatio patris quo ad filios conferatur poſt mortem patris, certè acquiritur filijs vtile ius,

Source : BIU Cujas

& vtilis actio ex contractu patris.l.quodcũque.§. 2.& ibi Bart. ff.de verb.oblig.& plenius Bar.& alij in d.l.quod dicitur patrẽ.
a & ſupra retuli. [a] Et in iſtis terminis propriè dubitant ſupra ſcripti Doc.nunquid tunc pater in præiudicium aliorum filiorũ poſſit vni eorum prælegare,& tunc diſtinguo,aut pater diſponit in teſtamento de iſta re emphyteutica tanquam de re filiorum,cùm ius patris, quòd in ea habet,ſit finiturum ꝑ eius mortem,& iſtud expreſsè apparet,& tunc ſi filij volunt ſuccedere ex teſtamento patris,teneo quòd tunc pater poſſit prælegare vni in præiudicium aliorum: ſecus ſi filij nolunt venire ex teſtamento patris,vel teſtamentum eſt nullum, & hoc ex fundõ Lud.in ꝯſi.35.& Imo. in d.c.potuit.quia teſtator in teſtamẽto poteſt ita diſponere de re ipſius hæredis, ſicut de ſua propria,legando vel quomodocunque diſponendo. d.§. non ſolùm.inſti.de lega.& d.l.vnum ex familia.§.ſi rem. Aut pater diſponit in teſtamento de iſta re emphyt. non tanquam filio-
b rum, [b] qui ſunt futuri hæredes eius,ſed tanquam de iure proprio,quod in ea habet,quòd in dubio præſumitur.d.l.vxor patrui.C.de leg.cum alijs præalleg.vel ſi diſponit tanquam de re propria filiorum,filij volunt venire ex teſtamento patris, & volunt eſſe hæredes,vel aliter pater aſſignat inter filios,vel diuidit inter eos per actum inter viuos, aſſignando vni filiorum totam emphyteuſim,ita ꝙ in hoc ſumus in caſu. d.§. non ſolùm.quòd teſtator diſponat de re propria hæredis, & iſte caſus eſt multum dubitabilis apud Doct.in quo vidiſtis eos multum variare,& in hoc teneo, quòd niſi aliud expreſsè ſit actũ tempore quo emphyteuſis eſt accepta,iuxta limitationẽ Spe. in d.verſ.88.& Pet.de Ancha.in d.conſil.134. quòd tunc pater non poſſit præiudicare filijs vni eorum totam emphyteuſim prælegando,per ea,quæ ſuperius adducta ſunt pro hac parte, & maximè per deciſio. Bar.in d.l.mortis cauſa capitur. ſuper quo facio maximum capitale.¶Limito tamen,niſi pater alijs tantundem reliquiſſet in recompenſationem, vt ſupra latius dixi.¶Nec obſt.alleg.in oppoſitum, quia ex ſolutione fundamentorum apparebit,ꝙ hæc pars,quam teneo,eſt mera veritas.¶Non obſt.fundamenta primò adducta per Imo. in c.potuit.Et primò dum dicebat,quòd aut volumus dicere, quòd ſit donatio inter viuos,& tunc quia eſt collata in filios in potestate,eſt inefficax,& ſic poteſt ex pœnitentia patris quandocũque reuocari; aut volumus dicere, ꝙ ſit donatio cã mortis, quod eſt ſecundum eum verius,& adhuc multomagis, quia donatio cauſa mortis quandocunque ex pœnitentia reuocari poteſt,& iſtud eſt fortius fundamentum, [c] quod facit ipſe
c Imo.quod fuit ante eum Bal.in locis [c] præalle. ¶Quia ad hoc reſpondeo,ꝙ imò non eſt donatio inter viuos,nec cauſa mortis,ſed eſt mortis cauſa capio poſt mortem patris,quod filij dicuntur habere à primo domino,& non à patre,per doct.ſing. Bar.in d.l.mor.cauſa capitur. ergo pater ex pœnitentia nõ debet poſſe illam reuocare,& ſic iſtud fundamentum retorquetur contra eos. ¶ Non obſt.ſecundum dum dicebat Imol. ꝙ ius quæſitum alicui ſpe,facto noſtro, poteſt ab eo per noſtrã pœnitentiam tolli,quia reſpondeo paucis, quòd in caſu noſtro non eſt quæſitum ius in ſpe,imò re,quia filijs eſt acquiſita vtilis actio,vt ſupra eod.ſæpè dixi.¶Non obſt.tertium fundamentum Imo.quod multum videbatur ſtringere, dum dicebatur,quod quando contraho cum aliquo,& appono pactũ, per quòd aliquod ius,vel aliqua actio quæritur tertio, quòd illud ius quæſitum tertio poſſum per meam pœnitentiam reuocare,per tex.in l.3.ff.de ſeruis expor.& in l.1. C. ſi mancipiũ ita fue.alie.& in d. l. qui Romæ. in §.Flauius. iuncta deciſione Doc.ibidem,quia dico,quòd quamuis iſta ſit via brocardica, nunquid ius quæſitum tertio per factum meũ poſſit ex mea pœnitentia tolli.Et licèt faciat in contrarium.d.l.ſi.ff.de pac.& l.ſi poſt mortem.§.ſi.de bono.poſ. contratab. & latè examinat Bal.in d.l.cùm à ſocero.ff.de iure dot.tamen volo in ſpecie ad illas leges reſpondere,dum in eis dicitur,ꝙ ſi vendo tibi ſeruũ cũ pacto,quòd eum manumittas,quamuis illi ſeruo ſit quæſitum ius ex tali pacto,quòd poſſum ex pœnitentia illud reuocare,non obſt.fauore libertatis,quod eſt amplius, quia reſpondeo dando ſingularem intellectum,quem ad illas poſuit Bar. in l.Ariſto.de dona.& in l.ſi.ff.de condi.ob cau.ꝙ licita eſt pœnitentia mei venditoris,verum eſt quantum ad hoc, vt nõ habeat locum conſtitutio diſponens, ꝙ ſi ſeruus debeat manumitti infra certum tempus,& non manumittatur, quòd ipſo iure conſequatur libertatem, quantum ad impediendũ hanc conſtitutionem, bene licita eſt pœnitentia venditoris, ita loquuntur leges præalleg.Sed,quòd venditorem poſſit pœnitere,quantũ ad hoc,vt emptor non poſſit manumittere ſi vult, dicendum eſt, quòd non, ꝙ venditor non poſſit reuocare.¶ quæſitum.ff.de ſeru.expor.in l.1.C.ſi manci.ita fue. alie.¶ Vel reſpondeo aliter,& planius fatendo ſimpliciter illos tex. indiſtinctè procedere,quòd licitum ſit venditori ex pœnitentia reuocare ius manumittendi. Item fatendo ſimpliciter veram eſſe deciſio.Bar.& aliorum in d.§. Flauius..quæ non eſt tamen ſine dubio, quòd ſi dono rem alicui cum pacto, quòd infra tantum tempus vadat ad talem Eccleſiam, quòd per meam pœnitentiam poſſit reuocari ius vtile, quod erat acquiſitum Eccleſiæ,iuxta.l.quoties.infra de donatio.quæ ſub modo,quia in omnibus iſtis locis iſtud ius erat quæſitum à me, qui volo ipſam reuocare,nimirum ſi pœnitentia, & reuocatio admittuntur.Sed in caſu noſtro iſti filij habent ius emphyteuticum à primo domino ipſius rei emphyteuticæ, & ſic non à patre, ergo per diſpoſitionem patris ab eis tolli non poteſt, per illã deciſionem Barto. ſingularem in d.l.mor.cau.capitur.quę deciſio,vt mihi videtur,radicitus euertit nodos præſentis dubita-
d tionis. [d] Non obſt.aliud fundamentum Imol. de operis liber. quas pater vni filiorum poteſt aſſignare,quod etiam fuit fundamentum Pau.de Caſt.in d.conſi.161, quia reſpondeo multipliciter,vel quod ideo ſit, quòd de modico ꝓiudicio tractetur,iux.l.aſſignare. ff. de aſſi. libert.vel quod ideo ſit, quia illud habent filij à patre,ſecus in terminis noſtris, vbi habent à primo domino,vt ſupra proximè dixi,vel dicite,vt per Bar. in d. §.ſi liberi.& in d.conſi. 60. incip. quæſtio iſta habet duo dubia. ¶Non obſt.vltimum fundamẽtum Imo.dum dicebat, quòd in dubio fauendum eſt teſtamento, quia dico, ꝙ ſemper ex hoc non pendet validitas teſtamenti:præterea dico,quòd magis attendendus eſt fauor filiorum, quibus ius iam erat quæſitum à primo domino concedente, quàm iſtud relictum patris in præiudicium filiorum.¶Non obſt. adducta per Pau. de Caſt.in dicto conſi.161.& primò tex.in d.l.fœminæ.C.de ſecũ. nup.quam etiam adducit Spec.in d.verſ.78.quia ad illam.l.reſpondet Saly.in l.ſi.in 5.col. ff. eod. quòd illa.l.eſt hodie correcta per Auth.ibi poſitam, vnde non debet allegari, quæ ſolu. non valet,quia quamuis.l.ſit correcta,eius ratio eſt allegabilis, vt dicit glo.in l.vnica.in princip. ſuper ver. imaginem.infra de de lati.liber.tol.cum multis ſimil.Et ideo melius reſpondebo ſecundum quod no.reſpondet Barto.in d.§.ſi liberi. & in dicto conſi.60.incip. quæſtio. iſta habet duo dubia &c. quòd in d.l. fœminæ.mater non tenetur reſeruare bona filijs primi matrimonij,ratione alicuius conuentionis habitæ cum aliquo, ſed ex vigore cõſtitutionis illius legis,q̃ diſpoſuit, vt mater poſſit eligere vnum ex filijs:ſed in queſtione noſtra pater veniret ꝯ conuentionem habitam cum primo domino, ſi eligeret vnũ ex filijs,& ideo non poteſt.¶Non obſt.d.l. vnum ex familia. in princ.quia nihil ad propoſitum, nam loquitur quando teſtator grauauit hęredem relinquere rem vni de familia, & ſic vni de certis, prout ibi declarat Barto. vnde eligendo vnum de familia,obſeruat voluntatem teſtatoris,ſed hic faceret cõtra conuentionem habitam cum domino rei emphy. qui voluit filios debere ęqualiter admitti.¶Eodem modo nihil facit d.l.filiusfam.§.pen.ff.de leg.1. quia ibi hęres erat grauatus rem relinquere in familia,vnde relinquendo vni de familia obſeruat voluntatem defuncti,quia vt ibi dicit Iuriſconſ.verum eſt enim in familia reliquiſſe,licèt vni reliquiſſet, ſed hic pater faceret contra conuentionem,vt dictum eſt,& ideo non poteſt
212 ¶†Non obſt.vltimum fundamentum, quod adduxi ſecundum Spe.& Pau.de Caſt.quòd ſi pater viuens poteſt prędiudicare filijs in iure emphy.non ſoluendo cenſum, vel deteriorãdo rem emphy.& ſic omittendo,ꝙ eſt odioſum, quantomagis debet poſſe prędiudicare legando,ꝙ eſt fauorabile, quia ad hoc reſpondeo,ꝙ illud quod dicitur, quòd pater poteſt prędiudicare filijs non ſoluendo canonem,vel deteriorando, procedit quando pater accepiſſet emphyteuſim pro filijs vt hęredibus,quo caſu etiam in terminis noſtris poſſet prędiudicare p̃legando,vt ſupra dixi. Sed quando accepiſſet emphyteuſim pro filijs vt filijs,non poſſet eis prędiudicare non ſoluendo, vel deteriorando,vt ſupra dixi in 7.queſt. ergo & non debet poſſe præiudicare prędlegando,& ſic hoc argum.retorqueretur in oppoſitum.¶Vel aliter fatendo etiam, ꝙ ſemper pater poſſit prędiudicare filijs in iure emphyteutico, non ſoluendo canonem,vel deteriorando,reſpondeo,prout no.reſpondet Barto. in d.§.ſi libe.& in d.conſi.40.incip. quæſtio iſta habet duo dubia,

ADDITIONES.

a ¶Vide Cardi.Alex.in c.Imperialem.in 7.colum.cum ſeq. de prohi. feu.alie. vbi no.diſtinguit. PARPA.

b ¶Filiorum.Adde Alex.in conſi.12.19.26.28.lib.5.Tiraq.de retrac. conſang. gl.9.nu.50. PANCIR.

c ¶Idem vult Franc.de Are.in conſi.57.in 2.col.& Pau.de Caſt.in l. qui pretio. ff.de don.cau.mor.vide latius Fran.Are.in l.apud Iulianum. §. ſi quis alieni. in pen.&.ſi.col.ff.de leg.1. PARPA.

d ¶Vide Fran.Are.in d.§.ſi quis alieni.in pe.col. PARPA.

Source : BIU Cujas

bia, ꝙ iſtud, ꝙ pater poſſit præiudicare non ſoluendo, vel deteriorando, procedit ex natura contractus emphyteutici celebrati cum ipſo domino, vnde per hoc conuentio cum eo habita in nullo offenditur. Sed in terminis noſtris eligendo vnũ ex filijs, offenditur conuẽtio habita cum ipſo domino, qui voluit filios debere æqualiter admitti. Et per iſta habetis præſen-
213 tem articulũ plenè, vt puto, & perfectè examinatũ. ¶†Quid autem ſit in feudo, nunquid ſi pater acceperit feudum pro ſe, filijs, & nepotib. poſſit illud in totum vni filiorum prælegare, deciſio ſatis penderet ex dictis in proxi. q. iunctis his, quæ latè ſcripſi in l. 1. in gl. in verbo alienationis. ſ. eo. vbi latè poſui, an ea, quæ dñr in emphyteuſi, habeant locum in feudo, & è contra, de qua. q. videte Bal. in d. c. 1. in prin. in 5. col. de prohi. feud. alie. per Frid. & in l. item videndum. §. nunc videamus. ff de peti. hær. poſt Iac. But. quem refert conſuluiſſe, ꝙ no. & Bal. in l. liberti. in 9. col. j. de oper. lib. & in c. 1. in §. & quia vidimus. aliàs eſt in §. decedenti. de his, qui feu. da. poſ. Iac. de Bel. in cap. 1. an agna. vel filius. & ibi Bal. in 6. col. & Bal. in l. 1. in fin. C. per quas perſo. no. acqui. Spe. in d. §. nunc aliqua. in ver. 72. in fin. in vltimis verbis. Io. And. in addi. Spe. in tit. de feu. in rub. in verſ. non omittant. Old. Laud. in conſi. 237. And. de Iſer. ſummus feudiſta in c. 1. de ſucceſ. feu. Angel. in ſuo eleganti conſi. 181. aliàs 186. & in d. l. item videndum. §. nunc videamus. & Pet. de Ancha. in conſi. 108. Iac. Alua. in c. 1. in prin. in 2. no de ſucceſ. feu. & in c. omnes filij. ſi de feu. defun. conten. ſit inter do. & agn. & in d. c. 1. in prin. de prohi. feu. alie. per Frid. Pau. de Caſt. in conſi. 161. inci. in Chriſti nomine. in cauſa, quam magnificus dominus Titius habet cum domina Thalda &c. Imo. in d. c. potuit. in vlti. char. & ꝙ no. Arch. in d. c. 1. in prin. de iure pat. in 6. ¶Et quamuis Bald. in omnib. locis prædictis teneat indiſtinctè, ꝙ quamuis pater non poſſit filijs præiudicare prælegando vni filiorum tantum, & in hoc ſit dſia inter feudum, & emphyteuſim, pro nunc in hoc puncto de feudo mihi ẽt placet cõcordia, & doc. quam poſui in præcedenti artic. de emphyteuſi, ꝙ aut feudum eſt quid hæreditarium, vt qñ eſt receptum ꝓ ſe, & hæredibus, vel pro ſe, filijs, & hæredib. & tunc poſſit diſponere pro libito voluntatis, prout de re hæreditaria. Si verò feudũ non ſit quid hęreditarium, vt quia ſit receptum pro ſe, & filijs, aut ſimpliciter, & tunc debeat dici, & diſtingui, vt in præcedẽti arti. & in caſu, quem ibi putaui magis dubium, in quo concluſi, ꝙ pater non poſſit in emphyteuſi præiudicare filijs, vni prælegando, puto, ꝙ idem multomagis veniat concludendũ in feu. vt concludit Bar. in dictis locis, & maximè in d. c. 1. in 6. col. an agna. vel filius. ¶Vnum tamen in iſta. q. feudi volo vos notare ad limitationem prædictorum, quod ponit ſignanter
214 And. de Iſer. in c. 1. de alie. feu. paterni. vbi concludit, †ꝙ quẽ-
a adm. vaſſallus feudum nouum cum conſenſu domini poteſt alienare in præiudicium filiorum, qđ eadem rõne cũ conſen-
a ſu domini debet poſſe relinquere feudum nouũ vni ex filijs. a
215 †Et quod dicatur b feudum nouum, & qđ antiquum, decla-
b rat no. Bal. in l. 1. in prin. 4. q. ff. de re. diui. vbi inter cæteras differentias dicit, ꝙ feudum antiquum eſt, quod prouenit ex ſucceſſione, vel linea progenitorum, & deriuatur in alios ſucceſſores, ſiue deſcendat ex propria natura feudi, ſiue ex pacto; illud verò dicitur nonum feudum, ꝙ non ex ſucceſſione, vel linea progenitorum prouenit, ſed eſt à ſe nouiter quæſitum, vt ibi plenius per eum. dicit tamen no. Bal. in d. l. 1. in 15. q. ꝙ ſi pater in vita ſua fecerit inueſtire filios de feudo, non tamen dicit feudum nouum, ſed antiquum, vide per Bald. in c. quidam. de vaſſal. decrepi. æta. in vſi. feu. quod reputat valde notan. & pulchram. q. ad cognoſcendum feu. an ſit nouum, vel antiquum,
c vide per c Odof. in conſi. 178. Pau. de Caſt. in conſ. 153. & duobus ſequẽ. & quid ſi de nouo concedatur caſtrum iure antiqui feudi, an tunc cenſeatur hñe naturam feudi noui, an antiqui? ponit Bal. in c. j. de alie. feu. pater. Quis aũt dicatur nouus em-
58 consuetudo, † vnde Doc. illustri alleganti consuetudinem videretur standum, vt dicit Bar. in repe. l. de quib. in 11. col. ff. de legi. quamuis corruptè ad hoc allegetur gl. in l. dos à patre. C. sol. matr. ¶Subdit tamen Ang. ꝙ ad remouendum omne dubium, dominus debet esse cautus, vt in instrumento emphy. faciat scribi, ꝙ emphy. promittit non vendere, nec in aliquẽ ius suum transferre aliquo titulo, irrequisito, vel nolenti domino, & erit securus, cũ pacta inita veniant seruanda, vt in princ. hu ius l. eandem opi. tenet ipse Ang. in d. l. si domus. §. fin. ff. de leg. 1. & in d. l. 2. ꝯ. ne rei domi. vel templo. & in l. cũ hi. §. si cui. ff. de transac. & ibi etiam dicit illud, quod hic, ꝙ hodie cauti concedentes in emphy. ad remouendum istud dubium semper expresse paciscuntur de non alienando aliquo tit. eis inconsultis, & adijciunt pœnam saltem priuationis. istam eandem sententiam tenuit Gul. de Cun. hic, prout referunt Cyn. & cæteri hic, & Pet. de Anch. in d. c. potuit. & ibi Imo. in 7. col. Motus est Gul. per fundamenta, de quib supra per Alb. eandem etiã sententiam tenuit Saly. hic in 2. col. Motus per tex. d. l. 2. vbi dicit esse casum. C. ne rei dom. vel templo. & per tex. hic in versi. & ne auaritia. vbi text. dicit disiunctiuè quinquagesimam partẽ pretij, vel æstimationis, clarè innuit, ꝙ nedum vbi vẽditur, debeat seruari forma huius l. & sic requiritur consensus domini, sed etiam vbi non venditur, & sic vbi pretium non interuenit. Mouetur etiam per alia, quæ retuli supra post Cy. & Alb. & ad leges allegatas in gl. respondet, vt supra dixi. Saluo tamen, ꝙ ad l. fi. C. de prædi. decurio. lib. 10. addit vltra prædicta aliam solutionem, dicens ꝙ illa l. nihil facit ad nostrum propositum, qa ibi non est prohibita alienatio generaliter sine consensu domini, vt in l. nostra. in prin. sed est prohibita venditio tantum, omnis autem alienatio est permissa, nihil ergo potest ad præsens propositum. ¶Subdit vltimo loco Saly. ꝙ ista opin. sibi placet,

59 & est vera, & ꝙ opi. gl. toleratur, † vt emphy. donet irrequisito domino, non tamen incidat in pœnã huius l. dummodo emphy. vadat ad notificandum domino, & quinquagesimam sibi offerat, & donatarius petat sibi inuestituram fieri, & hoc faciat absque mora, istis concurrentibus potest secundum eum saluari opi. gl. nostræ. Eandem opi. in principali argumen tenet D. Guarn. de Castil. hic, qui dicit, ꝙ communis opi. Doc. tenet istam partem. ¶Et quamuis ipse neminem in specie referat, vt

* audiuistis, *communiter Doct.* in hac l. sequuntur istam partem, & dicit D. Guarn. intrepidè, ꝙ ipse iudicaret pro hac parte contra opi. gl. nostræ. Et pro hac parte vltra ea quæ supra adducta sunt, dicit, ꝙ quamuis gl. in d. l. 1. C. de fun. patri. lib. 11. quam al leg. hic Bar. pro contraria ad gl. nostram, istud non velit, quantum expresse noluit gl. hic in uer. & ne auaritia. in uerbo æstimationis. ¶Adducit ẽt fundamentum, quod sibi ascripsit Bar. & respondet ad allegata in oppositum, prout supra respondi. eandem opi. tenet D. Ant. in d. c. potuit. per fundamenta, de q̃ bus supra. istæ sunt authoritates, & fundamentã tenentiũ hanc partem, omissis aliquibus alijs leuibus fundamentis, quę inter disputantes adducuntur. ¶Et si vellemus tenere hanc partem, puto, ꝙ ad unum fundamentum, quod solet fieri per tenẽtes ꝯrium, posset optimè rñderi, & aliter quàm supra Doct. respõdeant. Nam dr̃ in oppositum, ꝙ si emphy. uolens donare alteri deberet primò requirere dominum, an uellet sibi donari, qs esset tam fatuus, qui non acceptaret? dicebant Alb. & Saly. supra respondentes ad hoc absurdum, ꝙ uerum est, ꝙ rñõ debet

requiri

requiri dominus, quia ad hunc caſum hæc l. non poteſt adaptari. Diſputando reſponderem aliter, quòd imò iſta lex eſt adaptabilis ad hunc caſum,& quòd emphy.qui vult donare, debet,primò notificare domino,& eum requirere, an ipſe velit,non dico,quòd ſibi donet,ſed an velit hoc. ſ.cùm ſit alienaturus in alium donando, an ipſe velit ſoluere æſtimationem rei,& præferri alijs,quia iſto caſu cùm non cadat pretium, cũ non ſit venditio,bene cadit æſtimatio rei, & illam æſtimationem tenetur dominus ſoluere,ſi vult rem habere, prout in ſimili dicitur in caſu ècontrario in ver. & ne auaritia. in verbo pretij,vel æſtimationis.ſ.ea.l. ꝙ quando fit alienatio,debet ſolui quinquageſima domino,& quando non venditur,& ſic nõ eſt pretium,& ſic non cadit quinquageſima pretij, puta, quia donatur,debet res tamen æſtimari,& æſtimationis quinquageſima ſolui,iſto modo puto, ꝙ tollatur iſtud abſurdum, quod reputant tenentes oppoſitum multum obſtare, & iſto modo
a tota iſta lex adaptatur ad caſum donationis. Primam [a] verò opi.affirmatiuam,ꝙ emphy.poſſit donare ius ſuum emphyt. ſeu melioramenta ſua irrequiſito domino,tenet gl.noſtra hic. & eandem tenet Iac.But.hic,& hanc etiam Odof. & Oldr. vt hic refert Alb.eandem tenet Iac.But.in d.l.ſi domus.§. fi.ff. de leg.1.& in d.l.in conuentionibus.ff.de verb. ſignifi.eandem ex-
60 preſsè tenet Bart. †contra morem ſuum ſibi contrarius in d.l. 1.C.de fun.pat.lib.11.eandem tenet Bal. hic ad fi. Et in multis alijs locis,& nullibi variat,quod eſt alienum à natura ſua, qa in quocunque difficili articulo ſolet varius reperiri. Idẽ tenet
b ipſe Bal.in d.l.ſi domus.§.fi. [b] & ibi dicit, *quòd iſta eſt communis*
✻ *opin.*& in d.l.vſufru.ff.ſol.mat.vbi etiam dicit, ꝙ iſta eſt communis opi.& in d.l.2.C.ne rei dom.vel templo.& in rub. ſ.eo. tit.dum tractat de contractu precariæ.& in Auth. quas actiones.in 5.col.ſ.de ſacroſ.Eccle.& in l.cùm virum. C.de fideicõ. & in quibuſdam alijs locis,quos referam in ſeq.arti.& idẽ Bal. in c.quæ in Eccleſiarum.in 16.col.de conſti.Eandem opin.tenuit Dy.in d.l.ſi patroni.ff.ad Treb.prout etiam refert hic Cyn. eandem opi.vltra gl.noſtram hic,tenuit etiam gl.3.in d.c. potuit.Idem tenuit Hoſt.in ſumma ſua tit.de loc.§.fi.verſi.hoc ſi velit vendere.& Azo in ſumma huius tit. in §. & idem de natura contractus.& Spe.& Io.And.in d.§.nunc aliqua.in verſic. 107.& ibidem Spe.in ver.125.in fi.idem tenet Cy.hic in lectu. ordinaria,quamuis primò in addi.variauerit, vt ſupra retuli. eandem ſententiam tenent Imo.Cum.& cæteri omnes Mod. in d.l.ſi domus.§.fin.& ibi dicit Imo.ꝙ ita communiter tenẽt, Idem etiam tenet Imo.in l.vſufr.in vlti.col.in prin.ff.ſol.matr. vbi etiam dicit,ꝙ iſta eſt communis opi. eandem ſententiam tenent omnes communiter Canoniſtæ.Inno.Hoſt.& Io.And. D.Card.Flo.& D.Abb.Pan.in d.c.potuit.& D.Cardi. dicit iſtã eſſe communem ſententiam,& veram.Idem tenent ibi Petr. de Anch.& Imo.qui Imo.hunc articulum latè examinat in 6. col.& quinque ſequentibus,admiſcet tamen ſimul alium articulum.¶ Quid de emphy.Eccleſiæ,quem infra examinabo de per ſe.Eãdem opi.tenet Ang.de Are.in §.adeo.in 4.col.inſtit loc.idem tenet D.Abb. vbi latè examinat hunc artic. in conſil. 75.incip.duo priuilegia circa prædicta ſunt examinanda. in 1. vol.idem tenet D.Alex.in conſi.120 incip.ſuper eo,qđ quæritur.in vlt.col.in 1.vol.& in conſi.330.incip.viſo & plenè diſcuſſo.in 5.col.cum concor.per eum allega.lib.2. ¶ Pro hac parte plura adduci poſſunt,ꝫt tamen meliora fundamenta referã, adducitur originaliter per Io.And.talis ratio,per quam oſtendit diuerſitatem inter contractum donationis,& contractum
61 venditionis,& ſimiles,†quia donatio communiter fit propter benemeritum donatarij,& propter affectionem, quam habet donans donatario,vulgata.l.nec adiecit.ff.pro ſoc.ſed in domino fortè non eſt affectio nec merita,quibus emphyteuta moueri debeat ad ſibi donandum.Si ergo diceremus, quòd emphyteuta non poſſet donare alij de ſe benemerito, cui plurimum afficiatur,niſi prius offerat domino, iſtud eſſet valde in iurioſum,vel iniuſtum,quæ ratio ceſſat in venditione, & alijs ſimilib.contractib. ¶ Pro eadem parte facit aliud fundamentum,& fuit originale D.Card.Flor.& Petr.de Anch.in d.c. potuit. & quaſi eſt idem cum proximo, per ꝙ oſtenditur rõ diuerſitatis inter contractum donationis, & contractum venditionis,& ſimiles, nam qui donat,afficitur perſonæ donatarij, vt dictum eſt,vnde faceret iniuriam emphy.ſi cogeretur inuitus domino donare,cui nihil afficiatur, quæ rõ ceſſat in venditione,quia ille,qui vendit,non afficitur emptori, ſed potius pretio,in quo cadit affectio à quocunque habeatur. l. nũmis. ff.de in lit.iur.ideo non fit iniuria emphy.ſi cogitur primò vendere domino,à quo etiam habebit pretium, ꝙ optat,& tantũ pretium quantum ab alio inuenerit,vt hac l.in ver.ſed ne hac occaſione.¶ Pro hac etiam parte adducitur, quia denunciatio, quæ fit domino,fit ad finem,vt in illo ꝯctu,quem emphy. intendit facere,præferatur dñs quibuſcunq; alijs,modo ſi emphy.vult donare,& teneatur denunciare domino, qui in hoc contractu alijs eſſet præferendus, nonne eſſet maximum abſurdum,ꝙ emphy.diceret,ego volo donare alij,ſi tu vis,acceptą tu per donationem,cui dubium,ꝙ diceret acceptо? ¶ Puto tamen ad iſtud fundamentum ad finem ſuperioris opi. bene reſpondiſſe,& aliter quàm Doc.reſpondeant pro eadẽ parte faciт vnum forte fundamentum,quod infra adducam in reſponſionibus ad fundamenta Bart. ¶ Tenendo hanc partem quæ videtur communior,& eſt firmata per 20. authoritates ſolennium Doctorum,vt ſupra retuli, ad allegata in oppoſitum põt optimè reſponderi. Et primò ad adducta per Bar.nõ obſtare primò gl.in d.l.1.C.de fun.patri.lib.11.quia vt dicit D. Guarn.hic,& ſ.retuli,& Imo.in d.l.domus.§.fi.in illa gl. de do
62 natione emphy.priuati verbum nullum, †nam dum dicitur ibi in tex.illius l.quod emphy.fiſci, vel Reipub. poteſt donare ſine conſenſu domini,quærit gl.ibi, nunquid poſſet eodẽ modo vendere,& rñdet,ꝙ ſic.poſtea dicit,ſecus eſt in emphy.priuati,qui non põt vendere ſine conſenſu domini,& nihil aliud dicit,vnde ſi gl.non fuiſſet vſa expreſsè illo verbo vẽdere, potuiſſet relata ad tex.aliquid probare.Non obſt.ſm de iſto text. in prin.dum dicit alienare,vel ius ſuum transferre,& ſic loquitur per verba generaliſſima,& quæ ſunt apta comprehendere donationem,ad iſtud inuenio multis modis reſponderi ꝑ Docto.maximè Mod.¶ Primò reſpondet Imo.in d.c.potuit. in 8. col.in prin.& dicit,ꝙ iſta verba non ponuntur in ſtatuto, ſeu deciſione legis,ſed in eius dubitatione,ſeu narratione,vnde ex iſto tex.in verbis poſitis in dubitatione, ſeu narratione caſus, non poteſt ſumi bonum fundamentum,ſed debet ſumi ex ſtatuto,ſeu deciſione l. & ideo cùm in ſtatuto Imperator ſolùm faciat mentionem de venditione in verſi.ſancimus.videtur, ꝙ iſta l.non habeat locum in alijs contractib.Pro hac ſolu.Imo. in eius dicto,ꝙ ex narratione in iure poſita non poſſit ſumi argumentum ad deciſionem cauſarum,addo Lud. idem dicentem in repe.Auth.ſimiliter in 10.ſpeciali, ꝙ habet pia cã inter vltimas voluntates.C.ad l.Falc.qui ad hoc allegat vnam gl. ꝑ ſingulari,quæ nihil mihi dicit,in vnica.in 3.lec.illius glo. magnæ.C.qñ non peten.par.¶ Iſta ſol.non eſt vera,prout etiam ipſe Imo.vĩ fateri,quia imò in deciſione,ſeu ſtatuto legis in ver. ſancimus.ponitur verbum transferre,quod eſt generale, & cõprehendit omnem actum diſtractiuũ,& ſic donationẽ. ¶ Vnde alio,& ſecundò modo reſpondent Mod.& Imo.in d.l.ſi domus.§.fi.& Imo.in d.c.potuit.in 3.col.ꝙ dum tex.dicit transferre. debet intelligi ſimiliter titulo oneroſo per verſi. ſed ne hac occaſione,qui immediatè ſequitur,vbi ſolùm facit mentionẽ de pretio,intelligitur de contractu venditionis. l. fi. C.de prædijs decurio.lib.10.vel ſaltem de alio contractu oneroſo. pro
63 iſta ſolutione facit,ꝙ dicit iſta gl.in ſuo principio, q̃ dicit, † ꝙ vendere,& ius emphy.transferre eſt idem.¶ Et ſi contra hanc ſol.inſtaretur,quia ſm eam tex.eſſet ſuperfluus,dum dicit vendere,vel ius emphy.transferre,ſi verum eſt,quòd verbũ tranſ-
c ferre,[c] vtrunque importat,dicunt aliqui Mod.ꝙ verbum vendere,capitur pro ipſo contractu oneroſo,& dum poſtea dicitur transferre,capitur pro executione ipſius contractus, & ſic pro ipſa inductione ad poſſeſſionem,vt ſit ſenſus, ꝙ quemadmodum emphy.tenetur denunciare domino,ꝙ vult alienare, ita etiam facta alienatione tenetur denunciare,ꝙ vult rem emphyteuticam transferre,& ſic emphy.in poſſeſſionem inducere.Iſta ſol.violat tex.prout etiam dicit Imo.in d.c.potuit. in 8. col.Et ideo infra ponam veram ſolutionem dando quantum ad hoc verum intellectum ad hanc l.Non obſtat tertium fundamentum Bar.& Antiquorum,quod videtur cæteris forius, dum dicit,quòd ſi emphyt.poſſet donare ſine conſenſu domini,dominus multum damnificaretur, ex quo cõtra illum tertium nullam haberet actionem perſonalem, & eſſet ſibi neceſſe agere rei vendicatione,& ſic probare de dominio, quod eſt multum difficilè, quia ad hanc oppoſitionem poteſt reſponderi ſecundum Domin.Card.Flo.& Imo.in d.c.potuit.& Imo.& Mod.in d.l.ſi domus.§.fina.quod imò per hoc, quod emphy.poſſit donare alij ſine conſenſu domini, nullum penitus præiudicium fiet ipſi domino,quia quamuis emphy. non teneatur requirere dominum,an velit ſibi donari,tamen cùm ipſe emphyteu. non poſſit ſuum ſingularem ſucceſſorem in poſſeſ-

ADDITIONES.

a ¶Alex.no.lib.1.conſi.129.ſuper eo.col.pen. PVRPV.

b ¶Adde eundem Bald.in conſilio 111.incip.quia vtrum ſi emphy.in 3.volum. ſecundum impreſ.Mediol.quod eſt conſi. 318. ſecundum impreſ. Venetam. PARPA.

c ¶Quod verbum transferre.Adde gl.1.in c.1.de commo.

Source : BIU Cujas

poſſeſſionem inducere propria autoritate, quia priuaretur ſuo iure, tamen tenetur requirere dominum, vt ipſe dominus recipiat hunc donatarium in emphy. & cum inducat in poſſeſſionem per ſeipſum, & non per procuratorem, & conſequenter eum inueſtiat iuxta formam huius l. in verſ. neceſſitatẽ. & tunc dñs inducendo donatarium in poſſeſſionem, debebit habere ſuum laudemium, ſeu quinquageſimam, vt hoc tex. in verſ. & ne auaritia. vnde dñs non tenebitur hunc donatarium recipere in emphy. niſi ſit de perſonis non prohibitis, & ſibi promittat per ſolennem ſtipulationem ſoluere annuatim illum cano-
64 nem emphy. quem ſibi ſoluebat primus emph. ¶† Item vltra iſta, ꝙ ſit de perſonis non prohibitis, & promittatur, requiritur etiam, ꝙ ſit perſona idonea ad ſoluendum, aliàs dñs non tenet̃ eum recipere, prout notabiliter dicit iſte text. in verſ. neceſſitatem. ibi, ad perſonas non prohibitas, ſed conceſſas, & idoneas ad ſoluendum emphy. canonem, &c. Et ſi aliter ingrederetur donatarius ad poſſeſſionem, caderet à iure ſuo, & ſic per iſtũ modum lex conſuluit indennitati dñi, vt non habeat neceſſe agere rei vend. ſed eum habeat obligatum ex ſua ſolenni promiſſione, & iſta eſt vera, & pulchra ſolutio. ¶Non obſt. l. 2. C. ne rei dom. vel tẽplo. quia. ⁊. in proximo ſeq. arg. dabo veram ſolutionem. ¶Non obſt. cætera fundamenta Cyn. Alb. & Antiquorum, videlicet text. iſte in verſ. & ne auaritia. in verbo æſtimationis loci. ꝙ ad venditionem referri non poteſt, per l. fin. ⁊. de litigio. q̃ inductionem faciunt etiam Ang. & Sal. hic, vt ſupra retuli, quia ad hoc reſpondet Imo. in d. c. potuit. in 8. col. ꝙ dum text. dicit æſtimationis. debet intelligi de æſtimatione, quę ſit per pretium, cùm res debeat tñ æſtimari quantum vendi. poteſt, iuxta. l. ſi ſeruus furtiuus. §. 1. cum glo. ff. de cond. fur. quę ſolutio, prout etiam fatetur, violat literam, & reddit tex. ſuperflum, cum ſatis fuiſſet dicere pretij, abſque eo, ꝙ diceretur æſtimationis, vnde vera ſolutio ad illum verſ. eſt, ꝙ verum eſt, ꝙ ille text. loquitur etiam de contractu donationis, ſed nihil ad propoſitum articuli noſtri, quia ibi loquitur text. de quinquageſima, ſeu laudemio ſoluẽdo dño, & hoc verum eſt, ꝙ habet locum in donatione, nedum in venditione. Et propterea text. dicit bene pretij, vel æſtimationis. nos autem diſputamus de conſenſu requirendo à dño tpe alienationis, de quo non loquitur ille verſiculus, & ſic nihil ad propoſitum. ¶Non obſt. aliud,
65 dum ponderat verſ. ſanci. in verbo vendere † debent, ꝙ verbũ vendere, eſt largum, comprehendens omnem alienationẽ, & ꝙ prohibitus vendere extra familiam, non poteſt etiam donare, &c. quia ñdet Imo. in d. c. potuit. in 8. col. ꝙ hoc verbũ vendere, in hac. l. debet intelligi ſtrictè, & non latè. ¶Ego ñdeo aliter, & melius, ꝙ illud, ꝙ dicitur, ꝙ verbum vendere, eſt latum, & comprehendit oẽm alienationem, & ꝙ prohibitus vẽdere, non põt etiam donare, dico hoc eſſe verum, vbi eſt eadem ratio eſt in alijs ⁊ctib. quæ in vẽditione, prout in bonis prohibitis vendi extra familiam, ꝙa non poſſunt etiam donari, cùm vtrobique militet eadem ratio. videlicet ne exeant de familia, quæ ratio ita militat in donatione ſicut in venditione. Sed in caſu noſtro eſt multum diuerſa ratio inter donationem, & alios ⁊ctus, vt patet ex primis duobus fundamentis adductis pro hac parte. Et ad hanc ſolutionem videte not. verba Pan. in cap. 1. de his, quæ fiu. à præla. ſi. con. cap. & Bal. in c. 1. de contro. inter dom. & emp. feud. Non obſt. fundamentum Ang. de iſto text. in verbo vendere, vel transferre. vbi ſecundum eum aliàs eſſet verborum inculcatio, quia vltra veram ſolutionem, & verum intellectum, quem. ⁊. ſubijciam, dicite prout dixi in prin. huius gloſ. vbi oſtendi text. non eſſe ſuperfluum. ¶Non obſt. fundamentum Sal. dum dicit, ꝙ text. in verſ. & ne auaritia, dicit diſiunctiuè pretij, vel æſtimationis, & ſic neceſſariò loquitur de donatione, quia reſpondeo hoc eſſe verum, ſed nihil facit ad propoſitum noſtrum, vt ſupra oſtendi. ¶Non obſt. id, ꝙ adduceba tur vltimò pet d. Gua. videlicet gloſ. in d. verſ. & ne auaritia. in verbo æſtimationis. quia illa gloſ. nihil penitus dicit ad propoſitum noſtrum, quia ille verſ. loquitur in valde diuerſo propoſito, videlicet de laudemio ſoluendo, & quantum ad hoc bene habet locum iſta. l. in donatione, ſed nos dubitamus de alio, vt ſupra oſtendi. Et ſic per iſta remanent clariſſimè euacuata omnia adducta ad oppoſitum, & ſic remanet iſta pars affirmatiua multum bene firmata. ¶Quid tenendum in hoc pulchro paſſu? credo, quòd iſta ſit mera veritas. Vnde conſidero in hoc artic. non eſſe tantam diuerſitatem inter Docto. prout prima facie ex ſupra relatis videbatur, imò modicam,
65 imò quaſi nullam. ¶† Et per hanc conſiderationem reduco ad vnam, concordemq̃ ſententiam prædictas opin. & ſaluabo omnia verba huius tex, vt nihil ſuperfluum, nihil contrarium contineant, & habebitis verum intellectum ad hanc. l. & eius mentem optimè declaratam. ¶Nam in hac. l. ponuntur quinque principalia reſponſa, quatenus attinet ad propoſitum præſentis art. ¶Primum ponitur in verſ. ſancimus. vbi dicitur minimè licere emphy. ſine conſenſu domini vendere, vel tranſferre. certè ad hoc, vt iſte text. in alternatiua, vel, ſtet propriè, & non ſit verborum inculcatio ſeu ſuperfluitas, vltra declarationem quam feci in princ. huius glo. quæ etiam eſt bona, dico, quòd in hoc primo verſ. ponitur vnum dictum in genere, videlicet, quòd emphy. non poteſt vendere, vel transferre ſine conſenſu domini. Circa quę autem debeat requiri iſte conſenſus, declaratur poſtea in ſpecie per ſequentes verſiculos vſque ad fin. l. Vnde quantum in genere non licere vendere, vel alienare, &c. ſine conſenſu domini, dico, quòd iſtud in genere dictum poteſt etiam verificari in contractu donationis, & ſic in emphyteuta volente donare, quia requiritur, quòd emphyteuta volens donare, requirat dominum, & ſibi notificet, quòd vult donare tali, vt in effectu præſtet ſibi dominus conſenſum in recipiendo donatarium in nouum emphy. & inducendo in poſſeſſionem, & ſic reueſtiendo, & ſic text. ſtat propriè vendere, &c. nec eſt verborum inculcatio. ¶Poſtea ſequitur ſe-
a cundus verſ. ſed ne hac occaſione. vbi dicitur, [a] quòd emphy. volens vendere, tenetur denunciare domino quantum pretiũ ab alijs inueniat, vt dominus volens tantundem præſtare, cæteris præferatur, & ad hoc debet dominus per duos menſes expectari, vt dicitur in verſ. ſeq. ſi autem duorum. Et hic videtur eſſe principalis difficultas præſentis articuli, nunquid quemad. emphy. volens alienare, tenetur requirere dominum, an ipſe velit habere, idem etiam ſit in emph. volente donare. Hic quæſo aduertite, quia nunc aperio veritatem huius paſſus, & dico,
67 quòd in hoc etiam modica eſt varietas apud ſcribentes. † Nã omnes, quos retuli ad partem affirmatiuam, tenent apertè, & eſt mera veritas, quòd emph. volens donare, non debet denunciare domino, an ipſe velit ſibi donari, & ad hoc expectare per duos menſes, quia ad hoc non poſſunt adaptari verba huius verſ. dum dicit, & quantum pretium reuera recipere poteſt. & text. hic non loquitur alternatiuè pretium, vel æſtimationem, vt inferius facit, vt tollam vnum fundamentum, quod vltimo feci pro parte negatiua. Iſtud pro maiori parte tenent, qui partem negatiuam ſuſtinent, videlicet Cyn. Rayn. Alb. & Sal. nam omnes iſti fatentur, quòd iſte caſus non poteſt adaptari ad donationem, & ſolus Barto. & etiam Ang. in hoc volunt contrarium, quamuis etiam apertè, & in indiuiduo non loquantur. ¶Veritas eſt ergo, vt dixi, ꝙ emph. volens donare, non tenetur requirere dominum, an velit ſibi donari, & eum expectare, &c. imò ſine alia requiſitione, & expectat. poteſt alteri donare, quia verba text. vt dixi non poſſunt adaptari ad hunc caſum. ¶Ad hoc etiam accedant omnia fundamenta, quæ ſupra adduxi pro iſta parte affirmatiua, & maximè ratio diuerſi. inter contractum donationis, & cæteros contractus, & ſic in hoc caſu, vbi videbatur eſſe principalis difficultas, modica admodum eſt Docto. varietas, quia & tenentes contra gloſ. & tenentes pro ea, excepto Bartol. & Angel. concordant in hoc caſu, vt
68 dixi. ¶† Sequitur poſtea in hoc text. tertium reſponſum, & ſic verſiculus neceſſitatem. vbi dicitur, quòd dominus tenetur recipere nouum emphyteutam, ſi eſt de perſonis non prohibitis, & eſt idoneus ad ſoluendum. Et in hoc non inuenio aliquem diſcrepare, quia omnes tenentes pro glo. & contra glo. concordant, quia emphyteuta non poteſt donatarium in poſſeſſionem inducere propria auctoritate, ſed debet requirere dominum, & dominus ita demum tenetur, ſi donatarius eſt idoneus, & habilis ad ſoluendum, & ſibi promittit ſoluere canonem emphyteuticum, vt patet ex verbis iſtius text. quæ bene conueniunt donationi, vt in verbo transferre, quod eſt generale, & comprehendens etiam donationem, & in verſ. idoneus ad ſoluendum. ¶Sequitur poſtea quartum reſponſum in verſi. & ne auaritia. vbi dicit, quòd dominus debet habere pro receptione noui emphyteutæ quinquageſimam pretij, vel æſtimationis, & iſte caſus adaptatur etiam ad donationem, quia pro re emphyteutica donata debebit ſolui laudemium domino, prout ſoluitur in venditione, & alijs contractibus, & hoc, quia quantum ad iſtum caſum verba adaptantur ad donationem, & ſtant propriè ſine vlla violen-
b tia, ibi, pretij, vel æſtiimationis, & ſic illa alternatiua vel, [b] cadit inter diuerſa, quia dum dicit pretij, refertur ad venditionem. vt l. final. C. de predijs Decurionib. libro 10. dum poſtea

ADDITIONES.

a ¶Guido Pap. q. 47. ſed poſſet dici. & conſil. 147. conſ. pro reueren. in 6. dub. PVRPV.

b ¶Alternatiua vel. Adde Bald. in l. ſi tertius. in §. officium. ff. de aqua plu. arcen. in l. ſi is, qui ducenta. in §. vtrum. ff. de re. dub. Doct. in c. cùm decorem. de vi. & ho. cle.

Source : BIU Cujas

poſtea dicit æſtimationis, refertur ad alios contractus, in quib. non interuenit pretium, vt puta donationis, & ita loquitur gl. hic in verſ. æſtimationis, & ſic verba text. abſque eo, quod violentur, vt alternatiua, vel, reſoluatur in expoſitiuã, ideſt, vt qui dam putant, & malè, ſtabunt proprié, & comprehendent etiã donationem, & ſic pro contractu donationis debet etiam laudemium præſtari domino, quia etiam vltra verba text. militat eadem ratio ſoluendi laudemium in contractu donationis, quæ militat in alijs contractib. Ideo. n. in alijs contractib. ſoluitur laudemium domino propter receptionem, quam dominus facit de nouo emphyteuta, & nouam inueſtituram, quam cùm etiam teneatur facere in contractu donationis, merito hic etiam in contractu donationis laudemium ſoluitur, & ſic verba text. & ratio concurrunt. Et in hoc etiam nullus prædictorum Doct. diſcrepat, quòd etiam quando emphyteuta donat, quòd debeat ſolui laudemium domino, prout ſupra tenui in text. in pen. not. in vlt. quæſt. quam ibi poſui. ¶ Sequitur quintum, & vltimum reſponſum in verſ. ſi autem nouũ. & in hoc etiam omnes concordant, quòd cùm etiam pro re emphyteutica donata debeat ſolui laudemium domino pro receptione, & noua inueſtitura, quòd quantum ad hoc debeat dominus expectari per duos menſes, vt dicit iſte verſ. certè etiam iſte caſus adaptatur ad donationem, quia & verba text. & ratio concurrunt, & ita procedat text. in verbo transferre, quod eſt gene-
69 rale, comprehendens etiam donationem. ¶† Concludo ergo, quòd excepto Bart. & Ang. inter alios Doct. ſupra relatos, tam Legiſtas quàm Can. non eſt aliqua diuerſitas, imò vna eademque *concors opin.* quod eſt, quòd iſta l. habeat locum in venditione, & donatione, in omnib. ſuis partib. præterquã in verb. ſed, ne hac occaſione, quia in omnib. alijs ſuis partib. & verba adaptantur etiam ad donationem, & poſtea concurrit identitas rationis, præterquam in d. verſ. & ne auaritia. vbi verba adaptari non poſſunt ad donationem, & poſtea non eſt identitas rationis, imò multum diuerſa ratio, vt ſupra dixi, & ſic in ſpecie cõcludo, quòd emphy. volens donare alij ius ſuum emph. aut ſua melioramenta, non tenetur requirere dominum, an velit ſibi donari, nec eius reſponſum expectare per duos menſes, imò abſque tali denunciatione, & expectatione poteſt donare alij, bene tamen poſtea tenetur denunciare domino, quòd donauit tali, & quòd eum recipiat in nouum emph. & debet
a pro tali receptione, & noua inueſtitura ſolui laudemium domino. Item pro hac inductione debebit expectari per duos menſes. ¶ Eſt ergo differentia inter contractum donationis, & alios contractus in vno tantum, quantum ad iſtam. l. quia emphyteuta volens vendere vel alienare, tenetur primò denunciare domino, an velit pro eo pretio habere, quod ab alijs inuenit, & cum expectatione per duos mẽſes, aliàs priuaretur iure ſuo. Sed volens donare, ad iſtud non teneretur, quantum ad alia nulla eſt differentia, & iſta eſt mera veritas, & ita tenẽt omnes hic, ſi bene conſiderentur, & adhuc magis apertè Cano. vt not. Anto. de Butr. dom. Card. Flor. Petr. de Anchar. & adhuc apertius Imol. in d. cap. potuit. in 8. colum. & ſeq. Alex. in conſ. vlt. lib. 3. incip. viſis narratis in themate. licèt nemo adhuc anteà aduerterit ad hanc concordiã cæterorum Doct. excepto Bart. & Angel. vt ſupra dixi, & ſit laus Deo. De præſenti dubitatione habetis. 7. limitationem ad hunc text. vt iſta. l. in verbo, ſed ne hac occaſione. non habeat locum in contractu donationis, vide omnino ad prædicta Fran. de Aret. qui videtur in effectu etiam idem tenere in conſil. 41. incip. diligenter, & maturè. limita prædicta ſecundum communem concl. vt procedant in emphy. verè, & propriè donante, ſecus quando pro tali donatione acquirens promiſiſſet dare emph. pecuniam æquiualentem valori vtilis dominij, ne fiat fraus legi. Ita notab. tenet. dom. Alexan. in conſil. vlt. lib. 3. incip. viſis narratis in themate. ¶ Supraſcripta omnia, quæ dicta ſunt in præcedenti artic. pro-
70 cedunt in emph. priuati. ¶† Quid autem in emphyteuta Ec-
b cleſiæ, nunquid poſſit donare [b] irrequiſita Eccleſia? Barto. vbique fuit adhuc in opin. quòd non, & quicquid ſit in emph. priuati, tenet vbique Bartol. quod in emph. Eccleſiæ iſtud ſit penitus ſine dubio, quòd nec vendere, nec donare poſſit, nec aliter alienare irrequiſito conſenſu Eccleſiæ, & ita in contingentia facti conſuluit Bartol. per text. in l. vniuerſa, quæ eſt. l. 2. ibi venditæ, vel vllo alio pacto alienatæ. C. ne rei dom. vel templo. quæ. l. eſt canonizata in Decretis. 16. quæſt. 4. in cap. placuit, vt quicunque. §. vniuerſas. ita tenet Bartol. in l. ſi domus. §. fin. ff. de lega. 1. & in l. in conuentionalib. ff. de verbor. obliga. & in l. ſi patroni. in princip. ff. ad Trebell. & in d. l. vniuerſas, & in conſil. 58. incip. ex themate prædicto tria dubia oriuntur. in l. 1. §. pen. ff. de ſuperfi. vbi dicit, quod illa. l. vniuerſas. eſt ad hoc ſing. idem tenet Angel. in dicta. l. ſi domus. §. fin. & in dicta. l. vniuerſas, & in l. ſicut §. ſi debitor. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. Et dicit ipſe Angel. in l. cùm hi. §. ſi cui. ff. de tranſact. quod Bartol. ſemper faciebat de illa. l. magnum feſtum, prout ipſe dicit ſe plures ab eo audiuiſſe in voce. Iſtam opin. tenet dom. Alexan. de quo admiror, in conſil. 151. incip. viſo dicto themate. in 5. colum. in 2. vol. dom. Anto. de Butr. in d. cap. potuit. prout ibi
71 refert Imo. in 38. colu. † dicebat ſibi videri, ‘ quòd quemad.
c emphy. fiſci poteſt alienare irrequiſito fiſco per l. 1. C. de fun. patri. lib. 11. & hic in glo. & Bart. hic rationem aſſignat, vt ſupra retuli, quia fiſcus habet obligatum quemcunque poſſeſſorem ad cenſum ſibi debitum eo ipſo, quòd poſſidet, ℘ idem etiam ſit dicendum in emphy. Eccleſiæ, vt poſſit donare, & alio quocunque tit. alienare abſque vllo conſenſu Eccleſiæ, cùm Eccleſia, & fiſcus, ſeu reſp. æquiparentur. l. fin. §. de ſacroſ. Eccleſ. finaliter tamen non tenet hanc opin. ſed aliam, quia hoc priuilegium, quòd Eccleſia poſſit agere contra tertium poſſeſſorẽ ad penſionem ſibi debitam, non reperitur iure cautum in Eccleſia, quamuis illud competat fiſco, vt dixi. ¶ Non obſt. ſecundum eum. d. l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. quia reſpondet, quòd ibi æquiparantur Eccleſia, & fiſcus quo ad caſus ibi expreſſos, inter quos iſte non reperitur expreſſus, quòd Eccleſia poſſit agere contra tertium poſſeſſorem. igitur, &c. Ego tamen infra allegabo caſum. l. de hoc, ℘ Eccleſia poſſit agere contra tertium poſſeſſorem. ¶ Cõtrarium in principali articulo, ℘ imò emph. Eccleſię poſſit donare nõ requiſito conſenſu Eccleſię, & dummodo dicat, quòd donet ſaluo iure ipſius Eccleſiæ, tenet Bald. hic, & dicit, quod Bart. qui contrarium conſuluit, peſſimè dixit. Nam Bart. motus eſt per. d. l. vniuerſas, quæ lex ſecundum Bald. procedit, quando emphy. donat, vel alienat rem Eccleſiæ tanquam propriam, non facta mentione de Eccleſia, vel non dicendo ſaluo iure Eccleſiæ, quia cùm talis alienatio poſſit vergere in damnum Eccleſiæ, ideo lex illa prohibuit talem contractum donationis, vel legati, vel alium, & iſto modo reſpon
72 det etiam ad illam. l. Ang. in d. l. cùm hi. §. ſi cui. ¶† Et propte-
d rea ſubdit Bald. hic, [d] quòd in hoc eſt differentia inter emphyteutam Eccleſiæ, & emphy. priuati, quia emphyteuta Eccleſiæ non poteſt donare niſi reſeruato expreſsè iure directo Eccleſiæ. Sed emphyteuta priuati poteſt ſimpliciter donare, quia intelligitur ius domini, & ſic ſuperioris exceptuatum, per l. vxor patrui. infra de leg. de quo vlt. dicam infra in quarta parte principali huius gloſ. vbi gloſ. ponit. Iſtud idem contra Bart. tenet idem Bald. in cap. 1. §. donare. qualiter olim feud. pot. ali. vbi etiam reſpondet eo modo quo ſupra ad l. vniuerſas. quòd ibi alienabat in fraudem, non reſeruato expreſsè iure Eccleſiæ, nimirum ſi cadit à iure emphyteutico, quia qui ſic contrahit, Eccleſiam prodit, & quantum eſt in ſe poſſeſſionem ſubuertere videtur. iuxta not. in l. ex liberis. C. de acquit. poſſ. nimirum ſi iure ſuo priuatur. Idem contra Bartol. tenet Bald. in tit. de pace conſtan. in verbo liuellariæ. iuxta principium, vbi formaliter dicit, quod liuellariæ Eccleſiarum, & emphyteuſis poſſunt per emphyteutam donari, vel legari ſaluo iure Eccleſiæ, & ita dicit notare Inn. in d. cap. potuit. quamuis Bartol. ſecundum eum conſuluerit contrarium per dict. l. vniuerſas. & malè, quia ibi loquitur, quando alienat reſpectu proprietatis, & ſic contractus celebratur in fraudem Eccleſiæ, ſecus quando alienaret reſpectu vtilis dominij, tanquam emphyteuta Eccleſiæ, vel ſaluo iure Eccleſiæ. Idem tenet Bald. in dicta. l. ſi domus. §. fin. & in dicta. l. vxor patrui. C. de leg. & in dicta. l. vſufruct. ff. ſol. matr. & in dicta. l. vniuerſas. & in d. Auth. quas
e actiones. in 5. colum. ſupra de ſacroſ. Eccleſ. [e] vbi dixit Bald. ſe habuiſſe quęſtionem iſtam cum Bart. & ibi reſpondet planius, & plenius ad. l. vniuerſas quàm alibi, ℘ ibi lex non diſponit ſuper poteſtate alienandi, vel non, an emphyteuta Eccleſiæ poſſit alienare, vel non, ſed dicit, quòd res de facto alienata in caſu non permiſſo, non poteſt præſcribi longo tempore. Hoc autem poteſt contingere in donatione trib. mod. Primò,

quando

ADDITIONES.

a ¶ Iſtam concl. ſequitur Stef. Aufre. in addi. Capel. Tolo. 275. vide etiam in dec. parlamenti. 46. & 48. vbi idem concludit. Idem Reb. in d. l. 1. infra de fund. patr. lib. 11. idem latis vult Ioann. Rayn. in cap. Imperialem. §. habito. circa. 11. colu. cum ſeq. de proh. feud. alien. & Pau. de Caſt. conſ. 19. inc. viſo ſtatuto communis Flor. in 2. col. in vol. antiq. PVRPV.

b ¶ Nunquid poſſit donare. Adde Bart. in l. 1. C. de impo. lucra.

c ¶ Adde Barba. conſ. 43. in fi. chart. in 1. vol. vbi idem tenet. PARPA.

d ¶ Et cum Bald. tenet Aret. conſil. 25. colum. 2. & Alexan. lib. 5. conſil. 27. in 4. dub. lib. 2. conſil 187. col. pen. & ibi limitat, prout iſte videtur limitare, dummodo dicatur ſaluo iure Eccleſiæ, & ita vult Bald. in l. vſufr. colum. pen. ff. ſol. mat. quod limita ex dictis in col. 125. ſecundò limitat Aret. d. conſ. 25. dummodo non introducat in poſſeſſionem, &c. PVRPV.

e ¶ Vide Bald. conſ. 358. inc. quæritur. in 1. vol. PARPA.

Source : BIU Cujas

quando emphyteuta alienat allodium. i. proprietatem, ꝙ in dubio præſumitur in emphyteuta Eccleſiæ, ſi non facit mentionem, quòd ſit emphyteuta Eccleſiæ, vel ſi non alienat ſaluo iure Eccleſiæ, & ſic iſto caſu alienatio non eſt licita, quia interuertit poſſeſſionẽ Eccleſiæ, vt l. Pomponius. ff. quib. mod. vſusfruct. amit. ¶Secundo modo, quando alienat contra pactum factum de non alie. vt in §. ſanctiſſimas. in Auth. de alie. & emphy. & l. ſi ita quis promiſerit. §. ea. l. ff. de verb. oblig. ¶Tertio modo, quando alienat in aliam Eccleſiam, vel in potentiorẽ, vt d. §. ſanctiſſimas. in Auth. de alie. & emphy. iſtud idem contra Bart. tenet Bald. in addi. Spec. in tit. de loca. in antepe. colu. & ibi multum nota. confirmat ſolutionem per eum in plurib. locis datam, ad d. l. vniuerſas, vt ſupra retuli, ꝙ illa l. procedat, quando emphyteuta volebat donare iure proprio, & non iure emphyteutico: nam ſi alienaſſet iure emphyteutico, emptor non præſcripſiſſet etiam per mille annos. l. malè agitur. ff. de præſcrip. 30. vel 40. an. & dixi in l. 1. in gl. mag. ſuper verbo repellere. in vlt. parte principali. ſ. eod. Et dicit Bald. ꝙ iſtud ſentit ibi glo. dum loquitur de præſcr. 30. ann. Iſtud idem tenent contra Bart. Imo. & Mod. in d. l. ſi domus. §. fin. & Imo. in d. l. vſufr. & in d. c. potuit. in 12. col. & ſeq. Iſtud idem tenet Spec. in d. §. nunc aliqua. in verſ. 115. idem tenet Ioan. And. poſt glo. in d. c. potuit. idem tenet Abb. in conſ. 75. inc. duo principalia. in pen. & vlt. col. in 1. vol. ¶Iſta opin. *eſt vera, & communis*, & eam teneo. [a] Et
a tanto plus procedit tenendo id, ꝙ tenui in articulo præcedenti, & communiter tenetur, ꝙ iſta. l. fin. non habeat locum in donatione quantum ad hoc, vt ſit neceſſe denunciare domino, an velit ſibi donari, & illum expectare per duos mẽſes, ita etiã emphyteuta Eccleſiæ non tenetur ſibi denunciare, & eam expectare per duos menſes, cùm iſtud aliter non reperiatur prouiſum magis in emphyteuta Eccleſiæ quàm priuati. pro hac parte facit vnum optimum fundamentum, per ꝙ oſtenditur, ꝙ etiam ſi verum eſſet, ꝙ emphyteuta priuati non poſſet donare ſine conſenſu domini, cuius contrarium tenui in præcedenti art. ꝙ tamen emphyteuta Eccleſiæ bene poſſet, & hoc eundo poſt fundamenta Bald. tenentis contrarium, qui adducit vbique in hac materia Bart. nam ſecundum Bart. vbique,
73 † ideo emphyteuta priuati non poteſt alienare ſine conſenſu domini, quia dominus afficeretur incommodo, quia non poſſet agere actione perſonali contra nouum emphyteutam, ſicut poterat contra primum, vnde cùm iſtud ceſſet in emphyteuta fiſci, quia quemcunque poſſeſſorem poteſt ad canonẽ conuenire eo ipſo, ꝙ poſſidet, dicit Bart. ꝙ à ceſſante ratione emphyteuta fiſci poteſt alienare ſine conſenſu domini, prout latius retuli ſupra in præcedenti art. modo ad propoſitum noſtrum ego habeo, ꝙ prælatus Eccl. habet obligatam rem emphyteuticam pro canone ſoluendo, adeo, ꝙ ad quemcunque poſſeſſorem tranſeat, poteſt agere contra eum hypothecaria, vt eſt text. not. in §. ſi autem creditor. in Auth. de non alie. quẽ ad hoc alleg. & reputat valde notabilem Bald. in Auth. ſi quas
b ruinas. [b] in 4. colu. ſ. de ſac. ſan. Eccleſ. & dixi in l. 1. in glo. parua. in verbo cuſtodiri. ſ. eod. quamuis contrarium dixerint, & malè do. Ant. & Imo. in d. c. potuit, qui dixerunt hoc non reperiri iure cautum, vt ſupra retuli, quia non fuerunt memores de illo text. & authoritate Bald. & ſic videtur, quòd in emphyteuta Eccleſiæ militet ratio, quæ in emphyteuta fiſci, vel reipublicæ, quia habet actionem hypothe. ad canonem ſibi debitum contra quemlibet poſſeſſorem, ergo ita debet poſſe donare non requiſito conſenſu Eccleſiæ, ſicut poteſt emphyteuta fiſci, & ſic per fundamentum ipſiuſmet Bart. eius opin. confunditur ineuitabiliter, & iſtam rationem ſenſit Bar. in d. l. ſi domus. §. fin. dum dixit, quod emphyteuta Eccleſ. & emphyteuta fiſci in hoc videntur æquiparari, quam rationem poſtea plenius declaratunt ibidem omnes Mod. & maximè pater, & preceptor meus do. Alex. de Imo. ¶Et ad. l. vniuerſas, quæ allegabatur per Bartol. ad oppoſitum pro confirmatione ſolutionis datæ ad illam. l. per Bald. in multis locis ſupra relatis, vltra illud fundamentum, quod optimè adducit ipſe Bald. in addi. Spec. in tit. de loca. in antepe. colu. & ſupra retuli. ¶Addo multum fortiter facere iſtud fundamentum ad oſtendendum, quòd illa lex vniuerſas. loquatur, quando emphyteuta alienabat rem emphyteuticam vt ſuam propriam, & ſic iure proprietatis, non autem, quando alienabat ius ſuum emphyteuticum, aut ſua melioramenta: nam illa. l. loquitur non ſolùm in emphyteuta Eccleſiæ, ſed etiam in emphyteuta reipub. vel fiſci. Modò ſic, ſi ibi emphyteuta alienaſſet ius ſuum emphyteuticum, certè quatenus loquimur de emphyteuta fiſci, vel reipublicæ, potuiſſet alienare ſine aliquo conſenſu domini. l. fin. C. de fun. patri. lib. 11. & dictum eſt. ſ. in art. precedenti, vbi vidiſtis rationem, & tamen in illa. l. vniuerſas, dicitur in vtroque emphyteuta tam Eccleſiç quàm fiſci ſeu reipub. quòd non poteſt vende-
re, vel alio pacto alij donare, ergo neceſſariò. l. illa intelligitur, quando emphyteuta alienabat eius directum, quia ſi alienaſſet tantum ius ſuum emphy. aut ſua melioramenta, bene potuiſſet reſeruato iure domini, vt ſupra dictũ eſt. ¶Per iſta concludo, ꝙ quemadmodum emphyteuta volens alij donare nõ tenetur prius requirere dominum, an velit ſibi donari, & eum expectare per duos men. vt ſupra latè tenui in primo arti. præcedenti, ita nec emphyteuta Eccl. ¶Imò fortius ex præmiſſis fundamentis ſupra adductis concludo, ꝙ etiã ſi vera eſſet opi. tenentium, ꝙ etiam emphyteuta priuati non poſſit donare ſine conſenſu dñi, ꝙ tamen emphyteuta Eccl. poſſet, & ſic concludo totum contrarium eius, ꝙ tenet Bart. in omnib. locis prę alleg. qui dicit, ꝙ quicquid ſit in emphyteuta priuati, an poſſit donare ſine conſenſu dñi, ꝙ tñ in emphyteuta Eccleſiæ hoc eſt ſine dubitatione, ꝙ non poteſt, quia dico, ꝙ imò totũ eſt è contra, ꝙ quicquid ſit in emphyteuta priuati, ꝙ tamen emphyteuta Eccleſiæ ſine dubio poteſt donare, & alio titulo alienare ſi-
c ne conſenſu Eccleſiæ, & iſta eſt veritas. [c] ¶† Contra tñ prædi-
74 ctam concluſionem videtur facere. §. emphyteuſim. in Auth. de non alie. vbi dicitur, ꝙ res conceſſa in emphyteuſim ab Eccleſia non poteſt tranſire in extraneam perſonam, ergo nõ debet poſſe donare extraneo ſine conſenſu dñi, iſtud an res eccleſiaſtica data in emphyteuſim poſſit hodie trãſire in extraneos, & ſic an. §. emphyteuſim. ſit hodie correctus per. §. ſi verò in perpetuam. eo. tit. eſt magnum dubium, de quo per gl. & Doc. in l. etiam. in princ. ff. ſol. matr. in l. ꝙ dicitur patrem. ff. de verb. oblig. & examinat ad præſens propoſitum Imo. in d. c. potuit. in 10. & 11. col. & dixi remiſſiuè in l. 2. in pen. q. extra glo. ſ. eod.
d ¶Tenendo tamen, ꝙ verum ſit, ꝙ emphyteuſis [d] eccleſiaſtica nõ poſſit tranſire ad extraneos, dico, ꝙ omiſſis ſolutionib. Imo. in l. vſufr. ff. ſol. matr. & in d. c. potuit. in 10. & in 11. col. Itẽ omiſſa ſol. Spec. in d. §. nunc aliqua. verſ. 115. qui dicit, ꝙ. d. §. emphyteuſim. loquitur in Eccleſia Conſtantinopolitana, quæ non poteſt concedere rem ſuam in emphyteuſim vltra vitam accipientis, & duos ſuos ſucceſſores. Vera ſolutio eſt ad præſens propoſitum, quam ponunt Imo. & Mod. in d. l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. ꝙ. d. §. emphyteuſim. loquitur in re Eccleſię emphyteutica, quæ non poteſt tranſire in extraneam perſonam, verum eſt per viam ſucceſſionis, quia emphyteuſis eccleſiaſtica non poteſt tranſire ad extraneos hæredes, ergo per viam ſucceſſionis, nos autem loquimur in alienatione, quam facit emphyteuta Eccleſiæ in vita ſua per viam donationis, & ſic donando etiam in extraneam perſonam, & hoc nullibi reperitur prohibitum, quin emphyteuta Eccleſiæ viuens poſſit donare ius ſum emphyteuticum irrequiſita Eccleſia etiam extraneæ perſonæ, quamuis eo mortuo non tranſiret ad extraneos hæ-
e redes. [e] ¶Vltimò pro complemento huius articuli bene notate illud, ꝙ vult Bald. in locis præalleg. maximè in d. c. 1. §. donare. & in d. l. vſufr. ꝙ emphyteuta Eccleſiæ donans non reſeruato expreſsè iure directo Eccleſiæ, & ſic donans vt rem ex toto ſuam, priuatur in totum iure ſuo propter delictum, quia Eccleſiam prodit, & quãtum eſt in ſe poſſeſſionem interuertere vĩ. Nam hic melius facit, qa dĩ malè vti re emphyteutica, cùm tribuat donatario cauſam præſcribendi contra Eccleſiam, meritò debet expelli à iure ſuo, cùm ius Eccleſiæ deterius reddat. Auth. qui rem. ſ. de ſacroſ. Eccleſ. & ita dicit not. Bald. poſt Nic.
75 de Math. in l. ædem. in 4. colu. ſ. loc. ¶† Succeſſiuè iuxta prædi-
f cta quæro, nunquid res emphyt. [f] poſſit legari ſine conſenſu domini. Bartol. hic tenet, quòd non, quia quemad. emphyteuta ſecundum eum non poteſt donare ſine conſenſu domini per rationem ſupra adductam per eum, ita etiam nec poteſt
* legare, cum etiam legatum ſit alienatio, * & eadem ratio mili-
g tet in legato, quæ in donatione. [g] Nec obſt. d. l. ſi domus. §. fin. ff. de legat. 1. quia reſpondet Bartol. quod ibi erat emphyteuſis reipub. quæ benè poteſt legari ſine conſenſu fiſci, vel reipub.

ſicut

ADDITIONES.

a ¶Idem concl. vult Alex. conſ. 17. in fin. 3. vol. PARPA.

b ¶Vide Pan. conſ. 30. in 1. col. in 2. vol. & conſ. 74. in 2. col. vbi hoc idem vult in 1. vol. PARPA.

c ¶Vide Alex. conſ. 9. in 2. & 3. colum. in 2. vol. & conſil. 180. in 5. & 6. colum. in eod. vol. PARPA.

d ¶Quòd emphyteuſis. Adde Doct. in Auth. de non alie. re. Eccleſ. in §. emphyteuſim.

e ¶Adde Alex. conſ. 187. in 4. col. in 2. vol. PARPA.

f ¶Res emphy. Adde Doct. in l. in conuentionib. ff. de verb. ſign. Spec. tit. de feu. in §. & quoniam. verſ. 19.

* Donatio.

g ¶Et hanc partem tenet, & not. dicit Alex. 1. lib. conſ. 126. viſo, & examinato. col. 5. in fin. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſicut & donari, vel aliter alienari, cùm in ea ceſſet ratio huius. l. vt dictum eſt ſupra in ſecundo articulo proximè præcedenti. Iſtud idem firmat Bart. in d. l. ſi domus. §. fin. & in l. in conuentionalibus. ff. de verb. obl. & in l. 1. §. pen. ff. de ſuperficieb. Et idē in ſpecie tenet d. Guar. hic limitans hoc procedere in emphyteuſi ſimpliciter conceſſa, ſecus autem eſſet in emphyteuſi cōceſſa pro ſe, & filijs ſuis, quia etiam tunc conſenſu domini legari non poſſet, nec fieret præindicium filijs, per l. peto. §. prædiū, & §. fratre. ff. de leg. 2. & c. 1. in prin. de natura ſucceſ. feu. de quo vltimo latè ſcripſi in l. 2. in vlt. quæſt. extra glo. s. cod. Contra-
a rium, [a] quòd imò emphyteuſis poſſit legari ſine conſenſu domini, tenet Bald. hic. Spe. in d. §. nunc aliqua. in verſ. 122. & trib.
b ſeq. ſiue ſit emphyteuſis [b] priuati, ſiue eccleſiaſtica, dummodo quando eſt eccleſiaſtica legetur tali, ad quem poſſit tranſire, q̄ etiam tenet Saly. in 4. colu. in fin. & idem etiam ſimpliciter tenet Alb. hic in 2. colu. prout etiam retuli. ĩ. in ſeq. col. Idem tenent Ioann. And. Pau. de Leaza. & alij in d. c. potuit. do. Alex. in conſ. 120. incip. ſuper eo, quod quæritur. in vlt. col. in 1. vol. vbi
* dicit, quod *iſta eſt communis opin.* & in conſ. 59. lib. 3. incip. viſo, & maturè diſcuſſo. in 5. col. Iſta quæſtio pendet ab his, quæ ſupra dixi in ſecundo præceden. art. videlicet nunquid emphyteuſis poſſit donari ſine conſenſu domini, cùm legatum cenſeatur quędam donatio. Vnde concludo in omnib. & per omnia pro ut dixi in donatione in ſecundo artic. præcedenti, & ita inuenieris tenere ibi omnes Doc. ibidem allegatos, qui ſimiliter exa minant hos duos artic. & maximè Cano. in d. c. potuit, & maxi mè Imo. in 13. col. vbi etiam per eum, quid iuris ſit de emphyteuſi eccleſiaſtica, an poſſit extraneo legari, dicite de hoc vltimo, vt hic per eum. Sed vide do. Alex. in conſ. 9. in 2. vol. incip. viſis dicto themate. in. 2. colu. circa medium, & in tota. 5. colu. vbi tenet contrarium, ſecutus opi. Bart. fundatam in d. l. vniuer ſas. Et idem, quod emphyteuſis Eccleſiæ non poſſit legari extraneo, & ſic cum opi. Bart. tenet Ant. de Butr. in conſ. 23. incip.
76 in facto fratrū montis oliueti. in pen. col. ¶† Eo. modo in omnib. & per omnia quantum ad inſtitutionem hæredis, nunquid emphyteuta priuati poſſit inſtituere vnum hæredem extraneū ſine conſenſu domini in re emphyteutica, & dico in omnib. prout ſupra dixi in donatione, vide per do. Alex. conſ. 58. lib. 3.
c inc. viſo, & maturè diſcuſſo. in 5. colu. ¶Et quid ſi ſit [c] emphyteuſis eccleſiaſtica, per Spec. in d. §. nunc aliqua. in verſ. 119. & duob. ſeq. per Imol. in d. cap. potuit. in 13. col. Et in iſtis quæſtionib. quando emphyteuſis Eccleſiæ aut priuati legatur, aut in ea quis hæres inſtituitur, an debeat ſolui laudemium domino, ponit Spec. in d. §. nunc aliqua. in verſ. 114. & dixi. s. in tex-
77 tua. in 15. not. in vlt. quæſt. ibi poſita. ¶† Vltimo iuxta prædicta, vt nihil omittatur, quæro quid èconträ, nunquid dominus directus poſſit rem emphyteuticam alij legare in præiudicium emphyteutæ, vel vſufructuarij? text. videtur, quod ſic in c. 1. §. ad hæc. in verſ. ſi verò. de pace iur. fir. in vſi. feu. vbi ita dicitur in feudo, quòd dominus poteſt legare alij in præiudicium vaſalli, & eſt ibi caſus mirabilis ſecundum omnes ibidem, in quo vaſallus priuatur feudo propter factum domini abſque ſua culpa. ¶Bald. tamen in d. verſ. ſi verò. in 7. colu. illius. §. ad hæc. in quæſtione noſtra determinat oppoſitum, quòd dominus non poteſt rem emphyteuticam alteri legare, & emphyteutæ, vel vſufructuario præiudicare. Motus ex regula. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. cum alijs vulg. ibi adductis per eum. Et ad illum text. reſpondet ibi Bal. quòd continet ius ſingulare in feudis, ad quam ſolutionem accedant, quæ dixi in l. 1. in glo. 3. in 5. quæſt. princ. s. cod. ponendo differentias inter emphyteuſim, & feudum. Et per iſta remanet perfectè expedita hæc prima
78 pars principalis huius glo. ¶†† De alijs autem quæſtio. nunquid
d emphyteuſis [d] poſſit pignorari, permutari, vel dari in feudum, vel dari in emphyteuſim ſine conſenſu domini, videbitis. ĩ. in ſeq. ¶Et ad id, quod dictum eſt ſupra, emphyteutam poſſe legare ſine conſenſu domini, addite, quod idem ſimpliciter tenet Alb. hic in 2. colum. ¶In ea. glo. ibi, & de pig. l. lex. Tencatis ex glo. quod res emphyteutica quamuis alienari non poſſit ſine conſenſu domini, poteſt tamen pignorari ſine conſenſu domini. Et hanc concluſio. ſequuntur Doct. hic, quia text. in d. l. tutor. §. fin. de pign. act. in d. l. lex vectigali. hic alleg. in gloſ. facit etiam, quia non alienat, nec ius ſuum transfert: nam pignus in bonis debitoris remanet. l. pignus. s. de pig. act. idem tenet Spec. in d. §. nunc altqua in verſ. 122. ibi ſubdit, quòd tamen ad cautelam poteſt emphyteuta ſi vult domino denunciare, & ſi dominus velit ſibi tantam pecuniæ ſummam mutuare, quātam ab alio inuenit, preferat illum emphyteuta in pignore. arg cap. 1. extra de pign. & cap. 1. de vſu. idem tenent glo. & Doct. in d. cap. potuit, & ibi Imo. in 12. colum. & Barto. & Bald. & Pau. de Caſtr. in d. l. tutor. § ſi vbi Barto. videtur intelligere hoc eſſe verum, dummodo emphyteuta pignoret ſaluo iure domini.

¶Dicit tamen Saly. hic in 2. colum. ſe audiuiſſe vnum ſolennem Doctorem dicentem, quod iſta concluſio glo. procedebat in emphyteuta priuati, ſecus ſi eſſet emphyteuſis Eccleſiæ, quia tunc non poſſet pignorari, vel hypothecari, per Auth. hoc ius porrectum. & Auth. qui res. s̄ de ſacro. ſan. Eccleſ. ſed certè prout dicit Sal. illæ leges nihil probant, quia loquuntur in adminiſtratore Eccleſiæ, qui cùm nullum ius habeat in re, certè rem alienare, & pignorare non poteſt. l. rem alienam. ff. de pigno. actio. nos autem loquimur in emphyteuta, qui ius ſuum
c tantum pignorat, & non alienum, quia non poſſet. [e] ¶Subdit etiam Sal. quòd aliud eſt in feudo, quod vaſallus pignorare non poteſt, vt capit. 1. in princ. de prohi. feu. alien. per Fed. de quo vltimo vltra Doct. ibi, videte etiam per Bald. in l. 3. C. vt in poſſ. lega. & in capit. 1. §. aut ſi liuellario. quib. mod. feud. amit. Et limitate id, quod dixi de feudo duob. mod. per Bald. in d. capit. 1. in princip. in 1. colum. & alijs duob. mod. per eundem Bald. in l. 2. C. communia de leg. ¶Limitat etiam alio nota. modo Ioann. Fab. in §. item ſeruiana. in 14. colum. inſtit. de act. vt quamuis feudum non poſſit pignorari, tamen fructus, & commoditas bene poſſunt pignorari, motus per id, quod in ſimili dixit Spec. in titu. de pign. §. 1. circa fin. vbi dixit, quòd
f licèt decima [f] non poſſit pignori obligari, nec aliter alienari, cùm ſit res ſpiritualis, quæ non poteſt per laicum poſſideri, tamen fructus decimæ bene poſſunt pignorari. Addo vltra eum bene facere, quod dixit in ſimili Bartol. de vſufr. in l. ſi is, qui. §. vſusfruct. ff. de pigno. & ad hoc vide etiam, quod dixi ſupra in
79 text. in 2. not. ¶†† Et quid èconträ, an dominus [g] poſſit obli-
100 text. † quòd recipiens, vel procurans patrocinium potentioris in cauſa ſua, vel in aduocando, vel procurando ad terrorem aduerſarij ſui, debet perdere cauſam, dicit Pau. quòd hoc fallit, niſi ille, qui aſſumpſit patrocinium potentioris, litigaret cum æquè potente, quia tunc ratione æqualis potentiæ ceſſaret diſpoſitio illius. l. 1. Tamen hanc limitationem non audeo firmare, tum quia nullus tangit, tum etiam, quia ſupradicta multum refragantur, quia quamuis dominus eſſet æquè potens, tamen deterior efficeretur ſua conditio per illum nouũ emphyteutam potentiorem quàm eſſet primò, q̃ eſt contra ea, quæ ſupra firmaui. Et ideo cogitate. ¶Capio gl. paruam ſuper verbo tranſponere, quæ ſubaudit ad text. permutando. Et ſic gloſ. videtur innuere iuncto text. q̃ quemad. emphyteuta non poteſt alienare ſine conſenſu domini, aliàs cadit, ita ita etiã non poteſt permutare rem emphyteuticam cum alio, prout
b etiam ponderaui. ſ̃. in text. in 12. notabili. [b] ¶† Pro clara ergo
101 intelligentia quæro, nunquid emphyteuta [c] poſſit permutare
c rem emphyteuticam cum alio abſque requiſitione conſenſus domini. hanc q. formant Spec. & Io. And. in d. §. nunc aliqua. in verſ. 121. & ibi Specu. primò videtur dicere, q̃ non poſſit permutare ſine licentia domini, eo quia permutatio vicina eſt emptioni. l. fin. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & l. 2. ff. de re. permu. imò eſt ſpecies emptionis. l. ſciendum. §. deinde. ff. de ędil. edic. poſtea Spec. dicit alios dicere, q̃ ſiquidem dominus velit tantundem dare quantum alius extraneus, & habeat rem talem, qualem vult extraneus permutare, & tunc neceſſarius ſit eius conſenſus, vt dominus potius rem emphyteuticam habeat quã ex-
* traneus, alias non intelligatur * eius conſenſus, & aliud clarè nõ firmat Spec. Inclinat tamen magis in primam ſententiã, quam uis Imo. in d. cap. potuit. in 13. colum. dicat, & non bene, quòd Spec. finaliter firmat iſtam vltimam, & ad Spec. ſe remittit Io. Andr. in d. cap. potuit Bald. & Angel. in l. cùm hi. §. ſi cui. ff. de tranſact. tenent, quòd quemadmodum emphyteuta non poteſt alienare ſine conſenſu domini, aliàs cadit, ita etiam non poteſt permutare. Moti per. l. ſtatuliberi à cæteris. §. Quintus. ff. de ſtatulib. ¶Ipſemet Bald. ſibi conrrarius in l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. tenet ſimiliter cum Ioann. Andr. quòd imò emphyteuta poſſit permutare ſine conſenſu domini. Motus, quia in permutatione militat illa ratio, quæ in donatione, ergo quemad. emphyteura poteſt donare ſine conſenſu domini, ſecundum *magis communem ſententiam*, ita & debet poſſe permutare, quia vbi eadem ratio, ibi & idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. translato. extra de conſt. nam prout dictum eſt ſupra in gloſ. mag. in verbo alij vendere, in ſecunda parte principali in illo artic. an emphyteuta poſſit donare ſine conſenſu domini, dixi, quod licèt emphyteuta alienare non poſſit, poteſt tamen donare, quia cùm donatio fiat ob benemerita, & affectionem, quæ habetur ad donatarium, iuxta. l. nec adiecit. ff. pro ſoc. certè ſi emphyteuta volens donare alij, cogeretur requirere primo dominum, an vellet ſibi donari, certè fieret magna iniuria emphyteutæ, qui cogeretur donare domino, cui non habet tantam affectionem quantam illi, cui intendebat donare, quæ ratio ceſſat in venditione, & alijs contractib. nam venditio fit ſolum, vt habeatur pretium, & non cauſa alterius affectionis, vnde cùm ita poſſit habere pretium à domino, & tantum quãtum ab alio, nulla fit ſibi iniuria ſi dñs venit præferendus, à quo cauſam habet. Certè prædicta ratio, quæ procedit in donatione, ita etiam poteſt procedere in permutatione: nam ideo

fortè

ADDITIONES.

a ¶Quid autem. Adde Doct. in cap. in preſentia. de proba. Bart. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. in Auth. niſi rogati. C. ad Treb.

b ¶Adde, quòd iſtud ſequitur Pau. conſi. 66. in 3. col. & Iaſ. in l. fin. in 2. col. in fi. ff. de cond. ob cauſam. vide Decium conſ. 160. PARPA.

c ¶Nunquid emphyteuta. Adde Doct. in l. ſi. ff. ad l. falc. dom. Pla. in l. Titia. ff. de iur. dot. c. nulli. de reb. Eccl. non alie.

* Requiratur.

Source : BIU Cujas

* fortè emphyteuta permutat rem emphyteuticam cũ alio propter affectionem, quam ad illam personam * habet, quam non haberet ad aliam similem, & fortè meliorem ratione vicinitatis, vel commoditatis, vnde sibi fieret iniuria, si compelleretur permutare cum alia re non ita sibi accepta. ¶ Ego in hoc puncto puto [a] in omnib. & per omnia debere concludi, prout cõclusum est in donatione per easdem rationes, & fundamenta, quæ dixi in donatione in loco proxi. alleg. videlicet, ꝙ emphyteuta non teneatur requirere dominum, an velit ipsemet permutare, sed bene teneatur, postquam permutauerit cum alio, requirere dñm, vt illum inuestiat, & in possessionem inducat, & pro inuestitura laudemium accipiat, prout ibi serioſius dictum est, & ita etiam in permutatione tenet Imo. in d. c. potuit.
10 2 in 13. col. in prin. ¶ Nunquid autem vassalli [b] possint permu
b tare feudum sine voluntate, & consensu dñi, ponunt Spec. & Io. Andr. in tit. de feudis. in §. quoniam, in vers. 32. ¶ Nunquid autem [c] appellatione venditionis, vel alienationis veniat permutatio, & an propriè, ita ꝙ prohibita venditione à testatore, vel à lege intelligatur prohibita permutatio? Et an statutum loquens de emp. & vend. comprehendat permutationem? videte Bald. not. in l. 1. C. de re. perm. & in l. fin. ff. de condi. ob causam. & in l iurisgentium. in princ. in lect. antiqua. ff. de pact. & in d. l. cùm hi. §. si cui. post lac. Butr. & Gul. ff. de transa. & ibi etiam latè per Ang. & bonum text. cum glo. in l. fin. C. de prædi. decurio. lib. 10. & bonum text. in c. 1. de his, quæ fiu. à præla. sine consen. c. iunctis not. per Doct. ibi, maximè per d. Abb. Pan. & bonum text. quem Ang. reputat mirabilem in d. l. sciẽdum. §. deinde. vers. sed si quis permutauerit. ff. de ædil. edi. & Pau. de Cast. in l. 1. ff. de re. permu. do. Ant. in c. constitutus. extra de in integ. rest. Spec. & Io. And in tit. de emp. & vend. in §. nunc dicendũ. el. 2. vers. sed pone statutum. & ꝙ not. Bart. in q. quam dicit sæpius de facto vidisse, in l. sicut. §. sed si permiserit. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. de Episcopo, qui concessit licentiam cuidam Ecclesiæ, ꝙ posset alienare bona immobilia pro satisfaciendo debitis, an vigore huius licentiæ possit vnum fundũ cum alio permutare, dicite, vt ibi per eum. ¶ Capio gl. super verbo, per depositionem. Ista gl. exponit text. i. scripturam qualemcunq;. ¶ Gl. sequens in ver. per attestationem. exponit text. i. scripturã cum testib. ¶ Istę gl. non videntur posse procedere, licèt cæteri non aduertant, quia hoc modo intelligendo text. ille contineret ꝓrietatem: nam ſm istum intellectum text. iste vellet dicere, ꝙ qñ dñs nõ potest, vel non vult emphyteutam in possessionem suscipere per seipsum, vel per suas literas, ꝙ debet per scripturam cum testib hoc facere, ꝙ esset omnino ꝓrium. Vnde puto, ꝙ alio modo sit intelligendus iste text. in verbo per depositionem, vel attestationem, ꝙ quando dñs noluerit per seipsum, nec per eius literas emphyteutã in possessi. mittere, ꝙ tũc possit per attestationem, vel depositionem, intelligo, ꝙ possit per depositionem suam factam per eum coram iudice. ſ. viro clarissimo, vel per attestationem in prouincijs corã præsidib. &c. vt iudex ipse inuestiat in negligentiam, & locum dñi, sicut & aliàs contumaciam partis iudex supplet. l. properandum. §. & siquidem. C. de iud. & factum iudicis censetur factum partis. l. si ob causam. ff. de euic. ¶ Capio gl. in verbo æstimationis, dicite de intellectu huius gl. prout ſ. dixi in gl. mag. in vers. alijs vendere in secunda parte prin. in illo art. an emphyteuta possit donare sine consensu domini. ¶ Gl. parua in verbo accipere, q̃ dicit. ſ. à nouo emphyteuta. est multum singularis, dicite, vt supra de ea dixi in textua. in 15. not. in 1. & in 2. q. quas ibi posui. ¶ Glo. in vers. cadat, quæ est fin. & eam diuido in tres partes. In prima subaudit ad text. In secunda ponit vnum dictum generale ad totam hanc. l. In tertia opponit non contra illud, ꝙ dicitur in fi. huius. l. sed in tota. l. videlicet, ꝙ emphyteusis nõ possit alienari sine consensu dñi, & contrarium non soluit. Secunda ibi, quicquid ergo contra l. istam. Tertia ibi, aliud in fructua
103 rio. ¶ †In ea. glo. ibi, ipso iure. iunctis verbis seq. glo. habetis, ꝙ emphyteuta si in alienatione aliquid fecerit contra formã huius. l. ꝙ ipso iure cadit à iure emphyteutico, nec requiritur alia sententia. ¶ Contra istam determinationem glo. videtur mul-
104 tum facere illa vulgaris regula, quæ habet, † ꝙ quotiescunque lex vritur verbo futuri temporis, non intelligitur ipso iure, sed demum interueniente sententia, gl. in l. iubemus nulli. §. fanè. el. 2. & ibi Doct. s̃. de sacrosan. Eccles. & gl. in l. in criminali. & ibi Doct. s̃. de iur. omn. iud. cũ sim. Sed lex nostra vtitur verbo futuri temporis, cadat. ergo, &c. ad idem facit l. 2. §. quod si actor. cum glo. in verb. cadat. & Auth. principales. s̃. de iura. cal. vbi verbum cadat, intelligitur non ipso iure, sed mediante sententia. Ad idem. l. si quis in tantam. in verbo amittatur. infra vnde vi. propter quæ dicit Sal. hic in pen. col. quosdam fateri obiectiones, & tenere, quòd imò in casu huius. l. requiratur senten
d tia, & dicunt hoc esse de mente Inn. in d. c. potuit. ¶ Vos [d] autem tenete opin. glo. nostræ, quam etiam tenet Ang. hic iuxta principium, & Sal. hic in pen. col. d. Guar. de Castr. in vlt. colu. hic. ¶ Et pro hac sententia gl. adducitur optimum fundamentum, quia si emphyteuta cessando triennio soluere canonem emphyteuticum cadit ipso iure, prout supra firmaui latè in l. 2. in 5. not in 2. q. s̃. eod. quo casu dicitur delinquere omittendo, multo fortius debet cadere ipso iure emphyteuta, quando alie nat non seruata forma huius. l. cùm tunc delinquat faciendo. Et grauius est crimen, ꝙ committitur committendo, quàm ꝙ committitur omittendo. glo. in l. semel mora. in prin. cum sim. ff. solu. matr. & l. qui autem. in prin. ff. quæ in frau. cred. pro hoc etiam facit text. in d. c. potuit. vbi isti duo casus æquiparantur quantum ad caducitatem, an emphyteuta cesset soluere, an verò alienet sine consensu domini, sed primo cadit ipso iure, vt dictum est, ergo, & secundo casu. Idem tenet do. Alex. adducens simile de feudo in cons. 44. lib. 3. inc. visa facti narratione. d. Ant. de Butr. in cons. 22. in c. visis punctis, & quæsitus Et ibi dicit, ꝙ ista glo. per neminem est reprobata, & quòd non reperit istam gl. per aliquem in dubium reuocatam. ¶ Subdit tamen, ꝙ si dominus vellet stare contractui, & hoc esset declaratum, vel expressè, vel tacitè, ꝙ valeret contractus, & nõ rescinderetur. Intelligit tamen Sal. & bene hanc conclu. veram domino
e volente, aliàs secus. Et ratio est, [e] quia hæc cadentia concernit fauorem domini, ergo non debet in eius odium retorquæri. l. ꝙ fauore. s̃. de legi. ꝙ si esset, eo inuito caderet, & ita etiam tenui in d. l. 2. in 5. notabili. in 2. q. quando emphyteuta cessauit soluere, ꝙ ita demum cadat, si dominus velit. ¶ Et tenẽdo hãc
f opin. non obstant adducta in contrarium, [f] ꝙ quando. l. vtitur verbo futuri temporis, non intelligitur ipso iure, sed requiritur sententia, quia respondet Sal. hoc esse verum, quando verba legis referuntur ad iudicem, vel ad actum iudicialiter expediendum, vel quando pœna cadentiæ imponitur actui iudiciario, sed hic imponitur actui, & facto extra iudicium gestò. Et sic per hanc l. pœna imponitur ipso iure, prout etiam secundum
105 eum imponitur in l. fin. s̃. loca. † De hoc puncto dicite, vt latè dixi in d. l. 2. loco, & quæstio. præallegatis. Et subdit etiam Sal. hic, ꝙ prædicta procedunt quãtum ad emphyteutam, qui alienauit non seruata forma huius. l. vt ipse cadat ipso iure, quantum verò ad emptorem, vel acceptorem, dicit etiam expeditum, ꝙ contractus non tenet, quia contra formam huius. l. factus, vnde dicendum est ipsum cadere ipso iure, vt in Authen.
106 qui res iam dictas. cum ibi notatis. s̃. de sacros. Eccle. ¶ †Quid autem sit in vasallo alienante feudum sine consensu domini, an ipso iure cadat, an verò requiratur sententia, habes text. in c. 1. in §. denique, & ibi Bald. in 2. colum. quæ fuit prima causa benefi. amit. in vsi. feu. & dixi in d. l. 2. in 5. notab. in 2. quæst. s̃. eod. & ibi addidi pleraſque alias concordantias. Adde Alex. in cõs. 44. lib. 3. inc. visa facti narratione. ¶ In ead. gl. in fin. habes, quòd quamuis emphyteuta alienans sine consensu domini, vel aliter non seruata forma huius. l. cadat ipso iure à suo iure emphyteutico, tamen secus est in vsufructuario, qui potest etiam multo domino nedum ignorante alienare. d. l. cui vsusfr. hic allegata in glos. duplicem rationem diuersitatis assignat Sal. hic in 1. colum. ¶ Prima est, quia alienatio iuris emphyteutici facta ignorante dño, vel sine consensu dñi afferret magnum prę-
iudicium ipsi dño per ea, quæ vidistis. s̃. in gl. mag. super verbo alijs vendere. in secunda parte principali in illo disputabili art. an emphyteuta possit donare sine consensu dñi, ꝙ non est in alienatione vsusfr. ¶ Secunda est, quia per venditionem vsusfr. sola commoditas transfertur, & non ius, quia illud est personale, & separari non potest à fructuario. l. necessario. §. fin. ff. de peric. & commo. rei venditæ. quod secus est in iure emphyteutico. Et per ista sint expeditæ omnes glos. huius. l. fin. ¶ Extra glos. se offerunt plures vtiles, & quotidianæ quæstiones ad materiam huius. l. vltra eas, quas congruentius vidistis supra in text. & in glossis. Ex quarum quæstionum decis. habetis plures limitationes notabiles ad istam. l. vltra eas, quas assignaui

ADDITIONES.

* Rem.

a Vide decisio. Tol. 27. & Guido. Papæ. q. 92. & Io. Raynaldi in c. Imperialem. §. habito. in 16. col. de prohi. feu. alie. per Fride. PARPA.

b Nunquid autem vassalli. Adde l. fin. ff. ad l. falc. l. in tantum. ff. de lib. cau. l. non solùm. C. de prædi. min. Doct. in c. nulli. de re. Eccle. non alie.

c Nunquid autem. Adde Bart. in l. 1. ff. de contrahen. emp. Bart. Bald. & Doct. in l. 1. C. de re. permu. Bertachi. in tract. de gabel. in 7. parte.

d Adde Imo. in c. fin. in 32. col. cum seq. extra de præscrip. Cor. cons. 237. litera S. in 1. vol. PARPA.

e Idem, vult Alex. cons. 128. in 3. col. in 5. vol. & Fran. de Cur. cons. 81. PARPA.

f Vide pulchrè Barb. in c. si diligenti. in 33. colu. extra de for. compe. in fin. vbi decidit not. quæst. PARPA.

Source : BIU Cujas

ſignani. ſ. in tex. ¶ Et quia. ſ. in gl. magna in verb. alijs vendere, vidiſtis, ꝙ emphyteuta ſine conſenſu domini ius emphyteuticum, aut ſua melioramenta donare, legare, in eis hæredem inſtituere, & pignorare pote, ſt vidiſtis etiam in gl. parua. in verſi. tranſponere, ꝙ etiam poteſt permutare ſine requiſitione con-
107 ſenſus domini. † Prima ergo in ordine ſit quęſtio. An emphyteuta poſſit rem emphyteuticam in dotem dare ſine conſenſu domini, & intelligo in dotem filiæ ſuæ, vel etiam nunquid poſſit dare filio ſuo in donationem propter nup. Iſtam. quęſt. formant Spec. & Io. And. in d. §. nunc aliqua. in verſicu. 119. & determinat, ꝙ ſic, ꝙ poteſt in dotem dare ſine conſenſu domini, per plura de quib. ibi per eos, & maximè vbi aliàs donatio, vel alienatio eſt prohibita, & punitur: permittitur tamen alienatio cauſa dotis. Auth. res quæ. C. communia de leg. & l. fi. C. de lit. Sequitur ſimpliciter. d. Alex. in conſ. 314. incip. viſo themate, & ſcripturis. lib. 2. Intelligunt tamen ipſi hoc eſſe verum, dummodo emphyteuſis eo. iure ſit penes filiam, quo erat pœnes patrem, vt quib. caſibus fuiſſet finita penes patrem, finiatur etiam penes filiam. Et ibidem in ſeq. verſic. 110. ponunt laudemium, quod debeat pręſtari domino, quando res emphyteutica datur in dotem, de quo vltimo dixi. ſ. in text. in 15. not. in
108 9. queſt. ¶ †† Ibidem etiam in ſeq. verſicu. 111. ponunt, an ſi res emphyteutica fuerit data in dotem, & maritus ceſſauerit à ſolutione canonis per triennium, an incidat in commiſſum in præiudicium vxoris, de quo dicite, vt ibi per eos; & idem ꝙ Spec. & Io. And. ꝙ res emphyteutica poſſit in dotem dari filiæ ſine conſenſu domini, tenet etiam Hoſt. in ſumma tit. de loca. in §. fin. verſi. nunquid ergo res emphyteutica poteſt in dotem dari. idem ſimpliciter tenet Alb. de Roſa. hic in 2. col. in princ. idem ſimpliciter Io. Fab. hic, etiam Sal. in 4. colu. & Io. And. in d. c. potuit. & ibi Io. de Imol. in 12. colum. intellige tamen vt dixi hoc procedere, quando pater dat pro filia, vel ipſamet mulier. Si autem res emphyteutica daretur in dotem pro extranea muliere, eſſet tunc maius dubium, an requireretur conſenſus domini, in quo debet concludi ſm Imol. vbi. ſ. ꝙ aut datur inæſtimata, & tunc quia cenſetur quædam donatio, dicendū eſt prout latè dixi. ſ. in glo. magna. in ver. alijs vendere, in ſecunda parte prin. Aut verò datur æſtimata, & tunc quia ęſtimatio facit venditionem. l. quoties. cum ſim. ff. de iur. dot. dicendum eſt, prout dicitur hic in text. in venditione, & de hac. quæſt. an res emphyteutica poſſit in dotem dari ſine conſenſu domini, videte etiam Pau. de Caſt. in l. vſufru. in §. fin. ff. ſolu. matrim. & Bal. in l. voluntas. in 3. colu. C. de fideicom. vbi etiam per eum quid de fratre dante rem emphyteuticam in dotem pro ſorore, & ex iſtis habetis. 8. limitationem ad hunc text. vt non habeat locum, quando res emphyteutica datur in dotem pro filia, quia tunc non requiritur conſenſus domini. Alias limita-
109 nes vidiſtis. ſ. maximè in tex. ¶ †† Quid autem ſit in feudo, an
a vaſſallus [a] poſſit rem feudalem dare in dotem filiæ ſine conſenſu domini, ponit Io. And. in d. verſi. 109. & habetis tex. ꝙ nō in c. 1. §. donare, & ibi Bal. & alij. qualiter olim feud. pot. alie. & tex. in c. 1. de eo, qui ſibi & hęredib. ſuis, & in c. 1. & ibi Bald. an mari. ſucce. vxori in benefi. in vſib. feud. & text. in c. nuper. extra de don. inter vir. & vxo. & Bal. in c. 1. in prin. in 3. colum. de prohi. feud alie. per Fride. & in Auth. res quæ. C. communia de leg. Saly. in l. voluntas. in vlt. q. C. de fideicom. & in l. fi. in pen. q. C. de reb. alie. non alie. Albe. de Roſa. in tracta. ſuo ſtatutorum in prima parte. in q. 148. Imol. in c. ex parte. in 2. & 3. colu. extra
110 de feud. Pau. de Caſt. in conſi. 13. ¶ †† Secundò quæro, an emphyteuta poſſit rem emphyteuticam alij dare in emphyteuſim ſine conſenſu domini, vel an emphyteuta poſſit alium in ſua emphyteuſi pro ſuo incontro ſine conſenſu domini ponere. Spec. in d. §. nunc aliqua. in verſi. 125. tenet ꝙ non, cùm appellatione alienationis contineatur emphyteuſis. c. nulli. extra de reb. eccl. non alie. & §. nos igitur, in ver. alienationis autem, in Auth. de non alie. & l. fi. C. de reb. alie. non alie. & dicit Spec. ꝙ iſtud eſt verum de iure, & ita etiam de conſuetudine obſeruatur, & idem tenet ibi Io. And. in addi. idem videtur tenere Albe. hic in 3. colum. qui etiam de hoc allegat gl. in §. adeo. inſti. loca. & l. nemo prohibetur. cum ibi not. ſ. loca. idem in effectu tenet Imo. in d. c. potuit. in 14. col. in fi. vbi etiam declarat, quomodo tunc dominus ſuccedens in emphyteuſi tenebitur ad penſionem, ſi ſit maior, quàm illa, quæ ſibi præſtabatur, & quomodo tunc poſſit conſiſtere ſeruitus in re propria. Idem ꝙ. ſ. ꝙ emphyteuſis non poſſit ſine cōſenſu domini alij in emphyteuſim dari niſi fieret ad modicum tempus, tenet etiam Bal. in Auth. niſi rogati. in 7. col. C. ad Treb. & dicit ſecus eſſe in feudo, quia feudatarius poteſt ſubinfeudare pari, vel melio
111 ri ſine conſenſu domini, vt ibi per eum. Et de emphyteuſi idē etiam tenet Bal. in l. cum eſſent. §. per plurium. ff. de ſeru. ruſti.
b prędio. ¶ †† Tertiò quæro, nunquid emphyteuta [b] poſſit rem emphyteuticam alij concedere in feudum ſine conſenſu domini, puta aliquis habet in emphyteuſim perpetuam aliquod caſtrū, ꝙ alij vult infeudare, nunquid poſſit ſine conſenſu domini? Spec. in d. §. nunc aliqua. in ver. 129. determinat ꝙ ſic. Motus, quia iſtam conceſſionem in feudum fortè vult facere propter benemerita, vel ſeruitia alicuius, quæ ceſſant in directo domino. Item cùm dominus habeat directum ius, & per conceſſionem feudi transferatur vtile, certè iſtud vtile confunderetur à directo, & ſic expiraret ius feudi, cùm res ſua nemini poſſit ſeruire. Idem tenet Ioan. de Imo. in d. c. potuit. in 15. col. in prin. qui putat per rationes prædictas debere concludi prout latè concluſum fuit in donatione. ſ. in glo. magna in verbo alijs vendere. in ſecunda parte prin. Et ſic ex iſtis habetis nouā limitationem ad hunc tex. vt non procedat, quando emphyteuſis conceditur in feudum. ¶ Quid autem ſit èconta, nun-
c quid ' vaſſallus poſſit rem feudalem alicui concedere in emphyteuſim perpetuam, vel ad longum tempus ſine conſenſu domini, videte Bal. in c. 1. in prin. in 3. col. de prohi. feu. alie. per Frid. in l. voluntas. in 2. col. C. de fideicom. & quę notantur in c.
112 1. in §. pręterea. de cap. Corra. in vſib. feud. ¶ †† Quartò quęro,
d nunquid emphyteuta, [d] poſſit rem emphyteuticā locare ſine conſenſu domini. Et ſi quidem loquimur de locatione ad modicum tempus, eſt clarum, ꝙ ſic, quia per ſimplicem locationem ad modicum tempus factam nullum ius transfertur. imò nec poſſeſſio. l. non ſolet. ff. loc. l. nemo prohibetur. ſ. loca. & ita tenet Spec. in d. §. nunc aliqua. in verſi. 123. Si autem vult locare ad longum tempus, quo caſu transfertur vtile ius, & vtile dominium. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. vel emphy. peta. tunc eſt maius dubium. Specu. in verſi. 124. videtur ſentire, quod ſic, dum ponit, quid iuris ſit, quando emphyteuta locauit alicui ad longum tempus, & durante locatione res reuertitur ad dominum, puta per mortem emphyteutæ, an dominus erit obligatus ſtare dictæ locationi, tamen ibi Specu. non directè, nec clarè tangit hunc paſſum. Io. de Imo. in d. c. potuit. in 25. col. ponit in terminis, & dicit, ꝙ quamuis per talem locationem ad longum tempus transferatur ius vtile, & conſequenter videatur ꝓhibita, quia tamen in re propria non cadit locatio. l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſ. & l. ei à quo. ff. de vſucap. videtur, ꝙ non debeat requiri conſenſus domini, an ipſe velit conducere. Finaliter concludit idem debere dici, prout dixì in conceſſione in emphyteuſim. ſ. in 2. quæſt. adde Alex. in conſi. vlt. lib. 3. incip. viſis narratis, ad fi. ¶ Nunquid autem emphyteuta poſſit aliquem vſufructuarium facere in re emphyteutica abſq; eo, ꝙ requirat conſenſum domini? Bald. ſingu. tenet, ꝙ ſic, in l. 1. §. item in fundo. ff. quib. mod. vſusfr. amit. quem ſequitur dom. Alex. in conſi. 126. incip. ſuper eo, ꝙ queritur. in fin. ¶ Idem ſentit Bar. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſ. in pen.
113 col. in verſ. quæro quomodo poſſint plures. ¶ †† Quintò quę-
e ro, nunquid res [e] emphyteutica poſſit in ſolutū dari pro debitis ipſius emphyteutę ſine conſenſu domini, quando iſta in ſolutum datio fieret per iudicem. Bal. in c. 1. in prin. in 4. colu. de prohi. feu. alie. per Fride. tenet ꝙ ſic, quia cùm dicta alienatio ſit neceſſaria, videtur quòd poſſit fieri per iudicem, in iuribus ipſius emphyteutæ, ſaluo tamen ſemꝑ canone domini, alleg. plenè no. in l. ſi finita. §. ſi qua ſint iura. ff. de dam. infect. & l. 1. C. de condu. & procu. præ. lib. 11. & ibi etiam ponit Bal. quid in feudo. de iſtis videte latè per Bar. & alios in d. l. ſi finita. in §. ſi de vectigalibus. maximè in 5. & 6. col. Et ſic habetis. 10 limitationem ad hunc tex. vt non ꝓcedat, quando daretur in ſolutum, quia tunc conſenſus domini non requiritur. ¶ Intelligo tamen ſanè prædictam deciſionem, vt dixi, procedere, quando iſta in ſolutum datio fieret per iudicem, & ſic eſſet alienatio neceſſaria. Si autem per ipſum emphyteutam fieret, tunc dominus ip ſe deberet requiri. Et de hac quæſt. tangit etiam Aibe. hic iuxta principium, & ſe remittit ad ea, quæ dixit in l. 1. ſ. communia
114 vtriuſq; iud. ¶ †† Sextò q̄ro, nūquid plures [f] emphyteutæ poſ-
f ſint inter ſe rem emphyt. diuidere ſine conſenſu domini, puta plures filij fratres mortuo emphyteuta volunt inter ſe diuidere emphyteuſim, an poſſint irrequiſito conſenſu domini? Alb. hic iuxta principiū tangit, & ſe remittit ad ea, quæ dixit in d. l. 1.

C. com-

ADDITIONES.

a ¶ An vaſſallus. Adde Docto. in §. emphyteuſim. in Authen. de non alienan.
b ¶ Nunquid emphyteuta. Adde l. fin. C. de præd. decu. lib. 10. Doct. in c. potuit. de loca.
c ¶ Nunquid. Adde Specu. tit. de loca. in §. nunc aliqua. verſi. 122. & ſeq.
d ¶ Emphyteuta. Adde Io. de Imo. in c. potuit. de loca.
e ¶ Nunquid res. Adde Io. de Imo. in l. vſufru. ff. ſolu. matrimo. & quid in feud. vide per Bal. in d. c. hic alleg. vbi tenet quòd non.
f ¶ Plures. Adde Spec. tit. de loca. in §. nunc aliqua. verſicu. 12. & 95. Petr. de Anch. in c. potuit. de loca.

Source : BIU Cujas

C. communia vtriuſq; iud. Bar. verò in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. ff. de verb. obl. & in l. ideo. ff. de condi. fur. & in l. cùm hi §. ſi vni. ff. de tranſac. & in l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. & in eius conſil. 58. incip. ex themate prædicto tria dubia oriuntur, &c. concludit q̃ ſic, per tex. in c. 1. §. pręterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fride. vbi dicitur, q̃ feudatarij [a] poſſunt inter ſe diuidere feudum ſine conſenſu dñi, per tex. in l. voluntas. C. de fideicom. vbi ſi hæredes ſint prohibiti alienare, tamen inter ſe poſſunt alienare, & diuidere. adducit etiam ad idem bonam rationem; nam ratio quare prohibita eſt alienatio emphyteuſis irre quiſito domino, eſt, quia extraneus in quem alienaretur, non re cognoſcit dñm in directum dominum, nec ſibi tenetur actione perſonali ad cenſum. Et ideo dominus multum damnificaretur, quia volens ꝯ eum agere ad cenſum, haberet neceſſe ꝓbare de ſuo dominio, q̃ difficilè eſt multum, quam rationem declaraui. ſ. in gl. magna in verbo alijs vendere. in 2. q. prin. quæ ratio ceſſat, quando emphyteutæ diuidunt inter ſe, cum vnuſquiſq; recognoſcat dñm, & ei teneatur pro ſua parte actione perſonali ad cenſum, vnde dñs in nihilo damnificaretur, & ita ſe habet *communis opinio*, quam communiter ſequuntur Doct. maximè Mod. in prędictis locis, & maximè in d. §. duo fratres. [b] Idem ſimpliciter tenet d. Ant. de But. in conſi. 38. incip. viſo puncto, & inſtro. ¶ Pro qua opi. etiam vltra ſuperius adducta, bene facit, quia licèt diuiſio, quæ fit inter plures emphyteutas, ſit vera alienatio, non tñ poteſt habere locum deciſio. l. noſtræ. Qđ oſtendo, quia quãdo emphyteuta vult diuidere, certè per hoc non vult alteri vendere partem ſuam aliquo pretio, ita q̃ dñs volens tantundem præſtare, debeat cæteris præferri, imò vult partem ſuam diuiſam pro ſe retinere, & ideo iſta. l. locum habere non debet. [c] Intellige tamen iſtam deciſionem procedere, q̃n diuiſio fieret pro his partib. pro quib. emphyteutæ obligati ſunt ad penſionem dño: ſecus ſi in diuiſione fieret adiudicatio totius rei emphyteuticæ vni, [d] quia tunc non poſſet ſine conſenſu dñi, quia tunc ceſſarent fundamenta prædicta. ¶ Et ſic habes. 11. limitationem ad iſtum text. vt non ꝓcedat in plurib. emphyteutis volentib. inter ſe diuidere, quia poſſunt ſine conſenſu domini, & de iſta. q. vltra prædicta vide etiam Spec. & Io. And. in d. §. nunc aliqua in ver. 72. & in ver. 147. & Specu. in tit. de feud. §. quoniam. verſi. 37. Bal. in d. l. voluntas. in 2. col. Fed. de Sen. in conſi. 228. incip. factum tale eſt duo fratres, &c. & q̃ 115 no. Bar. & Bal. in l. in familię. C. fam. ercis. ¶† Quid autem ſit in feudo, an plures vaſſalli poſſint illud inter ſe diuidere ſine conſenſu domini, vide Bal. in c. 1. in prin. in 4. colu. & in §. præterea ducatus, vbi text. & ibi latè Bald. de prohi. feud. alie. per Fride. Spec. in tit. de feu. §. 2. verſ. 31. cum trib. ver. ſeq. & ibi Io. And. in rub. in pen. col Old. in conſi. 233. glo. & Bal. in l. communi diuidundo. 2. in prin. ff. communi diui. gl. & Bal. in d. l. in familię. Bal. in l. ſi plures. in 2. col. ĩ. de condi. inſer. & in d. l. voluntas, & in c. vno delegatorum. extra de offic. deleg. And. de Iſer. in c. 1. ad finem de feud. March. gl. fi. in c. licet. extra de voto & q̃ no. Bar. in l. inter tutores. ff. de adminiſt. tuto. & in l. arbor. §. fin. ff. communi diui. & in l. Lucio. §. 1. ff. de aqua quo. & æſti. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. in prima. q. de verb. obl. & Fede. de Sen. in conſi. 228. incip. factum tale eſt. & Imo. & Pan. in ca. prudentiam. extra de offi. deleg. an autem remiſſio fideicom. facta inter fratres ſine conſenſu domini dicatur alienatio, ita vt per hoc res ad dñm reuertatur, dicite vt per Bar. in d. l. qui Ro- 116 mæ. §. duo fratres. in 10. quęſt. de verb. obl. ¶† Septimò [e] quęro iuxta proximam præcedentem quæſtio. an plures [f] emphyteutæ poſſint inter ſe alienare [g] irrequiſito domino, vel tempore diuiſionis, vel poſt diuiſionem factam, quæ quæſtio eſt multum dubia. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. ff. de verb. obl. in d. l. & ideo. ff. de condi. fur. & in d. l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſact. & eius conſi. 58. incip. ex themate prædicto tria, &c. & in d. l. ſi dominus. §. fi. & in l. 1. per illum tex. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 10. & in omnib. iſtis locis Bar. tenet indiſtinctè, q̃ plures emphyteutæ quocunq; titulo poſſunt inter ſe alienare ſine conſenſu domini, licèt alibi ipſe Bar. tangat, & non decidat in l. pater. §. quindecim. de leg. 3. mouetur per illamet fundamenta, quæ retuli in præcedenti art. & idem q̃ Bar. tenet Ang. in d. l. ſi domus. §. fi. & Sal. in l. ea l. C. de condi. ob cauſam, & in hac. l. in 7. col. in princ. & Io. Cal. in ſuo conſi. 5. poſito in tit. de loca. Pau. de Caſt. in d. §. duo fratres, & in d. l. cùm hi. §. ſi vni. ¶ Et tenendo iſtam partem habes. 12. limitationem pulchram ad iſtã. l. vt non procedat in plurib. emphyteutis volentib. inter ſe alienare, quia poſſunt ſine conſenſu domini. ¶ Contrarium tenet Gul. de Cun. in d. l. cùm hi. in §. ſi vni pluribus ſúe. de quo etiam facit mentionem Bar. in prædictis locis, motus per illum text. & l. ſi pupillorum, in prin. ff. de reb. eor. & reſpondet ad l. voluntas, & ad d. §. quindecim. alleg. per Barto. & bene, quia ibi non fuit cauſa prohibitionis niſi quo ad extraneos, non autem inter ſe, & idem ſeq̃tur Bal. in l. dudum. C. de contrahen. emp. & in d. l. voluntas, & iſta pars mihi magis placet, quia conſidero, q̃ ratio ſuper qua ſe fundat Barto. facit contra eum, nam dicit ipſe, q̃ ratio quare prohibetur emphyteuta alienare ſine conſenſu domini, eſt, quia fieret præiudicium domino, cùm ille tertius non ſit obligatus domino actione perſonali, prout eſt ipſe emphyteuta, quæ ratio ceſſat, quando ſunt plures emphyteutæ vnius domini, cùm vnuſquiſque ſit obligatus actione perſonali domino ad canonem emphyteuticum. Nam iſta ratio videtur ſtringere contra Bar. quia licèt vnuſquiſque ſit obligatus actione perſonali domino pro parte ſua, cùm obligationes hæreditariæ ipſo iure pro rata diuidantur. l. 1. ĩ. ſi cer. pet. & in l. 1. per totum. ĩ. de hęre. act. tamen pro alia parte, quam emit à ſocio, non eſt verum, q̃ ſit obligatus domino actione perſonali, ergo iſta ratio concludit, quòd inter ſocios alienatio non ſit permiſſa, ſed q̃ ſocius volens alienare partem ſuã debeat requirere conſenſum domini, an velit tantum præſtare pro eius parte quantum ille ſocius. bene verum eſt, quod in diuiſione, quæ fit inter eos pro ſuis partibus, militat ratio prædicta, & tunc bene verum eſt, q̃ non requiratur conſenſus domini, prout tenui in q. præced. ¶ Et ad hanc partem etiam inuenio, quod tenet pater, & obſeruantiſſimus. d. præceptor meus. d. Alex. de Imo. in l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. vbi limitat notabiliter & bene hanc partem, niſi emphyteuſis eſſet accepta pro ſe, filijs, & hęredibus, quia mortuo patre inter iſtos filios ſit locus iuri accreſcendi, vt declarat Barto. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obl. & ſic iſta dicitur potius quædam renunciatio, quã alienatio, vt eſt tex. no. in c. 1. cum ibi no. de alie. feud. vbi idem dicitur in feudo taliter conceſſo, vt no. Bal. in d. l. voluntas. C. de fideicom. & in c. 1. in prin. de prohi. feu. alie. per Fride. Et ſic videtur, q̃ hoc caſu ſit conceſſa, aliàs ſecus, & ad iſtam. q. videte 117 etiam quod no. Bal. in d. c. 1. in vlt. col. de alie. feu. ¶† Octauò quæro, an emphyteuta in re quã habet in emphyteuſim, poſſit imponere ſeruitutem ſine conſenſu domini, an verò requiratur eius conſenſus, ita q̃ ſine eo ſeruitutem imponens cadat à iure emphyteutico. Iſtam q. ponit Bal. in l. & in ꝓuinciali, quæ eſt l. 3. C. de ſeru. & aqua. vbi arguit ad partes, & primò q̃ poſſit ſine conſenſu domini per l. 1. §. pen. & fi. ff. de ſuperficie, & l. 1. ff. quib. mod. feu. amit. ¶ In contrarium adducit, quia emphyteuta non poteſt alienare ſine conſenſu domini, ergo nec ſeruitutem imponere. l. fi. C. de reb. alie. non alie. ad idem adducit, quia emphyteuta non habet proprietatem, ergo ſine conſenſu proprietarij non poteſt ſeruitutem imponere. Lin concedendo. ff. 118 de aqua plu. arc. † Ad idem adducit, quia licèt maritus conſtante matr. dicatur dominus rei dotalis. l. doce ancillam. cum ſi. C. de rei vend. tamen quia non habet liberum dominium, non poteſt ſeruitutem imponere. l. Iul. cũ ſeq. ff. de iure dot. [h] ¶ Finaliter concludit Bal. poſt Gul. de Cun. q̃ emphyteuta poſſit ſeruitutem imponere in re emphyteutica ſine requiſitione conſenſus domini, & q̃ durabit ſeruitus pro tempore, quo durabit ius emphy. & non vltra, argu. l. ſi is cui. §. fi. ff. quemad. ſerui. amit. & l. lex vectigali fundo. ff. de pigno. & quod in ſimili habetur de vaſſallo in c. 1. circa medium. de inueſti. de re alie. fac. ¶ Nec obſt. quod emphyteuta alienare non poſſit ſine conſenſu domini, vt hac. l. quia reſpondet hoc non eſſe verum in omni ſpecie alienationis. l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. & dictum eſt latè. ſ. in gl. magna. in prin. in verbo alijs vendere. maximè in ſecunda parte princ. Et ſic ſm eum tandiu durabit ſeruitus impoſita per emphyteuam, quandiu durabit ſeruitus imponẽtis, poſtea reſoluetur ipſo iure. arg. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. & l. Statius Florus. in §. Cornelio fœlici, vbi caſus notabilis. ff. de iure fiſci. ¶ Et pro hac opinione, quòd emphyteuta poſſit ſeruitutem imponere ſine conſenſu domini, ego addo gl. ordinariam in l. 2. ff. de ſeru. tit. generali, & Bald. in c. 1. §. quid ergo.

de

ADDITIONES.

a ¶ Feudatarij. Adde Io. And. in addi. Specu. ſuper rub. de feud. Old. conſi. 232. incip. perlec. diligenter. Docto. in c. ſi hæredes. de teſta.

b ¶ Idem vult Alex. conſi. 6. 1. col. in fi. in 5. vol. & Cum. conſ. 80. Alex. con. 139. in 2. col. in 2. vol. PARPA.

c Idem in d. §. ſi vni. eſt de mente Alex. in l. ſi dominus. §. fin. colu. pen. de leg. 1. facit Berthac. in tract. de gabel. part. 3. 8. par. q. 2. Gui. q. 46. in facto. PVRPV.

d Vni. Adde q̃ contrarium tenet Ripa in d. §. duo fratres. nu. 86. pro quo eſt. C. 1. §. omnes filij. ſi de feu. fuer. contro. inter do. & agnat. PANCIR.

e Et limita hanc partem in emphyteuta eccleſiæ. Bal. in l. voluntas. col. 2. C. de fideicom. PVRPV.

f An plures. Adde. l. pater. §. quindecim. de leg. 2. Pau. de Caſt. in l. cum hi. in §. ſi eidem. de tranſac. Bal. in l. voluntas C. de fideicom.

g Adde Hippol. ſing. 28. & Pau. de Caſt. conſ. 431. in 2. col. in 2. vol. PARPA.

h Idem vult Iaco. in titu. de actione inſtrumenti. in 3. par. Cep. de ſerui. vr. in cap. 14. & Capel. Toloſa. quæſtio. 361. & Bonifa. de Amadeis conſ. 1. incip. non dubito. PARPA.

Source : BIU Cujas

a huius l. Adde Spec. idem tenentem [a] in d.§.nunc aliqua.in ver. 119 & Imo.in d.c.potuit.in 5.col.quicquid ibi teneat. d. Cardi. Flo & Ang.de Aret.in §.adeo.ad fin.insti.loca.vbi dicit hanc.l. esse extendendam ad superficiarium, & censualem,qui soluũt aliqid nomine pensionis.Item addo,ꝙ etiam ista. l. habet locum in colono partiario,qui accepit rem in emphyteusim,vt in alienatione teneatur requirere consensum domini,& soluere quinquagesimam, secundum Specu. in d. §. nunc aliqua.in versi. 04.& sequitur Io.Fab.hic in prin.& ista notate ad exten-
132 sionem huius.l.† Decimononò quæro,emphyteuta [b] vendi-
b dit ren emphyteuticam sine consensu domini, sed non tradidit,ancadat à iure suo? Spec.sing.in d.§.nunc aliqua.in ver. 95. tenet,ꝙ non.Motus,quia verbum vendere,est cum effectu intelligendum.l.1.§. hæc verba.el 1.cum vulgarib. ff.quod quisque iuris. Et quia non dicitur perfecta venditio ante traditionem.§.vendite.insti.de rerum diuis. & c. cum Io. propè princ.
c extra de fide instru. Idem [c] tenet Sal. hic in pen. col.in fi.qui ẽt pro hoc adducit,quòd quando non interuenit traditio in contractu venditionis,nudo consensu ab ea receditur, & pro non facta habetur.l.ab emptione.in princ. ff.de pact.& in l.1.de pericu.& commodo rei vend.idem simpliciter tenet Albe.hic in vlt.verbis,& sequitur Io.An.Pau.de Elea. & d.Anto.de Butr.in d.c.potuit.Et idem cum Spec.tenet simpliciter d. Ant. de But. in cons.38.incip.viso puncto,& instrumento.ad fi. dom. Alex. in cons.314.incip.viso themate & scripturis.in 2. colum.lib.1. Idem tenet in vassallo Bal.in c.1. §. aut si liuellario. in vlt. col. quib.mod.feu.amit.& in c.1.in princip.in 1.colum.in fi.de prohi.feu.alie.per Fride.& in c.1.§.denique.quæ fuit prim.cau.be-
* nefi.amit.in vsib.feud. *Et ista est communis opin.* pro qua addo gl. in l.1.in §.si rem depositam.in gl.1.& ibi in simili Bar.ff.depositi,& quod no.Bald.in l.3.C.vt in pos.leg. quamuis contrarium teneat Io.de Imo.in d.c.potuit.in 41.colu. & seq.inducendo.l. alienatum.cum glo.1.ff.de verb. signifi. vt ibi per eum. ¶Et ex his habetis. 15. notabilem limitationem ad hunc textum, vt procedat,quando emphyteu.vendidit,& tradidit, secus si solũ
d vendidisset.¶Istam tamen communem [d] conclu.limitat sing. do.Ant.de But.in consi. 35. incip. de iure absque longa allegatione planum mihi videtur,&c.quando emphyteuta, qui vendidit,nec verè,nec fictè tradidit:si autem verè, aut etiam non verè,sed fictè tradidisset,vt quia cõstituisset se nomine emptoris possidere,dando licentiam intrandi possessionem dictæ rei, tunc bene emphyteuta caderet à iure suo,non obstante etiam ꝙ dictus emphyteuta venditor post tractum temporis dictã rem emphyteuticam redemerit, & soluerit canonem domi-
133 no ignoranti dictam alienationem.¶† Motus,quia licèt constitutum dicatur ficta traditio,tamen transfertur vera, & propria possessio,& vtile dominium.l.certè. §.1. & §. Iulia.in verbo. ego præcario habere. ff. de precario, & l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & in terminis Barto. in l. ab emptione. ad fin.ff.de pact.& Bal.in c.item inuestitura.de no.feudorum. Io. Andr. in addi. Specu. in titu. de emptio. & vendi.§.1. in versicu.& not. ꝙ expresè. in addi.quæ incip. & dubitat. quam limitationem perpetuò notate,quia communiter in instrumentis venditionum apponitur constitutum. Et pro ista limitatione addo Iaco.Alua.qui idem tenet in simili in vassallo, in c.1. in versi.quid autem si traditio.in tit.quid iuris,si post alie. feud. vassallus, id recup. De eo autem ꝙ dicit dom.Anto. quando emphyteuta redemisset, quid iuris,dicam. ſ.in sequen. quæst.
134 ¶† Per prædicta plenè etiam apparet,si emphyteuta promisit de vendendo, ꝙ per hoc multominus cadit à iure suo. de quo in specie ponit Pau. de Cast. in l. in bonæ fidei. in §. si tamen. ff. de eo, quod certo loco. Et de hoc,an qui non potest alienare,possit promittere de alienando.vide Bal.in l.fi. C.ad l. Falc. Quid autem sit,si emphyteuta vendens, vel donans etiã cum consensu domini, posteà inducit nouum emphyteutam in possessionem sine consensu domini,an per hoc priuetur iure suo,ponunt Ioan.de Imol.& Moder.in l. si domus. §.fi.ff.de leg.1.& tenent ꝙ sic & bene. text. est hic in versi. necessitatem, iuncto versi.finautem nouum,& dixi supra in glo. magna, in
135 verbis alijs vendere.in 2.par. princip. ¶† Vigesimò quæro,&
e est multum pulchra quæst. Quid si emphyteuta [e] alienat emphyteuticam rem irrequisito domino, & postea redimit,an ꝑ hoc euadat pœnam caducitatis? Specu. in d. §.nunc aliqua.in versi.96 tenet ꝙ sic,arg.ca. si quis presbyterorum. extra de reb. eccles.non alie.& c.de multa.extra de præben.& l. ex hoc edicto.§.si quis.ff.de alie.iud.mut.cau.fac.& l.sequitur.§.item Labeo.ff.de vsucap.& per text.in d. c. potuit.in versi.nisi celeri satisfactione. & dicit ꝙ ita fuit obtentum Bononiæ, quamuis referat alios dicere contrarium de rigore iuris, eo quia sufficit dolum semel esse commissum.l.1. §.rem depositam. ff.depositi. & l. rogasti. ff. si certum peta. Et quia ex tali pœnitentia quis non desinit esse nocens.l.qui ea mente.ff.de fur.& l.quis sit fugitiuus.in princip.ff.de ædil.edic.& cum hac opin.Specu.simpliciter.tenet Ioan.Fab.hic circa princ.Sal.hic in vlt.colum.refert istam opi. posteà titubat. Et primò dicit,ꝙ teneamus opi. glo. fin. hic in verb. cadat, quæ vult emphyt. alienantem sine consensu domini ipso iure dadere; ex quo per alienationem acquisitum est domino ius caducitatis, videretur dicendum, ꝙ redimendo non euadat pœnam; posteà dicit, ꝙ illud, quod dicit illa glo.fin.debet intelligi si dominus velit,ergo si emphy. redimat,antequam dominus sciuerit,videtur excusari à caducitate:finaliter concludit,& stat in hac sententia, ꝙ si celeriter redimat,ꝙ euitat pœnam,per tex.in d.c.potuit.in versi.nisi celeri, qui versiculus videtur debere referri ad omnia præcedentia,& sic nedum ad casum, quando cessauit soluere,sed etiam ad casum,quando alienauit sine consensu domini. Idem quod Specu. videntur tenere Io. And. & dom. Anto. de Butr. in d. c.potuit,& Io.And.in d.versic.116.quamuis dicat in feudis contrarium esse expressum,quòd si vassallus alienet,& postea redimat,quòd euitat pœnam caducitatis in rubr.& in c.1.quid iuris,si post alie.feud. vassall.illud recupe. ¶Aduertendum est tamen quantum ad d.c.potuit.versi.nisi,ꝙ parum facit, quia ille ver. non refertur nisi ad casum, quando cessat debito tempore soluere, quo casu bene potest celeri satisfactione moram purgare. Et ꝙ ad istum casum tantum referatur,tenet ibi glo. & Io.And.d.versic. 116. & in d.c.potuit, & ibidem Imo.in 41. colum.quod patet secundum eum, quia verba dicti versi.nisi. non videntur bene adaptari posse ad casum,quando fit venditio sine consensu domini,quia si emphyt. vendidit,& tradidit, & non redemit,frustra diceret tex.ꝙ iste posset expelli,cùm res non esset apud eum,sed apud emptorem,& sic cùm verba illius ver.non bene adaptentur ad hunc casum, nõ videtur posse fieri bonum fundameutum de illo text. & maximè,quia nõ videtur eadem ratio purgandæ moræ, quando emphyteuta alienauit sine consensu domini, sicut quando cessauit soluere, cùm primo casu delinquat faciendo, ꝙ est grauius quàm secundo,vbi delinquit omittendo,vt latè dixi in l.2.in glo.in verbo trienniuu.in 19. quæst. s. eod. ¶Contrariam opin. ꝙ imò emphyt.qui vendidit, & tradidit non excusetur à caducitate, siue redemerit ex interuallo, siue celeriter, tenet Albe. hic in penul.col.post Dyn.qui dicit, ꝙ ista opi. est verior de stricto iure,quamuis sit alia æquior.Motus per glo. fi. huius. l. in verbo cadat,quæ dicit ipso iure,si ipso iure cadit alienando, ergo non potest redimendo tollere ius quæsitum domino.Eandem opi. tenet vbiq; Bart.in l.sequitur.§.item Labeo. ff.de vsucap. per l. 1.§.si rem.ff.depos.& l.quidam in testamento, & l. rogo.de fideicom.lib.& per casum d.c.1. quid iuris,si post alienationem feud. vassallus id recupe. quæ iura ante eum ibi allegat Dy. & refert Albe.hic,idem tenet Barto.in d.l.1.§.si rem,& l si quis libellos.ad fi.C.de appella.facit,quod not.ipse Barto. in l.si insulam.in 6.q.ff.de verb.oblig. Idem etiam in vassallo tenet Bal. in c.1.in prin.in 2 colum.de prohi.feud.alie.per Frid.eandem opi. in emphyteuta tenet Pet.de Anch.in d.c.potuit, & ibi Imol.in
* 41.colum.& sequ.qui dicit, ꝙ *ista est communis opin.* & ꝙ etiam magis procedit de iure quàm alia,& ꝙ in practica difficile esset obtinere contra istam opi.Idem tenet Imo.in l.si à me tibi. ff.ad l.Falci.idem tenet Ang.& Ludo. Roma. in d. §. item Labeo,& dom.Anto.de Butr.in d.cons.35.incip.de iure absq; longa allegatione planum mihi videtur, &c. Motus, quia ex quo est facta executio à iure,non debet posse admitti purgatio moræ.l.si res obligata. ff. de leg. 1. cum alijs ibi allegatis per eum. Subdit tamen dom.Ant. de Butr. quòd ista pars est vera de iuris rigore, sed de æquitate putat eum euitare pœnam,si aliter domini non interest, quia eius conditio non fuit facta deterior,& maximè in emphyteuta Ecclesiæ, cum clerici in pœnis non debeant esset tenaces,vt ibi per eum.Eandem opin.tenet Iac.Aluar.in d.c.1.quid iuris,si post alie.feu.vassal.id recup.&c.

¶Tenen-

ADDITIONES.

a ¶Vide Fran.Aret.consi. 14. in 4. colum. vbi tenet contrarium. Socin. clarè cons.208.in 4.colum.& 266.in 5.colum.& Deci.consi. 264.in 2.colum.circa finem. PARPA.

b ¶Emphy.Adde.c.relatum.de cle.non resid.& in c. hæc autem verba.de pœn. distin.1.

c ¶Adde,ꝙ idem tenet Petr.Iac.in ti.de act.in rem.in 4.colum. & Cuma.consi. 41.circa prin.& Fran.de Cur.cons.8. PARPA.

d ¶Adde,quod vult Fulg.consi.3.& Præpo.in c.Imperialem.in 1.colu. cum seq. de prohi.feu.alie.Idem vult Pau.de Cast.in l.1.§.in rem.ff.depos.Cum.cons. 41. vide Io.Ray.in c.imperialem.§.habito.in 7.colum.de prohi. feu. alie.vbi videtur velle contrarium,& latè Guid.Papæ decis.101.Fran.de Cur.cons.8. Iac.in suo tract.in gl.& cum pacto de non alie.in 2.col. PARPA.

e ¶Emphy.Adde ca.demum.80.dist.& in ca.diuortium.& vtrobiq; per Docto. de pœn.dist.1.l.ex hoc edicto.§.pen.ff.de alie.iud.mut.causa.fac.

Source : BIU Cujas

* ¶ Tenendo hanc opin. *quæ eſt communior*, quòd emphyteuta redimendo rem alienatam ſine conſenſu domini non euitat pœnam caducitatis, limita eam procedere, niſi in prima alienatione emphyteuta alienans feciſſet pactum incontinenti retro ſibi vendere, ſeu incontinenti debere ſibi reſtitui, quia tunc per talem alienationē non caderet à iure ſuo, ita limitāt Ang. & Ludo. Roma. in d. §. item Labeo, & ante eos dom. Anto. de
136 But. in d. c. potuit. in 2. colum. in fi. † Et vltra allegata per Ludo. Roma. facit. l. plerique. ff. de ritu nupt. & quod in ſimili voluit Ang. in l. voluntas. ad fi. C. de fideicom. vbi voluit ſingu. q̄ prohibitus alienare extra familiā, poſſit alienare cum pacto, quòd incontinenti debeat reſtitui familiæ, quia non dicitur tunc alienatio fieri extra familiam, quæ momento eſt penes alium duratura, argu. in l. fi. vbi text. no. ad hoc. C. de bon. quæ lib. ¶ Limitat etiam ſecundò prædictam conclu. dom. Anto. de Butr. in d. conſ. 35. vt de æquitate emphyteuta alienans, & redimens euadat pœnam caducitatis, ſi aliter domini non interſit, vt quia eius conditio non fuerit facta deterior. arg. d. c. de multa. extra de præben. d. c. fi quis presbyterorum. cum alijs ibi alleg. per eum. quæ limitatio non placet mihi, cùm multū interſit domini propter eius caducitatem ius ſibi acquiſitum, abſque eo, quod aliud intereſſe eueniat, vt ex prædictis appa-
137 ret. ¶† Nunquid autem emphyteuta, qui vendidit, & poſteà redemit, dicatur poſſidere eo iure, quo antiquitus habebat, ponit Bar. in l. ſi à me tibi. ff. ad l. Falcid. & eſt text. in ſimili in vaſſallo, vbi Bal. declarat in d. c. 1. quid iuris, ſi poſt alienationem feu-
138 di vaſſallus id recuperet. ¶† Vigeſimoprimò quæro, [a] iuxta
a duas proximas quæſtio. pone, quod emphyteuta vendidit rem emphyteuticam irrequiſito domino cum pacto. l. commiſſoriæ, vel addictionis in diem, & reſolutus eſt contractus per euē tum conditionis, nunquid emphyteuta euadat pœnam caducitatis. Bald. ſing. poſt Gul. de Cun. in l. ab emptione. in vlt. col. ff. de pact. tenet, q̄ ſi ab initio tempore alienationis tale pactū fuerit appoſitum, & per euentum conditionis reſolutus fuerit contractus, q̄ excuſatur emphyteuta à caducitate; ſecus ſi tale pactum fuerit appoſitum ex interuallo poſt alienationem, motus ex doctrina gl. ſolenn. ibi, quæ dicit, q̄ quando pactum. l. commiſſoriæ, vel addictionis in diem apponitur ab initio tēpore celebrati contractus, quòd tunc contractus reſoluitur ip-
b ſo iure, & ipſo iure transfertur dominium, [b] ſecus ſi ex interuallo, quam gl. etiam Ang. ibi in penul. colum. in prin. reputat perpetuò tenendam menti, & hoc notate pro confirmatione eius, quod tenui. s̄. in 19. queſ. Et ex hoc habetis. 16. pulchram limitationem ad hanc. l. vt non procedat, quando tempore alienationis factæ ab emphyteuta irrequiſito domino appoſitum
139 fuiſſet pactum. l. cōmiſſoriæ, vel addictionis in diem. ¶† Vigeſimoſecundò quæro, pone quod emphyteuta vendidit irrequiſito domino, non ſeruata ſolennitate, quæ per formam ſtatuti, vel conſuetudinis requiritur, puta mulier vendidit ſine præſentia propinquorum, quæ à ſtatuto exigitur, an per hoc cadat à iure emphyteutico? Bald. ſingu. in l. 2. in 1. colum. s̄. de epiſc. audien. tenet q̄ non, quia verbum venditionis, prolatum abſolutè, non comprehendit venditionem, quæ eſt nulla ex defectu ſolennitatis. argum l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. facit ſecundum eum, quod no. in l. alienatum. ff. de verbo. ſigni. ¶ Addo pro hac deciſione bene facere illud, quod decidit Barto. in l. filium. §. ſi quis contratabulas. per illum tex. ff. de leg.
140 præſtan. † Vbi decidit, q̄ ſtante ſtatuto, q̄ ſi aliquis ceſſerit actionem alicui nobili, cadat à iure ſuo, q̄ ſi quis ceſſerit, qui cedere non potuit, vel ceſſio fuit inutilis, q̄ non cadat à iure ſuo per illum text. & l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonor. poſſeſ. contratabu. & l. continuus. §. cùm quis. ff. de verb. oblig. & idem tenet Bald. in l. quid ergo. §. cùm autem. ante fin. per illum text. ff. de infami. facit quod no. Bal. in l. 1. §. fi. ad fi. ff. quod quiſque iur. de ſtatuto puniente opponentem exceptiones, q̄ opponens exceptionem, & ineptè non incidit in pœnam ſtatuti. Et ad iſta videte, quod not. Barto. in l. vbi pactum. in vltim. colum. C. de tranſact. & in d. l. continuus. §. cùm quis. ff. de verborum. oblig. in quibus locis ponit an, & quando ſufficiat aliquid de facto fieri, poſito q̄ de iure non teneat. Et ex his habetis. 17. limitationem ad hunc text. vt procedat in alienatione
141 valida. ¶† Vigeſimotertiò quæro, [c] emphyteuta vendidit
c rem emphy. præſente domino, an dominus habet neceſſe proteſtari de iure ſuo. Cyn. & Ang. hic dicunt, q̄ glo. hic quærit, & non ſoluit, & q̄ quidam habent additionem in glo. quæ dicit, q̄ non volunt allegare glo. magnam ſuper verbo alijs vendere. in 5. parte. princip. quæ nihil dicit de præſentia domini, ſed ſolùm, an quando emphyteuta alienat, debeat alienare ſaluo iure domini, vel ne. Petr. & Cyn. hic diſtinguunt, aut emphyteuta vendit ſimpliciter, & non eſt neceſſaria proteſtatio domini, quia non dicitur vendere niſi ius ſuum. l. qui tabernas. ff. de contrahen. emptio. aut vendit rem pleno iure, & tunc eſt neceſſaria proteſtatio domini. l. fideiuſſor impetrauit. §. pter. ff. de pigno. & ita etiam tenet Albe. hic in 2. colum. & Ange. in vltim. colum. facit quod not. per glo. & Docto. in l. Cains. ff. de pigno. act. & latè Barto. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matrimo.
142 ¶† Vigeſimoquartò quæro, [d] pone emphyteuta alienat ir-
d requiſito conſenſu domini, & tempore alienationis in inſtru-
e mento dicit, [e] ego alieno ſaluo iure, & ſaluo conſenſu domini, an per iſtam proteſtationem excuſetur à pœna caducitatis? Bald. in l. vnica. in 12. colum. in verſicu. quæro, quid ſi prohibita eſt alienatio ſub pœna. quem verſic. aliqui libri habent in 4. colum. C. de his, quæ pœn. nom. tenet q̄ dicta proteſtatio nihil releuat, nam dicit, quòd licèt emphyteuta, vel vaſſallus dicant vendo, & trado reſeruato conſenſu domini, q̄ iſta proteſtatio non releuat, quia in ipſo facto requiritur licentia, & quia traditio eſt facti, & ſic factum eſt contrarium proteſtationi, ergo proteſtatio nihil releuat. Sed ipſe idem Bald. in c. 13. §. fin. in vltim. colum. quæ fuit prima cauſa benef. amit. in vſib. feud. dicit multum ſingu. q̄ quamuis ſit dictum ſaluo iure domini vel Eccleſiæ, tamen ſi proceſſum eſt ad traditionem ſub illa forma, illa verba non releuant, quia cùm non ſit denunciatum domino, clam videtur fieri, & per conſequens dominum contemni. Sed ſi adijciat illa verba, nec aliter, nec alio modo, quia tunc nihil videtur actum fore, non perderet emphyteuſim, vel feudum, quia conſtat, q̄ non intendit alienare, niſi poſſit, & non aliter, iuxta not. in ſimili in l. ſi quidem. C. de excep. & in l. item Labeo. §. fin. ff. famil. erciſ. & in l. ſi quis locuples. ff. de manu. teſt. Et hoc multum notate pro 18. limitatione ad hanc l. & pro cautela contra eius diſpoſitionem. de quo etiam videte Bald. in c. quę in eccleſiarum. circa. 10. colum. extra de conſti. & d. l. ſiquidē. C. de excep. & vide omnino no. per eundem Bal. in c. Cumana. in 4. col. de elect. & in c. 1. §. hoc quoq;. de ſucceſ. feud. & d. Card. Flo. in c. 2. extra de feu. & Iac. Alua. in c. 1. §. fi. quę fuit prima cauſa benef. amit. & quod no. Bal. hic ad fin. cum alijs concord. quas dedi in glo. magna ſuper verſ. alijs vendere, in 2. parte prin. in 2. q. dum tetigi, an emphyteuta Eccleſiæ poſſit donare ſine conſenſu Eccleſiæ. vide etiam Hoſti. & d. Abb. in c. ea te. extra de iureiuran. qui ponunt de emphyteuta, vel vaſſallo alienante ſaluo honore domini, & refert Ludo. Rom. in ſing. ſuis in ſing. 518. incip. tu habes, q̄ ſi vaſſal. &c.
143 ¶† Vigeſimoquintò pone, q̄ emphyteuta alienauit ſine conſenſu domini, ſub iſta conditione, vendo & alieno tibi, ſi, & quantum de iure poſſum, & non aliter, & poſtea ſequatur traditio, an per iſtam conditionem adiectam alienationi excuſe-
f tur emphyteuta à pœna caducita. Bald. ſingu. determinat, q̄ ſic [f] poſt Iaco. Ardiz. in c. 1. §. hoc quoque. in penul. colum. de ſucceſ. feud. & dicit quòd ita aliàs habuit conſulere de facto, limitando vt ibi per eum, & ita etiam tenet Iaco. Aluar. in c. 1 in princip. in penul. colum. circa princip. in verſic. quæro, quid ſi vaſſallus vendat, &c. de prohibi. feud. alie. per Fride. & hæc notare pro 19. limitatione huius l. & pro cautela contra eius
144 diſpoſitionem. ¶† Vigeſimoſextò quæro, quid ſi emphyteuta alienauit ſine conſenſu domini ſub conditione, ſi domino placuerit, vel ſub conditione ſi conſenſus domini acceſſerit, an per adiectionem huius conditionis excuſetur emphy. à pœna caducitatis? Alb. hic in vlt. col. poſt Alb. Papien. determinat, q̄ ſic,

ADDITIONES.

a ¶ De pacto. l. com. Cur. ſenior conſi. 8. col. fi. PVRPV.

b ¶ Adde, quòd idem in pacto de retrouendendo. Sed an quando eſt appoſitum pactum de retrouendendo poſſit dominus retinere rem emphyteu. iure prælationis, nec teneatur retrouēdere, vide Iac. Guilho. Auli. conſ. 71. vbi cōcludit, quòd poterit retinere liberè, vel habere laudemium. vide etiam Bald. conſ. 252. incip. ſtatuto. in 3. volum. bene facit quod vult Com. conſ. 65. & Math. de afflict. in tracta. de iure protomiſeos. §. licèt enim dicatur. in 7. col. PVRPV.

c ¶ Bene facit, quod vult Bald. conſ. 9. in 4. colum. in 1. volu. ſecundum impreſ. Mediol. Sed an pro tali alienatione inualida debeatur laudemium, breuiter puto quòd non, per ea, quæ vult Bertac. in tracta. de gabel. in 3. parte. 8. prin. in 15. quæſt. vbi concludit, quòd de contractu nullo non debeatur gabel. bene facit, quod vult Ioan. Fab. in l. fin. §. fin. j̄. communia de leg. & ibi Iaſ. in l. non dubium. in 3. col. s̄. de leg. PVRPV.

d ¶ Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de nou. oper. nuncia. & Bald. ſequitur Alex. lib. 5. conſi. 21. in 2. dubio. PVRPV.

e ¶ An valeat conſuetudo, quòd emphy. poſſit alienare irrequiſito domino ſaluo iure domini, vide Bald. conſ. 9. in fi. colum. in 3. volum. conſi. 9. in 1. volum. Mediol. & vide Iaſ. in c. 1. in 7. colum. j̄. eo. qui feu. dar. poſ. optimè facit, quod vult Gorn. conſi. 250. per totum. in 3. volum.

* Adde Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte. nu. 27. ff. de oper. nou. nuncia. & in Rub. ff. ſolu. matrimo. 2. lect.

f Quod ſic. Adde Fel. in cap. quæ in eccleſiarum. colum. 35. verſic. 5. decla. extra de conſti. Cepol. caut. 44. & ſeq. vbi dicunt ſecus eſſe ſi emphy. diceret in vend. ſalno honore domini. BELLOT.

Source : BIU Cujas

q̄ ſic, quia cùm iſta ſit conditionalis venditio, perinde eſt acſi domino fuiſſet prædictum, & eius conſenſum habuiſſet per l. fin. C. de fun. patri. lib. 11. & l. qui abſenti. §. 1. ff. de acq. poſſ. Idem tenet Iac. Ardi. in ſumma tit. quib. mod. feud. amit. in rub. ſua ſi vendidit ſub conditione. Idem tenet Bald. in c. 1. §. hoc quoq; in vlt. col. de ſucceſſ. feu. vbi alleg. ad hoc tex. pro no. in l. ſi quis locuples. ff. de manu. teſt. & ſequitur Iac. Alu. in d. c. 1. in prin. in penul. col. de prohi. feu. alie. per Fride. & hoc no. pro 20. limita.
145 huius l. & pro cautela ꝺ eius diſpoſitionem. ¶ † Vigeſimoſeptimò quæro, pone, q̄ emphyteuta, vel vaſſallus alienauit ſine conſenſu domini, & poſtea in inſtrumento dicit hoc modo. Ego vendo, vel alieno tibi ſi dominus non reuocauerit, aliàs ſit inempta, an per hoc excuſetur à pęna caducitatis? Bart. ſing. determinat, q̄ ſic in d. l. ſi quis locuples per illum tex. ff. de manu. teſt. & eſt valde notandum pro 21. limita. huius l. & pro pul
146 chra cautela contra eius diſpoſitionem. ¶ † Vigeſimooctauo, & vltimò reſtat vna quæſtio, vt nihil omittatur, quam format Alb. hic ad fi. de qua dicit fuiſſe magnam controuerſiam inter Vber. de Bobio, & Alb. Papi. de eo, qui habebat rē in emphyteuſim, & eandem rem accepit in feudum, deinde deceſſit relicta filia, quæ non poteſt ſuccedere in feudo, an iſtam rē poſſit filia retinere ex contractu emphyteutico, & ſic, an accipiendo in feudum dicatur recedere à iure contractus emphyteutici, dicite vt hic per eum. Et ſic per iſta remaneat expedita hæc l. & ſic impoſitus finis huic titu. in cuius exitu verè atteſtari poſſum, me plus oneris ſuſtinuiſſe, quàm prima opi. conceperam, præſertim circa ea diligentius exquirenda, quę ad hunc tit. in exteris locis, & in ipſis vt ſic dicam penetralib. antiquitas collocauit, necnō & circa inuenta diligenter, & accuratè examinata in ſuis ſedibus diſponenda ac collocanda. Quam rem, & ſi non fortunato vt optabam ſucceſſu, at ſaltem quod fuit meę facultatis, fide, ſtudio, & puigili cura abſoluiſſe profiteor, ad laudem ſummi, & æterni Dei. Amen.

¶ Emendata iterum cum pluribus nouis additionib. per manum mei Iaſonis de Mayno Mediol. I. V. Doct. fine correctionis impoſito die 15. Martij. 1481. in fœliciſſima Ticinenſi Academia, cæterarum omnium florentiſſima.

Legerit hunc quamuis titulum præclarus Iaſon,
Sunt & apud multos ſcripta priora viros.
Inuenies nunc multa tamen ſuper addita lector,
Auctoriſque iſthic plura notata manu.
Mayne tuum nomen quis non ſuper æthera tollat,
Quiſue tibi grates non agat innumeras?
Sunt collecta abs te ſimul emphyteutica iura,
Quæ poſita in variis ante fuere locis.
Mayne equidem viues omni immortalis in æuo,
Qui tantæ edideris vtilitatis opus.
Quique operis tabulam præſtrinxeris ordine pulchro,
Singula ne magnus ſit reperire labor.
Lector emas moneo, quæ clarus ſcripſit Iaſon,
Nam tibi Iaſonij velleris inſtar erunt.

Præludia feudorum.

HOminem ex duob.

Compoſitum conſtat, animo, & corpore, quorum alterum cęleſte, diuinum, luce prędituin, ac æternum: alterum ècontra corporeum, temporale, tenebroſum, vtique fragile, & corruptibile, vnicuiq; vel modici ſenſus liquet. Corpus ex terra, vel potius ex terræ luto cōcretum, ac conſolidatum eſt; animus autem nihil terreni ponderis habens, ſolo cœleſti ſpiritu figuratur. Corpus quoniam ex terræ concretione formatum eſt, terrena vt par eſt quærit, & appetit, in terram vtique reſoluendum. animus autem cùm ex cœleſtibus conſtet, & in æternum vigeat, & tametſi tenebroſo carnis terreno carcere ſit incluſus, tamen neglectis terrenis ſcientias, virtutes, & doctrinas continuò appetit, quib. animus interior illuminatur, & clareſcit. Non ab re igitur ſapientes arbitrati ſunt, q̄ ingenium hominis ſit ens diuinum, quod & Bald. in præludijs huius libri feudorum in 1. colum. atteſtatur, & declarat Virgi. in 6. Aeneid.

Igneus eſt illi vigor, & cœleſtis origo;

& Cicer. de amicitia. Ingenium homini ſiue à Deo, ſiue à natura omnium parente attributum, non ſolùm ad perfectionem animæ, ſed ad quandam cum Angelis communionem. Ex his apparet, q̄ homines, qui corpori tantum vacant, ac terrenis voluptatibus indulgent, animum obruunt, atque opprimunt, & pecorum ritu tanquam ventris animalia terrenis oblectantur. Sed qui animo extollendo, atque illuſtrando intendunt, & ingenij cultura aureas, atque vberes virtutum, & literarum glebas emoliuntur, viri verè cœleſtes cenſendi ſunt. Inter cæteras autem diſciplinas, quæ ad animi, & ingenij cultum ſpectant, pontificiam, & legalem philoſophiam quàm maximè præſtare ſemper exiſtimaui, vbi ſolidum iuſtitiæ reſidet fundamentum, quam priſci non immeritò Aſtręam nuncuparunt, quaſi ex aſtris, & cœlo ad homines emiſſam, iuſtitiam Reginam eſſe virtutum, Cicer. in 3. offic. affirmat. Et eſt illa Regina, de qua dicitur in pſalmo Dauidico: Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate, quia iuſtitia, & iudicium, præparatio ſedis Dei. Iuſtitiæ, vt inquit Philoſoph. non poteſt veſpertina vel matutina ſtellarum claritas comparari: hæc eſt illa ſplendida virtus, de qua Euripides, neque Lucifer, neque Heſperus ita mirabilis. In vtraque pontificia, & Cæſarea iuſtitiæ diſciplina me diutius verſatum non inficior, præſertim, & publico legendi munere, cui in hac Florentiſſima cæterarum omniū Ticinenſi Academia ſuper eminenti ordinariæ lectionis ſede multis iam retrò annis incumbo. Iuuat autem incumbere propter memorabile illud Danielis propheticum, quod offertur, dum inquit. 12. c. Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellę in perpetuas æternitates in cęlo, cuius dicti meminit diuus Hiero. in epiſto. ad Pau. & And. de Iſern. in procœ. huius lib. in 2. colum. ad fin. legum ſcientia domum Dei eſt. l. 3. ff. de legi. Qui eam illuminat, vitam æternam conſequitur. ſcribitur Eccleſiaſtici 24. Verùm vt præclarè commemorat Bald. in præludijs huius lib. in 1. colum. qui in diſciplina aliqua diutius laborarunt, aſtringuntur ex profeſſionis debito, quæ mente conceperunt, inſtar ſeminis in lucem proferre. & Bald. in procœ. Decre. in 2. colum. non minus verè, quàm eleganter, quemadmodum inquit, triſte eſt diuiti decedere ſine hærede, ita miſerrimum eſt habenti gratiam intellectus, poſteris ſuis, ideſt ſtudioſis nihil ſcriptum tanquam hæreditarium relinquere. Ego ſemper pro virib. elaboraui, vt legum ſtudioſis docendo, & ſcribendo, quantum poſſem emolumenti conferrem, quod atteſtantur pleraque ſcriptorum noſtrorum, quæ extant monumenta. Ex quibus licèt magni prouentus non afferantur, ſaltem bonæ voluntatis ac fidelis & indefeſſi ſtudij conatus deprehenduntur, vt ſi non valdè vtiles, ſaltem nos non omnino deſides, vel ocioſos, qui illa legerint, fateantur: rogatus ſum ſæpenumero à ſcholaſticis de me quàm benemeritis, vt præter præſtituta ordinarię lectioni curricula, nouam feudorum commentationem pro communi ſtudentium vtilitate aggrederer, opus ſanè proficuum, ac neceſſarium, vbi cauſæ feudales tractantur, quæ ſunt graues, & magni ponderis, ita magnos præſtare prouentus ſolent. Ego, qui operis magnitudinem ac difficultatem animo metiebar, & non ignorabam clariſſimos, & præſtantiſſimos in vtraque cenſura Doctores, ac veluti iuris Semideos varia lectu rarum genera exacta, & diligenter lucubrata nobis reliquiſſe, quibus nihil niſi leue, vel aridum per me addi poſſet, diutius reluctando recuſaui. Nunc poſtquam video, me nullis excuſationibus proficere, quòd ſcholaſtici longe pluſquam par ſit de me concipiunt, putaui honeſtis eorum votis etiam ſupra virium mearum facultatem obſequendum. Sic enim futurum confido, vt poſteri, qui cognoſcent me non oſtentandi, aut ambiendi ſtudio tam vaſtum iuris pelagus ſubiiſſe, ſed vt aſſiduis amicorum precibus obtemperarem, ſimulque experiri, an aliqua ex parte poſſem eorum expectationibus correſpondere, niſi forſitan rigidioris cenſuræ fuerint, ſi non ex toto veniæ gratiam præſtabunt, ſaltem quod ſperamus, & cupimus culpæ omnis remiſſionem facilè concedent: noſtram quoque hanc feudorum interpretationem ſcholaſticis non paruo vſui, vel ex eo futuram confidimus, & quia præter indefeſſum, ac fidele ſtudium, quod futurum pollicentur ea quoque, quę alij ſcriptores in abditis, & peregrinis locis ſepoſuerunt, nos ſub ordinarijs, & congruentibus titulis ſic appoſitè collocabimus, vt mininiam feudorum notitiam habentib. facilem, & obuiam cuiuſque rei feudalis inuentionem ſuggeremus. Perfecimus annis ſuperioribus tractatum de iure emphy. fideliter, & accuratè, vt iam per manus etiam doctiſſimorum virorum vtique verſetur. Eidem ius preſens feudorum, & multiformitate, quaſi quodam cognationis iure annectendum, & coniungēdum viderur. Sed ius emphyteuticum ſub tribus Imperatorum legibus ſic compendioſè collectum eſt, vt teneri totum poſſit. Ius autem feudorum iurium, & titulorum diuerſitatibus diſtributum euagatur, vt tanto difficilius reddatur quàm ius emphyteuticum, quanto grauius eſt tot indiſcreta multiplicium, ac penè infinitorum iurium capita, quæ tres leges comprehendere vtilitatem huius operis feudorum quotidiana forenſium cauſarum

causarum negotia demonstrant,& Albe.de Rosa. in repe. iur. Cano.in verbo feudum.in 4. colum. inquit,quòd materia feudorum subtilis est,& lucrosa, maximè in partibus Pedemont. & Germaniæ, in quibus oriuntur arduæ quæstiones inter Reges, Barones, Prin.& Prælatos, cùm ibi sint maxima feuda ciuitatum,oppidorum, ac iurisdictionum. Suscipite itaque viri scholastici,iuris studiosi fratres, & auditores dilectissimi, nouã feudorum commentationem, quam ego Ias. de Mayn. Med. vtriusq; censurę Doctor indignus vestris quotidianis precibus impulsus,ac deuictus pro communi studentium vtilitate aggredior,in hac fœlicissima Ticinensi Academia,sub Illustrissimo Principe Io.Gale.Mar.Sfor.Vicecomite Insubrum Duce. VI. necnon eius excelso patruo sapientissimo Principe ac Ducalis Imperij administratore generali Ludoui. Sfor. Viceduce Barri dignissimo, Anno à natali Christiano.3.& 80.supra millesimum,& quadringentesimum.5.Idus.Ian. In hac autem noua commentatione vos viri fratres, & auditores suauissimi non ad operarij tenuitatem,sed ad operis fructuum, & qualitatem attendite,nec quisquam prius damnet aut respuat,quàm re,& exprimento operis saporem perceperit, ad laudem, & gloriam summi,& æterni Dei. Amen.

Quæ sit causa materialis huius libri feudorũ, quæ formalis, quæ efficiens,& quæ finalis,dic vt per And.de Isern.in proę. huius lib. in 4.col. & duab.seq.& per Iac.Aluar.in 3.col. eiusdem proęmij. ad fin. & duab.seq. Illud non est omittendum circa causam efficientem, ꝙ cùm in diuersis locis,& curijs Regum, principum, & populorum, diuersæ consuetudines haberentur in feudis dandis, retinendis,& amittendis, Ober. de Orto magnus Iurisconsul. diu in cur.Mdiola.versatus,& si fortè aliunde originem duceret,in præsentem libellum feud.omnes consuetudines,& sãctiones redegit,quæ appellant vsus,vel consuetudines feu. & sic Ober. de Orto fuit compilator, & in scriptis redactor harum feudalium consuetudinum,secundum Odofre. in princip.sum.suæ. And.de Isern.in 5.colum.proœ.Iaco.Aluar. & alios, quamuis idem Ober.de Orto repudiator iactantiæ,& ambitus, nomen
a suum[a] in huius libri frontispicio non inscripserit, tamen idem Ober. in princip.2.lib.& in prin.3.postcà nomen suum scripsit. ¶Super hoc opere feudorum pleriq; Antiquorum gl. scripserunt,sed cæteris plenius Iaco.Columb. de Regio gl. plenas, & vtiles adiecit,quas nostris cordibus inscriptas,vel hodie insculptas habemus,& illis vtimur.¶Item aduerte,ꝙ rubricæ huius lib. feudorum diuersimodè inueniuntur, & nonnullæ incongruo ordine positæ, aliquæ pluries repetitæ, & nonnunquam nigrum non concordat cum rub. secundum Odofre. in summa sua in prin.ideo ætate nostra præstantissimus Iurisconsul. do. Anto.de prato veteri Doct. Bonon. reformauit istum librum feud.nullo addito ex priori compilatione quam habemus,sed ordine variato,& scriptura multipliciter obtruncata, & redacta ad breuissimum cõpendium,ꝙ diuiditur in 7. partes prin. & facit 7.& 20. rub. Et vt ipse attestatur librum suum destinauit Serenissimo Principi,Imperetori Fede. & ab eo fuit approbatus,& mandatum,vt in publicis studijs legeretur.Item consummatissimus vtriusq; censuræ Doctor Do. Bar. Baraterius, de Placen.qui in hac alma vniuersitate, & Ferrarien si vtriusq; Principis Ducalis Senator, multos annos in vtroq; iure publicè legerat,& præsentem librum feud.aliter reformauit,& reduxit in breuissimum opusculum, donatum Illustrissimo fœlicis recordationionis Principi Duci Philip.Mariæ, & est in bibliotheca Principis in arce Castri Ticin. collocatum. Ego autem considero,ꝙ renouare præsentem librum esset confundere gl. vtriusq; iuris. & vtriusq; censuræ Docto.qui allegant istum librum secundum formam & ordinem, quem habemus, & illum sequendum duxi,& nouiter commentandum,non intendens aliud attingere,nisi ꝙ sit de materia feud.

ADDITIO.

a ¶Suũ.Adde an nomina Scriben.debeant in libris inscribi,vide diffusè per Io. And.super data sexti.Card.Zab.in proę.Greg.in §.sanè.in 11.no.Card.Alex. in c.dominio Sancto in 1.no.50.dist.

SVMMARIVM.

1 *An liber feudorum sit authenticus.*
2 *Quæ sunt auth.publi.debent per publica documenta demonstrari.*
3 *Scripturæ Doctorum quando reputantur authenticæ.*
4 *An iura feudorum ligent omnes Reges, & omnes gentes, & populos, saltem de iure,sicut aliæ leges.*
5 *An cõstitutiones feudorum ligent Ecclesias, vel ecclesiasticas personas.*
6 *An si Ecclesia,quæ habet rem in emphy.cessauerit biennio soluere canonem,ita possit expelli,sicut alij emphyteutæ.*
7 *Quid sit feudum nu.8.& 23.*
9 *Feudum an possit vendi.*
10 *Si princeps pro feudo reciperet pretium in instrumento, & diceret concedimus,vel alio simili verbo vteretur, non propterea censeretur feudum,sed contractus irreuocabilis & nu.11.*
12 *In actu dubio nunquam præsumitur donatio.*
13 *Verba contrahentium debent intelligi, & saluari, ne contrarietatem contineant.*
14 *Quando dubitatur quis contractus sit celebratus,in dubio censetur contractus innominatus,& oritur actio præscriptis verbis.*
15 *Vassallus simpliciter inuestitus,in dubio non habet dominium nec directum nec vtile,sed solùm quandam fruitionem vtilem, & planam. num.22.*
16 *Donatio patris Regis facta filio in potestate statim valet.*
17 *Ex quibus causis potest dona.inter viuos reuocari, ex ijsdem potest dominus feudum auferre vassallo.*
18 *Feudum habet in aliquo similitudinem vsusfru. & nu.22.*
19 *Si concedo alicui fundum in feudum,ad vtendum, & fruendum,an hoc feudum extinguatur morte,sicut vsusfr. & nu.103.*
20 *Feudatarij æquiparantur libertis.*
21 *Vassallus an possit conuenire dominum non impetrata venia.*
24 *An feudum concessum filiofam.dicatur peculium castrense, vel quasi, non aduentitium.*
25 *Quando pro re datur alia res, & etiam pecunia: si quantitas pecuniæ est maior pars pretij,censetur emptio,& venditio,aliàs permutatio.*
26 *An feudum possit dici priuilegium.*
27 *Quæ differentia sit inter priuilegium, & beneficium; capiendo beneficium in specie.*
28 *Feudum vnde dicatur.*
29 *Pactum inter dominum, & vassallum ꝙ vassallus non cadat à feudo ob felloniam,non valet.*
30 *Fides quid sit.*
31 *Beneficium vnde dicatur,& quotuplex sit,& quib.modis capiatur.*
32 *Vassallus vnde dicatur.*
33 *An feudum,& vassallus sint nomina noua,inuenta solùm iure consuetudinario,an fuerint de iure Romanorum.*
34 *Feudum an sit contractus nominatus, vel innominatus.*
35 *Quæ actio oriatur ex contractu feudi. nu.36.*
37 *An dominus, qui promisit de inuestiendo vassallum, teneatur præcisè eum inuestire,an liberetur præstando interesse.*
38 *Quando dominus vult agere contra vassallum ad seruitia, qua actione agatur,& qualiter formetur libellus: & è contra, quando vassallus agit contra dominum.nu. 39.*
40 *An,& quando vassallus possit agere de euictione contra dominum, si ab eo euincatur feudum.*
41 *Carlo.bon.pos.& possess. ventris nomine, habent locum etiam in bonis feudalibus.*
42 *Feudatario competit directa actio. l. Aquiliæ pro damno dato.*
43 *An feudum possit peti,vel an veniat in petitione hæreditatis.*
44 *Petitio hæreditatis pro quibus rebus datur.*
45 *Si frater fratri fecit generalem quitationem de omni, & toto eo, ꝙ petere possit in hereditate paterna,nihilominus poterit petere feuda, & res emphy.cùm non sint quid hereditarium.*
46 *An feuda veniant in restitutione fideicommissi.*
47 *Si aliquis recipit feudum pro se,& hæredibus quibuscunq;, an propter hęc verba generalia,de feudo poterit testari,& illud legare etiam extraneis hæredibus. & nu.49.*
48 *Statutum,ꝙ qualiscunq; fuerit sententia arbitri mandetur execu. nec aliquid possit opponi,tale statutum intelligitur,dummodo sit lata à persona habili, quæ possit esse arbiter.*
50 *Nemo dominus cogi debet ad ostendendum tit suæ possessionis.*
51 *An dominus feudi possit monere vassallum, ꝙ sibi ostendat inuestituã feudi per chartam publicam,vel breue testatum.*
52 *An Reges,& alij domini temporales habeant fundatam eorum intentionem de iure coi super dominio rerum, intra suos limites positarum.*
53 *Si Rex Francorum facit aliquam ciuitatem confiteri suam esse, & sibi fidelitatem iurare,cum sua non sit,talis confessio,& iuramentum non valet.*
54 *Vassalli non possunt conueniri ad soluenda debita domini.*
55 *An liceat domino pignorare vassallum pro iure suo.*
56 *An dominus possit propria auctoritate vassallum expellere.*
57 *Vassallus cessans per triennium soluere, an debeat priuari feudo sicut emphyteuta,& nu.64.& 65.*
58 *Multæ sunt differentiæ inter feudum,& emphyteusim.*
59 *Vassallus debet amari à domino.*
60 *Arg.de censuali contractu ad feudum non valet.*
61 *Ex quib.causis Imperator potest deponi à summo Pontifice.*
62 *Si instrumentum dicat rem concessam esse in feudum pro annua quantitate frumenti,istud non est feudum propriè, sed magis est emphyt.vel contractus innominatus.*
63 *Causæ feudorum, quæ non reperiuntur expressè decisæ per consuetudines*

Source : BIU Cujas

nes feudales, debent decidi per argum. & similia iuris ciuilis.

66 *Quando dubitatur de contractu quis sit, debet censeri notatus, & 67.*

68 *An vassallus, qui malè vtitur feudo, deteriorando rem feudalem, perdat illam, & possit illa priuari sicut emphyteuta.*

69 *Si habens castrum in feudum malè tractat burgens. seu homines castri, dominus directus potest monere talem vassallum, quòd eos tractet modo debito, & consueto, aliàs licitè potest ei auferri feudum.*

70 *An vassallus cogatur alere dominum inopem.*

71 *Feudum qualiter constituatur.*

72 *Ex priuilegio principis transfertur ius, & dominium sine apprehensione pos.*

73 *An in dona. Principis transferatur dominium sine posse s.*

74 *Inuestitura qualiter sit fienda, & petenda, & qualiter sit præstanda fidelitas.*

75 *Quæ personæ possunt feudum concedere.*

76 *Qualiter feudum diuidatur, seu quot sunt species feudorum. & 82. & 83. 98. & 100. & 106. & 113. & 114.*

77 *An princeps possit alienare castra aliqua sui principatus, & 78. & 79.*

80 *Princeps nullo modo potest regalia concedere in præiudicium succes.*

81 *Papa potest cum bona conscientia donare decimas, vel castella Ecclesiæ.*

84 *Si feudum est antiquum, inuestitura potest probari per quoscunque testes, sed si feudum sit nouum, tunc non potest probari nisi per alios conuassallos.*

85 *Feudum paternum propriè dicitur vsque ad quartum gradum ascendentium.*

86 *Feudum quando dicatur nouum, & quando antiquum, & quæ noua emphyteusis, & nouus emphyteuta. num. 87.*

88 *Si pater fecit de suo feudo inuestiri filios suos, istud feudum non ideo efficitur nouum, sed est antiquum. num. 89. & 91.*

90 *Vbi assertio facit contractũ, vel negotiũ licitum, aliàs à iure impbatũ, tales verborum cautiones, vel partium enunciationes nihil probant.*

92 *Prælatus cum capi. non potest alienare, nec de nouo infeudare, aut in emphy. concedere, nisi suadente vtilitate, vel necessitate Eccle.*

93 *Iuram. factum in contractu ciuitatis per syndicum quid operetur.*

94 *Priuilegium Ecclesiæ petẽtis restitutionem in integrum contra contractum, maius est quàm priuilegium minoris.*

95 *Feudum antiquum, vel auitum, propter felloniam vassalli reuersum ad dominũ, qui tamen remisit felloniam, an nouum, an antiquum dicatur.*

96 *Feudum an desinat esse antiquum, vel paternum refutatione.*

97 *Feudum in dubio præsumitur esse antiquum, & non nouum, ideo domino dicenti esse nouum incumbit onus probandi.*

99 *Inuestituræ tenor derogat omni iuri feudorum.*

101 *Feudum personalissimum quid sit.*

102 *Quoddam est feudum, & ad neminem penitus transit post mortẽ vass.*

104 *An possessiones in vsum alicui concessæ, transmittantur ad hæredes.*

105 *Si testator relinquit vxori domum ad habitandum, vel feudum ad vsumfructum, an videatur relicta proprietas.*

106 *Feudum ligium quid sit, & feudum non ligium. nu. 107. & 108.*

109 *Si aliquis sit vassallus non ligius duorum, qui moueant inter se guerram, cui istorum teneatur auxilium præstare, an memini, an vtrique.*

110 *Licèt quis à principio non posuit constitui vassallus ligius duorum, tamen ex post facto potest illud contingere.*

111 *Fœmina de consuetudine succedit in feudo ligio.*

112 *In feudo ligio non habet locum pœnitentia, sicut in alijs.*

115 *Fidelitatem facere debent omnes, qui feudum tenent, nisi teneant feudum francum.*

116 *Feudum nunquam est francum, nisi expressè dicatur in eius concessione.*

117 *Feudum francum non potest alienari sine consensu directi domini.*

118 *Aliud est feudum nobile, aliud ignobile, aliud Eccles. aliud secu. num. 119. & 120.*

121 *Aliud est feudum diuisibile, & aliud non diuisibile.*

122 *Quoddam est feudum iurabile, & quoddam non iurabile.*

123 *Allodium propriè quid dicatur.*

124 *Quoddam est feudum corporale, & quoddam incorporale.*

125 *Quoddam est feudum cameræ, seu caneuæ.*

126 *Quoddam est feudum soldatæ, & aduocatiæ.*

127 *Quoddam est feudum, quod appellatur scutiferum.*

128 *Quoddam est feudum familiare, & quoddam hæreditarium.*

129 *Quoddam est feudum edictale, & quoddam decretale.*

130 *Feudum legitimum quid sit.*

PVs istud Feudorum diuiditur in tres libros prin. fm And. de Isern. in 6. col. ad fi. huius procemij. Nic. de Nea. Iac. Alua. in 4. col. eiusdem procę. Primus liber durat vsq; ad tit. de feu cog. Secus liber incipit in d. tit. de feu. cog. Tertius liber incipit in tit. in quib. cau. feu. amit. ¶ Antequam ad primã rubr. huius condescendam, sequendo ordinem aliorum prius attingam quædam prælud ij gratia, quæ pñti operi clariorem

1 præstabunt intellectum. ¶† Quæro primò, ne super caduco
a opere laboremus, an liber iste [a] sit auth. ita ꝙ allegari possit in scholis, & in iudicijs ad decisionem cārum sicut alij libri legales. Breuiter quatenus in isto libro leges Imperatorum continentur, vt Corra. Lotha. Frid. primi, & secundi Rom. Imperatorum non est dubitandum, sed super consuetudinibus, vel decisionibus scriptis, seu recitatis per Ober. de Orto, & Gerard. Cagabisti, qui fuerunt huius operis scriptores, & recitatores, & non multorum dubiorum decisores, videtur valde dubitandum, quia dato, quòd Iurisperiti, aut Doct. fuerint, tamen nullibi apparet, quòd habuerint authoritatem. l. condendæ, quæ auctoritas non præsumitur, nisi probetur. l. 2. §. penult. ff.
2 de origin. iur. † quia ea, quæ sunt authoritatis publicæ, debent per publica documenta demonstrari. l. vnica. C. de mand. princip. l. prohibitum. C. de iur. fisc. lib. 10. & capit. nobilissimus. 95. distinct. cum similib. vnde licèt eorum interpretatio, prout cuiuslibet simplicis Doctor. sit probabilis, tamen non est necessaria, vt inquit glo. in l. 1. C. de legib. Ad hoc facit, ꝙ vult Andr. de Isern. in c. 1. circa princ. de feu. cog. vbi dicit, ꝙ Ober. de Orto fuit Iurisperitus, & quia frequenter sibi committebãtur causæ feudales, fortè per Principem, compilauit consuetudines feudorum, maximè Lombardiæ, quæ in tantum sunt auctorizabiles & allegabiles, quantum sunt rationabiles. Et istam partem expressè tenent do. Anto. de Prato veteri in procem. huius lib. in 7. col. & seq. per aliquas leues rationes, nisi ſm eum aliter appareat, ꝙ fuerit approbatum per Frid. iuniorem, vt ĵ. referam. ¶ Addo, ꝙ idem expressè tenet Hostien. in sum. in tit. de immu. Eccl. § inquantum, & ad quos. versi. si verò paternum. vbi formaliter inquit, ꝙ iura huius lib. feud. non astringunt aliquos, nisi inquantum sit aliqua. l. Imperatoris.
b ¶ *Istis non obstantibus communis sententia* [b] hic, & vbiq; Scribẽtiũ est, ꝙ totus iste liber sit auth. & istud per aliquas rationes tenet And. de Isern in procem. huius lib. in 1. quæst. princip. Bald. in præludijs in 3. colum & seq. Iac. Alua. in 2. q. princip. huius lib. do. Mart. de Caratis Laud. in 1. & 2. colum. Pro ista communi sententia omissis leuib. vnum stringit, quia iste lib. feu. semper fuit lectus, & alleg. pro authen. in studijs generalibus, nec vnquam in quæst. deductus, & tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium, quod habet vim constitutionis. l. hoc iure. §. ductus aquæ. cum similib. ff. de aqua quotid. & æsti. & capitul super quibusdam. §. præterea. de verbor. signifi. Facit id, quod inquit Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de instrum. edi. §. nunc dicendum in addi. magn. quæ incipit priuatorum in penult. colum. versi. 6. est temporis obseruatio. & eo magis, quòd per plures tex. Pontificum in Decret. & per gl. vtriusquè iur. iste lib. feu. pluries allegatur. Item publicè leg. & alleg. est de scientia Imperatorum. facit bene doctrina Bar-
3 tol. in l. prima. in quinta col. in fi. ff. si cert. pet. dum dicit, † quòd
c scripturę Doctor. [c] quando reputantur authen. leguntur in publicis studijs, quando allegantur, debent authen. censeri. facit capit. cùm dilectus. de consuet. & propterea per hanc rationem Panor. in capit. 2. de rescript. tenet, quòd liber Decreti sit authenticus, ex quo publicè legitur, & alleg. in scholis. de quo vltimo vide Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de appel. §. in quibus. versic. 6 & in dict. capit. 2. vbi etiam alij de rescrip. per Imol. in rub. ff. de verbor. obligat. ¶ Pro communi sententia facit, quod tenet Bald. infra in tit. de pac. constan. in fi. col. vbi quærit, an illa extrauagans de pace constan. sit authen. & arguit latè, & refert Ioan. in cap. 3. de feud. examinare, sed nihil decidere, quia noluit ponere os in cœlum. Bartol. ibi tenet, quòd est censenda authen. ex quo diu lecta est, & approbata. Pro ista communi opin. facit multum illud, quod attestatur Odof. Doct. egregius in Auth. cassa. C. de sacrosanct. Eccle. prout refert Bald. hic in præludijs. in 3. colum. & Iac. Alua. in 6. ad fin. quod Imperator Frid. iunior quando venit in Italiam, misit istas constitutiones feudorum Bononiam, vt per Doct. Bonon. aptarentur sub congruentib. titulis, & factum est, congregatis Doctorib. in Ecclesia. S. Petri, & dom. Hugo Doctor. Bon. ex commissione sibi facta ordinauit, & sic apparet, quod cum iussu Imperatoris processum fuerit, quod oportet istud reddi approbatum, & per hoc dicit Bald. in d. 3. col. ꝙ debent cessare reprehensores veritatis, & sibi labia mordere, & pertinaces

ADDITIONES.

a ¶ Iste. Adde, ꝙ facit ad hoc c. pastoralis. de fid. instr. & c. translato. de constit. & l. fin. C. de legib.

b ¶ Snĩa. Hanc opi. tanquã magis cõem amplectitur Cur. tra. feu. in j. q. in 2. col. ver. ꝑmissis tñ non obstantib. &c. & Præpo. Alex. hic in 2. col. ver. q̃ o tertio.

c ¶ Doctorum. Adde, quod non solum dictum Doct. non est necessarium, & allegabile ad decisionem causarum, sed etiam dictum Papæ, vt per dominum meum vbi. ĵ. in 1. q. princip. in princip.

Source : BIU Cujas

naces desinant deinceps ſm eum latrare, quia istæ consuetudines feudorum non solùm in decisionib. cārum feudalium in foro contentioso cārum, sed in foro conscientiæ obseruandæ sunt, nisi quatenus vergerent in periculum animarum, vt hic
* per eum. Iac. Alu. in 6. col. procœ. ad fin. dicit, ꝙ *communis opin.* oīum Doct. in omnib. studijs tam vltra montes, quàm citra tenet, ꝙ iste lib. feu. sit Auth. & authorizabilis. ¶ Addo, ꝙ Iac. de Bel. in c. 1. §. fi. in pen. & fin. col. ĵ. de his, qui feu. da. pos. dicit, ꝙ octo vicib. prius legerat istum lib. feu. & nunquam tractauerat istam q. nisi nunc, quia ſm eum pridie quidam fecerat sibi istā q. & ꝯcludit per quatuor notabiles rationes, de quibus ibi per eum, ꝙ iste lib. feud. est authorizabilis, qui dicit, ꝙ *communis opi.* ita tenet, & ꝙ ita tenent oēs Doct. tam vltra montes, quàm citra montes, & glossatores tam in iure can. quam in iure ciui. allegando istum librum dicuntur probare, & auth. reddere. Idē tenet Alb. de Ros. in reper. iur. can. in verb. feu. in 4. col. vbi formaliter inquit, ꝙ iste lib. feu. est auth. ad causas determinandas, & decidendas, & ꝙ ita (cōiter Doct.) tenent, & ꝙ ita seruatur in practica. Idem tenet Alb. post Iac. de Ra. in l. de quib. ff. de legib. in 3. col. in versi. collectis notabil. vbi dicit, ꝙ ita cōiter reputatur per Doct. ꝙ iste lib. feud. sit de corpore iur. ciuil. idē concludunt Can. in c. 2. de feud. vbi plenè disputant, & sic concldit Io. And. in nouel. & d. Car. Flor. in fi. col. & vlt. q. quæ est 26. & ibi d. An. ad fin. & ibi Pan. in fin. col. & q. idem tenet Io. And. in c. 2. de rescrip. in nouella. Idem latè disputando determinat Io. Ray. in rep. c. imperialem. de prohib. feud. alie. per Frid. super rubr. in 6. q. princip. quæ est vlti. & appellauit illam rep. comprehensorium feudale. Idem est de mente Host. in c. 1. in verbo disponere. de sum Trin. & fid. catho. in antiquis, vbi enumerando lib. iur. ciu. auth. posuit pro vno istum lib. feud Addo text. in c. 1. infra de feu. cog & dicit, ꝙ variæ reperiuntur consuetudines feudorum propter diuersitatem, & varietatem curiarum, postea subdit text. vsum tamen feud. qui in partibus nostris, &c. super illo verbo not. ibi Bald. in 2. col. ibi videri text. quod consuetudines feudorum sunt locales, & quòd non ligent extra loca alias personas, nisi sit. l. Imperatoris, & ideo videtur dementia glossare consuetudines feudorum, cùm sint locales, & sicut fatuitas esset glossare consuetudines feudo. Papien. ¶ Hoc non obst. determinat ibi Bal. quòd consuetudines feudo. sunt genera, & quòd ligant omnes gentes, quatenus sunt ap̄pbatæ, sed sunt aliquæ paucæ, q̄ sunt reprobatæ, vt patet in capitu. 1. de filijs na. ex ma. ad morga. contracto. & istæ non ligant, nec debet in eis apponi ingenium, sicut nec debemus glossare truffas, aut fabulas, quia dicit Aristo. secundum eum, cùm decoquis lentem, non infundas myr-
* rham, idest aromata. Stat ergo ex prædictis conclusio *communis, & vera*, quòd præsens liber feudorum est authen. & aucto
4 rizabilis. ¶† An autem hæc iura [a] feudorum ligent omnes
a Reges, & omnes gētes, & populos saltem de iure, sicut aliæ leges. Examinat latè per 5. colum. Andr. de Isern. in procœm. huius libr. in 2. quæstio. princip. & quamuis multa dicat, tamen nil clarè firmare vī. Sed mihi videtur omisso multiloquio, quòd velit in effectu concludere, quòd omnes reges, & omnes gentes, dummodo subiectę Imperio Rom. de quib. in l. in nomine dñi. C. de offic. præfect. præto. Aphr. & infr. in tit. de pace iur. fir. in princip. ligentur his consuetudinib. feudalibus, aliæ verò gentes non, de quib. tetigit gl. 3. q. 5. c. de accusationib. & ita etiam simpliciter refert dom. Anto. de Prato veteri Doctor Bonon. in 7. colum. huius procœm. Breuiter videtur concludendum, retenta communi conclusione, quam tenui in præced. art. ꝙ si liber iste sit authenticus, sequitur, quòd liget omnes, sicut aliæ leges propter consensum Imperatoris, qui in istis consuetudinibus confirmandis interuenit expresse, vt supra commemoraui, vel saltem tacitè, ex quo patitur casdē in suo vigore durare, & legi, ac allegari publicè in quibuscunque studijs, prout dixi in præced. artic. & ita etiam concludit Iac. Alua. in 7. col. huius procœ. in 4. quæst. prin. & do. Mar. Cara. Lauden. in 1. colum. ¶ Quid autem sit de alijs Princip. vel Regib. qui vel de facto, vel de iure nō cognoscunt superiorē, vt est in Rege Franciæ, dicetur infra in tit. de pace iura firman.
5 in princip. vbi glo. & Doct. ponunt. ¶† An autem [b] iste con-
b stitutiones feudorum ligent Ecclesias, vel ecclesiasticas personas, tāgit in discursu vnum verbum dom. Mart. Lauden. hic in 1. col. & videtur tenere, quòd sic, sed nihil ad hoc allegat. Ego allego text. in cap. cæterum. de iud. per quem text. not. ibi Bald. in 2. colum. in 1. not. quòd consuetudines feudorum habent locum in ecclesiasticis feudis. Et est ratio, quia illa consuetudo est natura feudi, cùm origini feudi sit annexa. capit. imperialem. §. quoniam. ĵ. de prohibi. feud. alie. per Fride. & ita etiā no. illum tex. d. Card. Flor. in d. cæterum. in 3. not. & ibidē alij Canon. Idem tenet Iacob. Aluar. in capitul. 1. in princip. 8. col. in fi. infra de his, qui feud. da. pos. Adde, quod dicit Bald. in l. fin. §. fin. C. sine cen. vel reli. quòd si Ecclesia acceperit feudū, tenetur seruare id, quod seruant alij feudatarij, & est mirabile, tenetur seruare Bal. quòd ratione feudi Ecclesia efficiatur de iure secundum Bal. quòd ratione feudi Ecclesia efficiatur de iure domini, etiam si dominus sit rusticus, vt no. Inno. in c. verum. de foro compe. Alibi Bald. in l. sed si hac. §. si liberta. in fin. ff. de in ius voca. not. argum. illius text. quòd licèt Ecclesia Rom. sit mater imperij, tamen si teneat feudum ab Imperatore, hoc respectu sit eius vassalla, ꝙa feudataria, non quia mater. facit, quod vult Bald. in capit. quæ in ecclesiarum. in 2. colum. circa medium. de constit. vbi quærit, an Ecclesia incidat in naturales pœnas feudorum, sicut alij vassalli, & distinguit, vt ibi per eum, & est text. princip. de hoc, quòd sic, in capitul. 1. §. final. vbi dicam. infra de capit. Corra. & quod tangit Bald. in capit. 1. in
6 quarta colum. infra de alien. feud. vbi quęrit, † an Ecclesia, quę habet rem in emphyteusim, si cessauerit biennio soluere canonē, ita possit expelli, sicut alij emphyteutę, determinat, quòd sic, dicam ibi. ponunt Bald. & Fulgos. in l. placet, vbi etiam dixi. C. de sacrosanct. Eccles. ¶ Ad prædicta adde, quòd opportunè decidit Bald. in capit. 1. in 2. colum. ĵ. de controuer. feud. apud pares termin. vbi quærit, pone, quòd vassal. est clericus, an tunc pares curiæ erunt iudices? tenet, quòd sic propter naturam causæ, nam natura trahit ad se personam, non persona naturā, & potest consuetudo generalis conferre istam iurisdictionem laicis in clericos. capitul. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitutionib. Et quia consuetudo generalis feudorum potest disponere, & disponit de iure feudorum, ergo & de iudicio, & iurisdict. licèt alij secundum eum contradicant, per capit. si diligenti. de foro compet. ¶ Adde, quòd de hoc vltimo habes text. expressum, de quo non meminit tunc Bald. in capitul. 1. de controuer. inter vassal. & Episcopo, & ibi Bald. dicit hoc mirabile, cùm isti pares curiæ sint laici, quomodo ibi sint iudices Episcopi, præsertim cùm Episcopi non possint prorogare iurisdictionem laicorum, & varijs modis respondet, vt ibi per eum. dicam plenè de hoc in d. c. 1. de controuer. feud. apud pares. vbi addam plures alios idem tenentes, præsertim Canon. addo, quod decidit Bald. hic in præludijs, in fin. colum. in versic. sed dubitari potest, vbi quærit, pone, quòd Ecclesia capiat rem in feudum, an teneatur præstare iuramentum fidelitatis, saltem prælatis, sicut tenentur alij vassalli, & si non seruat pacta ꝙuenta possit priuari feudo sicut alij vassalli, vide ibi latè per eum determinantem, quod sic. Et quòd cōstitutiones istæ feud. habeant locum etiam in feud. Ecclesiæ, tenet Petr.
7 de Anch. in consil. 174. incip. dom. Lazarius. ¶† Secundò prin-
c cipaliter quæro ad diffinitionem feudi, quid sit feud. c quod text. ponit in capit. 1. § fin. infra in quib. cau. feud. amit. quod feud. est beneficium, quod ex beneuolētia alicui datur, vt proprietas rei immobilis beneficiariæ penes dantem remaneat, & reliqua, vt ibi. ¶ Quid etiam sit beneficium, describitur ibi in §. penultim. quod beneficium est beniuola actio tribuens gaudium capientibus, capiensque rem. hanc diffinitionem feudi. tenet etiam Hostien. in summa. in titu. de feud. §. primo. Iacob. de Ardiz. Veronen. in summa feud. in principio. in 2. colum. Bald. hic in præludijs feud. in quinta colum. Iacob. Aluar. in procœm. in octaua colum. in quinta quæstio. Card. Flor. in capitul. 2. de feud. in 14. quæstio. & ibi Imol. in 23. colum. in fin. & in principio sequentis. Prosequere declarando istam diffinitionem feud. per singula verba, vt per Bald. hic in præludijs in quinta colum. & 6. seq. & ea, quæ declarat Aluar. in capitul. primo. in tertia colum. in quibus caus. feud. amit. ¶ Alio modo diffinitur feudum secundum Iacob. de Belu. in procœm. in prima colum. quòd est concessio rei pro homagio facta, per text. in capitul. si diligenti. de simon. & dicitur pro homagio ad differentiam iuris emphyteutici, quòd conceditur propter annuam præstationem l. 1. C. de iur. emphyt. §. adeo. instit. locat. Istam diffinitionem etiam tenet Gul. de Cun. in princip. huius lib. & Bal. hic in præludijs in 11. colum. Ioan. Blanchi. in sum. huius libri. ĵ. tit. 1. in princ. Alua. in d. c. 1. in fi. col. ĵ. in quib. cau. feu. amit. Alex. in consil. 131. incip. viso, & examinato processu, &c. in 4. col. in 1. volum. ¶ Ista diffinitio non placet, nec est tenenda, ꝙa plura sunt feuda sine homagio, & sine sacro fidelitatis. cap. nulla. ĵ. p̄ quos fiat inuesti. Nisi dicas, ꝙ illa non sunt

propriè

ADDITIONES.

a Iura. Adde Io. And. in c. lator. qui fil. sint leg.

b Autem. Adde Io. And. in c. super spe. ne cle. vel mona. Pet. de Anch. cons. 174. Ias. ĵ. in pen. col. vers. 2. &c. & Præpo. hic in 3. col. vers. quæro quarto, &c. fac. quæ scribit Dec. consil. 131. col. 4. Cur. Iun. de feud. 1. par. 2. prin. q. nu. 5.

c ¶ Feudū. Vide do. meum vbi ſ. in 6. q. prin. vbi tenet diffinitionem Bal. & diffi. Ioan. Ray. & ponit, quæ sint necessaria ad hoc, vt propriè dicatur feudum, & Præpo. hic in 5. col. versi. quinto quæro, & Ias. in 8. col. ver. successiuè, cū supra, &c.

Source : BIU Cujas

a ppriè feuda. ¶† Scãò, quia homagiũ a erat incognitũ tempore huius lib. feud. nec in aliqua parte ipsius de homagio agitur: homagium autem fuit ex post inductum moribus, & quadã consuetudine, faciendo se hominem alterius, vt latè Spec. in tit. de feud. §. 2. in princ. cum trib. uer. seq. Io. And. in clem. pastoralis. §. rursus. in glo. in verbo homo ligius. de re iud. & sumitur homagium in materia feudo. pro fidelitate, obedientia, & seruitio personali. c. grauem. vbi not. de excess. pręla. c. veniẽs. de accus. c. fi. vbi not. de reg. iur. c. si diligenti. de simo. vbi plenè Host. & alij. latè Spec. vbi. s. Andr. de Isern. in c. 1. ĩ. de noua for. fidel. d. Alexan. in d. consil. 136. in 4. col. ¶ Aliam diffinitionem feudi ponit etiam Iac. de Bel. in 1. col. quam etiam refert, & sequitur Alex. in d. consil. in 4. col. Alua. in d. c. 1. in fin. colum. infra in quibus cau. feud. amit. & ibi vide per eum referentem alias diffinitiones feudorum. ¶ Aliam ponit Host. in sum. in tit. de feud. §. pen. vt ibi per eum. Aliter diffinit, vel potius describit Bald. in rubr. C. de iure emphyt. in 1. col. in fi. quòd contractus feudi est, quando pro fidelitate aliquid conceditur in beneficium. Tu teneas vt prædixi diffinitionem, quam ponit tex. in d. c. 1. §. fi. declarando, & ampliando, vt per Bald. hic in 5. col. & 6. seq. ¶ Vel potes aliter diffinire, vt colligo ex mẽte Io. Ray. in repe. c. imperialem. infra de prohib. feud. alie. per Frid. super rubr. seu in eius comprehensorio feu. in prin. in 1. q. prin. Feudũ est beniuola concessio, libera, & perpetua rei immobilis, vel æquipollentis, cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum. Ista diffinitio præ cæteris multum mihi placet, & satisfacit, in qua dixi beniuola, propter tex. in dict. capi. j. §. beneficium. infra in quib. cau. feud. amit. dixi libera, propter text. in capit. 1. de feu. dat. in vic. l. commis. dixi perpetua, propter text. in dict. § beneficium. circa fin. dixi rei immobilis, vel æquipollentis, propter capit. fin. infra de feud. cog. dixi cum translatione vtilis dominij, quia in veritate vtile dominium transit in vassallum, seu feudatariũ. glo. in cap. 1. §. præterea. vbi Bald. & Doct. ĩ. de capi. Corra. & est text. in capit. 1. §. 1. vbi Bald. & Docto. ĩ. de inuesti. de re aliena fac. Bal. hic in præludijs. in 8. col. & in l. vni. in 16. colum. in ver. modo sequitur videre de personis. C. de confess. dixi proprietate retenta. propter text. in d. cap. 1. ĩ. de inuest. de re alie. fac. in cap. 1. vbi not. de contro. inter vassal. & alium de beneficio. dixi sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum, propter text. in c. nulla. infra per quos fiat inuest. & in d. cap. 1. §. pen. & fin. infra in quibus caus. feud. amit. item intellige diffinitum feudum id, quod est propriè, & rectè feudum, & habet propriam naturã feud. vt ĩ. dicam. non autem feudum impropriè, prout est illud, de quo in titu. infra de feu. guar. & castal. & in titu. infra de feu. nõ habente propriam natu. feud. & multis similibus. Item intellige diffinitum feudum in genere, nam in specie si quæratur, puta quid sit feudum paternum, quid auitum, quid nouũ, quid ligium, quid francum, quid purum, quid cõditionatum, quid nobile, quid plebeium, & in similibus tot requirentur diffinitiones, quot species, de quibus infra statim in diuisionibus feudorum. ¶ Item aduerte text. ex omnibus diffinitionibus feudi. s. traditis, quòd feudum propriè est beneficium, seu beniuola concessio, debet enim gratis, & liberè concedi, & pro eo solùm debetur seruitium personale, & istud est propriè feudum nobile, & in hoc differt ab emphyteusi, quæ conceditur pro annua prestatione canonis vel census, & aliquando certa quantitas pecuniæ à principio præstatur. capitu. constitutus. vbi glo. & Docto. de reli. do. Bartol. & alij in l. 1. vbi plenè dixi. C. de iure emphy. & istam differentiam ponit Specu. in d. titu. de loca. §. nunc aliqua. vers. 4. in fin. Et dicit notabiliter Bald in addi. Spec. in titu. de loca. in 3. col. quòd feudum datur gratis, & non pro censu, tamen ex natura feu. debetur seruitium personale, sed in emphyteusi debetur pensio, id est annuus census. Alibi Bald. in Authen. si quas ruinas. in antepenul. colum. C. de sacrosanct. eccles. dicit, quòd feudum magis cohæret personæ, quàm patrimonio, quia causa feudi est radicata in persona, idest in seruitio personali. Alibi Cyn. in Authen. ingressi. in fin. colum. in versicu. circa præmissa adhuc quæro. C. de sacrosanct. eccles. dicit, quòd illud propriè dicitur feudum, in quo quis habet præstare seruitium personale, quando autem habet præstare seruitium reale, non dicitur propriè feudum. c. 1. infra de for. fide. vnde licèt Specu. titu. de feu. §. quoniam. versic. 40. in fin. dicat non esse differẽtiam inter emphyteusim, liuellum, & feudum, sed quòd eiusdem sunt conditionis, & naturæ, tamen malè dicit, vt ex prædictis patet, nisi fortè effectũ cõsiderauerit, & eum reprobat in specie Bald. infra de pace constan. in 23. colum. in verbo liuellariæ, ad fin. nisi fortè secundum eum loquamur in feudis quarundam Ecclesiarum Lombardiæ, pro quibus non præstatur seruitium personale, sed census pecuniarum ad similitudinem ficti, puta certa quantitas pecuniæ, vel frumenti, vel quid simile, puta secundum consuetudinẽ Italiæ vna spatula porci, vel vnum par caponum quolibet anno, quia Ecclesiæ Lombardiæ nõ curant de seruitijs personalibus armorum, sed redditibus bursalibus, & ideo Bald. ibi ponit, & no. quod in
b talibus feudis b improprijs succederet mutus, & surdus, etiam à natura, sicut & quilibet hęres extraneus, nisi tenor inuestituræ repugnaret, consuetudine etiam Ecclesiæ semper salua, secundum eum. Et prædicta omnia sequitur dom. Alexand. in consil. 136. incip. viso, & examinato processu. in 3. col. & duabus
9 sequen. in 1. volum. ¶† Ex istis habes, quod quamuis feudum c
c possit vendi, c. ad nostram. de rebus eccles. non alien. cap. 1. infra de na. feud. Bald. in cap. 1. §. deceden. alias. §. & quia. ĩ. de his qui feu. da. pos. Bald. in cap. 1. vbi omnino vide. ĩ. de benefi. fratris. Bald. in l. licèt. C. de libe. cau. tamen istud non est propriè feudum, quia non est beneficium vel beniuola concessio, & erit ir reuocabile, prout quando pro feudo præstatur annua quantitas, vnde dicit in proposito multum not. Bald. in l. si quam, per illum text. C. de ope. libe. quod si aliquis emerit à domino mãsum in feudum, quòd istud non dicitur propriè feudum, quia mercenarium per d. cap. 1. §. in primis. infra in quibus caus. feu. amit. Alibi Bald. in l. liberti. in fi. col. in princ. C. de ope. libe. dicit notandum esse, quòd si in instrumento dicatur concessum esse tale castrum in feudum pro annua quantitate frumenti, qđ istud non est propriè feudum, sed potius emphyteusis, vel contractus innominatus. l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscr. verb. not. Cyn. in d. Auth. ingressi. in fin. col. Alibi Bald. in l. qui se pa-
10 tris. in 10. col. in vers. & scias. C. vnde libe. † dicit, qꝑ si Princeps pro feudo reciperet pretium in instrumento, & diceret concedimus, vel alio simili verbo vteretur, non propterea censẽretur feudum, sed irreuocabilis contractus. Alibi Bald. in capit. si cautio. in fi. de fid. instru. quærit, pone, quod Papa concessit mihi castrum in feudum, pro centum libris annuatim soluendis. an istud erit verum feudum? & decidit, quòd magis accedit ad naturam locationis, quàm feudi, ideo fin cum tali feudo impropriè dicto renunciare non possum, argum. optimo. l. Aristo. & quod ibi Bartol. ff. de don. Alibi Bald. in c. 1. in 1. col. de causa posses. & proprietat. dicit post Inno. quod in feudis non probatur feudum, licèt pro concesso priuilegio soluatur aliquid annuum. nam iste est cẽsus, nõ fidelitas, & transit ad quẽlibet hæredem tale castrum priuilegiatum etiam ad fœminã. d. c significauit. de rescrip. & ita dicit Bald. se respondisse in q. de facto. ¶ Secundum prædicta puto, quod fortè possit limitari illa sing. decisio Bald. quam alibi non legi, in c. cùm ordinem. in 3. col. de rescrip. vbi tenet argum. illius text. qꝑ non valet rescriptum super feudo impetratum, non facta mentione feudi, licèt enim rescriptum ex forma sui non sit priuilegiatũ, tamen est priuilegiatę rei concessum, cùm feudum dant iudices priuilegiati, dñs feudi, pares curiæ, & arbitri, & aliqñ iudices ordinarij diuersis tñ casib. c. cæterum. cum gl. vbi not de iudi. qꝑ dictum multũ no. qa singulare. Fortè posset ex p̃dictis limitari, qñ esset feudum proprium, secus qñ improprium, vt s̃. de-
11 claraui. nõ inuenio tñ in specie tactum. ¶† Iuxta. s̃. tradita, ex quibus satis ostensum fuit, quòd sit propriè feudum, quæro
d de ardua, d & not. quæst. quæ aliàs fuit de facto. Serenissimus, inclytus, & felicis recordationis Rex Carolus secundus, ꝑcelsit Principi Tarẽtino eius filio principatũ Achaiæ, per ista verba formalia, donamus, damus, & tradimus ex causa donat. proprij motus, & inuestimus quicquid habemus in principatu Achaiæ ratione feudi aperti, vel alia ratione, transferendo directam, & vtilem actionem, ita quòd pro eo nullum alium recognoscat superiorem, nisi nos, dubitatum fuit, an hoc esset simplex feudum, an vera, & pura donatio. Et quòd esset feudum, videbatur tali fundamento: nam actus dubij, quorum natura est nunc ferè eadem, propter multam similitudinem, & vicinitatem dignoscuntur, & verificantur ex signis, sic testamentum à codicillis, sic institutio ab exhæredatione dignoscitur. l. non codicillum. C. de test. l. illud. §. tractari. ff. de iur. codicil. sic donatio causa mortis à dona. simplici inter viuos, per signa dignoscitur. l. Seia. ff. de dote præleg. l. Seia. in princip. cum gl. ff. de dona. cau. mort. plenè not. in l. quæ dotis. ff. sol. matrim. sic contractus emphyteuticus ab emptione, & vend. locatione, & conductione dignoscitur. §. adeo. instit. loc. sed hic adsunt signa

ADDITIONES.

a ¶ Homagium. Adde, an homagium præstetur à spiritualib. vide glo. in verbo homagium. in c. vni. de statu regul. lib. 6. gl. fi. in c. fi. de reg. iur. Alex. de Imo. consi. 90. in 2. col. versi. 4. pro hoc. in 1. vol. & quid sit homagium, & quid differt à fidelitate, vide per Rol. consil. 44. num. 6. & seq. lib. 2.

b ¶ Feudis. Adde Bald. in extrauag. de pac. constan. in ver. liuellariæ. in vsib. feu.

c ¶ Feudum. Adde text. & ibi Abb. in c. cùm sæculum. de iurepat.

d ¶ Ardua. Adde do. meum vbi. s̃. in 6. quæst. princ. in 3. col. versi. circa verò secundum requsitum, &c. qui residet cum opin. Ias. hic.

Source : BIU Cujas

signa feudum denotantia. ſ. inueſtitura, vt patet per verbum inueſtimus. c.2.in fi. ℨ.de feu. cog.c.1 ℨ. quid præce.debe. inue. vel iuramentum.Item retentio ſeruitij feudalis.vt declaraui.ſ. in diffinitione feudi. Item clarè indicant illa verba, quòd pro eo nullum alium recognoſcāt ſuperiorem niſi nos,nam inueſtiens reſpectu vaſſalli dicitur ſuperior & dominus, ēt ſi eſſet vnus ruſticus,& vaſſallus princeps,vt ſ.allegauit Bald. iſtud patet in tit.ſi de feu.defun. conten.ſit inter do. & vaſſal.in rubro, & nigro. & in c.1.§.fi.ℨ.quemad.vaſſal.iu.debe.fide.& in c.1.in fin.ℨ. de nou.for. fide.In ℨrium facit, quia Rex in conceſſione dicit,donamus,ergo videtur pura,& ſimplex donatio. l.1.ff.de don.nec verba ſequentia attendi debēt, ſed id quod per prius dicitur.l.hoc legatum.ff.de leg. 3.l.1.§.1.ff.ad Sena. Sylla. ergo iſtud non eſt feudum, cùm feudum non ſit donatio ſimplex, ſed ob cauſam. Secundò & fortius obſtāt illa verba,quicquid habemus in principatu Achaiæ ratione feudi aperti,vel alia ratione,& fortius dum ſubiungit, trāsferēdo directam, & vtilē actionem; ex quib.verbis cōſtat,ꝙ tranſmittit dñium directū & vtile,iſtud autem eſt ℨ naturam feudi, quia licèt in vaſſallū tranſeat vtile dominium, vt ſ.dixi, tamen directum dominiū remanet penes dominum.c.1.vbi not. ℨ. de inueſti.de re alien. fac.c.1.ℨ.ſi de feu.defun.conten.ſit inter dominum,& vaſſal.Videretur, ꝙ ſit contractus cenſualis, ex quo transfertur omne jus in recipientem,nam contractus cenſualis dicitur eſſe,quotieſcunque concedens transfert omne ius directum,vel vtile, quod habet in recipientem, ita ꝙ nullum ius remaneat penes ipſum concedentem.c.conſtitutus, cum gl.vbi Doct.de relig. dom. declarat magiſtraliter Imo.in c. ad audientiam.in 2. col. de reb. eccl. nō alie.Io.Fab.in.§.adeo.in pe.col.inſt.loca.dixi in l. 1.C. de iur.emphy. tamen iſte non poteſt cenſeri contractus ceſualis,quia ibi prę̄ſtatur annuus cenſus in perpetuum,iurib. præalleg.quod non eſt hic.Videbatur ēt, quòd iſte eſſet ℨctus mixtus,& ſic negotiū mixtū.tex.no.in l.Ariſto.in prin.vbi Bar. & Doct.ff.de dona.& tex.in c. ad quæſtiones.vbi Can. de rerū permu.& pulchrè & ſing.Bal.hic in pręludijs,in 7.col.& Bar.in l.ſi in emptio.in princi.cum ſi ff.de contrahen.empt. Iſtam q. in terminis diſputauit Old.Lau.conſi.159.inci.ex præſenti themate quatuor videntur per ordinem dubia ſuboriri. in 1. dubio prin,vbi finaliter determinat,quòd ſit donatio,non feudū, iurib.pet eum allegatis,attenta maximè perſona donantis,qui erat Rex.l.per. C. de don.inter vir.& vxo.iuncta.l.filiuſta.ff de
12 dona. ¶† Vltra eum facit,quia licèt in actu dubio nunquam prę̄ſumatur donatio,vt no.in d.l.cùm quid ff.ſi cer.pet.ne quis in dubio præſumatur iactare ſuum,contra l.cùm de indebito. §.fi. ff.de proba. & in dubio potius præſumitur fatuitas quàm donatio,dixit Bal. quod tota die alleg.in l.generaliter. in 4.col. C.de non num.pec.tñ illud præcipuum eſt veræ nobilitatis, vt faciat in dubio præſumi donationem. text. eſt in l. 1. de dona. Item attenta perſona donatarij,qui ēt erat princeps.l. ſed & ſi ſuſceperit.§.1.cum gl.& l.ſi longius.§.fi de iudi.iuncta reg.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu,& habi. per quam vide, ꝙ decidit no. Bar.in l.ſi non ſortē §.libertus. in antepen.col.ff.de condi. inde. facit.l.Titia.in §.Scia.ff.de leg.2.& quia donans erat pater, donatarius filius,per tex.no.in l. ſi ſeruus communis. ff. de dona. inter vir.& vxo.de quo tex. vide Bar.& Doct.in l.quæ dotis. ff. ſol.mat.facit & expreſſius tex.in l.Aurelius.§.Titius teſtamēto. ff.de lib.leg Ad contraria reſpondet Old.quòd argumentatio à ſignis accidentalibus non arguit,nec infert aliquid de neceſſitate, vt portatio anuli nō arguit matrimoniū. c. illud.de præſum. imò inſtrumenta ēt dotalia non arguunt de neceſſitate matrimoniū.l.neq;.C.de nup.no.Inn.in d.c illud.facit.l. Herennius Modeſtinus. ff.de decu.l. 1.in prin.& 2. reſponſo.ff.de eo qui ꝑ tut. ex hoc, quòd nullū alium voluit recognoſci in dominum, & ſuperiorem quàm ſe, non ſequitur ergo feudum, quia verbū dominij eſt valde largū, & ſaluatur in quacunque modica ſuperioritate.l.liber homo.la 2.§.ſeruus aūt.ff.de verb.
a obl. l. 1. ff.rerum amota. vnde Imperator[a] appellat ſe dominū totius orbis.in l. dēpcatio.ff.ad l.Rho.de iact.ratione iuriſdi.& protectio. vt no.in prooe.fforum,in prin.Non obſt.ēt retentio feudalis ſeruitij, quia nec p̄ſtationes ſeruilis myniſterij arguūt aliquem neceſſariò eſſe ſeruū. l. 2. C. de ingen. &manu.l.liberos.2.cum ſi.C.de lib. cau.Iſtam deciſionem Old. de verbo ad verbū refert, & nullo adito ſimpliciter ſequitur Alb.in rub.C. de dona.in 2.col.& ſeq.vſque ad fi.rub. ¶Si quis tamen vellet in prædicta.q. poſſet facile contrarium tenere, quòd imo ſit feudum, non obſtante verbo donamus, cùm etiam feudum ſit beniuola,& gratuita conceſſio,vt patet ex diffinitionib.feu. ſupra relatis.item inueſtitura eſt optimum ſignum ad cognoſcendum,quòd ſit feudum.c.per tuas. de dona.Inno. in capi. veritatis. de iureiur. Iſtud etiam multum ſuadent verba illa, quòd pro eo nullum alium recognoſcat ſuperiorem,niſi nos, quæ verba optimè congruunt feudo,nec aliquid habent commune cum donatione ſimplici. Item ſuadent verba, ratione feudi.& dum ſubijcitur,vel alia ratione,debet intelligi.ſ. ſimili præcedenti,quia dictio alius, facit relationem ſimilium.gl.in l. ſi fugitiui,cum ſuis concor.C.de ſer.fugi.Non obſtant illa verba,in quibus verſatur tota difficultas, transferentes directam, & vtilem actionem, cùm iſtud ſit contra naturam feudi, vt.ſ. declaraui,quia hoc puto attendendum, impoſſibile eſt in ea re transferre directam, & vtilem actionem ſimul, cùm ſimul
13 concurrere non poſſint, & nos habemus, † quòd verba contrahentium debent intelligi & ſaluari,ne contrarietatem contineant, ſecundum Bartol.in l.fi.§.item quæſitum.ff. de condi. inde.facit,quod pulchrè voluit Bald.reputans notatu dignum in l. cùm falſa. circa fin. poſt Petr. & Cyn.ibi. C. de iur.& fact. igno.cum his, quæ ibi dixi copioſius. ¶Item licitum eſt verba impropriare, vt intelligantur ſecundum ſubiectam materiam.l.ſi vno.in prin.ff.loc.l.inſulam.cū ſi.vbi dixi. ff.de prę̄ſcr. verb.maximè cauſa euitandę contrarietatis,vnde quia impoſſibile eſt,transferre ſimul directam, & vtilem actionem, intelligam tranſlatam directam actionem quo ad exercitium, vtilem autem propriè ſecundum, quod conuenit vaſſallo. Fortius tenet Bald. in l.ſi plures. in 2. colum. C.de condi.inſer. vbi inquit mirabiliter, quòd ex pacto poteſt omne dominium transferri in feudatarium,ita dicit not.Ioan. Mona.in capitul. 1.de reg. iur. in 6.¶Si hoc dictum eſſet verum,opin. quam tenui contra Old.& Alb.clarè procederet,ſed non puto verum, cùm proprietas,& directum dominium manere debeant penes dominum,vt ſupra declaraui, & ipſe Bald. hic in prælu. in 8. column. dicit, quòd de rigore conſuetudinis feudorum directum dñium debet remanere penes dñm infeudātem, & ſi aliter ſit facta conuentio, ſcilicet, ꝙ etiam dñium tranſeat in vaſſallum,receſſum eſt à ℨctu feudi,& tunc dr̄ ℨctus innominatus, per l. ſi margaritam. in princip.ff.pro ſoc.per l.fin. ff.de condi.ob cauſam, & ſic not. quòd Bald. in iſta quæſtio. Old. & Alb. non tenet, quòd ſit feudum,nec donatio,ſed quòd ſit contractus innominatus,licèt ipſe non dicat.Sed pro eo facit,
14 †quia quando dubitatur,quis contractus ſit celebratus,in dubio cenſetur contractus innominatus, & oritur actio præſcri. verb.l.1.vbi dixi.ff.de ęſtima.act.l.1.vbi etiam dixi.ff.de rer.per. l. naturalis. §. final. ff. de præſcri. verb. de hoc tamen vlti. an omne dominium poſſit ex pacto transferri in vaſſallum, & quando dominium tranſeat, dicam in capitul. 1. §. 1.infra de inue. de re alie. fac. & quòd vaſſallus ratione pactorum poſſit habere non ſolùm vtile dominium, ſed etiam directum,adde Bald.in l.vnica. in 17.colum.C. de confeſ. referentem ita tenere Ioan. Monac. in capitul. Abbate ſanè.in princip. de re iudi. in 6.Alibi.Bald.in l. 1.in fin.colum.circa medium.C. ſi piu.vna ſen. refert Ioan. Monac. dicere, quòd feudatarius non habet vtile dominium, ſed vſumfructum tantum, vel quòd iſtud pendet ex conuentione, vel inueſtitura: nam ſi aliquis eſſet inueſtitus de feudo, ad habendum iure proprio, tunc haberet directum dominium. Si autem eſſet inueſtitus ad haben-
15 dum ius vtile,tunc haberet vtile dominium tantum. † In dubio autem vaſſallus ſimpliciter inueſtitus non habet dominium nec directum, nec vtile, ſed ſolùm habet vſumfru. i. fruitionem quandam vtilem, & plenam, vt ibi per eum.Cogita tamen in prædictis,quia habeo iſtam quæſtio. pro ardua, & difficili. ¶Not.etiam in prædicta quæſtio.ne erres, quòd li-
b cèt regulariter donatio[b] inter patrem, & filium in poteſtate non valeat, vt not.gloſſ. & Doctor. in l.ſecunda. C. de inoffi. dona.declarat latè Bartol. inl.frater à fratre.in fi. colum.& vlti. quæſtio.ff.de condi. inde. tamen Rex propter regiam poteſtatem poteſt donare filio in poteſtate, & ſtatim valet donatio, ita Bald.ſingul.in c.1.§.item ſacramenta. in antepen. colu.in fi. ℨ.de pac.iur.firm. Lud.Rom. in Auth. ex teſtamento.in 3.col. C.de colla. & in l.ſi verò.§.de viro.in rep.in 4.char.ff.ſol.matr. Alexan.in l. quamquam. C. de teſt.mili. Et iſtud clarè proba-
16 tur.† nam dona.inter virum, & vxo. conſtante matrimonio, & patris in filium in poteſtate, æquiparantur, text. eſt faciens iſtam æquiparationem in l.donationes quas.in prin. C.de don. inter vir.& vxo.ſed eſt ſic,quòd donatio Regis facta vxori ſuæ conſtan.matr.ſtatim valet.l.pen.C.de don.inter vir.& vxo.aliàs eſt. l.1. ſub titu.C.de donat.Regis in Reginam. ergo ita valebit
17 ſtatim donatio patris Regis facta in filiū in poteſtate. ¶† Not.
c etiam, quòd ex quib. cauſis reuocatur ſimplex donatio[c] inter viuos,

ADDITIONES.

a ¶Imperator. Adde Bal.in 1.conſti.fforum.§.quæ omnia,Bart.in l.ſi quas. in §. Grammatici.de excu.tu.in extraiag. ad reprim.in verſi.totius orbis.

b ¶Donatio. Adde Bald.in l.2. C.de inoffic.teſta.

c ¶Donatio.Adde Bald.in l.cùm acutiſſimi, C, de fideicō. Pau,de Caſt. in l.tale pactum.in §.fin.ff.de pact.Bart.in l.Titia Seio.in §.imperator. in fin.de leg.2.

Source : BIU Cujas

viuos,& sunt.5. ex eisdem dñs potest auferre feudum vassallo. glo.in §.sciendum.in ver.ex causis.insti.de dona. facit text.in c. 1.§.porrò vbi expressius Bald.in 1.col.circa princ.vbi dicam.in quib. cau. feu. amit. Successiuè cùm.s̃. tactum sit,quid sit feudum,attende,q̃ in feudo quatuor considerantur,natura,aptitudo, actus, consuetudo, quæ prosequere, & declara, vt per Bald.in l.quoties.in fi.col.C.de suis,& legi.Alibi Alua. in c.1. in 4.col.ad fi.j̃.in quib.cau.feu.amit. dicit, q̃ ad hoc, vt sit perfectum feudum,requiruntur sex.Primum,q̃ dominus det spon te, & gratiosè, non coactè. Scd̃m, q̃ dominium directum remaneat apud dominum. Tertium, q̃ sit in rebus immobilib. vel in his, quæ immobilium nomine continentur. Quartum, q̃ dominium vtile transferatur in vassallum. Quintum, quòd transferatur in perpetuum in masculos descendentes heredes. Sextum,q̃ per vassallum fiat fidelitas,& fideliter seruiatur, ista omnia dicit colligi ex diffinitione posita in text.in d.c.1.§.pen. & fi.iunctis declarationib.quas.s̃.tradidi. Similiter s̃m eum sũt 6.ex alio,ad quæ tenet̃ dñs vassallis ex forma fidelitatis. s.incolume,tutum,honestum,vtile, facile, & possibile, quæ enume-
18 rantur,& declarantur in c.1.vbi dicam.j̃.de forma fide.¶† Itẽ adde, q̃ feudum habet in aliquo similitudinem vsusfr. & ideo in diffinitione feudi tradita in d.c.1.§.fi.& s̃.relata,ponitur vocabulum vsusfructus s̃m Bald.in l.vnica.§.excepto. C.de cad. tol. & dicit Bald. in l. cùm oportet. in fin. principij. C. de bon. quæ lib.q̃ feudum magis accedit vsuifructui quàm proprietati,vt dicit patere ex eius diffinitione. facit, quod in simili dicimus de emphyteu.qui vsufructuario similis est, Bald. in l. vnica.§.1.in 4.col.C.de caduc.tol.Spec.in titul.de feu. §.quoniam. versi.60.Alber.in l.codicillis.in princip. ff.de vsufr.leg.gl.not. in c.1.in fin.in versic.meliorem.j̃.de inuesti. de re alien. Sed caue, quia in dicta diffini. feudi, vsusfructus ponitur pro vtili dominio,vt ibi dicunt Doctor.præsertim Bald. Aluar. & cæteri. Accedat quæst.not.quam ponit Bald.hic in prælud.in 19. col.ver
19 sic. quid si verba ita dicant. vbi quærit. † Quid si concedo tibi
a domum,vel fundum [a] in feudum,ad vtendum,& fruendum, an hoc feudum extinguatur morte, sicut vsusfructus? arguit pro,& contra,& decidit,vt hic per eum,& uide ordinatè Bart. in l.donationes in concubinam. §. species. ff. de donat. in l.4.in principio.ff.de alim.& cib.legat.Bal.in l.prima.in secunda col. C.de fruc.& lit.expen. ¶Item adde, quòd feudum dicitur seruitus quædam,iuxta no.per gl.in l.si cuius.§.1.aliàs est.l.si usufructus legatus.in uersi.oportet.ff.de usufr.per quam glo.ita dicit Bald.in l.si uxor.ad fin. C.de condi. inser. & in cap.2. j̃.si de feud.defunct.conten.sit inter do.& agna. & in l. fin. C. de suis, & leg.& ex hoc no.sequitur,q̃ in dubio præsumitur potius allodium quam feudum, cùm in dubio quælibet res præsumatur libera, & sic allodiata.l. altius. C.de ser.& aqua. not.in l.cũ res.C.de proba.& ita in terminis tenet not.Bald.in d.cap.2. vbi
20 dicam,& ibi addam concordantes, & limitabo. ¶† Item adde, quod feudatarij æquiparantur libertis, ita notab. Bald.in l. liberti.in penult. col.in fin. C.de oper.liber. post glo. in capitul. 1.§.fin.uersicul.salua reuerentia.j̃. de mili.uassal.qui contu.est, & per hoc infert Bald. quòd libertas uassallorum non potest pœna astringi,sicut nec libertorum.l.1.§.quæ onerandæ.ff.qura. rer. act. non da. & l. si ita stipulatio. ff. de oper. liber.quod not.
21 ¶† Et facit ad quæst.an uassallus [b] possit conuenire dominum
b non impetrata uenia, sicut non potest libertus conuenire patronum,& text.probat, quòd non possit in d.capitul.j.§.fina.in uers. dominum,eumque salua reuerentia competenter cogere.j̃.de mili.uassal.qui contu.est.Tamen glo.ordin.in uersi.salua reuerentia.determinat contrarium, & Bal.ibi sequitur, ubi examinabitur. alibi Martin.Lauden.in capit.1. in princip. in 5. colum. infra titul. 1. dicit uassallum posse æquiparari homini libero ab hostibus. redempto, in quo redimens habet vinculum pignoris, & quasi seruus censetur.l.fi.C.de captiu.l.Senatus.§.1.ff.de leg.1.¶Item adde dum supra proximè tactum fuit feudum habere similitudinem cum usufructu, q̃ Bald. in l.unica.in 17.colum.& fin.uersi.dico ergo, quòd secundus gradus administratorum.de confes.refert Ioan. Mon.in d.capitul. Abbate sanè, post princip. tenere, q̃ uassallus habet usumfructum quendam anomalum, qui non est causalis, nec formalis,sed singularis,ratione cuius ususfruct habet officium iudicis.l.Aquilius regulus.ff.de donationib.qui non est usufructuarius propriè loquendo, ideo pro eo non habet confessoriam, sed Bald. ibi dicit, quòd uassallus habet utile dominium, & q̃ uerbum usufru. in diffinitione positum fuit impropriè, sicut quando profertur in consequentiam alterius dispositionis.l. Proculus.ff.de usufruct.& ibi per eum. Alibi Bald.in l.prima. in fin.colum.circa med. C.si plur. una senten. quem etiam su-
22 pra ad aliud propositum retuli, refert Ioan. Mon.tenere, † q̃ feudatarius simpliciter inuestitus habet usumfructum, idest fruitionem quandam vtilem,& plenam, non quòd ab eo exigatur vsufructuaria cautio,iuxta.l. 1.C.de vsufruct. nec quòd perdat per capitis diminut. quod Bald. dicit esse perpetuò notandum, vt ibi per eum plenius, & per hoc,quòd feudum aliquando appelletur vsusfructus,vide quod multum sing. decidit Bald. in capit.1. §.si quis de manso. in 3. colu. infra si de inue.feu.contro.fue. vbi formaliter dicit,cùm aliquando appelletur vsusfructus, concesso mihi castro simpliciter in feudum, intelliguntur mihi concessæ munitiones, quæ sunt ad defensam castri ibi positæ perpetua destinatione patrisfamil. quanquam non sint affixæ, vt trabuchi, manganelli, balistæ, & similia. ¶Vltra eum facit, quod ipse decidit in dict. capit. 1.in principio. in fin. colu.versicul. extra quæro,vtrum inuesti-
c tus.si de inuesti. feud. contro. fuer. vbi quærit, an inuestitus [c] simpliciter de castro, intelligatur de rebus corporalibus in eo existentibus, vide ibi Bald. cum his, quæ ipse allegat, præsertim text. & Bartol. in l.si quando. C. de bon.vassal. libr.10. Tamen fundamentum primæ decisionis,quòd feudum aliquando appelletur vsusfruct. non est ex toto tutum, vt ex prædi-
23 ctis patet; ex dictis in præceden. colu. ¶† Item pro perfecta
d cognitione quid sit feudum, [d] adde id, quod dicit gloss. not. in capitul.1.in princi. infra per quos fiat inuestit.quòd feudum est in bonis vassalli, propter quod, & propter quam glo.dicit ibi Bald.vassallum teneri ad soluendum datia, & gabellas,non autem dominum, seu proprietarium, qui non percipit fructus,vt l.si pendentes. §. si quid cloacarum. ff.de vsufruct. & l. neque. ff. de impen. in rebus dotalib. de quo puncto, scilicet quis teneatur ad datia, vel collectas, an vassallus, an directus dominus, vide multum latè Andr. de Isern. summum feudistam in capitul. 1. super verbo, & plaustrorum. infra quæ sint regal. vbi etiam tangit quid de emphyt. tam Ecclesiæ, quam priuati,an teneatur soluere datia,vel collectas, an directus dominus, de quo vlti. scilicet de emphyteu. dixi in l. prima. in 9. & 10. colu.C.de iure emphyte. vbi etiam tetigi, quid in colono, & inquilino tam Ecclesiæ quam priuati. de vassallo tangam plenius post Bald. in dict. capitul. 1. in principio.infra per quos fiat inuesti. & ad id, quod dixi,feudum esse in bonis vassalli. Adde,quod quædam sunt in bonis, quædam ex bonis, quædam extra bona, quædam nec in bonis, nec extra, vt declarat gloss.quam Bartol.ibi dicit tenendam menti in l.rem, quæ nobis. ff.de acquiren. rerum domin. & quæ differentia sit, an aliquid sit de bonis, vel in bonis, vel ex bonis, est text.not. in l. secunda. §. in hac actione non vtique. ff. vi bonor. raptor. & in §. sanè. institut. eod. & quando quis dicat̃ habere ius bonum in re, & quando melius, & quando optimum, est gloss. not.in l prima.vbi Bartol.C.quãdo,& quib.quarta pars deb lib.
24 10.¶† An autem feudum concessum [e] filiofamil. dicatur pe-
e culium castrense, vel quasi,an auduentium, & sic an debeatur patri vsusfructus, vide latè Bald.post gloss. & Iacob. de Beluis. vbi dicam in capit. si duo.in fin.colu m. de duob fra. de no benefic.inuesti.& in l.cùm oportet.in fin.colum.primę C.de bo. quæ lib.& in l.si vxor.in fi. C.de condi. inser. ¶An autem feu-
f dum [f] sit gratia, vel possit gratia nuncupari, an verò debitum ꝓp vicissitudinem seruitiorum,dlsputat Bal. hic in prælu.in 6. col.ver.pro intellectu horum. & in effectu ꝯcludit, q̃ cũ feudum magis innitatur gratiæ, q̃ vicissitudini seruitiorum,debet attendi, q̃ est principalius, & sic censeri gratia, sic in qualibet alia dispõne, & ad istud gñale probandum multum adducit Bal.vt hic per eum,& q̃ feudum magis innitatur gratiæ q̃ seruitijs,est text.no. in cap.1.j̃.de feu.da.in vicem leg. comm.per quẽ tex.Mar.Laud.tenet cum Bal.in c.1 in prin.in 2.col.in ver.
25 circa primam partem diffin. j̃.tit.1. ¶† Not.tñ inter cætera, q̃ adijcit Bald. illud simile, q̃ qñ pro re datur alia res, & etiam pecunia, q̃ si quantitas pecuniæ est maior pars pretij,censetur emptio,& vend.aliter est permutatio.l.fundi partẽ. ff.de ꝺhen. emp.& l.si sterilis.§.si tibi.ff.de act.emp.& text. prin.in c.ad cõnes.vbi Ioan.Andr.in nouel.& alij.de rer.permut. Adde, quod

idem

ADDITIONES.

a ¶Fundum.Adde.l.si habitatio.ff.de vsu,& habi.Doct.in l. cùm ùhi.in §.si vni. ff.de transact.

b ¶Vassallus. Adde,an vassallus agendo contra principem teneatur petere veniam,vide gl.in l.fi.C.de quadr.præscrip.& ibi Bal.vbi tenet,q̃ sic, q̃ vassallus tenetur petere veniam,& Spec.tit.de feu.in §.quoniam.versi.17.

c ¶Inuestitus.Adde Bar,& Doct.in l.3.in prin.ff.de acq.posi.Inn.in c.dilectis.de appel.Inn.in c.proposuit.de concess. præben. Inn.in c. debitores. de iureiur.

d ¶Feudum.Adde Host.in sum.in tit.de feu. Doct.in rubr.de feu.

e ¶Concessum.Adde Doct.in l.3.in §. si quis minor fuerit filiosam.ff.de minor. Doct.in l.quod dicitur patrom. ff.de verb.oblig.

f ¶An autem feudum.Adde Docto.in l.1. in §.permittitur.ff.de aqua quotid.& æstiua.Bald.in capitu.1.§.ad hoc.de prohibi.feud.alie.per Fride.in c.ad hoc. de pac.iur.firm.

Source : BIU Cujas

idem tenent Bart. & alij in l. Aristo.in princ.ff. de don.Barto.in l.si in emptione.in princ.per illum text.ff.de contrahen.emp.& in l.1.ff.de rerum permu. Bald.in l.1.C.de re.permu. Alex. in l. 2.in princ.in fin.colu.ff.si cert.pet. Subiungit circa hoc Bal. hic vnum singulare verbum, ꝙ alibi non reperies, per quod suppletur doctr. Doct.vbi supra,quòd in dubio, quando non apparet,an quantitas sit maior re,vel ècontra, vel esset æqualitas in re, & pretio, iudicabitur in dubio ℈ctus nominatus empt. & vend. quia fauorabilior est, cùm solo consensu producat actionem.l.iurisgentium. in princ. ff.de pact. Bald. malè loquitur, quia in dubio censeri debet contractus innominatus, & ex eo competit actio præscrip. verſ. per reg.l.1 ff.de æstima.& l.naturalis. §. pen. ff.de præscrip. verb. & ita in indiuiduo tenet Barto.in l.1.in pen. quæst. & ibi Fulg. vbi dixi.ff. de rer. permu. Ioann. de Imo.in d. l.Aristo.in princ.quamuis de Bald.hic non
26 faciat mentionem. & Bart. vbi supra. ¶† An autem feudum possit dici priuilegium,tangit Bald.hic in prælu. in 8.colu.verſ. est autem quæstio,an possit dici priuilegium,vbi concludit, ꝙ si concedatur à Principe de plenitudine potestatis super reb. non feudalib. seu personis contra consuetudines feudales, & tunc dicitur propriè priuilegium,& sic strictè intelligendum.c. cùm dilecti.de dona. & secundum Bald.de isto priuilegio non cognoscit nisi Princeps, si dubitatur de eius subsistentia, alleg. not. in c. cùm venissent. de iud. & c.1.℈. apud quem, vel quos contro.feu.defini sed melius alleg.cap.1.de confir.vti. vel inuti. Aliter autem feudum dicitur beneficium propriè non priuilegium,& sic latissimè est interpretandum,per l.fin.ff. de const. princ.& d.cap.cùm dilecti.de don.quamuis secundum Bald.ex larga significatione, omne quod emanat à Principe potest priuilegium dici. ita dicit tenere Io. And. in c. olim tibi. de verb. sign.in nouel.Hanc deci.Bald.refert, & simpliciter sequitur do. Mart.Laud.in cap.1.in princ.in 2.colu.℈.tit.1.& quòd feudum sit beneficium, patet ex diffinitione feudi posita in c. 1.§.pen. & fi.℈.in quib.cau.feu.amit.quam retuli. ℈.in prin.huius quæst. ¶Adde, ꝙ feudum dicatur propriè beneficium, non priuilegium,& sic largè non strictè est interptetandum,tenet Bart.in l.1.in fin.colum. antepe. C. de iur. & fac. igno. & in l. fin. circa princip. C. si contra ius, vel vti. pub. & in l. si quando. ad
27 fin. prin. C.de inoffi.testa.¶† Quæ autem differentia a sit inter
a priuilegium,& beneficium,capiendo beneficium in specie, & cuius effectus sit,declarant Bart. Alex & alij in l.fi. vbi Pet.Cyn. & Bald.latius.ff.de const.prin.Bart.in l.si finita.§.ex hoc edicto. ff.de dam.infect.Cyn.in l.rescripta.in prin.vbi Sal.C.si cõtra ius, vel vti.pupil.Arch.in c.gratia.de rescrip.in 6.d.Ant.& Pan.in d. c.olim tibi.de verb.sign.Alex in l.quia tale.in princ.in 1.colu.ff. sol.mat.& si statutum diceret, ꝙ nobiles exempti non debeant habere aliquod beneficium in ciuitate, quid intelligatur sub illa dictione beneficium,vide not.decisio.Bart. in l. beneficio.ff. ad l.fal.quam sequitur Pau.de Cast.in l.maritum.in prin.ff.sol.
28 matr.¶† Tertiò princ.quæro,vnde dicatur feudum,& text.in c. nulla.infra per quos fiat inuest.dicit,ꝙ à fide,vel à fidelitate, & licèt quicquid facimus, alienam fidem secuti, debeat in fide consistere l.1.ff si cert.pet.& graue sit fidem fallere.l.1. in princ. ff.de const.pec.& l.1.in prin.vbi Bart.multa morialia dicit.ff.de pact.& fides etiam hosti sit seruãda.l.1.§.non fuit,vbi gl.& Bar. ff.de dol.tamen secundum Gul.Odo,& Ray.hic,& Bal.in prælu.in 5.col.verſ.secundo quæro. feudum propter excellentiam dicitur consistere in fide, cùm in eo dominus committat vasallo personam,honorem,& bona.c.1.℈.de no.for.fide. & ècõtra,& ideo propter excellentiam feudum à fide dicitur, non à qualibet fide,sed à fide fidelitatis, est autem fidelitas secundum Bald.dum præmittitur iuramentum fidelitatis, & dum seruatur executio operis.¶Et ad hoc, quod feudum dicatur à fide, adde etiam Bald.hic in prælu.in 7.col.Iac. de Bel.in 2.colu. Alua.in 8.Iac.Ardi.in sum.in prin.in 3.col.sub Rub. vnde dicatur feudum.Io.Ray.in repe.c.præterea. infra de prohi. feu.alie. per Frid.super rub.in 2.colu.Mar.Lau.in c.1.in prin.in 4. colu.in fi. ℈.tit.1.Card.Flo. in c.fi. in 15. quæst. vbi Imo.in 24. colu. in 1.q. de feu.verum est,ꝙ Hen. Archiepiscopus in sum.sua in §.2.prout etiam refert do.Ant.de Prato veteri in prima sua Rub. huius lib. in col.fi. tenet denominari feudum, quia ob fieri datur, & sic feudum à fieri,ad plura. n. facienda tenetur vasallus, vt infra qualiter iur.deb.dom.vas.fide.per totum.Qua ratione dicit feudum esse contractum innominatum, do vt facias,& cõpetere actionem præscriptis verbis,per l.naturalis.§.1.ff.de præscrip.verbis, & repeti posse datum per condictionem ob causam.l.damus.ff.de cond. indeb. quod vltimum infra examina-
29 bo in seq.princ.¶† Tene,quod proximè dixi,& per hoc, quod feudum dicatur à fide, infert Mart. Lau.in d. c.1.in princ.in 4. colu. in fi. ℈.tit.1. non valere pactum factum inter dominum, & vasſalum, ꝙ vasſallus non cadat à feudo ob felloniam,quia sic inuitaretur ad delinquendum,℈ regulam. l.conuenire.ff.de pact. dot. & quia dolus de futuro remitti non potest. l.si vnus. §.illud. ff.de pact.distingue melius, vt per Bald.quem [illegible] non allegat,in l.1.in 2. quæst. ff.de rer.diui.sic in simili non valet pactum,ꝙ non liceat donanti reuocare donationem inter viuos propter ingratitudinem donatarij, iuxta.l. fin. C.de re.dona.& cap.fin.de dona.Ita tenet Spec.in tit.de dona.§.1. verſi.quid si factum est.Bald.in l.fi.vbi aliquid Bart. in 2.col. C.de pact.Bal. in l.fi.C.de bon.lib.Sal.in l.pactum, ꝙ bona.C.de pact.Limitat tamen singulariter Io.And.super d.verſi. quid si actum. nisi interuenerit iuramentum, quia virtute iuramenti posset ingratitudo etiam de futuro remitti,per tex. notabilem in c.quemad.de iureiur,& cum eo tenet dubitatiuè tamen,Ant.& Imo. & ibi do.And.Barba.de dona. & Alex. in l. stipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig.verum est,ꝙ Ró. in d.l.stipulatio hoc modo concepta,& in l. donationes in concubinam. §.1. ff.de do. reprobat istam limitationem Io. And.quia tale pactum est cõtra bonos mores,qñ remittitur dolus de futuro.d.l.si vnus.§.illud.quo casu iuramentum non operatur,nec est obligatoriũ. c.non est obligatorium.de reg.iur.in 6.declarant Bar.& Doct. in l.fin. C.de pact. & in d.l. stipulatio hoc modo.dum concludunt,ꝙ pactum de succedendo affirmatiuum,quia est ℈ bon. mor.non firmatur iuramento,& ad text.in d.c.quemad.inñdet Lud.ꝙ loquitur in delicto de præterito. ſ. in eo, qui iurauerat non accusare ratione delicti iam commissi. Tu dic, prout etiã dicit Alex. in d. l. stipulatio hoc modo, ꝙ imò text. loquitur apertè etiam in delicto de futuro, nec est verum, ꝙ det materiam delinquendi, cùm possit paciscens non obst.iuramento eum accusare de delicto, quo ad hoc, vt criminaliter puniatur, quod respicit vtilitatem publi.quæ intelligitur semper excepta in iuramento priuati, licèt propter iuramentum non posset eum amplius accusare ad priuatam vindi. vel pro suo particulari interesse,vt apertè dicit tex.in d.c.quemad. & multum not.istam limitatio. ꝙ per pactum cum iuramento factũ à domino posset vasſallo remitti fellonia committenda,& sic
30 propterea futura caducitas. ¶† Quid autem sit fides, diffinit Bald.hic in 7.col.ſm Ciceronẽ,& in cap.1. in princ. ℈. de capit. Corra.& in c.quæ in eccl.in 12.colum de consti. vbi etiam per eum,quid sit fidelitas.de quo proximè dixi ſm Bald. & quid sit fides,diffinit etiam glo.in rubr. C.de sum. Trin. in verſi.fide, & dicit Odo.in sum. sua feu. in rub. quæ incip. in quib. teneatur vasſallus seruire domino, quem etiam refert, & sequitur Io. Raynal.in d.repe.d.c.imperialem.super rubr.in 3. col.ꝙ fides dicitur,quasi fac,& dic, & sic componitur ex duobus corruptis. & vasſallus in factis, & dictis debet esse fidelis dño,& per hoc contingit, ꝙ si vasſal.iurare non possit, quia sit mutus, amittit feudum.c.vnico, vbi dicam, an mutus, vel aliter imperfe. & vasſallus tenetur domino præstare consilium, & auxilium, & etiam sine sacramento veritatem dicere debet, vt habetur in
b epistola posita.22.q.5.ca. de forma, & c.seq. & de multiplici b specie fidelitatis,vide per Bar.in extrauag. ad reprimendum in verbo totius fidelitatis,quem sequitur Alua.in c.1.℈. quid præced.debe.inue. ¶Itẽ ꝑ hoc, ꝙ feudum dicatur à fide, puto factum esse,quod vasſallus appellatur fidelis, ita sæpius appellãt hæc iura feu.vt in capit.1.an remo.debe.test. & capit. 1. versic. antiquissimo tempore.℈.titul.1.& capitul.1.§. præterea. versic. quod si fortè.infra quæ fuer.prima causa benefic.amit.& cap. 1.in princip.infra si de inue.feu.contro. fue.in rubr. & in capit.
31 1.℈.de conten. inter dom. & fide. ¶† Beneficium autem dicitur à beando,ꝙa facit accipientẽ beare,idem etiam est, quod prodesse, & beneficium etiam dicitur rem ad solum vsum concedere. l. in commodato. §.sicut. ff.commoda. ¶Et quotuplex sit beneficium, & quibus modis capiatur,vide per Andr.de Isern.in capitu.primo.in tertia colum.in fin.infra quis dicatur Dux, vel Mar.per Alua. in c.1.in prin.in 4.col.℈. in quibus cauſ.feud.amit.& hic in procem.feud.in 14. colu. ¶† Vasſallus autem idem est, quod obligatus, & deriuatur à vas vadis, quod est obses. inde vadimonium, est enim vasſallus ad plura domino obligatus, vt capitul.primo. infra de no. for. fide. & per hoc etiam appellatur clientulus, idem quòd seruitor,vt capit.primo. in princip.& §.1. infra de alien. feud. cùm vasſallus sit domino ad seruitia obligatus, vt capit. 1. infra in quibus cau. feu.amit. Interdum etiam appellatur valuasor,& ita sæpè appellant iura ista feud.vt capitul.primo.in princip.& §.fin.infra tit.1.& in rub.& in c.1.℈. de feud.da. in vi.leg. com. & in c.1.infra quib.mo.feu.amit.& text. prin.in c. 1. infra quis dic.

ADDITIONES.

a ¶Quæ autem differentia. Adde Bal.in l. fi. C.de re iud.verſi.dicas.

b ¶Multiplici. Adde ca.beneficiũ. si de feu.defun.pten. sit, &c. Doct.in rub. de benefi.feu.Doct.in c.j.de l. Corra. Doct.in c.1.de vaſ.q contra consti.Lotha.

Source : BIU Cujas

dic.Dux,vel Marc.Et dicit valuasor, quasi dignus stare ad valuas domini.i.portas,& eas intrare propter beneficium,quod à
a domino accepit.Hinc dicitur, ꝙ portæ [a] principum, & dignitatũ infamibus patere non debent.l.2.C.de digni.lib.12. Ita declarat Alua.post Andr.de Isern.in c.1. in prin.in 2.col.infra quis dicatur Dux,vel March.ibi tamen And. nihil dicit.Idem dicit Aluar.hic in proœ.feu.in 14.col.in 7.q.Hinc dicit singulariter Bald.in l.falsus.in 1. col. C.de fur. ꝙ gestum à falso procuratore, quod potest regulariter ratificari per dñm,tñ ratificari non
33 potest, si gestũ sit in audiẽtia principis. ¶† An autem feudum,
b & vassallus [b] sint noïa noua inuenta solùm iure consuetudinario, an verò fuerint de iure Ro.disputat And.de Isern.in isto proœ.feud.in 4.quæst. & in effectu concludit, ꝙ sunt noïa cõsuetudinaria.Idem tenent Odof Nic.de Neapol.hic,& Iacob. Ard.in proœ.summę sue in 1.rub.Alua.in c.1. in 4.no.ĩ.de cõten.inter do.& vas.de inuest.& hic in proę.in 14.col.in 7.quæst. Mart.Laud.in c.1.in princip.in 5.col.ĩ.tit.1. Alibi dicit Bald. in c.quæ in ecclesiarum. in 10. colum. de constit. ꝙ feudum habet denominationem consuetudinis, & ꝙ iste cõtractus olim populo Rom.fuit incognitus, & si cognouissent,fuisset exosus eis,quia sapit seruitutem personarum, vel mixtam rerum, vel perso.& singulari personæ tri buit iurisdictionem,quę non debet esse nisi penes principem, vel magistratum. l.non est sing. ff.de reg.iur.Alibi Bald.in rubr. C.de rer.permu.dicit, ꝙ feudũ vsuale nomen habet.Circa hoc vlterius non insisto, quia nullus vtilitatis est,memor eius,ꝙ scribit Ioan.And. in addi Spec. titul. de loca. §.nunc aliqua.super versic.261.vbi plura inuehit ℈ Doct.qui multis medijs student impugnare opin.Antiquo-
34 rum,quæ inutiles sunt.¶† Quarto principaliter vltra Doctor. quæro, an feudum sit ℈ctus noïatus, vel innoïatus: vtilitas est pp l.fi.cum ibi not.ff.de condi.ob cau.Henric.in prin. summæ iuæ,vt dixi in præced.q. tenet, ꝙ sit ℈ctus innoïatus, do vt facias,& ꝙ oriatur actio prę scriptis verbis,& idem,ꝙ sit contractus innoïatus,tenet Bal.in l.fi.in 1.q. C.qñ lic.ab emp.disce.vbi tenet, ꝙ donatio, permutatio, emphyteusis, & feudum sunt oẽs ℈ctus innoïati, quia non pariunt actionem nominatam ſm nomen ℈ctus, sed vel condictionem ex.l. vel actionẽ præscrip.verb.nam ſm eum contractus nominati non cognoscũtur per nomen ℈ctus, sed actionis, nam qñ pariunt actionem ſm nomen ℈ctus,tunc sunt ℈ctus nominati,aliàs secus. Confirmo per id,ꝙ dicit Bald.in c.fi.in fi.col. versic.& scias. de cau. pos. & proprie.vbi dicit,ꝙ omnes ℈ctus, quos consuetudo de nouo inuenit,sunt oẽs innominati, ex quo iure gentium, vel ciuili nomen acceperunt.l.naturalis.§.at cùm do.ff. de præscr. verb.l.si margaritam. ff.pro soc.ideo ſm eum ℘tractus ficti cõ sistentis in alio quàm in pecunia numerata, est contractus innominatus,de quo fit mentio in c.Pisanis.de resti.spol.idem,ꝙ feudum sit contractus innominatus,tenet Bal.in rub.C. de rer. permu.in 1. col. vbi dicit, ꝙ omnes contractus,quos consuetudo inuenit,vt contractus colonarius,& feudi,qa vsuale nomen hñt, magis accedunt contractui innominato, quàm nominato, cùm non perficiantur consensu,sed solennitas exigatur, q̃ consuetudo requirit, ideo in feudis sine inuestitura non est feudum, quia consuetudo feudorum requirit inuestiturã. ¶Contrarium, & melius,ꝙ imò feudum sit contractus noïatus, tenet Bar.in l.iuris gentium. §.quinimo.in 5.col. ff.de pact. ibi.n.quærit,pone,ꝙ per consuetudinem,vel statu.alicui ℈ctui innominato de iure gentium adijcitur nomen de iure ciui: an per hoc erit ℈ctus noïatus,& cõcludit,ꝙ licèt qñ nomen adijcit alicui ℈ctui à iure gentiũ sit elegans vestimẽtũ. d l.iuris gentium.in prin.tñ qñ à iure ciuili imponitur nomen contractui, tunc nõ est elegans vestimẽtũ,nisi deſ ei nomen, & forma, vel specialiter caueatur in l. ꝙ sit ℈ctus noïatus, vt patet in Auth. eo decursum.C.de don.ante nup.per hoc dicit Bart.se putare, ꝙ feudum sit ℈ctus noïatus,quia consuetudine hẽt nomen,& formam, de nomine patet. Item habet formam, qa formam iuri fidelitatis, & inuestituræ, vt patet in istis vsib.feud.& cum prima doct.Bar.tenent Bal.& Ang.in l.ltĩma.ff.de pact. Ang.in Auth.vt spon.larg.in prin.collat.9.Imol.in c.quæ in ecclesiarũ. de const.& ꝙ feudum sit ℈ctus nominatus,tenet expresè Bal. sibi ℈rius in d.c. quæ in ecclesiarum. in 10. col. vbi quærit, an feudum sit contractus nominatus, vel innominatus, aut neuter.i.anomalus,& in effectu concludit,ꝙ est noïatus, qa inuẽtus post 12.tab.sub tit. proprij nominis sub singularib. consuetudinibus, & naturis, quas nullus alius contractus habet, & sic est contractus nominatus vocabulo proprio,& natura discretus,vt ibi per eum, & ista vlt. placet, pro qua faciunt, quæ po-
* nit Bart.in l.vnica.in 6.col.ff.de condi.ex l. *Idem communiter concluditur* in emphyteusi,ꝙ sit ℈ctus nominatus,ita tenet Angel. in l.1.vbi hoc no.ex illo tex.C.de iur.emphy. & ibi Bal.in 3. col. & ibi dixi,Angel.in §. emphyteusim.in Auth.de non alie. collat.2.sentit Bart. in d.l. vnica. in 5.col.ff.de cond.ex.l.Quamuis ℈rium ẽt in hoc vlt.vt dixi teneat Bald.in d.l.fi.in 1.q.C.qñ lic. ab emp.disce. & in d. rub. C.de rer.permu. pro confirmatione conclusionis proximè factæ accedant,quę dicam in proxi.seq.
35 q.¶† Quinto principaliter quæro, & opportunè iuxta prędce. q.q̃ actio oriat̃ ex isto ℈ctu feudi.Andr. de Iser. hic in 6.q. post Odof.in sum.in rub. per q̃ act. reuocetur feud.&c. multa dicit ponendo longam distinctionem, sed clarius loquẽdo, & in effectu concludendo dic alio ordine,ꝙ si princeps, vel alius concedens feudum induxisset vassallum in possessionem naturalẽ, & verã feudi, tũc vassallo ℘petit vtilis rei vend.nedũ ℈ extraneũ,sed ẽt ℈ dñm,quia vtilis tunc pfertur directæ. l.1. in fi.& l. 2.ff.si ager vect.vel emphy. no.per gl.in rub.ff.de rei ven.Tu ad de tex.& gl.in c.1.§.1.vbi latè Alua. ĩ.de inuest.de re alie.fact.& isto casu sufficeret,ꝙ dñs induceret vassallum etiam in clande-
36 stina poss.iuxta consilium.l.si fundum.ff.de fund.do.† alias nõ vendicaret vassallus inuestitus verbo, vel alio actu corporeo, puta hasta, vèl ense,quia talis inuestitura nõ tribuit ius in dñio, vel pos.vt not.in c.1. in prin. vbi dicam. ĩ.quid sit inuesti.& ad hoc vide,ꝙ decidit Bal.in c.si facta.in fi.col.ĩ.si de feu.fuer. cõtro.inter do.& agna. Si autẽ facta est sola promissio de inuestiendo, tunc siquidem est valata stip. quia in ea deducitur factũ.i.promissio de inuestiendo, & sic incertum.l. vbi aũt. § qui id,ꝙ in faciendo.ff.de verb.oblig.oritur actio ex stipu. l.si quid certũ.ff.si cer.pet.inst.de verb.obli.in prin. aliàs ageret vassallus condictione ex lege, vel rectius condictione ex moribus, quæ nascitur ex vsu feudorum, ita èℨ dñs aget ℈ vassallum ad seruitium actione ex stip.si fuit stipulatione promissum,vel condictione ex morib.iuxta no.per gl.in c.1.ad fi ĩ.de capi. qui cu. ven.vt hic plenius, & seriosius per And.de Iser. quem sequitur Mar.Lau.in c.1. in prin.in 5. col. ĩ.tit.1. ℈ aũt alium,cui vassallus pos.feu.concessit,qũo agat dñs directus,est gl.in c.1.ĩ de cõtro.inter do. & emphy. & ibi latè ponitur maximè per And.& Alua. Tu addendo aduerte dum concluſum est ℘petere condictionẽ ex morib.ꝙ idem tenet Ang.in l.vnica.fi.de condi.ex l.Bal.in rub.C.de condi.ex.l. & in c.1. in prin.in 3.col.ĩ. de contro.inuesti.& ita teneas.q̃is Bar.fuerit in noua opi. in d.l. vnica.in 5.col. vbi tenet, ꝙ vbi consuetudine, vel statuto inducit̃ nouus ℈ctus, ꝙ tñ agitur actione,q̃ oritur ex illo ℈ctu, vnde ſm eum ex ℈ctu feudi inducto per consuetudinem agendum est actione feu.seu ex feudo,& dicit Bar. in l.in commo. §.1. ff. com.ꝙ cùm ex feudo oriat̃ actio feudi.vt prędixi, ꝙ ista actio feudi variabit̃ in directã, & ℈riã. directa ℘petit dño, ℈ria aũt feudatario,& ad istã opi.Bar.vide,ꝙ dicit Bal.in l.ex placito.in 10.q.C.de re.perm.Alibi etiam Bald.in l.fin. in 1.q. C.qñ lic.ab emp.disc. tenet, ꝙ ex ℈ctu feu. oritur condictio ex.l. vel actio præscr.verb.& hoc tenendo illam suam opi. ꝙ feudum sit cõtractus innoïatus, q̃ reprobaui in p̃ced.q. ¶Alibi ẽt Bal in l.vnica.in 17.col.C.de ℘fes refert Io.Mon.in c. Abbate sanè. de reg. iur.in 6.tenere,ꝙ vassallo ℘petit officiũ iud. Tñ Bald. ibi illud non sequitur.¶Item adde dictis And.de Iser.dũ dictũ est, q̃ si promissio de inuestiendo facta sit per stipulationem,tunc agit̃ actione ex stipulatu, aliàs verò agitur cõdictione ex moribus,
37 nam pulchrum dubium est, † an tunc dñs teneatur pręcisè inuestire vassallum,& dare,& sic transferre vtile dñium,an verò liberetur præstando interesse.And.de Iser. hic in d.6. q. tenet in discursu,ꝙ liberetur præstando interesse,& non possit præcisè cogi ad inuestiendũ per reg.l.1.in prin. ff.de act.emp.l.si quis ab alio.in fi.ff.de re iud. l. stipulationes non diuiduntur. versi.Celsus.ff.de verb. oblig. sed facta iam inuestitura, & sic feudo iam constituto cogitur possessionem tradere,ꝙ si dñs differat facere,tunc præstabit omnem vtilitatem vassallo, nec liberabitur præstando interesse per c.si de feudo.ĩ.si de feu.fue. contro inter do.& agna. Tu de hoc, an dominus præcisè cogi possit, an liberetur soluendo interesse,si eum pœniteat inuestire, vide gl. ord.in c.1.in prin.ĩ.de contro.inuest.& ibi Bal.in 2.col.vbi dicit ꝙ cùm feudum sit ℈ctus, in quo ius dandi continetur. i. datio vtilis dominij, ergo præcisè tenetur ad dandum, ergo non liberatur soluendo interesse, quia obligatio rem dari certa est, & non recipit rationem, vel alterationem ad interesse. l. vbi autem §.final ff.de verbor.obligatio. & l.si ita distrahatur. ℨ.de contrahen.emp. præsertim cùm veniat ex contractu stricti iuris,vbi pręcipuè debemus verbis inhærere.l.triticum.& l.quicquid astringendæ.in principio.ff.de verb.oblig.præsertim si dominus habeat facultatem implendi, non tamen clarè firmat Bald.hic,tamen idem Bald. in cap.2. ĩ.de no.for.fi.firmat, licèt in di-

ADDITIONES.

a ¶Quod portæ. Adde in regula infamib.de reg.iur.li.6.& in c.si laici. 33.dist.
b Vassallus. Adde Docto.in l.rem non nonam.C.de iud.Doct.diffusè in c.1.de conten.inter dom.& vassal.de inuest.in vsib.feud.

Source : BIU Cujas

in discursu, quòd princeps præcisè tenetur, & potest cogi ad tradendum, de quo vide per Imol. in d. l. stipula. non diui. in 11. colum. & ibi Rom. in 9. char. & vide text. in c. 1. §. fin. ff. de mili. vas. qui contu. est, dicam post glo. & Bald. in d. cap. 1. in princip. ff. de cõtro. inuest. Item adde ad id, ꝙ dictum est de vassallo inuestito, & inducto in possessi. competere vtilem rei ven. ꝙ Bal. in l. 1. in fin. col. C. si plur. vna sent. quærit, an vassallo competat rei vend. & an competat publiciana, & refert Io. Mon. tenere, ꝙ non, sed distingue, vt ibi per Bald. & dixi in 1. q. princip. nec aliquid firmat Bal. sed dicit se alibi dixisse, & ꝙ in materia feu.
a sicut in alijs contractib. nascatur actio [a] directa, & vtilis, ponit
38 Aluar. in c. 1. §. similiter. ff. de l. Corra. ¶† Item dum supra tactum est secundum And. de Isern. quid sit ècontra, quando dominus vult agere contra vassallum ad seruitia, qua actione agatur, adde quid iuris sit, & quam actionem intentet dominus contra vassallum, non quando vult agere ad seruitia, in quibus terminis superiora loquuntur, sed quando vult agere ad repetendum feudum, quia seruitium conuentum sibi non præstatur, & si feudum est contractus innominatus, clarum esset, quòd competeret condict. ob causam ad repetendum, quod est datum, quæ non habet locum in contractibus nominatis, vt not. in l. si pecuniam. in princ. & in l. fi. ff. de condict. ob causam, sed feudum est contractus nominatus, vt firmaui in præced. quæstio. princip. ideo quærenda est alia actio quàm condict. ob eau, de hoc est gloss. in c. 1. §. sed nec alia. infra quæ fuer. prima causa benefi. amitten. quę tenet competere vtilem rei vend. per l. 1. C. de dona. quæ sub modo. quę nihil facit, quia in ea speciale est fauore alimentorum, vt ibi per glo. & Doct. ideo Iac. de Bel. & Bald. & Aluar. in d. §. sed nec alia. tenent, ꝙ competit directa rei vend. vel publiciana, ſm Nic. de Neap. ibi, vel secundum Andr. de Iser. competit condictio ex morib. vel actio præscrip. verb. vel condictio ob caus. quæ vlt. procedere non potest, cùm feudum sit contractus nominatus, vt dixi, &
39 dicam ibi. ¶† Qualiter autem formetur libellus, qñ dñs agit ꝯ vassallum, vel ècontra, ponit Spe. formam in tit. de offic. ord. ver. eod. modo dñs contra vassallum. plenius in tit. de testib. §. dicendum. versi. sæpe quoque dñs, & versi. seq. & in tit. de natis ex libero ven. & in tit. de maior. & obed. versic. & eodem mo-
b do. ¶ Item adde, ꝙ quando vassallus conqueritur [b] de domino, quia à vassallo exigit seruitia non debita, vel vltra solitum modum, sibi competit officium iudicis, non actio negatoria, ſm Bal. in c. 1. §. fin. in 4. col. ver. pone vassallus conqueritur de domino. ff. de prohi. feu. alie. per Fride. ¶ Ibidem ēt Bal. in versi. seq. quærit ad propositum de pulchra, & vtili quæstio. si ter-
c tius [c] præscripsit contra vassal. & dominus egit contra istum tertium directa rei vend. & recuperauit rem feudalem, an vassallus posteà agens ꝯ dñm possit à domino vendicare rem feuda. quam non potuisset in effectu vendicare ab illo tertio, qui pręscripserat, arguit Bal. ad partes, & concludit, ꝙ vassallus nulla actione possit agere ꝯ dñm, vt ibi per eum, vbi dicam, & vide Io. And. de ista quæst. in addi. Spec. in tit. de feu. super rubr.
40 circa 2. col. per Pan. in c. ad audiendiam. de præscri. ¶† An au-
d tem, & quando vassallus [d] possit agere ꝯ dominum de euictione, si ab eo feudum euincatur, & qualiter, habes text. in c. 1. vbi gl. & Doct. ff. si de feu. vas. ab aliquo interpel. fue. & tex. in c. 1. in prin. vbi latè Alua. ff. de inuest. de re alie. fac. An autem vassallus possit agere actione furti, vel ad pœnam furti ꝯ dñm suũ, dubium est propter reuerentiam, quam debet vassallus dño suo. c. 1. §. fin. ff. de mili. vas. qui contu. est, quia vassallus æquiparatur liberto, ſm Bald. in l. liberti. in pe. col. C. de oper. lib. & dixi. §. in 2. q. prin. Dic de hoc, vt in terminis p Bal. in c. imperialē.
41 §. fi. in 4. col. ff. de prohi. feu. alie. per Fride. ¶† Item in materia diligenter no. ꝙ Carboniana bo. pos. & pos. ventris, noīe habēt locum etiam in bonis feuda. vnde mortuo patre si sit filius impubes, cui moueatur quæstio de statu, vel de filiatione, debet interim dilata. q. mitti in bo. pos. pñs per Carbonianam, & simiiter mulier ventris noīe, ita debebat mitti p ista remedia in bo. pos. feu. ita sing. Bal. in c. 1. in 6. col. ff. an agn. vel filius. motus per l. 1. §. lex fal. in rõne sui. ff. ad l. fal. refert, & simpliciter sequit Alex. in l. j in fi. C. de carb. edi. ¶ Ego vltra eos comprobo istud clara ratione: nam casus occurrentes, qui non reperiuntur expresse decisi in istis consuetudinib. feudorum, prout est iste casus, debent decidi ſm ius cõe, glo. not. in c. 1. vbi not. Bald. vbi multa bona dicam. ff. de feu. cog. ergo attento iure cõi, quem admodũ filius impubes per Carbonianā bo. pos. & mulier vẽtris noīe per aliam bo. pos. mittunt in poss. omnium bon. paternorum, ita ēt mitti debent in bo. poss. feu. per eadēmet reme-
68 ¶† Iuxta proximam præcedentem offertur alia. q. an vassal. qui malè vtitur feudo, deteriorando rem feuda.perdat illam, & possit illa priuari,sicut emphyteuta? breuiter dic,ꝙ sic, text. est in c.1.§.fi.& ibi expressè Bald.ſ.de pac.ten.vbi etiam ad hoc alleg.in simili de emphyteuta text.in Auth.qui res iam dictas. C.de sacrosan.Eccl.debuit allegare Auth.qui rem. illo titul.& Pau.de Cast.hoc idem expressè dicit de feudatario, quod possit propter deteriorationem expelli, licèt Bald. in illo. §. final. non alleget. adde Innoc. in d.capit. ad apostolicæ. de re iudic. in sexto. qui dicit, ꝙ licèt vassallus habeat vtile dominium, tamen non debet dilapidare, nec deteriorare rem feudalem, & simpliciter sequitur Bald.in capit. fin. in pen. colu.de re iudic. & Gemin. in d. capitul. ad apostolicæ. §.sed licèt. in 3.colum. ¶Ego tamen limitando,credo,quòd ad hoc,vt vassallus propter deteriorationem rei feudalis possit priuari feudo, tria requirantur,quæ in simili in emphyteu. priuando propter deteriorationem ponit magistraliter Bald. in d. Authen. qui rem. in secunda colu. & 2.not. & ibi Fulg.vbi dixi, & Bald. in l.3.in pen.col.C.loc.¶Item circa remedia.s. enumerata,quæ com-
69 petunt in ista materia feud. adde, & not.† quòd si habens castrum in feudum, malè tractat burgenses, seu homines castri, dñs directus potest monere talẽ vassallum, ꝙ eos tractet modo debito, & consueto, aliàs licitè potest auferre feu. text.est not.in d.c.1.§.fi.aliàs est circa fin. ſ.de pa.tenen. & ibi Bald. expressè not.illum tex.ad hoc,& dicit,ꝙ ratio est,quia vassal.tũc malè vtitur substantia dñi. alleg.l.si cùm dotem. §. si vero dotem.ff.solut.mat.& l.Imperator. ff.ad Treb.& c.fi. de accu.Adde Rom.qui istud not. refert,& sequitur in l.diuortio.§. si fundũ.vbi Alex.in 2.colu.ff.sol.matr.Alibi not. Gem.in c. ad apostolicæ. §.sed licèt. per illum text. de re iud. in 6. ꝙ principalis dominus feudi potest priuare feudatarium suum, si malè tractat subditos, vel hoīes loci feudalis.qũo autẽ debeat intelligi
70 istud dictum Bal.dicam in d.c.1.§.fi.vbi not.limitabo.¶† Vlt. circa remedia,quæ competunt in materia feu.de quib.tactum
a est,quæro, an vassal.[a] possit cogi alere dominum inopem, & ad hoc possit compelli officio iud? Spec.tit.qui fil.sint leg.vers. sed nunquid dominus. arguit ad partes, & pro more suo non decidit.Sed Io.And.ibi in addi.post Iac.Ard.in sum. quib. mod.feu.amit.sub rubr.an vassal.teneatur dominum egenum alere, determinat, ꝙ non, nisi dominus pro facto vassalli consumpsisset bona sua,vt ibi per eum.idem tenent Rayn. Andr. de Iser.& plenius Aluar.in c.licèt.ſ.si de feu.defunct.conten. sit inter do. & agn. ¶Contrarium tenet Bar. in tract.alimentorũ in pe. col.vers.quęro,an vassal.vbi tenet,ꝙ imò vassal.tenetur alere dñm egenum,aliàs põt dominus, cui alimenta non prę-stat,auferre ei feudum.per c.1.ſ.de iur.fid.idem vr Bart.tenere post Dyn.licèt non clarè firmet, in l.alimenta.§.1.ff.de lib. agn. Bald.in l.vnica.§.sed scimus.C.de lati. lib.tol. vbi tenet, ꝙ vassallus tenetur alere dñm de redditibus feudi, non de proprijs bonis,& idem est è⁊.vt in c.1.§.fi.ſ. an mutus,vel aliter imperfectus,& ꝙ not.gl.in l.in condemnatione. ff.de regul. iur. dicã in d.c.licèt.not.in c.nobis.de iurepa.facit, ꝙ dicit glo. in l.solo. C.de lib.cau. ¶Ex istis omnib. remanent expedita, & collecta remedia, quæ inuenire potui competentia in materia feudo. ¶Qualiter autem in causa feud. iudicium agitetur, procedatur, & terminetur, habetur in capitul. 1. infra apud quem, vel
71 quos contro. feud. termina. de. ¶† Sextò principaliter quæro ro,qualiter constituatur feu.dic breuiter,quòd inter viuos,mediante contractu,vel vlt.volunta.cap.1. infra quib. mod.feud. constit. potest,secundum Iac. de Bel. in capitul. 1. in princip. vbi Mart.Lauden.in 5.col.infra titul.1. vbi etiam per eos,qualiter acquiratur feud. & respodetur, quòd inuestitura, successione, vel præscriptione 30. ann. & sic altero de his tribus modis.capitul. 1.§.final.infra de feud.cogn.capit.si qui per 30.infra si de feud. defunct. conten. sit inter do. & agn. ¶Fallit secundum And.de Isern.in d.capit.1.in princ.infra tit.1. vbi refert, & simpliciter sequitur Mart. Laud.in regno Siciliæ, vbi sola Regis concessione absque inuestitura acquiritur feudum, quæ consuetudo est in locis suis obseruanda.capit.1.de feud.cog. ¶Ad hoc vltimum adde id, quod egregiè inquit Bald. hic in prę-lud.in 10.colum.& solet multum notari, & commendari,vbi
72 dicit, quòd † in priuilegijs eo ipso quòd princeps dat,transfert dominium,nec aliud requiritur, nisi ad facti executionem.cle. auditor. de rescrip. & l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. & capit. inter dilectos. de fid. instrum. quod est notabile verbum,& magna limitatio ad regul.l.traditionib.C.de pact. Adde Bald. in capit. 1. infra quid sit inuest. vbi not. dicit secundum bonam lect. quòd si Papa dicit, assignamus tibi tale castrum cum plenitudine iuris, vel per alia verba æquipollentia, quòd non est necessaria posſ.facti, vt ibi per eum. not. And.de Isern.& vide plenius Bald.& Andr.de Isern.in capit. inuestitura.quod est capit.secundum.infra de noua. for fide.per Angel. in l.officium.ff. de rei vend. alibi Bald. in capit. ad audientiam. de rescri.colligit ex illo tex. quòd ex priuilegio principis transfertur ius, & dominium sine apprehensione pos.& vide quod not. dicit Bald. in l. final. in principio. ff. de constitu. princip. ¶Et ista faciunt ad quæst. quæ per aliquos solet tradi in l. tra-
73 ditionibus. C.de pact. † an in donatione principis transferatur dominium sine traditione poss.prædicta probant,quòd sic.facit,quod not.Ioan.Andr.in capitul. olim. de verbor. sigfica. videtur tamen referre, vtrum princeps super re aliqua contrahat, an per viam priuilegij concedat, vt traditur in prædictis locis. dicit etiam not.Bald. post Andr.de Isern.limitando prædicta in d.capit.inuestitura, quod est capitul secundũ.quòd in principe hoc procedit, quòd ex eius priuilegio transferatur ius, & dominium sine apprehensione possessionis, si princeps intendit

ADDITIO.

a ¶Vassallus.Adde Iac.Ard.in sum.quib. mod. feud.amit.gl. in l.in condemnatione.ff.de reg.iur.Sal.in l.solo. C.de lib. cau.

Source : BIU Cujas

intendit transferre ius in re ex priuilegio, quod ex verbis priui legij liquere potest, secundum Andr. de Isern. vt ibi per Bald. Item ad prædicta adde Bald. in cap. licèt causam. in 8. col. de prob. Alex. in consi. 328. incip. in hac causa litis. in vlt. col. lib. 2. Abb. in consi. 21. inc. in q. hæredum quondam domini Petri. in
74 vlt. dub. ¶† Qualiter autem inuestitura sit fienda, vel petenda, & qualiter sit præstanda fidelitas, no. gl. in c. fi. ℣. per quos fiat inuesti. & ibi ponitur, quid sit inuest. quę interdum appellatur inuestitio. c. 1. in prin. ℣. si de inuest. inter. do. & vassal. lis ori. & duplex est inuestitura, realis, & verbalis, & plenè Bal. hic in prælu. in 10. col. ¶ Et quid dicat noua inuesti. & quę plena, vide Bald. no. in l. 1. in 1. col. in 4. q. ff. de rer. diui. & ad istas duas q. s. qualiter feudum constituatur, item qualiter acquiratur, vltra prædic.
75 recure ad Summistas in summis suis. ¶† Septimò prin. quæri potest, quæ personæ possint feudum concedere. de hoc est tex. in c. 1. ℣. tit. 1. & in c. 1. § noui. ℣. per quos fiat inuesti. vbi ēt declaratur, quæ personæ possunt feudum recipere. & in c. 1. ℣. an mutus, vel aliter imperfectus. Quicquid olim statutū esset, hodie quilibet habens liberam administ. bonorum suorum potest in feudum cōcedere, ēt si esset rusticus, & sibi vassallos, & fideles acquire. d. c. 1. §. noui. & Bal. no. in illo. c. 1. in prin. in 3. col. & dicit no. Adde Bal. in c. 1. in prin. in 2. col. ℣. tit. 1. vbi dicit, ꝙ olim non passim quibuslibet licitū erat infeudare, sed certis tantūmodo, quib. id ipsum magna, vel summa dignitas, aut antiqua consuetudo tribuebat, ſm quod dicit tex. in c. 1. ℣. tit. 1. quia ſm Bal. indecens videbatur, quòd vnus rusticus haberet vassallos sub se, quia habere vassallos sub se est quędam dignitas, cui & iurisd. inest. arg. eorum quæ no. Arch. in c. 1. de cōsue. lib. 6. sed hodie tam maximi quam minores, & minimi valuasores infeudant, & infeudare possunt, imò etiam rustici, dummodo habeant légitimam bonorum suorum administrationem, per d. c. 1. §. noui. & de ista etiam. q. s. quæ personæ possunt infeudare, & qui recipere, vltra prædicta recurre ēt ad Summistas in
76 summis suis. ¶† Octauò quæro, qualiter feudum diuidatur, seu quot sint species feudorū: diffusa est materia, in qua multi multa scripserunt. Iac. de Ard. in sum. in 2. char. sub rub. quot sunt genera feudorum. numerat solum. 4. genera, postèà clarius, & plenius Iac. de Bel. hic in prin. posuit. 10. diuisiones feudorum, quas sequuntur Pet. Ia. & Nic. de Nea. hic, succesſiuè Bal. hic in prælu. in 9. & 11. col. & seq. posuit, sed alio ordine. 12. diuisiones feudorum, inferendo multa extrauagantia, quæ refert & prosequitur Mart. Lau. in c. 1. in prin. ℣. tit. 1. dehinc Iac. Alua. adhuc plenius super hoc proc. feu. in 6. q. recolligit. 12. diuisiones. Io. verò Ray. in rep. c. Imperialē. ℣. de prohi. feu. alie. per Fride. super rub. in 3. q. prin. sequendo ordinem Iac. de Bel. prosequitur tantum octo diuisiones feu. dicens reliquas esse superuacuas, cùm ꝯcernant differentiam specificam. apud Can. d. Car. Flo. in c. fi. in 16 q. de feu. extra. refet illa genera feudorum tradita per Iac. Ard. proximè relatū, postèà ipse addit octo alias species. Ita etiam facit Imo. ibi in 3. quæstio. ¶ Ego postpositis extrauag. quæ interseruntur, sequar ordinem Bald. quia communior est apud Doct. maximè Alua. hic, & Mart. Laud. in d. c. 1. incipiendo ergo ab ordine dignitatum. ¶ Prima diuisio feu. sit, ꝙ aliud est feudū regale, seu dignitatis, aliud nō regale. Regale est feudū regni, Marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel alterius regalis dignitatis, & est id, quod ab Imperatore, vel Rege recognoscitur. c. 1. ℣. de feu. March. Aliud est feudum nō regale, nec dignitatis, quod recognoscitur ab inferiorib. à Principe, vel Rege, si recognoscitur à Principe, non consistit in istis dignitatibus, vt si Princeps, vel Rex inuestiat aliquē de aliqua plebe. c. 1. in prin. ℣. titu. 1. in prin. & §. 1. infra quis dicatur Dux, Marchio, Comes, vel si Princeps aut Rex inuestiat aliquē de aliquo manso. c. 1. § si quis de māso. ℣. si de inuesti. feu. controu.
77 fue. ¶† Iuxta hanc diuisionē pro eius intelligentia quærit Bal. an Imperator, vel Rex possint alienare castra aliqua Imperij, vel Princeps possit alienare ea, quæ sunt principatus, & arguit copiosè, & interserit multa elegātia dicta, attingēdo etiam de potentia Principis, dic, vt hic per eum, qui in effectu videtur distinguere post Antiquos, prout etiā refert, & sequitur Mar. Laud. in d. c. 1. in prin. in 6. col. ℣. tit. 1. quòd aut Princeps, vel Imperator alienat expropriando, & penitus abdicando omne dominium, iurisdictionem, & dignitatem, & non potest, quia esset deformare principatum. capitul. intellecto. vbi Doctor. de iureiuran. Aut alienat retinendo directum dominium, vel saltem superioritatem, & valet alienatio. capitu. primo, in princip. infra titul. 1. capitul. 1. § præterea. cum gloss. infra. de capit. Corra. & dict. capitul. 1. in princip. & §. 1. infra quis dicatur Dux, vel Marchio. ¶ Limitat tamen not. Mart. vbi supra, nisi infeudatio vergeret in detrimentum, vel incommodum principatus, vel regni. l. summa. ff. de peculio. puta si Rex passim daret in feudum nunc hanc, nunc aliam ciuitatem regnum anihilando, iuxta nota. in c. grandi. vbi Ioan. And. & alij. de sup. negli. præla. in 6. & in d. c. intellecto. pro qua limitatione faciunt, quæ subdam. ¶ Adde de quæstione principaliter tradita per Bald. plenius in procemio. ff. & Docto. in c. Abbate sanè. de re iud. in 6. & quæ notant Doct. maximè Pan. in d. c. intellecto. Adde etiam, quod Bar. in l. prohibere. §. planè.
78 ff. quod vi aut clam. nota. inquit, † ꝙ si Rex alienaret aliqua, quorum donatio cederet in magnam diminutionem iurisd. regalis, non posset hoc facere, etiam si iuramento firmaret, per dict. capitul. intellecto. sed si donasset aliqua, quæ non ita diminuerent iurisdict. valeret, & tunc donatio facta à Rege præiudicaret succedenti in regno. dict. capit. Abbate sanè. cui adde Bald. in dict. capit. licet causam. in quinta colum. de probationib. & in capitul. fin. ante fin. de re iudic. ¶ Subdit etiam Bartol. in dict. l. prohibere. §. planè, quòd ista faciunt ad quæstionem, vtrum Card. legatus de latere potuerit concedere castra pertinentia ad ciuitatem Ro. ciuitati Camerini, & dicit se consuluisse, quòd non, nisi esset sibi expressè concessum à Papa, per illum tex. quod reputat multum notabile, & sic si subtiliter aduertis in princip. quæst. Bartol. non facit differentiam, quam faciunt Bald. & Mart. supra relati, an princeps penitus abdicet à se omne dominium cum iurisdict. & dignitate, an verò retineat saltem directum dominium, vel superioritatē, sed solùm considerat Bartol. an donat. vel alienatio cedat in magnam diminutionem regni, vel principatus, an in non ma-
79 gnam. ¶† Prædictis adde, quòd Bald. in capitul. in generali. ℣. si de feudo defunct. conten. sit inter domin. & agna. quærit, an
a Rex Franciæ [a] possit alienare vnam de ciuitatibus regni, & concludit, quòd non. alibi etiam Bald. in l. cùm multa. C. de bon. quæ lib. dicit, quod quamuis non sit dubium, quòd Pa-
b pa [b] possit castra Ecclesię infeudare benemerentibus, sicut potest Imperator. capitul. 1. de nat. feud. Ioan. Andr. in capitul. cùm venissent. de iudi. tamen quando sunt valde preciosa, vt magna ciuitas, tunc solus Papa non potest, sed debet interuenire consensus Cardinalium, qui sunt capitulum vniuersalis Ecclesiæ, vt not. Archi. 12. quæstio. 2. capitul. cum redemptor. & capitul. Abbatibus. ¶ Pro isto vltimo facit, quia Papa non
c potest [c] res arduas sine Cardinalibus expedire, vt not. Bald. & alij in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. cum concordant. & additionibus quas ibi dedi. ¶ Alibi etiam dicit nota. Bal. infra in titul. de pac. constan. 30. colum. in verbo possideant, post Cyn.
80 in l. digna nox. C. de legibus, † quòd princeps nec per contractum, nec alio modo potest regalia concedere in præiudi-
d cium successoris, [d] quia sicut non potest iura principatus subuertere, ita nec minuere. l. si optio. ff. qui, & à quibus. quod no. ¶ Et circa hæc regalia aliud etiam not. quod multum exclamat Martin. Lauden. in capitul. 1. in principio. in septima colum. infra titul. 1. quòd non valet concessio, vel infeudatio regalium etiam viuo concedente, nisi in concessione expressè adsit clausula motus proprij, vel certę scientię. l. j. C. de peti. bo. subla. libr. 10. iuncto capit. si motu proprio. de præbend. in sexto. & dicit, quòd ista fuit singularis opin. Alberic. in l. quoties. C. de precib. imperat. offeren. Item ad prædicta, an Imperator, vel Rex possint donare, vel aliter alienare vnam ciuitatem, vel vnum castrum. Adde Ioan. de Imol. in rubric. ff. de verborum obligationibus. Alexand. in l. filio quem pater. in vlti. colum. in principio. ff. de liber. & posthum. vbi refert se consuluisse, quòd Imperator non potuerit donare castrum, seu ciuitatem cum pleno, & omnimodo dominio directo, & vtili, & omnimodam iurisdictio. nulla sibi facta reseruatione, non apparentibus aliquib. meritis donatarij, post Bal. & Imol.

per

ADDITIONES.

a ¶ An Rex Fran. Adde Doct. in c. dilecti filij. de ma. & obe. Docto. in c. auditis, de præscr. Doct. in c. in nostra. de iniu.

b Quòd Papa. Adde Fel. in c. ad audientiam. de præscr. in 1. col.

c Quod Papa non potest. Adde Fel. in rub. de const. vbi alleg. ad partes, & communis opi. est, quòd Papa possit, & quid si esset consuetudo, quòd Papa nō posset exercere ardua sine consi. Cardinalium, an valeat talis consue. dic, ꝙ non, ꝙa esset ꝑscribere ℈ suprema ꝑtātem Papæ, ℈ q̄ non valet aliqua prę scriptio ſcđm Inn. in c. bonæ. el 2. de postul. præl. Inn. in c. quanto. in 1. col. de consuet. Arch. in c. volumus. 16. q. 4. Ant. de Bu. in c. 1. in 8. col. ver. fatetur tñ. de const. Doct. in c. sacros. in 2. col. 22. dist. Abb. in c. omnis anima. in 1. no. de censi. in c. fi. in 1. not. de const. Bal. in rep. l. 1. in 11. col. versi. quid ergo dicemus. C. de eman. lib. in l. fi. post prin. ff. de iust. & iu. & in in Auth. quas act. in vltima col. ver. tu dic, quòd suprema iurisd. C. de sacrosan. Eccl. Ang. in l. sicut in rē. C. de præscr. 30 an. Lu. Ro. in l. vsucapione. la 2. ff. de vsuc. Pet. de Anch. consi. 142. inc. clarior & breuior, &c.

d In præiudicium successoris. Adde hic, nunquid successor Papæ, vel Imperatoris possit reuocare alienationes malè factas à suo prædecessore, dic ꝙ sic, secundum Egi. Bellam. consi. 12. in 2. col. versi. 3. dubitatur.

Source : BIU Cujas

per eum allegatos,præcipuè Bald.hic.¶Item adde,quod dicit Bald.in l.ſi certarum.in princip.ff.de teſtam. mili.quod Imperator non poteſt donare quotam Imperij, puta tertiam, vel quartam, vel dimidiam, ſed bene aliquas res Imperij. Item adde,quòd dicit Bald.poſt Inno.in c.bonæ.el 2. in 7.colum.de
81 poſtul.præla. † quòd Papa cum bona cõſcientia poteſt donare decimas, vel caſtella eccleſiarũ,ꝙ dicit tenendũ menti,pro caſtro Piſano cuidam donato à Papa habente plenam notitiam qualitatis rei. Item adde, quod vult domin. Alexan. conſi.1.in 7.col.5.vol.quod Rex,vel Princeps poteſt aliquam particulam ſuæ iuriſdictio. regni alteri concedere quo ad vti-
82 le ius in feudum. ¶†† Secunda diuiſio feudorum eſt, nam aliud eſt purum ſimplex,& rectum, & iſtud eſt feudum regulare,& eſt illud, quando in eo non ſunt determinata ſeruitia. Aliud eſt feudum non ſimplex,ſed qualificatum, & conditionatum,quando ei ſunt annexa certa ſeruitia, vel adiecta certa conditio, puta ad ſeruiendum Principi in menſa.c. 1. vbi notatur. infra de notis feu. not.gloſſ. in c.1. infra de capi. qui curiam vendi. c.1. in fin.infra in quib.cau. feu.amit. dicit tamen Alua.hic in 12.diuiſione poſt Bald.in c.1.in 2.col.ĩ.de conſue. recti feu.quòd feudum poteſt appellari rectum,& non rectũ, alio reſpectu,nam alibi feudum rectum dicitur, quando quis adipiſcitur poſſeſſio.feudi præcedente licentia domini,aſſante & præſente curia, & in tali feudo eſt perinde, acſi de eo facta eſſet inueſtitura, & eſt tranſmiſſibile feudum.cap.1.in princip. de conſue.recti feud.ſed ſi dicta licentia eſt data abſque curia, tale feudum cenſetur abuſiuum, & non eſt tranſmiſſibile.cap. 1.infra quib.mod. feu.conſti. poteſt.Item, & alio reſpectu ſecundum Alua. vbi ſupra poteſt dici, quòd illud feudum ſit rectum,quod eſt perpetuum, & non poteſt reuocari.c. 1.§.itẽ ſi vaſſallus. ĩ.ſi de inueſt.feu. contro.fue.illud verò, quod põt reuocari,appellatur feudum non rectum,quando datur ratione officij,vel meriti, vt loquitur tit.de feu.gua. vel caſtal. &c.
83 vbi Alua.ĩ.de contro.inter vaſſal. & alium. ¶†† Tertia diuiſio feudorum eſt,& multum ſubſtantialis, & longè vtilior quàm alia,ideo eſt plenè attingenda,iuxta verba Iuriſconſulti in l.legaui.ff.de lib.leg.Nam aliud eſt antiquum,aliud paternum,& aliud nouum.Paternum autẽ dicitur dupliciter, primò illud, quod à patre meo quæſitum eſt, vel ab alio meo aſcendente vſque ad quartum gradum, à quarto gradu.ſ. appellatur antiquum. Alio modo appellatur feudum paternum, quando fuit quæſitum ab alio ex anteceſſoribus cuiuſcunque gradus ſit,dummodo fuerit parens communis agnatis, & iſtud propriè antiqnum eſt,licèt paternum dicatur.c.1. verſi.paternum. ĩ.de natu.ſucceſ.feu.c.1.ĩ.de gra. ſuc.in feu.& in gloſſ.in c.1.in verſicul. inueſtiri. vbi Doctor. ĩ. de ſucceſ. feu. vbi glo. dicit, quòd aliud eſt feudum paternum, aliud antiquum, quod ab anteceſſoribus fuit quęſitum.Nouum autem dicitur,quod eſt de nouo acquiſitum,& habuit initium in perſona iſtius primi inueſtiti. capitul.1. ĩ. quot teſtes ſint neceſ. ad proban. inueſti. vt hic per Docto.maximè Bald.in 3.diuiſio.Alua.in 6.Ia.Ardi. in ſum.in princip.2.colum.Ioan.Ray.in d.repet.capitul.Imperialem ſuper rub.in 1.diui.Marti.Laud.in capitul.1. in princip. 3. diui.ĩ.titul.1. & vide etiam Bald.in 5. diui.etiam tenentem, quòd feudum paternum largè dicatur quicunque ex ſuperioribus illud acquiſiuit, qui fuerit agnatus,ea.dict. capitul.1.ver-
a ſicul.paternum.& vſque ad quem gradum [a] dicatur paternũ, & quando deſinat vocari paternum, dicitur in capitul. 1. vbi Doctor.de ſucceſ. feu. & an per refutationem deſinat eſſe paternum,habetur in cap. 1.in fin. ĩ. de vaſſal. decrep. ætatis, & dicit Alua.in 6.diuiſione, quòd inter iſta feuda eſt longa differentia, quia in feudo nouo non ſuccedunt niſi deſcendentes illius primi acquirentis inueſti, ſed in feudo antiquo ſeu paterno ſuccedunt non ſolum deſcendentes, ſed etiam agnati, & collaterales, qui tamen deſcenderunt à primo acquirente. capitul.primo.infra de nat.ſucceſ.feud.ſed tu conſidera, quod in effectu modica eſt differentia, quia licèt dicatur collateralis quo ad iſtum cui immediatè ſuccedit, tamen conſiderato ſtipite, & primo qui acquiſiuit, eſt de eius deſcendentibus.
84 ¶†† Tu ergo adde aliam differentiam, quam ponit text. not. in capitul.primo.infra quot teſt.ſint neceſſa.ad proband.inueſti. vbi ſi feudum eſt antiquum, inueſtitura poteſt probari per quoſcunque teſtes, ſed ſi ſit feudum nouum, tunc noua inueſtit. non poteſt probari niſi per pares curiæ, ideſt per alios conuaſſallos.¶Aliam quoque adde, quam ponit not. Bald.in l.prima.ff.de rerum diuiſio.in prima colum. in 4. quæſtio. vbi poſtquam declarauit feudum nouum,dicit, quòd non prouenit à linea, vel ſucceſſione progenitorum. Antiquum autem, ꝙ à ſucceſſione ꝓcedit, & deriuatur in alios ſucceſſores, vt ibi per eum, poſteà ſubdit not. dĩam, quia feudum antiquum ąritur ſine inueſtitura,cùm ex antiqua inueſtitura iam ſit quæſitum,vnde non requiritur noua inueſtitura, nec noua ſolutio de feudo,nec noua traditio.c.1.in verbo,primo per inueſtituram patris,& aui.infra de feu.Mar. c.ſciendum.ĩ. de feud.cog. tñ non conſeruat, niſi intra annum petatur renouatio inueſtituræ,quia petere inueſtituram eſt quaſi quidam cenſus de nouo,& recog.quę debet prẽſtari domino,& ſi non præſtatur,res incidit in commiſſum,ſed feudum nouum non quæritur ſine inueſtitura,ideo tranſmitti non poteſt,niſi quis ſit inueſtitus.c.
85 ſciendum.ĩ.quib.mod.feud.conſti.poteſt. ¶†† Adde ẽt prædictis, ꝙ feudum paternum dĩ propriè vſque ad quartum gradũ aſcendentiũ.ſ.patris,aui,ꝓaui,abaui,& ataui,abinde.ſ.propriè loquendo non appellatur feudum paternũ, ſed antiquũ. c.1.§.hoc quoque.vbi Bald.in fin.ad hoc nota.ĩ.de ſucceſ.feu. & text.in c.1. §.1.de gra. ſuc.in feu. quem text.inter alios Scribentes not.ibi poſt Iac. de Bel. Bald. dicens ex illo text. melius notari quàm alibi in iure,ꝙ illud dĩ feud.paternum,ꝙ fuit ge-
86 nitoris agnati cõis. ¶†† Et vltra prædicta, qñ feudum dicatur nouum,& qñ antiquum, adde Bald. in Auth.defuncto. C.ad Tertul. & vide omnino Alex.conſil.39. incip. quoniam omne datum optimum, &c. in 3.col. & ſequen.in 1.vol. & Oldr. in pulchra.q.conſil.184.Pau.de Caſtr.conſil.152.cum duob. ſeq. & quod dicatur feudum nouum, vide glo. expreſſam.25.q.2. c.quæcunque.in verbo nouum. Franc. de Aret. in conſil. pen.
87 incip.magnifici,& excel.domini. præſertim in 3. col. ¶†† Quæ etiam dicatur noua emphyteuſis, ſeu nouus emphyt. declarat ſingul.Salic.in l.fin.in 7.colum.C.de iure emphyt.¶Prædictis etiam adde, quòd Bald. hic in prælud.in 18. col.in 5.diuiſione no.inquit,ꝙ feudum paternum, vel antiquum, licèt de nouo inueſtiatur, tñ remanet antiquum, & ſic per nouam inueſtituram feudum antiquum, vel paternum non ideo efficitur nouum.c.1.vbi Bald.& alij.ĩ.de vaſſal.decre.ætatis, & text. in c.1. vbi Alua. ĩ. an agna.vel filius. & text.in c.1. ĩ.de eo,qui fid.fecit agna.& vide Bal.in c.1.in 1.col. ĩ.de eo,qui ſibi, & hæ-
88 re.maſ.& glo.25.q.2. c.quæcunque.in verbo nouum.¶†† Et ex hoc not. ꝙ ſi pater in vita ſua fecit de ſuo feudo inueſtiri filios ſuos,iſtud feudum non ideo efficitur nouum, ſed antiquũ. d. c.quidã.ꝙ eſt cap.primum. ĩ.de vaſſal.decre.ætatis. ita expreſsè notat,& reputat ſignandum Bal.in l.1.in 15.q. in fi.ff.de rer. diui. ¶Quid autẽècontra,ſi feudum ſit nouũ,& in inueſtitura dicatur,ꝙ ſit, vel cenſeatur antiquum,paternum. auitum, vel proauitum, vel concedens dicit, quòd concedit mihi tale caſtrum in feudum, nomine, & iure antiqui feu. poſſidendum, vt tota die ponitur in inueſtituris feudorum, an propter talia, vel ſimilia verba tale feud. quod verè eſt nouum, quia nunc nouiter acquiſitum, aſſumat in effectu naturam, & qualitates
b antiqui feudi.[b] Iſta eſt multum vtilis quæſtio inter omnes,quę tractari poſſunt in materia feudorum, in qua ſæpè de facto
c conſului. [c] & ideo ad eam attende diligenter.Bald.in terminis in cap.1.in 1.colum.in fin.ĩ.de alie.feud. paterni.dicit, quòd licet feudum ſit nouum,tamẽ propter talia verba aſſumit qualitates feudi paterni,vel antiqui.argum.l.quicunque.C.de omni agro deſerto.libr. 11. & ſic poterit alienari in proximiores agnatos abſque conſenſu Principis, quod non poſſet, ſi eſſet feudum nouum,quod eſt bene notandum ſecundum Bal.ibi: idem tenet Bald.in c.1.ĩ.an agna.vel filij,& Alu.in c.1.ĩ.de vaſſal.decre.ætatis,& in c.1.§.fin.infra de gra. ſucceſ.in feud.facit, quod dicit Bald.in capit.1.§.hoc quoque.in fin. infra de ſucceſ. feud.vbi dicit,quòd in feud.ſolent poni iſta verba, in feudum paternum,& antiquum,vt omnes ceſſent dubitationes, quod eſt notandum ſecundum eum. Idem ſimpliciter tenet Marti. Lauden.in d.c.1.de alie.feud.paterni.Et ſimpliciter ſequitur d. Alexand.in conſil.1.5.volum.in 9.colum.nu.27.¶Contrariam opin. quòd talia verba iure antiqui, & paterni feudi rei veritatem non immutent,tenet Old.cõſil.178.incip. factum tale eſt, quidam nobilis, &c. Et vltra adducta per eum ego pondero,
d nam contrariorũ [d] eadem eſt diſciplina. inſtitu.de his,qui ſunt ſui.in principio.& l.j.ff.eod.ſed ſic eſt in caſu ècnotrario, quòd ſi feudum verè eſt antiquum,vel paternum, certè propter no uam inueſtituram non ideo efficitur nouum, nec aſſumit qua litates

ADDITIONES.

a ¶Et vſque ad quem gradum. Adde Bald. in c. decedenti, qui feud. da. poſ. in c.1.§.1.de ſucce.feu.in c.1.de vaſſal.decre.æta.in Auth.de fun. ad Ter.Pau.de Caſt.conſil.136.incip. viſo inſtrumento cuiuſdam inueſtituræ.

b * Antiqui feudi.Adde Tiraq.de retract.conſang.§.32. gl.1.nu.41.

c * Conſului.Adde Clar.§.feudum.q.8.eundem Iaſ.conſil.57.lib. primo. conſil.152. libr. ſecundo. vbi tenet eſſe nouum. contrarium verò dixit conſilio 1.verſicul.2.principaliter.libr.3.conſil. 156. colum.quarta.verſicul. 2.ſpecialius. PANCIR.

d ¶Contrariorum.Adde glo.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog.gl.in l.Pompo.ff.de procu.glo.in cle.1.de ſenten.excom.Arch.in c.ſciendum.7.q.1.

Source : BIU Cujas

litates noui, imò durat antiquum, vt ſ. dixi, nec aliquis diſcrepat. ergo ita ſi feud. verè ſit nouum propter illa verba, quod cenſeatur iure antiqui feudi, non ideo debet immutare naturam noui, & aſſumere naturam antiqui. etiam habes per Pau. conſil. 153. & prædictum conſi. Old. formalius refert, & ſequitur Alb. de Roſ. magnus practicus in dictionario ſuo, in verbo nouum, & ibi in fi. dicit magnum verbum, quòd ita fuit deter
89 minatum. ¶† Pro pleniori inſtructione præſentis inueſtigationis ſuccedit alia pulchra, & quotidiana quæſtio conferens ad eruendam veritatem præcedentis, quam format Bald. hic in præludijs in iſta tertia diuiſione feu. in 16. colum. in verſicul. circa hoc dubitatur de tali quæſtio. vbi quærit, pone, quòd
a Epiſcopus, [a] vel prælatus Eccleſiæ inueſtit aliquem de caſtro hoc modo, inueſtio te tanquam de feu. veteri, & antiquo, feu. innouando, quod anteceſſores tui ab antiquo tenuerunt, poſſederuntúe, an per talia verba præſumatur ſaltem, vel probetur feu. eſſe antiquum, dicit Bald. ſe audacter dicere, quòd non, & probat tali fundamento, nam prælatis eſt prohibitum à iure, res Eccleſiæ de nouo concedere in feud. ſed ſi antiquitus ſunt feudales, & ſic ſolitæ concedi in feudum, & tunc prælatus poteſt concedere. text. eſt de vtroque. in c. 2 de feu. & videbitis plenè in c. 1. in princip. ſ. tit. 1. ergo talia verba videntur appoſita in fraudem. l. bene dicimus præſumi fraudulentam confeſſionem, quæ emanauit inter perſonas prohibitas. l. qui teſtamentum. ff. de proba. l. cùm quis decedens §. Titia. ff. de leg. 3. nam verba enuntiatiua non probant inter eos qui non poſſunt liberè diſponere. l. ſi fortè. vbi not. Bartol. ff. de caſt. pecu. Bartol. & alij in l. ſi donatione. C. de colla. cum alijs concord. ibi poſitis. Bartol. & alij in l. ſciendum. in 2. colum. ff. de verbor.
90 oblig. hoc apertius fortificat Bal. † quia certiſſima eſt regula, quæ nunquam fallit, quòd vbi aſſertio facit contractum, vel negotium eſſe licitum, qui aliàs eſſet à iure improbatus, certè tales verborum cautiones, vel huiuſmodi partium enunciationes nihil probant, nec eis eſt ſtandum, imò potius ex talibus verbis circonuentio iuris oſtenditur, niſi ſic eſſe, vt pronunciatum eſt aliter per probationes legitimas, doceatur, vt in iuribus prælegatis, & alijs, vt hic per eum. mouetur etiam Bald. quia vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt. l. acceptam. C. de vſu. l. domicilium. ff. ad municipa. l. final. C de vſu. pupil. cap. primo. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſeru. imò inducunt circunuentionem iuris. l. cùm hi. §. ſi cum lis. ibi, fingi enim lites poterunt. ff. de tranſacti. ¶Subdit tamen ſe non negare, quin ex illis verbis enunciatiuis non ſubſtatietur nouum negotium, dum tamen ſit in poteſtate enuntiatis nouum factum formare. l. Lucius. in §. quiſquis. ff. de lega. 2. l. Lucius. §. 1. ff. de lega. 3. & l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. facit. l. optimam. C. de contrahend. & comittend ſtipulatio. & cum Bald. tenet Marti. Laud. in c. 1. in princip. in 7. colum. ſ. titul. 1. vbi limitat, niſi talia verba enuntiatiua eſſent in inſtrumento antiquo, quia propter antiquitatem omnia præſumuntur ſollennia, & vera, allegat not. per Cyn. & Bald. in l. emancipatione. C. de fid. inſtr. per Ioan. And. in c. Albericus. de teſt. & fuerunt verba do. Anto. in capi. quoniam contra falſam. de proba. facit quod vult Bartol. in l. admonendi. in 12. colum. vbi vide multa, quæ ibi dixi. ff. de iureiu. ¶Adde, quòd cum deciſione Bald. tenet etiam Imol. referens Card. ita conſuluiſſe in capitul. 2. in antepen. colum. de feu. & Alexan. in 3. parte conſiliorum ſuorum conſil. 10. inci. ponderatis his, quæ in themate narrantur, circa primum dubium. pondera ergo Bald. hic, & ſequaces velle expreſsè, quòd quando non eſſemus inter perſonas prohibitas de nouo infeudare, ſicut ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, quòd talia verba, iure antiqui, & auiti feudi, aſſumerent naturam antiqui feudi, & ſic volunt Bald. & ſequaces, & ſi Princeps, qui poteſt de nouo infeudare, ſecundum tamen ea, quæ dixi in prima diuiſione, concedendo nouum feudum diceret ſe concedere iure antiqui, & auiti feudi, ꝙ aſſumeret qualitates, ac ſi verè eſſet antiquum, & ſic Bald. hic, & ſequaces tenent primam opin. quam retuli in præcedenti quæſtione ſuper illis verbis iure antiqui, & paterni feudi, & ſic illa prima opi. vide-
* tur *magis communis*, ꝙ per illa verba feudum nouum aſſumat
b naturam, & qualitates antiqui; [b] quamuis Old. teneat contrarium in d. conſil. 178. eſt verum, ꝙ Paul. de Caſtr. in conſil. 154. aliàs 152. incip: & iſtud feudum, &c. videtur concordare cum opin. Old. ibi enim concludit, quòd ſi quis fuit nouiter inneſtitus pro ſe, & hæredibus ſuis adiectis illis verbis, ſcilicet tanquã de feudo veteri, & antiquo, ꝙ illa verba non operantur, quòd ſuccedant illi agnati, qui aliter non ſuccederent in feudo nouo, ſed ſolùm antiquo, tamen Paul. ibi principaliter fundatur, quia illa verba tanquam de feudo veteri, & antiquo, hoc non inducant, ſed mouetur alijs argum. vt ibi per eum. Et
91 cum Oldr. tenent etiam alij, quos ſupra retuli. ¶† Iuxta præ-

dicta quærit Bald. hic in 15. colum. quid ſi prælatus cum toto capitulo cofiteatur feudum eſſe antiquum, & iurat omnia vera eſſe, quæ in inſtrumento continentur? reſpondet Bald. quòd tunc omnia præſumuntur vera, maximè, quando prælatus eſt diligens, & in capitulo ſunt viri prudentes, & perſonæ notabiles. vnde conſuluit Bald. quòd quando prælatus facit huiuſmodi inueſtituras feud. quæ poſſent in dubio reuocari, quòd ilias faciat de conſenſu capituli, & vno tractatu cum capitulo, per gloſſ. not. in Authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. Eccleſ. vbi enim eſt prælatus & capitulum, ibi totum continens, niſi prælatus & capitulum, faciant expreſsè contra iuris conſtitutionem. l. iubemus nulli. verſic. nec ſi omnes. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & expreſſius in dict. Authent. hoc ius porrectum. vnde non poſſent venire contra factum ſuum, quando eſſet iuridicum, aliàs poteſt totum capitulum eſſe periurum, ſecundum Ioan. Mon. in capitul. vt circa. in gloſſ. in verbo nulli. de elect. in ſexto. & ſic non poteſt, quod iuramento firmat, negare. facit 63. diſtinct. c. ſacrorum. & per Ioan. And. in capitul. dudum. el primo. de elect. in nouella. ¶Iſtam deciſ. Bald. refert, & reprobat Martin. Lauden. in dict. capit. 1. in principio. in ſeptima colum. in fin. infra tit. 1. per text. ſecundum eum rotundum in dicta. l. iubemus nulli. verſicul. nec ſi omnes cum religioſo Epiſcopo. & per clemen. 1. de rebus eccleſ. non
92 alien. & capit. 1. eod. tit. in ſexto. † vbi prælatus cum toto capitulo non poteſt alienare, nec de nouo infeudare, aut in emphyteuſim concedere, niſi ſuadente neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ. ¶Nec obſtat gloſſ. in dicta Authentic. hoc ius porrectum. in fin. quia loquitur in mutuo, non in alienatione rerum immobilium Eccleſiæ, & ita tenet Bartol. in dicta Authentica hoc ius porrectum. facit, quod not gloſſ. pulchra in capit. quod quibuſdam. de fideiuſſor. & plenè ſcribitur in c. grauis. de depoſito. ¶Tu vltra omnes attende, quia puto non eſſe veram deciſi. Bal. & in practica de facili fraudaret eũ, qui illam teneret: nam conſidero, ꝙ Bal. fundat deciſi. per gl. in
* Auth. hoc ius porrectum. in fi. quam gl. Bar. Bal. & *communiter alij* reprobant. & ſequuntur gl. contrariam, quę eſt in corpore, vnde illa Auth. ſumitur. ſ. in Auth. de alie. & emphy. in §. hoc etiam ſuper his. verſi. ꝙ autem. & ibi Iac. de Bel. etiam tenet, & conſtituunt differentiam inter mutuum, in quo aſſertio prælati cum toto capitulo poteſt præiudicare, & alienationem rei immobilis Eccleſiæ, in qua aſſertio prælati cum toto capitulo nihil pręiudicat, & ſi dicas, ꝙ illa opi. Doctorum procedit, qñ etiam non interueniſſet iuramentum, tunc aſſertio enunciatiua prælati cum toto capitulo non præiudicat, ſed Bald. loquitur, quando etiam interuenit iuramentum, quo caſu bene præiudicat, cùm aliàs totum capitulum eſſet periurum, nec poteſt negare, quod iuramẽto firmauit. hic attende, licèt iſtud dictum ſit egregium, & in practica eſſet maximi emolumẽti, & per neminem alicubi reprobetur. ¶Ego tamen ex multis teneo, ꝙ non ſit verũ, & primò pondera id, ꝙ Bal. tenet in c. 1. §. item ſacramenta. in 6. col. verſi. quæro vtrũ iuſm pręlati, &c. ſ. de pace iura firman. vbi tenet, ꝙ iuſm pręlati non dat robur ꝯctui celebrato cũ Eccleſia. allegat Io. And. in c. grauẽ. de ſen. excom. in nouella. ¶Scdò & fortius in ꝯrium pondero id, qđ Bal. tenet in l. gñaliter. in prin. ver. qd ergo de his, ꝙ hĩdem non
93 hñt. C. de reb. cred. vbi q̃rit, † pone, ꝙ ciuitas Peruſina facit aliquẽ contractum, & ſyndicus hẽt mandatũ cũ iuramento, pone, ꝙ ꝯhit, & iurat, qd operaẽ iuſm, cũ ciuitas aĩam non habeat, vt not. Inn. in d. c. grauẽ, vt patet naturaliter. rñdit Bal. ꝙ aut loqmur quo ad reatũ periurij, & tunc non ligantur niſi iurantes, & mandãtes: aut loqmur quo ad ꝓpetuitatẽ, & rectè eſſet ꝯctus, & tũc iſtud iuſm faciat rẽpublicã hĩ loco maioris, vt ꝯctus inuiolabiliter valeat, & non reſtituaẽ in integrũ, ſicut dicimus in minore iurãte in ꝯctu ꝓ Auth. ſacra. & in corpore. C. ſi aduer. vend. & dicit, ꝙ iſta fuit opi. Ray. in ſumma illius tit. de iureiur. & ꝙ facit. c. pñtium. de teſtib. in 6. tñ ſm cũ quo ad firmandum actum idem eſt dicendum in ciuitate, ꝙ in mino-
* re & Eccleſia ſm eum, & iſtud eſt, ꝙ pondero, per multũ * iuſm poteſt fieri, quòd non habeatur loco minoris, & habeat reſtitu-

ADDITIONES.

a Pone, ꝙ Eps. Adde Doct. in l. non epiſtolis, & l. non nudis. C. de ꝓba. & l. magis puto. ff. de reb. eor. & in l. ſi fortè. ff. de caſtren. p. c. & in Auth. hoc ius. C. de ſacroſ. Eccl. * Et vide Bru. conſ. 57. Zaſ. tract. feu. c. de feu. pñn. nu 6. Cur. d. tract. q. 8. nu. 12. Tiraq. de retract. conſang. §. 32. glo. 1. num. 41. eundem Iaſ. conſil. 1. col. 3. lib. 3. PANCIR.

b * Antiqui. Adde, & limita hanc communem, niſi in inueſtitura comprehendantur certæ perſonæ, puta, quia accipiatur pro filijs maſculis, ita Cur. in conſil. 1. nume. 13. Idem Iaſ. conſil. 180. & 52. lib. ſecundo. Rui. conſil. j. libr. 1. Cephal. conſil. 132. num. 20. PANCIR.

* Per nullum legendum videtur, & paluò poſt.

Source : BIU Cujas

reſtitutionem fauore Eccleſiæ, pondera per multum iuramentum,ergo etiam prælati cum capitulo fauore Eccleſiæ. ¶Tertiò confirmo per id,quod vult gl.ord. in c.1.in gl.4.in verbo cõ
94 tractum. de reſti. in integ.in 6. † quæ tenet,ꝙ quando Eccleſia contra contractum petit reſtitutionem in integr.maius eſt ſuũ priuilegium quàm minoris,quia ſi minor iurat,non contrauenire non reſtituitur,per dict. Authen. ſacramenta. & in corpore.ſi autem prælatus iurat non repetere, vel non contrauenire in contractu damnoſo Eccleſię, quamuis ſic iurando deieret, tamen Eccleſia etiam eo prælato petente, vel alio per iudicis officium reſtituitur in integ. & ibi potes videre Docto. ſuper illa gl.Item in contrarium allego id, quod tenet ipſe Bal. in l.1.in 2.col.in 7.opp.C.de pac.vbi tenet, quòd ſi teſtator poſt mortem filij reliquit bona cuidam hoſpitali taliter, ꝙ ſit ſubſtitutio pupillaris,ꝙ hoſpitale non poteſt remittere talem ſubſtitutionem pupillarem in vita filij,ſubijciens, ꝙ hoc caſu non operetur iuramentum orphanotrophi, quia ſecundum eum iuramentum perſonæ non nocet pio loco,& iſtud eſt,qđ pondero,& quamuis Bal. non aperiat,quid ſi prælatus iuraret cum toto capitulo,tamen pondera rationem decidendi, quæ omni caſu generaliter militat,& ita reprobo Bal. quamuis non inue-
95 niam in ſpecie reprobatum. ¶ † Succeſſiuè circa præſentem materiam feudi noui,& antiqui,pulchrum dubium eſt, quid ſi
a feudum [a] erat antiquum,vel auitum, & vaſſallus commiſit felloniam contra perſonam domini, ita ꝙ amiſit feu. & reuerſum eſt ad dominum,dominus remiſit felloniam,nec ad ſe feudum reuocauit, an tale feudum iudicabitur nouum, an auitũ, vel paternum? de quo vide per gl. & Doct.præſertim Albe.in Lquod dicitur.la 1.ff.de impen.in reb.dot. Bal.in l.1.in 15.q.ff.de rerum diuiſ.Iacob.de Bel.Bal.& Alua.in c.1.ĩ. de vaſſal.decrep. ætatis.glo.in c.1.§.inſuper.& ibi Bal.plenè. in fi.col.ĩ. de prohib. feu.alienan.per Frid vbi poſt aliqua per eum relata, concludit vno verbo, ꝙ executio veteris feudi non eſt nouum feudum: ſecus ſi eſſet addita noua forma.l.ius ciuile. ff.de iuſti. & iure.& quod notauit in cap. qua auctoritate.de præben. in 6. & ibi per eum.& per glo.& Bald.in c.1.infra an agnatus, vel filius. & vide
96 Imo.in c.ex parte.in fine.colum.de feud. extra. ¶ † Et an refu-
b tatione [b] feudum deſinat eſſe antiquum,vel paternum, tangitur in præludijs diſcurſiuè in 18.col. & habetur in c.1.in fin. de vaſſal.decre.ætatis.per Bal.in c.1.ĩ.de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis.in c.1.§ hoc quoque.ĩ.de ſucceſ. feu. ¶Vltimò in
97 iſta materia illud diligenter not. † quia vtile, & neceſſarium eſt,ꝙ in dubio præſumitur feudum eſſe antiquum, non nouũ, ideo domino dicenti feudum eſſe nouum,incumbit onus probandi.cap.1.§.1.in verbo nouum dicit.ĩ. de gra. ſucceſ.in feud. quem Bald.ibi ad hoc notat,& dicit mirabilem, ſubdit tamen hoc ideo eſſe,quia indicia erant ſuper veteri feudo,& plus non dicit.adde Doct.in c.1.infra ſi de feudo defun. conten. ſit inter dom.& agna.vbi Bald.& Aluar.not.ſecundum Iaco. de Beluiſ. & Nico.de Neap.quòd benignior præſumptio eſt,ex quo conſtat,quòd fuit feudum, præſumere, quòd ſit antiquum potius quàm nouum, ex quo ſequitur ſecundum eos, quòd vbi non conſtat de origine feu. propter antiquitatem, an ſit antiquum, vel nouum reſpectu agnatorum ſuccedere debentium, debemus præſumere eſſe antiquum potius quàm nouum, ratione antiquitatis,cùm vaſſallus ab antiquo poſſederit. magna eſt autem præſumptio pro factis antiquis, ſecundum Barto. in l.admonendi.in 12.col. vbi multa dixi. ff.de iureiur. nec repugnat, quod ibi dicitur nouum feudum, nam potuit eſſe antiquum, quo ad vaſſallum mortuum, licèt nunc cenſetur nouum reſpectu agnatorum nunc comparentium, & qui nunc admitti deſiderant, nam & ſi centum annis feudum ſit poſſeſſum ab vna linea collaterali, poteſt eſſe nouum quo ad aliam lineam, ſed propter antiquitatem in dubio debet præſumi antiquum, per illum tex.quod eſt valde notabile, ſecundum Bal.ibi, & ſecundum Aluar.ibi in primo notabili eſt valde no.dignum.¶Limita tu prædicta procedere, niſi dominus reperiatur eſſe in poſſeſſione feudi, quia tunc incumbit agnatis onus probandi illud eſſe feudum antiquum,ita Iaco. de Beluiſ.in d.cap.1.ĩ.de gradi.ſucceſ.in feud.per id,quod habetur in cap.1.ĩ.de conten. inter me,& do.& in c.1.§.cùm autem.ĩ. ſi de inueſti.feud.contro.fuer.& ſequitur dom.Alex.in 3.vol. conſiliorum conſi. 10. incipien.ponderatis his, quæ in themate narrantur. circa primum dubium, &c. in 1. colum. & ſic eſt expedita iſta diuiſio.
98 ¶ † Quarta diuiſio feud. quia quoddam habet propriam naturam feud.in qua dic, vt hic per Bald.cum quo tenet ſimpliciter Aluar.in ſecunda diuiſio. & Mart.in d.c.1. in 4. diuiſione. not. tamen diligenter illam maximam in tota materia feud. quam tradit Bal.hic in iſta quarta diuiſione, quòd ad tenorem inueſtituræ ſemper eſt currendum,quia vim contractus oſtendit,in c.1.ĩ.de duob.fratrib.à capi.inueſti. & c.ſi quis.ĩ. de feud. non haben.propri.feu.natur. ibi dum dicit text. licèt propriam feudi naturam non habeat,iure tamen feudi cenſebitur, & c. Et per iſta not.Bald. refert Mart.Lau.in d.c.1. in 1.colum.ĩ. eo. quòd iſta eſt vna maxima in feudis, ꝙ primò inſpiciendus eſt tenor inueſtituræ,ꝙa derogat omni iuri feudorũ, alibi Bal.in d. c.1.in 2.col.de duob.fratrib.à capi.inueſti.no. ibi circa tex.egre-
99 gium, & tenendum menti, † quòd tenor inueſtituræ derogat omni feudorum iuri alibi Bald.in c.1.§.denique.in 1.col. prope medium.infra quæ fuit prima cauſa benefic.amit. pulchrè dicit,quòd forma inueſtituræ eſt præciſa, à cuius tenore non eſt recedendum.allegat d.cap.1.de duobus fratrib.à capita. inueſtit. & pondera verbum præciſa. Alibi Bald.in l.vnica.§.ſed & ſi quis.el 2.C.de lati.liber.tol.no.arg.illius tex. quòd per inueſtituram feudum declaratur. Alibi Bald.in l.quoties in 2. colum. C.de ſuis, & legi.dicit, quòd in feudis ſolet regula tradi ſecundum modum inueſtituræ,nec non vim, & ſenſum verborum eſſe intuendum, & quòd in feudis qualitas verborum inſpici debet, quia forma contractus ſunt verba: forma eſt, quæ dat eſſe rei, vt ibi per eum. ¶Et ad prædicta adde Ioan. de Ana.in conſi.7.incip.viſis,& ponderatis, in 2.col.& in conſi. 37. incip. viſo puncto, & in conſil.84. incip. videndum eſt virtute reno-
100 uationis.in 1.col. ¶ † Circa quintam diuiſionem Baldi nihil eſt addendum. ¶Adde ergo in ſexta dum dicit Bald. quòd feu.aliud eſt merè reale, quod actiuè, & paſſiuè tranſit ad hæredes tam cõcedentis,quàm recipientis,vt eſt regulariter, quia vnuſquiſque ſibi, & hæredibus ſuis intelligitur velle in feudo prouidere.c.1.§.fi.ĩ.in quib.cau.feu.amit.c.1.ĩ. de duob.fratrib. à cap.inueſti.c.1.§.cùm verò Corradus.ĩ. tit.1. & in c.1.in prin. ĩ.de ſucceſſio.feu. Nam iſtud fallit in his,qui viuunt iure Franchorum, quia in eis feudum ſolùm tranſit ad primogenitum, ſecundum Iaco.de Beluiſ. hic quem ſimpliciter ſequitur Alua. in 10.diuiſio.alleg.facere, quæ ponit Bal.in l. cùm antiquiorib.
c C.de iure delibe. ¶Feudum autem perſonale [b] eſt,quod tranſit ad hæredes dantis,non recipientis,vt in feudo guardiæ. c.1.ĩ.de feud. guar.quando feudum expreſsè concederetur ad vitam alicuius tantum.c.1.ĩ.quib.mod.feud.conſti.poteſt. & c.1.ĩ.de conſuet.rec. feud. vel quando conceditur feudum habitationis,quod finitur morte recipientis, niſi aliter ſit ſpecialiter cautum.c.ſi vaſſallus.ĩ.hic fini. lex, &c. ſecundum Alua. hic in de-
101 cima diuiſione. ¶ † Feudum verò perſonale eſt, quod ex na-
d tura non tranſit ad hæredes, [d] nec dantis,nec recipientis, vt patet exemplum in feudo ſoldatæ.cap.1.§.ſoldata.infra quis dicatur Dux,vel Marchio. ¶Vltrà Scribenres huic diuiſioni oportunè annecto aliam diuiſionem, quia quoddam eſt feudum, quod tranſit nedum ad deſcendentes, ſed etiam ad collaterales,& agnatos,vt eſt paternum,& antiquum: quoddam tranſit ad filios tantum,vt eſt feudum nouum, vt dixi ſupra in tertia diuiſione:quoddam tranſit etiam ad extraneos hæredes, quando quis expreſsè accepit feudum pro ſe, & cui, vel quibus dederit.c.1.ĩ.de feud. non habente propriam natur. feud. & dixi ſupra in 5.q.prin. dum tetigi an feudum veniat in reſtitutione
102 fideicom. † ¶ Quoddam eſt feudum, quod ad neminem penitus tranſit poſt mortem vaſſalli, & poteſt poni exemplum in feudo dignitatis,vt Marchiæ,Ducatus,Comita.vel Regni.de quo dixi ſupra in princip. diuiſio. nam de iure talia feuda non tranſeunt etiam ad filios, licèt de conſuetudine vſurpatum ſit contrarium,vt habetur in tit.ĩ.de aliena. feud.in fi. & cap.1.infra de feud.Mar.& in cap.1.quis dicatur Dux,vel Marchio. Facit,quod habetur in c.per venerabilem.de elect.& in talibus dignitatibus filij etiam non poſſunt petere aliquam legitimam, glo.not.in c.licèt.vbi per Innocen.& alios,de voto.Card.Flor.in c.fi.de feud.& ibi Imo.in 24.col.in 3.q. vbi etiã vide per eos de
103 iſta vltima quadruplici diuiſione feudi. † Quærit Bald. in hac
e ſexta diuiſione,quid ſi concedo [e] domum, & fundum in feudum ad vtendum,& fruendum,an propter talia verba finiatur morte? Et arguit ad partes,finaliter concludit,quòd non tranſibit ad hæredes per l.ſi habitatio.§.ſed ſi. ff.de vſu & habit. pulcher paſſus eſt, licèt non inueniam bene diſcuſſum. iſtam deciſionem reprobat Mar. Lau.in c.1 in 8.col.ad fin. & ſeq.ĩ eod. propter diffinitionem feu.in qua dicitur, quòd eſt conceſſio ad vtendum,

ADDITIONES.

a ¶Quid ſi feudum. Adde Doct.in l.peculium.ff.de pecul.

b ¶Refutatione. Adde Lud.Rom.conſi.315. incip.in caſu propoſitæ conſultationis.idem Lud.conſi.1. inc. viſis in facto propoſitis.

c ¶Perſonale. Adde c.feuda habitationum.ĩ.de feu.

d ¶Tranſit ad hæredes. Adde,quòd fallit in his, qui viuunt iure Franchorũ,quia tunc tranſit ad primogenitum.ſecundum Iac.de Bel.in d.c.1.facit ad hoc, qđ no.Bal.in l.cum antiquiorib.C.de iur.delib.

e ¶Quid ſi concedo. Adde Docto.in l.cùm hi.in §.ſi vni.ff.de tranſa.& in l.domus.ff.de vſufr.

Source : BIU Cujas

Ias. super usibus feudorum.

vtendum, & fruendum.c.1.in fi.ĩ.in quib.cau.feu. amit. & tamen transit ad hæredes.c.1.§.cùm vero Corradus.ĩ.titu.1. & s̃. dixi ¶Secundò, quia verba debent intelligi secundum naturã dispositionis,super qua ponuntur,etiam ea impropriando.l.insulam.ff.de præscrip.verb.l.si vno. in prin.ff.loc. ergo illa verba ad vtendum, & fruendum, intelliguntur secundum naturam feudalis dispositionis,quæ est,vt transeat ad hæredes,& descendentes.c.1.de gra.suc.in feu.facit.l.Titia cum testamento.§.fi.ff. de leg.2. Nec obst.d.l.si habitatio.§.sed si. quia respõdet,q ibi natura illius dispositionis non est, vt transeat ad hæredes, sicut hic.istud est quantum ipse dicit. Item aduerte,q Bald.met arguit de illo.c.1.in fin.ĩ.in quib.cau.feu.ami. & eo non obstante tenet contrarium,& certè diffinitio feudi ibi tradita nõ obstat, quia dictio vsusfructus in ea posita, capitur pro vtili dominio, secundum omnes ibi,dixi latè in 2.q.princ.¶Ego contra Bald. teneo, & moueor alijs medijs, & primò est aduertendum, q concedens primò dixit, concedo in feudum, & sic incepit à translatione vtilis dominij,quod transferitur in vassallum,& dixi in 2.q.prin. postea subiecit illa verba ad vtendum, & fruendum,talia verba debent intelligi secundum præcedentia,idest, q habeat vsum, & vsumfructum, & sic commoditatem vtilis dominij, sicut cæteri feudatarij habent, nec immutant præcedentem concessionem feudi, & sic translationem vtilis dominij.ita est tex.in l.donationes in concubinam.§.species & quod ibi dicit Bar.& alij maximè Imo.ff.de don. ¶Secũdò moueor per id,quod dicit Bal.in l.1.in 1.col.C.de fructi.& lit.expen.vbi dicit,q quando ex concessione apparet, q transfertur plenum ius,vel ius vtile in aliqua re,vt in casu nostro,illa verba ad vtẽdum,& fruendum,non diminuunt concessionem.d.§.species. nisi tempus adijciatur, puta ad vtendum, & fruendum in vita sua.l.cùm hi.§.si vni.ff.de transac. ¶Tertiò confirmo per id,qđ tenent gl.Cy.& Bal.in l.si prædium.C.de iur.dot.vbi dicunt, q si dico,concedo talib.religiosis tale prædium ad vsum, q venit proprietas,per d.§.species.¶Quartò facit id,quod dicit Bald.in rub.C.de iure emphyt. q si vendo talem fundum in vsum, seu ad vsum,ista verba ad vsum,ponuntur demonstratiuè,non taxatiuè,nec transitiuè,vnde plena videtur facta venditio, per d. § species ita erit in proposito in illis verbis ad vtendũ,& fruendum.¶Quintò confirmo per id,quod Bal.pulchrè decidit in d.
104 l.si habitatio. §. sed si. vbi quærit, † an si alicui concedantur possessiones in godimentum, seu gaudimentum, an transmittantur ad hæredes,dicit,q quamuis ille text.videatur facere in arg.q non, tamen contrarium est verum, quia verbum in godimentum,est quidam modus incertus,respiciens fauorem legatarij,ideo non restringit legatum, vt ibi per eum. ¶Sextò fa-
105 cit.l.4. in prin.de ali.leg. † vbi quando fundus relinquitur ad alimenta,tamen venit proprietas,& transmittitur ad hæredes. ¶Septimo facit id,qđ ibi Bart.diffusè tangit post Iac.de Are.& Oldr.in illa.q.si testator relinquit vxori domum ad habitandũ, vel relinquit fundum ad vsumfr. vt in casu nostro, an videatur relicta proprietas,& transeat ad hæredes, vide ibi per eum, nec est bona solutio ad illam.l.4.in prin.quam Bal. hic ponit, dum dicit,q ibi ideo ponitur causa demonstrationis, non causa coarctandæ dispositionis, quia in testamentis fit plenior interpretatio.l.in testamentis.ff.de reg.iur.& sic Bald.vult, q aliud sit in vlt.voluntatib.quæ sunt fauorabiliores.d.l.4. aliud in ϙtractib. vt hic.nam aduerte,q Bar. in d.l.4.ad fi.prin.dicit de directo cõtrarium: quærit enim ibi Bart.ad fi.quid in contractib. si quis in contractu dat fundum ad vsumfr.dicit se putare, q idem sit in contractibus,quod in legatis, seu vlti.voluntatib.per d.l.donationes in concubinam.§.species.vbi etiam Doct.maximè Imo. per l.si mulier.vbi glo.& Docto.C.de iur.dot. Prætereà dato,q aliud esset in contractib. quàm in testamentis, in quib.plenior fit interpretatio,tamẽ aduerte,q cùm quæstio nostra sit.in feudo, qđ est beneficium, vt dixi latè.s̃.in 3.vel in 4.quæst.principali, etiã in feudo, & sic in beneficijs debet fieri pleniſſima interpretatio.l.fi.ff.de consti.prin.c.cùm dilecti.de dona. Et tenendo istam partem contra Bal.ad d.l.si habitatio.§. sed si.allegatã per Bald.vltra respon. Mar.s̃.relatam,& vltra aliam responsio. quam ponit Bar.in d.l.4.in prin.ff.de alimentis legatis, & reprobat Imo.in d.§.species.in rubri. vt ibidem per Imo.ad istam.q. etiam adde id,qđ ponunt Docto.præsertim Imo.post Bart.in l. apud Iulianum.aliàs idem Iulianus.§. si quis alicui.ff. de lega.1.
106 ¶†Septima diuisio feudorum est,aliud est ligium, [a] aliud nõ
a ligium.¶Ligium est,quo iuratur fidelitas contra omnem hominem de mundo,nullius alterius fidelitate excepta, qđ feudũ propriè non conceditur,nec suscipitur nisi ab eo, qui superiorem non recognoscit.¶Feudum non ligium est,quando in cõcessione,& fidelitate excipitur prior dominus, cui iam est ligatus,puta si facio tibi homagium fidelitate excepta,qua tali domino meo teneor.c.1.§.fi.ĩ.hic fi. lex Corra. deinde cõsue.reg. incipiunt.c.2.de prohi.alie.feud.per Lotha.ita Bal.hic in 8.diui. & aliàs in 13.& Mar.in d.c.1.in prin.in 9.col. Card. Flo.in c.fi.in 16.q.in fi.& ibi Imo.in 3.q.de feu.Sed credo, q non sit bene dictum,quia ad hoc,vt sit feudum ligium, requiritur, q nedum concedens, sed etiam recipiens superiorem non recognoscat, vt ĩ.apparebit.De isto feudo ligio habes tex. cum glo.ordina.in cle.pasto.§.rursus.versi.homoque ligius. de re iudi. & alibi non reperitur,secundum Bal.in loco.ĩ.allegando, & illa glo.dicit, q feudum ligium fit Imperatori, vel Regi nullius alterius fidelitate salua,vel excepta,sed in vassallitate,& fidelitate reseruatur saltem Imperatoris fidelitas.c.imperialem.§ fi. ff.de prohib feu. alie.per Frid. ¶Istam glo.Io.And.sumpsit de verbo ad verbum ex Specu.qui melius tangit, quàm alibi legerim in tit. de feu.§. quoniam.in 1.col.ver.& nota,q est homagium.Ibidem tamen Spec.posteà refert multos putare feudum ligium dici,quando vassallus mittit manus suas intra manus domini, & ibi homagium,ac fidelitatem facit,& promittit, & ab eo osculum recipit,sed non est verum secundum eum.¶Alij post Spec.dicunt, q feudum ligium est, quando nullus excipitur quantum ad verba, sed quantum ad mentem intelliguntur illi exceptuati, qui supremam, vel generalem habent administrationem, vt Imperator,vel Rex.c.venientes de iureiu.contra quos non videtur quis velle dominum suum iuuare, vt per Specu.in eo.§.
107 versi.15.¶†Feudum verò non ligium est,quando aliquis excipitur,puta facio tibi fidelitatẽ, qua domino meo ligio astringor,vel quam saluo contra talem,vel saluo, q possim mihi dominum ligium facere. Et secundum Specu. istum vltimum modum cõmunis vsus loquendi approbat, & secundum quẽ loquitur Spec.per totum dictum.§. quoniam. licèt secundum eum primus modus supra relatus secundum gl.d.cle. pasto.sit de iure verior.Adde Host.& Ioan.And. in c.recolentes. de stat. monach Io.And.in c.ex diligenti.de simo. Andr. de Iser.in c.1. de noua for.fide. ¶ Alibi Bal.in l. vnica.§.1. C.de cad.tollen.in pen.col.dicit, q feuda magnarum dignitatum vocantur ligia, quia quanto maiores sunt vassalli, tanto debent esse legaliores, & ideo iurant fidelitatem contra hominẽ mundi, de quo feudo ligio fit mentio in tex.& gl.d.clem.pasto. & alibi in iure scriptum non reperitur,secundum eum. ¶Ex istis apparet,nõ esse verum id,quod alibi dicit Bal. in c. ad audientiam. in fin.col.in prin.de rescrip. q feudum ligium est illud, quod immediatè quis habet à Papa.d.clem.pasto.¶Reperitur tamen secundum eum feudum subligium,& est illud, qđ excepto primo domino quis contra omnem hominem seruit. istud ergo clarè confunditur ex prædictis,& ĩ.dicendis. Item de isto feu. ligio adde Bal.in addi.Spec.in tit.de feu.in 1.& 2. col. ¶Ad istud ergo intelligen.annecto id, de quo dubitat, & super eo relinquit cogitan.Mar.Lau.in d.c.1.in prin.9.col.infra tit.1.vbi dicit videri impossibile dari feu.ligium nisi à Papa, & sic conformat cũ dicto Bal.in d.c. ad audientiam.quamuis de eo mentionem non faciat, quoniam licèt vassal.iuret fidelitatem etiam Imperatori, nullius alterius fidelitate reseruata, tamen in tali iuramento subintelligitur semper excepta auctoritate Papæ,qui est maior
b Imperatore. [b] d.cap.venientes.l fin.in princip. ff. ad municipa. clem. Rom. de iureiur.cap.ad apostolicæ. de re iudi. in 6.super hoc dicit esse cogitan.dicit tamen se putare, q feu.ligium dicatur nedum in Papa, verumetiam in Imperatore, & Rege.c.1. in fi.de prohi.feu.alie.per Frid.& no.gl. in d.cle. pasto. nec obst. prædictum arg.quia respondet, q feu.ligium, in quo absolutè
* iuratur,nullius alterius fidelitate reseruata,non * recipit limitationem excepta auctoritate Papæ,& Imperatoris,iur.prealleg. & probatur in d.c.1.in fi. ¶Tu respondes clarius ex verbis Spec. in d.§.quoniam.in 1.col. q feu. dicitur ligium, quando in eius fideli.nullus expresse nominatim excipitur,quo ad formam,& verba inuestituræ fideli.licèt tacitè plures intelligantur à l. exceptuati tacitè, puta Papa, vel Imperator.d. c.venientes. & d. c.imperialem.§.fi.& est glo. in c.de forma.in verbo honestum. 22.q.fin.& glo.nota.in c.constitutus.de reser. & pulchrè inquit Bal.in d.c.imperialem.§.fi.in fi.colum. q Imperator supra omnes Reges est tanquam stella matutina in medio nebulæ,& eo modo à l.intelligitur tacitè exceptuatus Rex, qui est dominus incoronatus,& superiorem non recognoscit,secundum Spec. in d.§.quoniam.versi.15.& Bald. in d.c.imperialem.§. fin.in fin.

col.

ADDITIONES.

a Ligium. Adde Specu.in titu.de feu.§.quoniam.ver.& not.& ibi Bald. in addi. Doct.in c.gran.de sup.negli.præl.lib.6.Card. Zab.in c.pastoralis. in §.rursus. de re iud.

b Qui maior est Imperatore. Adde cap.solitæ.de maio.& obed. & in cap. duo sunt. 96. distin.

* Tamen.

Source : BIU Cujas

col. vbi pulchrè dicit, ꝙ Rex quo ad ſubditos ſuos eſt in regno ſuo tanquam quidam corporalis Deus.idem tenet do. Alex.in l.frater.in fi.& no.ff.de condi.indebi. ita à tali iuramento fidelitatis intelligitur tacitè à l.exceptuata patria, & cõmunitas ſua. gl.in d.c.de forma.in verbo honeſtum.& in c.petitio.de iureiu. Bald.in d.c.1.infra de noua for. fid. & in l.1.in 24.q.ff.de rerum diui.Alexan.in d.l.frater. Exceptuantur etiam aliæ perſonæ,de quib.per Bal.& alios in d.c.imperialem.§.fi. in fin. col. & in c.1.
108 hic finitur.l.per Alua.& Alex.in d.l.frater. ¶†Circa iſtam materiam feudi ligij nota, quòd non eſt feudum ligium, niſi nominatim,& expreſsè hoc dicatur in eius conceſſione,ſeu inueſtitura,quia excedit naturam recti feudi etiam nobilis, ita Bald. in c.inter dilectos.in 6.col.de fid.inſtr. & ſatis patet ex prædictis. ¶Dicitur autem vaſſallus ligius, quaſi ligatus domino ſuo,vel quaſi legalitatem promittens ſupra omnes, ſecundum Spec.in d.§.quoniam.in 1.col.& glo.in d.clem.paſto.§.rurſus. & Aluar. hic in 13.diuiſ.& Bald.in d.l.vnica.§. in primo. in pen. col. C. de cad.tollen.¶Subdit etiam Bal.in 7.diui. & ſequitur Alua. in 13. neminem poſſe eſſe ligium duorum, quia impoſſibile eſt,duos eſſe dominos inſolidum eo.iure.l.ſi vt certo.§.ſi duob. vehiculum.ff.commo.ſed bene quis poteſt eſſe ligius vnius, & vaſſallus ſimplex alterius, ſicut quis poteſt eſſe vaſſallus duorum. ita etiam dicit gl.in d.clem.paſto. & Spec.in d.§. quoniam. in ver. 1.& 10.& Bald.in d.§.1.in pen. col. & in d.c. inter dilectos. in 6. col.vbi dicit, quòd in feudo non ligio poſſum ſeruire duobus dominis. primo domino ſeruiam de perſona, ſecundo de caſtro, ſed in feudo ligio quis non poteſt duobus dominis ſimul certantibus ſeruire, quia qui non eſt cum vno,contra eum eſt. l.cœlicolarum.C.de iudæis.allegat.c.1.de feu. non haben. propri. feu. natu. & quòd quis poſſit eſſe vaſſallus non ligius duorum,facit tex.in c.grandi.de ſupplen.negli. prælato. quem alle-
109 gat Spec.vbi ſupra. ¶† Hinc dubitat Spec. in d.§. quoniam. verſi.12. ſi aliquis ſit vaſſallus non ligius duorum, qui moueant inter ſe guerram,quem ex eis teneatur potius adiuuare, an neminem ex eis, an vtrunque ſaltem per ſubſtitutum, vel pecuniam,vide ibi per eum,& Bald.in l.1.§.ne autem.in 2.col. C. de cad.tollen.licèt Bal.ibi non faciat mentionem de Spec. & vide omnino Rom.in pulchro caſu adducentem multa ſimilia bona in conſi.47.incip.viſis neceſſarijs. Et adde text. principalem in l.ſi quis in graui.§.ſi cùm omnes.vbi Doct. ff. ad Senat.Sylla. & text.in l.hæ operæ.§. ſi patroni. ff. de operis libe. caue tamen in prædictis,quia Ioan.And.in addi.Spec.in d.§.quoniam.ſuper verſi.10. tenet contra prędicta,ſequutus Hoſt. quòd imò quis poteſt eſſe ligius non ſolùm vnius,ſed & ſecundi,& tertij,ſaluo tamen iure primi quo ad ſecundum, & iure ſecundi quo ad tertium, prout dicit ſe etiam tenuiſſe in c. recolentes. de ſtatu monacho.& ibi idem tenet Ioan. And. in nouella per text.in c. eam te & in c.veniens.de iureiuran. & iſtam vltimam opin.ſequitur Rom.in d.conſi.47.per tex. in d.c. imperialem.§.fi. & in c.1.de noua for.fid.& per duo alia ſimilia,vt ibi per eum.¶Sed hæc vltima opin. mihi non placet, quia repugnat diffinitioni ligij ſupra relatæ,& confunditur ex ſupradictis, cùm non poſſit eſſe feudum ligium, vbi per verba expreſſa fit reſeruatio alterius domini, vt ſupra latè declaraui, nec per aliud cognoſcitur feudum ligium à non ligio,vt ſupra demonſtraui. ¶Addo Bal.in c.cæterum.de iudicijs in 5.col. vbi dicitur, ꝙ feudum ligiũ non poteſt concedi niſi à principe, licèt dominus directus poſſit habere plures vaſſallos ligios ſub ſe, tamen vaſſallus ligius non poteſt habere plures dominos æquales, niſi ſit ligium paternum, nam vaſſallus poteſt habere duos ligios dominos ex vno fonte,ſeu ſtipite natos.arg.l. cui fundus.§.fi. de condi.& demon.& in c.1.de feu.non haben.propri. feu. natu. nota bene
110 hoc ad limitationem prędictorum.¶†Itẽ, ꝙ licèt quis à principio non poſſit conſtitui vaſſallus ligius duorum,& tamen ex poſt facto poteſt iſtud bene contingere, iſtud põdero, vt faciat ad not.q. Ioan. Blanci,quam refert Ioan. And.in addi. Spec.tit. de feud.§.quoniam.ſuper verſi.10. de homine ligio vnius Comitis, qui accepit in vxorem filiam ligiam cuiuſdam Ducis, quæ filia ſucceſſerat in feudo ligio attenta conſuetudine, vt ĩ. dicam,& illud feudum ligium dedit viro in dotem, quomodo iſte vir poterit habere duplex ligium, & quomodo poterit eſſe vaſſallus ligius duorum,ſcilicet Comitis, & Ducis? dicit Ioan. And. ꝙ eſt quæſtio intricata, & ideo Spec. fuit ſapiens,qui noluit eam attingere, dicit Ioan.Andr. nec ego attingam.Sol. poteſt colligi ex prædictis, quia non reputat abſurdum, quòd ex poſt facto quis efficiatur ligius duorum propter accidens ſuperueniens, ſed à principio conſtitui non poſſet. Item attende Bal.in c.ex tenore.in vlt.col.de reſcr. ¶Item attende,& bene intelligas effectus feudi ligij, & ego trado quatuor notabiles effectus,qui habent locum in feudo ligio tantum. ¶Primus eſt, ꝙ omnia bona etiam non feudalia hominis ligij, dummodo illa non habeat ab alio in feudum non ligium,ſunt ſubiecta,& ſub iuriſdictione directi domini, ita quod habet iuriſdictionem in omnibus bonis hominis ligij,licèt ea non teneat ab ipſo in feu. ſecus in feu. non ligio, in quo dominus habet tantum iuriſdictionem limitatam in bonis feudalibus,non in alijs,vt not.in c. cæterum.de iudi.ratio diuerſitatis eſt, quia homo ligius principaliter obligat perſonam,& ſubijcit domino, vnde obligando perſonam principaliter, conſequenter omnia bona ſubiecciſſe videtur, quaſi venientia acceſſoriè in conſequentiam perſonæ. arg.l.ſi pater.ff.de adop.facit Auth.ingreſſi.& quæ ibi dixi.ſupra de ſacroſanc.eccleſ.l.ſi adoptauero.ff.de preca.& quæ not.in c. quod à te.de cleri.coniuga. homo autem non ligius non obligat perſonam niſi rõne feudi,& ſic cùm non aſtringat niſi perſonam quo ad bona feudalia, non efficitur ſubiectus ratione feudi,niſi quatenus ſe feudũ extẽdit,ita Spec.in d.§.qñ. ver.17.
111 ſequitur Mar.in d.c.1.in prin.in 9.col.ĩ.tit.1. ¶†Secundus not.
a effectus eſt, ꝙ licèt fœmina[a] regulariter in feu.non ſuccedat.c. 1.§.1.vbi glo.& Docto.cum ſimili.ĩ.tit.1.Spec.in d.§.quoniam. verſi.25. & quinque rationes quare fœmina non ſuccedat in feu.aſſignat Bald.in l.quoties.in col.4. C.de ſuis.& leg.tamen in feudo ligio de conſuetudine bene ſuccedit. ita Specu. in d. §. quoniam.verſic.21.& ibi Ioan.Andr.incip. eſt ſciendum,quòd Iaco.de Bel.Alex.conſi.incip. quoniam omne datum. in 2. col. in 1.volum.& probatur optimè in c.ſignificauit.de reſcrip.hoc eſt verum,quando appareret, quòd in tali loco feudi eſſet talis conſuetudo,aliàs ſecus,ita loquuntur Spec. & Ioan. And.in d. verſi.21.& not.Docto.in d.c.ſignificauit. & Alex.in d.conſi.30. in 22.col. ſed certè, quando eſſet conſuetudo, idem & multo fortius eſſet in feudo non ligio, & miror quare ſit conſuetudo magis in feudo ligio, quod in illo fœminæ ſuccedant, quàm in non ligio,in quo magis eſſe deberet, vt patet ex ſupradictis.
112 ¶†Tertius effectus eſt, ꝙ licèt in alijs feu. licita ſit pœnitentia, & ſic refutatio feud.c.1.vbi Bald.& alij.infra de eo, qui contra conſtit.Loth.not.in c.fin.vbi Bald. & alij. infra de capi. qui cur. vendidit. non tamen omni caſu & indiſtinctè, ſed ſecundum ea, quæ not.latè in c.quæ in Eccleſiarum. de conſti. Bart.& alij in l.is cum quo.ff.de aqua plu. arcen. Bald. hic in præludijs.in 16.colum.glo. & Bald.in c.1.§.callidis. infra de prohib. feu.alie. per Fride. & multum plenè Bald.vbi omnino vide in c.ſanè.de renun.& in l.1.in 12.q.ff.de rerum diuiſio.& in c.cum Archimedoram.C.vt in poſſ.legat.Spec.in d.§.quoniam.verſi. 28. tamen ſi eſt feudum ligium, non habet locum hincinde pœnitentia, nec refutatio feudi,quia turpe eſſet principi fidẽ frangere, quia beneficium principis debet eſſe manſurum.§.illud. in Authen. conſti.quæ de digni.ita not. Bald.in c.cæterum.in 8.col. de iudi. quod dictum pro ſing notat, & ſimpliciter ſequitur Mar. in d. c.1.in prin.in 9.col.in fi.infra titu.1. ¶Quartus effectus,eſt,quia licèt in cauſa feudali ſint diuerſi iudices,ſecũdum diuerſitatem cauſarum occurrentium, & ordinariè pares curiæ.cap.1.infra apud quem,vel quos controuer.feu.termi.debeat.c.1.ĩ. de controuer.feu.apud pares termi.in c.cæterum. vbi plenè gl.& Doc. de iudi. extra.tamen in iſtis feud. ligijs ſolus princeps poteſt cognoſcere,quia ſolius principis eſt illud inſtituere, vel deſtruere, d.clem.paſto.cum glo.ita ſing.Bald.in d.cap. cæterum.in 5.col. quod multum no.pro limitatione iurium prædictorum. ¶Extra dictas quatuor differentias,& ſi quæ ſimiles ſunt, quid iuris ſit,dic, ꝙ idem ſeruari debet in iſto feudo ligio, quod ſeruatur in alijs minoribus feudis, quia eadem debet eſſe natura, ſicut idem iuris eſt de naui, quod de nauicula ſiue ſchapha. l. ſchapham.ff.de euictio.l.fi.ff.de fundo inſtructo. ſecundum Bald.in
113 d.c.cæterum.in 5.col. ¶† Octaua diuiſio feudorum eſt, quia quoddam eſt feudum franchum, & liberum, quoddam non
b franchum,[b] & in iſta diuiſione lecturæ Bal. ſunt multum variæ,& corruptæ, nam in quibuſdam lectur. Bal.poſt ſeptimam præcedentem diuiſionem ponit iſtam,quam ego habeo, & inuenio in vna lectura impreſſa, ideo eam per verba formalia interſero, quia lectu. Bal. communiter non habetur, & Marti.

Lauden.

ADDITIONES.

a ¶Fœmina.Adde Ioan.And.in c.2.de feud.Raph.Cuma.conſi.138.incip. conſultis.infra ſcriptis.Rapha.Fulgo.conſi.220.incip.nobiles de Forciate.Ludo. Rom.conſi.202. viſo inueſtituræ tenore. An. conſi. 262. incip. punctus talis eſt.Pet.de Anch.in conſi.174.incip.dominus Laza.Cal.conſi.3. in tit.de feud. Alex.de Imo.conſi.1.incip.ponderatis his, quæ.in 8.colum. verſi. nec prædictis obſtat.in 5.vol.

b ¶Quoddam non franchum. Adde Barto.in l.1. C. de lati. liber. tollen. Bald. in l.ſi plures.C.de condi.inſer.in cap.1.vlt.colum. verſic. alia quæſtio formatur.de capi.qui curi.vend.in Authen.niſi rogati. C.ad Treb. Abb. conſi.83.in ſexta colum.in 1.volum.incip. conditoris omnium poſtulato ſuffragio. Pau. de Caſt.conſi.161.incip.in præſenti cauſa.Fran.de Aret.conſi.13. incipiente viſo diligenter, & conſiderato.

Source : BIU Cujas

Ias. super usibus feudorum.

Lauden. in c. 1. in princ. ℣. titu. 1. referens omnes diuisiones Bal. de ista verbum nullum, quia vt puto non habebat, nullam etiã facit mentionem Alua. hic in præludijs. Scribit ergo Bald. hic feudorum aliud franchum, scilicet à seruitijs seu operis exhibendis, quia nullum præstatur seruitium pro eo, sed non est
a franchum à maleficijs, [a] siue in faciendo consistentibus, siue in tacendo per fraudem, puta non denunciando domino insidias, & dicit Host. quòd vassallus feudum franchum potest alienare inconsulto domino. in c. fi. de reb. eccle. non alienan. Bernardus glossator contra in c. inter dilectos. de fid. instr. & melius, aliàs si delinqueret, quomodo puniretur in amissione feudi, si ex vigore talis franchisij alienasset, quod esset absurdum, scilicet eum non puniri. Item quia dominum contemnere videtur. si autẽ habet voluntatem domini, potest alienare suum vtile dominium, sed non proprietatem domini, vt not. Innoc. in d. c. inter dilectos. nunquam enim dominus tacitè renunciare videtur
§ 14 suæ proprietati, secundum Inno. ¶ † Non franchum est, de quo quasi tota ista decima collatio feudorum per totum loquitur, ita formaliter Bald. in lectura mea, & in vna impressa. Reperitur postea in quibusdam alijs lecturis, & ita vidi in lect. domini mei dom. Alex. quòd Bald. in 14. col. in 2. diui. feudorum ponit ista verba. Item feudum franchum, & non franchum, & dicitur franchum, id est liberum, potest autem esse liberum à pœnis, quæ imponuntur propter felloniam contractus, & ideo dicit Host. quòd tunc per alienationem nõ reuertitur ad dominum, vt ipse not. in c. fi. de reb. eccle. non alien. licèt ℣rium notetur per gl. in c. inter dilectos. de fid. instr. à pœnis autem delicti dolo committendi non potest esse franchũ, vt l. iurisgentium. §. fi paciscar. ff. de pactis. & not. quòd non reperitur in vsib. feud. vocabulum franchum, sed bene reperitur æquipollens, vt in c. 1. ℣. de feu. non habente propriam naturam feu. Ita Bald. in quibusdam lect. sed de neutro inuenio aliquam mentionem à Doct. fieri. ¶ Adde, ꝙ Alua. hic in proœ. in 2. diuisio. feudorum circa istud feudum franchum, & non franchum non dicit aliud, nisi quòd refert Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de præscr. super rubrica, dicere, quòd est dare feudum honorificum, franchum, & liberum, quòd prædictis modis appellatur, quia ex eo nihil præstatur, vt apud vulgus hæc verba sonant. c. ex literis. de spon. l. anniculus. ff. de verbor. signific. & sic ista indefinita locutio faciet eum ab omni seruitio absolutum. c. significauit. de testi. l. in tradendis. cum ibi not. ff. communia præd. non intelligas tamen eum exemptum à capitulis fidelitatis comprehensis infra de forma fideli. aliàs contineret repugnantiam, & contrarietatem, scilicet, ꝙ sit feudum liberum prorsus, quod non est dicendum. c. solicitudinem. de appel. l. vbi repugnantia. de regu. iur. nam esset donatio, secundum Io. And. vbi. ℣. & ita simpliciter transit Alua. ¶ Adde, ꝙ secundum additionem, quam dixi reperiri in aliquib. lecturis Bal. refert, & allegat Alexan. consi. 30. quod incipit quoniam omne datum optimum. in fi. col. in 1. vol. Ioan. Ray. in repeti. c. imperialem. ℣. de prohi. feu. alien. per Frid. super rub. in 8. diuisio. simpliciter dicit, ꝙ aliud est feudum franchum, aliud non franchum, & ꝙ franchum sumitur in vulgari pro feudo soluto, & aliud non dicit. Card. Flor. in c. fin. in 8. col. de feu. ponit etiam hanc diuisionem feudi franchi, & dicit, ꝙ ista diuisio reincidit in illam, ꝙ feudum aliud est cum fidelitate, aliud sine, & aliud non dicit. Imo. ibi in 25. colum. ponens simpliciter hanc diuisionem nil declarat. Bal. in multis locis infra allegãdis variè loquitur. ¶ Tenenda ergo videtur doctrina Ioan. And. qui plenius loquitur in hac materia, quàm alius de mundo, in addi. Spec. in titu. de præscrip. in pen. & fi. col. sed plenius eum referam, quàm fecerit Alua. hic, quia ad doctrinam Ioan. And. in hoc semper recurrimus, ibi ergo refert Vbertum de Bobio dixisse, ꝙ à vassallo habente feudum honorificum nihil potest dominus exigere, & dicit ibi Io. And. formaliter, ꝙ his dieb. habuit examinare quandam causam feudalem, in qua dicebatur vassallum inuestitum de feudo gentili, & francho, seu nobili libero, & francho, quæ verba satis sonant in feudum honorificum, fuit dubitatum, quid importarent ista verba franchum, & liberum, & refert, ꝙ Iaco. de Bel. in princ. feud. ponit varias distinctiones feudorum, & quòd pro sexto membro ponit feu. nobile, minus nobile, aliqualiter nobile, & ignobile. declarando, vt ibi per eum relatum, & Ioan. And. sed quia hęc omnia sunt ex persona concedentis, & sic nil ad propositum conferunt, quia per hoc non constat, ꝙ dicatur feudum liberum, vel franchum, aut verba præscripta in concessione feudi operentur, vnde refert Ioan. And. quibusdam videri, ꝙ vulgaris, & communis dictorum verborum interpretatio sit tenenda, vt sic sit franchum & liberum, prout vulgò verba sonant. c. ex literis. de spon. & d. l. anniculus. & sic hæc indefinita locutio faciet eum omni libertate liberum, & ab omni seruitio absolutum, facit cap. significauit. de testib. l. si quis duas. in princip. l. in tradendis. & quòd ibi not. ff. communia prædio. sed secundum eum hoc dicere sonat in absurdum propter manifestam contrarietatem, propter quod posset dici talem infeudationem non valere. cap. solicitudinem. cum concordan. ibi appositis in fin. glo. de appel. l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. l. Titius. ff. de hæredi. instit. esset ergo quædam libera donatio, sicut ergo quis non potest esse liber & seruus, ita non in totum liber seu non obnoxius, & vassallus, propter quod dicit concludendum esse, quòd si aliqua seruitia fuerunt expressa in concessione ad illa vassallus tenetur. l. vt iurisiurandi. ff. de oper. liber. l. fin. C. de lib. causa. & ad illa non extenduntur verba prædicta, liberum, & franchum. si verò nil fuerit expressum, tunc si iuramentum fidelitatis præstitit, ad illa capitula iuramenti non extenderetur libertas, vel franchisia prædicta. Si verò non iurauit, quod esse potest per pactum in prima datione in feud. cap. 2. per quos fiat inuestit. & in titu. infra de capi. Corrad. in princip. tunc putat, quòd remissio iuramenti non eximat à fidelitate, quo ad capitula, quæ continentur in forma fidelitatis, argumen. infra in titul. de for. fide. & titu. sequen. & 22. quæst. 5. c. de forma. & hoc patet in c. veritatis. de iureiurand. & tunc dicit se intelligere Vbertum de Bobio fuisse locutum exactionem fieri non posse, scilicet vltra illa, quæ continent fidelitatis formam; hæc autem secundum eum intelliguntur dicta salua interpretatione, si qua alia esset in illa prima. Ita Ioan. And. quem de verbo ad verbum refert, & sequitur Alex. in d. consi. 30. incipien. quoniam omne datum optimum. in 12. colum. ad fin. & sequen. & ibi in fin. colum. refert quædam verba Andr. de Isern. in cap. 1. in fin. colum. infra in
115 quib. cau. feud. amit. ¶ † Alibi Bald. mirabiliter in l. si plures. in 2. colum. C. de condi. insert. dicit, quòd licèt regulariter omnes debeant facere fideli. qui feud. tenent, fallit in feudo francho, ideſt sine fidelitate concesso, vbi non fit fidelitas; dicitur autem secundum eum feudum franchum, quando feudata est proprietas, quod etiam ad Ecclesiam transit. d. cap. inter dilectos. de fide instrum. nam ex pacto potest omne dominium concedi feudatario, vt not. Ioan. Mona. in cap. 1. de re iudic. in sexto. mirabilis est ista diffinitio feudi franchi, quando proprietas, & sic plenum dominium transit in feudatarium, quod an fieri possit, & an tunc dicatur feudum, dixi supra latè in 3. qõ. Adde pulchrum consilium Oldr. quod omnino vide consil. 234. incipien. factum tale est, quidam miles. &c. vbi quærit de milite, qui tenebat certa bona in feudo francho, & libero, cum sacramento fidelitatis à Barone, & Baro eum requisiuit, vt cum eo iret ad exercitum, quæritur an teneatur ire, & cum suis sumptibus, & an Baro possit ab eo exigere subsidium aliquod pecuniarium, post multa, quæ non sunt in proposito, dicit Oldr. quòd huius vocabuli franchum vulgaris interpretatio est, ad quam recurri debet in talibus. l. anniculus. §. 1. de verborum significa. l. si ita fuerit libertas. ff. de manumiss. testam. l. 1. in princip. ff. de flumin. l. non aliter. ff. de legat. tertio. intelligitur ergo franc. ideſt liberum, quod cùm sit indefinitè prolatum, intelligitur omni libertate liberum, & ab omni seruitute absolutum. l. si quis duas. in princip. & l. in tradendis. in prin. ff. communia prædio. patet ergo, ꝙ nullum onus ei imponi potest, nisi de quo in feudi datione sit expressum. vt l. quicquid. ff. de verb. obl. sicut nec à liberto operæ exiguntur, nisi quæ implicitè, vel explicitè in manumissione, vel statim post impositæ sunt. l. iurisiurandi. ff. de oper. lib. l. fin. C. de lib. cau. ne ergo datio feu. repugnantiam contineat, ac per hoc vitium nullitatis contrahat. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. l. si Titius. ff. de verb. oblig. & l. si Titius. ff. de condi. insti. dicendum est, hunc vassallum teneri ad ea, quæ in sacramento fidelitatis continentur. c. 1. infra de noua forma fide. cap. ego. N. de iureiurand. 22. quæst. 5. c. de forma. inter hæc autem non reperitur, quòd aliquis debeat dominum ad exercitum sequi, & si teneretur, deberet hoc facere expensis Baronis, si longus esset excursus, vt ibi per Old. & illud consilium formaliter refert Bald. in c. 1. in fin. princ. & vlti. q. de capit. qui cur. vend. vbi subijcit, ex his apparet, quòd franchum idem est, ꝙ sui iuris, & ꝙ reperitur quoddam castrum, ꝙ appellatur franchum, vt no. gl. in l. si quis à Barbaris. C. de re mili. lib. 12. tamen cùm sit nomen proprium castri, non significat franchisiam, & considera, ꝙ Io. And. vbi. ℣. in tit. de præscrip. super rub. in pe. & fin. col. multa accepit ex consilio Oldr. quamuis de eo mentionem non faciat. Bal. in l. 1. in 2. col. C. si à non compe. iudi. dicit, ꝙ in feudis nulla fit mentio specifica de isto feudo francho, nisi per feudum intelligamus illud, quod propriè ex pacto non habet propriam naturam feudi, vt in c. 1. ℣. de feudo non habente propriam naturam feudi. Alibi Bal. in l. vni. §. illud etiam.

A D D I T I O.

a Ias. lib. 1. consi. 57. in causa Manfredi de Salucijs.

etiam. C.de lati.liber.tol.no.ex illo tex.verbum elegans ibi, ipse sibi quodammodo libertus inuenitur, nam potest dici libertus franchus,sicut dicimus feudum franchum,idest sui ipsius, pau cis domino reseruatis,vt l.fin.C.de bon.libe.Ex istis satis liquet, quid sit feudum franchum , de quo etiã vide per Pau.de Castr.
116 consi.161. ¶† Illud diligenter nota, ꝙ feudum nunquam est franchum,nisi nominatim, & expresse hoc dicatur in eius con cessione,ita Bald.sing. in c.inter dilectos.in 6.col.de fid.instrum. quia excedit naturam recti feudi etiam nobilis. Idem tenet Alex.in d.consi.30.incip. quoniam omne datum in fin. colum. vbi ad hoc , quòd feudum non sit franchum , nisi expresse , & nominatim sit dictum, allegat Oldr.in d.consi.230. Bal.in d.c.1. in fin.q de capi.qui cu.ven.& in l. si plures. in 2.col. C. de condi. inser.& in l.vnica.in 23.col.C. de confes. Ego vidi in omnibus istis locis diligenter,sed nil inuenio, quod est contra fidelem allegationem Alex.& mirot , ꝙ non alleget Bald.expresse in d.c.
a inter dilectos.in 6.col.¶ Prædictis quid sit feudum franchum, [a] adde Bald. in d. c.inter dilectos. in 6. col.dicentem , ꝙ feudum franchum idem est,ꝙ securum à pœna legis, idest, à pœna incidendi in commissum,quæ onerat naturalem libertatem con sensus,& sicut libertas rerum potest pacto , & lege onerari , sic
117 & releuari, vt ibi per eum. ¶† Item nota id,quod dicit Bald. hic ad iura,quæ addidi in 14.col. & in 19. reprobando Host.in c.fi.de reb.eccle.non alienan. ꝙ etiam feudum franchum non potest alienari sine requisitione consensus directi domini , sequendo not.per glo.in d.c.inter dilectos. & est magna extensio ad regulam.c.imperialem.in princip.ĩ.de prohib alien.feu. per Fride.tamen aduerte,ꝙ idem Bald.in l.1.in 2.col.C. si à non cõpe.iudi.sit appel.in discursu dicit, quòd feudum franchum irrequisito domino potest alienari, saluo iure domini , secundũ quosdam.¶ Nota etiam alium effectum huius feudi franchi,ꝙ
b licèt Ecclesia [b] regulariter non succedat in feu.c.1.§.1.ĩ. de alie. feud.tamen si feudum est franchum , idest, liberum, vel ex pacto,vel consuetudine,in tali feudo succedit Ecclesia,saluo domini iure.d.c.inter dilectos.ita Bal.referens quosdam sic dicere in Auth.nisi rogati.in fi.colum.C.ad Treb. idem tenet Alex. in d.consi.30.in 2.col.in fin.& princip.seq. vbi allegat idem tenere Host.& Ioan. Andr.in d.c.fin.de rebus eccle. non alien.non inuenio tamen Host.ibi hoc tenere.allegat etiam Bal. hic in præludijs.in 16.col.quem etiam non inuenio. Pan.in c.fin.ad fin.de reb.eccle.non alien.remittit se ad dicenda in c. in præsentia.de
118 proba.¶† Nota alium singularem effectum, ꝙ licèt regulari-
c ter [c] ius testandi non competat in feudo,cùm formam feudi, & originem vassallus non possit mutare.c.1.ĩ. de successio.feu. vbi multa bona dicam,in c.1.§.donare.& ibi Bald. in 2.colum. cum multis concor. qualiter olim feud. pote. aliena. tamen si feudum est franchum,idest liberum, ius testandi vassallo com petit,cùm sit liberum, & gratiosum.arg.l.si quando.in princip. C.de inoffi.testamen.ita singulariter Bald. in d. Auth. nisi rogati.in fi.col.¶ Adde tertium effectum huius feudi franchi , ꝙ licèt in alijs feudis aliquando refutatio feudi, vel pœnitentia admittatur,vt tetigi remissiuè in præcedenti diuisione , tamen in feudo francho secus.ita singulariter Bal.in c.cæterum. in proxi. col.de iudi.¶ Circa nouam diuisionem Bal.quòd aliud est feu-
d dum annale, [d] aliud non,dic, vt hic per Bald.& alios,quos vi-
119 de.¶† Decima est diuisio secundum Bal. ꝙ aliud est feudum
e nobile, [e] quod suum nobilitat possessorem, aliud non nobile, seu burgense, ꝙ possessorem non nobilitat.c.1.§. cæteri.ĩ. quis dicatur Dux, vel Marchio. & subdit Bald.quòd feudum antiquum sapit nobilitatem , sed non nouum , quia nobilitas non nascitur in ictu oculi,vt no.glo.in l.stemmata.ff. de gradi. istud vltimum reprobat Mar.Lau.in d.c.1.in princip. in 10. colum. infra titu.1.quia imò aliquando feudum nouum nobilitat statim suum possessorem,si esset feudum dignitatis , vt Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus. d.c.1.ĩ. quis dicatur Dux. nec aliquid facit gl.in d.l.stemmata. ¶ Verùm,quia ista diuisio Bal. est diminuta, ideo dic plenius, secundum Iacob.de Beluis. hic in 6.diuisione,quem refert simpliciter Ioan. And.in addi.Spec. in titu.de præscrip.super rub.in pen.col. Aluar.hic in 2. diuisio. Mar.Lau.in d.c.1.in 10.colum. quòd feudum aliud est nobile, aliud minus nobile,aliud aliqualiter nobile,aliud ignobile.No bile est,quando Papa, vel Imperator infeudat alicui Regnum, vel Ducatum,vel Comitatum,seu Marchionatum,& isti propriè appellantur Capitanei Regni. Minus nobile est, quando Rex,Dux,Comes,vel Marchio infeudat alteri , & iste propriè appellatur valuasor , vel vassallus. Aliqualiter nobile est, quando habentes feudum à Rege,Duce,vel Comite,vel Marchione alijs inferioribus infeudant, & isti appellantur maiores valuasores. Non nobile est, quod conceditur ab istis minoribus valuasoribus,qui appellantur minimi, & ab istis nullam dignitatem consequi possunt , vt probatur in c.1.cum glo. infra quis dicatur Dux.& in c.1.in princ.ĩ. titu.1. & in c.1.ĩ. de feud. Mar. Et istam vltimam diuisionem sequitur simpliciter Imo. in c.fin.in 26. colum. in 3. quæst. extra de feudis. de quo etiam per Ioan.Ray.in repe.d.c.imperialem.infra de prohi. feu.alien. per Frid.super rubr.in 6.diuisio.per And.de Isern.in c.1.§.fin.infra quis dicatur Dux,vel Marchio. ¶ Alibi dicit Bald.in c.inter dilectos.in 6.colum.de fide instrum.ꝙ feudum ideo dicitur no bile, quia aut nobilem inuenit , seu recipit , aut nobilem facit, argum.l.filiusfa. ff.de dona. & sic nobilis possessio feudi suum nobilitat possessorem,sed licèt Bal.indistinctè loquatur , tu intellige secundum distin.supra relatam.Specu.in titu.de feud.§, quoniam.in 1.colum.ad fi. dicit, ꝙ prouinciales appellant feudatarios, & vassallos nobiles , plebeios verò nuncupant homi-
120 nes vassallicos,qui vassallo subsunt.¶† Vndecima diuisio feudorum Bal.est,ꝙ aliud est ecclesiasticũ,aliud seculare.Ecclesia-
f sticum est triplex , quoddam [f] quod ab Ecclesia suscipitur, quoddam quod datur ab Ecclesia , quoddam quod datur, vel suscipitur à clerico,non tanquam ab Ecclesia.cap.1.§.si dominus.ĩ.quib.mod.feu.consti.potest.c.1.ĩ. de cler.qui inuesti.fecit. Seculare dicitur,quando à laico datur,vel suscipitur feu. & ita simpliciter transit Alua.in 5.diuisio. & Mar. in d. c.1. in 10. col. & Car. Flor.in c.fin. de feud. sed Imo. ibi in 25. col.in 3. quæst. quamuis non faciat mentionem de Bald. hic, reprobat illud vltimum , ꝙ feud.aliquando recipitur à clerico, dicens , quod hoc cautum bene non reperitur, imò potius reperitur oppositum.in c.clericus.ĩ.si de feud.defunct.conten. sit inter domi.& agna.vbi patet , ꝙ si feudum sit concessum laico , qui postea efficiatur clericus,perditur feudum , & reuertitur ad dominũ, & sic videtur,quòd clericus sit inhabilis.Sed caue, quia diuersa sunt, clericum succedere in feudo seculari.d.c.clericus.& aliud
121 clericum de nouo recipere,vt dicam in d.c.clericus.¶† Vltra diuisiones Bald.adde,ꝙ aliud est feudum diuisibile , aliud non diuisibile.regulariter omne feudum est diuisibile. fallit in feudis dignitatũ,vt in Marchionatu,Ducatu,& Comitatu,& in similib.c.imperialẽ.§. ꝑterea Ducatus. vbi multa singularia dicam. infra de prohib.feud.alien.per Frid.& c.omnes.ĩ. si de feud.defun.conten.sit inter domi.& agna.secundum Aluar.hic in 9 diuisio.& Mar.in d.c.1.in 10. col in 1. diuisio.& vide , quod pul-
122 chrè dicit Bar.in l.inter tutores.ff.de admi.tuto. ¶† A ia etiã est diuisio,quia quoddam est feudum iurabile , quod cum iuramento,& fidelitate præstatur , & istud regulariter contingit; quoddam est non iurabile , & sic sine iuramento , vt si per pactum remittatur iuramenti præstatio vassallo. cap.nulla. ĩ. per quos fiat inuesti.& ĩ.de capitulis Corra.in prin.secũdum Alua.
123 hic in 11.diuisione.Marti.in d.c.1.in 12. diuisione. ¶† Addite etiam,ꝙ habemus feudum,& allodium: feudum recognoscitur à domino,allodium à nemine, & propriè dicitur allodium res propria,& libera,vt est tex.in c.2.vbi Docto.ĩ. si de feu.defun.conten. sit inter domi. & agna.& in c.1.§. ad hæc.ĩ. de pace iura.fir.quem.§.corruptè impressores posuerunt sub rubr.de allodijs,quæ non habetur , & de hoc allodio facit mentionem glo.in l.at si quis.§.sed & sump. fune. interdum. ff. de relig. in l. familiæ.ff.famil.erciscu.& in l.pen.C.de ingenuis. & manu.& ibi not. Bald.quod allodium est dominium directum, vel vtile, ꝙ non est sub alio constitutum,quod iure hæreditario transmittitur,maximè ad suos hæredes. Feudum est beneficium constitutum sub domino in re immobili; licèt allodium denotet libertatem,non tamen excludit superioritatem alterius. d.c.1. §.ad hæc. qui est. §. fin ĩ.de pa.iur.fir. secundum Hostien. inc. nimis.de iureiur. ¶ Alibi dicit Bal. in d.c.2.ĩ.si de feudo defun. conten.sit inter dominum,& agna.super tex.in verbo, allodiũ, ꝙ allodium dicitur proprietas , quæ à nullo recognoscitur, & si quis in libello dicat se liuellarium,vel feudatarium, & succubuit , poterit postea dicere , esse allodium , nec obstabit exceptio rei iudicatæ, quia ista dominia non sunt eiusdem speciei,

vt no.

ADDITIONES.

a ¶ Quid sit feudum franchum.Adde hic,quæ dixi supra in ista char.ver.8.diuisio feudorum.

b ¶ Licèt Ecclesia.Adde Abb.in c.quæ in Ecclesiarum. ad fi.de consti.Docto.in c.in præsentia.de proba. & ibi diffusè per Phil.

c Licèt regulariter. Adde Docto.in c nuper.de don.inter vir.& vxo.& an talis possit relinquere pro anima , & ad pias causas,vide tex. & ib Docto.in c.1. §.si verò.de pace iur.fir.Oldrad.consi.236.incipien. perlectis , & diligenter attentis.

d ¶ Feudum annale.Adde Bal.in c.1. de feud.guar. vel castal.

e ¶ Aliud est feudum nobile. Adde Ioan. Andr.in addit.Specul.super rubr.de præscrip.

f Quoddam.Adde Bald.in c.clerico.de lege Corra.aliter sub titu. de cler.qui inuest. facit.

Source : BIU Cujas

vt not. gl. secundum eum sing. in d. l. pen. C. de inge. & manu. de quo vltimo vide etiam per Bald. in l. edita. C. de edend. in 3. col. & de isto allodio, quid sit, ponitur etiam per Iac. de Bel. & Alu. in d. §. ad hæc. & aliquid per Aluar. hic in 13. col. ¶ Alibi dicit Bald. in l. si familiæ. post glo. ibi. C. fam. ercisc. q bona dicuntur haberi iure allodij, quando habentur iure plenæ proprietatis, & pro allodio competit directa rei vendi. secundum Spec. tit. de actore. versi. quid ergo si deiecerit. & quòd allodialia res dicatur illa, quæ pertinet ad plenum directum dominium alicuius, dicit Pau. de Cast. consi. 109. in princip. Allodium idem est, quod proprium, secundum Oldr. consi. 19. ad fi. incip. consuevit dubitari. & subijcit, quod proximè dixi, q licèt allodium idem sit, quod proprium, & licèt denotet libertatem rei, non tamen excludit superioritatem, vel iurisdictionem alterius. d.
124 §. ad hæc. & Host. in d. c. nimis. ¶†Quartadecima diuisio est, aliud est feudum corporale, q consistit in reb. immobilib. aliud incorporale, quod consistit in iurib. decimalib. vel in alijs iurisdictionib. secundum Bal. in c. 1. §. 1. in fi. col. ẽ. de consuet. rec. feu. & Alua. hic in 14. col. & probatur in c. 2. de feud. cog. Item est feudum guardiæ castaldiæ, quod conceditur pro mercede alicuius rei, quod immediatè lapso anno potest auferri, si simpliciter sit concessum, secus si ad certum tempus, quia tunc per totum illud tempus debet expectari. cap. 1. vbi dicam. ẽ. de feu. guar. & in c. 1. in fin. ẽ. de conten. inter dom. & vassal. Et de isto
a feudo [a] guardiæ, & castaldiæ habes etiam text. in c. præterea. de iure patro. & in c. ad aures de excess. præla. & in c. generali. vbi vi
125 de per Arch. in 1. col. de elect. in 6. ¶†Item est feudum cameræ, vel caneuæ, quãdo quis recipit tantum annuatim de camera, vel caneua communis, vel principis. c. 2. vbi tex. infra de feu. cog. & de isto feudo non debet solui, nisi quando camera, vel caneua habet vnde solui possit, aliàs expectari debet, vt sit solvendo, vt ẽ. de no. feu. in prin. & istud transit ad hæredem, & est propriè feudum, de quo habes etiam text. in c. 1. §. si vero vassallus. ẽ. quid sit inuesti. & vide Alua. in d. c. 2. de feu. cog. ponentem quid differat à feudo soldatæ, & ibi etiam per eum, an in feudo tali caneuæ procedant feudales regulæ, de quo ibi dicam, & an habens feudum caneuæ, vel cameræ possit cogere dominum ad assignandum possessiones, ex quib. percipiat debitum, ponit Alua. in cap. 1. §. illud. ẽ. de prohib. feu. alie. per Frid.
126 ¶†Item est feudum soldatæ, [b] soldata est quædam præstatio
b annua, & gratuita, quæ ex neutra parte transit ad hæredem, & potes ponere exemplum, quando ordinatur certa annua prouisio per principem alicui ad paupertatem, & istud nõ est propriè feudum. c. 1. §. fin. in fi. vbi Doct. ẽ. quis di. Dux. & ibi subdit tex. quòd soldata dicitur, quia in soldatione consistit, plerunq; in vino, quandoque in annona. ¶Item habemus feudum aduo
c catiæ [c], quando aliquis est aduocatus fisci, vel principis, vel illi aduocatiæ est connexum feudum. text. est in c. 1. §. quicunque. el 2. infra de pace tenenda. & simile exemplum potes ponere in alio consimili officio, puta procura. vel notariæ. Et an filius aduocati succedat in feudo, quod erat concessum patri propter aduocationem, est glo. ordi. in l. continuus. §. si ab eo. cum suis
127 concord. ff. de verbo. oblig. ¶† Item reperitur feudum, quod appellatur scutiferorum, quod est deputatum pro illo officio, de quo fit mentio in capitulis extraordi. in cap. 1. §. 1. declarat. Alu. in c. 1. in prin. infra de feudo guar. tangit etiam aliquid hic in 13. colum. ¶Item sunt quædam feuda, quæ à nonnullis vocantur quaternata, seu de tabula, & sunt illa, quæ spectant ad collationem alicuius Regis, vel Principis, quæ sunt scripta in quaternis cameræ, seu tabula, secundum And. de Iser. in c. 1. infra de contro. feu. apud pa. termi. refert etiam Alua. hic in 14.
128 col. ¶†Item vltra Scribẽtes hic, & omnes Summistas, alia est diuisio feudorum, quia quoddam est feudum familiare, & quoddam hæreditarium, prout ibi egregiè declarat Bald. in l. cùm virum. in fi. colum. C. de fideicom. nam feudum familiare est, quod quis recipit his verbis pro se, & familia sua, & istud non venit in restitutione fideicommissi, nisi sit fideicommissarius de familia l. quia poterat. ff. ad Treb. subijcit etiam Bald. ibi, q intelligit familiare, etiam si contineatur in inuestitura feudi pro se, & hærede suo masculo, quia tunc feudi natura significatur. c. & si clientib. ẽ. de alie. feud. ¶Feudum hæreditarium verò est, quod quis alienauit pro se, & suis hæredibus quibuscũque, nam propter adiectionem quibuscunque, feudum est extensiuum ad omnem hæredem. arg. c. 1. de feud. nõ haben. propr. nat. feu. & istud venit in restitutionem fideicommissi, sicut alia bona testatoris. de quo vltimo, & de verbis fecit Bald. mentionem supra in 4. q. princip. in illo quæsito, an feudum veniat in
129 restitutione fideicommiss. ¶† Sextadecima diuisio est, quia quoddam est feudum edictale, quoddam decretale, vt declarat Specu. magistraliter in tit. de feud. §. quoniam. versic. 27. vbi dicit, quod sicut est duplex bono. possess. scilicet edictalis, & decretalis, quę sunt idem in substantia, licèt decretalis plus tribuat in effectu. l. 1. §. decretalis. ff. de succes. edic. & edictalis tempore finiri potest. l. emancipata. C. qui admit. ita etiam est duplex feudum, scilicet edictale siue hæreditarium, quod habet quis eo ipso, q est hæres vassalli, cuius personam repræsentat, & videtur onus homagij subijsse, & tale feudum potest finiri: est & feudum decretale, nam hæres vassalli mei, siue sit filius siue alius, qui de consuetudine possit in feudum succedere, tenetur intra certum tempus me dominum agnoscere, & fidelitatis iuramentum præstare, & ego teneor eum ratione talis feudi in hominem, & vassallum recipere, & recipiendo videor ius sibi decernere, propter quod dicitur decretale, quasi à domino decretum, & sic bonorum possessio non tribuit ius, nisi sub conditione, scilicet, si ius habet is, qui eam sibi decerni fecit, ita in feudo; nam si postea veniat aliquis, qui sit proximior, & qui debeat in feudum succedere, receptio primi non præiudicat secundo, quia dominus intelligitur primum sub conditione recepisse. l. filium. §. si quis contra. ff. de leg. præstan. Hinc est secundum eum, q in curia Regis Franciæ semper recipiuntur fidelitates saluo alterius iure. 9. quęst. 3. cap. saluò. & sic feudum decretale plus iuris tribuit in hoc, quia post illud non potest vassallus per dominum à feudo repelli: edictale hoc non tribuit, quia nisi hæres vassalli intra certum tempus, ideſt, annum, & diem renouet feudum, præstando fidelitatem. c. 1. in prin. ẽ. quæ fuit prima cau. bene amit. si domino placet. potest feudo priuari. Bald. in addi. Spec. in titu. de feu. in 2. colum. versi. in feudo edictali. summat breuius supradicta verba. Spec. dicit, quòd in feudo edictali succedit hæres mediante hæreditatis aditione, sed in feudo decretali demum præstito iuramento fidelitatis, & confirmato sibi feudo, & est vnum feudum in substantia, sed decretale plus tribuit in effectu, & dicit Bald. q ista verba Spec. sunt not. quia noua, nec in specie per alium tanguntur, sed caue licèt illa similitudo bonorum possessio. & feudi aliquid communis coloris habeat, tamen non est ex toto ad propositum, quia bonorum possessio edictalis est illa, quæ conceditur per edictum prætoris, qui fecit quosdam gradus bono. poss. de quib. gl. in l. fi. C. vnde legi. bonorum possess. decretalis est, quæ decernitur à prætore viuo. d. l. 1. §. decretalis. ff. de suc. edi. iuncta. l. fin. C. qui admit. sed ista in feudis sic non reperiuntur, nisi per similitudinem quandam à remotis inuentam per
130 Spec. ¶† Quid autem sit feudum legitimum, [d] vide per Io.
d de Ana. in consi. 7. incip. visis, & ponderatis. in 2. col. Per ista impositus sit finis præludijs seu præfationibus feudorum, & his, quæ necessaria sunt pro habenda in genere vniuersali cognitione feudorum, nunc ad specialem, & particularem cognitionem per singulos titulos descendemus.

ADDITIONES.

a Et de isto feud. Adde Bal. in c. ex literis. in 5. q. de consti.
b Feudum soldatæ. Adde. c. possessionis. 16. q. 1.
c Feudum aduocatiæ. Adde c. 2. de reb. eccle. non alienan. lib. 6. & in c. veniens. de iureiur.
d Feudum legitimum. Adde Spec. tit. de feu. in §. quicunque. versi. 17.

INCIPIT LIBER I. FEVDORVM.

Qui feudum dare possunt, & qui non, qualiter acquiratur, & qualiter retineatur. Rub.

¶Ista rubrica communiter diuiditur in duas. In prima ponitur rubr. generalis ad totum librum, & ista communiter alleg. In secunda ponitur rubr. specialis, quæ communiter alleg. & est ibi, de his, qui feudum dare possunt. Ista ergo secunda subdiuiditur in tres, secundum omnes. In prima ponit de personis actiuis. In secunda de forma acquiren. In tertia de modo retinendi. partes pat. Tu no. considera, quod in hac speciali rubrica tanguntur quatuor causæ feu. Efficiens, dum dicit de his, qui feudum dare pos. Formalis, dum subditur, qualiter feudũ acquiratur, ideſt sub qua forma. Materialis ponitur in verbo feudum. Finalis ponitur in illis verbis, qualiter retineatur.

SVMMARIVM.

1 *Prælati Ecclesiarum possunt in feudum dare, si antiqua sit Ecclesiæ consuetudo. Item seculares in dignitate constituti, & qui ab eis accipiunt.*
2 *Archiepiscopus vnde dicatur.*
3 *An legati Cardinales possint infeudare res Ecclesiarum suæ legationis Episco-*

Source : BIU Cujas

4 *Episcopus vnde dicatur.*
5 *Papa nedum potest infeudare ea, quæ sunt apostolatus, sed etiam feuda omnium Ecclesiarum.*
6 *In administratione temporalium Abbas, & Abbatissa æquiparantur.*
7 *Prælati possunt infeudare res Ecclesię, de quibus est consuetudo infeudandi, sed an hoc possint sine consensu capituli, & etiam remittere felloniam, & nu. 11. & 12.*
8 *An concessio facta in feudū in dubio presumatur vtilis Ecclesiæ, vel ne.*
9 *Decretum iudicis interpositum in contractu, excludit beneficium. l. 2. C. de rescin. ven. quando est interpositum à maiorib. iudicib. secus si à maiorib. magistratib. nu. 10.*
13 *An feudum decimale antiquum reuersum ad Ecclesiam poterit prælatus alteri infeudare.*
14 *Episcopi sunt ceci circa nepotes, & alios consanguineos suos.*
15 *Papa peccat mortaliter, si alienat bona Ecclesię in casu non licito, puta, vt det agnatis, vel amicis.*
16 *Prelatus de antiquo feudo potest consanguineos suos inuestire.*
17 *Relictum pro anima testatoris non potest per fideicommissarios distribui consanguineis.*
18 *Oeconomus in rebus Ecclesię non habet tantum priuilegium sicut prelatus.*
19 *Prelatus an possit concedere alicui ex consanguineis rem Ecclesię in perpetuum.*
20 *Prelatus non potest res Ecclesię infeudare de nouo, fallit tamen in multis casibus, vt infra nu. 21.*
22 *Statutum disponens, quòd nullus possidens apothecam possit personaliter capi, non habet locum in possidente vilissimam.*
23 *Statutum loquens de vulnere, non habet locum in paruo vulnere.*
24 *Debitor potest iurari suspectus propter preparationem fugę: nisi sit debitor parui debiti.*
25 *Statutum puniens certa pœna comburentem domum, habet locum in comburente domunculam.*
26 *Vassallus Episcopi potest alienare feudum sui episcopatus in capitulum eiusdem Episcopi, eius consensu non requisito, & nu. 28.*
27 *Si Episcopus eget in episcopatu suo aliqua domo, quæ sit capituli, potest illam à capitulo emere, quia non dicitur extra Ecclesiam exire.*
29 *Qui sint propriè Capitanei.*
30 *An vassallus possit alienare partem feudi sine consensu domini, & num. 31. & 34.*
32 *Propter pecuniæ dulcedinem homines sunt faciliores ad vendendum quàm ad donandum.*
33 *Vassallus vassalli mei meus vassallus dicitur.*
35 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, quando exponuntur eo modo quo tacitè insunt.*
36 *Verba debent sic intelligi, vt aliquid operentur, & ne sint frustra.*

CAP. I.

QVia de feudis. ¶Iste titulus totus diuiditur in tres partes, prout tres fuerunt partes rub. Primò tractat de personis, quæ feudum dare possunt. Secundò de personis, quæ possunt acquirere. Tertiò de retentione feu. Secunda est in §. & quia vidimus. Tertia est in §. notan. Prima subdiuiditur in tres. In prima ponitur intitulatio, seu subordinatio ad seq. materiam, in qua auctor congruo ordine ostendit, quòd vult primò tractare de personis, cùm de eis ante omnia sit quærendum. l. si quæramus. ff. de test. & l. quidam referunt. ff. de iur. codi. In secunda, quæ est ibi, feudum autem dare possunt. ponit quæ personæ, & quando possint dare
a feudum, & incipit primò ab ecclesiasticis, [a] quia digniores. c. solitæ. de maio & obed. In tertia, quæ est ibi, Marchio. declarat, quæ personæ seculares possint dare feudum, & quo nomine
1 nuncupentur, qui feudum recipiunt. ¶† Prælati [b] Ecclesiarum
b possunt in feudum dare, si antiqua sit Ecclesiæ consuetudo. Itē seculares in dignitate constituti, & qui ab eis accipiunt. hoc di-
2 cit vsque ad §. & quia vidimus. ¶† In tex. ibi, Archiepiscopus. vnde dicatur, est tex. in c. cleros. 21. dist. gl. in l. archigerontes C. de episco. aud. & à quibus ordinari, & dispensari debeat, habetur. 19. dist. c. 1. in glo. summæ, & dicunt Bald. hic in 1. colum. & Alua. in secunda, quòd Patriarcha idem est, ꝙ Archiepiscopus. alleg. gl. quam non inuenio in l. iubemus nulli. in prin. aliàs in l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccle. & dic melius, vt dicit tex. in d. c. cleros. ꝙ ordo Episcoporum quatripartitus est in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis, & istos ordines prosequitur ibi text. Et an differentia sit inter Archiepiscopum, & Metropolitanum, habes per glo. 21. dist. in c. 1. in versic. primates, quæ dicit, quòd solùm nomine differunt.
3 ¶† Quid autem de Cardinalibus [c], Legatis de latere Papæ, an
c possint infeudare res non dico suorum beneficiorum, quia de illis idem est, quod in alijs prælatis, sed intelligo res aliarum Ecclesiarum, suæ tamen legationis, dic, quòd non, quia isti Legati non possunt tollere iura subiectarum Ecclesiarum, secundum Archid. 25. q. 2. cap. de ecclesiasticis. nisi eis esset specialiter concessum, vel iniunctum à Papa. Auth. perpetua. ibi, quibus hoc assignatur lege. C. de sacrosanct. eccle. Archid. in c. imputato. 25. quæst. 2. secundum Bald. hic in 4. colum. Alua. in vltim. Marti. Lau. in 11. Alibi dicit Bart. in l. prohibere. § planè. in fin. ff. quod vi aut clam. se consuluisse, ꝙ Legatus de latere non potuit concedere castra pertinentia ad curiam Rom. ciuitati Camerinæ, nisi expressè fuisset sibi concessum à Papa, & sequitur Bal. in c. cùm venissent. in 2. colum. de iudi. Item Legatus de latere non non potest dare licentiam Episcopo, vel alij prælato infeudandi, vel alienandi res Ecclesiæ, quia esset contra iuramentum præstitum Papæ de non alien. res Ecclesiæ inconsulto Rom. Pontifice. c. vt super. de reb. eccles. non alien. secundum Spec. in tit. de Legato. §. consequenter. ver. cæterum. sequitur Card. in c. 2. vbi etiam per dom. Anto. de But. de feud. per not. in c. pro illo-
4 rum. de præben. & Alua. hic in fin. col. ¶† In tex. ibi, Episcopus, vnde dicatur est tex. in d. c. cleros. & in c. qui episcopatum. 8. q. 1. & qualiter ordinari, & consecrari debeat, habetur. 64. dist. c. 2. & per Spec. in tit. de sacra vnct. & de iurisdictione Episcopi habes per Bald. in l. si quis ad declinandam. C. de Episco. & cler. & ex hoc, quod in text. de Episcopo dicitur, includi à fortiori Pa-
d pā, [d] qui se Episcopum appellat, sed cum adiectione, seruus seruorum, & quæ sit ratio ponit Ioan. Andr. in procem. 6. ita dicunt Bal. Aluar. & alij hic, ꝙ Papa possit infeudare, text. c. ad apostolicæ. §. præterea. de re iudic. in 6. ¶Tu dic, ꝙ ideo text. de Papa non expressit, quia de eo non erat dubium. simile dicit And. de Isern. in 4. colum. in fi. hic, & sequitur Alua. ꝙ ideo iste tex in personis secularibus non posuit de Imperatore tāquam indubitabile, licèt dicatur. ĵ. de nat. feud. in prin. hic enim magna feuda cōcedunt, scilicet, Comitatus, Marchionatus, & Ducatus, & minores possunt infeudare, multò fortius Imperator, vel Rex. l. Barbarius. in fi. ff. de offi. præto. potes etiam dicere, ꝙ verbum Archiepiscopus, positum in tex. comprehendat etiam Papam. c. in tantum. in fi. 21. dist. fortius tenet Bald. hic in 1. col. & nūquam obliuiscaris, ꝙ Papa potest omnium Ecclesiarum feuda infeudare, nam & cùm illi infeudant, & cùm illis Papa concurrit, & secundum eum dicit Ioan. Monach. in cap. si eo tempore. de præben. in 6. quòd Papa pater patrum cum omni prælato & in potestate, & iurisdi. concurrit, & hoc dictum Io. Monach. repetit Bald. in procem. Decretal. in 1. colum. & in c. 1 in 4. colum. de offic. ordi. & in cap. dilecti. in pen. colum. vbi notab. loquitur. de appel. & in c. cùm venissent. in 2. col. vbi vide. de iudi. & in cap. 1. in 1. col. ĵ. quis dicatur Dux, vel Marchi. & ibi subdit, ꝙ idem est in principe Rom. Imperatore, in quo
5 sunt omnes thesauri dignitatum reconditi. ¶† Nota primam decis. Bald. quòd Papa nedum potest infeudare ea, quæ sunt apostolatus, sed etiam feuda omnium Ecclesiarum, & miror, ꝙ nemo facit de hoc mentionem. ¶Ego addo, ꝙ Bald. in c. bonæ. secundo. de postula. prælat. in 4. col. no. ex illo tex. in ver. pendente, ꝙ Papa à nullo dependet, & sicut se habet Sol in pla-
e netis, [e] ita Papa in Ecclesijs. vnde ibi Bald. in 7. col. dicit post Innocen. quòd Papa cum bona conscientia potest donare decimas, vel castella Ecclesiarum, quod dicit not. pro castro Pisano cuidam à Papa donato habente plenam notitiam qua-
f litatis rei [f]. Alibi Archid. in c. cùm redemptor. 12. quæst. 2. refert quosdam dicere, quòd Papa non potest alienare rem ecclesiasticam sine consensu Cardinalium, vt ibi per eum. ¶Tu in hoc vlti. dic, vt per Bald. in l. cum multi. C. de bon. quæ libe. quòd si sunt valde preciosa, vt vna magna ciuitas, requiritur consensus Cardinalium, aliàs secus: facit, quod dicit Bald. in l. iudices. C. de fid. instrum. & quod not. Bald. in l. placet. in 1. not. vbi addidi multa. C. de sacrosan. eccl. tamen in hoc vlt. loquun-
6 tur Docto. in reb. eccles. quæ sunt immediatè sui apostolatus.
g ¶† In tex. ibi, Abb. vel Abbatissa [g]. habes, ꝙ in administratione tempo-

ADDITIONES.

a Ecclesiasticis. Adde c. duo sunt 96. dist.
b Prælati. Adde Io. And. in c. sciant. de elect. lib. 6. in nouel.
c Cardinalib. Adde Mar. de Fan. in tract. de Card. q. 36. in c. an Card. possunt in feud. Bar. consi. 196. incip. ciuitati Camerini. in 1. dub. in 1. vol.
d Rapā. Adde, quòd Papa est Episcopus Lateran. secundum Card. Zab. in c. si diligenti. de præscr. & per Abb. & Fel. in c. ad audientiam. eo. tit.
e Sol in planetis. Adde Troilum Malueri. in tract. de cano. Sancto. in 2. dub. in 11. col. ver. & pro opi. domini Ant.
f Adde Ias. in l. placet. 1. not. C. de sacrosanct. eccles. in l. fin. 1. not. C. de pact. PVRPV.
g Abbas, vel Abbatissa. Adde Docto. in l. qui aliena. §. quacunque. ff. de neg. gest. & in l. fœminæ. ff. de regu. iuris. Ioan. And. in c. sciant cuncti. de elect. lib. 6. in nouel.

Source : BIU Cujas

temporalium Abbas,& Abbatissa æquiparantur, quod patet, quia sicut Abbas potest infeudare bona Ecclesiæ, ita etiã Abbatissa, secus in administratione rerum spiritualium.cap.noua quędam.de pœn.& remis.& per Io.And.ibi in nouella.& alios. & 23.dist.c.sacras.& c.mulier. ¶In tex.ibi, præpositus, qui interdum appellatur decanus.glo.in l.non plures.in verb.decani. C.de sacrosan.eccle. interdum appellatur plebanus.in cap.1.in princip.ſ.Episco.vel Abba.& quis sit præpositus,est tex.in cap.
7 quamuis.de verbor.signif. ¶† Nota ergo ex tota ista secunda parte, quòd prælati ecclesiarum possunt infeudare res Eccle-
a siæ,de quibus est consuetudo[a] infeudandi.facit tex.in c.1.vers. idem iuris,à contrario sensu.ſ. Episco. vel Abba. & text.in c.2. vbi plenè traditur tota materia.de feu.aliàs autem res Ecclesię, de quibus non esset consuetudo infeudandi, infeudare nõ possunt, quia sunt de dominio, & titulo Ecclesiæ, dicto cap.1.in princip.ſ.Episco.vel Abba. & circa istas personas ecclesiasticas, quæ possunt dare feudum, ad de text. in cap. plerique. de pact. ¶An autem prelatus solus sine consilio,vel consensu sui capit. possit hoc facere,est necessarium scire pro intellectu text.Bald. hic in prima & secunda colum.examinat,& concludit in effectu,quòd sic,si feudum est distinctum, & eius concessio est attributa prælato, vt hic per eum; refert tamen Iaco de Beluis. hic distinguere,an sit vtile Ecclesiæ, & tunc possit, aliàs secus; quæ distinctio secundum eum non facit quo ad validitatem actus, sed quo ad beneficium resti.in integr. concedendum,vt not.in c.1.de in integ.resti.& in Auth. hoc ius porrectum. C.de sacrosanct.eccle.alij Scribentes nihil tangunt. ¶Adde, ꝙ Bald. hic in 3.colum.quærit, an solus prælatus possit remittere felloniam, & alleg.not. in simili per Ioan. Andr.in c.cùm desideres. de senten.excommu.tandem dicit, quòd si prælatus solus esset collator feudi,cùm fellonia respiciat eum tantum,posset solus remittere.Secus si collatio feudi esset communis,vt iuribus hic per eum alleg. subijcit post quæstionem sequen. dicere Arch. in c.terrulas.12.quæst. 2. quòd tanta posset esse instans necessitas,quod prælatus solus sine consensu capi. posset magnas possessiones eccle.alienare: tamen dicit Bald.se putare, quòd istud sit ratificandum non à princip.sed ex postfacto,& quòd ista ratificatio debet solenniter fieri, iuxta not. in l. Pomponius.ff.de nego.gest.tamen Bald. hic non loquitur in terminis consuetudinis. Adde istis Alexan.consi.79.incip. circa primum de quo quæritur, scilicet, coram quo domino.in 4. colum.circa fin.&
8 seq.lib.1.Pau.de Cast consi.140.¶† Item diligenter not.& nunquam obliuiscaris,inquantum Bal.hic in 2.colum.in fine. quęrit,vtrum contractus, vel concessio facta in feudum in dubio præsumatur vtilis Ecclesiæ,vel non,nam dicit Bald. & est vtile verbum in practica,quòd generaliter, vbi seruata est forma,&
b decretum superioris interpositum[b], præsumitur semper factũ pro vtilitate Ecclesiæ.arg.tex.not.in l.1.C.de præd.decu.lib.10. & miror,quòd alij non faciant de hoc dicto mentionem. Hoc dictum reputat egregium,& simpliciter sequitur Alex. in dict. consi.89.in 7.colum. Tu adde, quod istud idem dicit Bald.in c. sicut.circa fin.de re iudi.¶Confirmo per optimum simile,quia vbi in aliquo actu reperitur decretum iudi. interpositum,præsumitur,quòd omnia ritè,& rectè processerunt,secundũ Spec. in titu.de emptio.& vend.§.nunc dicendum restat.versi.& breuiter scias.quem refert,& sequitur Bald. in d.l. cùm hi.§. si prætor.& in l.non aliter. ff.de adopt. & in l.quæcunque. C. de bon. quæ libe.& in l.fina.C.de præd.mino. & in l. quæcunque.§.fi.ff. de publ.& Imo.& in l.si quis cùm aliter.ff.de verbo.oblig.Alex. consi.245.incip.visis scriptis mihi transmissis. in 3. colum. lib.2. Bal.in c.sicut.in 2.colum.per illum tex. de re iud.no.quòd propter auctoritatem iudicis præsumuntur omnia solẽniter acta, etiam si iudex esset ribaldus,quod reputat Bal.notandum. Cõfirmo etiam per id,quod sing.not.Bart.& Bald.in l.1. per illum text.in versic.immoderatus venditor, & emptor iniustus.C.de
9 præd.decu.lib.10.vbi not. †quòd decretum iudi. interpositum in contractu excludit beneficium.l. 2. C. de rescind. vendi.& sic operatur, ne quis possit conqueri de deceptione vltra dimidiã iusti pretij.idem tenet Angel consi.139.incip.tutor vxori.circa finem.per tex.quem dicit singularem in d.l.1 C.de præd.decur. tamen hoc vltimum non pono pro constanti, quia multi aduersantur, de quo vide Imo. & Ludo. & Alex.in l. si quis cùm aliter.ff.de verbo.obliga.Imo.in l.pretia rerum. & ibi Alex.in 4. & 5.col.ff.ad l.Falcid. & Alexan.in l. pacta nouissima. in 1.col. C.de pact.Panormi.in c.cum causa.in 2.colum.de emp.& venditio.¶Confirmo etiam per id, quod sing. dicit Bald.in l.frater à fratre.in princip.ff.de condi.indebi.in 19.colum.versi.3.quæro quid de contractu emphyt.vbi sing.tenet,quòd quando in contractu,vel in alio actu interuenit præsentia, vel decretum iudi. talis contractus dicitur palàm, & bona fide fieri,& in eo cessat omnis suspicio doli.alleg. l. fin. in princip. quæ parum facit. ff. quod met.causa.Idem tenent Angel.& Imol.in l.1.§. fuit quæsitum.vbi Imol.in 3.col.ff.ad Treb. & Alex. in l.transactionem. in fin.C.de transa.facit etiam,quia decretum iudi.tollit, & facit cessare omnem præsum.doli,vel metus, & sic facit, quòd quis non possit conqueri de dolo, vel metu,ita not.Bart.in d.l.1.per illum tex.C.de prædijs decu.Pau.de Cast. in d.l.transactionem. & dicunt Salyc.Bald.Pau.& Alexand.in d.l. pacta nouissima.in primo nota.C.de pac. quòd præsumitur omnis metus, & dolus abesse, vbi reperitur, quod iudex decretum suum interpo-
10 suit.¶†Limita prædicta omnia valde singu.secundum Bald.in l.tutores.ff.de confirman.tut. vt procedant in maioribus iudicibus,vt in præside,prætore, & similibus, quia lex præsumit, ꝙ maioris iudicis factum sit ritè factum. ideo Bal.hic dicit de decreto superioris; sed istud non præsumit lex in minoribus magistratibus, prout sunt magistratus municipales, vel pedanei, quia non tantum præsumitur pro eorum decreto, & dicit,qđ ista sunt verba Azo.in summa.C.de tut.& cur. qui non satisde. & quòd ita intelligitur.§.nos autem.insti.de Attili.tuto.no.perpetuò,quia magna,& singularis limitatio est ad prędicta.¶Redeundo ad notabile traditum considera, quòd illud notabile habet duas partes,& sic continet duas regulas, vnam affirmatiuam,aliam negatiuam,& quamuis Marti. Lau. hic in penult. col.post Iaco.de Belui.simul miscendo ponat.6.fallentias mixtim ad vtranque regu. ego gratia melioris intelligentiæ vnam-
11 quanque de per se examino.¶† Prima est [c] ergo regula affir-
c matiua, quam propriè ponit iste text. quòd prælatus Ecclesiæ possit infeudare res Ecclesiæ, de quibus est consuetudo infeudandi antiqua,& vltra iura supra alleg.facit, quod in simili habetur.nam Episcopus, qui iurauit non alienare, vel infeudare res Ecclesiæ inconsulto Papa iuxta c.vt super.cum ibi no.de re.
d ecclę.non alie.& latè infra dicam,potest tamen vetus [d] feudum concedere inconsulto Papa. vt est glo.12. quæst.2. cap.1.glo.& Doct.in c.2.de feu.Ang.not.in l.non est nouum.1. colum.ff.de leg.& quod not. Panor.in cap. per tuas. per illum text. de don.
12 ¶†Limita primò hanc reg.quando possidente adhuc alio vassallo, & durante eius inuestitura ante aperturam feudi prælatus vellet infeudare alteri, ita tamen, quod secundus inciperet tunc habere, quando prima inuestitura esset finita, tunc hoc facere non posset, dato, quod feudum esset antiquum, quia prælatus non potest concedere futura in præiudicium successoris,secundum Iaco.de Beluis. & Marti.Lau.hic,& est text.in c.1.vbi Doct.vbi dicam.ſ. qui suc.tene. adde Bald.in l. non existimo.ff.de administ.tuto.ponentem de prælato, qui successorem supplantauit in præueniendo ante tempus,vt ibi per eum.
13 ¶†Secundò limita secundum eos in iuribus spiritualibus,vt in decimis,nisi feudum decimale fuerit ante Lateranense concilium.c.quamuis.& c.ad hęc.de decimis,& plenè per Io.And. in c.cùm apostolica.de his,quæ fi.à prelat. sine consensu capituli.plenè per Gemi.in c.2.de deci.& latissimè per Ioan.de Lig. in c.ad hæc.de decimis refert Marti.hic in fin. colum. se vidisse consilia Doctorum nostrorum domini Christopho. de Castil. & Fulgo. consulentium pro opin. Ioan. Andr. contra Hostiens. & Archidia. ¶ Adde, quod Cardin. Floren. in cap. secundo. in 4. calum. 10. quæstio. de feud. & miror, quod per alios non allegetur, formaliter quærit de feudo antiquo decimarum reuerso ad Ecclesiam, an prælatus poterit alteri infeudare, dicit, quòd de hoc fuit consultus in facto, & quòd videtur, quòd non, quia in decimis reperitur specialis prohibitio.capitu. ad hæc. c.quamuis. & c.prohibemus. de decimis. & sic venire non debent sub generali concessione, per quam permittitur antiqua feuda posse de nouo infeudari. cap. cùm in generali. de offic. vic. in 6. contrarium dicit se putare, quia in decimis solùm prohibetur, quòd non possint infeudari de nouo post concilium Lateranense: vnde dicit se putare,quòd feuda antiqua ante prædictum concilium potuerunt infeudari etiam laico, caueat tamen sibi prælatus à fraude,ne auferat decimas concessas ab antiquo, cùm sic non essent concessæ olim

ADDITIONES.

a Consuetudo.Quid si concedat feudum vsque ad quartum gradum,hoc intelligitur secundum ius ciui. Alexan.post Bald. in l.2.colum.2. C. de successedi. Declara,quòd dicta consuetu. exigit spacium 40. ann. vt dicatur solita concedi,quod in eis bis fuerit res concessa. Alexand.lib.5.consil.5.colum.3.ver. 3.Alex.ibi latè de hac materia.lib.5.consi.9.per tot. & in simili idẽ Alex.lib. 2.consi.14.viso & conside.ad fi.& de hac materia plenè Alex.libr.5.consi.79. circa prin.3.dub. PVRPV.

b Hæc omnia de decreto idem repetit in l. pacta nouissima. colum. secunda. C. de pact. dictum Bald. tenet Dec.in cap. quæ in ecclesiarum. 4. colum. de consti. PVRPV.

c Secundo amplia ad emphyteu.Alex. lib.2.consi.14.in fi. PVRPV.

d Potest tamen vetus.Adde Doct.in c.2. extra de feu.

Source : BIU Cujas

olim, prout ipse nunc concedit; & si in contrarium dicatur, quod decimæ non possint transferri in laicum per id, quod habetur in d. capitu. prohibemus. respondet ipse, quod verum est, quòd vnus laicus vassallus non posset feudum decimale transferre in alium laicum, vt ibi, sed Episcopus tale feudum decimale reuersum ad Ecclesiam potest bene concedere, vt patet per præmissa, dicit tamen obseruari, quod quando vassallus laicus vult feudum in alium transferre, renuntiat feudo, & Episcopus illum inuestit, cum quo de renuntiando conuenit, & sic in effectu, est ac si laicus trãsferret de licẽtia Episcopi. Adde etiam, quòd Imol. in d. capitu. 2. de feud. in 28. colum. versicul. vlterius quærit hic dom. Floren. refert totam istam opin. Cardin. & dum in effectu Card. dicit se consuluisse, quòd feudum decimale solùm prohibeatur, quando infeudatur de nouo post concilium Lateranense, dicit Imol. facere cap. nuper. de deci. & hoc satis videtur voluisse gloss. in d. capitu. prohibemus. sed quod Ioan. And. ibi super gloss. videtur velle, quòd tutius sit contrarium tenere per d. capitu. prohibemus, & dicit facere, quod habetur in capitu. cum apostolica, de his, quæ fiunt à præla. sine consensu capit. vbi non permittitur feudum decimarum concedi etiam cum consensu Episcopi. & sic non solùm videtur prohiberi infeudatio, quæ fit post concilium Lateranense, sed quando in feudum etiam fuit concessa ante, & vult concedere alteri laico. & hæc pars secundũ
* cum de iure est verior, & tutior. videtur tamen, quòd *communiter seruatur opin.* Cardi. & gloss. in d. capitu. prohibemus. ¶ Tertio fallit in Archiepiscopo, vel alio superiore Prælato, qui tẽpore sui introitus reperit feudũ in dominio, id est, quòd tempore sui introitus feudum erat reuersum ad Archiepiscopatum, & suus prædecessor, cui erat feudum apertum, non infeudauit, certè nec iste poterit infeudare. capitu. 1. in fin. infra de cle. qui. inuesti. facit. secundum Iacob. de Beluis. hic, sed ista fal. non est bona, vt etiam reprobatur per Mar. hic, in penul. colum. & bene, quia nimium generalis, quia speciale est in Archiepiscopo Mediol. d. capitu. 1. in fin. ergo in contrarium est ius commune. l. 1. in fin. ff. ad municip. nam vt ibi dicunt Bald. & alij, licèt ibi specialiter prohibeatur Archiepiscopo Mediolanensi, tamẽ alij prælati, & Episcopi possunt idem, quod suus prædecessor, licèt inuenerint feudum possessum in dominio, quia ratione breuis possessionis rei qualitas non est mutata, nisi esset effecta de mensa Ecclesiæ, quia tunc alienare non possunt Papa inconsulto d. capitu. super. de rebus eccles. non alienan. ¶ Quartò fallit, quando feudum antiquum est apertum Ecclesiæ, sed Ecclesia est deducta ad magnam necessitatem, quia tunc debet Ecclesia feudum pro se retinere, & non alij infeudare, quamuis sit antiquum. secundum Iaco. de Bel. Nico. de Neapo. & Mar. hic per text. in Authen. vt determinat. sit numerus clerico facit text. in capitu. 2. de feud. ibi, si videris expedire, secus si Ecclesiæ non expediat. Facit l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. act. & dicit Mar. quòd est hoc singu. ad limitationem capitu. 2. de feud. ¶ Quintò vltra eos limita, rem antiquitus consuetam infeudari, posse à Prælato dari in feudum.
a istud est verum, nisi vellet infeudare consanguineis [a] suis, alijs potest, sicut non posset infeudare agnatis, cognatis, vel affinibus. ita gloss. not. in capitu. 1. §. fina. vbi Docto. infra si de inuest. inter do. & vassal. lis oria. & gloss. in capitu. 1. infra qui succes. teneantur. per text. in Authen. quibuscunque modis. C. de sacrosanct. eccles. facit optimè text. cum gloss. in capitu. perue-
14 nit. 1. quæstio. 3. vbi gloss. dicit, † quòd Episcopi sunt cęci circa nepotes, & alios consanguineos suos, quos quærũt diuites reddere ex facultatibus ecclesiasticis. alibi Archi. singulariter in ca-
15 pit. licèt Papæ. 12. quæstio. 2. † dicit Papam peccare [b] mortali-
b ter, si alienat bona Ecclesiæ in casu nõ licito, puta vt det agnatis, vel amicis, & illud dictum Archi. reputat sing. & not. Pan. in capitu. constitutus. in 3. colum. de relig. do. refert tamen Hostien. dicere, quòd hoc est licitum prælato inferiori aliqua da-
c re consanguineo [c] pro sustentatione vitæ. capitu. monemus. 12. quæstio. 2. & capitu. non satis. 86. distinct. facit cap. cæterum. de don. vide tamen Abb. in capit. quia clerici. de iure patr. Bal. in repe. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. in 15. colum. in 7. quæstio. 2. partis princip. limita, vt ibi per eum. Tamen redeundo ad principalem limita. adde quod Bald. hic in 2. colum. in princ. tenet contrarium post Iaco. de Beluis. quòd imò prælatus possit infeudare rem antiquitus solitam infeudari consanguineis, cognatis, & affinibus suis, si persona non est multum onerosa, hoc semper inspicitur, iuxta not. per Ioan. And. in capitu. fin. de rebus eccles. non alien. in nouel. si personæ seruitium ab eis recipiant. Nec obst. d. Auth. quibuscunque modis. quia loquitur de iure communi, sed nos sumus in iure consuetudinario non ita rigoroso. feuda autem nituntur gratia, non contractus emphyteuticus, ideo non est eadem ratio prohibendi. hoc dicit expresse in capitu. 1. & dicitur etiam à contrario sensu de capi. Conra. alibi Bal. in d. capitu. 1. in princip. in fin. co. infra si de inuesti. inter do. & vassalis. oria. dicit ex gloss. ibi colligi, quòd prælati non possunt infeudare de iure agnatis, licèt de consuetudine secus, quæ pręualet, & hoc innuit glo. ibi, sed secundum Bald. dic, quòd etiam de iure possunt, si agnati sunt idonei, sicut quando prælati sunt executores pauperum, nam possunt bona distribuere consanguineis si sunt pauperes, iuxta gloss. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. de quo vltimo vide Ioan. Andr. in addi. Specul. in titu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. in addi. incip. continen. & omnino latè per Bal. in repe. l. 1. in 15. colum. in 7. quæstio. 2. par. princip. C. de sacrosanct. eccles. per Bartol. in l. cùm quidam. ff. de leg. 2. & ad d. Auth. quibuscunque. vltra prædicta vide etiam Bald. in cap. Ecclesia S. Mariæ. in 3. colum. vt lit. pen. & limita, vt ibi per eum. Alibi Bald. in l. 1. in 25. quæ-
16 stio. ff. de re. diui. tenet post Iaco. de Belui. † quòd prælatus de antiquo feudo potest consanguineos suos inuestire, & non est per hoc suspicio, quòd ius Ecclesiæ fiat deterius. & idem in antiqua emphyteusi, cùm non sit prohibitum. Imò prælatus debet esse fauorabilior suis, quàm extraneis. l. antepe. secundum secundam lectu. ff. de pact. secus si vult aliquam de nouo facere emphyteusim, vel nouum feudum, ita intelligitur d. Authen. quibuscunque. & ita etiam intelligit Bald. ibi. ¶ Bald. in cap. de priore. de appel. refert, quòd licèt gloss. in capitu. 1. qui succes. tene. dicat, quòd prælatus nõ potest concedere feudum Ecclesiæ suis consanguineis, quia præsumitur ambitiosa concessio, dicit Bald. hoc esse verum de nouo, sed antiqua feuda potest refirmare. l. 1. §. fin. ff. de aqua quo. & æsti. tamen si prælatus infeudat de nouo propter insignia merita inuestiti, bene valet infeudatio. argum. l. si pater. ff. de dona. & intelligitur de nouo infeudare non quo ad rem, sed quo ad personas. ¶ Præsumitur ergo contra cõsanguineos propter nimiam affectionem. d. Authen. quibuscunque, & l. illud. C. de sacrosanct. ec-
17 cles. vbi secundum Bald est gl. sing. † quæ dicit, quòd relictum pro anima testatoris nõ potest per commissarios distribui consanguineis, & sic Bald. est contrarius his, quæ supra dixi. & subdit Bald. quod si testator aliquid reliquit pro anima consanguineis, non pręsumitur relictum ad pias causas. argumen. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. sed hoc vltimum aliter non examino, sed vide not. in repe. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. ¶ Eandem opin. quòd nedum attenta consuetudine, sed etiam de iure possit prælatus infeudare consanguineis, tenet etiam Aluar. in d. capitu. 1. in princip. in 6. colum. infra si de inuesti. inter do. & vassal. lis oria. alleg. iura supra adducta per Bal. & Iacob. de Beluis. alleg. etiam Archi. 10. quæstio. 2. capitu. Episcopus. quia ex quo Ecclesia non lędit, cùm consanguineus capiat eisdem conditionibus sicut extraneus, cessat ratio prohibitionis. Secus si alia ratio prohiberet, vt quia concederet consanguineo potentiori, per not. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbor. oblig. alleg. etiam Sanctum Thom. in 2. 2. quęstio. 64. ¶ Et ad dictam Authen. quibuscunque. respondet, vt per Barto. quòd procedit, quando feudum, vel emphyteusis de nouo concederentur. ¶ Addo ad prædictorum confirmationem, quod dicit Fede. de Sen. consil. 52. incip. quidam prælatus exemptus, vbi alleg. capit. huiusmodi. versicu. quibuscunque. 10. quęstio. 2. vbi est canonizata. d. Authen. quibuscunque. per quæ iura videtur prohiberi, ne res Ecclesiæ in perpetuum concedantur consanguineis, cognatis, vel agnatis, & hæc procedunt qñ cõsanguinei sunt tales, quòd per eos res Ecclesię penitus euerterentur. Secus si essent boni, & honesti viri, & aliàs non esset causa suspicionis, quia tunc cessat prohibitio. allegat Archi. in d. capit. Episcopus. in fin. & quod not. 89. distinct. capit. decedenter. ¶ Adde & fortius id, quod nouiter tenet Pan. in capitu. vt super. in fin. col. de rebus eccles. non alien. vbi tenet nouam opi. contra Legistas: quærit enim ibi, an prælatus possit rem Ecclesię concedere in emphyteusim, vel in feudum consanguineis suis, & an secum possit contrahere alienando rem Ecclesiæ,

ADDITIONES.

a ¶ Infeudare consanguineis. Adde Bald. in l. 1. 25. quæst. ff. de rer. diuis. in capit cæterum. de iudi.

b ¶ Papam peccare. Adde Bal. in l. cùm multa. in fin. C. de bon. quæ libe. Abb. in capit. dudum. el 2. in penul. colum. de elect. consil. 62. incip. videndum est in effectu. in 1. volum. Lau. de Rodul. in repe. cap. fine except. 12. quæst. 1. in 31. quæstio.

c ¶ Consanguineo. Adde text. iuncta glo. in versic. vt mercede. in cap. omnino. & ibi Doct. 31. distin. glo. fin. in cap. studeat 50. distin. glo. in versicu. postulat. in cap. quiescamus. 62. distinct. glo. in cap. moderamine. 16. quæst. 1. Paul. de Cast. consil. 290. in 3. volum. incip. viso puncto supra scrip. S. Tho. 2. secundę. quæst. 31. arti. 3. Idem S. Tho. 2. secundæ. quæst. 185. artic. 7. in 2. responsione Idem S. Thom. in 4. senten. distin. 15. artic. 2.

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper uſibus feudorum.

Eccleſiæ, dicit Legiſtas tenere, quòd non per d. Authen. quibuſcunque. canonizatam in d. capitu. huiuſmodi. verſicul. quibuſcunque. tamen ſecundum eum Bartol. & Bald. in d. Authen. quibuſcunque. limitant, niſi eſſet res conſueta dari in feudum, vel emphyteuſim, quia eam poteſt prælatus ſuo conſanguineo, vel cognato concedere, quia ceſſat hoc caſu præſumptio fraudis, & aliena. cùm aperta ſit via huic alienationi, niſi ſecundum Bald. vellet concedere conſanguineo potentiori. ſentit etiam ſecundum eum Bartol. poſt Iacob. ſecundam limitationem, niſi res talis Eccleſiæ eſſet modica, vel tenuis. ad hoc Panor. alleg. Feder. conſil. 206. tenentem, quòd licèt prælatus iurauerit non alienare res Eccleſiæ inconſulto Papa, tamen poteſt conſanguineo ſuo concedere in emphyteuſim rem valentem vnum florenum cum dimidio, & redditus quinque ſolidorum, quia expediebat multũ illi conſanguineo propter vicinitatem, tenet Fede. quòd prælatus potuerit non obſt. iuramento in iſtis minimis, vt ibi per eum. De qua deciſio. Fede. faciunt mentionem Petr. de Ancha. & Imol. examinantes in d. capitu. vt ſuper. in antepenul. colum. ¶ Tandem Panor. dicit ſe eſſe in noua opin. contra Legiſtas, quòd prohibitio d. Authent. quibuſcunque. canonizata vbi ſupra, non habet locum in prę lato Eccleſiæ, & ſic quòd prælatus Eccleſiæ poſſit contrahere, & concedere in emphyteuſim, vel in feudum conſanguineis, agna. vel cogna. ſicut extraneis res Eceleſiæ, de quo propriè loquitur d. Authen. quibuſcunque. & vbi eſt canonizata. Ratio
18 diuer. † eſt, quia œconomus in rebus Eccleſiæ non habet tantum priuilegium ſicut prælatus, quia nec tantum ius habet in bonis Eccleſiæ. iuxta not. per gloſſ. 5 quæſtio. 3. capitu. fin. & ſic reſtringit illam Authen. quibuſcunque. vt ſolùm loquatur in œconomo, & pro iſta ſua opin. quòd prælatus Eccleſiæ poſſit res Eccleſiæ concedere in feudum, vel emphyteuſim conſanguineis ſicut extraneis, mouetur per text. quem reputat valde ſing. 12. quæſtio. 2. capitu. ſi quis qualibet. iuncto capitu. præcedenti. inducendo, vt ibi per eum. text. ſecundum eum etiam procedit in conſanguineo prælati, vt ibidem dicit tenere Archi. adducit etiam illud, quod tenet Archi. in capit. Epiſcopus. 10. quæſtio. 2. vbi dicit, quòd ſicut extraneis ita conſanguineis poteſt prælatus beneficia Eccleſiaſtica conferre. facit capitu. dilecto. de præbend. facit etiam, quia ceſſante fraude melius eſt contrahere cum conſanguineis. nam primò debemus ſubuenire conſanguineis, quàm extraneis. 86. diſtinct. capitu. non ſatis facit, quod not. gloſſ. 31. diſtinct. capitu. omnino. & capitu. 1. de cohabi. cleri. & mulier. iſtam opin. nouam non ſolùm tenet Panor. in d. capitu. vt ſuper. ſed etiam tenet conſulendo in conſil. 13 incipien. videndum eſt in effectu. in 5. colum. Imol. in d. capitu. ſuper. in 7. colum. in fin. refert, quod Petr. de Ancha. ibi poſt Fede. conſilio ſupra allega. reſpondet eodem modo ad d. Authen. quibuſcunque. quod loquitur, quando fit alienatio rerum Eccleſiæ per œconomum. Secus ſi per prælatum.
¶ Imol. dicit, quod iſta ſolutio tuta non videtur, quia eadem ratio ſuſpi. quo ad conſanguineos ſuos ita militat in prælato, ſicut in œconomo. ſed ideo text. fortè dixit œconomis, quia œconomus eſt, cui res eccleſ. gubernanda committitur. 89. diſtinct. capitu. quia in quibuſdam. & in capitu. volumus. & l. omnes. C. de epiſcop. & cleri. not. in capitu. Imperatorum. de iur. calum. & propter hoc ſecundum Imol. & Bartol. non faciens differentiam inter prelatum, & œconomum in d. Authen. qui-
19 buſcunque. tenet, † quòd prælatus non poſſit concedere alicui ex conſanguineis ſuis rem in perpetuum, ſed bene ad tempus, cùm non ſit prohibitum. refert tamen Imol. Fede. in prædicto conſil. quod imò etiam in perpetuum poteſt concedere conſanguineo, dummodo ſit bonæ opin. & cum eo concor. Petr de Ancha. ibi finaliter dicit Imol. quòd quando conceſſio in perpetuum puta in feudum, vel emphyteuſim fieret conſanguineis prælati, videtur quòd talis conceſſio non poſſit fieri, quia per tales conceſſiones, quę talibus conſanguineis fiunt, ſolent Eccleſiæ communiter lædi, ergo videtur prohibita, vt vult Bartol. in d. Authen. quibuſcunque. facit, quod habetur in text. & gloſſ. 1. quæſtio. 3. capit. peruenit. & quod not. per vnam ſolu. gloſſ. in d capitu. decenter. 89. diſtinct. tamen quia Archi. tenet contrarium in d. capitu. Epiſcopus. & gloſſ. in d. capit. decenter. in alia ſolu. quando iſta concurrerent, ſcilicet, quòd conſanguinei eſſent bonæ famæ, & palàm fieret conceſſio, & bona
* fide, ſine læſione Eccleſiæ, *iſta videtur communior opin.* quam tenet Fede. & Petr. de Ancha. vbi ſupra. ¶ Tutius tamen ſecundum eum eſſet propter opi. vitandas, quòd non fieret per prælatum conceſſio in feudum conſanguineo. & ſic Imol. mul-
* tum vacillat, tamen ex prædictis omnibus patet magis *communem ſententiam* eſſe, & ita teneo, quòd prælatus poteſt res Eccleſiæ concedere in feudum, vel emphyteuſim conſanguineis ſuis ſicut extraneis, quando ſunt res ſolitæ antiquitus infeudari, dummodo aliàs ſint bonæ conditionis, & famæ. Secus ſi de nouo facere vellet. d. Authen. quibuſcunque. & alijs præallega. de quo etiam vide Petr. de Ancha. in clemen. 1. de exceſ. præla. Item adde prædictis, quòd licitum eſt clerico de redditibus Eccleſiæ iuuare propinquos inopes. text. eſt, & ibi gloſſ. Archi. & Gem. in capit. omnino. 31. diſtinct. tex. in cap. 3. & ibi not. Abb. in 2. not. de arb. Ioan. de Ana. in capit. qualiter, & quando. el 2. in princip. in 13. colum. de accuſ. Anto. de Butr. in capitu. cùm haberet. in vltim. colum. per illum text. de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. Abb. in capitu. coniugatus. in vltim. colum. de conuer. coniug. & in capit. conſtitutus. in vlt. colum. de relig. dom. & per iſta eſt expedita prima reg. text. affirma-
20 tiua. ¶ † Secunda reg. negatiua, quæ tacitè colligitur in text. quòd prelatus nõ poteſt res Eccleſiæ infeudare de nouo, quando non eſt antiqua conſuetudo in feudo, vt hic à cõtrario ſenſu. & capitu. 1. verſicu. idem iuris. infra Epiſcopum vel Abba-
21 tem, & plenè ponitur in capitu. 2. de feu. ¶ † Iſta regu. primò fallit in bonis proprijs clerici, quia abſque conſuetudine poteſt illa infeudare. capit. 1. in princip. infra de cler. qui inueſt. facit. & tangitur hic in gloſſ. ¶ Secundò ſingu. fallit ſecundum Iaco. de Beluiſ. hic, quando Eccleſia non ſolùm habet directum dominium in re, ſed etiam ipſa habet in feudum. nam tunc abſque conſuetudine infeudandi prelatus cum conſenſu capituli poteſt iſtam rem feu. alteri in feudũ dare, dato, quòd non ſit antiqua conſuetudo infeudandi, ſicut dicimus in priuato, quòd vaſſallus licèt non poſſit alienare ſine conſenſu directi domini, aliàs cadit, tamen poteſt alteri dare in feud. ſine conſenſu domini. capit. 1. §. præterea. infra de cap. Corra. capit. imperialem. §. callidis. infra de prohi. feu. alie. per Fride. & dicam infra in penul. colum. in fin. not. text. ¶ Iſta limitatio non eſt vera, & eam etiam reprobat Mar. in penultim. colum. hic, quia eſt contra iſtum text. & concordantes præalleg. vbi bona Eccleſiæ non poſſunt infeudari, niſi adſit antiqua conſuetudo. Secundò eſt contra Iubemus nulli. C. de ſacroſanct. eccleſ. & capitu. nulli. de rebus eccleſ. non alien. Nec obſt. regu. d. §. præterea. & d. §. callidis. & aduerte, quia illa regu. decepit Iacob. de Belu. nam illi text. non dicunt, quod Eccleſia vaſſalla poſſit alij infeudare, ſi non ſit conſuetudo, quia iſtud eſt de genere prohibitorum, vt dixi, ſed illa iura bene diſpenſant circa conſenſum domini, tũc non requirendum, vnde fatendum eſt, quòd ſi eſſet conſuetudo Eccleſiæ infeudandi, poſſit Eccleſia vaſſal. infeudare ſine conſenſu domini, quia per illa iura béne diſpenſatur circa conſenſum, non circa conſuetudinem, & iſta eſt veritas. ¶ Tertiò limita, quando Eccleſia nõ poteſt aliter recuperare rem ſuam tunc etiam ſine conſuetudine prelatus poſſet dare laico in feudum capit. 2. in fin. de feu. & ibi vide Car. & Imol. qui circa hoc aliquas formant quæſtio. & per Bald. hic in 5. colum. & Mar. in fin. Adde facere, quod dicit Ang. in §. hoc etiam. in fin. in Authen. de aliena. & emphyteu. in bono ſimili, quòd quando propter neceſſitatem vrgentem res immobiles Eccleſię etiam ex toto alienantur, non eſt neceſſaria ſolennitas, quę requiritur in alienatione rei Eccleſiæ, vt ibi, & Authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ. & capit. ſine exceptione. 12. quæſtio. 2. & facit, quòd neceſſitas non ſubiacet legi. l. 1. ff. de offic. conſul. Facit etiam, quod vult Archi. in capitu. terrulas. 12. quæſtio. 2. quòd tanta poteſt eſſe inſtans neceſſitas, quòd poſſit prælatus ſolus ſine conſenſu capituli magnas poſſeſſiones Eccleſię alienare, quod dictum refert Bald. hic in 3. colum. dicens tamen putare, quòd iſtud de neceſſitate erit ratificandum ex poſtfacto, & debet fieri ratificatio ſolenniter, iuxta not. in l. Pomponius ſcribit. ff. de nego. geſt. ¶ Quartò vltra alios limito, quando eſſet res Eccleſiæ parua, puta prędiolum, vel vineola, tunc licèt non ſit conſuetudo, poteſt prelatus infeudare, vel concedere in emphyteuſim, & quis hoc non inueniam in ſpecie in terminis noſtris tactum, puto, quòd poſſit comprobari per optima ſimilia. ¶ Primò per id, quod tenet Fede. conſil. 130. vbi concludit, quòd res modica Eccleſię non continetur ſub iuramento prelati, qui iurauit non alienare res Eccleſię inconſulto Papa. iuxta cap. vt ſuper & ibi not. de rebus eccleſ. non alien. & feci ſupra mentionem incidenter in fina. fal. regulę precedentis, & ſequitur multum ſignanter Pan. in d. cap. vt ſuper. vbi Imol. poſt Petr. de Anch tangitur per Ioan. Aand. in reg. qui tacet. in mercu. ¶ Secundò confirmo per id, quod not. dicit Angel. in §. hoc etiam. in fin. in Authen. de alie. & emphyteu. vbi tenet, quòd ſolennitas illius. §. vnde ſumitur Authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ. non habet locum, quando alienatur res Eccleſię immobilis, vt terrula, vel vineola, tunc ſolus Epiſcopus ſine volun. cleri. & ſic ſolus prelatus poteſt alienare ſine ſolennita. d. capit. terrulas. 12. quęſtio. 2. confirmo per id, quod vult gloſſ. in §. hinc nobis. verſicu. facultatem, aliàs in verbo ſubſtantiam. in Authen. de hęredi. & fal. per quam glo.

dicit

Source : BIU Cujas

22 dicit ibi Angel. in 1. colum. † quòd si statutum disponat, quòd nullus possidēs apothecam possit personaliter capi, si quis possideat vilissimam, poterit capi. facit etiam quod vult glo. not in l. sciendum. in princip. in glo. 1. circa med. ff. qui satisd. cog. approbata per omnes ibi, quæ vult, quòd possidens aliquem vilem cespitem terræ non euitat satisdationem, quam euitant possidentes immobilia & dicit Bald. quòd idem si possideat aliquam domunculam. similis glo. est in l. fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan. ¶ Confirmo per tex. sing in l. 1. §. sed sciendum. ff. de ædil. edict. per quem text. not. ibi Albe. & credit etiam Angel.
23 † quòd statutum loquens de vulnere, non habet locum in paruo vulnere. confirmo quoque per id, quod dicit Bald. in Au-
24 then. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. † vbi dicit, quòd illud quod dicitur, quod debitor potest iurari suspectus propter
a præparationē fugæ, fallit in debito paruo. [a] facit etiam quod vult Bald. in Authen. præterea. in fin. quæst. C. vnde vir & vxor. dum quærit, an illa Authen. disponens super successione dotis non existentibus liberis, habeat locum in dote parua, vt ibi per eum. Sal. & Moder. & ibi Paul. & Roma. in l. diuortio. ff. solu. matrimo. facit etiam text. sing. in l. Senatus. §. Marcellus. secundum intellectum Imol. quem ibi sequitur Alexand. ff. de leg. 1. vbi prohibitio, de qua in l. cętera. §. 1. eodem titu. non habet locum in domuncula. facit, quod decidit Bald. de capana. in capit. si duo fratres. infra de fra. de nouo benefi. inuestitis, cū concordan. ibi positis. ¶ Contra tamen prædicta aliqualiter videtur facere, quod singu. decidit Bald. in l. 1. §. de exercitoribus. per illum text. in verbo lintrarijs, cum gloss. ff. nau. caup. stabu.
25 vbi per illum text. cum glos. determinat, † quòd statutum puniens certa pœna comburentem domum, habet locū in comburente domunculam. alleg. l. scapham. ff. de euict. vbi appel. nauis venit scapha. Facit l. fin. ff. de fun. instruc. sed dic, quod ibi est ratio eadem, quia operam dat rei illicitæ, scilicet incendio. ¶ Quintò principaliter videtur posse limitari ista regula negatiua, quæ prohibet prelatos infeudare res Ecclesię, in quibus nō est antiqua consuetudo infeudandi, nisi prælatus vellet infeudare suo capitulo, quia tunc posset, licèt non esset antiqua consuetudo infeudandi, quia illa res non exit de suo corpore, idest sua Ecclesia. istud probatur per simile de Episcopo, qui iurauit res Ecclesiæ non alienare inconsulto Papa, iuxta cap. vt super. de rebus eccles. non alien. tamen potest suo capitulo alienare absque licentia Papæ, quia tunc non exit de corpore Ecclesiæ suæ, vt not. gloss. in clem. fin. de rebus ęccles. non alien. ita Bald. in l. dudum. in penul. quæstio. C. de contrahend. empt. vbi dicit facere. l. voluntas. C. de fideicom. ¶ Secundò, & fortius hoc videtur posse confirmari per id, quod consuluit Ioan. Cal. consil. 11. incip. an feudatarius. posito sub titulo de feudis, vbi eleganter consuluit, † quòd vassallus Episcopi potest alienare feudū
26 sui episcopatus in cap. eiusdem Episcopi non requisito prius consensu Episcopi, & sic directi domini, qui aliàs requiritur, & nisi vassallus prius requirat, cadit. capit. Imperialem. in princ. de prohibita feud. alie. per Fride. etiam, quod est fortius secūdum eum, si inter Episcopum, & capitulum sint bona discreta, & separata, & hoc propter maximam cōiunctionem, quæ est inter Episcopum, & capitulum suum, cap. nouit. de his quæ fi. à præla. sine consensu cap. c. requisisti. de test. propter quam coniunctionem non videtur Episcopus in generali prohibitione alienationis suos excluisse. argumen. cap. 2. de postu. Nec hanc coniunctionem tollit distinctio, & separatio bono. quæ causatur ex vnitate corporis, quia sunt quasi de vno corpore, & non bonorum. d. capit. requisisti. & verè est pulchra, & solennis decisio, & singularis limitatio ad regulā, quod vassallus sine consensu directi domini alienare non potest. d. capit. Imperialem. in princip. ¶ Tertiò videtur posse confirmari per id, quod dicit Hostien. in capit. possessiones. de rebus eccles. non alien. vbi dicit, † quòd si Episcopus eget in episcopatu suo aliqua domo,
27 quæ sit capituli, potest illam à capitulo emere, quia non dicitur exire extra Ecclesiam. argumen. l. voluntas. C. de fideicom. ¶ Prædictis tamen non obst. posset fortè teneri contrarium, qđ imò prælatus non possit res Ecclesiæ infeudare suo capitulo, etiam quæ non sunt de antiquo solitæ infeudari, primò per decisio. Card. Flor. in consil. 37. incip. casus feu. quoddam &c. vbi consuluit, quòd Episcopus nō potest inuestire capitulum suum de feudo deuoluto ad Episcopum, quia non licèt prælato conditionem Ecclesiæ facere deteriorem. hinc est, quòd factum prælati non præiudicat Ecclesię, nisi communicato consilio cum suo capi. vt not. gloss. in capitu. 2. in gloss. 3. de ordine cogni. facit. l. iubemus nulli. & l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles. sed conditio Ecclesiæ fieret deterior in hoc, quòd fundum non solitum infeudari alicui nunc transfertur in capitulum, quod nunquam moritur. capitu. si gratiosè. de rescrip. in 6. quia semper continuatur idem capitulum in diuersis suppositis, sicut est idem populus vsque ad mille ann. l. proponebatur. ff. de iudi. & sic nunquam esset spes, quòd amplius reuertatur ad Ecclesiam. Item potest esse, quòd debeantur seruitia personalia, quæ non poterit capitulum præstare, sicut de monasterio dicitur in cap. in præsentia. de proba. secundum eum. Considera, quia attento isto fundamento etiam res solitæ infeudari videtur, quòd infeudari non possunt suo cap. ex quo ad Episcopum amplius spes non sublit, quòd deuoluantur, nisi dicas, quòd l. facilius dispensat hoc non obst. cum rebus Ecclesiæ antiquitus solitis infeudari, quàm cum alijs, quæ de nouo infeudantur, non recolo tamen vidisse de hoc aliquem tex. ¶ Ad idem videtur facere id, quod tenet Imol. post Gui. in cle. 2. in 10. colum. versicu. quærit. supra de rebus eccles. non alien.
28 † vbi dicit, quòd si vassallus Episcopi vult alienare feudum in cap. ipsius, nō potest Episcopus huic actui autorizare, nec etiā cap. inuestire de directo dominio, quia in tali alienatione non potest Episcopus eum facere autorizare, sed requiritur authoritas Papæ, vt ibi per eum, qui per hoc sentit, quòd alienare in cap. sit tamen auferre Episcopo, sic est contra alleg. in præceden. op. ¶ Ista opin. videt̄ de iure verior per rationes supra adductas, nedum vbi bona essent discreta, & separata inter Episcopum & capitulum, per not. in capit. edoceri. de rescrip. sed etiam vbi bona essent communia per illam rationem, quòd feudum liberum solius Episcopi non rediret amplius ad eum solum, & cùm intersit episcopatus, ne quod proprium est, efficiatur commune, & sic desinat esse proprium. per not. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de leg. 1. & in l. 1. C. qui testa. facere pos. ¶ Prædicta confirmantu r per ea, quę tangit Pan. in cap. sicut. in fi. col. de iureiuran. vbi latè examinat, an donatio facta cap. per Episcopum de bonis mensę suæ, pręiudicet successori, & ibi videtur tenere, quòd non, quia dato, quòd sint penes capitulum, non tamen sunt penes Episcopum. cogita tamen super hac 5. limitatione, quia non inuenio eam in specie tactam, & puto, quòd ex prædictis passus reddat̄ subtilis, & ambiguus, & multum dubius pro vtraque parte. ¶ Expeditæ sunt quo ad text. personæ Ecclesiasticæ, quæ possunt infeudare. ¶ Sequitur nunc in text. de personis secularibus. In text. ibi, Marchio. quis sit, & vnde dicatur, declarat text. qui communiter est corruptus in cap. 1. infra quis dicatur Dux. dicam ibi. ¶ In tex. ibi, capitanei. dicit Bald. hic in fin. col. quòd isti sunt, quos vulgo Barones dicimus. & refert ita dicere quendam magnum Doct. alibi dicit Bald. in capit. 1. in 2. colum. infra de inuesti. in maritum facta, quòd capitanei propriè sunt Comites, Duces, & similes, & dicit And. de Iser. hic in 3. colum. quòd isti dicuntur capitanei, quasi capita digna habentes respectu aliorum, cùm sint in dignitate. dicit etiam Bald. in cap. vno delegatorum, in fi. colum. de offic. deleg. quòd Barones appellantur potentes, habentes iurisd. qui in Lombardia appellantur magni Castellani. de alijs dictionibus positis in text. declarat text. quare sic dicantur in capit. 1. infra quis dicatur Dux, & ita glo. se remittit. ¶ Quarè autem, & ad quid text. faciat mentionem de istis nobilibus, dic secundum Bald. hic in fin. colum. & retuli aliqualiter supra in prælud. in 7. quæst. princ. dum tetigi, qui possunt dare feudum, quia olim non erat licitū quibuslibet infeudare, sed certis tantum personis, quibus hoc ipsum summa dignitas, aut antiqua infeudandi consuetudo tribuebat, indecens namq; videbatur, quòd rusticus haberet vassallos sub se, quia habere vassallos sub se, est quædam dignitas, cui & iurisdictio inest. argu. notatorum per Archi. in capit. 1. de consue. in 6. sed hodiè tam maiores, quàm minores, & minimi valuasores infeudant, imò etiam rustici, dummodo habeant legitimam administrationem. capit. 1. §. noui. infra per quos fiat inuesti. & idem etiam Alua. hic in 4. colum. alleg. Innocen. in capit. verum. & ibi Car. Flo. in notab. de foro compe. & quod dicitur in capit. 1. §. ex eadem. infra de l. Cor. Item attende, quòd licèt ecclesiasticis personis ita demum fit licitum infeudare, si in sua Ecclesia sit antiqua consuetudo infeudandi, & etiam talia bona sint solita infeudari, tamen in laicis non fit talis distinctio, quia indistinctè possunt infeudare ex generali consuetudine feud. quæ laicis hic scriptis infeudandi ius tribuit, vt hic. & in capitu. 1. §. 1. vbi nota. infra qualiter olim feu. po. alie. & in capit. 1. §. præterea. infra de capitulis Corra. & ideo iste text. dum loquitur de personis ecclesiasticis, requisiuit antiquam consuetudinem infeudandi, sed dum numerat personas seculares, quæ possunt infeu-

ADDITIO.

a ¶ Debito paruo. Adde Rom. sing. 96. & dic, q̄ dicitur debitum paruū, vel magnum secundum conditionem personæ. iuxta tradita per Bar. in l. si constante. in prin. ff. sol. matrim. post Imol. in cap. grandi. de supp. neglig. præla. Barb. in tract. de præst. Card. 3. q. 1. col. 6. post primum. §. BELLOT.

Source : BIU Cujas

infeudare,text, cum myſterio non replicat de conſuetudine. ¶Item nihil dixit de Imperatore, vel de Rege,tanquam indubitatum.ſecundum And.de Iſer.Alua. & alios, quia ſi alij inferiores poſſunt infeudare,quanto magis ipſi.l. Barbarius. in fin. ff.de offic.præto. ſicut ſupra in eccleſiaſticis perſonis nihil dixit de Papa tanquam indubitabile.vt ſupra dixi.iſta dicta ſunt pro
30 aliquali declaratione literæ. ¶†Not.ex tota ſecunda parte huius principij reſpiciente perſonas ſeculares, quòd licèt ſit regula, quòd vaſſallus non poſſit de feudo ſuo partem aliquã alienare,multominus totum feudum ſine voluntate,& conſenſu domini. capit.1.ſ.de vaſſal. qui contra conſti. Lotha. & cap.1. in princ.de prohi.feu.alie.per Frid. ſicut nec poteſt emphy.l.fi. C.de iur.emphy.cap.potuit.de loca. tamen vaſſal. poteſt alteri infeudare ſine cõſenſu domini,dummodo ſincerè, & ſine fraude,& æquali vel meliori infeudet. Nam aduerte,quòd in hoc tex.non requiritur conſenſus,nec licentia domini,tamen quia poſſes cauillando reſpondere,q̃ iſte tex.debet ſuppleri per iura alleg.dummodo licentia domini interueniat,iſtud clarius probatur in cap.1.§.ſi verò.ſ.qualiter olim feu.pote. alie. & in cap. ſi autem inter pares.§.ſimiliter.vbi Bal.& alij.ſ.de l.Corra.& in cap.1.§.item eadem l.de notis feudorum. &in capit.1.§.præterea.vbi plenè per gloſſ. Bald. & Docto.ſ.de capitulis Cor.& in cap.1.§.callidis.& in capi. illud quoque.el 1.& ibi per gloſſ.ſ.de prohi.feu.alie.per Fride.& idem not. Bald.hic in fi.col.poſt Iac. de Rauen.& Alua.in 2.colum.addo glo.in cap.quę in eccleſiarum.in verſi.feu.de conſti.& Specu. in titu. de feu.§.quoniam. verſicu.37.Bald.in Authen.niſi rogati.in 8.colum.C.ad Trebel. notat Panor.in capitu.tranſmiſſa.in 3.not.per illum tex.de for. compe.& Bald.poſt glo.in d.§.præterea. & ibi pulchrè per eos, an hoc etiam procedat in feu.eccleſiaſtico.& dicit in propoſito multum ſignanter Bald.in d.capitu. quæ in Eccleſiarum, in
31 8.colum.in fin. in feudo,† q̃ poteſt alteri infeudari per vaſſallum,dummodo æquè idoneo ad ſeruiendum, non tamen requiritur æqualitas in alijs,quàm in ſeruitijs feudi,dato quòd in alijs ſit inæqualitas inter primum,& ſecundum infeu. & ſecundum Bald. præſumitur ſecundus ęqualis,ſi eſt eiuſdem dignitatis prout primus, vt miles militi. & facit quod ſ.ſubijciam. ¶Quare autem vaſſallus nõ poſſit alienare partem feudi ſine conſenſu,&licentia domini,& tamen poſſit alij dare in feudũ ſine licentia domini, cùm datio in feudum ſit etiã ſpecies alienationis,reſpondet ſolus Bald.nec alibi legi,in d.cap.quæ in Eccleſiarum.in 8.colum. quòd ideo venditio eſt prohibita in feu
32 dis,† quia ad vendendum propter pecuniæ dulcedinem homines ſunt faciliores,quàm ad donandum.l.fin.C.de præd.decu.lib.10.Item qui vendit beneficium non facit,vt feuda de natura ſua conſiſtant in beneficijs honore, & amore, vt patet ex diffinitione feu.in cap.1.§.pen.ſ. in quib.cauſ.feu.amit.de qua latè dixi.ſ.in prælud.in 2.quæſt. princ. ſed ideo vaſſallus poteſt alij in feudum concedere ſine alia domini licentia, & ſic ideo feudum poteſt in aliud feudũ tranſire, quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.l.an inutilis.§.accepto liberare.ff.de accep.l.ſi vnus.§.pen.ff.de pact.ratio eſt ſatis pſuaſiua,ſed neceſſariò non concludit,& poſſet ſubuerti. ¶Iſtis adde,quod alibi Bald.in capit. ſanè. in penul.colum.in fin.& ſequen. de renunc. dicit mirum videri, quomodo vaſſal. cuiuſcunque ordinis ſit, ſiue maior,ſiue minor,ſiue valuaſor põt infeudare aliqua,quæ ſunt de eius feudo,& multo magis ipſum feudum, vt hoc tex. cùm tamen feudatarius habeat vnum tantum vtile dominiũ, vt dixi.ſ.in prælud.in 2. quæſtio. princip.ergo ſi alteri infeudat, transfert omne ius,quod habet in ſecundum, quia ſicut nõ inuenitur ſeruitus ſeruitutis, ita nec vtile dominium vtilis domi nij.not.in l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commo.& in l. ex aſſe. ff. ad Trebel. & vaſſallus vaſſalli non eſt vaſſallus primi domini,quomodo ergo fiet iſtud? & reſpondet ibi Bald. quòd hoc eſt ſtatutum in fauorem Principum, qui habẽt directum dominium, quanquam autem vaſſallus vaſſalli nõ ſit eius vaſſal.vt notat Spec.in titu.de feudo. in loco quem.ſ.alleg. tamen hoc eſt verum niſi in ſubſidium,& ideo eſt ſtatutum,quòd nõ poſſit infeudari, niſi ei qui in feu.ſeruire poſſit ſecundum qualitatem,& nobilitatem feudi,cap.1.§.ex eadem.ſ.de l. Cor.neque enim oportet,ſi Illuſtriſſimus Comes virtutum habet feudum ab Imperatore,& ex eo vult infeudare vnam villam alij, quòd eam infeudet vni alij Comiti virtutum,quia non reperitur, ſed ſatis eſt, quòd infeudet ei, qui ſecundum qualitatem perſonæ ſuæ,& villæ poſſit facere ſeruitia conſueta. argumen. l.cùm hi.§.in perſona.ff.de tranſac.& l.nemo eſt, qui neſciat.ff. de duobus reis.ideo non poſſet infeudare corpore vitiato,etiã non natura, ſed à caſu, niſi vitium ſuperueniſſet poſt conceſſum feudum ita Bald.ibi.¶Adde ad id,quod ſupra dixit Bald.
33 † quòd vaſſal. a vaſſalli mei non dicitur vaſſallus meus, glo.in
a cap.legitur.in gloſſ.fin.81.diſtinct.gloſſ.in l.de acceſſionibus. & ibi Bar.ff.de diuerſis,& temporalib.præſcrip.not.Bar.in l.ſi quis à liberis.§. pen.per illum text.ff.de libe.agnoſc.Bald.in cap.cum dilecti.in 3.col.per illum tex.ff. de dolo & contuma. latè Spec. quem omnino vide,in titu.de feu.§.quoniam.verſic.14. quem breuiter refert glo.in cle.1.in verbo exiſtere. de iureiuran. & ibi Imol.in 16.colum.¶Item attende in prædictis,quòd iſtud feudum per vaſſallum ſecundo conceſſum non durat niſi quãdiu vixerit primus vaſſallus,reſoluto enim iure infeudatoris, reſoluitur ius ſecundò infeudantis.l. lex vectigali.ff. de pign. & tunc reuertitur ad proprietatem, & ſic ad dominum directum, qa materia ſic erat ordinata ex natura contractus, ita notat Bald. poſt Iaco.de Beluiſ.in cap 1.§.turſus.in 2. colum. per totum.ſi de inueſt.feu.contro.fue.Bald.in cap.cęterum.in fin. de iudi. & & in c.1.in 1.nota ſ. de alie.feu. Spec.in d.§.quoniam. verſi.37.
34 ¶†Limita prædictum nota.text. q̃ vaſſallus ſine conſenſu,aut licentia domini poteſt alij infeudare partem,vel totum feudũ, vt ſit verum, niſi in inueſtitura eſſet poſitum pactum de non alie.ſimpliciter, tunc etiam non poterit infeudare, vt pactum aliquid operetur,quòd aliàs eſſet ſuperfluum,vt not.per gloſſ. in l.ſed & ſi quis.§ quæſitum. in fin glo.mag.ff.ſi quis cau.Item quando prohibitio noua adijcitur prohibitioni veteri, habet prohibitionem ampliare,ſicut ècõtra dicimus in permiſſione, vt not Docto.in l.1.§.nunciatio ex hoc.ff.de ope.nou.nũc.§.ſanctiſſimas in Authen.de alie.& emphy.ita pulchrè,& ſing.Bald. in cap.præterea.ſ.de capi.Corra. ¶Ego multum dubito, quòd
35 non ſit vera limitatio.primo,† quia expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt,nihil operatur,quando exponuntur eo modo, quo tacitè inſunt.l.non rectè.C.de fideiuſſo.declarant Barto.& Docto.in l.3.in fin.ff.de leg.1.per glo.& Docto.in cap. 1. in glo.fin. de ſpon.in 6.Panor.in cap.cùm dilecta.de reſcrip.Bal. & Imol. in l.1.§.1.in verſicu.diem.ff.de condi.& demonſtr.Bald.in l.ſi arrogator.in 5.colum.ff.de adopt.ſed hoc pactum de nõ alie. eſt poſitum eo modo,quo tacitè ineſt de iure communi, quia de iure communi vaſſallus non poteſt alienare feudum,iuribus in princip.huius notabilis alleg.ergo hoc pactum nihil debet operari,ſicut dicimus in ſtatuto per omnia diſponẽte idem, quod ius commune.vt per Docto.poſt Bar.in l.1.in princ.ff.ad l. Falcid.cum multis concord.ibi ſignatis. ¶Secundò,& fortius contra Bald. facit quod per hoc pactum de non alienan. ſimpliciter appoſitum, vaſſallus non prohibeatur infeudare, cùm iſta non ſit alienatio,cùm non deſinat eſſe vaſſallus, & alium vaſſallum acquirat domino,vt not.Panor.in capit. cum apoſtolica. de his quæ ſi. à præla ſine conſenſu capituli. quem referam infra in ſi limitatio.ergo verba talis pacti non ſunt interpretanda contra propriam ſignificationem,vt vaſſallus incidat in pœnam priuationis ſolùm infeudando, cùm tunc non dicatur alienare proprie. Conſidera tamen, quia magna eſt auctoritas Bald.& vt ipſe dicit,tale pactum nihil operaretur,niſi comprehenderet infeudationem, cùm quælibet alienatio aliàs ſit de iu
36 re communi prohibita, † & verba debent ſic intelligi, vt aliquid operentur,& ne ſint fruſtra.argum.l. ſi quando. cum ſim. de lega.1.& l.ſi quando.in princ.C.de inoffic.teſtamen.præſertim, quia verba appoſita in contractibus, vel in inſtrumento contractus,ſemper debent intelligi,vt aliquid importent,& nõ eſt præſumendum, quòd etiam vna dictio ſit poſita à contrahentibus,vt nihil importet,ſecũdum quod pulchrè,& ſing.dicit Bald.in rubr.C.de contrahen.empt.9 quæſtio. Iterum cogita,quia habeo iſtum paſſum pro valde ambiguo,nec inuenio alicubi bene diſcuſſum. ¶Secundò limita, niſi vaſſallus vellet infeũdare Eccleſiæ, quia tunc non poteſt ſine conſenſu domini, ſed priuato ſic, ratio eſt, quia tunc non dicitur infeudare æquali,imò potentiori, & ſic deterioraretur cõditio prioris domini.cap.ſi clientulus.§.1.ſ. de alien. feud. & ibi ponitur ratio in text.quare deteriorari dicatur conditio domini,quia tale feudum nunquam eſſet reuerſurum ad dominum, cùm Eccleſia nunquam deſinat eſſe hæres & hoc ſequitur Panor.in cap.quę in Eccleſiarum.in fin.col.de conſti.vbi nota.infert,quòd vaſſallus non poteſt relinquere feudum Eccleſiæ in vltima voluntate, per prædictam rationem. ¶Tertiò limita in feudo Eccleſiæ,in quo prædicta regula fallit,quia vaſſallus non poteſt alteri infeudare ſine conſenſu prælati, ita ſing. Bald. ſub dubio tamen in capit.1.§.pręterea.de capi.Corra.& hoc eſt ſecundum eum fauore Eccleſiarum, & quia quòd omnes tangit &c.l.fin. C.de autho.præſtan.l.in cõcedẽdo.ff.de aqua pluu.arcen. & vt omnis amputetur occaſio malignandi.cap. Imperialem.§.callidis.vbi not.infra de prohi.feud.alie.per Fride. Ego valde dubi
to de

ADDITIO.

a ¶Vaſſallus.Adde Bald.in l.1.in 2.col.C.commu.de leg.Doct. in l. Claudius.ff qui pot.in pign.ha.Adde Decium in l.conſilij.§.ſocij mei.ff.de reg.iur.

Source : BIU Cujas

to de iſta limitatione, & contra fortiter videtur facere text. in cap. cùm apoſtolica. de his, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capituli. ſecundum vnum intellectum, quem ponit Panor. ibi, in 2. col. qui dicit, quod ideo ibi feudatarius Eccleſiæ potuit alteri concedere feudum non requiſito domino, quia concedendo in feudum non deſinebat eſſe vaſſallus Eccleſiæ directæ dominæ, ſed acquirebat ſibi etiam alium vaſſallum. ¶Secundò, & fortius in contrarium moueor, quia iſtæ conſtitutiones feudorum habent locum etiam in eccleſiaſticis feudis, vt ligent Eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas, quia proueniunt ex natura rei, ita no. Bal. in c. ceterũ in 2. col. in 2. no. & ibi Card. in 3. no. & alij. de iudi. Alua. hic in 8. col. in fin. cum multis concor. & ſimi libus, quæ dixi in præludijs. ſ. in fi. 1. quæſt. princip. & iſtud vrget multum contra deciſio. Bald. niſi eum ſalues mirabiliter limitando ex deciſio. ſua, q̃ iſtæ conſtitutiones feudorum habeant locum etiam in eccleſiaſticis feudis, vt ſit verum in his, quę tantum reſpiciunt fauorem Eccleſiæ, ſed iſta limitatio non valet ex multis deciſionib. quas dixi in præallegatis p̃ludijs. ¶Tertiò
a facit contra Bald. quia q̃ aliquid eſt clarè deciſum [a] de iure ciuili, & contrarium non reperitur expreſsè de iure cano. ſtamus iuri ciuili etiam in foro canonico, vt not. in cap. 1. & 2. de oper. nou. nuncia. per Bart. in l. priuilegia. de ſacroſan. eccle. ſed de iure ciuili hoc reperitur clarè deciſum, quòd vaſſallus poteſt infeudare feudum ſine licentia domini, vt hic, & in iuribus ſupra alleg. nec contrarium in feudo eccleſiaſtico reperitur deciſum de iure cano. ergo ſtabimus regulæ iuris ciuilis, etiam in foro canoni. & in feudo eccleſiaſtico. ¶Pro Bal. tu potes alleg. text. per quem reſpondetur ad obiecta, in c. 2. extra de feud. vbi dicitur decidi per Papam, quod vaſſallus Eccleſiæ nõ poſſit infeudare feudum etiam conſanguineo ſuo, niſi cum conſenſu prælati. cogita ſuper illo tex. in quo veritas huius pendet. ¶Quartò fallit in laico habente ab Eccleſia in feudum decimas ante concilium Lateranenſe, quia non poteſt eas alteri infeudare, per cap. prohibemus. vbi Docto. de decimis. niſi infeudet Eccleſiæ, vel loco religioſo, cum conſenſu capituli, per c. cum apoſtolica. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capi. circa quod vide, quæ dixi in præcedenti notab. in ſecunda fallen. primæ regulæ affirmatiuæ, vbi tetigi, an poſſit ea infeudare cum conſenſu Epiſcopi. poſt Canoni. in capit. 2. de feud. vbi Ioan. And. Card. & Imo. ponunt, ibi dicta habeantur hic pro repetitis. ¶Quintò limita, & eſt potius declaratio prędictæ regulæ, nam ſi contingat, quod primus vaſſal. infeud. ſecundo ſine conſenſu, & licentia directi domini, quod poteſt, deinde ſecundus ſimiliter infeudet tertio ſine licentia domini, quod etiam poteſt, poſtea tertius vendat iſtud feudum pro allodio, & ſic tanquam ſit iuris ſui proprij, & quid ſit allodium declaraui ſupra in prælud. in in 2. q. princip. certè reuocatio, & infeudatio huius rei feudalis non pertinet ad primum, nec ad ſecundum vaſſallum, ſed ad ſolum dominum habentem directum dominium in re, quia primus vaſſal. concedendo ſecundo in feudum, vel quiuis alius, nullus poſtea habet dominium penes ſe, etiam vtile, cùm iſtud ſit tranſlatum in alium, & ſic nulla vendicatio ſibi competit, etiam vtilis; ſed directus concedendo rem in feudum, licèt in vaſſallum transferat vtile dominium, tamen penes eum remanet directum dominium, cuius ratione poteſt iſtam vendicare, vt dixi in præludijs. ſin 2. q. prin. vbi etiam latè diſputaui, an valeat conceſſio in feudum pacto expreſsè appoſito, quod penes dominum nõ remaneat directum dominium, ſed omne ius tranſeat in vaſſallum, vbi vide, & ita in terminis noſtris, quod ſoli domino habenti directum dominium competat vendicatio aduerſus vltimum feudatarium, qui alienauit tanquam rem allodialem, & non alijs prioribus vaſſallis, determinat no. Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de feu. §. quoniam. ſuper verſi. 38. pro cuius veritate vide, quæ dixi referendo Bald. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſti. & in c. ſanè. de renun. in princ. huius notabilis. Et per iſta remanent expedita textualia huius princip. in florentiſſima cæterarum omnium Ticinenſi academia ad laudem ſummi, & æterni Dei. Amen.

ADDITIO.

2 Clarè deciſum. Adde c. clerici. de iudi. & in c. vltim. de ſecundis nupt. glo. ſummæ 10. diſtin.

Finis primæ partis Commentariorum Domini Iaſonis ſuper C.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes ſunt Quaterniones.

Auguſtæ Taurinorum. M. D. XCII.

Source : BIU Cujas

REGISTRVM

Source : BIU Cujas

IASONIS MAYNI MEDIOLANEN. IN SECVNDAM CODICIS PARTEM COMMENTARIA.

Summa diligentia,& fide emendata,& ſuo candori reſtituta.

QVIBVS, PRAETER SOLITAS INSIGNIVM DOCTORVM PRAESERTIM PVRPVRATI ADNOTATIONES,

ACCESSERVNT EMINENTISS. I.C. BELLACOMBÆ, PANCIROLI, Trotti, Maſueri, & aliorum Additamenta, receptarumq; Sententiarum, quas communes opiniones vocant, & forenſium quæſtionum, ac Deciſionum Centuriæ, ſuis quibusq; locis adiectæ.

Hęc nouiſſima Taurinenſis editio, præter characterum pulchritudinem,& totius operis venuſtatem, quod primo aſpectu ſtatim agnoſci poterit, mendis, quibus prior non omnino carebat, perpurgata in publicum exit, ita vt nullus in poſterum dubitaturus ſit, quin IASONIS Commentarijs vtatur, omni ex parte correctis, & emendatis.



AVGVSTÆ TAVRINORVM.

M. D. XCII.

Source : BIU Cujas

Tituli, Leges, & Paragraphi, qui in Secunda Codicis parte continentur.

De ſer. fugi. Rub. char. 2
l. ſeruũ fugitiuũ. ea.
¶ De fur. Rubr. char. 5
l. ſi ex pecunia. ead.
¶ Qui admit. &c. Rub. ch. 6
l. bonorum. 7
l. ſi bonorum. 10
l. infantis. ead.
l. emancipata. 11
l. quandiu. 13
l. iuris. 14
l. bonorum. 15
l. quicunque. 16
l. vt verborum. ead.
¶ Quando non peten. par. Rubr. char. 17
l. quoties. 18
¶ De bon. poſſeſ. ſecundum tab. Rubr. char. 22
l. pendente. ead.
l. bonorum quidem. ea.
¶ De bono. poſſeſ. contratab. Rubr. char. 24
l. liberi. ead.
l. poſthumo. 25
¶ De bon. poſ. contratab. lib. Rubr. char. 30
l. licèt ex cauſa. ead.
¶ Vnde liberi. Rub. cha. ead.
l. ſi auus tuus. 31
l. qui ſe patris. ead.
¶ Vnde legitimi. Rub. ch. 38
l. conſobrinorum. 39
l. non hoc. ead.
l. certum eſt. 41
¶ De ſucceſ. edic. Rub. ch. 43
l. ſi mater tua. 44
l. ſi auiæ frater. 45
¶ De Carbo. edic. Rub. ch. 47
l. ſi tibi. ead.
l. Carbonianum. 48
¶ Vnde vir, & vxor. Rubr. char. 49
l. maritus. ead.
l. præterea. 50
¶ De rep. bo. poſ. Rub. ch. 54
l. emancipatus. ead.
¶ De collatio. Rub. char. ead.
l. emancipatos. ead.
Auth. ex teſtamento. ea.
l. ſi pater. 57
l. pactum dotali. ead.
l. filię dotem. 58
l. doris. 59
Auth. quod locum. ead.
l. ea demum. 61
l. à patre. ead.
l. poſthumo. ead.
l. filiæ licèt. ead.
l. ſi donatione. 62
l. ſi maritus. 64
l. vt liberis. ead.
l. illam. 66
l. illud ſine. 67
l. vt nemini. 68
l. ſi emancipati. 69
¶ De teſta. mili. Rub. cha. 72
l. frater. ead.
l. quanquam. 74
l. ſi Ruffinus. ead.
l. ex teſtamento. ead.
l. in teſtamento. 75
l. ex his verbis. 79
l. certi iuris. 79
l. ſicut certi. 80
l. captatorias. 81
l. in teſtamento. 82
l. & militibus. 83
l. milites. ead.
l. ſcriniarios. ead.
l. licèt. 84
¶ Qui teſtam. fac. poſ. Rub. char. ead.
l. quanquam. ead.
l. ſi is qui. 86
l. ſenium ætatis. 87
l. ſi frater. 90
l. hac conſultiſſima. ead.
l. furioſum. 91
l. diſcretis. 92
l. nemo ex lege. 93
¶ De teſtam. Rub. char. 95
l. teſtes. ead.
l. publicati. 95
l. ex imperfecto. 97
l. ſi in nomine. ead.
l. neque profeſſio. 98
l. errore ſcribentis. ead.
l. caſus. 99
l. ſi non ſpeciali. 100
l. ſi teſtamentum. ead.
l. ſi vnus. 101
l. teſtandi. ead.
l. non codicillum. 102
l. quoniam. ead.
l. non dubium. ead.
l. teſtamentum. 103
l. teſtamenta omnia. ea.
l. omnium. 104
l. nolumus. 105
l. hac conſultiſſima. 106
§. ex imperfecto. ead.
l. quod ſine. 108
l. hoc inter. ead.
§. per nuncupationẽ. 109
§. ſi quis autem teſtõ. ea.
l. dictantibus. 110
l. conſulta. 111
l. ſancimus. ead.
l. cùm antiquitas. 112
l. iubemus. 113
l. noſtram. 114
l. & ab antiquis. ead.
¶ De hær. inſti. Rub. cha. 116
l. qui deportantur. ead.
l. pater tuus. 117
l. cùm proponas. 118
l. ſi pater tuus. 120
l. non ideo. 121
l. ſi compenſandi. ead.
l. nec apud. ead.
l. collegium. ead.
l. extraneum. ead.
l. neque per ſe. 123
l. extraneum. ead.
l. hæreditatis. ead.
l. quoties. ead.
l. cùm in libris. 124
¶ De inſtit. & ſubſtit. Rubr. char. 126
l. cùm auum. ead.
l. conditioni. 127
l. ſi mater. 128
l. ſi pater. 129
l. reprehendenda. 133
l. generaliter. ead.
§ cùm autem. 134
l. ſi quis. 136
l. ſi teſtamentum. 137
l. cùm quidam. 138
¶ De impub. & alijs ſubſti. Rubr. char. 140
l. cùm hæredes. ead.
l. hæreditatem. 141
l. hæres inſtituta. ead.
l. quamuis placuerit. ead.
l. poſt aditam. 142
l. teſtamento. ead.
l. ſi teſtamento. ead.
l. precibus. 143
l. humanitatis. 147
l. cùm quidam. 148
l. ſi quis duobus. 149
¶ De lib. præte. vel exhæred. Rub. char. 150
l. cùm poſt omnes. ead.
l. ſi auus tuus. 151
l. ſi quis filium. ead.
l. maximum vitium. ead.
Auth. non licèt. 152
Auth. ex cauſa. 153
¶ De poſthu. hære. inſti. Rub. char. 157
l. ſi poſt teſtamentũ. ead.
l. vxoris abortu. 158
l. quidam. ead.
¶ De iure deliber. &c. Rubr. char. ead.
l. ſi à patre. ead.
l. ſi fratris. ead.
l. filiofam. ead.
l. potuit. 159
l. ſi auia. ead.
l. licèt. ead.
l. ſi curatoris. 160
l. ſi te. ead.
l. renitente. ead.
l. puberem. ead.
l. ſuum. ead.
l. ſi ſorori. ead.
l. nec emere. 161
l. cretionum. ead.
l. ſi infanti. ead.
l. cùm antiquiorib. 163
l. quidam. 164
l. cùm aliquis. 165
l. ſcimus iam. 166
§. & ſi præfatam. 167
§. in computatione. ead.
§. licentia. 169
§. ſin verò poſtquam. ea.
§. ſin autem hoc aliquis. eadem.
¶ De repud. & abſti. hæred. Rubr. char. 170
l. ſi paterna. ead.
l. ſuus hæres. ead.
l. ſicut maior viginti. 171
l. pupillorum. ead.
l. ſi quis ſuus. ead.
¶ Quemadmodum teſt. apec. Rubr. char. 172
l. vt teſtamentum. ead.
¶ De edi. diui Adria. tollen. Rubr. char. ead.
l. cùm inter. ead.
l. quamuis. ead.
l. edicto. 173
¶ Si quis aliquem teſt. prohib. Rub. char. 176
l. ciuili diſceptationi. ea.
¶ De his quib. vt indig. Rub. char. 177
l. hæredes. ead.
l. Polla. 178
l. ſi ea quæſtio. 178
l. hæreditas. ead.
l. non oportet. 179
l. minoribus. ead.
l. ſi ideo. ead.
l. ſororem. ead.
l. cùm Syllanianum. 180
l. talis de. ead.
¶ De codicill. Rub. char. 181
l. rupto. ead.
l. cùm proponatis. ead.
l. non idcirco. ead.
l. ſi idem codicil. ead.
l. ſi quis agere. ead.
¶ De leg. Rub. cha. 183
l. quamuis. ead.
l. quamuis hæres. ead.
l. qui poſt. ead.
l. ſeruis. 184
l. non eſt dubium. 185
l. ſi legata. ead.
l. ab adminiſtratione. ea.
l. ſi in fraudem. ead.
l. cùm alienam. ead.
l. filia legatorum. 187
l. cùm reſponſo. ead.
l. creditor. ead.
l. datum. ead.
l. ex legato. ead.
l. non tantum. ead.
l. vxor patrui. 188
l. in legatis. ead.
l. in annalibus. ead.
l. cùm quæſtio. 189
§. ſed & aliam. 190
l. cùm quidam. ead.
l. ſi legatarius. ead.
l. illud. ead.
¶ De verb. & rerum ſignifi. Rub. char. 191
l. prædijs. ead.
l. ſancimus. ead.
l. cùm quidam. 192
l. ſuggeſtioni. 193
¶ Si omiſ. ſit cã teſt. Ru. 194
l. ſi in fraudem. ead.
l. eum qui. 195
¶ De indi. vidui. Rub. ch. ea.
l. legatum. ead.
l. ambiguitates. 196
Auth. cui relictum. ead.
l. Iulian. 197
¶ De his, quæ pe. nomine. Rubr. char. 198
l. ſuperuacuam. ead.
¶ De fideicom. Rub. ch. 199
l. ſi probaueris. ead.
l. & ſi inutiliter. 200
l. cùm ſecundum. 201
l. voluntas. ead.
l. ſi frater. 202.
l. prædia. ead.
l. voluntatis. ead.
l. qui fideicom. ead.
l. ab eo. ead.
l. verbum volo. 203
l. quoties. ead.
l. poſt mortem. ead.
l. quoties. 204
l. eam quam. ead.
l. quamuis. 208
l. cùm virum. ead.
l. ſi creditoris. 209
l. cùm neceſſitatem. ead.
l. clari. ead.
l. ſi in perſona. 210
l. & in epiſtola. ead.
l. ſi veritas. ead.
l. inſtrumenta. ead.
l. hæredum. ead.
l. ex repudiatione. ead.
l. fideicommiſſum. ead.
l. ex teſtamento. 211
l. cùm acutiſſimi. ead.
l. quidam filium. ead.
l. quæſtionem. 212
Auth. hoc amplius. ead.
¶ Communia de leg. Rubrica. char. 213
l. cùm hi. ead.
l. omne verbum. 215
l. ſi duobus. ead.
§. ſed & ſi quis. ead.
§. ſed quia noſtra. 216
§. emptor autem. ead.
Auth. res quæ. 217
¶ Vnde vi. Rubr. char. 220
l. ſi quando. ead.

FINIS.

Source : BIU Cujas

IASONIS MAYNI MEDIOLANENSIS,

IVRISCONS. PRÆSTANTISS.

In Secundam Codicis partem commentaria, longè plurimum quàm anteà præter exactiſſimam caſtigationem & illuſtrata, & additamentis locupletata.

Ad auditores Præfatio.

ARISTOTELES Monere ſolitus traditur, viri fratres, & auditores dilectiſſimi, tribus indigere diſciplinam, natura, ſolicitudine, & documento. Natura enim reluctante, inuitaque Minerua, ſtudiorum labor in irritum cadit. Propterea Fabius Quintilianus in proœmio oratoriæ inſtitutionis illud in primis teſtandum eſt, inquit, nihil præcepta, atque artes valere, niſi adiuuante natura. Quibus ergo deerit ingenium, non magis hęc ſcripta ſunt, quàm de agrorum cultu ſterilibus terris. Studiorum autem ſolertiam, & ſi legalis ſcientia pręter cæteras ob denſa iuris volumina requirat, præſens tamen annus ſupra alios quam maximè exigit. Sextus enim liber. C. cuius interpretationem aggredimur, vltimarum voluntatum amplam, & difficilem materiam complectitur, nec minus vtilem quàm neceſſariam, & in forenſibus controuerſijs aſſiduam. In eo omnes prætoriæ, & ciuiles ſucceſſiones, teſtatorum elogia, ſupremæ defunctorum diſpoſitiones, nec non omnes inteſtatæ ſucceſſionis modi exacto ordine, & pleno (vt aiunt) cornu continentur. Qui hunc ſextum librum. C. diligenter, accurateque reuoluent, cognoſcent ſe vberrimam iuris partem, & reliquis omnibus opulentiorem excoluiſſe: ex qua maximos fructus, optimoſque prouentus metent. Documenti vero vim, & effectum ex eo percipient, quod ſcribit Ariſtoteles in ſecundo Ethicorum, virtutem intellectualem ex doctrina indies generationem, augmentumque ſuſcipere, ideoque documento, & tempore indigere. Altius præterea in animo ſedent, quæ præceptorum voce audiuntur, quàm quæ leguntur. Nam (vt morales Philoſophi tradunt) aptior eſt ſenſus auditus ad percipiendum, & memoriæ commendandum, quàm ſenſus viſus. Sed vtinam quantum vos naturę indulgentia, & ſtudiorum veſtrorum ſolicitudine conſequi poſſetis, tantum ego doctrina mea præſtare poſſem. Quod tamen mearum virium fuerit, meæq; facultatis, ſaltem indefeſſum, & fidele ſtudium accommodabo. Verùm ne longius quàm par eſt, ab inſtituto diſcedam; adeſte quæſo fratres proprijs auribus, & benigna audiendi facilitate: ſicque inuocato diuini numinis præſidio ad aliquam huius ſexti libri. C. explanationem accedamus.

De ſeruis fugitiuis. Rub.

¶ In gl. rub. dic, ꝙ iſtam continuationem gl. ſequuntur Cy. & plenius Bal. & Saly. hic, ſed impugnant Ang. & Fulg. & Pau. hic, & poſtea Ang. aliter continuat, ſed quia iſta ſunt ſine fructu, ſatis eſt in voce referre.

SVMMARIVM.

1 *Seruus fugiendo à domino facit ſuimet furtum, etiam ſi non peruenerit ad manus alicuius.*
2 *Sicut eſt differentia inter baptizantem, & baptizatum, ita debet eſſe inter præſentantem, & præſentatum.*
3 *Argumentum de contractibus ad delicta valet.*
4 *Vulnerans, & percutiens ſeipſum, delinquit, ſicut ſi alium vulneraret.*
5 *Seipſos interimentes non poſſunt ſepeliri in Eccleſia, nec pro eis poſſunt fieri orationes.*
6 *Stante ſtatuto ꝙ bannitus poſſit impunè offendi ſi aliquis bannitus ſeipſum vulneraret, non excuſatur virtute ſtatuti.*
7 *An clericus, qui ſtudiosè ſeipſum vulnerat, incidat in canonem, ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4.*
8 *Si ſtatutum dicat. ſi quis per vim vulneraverit, &c. non includitur ille, qui vulnerat ſeipſum: ſecus ſi ſimpliciter loquatur.*
9 *Furtum eſt vitium reale.*
10 *Crimen expilatæ hereditatis eſt grauior furto.*
11 *Triplex reperitur furtum.*
12 *Regulariter non licèt ſumere arg. à contrario ſenſu, quando reſultat abſonus intellectus.*
13 *Fuga, nec quoduis ſeruorum factum, debet dominum damno afficere.*
14 *Ex delicto famuli ſui dominus non tenetur in aliquo.*
15 *Poteſtas an teneatur in ſyndicatu pro familia ſua, vel eius delicto.*
16 *Seruus fugiendo facit furtum ſui, ideo qui daret opem, vel conſilium tali furto, teneretur furti.*
17 *An, & quando quis ex conſilio teneatur.*
18 *An dans conſilium teneatur eadem pœna, qua faciens.*
19 *An ſi aliquis inſtigat, vel conſulit, aut ſolicitat, quòd clericus percutiatur, incidat in excommunicationem.*
20 *Si quis vult occidere inimicum, qui latet, an indicans teneatur de occiſo.*
21 *Mandans homicidium fieri, an teneatur de homicidio, quando mandatarius erat alias facturus.*
22 *Ad hoc vt mandans teneatur, requiritur quòd præceſſerit mandatum: aliàs prioritas temporis non præſumitur.*
23 *Quando conſilium poteſt ſe veriſimiliter habere ad bonum, & ad malum ille qui dedit tale conſilium, poteſt interpretari.*
24 *In dubio actus præſumitur factus tempore, & loco licitis.*
25 *Contractus in dubio non debet cenſeri vſurarius.*
26 *Si minatus ſum alicui, quòd facerem vindictam, & ille reperiatur mortuus, talia verba nihil faciunt contra me, cùm talia verba poſſint dupliciter intelligi.*
27 *Si quis dixerit famulo ſuo, non reuertaris vnquam domum, niſi ſentiam nouum de tali, qui domino fecerat iniuriam, ſi famulus occidat illum, tenetur dominus de homicidio, limita tamen ſex modis, vt infra nu. 30.*
28 *Præſumptio violenta in ciuilibus habet vim plenæ probationis, licèt in criminalibus non ſufficiat ad condemnandum.*
29 *Quando iudex procedit ſuper delicto ex præſumptione, debet multum moderare ſententiam ſuam, & non condemnare ad pœnam corporalem.*
31 *Ad hoc, vt quis dicatur mandaſſe delictum, non requiritur quòd interueniant verba imperatiua, aut præceptiua, ſed ſufficiunt verba enunciatiua.*
32 *Laudans aliquem volentem committere homicidium, non dicitur mandator, & nu. 34.*
33 *Si debitor furripiat rem pignoratam, licèt committat furtum, tamen ſi reuerſa eſt ad dominum, poteſt vſucapi.*
35 *Res aliena pignorari non poteſt.*
36 *Ad hoc, vt res efficiatur inuſucabilis, non ſufficit, quòd fiat furtum, niſi res efficiatur furtiua.*
37 *Negatiuæ an, & quando negent, & affirment.*
38 *Serui aſcriptitij qui ſint, & quid differant à cenſitis.*
39 *Ad hoc, vt vſucapio habeat locum, quæ requirantur.*
40 *Lex, vel ſtatutum prohibens præſcriptionem longi temporis, non intelligitur prohibere præſcriptionem longiſſimi temporis, & nu. 41.*
42 *Stante ſtatuto, quod inſtrumenta publica, puta dotalia mandentur executioni, nulla obſtante longa præſcriptione, non poterit opponi præſcriptio longiſſimi temporis nedum 30. imò nec etiam. 40. ann*
43 *Seruus fugitiuus licèt non poſſit longo tempore præſcribi, poteſt tamen præſcribi 30. annis, & ſic longiſſimo tempore.*
44 *Donec dominus retinet ciuilem poſſeſſionem rei, quæ in abſentia ſolo animo retinetur, an & quando alius naturaliter poſſidens poſſit præſcribere.*
45 *Si vaſſallus alienauit rem feudalem ignorante directo domino, licèt ille, in quem alienauerit, poſſit præſcribere. 30. annis quo ad præiudicium vaſſalli, non tamen poteſt quo ad præiudicium domini.*

Source : BIU Cujas

46 *Quando tempus non est limitatum à iure, relinquitur arbitrio iudicis.*

47 *Per longum tempus inducitur oblivio, siue agatur de damno, siue de lucro.*

LEX PRIMA.

SEruum fugitiuum.

Cynus exorditur, quòd ista lex tanquam prima filia, quæ ad nuptias venerit, amplissimam dotem reportauit à Scribentibus: ego tamen propria dote contentus extrauagantia, & inutilia omittam. ¶ Ista lex communi diuisione diuiditur in tres partes. In prima ponitur antecedens. In secunda ponitur illatio, quæ infertur ex antecedenti. In tertia ratio illationis. Secunda ibi, (& ideo.) Tertia ibi, (ne seruorum fuga.) ¶ Summatut varijs modis, non differentibus in effectu per Docto. hic, maximè Bald. circa princi. Tu summa not. vt per Bald. in 7. colum. In seruo non cadit vsucapio temporis perfecti, nec plusquam perfecti. hoc dicit, & illud, quod dicit de tempore plusquam perfecto, colligit ex tex. in verbo, nec longi tempo. præscriptionem. Nam in re mobili, vt est seruus, tempus perfectum accommodatum est vsucapionis in specie, & sic triennij: illud autem de præscriptione est tempus plusquam perfectum, quod propriè cadit in rebus immobilibus, de quo in glo. magna in versi. præscriptionem, &
1 figura casum vt hic per Paulum de Cast. ¶† No. ex prima parte, quòd seruus fugiendo à domino facit suimet furtum, prout etiam dicit text. in l. ancilla. ff. de furt. alleg. in glo. etiam si non peruenerit ad manus alicuius, secundum Paul. de Cast. hic in 2. colum. Et si dicatur obstare diffinitionem furti, de qua in §. furtum. Institut. de oblig. quæ ex delict. & in l. 1. ff. de furtis, vnde deberet esse differentia inter personam contrectantem, & rem contrectatam, sicut debet esse differentia inter contrahentem, & rem super qua contrahitur. l. 2. cum ibi pulchrè
a traditis per Bart. ff. de stipu. seruo. † sicut debet esse differentia a inter baptizantem, & baptizatum. cap. debitum. de baptis: sic debet esse differentia inter patronum præsentantem, & præsentatum. cap. per vestras. de iurepatro. cap. fin. de insti. sicut ergo in contractibus debet esse differentia inter contrahentem, &
g rem super qua contrahitur, ita etiam in delictis: † cùm bonum sit argumentum de contractibus ad delicta, & è contra. l. omnem. ff. de iudi. Respondent omnes hic, & Barto. in l. qui seruo. in princip. ff. de furt. quòd obiectum procedit in furto regulari, & proprio: sed istud est furtum irregulare, vel secundo respondet Bald. hic in 1. oppo. quòd in isto proposito non procedit æquiparatio de contractibus ad delicta. patet, quia nemo potest secum contrahere non adiecta persona extranea, & ta-
4 men quis potest secum delinquere. patet, † quia vulnerans, & percutiens seipsum delinquit, sicut si alium vulneraret, de quo vltimo habes textum assignantem rationem in l. fin. §. si quis autem. ff. de bon. eorum, & in l. sed si damnum. §. si ipse, & ibi gloss. not. de pecu. & in l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. ff. de re milit. & in l. 1. §. excusantur, secundo. ff. ad Senatusc. Sylla. & in l. eum. §. excipitur. ff. de ædil. edic. & in l. si quis aliquid. 2. §. fina. & ibi not. Barto. ff. de pœn. & text. not. in cap. non licèt. 23. quæst. 5. & text. in cap. placuit. iuncta glo. eadem causa,
5 & quæstio. † Vbi habes text. cum gloss. quòd qui seipsos inte-
b rimunt, b non possunt in Ecclesia sepeliri, nec pro eis possent
c fieri orationes c in Ecclesia. imò tenet Bald. hic in 8. colum. &
6 sequuntur Saly. Fulgo. & Paul. hic, † quòd stante statuto, quòd
d bannitus possit d impunè offendi, si aliquis bannitus seipsum vulneraret, non excusaretur virtute statuti. Tu ad prædicta adde Ioan. And. plenè disputantem in addi. Specu. in titu. de pœn. §. 1. versicu. secundo quæro, an vulnerans seipsum, &c. vbi latè disputat, an vulnerans seipsum, incidat in pœnam statuti impositam vulneranti alium. Arguit pro & contra, & dicit de consuetudine seruari, quòd non: posteà refert Ricard. Malumb. scripsisse, quòd ista quæst. euenit in quodam aduocato, qui verecundia oris alieni, dum vellet seipsum occidere, vulnerauit tantum, refert fuisse obseruatum, quòd aduocatus debebat puniri, sicut si alium vulnerasset: & dicit, quòd malè fuit iudicatum, sed quòd solùm debebat excludi ex ordine aduocatorum, & sic de collegio. Item adde Bal. in procœ. Decre.
7 in 8. colum. † vbi quærit, an clericus, e qui studiosè se ipsum
e vulnerat, incidat in cano. cap. si quis suadente. 17. quæst. 4. & distinguit, quòd quædam delicta committuntur contra personam delinquentis, & non continetur: quædam extra personam, vt rapina, & furtum, & idem, quia nemo sibi infert vim,
8 vel furtum. † Et ideo si statutum dicit, si quis per vim vulnerauit, non includitur ille, qui vulnerat seipsum: sed si simpliciter loquitur dicendo, si quis vulnerauerit, tunc punitur pœna statuti, quia delinquere in se, non est minus delictum, quàm delinquere in alium, vt not. in l. athletas. §. Pomponius. ff. de infamib. vnde si monachus in Ecclesia trahit sibi sanguinem percussiuè, Ecclesia est interdicta. Facit, quod not. per Docto. in l. sed si damnum. §. si ipse. ff. de pecu. ¶ Secundò not. ex isto tex. rationem, quare seruus fugitiuus non potest vsucapi, nec præscribi, dato quòd ille, ad cuius manum peruenit, vendat talem seruum tertio bona fide ementi, nam ille tertius licèt habeat titulum, & bonam fidem, tamen non potest talem seruum vsucapere, nec præscribere. Ratio est, quia cùm seruus fugien-
9 do faciat furtum sui, † furtum dicitur vitium reale, quòd taliter afficit rem vitio reali, quod rem semper concomitatur, ad quemcunque perueniat. §. furtiuæ. Institu. de vsucapio. & l. sequitur. § quod autem. ff. eo. ¶ Iuxta illud notabile, & per hunc text. moueo altam difficultatem. Nos habemus, quòd crimen expilatæ hæreditatis non impedit vsucapionem, si talis res ab hæreditate expilata perueniat ad manus tertij titulo, & bona fide. text. est in l. si homo cuius. ff. de vsucap. & secundum Bar.
10 illa l. est ad hoc singu. † & tamen crimen expilatæ hæreditatis
11 est grauius furto. † Triplex enim reperitur furtum. Improbum, vt est simplex furtum. Improbius, vt est expilatio hæreditatis. Improbissimum, vt quando res cum armis violenter aufertur. glo. est approbata in l. si te. in gloss. fin. in fin. C. de infam. ideo dixit Bal. in l. de his. ff. de furt. quòd statutum loquens de furto, multo magis habet locum in crimine expilatæ hæreditatis, quod est grauius, & improbius furto. durum ergo videtur assignare rationem diuersitatis, quare furtum impediat rem furtiuam vsucapi, vel præscribi, vt hic, & tamen crimen expilatæ hæreditatis non impedit. d. l. si homo cuius. Considerabam, quòd falsum esset assumptum, & forte non esset ponere os in cœlum, tenere, quòd imò crimen expilatæ hæreditatis impediat vsucapionem: quia tex. in d. l. si homo cuius. non probat hoc in sensu directo, sed à contrario sensu, prout etiam
12 dicit Paul. ibi, qui propterea miratur de summario Bart. summantis illum text. quod crimen expilatæ hæreditatis non impediat vsucapionem. Secus in furto commisso aduersus fructuarium, vel hæredem, cùm ille text. non dicat hoc in sensu
12 directo: † & est regula, quòd non est licitum sumere argum. à contrario sensu, quando resultat absurdus intellectus. glo. est in l. 2. C. de condi. inser. probat text. in l. conuenticulam. C. de Episco. & cler. tamen non pono hoc pro constanti, quia inuenio omnes istud firmare, quòd crimen expilatæ hæreditatis non impediat vsucapionem. ita tenent Iaco. de Rauen. Albe. Commen. & Pau. in d. l. si homo cuius, & Bald. in l. vitia. C. de acquir. poss. & Bald. in l. si abducta. in fi. ff. de fur. & licèt Bart. & alij dicant, ꝙ illa l. si homo cuius. sit singularis, quæ tamen vt dixi non probat nisi à contrario sensu, addo text. qui idem à contrario, & clarius probat in l. hæreditariæ. cum l. sequen. & expressius in alia l. sequenti, quæ incip. his enim casibus. ff. de furt. non respondent tamen Docto. dictæ difficultati, nec de ea mentionem faciunt. Solus Raph. Cuma. in d. l. si homo cuius. licèt difficultatem principaliter non attingat, in discursu videtur ita respondere, ꝙ ideo crimen expilatæ hæreditatis non impedit vsucapionem, quia non afficit rem expilatam vitio reali, sicut afficit furtum, & aliud non dicit. sed hoc non tollit difficultatem, nam hoc modo instarem, quare crimen expilatæ hereditatis non ita afficit rem vitio reali, sicut furtum? ideo cõsiderabam si dici potest, ꝙ ratio possit elici ex his, quæ dicit Bar. in l. hereditarię. ff. de fur. dum quærit, quare hæreditate iacente nõ põt furtum fieri, sed bene possunt res hæreditarię expilari, & in l. fi. ff. vñ vi. & in l. sed nec legatarius. ff. de ꝺi. fur. vbi

omnino

ADDITIONES.

a ¶ Differentia. Adde eundem Ias. in l. cum filio. 4. not. ff. de legatis primo. PANCIR.

b ¶ Interimunt. Adde text. in c. 1. & 2. de tornea. & ibi per Ioan. de Ana. & Docto. & gl. in c. ex parte. el 2. de sepul.

c ¶ Orationes. Adde glo. in versi. pro valde malis. in c. tempus. 13. q. 2.

* Et quòd occidens seipsum, carere debeat eccles. sepultura, allegatur cap. placuit vbi glo. 23. quæst. 5. refert Iacobin. in inuestitu. verficu. dictique vassal. promiserunt non committere feloniam. colum. 5. in fin. versic. addo vobis. MASVER.

d ¶ Quod bannitus possit. Adde Belen. in cap. contingit. de senten. excommu. in apostil.

e ¶ An clericus. Adde Io. de Imo. in l. si vero. §. de viro in 10. col. ff. sol. matrimo. Doct. in c. 1. de uxo. & hone. cler. lib. 6. Doct. in cap. si quis abscidit. in 2. no. 55. idem Docto. in c. qui partem. in 4. no. ea. dist. & dicit quòd hoc ponit Arc. in c. si non licèt. 24. q. 5.

Source : BIU Cujas

omnino videas,& dicit, ꝙ ratio eſt propter diffinitionem furti,quia eſt contrectatio rei alienæ inuito domino: ſed hæreditate iacente nullus eſt dominus, quo inuito poſſet res contrectari,ergo non poteſt committi furtum. Et huic rationi addo, ꝙ licèt hæreditas iacens habeatur loco domini. l. hæredi. in princip.ff.de acquiren.hæred.& l.1.§.1. ff.ſi quis teſt.lit. eſſe iuſſ. fue.tamen hæreditas iacens cùm non habeat velle, nec nolle, non poteſt dici inuito domino cõtrectari,& miror,quòd Bart. non viderit text.aſſignantem iſtam rationem in l. fin. ff. de crimi.expil.hæredi.vbi text.aliam ponit rationem: quia hæreditate iacente,res à nemine poſſidentur.l.1.§.Sceuola.ff.ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſus fuerit.& licèt Ange. in d. l. hæreditarię. reprobet iſtam rationem Barto. quia etiam ſi hæres adiuerit hæreditatem,ſeu apprẽhenderit poſſeſſionem rerum hæredit.quo caſu non transfertur * ipſo iure in eum dominium.l.cùm hæredes. in princip.ff.de acquiren.poſſ. tamen iſto caſu, ſi expiletur res, non fit furtum.l.2.ff.de crim .expil.hęr. & tamen eſt dominus, & nihilominus non fit furtum.certè ſi Ange. vidiſſet,quòd iſta fuiſſet ratio Iuriſconſul.in d.l.fin.ff.de crimi. expil. hęr. non reprobaſſet eam. Non obſtat eius obiectum de hærede, qui adit hæreditatem,ſed non appræhendit poſſeſſionem, quòd eſt dominus,& tamen non fit furtum.Reſpondeo,ꝙ hæres talis non eſt dominus verè, & de iure gentium mediante naturali actu apprẽhenſionis rerum hæredita. ſed eſt dominus de iure ciuili tantum,de quo non intelligitur diffinitio furti reprobati à iure gentium,de qua in l.1.in verbo,iure naturali. ff. de furt.& in §. furtum.Inſtitu.de oblig. quæ ex delicto. Et ſic ex prædictis apparet,quòd hæreditate iacente,quia contrectatio fieri non poteſt contra voluntatem veri domini, ibi non poteſt cadere vitium circa res,licèt perſona,quæ expilat res hæreditarias,delinquat,& teneatur crimine expilatæ hæreditatis: & ideo quia tale delictum non afficit res,ſed perſonas,ideo non impedit vſucapionem,nec præſcriptionem ſicut facit furtum.Cogita tamẽ, quia iſta radicitus non extirpant ambiguitatem. ¶ Limita tamen iſtum text.volentem ſeruum fugitiuum non poſſe vſucapi,vt procedat quo ad illum,ad quem ſeruus aufugit, vel quo ad alium, qui ab eo emiſſet, vel cauſam habuiſſet; ſed ſi talis ſeruus vſucapiebatur ab aliquo, & poſtea fugit, talis fuga medio tempore ſuperueniens non impedit nec interrumpit vſucap.iam cœptam, quia licèt ſeruus fugiat ab eo,qui vſucapiebat,tamen vſucapiens retinet ciuilem in ſeruo, quæ ſola ſufficit ad vſucap.l.1.§.per ſeruum, qui in fuga. ff.de acquiren.poſſ. & de iſta limitatione habes text.in l.ſi à bonę fidei. ff.de rei vendi.& ita limitat Cyn.hic in princip.& ſequuntur Fulg. & Paul. hic,pro qua limitatione adde in ſimili text. not. in l.ſi fundum.
13 ff.de fund.dotali qui text.eſt ſingu.ſecundum Ang.hic.¶† Vltimò not.ex 3. parte text. quòd fuga ſeruorum non debet dominum damno afficere, ſicut nec quoduis factum ſerui. & ſecundum Bald.hic in fin.colum.in fin. nota. iſtud procedit non ſolùm in ſeruis fugitiuis, ſed etiam in quibuſcunque ſubditis, per text.in l.1.C.vbi quis decurio, vel cohortalis, & ſequuntur
14 Saly.& Fulg.facit text.in l.oẽs.C. de agri. & cenſi.lib.11.† Hinc eſt, quòd ex delicto famuli ſui dominus non tenetur in aliquo,ſecundum Barto.in l.ne quid. ff. de incen. & à quo præſumatur ignis immiſſus,vide Bald. in l.pignus. C. de pignor. act. Bald. in l. 1. C. de Epiſcop. & cler. & in l.ad inuidiam. C.quod metus cauſa. dom. Anto. & alios in cap. 1. de reſtitu. ſpolia.& ideo ſi famulus meus immitteret ignem in domum conductam,ego non teneor,vt not.Bart.in l.ſi ſeruus ſeruum.§. Proculus, & ibi Flor. ff. ad l. Aquil. niſi quando ipſe delinquit in myniſterio,in quo eius opera vtebatur dominus, & in alio caſu,quem ibi vide,& fortius conſuluit Ioan. de Ana.in 2. conſi. incip.An hoſpes vulneratus. quòd hoſpes, qui tenet hoſpitiũ, non tenetur de vulnere illato per famulum ſuum hoſpitanti, nedum criminaliter, ſed nec ciuiliter ad aliquas expenſas, nec
15 ad aliquod intereſſe. † Quid autem in Poteſtate, an teneatur in ſyndicatu pro familia ſua,vel eius delicto, ponit Barto. in l. 1.§.familiæ.ff.de publi. cum concord. quas dedi in l. ſi familia. ff.de iur. omn.iud.¶Glo.in verſi.facere. diuiditur in 4. partes. In prima alleg.concord.ad text. In ſecunda oppo. & in effectu dupliciter ſoluit. In tertia ponit vnum dictum remiſſiuè. In quarta, quæ eſt ibi, ꝙ tamen in vno dicitur. reſpondet tacitæ quæſt.Secunda ibi,ſed contra ff.eod.Tertia ibi,& dic quis ſit fugitiuus.Prima clara eſt.In ſecunda parte formant oppo. glo. ſecundum Albe.& Moder. hic, nam ſi ſeruus fugiendo faceret
16 furtum ſui,vt dicit text.† ſequeretur,ꝙ qui daret opem, vel cõſilium tali furto,teneretur furti.l.is,qui opem. ff.de furt. iuncta. l.ſæpe. vbi glo. not. in verb. condici põt.ff. de verbo. ſignifi. & tamen qui conſuluit ſeruo fugam, non tenetur furti.l. qui ſeruo alleg.in glo. Reſpondet glo. quòd ideo eſt, quia nemo ex conſilio tenetur,quæ ſolu.reprobatur per Barto. per l. conſilij. ff.de regul.iur.quæ l.nihil facit ſecundum Fulg.& Paul.hic,melius facit, quia quilibet tenetur ex conſilio ad malum tendente.l.ſi quis vxori.§.neque verbo,& l.inficiando.ff.de furt. Vnde reſponde ſecundum Docto. ꝙ qui præſtat opem, vel conſilium furto,tenetur furti,verum eſt in furto proprio, & regula-
17 ri, ſed iſtud eſt irregulare, vt declaraui in 1.not.tex. ¶† Hinc ſumpta occaſione Bald.dilatauit multum fimbrias veſtimen-
a ti examinando, an & quando [a] quis ex conſilio teneatur, & quid in perſuadente fieri delictum,& quid in mandante, & ſimili, & de conſilio ad delinquendum an, & quando quis teneatur,habes glo.not.in §.ope.Inſtit. de oblig. quæ ex delicto. & glo.in d.l.ſæpè,& in l.2.in fin.ff.manda. per Dyn. in reg. nullus ex conſilio.& quid in aduocato, vel conſultore, qui dederunt malum conſilium clientulo,an teneantur,ponit Barto.in l.2.& in l.idem quæ.§.ſi quis ea.ff.mand.& in l.ex maleficijs.§.ſi iudex.ff.de actio.& oblig Specu.in tit. de requi. conſilij.in §. 1. verſi.conſiliarij Ludo.Roma.in conſi.129.incip. pro plena deciſione.in fin.Paul.in l.penul. C. de pact.vbi per eum, quid in conſultore electo à iudice, vel à partibus, & quid in teſte, & quid in notario, & an ex conſilio de ſpoliando quis teneatur interdicto vnde vi, & poſſit conueniri ſicut ſi ipſe ſpoliaſſet. Bald.tenet,quòd non in l.2.in 10. colum.in 6. quæſt. C. de ſer. & aqua.vbi tangit,an ſaltem teneatur condictione ex decreta-
18 li querelam.de elect.& determinat poſt Innoc. ibi in 3.col.† Et an in prædictis debeat diſtingui, an ille eſſet alias delictum facturus,vel ne,vt primo caſu mandans vel conſulens teneatur,
* ſecundo non,remitto te ad Barto.cuius doctri. *communiter tenetur*, in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. vbi etiam ponit differentiam inter mandantem, & perſuadentem,& conſulentem notabil. & vnde oriatur obligatio, qua tenetur mandans, quod eſt notatu dignum,Bald. in l. data opera. maximè in 20. colum. C.qui accuſ.non poſ. & in l. non ideo minus. C. de accuſ.& in l.ob hæc verba.vbi multa pulchra ponit. ff. de infam. & in l.1.in princip.in lect.antiq. poſt Iaco. Butr.ibi.ff.de eo,per quem fac.erit.vbi per Barto.& Ange. in l. 1. §. perſuadere.poſt glo.ff. de ſer. corup.Docto.plenè in c.1.de offi. deleg. & in c.ſicut dignum. §.fin.de homicid. vbi text. & in c. nuper. de ſententia excommu. & latè per Ange. de Are. in tracta.maleſi.in verſic. Sempronium mandatorem, & ibi per dom.Ange.Ari-
19 minen. in ſuis addi. cum multis concordan.† Et ſi aliquis inſtigat, vel conſuluit, aut ſolicitat, quòd clericus percutiatur,incidit in excommunicationem.c. ſi quis ſuadente. 17.q.4. ſecundum Imo.Pau.de Caſt.& Moder. in l.quid ergo.§.penul.
b ff.de leg.1.qui autem dicantur conſiliarij, [b] qui fautores,& q participes delicti, vide glo. in clem. 1.in verb. defenſauerit.de
20 pœnis.haberur in l.1.C.ſi rector prouin.† Et quid in indicante, ſi aliquis intendit occidere inimicum ſuum, qui latet,& ſtat in abſcondito,& ego indico,vbi lateat,an teneat de occiſo? Ponit Bald.in l.ob hæc verba, vbi multa pulchra ſcribit. ff.de infam. ¶Non omitto tamen tres notabi.& vtiles deciſiones,quas po-
21 nit in materia Bald.hic,ad quem ſemper remittimur.† Prima eſt, quam ponit Bald. hic in 2. colu. ꝙ mandans homicidium fieri,non tenetur de homicidio, quãdo mandatarius erat aliàs facturus homicidium abſque mandato, quod ex tribus colligitur ſecundum Bald.hic. Primò, quando præcedebat inimicitia capitalis inter mandatarium, & eum qui eſt occiſus. Secundò, quando præceſſerant minæ mandatarij de occidendo. Tertiò quando inferior mandaret ſuperiori, puta filius patri, ſeruus domino,vel frater minor maiori,quia non eſt veriſimile,quod ſuperior ſit motus propter tale mandatum,& hoc dictum commendat Paul. hic dicens tenendum menti, quia ex eo poteris lucrari multas pecunias,& euadere amicum à morte.& dicit ſe de facto habuiſſe. Alij non tangunt. Adde Bal.in l. metum.poſt Iac.But.C.ꝙ met.cauſa. & in locis.s̃.in prin.alleg. maximè in l.1.in prin.ff.de eo per quem fac. erit. & ibi Ang.alleg.gl.meliorẽ de iure in l.apud Celſum.in prin.ff.ex q̃b.cau.in poſſ.ea.& Bar. Veron.in cau.158.incip. ſi quis mandat.& oĩno Ange.

ADDITIONES.

* Corrupta videtur hæc lectio,& ita legendum. Quia etiam ſi hæres adiuerit hæreditatem,ſed non apprẽhenderit poſſeſſio.rerũ hæredita.quo caſu tranſfertur.

a ¶Quando. Adde Dec.in l.conſilij,& quæ ibi poſui in apoſtil. ff. de reg.iur.& in c.1.extra de offi.deleg.

* Boer.q.262.nu.11.& ſeq.Dec.in c.quia quæſitum.de offi.deleg.

b ¶Conſiliarij. Adde Innocen.in c.ſicut dignum. de homicid.Lap.in cap.ſi ſententia.de ſenten.excommu.lib.6.Card.Zab.in clem.1. de foro competen.in 16.quæſtio.

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

Ang.in conſi.222.inci.pro deciſ.quæſtionis. & ibi limitando dicit,ꝙ licèt mandans non teneatur iſto caſu tanquam mandãs homicidium,quando mandatarius aliàs erat facturus, tamen tenetur tanquam perſuaſor,ſeu inſtigator, puniendus arbitrio iudi.vt ibi per eum.Sed tu aduerte,ꝙ iſta ſing. doct.Bar.procederet tenendo,ꝙ in mandante fieri homicidium debeat diſtingui,an mandatarius erat aliàs facturus, aut non:vt primo caſu
* mandans non teneatur,ſecundo ſic. Sed hoc *communiter reprobatur*,quia mandans [a] fieri homicidium tenetur indiſtinctè, ſiue mandatarius eſſet aliàs facturus,ſiue non, vt tenet Bart.in l. non ſolùm.§.ſi mandato.in fin.colum. de iniur. & clarius not. Bald.in l.ob hæc verba.in 2.colum.ff.de infam.& magis communiter Docto.in locis.ſ.in princip. alleg. & ideo pondera,ꝙ Bald.met hic in 2.colum.not.ponit hoc pro conſtanti, ſed dicit,ꝙ ſi tenemus illam opin. ꝙ in mandante fieri delictum debet diſtingui, an mandatarius eſſet aliàs facturus, tunc procedit illa ſingularis doctri.aliàs non:ſed in conſultore, vel in perſuadente delictum aut inſtigante,qui minus delinquunt quàm mandans fieri delictum,vt dicit Bald. hic in 2.colum.& in d.l. ob hæc verba. licèt Bart.in d.l.non ſolùm.§.ſi mandato.in pen. colum, relatis varijs opin. tenuerit, ꝙ etiam diſtingui non debeat,an ille eſſet aliàs facturus,vel ne,tamen in hoc,ꝙ diſtingui debeat, facit tex.cum gl.in §.ope.Inſtit.de oblig. quæ ex delict. naſ.ſecundum Math.in not.96.& diffusè Saly. in l. 1. C. de rap. virgi.& melius,quàm alibi Bald.in d.l.ob hæc verba. in 2.colu. & communiter Docto.in locis. ſ. in princip. alleg. licèt aliqui varient adhærentes Barto.& hoc vltimo caſu poteſt practicari ſingu. doct. Bald. hic, per quam tribus modis cognoſcitur, ꝙ
22 aliàs quis eſſet facturus.¶† Secundò diligenter not.illud,quod tenet Bald.hic in 4.colum.dum dicit, ꝙ accuſator, vel iudex inquirens debent eſſe cauti, vt dicant, mandatum vel conſilium præceſſiſſe, aliàs non præſumitur prioritas temporis, & mandans,vel conſulens puniri non poſſet, per glo. in l. ſi verò non remunerandi. §.ſi poſt creditam. ff. manda. Adde, quòd idem dicit Bald.in d.l.ob hæc verba.in 2.colum.vbi ad hoc reputat ſingu.glo in d.§.ſi poſt creditam.& Iac.de Aren.in d.l ob hæc verba.eandem extollit,& licèt Bal.ſi aſcribat, fuit dictum Paul.de Leaz.in clemen.1.de pœnis,& ibi Card.multum com
23 mendat.¶† Tertiò multum not. quod ſingu. Bald. dicit hic in 4. colum. quod ſi conſilium poteſt veriſimiliter ſe habere ad bonum,& malum, ille, qui dedit tale conſilium,poteſt interpretari:imò lex interpretatur in bonam partem,per regulam. l.merito.ff.pro ſocio.Adde,quòd iſtud dictum refert,& ſequitur Alexan.in conſi.220.in 2.volum.incip.quoniam abundè.in
24 2.colum.† Confirmo, quia in dubio actus præſumitur factus tempore licito,& loco licito,non autem illicito & punibili.ſecundum Barto & alios in l. non ſolùm. §. ſed vt probari.cum ſuis concord.ff.de oper.nou.nunc,Saly.in l. precibus.in 6.colu.
25 ſ.de impub.Panor.in c. auditis. de præſcrip. † Sic etiam dici-
b mus,ꝙ contractus in dubio [b] non debet cenſeri vſurarius,imò licitus,ſecundum Bald.in l. rogaſti. §. ſi tibi. ad fin.ff.ſi certum peta.ſequitur Alexan.in conſi.221.in 2. volum. incip.ſuper tit.
26 quæſtionis tranſmiſſæ.in 2. colum. ¶† Tertiò facit ſolennis deciſ.Gul.Paul.& Moder.in l.1.per glo.ibi.C.de his quib.vt indign. vbi decidunt, ꝙ ſi minatus ſum alicui, ꝙ facerem vindictam,& ille reperiatur mortuus,quòd talia verba nihil faciunt contra me,quia talia verba faciam vindictam,poſſunt dupliciter intelligi. Primò de facto te occidendo. Secundò per viam iuris,te accuſando,& iſto ſecundo modo debent intelligi.¶ Secundum iſtam doctri. puto poſſe limitari deciſ.Barto.ab omnibus approbatam,& qua vtilis eſt,ac quotidiana, recollegi.6. fallen.ad illam deciſ.quas nunc inuenies. Decidit enim Barto. in l.ſi quis mihi bona.§.pater filio.per illum text.ff.de acquiren.
27 hæred.† decapitatum fuiſſe quendam militem Floren. qui cũ iniuriam ab aliquo recepiſſet, dixit famulo ſuo,non reuertaris vnquam mihi in domum,niſi ſentiam nouum de tali negotio. Ille famulus iuit,& occidit eum, & dominus fuit decapitatus, ꝙ eius mandato occidiſſet:& fuit tempore domini Fran.de Eugubio,& illam deci.ſequuntur Bald.Ange.& alij Moder.ibi,& Pau.de Caſt.in conſi.260.incip.videtur per prædicta. & Ange. de Aret.in tracta.male.in verſi.Sempronium mandatorem.in 21.quæſt.& eſt bon.text.in c.ex literis, quem ad hoc ibi ponderant Pet.de Anch.& Panor. de exceſ. præla. & quem alleg. ad hoc Io.de Ana.in conſi.quod alleg.ſ. in fi. limitationis. & Ludo.Roma.in ſing.719.& illam deciſio. etiam ſequitur Bald.in c.veritatis.in 3.colum.in fi.de dolo, & contu. Facit, quod decidit Barto.in l.ſi ventri.§.fin. ff. de priui. cred. Fortius extendit iſtam deciſ.Barto.Math.in not.177.vt etiam procedat,quando dominus proferens talia verba famulo,expreſsè inhibuiſſet ne occideret:nam tunc etiam tenetur mandati,per text. ſingularem in c.fin.de homicid.in 6. Bald. in l. non ideo minus.in 18. quæſt.C.de accuſ.not.Bartol.in l.licet.ff.de adi. leg. & illa deciſio.Barto. ab omnibus approbatur. Sed caue, quòd dominus mandando ſeruo, ꝙ faciat vindicte, debet intelligi de iuſta, & licita vindicta,videlicet de accuſando.l. 1. cum gl. 1. de his qb. vt indi.& ibi per Paul.de Caſt. Tu aduerte, ꝙ licèt illa deciſio
* ab omnibus *communiter approbetur*,tamen mihi videtur ex mul
28 tis reddi dubia.† Primò ex reg.quæ habet,ꝙ prẽſumptio violenta,quæ in ciuilibus habet vim plenę probationis, tamen in criminalibus non ſufficiat ad condemnandum, vt no.Docto. in c.quia veriſimile,& in c.afferte.de præſumpti.Bald.in l.fin.in vlt.colum.C.de proba.dom.Anto.& dom. Abb.in d.c. afferte. Ludo.Roma.in l.1.§.ſi quis in villa. ff.ad Sena. Syll. Math. vbi limitat in no.118.dom.Alex. in conſi. 15. incip. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ per Poteſtatem Parmæ.in 5. colum. in 1.volum.in conſi.116.in 3.volum.incip.in cauſa inquiſi.formatæ contra dom.Hele.circa fin.Secundò in contrarium facit, ꝙ not.Bald.in c.literas.in 3.colum. de præſump. arg. illius text.ꝙ propter præſumptionem præcedentium minarum,vel inimicitiarum non eſt quis condemnandus de homicidio, quod neſcitur à quo factum ſit,alleg. Specu. in titu. de præſump.in verſicu.ſed pone.P.minatus.Tertiò facit,ꝙ vult Bal. in l. fin.ad fi. C. de proba. ꝙ ex præſumptiua probatione non infligitur
29 mors,ſed minoratur pœna,† & idem tenet not. Innoc. in d.c. quia veriſimile. de præſumpt.vbi tenet, ꝙ quando iudex procedit ſuper delicto ex præſumptione,debet multum moderari ſententiam ſuam,& non condemnare ad pœnam corporalem,& ita refert & ſequitur dom.Abb.in c. auditis. in vlt. col. de præſcrip.Bald.in d.l.fi.in vlt.colum.C.de proba.& eſt gl.no. in c.inter ſolicitudines. in gl. fi. de pur.canon. ¶ Tenendo cum
30 Bart.† puto ꝙ illa deciſio Bart. procedat in terminis, ſcilicet,in tali famulo,in quo non poterat cadere alia veriſimilis interpretatio,quàm homicidij committendi: ſed quando talia verba, facias,ꝙ ſentiam nouum de tali, eſſent prolata ad talem perſonam,in qua poſſet cadere alius ſenſus,tunc ſtatur interpretationi domini,puta ſi iniuriatus diceret procuratori ſuo,vel aduocato,facias ꝙ ſentiam nouum de tali, ita habes ex doctri. Bal. hic declarata,vt ſ.¶ Secundò notabi. limita illam deciſ. Barto. niſi offenſa fuiſſet illata domino,non cum ferro, ſed cum pugnis, quia dominus vtens verbis talibus,facias, ꝙ ſentiam nouum de tali famulo,intelligitur de ſimili vindicta cum pugno mandaſſe:ideo ſi famulus occideret,non tenetur dominus,per not.in l.1.cum ſimi.C.vnde vi. ita Comen. & Ludo. Roma.in d.§.quid ſi mandaui.& ſequitur Alexan. in l.1.C.de his, quibus vt indig.& in d.conſi.220.¶ Tertiò ego limito deciſ.Barto.non procedere,quando paſſus iniuriam diceret famulo, ꝙ acciperet vnum baſtonum,& faceret,ꝙ ſentiret nouum, nam ex genere inſtrumenti, quod veriſimiliter non eſt aptum ad mortem inferendam,dominus non tenetur ſiue per ſe, ſiue per ꝓcuratorem faciat,vt ff.ad l.Corn.de ſicar.l.1. §. ſed ſi claua.licèt eum occideret cum illo baſtono,ita ſingu. Bal.in l.cùm mandati. circa fi.C.manda.ita ſing.limitans text.in d.c.fin. de homicid facit,quod ſignanter vult Bald.in d.l. ſi quis mihi bona. §.ſi coram. vbi limitando.d.c.fi. dicit non procedere,quando mãdaſſem, ꝙ ꝓcuteret alapa,vel ligno,& ille ferro ꝓcuteret.Facit doctri. Bald. in l.non ideo minus.in penul. colum.ad finem.C. de accu.vbi quærit,an mandans teneatur in delictis, ſi mandatarius exceſſit mandatum,& dicit,ꝙ ſi veriſimiliter non erat in poteſtate mandatarij, puta mandauit, ꝙ tantum vulnerares, certè,quia vulnera non poſſunt inferri ad menſuram, ſi occideres,mandans tenetur de homicid.aliàs ſi veriſimiliter erat in poteſtate mandatarij ne excederet,puta mandauit,ꝙ percuteres alapa, pugno, vel ligno, & tu ferro occidiſti,non tenetur mandans,& ſequitur Ange. de Aret.in d. verſic. Sempronium mandatorem. in 18. quæſtio. ¶ Quartò limita,niſi famulus repudiaſſet commiſſionem patroni, licèt poſteà iuerit, & ſecutum ſit homicidium.ita Bald.not.in l. ſi literis. in fi.C. manda. quid autem ſi famulus à principio acceptaſſet mandatum,ſed poſtea repudiato mandato deliquiſſet, an dñs teneatur? vide Bal.hic in 1.col.in fi.poſt Inno.in c.ad audientiam. de homici. & punctus ſtat in eo,ꝙ mandatum præſumitur durare ſemp, & eius vigore diceretur homicidiũ fieri, niſi expreſsè reuocet, & reuocationẽ intimet mandatario:& declarat Bar in l.non ſolũ.§.ſi mandato.ff.de iniur.cũ ſuis cõcor.¶ Quintò mirabiliter limita

ADDITIONES.

a ¶Mandans.Adde facere,quæ ſcribit Oſaſc.Deciſ.67.nu.10.& ſeq.

b ¶Dubio.Adde Io.Cal.& Pet.de Anch.in c.nauiganti.de vſuris. idem Petr.de Anch.in repe.regulæ peccati.in 9.q.de reg.iur.lib.6.

Source : BIU Cujas

limita deciſ. Barto. & nunquam obliuiſcaris, ꝙ ad hoc vt illa deciſ. Barto. procedat, requiritur, ꝙ tria copulatiuè concurrãt. Primò, quòd præcederet inimicitia capitalis inter dñm, & illum iniurantem. Secundò, ꝙ dominus ſecretè mandauerit famulo loquendo ſibi ad aurem. Tertio, ꝙ incontinenti ſecutum ſit homicidium, aliàs vbi vnum ex iſtis ceſſaret, non haberet locum illa deciſio Barto. dato, ꝙ famulus vel domeſticus, aut amicus homicidium perpetrauerit. ita eſt de mente Bald. hic in 3. col. verſi. & probatur mandatum. ita intelligit not. per Bar. in d. l. ſi quis mihi bona. §. fin. iunctis notatis per Bart. in l. ſi ventri. §. fi. ff. de his, quæ in fraud. cred. & ita ad literam ponderat, & firmat Io. de Ana. in conſi. 59. incip. viſa inqui. formata per magnificum dominum Capitaneum Floren. in 3. colum. & hoc teneas fixum cordi. ¶ Sexto mirabiliter, & ſing. limita illam deciſ. Bar. ſecundum Alex. in d. conſi. 220. incip. Quoniam abundè. in 2. col. vt procedat, quando dominus receperat iniuriam illicitè, vnde tunc illa verba domini, facias ꝙ ſentiam nouum de tali, important, ꝙ ſicut iniuriam illicitè receperat, ita videtur mandaſſe famulo, ꝙ illicitè vulneraret, aut occideret, aliàs non procederet doct. Bart. quia qualitas præcedentis iniuriæ arguit, qualis ſit animus domini in ſeq. artic. c. ſcriptum. de elect. & d. l. ſi ventri. §. fi. & in ſing. deci. declarat Bald. in l. prædium. in fi. col. C. de ædi. act. ¶ Pondera etiam ſeptimo loco ex
31 illa deciſ. Bar. in d. §. ſed quid ſi mandauit, † ꝙ ad hoc vt quis dicatur mandaſſe delictum, non requiritur, ꝙ interueniant verba imperatiua, aut præceptiua, imò ſufficiunt verba enunciatiua, quibus coniecturatè appareat, ꝙ optat fieri vindictam, ita patet in exemplo Bar. ibi, & ita ponderat, & elicit Bal. hic in d. 3. col. ver. & probatur mandatum. Alibi tamen Bal. in l. ob hæc
32 verba. in 2. col. ff. de infam. in verſic. gl. vltra procedit, † dicit, ꝙ ſi tu volebas occidere homininem, & ad amicum iuiſti, & dixiſti, ego delibero occidere talem, & ille laudauit dicendo bene facies, non dicitur mandatum, ſed quædam laudatio, vt ibi dicit gl. Ideo ſm Bald. quando teſtes inducuntur ad probandum mandatum, iudex debet interrogare teſtes, quib. verbis ſit vſus ille, qui accuſatur: nam ex ſeriè, & qualitate verborum apparebit, vtrum fuerit mandatum. Item aliud debet apparere, quòd mandatum præceſſerit factum, & ſic debet probari ordo temporis: aliàs non poſſet quis condemnari de mandato. gl. ſing. in d. §. ſi poſt creditam. Imò plus tenet Ang. in conſi. 22. incip. pro
33 deciſione queſtionis, † ꝙ ſi iuiſti ad amicũ, & dixiſti, volo occi-
a dere talem, & dixit bene facies, [a] & hortatur, ꝙ citò expedias, aliàs non conſequeris factum tuum, niſi cito occidas, ꝙ adhuc iſte non tenetur de mandato, & ſic de homicidio, licèt teneatur tanquam perſuaſor, vel laudator, vel potius tanquam inflammator, alleg. tex. in c. ſicut dignum. cum gl. in verb. inflammaſſe. de homi. gl. tamen in §. ope. Inſti. de obli. quæ ex delict. dicit, ꝙ non debet quis laudando malitiam augere. ¶ In tertia parte, gl. bene loquitur, & adde gl. in rub. ff. de ſerui fug. In vlt. par gl. ibi, ꝙ tamen in vno dicitur. Aduerte ꝙ gl. poteſt duplici ter intelligi. Primò ſm. l. quam alleg. gl. debet intelligi. Bart. in l. non ſolũ. 2. §. ſi liberationis verba. ff. de lib. leg. & ſic loquitur in receptante, & ita gl. bene dicit, ꝙ ſicut punitur receptans fugitiuum, ita receptans erroneum. ita loquitur l. 1. §. pen. alleg. in gl. & iſto modo gl. planè procedit. Secundò poteſt intelligi gl. referendo ad text. ꝙ ſicut ſeruus fugiendo efficitur fugitiuus, ideoq; vſucapi non poteſt, ꝙ idem ſit in errone: & iſto modo gl. loquitur malè, quia erro faceret tunc ſolùm furtum in poſſeſſione, non in proprietate, vt declarat glo. in l. qui iumenta. ff. de fur. & tale furtum ratione poſſeſſionis, vel vſus non impedit vſucapionem, vt dicam in glo. ſeq. & ita reprobat Cy. hic poſt alios per eum relatos, & plenius Sal. ad quem te remitto. ¶ Gl. in verſi. & ideo. opponit contra tex. & dupliciter ſoluit, &
34 ſic habes tres par. vt patet in ea. ¶ In fi. gl. habes duo. † Primò, ꝙ ſi debitor ſurripiat rem pigno. licèt committat furtum, tamen quia reuerſa eſt ad dominum, talis res poteſt vſucapi. l. ſequitur. §. ſi rem. alleg. in gl. In contrarium habes tex. fortem in l. fin. ff. de vſucap. pro ſolu. gl. & Bar. in d. §. ſi rem. dupliciter re-
35 ſpondet, ꝙ licèt Bar. primam ſolu. impugnet, eo † quia res aliena pignorari non poteſt. l. rem alienam. ff. de pigno. act. tamen non eſt bona impugnatio, quia res aliena poteſt pignorari à bonæ fidei poſſeſſore. l. ſi ab eo. ff. de pigno. declarant Bal. & Sal. in l. certi iuris. C. loc. Secundò habes ex gl. ꝙ ad hoc, vt res efficiatur inuſucapibilis, non ſufficit, ꝙ fiat furtum, niſi res efficia-
36 tur furtiua. & ideo iſtud ſecundum glo. addit huic. l. † Tu autem vt perfectè intelligas conſidera tres caſus. Aliquando fit furtum, & efficitur res furtiua, & competit actio furti, vt quando ſubtrahitur res aliena inuito domino. Aliquando fit furtũ, & res efficitur furtiua, ſed non competit actio furti, vt quando filius, vel ſeruus furripiunt rem patris, vel domini, l. ſerui, & filij. ff. de fur. Aliquando fit furtum, ſed res non efficitur furtiua reſpectu proprietatis, vt eſt, quando debitor furripit rẽ pigno vt hic in glo. & l. ſi ęs. ff. de furt. Aliquando non fit furtum, nec res fit furtiua, & tamen competit actio furti, vt in perſuadente, conſulente, vel opem præſtãte in caſu no. in l. ſi quis ſeruo. in princip. ff. de furt. Ita declarat glo. in §. aliquando autem. Inſtit. de obl. quæ ex delict. & glo. not. in l. ſi quis vxori. in princip. in glo. magna, quam bene no. ff. de furt. declarat hic Cyn. in 1. oppo. Pau. & alij: tamen quia ambæ ſolu. gloſſ. ſunt vitioſæ, quia prima ſupplet ad text. quod eſt ridiculum. ſecunda, quæ dicit ſpeciale eſſe, refugit ad refugium miſerorum, ſecundum glo. in l. filium quem. §. famil. ercii. Ideo reſpondeo aliter abſque aliqua ſuppletione ad text. ꝙ iſte text. loquitur, quando fit furtum reſpectu proprietatis, tale furtum bene affecit rem vitio reali, & impedit vſucapi. ita loquitur text. hic. ſed text. in d. §. ſi rem. loquitur, quando debitor, qui erat dominus rei pignoratæ, eam ſurripiendo facit furtum ſolùm reſpectu poſſeſſionis, & illud furtum non impedit, quin proprietas poſſit vſucapi. d. §. ſi rem. ſed non poſſet præſcribi quo ad ius hypothecæ competens creditori, niſi purgaretur vitium furti reuertendo ad manus creditoris, ſecundum glo. & Docto. in d. §. ſi rem. &
37 alios hic. ¶† Glo. in verſic. nec vſucapionem. [b] de iſtis negati-
b uis an, & quando affirment, & quando non, dixi in l. manifeſtæ turpitudinis, vbi Bald. & Moder. de iureiuran. ponit Bald. in proœ. feud. in pen. col. Lud. Rom. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. Ioan. And. & alij in c. & ſi Chriſtus. de iureiuran. & eſt text. in l. ſi duo patroni. §. Marcellus. in verſi. quam non eſſe extra æquitatem poſitam non negauerim. ff. de iureiuran. & de tribus negatiuis habes etiam text. in l. 1. ff. de cada. punitorum. & l. nonnunquam. in princip. de colla. bono. Barto. in l. 1. §. finautem. per illum text. ff. de hære. inſtit. & Barto. in d. l. duobus. ff. de iureiuran. & de reſpondente poſitionibus cum duplici negatione ponunt Bald. & Saly. hic, & Cyn. in l. qui ſe patris, & ibi Bald. in 4. colum. j̃. vnde liberi. ¶ Glo. magna in verbo, præſcriptionem. videtur formare plures quæſtiones, & verè ſunt oppo. contra text. excepta quæſt. quam vltimo loco format gl. & licèt iſta glo. ad rudem corticem poſſet diuidi in 5. partes, prout in effectu format quatuor princ. oppo. contra text. & vltimò, quærit de vna quæſt. tamen eam diuide ſecundum Paul. in 3. partes princip. In prima dum text. dicit, præſcriptionem longi temporis non habere locum in ſeruo fugitiuo, quia videtur ineptè dictum, cùm præſcriptio longi temporis locum habeat tantum in rebus immobilibus, glo. ponit tres ſolu. & ſic tres intellect. ad text. In ſecunda quæ eſt ibi, (item quæro,) quia dicitur in text. ꝙ ſeruus fugiendo facit furtum ſui. contra iſtud glo. per viam quæſt. format tres oppo. princip. quòd imò talis ſeruus non poſſit dici furtum facere, vel ſi facit furtum, ꝙ tale furtum eſt ſine effectu, cùm non teneatur furti. In tertia, quæ eſt ibi, (item nunquid) quia dicitur in text. ſeruum fugitiuum non vſucapi triennio, nec longo tempore præſcribi, quærit an præſcribatur longiſſimo tempore, & ſic 30. ann. & iſta vltima pars eſt multum vtilis, & multum commendata à Scribenti-
* bus. In prima parte glo. dic, quòd tres intellectus glo. *magis communiter reprobantur*, primum reprobat gloſſ. & bene, & plenius
38 Saly. hic, † & qui ſint ſerui adſcriptitij, habes in l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & quid differant adſcriptitij à cenſitis, ponit glo. in l. 2. C. in quibus cauſ. colo. domi. accuſ. poſſ. lib. 11. & octo ſpecies ſimilium colonorum ponit glo. in rub. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & Ange. de Are. Inſtit. de iure perſo. in 3. col. in verſicu. pro cuius declaratione, vbi ponit formam inſtrumenti de talibus colonis. & licèt Barto. dicat, quòd ſecundus, & tertius intellectus gl. ſint ſatis boni, tamen ſecundum reprobant Bald. Saly. & Fulgoſ. hic, dic vt per eos. ideo extra glo. Ricard. poſuit alium intellectum, quòd licèt res mobiles poſſint triennio vſucapi, tamen ſi quis nollet triennio vſucapere, poſſet præſcribere longo tempore, & iſtum intellectũ tenent Ange. & Barto. hic, & in d. l. in ſeruorum. per illum text. in dictione cùm vſucapio. j̃. in quibus cauſ. ceſ. longi tempor. præſcrip. & ſecundum iſtum intellectum iſta lex eſt ſingu. ſecundum Ange. hic in duobus locis, licèt dicat, quòd iſte fuerit intellectus Guid. de Suza. & pro iſto intellectu pondera text. in d. l. in ſeruorum. in verſic. ſuperfluo, & ſic non neceſſariò, quaſi ſentiat, quòd poſſit locum habere, & iſtum intellectum pulchrè ponderat Bald. in c. ſi quis per 30. circa princip. in tit. ſi de feud. defun. conten. ſit inter dom. & agna. ꝙ ſi aliquis opponit vſucapi. & præſcriptionem longi tempo. non dicitur intentare remedia ꝓtraria. facit ꝙ dicit Bal. hic in 8. col. & ſequit Ful. ꝙ quis ſi

ADDITIONES.

a ¶ Bene facies. Adde Docto. in l. item ſi obſtetrix. ff. ad l. Aquil. & in l. 1. in §. vlt. de ſer. corr. Doct. in c. tanta. 86. diſt.

b ¶ Vſucapionem. Vide Iaſ. in §. Marcellus. hic allegato. PVRPV.

Source : BIU Cujas

si quis opponit prescriptionem longi temp. & probet de vsucapione triennij, debet obtinere. Istum intellectum reprobant Bal. & Fulg. hic, vt hic per eos, & licèt eorum fundamentis posset faciliter rnderi, tñ ex alio non placet iste intellectus, qua non est verisimilis: nam fatuus esset, qui posset triennio vsucapere & nollet, sed vellet præscribere longo temp. maximè cùm fortior sit vsucap. triennij, per quam acquiritur directum dominium, quàm sit præscriptio longi temp. per quam tantum vtile acquiritur, vt per gl. & alios in Auth. nisi tricennale ſ. de bon. mater. Et ideo Cyn. alitet recitat istum intellectum Ricar. ℭ si quis non posset vsucapere seruum triennio propter malam fidem, ℭ dubitetur an saltem longo tempore. In quo tu aduerte, † ℭ cùm vsucapio triennij in rebus mobilibus ita demum cadat si tria concurrunt, scilicet titulus, bona fides, & cõtinuata poss. certè si vnum ex istis deficeret, vel titulus, vel bona fides, tunc de iure ciuili solùm procederet præscriptio 30. ann. ſm Bal. in d.l. in seruorum. Ang. in l. seruum. C. familiæ ercisc. Barthol. Veronensis in cautela 180. Ego reiectis aliorum opin. sic dico ad hunc tex. nam licèt regulariter res mobilis triennio vsucapiatur, & sic fatuitas esset quærere de præscriptione longi tempo. tamen quia in certis casibus res mobilis, quæ non potest vsucapi triennio, tñ præscribitur longo tempore, vt in seruis adscriptitijs, in seruo se vendicante in libertatem, item in præiudicium creditoris, vt hic in gl. ſm tres intellectus, potuit ergo probabiliter dubitari in hoc tex. de seruo fugitiuo, qui est res mobilis, dato ℭ non possit vsucapi triennio, an posset præscribi longo tempo. sicut contingit in illis tribus casibus, & deciditur, ℭ sic, & sic præscri. longi temporis, licèt propriè cadat in rebus immobilibus, quia aliquando cadit in rebus mobilib. fuit in hoc tex. probabiliter dubitatum, & iste est verus intellectus ad hunc tex. ¶ In secunda parte gl. ibi, Item quæro, forma tu clarius istam primam opi. gl. vt per Cy. in 1. oppo. & alios, & ex solu. gl. no. ſm Saly. & Fulg. hic, ℭ ad hoc vt committatur furtum, non requiritur, ℭ dominus vtraq; possessione priuetur, satis est, ℭ priuetur detentione, & ita limita. l. rem quæ nobis. & l. si rem aliquam ff. de acquir. posſ licèt Pau. impugnet sine l. & ratione in seq. par. gl. dic vt per Cyn. hic in 5. oppo. declarantem apertè gl. ¶ In vlt. par. glo. ibi, item nunquid, ista pars est summè vtilis, & multum commendatur hic per omnes, & facit de ea festum Dy. in c. 2. de reg. iur. in 6. & Paul. hic in fin. dicit, ℭ istud est melius, quod habeatur in hac l. & vt glo. habeas
40 claram, ex ea elicio tres notabi. conclusio. ¶ † Primò no. ex gl. vnum, ℭ non inuenio ab aliquo ponderatum, ℭ lex vel statutum prohibens prescriptionem longi tempo. non intelligitur prohibere prescriptionem longissimi tẽp. & sic 30. ann. ita dicit gl. relata ad tex. & pro hoc facit, quia prescriptio longi temporis, non currit nisi mediante titulo, bona fide. & continuata poss. vt no. Bar. declarat post gl. in l. Celsus. ff. de vsucap. Can. in c. vigilanti. de præscriptio. sed prescriptio longissimi temporis currit absq; posſ. Item cum vitio, & mala fide: & ideo de iure ciuili etiam fur prescribit 30. ann. nisi sit violentus raptor. l. sicut. & l. si quis emptionis. in princ. & §. sed & si quis. C. de prescri. 30. vel 40. ann. ideo ista prescrip. longissimi temporis dicitur merè odiosa, quia currit ex sola negligentia non petentis absq; titulo & bona fide: vt declarat Bar. & alij in l. fi. in princ. ff. de eo per quem fac. erit, & est tex. melior de iure in c. placuit.
41 secundo. in §. potest. 16. q. 3. † Ideo cùm prescriptio longissimi tempo. habeat locum, vbi non haberet locum prescriptio longi, ergo bene stat, ℭ lex vel statutum excludens prescriptionẽ longi tempo. non intelligitur excludere prescriptionem longissimi tempo. Aduerte tamen in quantum dixi, ℭ præscriptio, 30. ann. est merè odiosa, istud sing. fallit in feudis, in quib. præscri. 30 ann. censetur fauorabilis, non odiosa. ita Bal. singulariter in c. 1. § si quis de manso. in 3. colu. per rationem de qua ibi per eum. si de inuesti. feu. controu. fuer. Ideo pondero hic esse glo. ſ̃ id, quod sing. dicit Bar. in l. cùm satis. in 1. col. circa med. C. de
42 agri. & censi. lib. 11. vbi mirabiliter determinat, † ℭ stante statuto, ℭ instrumenta publica, puta dotalia mandentur executioni nulla obstante longa præscriptione, ℭ etiam non potest opponi præscriptio longissimi tempo. nedum 30. imò nec 40. ann. Mouetur solùm isto fundamento: quia statutum simpliciter, & generaliter loquitur, ergo indistinctè est intelligendum. In contrarium facit doctri. huius gl. ad hoc nunquam ponderatę, & contra Bar. ibi expresse tenet Ang. in l. si quis decurio. C. de decu. lib. 10. In quo aduerte, ℭ Bart. est ibi corruptus, dum præsupponit statutum loqui nulla obstante longa præscriptione; credo ℭ illa dictio longa, non debeat esse in lect. Bart. vt ostendit ratio Barto. tunc sublata dictione longa, non essemus in casu huius glo. relatæ ad text. & tunc in casu Barto. quando statutum disponeret, ℭ instrumenta dotalia mandentur executioni nulla obstan. præscriptione; credo ℭ Barto. verum dicat, quòd isto casu non posset opponi etiam præscriptio longissimi temporis non quidem ratione Barto. quia fragilis est, sed quia si ista tutum istud intelligeretur solùm reijcere præscriptionem longi tempo. esset fruſtratorium, quia in iuribus personalibus non cadit præscriptio longi temporis; necessario ergo statutum intelligitur de prescrip. 30. aut 40. anno. & ita per istud fundamentum tenet Bald. in istis terminis in c. 1. §. præterea. de capit. Cor. sed vbi essemus in casu, quo prescriptio longi tempo. locum habere posset, vt est in rebus immobilibus, teneo, quòd statutum vtens illis verbis, nulla præscriptione obstante, intelligitur solùm reijcere præscri. longi temporis, non longissimi, quia regu. est, ℭ per illa verba vniuersalia negatiua, nulla præscriptione obstante, non impeditur prescrip. longissimi temp. 30. vel 40. ann. glo. est not. & approbata in d. c. 1. §. præterea, & ibi Bald. & alij ordinariè sequuntur, & Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de feud. super in rub. in 2. colum. & multò minus intelligitur reiecta prescrip. 100. ann. secundum Bald. in l. 1. C. de anna. excep. Ange. in Auth. vt de cætero nõ fiant commuta. Confirmo prædicta per id, quod vult Ange. not. in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edic. & in l. item illa. §. quod adijcitur. ff. de consti. pecu. & in d. Auth. vt de cętero, &c. in quibus locis quærit Ang. an possit reperiri cautela, qua mediante debitor præscribere non possit, & dicit, ℭ sic, quando debitor promisit soluere, & ante prescriptionem, & post: tamen dicit Ange. quòd per ista verba non intelligitur renuntiatum prescrip. 30. ann. quia cùm sit merè odiosa, non posset renuntiari. Cogita tamen, quia in casu Ange. ista cautela esset superflua, quia de alia præscriptione non potest intelligi, vt. ſ̃. dixi. ¶ Secundò habes
43 principaliter ex glo. † ℭ seruus fugitiuus, licèt non possit longo tempore præscribi, potest tamen præscribi. 30. ann. & sic tem-
* pore longissimo, & cum glo. *communiter alij transeunt.* Fulg. solus reprobat per §. sed aliquando. Instit. de vsucap. in versic. illo tempore, & ibi glo. dicit etiam 40. ann. & alleg. l. fin. in §. 1. de prescrip. longo tempo. quæ pro liber. sed respondeo ex his, quæ dixi, ℭ talia verba non excludunt præscriptionem longissimi temporis; tamen ista gl. in alio ineptè dicit, ℭ seruus fugitiuus 30. ann. prescribatur, quia per prescriptionẽ. 30. ann. nihil acquritur, sed solùm paratur exceptio. vnde non est verum, ℭ seruus præscribatur, quia licèt per vsucapionem triennij acquiratur directum dominium, & per præscriptionem longi tempo ris acquiratur vtile, tamen per prescrip. 30. ann. non acquiritur ius directum nec vtile, sed solùm exceptio præscrip. vt per glo. & omnes in Authen. nisi tricennale ſ. de bon. mater. & in l. traditionibus. ſ. de pact. & ratio est, quia præscriptio longissimi temporis causatur ex sola negligentia, & cursu tẽporis, absque titu. & possessione, sed solùm tempus non potest esse causa inducendæ, vel tollendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obliga. ¶ Tertiò prin. habes ex glo. & istud est vtilius quod habeatur in ista l. & credo ℭ sit magis vtile ver-
44 bum, quòd possit tradi in materia prescriptionum, † quòd donec dominus retinet ciuilem possess. rei, quæ in absentia solo animo retinetur. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. posſes. quòd alius naturaliter possidens non potest interim præscribere, nec præscriptionem inchoare, nisi transeat tantum tempus, per quod verisimiliter inducatur obliuio, puta decennium, & sic perdatur ciuilis possessio, quæ animo tenebatur: tunc elapso decennio, per quod verisimiliter obliuio inducitur, potest inchoari præscriptio per illum, qui est in naturali possessione, & non ante, & ista doctri. est multum vtilis in practica, quando allegatur præscriptio completa, nam ad eam excludendam habes replicare, quòd dominus retinuit ciuilem possess. animo, licet absens: interim ergo donec durauit ciuilis possessio, non potuit naturaliter possidens suam præscriptionem inchoare, vt hac glo. not. & secundum Imol. in l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquiren. posſes. ista glo. est ad hoc singu. in iure. Sed tu adde simile in §. sed aliquando. Institut. de vsucap. & aliam in l. malè agitur. in glo. magna circa med. C. de præscrip. 30 ann. quam alleg. Barto. ad hoc in l. 3. §. ex contrario. in 1. colum. versicu. quæro quę est possessio, quę causat vsucapionem. ff. de acquiren. posſes. & istam glo. sequuntur Antiqui Barto. & Saly. hic. Barto. in l. Celsus. in 4. colum. vbi per hoc tradit notabilem cautelam. ff. de vsucap. Et pro ista determinatione gloſ. facit ratio: nam sola ciuilis possessio, quę animo retinetur, est potens ad prescribendum, sed non sola naturalis: & ideo ciuilis possessio in hoc censetur potentior, & nobilior naturali, secundum Barto. in l. si vt certo. §. si duobus. in fine ff. commodati. gloſ. Barto. & Moder. latè, vbi videas, in l. 3. §. ex contrario. in prima, & secunda colu. ff. de acquiren. posſes. cum limitatione Barto. ibi. not. glo. & ibi Docto. in c. causam. de prescrip. donec ergo durat ciuilis possessio, alius naturaliter possidens non potest prescribere, alias

euenirent

eueniret abſurdum, ℔ duo poſſent eodem tempore præſcribere. Et per iſtam glo. dicit alibi Ioann. Andr. in addi. Spec. ſuper rub. de feud. in 2. colu. in verſ. 38. quem ſequuntur Ang. & Fulg.
45 hic, licèt eam corruptè allegent, † ℔ ſi vaſallus alienauit rem feudalem ignorante directo domino, ℔ licèt ille, in quem alienauit, poſſit præſcribere. 30. ann. quo ad præiudicium vaſalli, non tamen poteſt ad præiudicium directi domini, quia cùm directus dominus retineat ciuilem poſſeſſionem in re feudali, interim alius non poteſt inchoate præſcriptionem, vt hac glo. ¶Sed aduerte, quia iſta glo. in terminis, in quibus loquitur, peſſimè loquitur, & eam reprobat Pau. hic in fin. col. qui miratur ad hoc Doct. non aduertere: nam præſupponit glo. ℔ quando ſeruus fugitiuus fuit apprehenſus per alium, ℔ dominus retineat ciuilem poſſ. animo, iſtud eſt falſum in ſeruo fugitiuo, quia benè dominus retinet ciuilem, donec apprehendatur ab alio, ſed quamprimum eſt ab alio apprehenſus, ſtatim amittit ciuilem. d. l. 1. §. per ſeruum, qui in fuga. & iſtud dicit gl. noſtra in ſecunda parte princ. gl. ergo verum diceret in alio caſu quã in ſeruo fugitiuo, puta in re immobili me abſente, & ſi neminem reliquiſſem domi, tunc licèt quis ingrediatur domum, & naturaliter poſſideat, ego tamen retineo ciuilem animo. d. l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas, & tunc procedit glo. noſtra, ℔ donec durat illa ciuilis, impedit naturalem poſſeſſorem præſcribere, & ante Pau. Ang. hic reprobat glo. in hoc, & Saly. in ſua diſtin. & etiam Fulg. Item in alio glo. malè loquitur. ſ. in præſcriptione. 30. an. quia cùm præſcriptio. 30. an. nõ currat ex poſſeſſione, nec titulo, nec bona fide, ſed ex ſola negligentia non petentis, ideoque procedat ſine poſſeſſione, vt dixi, iſtud ℔ glo. dicit, eſt ineptè dictum, quia poſſeſſio ciuilis exiſtens penes dominum, non poteſt eſſe impedimento, vnde intellige pro certo, & ſine hæſitatione, ℔ iſta glo. procedat in præſcrip. long. tẽporis. 10. vel 20. an. in qua requiritur poſſeſſio, titulus, & bona fides, vt ſupra declaraui, & ideo ſi quis habeat naturalem poſſeſſionem, donec dominus retinet ciuilem, non poteſt inchoare præſcriptionem, ita Pau. hic in fin. colu. ita ante eum reprobat, & bene Bald. hic in fin. colum. Et per hoc vltimum nouiter reprobo prædictam deciſ. Ioann. And. de qua ſupra approbatã per Ang. & Fulg. hic, quia cùm loquatur in præſcriptione longiſſimi temporis, ciuilis poſſeſſio exiſtens penes dominum nõ impedit præſcriptionem, vt dixi. ¶Secundò contra Ioan. And. facit, & fortius, & erit tertia limitatio ad iſtam gl. ℔ ciuilis poſſeſſio exiſtens penes directum dominum, impedit naturaliter poſſidentem ne præſcribat, illud eſt verum, quando ille vellet præſcribere proprietatem contra directum dominum, & ſic vtile dominium, per ℔ dominus excluditur. ita gloſ. iſta loquitur, ſed quando naturaliter poſſidens vellet ſolùm præſcribere aliquod ius feudale, vel emphyteuticum, vel vſumfructum, certè iſta talia iura recognoſcunt directum dominum, & ſe compatiuntur cum directo domino, tunc ciuilis poſſeſſio exiſtens penes directum dominum non impedit talem præſcriptionem, ſecundum Bart. & alios poſt gio. ibi in d. l. 3. §. ex contrario. & Pau. hic in pen. colu. iſtud oſtendo viua ratione: nam qui non eſt vaſallus, ſi poſſideat 30. ann. rem tanquam vaſallus, præſcribit, & conſtituitur ac ſi eſſet vaſallus. c. ſi quis per 30. ſi de feud. defun. conten. ſit inter don. & agna. quid ergo impedit
a in deci. Ioani And. cùm emptor poſſit præſcribere [a] 30. ann. ius feudale, per ℔ recognoſcitur directum dominium? Cogita, niſi fortè dicas intereſſe directi domini non mutari ſibi vaſallũ, & illam deciſi. Ioann. And. etiam reprobat do. Abb. Pan. in c. ad audientiam in pen. col. de præſcrip. Quartò limita iſtam gloſ. non procedere in præſcribendis iurib. incorporalibus, puta ſeruitutum, quia talis præſcriptio ſtatim incipit currere non obſt. ciuili poſſeſſione domini, quæ ſtatim perditur. ita ſing. ad literam Bald. in l. ſi quis diuturno. in verſ. in præſcriptionib. incorporalium, & ibi præclaram facit diſtinctionem. ff. ſi ſer. vend.
b quãtum autem tempus [b] requiratur ad hoc, vt inducatur obſiuio, & ſic amittatur ciuilis poſſeſſio, quæ animo retinetur, gl. & Doct. plurimum variant. nam alibi glo. tenent, ℔ requiritur decennium, vt gloſ. in l. ſi de eo. §. 1. vbi Doct. ff. de acquir. poſſ. & glo. not. in l. furtum. §. 1. ff. de vſucap. & in l. licèt. in fin. & ibi Bald. & Ang. C. de acquir. poſſ. Inn. tamen in cap. 2. de reſt. in integ. tenet, ℔ non ſit neceſſarium decennium, quem refert, & ſequitur Bald. hic in fin. colu. alibi Inno. in c. querelam. de elect. tenet, ℔ hoc relinquitur arbitrio iud. & iſtud ſi inſpicias, tenet gl. in d. l. furtum. & Sal. hic, & Bald. in l. 2. in 10. & 11. colum. C. de ſer. & aqua. & in l. ſi. C. de his, qui à non domi. manum. & Cy. in l. 1. C. vbi cauſa ſtatus. & Pau. in l. 3. §. ſi quis nunciet. ff. de acq.
* poſſ. & iſtud vltimum *magis communiter tenetur*, per vulgatam
46 regulam, † ℔ quando tempus non eſt limitatum à iure, relinquitur arbitrio iud. l. 1. in fi. ff. de iure delib. intellige tamen ſemper ſm not. limitationem Bal. in d. l. ſi quis diuturno. in fi. quam
47 proximè retuli. † Item aduerte, [c] ℔ illud, ℔ dictum eſt, ℔ poſt
c longum tempus [d] inducatur obliuio, limitatur valde not. vt
d procedat, vbi tractaretur de damno. Et ſic in damnis euitãdis, quis poteſt alleg. poſt longum tempus obliuionem, ſecus quando agitur de lucro quęrendo cum alterius iniuria, vt eſt in præſcriptione inducenda, tunc non eſt probabilis ignorantia, vel obliuio etiam poſt longum tempus. Ita ſing. limitat Ioann. de Imo. in l. qui fundum. §. ſeruus. ff. pro emp. per illum text. cum gloſ. quam limitationem pro ſingulari exclamat, & ſequitur Ang. de Aret. in §. ſi quis agens. in pen. colu. Inſti. de act. Tu aduerte, ℔ iſta limitatio eſt de directo contra gl. & Doct. hic, vbi in præſcriptione inducenda, & ſic in lucris allegatur, ℔ poſt 10. an. dominus deſinat ciuiliter poſſidere, & ſic poſſit contra eum præſcribi. Iaſon Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶Præſcribere. Adde, quod hoc fallit contra Eccleſiam Rom. contra quam nõ præſcribitur, niſi ſpacio. 100. an. vt in c. cù nobis. & in cap. ſi diligenti. de præſcrip. & in cap. 1. cod. tit. lib. 6. Limita dicta iura, vt procedant in iurib. immediatè pertinentib. ad Eccleſ. Ro. ſecus ſi ad ſubditos Eccleſ. Ro. tunc ſufficit tempus commune ſecundum glo. & Doct. in c. ad audientiam. de præſcrip. & per Abb. conſ. 18. in 2. volu.

b ¶Tempus. Et ideo octo menſes non dicuntur longum tempus ſecundum Alex. lib. 4. conſil. 7. colum. 3. in fin. Adde eundem Alexan. lib. 4. conſ. 6. col. 5. PVRPV.

c ¶Item aduerte. Limitat Soc. in l. quod te. col. ſi. ff. ſi cert. peta. Cacialup. in l. 1. C. de ſum. trin. colu. 66. PVRPV.

d ¶Tempus. Adde, quod dicatur tempus longum, eſt gloſ. 2. in l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur.

* Et fac. illud, quòd inducitur ſeu præſumitur obliuio ex lapſu decem annorum in re magna, & graui, & quod fortius eſt in re propria. Natt. conſ. 315. col. 8. num. 10. non tamen præſumitur in facto multum nota. etiam ex antiquitate temporis, teſte Aym. conſ. 134. num. 31. pro his autem, quæ ſcribit Iaſ. hic, vide Alex. in l. ſi de eo. §. ſi forte. ff. de acquir. poſſ. Neuiz. conſ. 8. nu. 61. Boer. quæſt. 39. nom. 8. Rot. Bono. Deciſ. 10. Alex. conſ 33. num. 4. conſ. 35. lib. 6. vbi Doct. in apoſt. plura not. conſ. 99. num. 26. lib. 5. conſ. 6. num. 14. lib. 3. conſil. 88. colum. fin. verſ. non obſt. lib. 2. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu ſerui quocunque modo celebrato acquiritur domino.*
2 *Dans alicui pecunias, vt emat ei domum, & emit nomine ſuo, cui acquiratur dominium.*
3 *Pro furto rei meæ prodita ſunt mihi duo remedia.*
4 *Allegans contraria non eſt audiendus. & num. 12. & 20.*
5 *Furtum non fit ſine animo lucri.*
6 *Si quis contrectat pecuniam, vel quid aliud ad vtilitatem domini, ſi tamen dominus nolit contractum approbare, dicitur committere furtum, licèt animum furandi non habuerit, & num. 7.*
8 *Ex contractu ſerui domino acquiritur actio mandati, ſi contractum approbauit.*
9 *In caſu legis noſtrę an domino poſſit compere rei vendicatio.*
10 *Frater in communi ſi emat prædium, an tale prædium efficiatur commune.*
11 *Actio mandati, & actio furti poſſunt aliquando concurrere.*
12 *Intentans remedia contraria non auditur, niſi incertitudo proceſſerit facto rei. num. 13.*
14 *Ex quacunque cauſa creditor prohibiliter dubitat, admittitur libellus incertus.*
15 *Sicut admittuntur actiones contrariæ propter factum rei, ita admittuntur poſitiones contrariæ.*
16 *Probationes contrariæ, vel ſententiæ contrariæ non admittuntur. & nu. 18. & 19.*
17 *Poſitiones alternatiuæ an admittantur.*
20 *Allegans contraria eſt repellendus, fallit tamen in ſeptem caſibus, vt infra num. 21.*
22 *Reus excipiendo, an poſſit vti contrarijs exceptionibus tam in criminalibus quàm in ciuilibus. num. 23.*
24 *Ad euadendam pœnam homicidij non ſufficit, quòd reus dicat, & probet, quòd fecit ad ſuam defenſionem, ſed oportet, quòd dicat ad neceſſariam.*
25 *An ſi ſententia iudicis contineat contrarietatem, admittatur, & numero 26.*
27 *Si teſtis dicat aliquid factum menſe Maij, imò menſe Iulij, an valeat vltimum.*
28 *An in modo procedendi ſit licitum intentare diuerſas iuriſdictiones.*
29 *Si iudex in cauſa criminali procedat contra reum accuſatum ex accuſatione, & inquiſitione proceſſus eſt nullus.*

De

Source : BIU Cujas

De furtis. Rubr.

LEX PRIMA.

SI ex pecunia. Iſta lex ſecundū, quod exordiunt Docto. eſt multum vtilis, & difficilis, & licet per Cyn. & Bal. plura ſcribantur, tamen ego ſolùm attingam ea, quæ pertinent ad intellectum text. & gloſ. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur deciſ. In ſecunda ponitur ratio decidendi. Secunda incipit ibi, [neque.n.æquitas.] vel ſecundum Sal. diuiditur in tres partes, vt in tex. partes tres ponūtur. In prima ponitur thema, ex quo tacita quæſtio. In ſecunda deci. In tertia ratio decidendi. Secunda ibi, [eligere debes.] Tertia ibi, [neq; n. æquitas patitur.] h.d. in ſumma. ſecundum Bart. Allegans contraria non eſt audiendus, vel ſic ſecundum Bart. Quando ſunt duæ actiones, quæ non contradicunt origine ad inuicem, ſed in exercitio contradicunt, non poſſunt ſimul intentari, ſed debet quis vnam eligere. h.d. ¶† Ad euidentiam primò præmitte ſecundum Pau. de Caſt. ℘ ex contractu celebrato per ſeruum, ſiue nomine domini, ſiue nomine ſerui, ſiue ſimpliciter celebretur, ſemper & omni caſu quæritur ex tali contractu domino ignoranti, & inuito. l. ſeruus verante. ff. de verb. oblig. & l. 1. ff. de preto. ſtipu. & quaſi per totum tit. ¶† Secūdò præmitte propter figurationem caſus, quod ſi trado pecuniam meam alicui, & mando, vt quærat mihi domum ex tali pecunia mea, pone nunc, ℘ qui debebat emere nomine meo, emit nomine proprio, tunc iſto caſu non tranſit in me dominium, ſed tranſit dñium in eum, cui mandaui, vnde ſecuta traditione non poſſum agere rei vend. quia non ſum dominus, ſed ego habeo poſtea actionem mandati contra illum, cui mandaui, vt tradat poſſeſſionē, & ſic trāsferat dñiū in me. de hoc habetis multos caſus no. quos. ĵ. alleg. in vlt. not. & in l. ſi ita quis promiſerit. §. Scia cauit. ff. ſte verb. oblig. ¶† Tertiò præmitte propter iuuenes, ℘ pro furto rei meæ prodita ſunt mihi duo remedia. vnum eſt, ℘ appellatur condictio furtiua, quæ competit ad reſtitutionem rei. ſecundò competit actio furti, & iſta competit ad duplum, vel quadruplum, & iſtæ actiones competunt ad diuerſa, & poſſunt ſimul intentari. l. ſi pro fure. §. 1. ff. de cond. fur. licet, n. iſtæ duæ actiones competant ad diuerſa, tamen quia tendunt ad improbandum factum aduerſarij, poſſunt ſimul intentari, licèt tendant ad diuerſa. ¶† Primò not. hic *ſecundum omnes* illud vulgatum, ℘ allegans contraria * non eſt audiendus. concor. ſunt in gl. adde text. not. in c. qui duas. & ibi glo. tangunt. de ele. in 6. gl. in c. ſolicitudinem, & ibi percipuè Bald. in vlt. colu. de appel. Et pondera text. ibi, (ex pecunia tua.) & ibi, tu, nā prę-ſupponit text. ℘ pecunia eſſet dñi, in qua procedit, ℘ in text. dicitur, quid ſi peculiaris eſſet pecunia ſerui, nunquid tunc procederet tex? & omiſſis allegationibus, dico, ℘ ſic, ℘ iſte tex. procederet, qa licet in pecunia ſeruus habeat adminiſtrationem etiā in damnificando dñm. l. ſed ſi damnum. §. ſi ipſe ſeruus. ff. de pecu. etiam inuitum. l. & ancillarum. §. ſi ſeruus. eo. tit. tñ in iſta adminiſtratione non venit alienatio, ℘ ſeruus poſſit diſtrahere, niſi habeat adminiſtrationem cum libera, per text. in l. ſi liberam. C. ℘ cum eo. & in l. ſi conuanerit. 2. §. fin. ff. de pign. act. ¶ Secundò habetis not. ex text. ibi, (vtrum furti actionem,) ℘ ſi ſeruus mandet alicui, vt ex pecunia dñi aliquid emat, ℘ ſi iſte mandatarius ſciens faciat emptionem, iſte mandatarius dicitur contrectare pecuniam dñi eo inuito. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. Sed opp. ſm Bart. ℘ furtum non fit ſine animo [b] lucri. l. ſi quis teſtm̄. §. fin. ff. ad leg. Aqui. l. 1. §. furtum. ff. de furt. & Inſt. de obl. quæ ex quaſi deli. naſ. in prin. quomodo ergo iſti mandatarij dicuntur committere furtum, cùm non habuerunt animum lucrandi? Cyn. in 1. opp. ſoluit trib. mod. poſt Antiquos. vera ſolutio eſt, † ℘ furtum committitur animo lucrandi ſibi, vel alteri. l. ſi qs quid perferendum. ff. de fur. ſicut iſti mandatarij in caſu noſtro volebant lucrari ſeruo, ergo, &c. ſunt tñ aliqui caſus ſpeciales, quos non tango nunc, vbi fit furtum ſine aīo lucrandi, videlicet in l. ſi fullo. §. qui ancillam. ff. de fur. & in l. q̄ ſaccum. eo. tit. Sed vt dixi illi ſunt caſus ſpeciales. ¶ Tertiò ex eo. tex. no. ſm Ang. in vna lect. † ℘ hic eſt caſus not. ℘ ſi qs contrectat pecuniam dñi, & ad vtilitatem dñi, tñ dñs nolit ꝯctum approbare, committit furtum, etiam ſi non habuit animum furandi, & propterea dicit Ang. in d. lec. per iſtum text. ℘ ſi aliquis proxeneta familiaris dño intrauit ſtabulum dñi, & vendiderit equū vitioſum dñi ſine licentia dñi, tñ iſte proxeneta committit furtum, ſi dñs non approbat factum per iſtum proxenetam. Tñ tu aduerte, ℘ iſte text. non probat hoc, qa in text. iſto tales mandatarij non faciebant vtilitatem dñi, tñ auctoritas Ang. eſt magna. ¶† Quartò not. ibi [actionem furti,] ℘ hic eſt caſus, vbi ſtat in voluntate dñi, an aliquis committat furtum, quia in caſu noſtro ſi dominus approbat factum ſerui, mandatarij non faciunt furtum, aliàs ſic, ita no. Ang. hic in fi. & propterea Ang. hic dicit eſſe text. contra doctr. Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. eod. vbi quærit Bart. iudex inquiſiuit contra aliquem de furto, comparet dominus rei ſubtractæ, & dicit illud furtum fuiſſe factum voluntate ſui, an liberetur ab actione furti? arguit ibi Bart. pro & contra, finaliter videtur determinare, ℘ non, dicit Ang. ℘ in contrarium eſt text. hic. Ego puto non procedere iſtam reproba. Ang. quia iſtud procedit quo ad præiudicium partis, ſed quo ad pœnam corporalem non eſt in poteſtate domini, vt relaxetur fur, tanquam iſte non ſit fur, ſed quo ad pœnam dupli iſta aſſertio domini bene prodeſt. ¶† Quintò not. ibi [an mandati potius inferre debeas,] ℘ ex contractu ſerui domino acquiritur actio mandati, ſi contractum approbauit, ſed oppo. de l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de neg. geſt. vbi, ℘ meo nomine geſtum non eſt, ratum habere non poſſum, ſed hic nō eſt geſtum nomine domini, ergo, &c. Reſpondent hic Doct. ℘ illud, ℘ dicitur, ℘ non poſſum habere ratum illud, ℘ meo nomine geſtum non eſt, eſt verum, ſi tamen volo habere ratum tanquam geſtum nomine meo, ſecus ſi aliorum, & alibi ita reſpondet Bart. in l. 1. C. qui admi. in pen. colu. verſ. vlterius opponitur. & ibi Cyn. in 10. oppo. aliàs quarta. & Bal. in 19. opp. & ſic habes, ℘ in hoc text. dominus habet actionem mandati, & actionem furti. ¶ Pulchrum eſſet nunc videre, an iſti domino competat rei vendicatio, quando dominus approbauit contractum, & vtilitas eſt magna, quia pone, ℘ iſtud prædium peruenisſet ad manus tertij, contra quem non competit actio mandati, poſſet tamen ageſe rei vendi. & ſic iſta eſt vtilitas. tangit Cyn. in 2. q. princ. & dicit, ℘ non, quia rei vend. non competit niſi vero domino, & non datur niſi contra poſſidentem. l. 1. C. de alie. iudi. mun. cauſa fac. tunc ſic, quando aliquis emit aliquid ex pecunia mea, illud non efficitur meum. l. 1. C. ſi quis alte. vel ſibi. Fallit in pecunia minoris, Eccleſiæ, & militis, quia ſi quis ex illa emit aliquid, dominium ipſi cuius eſt pecunia quęritur. vt eſt text. in l. ſi vt proponis, vbi gl. & Doct. C. de rei vēd. & gloſ. in l. vxor marito. in 1. glo. & fin. ff. de dona. inter vir. & vxo. & multos caſus, in quib. ſi ex pecunia mea ſuo nomine quis emit, quæritur mihi non ſibi, ponit Bald. in l. 1. C. ſi quis alte. vel ſibi. & ſic per iſtam regulam concludit Cyn. ℘ iſte dominus non poſſet agere rei vend. Ego puto Cy. malè dicere, quia text. non aperit, an iſta prædia empta ſint nomine mandatariorum, an ipſorū ſeruorū, ſed de ſi iſti mādatarij emiſſent prędiū nomine ſerui, aut nomine domini, tunc dico, ℘ competeret rei vend. qnia dominium non eſſet eis acquiſitum, ſed domino. ¶† Dubitat etiam Cyn. poſito, ℘ in caſu huius legis directa rei vend. non competat domino, an ſaltem in ſubſidium competat rei vend. quando aliàs non poſſet conſequi. prædium, videtur, ℘ ſic per l. mater. C. de rei vend. Sed Cyn. determinat contrarium, quia l. mater. ptocedit, qnando res deſijt exrare. alleg. glo. in l. Proculus. ff. de fun. dot. ponunt Bart. & alij Doct. in d. l. mater. Bald. in l. pen. C. de ſer. pign. dat. man. &c. Et ad id, ℘ dixi, ℘ res empta ex pecunia mea non efficitur mea, dubitatur, quid in plurib. fratribus. † Quid. n. ſi frater ſtat in communi, & emat prædium nomine proprio ex pecunia communi, an efficiatur commune prędium? dicit alibi Bald. ℘ non. ita tenet Bart. in l. Titium, & Mcuium. in §. altero. in vlt. col. ff. de admi. tut. Contrarium eſt verius, & contrarium [c] tenet Bald. in l. 1. C. ſi quis alte. vel ſibi. & in l. ſi vt proponis. in fin. C. de rei vēd. l. ſi ſocius. ff. ſi cert. pet. & in l. fin. §. quatuor. per illum text. vbi pulchrè

ADDITIONES.

a ¶ Contraria. Adde l. eum qui. C. de inof. teſta. l. Titiæ. ff. de cond. & demon. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. reg. nullus plurib. de reg. iur. lib. 6.

b ¶ Sine animo. Limitat Dec. in c. appellatum. in 8. not. de appel. in c. gratum. col. 4. limi. 3. de of. deleg. PVRPV.

c ¶ Contrarium. Adde, quod imò Bart. dicit verum, quod non efficitur mea, fateor tamen, quòd venit communicanda, & vide Iaſ. in l. 1. in 5. colu. ĵ. qui teſta. fac. poſſ.

* Et quæ not. Barb. conſil. 22. num. 9. lib. 1. Bertr. conſil. 37. lib. 5. Natt. conſil. 94. num. 10. 358. num. 6. & ſeq. & dic, quod ſi vnus fratrum emat fundum communi nomine, & in inſtrumento non dicatur de cuius pecunia, quod præſumitur de propria ementis. Natt. d. conſ. 94. nu. 10. & ideo ſi alter vnlt fundi partem, debet partem pecuniæ refundere. Bart. in l. 1. C. pro ſoc. Deci. conſil. 628. in prin. cuius contrarium ſcribit Natt. d. conſ. 358. nu. 6. vbi poſt plura concludit, quod frater emens nomine ſuo, & fratrum, præſumitur emiſſe de bonis communibus, & de cōmuni pecunia, pro quo vide limitata. quam ponit Aym. conſ. 129. nu. 4. vbi tenet contra Rom. conſ. 3. ibi alleg. ſi ſit emptus fundus nomine proprio de pecunia communi non communicatur. l. pen. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. ſi patruus. C. communia vtr. iud. l. ſi ex ea pecunia. C. de rei vend. fallit in pupillo, in ſocio omnium bonorum, & ſi talis contractus fierer ignorante fratre. Alex. conſ. 49. nu. 12. lib. 1. MASVER.

pulchrè loquitur.ff.de leg.2. & in l. cùm duob.§.ſi fratres.ff.pro ſocio.in lect.antiq. vbi poſt Cyn. refert fuiſſe vnam arduã quæſtionem in facto,de qua ibi per eum,& ita etiam tenet Bald. in l.ſi patruus. per illum tex.C.communia vtriuſque iud.& iſtam partem ſecutus eſt.d.Alex.in conſ.46.in 1. vol.inc.maturè ponderatis.in verb.hoc expreſsè decidit Bald. ¶Capio gl.in verbo, bonæ fidei.Iſta gl.ordinatè proceſſit. ideo ego diuido iſtam gl. in ſeptem partes. Primò declarat.Secundò opponit cõtra text. allegando quinq; leges pro contrarijs, & licet gl. alleget ſimul omnes,tñ ſm Doct.veniunt ſeparatim. Tertiò gl.reſpondet ad omnes ſimul.Quartò ſm Doct.dat aliam ſolu.ſeparatam, ſed ſententia mea eſt declaratio primæ.Quintò glo.ponit aliud dictum,quæ eſt alia ratio ad text. noſtrum, & non eſt alia ſol.ad text. prout dicunt aliqui.Sextò gl.opponit contra text.& ſe remittit.Septimò glo.reuertendo ad contraria formata in ſecunda parte,reſpondet alio modo.Secunda incipit ibi, [ſed certè.] Tertia ibi,ſol.Quarta ibi, [vt clarius videas.]Quinta ibi, [eſt ẽt ratio.]Sexta ibi,[quandoque tñ contraria.]Septima ibi, [alij reſpondent illi legi.]¶In ead.glo.ibi.[& ff.commodati.l.ſi ſeruus. 1.]licèt glo.ſimul miſceat iſtud contrar.um cum alijs,& ſimul reſpondeat,tamen malè facit, quia alio modo reſpondetur ad iſtud contrarium, & alio modo reſpondetur ad alia contraria, & prima ſol. glo. quantum ad d.l. ſi ſeruus. non eſt bona. vnde
* *omnes Doct.* excepto Bald.tenent vltimam ſol.gl. ad illam.l.Bald. in 1.oppo.ponit aliam ſol.& dicit.l.ſi ſeruus. non facere ad propoſitum,quia in l.ſi ſeruus.ſiue agatur actione furti,ſiue actione commodati, ſemper agitur ad vnam rem. Sed in caſu noſtro.l.iſtius legis non eſt ſic,quia actio mandati,& cõdictio furtiua competunt ad diuerſa, quia cõdictio furtiua competit ad pecuniam,ſed actio mandati competit ap prædia empta.ſubdit etiam ſubtilius Bald.& dicit, ꝙ in l.ſi ſeruus, † actio commodati,& actio furti ſimul concurrunt,etiam in exercitio,ſed in caſu noſtro non. & diuerſum eſt,quia in caſu noſtro, ſi vult dñs agere actione mandati,approbat contractum, ſi vult agere furti,reprobat,ſed in caſu.d.l.ſi ſeruus.actio furti,& commodati tendunt ad improbandum factum. vnde Bal. ſentiens ſuũ errorem dicit, ꝙ quis poteſt improbare, ꝙ approbauit circa qualitatem facti, ſecus ſi circa factum principale, tñ Bald.errauit,quia in caſu.l.noſtræ,qñ dñs agit actione mandati,oportet, ꝙ approbet contractum: qñ agit furti,oportet, ꝙ improbet. Item in l.ſi ſeruus, qñ dñs agit cõmodati, approbat, vnde dic, ꝙ illa lex intelligitur ſm iſtam,& iſta ſecundum illam.l. ꝙ in l. ſi ſeruus.ille duæ actiones competunt origine,ſed contradicũt exercitio,vt hic,& ſic patet, ꝙ vlt.ſol glo.eſt vera.¶In ea.gl.ibi. [l.ſi mandauero.2.§. ſi tibi.]inquantum Iuriſcon.ponit caſum, & non decidit, videlicet, ꝙ ſi do pecuniam alicui, vt cui vult, tradat,ſi retineat pro ſe,committit furtum,ſed cui debet tradere,videatis Bald.in l.ſi is cui.j.cod.¶In ead.glo.ibi,[cùm vtrobique agatur.]iſtam primam ſol.tenent omnes Doc.hic,quantum ad quatuor leges allegatas hic, excepta.l. ſi ſeruus.ff.com-
12 mo. ex qua ſol. not. † ꝙ ideo in hac lege non poteſt dominus effectualiter agere mandati,& actione furti,& cõdictione furtiua,quia agendo mandati approbat factum ſerui, ſed agendo furti, & condictione furtiua improbat, & ideo tanquam contrarius repellitur, ſecus in caſibus contrarijs,vbi exercitio non ſunt contrariæ actiones, quinimo in legibus contrarijs omnes illæ actiones tendunt ad eundem effectum. ſ. ad improbandũ factum ſocij.iſtam ſolu.tenet glo.in c. vt quis duas. in gl.fin.de elect. in 6. Puto aduertendum, licèt omnes ſic tranſeant cum cum iſta ſol. quòd in legib. contratijs illæ actiones admittantur, eoquia non ſunt contrariæ exercitio. Mihi videtur, ꝙ Doct.non bene dixerint circa.l.3.ſ.depoſi. inquantum volũt, quòd ibi actio depoſiti,& furti non ſint contrariæ in exercitio, nec in origine;nam ſi ſic eſſet, ſequeretur, quòd qui egit depoſiti,poſſet poſtea agere furti,per reg.l.rei communis.cum.l.ſeq. ff.pro ſocio.& tamen in ſententia text.in d.l.3.C.depo.dixit oppoſitum, ſi bene ponderetur ille text. & tamen ſi verum eſſet illud,quod dicunt Doct.ille text.malè diceret,& propterea puto, quòd alia ſit verior ſolu. ad illud contrarium, quòd illa.l.3. concordet cum.l. noſtra, & ſic quemadmodum in iſta.l.actio mandati, & furti à princ. origine competunt, tamen exercitio contradicunt. ita in l.3.C.de poſ.actio furti,& depoſiti competunt origine,ſed exercitio contradicunt,& ratio eſt, vt in l.noſtra: nam ſi hic dominus ageret mandati, approbaret factum ſerui:ſi furti,improbaret, & ſic eſſet ſibi contrarius,ita ibi agendo depoſiti cùm vſuris aprobat illud, quod fecit depoſitarius vtendo re depoſita:ſi furti,improbat. Eſt tamen verum, quòd ſi ageret depoſiti ſine vſuris, poſſet agere & furti, & iſtud eſt, ꝙ dicit text.in l.rei communis.in fin.ff.pro ſoc.quia iſtę duę actiones tenderent ſolum ad impugnandum factum depoſitarij, & iſta eſt veritas.¶In ea.gloſ. ibi, [hic contingit hæc contrarietas, ibi non] iſta reputatur ſecunda ſol. ſecundum Doct. ſed opinione mea iſta eſt declaratio primæ ſolutionis, quia non poteſt agere mandati,& furti,quia agendo furti, agit nomine proprio,agendo mandati, agit nomine ſerui, ad quod non debet admitti tanquam contrarius, ſed in caſib. contrarijs ſemper agit nomine proprio:Iſtam ſolutionem reprehendit Bart.& alii ter reprehendunt Sal.& Fulg.per l.ſi ſeruus.1.ff.commo.vt hic per eos, licèt de illa.l. ſatis.ſ. dictum fuerit. ¶In ea.glo. ibi[.l ꝙ in hæredem.§.eligere]dicunt Doct.quòd ideo in l.1.§.quod au-
13 tem. † intentans remedia contraria auditur, quia incertitudo proceſſit facto rei,quo caſu tunc licet actori intentare contraria remedia cum proteſtatione, quòd vnum tantum remediũ proſequatur.Circa.d.§.quod autem, aliàs quia autem.Bald.hic in 3.opp. plura ſcribit. ponunt Bart. & alij in l.edita. in materia cumulationis.C.de eden.& Bart. in l.vbi autem.§.fin. & in l.ſtipulationes non diuiduntur. in vlt.quæſt. & ibid.Imo.in vlt.col.
a ff.de verb.oblig.& Inn.& Canoniſtæ [b] in c. 2. de lib. oblat. Bart. in l.certi condictio.in princ. in pen.col.ff.ſi cert. pet.& in l.ſi cũ exceptione.§.hæc autem.ff.quod metus cauſa. & in l.nemo ex his.§.1.ff.de reg.iur.glo.in c.Abbate. in glo. magna.de re iudi.in 6.vide text.in cap.cùm cauſam.de emp.& vend.& in cap.conſtitutus.vbi not.Inn.de in integ.reſt.& ibi Inno.egregiè extendit d.§.quod autem, vt procedat non ſolùm quando incertitudo prouenit ex facto aduerſarij, ſed etiam quando prouenit ex alio quocunque errore probabili, & ſequuntur Ioann. Fab. & Angel.de Aret.in §.ſed iſtæ.Inſti.de actio. Item adde elegans di-
14 ctum Inn.in d.cap.2.de libel.oblat.† quòd quando ex quacunque cauſa creditor probabiliter dubitat, admittitur libellus incertus.Item vide Inn. & alios in cap. ex literis.de pign. gloſ.in l. ſiue contra.§.1.in verbo, ex Senatuſconſ.ff. de lib.agno. Item limita.d.§.quia autem. per Angel.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur,& ibi per Angel. in fin.princ.refert, & ſequitur Alexan. in conſil.182.in 2.vol.incip.lectis,& ponderatis. Item adde ſingulariſſimum dictum Bald.in repe.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.in 10.colu.in verſ.2.quæritur,pone, quòd reus contra ſententiam opponit. Dicit etiam ſignanter hic Bald. in
15 3. opp. † quòd ſicut admittuntur actiones contrariæ propter factum rei, quòd ita admittuntur poſitiones contrariæ, alleg. cap.ex parte decani. in verbo dolo. de reſcrip. cum ibi not.per
16 Inn.† Dicit tamen Bald.quòd licèt libellus,& actiones contrariæ, & poſitiones contrariæ admittantur propter incertitudinem aduerſarij,tamen dicit,quòd non admittuntur probationes contrariæ, vel ſententia. Addo idem tenere Ant.de Butr.in cap. tertio loco. ad fin. de proba. Bald.in l.2.C.de ſen. quæ ſine
17 cert. quanti. † An poſitiones alternatiuæ admittantur,ponunt Can.in cap.ex parte decani extra de reſcrip.per illum text.& dicunt, quòd ſic dicunt tamen Imo. & Ant.de Butr.quòd ideo ibi admittitur alternatio, quia vtrunque remedium ſufficiebat
18 pro victoria. † Inquantum vult Bald. quòd nunquam probatio contraria admittatur, adde idem velle Bart.in l. ſi rem.in fi.
19 ff.de rei vend. Bald.in l. 2.C. de ſen. quæ ſine cert. quanti. † An ſententia contraria valeat, vide hic Bald.in 3.opp. & plenius in 8.colum.¶In ea.glo. ad fin. puto iſtam glo.quantum ad l.ſi ſeruus.1.ff. cõmoda. & l.3. C.depoſi. bene dicere. quantum verò
20 ad alias leges glo.non bene dicit.¶† Extra glo. quomodo procedat illud,quod dicitur in l.noſtra,quod allegans contraria,eſt repellendus,materia eſt brocardica, & Doct. varias theoricas tradiderunt, inter alias videtur melior illa Bart. hic in verſ. ſumus expediti de glo.qui diſtinguit, quòd aut quis vult intentare contraria remedia contra diuerſos,aut contra vnum. In primo caſu poteſt in diuerſis inſtantijs, & non repellitur. Alleg. l. Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſt.Fulg.hic dicit, quòd ille. §. non meretur allegari, quia illa remedia non ſunt contraria, ſed ſe compatientia. & licet Fulg. non dicat,Bartol. met ibi dicit,quòd ille.§.non facit ad propoſitum, & quòd nõ faciat ad propoſitum,probo,quia nos loquimur quãdo remedia contraria agendo intentantur. ille.§.loquitur, quando duo contraria remedia intentantur excipiendo. Aut intentantur duo remedia contraria contra vnum, & tunc quædam ſunt contraria origine, & exercitio,quędam contraria non origine, ſed exercitio. Primo caſu adhuc diſtinguitur, vt hic per eum. Inquantum Bart. allegat.l.Aurelius. §.fin.ff.de lib.leg. malè alleg.quia nunquam origine in illo.§.competijt niſi vnum remedium, & non duo, vt ibi, ita inuenio dicere Ang.& Fulg hic. ¶Ego in hac materia capiendo omnia dicta Bart. Cyn. Bald. Sal.& Pau.de Caſt.faciam regulam cum fallentijs. Regula eſt, ꝙ allegans remedia contraria nõ eſt audiendus. concordantes allegaui

ADDITIO.

a ¶Canoniſtæ. Adde Maria.de Sen.in d.c.2.de libel.oblat.

Source : BIU Cujas

21 allegauſ in text.in not.¶† Iſta regula primò fallit, quando quis intentat contraria remedia contra diuerſos in diuerſis inſtantijs,quia res inter alios acta,&c. Secundò fallit, quando remedia ſunt contraria & origine,& exercitio;& quando quis intentauit vnum remedium ſibi non competens, iuſta ignorantia tunc admittitur ad remedium contrarium competens. d.l.mater.ff.de inoffi.teſta.cum concor.de quib.hic per Bart.Fallit niſi obtinuiſſet in iſto remedio incompetenti.l. ſi ſeruus plurium. §.1.ff.de leg.1.vt hic per Bart.Tertiò fallit in caſu.l.fin.verſ.pen. C.de codic.Quartò iſta regula fallit, quando incertitudo cauſatur ex facto aduerſarij,& ſic rei, tunc admittitut contrarium remedium cum proteſtatione, quòd cum vno tantum vult obtinere.l.1.§.quia autem.ff. quorum leg.de quo text. ſ.latè dixi. Quintò iſta regula fallit,vbi remedia contraria intentantur non purè,ſed conditionaliter,puta ſi dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt,appello.de quo puncto plura ſcribit Bald hic in 3. opp.per totam,& plenius Bart.in l.ſi expreſſim.ff.de appel.cum infinitis concor.Sextò fallit,niſi ex generali conſuetudine contrarium ſeruetur, ꝙ remedia contraria intentẽtur, puta, quis non poteſt intentare publicianam, & rei vend. tamen ex conſuetudine inductum eſt.per c.Abbate ſanè.de re iud. in 6.ſecundum gl.quæ facit mentionem de hac conſuetu.in §.aliæ. Inſti. de act.ponit Bart.in l.1.in prin.ff.de public. & latè Bal. hic in 5. op.& Imo.& Butr.in c.2.de lib.oblat. & dicunt Bal. & Sal. hic, ꝙ ideo ſuſtinetur iſta conſuetudo, quia eſt fauor litiũ minuendarum,& quia quaſi eadem probatio requiritur in rei vend.ſicut in publiciana. Septimò limita alijs duob.modis, qui colliguntur ex dictis Bartol. in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acq.poſſ & ibi Alex.not.in 28.colu.& ibi dixi Ad vnum tamen aduerte,quòd licèt allegans contraria non debeat audiri,vt hic, tamen ſi aduerſarius non vult eum repellere in totũ, ſed vnũ de contrarijs acceptare pro ſe, poteſt hoc facere. ita ſingulariter Bal.in l.cùm præcum. C.de lib.cau. & reputat iſtud dictum
22 not.dignum.iſta procedunt in actore.¶† Quid in reo,nunquid reus excipiendo poſſit vti contratijs exceptionib. Bartol.hic in verſ.quæro an excipiendo.tangit, & ſe remittit ad.l.nemo.ff.de excep.Bald.hic tangit in 6.quæſt.in verſ.circa ſecundum, & videtur ponere vnam regulam, quòd ſic fauore liberationis, & ponit multas fallentias,quas ponit gl.in l.nemo ex his.ff.de reg.
23 iur.¶† Quid in criminalibus, an reus accuſatus [a] de homici-
a dio poſſit opponere exceptiones contrarias,puta negare, quòd fecerit homicidium,& ſi fecit,quòd iuſtè fecit, puta ad defenſionem ſuam neceſſariam, ponunt Bald.& Sal.hic. Dyn & Io. And.in regula nullus plurib.de reg.iur.lib.6.tenet, quòd non,tamen Bart. tenet contrarium in Auth.contra, qui propriam.C. de non nu.pec.& Bart.in l.cùm de indebito. in princ.ff.de prob. & Bart.in conſ.incip.quidam accuſatus de adulterio.dicens, ꝙ illa l.nihil facit pro eis,imò cõtra eos,rationib.per eum in vtraque.l.hic alleg.ponit And.de Iſer.& Bal. in c.1.§. item ſi vaſal.ſi
24 de inueſt.feud.contr.fuc.d.Abb.Pan. in c.is, qui.de ſol.¶† Circa illud vltimum perpetuò no.ꝙ ad euadendum pœnam ho-
b micidij nõ ſufficit,ꝙ reus diceret, & probaret, [b] quòd fecit ad ſuam defenſionem,ſed oportet,ꝙ dicat, ad neceſſariam ſuam defenſionem. ita ſingulariter Bald. in l.data opera.C.qui accu. non poſſunt,in 15.colu.de quo facit feſtũ Lud.Ro. in ſing.ſuis. 28.de cuius dicti veritate latè ſcripſi.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.
25 ¶† Quid in ſententia, ſi ſententia iud.contineat contrarietatẽ, an admittatur? ponit Bald. hic in 6.colu. & Bald.in §. quib.in 1.conſti.C & Bart.not.in l.duo iudices.in fin.ff.de re iud. aliquæ lect.habent ſub.l.præſes.vbi dicit,quid ſi cauſa eſt commiſſa ad conſilium ſapientis & vnus cõſuluit vno modo,alius alio modo,& iudex fert ſententiam ſecundum conſ.ſapientis,quid iuris, & latè Ioann. Andr. in regula, nullus ex conſ.de reg.iur.in mercu.de hoc Cano.habent glo. in cap.ſi is, qui præeſt.§.cùm ergo.in glo.1.mag.l.1.quæſt.3.de qua glo. facit magnum feſtũ, & eam alleg.pro ſing.in propoſito Rom.in repe.rub.de arbi.in 24 colu.Rom.in conſ.14.inc.idem de iure concludendum pu
26 to.¶†Et circa iſtud,an ſententia contraria valeat, dicit Bald in 8.colu.quòd ſi iudex diceret, condemno, imò abſoluo, ꝙ iſta ſnĩa valet. per l. Stichus imò Pamphilus. ff.de manum. teſt. & dicit Bald.quòd de hoc eſt vna glo. in Decretis.voluit Bald. alleg. not.glo.in cap. prædicator. in glo.3.16.quæſt.1.quam glo. not.alleg.d.Abb.Pan.in cap.innotuit.in 2.colu. in prin.extra de elect.de hoc eſt text.in l.ſi ita ſcriptum fuerit. ff.de hær. inſti.in
27 princ.vbi Bart.pulchrè loquitur.¶†Quid in teſte, qui dicit factum menſe Maij, imò menſe Iulij, an iſtud vltimum valeat? ponit Barto.in l.Stichus imò Pampnilus.per illũ text.ff.de manum.teſt.& in d.l.ſi ita ſcriptũ fuerit.in fi.princ.ff.de hær.inſt.ꝙ
28 ſic. ¶† An in modo procedendi ſit licitum intentare diuerſas iuriſdictiones,puta ſi iudex dicit, quòd procedit tanquam ordinarius,& tanquam delegatus,vel tanquam arbiter,& arbitrator,an valeat iſte proceſſus? Bald.hic in vlt.colu.& in vlt.quæſt. ponit, & Bald. in l.1.C.qui pro ſua iuriſd. & melius quam alibi Bald. in cap. ſi autem inter pares. in princ. de leg. Conra.in vſi.
29 feud.† dicit tamen Bald.hic,quòd ſi iudex in criminali procederet contra reum accuſatum ex accuſatione, & inquiſitione, ꝙ proceſſus eſt nullus,& ita etiam vult Bald.in repe. Paduana. l.edita.in 22.col.verſ.quæro.C.de eden. Iaſon May.

ADDITIONES.

a ¶Accuſatus.Addè Bald.in l.lacus.ff.de acq.rer.dom.
b ¶Probaret.Vide Decium in l.nemo ex his.ff.de reg.iur.
* Et quæ habentur inter communes opin.lib.8.verſ.Homicidij.Bald. in l.ſiquidem.C.de excep.in Auth.contra,qui propriam.C.de non nu.pec.& dic,quòd confitens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, eam non probando, non punitur vt homicida,ſed mitius,teſte Rob. de ord.iudi.cap. 42.nu.29. Grammat. Deciſ.5.num.14.Declara,vt per Hippol.ſing.185.Bonifa.Vital.tit.quid ſit accuſatio,num.114. & vide eundem Iaſ. in l.vt vim.nu.13.ff.de iuſt. & iur.Por.lib. 1.concl.15. Boer.quæſt.164. par.1.& quando, & ex quib. ſignis præſumatur factum ad defenſionem,not.Aymo conſ.119. num.7.conſ.151.num.18.verſ. alibi ſcribit Ang.vbi, quòd ſemper præſumitur ad defenſionem. Dec. conſil. 459.colu.2.496. col.pen.conſ.528. in fin.Fel.in ca.ſignificata.2. colum.4.& 5.de homicid. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *In omni iudicio quantuncunque ſummario debet tamen perſona legitimari.Et quid in iudicio, quando imploratur officium iudicis. numero 3.*
2 *Quando cauſa principalis eſt ſummaria, vel executiua, omnes articuli,qui ex illa cauſa emergunt,debent ſummariè expediri, & numero 4.*
5 *An qui agnouit bonorum poſſeſſionem præſumatur in dubio tempore congruo agnouiſſe.*
6 *Quando tempus eſt fundamentum intentionis alicuius, tenetur præcisè tale tempus probare.*
7 *Vbi in aliquo actu reperitur iuterueniſſe decretum iudicis, omnia præſumuntur ritè, & rectè facta.*
8 *Iſte terminus occaſio,denotat cauſam remotam.*
9 *Bonorum poſſ.an ſit ius perſequendi.*
10 *Multæ ſunt differentiæ inter bon.poſſ.& hæreditatem.*
11 *Solus pupillus non poteſt hæreditatem adire ſine tutore.*
12 *Hæreditas ſolo animo aditur ſine præſentia iudicis.*
13 *Tempus adeundi hæreditatem de iure ciuili currit ignoranti.*

Qui admitti ad bon. poſſ.poſſunt. Et intrà quod tempus. Rubr.

¶Iſta rub.habet duas partes.Prima reſpicit perſonas, quæ poſſunt ad bon.poſſ.admitti.Secunda reſpicit tempus. Circa prima partem.d. And.Barb.in ſolenni repe.huius rub. in 6.col. dicit ſe colligere vnum nouum per alios non tactum. ſ. probari ex iſta rub. iuncta.l.3.§. ſi cauſa cognita.ff.de bon.poſſ.illud, ꝙ voluit glo.reputata ſing.in l.2.in glo.pen.& ibi Bart. in fi.& alij
1 poſt cum.C. de edi.diui Adria. tol. quæ ſing. vult, † ꝙ in omni iudicio quantuncunque ſummario, debent tamen perſonæ legitimari.Idem probatur in hac rub.nam iſtud iudiciũ eſt ſummarium.d.§.ſi cauſa cognita,& ibi melius decla.Bar. & tamen iſta rubr.dicit, qui admitti,denotando, ꝙ non omnis perſona admittenda eſt, ſed ita demum ſi ſit legitima. imò ſingularius
2 probatur in iſta rubr. ſecundum eum, † quòd etiam in omni iudicio,in quo ſolum imploratur officium iudicis, non in figura iudicij,vt eſt in materia noſtra,& decla.Bart.& omnes in l.1. ſuper glo.2.ſ.eod.debent tamen perſonæ legitimari. Tu aduerte in primis,quod ſecundum iſtam inductionem præſupponitur, quòd requiritur, quòd perſonæ ſint legitimæ, ad hoc, vt admittantur ad bon. poſſ. hoc non videtur verum propriè loquendo: nam ſeruus non habet legitimam perſonam.l.ſeruus. C.de iudi.l.vix certis.ff.eod. & l.quod attinet.ff.de reg.iur. & tamen ſeruus admittitur ad bon.poſſ.ſiue ſit delata ſeruo,ſiue domino.l.ſeruus.in princ.& ibi glo.ff.de bon.poſſ. Item filiusfam. non habet legitimam perſonam ſine conſenſu, & licentia patris.l.fin.§.neceſſitate. ſ.de bon. quæ libe. & tamen ſolus poteſt
a gnoſcere bon.poſſ.l.1.ſ.eo.ſimiliter fęmina [a] d.l.ſeruus.in princ.

Ratio

ADDITIO.

a ¶Similiter fœmina.Supple,quæ tamen pro alio non habet legitimam perſonam.l.quia abſente.& l. alienam.ſ.de procu. PVRPV.

Source : BIU Cujas

Ratio prędictorum, quia bon.poſſ.agnoſcitur non in figura iudicij, ſed extra omnem iudiciariam ſolennitatem, vt per gl. & Doct.in l.1.ĵ. eod.& glo. & Bart. in l. 3.§.ſi cauſa cognita. ff.de bon. poſſ. Et de prædictis vide per Bald.in 2. quæſt. & 21. opp. infra eod. imò generaliter quilibet cenſetur habilis, vt admittatur ad bon. poſſ. niſi propter defectum ætatis, vt quia pupillus, vel minor, qui ſolus non admittitur.l.bonorum. ĵ.eo.l.ſi infanti.in fi.infra de iure delib. & l.1.§.1.ff.de bon.poſſ. furioſo, infan. Spec. in titu. de actore. circa princ. Item in caſu.l.vnicæ.ff. quibus non compe.bon.poſſ. ¶ Secundò aduerte ad quartũ, ℣ ſingularitas illius gloſ. in d.l.3. conſiſtit in alio.ſ. quòd quamuis iudicium principale ſit ſummarium, tamen perſonæ debent plenè legitimari, ſic quod non ſufficeret ſummaria, vel ſemiplena informatio legitimationis,& licèt illa glo. non exprimat, tamen Bart.Sal.& do.Alex.ibi dicunt, quòd in hoc eſt ſingularis,cum concor. quas ibi tradam. ad iſtud autem, quod plenè
3 probari debeat,nihil facit præſens rubr. ¶† Item ex alio ſingularitas illius glo.oſtenditur:nam habemus reg.℣ quando cauſa principalis eſt ſummaria,vel executiua, certè omnes artic.qui in illa cauſa emergunt, debent ſummariè expediri, vt decla. Bart.in extraua.ad reprimendum. in verbo ſummariè.in 2.col. Facit,quod ſingulariter decidit idem Bart. in l.3.in vlt. col.ff.de alimen.& ciba.leg.Bald.in l.1.in vlt.colu.C.de reb.credi.& probat bene text.in l.ſi quando.in verſ.credere debent. C.de teſt.& ibi Bald. circa princ.not. & reputat not.dignum. & tamen volunt Doct.ſuper glo.in dicta l.2. quòd quamuis iudicium principale ſit ſummarium, vel executiuum,tamẽ legitimatio perſonarum debet plenariè tractari,& hoc nil facit ad rub. ¶† Præ
4 a tereà, [a] & quartò illud de legitimatione perſonarum procedit,ſi fuerit oppoſitum per aduerſarium,& non aliter,quia per iudicem non venit opponendum de legitimatione perſonarum,ſecundum Bart. per illum text. facit.l.quos prohibet.ff.de poſtu.arguendo à ſpeciali.Bartol.in l.inter quos.§. alieno.circa fin.ff.de dam.infect.ſed in iſto titu.non apparet expreſsè, quòd eſſet aduerſarius contradictor, patet, quia tunc non procederet.l.1.ĵ.eod.quia tunc filiusfa. non poſſet ſine patre agnoſcere ſecundum Bal.& alios ibi.& clarius Sal.in l.1.infra de bon.poſſ. contratab. & tanto fortius hodie, quo iure contradictor non auditur,ex quo ſufficit qualiſcunque agnitio.l.fi. & ibi expreſsè Bald.vbi dicam.infra eod.Benè fateor, quòd notabile eſt in ſe verum, quod in iudicio quantuncunque ſummario debet perſona legitimari.Et ad hoc benè facit text. cum gloſ. in l.1.§. ea.ff.de ven.in poſſ. mit.quem ad hoc alleg. Bald.idem tenens
b in l.ſi in 5.q. circa medium. C.de edi.diu. Adria. tol. & idem [b] facit, quia etiam in cauſis ſummarijs, & executiuis filiusfa. nõ poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, & ſic etiam tunc requiritur legitimatio perſonæ,vt not.probat Bal. in l. nec quicquam.§.de plano. in vlt. colum. verſ.ſed nunquid ibi poteſt.ff. de offi.procon.& leg. quem ſequitur do.Alex. in conſil. 58.inc. viſo proceſſu cauſæ tam principalis in 1. colum. in 2.volu. ali-
5 quid per Bald.in l.3.§.ſed vtrum. ff.de mino. ¶† Circa ſecundã partem rub.quærit hic do.And.Barb.in repet.in 2.col.& ſeq.an qui agnouit bon.poſſ.præſumatur in dubio tempore congruo agnouiſſe,an verò teneatur iſtud probare,dicit,quòd eſt noua, & inaudita quæſtio,in qua concludit ipſe, quòd teneretur hoc
c probare.ſ.ſe tempore legitimo agnouiſſe.motus, [c] quia regula
6 † eſt, quòd quando tempus eſt fundamentum intentionis alicuius,tenetur tale tempus præcisè probare,aliàs ſuccumberet, glo. in l. eum actum. quam Barto.ibi multum not. ff.de nego. geſt.& glo.in l. qui iuraſſe.§.ſi pater. el 2.ff.de iureiur. Bartol. & alij in l.non ſolum.§.ſed vt probari.cum ſuis concor. ff.de ope. no.nun.& in l.& an eadem.§.actiones.ff.de excep. rei iudi. not. Bald.& Sal.in l.fin.per illum text.C.an ſer.ex ſuo fac.glo.not.in c. venerabilibus.in gl. pen.de ſenten. excom. in 6. cum alijs per eum alleg. Ad idem facit, quia tempus requiſitum à lege, vel ſtatuto cenſetur eſſe de forma,vt not.Bald.& Sal.in Auth.quæ ſupplicatio.in 3.not. per illum text. C.de preci. Impe.offe.cum concor.quas ibi dedi. Dic, quòd eſt de forma eſſentiali actio,
d non probatoria, vt probari debeat. Pro eadem parte [d] facit text.in.§.fin. Inſti.de bon.poſſ.ibi, *ſed quocunque modo admittentis eam, iudicium intra ſtatuta tempora oſtenderit.* vbi pondera, quòd text. loquitur conditionaliter, & ſic conditio debet impleri in forma ſpecifica.l.qui hæredi.& l. Meuius.ff. de condi. & dem. & debet intelligi de vera probatione.l.Lucius.ff.de cond.& demon. Ad idem text. in l.fin. infra eod. vnde ſumitur ille.§.fin. Inſti.ſed caue,quia in illa.l.fin.vbi eſt text.originalis non ſunt illa verba,quæ ſunt ibi,ſed dicit, quod debet oſtendere apud iudicem,ergo loquitur de probatione. Ad idem text.in l.1. in verbo *intra tempora edicto præſtituta.* C. de bono. poſſ. contratab. & text.etiam in milite.in l.in fraudem.§.fin.ff.de teſta. mili.& in l. 2.in fin.ff.de vetera.militum ſucceſſio. iuncta. l. ſi fratris. C. de iur.delib. Vltra eum bene facit,quia vbi ad aliquem actum requiritur certum tempus, debet tale tempus probari. l.1.§.fina cum l. ſequen. & ibi ad hoc not. Bartol ff.de incend.ruin. naufra.& not.Bald.in l.1.in princip. ff.de alea. Spec. in titu. de teſt. §.iam de interrogatorijs.verſi.item de tempore.Item vbi actus poteſt vna die valere, alia non,de neceſſitate debet ſcribi dies, vt not.in cap.Abbate.de re iudi.in 6.ſecundum Bal.in l.ſi quando.in 6.quæſtio.C.de teſti. Sed præmiſis non obſtantibus puto contrarium, & oſtendo à partibus enumeratis.Aut. n. loquimur conſiderato tempore Digeſtorum, & etiam tempore.C. ante.l.fin.infra eod.quo tempore regulariter in agnitione bon. poſſeſſo. requirebatur, quòd interueniret decretum iudicis cum cauſæ cognitione,vt in l.3.§.ſi cauſa cognita.ff. eod. & ibi gloſſ.& Bartol.& text.in l.2.§ dies,& ibi glo.ff.quis ordo in bon.
7 poſſeſſo.ſer. † Et tunc [e] ego habeo regulam, quòd vbi in ali-
e quo actu reperitur interueniſſe decretum iudicis, omnia præſumuntur ritè,& rectè facta, ſecundum Spec. in titu.de emp. & vendi.§.nunc dicendum reſtat. in verſ. breuiter ſcias. quem refert,& ſequitur Bald.in l. cùm hi.§.ſi prætor. ff.de tranſact. & in l.non autem.ff.de adop. & in l.final.C.de præd. mino.& in l. quæcunque.§.fin.ff.de publicia.in rem acti.& in addi.Specu. in titu. de appel.in 5.colum. & not.in capit. ſicut. in 2.colum.per illum tex.de re iudic.vbi ſing dicit,quòd iſtud procedit etiam ſi iudex eſſet vnus ribaldus,& idem, quod ſupra tenet Imol.in l. ſi quis cùm aliter. ff. de verbor. obliga. dom. Alexan. in conſil. 104.in 2.vol. incip. viſis ſcriptis mihi tranſmiſſis. in 3. colum.in verbo,& præſumitur pro decreto. facit gloſſ.ordi. in l.actor.ff. rem rat.hab.quamuis contrarium tenuerit, & non benè dom. Fran.de Aret.in conſilio 69.incip. viſo puncto, & conſultatione ad me tranſmiſſa.niſi reſpondeas prout ſing. limitauit Bald. in l. tutores. ff. de confir. tuto. vbi dicit, quòd prædicta regula procedit in maioribus magiſtratibus, pro quorum decreto multum præſumitur, ſecus in inferioribus, vt municipalibus, vel pedaneis, iſto modo intelligitur text.in §.nos autem.Inſtit. de aucto. tut. melius de Atti. tut. & refert ita dicere Azo. in
f ſum.titu. C.de tut.& cur. qui nõ ſatiſd. Aut loquimur [f] ſecundum iura noua.C. ſecundum quæ in agnitione bono.poſſeſſo. non requiritur decretum,& ideo ſublata eſt bono.poſſeſſo.decretalis, & ſolùm remanet iudicialis.l.fin. & ibi Cyn. Bartol.& alij. infra eod. gloſſ. in l.3.§. à municip.ff.eod.§.fin. Inſtitu. eod. & l. fin. §. 1. C. de cur. fur. & tunc aut iſte, qui agnouit bono. poſſeſſo. eſt in poſſ. reali bonorum, & tunc clarum eſt, quòd nihil tenetur probare de tempore, quia vbi aliàs quis teneretur probare tempus,certè ſi ſit in poſſeſſione,releuatur ab onere probandi, & transfertur in aduerſarium, ſecundum Bartol. in l.1.§. non autem. ff.de bono. poſſeſſo. ſecundum tabul. Facit text.in capit. ex literis. de prob. & in capit. ſi à ſede. de præben. in 6.Bald.in capit.capitulum Sanctæ Crucis. in 1.colum. de reſcrip.& Bald.not.in capit.ex literis.in 2.colum.de conſue. Iſtud enim eſt commodum poſſeſſionis, quia transfert onus probandi in aduerſarium.§. commodum.Inſtit.de interdic. Aut iſte, qui agnouit,non eſt in poſſeſſione, & hic eſt punctus, in quo etiam dico,quòd ſi ipſe agat contra poſſeſſores bonorum, non tenetur probare, quòd agnouit bono. poſſeſſo. intra tempus congruum, quia iſtud non eſt ſuum fundamentum, ſed bene erit fundamentum aduerſarij, ſi excipiendo velit repellere, ergo aduerſarius eſt, qui tenetur probare tempus. l. ab ea parte. ff. de prob. & iſtud demonſtrat gloſ. quam Bald. ibi dicit eſſe ſing.in l.2.C.de peti.hæred.quę declarat,quis teneatur probare tempus,an agens,an excipiens, & determinat, quòd ille, qui principaliter ſe fundat in tempore, & ſic hoc caſu excig cipiens probabit, & non actor. Ad idem eſt doctri. [g] gloſſ.not. in clem.fin.in glo.pen. de reſcrip.quam dom. Card. ibi ad hoc reputat ſing.per quam dicit Bartol.in l.ſi is,qui.§.fin. in fin.ff.de iur.fiſci.& in dicta l.non ſolùm.§.ſed vt probari.de op.no.nun.

in

ADDITIONES.

a ¶Præterea.Limitat Iaſ.in l.1. & in l.quamuis. colum.fin.infra de edi. di.Adri. PVRPV.

b ¶Et idem.Adde Iaſ.in l.3.verſ.tu fortifica.ĵ.eod.& in l.quamuis.alleg.infra de edi.diu. PVRPV.

c ¶Motus.Et in exceptione.Alex.lib.1.conſ.86.ad fin. PVRPV.

d ¶Pro eadem parte. Corrobora, quia lex diſponens conditionaliter, dicitur requirere non leuem ſolennitatem, Alexan. in l.1. in fin. de lib. & poſthum. PVRPV.

e ¶Et tunc.Adde,quòd pro iudice præſumatur. Iaſ.in l. ſi donatione. colum.fin. ĵ.de collat. PVRPV.

f ¶Aut loquimur.Limitat Bart.in fin.l.matrem.C.de probat.Fely.in c.ex literis. 5.not.de prob.Iaſ.in l.1.col.2.ff.ſol.matr. PVRPV.

g ¶Doctrina.Adde Ioan.de Imo.in l.poſt dotem.in 6.colu.ff.ſol.matr.

Source : BIU Cujas

Iaſſuper Secunda Codicis.

in l. eum actum. ff. de nego. geſt. & in l. matrem. C. de prob. & not. Bald. in l. ampliorem. § fin. C. de appel. & in l. ſi minorem. C. de in integ. reſt. Ad idem bene facit, quod vult in ſimili Bald. in l. poſt dotem. in fin. ff. ſolu. matr. pone, in inſtrumento dotali dicitur, Titius eſt confeſſus habuiſſe, & recepiſſe centum à Sempronio nomine dotis filiæ ſuæ, quæ centum ſtipulatus eſt Sempronius ſibi reddi, deinde Sempronius agat ex tali ſtipulatione, quamuis requiratur, quòd talis ſtipulatio ſit facta incontinenti. l. quoties. ff. ſolu. matr. ipſe tamen non tenetur probare, quòd ſit facta incontinenti, ſed filia, quæ dicit ex interuallo factam, cùm in illa ſe fundet, debet ipſam probare, per gloſſ. in d. clem. fin. de reſcrip. & generalem theoricam. d. l. eum actum. ff. de nego. geſt. pro ea parte facit. l. 1. C. quorum bonorum. vbi debet probare duo. ſ. filiationem, & ſe fuiſſe admiſſum. De tempore autem nihil dicit. Ad idem fortius ſtringit text. in l. non hoc. infra vnde legi. vbi ſufficit probare ſe admiſſum.

¶ Vlt. circa iſtam ſecundam partem rubricæ, quod aliqui libri habent intra, aliqui infra, melior litera videtur intra, quæ ad tempus propriè refertur, infra ad locum. Lau. Vallen. in 2. elegan. cap. 91. ſed in contrarium eſt text. Iuriſcon. in l. ſcire oportet. §. multa. in verbo infra 50. dies. & in § ſufficit. in verbo, intra conſtitutum tempus. ff. de excu. tut. & incapit. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non conteſt. in capit. 2. de regularib. & in capit. 2. de obſer. iciu. Tamen, quod hic in rub. debeat eſſe dictio intra, facit text. in l. emancipata. in verbo intra annum. infra eo. ¶ Gloſ. rub. diuiditur magiſtraliter in quinq; partes princip. In prima continuat rubr. ad præcedentes. In ſecunda eam ſubordinat ad titulos ſequen. In tertia ponit diffinitionem bon. poſſeſſo. In quarta declarando illam diffinitionem, & ſupplendo remouet duo contraria. In quinta, & vlt. per viam notabilis ſe remittit. Secunda ibi, *& dic, quod hic tit.* Tertia ibi, *item dic, quod bon. poſſ.* Quarta ibi, *& intellige.* Quinta, & vlt. eſt, ibi, *& nota hæc, quæ dixi.* Et præmitte pro intelligentia gl. tria debere eſſe in conſideratione, vt decla. Bart. in l. 1. in 1. colu. infra eod. in princip. cùm dicit, item ſicut dixi in ſummario tria præmitte de iure
8 antiquo. & in l. 3. §. bon. ff. eod. ſ. de bon. poſſ. ¶† In prima parte pondera, quòd gloſ. cum myſterio dixit occaſione: nam iſte terminus, occaſio, denotat cauſam remotam. capit. ſolitæ. de maio. & obe. capit. poſt tranſlationem. de renun. vbi Doct. & in capit. cùm ceſſante. de appel. & alibi ſæpè. Primæ tres partes gloſſ. ſunt claræ. In quinta parte gloſſ. vt ſoluat duo contraria tacita, facit duas ſubauditiones ad diffinitionem Iuriſcon. tra-
9 ditam in d. l. 3. §. bonorum. ¶† Primum contrarium eſt: nam videtur, quod bon. poſſeſſo. non ſit ius perſequendi, & conſequenter non ſit inſtrumentum agendi, nec actio. Nam bono. poſſ. ad patrimonium defuncti agit bono. poſſ. hæredi. petitione, quæ eſt eſt actio inuenta ad ſimilitudinem pet. hære. competentis hæredi de iur. ciuili. l. 1. & 2. ff. de bono. poſſ. hered. pet. Gloſ. fatetur iſtud primum contrarium, quòd non ſit ius quo agat, & ſic non ſit inſtrumentum agendi, ſed bene ſit ius, propter quod primò debet agnoſcere bon. poſſ. ſi vult poſſe agere bono. poſſeſſo. hæred. petitione. Idem tenet gloſ. in dicta. l. 3. §. bonorum. ff. eo. Ex quo collige, quòd bono. poſſeſſio non eſt actio, & de hoc vide Bal. hic in 2. quæſt. & Lud. Rom. vbi etiam per Bald. an bono. poſſ ſit ſaltem offic. iudi. & concludit, quòd non. Idem Bartol. in dicta. l. 3. in princip. in 2. colum. tenet, quòd non ſit neceſſaria illa expoſitio gloſſ. ſed quod diffinitio bene ſtat de per ſe, ſed illud, quod dicit, non placet, nec ſatisfacit, quòd ſit ius perſequendi. ſ. per confirmationem à iudice. Sed obſt. quod infra ſubijcitur, patrimonij ſiue rei, & ſic eſt ius perſequendi patrimonium vniuerſale, & rem ſingularem, non autem confirmationem. Secunda opin. quam vult remouere gloſſ. eſt, nam videtur, quòd iſta diffi. bono. poſſeſſ. non ſit bona, cùm conueniat hæreditati, vt patet ex l. nihil aliud eſt hæreditas. ff. de regu. iur. & ſic ad hoc, vt diffinitio ſit bona, debet conuerti cum omni diffinito. l. 1. §. dolum. & ibi Barto. ff. de dolo. gloſ. in dicta. l. nihil aliud eſt hæreditas. & in l. fin. ff. de verbor. ſign. & glo. in rub. extra de ſum. Trin. ſed iſta diffinitio non conuertitur cum omni diffinito, quia non omne ius perſequendi, retinendique, &c. eſt bon. poſſeſſio, cùm etiam hæreditas ſit ius retinendi, &c. & ideo gloſſ. vt poneret differentiam, addidit ius. ſ. pretorium. idem dixit glo. in dicta. l. 3. § bonorum. vbi plenius loquitur, & gloſſ. in dicta. l. nil aliud eſt. & Inſt. eod. in princip. & Cyn. in l. certum. in 1. quæſt. infra vnde legi. & not Bald. hic in 9. quæſt. Sed Bartol. in dicta. l. 3. in princip. iſtud reprobat, & dicit, quòd eſt peſſimè dictum, quia eſt contra text. l. vnicæ. & in rubr. ff. vt ex leg. vel Senatuſconſul. & quod imo bon. poſſ. eſt ius non ſolum prætorium, ſed etiam ciuile, patet, quia eſt dare bon. poſſ. quæ ſit de iur. ciuil. l. vnica. ff. vt ex legi. vel Senatuſconſul. & §. ſeptima. Inſtit. de bon. poſſ. & ſequitur do. Alex. hic. Et ad motiuũ, quod ſentit glo. reſpondet, q; hæreditas eſt ius ſuccedendi, non autem dicitur, q; eſt ius perſequendi, quia hæreditas ſolo animo aditur. l. pro hærede. in prin. ff. de acquir. hæred. non ſic eſt in bon. poſſ. quæ eſt ius perſequendi, quia non ſolo animo aditur, ſed expedit, quod illud ius coram
a iudice perſequatur. Pro iſta parte [a] Bartol. facit ſtricta ratio: nam vbi competit iſta bon. poſſ. vt ex legib. ibi etiam competit bon. poſſeſſio vnde legiti. text. eſt in l. 3. ff. vnde legi. Bal. & Sal. in rubr. infra vnde leg. Cyn. Raph. & Moder. in l. fin. eod. titu. ſed ſic eſt, quòd bon. poſſeſſio. vnde legi non competit, niſi vbi quis poteſt ſuccedere de iur. ciuil. l. 2. §. fin. ff. vnde legi. & patet ex dictione legitimi. l. lege obuenire. ff. de verbor. ſign. l. 3. §. de illo ff. pro ſoci. cùm ergo bon. poſſeſſio. vnde legiti. cõpetat, quando ſuccedi poteſt per illam bono. poſſeſſ. vt ex legibus, ergo neceſſario concludit, quòd per eam ciuilis ſucceſſio defertur. Veriora videntur dicta gloſſ. quia non videtur, quod illa bon. poſſeſſio. vt ex legibus ſit ius ciuile, imò prætorium, patet etiam ex nomine, & ex diuerſitate effectus: nam ſi eſſet de iure ciui eſſet perpetua, vt decla. Bald. hic in 9. q. Et quod ſit de iure prætorio, ſonat text. in dicto. §. ſeptima. ibi, quam prætores optima ratione introduxerunt, & text. in dicta. l. vnica. circa princip. ff. vt ex legibus, & Senatuſconſul. bono. poſſeſſ. detur. Niſi intelligas approbatione prætoris, ſed pro hoc non deſinit eſſe de iur. ciuil. l. 1. in princip. cum gloſſ. ff. ſi pars hæred.
10 pet. ¶†† Adde tamen, quòd ſunt multæ differentiæ inter bon. poſſeſſ. & hæredi. nam filiusfam. non poteſt adire hæreditatem niſi præcedente iuſſu patris, & ſic eo ſciente. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. & tamen poteſt agnoſcere bon. poſſeſſ. etiam ignorante patre. l. 1. infra eod. Item bono.
b poſſeſſ. [b] poteſt acquiri per procuratorem. l. 3. §. acquirere. ff. de bon. poſſ. & tamen hæreditas non poteſt adiri per procuratorem. l. Paulus. aliàs per procuratorem. vbi gloſ. & Bartol. ff. de
11 acquir. hæred. Tamen iſtud vltimum non firmo. † Item ſo-
c lus [c] pupillus non poteſt [d] adire hæredita, ſine tuto. Inſtitu. de
d de auct. tut. in princip. & l. 1. ff. eo. & tamen pupillus ſine tutore poteſt agnoſcere bon. poſſ. cum iudice. l. bonorum. vbi reddam rationem. infra eod. ſecundum Alb. de Ro. Tu vide tamen. l. ſi infanti. in fin. C. de iure delib. vbi Imperator inter cætera dicit, quòd ſi pupillus non habeat tutorem, dummodo ætatis ſuæ annos exceſſerit, poteſt adire prætorem, & eius decreto
12 hæreditatem conſequi. † Item hæreditas ſolo animo aditur ſine iudicis præſentia. l. ſi auia. ĩ. de iure delib. l. pro hærede. in prin. ff. de acquir. hær. ſed in bono. poſſ. eſt neceſſaria præſentia iudicis. l. fin. ĩ. eod. Item hæreditas poteſt perpetuò adiri. i. vſque ad 30. annos. l. licèt. ĩ. de iure delib. ſed bon. poſſ. de lata liberis intra annum agnoſci debet, & per tranſuerſales intra centum dies. l. 2. & l. emancipata. ĩ. eod. & l. 1. §. largius. ff. de ſucceſ. edi-
13 cto. † Item tempus adeundi hæreditatem de iure ciuili cùm ſit perpetuum currit ignoranti. l. licèt. cum gloſ. C. de iure delib. ſecus in rempore agnoſcendi bon. poſſ. l. 2. & l. quandiu. ĩ. eod. & l. fin. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſer. & ſic etiam ſi ſtaret per mille annos ignorans, nunquam excluderetur à bon. poſſ. Item hereditas transfert iura directa, ſed bono. poſſ. vtilia. §. quos autem. Inſtit. eod. & l. 2. ff. eod. & ibi Bartol. & latius in l. ex aſſe. ff. ad Trebell. ¶ Extra gloſſ. habent iuuenes præmittere ad euidentiam quædam, quæ ponit Bald. hic, & ea ad literam reaſſumit Ang. de Aret. Inſtit. eod. in princ & ea adhuc clarius ponit Pau. de Caſt. hic, quæ referam in voce. Iaſon Piſis.

ADDITIONES.

a ¶ Iſta parte. Eſt contra text. & glo. in l. 1. ff. vt ex legibus. verſ. & dein. & in §. ſeptima. verſic. vt de iur. Inſtitu. de bono. poſſe. Sed glo. in dicta. l. 3. ſaluat eam, tamen iſtud fundamentum ſi conſideretur facit contra. PVRPV.

b ¶ Bon. poſſ. Gloſ. in l. qui in aliena. in verſ. ſed. de acquir. hæred. in princip. PVRPV.

c ¶ Item ſolus. Iſtam ponit gloſ. in §. tutor. in l. impuberi. de tutorib. & cura. da. ab his.

d ¶ Poteſt. Adde l. pupillus, & ibi Bartol. ff. de acquir. hæred. Bartol. & Bald. in l. potuit. C. de iur. delib.

SVMMARIVM.

1 *De iure veteri quicquid acquirebat filius, acquirebat patri, adeo, quod nec momento durabat penes filium.*

2 *Filiusfamilias efficaciter obligatur ex omni contractu de mundo, præterquam in mutuo, & voto.*

3 *Si quis ſolo animo adiuit hæredi. non tenetur creditoribus etiam in foro conſcientiæ, niſi interueniſſet actus facti extrinſecus.*

4 *Si aliquis abſens, & ignorans inſtituatur hæres, dicitur ſibi propriè hereditas delata, adeo, quòd caderet in ſtatuto faciente mentionem de eo, cui delata eſt hæreditas.*

Source : BIU Cujas

5 *Si mortuo patre filius dicat, quia ſcio hæreditatem patris mihi delatã, ideo eam accepto, talis aditio nihil valet.*
6 *Scientia, & negligentia filij in petenda bon. poſſ. præiudicat patri.*
7 *Repudiatio expreſſa plus nocet, quàm tacita, quæ inducitur per lapſum temporis.*
8 *Filiusfamil. ignorante patre poteſt petere bon. poſſeſſionem.*
9 *Fratres minores, qui non poſſunt iure actionis petere aliquid, quòd eis eſt relictum, poſſunt tamen implorare officium iudicis, vt hæredes compellat.*
10 *Ex temporis diuturnitate quando præſumatur ſuperioris authoritas, conſenſus, vel præſentia interueniſſe. & numero 11. 12. 13. 14. 15. & 16.*
17 *Hodie per leges nouas poteſt filiusfamilias ſolus ignorante patre agnoſcere bon. poſſ. & etiam hæreditatem ſibi delatam adire, ſicut poteſt patre recuſante, vel inuito.*
18 *In correctorijs etiam ex maioritate rationis non eſt licita extenſio.*
19 *In electionibus prælatorum debent vocari abſentes, quibus ignorantib. electio fieri non debet, licèt eis inuitis ſic.*
20 *Statutum diſponens, quòd mulier non contrahat abſque conſenſu duorum propinquorum, & ea requirente eorum conſenſum abſque iuſta cauſa recuſent conſentire, poterit ipſa ſola contrahere.*
21 *Edictum prætoris habet quatuor capita, & quæ.*
22 *Filius reſpectu patris habet qualitates, & quas.*
23 *Si filius ſtaret per 30 ann. quòd non adiret, de iure ciui. eſſet tantum excluſus à primo capite, tamen ex ſecundo capite poſſet per alios. 30. annos adire.*
24 *Filij mortuo patre ſuccedentes adinuicem conferunt bona, quando ſuccedunt ex primo capite vnde liberi, ſecus ſi ex ſecundo, vel tertio.*
25 *Filius mortuo patre nihil poteſt præſcribere pro hærede, quando ſuccedit ex primo capite, ſecus ſi ex ſecundo, vel tertio.*
26 *Filiusfamilias poteſt ex triplici capite ſuccedere patri.*
27 *Licèt in bonis aduentitijs ſit immutatum per leges nouas Imperatoris, quòd filiusfam. poſſit efficaciter adire patre ignorante, tamen in profectitijs nihil eſt immutatum.*
28 *Quæ ſit ratio diuerſitatis, quare hæreditas non poſſit adiri de iure ciui. per filium, aut ſeruum niſi præcedat iuſſus patris, vel domini, & tamen in bon. poſſ. ſufficit, quòd ſequatur ratificatio patris.*
29 *Aditio hæred. eſt de iure ciui. & actus ſolennior, & potentior, cũ transferat iura directa, quàm ſit reſtitutio hæreditatis.*
30 *Aditio hære. eſt actus legitimus, qui non poteſt ſtare in pendenti, ſed*
3 *agnitio bon. poſſ. item reſti. hære. non ſunt actus legitimi.*
1 *Aditio hære. fit ſolo animo, ſine facto alterius, ſed in agnitio. bon. poſſ. interuenit factum duorum, ſcilicet agnoſcentis, & iudicis.*

LEX PRIMA.

BOnorum. Condera, ꝙ Bar. præmittit duo euidentialia. Primum eſt generale ad totam materiã tituli, quare prætor induxit bono. poſſ. & dicit, ꝙ ipſe prætor, qui ſemper mouebatur æquitate naturali non conſiderato rigore iure ciui. eam introduxit, per quam ſuccedebat filius emancipatus patri, & cognati inuicem inſpecta potius natura, quam rigore iuris ciui. vt patet Inſti. de bono. poſſ. Tu tamen in hoc dic, vt latius per Paul. de Caſt. ſ. in rub. Secũ dum euidentiale eſt ſpeciale ad iſtam l. vnde præmitte, ſecun-
1 dum Bart. †ꝙ de iure veteri quicquid acquirebat filius ſtatim acquirebat patri, adeo ꝙ nec momento durabat penes filium. l. placet. ff. de acquir. hære. & l. 1. in princ. ff. ſi à par. quis fue. ma. & ſi continebat merum commodum, acquirebat patri etiam inuito. l. etiam inuitis. ff. de acq. rer. dom. l. ſeruus vetante. ff. de verb. oblig. Si autem acquiſitio continebit mixturam, vt quia poſſet habere commodum, & etiam incommodum, vt eſt in hæreditate. l. ſi hæreditatem in princ. ff. mand. l. more. ff. de acq. hære. tunc non acquirebatur patri, niſi prius iuberet filiũ adire. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hæred. ne contingeret patrem ex facto filij inuitum obligari, & hoc eſt, quòd dicit tex. ibi, ſi ratam petitionem &c. Dubium ergo huius legis erat, quia cùm hic tractaretur de ſucceſſione, & conſequenter de actu mixto, videbatur ꝙ ſolus filius non poſſet agnoſcere niſi patre iubente, tamen deciditur contrarium, ꝙ imò filius ignorante patre poſſit agnoſcere, quia ſatis eſt, ꝙ pater poſteà ratificet, vt hic, & in l. ſi. ff. quis or. in bono. poſſ. ſeruetur. tamen iſta agnitio ſolius filij non eſt efficax, niſi patre ratificante, d. l. ſi. & declarat Bar. hic in 2. col. Stat ergo, quòd ſi filius ſine patre agnoſcit bon. poſſ. licèt poſſit, vt hic, tamen eſt inefficax, donec pater ratificet, vnde ſi pater nollet ratificare, eſſet pro non facta. Sed tunc obſtat maxima difficultas, quia imò dicitur, ꝙ
2 debeat eſſe efficax quantum ad obligandũ ipſum filium, † cũ regu. ſit, quòd filiusfam. efficaciter obligatur ex omni contractu de mundo præterquam in mutuo, & in voto. l. tam ex cõtractib. ff. de iud. & l. filiusfam. ff. de act. & oblig. & fit executio contra ipſum filiumfam. mediante captura. l. 3. §. ſed vtrum. & ibi Bar. ff. de minor. Bar. in l. ſi filio. ff. ſol. mat. & in trac. de carcere. in 4. q. & in l. qui in aliena. ĩ. alleg. vbi etiã & eleganter quærit, quid ſit votum, & quomodo debet fieri, & corã quo. Ang. in l. j. ff. de excep. rei vend. & trad. quare ergo ſi filius agnouit ſine patre, non erit ipſe efficaciter obligatus, cùm agnoſcendo, vel adeundo dicatur quaſi contrahere. l. ex maleficijs. ff. de act. & oblig. cum ſimil? Reſpondet Bar. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. hære. ꝙ licèt filiusfam. ex omni contractu obligetur, tamen ſola voluntate ad ſimilitudinem voti non obligatur, qđ eſſet ſi ſola aditione obligaretur. Quæ ratio reprehenditur per Paul. de Caſt. in l. mutuum. in princ. ff. de acqui. hære. per Imo. in l. ſeruo inuito. in princ. ff. ad Treb. per Alex. hic, & in d. l. qui in aliena. in prin. quia in aditione hæredit. non obligatur quis ſolo animo, vel volũtate, niſi actus facti extrinſecus interueniat,
3 ſecundum gl. no. in d. l. mutuum. in prin. †ideo concludit notabilius ipſemet Bar. in l. gerit. in 1. col. ff. de acq. hær. ꝙ ſi aliquis ſolo animo adiuit hæredi. (quod poteſt) tamen non tenetur creditorib. etiam in foro conſcientiæ, niſi interueniſſet actus facti extrinſecus. Vnde aliter reſpondent Imo. Cum. Paul. & Alex. in d. l. qui in alie. in princ. & Do. Alex. hic, ꝙ ratio eſt, eo quia filiusfam. adeundo hæredita. vel agnſcendo bono. poſſ. non poterat ſibi acquirere commodum ſucceſſionis, quia totũ quęrebatur patri, vt prædixi. ergo ſuccedit regula naturæ, quòd qui non poteſt ſentire commodum, non debet etiam incommodum, vel obligationem pati, propter magnitudinem pręiudi-
* cij, quod poteſt in hæreditate cadere, *& ita tranſeunt omnes.* Sed iſta ratio in nihilo mihi ſatisfacit, quia etiam in contractibus totum commodum quæritur patri, & tamen filius obligatur, & poſſet contractus eſſe magni præiudicij, ergo regula naturę in hoc nihil facit. Puto nouiter, ꝙ ratio ſit, quia hæreditas eſt, quid indiuiduum. l. 1. & 2. ff. de acqui. hæred. ergo apud vnum non poſſunt eſſe obligationes paſſiuæ, & apud alium actiuæ, quòd eſſet, ſi filius adeundo obligaretur, cùm ſibi commodũ non quæratur, quæ ratio in contractibus ceſſat. ¶ Hoc pręmiſſo diuido iſtam legem in tres partes, prout tria habet dicta. Et ſumma per te. ¶ In tex. ibi, *delata*, ſed quando dicatur hæreditas alicui delata, habes tex. in l. delata. ff. de verb. ſign. & tex. in l. is, qui hæres. in prin. cum gl. 1. & ibi Bar. in 1. opp. ff. de acq. hær. & glo. not. ad tex. noſtrum in l. ſi. ff. quis or. in bono. poſſ. ſeruetur. Bar. in l. is poteſt. ff. de acqui. hæred. & ibi Io. de Imo. in 1. colu-
4 ſing. dicit, †ꝙ ſi aliquis abſens, & ignorans inſtituatur hæres, ꝙ ſibi propriè dicitur hæreditas delata, adeo ꝙ caderet in ſtatu. faciente mentionem de eo, cui delata eſt hæreditas, & cũ eo ſimpliciter tranſit D. Alex. ibi in 4. col. & idem voluit Bald. in l. infantis. in 1. opp. ĩ. eo. Contrarium, & melius tenet no. D. Matheſ. in no. 194. vbi pulchrè loquitur, & dicit, ꝙ licèt hæreditas poſſit dici delata largè & impropriè, quando concurrit aliqđ impedimentum, tamen propriè hæreditas dicitur delata alicui, quando ille ſtatim poſſet adeundo conſequi, nec aliquod impedimentum obſtaret, & iſto modo eſſet intelligendũ ſtatutum faciens mentionem de hæreditate delata. Et pro eo addo, quod ſing. decidit Bar. in l. ventre. ff. de acqui. hæred. per illũ tex. in 2. col. in 1. oppo. vbi determinat, ꝙ ſi proximior agnatus alicuius defuncti decedat intra annum pendente dubio, an aliquis poſthum. naſcatur, licèt ſciat teſtatorem defunctum, ꝙ interim non tranſmittit ius deliberandi ad hæredem beneficio. l. cũ antiquioribus. C. de iure deliber. eo quia talis hæreditas non dicitur propriè ſibi delata, & illud ſequitur ſimpliciter Raphael. Cuman. in 1. colum. in fine. Alij non tangunt. ſequitur Dom. Alexand. in d. l. cùm antiquioribus. circa finẽ. Adde, quòd mirabiliter decidit Bar. in l. is qui putat. circa princ. de
5 acqui. hæred. †vbi mirabiliter determinat, quòd ſi mortuo patre filius dicat, quia ſcio hæreditatẽ patris mihi eſſe delatam, ideo eam accepto, decidit, ꝙ illa aditio nihil valet, quia filio non poteſt dici propriè delata hæreditas patris, quia hæreditas dicitur alicui delata, quando poteſt eam adeundo conſequi, ſed filius non põt adire hr̃ditatẽ pr̃is, quia ipſo iure eſt ſuus hr̃s, ſed bene poteſt ſe immiſcere, tamen nimis dura deciſ. eſt, quam latè reprobat Bal. dicens, ꝙ eſt truffa. in l. potuit. in 7. q. ĩ.
* de iure deliber. *& determinant communiter Mod.* in d. l. is qui putat. ¶ In textu ibi, *cum ignorante*, intellige quando non apparet aliqs contradictor, aliàs contradictore ſe opponente requireretur conſenſus pattis, quia tunc deberet res tractari in figura iudicij, & ſic oporteret tunc, quòd perſona filij plenè legitimaretur, ita declarat Odoffr. hic in 5. colum. Cyn. in 2. opp. Bald. in 2. 3. 4. & 5 opp. Albe. & Saly. hic, & Saly. in l. 1. ĩ. de bono. poſſeſ. ſecundum tabu. & dicit Paul. de Caſtr. hoc multum ſibi placere, & ſequitur etiam Dom. Alexand. in 6. colum. ¶ In text. ibi,

etiam

Source : BIU Cujas

a *etiam patri*, non intelligas, ꝙ dictio etiam, [a] faciat implicationẽ circa personas, vt sic emolumentum quæratur non solùm patri, sed etiam filio, quia esset malus sensus, quia isto iure filio nihil potest quæri, sed id quod acquirit filius, totum quæritur patri, vt dixi in euidentialib. sed illa dictio etiam, facit implicationem factorum, secundum Cyn. hic in 8. opp. Bal. in 28. opp. Salyce. in 10. & alios. & sic est sensus, ꝙ non solũ potest peti ignorante patre, sed etiam affert commodum patri, & sic implicat facta, & non personas. Vel & clarius referas dictionem etiam, ad participium allatura, & non ad dictionem patri. Et sic habes ex prædictis omnib. ꝙ in hæreditate delata ipsi filio filius agnoscendo nihil sibi quærit, sed totum quęrit patri. Istud limitabat Rich. Malum. quem omnes referunt, non habere locum in hæreditate materna delata filio, in qua etiam de iure isto C. quærebatur filio, & non patri, per tex. in l. filius. in prin. in vers. emolumentum victoriæ. ff. de inoff. testa. & fuit opi gl. in l. is qui hæ-
* res. §. fi. de acq. hær. *quam Bar. & omnes ibi damnant*, eo quia istud ex hæreditate matris est hodie nouiter inuentum per l. 1. ℈. de
b bon. mat. & per quædam alia, nisi tu diceres [b] subtiliter, quòd dispositio illius l. 1. C. de bon. mat. potuit esse facta ante istam. l. licèt tit. sit positus postea, secundum gl. ordi. s̃. in prooemio. C. in ver. primo loco. & gl. & Bar. in l. 2. in prin. C. de iur. cal. Bar. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. Hinc est, ꝙ l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. fecit mentionem de l. vnica. C. de his, qui ante aper. tab. & tamen ille tit. est inferior isto, eodem modo. l. fin. §. 1. s̃. de cu. fur. facit mentionem de l. fi. huius tit. patet etiam in l. pe. ℈. qui testa. face. poss. iuncta l. fi. §. finautem patre recusante. C. de bon. quæ libe. Et ad l. filio. allegatam. respondeant Bar. & Doc. ꝙ verum est, ꝙ emolumẽtum victoriæ quæritur filio, quia quærelato testamento matris, filio competit facultas adeundi ab intesta. & non patri, vt ibi dicit tex. tamen si filius adeat, posteà acquireret patri. alia notabilia colli-
6 ge per te secundum Doct. ¶ †No. quòd scientia, & negligentia filij in petendo bon. pos. præiudicat patri, vt hic, & l. fi. ff. quis or-
c in bon. pos. ser. Quod intelligunt Bar. [c] hic in vlt. col. & Docto. hic, & in l. is qui hæres. cum simil. §. fi. ff. de acq. hære. procedere in tacita repudiatione resultante ex negligentia filij, & lapsu temporis, secus in expressa repudiatione filij, quæ non præiudicaret patri. d. l. is qui hæres. §. fi. & l. seq. & l. fi. in prin. C. de bono. quæ lib. Fortius. n operatur tacita repudiatio resultans ex dispositione legis propter negligentiam, & cursum temporis, quàm expressa renuntiatio, vel exclusio hominis. patet ex l. aduersus. C. de vsu. iuncta l. præses. C. de transac. patet ex c. de quarta. de præscr. iuncto c. 2. de dona. Facit. l. sed & si inter me. in princip. cum ibi no. ff. de ser. vrba. præd. & no. in l. longæ. ff. de diuer. & tempo. præscrip. Adde, quod no. Bal. in l. 3. in 1. not. C. de iur. & fac. ignor. quòd tacita repudiatio, quæ inducitur per lapsum temporis, plus nocet, quàm expressa repudiatio hominis. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebel. limitando, vt ibi per eum. Item adde, quòd duplicem rationem diuersitatis assignat pulchrè Bal. hic in 28. opp. quia tempus excludit exclusione legali. Item renuntiatio excludit personam à iure sine præiudicio tertij, sed præscriptio, & negligentia excludit ius à personis omnibus, & in rem. Confirmo per no. simile, nam suus si expressè abstinet ab hæreditate, potest intra terminum suam abstensionem reuocare. l. fina. C. de repud. hæred. & tamen si excluditur per lapsum temporis ad adeundum, est funditus exclusus, nec ei datur reuocatio, glo. in l. 2. in 2. fol. C. de iur. & fac. igno. Bart. in l. 3. eo. tit. expressius Bal. & Pau. in l. si quis suus. ff. de iure deli-
* & ſequuntur omnes hic,excepto Ang.qui leuiter mordet. nã maior eſt poteſtas,quàm habet tutor infantis,qui principaliter datur perſonæ,quàm curator furioſi,qui principaliter datur reb. l.in copulandis.C.de nup.& clarè probatur in l.cùm in vna. §. tutor.ff.de appel.ideo firmior eſt aditio, vel agnitio bon. poſſ. agnita per tutorem nomine infantis,quàm per curatorem nomine furioſi,ideo potentiorem effectum operatur tranſmiſſionis,& ita teneas. Aliam tamen rationem diuerſitatis aſſignant Bal.& Saly.& Fulg.hic,quia infantia non eſt vitium,ſed furor ſic,ſed certè non eſt vitium punibile, ſed cui fauetur miſerationis cauſa,vt habetur in l.2.C.de cur.fur. & ſic infanti deferẽ iure pleno,ſed furioſo miſerationis cauſa.Aliam,& quartã aſſignat Ang.hic,quia furor eſt impedimentum perpetuum, ſed infans ſperatur perduci ad perfectam ætatem, in qua poterit ſibi conſulere per reſtitutio.in integ.ſi hæreditas eſt damnoſa, & ſic ibi non tractatur de tanto præiudicio. Quintam, & vlti. aſſignat Lud.Ro.hic,quia lex magis prouidet his,quæ frequẽtius,& generalius accidunt.tex.no.eſt in l.iuſto.in princip.ff.de vſuc.ſed frequentius ꝓtingit eſſe infantes (quia quilibet à prin. eſt infans)quã furioſos,quod eſt ex accidenti,perſuaſiua ratio eſt,ſed non concludens, tene rationem Bar.¶Pro clara tamẽ intelligentia tex.& eorum quæ tanguntur in gl.& eorum,quæ dicta ſunt,aduerte,ꝙ iſte tex.nõ poteſt loqui in hæreditate patris,quamuis Odoff.inaduertenter in hac.l.ponat caſum in hæreditate patris.Ratio eſt,quia ſi eſſet hẽreditas patris delata infanti anniculo,non procederet iſte tex.qui dicit, agnita bono. poſſ.& ſic requiritur,ꝙ agnitio ſit facta,nec in ea eſſet tũc differentia inter infantem,& furioſum, quia quilibet eorum ex potentia ſuitatis tranſmitteret ad hæredes.tex.eſt in l.fin.§.ſinautem perpetuus.C.de cur.fur.quia hæreditas patris abſq; aliqua aditione ipſo iure perfectè acquiritur cuicunque filio, ẽt infanti furioſo,& tranſmittitur ad omnes, vt determinat Bal. reprobata gl.ibi,quæ aliter tenebat,in l.ſi infanti.vbi dicetur.C. de iure delib.& ita malè dicit in d.l.ſi.§.ſinautem perpetuus.& pro hoc eſt bo.tex.in l.Antiſtius.§.fi.in ver.neceſſarius ff.de acqui.hær.alleg.in gl.Debet ergo iſta lex intelligi in hæreditate alterius præterquam patris delata infanti,dic melius, vt dixi infra in l.ſeq.& in hoc,vt clarè habeas,conſidera tres caſus: aut talis ſucceſſio non fuit adita, vel agnita per tutorem, vel per alium nomine infantis, & iſto caſu non eſſet differentia inter infantem,& furioſum, quia neutro caſu hæreditas non adita tranſmittitur,vt ſtatim plenè dicam in l.ſeq.ideo tex.iſte cum myſterio præſupponit fuiſſe agnitam nomine infantis.Secundus caſus eſt, quando ſucceſſio fuiſſet adita nomine infantis, vel furioſi per tutorem,vel curatorem, & tunc donec vterq; viuit,non eſt inter eos differentia, quia vtrique eorum in vita acquiritur,iurib.alleg.in 2.parte gl. Tertius caſus eſt poſt eorũ mortem,& iſte eſt caſus.l.noſtræ,& in hoc propriè eſt differẽtia inter infantem,& furioſum,quia ſucceſſio agnita nomine infantis adeo illi perfectè acquiritur, ꝙ ad eius hæredes tranſmittitur,vt hoc tex.ſecus in ſucceſſione agnita nomine furioſi,quæ non tranſmittitur ad eius hæredes.l.3.§.ſed ſi infanti. ff. ad Tertul.alleg.in gl.rationem diuerſitatis.s.aſſignaui.Iſtud vltimum limita,quando furioſus eſt hæres neceſſarius,tex.eſt in l.Antiſtius.§.fi.in ver.niſi neceſſarius.ff.de acq.hær.quia ipſo iure per l.fit hæres.¶Secundò limita, vt procedat, quando ſucceſſio eſt delata ipſi furioſo immediatè, ſecus ſi ſit delata ſeruo,ſeu filio furioſi,quia ſi talis ſeruus,vel filius mandato curatoris adeat,tunc perfectè acquirit furioſo,adeo ꝙ iſto caſu eo mortuo tranſmittitur ad hæredes furioſi. iſte eſt tex. not. in l. Antiſtius.§.fina.ff.de acquiren.hæred. de quo text.glo. opp.&
b non ſoluit, b & hoc modo remanet enucleata præſens materia.Iaſ.Piſis.

ADDITIONES.

a ¶Ideſt in d.l.ſi infanti.& d.l.1.Dec.huic rationi vti minus ſufficienti coniungit alias.Tu autem conſidera infantem non omnino æquiparari furioſo.l.fi. §.pupillus.de verb.obl.ponderando dictionem non multum,& maximè quãdo infans fari poteſt.l.in negotijs.de reg.iur.furioſus enim mortuo æquiparatur.l.ſi quis alicui.in fi.de acqui.hæred.& Bald.in l.humanitatis. C. de impub.vnde perinde ac captiui iura pendent ex ſpe poſtliminij,ita furentis ius pendet ex ſpe reſipiſcentiæ.l.fin.§.tali.ſupra de cur.furio. & ſi non reſipuerit, præſumitur mortuus prima hora furoris quo ad ea, quæ conſenſum, & animum requirebant ſuum.

b ¶Tertiò limita,quando pater eſt curator,& legitimus adminiſtrator filij furioſi,nam talis acquirit cum perpetua cauſa filio,vt ex mente Bar.docet Mazant.in l.is poteſt.nu.124.ff.de acq.hær. TROT.

SVMMARIVM.

1 *Triplex reperitur ſpecies tranſmiſſionis.*
2 *Filius repudians hæreditatem patris expreſsè ſicut poteſt extenſionem reuocare intra 3.annos,an ita tranſmittat ad hæredem potentiam reuocandi.& nu.3.*
4 *Condito teſtamento tranſmittit filius ius petendi ſupplementum legitimæ,quando in teſtamento eſſet ſibi minus relictum.*
5 *An portio,quæ defertur ex ſtatuto maſculis,excluſis fœminis,ſi non ſit adita tranſmittatur ex potentia ſuitatis ad hæredes etiam extraneos, præſertim ad alias filias fœminas ipſius maſculi.*
6 *Ho die emancipatus etiam non tranſmittit ex potentia ſuitatis.*
7 *Secunda ſpecies tranſmiſſionis eſt,quæ fit ratione ſanguinis beneficio. l. vnic.infra de his,qui ante aper.tab.*
8 *Tertia ſpecies tranſmiſſionis quæ ſit,& quando locum habeat,nu.9.*
10 *Licèt filius ad ſucceſſionem patris poſſit iure prætorio venire ex triplici capite,tamen ſi non agnouerit bon.poſ.ex aliquo capite,& ſit tranſactus annus,licèt ſuperſint alij anni veniendi ex alijs capitib. tamen nullam vendicationem ad hæredes tranſmittit.*
11 *Bon.poſ.non agnita non tranſmittitur,ſicut nec hæreditas non adita.*
12 *Quare bon.poſ.non agnita non tranſmittatur,nec hereditas,nec ſubſtitutio.& nu.13.& 15.*
14 *Reſti.in integ.requirit factũ.ſ.impetrationem à iudice, & trãſmittitur.*
16 *Bon.poſ.non agnita regulariter non tranſmittitur.*
17 *Hæreditas non adita tranſmittitur iure ciuili beneficio. l.vnic. infra de his,qui ante aper.tabu.*
18 *An beneficium.d.l.vnicæ.habeat locum in ſucceſſionib.prætorijs.*
19 *Virtus.l.eſt in eius inductione.*
20 *Filiorum appellatione continentur nepotes.*
21 *In legibus nouis etiam correctorijs licita eſt extenſio de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam,concurrente identitate rationis.*
22 *Appel.hęr.de qua in d.l.vni.ſaltẽ largo ſumpto vocabulo,uenit bo.poſ.*
23 *Filius iure prætorio ſuccedens ex triplici capite,an beneficio. d.l.vnicæ. tranſmittat omnia tria capita.*
24 *Bon.poſ.non fauorabiles non tranſmittuntur beneficio.d.l.vnicæ.*

LEX IIII.

Mancipata. Iſta lex ex ſ. dicẽdis redditur valde ſolẽnis. Ad cuius euidentiã ꝑmitte, ꝙ licèt regulariter hẽditas non adita non tranſmittat. l.vnica.§. in nouiſſimo. C. de cad.tol. eo. modo bo.poſ. non agnita intra tẽps debitum
a nõ tranſmittitur, a vt hoc tex.& l.3.§. acquirere.ff.de bon.poſ. & idẽ in ſimilib.vt dicam.ſ.in 1.no. & ibi aſſignabo rationem fundamentalẽ huius regulæ. ¶Tamen in iure noſtro ꝗtum
1 attinet ad propoſitum, ſ reperitur triplex ſpecies tranſmiſſionis,& ſic triplici modo põt ſucceſſio nõ adita tranſmitti ꝫ regulam prædictã,& licèt tres ſpecies tranſmiſſionis aliter declaret Bal.in l.3.in 4.col.ſ.de hęr.inſt.& aliter in l.cũ antiquiorib.in 8.q. C.de iur.delib.ego tñ aliter declaro,ſequendo communes theoricas Doct.præcipuè Bar.quẽ videas, præſertim in l.ven-
b tre.ff.de acq.hęr.¶Prima ſpecies tranſmiſſionis b eſt illa,quę fit rõne ſuitatis. nam mortuo patre filius in poteſtate tranſmittit hẽditatem patris nõ aditã ad quoſcunque ẽt extraneos.l.apud hoſtes.C.de ſuis,& legi.l.ex militari.§.final.ff.de teſt. mil.& latè Bar.vbi plenè diſputabo,in l.ſi infanti.ſ.de iur. delib. & Bart.& alij in d.l.ventre.& ratio eſt,quia mortuo patre filius ſuus,& in poteſtate abſque alia aditione ipſo iure efficitur hęres,perinde acſi actualiter adiuiſſet. §. ſui. inſti. de hæred. qualita. & differ. l.1.§.qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt.l.in ſuis. ff. de lib.& poſthu.l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.& pupil. ¶Intelligę ſanè tamen, niſi filius in vita expreſsè repudiaſſet hæredi-
c tatem patris, quia tunc tolleretur ſuitas, & nihil c tranſmit-
teret

ADDITIONES.

a ¶Non tranſmittitur.Vide Iaſ.in l.1.col.8. de vulg. PVRPV.

b ¶Tranſmiſſionis. De tranſmiſſione ex vi ſuitatis. Adde, ꝙ iſtam opin. dicit veriorem Bartol.in l.ſi quis filium.§.1.de acquir.hæred.& in l.ſi filius hæres. col.2.in fin.ff.de lib.& poſth.& in l.ſi filius,qui patri.col.penul.in fi. de vulg. Alex.libr.1.conſil.89. viſo puncto. & Bald.in l.ſi fratris. colum.1. & Bartol. in l.1.ſi vt ſe ab hære.abſtin. PVRPV.

c *Nihil. Ergo repudians excluditur etiam a legitima, & ſupplemento, cùm amittat ſuitatem, & hanc communem eſſe opinio. dicit Socin. in l.1. colum.47. nume.31.verſicul. præterea cùm hodie. de verbor. obligat. Tamen Iaſo.in l.hæres.ſ.de impub.Barb.conſilio 19.in fin.volum.1.& alij quos citat Tiraq.in tracta.primigeni. q. 55. num. 2. tenuerunt contrarium, quòd repudiatio non tollat ius legitimæ,niſi ſpecialiter dictum ſit. per l. ſi quando.§. fi. infra de inoffic. teſtamento. & quidem hæc eſt communior, illa tamen iudicio meo verior. Si verò repudiationi additum ſit iuramentum,tollitur ſuitas, & ius legitimæ, ſecundũ communem opin. teſte Rip. in rubric. de verbor.obligat.num.4.& libr.1. reſponſorum.de iure gentium.capit. ſeptimo.num.13.Iaſ.in d.§.fin. & conſil. 207. Contrariam tamen communem eſſe dicit Boer.deciſ.3. nume.10. quòd iuramento non tollatur legitimæ ius, quam ego nec communem,nec veram eſſe credo,interim vide Didac.in cap. quamuis.§. 3.num.3.de pact.in 6. TROT.

Source : BIU Cujas

teret ad hæredes.l.vnica.C.de his,qui ante aper. tabu. ita limitat Bar.& bene in d.l.ventre.in 9.colum.& ibi Ang.Imo. & Ludo Roma.ſequuntur.& idem Bar.in d.l.ex militari.§.fi. in fi. & Bal.in d.l.vnica.C.de his,qui ante aper.tab.¶ In hoc tamen cadit ſubtile dubium,†nunquid ſicut ipſemet filius, qui repudiauit hæreditatem patris expreſsè,poteſt abſtenſionem ſuam reuocare intra tres annos.l.fi.C.de repud.hære.hſi quis ſuus. ff.de iure delib. ita tranſmittat ad hęredem potentiam reuocandi abſtenſionem,diſputabo latè in l.qui ſe patris. ff.vnde liber. & ibi ponit Dom.Alex.poſt Moder.in 20.col. & ſubtiliter Raph. Cuma.in l.ſi quis ſuus.in 1.colum.de iure delibe. ¶ Secundo intellige,niſi mortuo patre ſtatutus ſit terminus filio ad deliberandum,an velit eſſe hæres patris,quia ſi decedat intra talē terminum , cenſetur tanquam extraneus , & non tranſmittit ex potentia ſuitatis ad quoſcunque , ſi autem non eſſet ſtatutus terminus à iudice,quo caſu à iure habet annum ad deliberandum,tunc ſi moriatur intra illum annum,ſecus eſt , & ita ſingulariter declarat Bar.in d.l.ex militari.§.fi.circa fi. de quo vlt. (quia valde ambiguum eſt)reſeruo dicendum poſt Bal.& Angel.in d.l.cùm antiquioribus.& ibi plenè Dom. Alex. in 1.& 2. colum.& latè Ludo.Roma.in d.l.ventre.¶†Item adde, quòd quemadmodum mortuo patre inteſtato, filius in poteſtate ex potentia ſuitatis tranſmittit hæreditatem patris non aditā ad quoſcunque,vt dixi,ita eodem modo ſi pater fecit teſtamētum,& habens plures filios,& vnum pupillum habentem bona aduētitia matris ſubſtituat illi filio pupillo pupillariter aliū fratrem,eodem modo ſicut tranſmittit hæreditatē patris non aditam,ita tranſmittit ſucceſſionem fratris impuberis nō aditam,cui erat ſubſtitutus pupillariter,& hoc per eandem potētiam ſuitatis,quia quantum ad hoc cenſetur patris.tex.eſt in l. ſed ſi plures.§.quos poſſum.& ibi Barto.& Docto. ad hoc notant.ff.de vulg.& pupil.cum concor.ibi traditis, & idem Bart. in l.2.in fi.prin.ff.de vulg.& pup.& tex.in l.1.ver. cæterum, ff. de acqui.poſ.¶†Eodem modo condito teſtamento tranſmittit filius ius petendi ſupplementum legitimæ, quando in teſtamento eſſet ſibi minus relictum legitima,quia ſi filius mortuo patre decedat non petito ſupplemento legitimæ, tamen trāſmittit ad quoſcunque hæredes facultatem petendi legitimā , ſicut ſi ipſe viueret:ita ad ſimilitudinem,nam pro ſupplemento legitimæ competit filio cōdictio ex lege,& ſic actio perſonalis.l.omnimodo & l.ſcimus.in prin. C.de inoffi.teſtam.ergo ad ſimilitudinem aliarum actionum perſonalium, quæ tranſmittuntur ad hæres.l.pro hæreditarijs.C.de hered. actio.debet etiam iſta tranſmitti.ita in ſpecie determinat Saly. ad literam in l.ſcimus in princ.C.de inoffic.teſtam.quem ſequitur Domi. Alex.in conſi.197.incip.viſo tit.q.in 3.colum.ad fi.& eſt conſil. 55.in 2.volum.& eſt de mente Bal.ſi rectè inſpiciatur in l.ſi arrogator.in 2.opp.ff.de adop.& l.2.in vlt.q.C.de lib.præte.quod bene no.†Nunquid autem portio,[a] vel ſucceſſio patris, quæ defertur ex forma ſtatutorum filijs maſculis excluſis ſeminis, eodem modo, ſi non fuit adita per filios maſculos in eorum vita, tranſmittatur ex potentia ſuitatis ad quoſcunque hæredes etiam extraneos,preſertim ad alias fœminas ipſius filij maſculi?Eſt multum alta q.quam ponit Saly.in l.1.C.ad l.Iuliā.de adult.Pau.de Caſt.in l.fin.ff.de acqui.hære.poſt conſi. Bald. ibi per eum relatum, ponit Lud. Ro. qui relinquit cogitandum, in l.ventre.ff.de acqui.hære.& plenè Do.Alex.de Imo.in conſ. 20.quod incip.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Rayn.in 1. volum.quem paſſum diſputaui in l. ſi arrogator. ff. dē adopt. ideo hic nō pono.¶ Prædicta procedunt in filio in poteſtate, nunquid idem ſit hodie in filio emancipato, vt hodie ex potētia ſuitatis tranſmittat etiam ipſe hæreditatē patris nō aditam ad quoſcunque?Dubium facit,quia emancipatus ſuccedit hodie ad ſimilitudinem ſuorum.l.meminimus ff.de leg.hære. ltē ſublata eſt hodie differentia emācipationis,& pat.pot. §.nullā verò.in Auth.de hęre.quę ab inteſt.tangit Bar.& relingt cogitandum in d.l.vētre.in pe.col.Breuiter † veritas eſt,q̄ ēt hodie emancipatus nō tranſmittit ex potentia ſuitatis,quia licèt hodie ſit ſublata dria emancipationis,& patrię poteſtatis, q̄tum ad ſuccedendum ab inteſt.vt declarat gl.in l.ſi emācipati ff. de colla.tñ in alijs [b] non ſunt ſublatæ drīæ, vt in propoſito quātum ad ius tranſmittendi, & ita expreſsè firmat Angel. hic in lect.Flo.& Bal. in Auth. in ſucceſſione.C.de ſuis, & leg. & in l. ſi fratris.C.de iure delibe. & in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.vbi Pau.de Caſt.& Mod ff.de lib.& poſth.Ang.& Pau.de Caſt.& Mod.in l. ſi emancipati ff.de colla.& dicit Angel.in l.illud.ff.ſi pars hęre. pet. *quòd iſta eſt communis opi.* q̄ etiā cōiter tenent alij in d.l.ventre.& Io.de Imo.in l.iam dubitari.ff.de hęre.inſtitut. & in l.cùm quidam.§.ſuum heredem.ff.de acquiren.hereditā. ¶ Et circa iſtam primam ſpeciem tranſmiſſionis,quę fit ex potentia ſuitatis, attende quod non facit ad materiam noſtram bon.poſſ.quia licèt hæreditas patris non adita de iure ciui.trāſmittatur ad quoſcunque ex potentia ſuitatis, vt dixi , eo quia lex ciuilis facit ſuum ipſo iure hērdem , & eſt perinde ac ſi fuiſſet adita hęreditas,vt ſupra declaraui,non tamen credas,quòd bonor.poſſ.non agnita in bonis patris,tranſmittatur ex potentia ſuitatis ,eo quia ſuitas non poteſt hoc facere , cùm illa requirat agnitionem iudicialem in præſentia iudicis.l.fin. ff. eod. & ſic firmat in ſpecie.d.Alex.hic in penul.colum.qui dicit hoc eſſe ſubtile, & non tactum ab alio , quòd puto verum quantū ad bon poſſ.decretalem,quæ requirit preſentiam iudicis, vt dixi,ſed quid in bon. poſſ.edictali? Relinquo cogitandum, & per hęc ego limito,& emendo illud,q̄ dixi in l.infantis.ff.eod.dum dixi,q̄ illa lex non poteſt intelligi in hæreditate patris , eo quia propter ſuitatem tranſmitteret , & quòd tunc non eſſet differentia inter furioſum,& infantem,dic melius, quod illud procedit in hæreditate de iure ciuili,in qua bene verum eſt, quod non eſſet differentia inter infantem,& furioſum, quia in vtroque ex potentia ſuitatis hęreditas non adita tranſmitteretur.l. fin.§. 1. C. de cur.fur, ſed in bon. poſſ.de iure prætorio in ſucceſſione patris,puto,quòd haberet locum.d.l.infantis. quicqd ibi dixerim, quia ſuitas quantum ad tranſmiſſionem bon. poſſ. nihil poteſt operari, & iſta eſt veritas. ¶† Secūda ſpecies tranſmiſſionis eſt , quę fit ratione ſanguinis , beneficio. l.vnicæ ff.de his,qui ante aper.tab.nam ſi moriatur aliquis deſcendens quiſquis ſit,hęreditate aſcendentis non adita, nec repudiata, illam tranſmittit ad quoſconque deſcendentes,& declarat Bartol.in dict.l.ventre.in pen.colum.verſi. quintus caſus, & iſta ſpecies tranſmiſſionis ſe habet cum precedente tanquam excedentia, & exceſſa. nam tranſmiſſio ex potentia ſuitatis fit ad quoſcūque etiam penitus extraneos hęredes , ſed illa , quę fit beneficio.d.l.vnicę.ſolum fit quantum ad deſcendentes,ſed non extraneos. Iſta autem excedit illam in alio , quia illa non habet locum , niſi in hęreditate patris habentis filium in poteſtate; iſta autem. d. l. vnicę. habet generaliter locum in hæreditate cuiuſcunque aſcendentis,& conſequenter matris, & lineæ maternę , & ſic ſuitas non eſt illa , quę operatur iſtam ſecundam tranſmiſſionem, ſed ſolùm qualitas ſanguinis. Et circa hoc cadit pulchrum dubium , nunquid dict. l. vnica, habeat locum in ſucceſſionib.prętorijs,& conſequenter nunquid bo. poſſ. non agnita per emancipatum in bonis aſcendentis tranmittatur beneficio.dict.l. vnicę. & conſequenter nunquid iſto caſu limitetur iſta.l.quem paſſum tangit gloſſ. 2. ad fi.& ibi reſeruo.¶†Tertia [c] ſpecies tranſmiſſionis eſt, quæ fit beneficio. l.cùm antiquioribus. C.de iur. delib.quando aliquis ſcit hæreditatem alicuius ſibi delatam eſſe intra annum , quem habet ad deliberandum , an velit eſſe hæres , vel ne, nam ſi decedat intra talem annum pendente adhuc deliberatione, & ſic nec adita,nec repudiata illa hæreditate,tranſmittit illud ius deliberandi ad quoſcunque hæredes intra illum annum tantum, & conſequenter potentiam adeundi,& tangit Bart. in dict.l.ventre.in vltim.colum. in verſicul. ſeptimus caſus eſt . Et aduerte, quia iſta tranſmiſſio eſt longè plenior,& vtilior quo ad qd, quàm ſint duæ precedentes , nam iſta tranſmiſſio non ſolùm habet locum in hęreditate patris, prout prima,& in ſucceſſione cuiuſcunque aſcendentis,prout ſecunda,imò habet locum generaliſſimè in quacunque ſucceſſione cuiuſcunque etiam penitus extranei tam ab inteſta. quàm ex teſtamento . Et ex hoc reſultat alia vtilitas, quia ad hoc , vt competant duę precedentes , oportet probare , aut defunctum fuiſſe filium , & in poteſtate , aut fuiſſe ex deſcendentibus illius , ex cuius hæreditate agitur , hic non expedit probare de hoc , ſed ſolum quòd ille deceſſit ſciens intra annum deliberandi, vt declarat Bal. in d. l. cum antiquioribus. in prima col. & ibidem Mod. Sed in alijs duobus duę precedentes ſunt vtiliores , primò, quia ille tranſmiſſiones fiunt perpetuò vſque ad triginta annos , ſed iſta tertia non tranſmittit niſi reſiduum illius anni, quòd ſupererat hęredi defuncto ad deliberandum. Item ad hoc, vt habeat locum iſta tertia tranſmiſſio dictę l. cùm antiquioribus. requiritur, quòd decedens expreſsè ſciuerit

ADDITIONES.

a ¶Portio.Adde Bart.in l.Titia.in §.vſuras.de leg.2.Doct.in l.1. C, de his, qui ante aper.tab.Doct.Can.in regula priuilegium.de regul.iur.lib.6. Adde Socin.conſil.1.in 2.parte.incip.pulchra.

b * Vnde nec habet beneficium reuocandi abſtinentiam ex. l. fin. C.de repud. hæredit. Doctor. omnes tenent in dict. l. fin. & eſt communis opin. vt per Iaſ.ibi num.3.& Bened.in capitu..Raynutius.in verbo mortuo. numero 135. de teſtamen.Contrariam tamen opin. dicit eſſe communem immemor Iaſ. in l.emancipata.in 1.glo.ſ.de iur.& fac.ignor.& malè. TROT.

c Et iſta ſpecies. Adde Alex.lib.2.conſil.89. viſo puncto.1.col. PVRPV.

d ¶Tertia.Not.Bartol.conſil.178.Peruſinus,&c.Alexand.libr.3. conſil. 86.viſo.colum.2. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſciuerit hæreditatem ſibi fuiſſe delatam ex teſtamento, vel ab inteſt.aliàs non poſſet dici,quòd deliberaret,ſi neſciret. d. l. cũ antiquioribus.in verſi.ſciens.ſed duæ præcedentes habet locum, ſiue tranſmittens ſciret hæreditatem ſibi delatam, ſiue non.

9 ¶†Nunquid autem iſta tertia tranſmiſſio,quæ fit beneficio. d. l.cùm antiquioribus.habeat locum in bon.poſ. & conſequenter in ſucceſſionibus prætorijs,tangit Cy.in l.qui ſe patris.in vlti.col.j. vnde lib.vbi(ſub dubio fortè)tenet ꝙ non, cùm requirat agnitionem in præſentia iudicis.l.fi. infra eo. & ſequitur ibi Pau.de Caſt.in d.l.cũ antiquiorib.& Sal.in l.1. in prin. ſupra de teſti.mili.& pro hoc bene videtur facere, ꝙ in ſucceſſionibus prætorijs regulariter non dantur niſi centum dies.l.2.ſupra eo. niſi in aſcendentib.& deſcendentib. ergo non poteſt conuenire remedium de anno,per d.l.cùm antiquioribus.arg.l.ꝙ conſtitutum.ff.de teſta.mil.& propterea Ang.in repe.d.l.qui ſe patris.in 20.col.dicit,ꝙ l.cũ antiquiorib. habet locum in ſucceſſionib.prætorijs,in quib.datur annus,vt in aſcendentib. & deſcendentibus,ſed non in alijs,quem reprehendit Lud. Roma. ibi dicens contrarium,ꝙ imò d. l. cũ antiquiorib. habeat locũ in ſucceſſionib.prætorijs anno,ſi annum habeant,aliàs cẽtum diebus.firmat expreſsè idem Cy.in d.l.cũ antiquiorib.in 1.q.& ibidem ſequuntur Raph. Fulgoſ.& D. Alex.& idem Fulg. in l. licèt.infra de iure delib.& Alex.hic, propter identitatem rationis,& per ea,quæ dicam in glo.1.ad fi. ¶ Secundò proprius ad text. præmitte inquantum dicit, ſi non agnouit intra annum, intelligitur altero de duobus modis.vno modo ſecundũ Pau. de Caſt.& D.Alex.hic,ꝙ iſte tex.debet intelligi, quando tempore,quo mortua eſt iſta filia emancipata, nondum erat elapſus totus annus,ſed aliqua pars,puta duo,vel tres menſes,ita ꝙ adhuc ſupererat de anno, aliàs ſi intelligeremus, ꝙ in iſto tex.fuiſſet elapſus totus annus,antequam iſta filia moreretur, certè iſte tex.nullam haberet dubitationem, cũ non potuiſſet tranſmittere,ſi iam erat elapſus annus,& ſic ipſa excluſa, & ſic mors filiæ nil faceret,vt ergo ſit text. dubitabilis, oportet præſupponere, ꝙ adhuc ſupererat de anno, ita ꝙ ſi ipſa filia viueret,poſſet agnoſcere,& tamen hic notabiliter deciditur, ꝙ nõ tranſmittit ad hæredes facultatem agnoſcendi vltra reſiduum illius anni, & dicit Pau. de Caſt. quòd iſte eſt verus intellectus huius tex.Credo,ꝙ errent,& teneo,ꝙ in iſta.l.annus erat ex to

* to elapſus,vt tex.clarè dicit non violando eum ibi,*ſi non agnouit intra annum*, & iſtud expreſsè tenet Barto. hic, qui dicit circa fi.ꝙ iſta.l.loquitur in filia decedente poſt annum.Iſtud etiã ſentit Ang.hic in lect.Peru. qui poſt ſuum ſummarium quærit,quid eſſet ſi in caſu iſtius.l.filia deceſſiſſet intra tẽpus bono. poſſ.petendæ,& ſic intra pendentiam anni,nunquid ſaltem reſiduum tranſmiſiſſet?Et reſpondet,ꝙ ſic,& ita dicit ſentire no. gl.in l.ſed ſi deceſſerit.ff.de bon.poſſ.contratab. ergo vult, ꝙ in caſu iſtius.l.iam erat lapſus annus.Tamen caue, quia illud, ꝙ vult Ang.ꝙ reſiduum anni ad agnoſcendum bon. poſſ. tranſmitteretur,eſt falſum,& contra iſtam.l. prout expreſsè dicunt Pau.de Caſt.& D.Alex.quos retuli, licèt de Ang.mentionem non faciant.Teneo ergo, ꝙ in hoc tex. erat ex toto tranſactus integer annus,vt litera dicit,nec eſt neceſſarium,vt dicũt Pau. & Alex.ꝙ iſte tex. ſolũ intelligatur, quando nondum erat lapſus totus annus, quamuis etiã in illo caſu poſſet procedere, quando verba tex.paterentur. Et ſi dicas, quæ ergo erat ratio dubitandi in hoc tex.quæ fecit errare Mod?Hic reſpondeo,ꝙ erat pulchra ratio dubitandi, nã licèt eſſet elapſus integer annus,& conſequenter filia eſſet excluſa à primo capite, & ſic à

a ipſa potuiſſet venire ex ſecundo capite vnde agnati. [a] Itẽ tertium annum ex capite vnde cognati.l.pe.§.fi.ff.quis or. in bo. poſſ.ſer.& declaraui in l.1.ſuper gl.fi.s̃.eo.dubium ergo erat,an tranſmitteretur facultas veniendi ex ſecundo capite,vel ex tertio.& tex hic ſingu.decidit,ꝙ nullam tranſmittit, & hoc eſt,ꝙ ſing.dicit litera ibi,*nullam vendicationem*. pondera illam vniuerſalem negatiuam nullam,& ſic nedũ ex primo capite, à quo filia erat excluſa per lapſum anni,ſed nec ex ſecundo, vel ter-

10 tio.†Et ſic habes hic tex.bene ſing.in verſi.nullam. quòd licèt filius ad ſucceſſionem patris poſſit de iure prætorio venire ex triplici capite,& intra tres annos,vt declaraui ſuper gloſſ.fina. l.1.s̃.cod.tamen ſi filius in vita non agnouerit bono. poſſeſ.ex aliquo ex iſtis capitibus, & ſit tranſactus vnus annus, licèt ſuperſint alij anni veniendi ex alijs capitibus,tamen nullam vendicationem ex vllo capite ad hæredes tranſmittit, ita eſt hic text.ſolennis, quem habes medullitus declaratum.Iſtis ſic prę miſſis venio ad tex.

Emancipata. Hoc dicit.Bon.poſ.etiam liberis intra annum competens non agnita,

11 non tranſmittitur.h.d.¶†No.ex iſto tex.regulam,quòd bono. poſſ.non agnita non tranſmittitur ad hæredes,vt hic, & l.3. §. acquirere.ff.de bon.poſſ.Sicut etiam in hæreditate de iure ciuili,quæ non adita non tranſmittitur.l. vnica. §. in nouiſſimo. C.de cadu.toll.Sic etiam in ſubſtitutione, quæ eſt ſecunda inſtitutio.l.qui liberis.§.hæc verba.& l.ſed & ſi plures.in princ. ff. de vulg.& pupil.& eſt tex.magiſtralior,quã habeat totus m ũdus,in l.ex plurib.ff de ſuis.& leg.& ibi dicit tex.aliud eſſe in iure accreſcendi,ꝙ tranſmittitur,licèt non aditum in vita, quia ipſo iure accreſcit etiam inuito,& ideo non requiritur alia acceptatio quo ad tranſmittendum,& per hoc infertur,ꝙ licèt quando ſubſtitutio eſſet iuncta cũ iure accreſcendi,tunc ſubſtitutio quamuis non agnita de per ſe nõ tranſmittatur, tamẽ propter ius accreſcendi annexum tranſmittitur.text. habes & exemplum, quem Bart. ibi,& omnes dicunt eſſe ſing. & non reperiri alibi in iure,in l.qui patri.ff.de acq.hære & dicit Bar. in l.vnica.§.ſinautem aliquid.C.de cad.tol. ꝙ in d. l. qui patri. eſt

12 caſus mirabilis,& ſingulariſſimus in iure. ¶† Neceſſarium eſt

b nunc videre,quæ ſit ratio prædictarum [b] regularum,quare bono.poſſ.nõ agnita nõ tranſmittatur, nec hęreditas de iure ciuili,nec ſubſtitutio.Bal.hic aſſignat duas rationes. Prima eſt, qa ex quo hęres ipſe non adijt,& non agnouit, videtur neglexiſſe,& ſic quodammodo repudiaſſe.allegat l.1.j̃.de teſtam.mili. l.cùm quidam.& l.Antiſtius.ff.de acqui.hęred.quę nil faciunt. ergo non mirum, ſi non tranſmittit, ſicut ſi verè repudiaſſet. Ego,licèt leges allegatę per Bal.nõ probent intentum ſuum, allego & pondero tex.optimè probantem,in l.illud.§.fi.cum l. ſeq.ff.de contratab.alleg.in gl.arguendo ſubtiliter à ſpecialitate illius tex.vbi ſcriptus hęres non agnoſcendo bono.poſſ.non dicitur neglexiſſe,nec tacitè repudiaſſe,imò in caſu illo tranſmittit,& rationem ſpecialitatis dicam ſtatim in gloſſ.ergo extra illum caſum,qui non adit,vel non agnoſcit,intelligitur negligere,& tacitè repudiare.Ad hoc faciunt pulchra verba Bar. quę videas omnino, in d.l.ventre.in 3.col.in ver.venio ad 3. & 4.partem ſimul.Iſta ratio mihi non placet,quia non eſt verum prę ſuppoſitum Bal.ꝙ ille,qui non adijt,vel non agnouit, dicatur neglexiſſe,ex quo enim ſcit adhuc ſibi durare tempus, puta de iure ciuili vſque ad 30.ann.vel de iure prętorio vſque ad annum, vel ad centum dies, certè ſi ſtetit per menſem, quòd nõ agnouit, nõ propterea dicitur neglexiſſe, nec tacitè repudiaſſe,ex quo ſcit ſibi durare ius ſuum.l.ſicut.§.non videtur.ff.

13 quibus mod. pign. vel hypot. ſolu. ¶† Secundam rationem, & magis coloratam aſſignat Bald. hic, quam tenent expreſsè Saly.& D.Alex.hic in 3.colum.in diſcurſu,& ante eos aſſignat Cy.hic,& plenius in l.vnica.in 2.quęſt. C.de his, qui ante aper. tabu.nam dicunt, quòd ideò bonorum poſſeſ. non agnita nõ tranſmittitur,vt hoc text.eo quia requirit actum facti extrinſecum,ſcilicet quòd fiat in pręſentia iudicis.l.fina. infra eod. ſed ea,quę ſunt facti,vt eſt poſſeſ. nõ tranſmittuntur ad hęredes. l.1.§.Sęuola.ff.ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſ.fuerit.& l. cùm hęredes.in princip. ff.de acquir.poſſeſ. eodem modo aditio hęreditatis,quamuis inducatur ſolo animo.l. pro hęrede. in princip. & l.gerit.ff.de acquir.hęred.tamen requirit actum facti extr inſecum declarantem animum,vt dicit gloſſ. in l. mutuum. ff.de

14 acquir.hęredi.& no.Barto.in d.l.gerit.¶†Sed tu aduerte, licèt iſta ratio ſit ſubtilis,& ab omnibus approbata,puto quòd non ſit vera,nam reſtitutio in integrum etiam requirit factum extrinſecum,ſcilicet impetrationem à iudice, & tamen tranſmittitur.l.non ſolùm. ff. de in integrum reſtitutio.l. Pantonius. in princip.ff.de acquiren.hęredi.& l.qui duos.ff.de rebus dub.niſi dicas,quòd ſpeciale ſit in reſtitutione.Secundò, & ſubtilius impugno, nam quando quęritur,quare hereditas non adita non tranſmittatur,& idem in bonorum poſſeſſio.nõ intelligo ego, quòd tranſmittatur ipſa aditio,vel agnitio,quia bene eſt facti, ſed intelligo,quòd tranſmittatur ius,ſeu facultas poſſendi adire,vel agnoſcere,& iſta facultas nõ requirit actum facti extrinſecum,quia conſiſtit in ſola potẽtia,ita dicit glo.not.in l.vnica. ſuper verſicu.tranſmittere.C.de his,qui ante aper. tab. no. Bar. in d.l.ventre.in 2.colum.& tex.in l.cùm antiquioribus.C.de iure deliber.& melius quàm alibi declarat Pau.de Caſt.in l. ſi fratris.in 1.colum.& ſeq.C.de iure delibe.vbi oſtenditur,ꝙ quãdo tractatur de tranſmiſſione,ipſa aditio, vel agnitio non eſt, quę tranſmittitur,quia eſſet facti,ſed ſola facultas,& ſola potẽ

tia,

ADDITIONES.

a ¶Vnde agnati. Adde,ꝙ imò emancipata non habebat caput vnde agnati de iure.ffor̃ũ,hodie aũt bene habet iura agnatorum.l.meminimus.C.de ſuis,& legi.Dec.conſi.13. BELLOT.

b ¶Ratio prædictarum. Ratio diuerſitatis, Iaſ.in l.ſi arrogator.colum.7.verſic his præmiſſis.ff.de adop.contra iſtum eſt caſus.l Pantonius.ff.de acqui.hære. PVRPV.

Source : BIU Cujas

tia, quæ non requirit factum extrinſecum, & quod iſtud ſit verum, oſtendo luce meridiana clarius, nam quando quærimus vtrum bono. poſ. non agnita tranſmittatur, non intelligimus de bo. poſ. decretali requirente præſentiam iudicis, & ſic actū facti, ſed intelligimus de bo. poſ. edi. propter quam dabitur nobis ſpes conſequendæ decretalis, vt in ſimili dicit gl. l. 1. in gl. fi. in 2. par. s. eo. ſed bon. poſſ. edictalis, quæ datur ipſo iure ab edicto prætoris mortui, non requirit factum extrinſecum, ergo
15 ratio Doc. non vera. & hoc eſt valde ſubtile. ¶ † Aliam rationē aſſignat Bar. in l. ſi in perſonam. C. de fideicomm. quia ſuo animo, & non alieno, puta per procuratorem quis efficitur hæres. l. per procuratorem. ff. de acq. hære. Sed iſta ratio nō eſt bona, quia bon. poſ. acquiritur per procuratorem, & tamen non
a tranſmittitur. l. 3. §. acquirere. ff. eo. & hoc tex. ¶ Puto [a] ergo, ꝙ vera, & clara ſit ratio, quam alibi aſſignat Bal. in l. quoniam ſororem. C. de iure delib. nam hæreditas nobis delata, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel bo. poſ. nobis competens, antequam adeatur hæreditas, vel agnoſcatur bon. poſ. non dicitur eſſe in bonis noſtris, nec nobis acquiritur, tex. eſt melior de iure in l. pretia rerum. in prin. ff. ad l. Fal. quem tex. reputat ſingul. ad hoc Bal. in l. 2. in vltimis verbis. C. de iur. & fac. ignor. tenet Bar. in l. poſt emancipationem. in prin. ff. de lib. leg. Bal. in l. Deo nobis. ad fi. C. de epiſ. & cle. & Bar. vbi limitat, in l. qui duos. in prin. in pen. col. ff. de reb. dub. ergo illud, quod non eſt noſtrū, vel non eſt in bonis noſtris, nec ex bonis acquiſitum, non poſſumus ad alios tranſmittere, per regulam. l. id, ꝙ noſtrum. & l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. vide tamen tex. in l. ſubſtitutio. ff. de acqui. rerum dom. Hinc eſt, ꝙ hæreditas patris quamuis nō adeatur per filios in poteſtate, nec filij ſe immiſceant, tamen quia ipſo iure cenſentur ſui hæredes, & propter ſuitatem ipſo iure continuatur in filios dominium paternorum bonorū, ergo hæreditatem patris, quamuis actualiter verè non agnitam, tranſmittunt ad quoſcunque. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta. & credo, ꝙ illa ſit melior ratio, quæ reddi poſſit. eandem rationem in effectu vult Bar. in l. à teſtatore. ad fi. ff. de condi. & demonſtr. vbi dicit, ꝙ hæreditas non adita ideo non tranſmittitur, quia hæres ante aditam hæreditatem nullum ius habet, & dicit Bar. in l. 1. in 1. col. ff. de acq. hær. ꝙ hęreditas non eſt hæredis, antequam adeatur, ſubtiliter conſiderando, nec iſta ratio mihi ſatisfacit, nec me reddit ex toto clarum, quia licèt hæreditas nobis delata antequam adeatur non ſit in bonis noſtris, nec nobis actualiter quæſita, & idem in bono. poſ. non agnita, & conſequenter id, quod noſtrum nō eſt, ad alios tranſmittere non poſſumus, nec aliquid iuris plus in alios transferre, quàm ipſi habemus, tamen hic nō quærimus, nunquid dominium ſucceſſionis tranſmittatur ad hæredes, quia tunc militat ratio prædicta, ſed bene nos quærimus, nunquid illa facultas, quæ competebat defuncto, dum viueret, adeundi hæreditatem, vel agnoſcendi bon. poſ. quare illa facultas etiam non tranſmittatur ad hæredes, ad hoc non cadit ratio prædicta, & ſic quare bono. poſ. edictalis, quæ ipſo iure à lege defertur, & ipſo iure competebat defuncto dum viueret, quare illa non tranſmittatur ad hæredes, qua mediante habetur ſpes conſequendæ decretalis, cogita quia ſubtile eſt. Item nec ratio Barto. videtur tuta, ꝙ ideo hæreditas non adita non tranſmittatur, eo quia hæres nullum ius habet: nam imò videtur, ꝙ dicitur habere ius, ex quo ei præſcribitur. l. licèt. infra de iure delib. & declarat Bar. in l. is poteſt. in 2. & 3. col. ff. de acqu. hære. vnde idem Bar. in d. l. is poteſt. in 6. col. in diſcurſu ſermonis dicit, quòd ideo hæreditas non adita non tranſmittitur, qa tunc hæres non dicitur habere aliquod ius quæſitum, ſed ſolū habet ius quærendum, quod alteri non acquiritur. Sed caue, quia fideicommiſ. vniuerſale ante aditam hæreditatem tranſmittitur ad hæredes, vt tenent Bar. & Doc. in l. cùm filio. in 5. q. ff. de leg. 1. & probatur in l. quidam ita teſtamento. ff. ad Treb. & tamen in fideicommiſſo vniuerſali ſolùm adeſt ius cogendi hæredem adire, & reſtituere, & ſic eſt ſolùm ius quærendū, & non ius quæſitum, & tamen tranſmittitur. Potes ſubtiliter dicere, ꝙ illud ideo ibi eſt, quia ad illud cogere hæredem adire, & reſtituere competit offic. iudic. vt declarant gl. & Bart. in l. ſi legatus ff. ad Treb. ſed offic. iudi. ſui natura eſt tranſmiſſibile. l. non ſolùm. ff. de in integ. reſti. & illud, quod eſt tranſmiſſibile, dicitur quaſi quæſitum, & eſſe in bonis noſtris, vt declarat Bar. in l. qui duos. in prin. in pen. col. ff. de reb. dub. limitando d. l. pretia rerum. in prin. ff. ad l. Falc. Sed obſt. quia etiam in bon. poſſ. competit offi. iudi. l. 1. §. decretalis ff. de ſucceſ. edi. gl. & Doct. in l. 1. §. eo. & tamen bo. poſ. non agnita non tranſmittitur, vt hic & l. 3 § acquirere. ff. eod. niſi ſubtiliter dicas, quòd aliud eſt offic. iud. ꝙ competit fideicommiſſario vniuerſali, in quo aliquid petitur fieri ab aduerſario, & iſtud actionis verbo continetur. l. actionis verbo. ff. de actio. & oblig. declarat Bar. in l. 1. ff. de iuriſd. om. iud. & in iſto implorando requiritur libellus, vt declarat Bar. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in 2. col. cū concor. ff. de offi. procon. & leg. & dicit Bart. ibidem idem eſſe in offi. iudi. per quod petitur reſtitutio in integr. & illud officiū iudi. bene tranſmittitur, vt prædixi. Non ſic eſt in officio iudicis inuento à prætore in bon. poſſ. loco iuris adeundi, vt declarat gl. & Bar. in l. 3. §. ſi cauſa cognita. ff. eo. & maximè hodie, p l. fi. ĵ. eo. ¶ Capio gl. in ver. [nullam.] quam diuido in tres partes. In prima aſſignat rationem ad tex. In ſecunda per viā fallentiæ remouet vnum contrarium. In tertia remouet aliud. Secunda ibi, niſi in caſu. Tertia ibi, ſed de iure ciuili. ¶ In pri-
16 ma, & ſecunda parte habes regulam, & fallētiam, † regula eſt ꝙ bon. poſ. non agnita regulariter non tranſmittitur. Fallit in' caſu d. l. illud. §. fi. cum l. ſeq. cui concordat tex. in l. ſcriptus. ff. de Car. edi. & tex. in l. ventre. ff. de acqui. hæred. quas ll. allegat pro concordanti gl. in l. 3. §. acquirere. ff. de bono. poſ. & ratio iſtius fallentiæ eſt, ſecundum Ang. Pau. de Caſt. Lud. Rom. & D. Alex hic, & ante eos ſentit gl. in d. l. illud. in §. fi. in verſi. moriatur. & in l. ſeq. in glo. 1. & in effectu Saly. & Fulg. hic. nam ibi hæres ſcriptus in teſtamento poterat beneficio poſthumi præteriti contrabulare teſtamentum, ſed quia potius voluit expectare, an poſthumus naſceretur, vel ne, vt eo non nato ſuccederet ex teſtamento, & voluntas defuncti haberet effectum, propter hoc ſtatuit tex. quòd ſi interim moriatur bono. poſſ. non agnita, ꝙ illam tranſmittat. Hic aduerte, quia valde neceſſarium eſt, præſupponunt. Doct. in d. l. illud. §. fi. quòd ſcriptus hæres in teſtamento poſſit contratabulare beneficio poſthumi præteriti aperientis edictum inſtituto ad contratabulandum, illud videtur valde mirabile, quia poſthumus pręteritus antequam naſcatur non contratabulat teſtamentum. l. poſthumo. infra de bon. poſ. contratab. quomodo ergo antequam naſcatur, potuit aperire edictum contratabulandi hęredi ſcripto, ſi adhuc ſibi non competit? Lud. Rom. & Dom. Alex. hic dicunt, ꝙ illud probatur in l. ſi poſt mortem. §. hi qui. ff. de bo. poſ. contratab. quæ nil facit, quia loquitur iam nato prætérito, qui bene aperit edictum contratabulandi ſcripto hæredi, dato quòd ipſe nolit contratab. ſed nos loquimur in poſthumo prętérito. Dic ergo tu, ꝙ illud expreſsè dicit tex. in d. l. illud. §. fi. dum dicit, alius qui hæres inſtitutus eſt bon. poſ. contratabu. admittere poteſt, quem text. expreſsè ad hoc ponderat, & reputat no. dignum Bal. in l. ſi pater. in 9. opp. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. dicens ibi eſſe text. quòd quamuis poſthumus prætéritus non rumpat teſtamentum patris antequam naſcatur, tamen ſcripto hæredi aperit edictum ad contratab. antequam naſcatur. & idem tenent glo & Bar. in d. l. illud. §. fina. & Bar. in l. ventre. in 1. col. in fi. ff. de acq. hære. quod valde no pro limitatio. l. poſthumo. infra de bon. poſ. contratabu. & de facili
17 teneretur contrarium, ſed non bene. ¶ † In tertia parte glo. habes, ꝙ hęreditas non adita tranſmittitur de iure ciuili benefi-
b cio. l. vnicæ C. de his, qui ante apert. tabu. ad ſuos. ſi intelligas [b] ſuos propriè, gl. maiè diceret. ſed intellige ſuos. i. proprios. Iſta gl. poteſt dupliciter intelligi. primò, ꝙ velit conſtituere differētiam inter hęreditatem, & bon. poſſeſſ. ꝙ hęreditas non adita tranſmittatur beneficio. d. l. vnicæ, ſecus in bonorum poſſeſſio. & conſequenter velit, ꝙ d. l. vnica non habeat locum in ſucceſſionibus prætorijs, & iſto modo glo tenet contra commu-
c nem ſententiam. Secundo modo [c] poteſt intelligi iſta gloſſ. ꝙ quamuis bon. poſ. non agnita non tranſmittatur attento iure prætorio, vt hoc tex. tamen bene tranſmittatur attento iure ciuili, & ſic diſpoſitione. l. vnicæ. & iſto modo glo. tenebit communem ſententiam, ꝙ d. l. vnica. habeat locum in ſucceſſionibus prętorijs, & hoc modo per d. l. vnicam. limitabitur iſta lex, non autem corrigetur, vt declaraui ſupra in l. 1. & oſtendo, nam ſi in iſta l. emancipata filia non reliquiſſet deſcendentes,
18 ſed alios hęredes, non haberet locum. d. l. vnica. ¶ † Pro clara

ergo

ADDITIONES.

a ¶ Puto. Adde, quòd aliam rationem aſſignat idem Iaſ. in l. more. col. 2. de iuriſd. omn. iud. ſed non eſt bona, quia agnitio bon. poſſ. eſt ex diſpoſitione iuris, tamen non tranſmittitur. Alc. lib. 4. c. 5. Paradox ponit aliam, ſ. quia mens teſtatoris eſt, vt vellet etiam conſultum hæredi inſtituto, & non alijs, ſed confunditur per tex. in l. vnic. §. 1. C. de cad. tol. quia ſi eſſet vera, etiam nō tranſmitteretur legatum purum. Alij aliter dicebant, quia ius adeūdi eſt ſimplicis facultatis, ideo non tranſmittitur. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. de lega. 2. ſed dic, quòd non eſt facultatis, ſed iuris. ſecundum Are. in l. quod ſi dubitet. de acq. hær. & fortè poterit dici, ꝙ ſunt iura merè perſonalia, ideo non tranſmittuntur. l. quia perſonale. ff. ſol. matr. BELLOT.

b ¶ Intelligas. Declaratio eſt legis primæ. de his, qui ante apertas tabulas. PVRPV.

c ¶ Secundo modo. Et ita Bald. in rubr. infra de his, qui ante aper. tabū. 9. ¶ PVRPV.

Source : BIU Cujas

ergò intelligentia reaſſumo in dubium, nunquid beneficium. d.l.vnicæ,habeat locum in ſucceſſionibus prætorijs, & in hoc * *communis conclu.* eſt q̃ ſic.Quam tenent Iac.de Are.Pet.Cy. Iac. But.Ray.Barto.& Bald.hic,& Cyn.in d.l.vnica.in 2. qõ. Raph. Fulg.Pau.de Caſt.& Dom.Alexan.hic,quia eadem ratio eſt in vtraque.Secundò ſecundum Fulg.quia d.l. vnica, habet locũ
a in hæreditate,cuius appellatione [a] venit bono.poſſ.l.fina.infra eod.l.1.infra vnde lib.in ver.hæredes extitiſſe. & in l. hæreditatis.ſecunda.ff.de verbo.ſignifi.Pro iſta parte Dom. Alexan.hic adducit tria fundamenta,quæ per te videas, tamen ſecundum
b puto,q̃ nil valeat,dum adducit glo. [b] ſing.in d.l.vnica.in verſ. in liberos. quæ extendit illam l. vnicam, loquentem ex teſtamento,vt habeat locum in ſucceſſionibus ab inteſtato, dum dicit,quòd glo.ſit vera,quia communiter tenetur, nil facit in propoſito,quia vtrunque eſt de iure ciuili. vnde in habentib. ſymbolum facilis eſt tranſitus, & ſic illa l. vnica,quæ loquitur ex teſtamento de iure ciuili, facilè extenditur ad ſuccedentes ab inteſtato eodem iure ciuili.Sed nos diſputamus, an extendi poſſit ad aliud ius, & ſic ad ſuccedentes de iure prætorio. Sed tu ſtringe iſtam inductionem hoc modo,nam ſi illa.l.vnica,quæ loquitur in ſucceſſione ex teſtamento,& ſic in ſcripto hærede,extenditur ad eum,qui venit ab inteſtato, qui non poteſt ex lata ſignificatione vocabu. comprehendi, quanto magis veniet bon.poſſ.quæ de lata ſignificatione continetur,vt infra dicam?Contrarium tenent Saly.& Lud.Rom.valde debiliter moti.Nam dicit Saly.quòd ius prætorium iſtud non diſponit,nec etiam ius ciuile loquitur in bono.poſſ.Mouetur etiam Ludo.Roman.quia in bono.poſſeſ.ceſſat ratio d.l.vnicæ. quæ eſt,ne deſcendentes fraudentur ſucceſſione aſcendentiũ, quæ ratio ceſſat,cùm bon.poſſ.poſſit venire de iure ciuili, quod nihil eſt dicere,ſi præſupponeremus lapſos 30.ann.quib. excluderetur de iure ciuili,ſed non de iure prætorio,vt dixi in l. 2.ſ. eod.Pro iſta parte facit,quia tenendo eam, ſequeretur,q̃ corrigeretur regula.l.3.§.acquirere.ff.eod.& huius l.ſed per ſubauditos intellectus non debet induci l.correctio, ſecundum glo. in c.cupientes.§.q̃ ſi per 20.de elect.in 6.ſed dic,quòd per hoc non inducitur correctio,ſed limitatio.patet,quia d.l. vnica.nõ habet locum, niſi quando adſunt deſcendentes, ergo vbi non adeſſent deſcendentes,ad quos fieret tranſmiſſio, per d. l. vnicam,procederet.d.§.acquirere.& iſta l.¶ Quid tenendum? teneo communem ſententiam,quam vltra alios multis medijs confirmo.& in primis pondero.d.l.hereditatis.la ſeconda.ff.de
19 verbo.ſignifi.alleg.per Fulg.& † quia virtus.l.eſt in inductione. l.non ſolum.§.qui primipilum.ff.de excuſ.tuto.quam ſic allegat Bal.in repe.l.petens.C.de pact pondero, q̃ in illa l. hæreditatis.dicitur,quòd hæreditatis app.bon.poſ.continetur,ponderа verſ. continetur, quòd ſignificat de propria ſignificatione vocabuli,ita dicit ſing.Bar.in l.cui eorum.§.affinitates.ff.de poſtul.ſic etiam in verbo,pertinere, quòd importat propriam ſignificationem,ſecundum Bar.in l.hæc verba.in princip. ff.de adul. ſi ergo bon.poſſeſ.de propria ſignificatione venit appellatione hæreditatis,ergo d.l.vnica.loquens in hæreditate habebit locum in bon.poſ.& iſtud vltimum expreſsè tenet Bart. in l.1.§.bonorum.per illum tex.ff.ad Treb. per quem not. quòd lex noua, vel ſtatutum loquens in hereditate,habet locum in bon.poſ.allegat tex.meliorem de iure in l.in conditionibus. §. ſi patronus.ff.de condi.& demon.& cum Barto. tenent ibi alij Moder.Confirmo per illud,q̃ tenet glo.approbata in l.fin. ſuper verſ.legitimo.in 3.par.C.de edic.diui Adria.toll. quam expreſsè ibi ſequitur Bar.in 7.colum.ad fi.in verſ. quæro quid de teſtamento.& alij ſequuntur,ibi dicam,vbi concludunt,quod beneficium.d.l.fi.C.de edi.diui Adri.tol. loquens in hærede de iure ciuili,habeat locum in bon. poſ. eo quia leges etiam nouæ loquentes in hereditate,habent locum in bono.poſſeſ. Ad idem facit,quod dixi ſupra in euidentialibus, q̃ beneficium.l. cum antiquioribus.ſ.de iure delibe.habet locum etiam in ſucceſſionibus prætorijs Caue tamen ad illud,quod dicit Bart. in illa.l.cui eorum.§.affinitates. de illo verſi.continetur. prolato à lege,quòd importet de propria ſignificatione vocabuli,nam licèt non inueniam ab aliquo de mundo reprobatum, puto, q̃ ſit falſum,& in contrarium pondero tex in l.in legibus.ff.de teſtib.in ver.contineri.iuncta l.ſi qua.§.1.& ſeq.in verſicu. non propriè.ff.de ritu nup.Secundò ad idem pondero fortem tex. in l.actionis verbo.dum dicit continetur.& glo.ibi dicit largiſſimè.ff.de actio.& oblig.iuncta l.actio in perſonam.ff. eod.iuncta glo.Ad idem facit contra Barto.d.l.hæreditatis. ſecunda. ff. de verbo.ſignifica.quam nunc èconтra retorqueo, in verſicu. continetur.iuncta l.2.in ver.vice hæredum.ff.de bon. poſſeſ. l. 1.& 2.ff.de bon.poſſ.hære.pet.& iuncto.§.quos autem.Inſti.de
20 bo.poſſ. Quartò † pondero,quòd tex.in l.liberorũ.circa med.
c ff.de verborum ſignificat. dicit, quòd filiorum appellatione [c] continentur nepotes,& tamen Barto ibi in 8.col. circa princi. reſpondendo ad dicta Iac.But.tenet,quòd non continetur nepos de proprietate vocabuli, ſed ex extenſione paſſiua, & ita ponderat Domin.Franc.de Aret. in l. Gallus. §.inſtituens in 4.
21 colum.ff.de liber.& poſthum.¶† Ad idem pro communi ſententia moueor vltra alios, nam in legibus nouis etiam correctorijs licita eſt extenſio [d] de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam,concurrente indentitate rationis,glo. eſt ad hoc vulgaris in clem. 1.in ver.libri.iunctis ibi no. per Pau. de Etea de ba-
22 ptiſ.ſed ſic eſt,†quòd appellatione hæreditatis, de qua loquitur. d.l.vnica.ſaltem largè ſumpto vocabulo venit bono.poſſ. quando obſtinatè diceres,quòd non propriè,ergo ex identita te rationis extenditur ad bon.poſſ.& eo magis,quòd l. vni. nõ eſt correctoria,ſed limitatoria, & ſic extenſibilis ex identitate rationis,vt declaraui in l.1.ſupra eod.Ad idem vltra alios pro communi moueor.nam etiam in correctorijs, quando ratio eſt expreſſa in l. corrigente, certè ex identitate illius rationis ſcriptæ etiam in correctorijs licita eſt extenſio, ita Bald.in Authen.quas actiones.in 2.colum.C.de ſacroſanct.Eccle. Pau de Caſt.in l. quamuis poſt glo.ibi.C.de fideicommiſ. not.expreſsè Raph.Cum.ex illo tex.in l.cùm mulier.ff.ſol.matr. facit tex. in l.his ſolis.in verſ.ſatis etiam tacitè cautum putamus.C.de reuoc.do. Sed ſic eſt,quòd ratio expreſſa in d. l.vnica.videlicet, ne propter caſus fortuitos deſcendentes fraudentur ſucceſſione aſcendentium,illa ratio expreſsè militat etiam in bon. poſ. vnde dato,quòd eſſet lex correctoria, extenderetur: caue tamen,quia poſſes dicere,quòd ratio aſſignata in d.l. vnica, videlicet ne propter caſus fortuitos filij defraudentur, non eſt ratio finalis,ſed ſolùm impulſiua, patet, quia etiam ſi nullus caſus fortuitus interueniſſet,haberet locum.d.l.vnica.ergo eſt ratio impulſiua,& non finalis,quæ attendi non debet, & credo verè,quòd non ſit finalis ratio,& iſto modo poſſes reſpondere aliquibus fundamentis meis,quia ad hoc replico, & fortius,quòd ſaltem ratio finalis.d.l.vnicæ.eſt propter coniũctionem ſanguinis,illa enim tranſmiſſio d.l.vnicę. fit ſolùm ratione ſanguinis,vt declaraui in euidentialibus, & iſta ratio militat etiam in bon.poſ.quia quamuis prætor non curet de ſuitate, curat tamen ſemper de coniunctione ſanguinis naturalis,& cùm ſit ratio vnica,habetur pro expreſſa,iuxta glo.reputatam ſing.in d.l.quamuis.& ibi Bald.& Pau.de Caſtr.C.de fideicom.& Bal. in l.maximum vitium.in 4 colum. C.de liber. præte.concludo ergo ex prædictis,licèt paſſus ſit diſputabilis, veram eſſe communem ſententiam,quòd d.l.vnica: habet lo
23 cum etiam in ſucceſſionibus prætorijs. † Cogita tamen de pte,quia non inuenio ab aliquo cogitatum. Stante iſta communi ſententia, nunquid filius, qui de iure prætorio poteſt ſuccedere ex triplici capite,vt declaraui in l.prima. ſuper glo. fina.ſupra eod.eodem modo beneficio d.l.vnicæ. tranſmittat omnia tria capita,an vnum tantum,attento quòd materia eſt fauorabilis principaliter?dic quòd non, cùm ille text. propriè loquatur ex teſtamento, vbi omnino cadit iſta multiplicatio
24 capitum,tamen glo.ibi extendit etiam ab inteſtato. ¶† Limi-
e ta [e] tu communem ſententiam,ſecundum Bald.Fulg. & Domi.Alexan.hic,vt procedat in bonorum poſſeſ.fauorabili, ſecus in ea, quæ non eſt fauorabilis,pura in bon.poſſeſ.contratab.quæ non tranſmittitur beneficio.d.l. vnicæ. vt hic per eos, contra tamen iſtud multum facit,quod ſingu.vult Bal.in l. filio præterito.ff.de iniuſt.rup.vt ibi expreſsè refert, & ſequitur Imo.in pen.char.qui voluit,quòd beneficium dicendi nullum teſtamentum patris,tranſmittitur beneficio.d.l.vnicæ. Sic ius dicendi nullum non agnitum tranſmittitur ex potentia ſuitatis,ſecundum Bal.in cap.ſciſcitatus.in penu.colum.de reſcrip. per tex.in l.2.ſecundo reſponſo.C.de poſthu.hered.inſtit. Reſpondet Do.Alexand.quòd ideo eſt, quia ius dicendi.nullum
f reducit nos ad ius ſuccedendi ab inteſtato. Tamen [f] iſtud mihi non ſatisfacit, quia etiam bono. poſſeſſio in effectu reducit nos ad ius ſuccedendi ab inteſtato, q̃ tratabulato teſtamento,

&

ADDITIONES.

a ¶Appellatione. Adde Bar.& Bal.in l.licèt.C.de pac.dota.Doct.in l. fin. C.de vſufruc.leg.

b ¶Gl.Adde,quòd illam glo.ſequitur Alex.in l.fin.col.7.& 8.infra de edic. diui Adria.tollen. PVRPV.

c ¶Appellatione. Adde Bar.in l.ſi filius tuus.C.ad Maced.

d ¶Extenſio. Adde Alex.de Imo.in l.ſi conſtante.in prin.ff.ſol.matr.

e ¶Limita. Adde, & ſublimita in contratabulante beneficio præteriti, vt in caſu l.illud.§.fina. & l.ſequenti.ff.de contratabu.qui etiam tranſmittit. BELLOT.

f ¶Tamen.Limitatio,quam ſing.tenet Iaſ.in l.2.in col.2.infra de ſecun. tab. & l.cùm mota.col.4.ver.ſed audi.ſupra de tranſac. PVRPV.

Source : BIU Cujas

¶Aliam rationem aſſignat Angel. hic, quam ſequitur Pau. de Caſt. & D. Alex. hic, & in effectu Saly. quia aditio hæredit. conſiſtit in animo, nimirum ſi debet interuenire animus, & cõſenſus pupilli, cui acquiritur, ſed agnitio bono. poſ. conſiſtit in facto, nimirum ſi poteſt per alium expediri. ¶ Tertiam rõnem reddit Lud. Rom. hic, quia aditio hæreditatis de iure ciuili eſt actus magis potens, & magis ſolennis, quàm agnitio bon. poſ. patet, quia transfert iura directa, ſed agnitio bono. poſ. vtilia. §. quos autem. Inſti. de bon. poſ. nimirum ſi in aditione hæredit. requiritur maior ſolennitas, & conſequenter conſenſus pupilli non tutoris, ſicut in ſimili, quia teſtm̃ eſt actus potẽtior, quã codicilli, ideo requiritur maior ſolennitas, quàm in codicillis. l. ſi ſ. de codi. & ſimili rõne vtitur Bar. in l. 1. in 2. col. in princ. s̃. eo. Iſtam rõnem impugnat D. Alex. quia reſtitutio hæreditatis per fideicommiſſum transfert ſolũ iura vtilia. l. pe. ad fin. C. ad Treb. & tamen non poteſt fieri ſoli tutori abſq; pupillo. l. ſed nec ipſi. ff. ad Treb. Ego aliter impugno, nam data ratione Lud. Rom. pro vera, ſequeretur, ꝙ qñ bon. poſ. tribueret iura directa, ꝙ eſt qñ nullus alius futurus eſt hæres de iure ciui. vt declarat Bar. poſt Dy. in l. 2. ff. eod. ſequeretur tunc, ꝙ ſolus tutor non poſſet agnoſcere ſine pupillo, ꝙ eſt contra iſtum tex. ¶Quartam, & vlti. rationem ſatis debilem aſſignat Io. de Imo. in l. reſtituta. §. fi. ff. ad Treb. quæ fuit ante eum Frãciſci Tigrini de Piſis in d. l. potuit. quia bonor. poſ. eſt de iure præto. ergo prætor habens ſolam æquitatem ante oculos, non conſiderato rigore iuris, attenta æquitate credidit ſatis eſſe conſenſum tutoris in agnoſcenda bon. poſ. quod eſt leue. Iaſon Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an poſſit diſponere, vt tempus agnoſcendi bono. poſſeſ. currat ignoranti.*
2 *Dictio alius, quando faciat relationem, vel non.*
3 *Si teſtator mandat debita ſolui certis creditoribus huius ciuitatis, cum clauſula, & quibuſcunque alijs creditoribus, intelligitur, ſcilicet eiuſdem ciuitatis.*
4 *Magis fauetur ruſtico, quàm mulieri.*

LEX VIII.

QVicunque. Legitur in gl. trib. modis, tene primum intellectũ, quem Bar. *& communiter alij tenent*, ſecundum quẽ hoc dicit. Ignorantia facti, vel abſentia, vel ruſticitas excuſat, ne currat tempus præfixum agnoſcendæ bon. poſ. hoc dicit, & eſt communis intellectus, vel ſic. Ruſticitas, ignoratia facti, abſentia, & alia iuſta cauſa impediunt curſum tẽporis ſtatuti ad agnoſcendum bon. poſſ. h. d. Verùm, qa iſtud erat apertè deciſum in l. 2. & in l. quandiu. s̃. eod. quib. legib. dr̃, ꝙ tale tps agnoſcendæ bon. poſ. eſt vtile, & non currit niſi ſciẽti, non aũt ignoranti, vel impedito, & Pau. de Caſt. ſimpliciter dicit, ꝙ iſta lex idem dicit, ꝙ l. quandiu, s̃. eo ideo non expedit vlterius laborare. Ideo dico, ꝙ alius eſt intellectus huius tex. q in iſta. l. redditur ſing. & de dubitabili, & non inuenio vſq; adhuc fuiſſe ab alio ponderatum, nam aduerte, quòd text. dum dicit in fi. qm̃ hęc ſanctio huiuſmodi conſuetudinis neceſſitatem mutauit, præſupponit, ꝙ erat conſuetudo, ꝙ quis haberet neceſſe agnoſcere bon. poſ. intra tps, ſiue eſſet ignorans, ſiue ruſticus, ſiue abſens. Imperator principaliter venit ad remouendum iſtam conſuetudinem, ſtatuens ꝙ ea nõ obſt. & ſub-
1 lata tempus non currat abſenti, vel impedito, † & ex hoc infero nouiter hic eſſe tex. ſingu. nec ab aliquo vnquam ponderatum, ꝙ licèt tps agnoſcendæ bon. poſ. ſit de iure cõi vtile, & ꝑ ꝙm̃ non currat ignoranti, vel impedito. l. 2. & l. quandiu. s̃. eod. tamen per conſuetudinem, & à pari rõne per ſtatutũ poſſet induci, ꝙ tale tps currat ignoranti, vel impedito, & valeret talis conſuetudo, aliàs ſi non valuiſſet, fruſtra mutaretur, ꝑ iſtũ tex. in fi. & ſic habes hic tex. pro eo, quòd tangit Bal. in l. vnica. in prin. C. de rei vxo. ac. quòd valet ſtatutum diſponens, quòd tempus currat ignoranti, nam caſus eſt hic, & pro hoc facit, ꝙ decidit Bar. in l. diuus. in fi. princ. ff. de falſis. & dixi plenius in l.
2 quandiu s̃. eo. ¶†No. in ver. [quãcunque [a] aliam,] ſecundum
a D. Fran. de Aret. hic, ꝙ licèt dictio alia, [b] de per ſe, & abſolutè
b poſita, faciat relationem ſimilium, vt eſt gl. in l. ſi fugitiui. C. de fer. fug. & glo. & Doct. in c. ſedes. de reſcrip. & glo. in l. quidam relegatus. ff. de rebus dub. & tex. in c. cùm non ab homine. de iudi. Bal in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cler. tamen ſi habeat dictionem generalem ſecum annexam, vt hic, quamcunque aliam, quę de ſui natura videtur importare, vt aliquid plus ſignificaret quàm oratio abſoluta, vt habetur in l. Baliſta. ff. ad Treb. & in l. generali. §. idem quęſijt. ff. de vſu & vſufr. leg. tunc non facit relationem ſimilium. Adde tex. cum gl. melius probantem in c. ſi tibi abſenti. in verb. alius. de præb. in 6. & in l. 1. §. debitum. in fi. ff. de conſti. pec. quem allegat glo. in d. c. ſedes. & quod vult gl. reputata ſing. in cle. 1. in ver. aut earum parte. de foro compe. Sed in ꝓrium vr̃ facere glo. relata ad text. in d. l. ſi fugitiui. in verbo, qualibet alia pœna. In contrarium etiam fa
3 cit, quod vult Oldr. in conſi. incip. quidam teſtator. † quòd ſi teſtator mandat debita ſolui certis creditorib. huius ciuitatis cum clauſula, & quibuſcunque alijs creditorib. tamen intelligitur. ſ. eiuſdem ciuitatis, & ſic facit relationem ſimilium non obſt. vniuerſali quibuſcunque. ſequitur D. Ant. de But. in c. cũ dilecti. in 1. col. de dona. Facit etiam, quod vult Lud. Rom. in conſi. 13. quòd ſi ſtatutum prohibet opponi cõtra inſtr̃m guarentigiæ exceptionem doli, & quãcunque aliam, intelligitur tamen de illis ſimilib. Item no. quòd l. ſequens tollit cõſuetudinem pręcedentem, quòd ideo eſt, quia facit de ea ſpecialem mentionem, aliàs vr̃ ſecus, vt in c. 1. de conſti. in 6. de quo vide tex. in l. 3. §. diuus. & ibi Bar. ff. de ſepul. viol. Bar. in l. fi. in fi. ſ. de teſt. & in extrauaganti ad reprimen. in ver. non obſt. ad fi. per Cano. in c. fi. de conſue. Item in contrariũm facit, quod vult Ludo. in l. damni. §. ſi is qui. ff. de damn. infec. ¶Vlti. diligenter aduerte, quòd iſta. l. in verbo, per ruſticitatem. iuncta. l. iuris. s̃.
4 eo. notabiliter probat vnum, quòd eſt mirabile, quòd † magis faueatur ruſtico quàm mulieri, nam ſi ruſticus per ignorantiã iuris non agnouit intra tempus debitum, non currit ſibi tempus, tex. eſt hic, & expreſsè dicit gl. & tamen non excuſat mulierem. d. l. iuris. s̃. eo. & ibi expreſsè Fulg. & Ludo. Ro. firmant, quòd in hoc magis ſuccurratur ruſtico, quã mulieri, & iſtud expreſsè tenet Odoff. hic in vlt. col. Et verè ſi non fit violẽtia, iſtud probant iſti duo tex. ſimul iuncti, tamen quia in hac materia æquiparantur ruſticus, & mulier, vt per Bal. & Saly. c in d. l. iuris. vbi dixi, ideo oportet te intelligere iſtum tex. ſed nõ ſine violentia, quòd ideo hic parcitur ruſtico in ignorantia iuris, eo quia non habuit copiam conſulendi peritiores, tamẽ aliàs ſic noceret ruſtico, ſicut mulieri, ita intelligunt iſtum tex. Albe. Saly. Fulg. & Alex. hic. & D. Ant. de But. & Imo. in c. fin. de conſti. attento, quòd alibi à pari procedunt ruſticus, & mulier. l. 1. §. fi. ff. de eden. & l. 2. §. fin. ff. de iure fiſ. cum ſim. vnde iſta l. neceſſariò ſuppletur per alias, certè iſto modo non eſſet aliquod priuilegium ruſticitatis, prout præſupponit iſte text. cũ idem in alijs. l. in bonorum. ff. eo. & l. 2. in fin. ff. quis ordo. Item iſte intellectus diuinat, & reſtringit iſtum tex. vnde pro ſolutione conſidera tres caſus. Aut enim certũ eſt, quòd mulier, vel ruſticus habuit copiam conſulendi peritiores, vel actualiter conſuluit, & tunc iuris ignorantia vtrique præiudicat. Aut certum eſt, quòd neuter habuit copiam conſulendi peritiores, & ſimiliter neutri præiudicat. Aut ſumus in dubio, & tunc credo, quòd propriè loquitur iſta. l. quòd in dubio excuſetur ruſticus, quia propter qualitatem loci in dubio præſumitur, quòd non habuerit copiam conſulendi peritiores, ſecus ſit in mulier. ita loquitur. d. l. iuris ignorantia. & ſic credo, quòd vtraque lex loquitur in caſu dubio, & quòd qualitas loci in dubio excuſet ruſticum, & non mulierem. Iaſon Piſis.

ADDITIONES.

a ¶Quamcunque. Adde Barb. lib. 1. conſi. 33. vbi tenet artic. & hanc limitationem, & regulam tenet lib. 1. conſi. 28. in 1. dub. Et idẽ lib. 3. conſi. 38. col. 12. & 44. col. 4. & 87. col. 5. vbi aliter ſublimitat regulam. & conſi. 59. dominus. col. 5. eod. lib. PVRPV.

b ¶Alia. Adde gl. & Doc. in l. 4. C. de ſer. fugi. gl. in Auth. ſed neque. C. de epiſ. & cle. gl. in c. ſacris. de ſepul.

* Et dic, ꝙ contrarium eius, quod hic in 1. col. tenet idem Iaſ. in l. ſi vnus. in fi. principij. ff. de pac. BELLOT.

SVMMARIVM.

1 *Duumuiri qui ſint.*
2 *In agnoſcenda bon. poſ. de neceſſitate requiritur præſentia iudicis, ratione vide nu. 4. & quid hodie, nu. 5.*
3 *In inſinuatione donationis non ſufficit præſentia tabellionis, & teſtiũ, ſed requiritur præſentia iudicis.*
6 *In bon. poſ. ventris nomine, vel Carbo. requiritur decretum iudicis.*
7 *Excommunicatus æquiparatur deportato.*
8 *An l. noſtra habeat locum in bon. poſ. gratia litis agnoſcendæ.*
9 *Si alicui ſit delata bonorum poſſeſſio de iure prætorio, qui non poterat ſuccedere de iure ciuili, relicto tamen vſufructu Titio in certo fundo hęreditatis, & iſte cui eſt delata bonorum poſſeſſio, iuit ad iudicem, & petijt ſibi caueri tanquam hæredi, quòd ille vſufructuarius vieretur arbitrio boni viri, per iſtum actum intelligitur agnouiſſe bono. poſſeſ.*

Source : BIU Cujas

10 *Qui teſtatur ſe amplecti hæreditatem, dicitur agnouiſſe de iure prætorio.*

11 *Suſtinetur libellus, in quo libellans agnoſcit bon. poſſ. & ſic de iure prætorio, dicit ſe hæredem.*

12 *Procedit libellus, in quo quis dicit ſe hæredem ex teſta. quare petit ſe mitti in poſſ. bono.*

13 *Habens mandatum ad agnoſcendum bon. poſſ. poteſt eius virtute hæreditatem adire de iure ciuili.*

14 *Non procedit libellus, in quo fideicommiſſarius vniuerſalis, cui erat reſtituta hæreditas, ageret contra tertios poſſeſſ. & diceret ſe adiuiſſe hæreditatem, cùm fideicom. non dicatur adire hæreditatem.*

15 *Si iudex ſimul, & ſemel ſtatuit actori tempus decem dierum ad probãdum, & poſtea tempus decem dierum reo, ſi actor ſtatim repudiet ſuo termino, ſtatim incipit currere terminus aſſignatus reo.*

16 *An ſi plures ſint habentes diuerſas expectatiuas in Eccleſia, quorum alij ſunt priores, alij poſteriores, ſi poſteriores acceptant primo excluſo, an eorum acceptatio valeat.*

17 *Paria ſunt facere ante initium temporis, & poſt eius lapſum.*

LEX IX.

VT verborum. Iſta lex hoc dicit magiſtraliter, ſummando ſecundum verum intellectum, quem infra tenebo. Hodie ſufficit agnitio bon. poſſ. coram quocunque iudice etiam minimo facta, dummodo ſit facta intra tempora debita, à iure veteri præfixa, & agnitio ſecundi in gradu facta intra tempus primi, primo poſtea excluſo, valet perinde, acſi ſuo tempore facta eſſet. h. d. Et iſte eſt verus ſenſus totius. l. In qua aduerte, quod verſic. fin. edicti vtitur verbis valde ambiguis, circa quorum interpretationem laborat gloſſ. magna ponens duos intellectus, qui in ſe ſunt veri, ſed non congruunt literæ, vt infra dicetur, ideo tene intellectum notabilẽ, & verum traditum à Ludo. Rom. hic, quod iſte tex. velit hoc addere iurib. antiquis, quòd ſi aliquis deceſſit duobus ſuperſtitibus relictis, quorum vnus ſit prior in gradu defuncto, alius ſit remotior, puta in ſecundo gradu, ꝙ ſi exiſtens in ſecundo gradu intra annum, hoc eſt intra tempus primi properantius, quàm deberet agnouerit bon. poſ. & poſtea primus excludatur vel tempore, vel repudiatione, quòd agnitio facta per ſecundum intra tempus primi, tamen remanet efficax, ac ſi eſſet facta ſuis curriculis, hoc eſt ſuo tempore. iſtud eſt, quod ,p-
a priè vult tex. vide per te. ¶ Item pondera, ꝙ iſta l. [a] in prin. corrigit. ll. antiquas quantum ad decretum iudicis, quia hodie nõ requiritur, ꝙ interponatur decretum. Item corrigit quantum ad præſentiam iudicis, quia hodie quilibet iudex eſt idoneus, ſed quantum ad tempus vult, ꝙ iura antiqua remaneant incorrecta, & conſequenter, ꝙ bon. poſ. debeat agnoſci intra tẽpora ſtatuta à iure antiquo, quæ declarauit in l. 2. ſ. eod. & iſtud vult dicere litera ibi, ſtatutis priſco iure temporibus coarctan-
1 da. † & dum litera facit mentionem de Duumuiris, qui ſint, latè declarauit in l. vnica. in prin. ff. ſi quis iuſ. dic. non obtem. non repeto hic, & apud Legiſtas Duumuiri intelliguntur magiſtratus minimi, & ſic defenſores villarum, vel ciuitatum, qui non habent merum, vel mixtum imperium, ſed ſimplicem iuriſd. in cauſis pecuniarijs, & ad hoc vide glo. in l. 1. ff. de iuriſd. om.
2 iud. ¶ †No. ꝙ in agnoſcenda bon. poſ. de neceſſitate requiritur præſentia iudicis, & ſic, quòd fiat in iudicio, aliàs nõ valet, ſecus eſt in aditione hæreditatis, quæ poteſt fieri extra iudicium
b ſolo animo. ¶ Neceſſarium [b] ergo eſt videre, quæ fuerit ratio. Mihi videretur, quod potius debuiſſet ſtatui totum è cõtra, ꝙ potius in aditione hæredita. requiratur neceſſariò præſentia iudicis, quàm in agnitione bono. poſſ. primo, quia vbi eſt maius præiudicium, ibi cautius eſt agendum, ſed in aditione hæredita. quæ transfert iura directa actiuè, & paſſiuè, tractatur de maiori præiudicio, quàm in bon. poſ. quæ transfert ſolùm vtilia iura regulariter, vt dixi in l. 2. ſ. eod. ergo potius debebat requiri præſentia iudicis in aditione hæredit. de iure ciui. quàm in bono poſſ. Præterea prætor regulariter non ſequitur rigorẽ, prout facit ius ciuile, ſed meram æquitatem. l. quod ſi Epheſi. in fi. ff. de eo, quod certo loco, potius ergo ius ciuile debuiſſet introducere talem rigorem, quòd aditio hæredit. fieret in præſentia iudicis, quàm prætor, attenta ſola æquitate, & tamen eſt totũ e contra, cur ergo diuerſum? Bal. hic circa princ. aſſignat rationem, ꝙ ideo prætor in agnitione bon. poſſ. requiſiuit præſentiam iudicis, eo quia præſentia iudic. remouet omnem ſuſpicionem fraudis, vt traditur in l. tranſactione. C. de tranſact. & propterea ſubdit Bal. quòd agnitio bono. poſſ. non poſſet fieri coram tabellione, & teſtibus, & idem dicit Bal. eſſe in inſinuatione donationis, quæ debet fieri corã iudice, per l. ſancimus. C. de dona. quia non ſufficeret illam fieri coram tabellione, ſeu notario actorum, & teſtib. & idem Cyn. hic poſt Iacob. de Are. & Alb. de Roſ. & iſtud vltimum, quod non ſufficiat præſentia tabellionis, & teſtium, tenet latius idem Bal. hic in vlti. col. in ver. item quæritur. Iſta ratio Bal. non valet, quia idem deberet eſſe in aditione hæredita. & multo fortius, & ita reprehẽ-
3 dit Pau. de Caſt. hic. ¶ †Not. tamen diligenter illud, quod volunt Bal. & Cy. hic, ꝙ in inſinuatione dona. non ſufficit præſentia tabellionis & teſtium, ſed requiritur præſentia iudicis. Adde, quòd Pau. de Caſt. in l. acta. in prin. ff. de re iud. dicit ſe de facto conſultum ita reſpondiſſe, per rationem, de qua ibi per eum, & ſequitur ibidem Dom. Alex. Imo. ſed nullam authoritatem adducunt, & miror, ꝙ non allegauerint Cy. & Bald. hic expreſsè, & idem tenet Imo. in effectu in commen. c. cùm cõtingat. in pen. char. in ver. quid autem. de iureiur. & ita aliàs habui de facto conſulere. ¶ †Aliam rationem diuerſitatis aſſi-
4 gnat Bal. hic, in vlti. colum. circa medium, quam tenet Pau. de Caſt. licèt Bal. non alleget, ꝙ ideo ſtatutum eſt, ꝙ in agnoſcenda bon. poſſ. requiratur præſentia iudicis, ne aliàs in totum intelligatur derogatum authoritati prætoris, qui ſtatuerat, quòd interponeretur decretum. l. 3. §. ſi cauſa cognita. ff. eo. & l. 2. §. dies. ff. quis or. in bon. poſſ. ſet. ideo hodie ſaltem requiritur præſentia iudicis in locum decreti, quòd olim requirebatur. Sed iſta ratio non ſatisfacit, imò auget dubitationem, quare cùm olim prætor in agnoſcenda bon. poſſ. requireret decretum, cuius loco requiritur ſaltem præſentia iudicis, quare non ſic in aditione hæred tatis? ¶ Vnde tertiam rationem aſſignat Aiber. de Roſ. hic, in 3. col. & reſpondet, quod ideo in agnitione bon. poſſ. requiritur præſentia iudicis, ne falſum fieri poſſit, nã poſſet aliquis dicere ſe agnouiſſe bono. poſſ. intra tempus debitum, & tamen eſſet falſum, ideo ſtatutum fuit, quod fiat in præſentia iudicis, & ꝙ ponatur in ſcriptis tempus agnitionis. arg. l. data. C. de dona. & l. in contractibus. §. pe. cum Authent. hanc autem. C. de non num. pecu. quod non fuit expediens in aditione hæredit. cùm in ea ſtatutum ſit longiſſimum tempus
c 30. anno. ¶ Ego cogitabam, [c] quòd alia ratio poſſet colligi ex his, quę dicit Bar. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. hæred. vbi dicit Bar. quòd nullo iure obligatur quis ſola voluntate, niſi de iure ciui. cùm ergo aditio hæreditatis ſit de iure ciuili, nimirum ſi inducitur ſola voluntate abſque alia præſentia iudicis, ſecus eſt in bono. poſſ. quæ eſt de iure prætorio, ideo non poteſt ſola voluntate induci, ideo præſentia iudicis eſt requiſita. Licèt iſtæ rationes ſint perſuaſiuæ, non tamen neceſſariò concludunt, præſertim, quia aſſumptum Bar. in d. l. qui in aliena. in prin. non ſufficienter probatur per eũ. ¶ In text. ibi, [apud quẽlibet iudicem,] adde, quòd huic non obſt. tex. l. bonorum. 2. in ver. competens iudex. ſ. eo. quia reſpondetur dupliciter, vt ibi
5 dixi. ¶ †In tex. ibi, [qualiſcunque teſtatio.] alibi tex. in §. fi. Inſti. eo. dicit quocunque modo agnitionem bono poſ. hodie fieri poſſe, & ſic habes, ꝙ hodie ſufficit ſimplex agnitio, & ſic hodie non requiritur aliquod decretum iudicis, prout olim, & ꝙñ hodie ſublata eſt bon. poſ. decretalis, & hodie iudicialis dicitur, ſm Cy. & Bar. hic, & eſt gl. in l. 3. §. à municipib. in gl. fi. in ſi. ff. eo. & Bar. in l. 3. §. ſi cauſa cognita. in 2. opp. ff. eo. vbi alleg. D. Azo. in ſumma huius tit. idem tenere. debet tamẽ fieri ſcri-
ptura in actis, ſecundum Io. Fab. alleg. & Doct. hic. ¶ Adde, ꝙ iſta lex habet locum non ſolùm in bonor. poſſ. quæ ab inteſt. deferuntur, vel in bon. poſſ. ſecundum tab. ſed etiã, (ꝙ videtur mirabile) habet locũ in bon. poſſ. contra tab. quæ datur ad rũpendum teſtamentum, ibi etiam ſufficit ſimplex agnitio corã iudice, gl. eſt no. in l. ſi §. 1. in verſi. pro antiqua. ſ. de cur. fur. quę gl. eſt ſing. in iure, ſm Bal. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & Ang. de Are. in §. ſi in 1. col. Inſti. de hered. qual. & diff. & Ang. hic. Licèt idem Ang. in l. 1. in 1. col. ſ. eod dicat ſe ponderare aliam concordantem in l. 1. ff. de bon. poſ. hær. pet. quam etiam pro concordanti põderat Ang in l. ita tamen. § quoties. in fi. ff. ad Treb. & idem Ang. in illa. l. 1. ff. de bonor. poſ. hered. pet. & idem dicit Bar.

ADDITIONES.

a ¶ Iſta l. Vide no. ad iſtam legẽ Cur. in 4. parte ſeu. in 25. cauſa priuationis feudi. col. pen. Et Bar. conſi. 137. ſtatuto communis Gualdi cauetur. 1. dubio. PVRPV.

b ¶ Neceſſarium. Limitat Iaſ. in l. de pupillo, in fi. princ. ff. de oper. nou. nuncia. PVRPV.

c ¶ Cogitabam, Bartol. dicit, quòd imò de iure ciuili quis non obligatur ſola voluntate.

* Poteſt dici ex quo tempus eſt vtile in bon. poſſ. & tempus vtile dicitur, quando poteſt haberi copia iudicis. Limitatur iſta opi. in l. 3. §. ſi duos. ff. de bon. poſſ. co. tra tab. Dec. in l. 1. 2. no. infra quando non pet. par. Secũdò, qñ non adeſſet copia iudicis, & periculum eſſet in mora, poſſet cognoſci coram notario. l. de pupillo. §. ſi quis riuo. ff. de op. no. nunc. Iaſ. ſupra in l. bonorum. nu. 6. BELLOT.

Source : BIU Cujas

Bart. in l. 1. C. quorum bono. & in d. l. 3. § ſi cauſa cognita. ff. eod. & Bald. & alij, vide Bald. in l. 1. in vlt. col. C. ſi de mo. po. fue. app. vbi diſtinguendo concor. opi. Aliud tamen eſt in quærela inof. teſt. in qua requiritur accuſatio, & ſententia, & quæ ſit ratio differẽtiæ, declarat Alb. de Roſ. hic in 3. col. Aliam aſſignat
6 Bal. in l. fi. in pen. col. ĩ. vnde legi. ¶† Limitate [a] tamen iſtum
a tex. non habere locum in bon. poſ. facti, quæ non tribuunt aliquod ius, vt eſt in bon. poſ. ventris nomine, vel in carboniana, in quib. requiritur hodie decretum iudicis, ſicut & olim. ita determinat Alb. hic, poſt Mar. de Fano, quem etiam refert, & ſequitur Bal. in pe. col. in fi. in l. fi. verſi. quo ad tertium. ĩ. vnde legi. & ſequuntur Paul. de Caſt. & d. Alex. hic. Sed ego allego Bart. quem iſti non viderunt, qui tenet contrarium, in l. ſi impubes. §. quæſitũ. in 1. oppoſi. ff. de Carb. edi. & patet clara rarione, quia ſi ſufficit ſimplex agnitio in alijs bon. poſ. vt hoc tex. multò fortius debet ſufficere in iſtis poſ. facti, quæ ſunt magis priui legiatæ. Potes tamen concordare diſtinguendo, prout diſtinguit Raph. Fulg. hic. Aut quæris, nunquid in bon. poſ. facti ſufficiat ſimplex agnitio coram iudice ad hoc, ne currat tempus anni, intra quem agnoſci debet. l. 3. §. hæc autem. ff. de Carb. edi. vt declaraui in l. 1. ſ. eod. & dic, quòd ſic. ita procedit ſententia Bart. Aut quærimus, nunquid ſufficiat ſimplex agnitio quantũ ad transferendum poſ. & dic, quòd non, imò requiritur decretum iudicis, & quòd cum decreteto transferatur poſ. ventris nomine, vel impuberis, quæ tranſlatio poſ. non fit in alijs, ſed requiritur, quòd intentetur interdictum quorum bon. l. 1. C. quorum bon. & declarat Bart. in d. l. 3. §. ſi cauſa cognita. in vlt. col. Nunquid excomunicatus poſſit hodie bon. poſ. agnoſcere, videtur, quòd ſic, quia de plano fit, nec vlla exceptio ventillanda eſt, vt hic, & l. ſeruus. ff. eod. In contrarium facit, quia iudex non debet ei aſſidere, ſicut nec diffidato. l. edicto. ff. de bo. poſ. dic, quòd nihil poteſt petere, ſed ſuum animum poteſt declarare, ſicut in contractib. Ita Bal. in c. cùm inter. ad fi. de excep.
7 † Tu aduerte, ſi excommunicatus æquiparatur deportato, [b]
b prout eſt gl. in §. minor. in verbo, interdictũ. Inſti. de capi. dimi. quam Nico. de Neap. ibi dicit eſſe ſingularem, eam etiam dicit ſing. Bald. in c. licèt vndique. in vlt. col. de offi. deleg. tunc non admitteretur, ſicut nec deportatus. dict. l. edicto, ſed illa gloſſ. reprobaẽ p Io. Fab. Nico. de Neap. & Ang. de Are. ibi, & eſt ra-
c tio, quia deportatus [c] non poteſt facere teſtamentum. l. eius
d qui. §. 1. ff. de teſta. ſed excommunicatus ſic. [d] Auth. credentes, & ibi Bart. C. de hære. Bal. in l. ſi quæramus. in fi. ff. de teſta. vnde videtur, quòd excommunicatus æquiparetur relegato. gloſſ. in c. paſtoralis. in gl. fi. ff. de app. cùm poſſit teſtari ſicut relegatus. l. relegatorum. §. differentia. ff. de interd. & relegat. & relegatus admittitur. d. l. edicto. Contra hoc facere videtur, quia excommunicatus repellitur non ſolùm à petitione iudiciali. c. intelleximus. de iud. c. cum inter. de except. ſed etiam ab extraiudi-
e ciali [e] facta coram iud. ita no. d. Abb. & Doct. in c. cùm parati. in 1. not. per illum tex. de appel. habetur in c. pia. de excep. in 6. Inn. in c. veritatis. de dolo, & contu. Sed dic, quòd hodie in agnitione bon. poſ. non requiritur actio in vim petitionis propriè. Adde etiam, quòd excommunicatus ſuccedit vt ſuus patri ab inteſta. & ex teſtamẽto, quia iura patrimonij non perdit, & iura agnationis retinet, ſecundum Bal. in d. c. intelleximus
8 ad fin. ¶† Nunquid autem iſta lex habeat locum in bon. poſ. gratia litis agnoſcendæ, dic, vt per Alb. de Roſ. & Bal. hic in pe. colum. & plenius do. Alex. ad quem te remitto. ¶ Succeſſiuè
* pondera text. ibi, *amplectendæ hæreditatis*. nam hic tractatur de bon. poſ. agnoſcenda, & tamen tex. expreſsè dicit, quòd ſi quis coram iudice diceret, proteſtor, quòd volo amplecti hæreditatem, idem eſſet acſi diceret bonor. poſſeſ. quia, vt dicit tex. non curamus de formulis, & captionibus verborum, ita text.
9 eſt multum not. hic, † & per iſtum text. dicit Fulgoſ. ſe illo anno reſpondiſſe de facto, cùm alicui eſſet delata bonor. poſ-
f ſeſ. de iure prætor. qui non poterat ſuccedere de iure ciuil. [f] Deinde relictus erat vſusfru. Titio in certo fundo hæreditatis, iſte cui delata eſt bonor. poſſeſ. iuit ad iudicem, & petijt ſibi caueri tanquam hæredi, quòd ille vſufructuarius vteretur arbitrio boni viri, nunquid per iſtum actum intelligatur agnouiſſe bonor. poſſeſ. dicit ſingul. Fulgoſ. ſe reſpondiſſe, quòd ſic, quia licèt petierit ſibi caueri tanquam hæredi, & non tanquam bon. poſ. tamen vnũ pro alio ſufficit. text. eſt hic, & licèt iſtam cau. petierit pp aliud, tamen ſufficit, vt inducatur agni-
* tio bon. poſ. per text. iſtum. ibi, *qualiſcunque teſtatio*, & idem ſequitur d. Alex. hic, licèt aliter, & non bene referat Fulg. Tamen ad iſtum tex. poteſt reſpõderi, quòd intelligitur qualiſcunque, dummodo idonea, ſm ſubiectam materiam, vt dixi in l. quã-
10 diu. ſ. eo. ¶† Scdò per eundem text. dicit Fulg. hic, ſe de facto in contingentia facti dixiſſe. In regno Neapolitano cõiter fiunt inſtrumenta coram iudice, & aliquis tenens multa caſtra ꝙſti-
tuit procuratorem ad adeundam hĩditatẽ, quę erat delata iã
g 30. annis elapſis. g opponebatur, ꝙ lapſis 30. annis erat excluſus, ne poſſet adire hæreditatem de iure ciu. l. licet. ĩ. de iure deliber. dicit Fulg. ſe dixiſſe, ꝙ licèt eſſet excluſus ne poſſet adire hæreditatem de iure ciui. tamen non erat excluſus, quin poſſet agnoſcere bon. poſ. de iure præto. cùm tale tempus non currat ignorati. l. 2. ſ. eo. Replicabatur, ꝙ erat excluſus ab adeũda hæreditate, ergo non poterat bo. poſ. agnoſcere. Dicit Fulg. ſe dixiſſe, ꝙ imò poterat per iſtum tex. vbi quia teſtatur ſe amplecti hæreditatem, dicitur agnoſcere de iure præto. & ita dicit ſe defendiſſe illum procuratorem, qui iam erat penè cõfuſus. Pulchra eſt, & notabilis deciſio, de qua alij non faciunt mentionem. Pro cuius confirmatione addo eundem Fulg. in l. non hoc. per illum tex. ſecundum vnum ſuum intellectum. ĩ. vnde leg. Addo etiam text. not. in l. 1. in verſi. hæredes eos extitiſſe. ĩ.
11 vnde lib. quem text. not. ibi Bald. & Docto. † pro ſuſtinendis libellis, in quib. quis agnoſcit bon. poſ. & ſic ſuccedit de iure prę-
to. tamen ſi dicat ſe hæredem in libello, ſuſtinetur libellus. Facit, quod vult Bald. in c. paſtoralis. in pen. colum. de cauſa poſ-
12 ſeſ. & proprieta. vbi quærit, † pone, quòd in libello dico me eſſe hæredem ex teſtamento, quare peto me mitti in bonor. poſ. an procedat ille libellus? videtur, quod non, quia bo. poſſ.
h eſt ius ab omni poſſeſſione abſtractum. l. 1. ff. de bon. poſſeſ. [h] contrarium determinat, intelligendo, quòd ſint duę partes, & ſic factum ſignificabit, nam verba libelli debent congruentius intelligi. argumen. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi rerum. ff. de iureiurand. Facit, quod decidit Bartol. in l. 1. §. bonorum. per illum text. ff. ad Trebellian. cum alijs, quæ plenè dixi in l. emãcipata. ſ. eod. vbi determinat Bartol. quòd lex, vel ſtatutum loquens in hærede, habeat locum in bon. poſſeſſore, & ſic bono. poſſeſſor dicitur hæres. Ad idem facit text. not. in l. ſi quis
13 mihi bona. § ſed quid ſi mandauit. ff. de acquirend. hære. † vbi habens mandatum ad agnoſcendam bonor. poſſeſ. poteſt eius virtute hæreditatem adire de iure ciui. Ratio eſt ſecundum Bald. & domin. Alexan. ibi, quia mandatum non debet neceſſariò impleri in forma præciſa, & ſuperficiali, ſed ſatis eſt, quòd impleatur in effectu, per illum ſolennem text. per quem debet limitari regula, quæ habet, quòd forma mandati eſt diligenter ſeruanda. l. diligenter. in princ. ff. manda. c. cum dilecta. de reſcript. Contra tamen prædicta facit deciſio Bald. per illum textum. cum gloſſ. in l. ſi non lex Aelia Sentia. §. 1. ff. de
14 hæred. inſti. per quem dicit fuiſſe conſultum de facto, † quòd cùm fideicommiſ. vniuerſalis, cui erat reſtituta hereditas, ageret contra tertios poſſeſſores bonorum, & in libello diceret ſe adiuiſſe hereditatem, quòd libellus eſt ineptus, quia fideicommiſſarius non dicitur adire hæreditatem, ſed bene dicitur ſibi reſtitui, vt ibi eſt tex. & glo. Semper reputaui mirabilem hanc deciſi. cùm regula ſit, quòd in libellis verba debent impropriari, vt ſuſtineantur. vt not. Bartol. in l. ſed & ſi poſſeſſori. § item ſi iurauero. cum concord. ibi traditis. ff. de iureiurand. ¶ Vltimò
* in quantum text. in fin. dicit, *quaſi ſuis ſitam curriculis*, ideſt ac ſi eſſet poſita in ſuo debito curſu temporis ſecundum Oldr. & Alberic. hic. ¶ Capio gl. 1. glo. vult, quòd ſi habeatur, (excludimus,) & ſic verbum præſentis temporis, debet intelligi per titulum. ſ. de formulis, ſed ſi habeatur, (excluſimus,) & ſic præteriti temporis, tunc refertur ad l. proximè præcedentem, ſed cur ita variè? Puto, quòd ideo ſit, quia Imperator ſeruat hunc ordinem, vt ſub vno titul. prius ponat leges principum anteriorum, & ſic leges antiquiores, deinde de gradu in gradum vſque ad magis nouum Imperatorem, ſed in diuerſis titulis non ſic, quia poteſt eſſe, quòd vltimus titul. C. fuerit factus ante primum titulum. ita dicit gloſſ. ſupra in prima conſtitutione. C. in verſi. primordio. & Bartol. in l. ſecunda. §. prius. ff. de vulgari & pupillari, & de hoc eſt text. in l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de caduc. toll. vbi tex. facit mentionẽ de l. vnica.

C. de

ADDITIONES.

a ¶ Limitate. Limito ego ſecundò, vt non requiratur præſentia iudicis, quando bon. poſ. acquireretur ipſo iure. Iaſ. in l. 1. in tertio no. ĩ. tit. 1.

b ¶ Deportato. Adde Bal. in addi. Spe. in tit. de ſpon. verſi. pari ratione. Abb. in c. paſtoralis. de appe. Abb. in rub. de teſt.

c ¶ Deportatus. Adde Bal. in l. 1. in 2. & 3. q. prin. C. de ſacroſ. Eccle.

d ¶ Sed excommunicatus ſic. Adde glo. in c. decernimus. de ſen. excom. lib. 6. Inn. in c. cum voluntate. de ſent. excom. Bal. in c. intelleximus. de iudi. Fed. de Sen. in conſi. 73. inci. vetus quærela. & per Abb. in rub. de teſt.

e ¶ Extraiudiciali. Adde Docto. in c. decernimus. de ſenten. excom. lib. 6.

f ¶ Ciuili. Alexan. in rubr. ſupra eodem. colum. final. Bald. in l. 1. in 1. q. ſupra eodem. PVRPV.

g ¶ Elapſis. Vide Pet. de Ancha. conſi. 145. ſi dicta poſitio, &c. PVRPV.

h ¶ Bon. poſ. Vbi nihil, ſed not. in l. 1. ff. de acq. poſ. ſed in hoc tene oppoſitum, quòd iſta præpoſteratio non noceret. vide Io. Fab. in rub. de bon. poſ. Inſt. & ibi ſcripſi. in prin. & eſt tex. in l. ſi minor. ff. de acq. hær. PVRPV.

Source : BIU Cujas

Ias. super Secunda Codicis.

C. de his, qui ante aper. tabu. quę est post illũ titulum. Ad idem tex. l. fi. §. 1. s̃. de cur. fur. vbi illa. l. quæ est. s̃. 1. libro refert. l. nostram, quæ tamen est sequẽs, & sic quamuis ista lex sit sub titulo posteriori, tamen fuit facta ante illam. In diuersis ergo titulis non attenditur prioritas, nec posterioritas, sed in vnomet titulo sic, modo vult dicere glo. nostra, si tu habes excludimus de præsenti, referre debes ad titulum. s̃. de formulis, qui cùm sit in diuerso titulo, potuit esse factus tempore istius legis. Si autem habes excluſimus, in præterito, referas tunc ad præcedentem legem, quæ cùm sit in vno met titulo, & sic posità ante istam l. per consequens in prętęritũ erat facta ante istam legem. credo, q̃ ista fuerit intentio gl. quamuis eam nemo declarauerit. ¶ Capio gl. in verbo (testatio,) quam diuido in tres part. In 1. ponit vnũ dictum. In 2. ex illo dicto infert. In 3. & vlt. oppo. & soluit. Secunda ibi, (& sic videtur.) Tertia ibi, (argumentum tamen contra.) & gl. bene dicit. ¶ Capio gl. (exeratur,) quã diuido in tres par. prin. In 1. tripliciter exponit verbum exeratur. In 2. ponit primum intellectum ad versi. fin. qui est valde obscurus. In 3. & vltima ponit ſm intellectum ad illum versi. Secunda ibi, (& dic properantius.) Tertia, & vltima est ibi,
15 (vel expone secũdò.) ¶† In 1. parte gl. inquantum gl. exponit exeratur. i. petatur, dic, quòd ista expositio procedit tenendo secundum intellectum gl. secundũ quem existens in secundo gradu nimis celeriter petijt intra tempus primi, & tunc exeratur, exponitur. i. petatur. Alia autem expositio, quæ est melior, exeratur. i. aperiatur, procedit tenendo primum intellectum gl. secundum quem, quia primus statim repudiauit, statim aperitur via secundo ad petendum. ¶ In 2. parte gl. adde, q̃
* istum primum intellectum *tenent Bar. & omnes Scibentes.* Ego autem puto, quòd sit verissimus in se, sed q̃ non cõgruat huic l. nam cùm iam istud esset decisum, quòd si primus statim repudiat, statim incipit currere tempus secundo, istud decidebant tex. in glo. allegati. malè ergo dicit tex. dum dicit se istud addere prioribus legibus, ibi (eo adito.) istud non esset addere, cùm esset decisum iure antiquo. Tamen quòd iste sit verus, & proprius intellectus huius. l. est text. clarus in §. pen. Insti. eod.
16 ¶† Istum tamen primum intellectum inducit Bal. hic in pen. col. quòd si iudex simul, & semel statuit actori tempus decẽ dierum ad probandum, & posteà tempus 10. dierum reo, q̃ si actor statim renunciet suo termino, statim incipit currere terminus assignatus reo, in quo dic plenè, vt per d. Alexan. hic post Ful. & Pau. de Castr. quem non refero. ¶ In 3. partte gloss. habes secundum intellectum ad versi. fi. quòd si existens in secundo gradu celerius petit intra tempus primi, istud non præiudicat primo, quin primus intra tempus suum possit petere, & istum intellectum probant expressè duæ leges in glo. alleg. tamen meo videre non congruunt verbis text. ibi, (quasi suis sitam curriculis consequatur.) qui vult, quòd petitio properanter facta intra tempus primi, tamẽ parem effectum habeat, ac si esset petita suo tempore. Item istud erat iam decisum per ll. antiquas. vt iurib. in gl. alleg. & sic non esset additum de nouo, vt dicit tex. ibi, eo addito. Ideo Oldra. Lau. quem refert, & sequitur Albe. de Ro. hic in fin. ponit tertium intellectum, videlicet, q̃ si existens in primo gradu, qui habet annũ ad agnoscendum elapsis duobus mensib. repudiauit, statim incipit currere tempus secundo, vt dicit primus intellectus glo. Sed dubium est, an sequenti in gradu dabitur solum residum illius anni inchoari, an vero habebit integrum tempus, acsi suo tempore petijsset, & respondetur, quòd habebit integrum tempus. ¶ Sed omnibus istis reiectis Ludo. Rom. hic posuit quartum, & verum intellectum, quòd si existens in secundo gradu, properantius agnouit bon. pos. intra vicem, & tempus prioris, si contingat primum repudiare, certè illa agnitio bon. pos. facta per secundum intra tempus primi, nihilominus habet efficaciam, ac si esset petita suis curriculiis, hoc est in suo debito cursu temporis, quia repudiatio facta per primum, facit, quòd acceptatio secũdi, licèt nimium accelerata, valeat & habeat effectum, & istud est, quòd addit ista. l. de nouo. Et dicit Ludouic. quòd in hoc iste text. est peregrinus, & singu. ab alio non ponderatus, & istum intellectum sensit Salycet. hic,
17 in quæstio. quam diffusè disputat † de habentibus diuersas expectatiuas in Ecclesia, quorũ alij sunt priores, alij posteriores, quorum si posteriores acceptant primo excluso, an eorum acceptatio valeat, quam quæstio. ponit Ioan. And. in addi. Specul. in titul. de concess. præbend. super rubr. & domin. Card. in clem. 1. eodem titul. Istum intellectum reprobat do. Francis. de Are. quia sicut ille, qui repudiat ante tempus, non videtur posteà repudiare adueniente tempore. l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæred. ita ècontra, cum aditio, & repudiatio regulentur à pari. l. is potest. ff. de acquirend. hæred. sed ibi, quia repudiatio in vita fieri non potest, quia viuentis non est hæreditas, vt per gloss. & Doctor. in d. l. qui superstitis. Sed tu dic, quòd in contrarium facit, quia non est licitum pręuenire
18 terminum iuris. l. si ita scriptum sit. §. j. ff. de lega. 2. † Item paria sunt facere ante initium temporis, & post eius lapsum, secun-
a dum Bartol. in l. qui ante calendas [a]. ff. de verbor. oblig. Bald. & Paul. hic. Item secundum domin. Francis. de Are. contra istum inteilectum facit, quia in istis actibus, & maximè in aditione hæreditatis videtur spectandum initium, sicut in simili dicimus in l. 1. §. sed si filiusfamil. ff. de legat. 3. & in l. qui ex liberis. §. testamento ff. de bono. pos. secundum tab. Sed tu de hoc dic, vt per Bartol. in l. quòd ait lex. §. quòd ait. ff. de adul. Item pro Lud. facit. l. 1. §. quibus. ff. de succes. edic. quia quando primus repudiat, fingitur ac si ex eo numero non fuisset, ergo acceptatio secundi debet conualidari. Item tu contra Lud. vide, quod volunt Bartol. & Doctor. in l. sed & si nolit. ff. de acqui. posses.

Quando non petentium partes petentibus accrescunt. Rub.

ADDITIO.

a Calendas. Vide ibi Bar. qui non dicit hoc, sed oppositum. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Terminus legitima, in iure capitur varijs modis.*
2 *Quot modis deferatur legitima successio.*
3 *Propriè dicitur legitima successio, quæ defertur ab intestato.*
4 *Legitimi hæredes qui dicantur.*
5 *Si aliquis acquireret emphytcusim pro se, & legitimis hæredib. non venirent nisi qui sunt propriè legitimi hæredes, & nu. 6.*
7 *Si testator dicat, si decesserit sine hærede legitimo, de quo legitimo intelligatur, & num. 8. & 9.*
10 *Qui sunt illi, in quibus cessat legitima successio.*
11 *Inter plures, qui possunt succedere de iure ciui. habet locum ius accrescendi.*
12 *Quæ sit ratio fundamentalis, quare introductum fuit ius accrescendi.*
13 *In fisco hærede instituto an habeat locum ius accrescendi.*
14 *Deportatus non potest habere hæredem, quando fiscus vult habere bona deportati, aliàs fisco nolente venire deportatus habet hæredem.*
15 *Decretum iudicis interpositum super parte trahitur ad totum per ius accrescendi.*
16 *Quando bon. pos. acquiritur mediante iure accrescendi, non requiritur aliqua prȩsentia iudicis.*
17 *Regulariter acquisitio successionis, & repudiatio à pari procedunt.*
18 *Regula, nihil est tam naturale, &c. ff. de regul. iur. habet locum, quando vinculum est inductum, secus si non, quia tunc potest aliter tolli, quàm inducatur.*
19 *Quando vni competunt duo iura, vni renunciando, non videtur alij renunciare.*
20 *An ius accrescendi transeat ad emptorem, qui partem à cohærede emit hæreditatis.*
21 *Iuri immiscendi an præscribatur. 30. annis.*
22 *Quotiescunque Legislator narrat contingentiam facti, ex talibus verbis narratiuis facti non est licitum arguere, nec sumere argument, fallit tamen in aliquibus casibus, vt infra nume. 23.*
24 *Ius accresc. impedit successorium edictum de primo gradu ad secundum.*
25 *An potentius sit ius accrescendi quàm transmissio.*
26 *Ad hoc, vt locum habeat ius accrescendi, opus est, quòd illa pars, quæ debet accrescere, ex toto deficiat.*
27 *An tacita substitutio impediat ius accrescendi.*
28 *Ius accrescendi quando habeat locum in bonorum posse s. omissa vel repudiata.*
29 *Filij in potestate non possunt abstinere ab hæreditate patris attento iure ciuili, quia inuiti sunt ipso iure hæredes, sed bene de iure prætorio.*
30 *Beneficium abstinendi non competit filijs in potestate, nisi de iure prætorio, & non de iure ciuili.*
31 *Pater non potest relinquere filio legitimato plus, quàm relinquat vni filio legitimo, & naturali.*
32 *Si quis potest succedere duplici iure, scilicet prætorio, & ciuili, quamuis excludatur ab vno iure, scilicet prætorio expressè, vel tacitè, non habet locum ius accrescendi, ex quo potest venire alio iure, scilicet ciuili.*
33 *Cui competunt duo iura, renunciando vni non videtur renunciare alteri, & num. 35.*

Ad hoc,

Source : BIU Cujas

34 *Ad hoc vt habeat locum ius accreſcendi, requiritur quòd illud, quod accreſcit, ſit omnino amiſſum.*
35 *Ius accreſcen. non habet locum niſi ex duplici radice, ſ. ex non facta acquiſitione, & funditus reſoluta.*
36 *Ius accreſcendi non habet locum, niſi vbi eſt caducitas.*
37 *Si aliquis eſt excluſus à iure prætorio, eſt locus iuri accreſcendi.*
38 *Excluſus à iure prætorio intelligitur excluſus à iure ciuili.*
39 *Succeſſorium edictum eſt inductum principaliter à prætore, ne creditores nimium differantur.*
40 *Si aliquis ſis excluſus à iure prætorio, dato, quòd poſſit ſucedere de iure ciuili, tamen habet locum ius accreſcendi reuocabiliter.*
41 *Ius accreſcen. competit inuitis, quando portio vacabat, antequam quis adiret partem hæreditatis ſuæ.*
42 *An in contractibus, & in feudis, & in emphyteuſi habeat locum ius accreſcendi.*
43 *An in iuriſdictione tam ordinarij, quàm arbitri, vel delegati habeat locum ius accreſcendi.*
44 *In executionib. teſta. locum habet ius accreſcendi.*
45 *Si ſint electi duo Ambaſiatores, & vnicuique ſtatutum ſit ſalarium, vno impedito, vel mortuo ſalarium accreſcit alteri.*
46 *An in plurib. tutor ib. ſit locus iuri accreſcendi.*

LEX PRIMA.

Voties. Ad euidentiam prę̃mitto, quòd iſta l. in gloſſ. legitur altero de quatuor modis, ſecundum primũ modum loquitur in hr̃ditate materna, vel lineæ maternę Secundò modo legitur in hę reditate paterna, vel lineæ paternæ. ſ. in filijs emancip. Tertio modo legitur in vtriſque, ſed iſta verba (ceſſante legitima ſucceſ.) denotãt contingentiam facti. Quarto modo illa verba, (ceſſante) &c. intelligun tur. i. reiecta, & debent tranſportari, & poni in fi. Tu autem reiectis his ambagib. dic, quòd ſenſus literæ eſt clarus, & q uòd illa verba, (ceſſante legitima ſucceſ.) intelliguntur in filijs emanci. & in omnibus alijs liberis, in quib. ceſſat ſucceſſio de iure ciu. & qui ſunt iſti, ſtatim declarabo, & ſic eſt ſenſus, quòd quãdo ſunt plures liberi, in quib. ceſſat legitima ſucceſſio, hoc eſt, qui non poſſunt ſuccedere de iure ciui. ſed tantum de iure prætor. ſi aliqui ex eis omittant ſuccedere de iure præto. vel repudiando expreſsè, vel tacitè per lapſum anni, portio eorum accreſcat alijs, & tex. ideo dixit ceſsante legitima ſucceſ. quia ſi eſſent liberi, qui poſſent vtroque iure ſuccedere, tam de iure ciu. quam prætorio, licèt omitterent ſucceſſionem de iure præto. tamen quia poſſent venire alio iure ciuili. l. ſuum. ſ. de iure delib. facit. l. ſi domus. ff. de ſer. vrb. præd. & ſic portio eorũ non eſſet omni iure deſerta, certè non haberet locum ius accreſc. & iſte eſt realis ſenſus huius tex. ¶ Secundò ad euidentiã præmitte, quia tota difficultas ſtat in illis verbis, ceſſante legi-
1 tima ſuc. ideo debes aduerte, † quòd iſte terminus legitima, de per ſe in iure noſtro capitur varijs modis, de quib. per Salic.
a hic, in prin. Item legitima [a] ſucceſſio in ſpecie dicitur illa, quæ defertur à l. ciuili, ſeu à quacunque parte iuris ciu. ad differentiam iuris prætorij, ſeu ſucceſſionis, quæ defertur de iure præ-
2 torio, vt declarant Odof. Cy. & Alb. hic. † Neceſſarium ergo eſt ſcire, quot modis deferatur legitima ſucceſſio, qa in omnib. intelliges, quòd loquitur iſta. l. Item, qui ſunt iſti, in quib. ceſſat legitima ſucceſſio. ¶ Circa primum ex mente Odof. Cy. & Alb. hic, vt plenius loquar, dic, quòd ſex modis defertur legitima ſucceſſio à iure ciu. ¶ Primò modo filijs in poteſtate. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. ſ. fui. Inſti. de hære. quali. & dif. ¶ Secundò, qũ non eſſent aliqui filij, ſed nepotes, vel pronepotes ſupereſſent ex filijs præmortuis: nam iſti ſubintrant locum patris, & ſuitatis, vt Inſti. de hære. quæ ab inteſt. §. 1. & §. admonendi. & in §. poſthumorum. Inſti. de exhære. libe. in l. poſthumorum. ff. de iniuſt. rup. in §. 1. in Auth. de hære. quæ ab inteſt. ¶ Tertiò loco prædictis omnib. deficientib. admittuntur parentes, & alij aſcẽ dẽtes per lineã maſculinam, turbato ordine naturæ. l. nam &
b ſi parentib. ff. de inoff. teſt. l. cũ ratio. ff. de bo. dam. l. octaui. [b] ff. vnde cognati. ¶ Quartò loco prædictis omnibus deficientibus admittuntur omnes agnati, hoc eſt omnes, qui per lineam maſcu. coniunguntur. Inſti. de legi. agn. ſu. in princip. l. legitimis. ff. vnde cog. Item mater ſuccedit filio, & ècontra, licèt non ſint adinuicem agnati, ſed cognati, & ideo olim vnus non ſuccedebat alteri. ſcilicet filius non ſuccedebat matri, & ècontra, ſed poſteà per Senatuſconſ. Tertul. vel Orfi. & propterea in eis cadit legitima ſucceſſio, quia nunc vocantur à l. ciuili, hoc eſt à Senatuſconſ. ¶ Sextò modo, & vltimo dicitur legitima ſucceſſio omnis illa, quæ defertur ex teſtamento, quicunque in teſtamento ſit inſtitutus, etiam penitus extraneus per legem ciuilem ex teſtamento ſuccedit. l. lege obuenire. & l. legitima. ff. de verb. ſig. iuncta l. legitima. ff. de pet. hęre.
c In omnib. iſtis modis cadit legitima ſucceſſio. ¶ Tamen [c] di-
3 ligenter aduerte, † quòd illa propriè dicitur legitima ſucceſſio, quę defertur ab inteſtato: illa aũt, quæ defertur ex teſtamẽto, & ſic ex diſpoſitione teſtatoris, nõ dicitur propriè legitima ſucceſſio, ſed largè, eo quia confirmata eſt à lege 12. tab. vt dicit tex. in l. lege obuenire. ff. de verb. ſig. ,ppriè, ergo & ſtrictè illa
4 dr̃ legitima ſucceſſio. † Et illi dr̃ legitimi hr̃des, qui tũ ab inteſttato à l. ciuili vocantur. ita probat text. in l. 1. in princ. ff. de legi. tu. & tex. eſt melior de toto corpore iuris, qui ponit iſtam dr̃iam, in l. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. & Raph. Fulgoſ. ita expreſsè declarat ſuper. l. 1. ff. pro ſocio. & dicit Bald. in d. §. de illo, quod caſus illius. §. eſt ſingularis. Ad idem facit text. in l. illud. de
5 acquirend. hæredi. † Hinc reſultat in practica maximus effe-
d ctus, quòd ſi aliquis aquireret emphyteuſim [d] pro ſe, & legitimis hæredibus, non venirent niſi, qui ſunt propriè legitimi hæredes, & ſic qui ab inteſta. à l. ciuili vocantur, nõ à teſtatore in teſtamento, & ita in ſpecie per prædicta determinat do. Alexand. de Imol. nec alibi tactum inuenio, in conſilio 56. in 2. volum. quod incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Anton.
6 in ſecunda colum. † Adde, quod idem domin. Alexand. in l. ex facto. §. fin. ad fi. ff ad Trebel. ſimiliter dicit, quòd illa verba, [ſine legitimo hærede.] non intelliguntur de filio tantum, ſed de ſucceſſuro ab inteſt. non autem ex teſtamento, per d. l. 3. §. de illo. Item adde, quod vult Bartol. circa illum. §. de illo. in l. 3. in vltim. colum. ff. de lega. 1. Tamen Raphael. Cuman. in
7 d. l. ex facto. §. fi. dicit, quòd habuit de facto conſulere, † quando teſtator dicit, ſi deceſſerit ſine hærede legitimo, quòd non intelligitur de filio tantum, ſed de omni alio, qui de iure ciuili ab inteſtato ſuccederet, & etiam de extrano hærede inſtituto. allegat. l. 1. cum gloſſ. C. ſi ſocius imperia. lib. 10. & ita limitat
8 text. in d. l. ex facto. §. final. † Et ſi teſtator ſubſtituit [e] Titium,
e & eius legitimam ſucceſſionem, quomodo intelligitur illud, legitimam ſucceſſionem, vide per Abb. in conſil. 3. in 2. vol. incip. Nitar in præſenti cauſa. in tertio dubio. Sed in contrarium fortiter facit text. in dict. l. lege obuenire. in verb. non impropriè. & ibi glo. tenet contra reſpon. ad d. §. de illo. Sed d. Fulg. in d. l. 1. §. 1. reſpondet, ꝙ debet intelligi minus propriè, & mediãte teſtamento. Tu dic melius ſecundum Alb. in d. l. lege obuenire, ꝙ qñ iſte terminus profertur à l. tunc intelligitur etiam de ea, quæ obuenit ex teſtamento, ſecus ſi ab homine, vel contrahentibus. ita loquitur. d. §. de illo, & rationem ibi aſſignat Bartol. quia hæreditas, quæ obuenit ex teſtamento, mediante teſtamento defertur, ſed illa, quæ defertur ab inteſtato, obuenit immediatè, & verba contrahentium, prout ad aliquid referuntur, debent intelligi propriè, & immediatè, vt ibi eſt
9 text. not. in 2. colum. ¶† Aduerte etiam, quòd iſta verba, quæ apponuntur in ſubſtitutionibus, videlicet ſi moriatur abſque
f legitimis filijs, vel ſi pater acquirat emphyteuſim [f] pro ſe, & filijs legitimis, talia verba, filijs legitimis, non intelliguntur de filijs maſculis tantum, ſed etiam de fęminis, ita expreſsè declarat Ioan. And. in capitul. Raynaldus. de teſtam. & ibi domin. Anton. de Butr. in ſecunda colum. & alij Canoniſtæ per multa iura per eos allegata, & ſequitur domin. Alexand. in conſil. 55. in 3. vol. quod inci. põ deratis his quę in themate narrantur, in penultim. colum. Et ſic habes, quæ dicatur propriè legiti-
10 ma ſucceſſio, & qui propriè legitimi hæredes. ¶† Videndum nunc eſt de ſecundo, qui ſunt illi, in quibus ceſſat legitima ſucceſſio, & breuiter, & neceſſariò dic, quòd quatuor principalibus modis, & in omnibus iſtis exemplifica, & intellige iſtam l. ¶ Primò filij, & alij deſcendentes emancipati à patre, vel auo, nam emancipati ſecundum iſta iura ſunt incogniti de iure ciuili, & ſic in eis ceſſat legitima ſucceſſio quamuis de iure prætorio admittantur. §. emancipatos. Inſtitut. de exhæ-

ADDITIONES.

a ¶ Legitima. Adde Iaſ. in l. 1. 5. col. ĩ. vnde vir & vxor. PVRPV.
b L. octaui Nihil facit. ſed. l. ſcripto. ff. vnde lib. PVRPV.
c ¶ Tamen. Tangit Iaſon in rubr. ĩ. vnde legi. gloſſ. 1. in l. legitimam. ff. de peti. hæred. PVRPV.
d * Emphyteuſim. Adde Alex. conſi. 75. lib. 1. Dec. conſi. 32. col. 1. hic tamen videtur tenere cõtra Iaſ. dum diſtinguit, ſed ab Alex. non eſt receden. tanquam ab Ill. viro, inquit Dec. conſi. 62. & fac. quia verba contractus dant eſſe rei. Bal. in l. quoties. C. de ſuis, & legi. nec à proprietate verborum eſt receden. l. non aliter. de leg. 3. Itẽ verba contract. ſtrictè ſunt intelligenda. l. quicquid adſtringendæ. de verb. obl. fac. tex. in l. veterib. ff. de pac. BELLOT.
e ¶ Subſtituit. Adde Docto. in l. ex facto. in §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. Bar. in l. Gallus. in §. etiam. de lib. & poſthum. Docto. in l. ſi tibi decem. in §. ſi pactus. ff. de pact.
f ¶ Emphyteuſim. Adde Doctor. in l. 1. ff. de verbor. ſign. Doctor. in l. 1. C. de condi. inſer.

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

de exhere. lib. & §. emancipati. Inſti. de hær. q̃ ab inteſt. ¶ Secũdò, deſcendentes ex fœminis, vel linea fœmina, ideo ſi ex filia mea naſcantur liberi, vel alij deſcendentes, quia iunguntur mihi ex parte matris tantum, non ſuccedunt de iure ciuili, ſed ſunt penitus incogniti. Et in hoc diligẽter aduerte, ꝙ quamuis mater admittatur ad ſucceſſionem filij, & ècontra filius ad hę
8 in l.2.C.de erro.aduoc.† imò generaliter non præſumitur pluralitas actuum. capitul.in præſentia. §. verò. el ſecundo, & ibi domin.Anton.de Butr.in 13. colum. ad hoc not. de probatio. glo.in l.eum qui. §. in popularibus.in gloſſ.magn. circa med.ff. de iureiurand. Bald. in l. teſtium. in quinta colum. in fin.C.de teſtib.& in l.neque natales.in ſecunda colum. de probationib. & in l.edita.C.de eden. Similiter non præſumitur pluralitas ſen
9 tentiarum ſecundum Bal.& Sal.in d.l.2.C.de erro.aduo.† Nec pluralitas factorum,Bald.in l.qui iuraſſe.§.fin.ff.de iureiurand Similiter non præſumitur pluralitas in proprio nomine, & ſic. in perſonis,ſecundum Bartol. in l.ſi rem. ff.de rei vendic. & in not.quæſtione Bartol.in l.ſi quis ſeruum.§. ſi inter duos. in fin. ff.de leg.2.& dom.Anton.de Butr.in cap.2.in 2.not col.fi.in fi. de libel.obla. Fallit, quando p̃rietas inter aſſertio partis,& dictum teſtium argueret pluralitatẽ, quia ſic faceret ceſſare preſumptionem vnitatis, cũ ẽt vna preſumptio tollat aliam. l.diuus.

ADDITIONES.

a ¶Vtilitate. Adde Alex.in l.ſi.7.col.in fin.vbi Iaſ.in 8.j̃. de ed ict.diui Adr.tol. Facit,quod vult Iaſ.in Authen.præterea.colum.2.circa med. in argum. de do te minima.infra vnde vir, & vxor.

b ¶Teſtes. Adde Bart.in l.1. in 9. quæſt. C.de teſta. Bart. in l. hæredes palàm.in princip.ff.eod.tit.Bald.in l.fin.C.de fideicommiſ.

c ¶Pluralitas. Adde Alexand.hic in fi.& Iaſ.j̃.col.5.& fi.

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

uus.ff.de in integr. reſt. facit. c.cum Io.de fid.inſtr. † Adde tñ
* ꝙ pro opi.Mart.*cõiter approbata*,vī ſtringere, ꝙ ex quo venientes ab inteſt.confitẽtur,ꝙ teſtator ita fecit teſtm̃, ſed non cum debita ſolennitate ſeptem teſtium,vī, ꝙ eorum cõfeſſio ſufficiat.Nã Bar.poſt Iac.But.tenet in l.1.ff.de condi.inde & in l.cũ qs.C.de iur.& fac.igno. ꝙ numerus ſeptẽ teſtiũ in teſtõ non ſit de forma ſubſtantiali , ſed ſolùm de forma ꝓbatoria , quia de forma ſubſtantiali eſt voluntas teſtõris , inſtitutio hæredis , & ꝙ eum noīet noīe proprio. l. iubemus. C.de teſt.ſi ita eſt,ergo vbi adeſt ϙfeſſio partis debet ſufficere,vt not.Bal. in Auth.nouo iure.C.ſi cert.pet. qa ſolennitas probatoria non attenditur, qñ ϙſtat de actu per ϙfeſſionẽ partis.Sed dic,ꝙ Bar.in l. nemo põt, in 1.oppoſi. ff.de leg. 1. tenet, ꝙ numerus ſeptem teſtium in teſtõ ſit de forma ſubſtãtiali,& eſſentiali teſtamẽti, cũ iſtud ſit inductum ꝓꝓ falſitatem euitan.l.fi. C.de fideicom. & idem tenet Bal.duplici bona rõne in d.l.cũ.quis in 2. char.& d. Alex. in d.l. 1.ff.de condi.inde.ꝙ patet,quia.l. vltra procedit annullãdo teſtm̃,ſi non interuenit numerus ſeptem teſtium. l.hac cõ-
* ſultiſſima.§.ex imperfecto.in verbo *pro nullo haberi*. C.de teſta. quod non eſſet,ſi ſimpliciter requireretur ad probationem. l. duo ſunt Titij.ff.de teſt.tu. & ad hoc vide Bal.in l.vniuerſa.circa medium.C.de preci.imper.offe.& iſta eſt veritas, ꝙ ex quo lex vltra procedit annullando,ꝙ dī de forma ſubſtantiali.Pro iſta parte pondera bene facere.l.ſi vnus.in princ.ſ.de teſt. vbi ſi ex ſemptem teſtibus), qui in teſtõ requiruntur,vnus deficit, teſtamentũ eſt ipſo iure nullum , & tñ poſſet per ſex probari,ergo apparet,ꝙ eſt de forma ſubſtantiali, & hoc apertius patet, quia tex.ibi annullat ipſo iure teſtm̃,ſi vnus de 7.teſtib.deficiat, ergo eſt de forma ſubſtantiali.Tene idem, ꝙ primò, ꝙ nume. rus ſeptem teſtiũ non ſit de forma teſtamenti , ita tenet Bal.in repe.l.1.in 29.col.C.de ſacroſanct.Eccleſ.vbi hoc probat,quia forma eſt,quæ dat eſſe rei,& cõſeruat ineſſe. l.Iulianus.§.ſed & ſi quis ff.ad exhib. vnde ꝙ teſtm̃ fiat vno ϙtextu, & ꝙ teſtator nominet hæredem proprio ore.l.iubemus. C.de teſta.iſta ſunt de forma ſubſtantiali,non numerus ſeptem teſtium.Et pro eo ſtringit. d.l. fina. C.de fideicom. quia ſi eſſet de forma ſubſtantiali,non ſufficeret confeſſio hæredis iurata,ex quo deficit forma ſubſtatialis. Item aduerte, ꝙ iſto caſu vī, ꝙ ceſſet ſuſpicio falſitatis,ob quam.l.requirit numerum.7.teſtium in teſtamentis.d.l.fin. ex quo aduerſarius confitetur, ꝙ teſtator ita voluit.

¶† No.tamen duo caſus ſingulares,in quibus duo teſtes ſuf-
a ficiunt ad plenè probandum teſtm̃ , etiam ſi eſſet quæſtio non ſolum de ſolennitate teſtamenti , ſed etiam de voluntate teſtatoris.¶ Primus eſt, quando teſtator fecit teſtm̃, in quo inſtituit filium hæredem , & in illo teſtõ fecit legata alicui, deinde ipſemet teſtator ſtipulatus eſt talia legata ab hærede pro legatario, & ſic in teſtõ admiſcuit contractum, prout fieri poteſt, ſm gl.& Bart.in l.hæredes palàm. §.fi.ff.de teſta. cum concor. iſto caſu etiam ſi hæres totum negaret, ſufficerent duo teſtes
b ad probandum illa legata, [b] quia agunt de probando ſtipulationem,& ſic ϙctum,vbi duo teſtes ſufficiunt. l. vbi numerus. ff.de teſti.cap. in omni negotio.extra eo.Et ſi dicas,quomodo teſtator potuit alteri ſtipulari? dic , quia legatarius in re legata cenſetur eadem perſona cum defuncto. l. ad id tps. §. 1.ff.de vſuc.ita colligitur ex verbis Bar.in l.nemo poteſt.in 1.col.ff.de leg.1.dum rñdet ad l.fi. C.de fideicom. & ibi expreſsè not. Io. de Imo.in 2.col.& d. Alex.in 3. & plenius.d.Bartho. Veron. in caut. 177. & Bart. in quæſtione diſputata, quæ incipit ſtatuto cauetur,ꝙ fenerator.in 3.char. & iſtum caſum nullus Scribentiũ tradidit hic.Tu in ϙrium alleg.tex.in l. 1.§.ſi qs ſub ϙditione.ff. vt leg.nom.cau. licèt non oīno in terminis videaī loqui.

¶† Secundus caſus [c] eſt, qñ de teſtõ fuiſſet ϙdita publica ſcri-
c ptura manu notarij , quæ poſtea fuiſſet perdita caſu fortuito, certè talis amiſſio teſtamenti,& tenor eiuſdem teſtamenti per duos teſtes tm̃ probaretur,& ſufficeret,dato,ꝙ etiã eſſet qõ de volũtate,per tex.in ſimili not.in l.teſtiũ. C.de teſti.& ibi Bald. in 2.col. ad hoc no & reputat valde mirabile, & ibidem Saly. in vlt.not.Lud.& plenius Alex.hic,Raph.Cum.in d. l. hæredes palàm.in princi.cum alijs concor.de quibus per do. Alex.hic,
ad quem te remitto. ¶† Addo ẽt prædictis , ꝙ cùm in teſtõ [d]
d teſtes debeant eſſe rogati.l.hac conſultiſſima. in prin. ſ.de teſt. vbi dicam, certè ſi opponeretur teſtamento, ꝙ teſtes adhibiti non fuerunt rogati,ſufficeret iſtud probare per duos teſtes, ſecundum Bald.Pau. de Caſtr. & d.Alex.hic & Imol. in c. cùm eſſes.in 14.col.de teſt.& idem expreſsè tenet Bal.in l. ϙparationes.in 3.not.C.de fid.inſtru. quamuis contrarium, & malè tenuerit idem Bald.ſibi contrarius in d.l. hæredes palàm. in prin. referens ſe habuiſſe de facto quæſtionem iſtam, quam ſequabatur Petr.de Anch.in d.c.cùm eſſes,vt hic plenius per d.Alex. Adde etiam , ꝙ vbi ageretur de probando aliquo extrinſeco, ſeu neceſſariò ad validitatem , & ſubſtantiam inſtitutionis, ꝙ tamen non dependet à voluntate teſta. quòd tunc duo teſtes ſufficiunt,puta ſi teſtator dixit,inſtituo Titium filium meum, iſta filiatio eſt de ſubſtantia inſtitutionis.l.ſi pater. C.de hæred. inſti. & probabitur per duos teſtes , ita not.Paul.de Caſtr.in l. cùm proponebatur.ff.de legat.2.& in l. errore. C.de teſtamen. facit bene,quod vult Bald.hic,quòd ſi in teſtamento continetur , ꝙ teſtator filiæ reliquit decem , poterit probari per duos teſtes, ꝙ reliquit tit. inſtitutionis, cùm non ſit dubium, niſi de ſolennitate.Secundò ad idẽ facit,ꝙ dixi.ſ.de rogitu teſtium, q põt probari ꝑ duos teſtes , & hic cadit.Adde etiã,ꝙ ſi teſtator dixit,Titius hæres eſto,& notarius per errorẽ omiſit illa verba, hīs eſto,& ſolũ ſcripſit Titius, ꝙ ad ꝓbandum talem errorem notarij , ſeptem teſtes requiruntur , quia non põt eſſe quæſtio de iſto errore,quin ſit de ſubſtantia ipſius teſtamenti, gl.eſt reputata ſing.in l.cùm ꝓponebatur,& ibi Bar.ff.de leg.2. Bald.& cæteri in l.errore C.de teſta.& in l. quoties.in prin. ff. de hæred. inſti.& illa gl.eſt ad hoc ſing.ſm Bald.in c.ſi quis feudum. in tit. ſi de inueſti.inter do. & vaſſal. lis ori. & in l.fi.in 5.col. C.de fideicom.& in l.fi.in pen.col.C.de eden. & in c. cum Io. Eremi. in 3.colum.de fid.inſtrum.Facit, quod vult gloſſ. in l.hæredes palàm.§.ſi quid poſt.in verb.poſſe. & ibi not. Bartol. ff. de te-
14 ſtam. † Item diligenter attende id , quod ſignanter dicit Bald. hic , quòd ſi teſtes deponant ſuper teſtameto,qualiter talis teſtator coram ſeptem teſtib. fecit teſtamentum , in quo talem inſtituit hæredem , & quilibet teſtis particulariter deponat ſe fuiſſe ꝓſentem tali teſtamento, interrogati de conteſtib.qui alij fuerint teſtes, dicant , quòd non recordantur, tamen tales teſtes plenè probant teſtamentum , & præſumuntur omnes fuiſſe conteſtes,quod dictum Paul.de Caſtr. hic reputat multum not.& quotidianum,& dicit,ꝙ de hoc vidit Specu. in tit. de inquiſitio. §.nunc tractemus. verſic. ſuper probatione autem infamiæ.idem tenet d.Alex.hic,alleg. Inno. in cap. qualiter.el grande.de accu.& Imol.in c.cùm oportet.eod. tit. & idẽ d.Alex.in conſi.142.in 2.volum.ꝙ incip.Ponderatis.in penul. colum.& ita teneas, quamuis ſolus Ludo.Rom. debilibus rationibus oppoſitum teneat,& malè hic. ¶Ex iſta deciſi.Bald. ego elicio duo valde notanda. Primum eſt, quod ſi teſtes omnes concordent in dicto, ſuperquo deponunt, licèt aliter non appareat , quòd omnes eodem tempore fuerint præſentes,tamen in dubio præſumuntur conteſtes,& de eodem actu deponere,quòd multum not.quia valde quotidianum eſt. Et idem tenet Bald.in l.de quibus.in antepen. colum. ff. de legib. & Pan.in c.cum Ioan.in 3.colum. de fid.inſtru. & dom.Alex.
15 in præallegat.conſil.147.in 2.volum.† Et huius dicti eſt ratio, quia in dubio non præſumitur pluralitas actuum , & ſic teſtamentorum.l.omnium.cum glo. in verbo comprobatur. ſ.de teſta.& l.fin.C.ſi cert.pet.bonus tex.in c.in præſentia. §.verum. el 2.& ibi ad hoc expreſsè notant.d.Ant.de But.& alij. de probationib. idem tenet Bald. in l. 2. C. de erro. aduoc. vbi dicit, quod in dubio non præſumitur pluralitas ſententiarũ , & ibid. Sal.no.quòd in dubio non præſumitur pluralitas actuum.not. Bald.in l.teſtium.in 5.colum.in fin.C.de teſtib. Et dicit Bald.in l.neque natales.in fin.colum.C.de probat.quòd non præſumitur pluralitas in actibus hominum , niſi probetur , ſicut nec præſumitur pluralitas in nomine proprio, ſecundum Bar.in l. ſi rem. ff.de rei vendi.& Bart. in pulchra.q. in l.ſi quis ſeruum. §.ſi inter duos in fin.ff.de leg.2.& ad literam.d.Ant.de But.in c. 2.in 2.col.de lib.oblat.Et per iſta puto, quòd non ſit verum illud,quod conſulendo firmat dom. Alexan. nullam de prædictis faciens mentionem,in conſi.133.in 2.volum.incip.In cauſa,& lite vertente inter Alberic.de Maynardis.in 2.colum. vbi expreſsè firmat,quòd in rebus præſumitur pluralitas, niſi identitas probetur, alleg.not.per Iacob.But.& Bald. in l.1. ad fin. ff. quemadmod.teſtam.aper. & in l. demonſtratio. in princip.in verſic.6.quæro.ff.de conditio.& demonſt.Sed non puto,quòd ſit verum ex prædictis , & Doct. per eum allegati non dicunt hoc,contra morem dom.Alex.tamen ſi vera eſſet deciſio ſua, eſſet magna,& ſingul.limitatio ad prædicta, quòd licet in alijs nunquam præſumatur pluralitas, niſi probetur,fallit in rebus, in quibus præſumitur pluralitas , niſi identitas probetur, ſed tunc expediret inuenire rationem ſpecialitatis , vide tamen
16 quæ dixi infra ad fin.huius.l.¶† Secundò ex doctrin. Bald.elicio

ADDITIONES.

a ¶Duo teſtes.Iaſ.arg.contra in l.nemo. col.5.ff.de leg.1. PVRPV.

b * Legata.Adde,ꝙ contrarium voluit idem Iaſ.in l.nemo poteſt.1. lect.nu.21. ff.de leg.1.de quo ibi per Rip.num.32. Cepol. cautel. 129. Alciat.lib.1. Paradox.cap.4. PANCIR.

c ¶Caſus.Iaſ.ſublimitat in l.admonendi,in repe. colum. 82. ff. de iureiurand. P V R P V.

d ¶In teſtamento. Adde.l.hæredes palàm. in §. in teſtamentis. ff.de teſt. & in Authen.rogati. C.de teſtam.

Source : BIU Cujas

cio aliud,quod non inuenio ab alio fuiſſe ponderatum, quòd ſufficit,quòd teſtes recordentur de eo , quod eſt de ſubſtantia negotij , & ſuper quo litigatur , dato, ꝙ de aliis dicant ſe non recordari,vt expreſsè vult Bald.hic,qui tenet,ꝙ ſufficiat, ꝙ teſtes deponant, qualiter teſtator coram ſeptem teſtibus fecit teſtamentum , in quo inſtituit Titium hæredem, ſufficit, dato,quòd non recordentur, qui alij fuerint præſentes pro teſtibus. Adde Bald. idem expreſſius tenentem poſt Cyn. ibi in l. 2.C.de don. ante nupt. vbi dicit facias longam manũ ad iſtud dictum Cyn. Et iſto modo limito illud, quod vult glo. not.in l.Lucius.in glo.magn. circa princip. ff.de infam.quæ expreſsè dicit , ꝙ nihil valet dictum teſtis , qui non plenè deponit ſuper toto facto, nam intelligo ſufficere, quòd deponat ſuper eo, in
a quo conſiſtit [a] ſubſtantia negotij , de quo litigatur, & de illius glo. intellectu vide plenè Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſ.& in capit. 1.§.ſacramentum.de conſue.rec.feud. & in c.1.ſi de inueſt.inter domi. & vaſ. lis oria. ¶Confirmo prædictam regulam per optimum ſimile:nam ſufficit , quòd teſtes concordent ſuper facto principali, in eo, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij , & dato , quòd in alijs poſteà diſcordent , non per hoc cenſentur teſtes varij,nec reprobãtur. Et iſtud millies in cauſis alleg. text. eſt in capit. nihil obſtat. & ibi Canon. omnes notant,de verb. ſignific. facit text. in c.dudum.cum glo.in verſi.ſubſtantia.de conuerſ.coniug. & text.in cap. cum Eccleſia.iuncta glo.in verſic.vacillaſſe.de cauſa poſſeſ. & proprieta. adde text.not. de iure ciuili ad hoc in l. qui ſententiam. quam ad hoc ibi not. Bart. & Angel. C.de pœn. & illum text. not. ad hoc originaliter Oldr.Laud.vt refert Bald.in l.1.ad fin.C.ſi plures vna ſententia.Iſtam regul.etiam ponit Io.de Ana. in conſil. 76 quòd incip.Viſis,& conſideratis atteſtationibus,vbi ſubdit, quòd imò tũc melius vñr teſtes deponere, ne videantur eundem,præmeditatumque ſermonem attuliſſe , contra. l.tertiã §. 1.& ibi Bartol. ff.de teſtib.cum concord.Iſtam regul.etiam ponit domin.Alexand.in conſil.105.in 4.volum.incip.Viſo ac diligenter examinato proceſſu.in vltim.colum.Confirmo etiam per illud,quod ad literam decidit dom.Anton. de Butr.in cap. cùm cauſam. in fi. de teſti. poſt Spec.in tit.de teſt.§. 1.in verſic. item , ꝙ addit aliquid de ſuo. vbi tenet , quòd ſi teſtis ſcienter addit aliquam falſitatem in dicto ſuo , dummodo falſitas illa non tangat ſubſtantiam neceſſariam negotij, ſuper quo deponit,quòd tamen dictum eius valet,puta ſi interrogatur de nomine contrahentium , vel de agnatione, vel de parentela, aut de qua parochia ſunt , & refert ita contigiſſe in perſona Ioan. Andr.& ſequitur ibidem Ioan.de Imo.ſed ante eos iſtud idem dicit Bartol. in l.eos. in 2.colum. circa princip. ff. ad l.Corn.de fal.& expreſsè not.Bald.& Imol.in l.his verbis.§.final.per illum text. ff.de hæred.inſtit. Ego plus dico, quòd imò tales teſtes in nullam falſitatem incidunt , & trado tibi vtilem regulam , qđ ad hoc, vt teſtis incidat in falſitatem,& poſſit puniri de falſo, oportet , quòd falſum deponat ſuper facto principali , in quo conſiſtit ſubſtantia negotij , & propter quod principaliter examinatur,ſecus ſi ſuper alijs, quia tunc licèt mentiatur, non tamen committit falſum,nec poteſt de falſo puniri, ſed tantum extra ordinem arbitrio iudicis, ita ſingul.dicit Iacob. Butr.in l. Lucius.ff.de infam.& adducit terribile exemplum in teſte,qui interrogatus , an ſit attinens , vel coniunctus producentis , reſpondet, quòd non , & tamen eſt falſum, quòd non incidat in pœnam falſi,tamen quia mendax eſt, poteſt puniri extra ordinem arbitrio iudicis , & iſtam deciſionem refert ibi Angel. in 2.colum. reputans not. dignam,tamen dicit, quod dictum Iacob. de Butr. non probatur. l. ſed debet ſufficere eius auctoritas.illam etiam deciſio. pro mirabili, & ſingulari ſequitur Angel. in conſil. 194. incip. Viſis proceſſibus. in ſecunda colum. Sed ego allego Bartol.referentem illud dictum Iacob. Butr.& tenentem in l.penult. in 2. lectur. ſi eſt Bartol. C.de tranſactio. Dubium tamen eſt , ex quo teſtis iurauit dicere veritatem ſuper facto principali, & ſuper appendicijs . Intellige tamen,& erit optimum granum ſalis , quando illud eſt omnino impertinens ad cauſam,ſed ſi aliqualiter tangeret,eſt ſecus. ita domi. Franciſc.de Aret.in conſil.171.quod incip.diligenter,& matu-
17 rè perſpectis. in 2. colum. ¶† Item etiam in facto principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij principalis , ſi teſtes in aliquo modico adinuicem contradicant , non per hoc cenſentur varij, nec per hoc reprobatur dictum eorum.ita ſingul. dicit dom.Anto.de But.nec alibi legi in c.2.de reg. per illum tex. cum gl.Et iſtam limita.ſequitur.d.Alexan.conſulendo in mille locis in conſil. 24. in 1.volum. incip. animaduerſis.in vltim. colum.& in conſil. 65. in 2. volum.quòd incip. Viſis proceſſibus in tertia colum.& in conſil. 105. in 2.volum. incip. Reuerende domine.in vltim. colum. & in conſilio 264. incip. Viſo proceſſu vtriuſque cauſæ. in quarta colum. & in conſilio 42. in 3. volum. quod incip. in cauſa , & lite vertente inter Chriſtoph.in vlt.col. Ego tamen alibi inuenio Bald. in l. de quibus. in 27.colu.ff.de legib. expreſsè dicentem, quod minima differentia in teſtibus habet imaginem contrarietatis , niſi reſpon-
18 dendo ponderares illum terminum imaginem. ¶† Vltimò limita inquantum dictum eſt ſupra,quod ſufficit, quòd teſtes concordent in ſubſtantia,& in effectu,iſtud eſt verum, niſi teſtes producerentur ad probandum aliquid formaliter , puta formalia verba dicta à teſtatore, quia tunc non ſufficeret, quòd teſtes concordarent in effectu , ita concludunt Canon. in dict.capit.nihil obſtat,vbi ponunt exemplum de eo, quod euenit in facto in eo , qui prætendebat ſe eſſe hæredem , & articulauit , qualiter teſtator in teſtamento vſus eſt iſtis formalibus verbis , videlicet,te Titium hæredem inſtituo , & ad iſtud probandum produxit duos teſtes,quorum vnus deponit qualiter teſtator dixit, te hæredem facio.alius teſtis deponit, quod teſtator dixit,te hæredem inſtituo, fuit iudicatum , ꝙ tales teſtes eſſent varij,& nihil probarent, quia tunc agebatur de formalibus verbis teſtatoris. Facit , quod in ſimili decidit ſignanter Bald.in capitul.bonæ.el ſecundo.in ſeptima colum.de elec. de teſtibus deponentibus ſuper mutuo , quorum vnus dicit , quòd mutuauit duos ſolidos , alius dicit, quod mutuauit. 24. denarios. iſti teſtes concordant in effectu , & probarent , niſi ageretur de probanda formalitate,tunc reprobarentur.¶Item attende circa fin. præſentis glo. inquantum gl.vult, quòd duo teſtes deponentes factum teſtamentum , licet non probarent, operantur tñ hunc effectum,ꝙ impediũt,ne interim poſſit ab inteſta.ſuccedi,licèt iſtam gloſſ.Bartol. ſimpliciter ſequatur,& Ioan. de Imol.in capit. cùm eſſes. in 14.colum. de teſt.& eam etiam conetur defendere Salicet.hic, tamen iſta gl.malè dicit,
* *& eſt communiter reprobata* , & eam reprehendunt Bald. Fulgoſ. Pau.de Caſtr.Lud.Rom.& d. Alex.hic,& Raph. Cum.in l.hæredes palàm.in prin.in pen.col.ff.de teſta. quia cùm iſta ſit dubia probatio,per conſequens nihil releuat, & nihil operatur.c. in præſentia.de proba. l. non hoc.ſ. vnde legi. vbi dicetur, ſed ſalua glo.& Bart.vt procedat, quando duo teſtes deponunt,ꝙ teſtator fecit teſtamentum in præſentia eorum , & aliorum quinque teſtium , nam ſi alij quinque teſtes ſunt in rerum natura, licèt fortè abſentes, & ſic poſſibile eſt per eos probare teſtamentum,tunc quia dubium eſt de teſtamẽto, credo, quòd non poſſit ab inteſt.ſuccedi , ſed quando eſſent ſoli duo teſtes, tunc quia certum eſt , ꝙ non poteſt ſuccedi ex teſtamento, quod non probatur, niſi per duos teſtes.l.ſi vnus.& l. hac conſultiſſima.in princip.ſ.de teſt.non impeditur ſucceſſio ab inteſta. ita loquuntur alij Doct. contra Bart. hic , & pro iſta parte contra gloſſ.& Bar.eſt bonus tex.in l.1.ff.ſi tab. teſta.nul.extab.
19 ¶† Vltimò attende inquantum in ſuperioribus dixi,ꝙ pluralitas non præſumitur in actibus hominum,nec in teſtamentis, nec in perſonis, nec in ſententijs, & propterea reprobaui.d.Alex. in conſi.134.in 2.vol.tenentem,ꝙ in reb.bene præſumitur pluralitas , ſi non probetur identitas, allegando Bart. in pleriſque locis, in quibus iſtud non bene dicit. Si velles tenere illam opi. do.Alex. ꝙ in rebus præſumatur pluralitas,potes allegare opportunè illud,ꝙ determinant Cano. in c.auditis.de præſcrip.in verſi. ſi per illam conſtiterit , ꝙ vallis de heueſcham ſit ille locus,& c.per quem text.dicit ibi.Ioan.And.fuiſſe ſnĩatum in ci-
20 ui.Bon. ℈ quædam Bidellum, † qui conduxerat equum [b] pro
b eundo ad certum locum, & equus in itinere naturaliter perijt, & ita probauit per ſocios itineris, locator autem reſpondit, tu bene probas, ꝙ equus in itinere perijt, ſed non probaſti , quòd fuerit ille , quem tibi locaui,certè fuit lata ſententia contra Bidellum , qui debuit probare de illo equo per ſigna, & colores equi , quod eſt bene notandum ad inſtructionem Aduocatorum iuuenum, & iſtam deciſio. ſequitur ibi Anton.de Butr.in penultim.colum. Pan.in 9.& alij, & dom.Alex. in conſil. 118. ꝙ incip.In cauſa,& lite vertente inter Peregrinum in vlt. col. & in conſ.ſeq.in 4.col.in 1. vol. & dicam in l. non hoc.ſ. vnde leg.

ADDITIONES.

a ¶Conſiſtit. Iſta fuerunt Alexand. vſque ad verſi. item attende,in l. 3. §.1. in prima addi.ff.de teſtam.Adde Iaſ.in l.ſciendum.in princip.colum.4.ff.qui ſatisda.cogan. PVRPV.

b ¶Equum. Adde eundem Iaſ. in l. non hoc. numer. 12. infra vnde leg. Catel. verſic.ſcholaris.Alexand.conſi.119. colum.penultim. circa fin.lib.1.conſil. 217.lib.7.& de condu. equum, qui in itinere mortuus eſt,Nat.conſil. 80. col. 2.Dec.in l.contractus. nume.34 ff.de regul.iur. Quid de eo,qui habuit mandatum emendi , & ducendi equum , qui poſteà in itinere mortuus eſt culpa ducen.vide Pariſ.conſil.123. libro 1. Quid de conducen. equum ad vecturã an teneatur de cuſtodia , quando locans miſit famulum? & vide Bart. in l.1. §.fi. ff.de lib. agnoſ.Quid de eo,qui onerauit equum vltra ſolitum, vide Bart. in l.vnic. C.ne quid oner. publ.lib.11. Quid de eo,qui percuſſit equum,& inde mortuus eſt? & vide Bar.in l.1.C.de cur. pub.lib.12. MASVER.

Source : BIU Cujas

legi. & ſic ibi Canon. per illum text. tenent, quòd in rebus præſumatur pluralitas, nec credo, quod quicquam melius adduci potuiſſet.

De bon. poſ. contratab. Rubric.

¶ Capio gloſſ. Rubricæ, quam diuide in duas partes. In prima continuat rubr. ad præcedentes. In ſecunda format quæſtio-
a nē.[a] Rub. bene reſpondet. Secunda ibi. Sed quare hic titulus.

ADDITIO.

¶ Quæſtionem. Et vide Fel. in c. ſuper eo. el 2. de teſt. Cur. conſil. 18. colum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Liberi emancipati præteriti in teſta. patris, ſi tale teſta. contratabulando expugnent, licèt expugnato teſtam. regulariter omnia legata corruant, tamen ex æquitate prætoris conſeruantur legata parentibus, liberis, vxori, nurui, & ſimilibus.*

2 *Hodie etiam ſi filius in poteſtate ſit præteritus, vel exhæredatus in teſtamen. patris, tamen omnia legata quibuſcunque relicta conſeruantur.*

3 *Liberis præteritis in teſtamen. patris, competit bon. poſſ. contratabul. ad expugnandum teſtamentum.*

4 *Legitimatus cenſetur verè legitimus.*

5 *Stante ſtatuto, quòd exiſtentibus maſculis filiæ non ſuccedant patri, filij legitimati excludent fœminas.*

6 *An filius præteritus, qui contratabulat teſtamen. patris, ſi ſuccumbat, debeat perdere legatum relictum in eodem teſtamento.*

7 *Dictio ſolis, eſt taxatiua, tamen non excludit perſonas ſimiles, vel connexas.*

LEX PRIMA.

LIberi. Expugnato teſtamēto per ℈tabul. debētur legata perſonis cōiunctis expreſſis in edicto prætoris, de quo loquitur. ff. de legat. præſtan. h. d. iuncta glo. final. ¶ Et conſidera, quòd hic eſt text. contra multos, qui dicunt, talis lex eſt de indubitabili, quia illud eſt deciſum in alia lege: nam nos habemus vnum titulum integrum. l. ff. de leg. præſt. de eo, quod decidit iſta. l. quam ergo dubita. habet? ſed rñde, ideo facta eſt iſta. l. quia in C. non erat deciſum alibi, niſi hic.

1 ¶† Not. ex iſta. l. ℭ liberi emancipati præteriti in teſtamento patris, ſi tale teſtamentum ℈tab. expugnent, licèt expugnato teſtō regulariter omnia legata corruant. l. ſi nemo. ff. de teſtam. tute. & l. ſi nemo. ff. de reg. iur. & l. eam quam. C. de fideicom. tñ ex æquitate prætoris iuxta totum tit. ff. de leg. præſt. conſeruantur legata parentibus, liberis, vxori, nurui, & ſimilibus. Et
a ratio,[a] quæ mouit prætorem eſt, ſm Odofr. Paul. de Caſtr. & Mode. hic, nam quia prætor fecerat iniuriam legatarijs, admittendo filium emancipatum præteritum, qui de iure ciuili erat penitus incognitus. §. emancipati. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. l. ſed cum patrono. §. 1. de bon. poſ. in recompenſationem modificando ſtatuit, ℭ talis filius emancipatus præteritus expugnando teſtm̃ per bo. poſ. ℈tab. ſaltem teneatur præſtare legata prædictis coniunctis perſonis. Hinc eſt, ℭ qñ filius in ptāte erat præteritus in teſtō patris, quo caſu abſque remedio prætoris poterat dicere teſtm̃ nullum de iure ciui. quamuis vtatur remedio prætoris, & ſic ℈tab. talis filius in poteſtate contratabulando non tenetur præſtare legata liberis, nec parentibus, text. eſt in l. is, qui in poteſtate. in princip. ff. de leg. præſtan. Et ex hoc inferas, quòd text. iſte licèt ſimpliciter dicat liberi, neceſſariò tamen debet intelligi de liberis emancipatis, quia in liberis in poteſtate non habet locum. Item per hoc ego infero rationem diuerſitatis, quare rupto teſtamento patris per querelam inofficioſ. teſtamen. legata non conſeruantur liberis, nec parentibus, nec alicui perſonæ, ſed in totum corruunt. l. Papinianus la ſecunda. §. penult. & §. fin. & l. filius. ff. de inoffic. teſta. & dico, quod ratio eſt, quia querela eſt remedium inductum de iure ciuili, ad expugnandum teſtamentum, ergo cùm non ſit remedium prætoris, ſed iur. ciui. ideo prætor non eſt, qui facit iniuriam legatarijs hoc caſu, ideo ſi non habet locum titulus de legat. præſtand. non eſt mirum. Et iſta eſt melior ratio differentiæ, quàm illa, quæ eſt aſſignata per Cyn. hic in tertia oppoſi. & ante eum per Odofr. & ſequitur Alberic. hic, quia querela eſt de iur. ciui. ideo in totum rumpit teſtamentum, ℭ ſimiliter eſt de iur. ciui. ſed bon. poſ. contratab. eſt de iure prætorio, ideo teſtamentum, quod eſt de iur. ciui. non rumpit in totum, nam ſecundum iſtam rationem, quia per contratabulas non rumpitur in totum, deberent omnibus indifferenter legata præſtari, & per iſtam rationem ego infero vnum nunquam ab alio cogitatum, quòd reputo valde pulchrum, & egregium, ℭ ſi filius emancipatus ſit exhæredatus in teſtō pīis, quo caſu teſtm̃ valet de iur. ciui. nec filius emancipatus poteſt querelare, quia cenſetur penitus extraneus de iur. ciui. vt ſ. dixi, ſed prætor concedit ſibi bon. poſ. gratia litis agnoſcendæ, qua mediante cognoſcatur à iur. ciui. & poſſit querelare, vt declarant gl. & Bar. in l. Papinianus. §. fi. ff. de inoffic. teſt. Cy. in l. 2. C. de inof. teſta. Bald. & alij. in l. fin. ℈. vnde leg. Certè cùm iſto caſu etiam prætor faciat iniuriam legatarijs, faciendo per viam ſuam, ℭ emancipatus admittatur ad querelandum, qui aliàs à iure ciuili erat excluſus, non eſſet ponere os in cœlum, tenere, quòd iſto caſu emancipatus querelando teſtamentum patris, teneatur conſeruare legata liberis, parentibus, nurui, & vxori teſtatoris, quia iſto caſu militat eadem ratio iniuriæ prætoris, & ſic eadem æquitas conſeruandi legata talibus perſonis. Confirmatur iſtud, quia facilius debent conſeruari legata, qñ filius eſt exhæredatus, quàm quando eſt præteritus, quia primo caſu venit ℈ expreſſam voluntatem teſtatoris, ſecundo caſu venit ℈ tacitam. Et ſi hoc eſt verum, eſt ſolennis, & inaudita limitatio ad d. l. Papinianus. §. pen. & fin. volentem, ℭ expugnato teſtamento per querelam legata in totum corruant, nec alicui conſeruentur, quia procedit, quando teſtamentum querelatur per filium in poteſtate, ſecus ſi per filium emancipatum, & iſtud eſt, quòd bene probat text. in illa. l. Papinianus. §. final.
* in verſi. *& ſuus hæres erit*, ad denotandum, ℭ ſecus ſit in emancipato. Per hoc etiam habes magnam extenſionem ad titulū. ff. de legat. præſtan. & ad l. noſtram, vt procedat non ſolùm in filio emancipato præterito ℈tabulante teſtamentum patris, ſed etiam in filio emancipato exhęredato in teſtō patris, & illud querelante, vt vtroque caſu conſeruentur legata coniunctis perſonis ex æquitate, & ratione prætoris, quæ pariter vtroque caſu militat, & caripenderem inuenire auctoritatem Doctoris in hoc. ¶ Aduerte tamen, ℭ diſpoſitio illius tit. de legat. præſtan. & l. noſtrę non ſemper, & paſſim procedunt, ſed multifariè limitantur, ideo ſuper hoc vide plenam doctr. Bart. facientis. 4. caſus principales in l. is, qui in poteſtate. ff. de legat. præſtan. ponunt Angel. Raph. Fulg. & Lud. Rom. ¶ Inter alias limitationes not. illam præcipuè, quam ponit text. not. in l. Saluius Ariſto. ff. de legat. præſtan. quæ modificat totum illum titulum, ℭ emancipatus præteritus teneatur conſeruare legata perſonis coniunctis, eſt verum, dummodo talia legata non ſint ampliora, quàm ſit illud, quod habebit emancipatus in bonis paternis, quia ſi legata ſunt ampliora, non conſeruantur in totum, ſed eatenus quatenus eſt illud, quod emancipatus
2 conſequetur. ¶† Et ideo pulchrum dubium eſt, nunquid ſe-
b cundum eandem ęquitatem. d. l. Saluius.[b] dēat hodie limitari Auth. ex cauſa. ℈. de lib. præt. diſponens, ℭ hodie ēt ſi filius in poteſtate ſit præteritus, vel exhæredatus in teſtō patris, tñ omnia legata quibuſcunque relicta conſeruentur, nunquid debeat modificari, ita ℭ legatarij non conſequantur pluſquam ipſe filius, & ſi legata ſint ampliora, debeant reſecari, vt ſaltem filius tantum habeant, quantum habent legatarij. d. l. Saluius. tangit ibi Bartol. & relinquit cogitandum, & nihil decidit, ſed Bald. & not. Angel. & Mod. hic, & Bald. in d. Auth. ex cauſa. in 44. colum. in 3. oppo. tenent, ℭ illa Authen. ex cauſa. indiſtinctè procedat, quia Imperator non habuit iſtam conſideratio. quod hæres debeat eſſe æqualis legatarijs, ſed ſolùm conſiderauit, quòd hæres detrahat falcidiam, vel trebellia. & illis debeat eſſe contentus. Tamen tu ex aduerſo conſidera, quòd cùm diſtinctio dict. l. Saluius. ſit æqua multum, ſuccedit regula, quòd leges nouæ etiam correctoriæ, & aliquid generaliter, & de nouo diſponentes, debent tamen intelligi, & modificari per leges antiquas, & ſecundum leges antiquas diſtingui, vt eſt glo. approbata in l. ſciendum, in princip. ff. qui ſatiſda. cogant. etiam ſi in talibus legibus nouis dicatur expreſsè, non obſtantibus quibuſcunque legibus, ſecundum Bartol. in dict. l. ſciēdum. in princip. vbi dixi, & in extrauag. ad reprimendum, in verſicul. non obſtantibus. in 2. colum. per glo. ſing. in §. 1. in Authen. de hæred. ab inteſt. niſi reſpondeas, quòd verum ſit, quando lex noua loquitur de eadem materia, de qua leges antiquæ, aliàs ſecus. glo. in c. 1. in verbo declaramus. ne clerici, vel monachi. in 6. & in c. licèt cano. in verbo parrochiali. de elec. in 6. & in capit. conſtitutionum. de regula. in 6. & in c. ea, quæ.

de

ADDITIONES.

a ¶ Et ratio. Idem dicit Iaſ. in l. fin. col. 4. infra vnde leg.

b * Saluius. Adde, quòd lex Saluius, eſt correcta per Auth. ex cauſa. infra de lib. præterit, vt per Alexan. ibi in d. Auth. colum. fi. verſi. item videtur, & in l. ſciēdum. colum. 2. verſi. in glo. ff. qui ſatiſda. cog. & per Dec. hic col. fi. BELLOT.

Source : BIU Cujas

de reg. iur. in 6. Tamen potes dicere, q̃ ſatis loquitur de eadem materia in genere ſ. conſeruationis legatorum. Sed caue, quia videtur dicendum, q̃ ſit diuerſa materia, duplici ratione. Prima, quia diſpoſitio titu. de lega. præſtan. eſt ius prætorium. Sed d. Auth. ex cauſa. eſt merum ius ciuile. Secunda, quia titulus de leg. præſtan. ſolum conſeruat legata coniunctis perſonis, ſed Auth. ex cauſa conſeruat indifferenter legata omnibus perſonis. ¶† Secundo nòt. ex princ. text. ibi, liberi, q̃ liberis præteritis 3 in teſtamento patris competit bon. poſſ. contratab. ad expugnandum teſtamentum. vt hic. & l. ſeq. & toto. tit. ff. eod. Intelligeiſtam regulam procedere in filijs legitimis, & naturalibus, ſecus eſt in filijs naturalibus tantum, quia filij naturales tantũ licèt poſſint aliquid conſequi ex voluntate, & teſtamento patris, tamen contra voluntatem nihil vnquam conſequuntur, ideo quia præteriti non contratabulant teſtamentum paternum. glo. eſt ſing. in l. 2. in princ. in verſ. naturales. ff. eod. quæ eſt ſing. ſecundum Bald. in l. 1. C. quo. bon. & in c. innotuit. in 3. col. de elect. Iſtam gl. etiam pro eleganti ſequitur Bald. in c. 1. in 11. col. de conſti. idem tenet Bal. in l. fin. in 3. colu. j. vnde leg. & probatur optimè in l. fin. & ibi ad hoc not. Bald. C. de natu. lib. illã glo. in d. l. 1. etiam ſequitur, & reputat ſing. do. Alex. in conſ. 74. in 2. vol. q̃ incipit viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Fauſtinã. circa fin. eam. ſequitur Lud. Rom. in conſ. 33. inc. licèt naturalis filius. ibi tamen determinat [a] Lud Ro. ſecus eſſe in filio naturali legitimato, quia ſi ſit præteritus in teſtamento patris, bene habet ius contratabulandi, & dicendi nullum, vt ibi per eum. † Et pro eo facit, q̃ legitimatus cenſetur verè legitimus, vt firmat Bart. in l. ſi is, qui pro emptore. in 24. col. ff. de vſuc. tenet Bal. in l. nuper. C. de nat. lib. & d. Alex. in conſ. 2. in 1. vol. incip. viſis co- 4 dicillis. in 8. colu. & ſeq. ¶† Hinc eſt, q̃ ſtante ſtat. in ciuitate, q̃ 5 exiſtentib. maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant patri, certè filij legitimati vigore talis ſtatuti etiam excludent fœminas, ſecundum Bal. in l. cùm acutiſſimi. & in l. eam quam. C. de fideicom. tamen pro nunc aliter non diſcutio. Ad prædicta facit, q̃ voluit Bald. & Sal. in l. fratres. C. de inoffi. teſt. Ang. in l. 1. ff. eo. q̃ frater naturalis contra teſtamentum fratris non habet querelam, nec aliud remedium, quamuis ſint eo. patre, & matre nati. Adde tamen valere ſtatutum diſponens, q̃ filius naturalis præteritus, vel exhæredatus querelet, vel contratabulet ſecun- 6 dum Bald. in c. 1. in 10. col. de conſt. ¶† Nunquid autem filius præteritus, qui contratabulat teſtamentum patris, ſi ſuccumbat, debeat perdere legatum relictum in eo. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſt. & gl. in l. ſi is, qui contra, & ibi Bart. ff. de vulg. & pup. tenèt, q̃ ſic, & Paul. de Caſt. in l. alia. C. de his, quib. vt indi. vbi do. Alex. etiam plenè examinat iſtum paſſum, ſed in contrarium habes text. expreſſum in l. filium. §. ſi quis contra. ff. de leg. præſtan. per quem text. contrarium tenuit glo. expreſsè in l. ſi ſeruus. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. quę dicit, aliud eſſe in querela, aliud in bon. poſſ. contratab. per tex. in l. poſt legatum. in prin. verſ. ille. ff. de his, quib. vt indi. Tenendo tamen primam opi. Bart. cam limitat per text. not. in l. ſi filius ſa. ſubſtitua tur. & ibi Bart. & expreſſius Ang. de hær. inſti. & eſt ſimilis text. in l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulg. & pupil. & dicam plenius in l. 7 ſeq. in 2. not. ¶† Tertiò not. ex text. in verbo ſolis. iuncta gl. quòd b licèt dictio ſolis, [b] ſit taxatiua, & ſic excluſiua. l. his ſolis. ff. de cond. indeb. & l. aduerſus. C. ſi aduer. rem iud. tamen non excludit perſonas ſimiles, vel connexas. vnde dicit Arch. in c. 2. de accu. in 6. quem refert, & ſequitur Bald. hic, quòd ſi ſtatutum dicat, quòd ſolus Epiſcopus faciat, non intelligitur excludi capitulum ſuum, eo quia non excluditur id, quod eſt connexum, & idem generaliter procedit in omnib. taxatiuis, quòd non excludant caſus ſimiles, vel ſimilem rationem habentes. l. ob æs. cum glo. 1. C. de prædi. min. glo. in l. ſerui nomine. & ibi Bart. ff. de vſucap. bonus text. in l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. falſum mod. dixe. Bartol. in l. ſi conſtante. in princ. in 9. quæſt. 1. partis principalis. ff. ſolu. matr. Facit, quod dicit Bald. in l. nullus. C. ad l. Iul. maieſt. quod dictio taxatiua excludit ſolùm diſſimilia. Facit glo. not. iuncto text. in l. fin. C. de reuo. dona. quæ loquitur in pœnalib. & ſequuntur Cy. & Sal. ibi. Item natura termini taxatiui eſt excludere extranea, ſed cuncta pertinentia indulgere. cle. exiui. in verſ. cum autem natura. de verb. ſign. quem text. ad hoc reputat aureum, & ſingularem Ioann. de Ana. in conſil. 36. vtrum Cofani. Lud. in l. vnica. in princip. ff. ſi quis iusdi. non obtem. tamen ille text. non propriè loquitur de taxatiua. Item facit, q̃ not. Angel. in l. ſi mora. ff. ſol. matr. per illum text. in verbo duntaxat, quòd ſi aliquis eſſet electus Rector cum hoc, quòd poſſit ſyndicari de furtis, & baratarijs tantum, &c. licèt Imo. & Alex. c ibi aliter dicant. Iſta ſol. non videtur bona [c] in propoſito, quia nurui, & vxori conſeruatur dos prælegata, per l. 1. ff. de leg. præſtan. & tamen non ſunt perſonæ ſimiles hic expreſſis, nec eadem ratione eis conſeruatur, nec ſub eo. modo. l. virilis. §. fin. ff. de leg. præſtan. ¶ Vnde melius reſponde ſecundum Bald. quòd hic non ponitur dictio taxatiua ſolis, ſimpliciter, ſed cum modificatione, ſecundum edictum prætoris, vnde extenditur quatenus eſt in edicto, ad quod fit relatio, ne alias inducatur correctio iuris antiqui, quia vt not. Saly. ex iſto text. iuncta gloſ. dictio, ſolis, non excludit caſus prædictos per alias leges, vnde dictiones tales taxatiuæ nunquam ſtant taxatiuè, quando inducitur correctio. ita Bartol. in pulchra deciſione in l. 3. §. cùm Titio. ff. de adi. leg. quem ſequitur Imo. in l. ſi verò. §. de viro. in 6. colum. ff. ſol. matr. Petr. de Anchar. in cap. canonum ſtatuta. in 8. colum. in 14. quæſt. licèt contra Bartol. in l. viros. per illum text. C. de diuer. offic. libr. 12. Facit, quod vult Angel. in l. ſciendum. ff. de euict. & in l. ſi tamen. §. in ædilitijs, per illum text. ff. de ædil. edi. & in l. Paulus. §. 1. ff. de vſur. & in l. ſi debitor. ff. qui pot. in pign. hab. & in l. ita nobis cordi pudor. C. de adul. quòd ſi ſtatutum permittat contra inſtrumentum guaren. opponi aliquas exceptiones tantum, & ſic per taxatiuam, non videtur excludere alias exceptio. ſimiles, vel venientes ex alijs ſtatutis. Adde etiam, quod not. Bald. & Ang. in l. cùm notiſſimi. in prin. 2. colum. C. de præſcrip. 30. ann. per illum text. cum glo. in verbo, ſolis, quòd dictio ſolis, nunquam excludit, quando reſultat abſurdus intellectus, vel contrarietas. facit glo. in l. ſed & quod principi. Inſtit. de iure nat. Bartol. in l. vnica, in princip. ff. ſi quis iusdi. non obten. ¶ Tu poſſes ſaluare tex. aliter, quòd bene dicat ſolis liberis, & parentib. quia aliæ perſonæ. ſ. vxor, & nurus defuncti, quib. reſeruatur relictum pro dote, cùm dotem habeãt, non eſt propriè, & effectualiter legatum, ſed debitum, patet, quia ſi dos verè non debetur, quamuis legatum valeat expreſſa certa quantitate. l. 3. C. de falſa cauſa adie. leg. tamen non cõſeruatur per iſtam legem ille titulus. ff. de lega. præſtan. text. eſt in l. is, qui in poteſtate. §. 1. ff. eod. & hoc eſt, quod propriè dicit text. in l. virilis. §. fin. eod. titu. quia mulier ad æs alienum venit, & ibi eſt text. quòd ſi aliquid relinquitur vxori, vel nurui præter dotem, non habet locum ille titulus. vide tamen. l. ſeq. ſed & ſi pro dote. eod. tit. & iſte text. optimè dicit, quòd ſolis liberis, & parentib. legata præſtari debent, & iſta eſt veritas, quam etiam ſentit Fulg. hic. ¶ Gloſ. 1. diuiditur in tres partes, prout in effectu remouet tria contraria. In prima parte pondera ſecundum Sal. quòd dictio ſolis, quamuis ſit taxatiua, tamen nõ excludit caſus poſitos per aliàs leges, & adde concordat. per d dom. Alex. hic. In ſecunda parte glo. [d] fortiter opponit, quòd imò quando filij nedum emancipati, ſed in poteſtate ſunt præteriti, hodie conſeruantur legata facta omnibus perſonis quãtacunque ſint, per Auth. ex cauſa. C. de libe. præte. ergo malè dicit text. conſeruari legata ſolis parentib. & liberis, imò omnibus. gloſſ. fatetur contrarium, quod hodie plenius prouiſum eſt per illam Auth. ex cauſa, & ſic hodie ſecundum gloſ. fruſtratoria eſt diſpoſitio, & prouiſio titu. de lega. præſtan. & huius. l. Tu dic, quòd imò eſt vtilis in omnib. caſib. in quib. illa Auth. locum non habet præſertim, quando filius eſt ignoranter præteritus, quo caſu non conſeruantur legata per illam Authen. ex cauſa. conſeruarentur tamen legata facta coniunctis perſonis, vt per dictum titulum. ff. de lega. præſtan. vt declarant Angel. & Moder. & Paul. de Caſtr. in d. Authen. ex cauſa. in 4. colum. & Ioann. de Imol. in l. filio præterito. in 26. colum. ff. de iniu. rup. Eo. modo inſtitutio parentis, vel liberorum conſeruatur expugnato teſtamento per contratabul. per illum titu. de lega. præſtan. vt ibi eſt text. in l. filium. §. ſed ſi portio. & l. virilis. §. ſi quis ex liberis. & §. ſequen. & l. ſed & ſi pro dote. quòd not. etiam per Authen. ex cauſa. & ille. §. ſed & ſi porrio. non eſt hodie correctus, ſecundum Fulgo. hic, quamuis aliter teneat domi. Alexand. in dicta Authen. ex cauſa. in penul. colum. vbi dicetur. ¶ In tertia, & vlt. glo. opponit de l. quidam. C. de fideicom. vbi ſi pater filium emancipatum præterijt in teſtamento, quia non inſtituit filium, tñ grauauit legatis, dicitur ibi, q̃ non tenetur ad aliqua legata, ergo non tene-

ADDITIONES.

a Determinat. Adde Curt. ſeniorem conſil. 25. ſtatuto, ſen capit. colum. 2, PVRPV.

b ¶ Solis. De dictione taxatiua Fel. in c. 1. de conſt. & in cap. paſtor. in princip. de reſcrip. Rom. conſil. 8. colum. fin. Alex. lib. 4. conſ. 130. colum. 2. Præpo. in cap. fin. de ſpon. Ang. in l. Paulus. §. hæres. de vſucap. Amplia per l. ſi. j. de reuoc. dona. & §. porro. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. PVRPV.

c ¶ Bona. Declara, vt non excludat à conſuetudine. Rom. conſil. 114. 1. dub. facit Bart. in l. viros. C. de diuer. offic. ſed regula obſt. l. Lucius. §. qui habebat. ad Trebell. iuncta. l. Titio, & Mevio. ff. de leg. 2. & l. 1. ff. de vulg. PVRPV.

d ¶ Glo. Collige tu ex hac gloſ. reg. l. decurionib. C. de ſilentiar. libr. 11. & arg. per Bald. in l. non plures. in fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. Alex. conſ. 123. 4. lib. & conſ. fin. Rom. conſ. 456. 1. dub. & 498. 2. dub. PVRPV.

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

tenetur etiam coniunctis perſonis contra iſtum text.glo.ibi dupliciter reſpondet, vera ſolutio eſt, q̃ illa.l.pen.loquitur, quando legata erant nominatim relicta ab ipſo filio emancipato præterito, quo caſu ſunt nulla per regulam, quia quem nō honoro, non poſſum grauare legatis.l.ab eo.C.de fideicom. & talia legata nulla non conſeruantur, etiam coniunctis perſonis. per tit.de leg.præſtan. Nos autē loquimur, quando legata erant relicta ab alio inſtituto hærede, quo caſu ſi emancipatus præteritus contratabulet teſtamentum, tenetur conſeruare talia legata, ſi ſunt relicta coniunctis perſonis. In iſtis terminis loquitur iſta.l.& tit. de leg. præſtan. quæ debet limitari per d.l.quidā, quæ hodie remanet incorrecta. ſecundum Ang.hic, & Dyn.& Bart.in l.2.ff.de leg.3. Iaſon Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Infans poteſt emancipari à patre per reſcriptum principis.*
2 *Licèt filius naturalis non poſſit legitimari inuitus, tamen ſi ſit infans, poterit legitimari.*
3 *Poſthumus antequam naſcatur, non eſt in poteſtate patris.*
4 *Nam poſthumo nato rumpitur teſtamentum.*
5 *Quis dicatur propriè præteritus.*
6 *Contratab.& ſecundum tab.ſimul concurrere non poſſunt.*
7 *Bono.poſſ.contratabul. poteſt agnoſci per ſolum tutorem nomine infantis.*
8 *Inſtitutus non habet bon.poſſ.contratab.*
9 *An filius præteritus poſſit approbare teſta.& hoc modo impedire inſtitutum contratabulare.*
10 *An filius præteritus poſſit approbare teſta. ne inſtituti eius beneficio habeant ius dicendi nullum.*
11 *Poſthumus olim poterat inter cæteros exhæredari, ſed an de iure.C.poſſit exhæredari.*
12 *Filij præteriti habent de iure ciuili ius dicendi nullum, quod durat 30. ann. filij autem exhæredati habent de iure ciuili ius querelandi, quod durat quinquennio.*
13 *Prætor fundatur in mera æquitate.*
14 *Præteritio filij, vel deſcendentium per lineam maternam, habetur pro exhæredatione,& quæ ſit eius ratio.nu.15.*
15 *Bon.poſſ.contratab.non competit contra teſtam.fœminarum, vel lineæ fœminæ.*
17 *Filijs, vel deſcendentibus non competit bon. poſſ. vnde liberi, matribus decedentibus ab inteſtato.*
18 *Si hodie mater præteriret filium in teſta.ſine inſertione cauſę, teſtamentum eſt nullum de iure ciuili.*
19 *Etiam in correctorijs, quando ſunt duo caſus parificati à lege antiqua in illa materia, de qua agitur.l.noua corrigens expreſsè in vno caſu ex illis caſibus parificatis, intelligitur etiam corrigere in alio.*
20 *Hodie filio præterito ſine cauſa competit bon.poſſ.contratab.contra teſta.matris, ſicut competit ius dicendi nullum.*
21 *Hodie in ſucceſſione matris, vel lineæ maternæ competit ab inteſtato vn de liberi.*
22 *De iure ſſorum, vel C. filijs impuberib. ab inteſt.in ſucceſſione matris, vel præteritis competebat bon.poſſ.carb.*
23 *Teſtamentum, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, de iure ciuili eſt nullum, abſque eo, quòd filius dicat nullum.& num.26.*
24 *Emphyteuta Eccleſiæ, vel priuati ſi non ſoluat canonem, cadit à iure ſuo domino volente,& expreſsè petente, alias non.& num.25.*
27 *Licèt hodie filius non poſſit exhæredari à patre, niſi commiſerit vnam de 14.cauſis ingratitudinis, tamen ſi filius conſenſiſſet ſe exhæredari, valeret exhæredatio ſine alia cauſa.*
28 *Teſta.in quo filius in poteſtate eſt præteritus, eſt nullum tam de iure ciuili, quàm de iure prætorio.& num.30.*
29 *Solennitas ſeptem teſtium in teſta.fuit à prætore inducta.*
31 *Teſta.in quo filius eſt præteritus, quomodo poteſt contratabulari, ſi ſit nullum omni iure.*
32 *Appellatio à ſententia lata, tendit ad reſcindendum ſententiam, quando fuit aliqua, ſecus ſi fuit ſententia nulla, quia tunc tendit ad declarandum ſententiam nullam.*
33 *Vnum, & idem verbum relatum ad duo, reſpectu vnius poteſt ſtare propriè, reſpectu alterius impropriè.*
34 *Licèt bon. poſſ. contratab. impediat ſcriptum hæredem agnoſcere bon. poſſ. ſecundum tabul.non tamen impedit adire hæreditatem de iure ciuili.*
35 *Quando bon. poſſ.contratab. rumpit teſt.in totum, & totam ſucceſſionem aufert hæredi, bon.bon. poſſ.contratab. impedit ſcriptum hæredem intentare ſecundum tab.*
36 *Si præteritus,& inſtitutus ſint in eo.gradu liberorum, bon.poſſ.contratab.& ſecundum tab.an poſſint ſimul concurrere.*
37 *Contratabulatio eſt inducta à prætore ad ſimilitudinem iuris dicendi nullum.*
38 *Remiſſio iniuriarum facta ſacerdoti in foro pœnitentiæ, vel conſcientiæ non operatur in foro contentioſo.*
39 *Hæc verba, facimus tibi gratiam, important ſimplicem indulgentiam remiſſionis pœnæ, non autem reſtitutionem bonorum, niſi princeps diceret, facimus tibi plenam gratiam, quia tunc recuperat bona non alie nata per fiſcum.*

LEX II.

a POſthumo. [a] Iſta l.eſt ſubtilis, & repetibilis, & pro intelligentia text. præmitte, quòd iſta. l. legitur altero de duob. mod. vno modo ſecundum Odof. & Alb. de Ro. hic, quòd iſta.l.ponat duos diuerſos caſus, & ſic varientur perſonæ. Prima pars loquitur in poſth. præterito in teſtamento patris, & iſta eſt clara, quia ſi talis poſthu.naſcitur, teſtamentum rumpit ipſo iure. In ſecunda verò parte mutat caſum, & perſonas, nec loquitur amplius in illo poſthumo, ſed in infante iam nato, & emancipato præterito in teſtamēto patris, quia valet, ideo poteſt contratabulari per tutorem nomine infantis, & præſupponunt iſti Doct. quòd ſecunda pars text. neceſſariò debeat intelligi in infante emancipato, quia ſi non eſſet emancipatus, ſed in poteſtate, & eſſet præteritus, teſtamentum fuiſſet ipſo iure nullum, & quòd eſt nullum, non poteſt expugnari, nec contratabulari. l.nam & ſi ſub condi.verſ. poſt defectum. ff.de iniuſt. rup. ¶† Et ſi dicas, quomodo infans [b] potuit
1 b emancipari à patre? Reſponde, quòd potuit per reſctiptum principis, ſecundum formam. l. penul. infra de emancip. libr. Per quam. l. dicit ibi Bartol. ſe aliàs dixiſſe cuidam magno ad-
2 uocato in Tuſcia, † quòd quamuis filius naturalis [c] non poſ-
c ſit legitimari inuitus, tamen infans poteſt legitimari, & idem tenet Bartol. in l.inuiti. in fin.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. Ego annis ſuperioribus vidi de hoc vltimo magnam quæſtio. in ciuitate Parmæ,& multa conſilia præſtantiſſimorum virorum contra Bartol. contra quem tenet Ludo.Rom. in conſil. 194.incip.in propoſita conſultatione primò videndum occurrit, in quarto dubio. & latè Raph. Fulg. & dom.Mart.Laud.in dicta, l.inuiti.ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. ſed quia non eſt materia noſtra, aliter non examino, ſed vltra prædictos vide Bald.in l.pen.C.de eman.lib.& in Authen.præterea.C. de natu. lib. per Ang. in quæſtio. per eum diſputata, quæ incip. nobilis quidam genere, & plenè per dom.Ant. de Roſ.Doct. Patauinum in ſuo celebri tractatu legitimationum in duob.locis.
¶Tamen, quia iſto modo intelligendo text. fieret violentia literæ præſenti, ſubaudiendo, quòd iſte infans fuiſſet emancipatus à patre per reſcriptum principis, ideo conſidero de mente Doct.omninm fuiſſe, quòd iſta.l.proſequatur vnum,& eundem caſum,& in vnamet perſona, quamuis Doct. non declarent, & ita arbitror tenendum, vt infra plenè diſputabitur, quia dato, quòd teſtamentum, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, ſit ipſo iure nullum, hoc non obſtante poteſt contratabulari de iure prætorio, & quo caſu iſtud fieri poſſit, quod illud, quod ipſo iure eſt nullum, contratabuletur, eſt alta difficultas, quæ declarabitur infra in gloſ. pen. & ſecundum iſtum
* intelle.qui verus eſt, *& communis*.h.d. Per natiuitatem poſth.præteriti teſtm̃ patris rumpitur ipſo iure, nihilominus poteſt etiã intentari bon.poſſ. contratab. per tutorem nomine talis infantis, quæ bon. poſſ. ꝯtab. intentata facit, vt hæres ſcriptus in tali teſtō non poſſit habere ſm̃ tab.h.d.tota.l.& ſm̃ iſtud ſummarium apparet, q̃ tota iſta.l.loquitur in eademmet perſona, hoc eſt in poſthumo nato, qui per conſequens erat infans. ¶In primis pondera text. qui cum myſterio dicit, poſthumo nato: nam ante natiuitatem poſth. præteriti bene valet teſtamētum,
d & rumpit [d] aliud præcedens validum. l. 3. §. ſed & ſi ſtante. ff.

de

ADDITIONES.

concurrant ad idem dominium, sed qñ filius est cõtentus præteriri, per consequens tacitè vult, ꝙ continuatio dñij non fiat in eum, sicut quando instituitur sub conditione potestatiua. l. iam dubitari. ff. de hær. inst. ergo nimirum si valet talis præteritio pp voluntatem filij interrumpentis continuationem domi nij. Ad hoc etiam inducit. c. quamuis. de pact. in 6. & text. in d. l. non putauit. §. si quis sua manu. vt ibi diffusius per eum. Caue tñ, quia illa ratio, ꝙ filius debeat exhæredari à patre. s. vt interrumpatur cõtinuatio dñij bon. paternorum filij, fuit ratio Bal. in d. l. in suis. sed illa ratio multis medis reprobatur ibi per ipsummet Ang. & Mod. Pro ista limitatione bene facit, quia ꝙ testamentum, in quo filius in potestate est præteritus, sit ipso iure nullum, est pp iniuriam, quæ fit per testatorem filio, ita dicit text. in §. hęc autem disposuimus. in Auth. vt cùm de appel. cog. cùm ergo iniuria non fiat volenti, vt supra dixi, igitur, &c. Item quis potest iniuriam remittere. l. non solùm. §. iniuriarũ. ff. de iniu. Ad idem bene facit, ꝙ vult Ang. in l. si qs posthumos. §. 1. & ibi Alex. in fin. ff. de lib. & posth. qui tenent, ꝙ d. §. si quis sua manu. qui loquitur in eo, qui consentit tacitè se à patre. exhæredari, habet locum etiam in eo, qui consensit se præteriri, cùm sit eadem ratio in præteritione, prout in exhæredatione. ¶ Puto, ꝙ ista limitatio [a] non sit vera: nam pro forma, & solennitate testamenti est inductum, ꝙ filius in potestate debeat institui, vel exhæredari, & si prætereatur, testũ sit nullum. l. inter cætera. ff. de lib. & posth. l. 1. ff. de iniust. rup. & ꝙ istud sit de forma, patet ex l. 3. in fin. ff. de testa. & l. testandi. C. de test. clarum est autem, ꝙ consensus priuatorum non potest derogare formæ à l. introductæ, nec facere, ꝙ actus valeat non seruata forma legis, vt l. nemo põt. ff. de leg. 1. & l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transl. Bart. in l. de his. ff. de transl. Bal. in Auth. iubemus. C. de iud. & in l. fin. §. & hæc quidem. C. de iur. delib. Non obst. si dicatur, ꝙ illud est verũ, nisi forma esset inducta in fauorem alicuius, hoc est in fauorem filij, pp eius iniuriam: nam tunc videtur, ꝙ ei possit renunciari, quia dico, ꝙ istud non est inductũ in merum fauorem filij, sed etiam in odium patris non seruantis formam traditam per legem. Secundò not. ꝙ etiam qñ actus est introductus in fauorem alicuius, tñ si lex illud introduxit pro forma, certè per consensum partium non potest illi renunciari. gl. est not. in l. à diuo Pio. ff. de ri. nup. quam multum no. Bal. in l. non dubiũ. in 11. col. C. de leg. & in l. iubemus. 2. §. sanè. post princ. C. de sacrof. Eccles. & in l. ea quæ. C. de don. ante nup. & in l. cùm mulier. ff. sol. matr. & in c. lator. in fin. de re iud. Tertio, & adhuc notabilius dico, qñ lex aliquid introducit pro forma, & vltra expresse procedit annullando actum, vt in casu isto, & clarè patet Inst. de exhæ. lib. in princ. & in l. 1. ff. de iniu. rup. certè tollit omnem dispensationem, & facit, vt consensus partium nihil operetur gl. in d. c. dilecto. de pręb. gl. in c. statutum. in prin. in verbo committantur, & in c. dispendia. in verbo processus. de rescrip. in 6. Arch. & Gem. in c. cùm de beneficio. de pręben. in 6. Ioan. de Ana in c. quia frustra. in 3. col. de vsur. Quartò moueor, qa speciale est in l. posthumus. in prin. ff. de iniu. rup. qa ibi testũ a prin. valuit propter præteritionem posthumi à testatore, & sic causa efficiens adhuc viuit, & solum reconualescit de iure prætorio, & idem in vers. idem & circa. & in l. filio præterito. ff. de iniu. rup. Tamen potes respondere, quod ista iura intelliguntur post conditum testamentum, sed nos loquimur, quando filius tempore editi testamenti consentit præteritioni. Quintò facit. l. si quando. §. illud. C. de inof. test. maximè ponderata ratione illius text. & quia in effectu esset pactum de non succedendo, ꝙ non valet. l. pactum. C. de coll. Sextò adduco, ꝙ tenet Bald. in d. l. si quando. §. & generaliter. vbi latè concludit, ꝙ consensus filij non firmat testamentum quantum ad nullitatem, nec quantum ad remouendnm filium à querela, quia qñ ius disputat * de certa solennitate seruanda in actib. hominum, non potest illi per pactum derogari. d. l. nemo potest. & ad d. §. si quis sua manu. respondet dupliciter, vt ibi per eum. Septimò facit, ꝙ vult Imo. contra Ang. in d. l. si quis posthumos. §. 1. ff. de inof. test. ꝙ d. §. fi' quis sua manu. loquens in filio, qui à princ. tacitè consensit se exhæredari, non habet locum, quando consensit se præteriri, quia non est seruata forma. l. inter cætera. ff. de lib. & posth. [c] Not. obst. glo. in d. l. si quando. §. fin. quia loquitur, quando filius fuit exhæredatus à patre, & sic seruata fuit forma tradita à l. & licèt aliàs in exhæredatione requiratur pro forma insertio causæ, tamen illud procedit, quando quis exhæredatur propter demerita, & sic inuitus, ꝙ non est hic. Tenendo istam opin. non obst. etiam text. in d. l. non putauit. §. si quis sua manu. nam aduerte, ꝙ in superiorib. [d] Iurisc. ostendit, ꝙ quamuis exhæredato non detur cõtratab. procedit, quando exhæredatio valet. dubitatur ergo, si filius propria manu scripsit exhæredationem, videtur ꝙ non valeat propter Senatusc̃ sultum Libonianum, prohibens filium propria manu sibi ascribere. Iurisc. determinat contra, quia contra 28 se ascripsit, & sic nihil facit. ¶† Assumo secundam conclusionem, ꝙ testamentum in quo filius in potestate est præteritus, e quamuis de iure ciuili sit ipso iure nullum, [e] tamen valet de iure prætorio, idem tenet glo. in l. si ita scriptum. §. fin. & in l. ꝙ vulgo. & in l. non putauit. §. si quis emancipatum. ff. eo. & gl. in §. sunt autem. Inst. de bon. poss. & gl. in d. l. filio præterito. *Et fuit communis sententia* gl. quæ motæ sunt ad ita tenendum: nã bon. poss. contratab. competit ad rescindendum. l. vt liberis. in vers. rescisso. ℨ. de colla. & in l. 1. in princ. in vers. rescindunt. ff. de leg. pręstan. sed testamentum, in quo filius in potestate est præteritus, potest contratabulari, vt hoc text. cum sim. ergo necesse est fateri, ꝙ sit validum de iure prætorio, quia si esset nullum de iure prætorio, prout est de iure ciuili, certè illud, ꝙ est nullum, non potest rescindi. l. nam & si sub conditione. vers. post defectum. ff. de iniu. rup. Tamen huic fundamẽto respondebo ℨ. in 2. concl. Istam opi. gl. tenuerunt aliqui nouissimi, studio, vt puto, contradicendi. Raph. Cum. in repe. l. si filius, qui in potestate. ff. de lib. & posth. & Lud. Ro. hic, moti per aliqua, quæ refert, & eis respondet do. Alex. hic. Eandem tenuit subtilitatum Princeps. d. Christ. de Castil. & do. Iac. de Put. in d. l. filio præterito. Respondent Lud. Ro. & do. Cato Sachus hic per aliqua non multum stringentia, & sunt quinque fundamenta, quę hic refert Tortus, & tu hic pone. ¶ Teneas contrariam opi. ꝙ imò testamentum, in quo filius in potestate est præteritus, est etiã nullum de iure prætorio, & sic vtroque iure tam ciuili, quàm * prætorio. Istam opin. tenuerunt antiqui Bart. *& communiter omnes Doct.* hic tam Citramon. quàm Vltramon. & ista est vera, quam etiam tenuerunt duæ glo. in l. 1. in fin. ff. si tab. test. nul. exta. & glo. in l. 2. ff. de excep. rei iud. Pro ista opin. omissis istis leuib. stringit fortiter text. expressus, in quo pẽdent leges, & Prophætæ, in l. 1. §. fin. ibi, *perinde atque si nullas tabulas pater reliquisset.* ff. si tab. test. nul. exta. quem text. alleg. Bart. & omnes hic. & similis text. in l. fin. ff. de lib. & posth. vbi quando filius in potestate est prętеritus, certè emancipatus, & exhæredatus succedit ab intest. per bon. poss. vnde lib. ergo testamentum etiam de iure prętorio est nullum, quia si valeret de iure prætorio, quandiu posset de iure prętorio succedere per secundum tab. non succederet ab intest. per vnde lib. l. 1. ℨ. de bon. poss. secundum tab. istis duab. ll. multæ accommodantur sol. quę nihil valent. duas diuinatiuas ponit Sal. in l. vxoris abortu. ℨ. de posth hęr. inst. prę cipuè, ꝙ ibi filius in potestate pręteritus dixerat testamentum nullum ad causam intestati, ꝙ est diuinare, & hoc modo text. ille esset de indubitabili, vel secundum eum ibi pendente dubio, an filius prętеritus vellet dicere nullum, potest exhrdatus petere vnde liberi, & ita ambas sol. reprobat do. Alex. hic in 12. col. & seq. vbi etiam reprobat opin. Sal. in hoc passu. Aliam sol. dedit Raph. Cum. in repe. d. l. si filius, qui in potestate. quã etiã reprobat do. Alex. hic in 9. col. & bene. Istis prætermissis Ludo. Rom. hic tradidit aliam subtilem sol. nam dicit Lud. Rom. tenendo primam opin. glo. ꝙ tale testamentum de iure prętorio valeat, dicit Lud. ꝙ ista conclusio fallit in casu posito in d. l. 1. §. fin. & in l. fi. ff. de lib. & posth. quia in illo casu speciali testamentum est nullum etiam de iure prætorio, & ratio specialitatis est subtilis: nam cùm ibi filius in potestate esset prętеritus, filius verò emancipatus erat exhęredatus, certè emancipatus exhęredatus erat destitutus omni remedio. non. n poterat contratabulare, quia exhęredatis non datur contratab. vt dixi in gl. precedenti. Item nec exhęredatis committitur, seu aperitur edictum ad contratabulandum per filium prętеritum. l. si post mortem. §. exhęredati. ff. eod. Non quoque emancipatus exhęredatus poterat admitti ad querelandum per bon. poss. gratia litis agnoscendę, eo quia querela non potest intentari nisi adita hęreditate per scriptum hęredem. l. si is, qui filium. vers. si in adoptionem. ff. eodem. & l. Papinianus. §. si conditione. ff. de inoffi.

ADDITIONES.

a ¶ Limitatio. Adde, quòd pro hac opi. Ias. contra limita. Alex. consuluit Corn. cons. 31. lib. 2. BELLOT.

b ¶ Non obst. Adde, quòd filius non potest renuntiare solennitati secundum Ale. & Corn. cons. 31. lib. 2. vbi respondet ad l. filio præterito. ff. de iniust. rup. BELLOT.

* Disponit.

c ¶ De lib. & posth. Adde, quòd pro opin. Alex. facit, quia filius prætеritus potest approbare testamentum, vt not. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & sic videtur, quòd possit consentire suæ præteritioni. item facit, quia si non posset consentire præteritioni, sequæretur, quòd ei inuito daretur beneficium contra l. inuito. ff. de reg. iur. BELLAC.

d ¶ Superioribus. Adde, & limita. 3. nisi in testamento adesset clausula codicil. vt per Bart. in l. 1. q. 4. ff. de iur. codicil. Dec. hic num. 10. BELLOT.

e ¶ Nullum. An valeat de iure prætorio, adde Ang. in d. §. sunt autem, in princip. Inst. de exhæred. lib. col. 2. PVRPV.

Source : BIU Cujas

inoffi. teſt. ſed per ſcriptum hęredē nō poterat adiri hęreditas, cùm filius in poteſtate eſſet præteritus, nec etiam bon. poſſ. ſecundum tab. donec filius præteritus poteſt contratabulare. l. æquiſſimum. in princ. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. ergo cùm filius emancipatus, qui erat exhæredatus, eſſet deſtitutus omni remedio, pretor ex æquitate conceſſit ab inteſt. bon. poſſ. vnde lib. Iſtam ſol. reprehendit do. Alex hic in 9. col. eo quia non eſt abſurdum, ꝙ filius deſtituatur omni remedio, nec propterea debent infringi regulæ, ad hoc alleg. text. in l. filium. in prin. ff. eod. in qua Bart. ibi exorditur, ꝙ illa eſt magis difficilis. l. quæ ſit in toto Infortiato. ibi. n. filius in poteſtate fuit exhæredatus, & emancipatus præteritus extraneo ſcripto hærede. Certè donec extraneus adit, vel non adit, filius in poteſtate exhæredatus ſtat in pendenti, & nihil poteſt conſequi, cùm antequam adeatur hęreditas, non poſſit querelare, & tamen iſto medio præteritus non conſequitur bon. poſſ. vnde lib. ¶ Teneo ſolutionem Lud. pro vera, & credo, ꝙ text. in d. l. filium. in prin. decipiat do. Alex. propter tria, quia text. in d. l. filium. ponit caſum contrarium omnino ad l. 1. §. fi. ff. ſi tab. teſt. nul. exta. & ad l. fi. ff. de lib. & poſth. nam in illis duab. ll. filius in poteſtate fuit præteritus, & emancipatus fuit exhæredatus, & ſic teſtamentum nullum: ſed in d. l. filium. totum ècōtra. & ad hoc non aduertit d. Alex, quia ibi filius in poteſtate fuit exhæredatus, & emancipatus fuit præteritus, quo caſu quando emancipatus eſt præteritus, teſtamentum valet omni iure, vt ibi fitmat glo. in verſ. contra emancipatum. ergo cùm ibi valeret teſtamentum omni iure, nedum prætorio, ſed etiam ciuili, prætor noluit concedere ab inteſtato bon. poſ. vnde lib. quia ſic violaſſet regulas nedum iuris prætorij, ſed etiam iuris ciuilis: ſed in alijs duabus. ll. cùm filius in poteſtate eſſet præteritus, & conſequenter teſtamentum eſſet nullum de iure ciuili, dato, ꝙ aliàs potuiſſet valere de iure prætorio, pretor tamen ex equitate ſupradicta conceſſit ab inteſtato bon. poſſ. vnde liberi. Secundò, & fortius dico, ꝙ in illa. l. filium. in princ. ſcriptus hæres poterat adire de iure ciuili, & etiam de iure prætorio agnoſcere bon. poſſ. ſecundum tab. vt ibi expreſsè dicit text. quia teſtamentum erat validum vtroq; jure, & ſic cùm ibi poſſit competere ſecundum tab. impoſſibile eſt, quòd competat vnde lib. ab in teſtato. l. 1. ſ̃. de bon. poſſ. ſecundum tab. ſed in illis duabus. ll. non poterat per ſcriptum hæredem agnoſci bon. poſſ. ſecundum tab. nam filius in poteſtate erat præteritus, nimirum ſi prætor ibi concedit ab inteſt. bono. poſſ. vnde lib. Tu caue, quia cum ibi filius emancipatus præteritus poſſet contratabulare de iure prætorio, ergo ſecundum tab. locum habere non poteſt, vt hoc text. & iſtud eſt verius. Bene verum eſt, ꝙ ibi ſcriptus hæres poterat de iure ciuili adire, vt ibi dicit text. ¶ Item in illa. l. filium. filius in poteſtate exhæredatus poterat querelare teſtamentum, cùm ſcriptus hęres poſſit adire, & ſic non erat deſtitutus omni remedio. Sed in illis duab. ll. querela non poterat intentari per emancipatum mediante bon. poſſ. gratia litis agnoſcendæ, quia querela non competit niſi adita hæreditate, vt prædixi, ſed ibi non poteſt adire, cùm filius in poteſtate ſit præteritus, & ſic ibi querela nullo modo competebat nec habitu, nec actu. ſed in d. l. filium. ſemper competebat potentia. Ergo ex iſtis trib. apparet, ꝙ d. l. filium. decepit d. Alex. nec aliquid obſtat ſolutioni Lud. & credo, quòd ſit verum, & ſubtile. Ibi ergo in dicta. l. filium. cū ſcriptus hæres poſſit ex teſtamento ſuccedere, nimirum ſi prætor noluit concedrre bon. poſſ. vnde lib. ¶ Secundò pro communi ſententia do. Alex hic in 10. colu. adducit rationem: nam ſecundum eum maior eſt defectus præteritionis filij, quàm ſit numeri teſtium defectus. iſtud probat in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & §. ſi quis autem. j̃. de teſt. vbi ſuſtinetur teſtamentum, quamuis adſit defectus numeri teſtium, & tamen non ſuſtineretur, ſi adeſſet defectus præteritionis. idem probatur in l. ſicut certi. & in l. ſi cùm vel in vtero. C. de teſt. mil. vbi ſi miles in teſtamento prætereat ignoranter filium, non valet teſtamentum, & tñ ſi adſit defectus numeri teſtium, bene valet. l. 1. & l. Lucius. ff. de teſt mil. ſi ergo teſtamentum, in quo deficiūt ſeptem teſtes, eſt nullum de iure prætorio. l. 2. ſ̃. tit. 1. quanto magis erit nullum teſtamentum de iure prętorio, in quo adſit defectus præteritionis? cui fundamento reſpondeo not. in forma, ꝙ maior eſt defectus præteritionis quàm numeri ſeptem teſtium, verum eſt de iure ciui. ſed non de iure prætorio, de quo agitur, patet, quia de iure prætorio ſunt multi caſus, in quib. filio præterito non obſtante defectu pręteritionis valet teſtamētum, tamen nunquam ſuſtinetur de iure prætorio, quando adeſt defectus numeri teſtiū. ita patet in l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & in l. poſthumum. in princ. & in verſ. idem, & circa. j̃. eod. titu. & pondera, quia facit text. in illa. l. poſthumus. dum dicit, attamen ſi ſignatum fuerit. ad idem facit text. in §. non tamen. dum dicit, nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt. Inſt. quib.

29 mod. teſt. infir. † Ratio diuerſitatis eſt, quia ſolennitas numeri ſeptem teſtium fuit à prętore inuenta. §. 1. Inſt. de teſta. ideo prętor magis curat vitium numeri, quàm defectum pręteritionis, quia eſt de iure ciuile, ſed ius ciuile facit ècontra, quia cùm ius ciuile adinuenerit pro forma, ꝙ filius debet inſtitui, vel exhęredari, certè magis curat iſtud vitium præteritionis, quàm vitiū numeri 7. teſtium. Pro hac parte do. Fran. de Aret. hic adducit tale fundamentum de l. non pútauit. §. à primo gradu. ff. eod. vbi ſecundum eum text. dicit, ꝙ primus gradus intelligitur nullus ipſo iure, ex quo neque hæreditas, neque bon. poſſ. peti poteſt, ſed ex teſtamento, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, non poteſt peti bono. poſſ. ſecundum tab. l. 1. §. fin. ff. ſi tab. teſt. nul. exta. & l. fin. ff. de lib. & poſth. ergo concluditur, ꝙ teſtamentum non valet etiam de iure prætorio. Tu dic, ꝙ text. in d. §. 1. non dicit ſic, nec loquitur in primò gradu, ſed in ſecundo, & dicit, ꝙ cùm in ſecundo gradu ſubſtitutionis filius eſſet exhæredatus, neque hæreditas de iure ciuili, neque bon. poſſ peti po-
a teſt pro eadem parte a videtur facere text. in l. 1. ff. de iniu. rup. teſt in verbo *nullius eſſe momenti*, ꝙ cùm ſit vniuerſale negatiuū, videtur importare, ꝙ omni iure ſit nullū. argum. l. ſi quis Sempronium. ff. de hær. inſt. & l. ſi poſthumus. §. fin. ff. de lib & poſth. Niſi diſputando reſpondeas, ꝙ illud ſit verum, quando adijceretur dictio præciſa penitus, puta, ꝙ dicatur nullius penitus eſt momenti, arg. c. ordinarij. in fin. & ꝙ ibi not. Archi. de offi. ordi. in 6. Ego pro communi ſententia adduco fortē text. qui aliàs in publica diſputatione magnum mihi honorē fecit, in l. poſthumus. in princ. & in verſ. idem, & circa. ff. de iniu. rupt. vbi ponuntur duo caſus ſing. & ſpeciales, in quib. teſtiñ, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, valet de iure prætorio, ergo apparet, ꝙ regulariter de iure prætorio tale teſtamentum non valet. nec obſt. ſolutio, quam ad illum text. dabat Raph. Fulg. hic in antepen. col. & ita aliàs mihi publicè reſpondebatur, ꝙ in d. l. poſthum. bene ponuntur duo caſus ſing. in quib non obſtante prætéritione filij valeat teſtamentum de iure prætorio, & inexpugnabiliter, quia cōtratabulari non poterit, ſed in propoſito noſtro dato, ꝙ teſtiñ valeat de iure prætorio, tñ bene poteſt cōtratabulari, & h. d. ibi text. in verbo ſecuri, quia dico, ꝙ iſta ſol. nihil valet: nam ſi vera eſſet ſententia glo. ꝙ teſtiñ, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, valeret de iure prętorio fruſtra eſſet facta d. l. poſthumus. in illis duob. caſibus, præſertim in primo; nam cùm ibi filius in poteſtate præteritus eſſet mortuus viuo patre, certè illo iure fforum non habere poterat hæredem, quia pater omnia occupabat iure peculij. l. 2. ff. de caſtr. pec. Item ibi pater viuebat, & viuentis nulla eſt hæreditas. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir hæred. ergo ibi non poterat tractari de tranſmiſſione hæreditatis, cùm ibi non eſſet hæreditas. Item contratab. non tranſmittitur ad hæredes, vt dixi in l. emancipata. ſupra, qui admitti. valuiſſet ergo expugnabiliter teſtamentum de iure prætorio abſque illa l. ſi vera eſſet ſententia prima gl. Niſi reſpondeas, ꝙ in d. l. poſthumus. teſtamentum reconualeſcit etiam de iure ciuili, vt probat ibi text. in tribus locis. Primò, dum dicit, *iuris ſcrupuloſitate*. Secundo dum dicit, *remque obtinebit*, & ſic de iure ciuili. Tertiò dum dicit, *vt Imperator noſter, & diuus Addrianus reſcripſerunt*, quamuis Bart. ibi contrarium teneat, per l. ſi filius,
30 qui in poteſtate. ff. de lib. & poſth. quæ nihil facit. ¶† Concludo ergo in iſto ſecundo articulo, ꝙ teſtamentum, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, eſt nullum etiam de iure prætorio, nedum ciuili. ¶ Limita iſtam concl. procedere, quādo filius in poteſtate eſt omnino præteritus, ſecus autem ſi ſit inſtitutus ſub conditione caſuali, & non eſſet in defectum exhæredatus, quia quamuis de iure ciuili teſtamentum ſit ipſo iure nullum, vt eſt text. expreſſus in l. Lucius. in fin. ff. de condi. & demon. glo not. in l. ſi ſub conditione. in princ. & in verſ. tuendum. ff. de bono. poſſ. ſecundum tabul. tamen de iure prætorio valet, & poteſt agnoſcere bon. poſſ. ſecundum tab. perinde acſi conditio eſſet purificata, nec vitiabitur agnitio dato, ꝙ ꝺdō deficiat. text. eſt in l. 3. §. ſi ſub conditione. ff. eo. & in l. æquiſſimum. §. ſi ſub con-
31 ditione. & in l. ſi ſub ꝺdōne. ff. de bon. poſſ. ſm tab. ¶†† Aggre-
b dior tertium principalem articulū, retento pro vero, ꝙ teſtiñ, b in quo filius in poteſtate eſt præteritus, ſit nullum omni iure, quo poteſt contratabulari, ꝙ remedium competit ad rumpendum, & illud, ꝙ nullum eſt, rumpi non poteſt, vt dixi ſupra? In iſta difficultate Docto. noſtri plurimum laborarunt, & quinque principales fuerunt ſolu. quas refert ſeriatim, & tres primas reprehendit domi. Alexan. hic. Primam ſolu. quòd ſi contratabuletur, rumpatur illa ſpes, qua poſſet teſtamētum

con-

ADDITIONES.

a ¶ Eadem parte. Vide Iaſ. in l. filius fa. §. diui. ff. de leg. 1. PVRPV.

b ¶ Teſtamentum. Adde Alex. in l. filiæ dotem. 2. col. j̃. de coll.

Source : BIU Cujas

confirmari,impugnant Bart. & plenius Mod. Tamen ad iura Barto.potes respondere, q̃ in illis veniebat rescindendus ipse actus spe ad actum deducta. Ideo non rescinditur ibi spes: sed in casu nostro spe deducta ad actum, non potest ipse actus rescindi, ideo nimirum si spes rescindatur. Vnde ipse Bart. hic, & in l. filio præterito. in pen. colum. ff. de iniust. rup. respondet, q̃ quamuis tale testamentum sit omni iure nullum, tamen filius præteritus quamprimum incipit contratabulare, dicitur testamentum ita probare, vt illud improbet, per tex. in simili in l. 3. §. falsus. ff. rem rat. hab. Istam solu. reprobant Bald. & alij hic, & in locis hic alleg. per dom. Alex. & dicit Bal. Barto. in hoc somniasse. Et vltra impugnationes aliorum reprehendunt etiam subtilitatum princeps dom. Christoph. de Cast. & dom. Iaco. de Put. in d. l. filio præterito. & Rapha. Cuma. in repe. l. si filius, qui in potestate. ff. de lib. & posthu. moti, quia inducta ad impugnationes non debent operari confirmationes, quia sic operarentur contrarium effectum. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. Facit, quia conuentio inducta ad resoluendum, non potest operari effectum productiuũ actionis. l. ab emptione. versic. fin. & ibi Bal. in vltim. no. ff. de pact. l. venditi. 2. C. de actio. empt. Sed ego retorqueo inuitabiliter contra eos, & dico q̃ imò inducta ad impugnationem, vel ad diminutionem operantur necessariò confirmationem, & augmentum, quando non possent operari diminutionem, nisi prius operarentur confirmationem, text. est not. quem Bar. ita summat, in l. deniq;. §. interdum. ff. de pecu. leg. & in l. Proculus. ff. de vsufru. qui enim vult consequens, intelligitur velle omne necessarium antecedens ad illud. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procuratori. & l. illud. ff. de acquiren. hęred. sed ita est in casu nostro, in quo testamentum cùm sit omni iure nullum, non posset per contratabu. impugnari, nisi prius induceretur tacita confirmatio. Præterea illud eorum fundamentum per d. l. 3. §. falsus. ff. rem rat. hab. alleg. per Barto. tollitur: tamen ex alio confunditur solutio Barto. nam pone, q̃ scriptus hęres in testamento, in quo filius in potestate est pręteritus, post mortem testatoris, ipse moriatur hęreditate non adita, certè testamentum efficitur caducum. Certè attenta solu. Barto. filius pręteritus non posset contratabu. ex quo non potest tale testamentum confirmari etiam expresse, & tamen istud est contra. l. non putauit. §. à primo, & l. filium. ff. eod. secundum Ludo. Roma. & dom. Alex. hic. Sed ego credo, q̃ Barto. non negasset istum casum, sicut & in alijs duobus casibus, quos ipse ponit. Item non debet considerari approbatio, quæ fit vt eodem instanti improbetur, argum. l. qui sic. ff. de solu. secundum Fulgo. hic, & dom. Anto. in c. cùm dilectus. de arbi. facit. l. Titio cùm morietur. ff. de vsufru. Item actus agentium operantur secundum eorum intentionem. l. non omnis. in princ. ff. si cert. pet. sed intentio contratabulantis est rescindere, ergo non approbat. l. cùm tale. §. penul. ff. de condi. & demonstr. Tertiam solu. ponit Ange. hic, & in multis locis relatis per dom. Alexan. bene eam reprobantem post Imol. quem ipse alleg. Aliam
a solu.[a] ponit dom. Fran. de Are. hic, q̃ ille, qui contratabulat, non expugnat testamentum vt validum de iure prætorio, sed vt nullum, quatenus de facto processit, sicut dicimus in l. minor. §. si seruus. ff. de euict. & in l. ex empto. §. is, qui vina. ff. de actio. empti. & per Bart. in l. 1. §. nunciatio. el 1. ff. de oper. nou.
b nunc. ¶ Vera solu.[b] est, & hanc tene, quam ponit Pau. de Cast. hic, & multum gloriatur se de nouo adinuenisse, & maiores nostros non vidisse lumen in hac difficultate, eo quia decepti sunt in falso fundamento. Nam inquantum dicitur, q̃ bonor. possess. contratabu. competit ad rescindum, & expugnandum, est verum, quando testamentum valet, vt quando filius emancipatus est præteritus, tunc cùm testamentum sit validum, bene potest expugnari: sed quando testamentum est omni iure nullum, vt quando filius in potestate est præteritus, tunc bon. poss. contratabu. competens filio in potestate præterito, non datur ad rumpendum, sed ad declarandum nullum, sicut de iure ciuili filio in potestate pręterito competit ius dicendi nullum, quo mediante testamentum declaratur nullum, non au-
32 tem q̃ rumpatur. † Sicut in simili appellatio à sententia lata tendit ad rescindendum sententiam. l. 1. §. fin. ff. ad Turpil. illud est verum, quando sententia erat valida: sed si erat nulla, appellatio non venit ad rescindendum, sed ad declarandum sententiam nullam. l. si expressim, vbi Barto. & alij. ff. de appel. l. quædam mulier. ff. fam. ercis. & ista est verior, quam tenet Imol. & Pau. de Cast. in d. l. si filius, qui in potestate, & dom. Alex. & dicit Pau. in d. l. si filius qui in potestate. q̃ ista est veritas lucida, licèt alij dixerint multa somnia hic. Pro ista solu. pondero vltra eos bene facere text. in l. 1. in prin. in ver. rescindunt. ff. de leg. præstan. vbi tex. bene dicit, q̃ bon. pos. contratabu. rescindit testamentum, eo quia illa. l. & ille titu. loquuntur, quando filius emancipatus est præteritus, vt declaraui in l. 1. §. eod. quo casu cùm testamentum valeat, tunc contratabu. bene rescindit. Ad idem text. in l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. poss. contratabu. Tamen in contrarium ponderabam tex. in l. vt liberis, in versi. resciſſo. ff. de colla. vbi text. expresse loquitur, nedum quando filius emancipatus fuit præteritus, sed etiam filius in potestate, & in vtroq; casu dicit, q̃ contratab. rescindit testamentum, &
33 sic contra prædictam solu.† Sed no. respondę, q̃ non est absurdum, q̃ vnum, & idem verbum relatum ad duo respectu vnius stet propriè, & respectu alterius stet impropriè. glos. est approbata in l. 2. ff. de offi. proconsul. & leg. Non obstat etiam iste tex. in verbo rumpitur, quia procedit attento princip. quo valuit ipsum testamentum. ¶ Glo. fin. in versi. secundum tabu. ista glo. format 3. oppo. quarum duæ primæ tendunt ad illud, quod dicit text. q̃ bono. pos. contratab. & secundum tabu. simul intentari non possunt, & ex duabus solu. glo. habes duas notabiles limitationes ad regulam huius text. ¶ in vltima parte glo. oppo. ad aliud, inquantum text. vult, q̃ solus tutor possit agnoscere bono. poss. nomine infantis: nam in contrarium videtur text. in l. potuit. ĩ. de iure delibe. vbi solus tutor non potest, nisi etiam concurrat voluntas pupilli, & huic vltimo non respondet. Tu respondę dupliciter. Primò, q̃ aliud est in bon. pos. de qua loquitur iste text. quam solus tutor potest agnoscere; aliud est in hæreditate, quam solus tutor adire non potest, ita loquitur. d. l. potuit. Et rationem diuersitatis dixi in l. bono-
rum quidem. s̃. qui admit. Secundò respondę, q̃ iste text. loquitur in infante, qui non potest consentire, sed contrarium loquitur in pupillo habente consensum. ¶ Redeo ad primam
34 partem glo. ex qua habes limitationem ad tex. nostrum,† q̃ licèt bono. posses. contratab. impediat scriptum hęredem agnoscere bono. pos. secundum tabu. non tamen impedit adire hęreditatem de iure ciuili, & sic diuerso iure, text. est not. in l. is, qui in potestate. §. sed si scriptus. alleg. in gl. Aliam subtiliorem rationem assignant Rapha. Cuma. Fulg. & do. Alexan. hic, quare sit, q̃ bono. pos. contratabu. non impediat scriptum hæredem adire de iure ciuili: nam dicunt q̃ sicut prætor non potest facere quem directo hęredem. §. quos autem. Institut. de bono. poss. ita non potest facere desinere ipso iure hæredem esse illum, qui est hæres de iure ciuili. glo. est ordin. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. Sed puto, q̃ hæc ratio sit falsa, quia licèt prętor non possit facere quem directò hęredem, nec facere, q̃ ille, qui est hæres directo de iure ciuili desinat esse hæres, tamen non sequitur, ergo prætor per suum remedium non potest impedire, antequam quis sit hęres, quin efficiatur hæres: istud est falsum per regulam, quæ habet, quòd multa possunt impediri antequam fiant, quæ postquam facta sunt, prohiberi non possunt. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & q̃ prętor per suam bono. poss. contratabu. possit impedire, ne quis efficiatur hæres de iure ciuili, ostendit Barto. viua ratione in l. cùm in secundo. in fin. ff. de iniust. rup. istud patet ex eo, quod alibi tenent gloss. & Barto. in l. illud. in princip. in glo. 2. ff. eod. & in l. vt liberis. in glo. 1. vbi omnes Docto. ponunt. ĩ. de colla. vbi declarant, q̃ bono. poss. contratab. intentata antequam hęreditas adeatur de iure ciuili, aliquando reducit rem in totum ad causam intestati, ergo impedit adire de iure ciuili. Puto, licèt non inueniam declaratum, q̃ ista est mera veritas, q̃ aliquando in testamento filius emancipatus est præteritus, & alius scriptus hęres, & tunc quia tale testamentum, in quo emancipatus est pręteritus, valet de iure ciuili, & etiam de iure prętorio, licèt possit contratabulari, vt s̃. dixi, tunc bono. poss. contratabu. competens filio emancipato non impedit scriptum hęredem adire de iure ciuili: & in istis terminis propriè loquitur text. in l. is, qui in potestate. in §. sed si scriptus. allega. in glo. Et ratio est, quia quando filius emancipatus est pręteritus, bono. poss. contratab. quandocunq; per eum intentata nunquam reducit rem ad causam intestati. tex. est notabilis in l. ex duobus. in princip. ff. eod. Intellige tamen sanè, quando scriptus est hęres aliquis ex liberis testatoris, quia eorum fauore ita dispositũ est. ita expressè dicit d. §. sed si scriptus. dum dicit, nam & prætor hac ratione eum tuetur, quia ex liberis est: secus quando in testamento, in quo emancipatus est præteritus, scriptus est extraneus hęres, quia contratab. cõpetens emancipato prętorito reducit rem ad causam intestati, text. est de hoc in l. cùm emancipatus. in princ. & ibi glo. prima, aliàs est §. sub l. si duobus. ff. eod. facit tex. in l. filium. in prin. in versi.

ADDITIONES.

a ¶ Aliam solu. Quarta solu. Pro qua adde Bart. in l. ambitiosa. in 1. oppo. ff. de decre. ab ord. faci. PVRPV.

b ¶ Vera solu. Adde dom. Alex. in l. 3. §. fi. 3. no. ff. de lib. & posthu. obst. l. fi. §. fi. ĩ. de lib. prætc. & Alex. consi. 59. lib. 1. PVRPV.

Source : BIU Cujas

in verſi. nihil laturi ex hæreditate. ff. eod. Aliquando in teſtamẽto eſt præteritus filius in poteſtate, & tunc quia teſtamentum eſt omni iure nullum tam ciuili, quàm prætorio, tunc ſcriptus hæres non poſſet adire hæreditatem de iure ciuili ex teſtamento, nec de iure prætorio, quia tunc reducitur ad cauſam inteſtati, non eo quia contratab ſit illa, quæ reducat ad cauſam inteſtati immediatè, ſed eſt defectus formæ ſubſtantialis, quia filius in poteſtate fuit præteritus. l. 1. §. fin. ff. ſi tab. teſtamenti nullæ extab. Iſtam differentiam poſuit ſolus Bal. in loco peregrino, nec aliquis vidit præter eum in l. fin. in penul. colum. ff. vnde legitimi. Ad hoc ego conſidero, ꝙ omnia iura, quæ dicunt, ꝙ bono. poſſ. contratabu. competens præterito, non impedit ſcriptum hæredem adire de iure ciuili, & ſic ſi non reducit rem ad cauſam inteſtati, ſemper loquuntur in filio emancipato præterito, ita loquitur tex in d. l. is qui in poteſtate in §. ſed ſi vnus, & in §. ſed ſi ſcriptus. ff. de leg. præſtan. & text. in l. filium. in prin. ff. de bono. poſſ. contratab. & tex. in l. virilis. in princ. ff. de leg. præſta. & iſta benè no. quia fortè aliàs non ſic bene intellexiſti. ¶† Ex ſecunda parte glo. habes ſecundam notabilem limitationem ad regulam text. noſtri, in qua cauetur, ꝙ bono. poſ. contratabu. impedit ſcriptum hæredem intentare ſecundum tabu. * quia illa regula procedit, quando bono. poſ. contratab. rumpit teſtamentum in totum, & totam ſucceſſionem aufert ſcripto hæredi, prout regulariter facit. l. cùm emancipatus. in princip. ff. eod. Sed ſi bono. poſſ. contratabulas non aufert totam ſucceſſionem ſcripto hæredi, ſed ſolùm illam partem legitimæ, quæ ſpectat præterito, vt apparet, quando patronus eſt præteritus in teſtamento liberti ſui, tunc contratabulando nõ rumpit teſtamentum in totum, ſed ſolùm aufert legitimam, quæ ſpectat patrono, vt eſt glo. & ibi ponam rationem, in l. 1. ff. titu. 1. Certè quia tunc talis bono. poſſ. contratab. ſolùm aufert legitimam, reliquam autem ſubſtantiam ſucceſſionis dimittit ſcripto hæredi, ideo non impedit ſcriptum hæredem in reliqua parte adire ſecundum tabu. l. ſed cum patrono in princip. alleg. in glo. Adde bonum text. in l. illud. in fi. princip. dum dicit, ꝙ in patrono ſecus eſt. ff. eod. ¶ Extra glo. reſtat vltimo loco difficillima oppoſ formata per Barto. hic, de l. ſi duo. §. proinde. ff. de leg præſta. vbi text. videtur præſupponere, ꝙ emancipatus ſcriptus hęres poſſit agnoſcere bono. poſ. ſecundum tabu. dato, ꝙ filius in poteſtate præteritus intenter contratabu. quod pro certo videtur longè admirabilis ex alio, ad ꝙ non inuenio aliquem aduertere. nam cùm ibi filius in poteſtate ſit præteritus, eius præterito debet omnino reducere rem ad cauſam inteſtati, vt declaraui. ſ. in prima parte gloſſ. fin. & tamen text. ibi in illo ver. proinde. ſentit, ꝙ emancipatus inſtitutus hæres poſſit agnoſcere bono. poſ. ſecundum tabu. & ſic ille terribilis text. affert duas difficultates. Primò probat, ꝙ contratab. non impedit ſecundum tabu. quod eſt de directo contra text. noſtrum. Secundò fortius probat ꝙ prętęritio filij in poteſtate non reducit rem ad cauſam inteſtati, & propterea non impedit emancipatum ſcriptum hęredem agnoſcere ſecundum tabu. ¶ In prima difficultate inuenio in effectu dari ſeptem ſolutiones principales, quas refert & omnes reprehendit d. Alex. hic, excepta vna ſolutione Petr. & Cyn. quam dicit eſſe minus periculoſam cæteris, & eã tenet. Inter cæteras ſolu. Barto. hic mirabiliter reſpondet, ꝙ in d. l. ſi duo. verſi. proinde, filius in poteſtate præteritus, & filius emancipatus inſtitutus, erant in eodem, & in pari gradu, quo caſu dicit Barto. ꝙ tunc contratab. non impedit ſecundum tabul. tunc militat eadem ratio, prout eſt in patrono, ſecundum quod declaraui. ſ. in glo. fi. in ſecunda parte, quia tunc præteritus contratabulando non rumpit teſtamentum in totum, ſed rumpit in parte præteriti tantum: ideo in alia parte non impeditur filius ſcriptus agnoſcere ſecundum tabu. Non probat tamen Barto. aliqua lege, vel ratione, ꝙ quando præteritus, & inſtitutus ſunt eiuſdem gradus, ꝙ contratabu. non rumpat teſtamentum in totum, ſed in parte tantum. Tamen idem quod hic, tenuit ipſemet Barto. in d. l. ſi duo. verſi. proinde, & idem Barto. in l. æquiſſimum. in princip. ff. de bono. poſſ. ſecundum tabu. Et iſtam ſolu. ſequuntur Ange. Saly. & Ludo. Roma. hic, & Ang. in l. ventre. ff. de acq. hæ. ¶ Ex iſta ſolu. Barto. ſi eſt vera, ego elicio tria. † Primò elicio duas ſingu. limitationes ad regulam text. noſtri. & d. l. æquiſſimum. in princip. cum ſim. in quibus dicitur, ꝙ contratabu. impedit ſecundum tabu. Limita ſingu. ſecundum Barto. niſi præteritus, & inſtitutus eſſent in eodem gradu liberorum, tunc ambæ poſſunt ſimul concurrere, nec vna impedit aliam. Et ex hoc ſecundo infero ſubtiliter, ꝙ ſi vera eſt ſolu. Barto. oportet neceſſariò præſupponere, ꝙ in iſta l. in qua infans erat præteritus, erat ſcriptus hæres vnus, qui non erat de liberis eiuſdem gradus cum infante, quia ſi eſſet ſcriptus vnus de liberis vnius gradus, iſte text. non procederet, ſecundum Barto. quia tunc contratabu. competens infanti non impediret ſcriptum hæredem petere ſecundum tabu. cuius contrarium dicit hic text. ꝙ non eſt abſque diuinatione, & reſtrictione iſtius text. Tertio ex ſolu. Barto. infertur limitatio ad l. cùm emancipatus. in prin. aliàs eſt. §. cùm emancipatus. ſub. l. ſi dnob. ff. eod. vbi traditur regula, ꝙ bonorum poſſ. contratab. competens liberis præteritis rumpit teſtamentum in totum, & totum aufert à ſcripto hærede, prout etiam dicit text. in l. filium. in princip. ff. eod. & in l. 1. ff. titu. 1. quia debent illa iura intelligi, niſi ſcriptus hæres eſſet de liberis. Iſtam ſolu. Barto. impugnant Fulgo. Pau. de Caſt. & Moder. & dicit Pau. de Caſt. ꝙ eſt truffa, quia eſt cõtra caſum. l. illud. §. fin. cum l. ſeq. ff. eod. vbi inſtitutus, & poſthumus præteritus erant eiuſdem gradus, & tamen ſcriptus hæres non habet ſecundum tabu. pro ſua parte. Et per eundem text. reprehendit Imol. in l. 1. ff. de iniuſt. rupt. & plenius in l. ventre. in 7. colum. ff. de acquiren. hæred. & licèt Barto. in d. l. illud. §. fi. & in l. æquiſſimum, in princip. ff. de bono. poſſ. ſecundum tab. conetur ad hoc reſpondere, ꝙ illud operetur ſpes natiuitatis poſthumi præteriti, ſecus in iam nato, vt ibi latius per eum, & cum eo tranſit Ludo. Roma. hic, & Ang. in d. l. ventre, & fortificant per l. 2. §. fin. ff. de libe. & poſthu. tamen eius ſolutio nihil valet, vt per Imol. in dictis locis, & dom. Alexan hic, quia iam natus debet fortius rumpere, quàm poſthu. vt per eos. Facit. l. poſth. in prin. iuncto verſi. idem & circa. ff. de iniuſt. rupt. nam quando præteritus eſt poſthu. qui moritur viuo teſtatore, ad hoc vt ſuſtineatur teſtamentum de iure prætorio, non requiritur, ꝙ in eo ſint inſtituti venientes ab inteſt. prout requiritur, quando præteritus eſt filius iam natus.† Prętereà contra Bar. facit, nam contratabulas eſt inducta à prætore ad ſimilitudinem iuris dicendi nullum. l. 1. in prin. & l. ſi in adoptionem. in fin. ff. eo. Bart. in l. filium. ad finem prin. & in l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. eod. ſed de iure ciuili filius in poteſtate præteritus dicit teſtamentum nullum in totum, licèt alius filius ſit inſtitutus. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. ergo ſimiliter præteritus debet contratabulare in totum, licèt alius ſit inſtitutus, quia non debet induci differentia inter ius ciuile, & ius prætorium in iſta materia, in qua pari paſſu procedunt, quando non reperitur lex, quæ de iure prætorio aliud expreſsè diſponat. argum. cap. cùm expediat. de elect. in 6. & in l. vnica. C. de inoff. don. Aliam ſolutionem ponunt Petr. & Cyn. hic, quam ſequitur Dom. Alex. dicens, ꝙ eſt minus periculoſa cæteris. ſequitur etiam Imol. in d. l. 1. ff. de iniuſt. rup. & in d. l. ventre. & inuenio, ꝙ eam etiam tenet Alb. hic, nam intelligunt d. l. ſi duo. verſi. proinde. dum dicit text. ſi contratabulas non acceperit, non intelligunt, ergo accepit ſecundum tabulas, quia tunc contrarium obſtaret, ſed intelligunt, ꝙ emancipato ſcripto hæredi fuit conſeruata portio hæreditatis, per tit. de leg. pręſta. & l. filium. §. ſed & ſi portio. ff. de leg. præſt. & l. virilis. §. 1. & l. nam ſecundum. eod. tit. & iſto modo ſecundum tabu. non concurrit cum contratabu. Et ſi dicis, prout dicebat Barto. qui reprehendit hanc ſolutionem in illo. §. proinde, ꝙ ſi ibi conſeruaretur hæreditas, vel portio hæreditatis per titu. de leg. præſtan. certè ille, cui conſeruatur portio, non tenetur conſeruare legata niſi liberis, & coniunctis perſonis. tex. eſt in d. l. filium. §. fin. & tamen tex. in illo. §. proinde. vult ꝙ teneatur præſtare legata omnibus. reſpondet Ioan. ꝙ d. l. filium. §. fi. debet intelligi, & reſtringit, quando ille, cui conſeruatur portio hęreditatis, erat de liberis, qui non poterant contratabu. vt in liberis in ſucceſſione matris, vel lineæ maternæ. l. illud. §. ad teſtamenta. ff. eod ſi autem poſſet contratabulare, & non vult, tunc dicitur frui plena voluntate, & legata tunc præſtat omnibus. ita loquitur. d. verſi. proinde. Tamen iſta eſt magna reſtrictio ad regulam. d. l. filium. § fin. ſecundum Fulgo. & Ludo. Roma. hic. Pro iſto intellectu bene facit tex. ibi, dum dicit, tuendum eum, nam illud verbum tuendum, debet intelligi ſecundum naturam tituli, & ſic per titulum illum de leg. præſtan. argum. l. Imperatores. ff. de in diem addic. glo. in c. 1. de offic. deleg. in 6. Ego puto, ꝙ iſta ſolutio non ſit bona per iſtud fundamentum: nam in illa l. ſi duo. filius in poteſtate prętęritus fuit ille, qui contratabulauit, quo caſu non habet locum tit. de leg. præſtan. quia filius in poteſtate contratabulans nemini tenetur aliquid conſeruare. l. is qui in poteſtate, in princ. ff. de leg. præſtan. Sed bene habet locum ille titulus, quando filius emancipatus præteritus contratabulat, iſte bene tenetur conſeruare legata coniunctis perſonis, quia propter eum prætor facit iniuriam, vt declaraui in l. 1. ſ. eo. Cùm ergo d. l. ſi duo loquatur in filio in poteſtate præterito contratabulante, non eſt verum, ꝙ tunc habeat locum titulus de leg. præſta. cum certè iſto caſu locum habere non poſſit. Et ſi diceres, ꝙ filius in poteſtate

ADDITIO.

a ¶ Secundum tab. Adde Bar. in l. illud. in prin. ver. quæro. ff. eod. PVRPV.

ſtate præteritus quamuis non teneatur conſeruare legata coniunctis perſonis,tñ bene tenetur conſeruare inſtitutiones,truffa eſſet,quia vtroq; caſu militat ratio, quam aſſignaui in l. 1.ſ. eo.Et quia conſeruare leg. & inſtitutiones, à pari procedunt, tex.eſt in d.l.filium. §. ſed & ſi portio. Sed reſponde ſm Alex. hic,ꝙ d.l.is, qui in poteſtate.limitatur per d.l.ſi duo.vt non ꝓcedat,quando relictum eſt ei, qui aliàs poſſet ℈tabulare. nam tunc nulla fit iniuria filio in poteſtate, ſi conſeruetur portio virilis alteri filio, qui eandem eſſet habiturus, ſi voluiſſet contratabulare,ſeu ſi ab inteſtato ſucceſſiſſet. Item iſta ſolutio diuinat ad d.l.ſi duo.§ fi.Item non videtur rationabile, [a] ꝙ emancipatus magis oneretur in præſtando legata omnibus, per hoc ꝙ habuerit facultatem contratabulandi, & omiſerit, & ſic ℈tab.conceſſa in eius fauorem [b] retorqueretur in odium, contra l.ꝙ fauo.C.de legi.& in contrarium videtur tex. in l. is, qui in poteſtate.§. ſed ſi ſcriptus. ff.de leg. præſt. Et ad id, ꝙ proximè dixi,facit optimè l.ſi ex duob. [c] in fi.princ.ff.de ℈tab.præterea illa verba,tuendũ eſſi in partẽ,intelliguntur,qñ inſtitutus venit per bon.poſ.ſm tab.tex.eſt in l.ſi ex duobus.§. 1. ff. de contratabu. & in l.virilis. §.ſed ſi vnus.ff.de leg. præſt. Præterea ſm iſtam ſolutionem ſuperflueret tex.in d.ver.proinde.dum dicit, plena fruatur voluntate,non bene frueretur voluntate, qui nõ plena:& ſic plena ſuperflueret,vt ℈.declarabo:ſic in ſimili aliud eſt,ꝙ procurator habeat mandatum ſimplex, aliud ꝙ habeat plenum mandatum,quia habens plenum mandatum eſt ac ſi haberet liberam adminiſtrationem. l. ſi procurator. in verbo, plenam,vbi Barto.& Doct.C.de procu.Bar.& Docto.in l.procurator,cui generaliter libera.ff.cod.Bald.in rub. C.de exerc.in vlt.col.† Sic etiam in ſimili remiſſio iniuriarum facta ſacerdoti in foro pœnitentiali,vel conſcientiæ, non operatur in foro contentioſo,quin agi poſſit,vt per Bart. & Doct. in l.ſi tibi.§.1. ff.de pact.& in l.non ſolùm.§.1.ff.de iniur.tamen fallit,quando diceret ſe facere plenam remiſſionem, ſm Bald. in c. 1. §. iniuriam.in 2.col.de pace iur.fir.& in l.non ſolùm.§. 1. ff. de iniur. Ludo.Roma.in l.2.ff.ad Senatuſ.Syl. Alex.in d.l.ſi tibi.§.1.Tolle tertium ſimile:nam ſimplex reſtitutio degradati, & priuati beneficio non trahitur ad beneficium, tamen fallit niſi ſit plenè reſtitutus,ita Spec.in tit.de legato.§.1.verſ.quid ſi degradatus.ſequitur Io.And.in c.quamuis,& ibi Gemi. in fi. de reſcrip. lib.6.† Quartò accedit,ꝙ tenet d. And.Barb.in repe.c.teſtimonium,in pen.char.de teſti.& in ca.eam te.in 2.col.de reſcr.vbi dicit ſe obtinuiſſe Ferrariæ,ꝙ licèt iſta verba, facimus tibi gratiam,importent ſimplicem indulgentiam, & remiſſionem pęnæ,non tamen reſtitutionem bonorum, vt concludit Sal.contra Bar.in l.fi.ad fi.C.de ſent.paſ.tamen fallit, quandò princeps diceret, [d] facimus tibi plenam gratiam, quia tunc recuperabit bona non alienata per fiſcum.ad hoc inducit verba Bal. in tit. de pace conſtan. in verbo plenitudine gratiæ noſtræ recepimus.Quintò facit,quod dicit gl.in cle. conſtitutionem,in verbo,fides.de elect.Aliam ſecundam ſolu.ponit Fulg.hic. Aliam Raph.Cum.in d.l.is,qui in poteſtate.Aliam Pau.de Caſt.ibi,& hic aliam.Sed nihil habent ſaporis,vt hic per do. Alex. ¶Quid dicendum?Pro certo cõtrarium eſt ſummè difficile : ego aliàs dum eſſem ſcholaris Paduæ ſub domino meo do.Alex. Imol. dedi alium intellectum, qui etiam mihi nunc non diſplicet, quamuis prima fronte legenti literam, aliud ſonare videatur: vnde inquantum ibi dicit,proinde ſi contratabulas non acceperit,intelligunt glo. *& communiter Doct.* ꝙ fuit emancipatus inſtitutus,qui non accepit contratabu. vt poterat beneficio præteriti, ſed vt frueretur voluntate teſtatoris, accepit ſecundum tab. & iſto modo intelligendo militat fortiſſimè contrarium, quia hoc modo ſecundum tabulas, & contratab. concurrunt. Sed ego non intelligo tex.ſic,ſed aliter dum dicit,proinde ſi ℈tabu.non acceperit:intelligo filius in poteſtate præteritus,& ita etiam intelligit Pau.de Caſt.hic,& in d.l.ſi filius qui in poteſtate,& Fulg.hic,quo caſu ſubdit text. tuendum eum in partem, intelligo eum ſcilicet emancipatum in portione præteriti abſtinentis,hoc mòdo,nam ſi filius præteritus,qui poteſt contratab.omittit,tunc prætor tuetur ſcriptum hæredem in totum, quia hæres ſcriptus ſm tabulas poteſt in totum ſuccedere.l. æquiſſimum.in prin.& in §.expectandi. ff. de bono. poſſeſ. ſm tab.& tunc bene ſubiungit text. quia plena fruatur voluntate, hoc eſt ſuccedit in totum in omnib. bonis, ſm ꝙ teſtator diſpoſuerat tenetur vtiq, præſtare legata omnib. pro parte ſua ſcilicet filij præteriti abſtinentis.Et ſic erit ſenſus,ꝙ ſi filius præteritus, qui poteſt contratabulare, non accipit contratabulas, tunc emancipatus inſtitutus poteſt in totum ſuccedere per ſm tabulas,& hoc modo ſuccedente, quia plena fruitur voluntate defuncti,omnibus etiam legata præſtat. Et niſi iſto modo intelligas tex.illa dictio,plena,in text.poſita nihil importabit,& hoc modo ille text. nihil penitus obſtat. Et ſi dicis, quod dubium haberet iſte text? dic, ꝙ dubium faciebat, quia quamuis præteritus abſtineat à contratabulando, tamen inſtitutus beneficio præteriti etiam abſtinentis poterat contratabulare ſi volebat,vt vidiſtis ſupra in glo.1.quo caſu ſi contratabulaſſet, videbatur, ꝙ non debuiſſet præſtare legata niſi coniunctis perſonis:ergo eodem modo ſi noluit contratabulare, ſed venire per ſm tab.videbatur,quòd non teneretur præſtare legata niſi coniunctis perſonis, ne deterioris conditionis ſit, qui venit ex voluntate teſtatoris,quam qui contratab. ita declarat glo.in l. is qui in poteſtate.§.ſed ſi ſcriptus.ff.de leg.præſtan.Et ſi iterum dicas.quòd iſtud erat iam antea deciſum in l. nonnunquam, & in l.is,qui in poteſtate. §. ſed ſi vnus. ff.de leg.præſtan. vbi, ſi præteritus abſtinet,legata omnibus præſtantur: quia dic, quòd illi duo tex.loquuntur, quando inſtitutus contratabulat beneficio præteriti licèt abſtinentis, tunc benc præſtat legata omnibus,ita loquuntur præallegati text.Sed d.l.ſi duo, verſi. proinde.loquitur quando præterito abſtinente emancipatus inſtitutus non contratbulauit,ſed venit per ſecundum tabu. qui caſus non erat alibi deciſus: ita ego intelligo illum text. & hoc modo nihil obſtat. Non nego tamen, quin literam inſpicienti prima fronte videatur aliter ſonare text.præſertim in fine,dum dicit, pro ſua parte, ſed iſta dictio ſua, poteſt intelligi ſcilicet emancipati,vel etiam ſua,ſcilicet filij in poteſtate præteriti. Et hoc modo intelligendo videtur fieri aliqua violentia literæ propter verbum ſua,quod debet intelligi,ſcilicet ipſius emancipati præteriti,non autem alterius, per text. in l.cùm in teſtamento,& quod ibi pulchrè decidit Barto. per illum text. ff. de aur.& argen.leg.& glo.in l.ex facto.in princ. in verbo, ſuum, & ibi Bartol.& Imol.ff ad Trebell.& Rapha. Fulg. in alia pulchra quæſtione in conſi. 53. incip. quidam Gaſpar. Non nego tamen,quin contrarium ſit valde arduum.

ADDITIONES.

a ¶Rationabile.Vide Bald.in d.l. quod fauore. in 7. oppo. C. de legibus. PVRPV.

b ¶Fauorem.Facit magis propriè.l.illud.§.fina.C.eo. ſed ibi propter pendentiam dubij. PVRPV.

c ¶Duobus.Imò ibi intelligitur,quando adiuit de iure ciuili, & alia lex nihil facit,ſed eſt gl.1.§.ſed ſi ſcriptus.hic alleg.in verbo certis perſonis. PVRPV.

d ¶Quando princeps diceret.Adde Doct.in c.1.de elect.in 6.

* Eundem Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.num.64.& in Repe.num.21.ff.de lib.& poſthu. Cagnol.in l. in condemnatione.§. cùm verbum. de regul. iur. Plot.tracta.de in lit.iur.§.1.num.5.Viui.inter com. opin. lib.14. verſic. bannitus.Pract.Maſuer.tit.de intereſſe.nu.29.Neuiz.conſi.68.& diſtingue, vt per Plot.vbi ſupra,aut gratia fit per viam gratiæ,aut per viam iuſtitiæ: quod autem gratia principis non præiudicet tertio,in quem bona iam fuerant alienata,communem dicit Neuiz.d.conſ.num.48.de quo vide etiam quæ ſcribit Alex.conſ.101.nume. 6.lib.2.Boer.q. 65.par.1. & in terminis Iaſ.hic,Clar.in pract.§.vlt.q.59.verſi.Item quæro. MASVER.

De bono.poſſ.contratab.liberti. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Contrariorum eadem eſt diſciplina,& eadem eſt potentia, & idem & vnum ſtatutum eſt.*
2 *Vbi exceptio non poteſt probari per teſtes ex forma ſtatuti, ſimiliter non poterit probari actio,vel replicatio.*
3 *Licèt quis manumittat ex neceſſitate fideicom. tamen habet contratab. contra teſtamentum manumiſſi ſi prætereatur.*
4 *Munus dicitur cum cauſa,donum ſine cauſa.*
5 *Bonorum poſſeſ. contratabu. competens patrono præterito non rumpit teſtamentum in totum, ſed tantum competit ad legitimam, & non vltra.*
6 *Quatuor differentiæ inter bono.poſſ. contratabu. quæ competit patrono præterito, & illam quæ competit liberis præteritis.*

LEX PRIMA.

TIcèt ex cauſa. Hoc dicit. Etiã patronus, qui ex neceſſitate fideicommiſſi manumiſit, ſi ſit præteritus à liberto,habet bon. poſſ contratabu.per quam ſolùm auocat legitimam ſibi debitam, à qua bono.poſſeſ.contratabu. excluditur per munerum,& operarum exactionem.hoc dicit totus titu.cum l. ſeq. Et dubium faciebat.l. 1.quia qui manumittit ſeruum non ex libera voluntate,ſed ex neceſſitate fideicom.iniuncti, non videtur habere iuſpatronatus.l. 1.ſ. de libe.& eorum lib.Ita eodem modo videbatur,ꝙ ſi eſſet

esset præteritus, quòd non haberet ius contratabulandi: contrarium decidit hic. Secundò, & notabilius faciebat dubium text. l. si quis à liberis. §. si quis à liberti filio. ff. de libe. agno. vbi æquiparantur patronus, qui manumittit seruum ex fideicom. & patronus, qui exigit operas à liberto, sed secundo casu perdit contratabu. vt hac l. 2. ergo videbatur etiam primo casu
1 contrarium decidi. ¶† Not. ex l. 1. ꝙ sicut reperitur bono. poss. secundum nuncupationem, vt l. 2. s. de bono. poss. secundum tabu. ita etiam inuenitur bono. poss. contratabu. nam contrariorum eadem est disciplina. l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alie,
a iur. Item [a] contrariorum eadem est potentia. l. ab empt. & ibi
b Bald. [b] ad hoc not. ff. de pact. Item contrariorum vnum, & idem statutum est. c. cùm venissent, & ibi Bald. in vlti. colum.
2 de iud. vbi per hoc notab. infert, † ꝙ vbi exceptio non potest probari per testes ex forma statuti, similiter non poterit probari per testes actio, vel replicatio, vt ibi per eum Facit, ꝙ not. Bald. in c. 2. ad fin. per illum text. de resti spol. ꝙ cùm renunciatio beneficij possit probari per testes, vt ibi est tex. ꝙ eo modo & collatio, cùm contrariorum eadem sit disciplina, quod
3 reputat bene tenendum menti. ¶† Secundo not. ꝙ licèt quis manumittat ex necessitate fideicom. tamen habet contratabu. contra testamentum manumissi, si prætereatur. Non tamen potest operas imponere, nec eum propter ingratitudinem in seruitutem reducere. l. q ex causa. ff. de bon. lib. & l. 2. s. de ope. lib. & l. 1. s. de lib. & eorum lib. ¶ Posteà in l. 2. debes aduertere, ꝙ quando patronus manumittit seruum suum, & tempore manumissionis imponit sibi aliquas operas: puta patronus habebat vnum seruum, qui erat bonus pictor, manumisit eum cum hoc, ꝙ teneatur præstare omni mense. 10. operas pictorias. Certè per istas operas non amittitur ius patronatus in aliquo. l. sicut. ff. de iur. patro. quicquid dicat glo. fi. in 1. oppo. quæ nihil valet. Sed si talis patronus exigeret tales operas à liberto in vita, tunc perdit ius contratabulandi, vt si postea prætereatur à liberto, non possit contratabulare testamentum. Ratio est secundum Saly. quia non debet patronus gaudere liberto in vita, & etiam post mortem; vnde si vult haberet operas, p. dit successionem, si sit præteritus à liberto. Item ob aliud secundum Ange. propter coercendam auaritiam patronorum. Eodem modo si patronus non exigit operas impositas, puta operas pictorias dum manumitteret, sed eligit aliquod aliud munus, puta mercedem, eodem modo excluditur à contratabulando, & illud vult dicere l. 2. ponens duos casus ibi, muneribus electis scilicet loco operarum, & operis scilicet exactis impositis, per alterum illorum perdit ius contratabulandi.
4 ¶† Et circa hoc dum glo. tua dicit, munus dicitur cum causa, donum sine causa: alibi aliter videtur dicere text. in l. munus propriè. ff. de verb. signifi. & propterea Laurentius Vallensis in 6. lib. elegan. in c. 454. reprehendit differentiam vtriusque Iurisconsul. Sed tu vide text. in l. munus tribus. ff. de verb. signi. ¶ Gl. 1. declarat text. ponendo illud totum quod dicit text. in § sed nostra. Instit. de succes. lib. Caue tamen dum glo. dicit, quòd si libertus maior centenario instituat extraneum, & exhæredet patronum, patrono datur contratabu. glo. est corrupta secundum Saly. hic, quia exhæredato non competit contratabu. vt dixi in l. posthumo. supra titu. 1. sed debuit glo. dicere, si prætereat, prout formaliter dicit tex. quem allega. in d. §. sed nostra. tunc bene patrono præterito datur contratab. non autem exhæredato. Et ideo cogita per te, si libertus exhæredat patronũ, quando est maior centenario, an contratabu. competat, an ha-
5 beat querelam. ¶† Item habes ex fi. glo. ꝙ bon. pos. contratab. competens patrono præterito non rumpit testamentum in totum, sed tantum competit ad legitimam, & non vltra: ideo concurrit cum secundum tab. l. sed cum patrono. in prin. ff. de bon. pos. vidistis in l. posthumo. in glo. fi. s. tit. 1. Sed contratab. quę competit liberis præteritis, rumpit testamentum in totum, vt dixi in d. l. posthumo. Et ratio diuersitatis est, ſm Odof. Alb. & Sal. hic, quia hæreditas magis debetur liberis, quàm debeatur patrono, quia debetur iure naturæ, & iure ciuili, sed quæ debetur patronis, solùm debetur iure ciuili. ¶ Adde, ꝙ idem est in bon. pos. contratab. quæ competit parenti præterito, illa non rumpit testamentum in totum, sed solùm quo ad legiti-
6 mam. l. Pantonius. in prin. ff. si à par. quis fue. manum. † Et sic habes duas differentias inter bon. pos. contratabu. quæ competit patrono præterito, & illam, quæ competit liberis præteritis. ¶ Adde tertiam dſiam, quia patronus præteritus si ℨtabulat testamentum, non tenetur præstare legata alicui, etiam coniunctis personis, etiam pro parte sua, eo quia solùm vendicat legitimam suam, quæ non debet esse onerata legatis. §. sed nostra. Instit. de succes. lib. l. si is legatum, in princ. iuncta glo. ff. de condi. & demonst. secus est in filio ℨtabulante, quia si sit emancipatus, tenetur conseruare legata coniunctis personis. l. 1. vbi declaraui. s. tit. 1. ¶ Ex his no. quartam differentiam, quia ℨtab. competens patrono præterito non potest intentari nisi adita hæreditate per hæredem. l. siue. §. excluditur. ff. de iur. patr. Ratio, quia non irritat testamentum in totum, sed aufert legitimam tantum, ſm Ange. in l. filio. §. contratabulas. ff. de inoffic. test. sed contratab. competens liberis præteritis potest intentari etiam hæreditate non adita. l. illud. §. fin. & ibi Bar. reddit rationem. ff. de bon. pos. contratab. ſm Cy. Alb. & omnes Mod. hic. ¶ Vltima differentia est, licèt non ad propositum, quia legitima, quæ debetur filijs, debet eis relinqui titulo institutionis, vt declaraui in Auth. nouissima. s. de inoffi. test. Sed illa, quæ debetur patronis, quia non est in tantum debita, potest relinqui quocunq; tit. d. l. siue. §. excluditur. Tu, vt faciat ista differentia ad propositum, dic, ꝙ patronus non habet contratabu. si sit ei relicta legitima, licèt non tit. institutionis. l. etiam. §. fi. ff. de bon. lib. & d. l. siue. §. excluditur: secus in liberis. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. Ista sunt, quæ habes ad corticem glo. ¶ Sed aliud subtilius sentit glo. ꝙ quando libertus nullos liberos habet, ꝙ isto casu semper patronus ab in test. succedit, & sic sentit gl. ꝙ patronus excludit omnes agnatos, & cognatos liber. excep. liberis, sic vult glo. & idem tenet Ioan. Fab. in §. cunque antea. Instit. de bono. pos. per tex. in l. liberto sine liberis. ff. de bon. lib. tamen dicit Ioan. Fab. ꝙ Imperator bene feciſſet istud declarare. Idem sequitur dom. Alex. hic, & non tamen faciunt mentionem de ista glo. Adde, ꝙ plus tenuit Raph. Fulgo. hic, & latius in l. 2 s. si quid in fraud. patro. ꝙ in stricta disputatione iuris patronus excludit patrem, & fratres liber. per d. l. liberto sine liberis, & l. in testato, ff. de suis, & legi. hæred. quæ sunt ho-
c die incorrectæ secundum eum. Ego valde admiror [c] de tot patribus, cùm in contrarium sit tex. expressus in §. 1. Instit. de ser. cog. & ibi glo. ad literam in verbo, alterius, vbi est text. ad literam, ꝙ patronus non excludit patrem liberti. & glo. ibi tangit, quid de fratre. ergo non est verum, ꝙ patronus excludat omnes agnatos liberti, cùm non excludat patrem, nec secundum glo. ibi fratres liberti.

ADDITIONES.

a ¶ Item. Ille tex. non probat, sed lex sequens in fi. & idem ponit in rub. ff. de acquir. pos. PVRPV.

b ¶ Bal. Quem sequitur subtilis d. Philip. Decius in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. in princip.

c ¶ Admiror. Vide glo. & d. l. liberto. quæ hoc dicit. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Quibus datur contratabu. quando sunt præteriti, illis ab inteſta. datur vnde liberi.*
2 *Dictum glo. vel Doct. debet intelligi secundum l. quam allegat.*
3 *Bono. poſſ. vnde libe. non habet locum in ſucceſſione matris.*
4 *Si actio inepta exprimatur in libello, non vitiat libellum, ex quo de neceſſitate non eſt exprimenda.*
5 *Quando aliquid de neceſſitate nõ requiritur, ſi illud interueniat, & ineptè, non vitiat.*

Vnde liberi. Rubrica.

a ¶ Capio glo. rubr. quam diuide in tres partes prin. In prima [a] continuat rubr. ad præcedens. In secunda per viam notabilis ponit vnum dictum. In tertia infert ex illo dicto. Secunda ibi, [& not. ꝙ illis.] Tertia ibi. [vnde in bonis maternis.] In secun-
1 da parte gl. intelligе hanc regulam sanè, ꝙ † quibus datur contratab. quando sunt præteriti, illis ab inteſt. datur vnde liberi: aliàs non posset dari vnde liberi, vbi non daretur contratabu. tex. est in l. fi. ff. de lib. & posthu. & in l. 1. §. fi. ff. si tab. test. nul. exta. de quarum intellectu dixi in l. posthumo. s. de bono. pos.
b contratab. quam prætor. Item adde, [b] ꝙ regula gl. etiam procedit è contra; quia illis datur contratab. qui possunt ab inteſt. succedere per vnde liberi, l. 1. in prin. & l. non putauit. in prin. ff. de contratab. & l. fi. in prin. ff. de leg. præſt. & est melior text. de iure in §. item adoptiuos. Instit. de hære. quæ ab inteſt. Et ratio est,

ADDITIONES.

a ¶ In prima. No. & limitat Bar. in l. qui autem. §. hæc editio. ff. de leg. præſt. PVRPV.

b ¶ Item adde. Adde Alexan. addentem alium text. in l. filiæ dotem. 2. colu. ĩ. de coll. Iaſ. in rub. ĩ. de car. edi. coln. 1. & in l. si emancipati. 1. col. ĩ. de coll.

c Et dic, ꝙ qui non admittitur ab inteſt. non admittitur contra teſtamentum, fallit in nepote ex fratre, qui admittitur ad ſucceden. patruo ſuo ab inteſta. non tamen poteſt intentare querelam contra teſtamentum patrui. § cùm filius. Inſti. de hęr. quæ ab inteſt. & l. fratris. C. de inoffi. teſt. nih dicas, quod hęc reg. procedit ſolùm in deſcenden. quod eſt tutius. BELLAC.

Source : BIU Cujas

est,quia frustra daretur contratab.si expugnato testamẽto postea ab intest.non succederet per vnde liberi. Intellige etiam regulam gl.non simpliciter,sed in liberis,de quib. loquitur.l.1. §.rectè. alleg. in glo. aliàs non procederet, quia patrono datur contratab.l.1.s̃.tit.1. & tamen non datur vnde liberi. ſm Fulg. & Ludo.Roma.in l.qui ſe patris.in gl.fi.j.eo.ſed in contrarium facit tex.in l.filius.§.videamus.ff.de bon.poſ.contratabu. vbi filius emancipatus,qui non potest succedere ab intest.vnà cum filio ſuo,niſi conferat,tamen potest contratabu.vnde intellige iſtam regulam,quando quis excluditur ab intest.absolutè, ille non potest contratab. ſed emancipatus non excluditur à ſucceſſione intestati absolutè,ſed niſi conferat: & vide l. prætor.in prin.ff.de colla.bon. ¶ Secundò,& fortius obſt.l.non putauit.§. in adoptionem.ff.de bon.poſ.contratabu.vbi filius adoptiuus, qui de iure ſuorum non ſuccedebat patri ab intest.ſi ſit inſtitutus,potest intentare contratab.alio committente edictum:vnde per illum tex. ſecundò limita iſtam regulam, ꝙ qui ſuccedit ab intest.non admittitur ad contratab. verum est ex perſona ſua, ſed ex perſona alterius bene potest admitti: quædam enim poſſumus ex perſona alterius,quæ non poſſumus ex noſtra.l.petendæ.C.de temp.in integ.reſti.& glo.in l.Ariſto.ff.quæ res pign.obl.poſ.Et hoc modo potes etiam reſpondere ad d.l. fi.ff.de lib.& poſth. Tertiò limita,quòd qui non ſuccedit ab intest.tamen admittitur ad rumpendum, qñ ei non opponitur ante lit.conteſt.l.poſthu.§.ſi quis ex his, & ibi Bar.ff. de inoffic. test. Per iſtas tres limitationes habes declaratam,& defenſatam iſtam regulam. Adde tamen, ꝙ iſtud vlt.non habet locum in contratab.ita Ray.& Bar.in l.filium.§.ſi quis contratabulas,per illum tex.ff.de leg.præſt.Bal.in l.fi.in fi. C. de fideicom. & in l.2. C.de re iud.Et ratio diuerſitatis traditur ex dictis glo.in l.ſi ſer-
a uus.ff.de bon.poſſ.ſecundum tab. ¶ In vlt.parte glo. [a] nunquid hodie ſit correctum,& ſic nunquid hodie habeat locum bon. poſ.in ſucceſſione matris,ponunt Ludo.Rom.& do. Alex.hic, tetigi in l.poſthumo.s̃.de bon.poſ.contratabu. quam præte. & ibi tenui contra d.Alex.hic,& ibi.Et caue in quantum d. Alex. ponderat eſſe de mente glo. hic,& in §.ſunt autem. verſi. vnde liberi.Inſti.de bon.poſ.ꝙ etiam hodie bon.poſ.vnde liberi non competat in ſucceſſione matris.nam iſtæ gl.loquuntur de iure C.patet, quia allegant.l. fin. C. de ſuis,& legi. quid autem ſit de iure Auth gl.iſtæ non dicunt: vnde non bene ponderantur per
b d.Alex.† dictum enim gl.vel Docto. debet intelligi ſm l.quam allegat,vt inquit Bart.in l.non ſolùm. §. ſi liberationis. verba.ff. de lib.leg.Sal.in l.ſi ex cautione. in 10.col.C.de non num.pecu.
3 Io.And.in c.cùm nuntius.de teſti. ¶ Item dum gl.vult † ꝙ bon. poſ. vnde liberi non habet locum in ſucceſſione matris, adde tamen ꝙ filius ſi in iudicio dicat,agnoſco bon. poſſ.vnde liberi in hæreditate matris,per hoc non vitiatur agnitio, quia non est curandum de modo, nec de nomine, dummodo cauſam habeamus.l.quoniam in dignum.C.de teſt.ſm Bald.in l.fi.in 4. col.j.vnde leg Facit quod vult idem Bal.in l. 1.in 14.col.in ver. circa primum punctum.s̃.qui admit.Facit etiam,quia nomen bon.poſ.non est de neceſſitate exprimen.ſed qualiſcunque atteſtatio ſufficit.l.fin.s̃.qui admit.ergo ſi exprimatur, & ineptè, non debet vitiare,dummodo factum aptè narretur;ſicut in ſi-
4 mili dicimus,† quod ſi actio inepta exprimatur in libello,non vitiat libellum, ex quo de neceſſitate non est exprimenda, ſecundum Inno & Doct.in c. examinata. de iudi.Bar.in l.1. circa
5 fi.prin.de eden.cum concor.† Sicut generaliter dicimus,quòd quando aliquid de neceſſitate non requiritur, ſi illud interueniat,& ineptè non vitiat.l.vnica.in prin.C.de rei vxo. act. cum ſimil.

ADDITIO.

a ¶Gl.Adde,quod habetur in l.poſthumo.col.4.ſupra tit.2.

LEX I.&II.



I auus tuus. Filij omancipati ſuccedunt æqualiter per vnde liberi: & donec est locus ſucceſſioni deſcendentium, alius ſuccedere non potest. hoc dicit cum l. ſeq.& l.1.reſpondet nepoti interroganti, & quamuis loquatur in filijs emancipatis ex contingentia facti, idem est in liberis in poteſtate,ſecundũ Cy.Alb. & Sal. hic.Et cogita quæ fuerit ratio dubitandi in iſtis ll.præſertim in prima: certè videtur deciſio penitus indubitata,præſertim exponendo tex.pro rata portione hæredes eos extitiſſe, hoc est ſucceſſores de iure præto. ſecundum gl.& Doct.hic, quia qui ſuccedit de iure prætorio, non propriè est hæres, ſed ſolùm largo ſumpto vocabulo. §. quos autem.in verbo,vice hæredum.Inſti. de bon.poſ.& l.2.ff. de bon. poſ.& in l.1.in verbo, velut hĩdes. ff. de bon.poſ.hære-
pet.Quod facit ſecundum Bal. & Sal.& Mod.hĩc,ad ſuſtentationem libẽllorum,vt latè dixi in l.fi. s̃. qui admit. Ego autem
a ſubtilius intelligo [a] tex.in ver.hæredes, vt ſtet propriè, quia qñ liberi ſuccedunt de iure prętorio,& ſic alius non potest ſuccedere de iure ciuili,nec re,nec ſpe, illa ſucceſſ. de iure prætorio facit eos directè hæredes,& propriè,vt declarat Bart. poſt Dy. in l.2.ff.de bon poſſ. efficiuntur ergo propriè tunc, & de directo hæredes, & iſtud est,quod faciebat ſubtile dubium in hac l.quia prætor non potest facere quem directò hæredẽ.§. quos autem.Inſti.de bono. poſſ. contrarium deciditur hic in verbo, hæredes eos extitiſſe,intelligendo text.propriè iuncta doctrina Bar.in d.l.2.ff.de bon.poſſ.& in l.ex aſſe.poſt glo. ibi.ff.ad Treb. per l.puberem. j. de iure delib. Potes etiam dicere,quòd ratio dubitandi fuerit in iſta l. propter nepotem,qui dubitabat, an propter eum deberetur patri ſuo maior portio, quàm alijs, quaſi ſucceſſio eſſe deberet in capita,& non in ſtirpes.

ADDITIO.

a ¶Intelligo. Adde.l.poſthumus,in prin.ff.de iniuſt.rupt. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor ſunt ſpecies liberorum,quæ hic enumerantur per ordinem, & nu.2.3.9.& 19.*
4 *Quid ſit ſuitas,ſeu exiſtentia ſuitatis.*
5 *Nepos non dicitur ſuus hæres auo,quando pater eum præcedit in gradu,quantum ad hoc vt admittatur ad rumpendum teſtamentum, ſed quantum ad hoc,vt deſtituto teſtamẽto ſuccedat ab inteſtato vt ſuus, ſufficit,ꝙ obtineat primum locum tempore quo teſtamentum deſtituitur.*
6 *Exhæredatus deſinit eſſe ſuus,licèt remaneat in poteſtate.*
7 *Quicunque filius prohibitus eſt ſuccedere patri, vel de iure communi, vel ſtatutario,non eſt ſuus.*
8 *Stante ſtatuto,quod exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant patri,tales filiæ virtute ſtatuti non ſunt ſuæ.*
10 *Caſus,in quibus quis eſt ſuus,& non in poteſtate.*
11 *Filius adoptiuus dicitur ſuus,& ſuccedit tanquam ſuus.*
12 *Exiſtentia ſui hæredis habet locum in adoptiuis, & etiam in filijs legitimatis.*
13 *Legitimatus cenſetur ſuus hæres,& ſuccedit tanquam ſuus.*
14 *Si aliquis acquirit emphyteuſim, vel feudum pro ſe, & pro ſuis hæredibus,appellatione ſuorum hæredum venit filius naturalis,vel ſpurius legitimatus ad feuda.*
15 *Legitimatus poſt teſtamentum conditum,rumpit teſtamentum, ſicut ſi verus,& proprius filius fuiſſet præteritus.*
16 *Quando nepos viuo auo eſset conceptus in vtero,ſed non natus, non eſt in poteſtate,tamen ſuccedit auo vt ſuus.*
17 *Filius in poteſtate ſi ingrediatur monaſterium, deſinit eſſe in poteſtate, tamen durat ſuus hæres patri.*
18 *Per Epiſcopalem dignitatem filius eximitur à poteſtate patris, tamen non perdit iura legitimorum.*
20 *Triplex reperitur qualitas hæredum.*
21 *Modus ſuccedendi eſt duplex, vnus de iure ciuili, alius de iure prætorio, & nu.22.& 23.*
24 *Quidam reperitur modus ſuccedendi ſecundum l.Moſaicam.*
25 *Præcepta iudicialia veteris teſtamenti non obligant in nouo.*
26 *Circa ſucceſſionem emancipatorum ſunt quatuor iura conſideranda.*
27 *Succeſſorium edictum quid ſit.*
28 *Succeſſorium edictum habet locum quadrupliciter.*
29 *Quid ſit caput,& quid gradus in materia ſucceſſorij edicti,& nu. 30.*
31 *An in ſuis hære.hodie habeat locum ſucceſſo.edictum.*
32 *An ſucceſſorium edictum habeat locum de vna perſona ad eandem meã perſonam.*
33 *Succeſſ.edictum non competit niſi volentibus.*
34 *Dictio maximè,includit caſum magis dubitabilem,& nu.35.*
36 *Dictio præſertim,quid importet.*
37 *Pater in poteſtate aui ab inteſtato præmortui,qui obſtat nepoti de iure ciuili,propter prioritatem gradus, & ſuitatem, non obſtat nepoti de iure prętorio.*
38 *Verbum ſuſcipere,importat non quidem apprehenſionem nudę poſſeſ. imò acquiſitionem dominij.*
39 *Nomen facultas,idem importat quòd hæreditas, ſeu vniuerſalis ſucceſſio.*
40 *Verbum peruenerit,importat directam ſucceſſionem de iure prætorio, non autem obliquam,ſeu fideicommiſſariam.*
41 *An per iſta verba,nego me hæredem,vel nolo eſſe hæres, vel non adire, inducatur repudiatio hæreditatis.*
42 *Regula quæ habet,ꝙ filius hæred.patris non aditam tranſmittit ex potentia ſuitatis ad quoſcunq;, non habet locum in caſu huius l.quandiu ſupereſt nepos,qui negat ſe hæredem patris,& nu.43.*

Primi-

Source : BIU Cujas

44 *Priuilegium perſonale conceſſum à l. non tranſit ad hæredes etiam ſuos.*
45 *An hodie de iure ciuili nepos poſſit venire ad ſucceſſionem aui tanquam agnatus.*
46 *Circa ſuauitatem non eſt quærendum, nec tractandum de ſucceſſorio edicto.*
47 *Regula, quæ habet, q hæreditas non adita tranſmittitur ex potentia ſuitatis ad quoſcunque, fallit quando ſupereſt nepos ex tali filio.*
48 *Facultates, ſeu bona intelliguntur ſine aliquo onere.*
49 *Emancipati hodie veniunt ad legitimam ſucceſſionem.*
50 *Nepos natus, & conceptus poſt emancipationem filij, patris eiuſdem nepotis, non eſt agnatus auo, imò nec ipſe filius emancipatus.*
51 *Vaſallus regulariter de feudo teſtari non poteſt.*
52 *Stante ſtatuto q agnati litigantes compellantur ad compromiſſum, cùm tale ſtatutum ſit fauorabile, quia inductum ad amouendas lites inter agnatos, ſub tali ſtatuto comprehenduntur emancipati, non tamen filij legitimi, vt infra nu. 53.*
54 *De iure communi nemo inuitus cogitur facere compromiſſum.*
55 *Statutum cogens agnatos ad compromiſſum dicitur fauorabile.*
56 *Statuta, quæ reſpiciunt publicam vtilitatem principaliter, cenſentur fauorabilia.*
57 *Statutum diſponens, quòd exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant, dicitur fauorabile ex parte maſculorum, & ideo eſt extendendum.*
58 *Etiam quando ſtatutum eſt fauorabile verba non debent impropriè intelligi.*
59 *Statutum cogens affines ad compromittendum, comprehendit eos, qui ſunt in ſecundo genere affinitatis.*
60 *Statutum cogens agnatos ad compromiſſum, comprehendit etiam eos, qui largè, & impropriè ſunt agnati.*
61 *Si filius fam. non habeat peculium caſtrenſe, & an olim, & hodie poſſit teſtari.*
62 *Remedia, quæ competunt filio, non competunt patri.*

LEX III.

Si ſe patris. In iſta l. exorditur Bart. q iſta l. eſt difficilior, quę ſit in toto C. & Paul. de Caſt. dicit q iſta l. cum gl. ſuis dicitur horribilis non ſolum ſcholaribus ſed etiam Doct. valentibus. Dicunt etiam Cy. & Albe. hic in prin. q iſta l. reputatur difficilis, ſed non vtilis per aduocatos ignorantes, q nunquam ſtuduerunt in hac l. ſed ſecundum eos eſt ſummè vtilis, & ſummè neceſſaria: ideo ad eam eſt diligẽter aduertendum. Tu ergo conſidera, q iſta l. iunctis gl. ſuis tractat principaliter de trib. ſcilicet de perſonis ſuccedentium, de modo ſuccedendi, & de ſucceſſorio edicto, ita triplicia euidentialia ponam, quædam reſpiciunt perſonas ſuccedentium, quædam modum ſuccedendi, quædam ſucceſſorium edictum. ¶ Circa
a ergo perſonas ſuccedentium [a] debes præmittere, ſm Bald. hic, & Bal. in l. ſi filius hæres. ff. de lib. & poſthu. ſed plenius loquar
1 quàm ipſe, † q quadruplex eſt ſpecies liberorũ, quidam ſunt ſui, & in poteſtate, vt ſunt filij tenentes primum locum, vt declarat tex. in §. ſui. Inſti. de hære. quali. & differ. & ceſſantibus filijs, hoc eſt mortuis, nepotes viuo auo ſubintrant in locum filiorum, & iſti ſunt etiam ſui, & in poteſtate d. §. ſui. & l. 1. §. ſi filius. & §. ſequ. ff. de ſuis, & legi. & l. Gallus. in princ. & per totum. ff. de lib. & poſthu. & l. ſi quis filio exhæredato. §. 1. ff. de iniuſt. rup. & l. poſthumorum. eo. tit. cum mille ſim. & iſtud p cedit etiam ſi ſint filij legitimati, vt dixi ſ. in fol. ſeq. in prima fa
2 cie ad fin. ſed hic cadit. ¶ † Quidam, & ſecundò [b] ſunt liberi in
b poteſtate, ſed non ſunt ſui, vt eſt ſi auus habeat filios, & ex filijs nepotes, & pronepotes, omnes iſti bene ſunt in poteſtate aui, tamen donec ſuperſunt filij, qui tenent primum gradum; nepotes, & pronepotes, licèt ſint in poteſtate aui, tñ non ſunt ſui hæredes, quare? quia ſuitas eſt ita nobilis, q non capit niſi vnum gradum. l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis, & legi. iuncto. d. §. ſui. Inſtitut de hære & quali. diffe. l. ſi quis poſthumos. ff. de libe. & poſthu. Et ſic exiſtentes in poteſtate, ſed non tenentes primũ locum, non ſunt propriè ſui, largo tamen modo appellantur ſui. l. ſuus quoque. in prin. ff. de hæred. inſtitut. glo. in l. ſed & ſi
3 in conditione §. nepotes. eod. titu. † Sed tu intellige ſanè, q nepotes, & pronepotes donec extant filij, non ſunt ſui hæredes auo, verum eſt quantum ad ſuccedendum ab inteſt. vel contra teſtamentum ſi eſſent præteriti, vel exhæredati, ſed in teſtamento bene poſſunt eſſe ſui hæredes auo, quando auus in teſtamento exhæredaſſet filium, & inſtituat nepotes in teſtamento, tales nepotes ex teſtamento ſunt ſui hæredes auo, abſque aliqua immixtione: & ratio eſt, quia talis qui præcedit, ex quo eſt exhæredatus, habetur pro mortuo. l. 1. §. ſi pater. ff. de coniungen. cum emancip. lib. Intellige, q habetur pro mortuo,
c quando nepotes [c] ſunt inſtituti, quo caſu efficiuntur ſui hæredes auo: ſed ſi eſſent præteriti, filius exhæredatus [d] non habetur pro mortuo, donec naturaliter viuit, quia nepotes quamuis præteriti non rumpunt teſtamentum. l. ſi quis filio exhęredato. in princip. ff. de iniuſt. rup. d. l. ſi quis poſthumos. §. 1. ſed quando filius tenens primum locum eſt exhæredatus, nepotes autem inſtituti, tunc habetur exhæredatus pro mortuo, quantùm ad hoc vt nepotes inſtituti cenſeantur ſui hæredes auo, text. eſt ſolennis in l. qui in aliena. § interdum, & ibi Barto. in 3. oppo. ſic declarat, & omnes ſequuntur. ff. de acquiren. hæred. & eſt mirabilis caſus ſecundum Bald. ibi. Et dicit Ioan. Fab. in d. §. ſui, q per ilium. §. interdum, limitantur omnia iura de mundo, quæ dicunt, q nepotes, qui non obtinent primum locum, non poſſunt dici ſui hæredes, quia intelliguntur ab inteſt. vel ex teſtamento contra voluntatem aui, ſed ſecundum voluntatem, quando ſunt inſtituti, bene dicuntur ſui hæredes. Ita illũ text. not. ad hoc, & reputat ſingu. Ioan. de Imol. in cap. Raynutius. de teſta. & in l. ſub conditione. ff. de lib. & poſtu. ſed habes conſimilem text. & meliorem in l. filius patroni. ff. de bon. libe. quem pro concordan. alleg. Barto. in l. fin. in 3. colum. ff. de con di. inſtit. Ego vltra alios puto, quòd ſit alia ratio d. §. interdum. nam ego conſidero, q ſuitas non capit niſi vnum gradum: & ideo donec ſunt filij, nepotes non poſſunt dici ſui: ſed conſidera, quòd exhæredatio facit quem deſinere eſſe ſuum hęredem, ſuitas enim nihil aliud eſt niſi reſpectu hæreditatis paternæ, cuius dominium ipſo iure continuatur à patre in filium, ideo dicuntur ſui hæredes, quia etiam viuo patre quodammodo ſunt domini. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. & d. §. ſui. dicta ergo ſuitas tollitur per exhæredationem, quando filius eſt exhæredatus à patre, ita habes text. & ibi pulchrè Barto. in l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis, & leg. vt ſ. proximè referam. Quando ergo filius eſt exhæredatus, & deſinit ſuitas eſſe in primo gradu, meritò tranſit ad ſecundum gradum. Et ſi diceretur, quòd attenta
e iſta ratione pro vera, q filius exhæredatus [e] deſinat eſſe ſuus, & per hoc nepos efficiatur ſuus, ſequeretur, q filio exhęredato nepos, qui dicitur ſuus, ſi eſſet præteritus, rumperet teſtamentum, & tamen iſtud eſt falſum. l. ſi quis poſthumos. §. 1. ff. de lib. & poſth. l. poſthumorum. ff. de iniuſt. rup. & iſtud eſt, in quo valde admiratur dom. Alex. in d. l. ſi quis poſthumos. §. 1. nam cùm filius exhæredatus debeat haberi perinde acſi non eſſet in rerum natura. l. ſi proponas. §. fi. ff. de inoffi. teſta. no. Docto. in l. planè. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. quare ergo filio exhæredato nepos non ſemper dicitur ſuus? nec aliter, nec aliud reſpondet. Cogitabam ſi poſſet dici, quòd filius in poteſtate, quando eſt exhæredatus, deſinit eſſe ſuus non facto legis, ſed hominis eum exhæredantis: ideo facit locum in ſuitate nepotibus, quãdo pater iſtud vult, hoc eſt, quando nepotes inſtituit, iuribus præalleg. Secus, quando præterit, vel decedit ab inteſt. Confirmantur prædicta per illud, quod dicit Bald. in l. apud hoſtes.
4 in 2. colum. C. de ſuis, & leg. † vbi quærit, quid eſt ſuitas, ſeu exiſtentia ſuitatis: & reſpondet, quòd eſt quid intellectuale, propter quod quis immiſcetur à l. ignorans ſucceſſioni patris mediante continuatione dominij: ergo cùm per exhæredationem iſtud intellectuale tollatur, per conſequens deſinit ſuitas. Tamen caue, quia Bald. ibi reprobat talem diffinitionem. ¶ Adde etiam, q in d. l. qui in aliena. §. interdum. eſt text. ad alia tria. Primò, quòd filius in poteſtate acquirit hæreditatem abſque eo, quòd præcedat iuſſus patris, eo quia lex ipſo iure facit eum hæredem, ſicut in l. in conditionibus. §. ſi patronus. ff. de condi. & demonſtra. & ita limitatur. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquirend. hæredita. Secundò ibi eſt caſus, in quo filius exhæredatus efficitur ſuus, & neceſſarius hæres patri exhęredanti, & hoc propter perſonam nepotis inſtituti. Tertiò ibi eſt caſus, in quo ſuitas confirmat exhæredationem abſque alia additione, & ita no. ibi dom. Alexan. in fi. & ita limitatur. l. filium. §. ſed cùm exhæredatio. ff. de bono. poſſeſ. contratabu. & l. Papi-
5 nianus. §. ſi conditionis. ff. de inoffic. teſta. ¶ † Secundò intellige illud, quod dixi, quòd nepos non dicitur ſuus hæres auo,

quando

ADDITIONES.

a ¶ Succedentium. Et agnati dicuntur ſui. Bar. lib. 1. conſ. 28. colum. penul. PVRPV.

b ¶ Secundo. Adde, & vide quæ idem Iaſ. ſcribit in l. Gallus. §. etiam. primo no. ff. de lib. & poſthu.

c ¶ Nepotes. Eſt contra caſum. d. §. ſi pater. vbi emancipatus exhęredatus, filius in poteſtate, & nepos præteriti, & contra. l. ſi quis filio, vbi ab inteſt. iura ſuitatis quo ad quid habent. PVRPV.

d ¶ Filius exhæredatus. Adde, quòd imò filio exhæredato ſi nepos ſit præteritus etiam hodie querelat teſtamentum l. ſi quis filium. vbi Bar, C. de inoffi. teſta. Bar. in l. ſuus. col. fi. ff. de lib. & poſthu. vbi etiam Iaſ. & idem Iaſo. in rub. col. 4. infra de ſucceſ. edic. BELLAC.

e ¶ Filius exhæredatus. Adde Bar. in l. 1. in §. ſciendum. de ſuis, & leg.

Source : BIU Cujas

quando pater eum præcedit in gradu, verum est, vt dixi, quantum ad hoc vt admittatur ad rumpendum testamentum, vel quando nullum esset conditum testamentum; sed quantum ad hoc vt destituto testamento succedat ab intest. vt suus, sufficit quòd obtineat primum locum tempore, quo testamentum destituitur: vnde si auus fecisset testamentum, in quo exhæredasset filium, & nepotem præterijsset, instituto extraneo: deinde mortuo auo moriatur filius exhæredatus, & scriptus hæres repudiet, vel aliter excludatur, ita ℘ testamentum reducatur ad causam intesta. certe nepos efficitur suus hæres auo, eo quia licèt non esset primus tempore mortis aui in gradu, tamen satis est, ℘ reperiatur primus tempore, quo testamẽtum destituitur ad hoc, vt dicatur suus. text. est in l. si quis filio exhæredato, & ibi Barto. ad hoc no. ff. de iniust. rup. & istum casum posuit gl. nostra post prin. allegando ad hoc text. meliorem de jure in l. scripto. vbi Iurisconsul. disputat. ff. vnde lib. & in l. 1. §.
6 sciendum. ff. de suis, & leg. ¶† Vltra Bald. addo alium casum, in quo filius dicitur in potestate, sed non est suus, scilicet, quando pater exhæredat filium in potestate, nam exhæredatus desinit esse suus, licèt remaneat in potestate, ita expressè dicit Bart. in
7 d. l. 1. §. sciendum. per illum tex. per quem infert Barto. † ℘ quicunq; filius prohibitus succedere patri, vel de iure communi,
a vel de iure statutario non est suus: & per hoc singulariter [a] in-
8 fert Barto. & eius decisionem plurimum extollunt omnes, † ℘ stante statuto in ciuitate, ℘ existentibus filijs masculis filiæ fœminæ non succedant patri, tales filiæ virtute statuti non sunt suæ, quod est notabile, & prodest scire ad multa secundum eum. Idem tenet Bald. in l. maximum vitium, circa fin. C. de libe. præte. & in l. cunctos populos. C. de summa Trini. sequitur Imol. in l. ventre. ff. de acquiren. hæred. & Ludo. Rom. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Treb. & ibi dom. Alex. ad fin. simpliciter refert. ¶ Intellige istam decis. Barto. procedere, quan
b do statutum simpliciter excluderet filiam [b] existentibus masculis, tunc, tanquam exhæredata à statuto, non est sua hæres. Sed si statutum disponeret, quòd filiæ debeant dotari, tunc quia dos succedit loco legitimę. l. quoniam nouella, vbi Saly. ad hoc not. C. de inoffi. testa. no. Docto. præsertim Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonst. ergo cùm statutum velit filias fœminas debere esse dotatas, & per consequens debere habere legitimam, certè tunc non dicuntur ex-
c hæredatæ à statuto. l. Papinianus. §. si quis [c] mortis, & ibi ad hoc no. Ang. ff. de inoffic. test. per consequens tunc non desinit esse sua. imò plus mirabiliter dixit Bal. nec alibi legi, in d. l. apud hostes. in 2. colum. quòd si filius sit institutus à patre in certa re, vel minus legitima, & agat ad supplementum legitimæ per l. omnimodo, & l. scimus. in prin. C. de inoffi. test. vel si est exhæredatus, & agat querela, & obtineat, semper & omni casu succedit vt suus, & censetur suus, quamuis in eum non continuetur dominium, tamen non allegat ad hoc legem nec rationem. ¶ Secundo limita decisionem Barto. procedere, nisi talis filia esset instituta à patre in testamento, quia cẽsetur sua, quia tunc statutum non vendicat locum, cùm procedat ab intesta. vel contra testamentum. Istas duas limit. tradit, & plenius do. Alex. in cons. 131. quod incip. transmissum est ad me nuper cõ-
9 silium. in 1. not. ¶† Tertio, † quidam sunt è contra sui, sed non in potestate, vt est posthu. qui natus est post mortem patris. l. fi. ff. de colla. bon. l. fi. ff. de assig. lib. nam quando est natus, dicitur esse suus hęres patri, siue ab intestato, siue ad rumpendum testamentum. l. posthumo. s̃. de bon. poss. contratabu. quia omnia iura conseruantur posthumo, quando nascitur, acsi esset natus viuo patre. l. antiqui. ff. si pars hære. peta. & pro hoc vltra Bald. allego meliorem text. de iure in §. posthumi. Institut. de hære. quæ ab intest. deferun. & in l. intestato. C. de suis, & legi. Ante tamen quàm nascatur posthumus, non est suus, vt expressè dicit Bald. in l. si pater. in 9. oppo. C. de instit. & substitu. quamuis contrarium velit glo. si subtiliter inspicias, in d. §. posthumi. dum dicit, quòd ratio est, quia donec est in ventre, habetur pro iam nato, de quo dixi in d. l. posthumo, vbi vide.
10 ¶† Vltra Bald. addo alios not. casus, in quibus quis est suus, & non in potestate, nam filius substitutus à patre pupillariter fratri suo impuberi, est suus, & necessarius hæres fratris sui impuberis, & eius hæreditatem non aditam transmittit ex potentia suitatis: & tamen liquidum est, quòd non est in potestate fratris sui, text. est in l. sed si plures. §. quos possum, & ibi Barto. & alij notant ad hoc multum. ff. de vulg. & pupil. & text. notabilis in l. si pupil. ad fin. princip. in versicu. cæterum. ff. de acqu. hęred. Barto. in l. 2. ad fin. princip. ff. de vulg. & pupil. Tu cauc, quod ibi non est suus hæres fratri, sed solùm patri, licèt ex potentia suitatis transmittat etiam hæreditatem fratris, quæ quantum ad hoc censetur eadem cum illa patris, cùm ex eodem
11 testamento deferatur. l. patris, & filij. ff. de vulg. & pupil. † Eo-

d dem modo filius adoptiuus [d] quamuis hodie non transeat in potestatem adoptantis, nisi sit adoptatus ab auo materno, vel paterno. §. sed hodie. Institut. de adopt. tamen talis filius adoptiuus dicitur suus, & succedit tanquam suus, text. est in l. cùm in adoptiuis. in vltim. colum. in princip. in versic. [habere eum etiam sui hæredis ius.] C. de adopt. & ibi Bald. in 3. colum. ad hoc notans istum text. dicit esse mirabile, quòd quis sit suus, & non in potestate. Idem videtur probare text. Institut. quibus modis testa. infirm. in princip. quamuis necessariò text. ille intelligi debeat in adoptato ab auo paterno, vel materno, ita ℘ transeat in potestatem: aliàs non procederet ille text. quia aliàs præteritus non rumperet testamentum. d. l. cùm in adoptiuis. §.
12 sed ne articulum. ¶† Adde etiam, quod dicit Bald. in l. eam
e quam. in 2. colum. C. de fideicom. quòd existentia sui hæredis
13 habet locum in adoptiuis, & etiam in filijs legitimatis; [e] quod vltimum diligenter not. quia non recolo alibi me legisse, † ℘ legitimatus censeatur suus hæres, & succedat tanquam suus,
f licèt text. dicat, quòd legitimatus [f] bene transit in potestatem legitimantis patris. §. generaliter. in Authen. quibus modis nat. effic. sui. sed quòd sit suus, non legi alibi præter Bal. nisi tu ponderares illam rubr. quibus modis natu. effic. sui, considerans an
14 illa dictio sui, stet propriè, vel ne. † Facit, quia si aliquis acquirit emphyteusim, vel feudum pro se, & suis hæredibus, quòd appellatione suorum hæredum venit filius naturalis, vel spurius legitimatus ad feuda. Rapha. Cuma. in consi. 216. incip. Reuerendus pater dominus Episcopus Vicen. in 5. colum. quia sunt verè filij, & verè legitimi, siue ius naturale, siue ius ciuile attendamus, vt in Authen. quibus modis natu. effic. sui. per totum. Faceret illud, quod dicit Barto. quòd legitimatus censetur verè legitimus, vt dixi in l. 1. s̃. de bono. possess. contratabu.
15 † Hinc est, quòd legitimatus post testamentum [g] conditum
g rumpit testamentum, sicut si verus, & proprius filius fuisset pręteritus, secundum Bald. & Moder. in l. filius à patre. §. 1. ff. de lib. & posthu. & Bald. in d. l. cùm in adoptiuis. in 3. colum. cum concord. quas plenè ponam super rubr. j̃. de posthu. hære. in-
16 stit. vbi reseruo. ¶† Alius casus est, quando nepos viuo auo esset conceptus in vtero, sed non natus, iste non est in potestate: certè si moriatur auus condito testamento, in quo exhæredauerit filium, qui etiam sit mortuus, & hæres scriptus repudiet, & alter abstineat ab hæredit. certè nepos natus post mortem succedit vt suus auo, & sic est suus, dato ℘ nunquam fuerit in potestate, text. est in d. l. si quis filio ex hęredato. in princip. ff. de iniust. rup. cum alijs iurib. s̃. alleg. in secunda specie liberorum.
17 ¶† Alius casus est, q̃ filius in potestate ingreditur monasterium: nam desinit esse in potestate patris, cùm transeat in potestatem Abbatis. gl. est ordi. in l. si ex cã. §. pen. ff. de mino. tex. in c. indecorum. de ætate, & quali. & tñ durat suus hęres patri, & succedit sicut suus. tex. est in l. Deo nobis. C. de episco. & cler. & ibi Cy. & Bal. ad hoc notant. Bar. in l. item in potestate. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. Bal. in l. apud hostes. in vlt. col. C. de suis, & legi. & l. sub conditione. ff. de lib. & postu. Bald. in d. l. cùm in adoptiuis. in 3. col. in fi. C. de adop. & Bal. hic in 1. colum. Bar. in Auth. si qua mulier. in 2. col. & ibi Bal. in pen. colu. C. de sacros. eccle. & Bal. & Ang. in l. nepotes. ff. de his, qui sunt sui. quamuis ꝛrium, & malè teneat Ang. in d. l. sub conditione. qui reprehen-
18 ditur per Mod. ibi. † Similiter per episcopalem dignitatem filius eximitur à patria potestate, vt in Auth. presbyteros. C. de
h episc. & cler. & similiter dignitas sacerdotalis [h] ordinis liberat à patria potestate, ſm Host. in c. indecorum. de ætate, & qualit. &

tamen

ADDITIONES.

a ¶ Singulariter. Adde Bar. in l. 1. §. si pater. col. 2. versi. ex hoc concludo. ff. de coniungen. cum emancip. libe. PVRPV.

b ¶ Excluderet filiã. Adde Bart. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Bar. in l. 1. ff. ad Tertul.

c ¶ Si quis. Adde Alex. in l. filiæ dotem. 2. colum. j̃. de collat. PVRPV.

d ¶ Filius adoptiuus. Adde gl. in c. 1. de cog. le. Instit. de adop. in §. sed hodie.

e ¶ In filijs legitimatis. Adde An. Ro. in tract. de legitimatione.

f ¶ Quòd legitimatus. Adde Card. Alex. in repe. c. per venerabilem, qui fil. sint legitimi.

g ¶ Legitimatus post testamentum. Adde Bal. & Bart in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Io. de Imol. in l. ex facto ff. de vulg. & pupil. Bal. in addi. Spec. in tit. de succes. ab intest. ver. no. quòd legitimatio.

h ¶ Sacerdotalis. Adde Docto. in c. quia nos. de testa. Doct. in c. si annum quartum decimum. in §. in huiusmodi. de iud. lib. 6. Card. Alex. in c. per venerabilem. in §. quod autem. qui fil. sint legi.

* Declara, vt per Cate. ver. sacerdotium. eundem Ias. in l. in pupillari. num. 9. & in l. moribus. nu. 22. ff. de vulg. Pract. Masuer. tit. de excep. nu. 23. Boer. q. 121. nu. 12. Rol. an. cons. 35. nu. 19. lib. 3. Quid in clericis secularibus, vide Boer. d. q. Abb. in c. cùm desideres. de sent. excom. in c. in præsentia. de proba. & quomodo dissoluatur patria potestas, dic, vt per Villal. inter com. opi. lib. 14. ver. patria potestas. Ias. in l. patre furioso. nu. 46. & seq. ff. de his qui sunt sui. MASVER.

Source : BIU Cujas

Ias. super Secunda Codicis.

tamen iura legitimorum non pdit. §. illud. in Auth. consti. quæ de digni. Item & suitatem, quia non desinit esse in potestate præteritus, nisi sit sibi commodum, & non aliter. glo. in l. si ex causa. §. Papi. & ibi Bar. ff. de mino. Bar. in l. item in potestate, & in l. filium. ff. de his, qui sunt sui. Bal. in d. l. Deo nobis, & l. apud
19 hostes. C. de suis, & legit. ¶† Alij, & quartò sunt filij, qui non sunt sui, nec in potestate, prout sunt emancipati filij. Item nepotes nati, & concepti post mortem aui. §. 1. Insti. de hære. qua-
20 li. & disse. ¶† Et iuxta hæc subiungit Bal. in secundo euidentiali reperiri triplicem qualitatem hæredum: aliqui sunt sui, & necessarij, aliqui necessarij tantum, alij merè voluntatij, quos ad literam declarat tex. Insti. de hære. quali. & diffe. ideo non refero. ¶ Debes etiam aduertere, quòd circa successionem nepotum habes tria iura principaliter: Primò legem istam declarantem, qualiter nepos ab intestato possit succedere auo. Secundum ius est l. Gallus. cum sim. ff. de lib. & posthu. quæ tractat de modo tumpendi testamentum aui, quando nepos est præteritus. Tertium ius est l. si quis filium. §. fi. C. de inofficio. testa. tractans de querela non præparata, quę transmittitur ad nepotes. Et ista sufficiant quantum ad primum, scilicet quātum ad per-
21 sonas succedentium. ¶† Circa secundum scilicet circa modum succedendi, dic, ꝙ est duplex, vnus de iure ciuili, alius de iure prætorito. Modus succedendi de iure ciuili etiam est duplex, vnus ex testamento, nam quicunque institutus est hæres, de iure ciuili ex testamento succedit. l. lege obuenire. ff. de verb. signifi. iunctis pulchrè declaratis in euidentialib. l. vnicæ. ℨ. qñ non per. par. vbi declaraui, an talis propriè, & strictè sit legiti-
22 ma successio. † Alius, & secundus est modus succedendi de iure ciuili ab intestato: & hic debes considerare quatuor iura. Primum fuit ius antiquissimum legis 12. tabularum, quo iure ab intestato solùm duo succedebant, scilicet sui hæredes, & il-
a lis non extantibus proximus agnatus: [a] aliàs statim admitteba tur fiscus, vt Insti. de leg. agna. succes. in prin. & l. fin. ff. de succe. edi. & l. 2. in prin. cū glo. & §. 1. ff. de suis, & leg. & clarius patet in §. si plures. iuncto §. placebat. Insti. de leg. agna. succes. & verba eius ponuntur in l. pronunciatio. §. 1. ff. de verb. sign. nam verba illius. l. 12. tabul. erant ista: [non existente suo hærede, proximus agnatus familiam defuncti habeto.] Verùm, quia ista l. erat nimium rigorosa, & nimium fauebat fisco, cùm excluderet matrem à successione filij, & ècontra, item excludebat omnes cognatos, ideo secundo loco factum est secundum ius ciuile, scilicet Senatusconsultum Tertulianum, quo cautum est, quòd mortuo filio ab intest. succedat mater, & non fiscus: eodem modo factum est Senatusconsul. Orficianum, quo statutum est, quòd matri mortuæ succedat filius, & non fiscus. toto titulo ad Senatusconsultum Tertul. & Orficianum. Superuenit posteà tertium ius, scilicet prætorium, quo iure excluso proximo agnato non succedebat fiscus, sed succedebant cognati. Hinc dicimus, quòd cognati erant incogniti de iure ciuili, sed prætor eos admisit. l. fina. vbi dicetur. ℨ. vnde leg. l. 1. in princip. ff. vnde cogn. & Institu. de succes. cog. in princip. Hinc considerato iure prætorio resultat maxima iniquitas, ad quam prætores non aduerterunt. Pone, mortuus est aliquis ab intest. relictis pluribus agnatis. Item relictis pluribus cognatis. pone, ꝙ primus agnatus excludatur, alij omnes sunt excluſi: quia per l. 12. tabu. solùm proximus agnatus succedebat: pone, ꝙ reperiebatur vnus cognatus longè inferioris gradus, quàm esset aliquis de agnatis stantibus, certè de iure prætorio ille cognatus succedebat quamuis remotissimus in gradu, & non aliquis de agnatis: ideo superuenit quartum ius, & est illud, quo vtimur, & est ius Authen. quo iure sublata est differentia agnationis, & cognationis, & vsque ad 10 gradum agnati, & cognati admittuntur, salua prærogatiua, quia qui est proximior, præfertur, non attento an sit agnatus, vel cognatus. §. reliquum. in Auth.
23 de hæred. quæ ab intest. ¶ † Secundus modus succedendi de de iure præto de quo tractant tituli, quos legimus nunc, & iste etiam est duplex: vnus ex testamento, qui dupliciter competit, primo scriptis hæredibus secundum testamentum. Item & præteritis contra testamentum: alius est ab intest. & habet quatuor capita, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, & vnde vir,
24 & vxor, de quibus videbitis in istis titu. ¶† Adde etiam, quòd est alius modus succedendi secundum legem Mosaicam, & sic veteris testamenti, quæ traditur numeri. 27. cap. Et est iste; Homo cùm mortuus fuerit absque filijs, ad filiam eius transibit hæreditas. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos: quòd si fratres non fuerint, dabit is hæreditatem fratribus patris eius. Si autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui proximi sunt. Eritque hoc filijs Israel sanctum lege perpetua. Et ita refert Ange. in consi. 191. super puncto videtur prima fronte, in vltim. colum. Et not. quòd inter Iu-
b dæos [b] adhuc de præsenti non seruantur in successionibus leges nostræ, sed ista lex Mosaica, vt pulchrè consuluit Io. Calde. in consi. 11. posito super rubrica de constitu. quod incip. factum super quo consilium petitur, tale supponitur: Matheſias, &c. Et idem Calder. in consilio 10. incip. lex Mosaica. in eodem titulo, de constitu. & in titu. de consuetud. in consil. 2. quod incip. Consuetudo, quæ habet, & in titu. de test. consi. 30. Ludo. Roma. in consil. 154. incip. Præmissum laudum. ad finem. Et refert Flor. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. ita fuisse consultum in hæreditate cuiusdam Iudæi, quæ erat 30.
c millia ducatorum. Tamen ista lex [c] veteris testamenti hodie non vendicat sibi locum inter Christianos, ex quo ius ciuile.
25 aliter disposuit, † cùm præcepta iudicialia [d] veteris testamen-
d ti non obligent in nouo, nisi in nouo sint approbata, vt not. in. 6. distin. §. his ita. & cap. fin. Et ita tenet expressè Ioan. de Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta. in 3. colum. ad fina. ff. de
26 verborum obligat. ¶† Item præmitte, quòd circa successionem emancipatorum quatuor iura debent esse in consideratione. Primum fuit ius ciuile fforum, & C. vsque ad hæc tempora, quo iure filij emancipati à patre reputabantur penitus extranei, & non cognoscebantur à iure ciuili, nec ab intest. succedebant. §. emancipatos. Institut. de exhæred. libe. §. emancipati. Institu. de hæred. quæ ab intest. Secundum ius est prætorium, quo iure filij emancipati sunt cogniti à prætore, & succedunt quemadmodum filij in potestate, rescissa emancipatione. Instit. de bono. possess. & l. sed cum patrono. §. 1. ff. de bonor. possess. Verùm, quia attento iure ciuili, si pater habens filium, & nepotem vtrunque in potestate si emancipat filium, nepos statim subintrat in locum patris, & efficitur suus auo. §. sui. Institut. de hæred. qualita. & diffe. & ideo de iure ciuili nepos in totum succedebat auo, quia filius emancipatus licet præcederet in gradu, reputabatur penitus extraneus, prætor ergo admittendo emancipatos, sicut si essent in potestate, fecit iniuriam nepoti, & ideo ad eam mitigandam fecit edictum de coniungendis cum emancip. lib. per quod disposuit, quod isto casu nepos simul, & semel succedat cum filio emancipato, & super hoc erit. 1. pulchrum dubium, nunquid ille titulus sit correctus attento, quòd hodie de iure ciuili sublata est differentia emancipationis, & patriæ potestatis, & sic cessat iniuria prætoris, cùm emancipatus hodie de iure ciuili succedat. Tertium ius est in consideratione. l. meminimus. ℨ. de leg. hær. per quam statutum est nouiter, quod emancipati succedant ab intesta. ad similitudinem suorum, non tamen dicit, quòd sint sui: ideo fuit pulchrum dubium, nunquid emancipati hæreditatem patris non aditam transmittant ex potentia suitatis: de quo dixi in l. emancipata. sup. qui admit. Quartum, & vltim. est ius Authenticorum, quo iure sublata est omnis differentia emancipationis, & patriæ potestatis. §. nullam vero, in Authen. de hęred. quæ ab intesta. intellige secundum naturam illius tituli, quantum ab intestato, sed condito testamento durat adhuc differentia, vt videbitis per gloss. in l. si emancipati, vbi declarabo. ℨ. de colla. & hæc sufficiant quantum ad secun-
27 dum, scilicet quantum ad modum succedendi. ¶† Circa tertium, scilicet circa successorium edictum debes scire, quid sit successorium edictum. dic, quod successorium edictum est, ꝙ prioribus non petentibus sequentes admittuntur, text. in
28 l. 1. in fin. & ibi glo. vltim. ℨ. de succes. edicto. † Et istud succes. edictum habet locum quadrupliciter: aliquando de capite in caput; aliquando de gradu in gradum: aliquando de persona in personam: aliquando, & quarto mixta consideratione ca-
29 pitis, & gradus simul, & semel. † Quid autem sit caput, quid sit gradus, declarat Bald. diffiniendo in rubr. ℨ. de succes. edict. circa princip. Caput enim nihil aliud est in ista materia nisi quædam digressio, puta de liberis ad agnatos, de agnatis ad cognatos. Gradus autem est dinumeratio in eadem linea per superius, & inferius, & ex latere, secundum Bald. licèt huic diffinitioni obstet text. in l. vnica, in princip. ff. si tabu. testa. nul. exta.

¶† Circa

ADDITIONES.

a ¶ Agnatus. Adde Alex. & Ias. in l. illam. ℨ. de colla. in 1. euiden. PVRPV.

b ¶ Quod inter Iudæos. Adde Spec. in tit. de Iudæ. in §. 1.

c Ista l. Amplıatur ergo ad Iudæos in omni casu, vbi lex Mosaica disponit, Barba. lib. 3. consi. 65. illud. col. pen. & fin. PVRPV.

d ¶ Iudicialia. Adde, quod præcepta iudicialia veteris testamenti tendentia ad decisionem causarum, vel imponentia certam pœnam pro delicto, non obligant, nec seruari debent nisi quatenus per haben. potestatem l. conden. post legem noui testamenti fuerint approbata, teste Alex. consi. 13. num. 19. lib. 7. Rol. consi. 35. num. 46. lib. 2. Quid de præceptis veteris testamenti figuratiuis, seu continen. ceremonias, & dic, ꝙ non sunt obseruanda, secus si mores contineant, Abb. in titu. de purifi. post par. quæ omnia declara, vt per Rob. de ordi. iudi. 3. parte prin. c. 3. nu. 13. MASVER.

Source : BIU Cujas

30 ¶† Circa ergo caput debes ſcire, quòd ſunt quatuor capita, liberorum, agnatorum, cognatorum, & vnde vir & vxor, & in omni capite poteſt habere locum ſucceſ. edic. de capite in caput: puta deficente capite liberorum, quia nulli ſint, vel ſint excluſi, ſuccedit ſecundum caput agnatorum, & ſic habet locum ſucceſ. edic. hęc eſt quędam tranſgreſſio ſucceſſionis de vno capite ad aliud, & ſic ſucceſſiuè. l. poſt conſanguineos. in princip. ff. de ſuis & legit. l. 1. in princip. ff. ſi tabu. teſta. nul. ext. & a Inſti. de leg. agna. ſucceſ. in prin. Fallit in ſuis, [a] hoc eſt in filijs in poteſtate, vel in ſimilibus, in quibus non poteſt habere locum ſucceſſo. edict. quia de iure ciuili filij in poteſtate velint nolint ſunt ſui hæredes: ideo non poteſt deficere eorum caput. Exiſtentibus ergo ſuis, non eſt tractandum de aliquo ſucceſ. edic. nec de capite in caput, nec de gradu in gradum, vt tenet glo. in rub. ff. de ſucceſ. edic. ita etiam tenet Bart. in l. 1. §. poſt ſuos. ff. de ſuis & legi. & dom. Alexan. hic in 1. & 9. colum. circa fin. & ratio eſt, quia ſuis exiſtentibus non poteſt deficere locus, quia de iure ciuili ſunt ſui, & neceſſarij hæredes. Hinc videbimus infra, nunquid attento, quòd ſuis hæredibus eſt datum beneficium abſtinendi, quod permittit prætor. §. ſed his prętor. Inſti. de hę-
31 redi. quali. & diffe. † nunquid in ſuis hęredibus hodie habeat locum ſucceſſo. edict. vel ne. ¶ Secundò dixi, quòd eſt conſide-
b randus gradus: [b] nam in quolibet capite poſſunt eſſe plures gradus excepto gradu viri, & vxoris: nam in capite liberorum poſſunt eſſe filij, nepotes, & pronepotes, & deinceps: nam omnes iſti ſunt ſub eodem capite liberorū, & tamen ſunt diuerſi gradus. Eodem modo in capite agnatorum poſſunt eſſe plures, & diuerſi gradus. poſſunt eſſe fratres defuncti, filij fratrum, & filij filiorum fratrum: iſti omnes ſunt in capite agnatorum, ſed diuerſis gradibus, & in iſtis nunquid ſit locus ſucceſſorio edicto de gradu in gradum, dic, quòd in ſuis attento iure ciuili non poteſt tractari de ſucceſſorio edicto, cùm ipſo iure ſint hæredes. ¶ In capite autem agnatorum, ſi ſint excluſi exiſtentes in primo gradu, nunquid ſequentes in gradu admittātur, & ſic ſit locus ſucceſſorio edicto de gradu in gradum in agnatis, debent in hoc eſſe tria iura in conſideratione. Primum eſt ius. l. 12. tab. confirmatū de iure Digeſtorum, quo iure, excluſo primo agnato defuncti, aut repudiāte, ſtatim admittebatur fiſcus, omnibus alijs excluſis, & tunc non poterat eſſe locus ſucceſſorio edicto, cùm fiſcus omnes excluderet, vt ſupra proximè fuit dictum. Verùm quia iſtud ius erat valde rigoroſum, ideo ſupernenit prætor, qui diſponit, quòd excluſo agnato proximo non veniret fiſcus, ſed ſuccederent cognati, qui iungebantur per lineam fœmininam, & ſtatuit prætor, quòd in iſtis cognatis eſſet locus ſucceſſorio edicto de gradu in gradū, quia quando erat excluſus cognatus exiſtens in primo gradu, non veniebat fiſcus: imò ſuccedebat ſequens in gradu, & ſic ſucceſſiuè.
c l. 1. §. gradatim. [c] ff. de ſucceſ. edic. Et ſic vides tu pronecte, quòd olim in capite agnatorum non erat locus ſucceſ. edicto de gradu in gradum, imò excluſo agnato primi gradus non veniebant ſequentes agnati, ſed admittebatur fiſcus. In capite autem cognatorum erat locus ſucceſ. edict. à primo gradu vſque ad vltimum, excluſo fiſco. d. l. 1. §. gradatim. Et potuit eſſe ratio iſtius iuris antiqui ſecundum Cyn. in rubri. ff. de ſucceſ. edic. in 3. quæſt. & dom. Chriſtoph. in §. fin. in pen. col. Inſti. de legi. agn. ſucceſ. nam ius ciuile non curauit de linea fœminina, nec de venientibus per lineam fœmininam, & ſic de cognatis, ſed ſolus prætor cognatos admiſit. Conſiderans ergo prætor, quòd cognati non admittebantur, niſi excluſo agnato: ideo in recompenſationem tarditatis, prætor volens multum fauere cognatis, ſtatuit, quòd in capite cognatorum eſſet locus ſucceſ. edict. de gradu in gradum, quamuis in capite agnatorum ſecus
d eſſet. Verùm quia conſiderato [d] iſto ſecundo iure, reſultabat maxima iniquitas, nā eueniebat, ꝙ excluſo primo agnato per repudiationē, vel aliter, ſequens agnatus non ſuccedebat, ſed ſuccedebat cognatus, cuiuſcunq; gradus, & ordinis eſſet: eueniebat ergo aliquando ꝙ cognatus, q erat in quinto vel ſexto gradu, admittebatur ad ſucceſſionem excluſo agnato, qui erat ſecundi gradus. Ideo ſuperuenit tertium ius Imperatoris poſitum in §. placebat. Inſti. de legi. agna. ſucceſ. quo iure ſtatutum eſt, ꝙ ita in capite agnatorum habeat locum ſucceſ. edi. de gradu in gradum, ſicut erat in capite cognatorum de iure præto. ¶ Intellige tamen prædicta, quòd hodie tam in capite agnatorum, quàm cognatorum eſt locus ſucceſ. edic. de gradu in gradum, quando exiſtens in primo gradu excluditur de iure communi per repudiationem, vel lapſum temporis, tunc ſequentes in gradu bene admittuntur: ita intellige prædicta: ſed ſi exiſtens in primo gradu de iure ſpeciali excluderetur: puta, quia adiuiſſet hæreditatem, poſtea beneficio reſtitutionis in integrum, quia minor 25. annis eſſet reſtitutus, & ſic excluderet iure ſpeciali reſtitutionis in integrum: tunc nec in agnatis, nec in cognatis eſt locus ſucceſ. edict. attento iure prætorio, ſed ſuccedit fiſcus, text. eſt ſingul. in l. fin. ff. de ſucceſ. edict. ſecus eſt de iure ciuili, quia etiam ſi primus in gradu excludatur de iure ſpeciali beneficio reſtitutionis in integrum, tamen ſequentes admittuntur, & non fiſcus l. 1. §. ſi quis adita. ff. ad Tertul. Et ſic vides, quòd in hoc vltim. eſt differentia inter ius prætorium, & ciuile, & ita declarat Barto. in rubric. ff. de ſucceſſo. edict. in 1.
32 colum. in verſic. quæro. 2. ¶† Tertiò dixi, quòd eſt conſideranda perſona, & in hoc aduerte. Aut quæris nunquid ſucceſ. edic. habeat locum de vna perſona ad eandemmet perſonam. Exēplum in filio, qui habet tres qualitates reſpectu patris. nam eſt de liberis. Item eſt agnatus patri, quia iungitur per lineam maſculinam, & eſt cognatus, quia quilibet agnatus eſt cognatus, & ſic poteſt venire ad ſucceſſio. patris triplici capite, vt declaraui in l. 1. ſupra qui admit. pone, quòd ſit excluſus à primo capite, nunquid ipſe poſſit venire ex ſecundo capite, & ſic nunquid habeat locum ſucceſſo. edict. de perſona filij ad eadem met perſonam? Reſponde, quòd ſic, dummodo non ſupersint alij in priori gradu. text. eſt in l. 1. §. ſed videndum. & §. largius. ff. de ſucceſſo. edict. & l. penult. §. 1. ff. quis ordo in bono. poſſeſſio. ſeru. Aut quæris, nunquid ſit locus ſucceſſo. edict de vna perſona ad aliam. exemplum pone, ſunt plures liberi eiuſdem gradus: pone, vnus eorum excluditur, vel repudiat, nunquid alij admittantur per ſucceſſo. edict? Et in hoc reſponde, quòd non, ſed habet tunc locum ius accreſcendi. l. vnica. vbi
33 dixi. ſupra quando non pet. part. † Et eſt magna vtilitas quærere, vtrum veniant per ſucceſſo. edict. an per ius accreſcendi, quia ſucceſſo. edict. non competit niſi volentibus. l. 3. §. acquirere. ff. de bonorum poſſeſ. ſed ius accreſcendi competit ipſo iure inuitis, vt declaraui in dict. l. vnica. ſupra quando non pet. partes. ¶ Aliquando, & vltimò habet locum ſucceſſorium edictum mixta conſideratione capitis, & gradus ſimul, & ſemel. tex. habes, & exemplum in l. 1. & ibi dicetur. infra de ſucceſſo. edict. & ibi declarat Bald. ſuper rubric. circa princip. & domi. Chriſtopho. in §. fin. ad fin. Inſti. de legi. agna. ſucceſ. & iſta ſufficiant quantum ad ſucceſſorium edictum. ¶ Nunc condeſcendendo propius ad text. quædam præmitto ad intelligentiam literæ & ad figurationē caſus, quia Imperator multum breuiter, & obſcurè locutus eſt, nam non aperit litera, vtrum pater iſtius nepotis emancipati eſſet in poteſtate aui, an verò etiam ipſe eſſet emancipatus: ideo oportet neceſſariò præſupponere, ꝙ eſſet in poteſtate, quia ſi ambo fuiſſent emancipati, iſta l. eſſet de indubitabili, quia emācipati iſto iure erant penitus incogniti de iure ciuili, ſed admittebantur de iure prætorio. Eodem modo ſi pater nepotis fuiſſet emancipatus, & nepos in poteſtate, cerrē nepos fuiſſet ſuus auo, & tunc etiam iſta l. non procederet. Neceſſario ergo præſuppone, ꝙ pater iſtius nepotis erat in poteſtate, quod etiam expreſsè declarat Bald. hic in 7. col. in ver. & ex prædictis eſt concluſa, &c. Et ſi tu ſubtilis dicas, ꝙ iſtud eſt diuinare ad tex. ego reſpōdeo, ꝙ non, & probo, nam iſta l. loquitur in dubio; ſed in dubio filius præſumitur in poteſtate, niſi probetur emancipatus, text. eſt in l. ſi filius. ff. de proba. & in l. ſi emancipat. in verſi. *teque emancipatum probatum fuerit*, quem ibi ad hoc notāt Mod. ff. de colla. idem tenet Ang. & alij in l. ſed & ſi de ſua. ff. de acq. hęre. & plenè do. Bartho. Veron. in cautela. 164. & ita tenet, licèt glo. noſtra faciens quatuor caſus dicat, ꝙ iſta l. procedat in tribus primis. ¶ Secundò, quia tex. non aperit, vtrum pater nepotis adiuerit hæreditatem aui, vel ne, oportet neceſſariò præſupponere, ꝙ pater nepotis non adiuit hæreditatem aui, & licèt tex. non dicat, iſtud oſtenditur, & eſt indubitatum, quia ſi pater adiuiſſet hęreditatem aui, eſſet effectum vnum patrimonium, & vna hæreditas, & ideo tunc non poſſet procedere iſta l. quia nepos non poſſet acceptare hęreditatem aui, & repudiare hæreditatem paternam, ex quo nunc eſſet vnum patrimoniū. l. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pupil. l. 2. ff. de acquir. hæred. Et iſtam ratio. aſſignat glo. 1. hic circa med. imò plus ſi pater adiuiſſet hæreditatem aui, quia per aditionem eſſet effectum proprium patrimoniū filij, non

eſſet

ADDITIONES.

a ¶ In ſuis. Limita vt per Ang. hic, & Socin. in l. 1. colum. 78. in 4. q. vlt. q. princ. ff. de vulga. PVRPV.

b ¶ Gradus. Adde tria iura Alex. vbi limitat, niſi ille qui erat prior in gradu, & pro cuius excluſione tractatur, aliquid accepiſſet, dicens ſe eſſe contentum, quia tunc impediretur edictum ſucceſſorium. Alexand. in l. pactum. col. 3. ver. 2. caſus. ff. de colla. PVRPV.

c ¶ Gradatim. Non inuenio, ſed probatur in §. placebat. Inſtit. de legi. agn. ſucceſſ. PVRPV.

d ¶ Conſiderato. Imò non eueniebat iſta iniquitas, ſed ille agnatus ſecundi gradus poterat admitti tanquam cognatus. §. placebat. Inſti. de leg. agn. ſucceſſ. l. inter agnatos. ff. de gradi. PVRPV.

Source : BIU Cujas

eſſet amplius hæreditas aui, nec amplius poſſet tractari de hæreditate aui, ſed eſſet patrimonium, & hæreditas filij. gloſſ. eſt in l. hæres quoque. ff. de acquiren. hæredita. & glo. in l. 1. §. per ſeruum. vbi Docto. præcipuè Moder. ff. de acquirend. poſſeſſio. & melior text. de iure Inſtitu. de hæred. qualit. & differen. in princ. & in §. 1. Inſtitu. quibus ex cauſ. ma. licet, vel non. Videas ergo, quòd neceſſariò præſupponendum eſt, quòd pater nepotis nō adiuit hæreditatem aui, & licèt text. non dicat, tamen ita oportet præſupponere. Quid ergo fecit? aliqui intelligunt, quòd iſte pater nepotis repudiauit hæreditatem aui, & ita etiam videtur intelligere Barto in l. ſi quis filium famil. §. 1. in fin. ff. de acquirend. hęredit. & ſi iſtud tenemus, verbum negat, poſitum in tex. non importabit myſterium iuris, ſed accidentiam facti: tamen iſte text. in verb. negat, vt declarat Bar. probat duo. vnum expreſsè, & aliud tacitè: expreſsè, quòd nepos qui negat ſe hæredem patris præmortui, non poſſet habere ſucceſſionem auitam, niſi de iure præto. ergo innuit, quòd ſi nepos non negaret ſe hæredem patris, quòd tunc poſſet habere hæreditatem aui de iure ciuili, & tamen ſi pater repudiaſſet hæreditatem aui, dato, quòd nepos eſſet hæres patris, non poſſet ex perſona patris habere hæreditatem aui, poſtquam pater iſtam repudiauit, & ſic verbum negat, poſitum in text. nil importaret. & iſtud fate-
* tur gl. magna ante medium, *& communiter Docto.* ſed quia illud non eſt præſumendum, quòd Imperator in iſta l. ſine myſterio dixerit, quòd nepos negabat ſe hæredem patris, idcirco iſte primus ſenſus ex hoc, & alijs infra dicendis nō ſatisfacit mihi. Niſi tu ſubtiliter diceres, quòd dato, quòd pater nepotis repudiaſſet hæreditatem aui, tamen ſi ipſe pater viueret, poſſet reuocare abſtenſionem intra triennium l. ſi. C. de repu. hæred. Ita eodem modo nepos ſi non negaſſet ſe hæredem patris, potuiſſet etiam ipſe ex perſona patris reuocare intra triennium, vt firmant Ful. & Ludo. Rom. & propterea tex. præſupponit, quòd nepos negauit ſe hæredem patris. tamen an iſtud vltimum ſit verum, quia eſt pulchrum & ſubtile, infra diſputabitur in loco ſuo. ¶ Ego ex alijs pleriſque non teneo iſtum ſenſum, quòd in iſta l. pater nepotis repudiauerit hæreditatem aui. Primo, quia iſta l. loquitur in dubio, & in dubio nemo præſumitur iactare, & ſic repudiare hæreditatem aui locupletem. l. cùm de indebito. in princip. ff. de proba. Secundò, & fortius (& huic nunquam vidi reſponſum) quia ſi pater repudiaſſet hęreditatem aui, dato, ꝙ de iure ciuili eſſet ſuus hæres: tamen ſi repudiaſſet, ex quo etiā eſt mortuus, non crederem, quòd nudum nomen ſui hæredis habeat nocere nepoti, quominus nepos etiam de iure ciui. ad-
a mitteretur, ꝓ tex. ad literā in l. 2. §. ſed ſi ſint ſui. [a] ibi *ne nudum nomen ſui hæredis noceat.* ff. ad Tertul. & text. in l. ſi ex modica. §. ſi filius. ff. de bon. libe. & l. ſiue libertus. §. fin. ff. de iure patro. firmat Bald. in l. vnica. in 1. colum. C. de his, qui ante aper. tab. Item mouent me, quæ dixi in l. vnica. in glo. in 2. intellectu. ſupra quando non peten. par. vbi tenui, quòd quando filius in poteſtate repudiat, quamuis propter ſuitatem remaneat hæres de iure ciuili, tamen illud nudum nomen hæredis non impedit ius accreſcend. Sicut ergo in filio ſuo repudiante, vel aliter excluſo habet locum ius accreſcen. non obſtante ſuitate, vt ibi dixi, ita etiam debet habere locum ſucceſ. edi. & iſtud videtur etiam fortiter facere. Mouet etiam me multum, quia ſi iſta l. intelligeretur quando pater nepotis repudiauit hæreditatem aui, certè iſta l. eſſet indubitanter correcta per l. defunctis. ff. de legi. hæred. alleg. per Bar. cui bene reſponderi non poteſt. Et propterea teneas, & melius, quòd pater nepotis non adiuit hæred. aui, vt primò dixi, nec etiam repudiauit, quòd in dubio præſumendū eſt, & per alia, quæ dixi, ſed deliberans deceſſit hęreditate auita non adita, nec repudiata, & tunc omnia bene procedunt in tex. quia tunc tex. rectè pręſupponit, quòd nepos negat ſe hæredem patris, quia ſi non negaret ſe hęredem patris, ſed eius eſſet hæres, tunc pater hæreditatem auitam non aditam nec repudiatam tranſmiſiſſet ad nepotem ex multiplici capite. Primò ex potentia ſuitatis. Secundò beneficio. l. vnicæ. C. de his, qui ante aper. tab. Tertiò beneficio iuris deliberandi, per l. cùm antiquiorib. C. de iure delibe. Iſta omnia declaraui in l. emancipata. ſupra qu. admi. Sed huic vnum obſtat, quod dixi infra in ſequen. char. in 2. pagina. in prin. Tertiò habes ponderare, quod tex. cum myſterio prælupponit, quòd auus deceſſit inteſtatus: nam ſecundum Cy hic in 3. opp. & ego plenius dicam, ſi auus feciſſet teſtamentum, nepos ex teſtamento potuiſſet ſuccedere de iure ciuili, dato, quòd pater præceſſiſſet eum in gradu. Primò, quando auus feciſſet teſtamentum, & inſtituiſſet filium, deinde nepotem ſub ſtituiſſet, iuxta. l. fin. ff. de condi. inſti. potuiſſet tunc nepos ex ſubſtitutione venire de iure ciuili, dato, quòd fuiſſet emancipatus, quia etiam emancipatus ſuccedens ex teſtamento, eſt cognitus de iure ciuili: ſecus ſi ab inteſta. l. ſi ex duob. in prin. & ibi Ba. ad hoc not. ff. de bon. poſſ. contratab. idem Bart. in l. illud. §. fin. eod. titu. bonus tex. in ꝑ. cæteri. inſtit. de hęred. qual. & differen. Item condito teſtamento per auum, dato, quòd pater præcederet nepotem in gradu, tamen ex teſtamento nepos poteſt eſſe ſuus hęres auo in duobus notabilibus caſibus, quos declaraui. ſ. in 1. euidentiali. ideo tex. congruenter pręſupponit auum inteſtatum. ¶ Succeſſiuè tex. præſupponit, ꝙ pater fuerit mortuus poſt auum defunctum, & iſtud etiam eſt cum myſterio, quia ſi pater deceſſiſſet ante auum, filius fuiſſet in primo gradu auo, & ſic ſuus hæres, & ſic de iure ciuili ſuc-
34 cederet auo, vt declaraui in euidentialibus. ¶† Succeſſiuè text.
b dicit, *maximè emancipatus*, iſta dictio maximè, [b] includit etiam ſi nepos fuiſſet in poteſtate. Et pondera ſecūdum Fulg. & Lud. Rom. hic, quòd dictio maximè, includit caſum magis dubitabilem. nam quando nepos erat emancipatus, & ſic incognitus de iure ciuili, minus dubium erat, quòd non poterat ſuccedere auo de iure ciuili, ſed ſolùm de iure prætorio, tamen concluditur, quòd idem ſit, ſi nepos fuiſſet in poteſtate, & rationem ſtatim intelligetis. dictio ergo maximè, quæ eſt incluſiua, debet includere caſum magis dubitabilem. gloſſ. eſt in l. illud. ff. ad l. Aquil. glo. in l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. adde l. ſi quis pro vxore. in princip. ff. de dona. inter virum & vxo. & de iſta dictione dic, vt not. per Barto. in extrauag. ad repri. in verbo, & maximè, per glo. in l. ſequitur. §. 1. ff. de vſucap. cum ſimi. & in l. qui ſtatus. ff. de re milit. Et hic adde bonum text. in l. non-
c nunquam. ff. de coll. bon. Secus [c] eſt ſecundum Fulg. in dictione etiam, quæ eſt pariter dictio implicatiua, quæ implicat caſum minus dubitabilem, & tam ſcholaris intelliget iſtam l. quæ implicat caſum minus dubitabilem, quàm etiam Doctor, in quo minus eſt dubij. l. etiam. C. ſi tuto. vel cura. interu. Tu circa iſtam dictionem maximè, nota, & aduerte ſubtilius, quòd in iſto tex. nepotem fuiſſe emancipatum non importat cauſam
35 finalem. Et iſtud patet per pulchram regulam, † quòd quando dictio maximè, iungitur cum verbis importantibus cauſam finalem, tunc abundat, nec ſtat implicatiuè, imò tunc ponitur pro taxatiua. ita dicunt Ioan. Andr. dom. Anto. de But. Imo. & alij in c. ad abolendam. per illum text. & glo. de fi. presby. dom. Alex. in conſi. 77. in 3. volum. incip. viſis dubitationibus eleganter formatis, in vltim. colum. Adde text. in c. ſi quis Epiſcopus damnatur, iuncta gloſſ. in verbo. & maximè. 11. quæſt. 3. & in c. cùm olim, in verb. maximè ſenes. iuncta glo. fin. in fin. de teſti.
36 & in c. cùm contingat. iuncta glo. 1. de for. compe. † Et idem in
d dictione præſertim. [d] cap. illud. iuncta glo. 12. diſtin. ¶ Iſtis ſic ꝑſuppoſitis pone ſic caſum, mortuus eſt ab inteſt. auus, relicto filio in poteſtate, item relicto nepote, non curo an eſſet in poteſtate, vel emancipatus, quia tex. dicit, *maximè emancipatus*: deinde mortuus eſt pater nepotis non adita tamen hęreditate patris ſui, ſ. aui, nec etiam repudiata, nūc ſupereſt ſolus nepos, qui videt duas hr̃ditates, vnam aui, aliam patris ſui. Itē videt, ꝙ hæreditas aui eſt locuples, hæreditas aūt patris eſt inuoluta multis debitis, & propterea vellet hr̃e hęreditatē aui, ſed nollet eſſe hęres patris, quęritur, nunquid de iure ciuil. iſtud poſſet ꝙſequi? Rñdet Imperator, quòd non. Et ratio huius deciſionis eſt, prout in duobus verbis declarat Bald. hic in 6. colum. in princ. quia cùm tempore mortis aui inteſtati pater in gradu præcederet nepotem, per conſequens etiam præcedit non ſolùm ordine, ſed etiam acquiſitione, quia l. ciuilis fecit eum ipſo iure ſuum, & neceſſarium hęredem abſque alia aditione, & propterea, quia de iure ciuili locus patris non eſt euacuatus, ideo de iure ciuili nepos non admittitur ad hęreditatem aui. Quod etiam clarius oſtēditur (& hic iacet punctus) aut. n. nepos vult ſuccedere auo de iure ciuili tanquam ſuus hęres, & iſtud facere non poteſt duplici ratione. Prima, quia nepos ab inteſt. non potuit eſſe ſuus hęres auo, quia tempore mortis aui pater nepotis pręcedebat eum in gradu, & ſuitas, quę eſt nobilis, nunquam capit niſi vnum gradum, vt declaraui ſupra in euidentialib. Secunda ratio eſt, quia in ſuis non eſt locus ſucceſſo. edicto de gradu in gradum, vt declaraui in euidentialibus, dato,

quòd

ADDITIONES.

a ¶ Sunt ſui. Illum. §. ſed ſi ſint. valde notat Iaſ. in l. precib. col. 4. verſi. ſecundus. ff. de impub. PVRPV.

b ¶ Dictio maximè. Adde l. 1. C. de reſcin. vend. Raph. Cuma. conſi. 88. inc. Fran. de la Canipa. in vlti. colum. Fely. in c. ſicut. colum. 11. verſic. fallit tertio, de re iudic. Iaſ. in l. 1. de officio eius. Plura Abb. in cap. 2. 11. nota. de ſumma Trinitate.

c ¶ Secus Iaſ. in l. 1. verſi. 5. fallit. de offic. eius. & in l. 1. ad fi. ff. tit. 1. Alexan. lib. 1. conſi. 133. in col. 4. PVRPV.

d ¶ In dictione præſertim. Adde l. fi. de his, quæ in teſta. delen. l. in ambigua. ff. de legi. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de teſt. in §. 1. ver. item excipitur. Doct. in c. licet. de for. compe. & in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit.

Source : BIU Cujas

q̄ millies iſte nepos poſſit eſſe ſuus, q̄ eſt falſum, & ſic ſtat, q̄ de iure ciui. nepos ab inteſta. non poterat ſuccedere auo tanq̄ ſuus. Aut iſte nepos vult ſuccedere tanq̄ agnatus, qa iungitur auo per lineam maſcu. & iſtud ēt facere nō poterat de iure ciuili tempore iſtius legis, quia cùm tempore mortis aui pater nepotis eſſet proximior agnatus auo, quia erat in primo gradu, certè excluſo primo agnato admittebatur fiſcus ēt excluſis alijs agnatis, vt declaraui in euidentialibus. Apparet ergo, q̄ iſte nepos non poterat ſuccedere tanquam agnatus: minus poterat ſuccedere de iure ciuili tanquam cognatus, quia cognati tempore iſtarum ll. non erant cogniti à iure ciuili. Inſti. de ſucceſ. cog. in prin. ergo apparet, q̄ ex nullo capite, & ex nullo modo nepos poteſt venire ad hæreditatem aui inteſtati de iure ciuili. Quæritur ergo, nunquid ſaltem poſſit venire de iure prętorio, & reſpondetur, q̄ ſic, q̄ poteſt venire de iure præto. per bon. poſ. intellige. ſ. vnde liberi, licèt tex. non dicat, vt conueniat præſenti tit. Et ratio diuerſitatis eſt, quia licèt de iure ciulli. primum caput eſſet plenum, & occupatum propter ſuitatē: ideo non poterat eſſe locus ſequenti in gradu: tamen quia attento iure præto. primum caput poteſt dici euacuatum, ex quo attento iure prætorio filij in poteſtate non ſunt hæredes, ſed habent beneficium abſtinendi, quando expreſsè ſe abſtinent, vel morte excluduntur prout eſt hic, ideo nepos de iure pręto. admittitur ad ſucceſ. aui, non obſtante, q̄ pater præcedat. Et iſte eſt proprius, & verus ſenſus huius l. enucleatus vſque ad intimam medullam. Et propterea omiſſis ſummarijs aliorum Scri
37 bentium, ſumma iſtum tex. ſic pulchrè, & ſubtiliter. † Pater in poteſtate aui ab inteſt. præmortui, qui obſtat nepoti de iure ciuili, propter prioritatem gradus, & ſuitatem, non obſtat nepoti de iure præto. h. d. ſubtiliter iſta ſolennis l. Verùm, quia hodie per iura noua ſtatutum eſt, q̄ in agnatis ſit locus ſucceſ. edi. de primo gradu ad ſequentes. §. placebat. Inſti. de legit. agn. ſucceſ. Item hodie attento iure prætorio videtur, q̄ etiam in ſuis hæredib. ſit locus ſucceſ. edi. ideo hic inſurgit maxima difficultas, nunquid hodie iſta l. ſit correcta, vel ne, & ſic nunquid hodie iſte nepos poſſit venire ad ſolam hær. aui de iure ciui. præſertim tanquam agnatus, attento, q̄ hodie excluſo agnato primo nō venit fiſcus, prout erat olim, & tempore iſtius l. imò per ſuc. edi. admittuntur ſequentes agnati de gradu in gradum fiſco excluſo, quam difficultatem plenè videbimus in glo. 1. Stat ergo ex prædictis, q̄ iſta l. nullo modo poteſt ſoqui in patre nepotis qui adiuiſſet, vel ſe immiſcuiſſet hęreditati aui, & iſtud eſt indubitatum. Non etiam poteſt loqui in patre, qui repudiaſſet, quia tunc nudum nomen filij abſtinentis, & mortui nō obeſſet nepoti de iure ciuili. Et ſic videtur, q̄ iſta l. debeat intelligi in patre nepotis, qui deceſſit hęreditate aui non adita, nec repudiata. Sed caue, quia nec iſte caſus procedit ſine difficultate: nam aut pater nepotis deceſſit intra annum datum ad deliberandum, & tunc hæreditatem aui non aditam tranſmiſit ad quoſcunq; beneficio iuris deliberandi, per l. cùm antiquiorib. ſ. de iure delibe. Aut deceſſit elapſo iam anno ad deliberandum, & tunc cū iſtè pater nepotis eſſet in poteſtate aui, vt prædixi, ergo erat ſuus hæres auo, ergo hæreditatem aui, licèt non aditam, ex potentia ſuitatis tranſmiſit ad quoſcunque l. apud hoſtes. ſ. de ſuis & legiti. declaraui in l. emancipata. ſ. qui admit. ergo ſi nepos non vult hæreditatem patris, non habebit etiam hæreditatem aui de iure prętorio, quia qui erit hæres patris, habebit etiam hę reditatem aui tranſmiſſam ex potentia ſuitatis, & ſic hæres patris, in quem tranſmittitur hæreditas aui ex potētia ſuitatis, excludet nepotem etiam de iure prætorio. Iſtam difficultatem tangam in vlt. particula primæ partis glo. primæ. ¶ Iſtis ſic præmiſſis, licèt Cy. & Ang. diuidant iſtam l. in duas partes, tu diuide melius ſecundum Bal. & Saly. in 3. par. In prima ponitur thema, ex quo elicitur tacita quæſtio. In ſecunda ponitur reſpōſio negatiua attento iure ciuili. In tertia ponitur reſponſio affirmatiua attento iure præto. Secunda ibi, mortui aui. Tertia ibi, niſi per bonor. poſſeſ. Notabilia collige per te ex proximè dictis.
38 ¶† No. tex. in verbo, ſuſcipere, q̄ importat non quidem appre henſionem nudæ poſſeſſionis, imò acquiſitionem dominij, &
a hoc ideo, quia adijcitur vniuerſitati, ſeu quotæ bonorum, a vt hic, & l. cùm mota. & ibi Bar. in 2. col. & Mod. not. C. de tranſac. Bar. in l. fi. ff. de condi. ob ob cau. ſecus ſi adijceretur certæ rei, velſpeciei, tunc non importaret tranſlationem dominij, text. eſt in l. naturalis. §. 1. & ibi Bar. no. ff. de præſcrip. verb. Bart. in l. 1.
39 ff. de rer. permu. dixi in d. l. cùm mota. ¶ † Secūdò no. in verbo, facultates, q̄ idem importat, q̄ hereditatem, ſeu vniuerſalem ſucceſſionem, ideo ſi teſtator dicat, relinquo Titio facultates meas, intelligitur cum hęredem inſtituere. Facit l. cogi. in prin. in verbo facultates. ff. ad Trebel. not. per Bar. in l. ſi conſtante. in
40 princip. in 2. oppo. poſt gl. ibi. ff. ſol. matrim. ¶ † Tertiò pondera verbum, peruenerit, quod directam ſucceſſionem de iure prętorio importat, non autem obliquam, ſeu fideicommiſſariam. Aliquando ſtat obliquè. l. hęredes mei. §. cum ita. & l. hęredibus. §. fi. ff. ad Trebel. & in l. hęreditatis. ſ. de hęred. inſtit. ideo iudicatur verbum commune, ſecundum Bar. in l. centurio. in penult. colu. in fin. ff. de vulg. & pupil. & notabiliter Bald. in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. in vlt. col. per Inn. & Can. in c. Raynutius. vbi tex. & glo. de teſta. Bart. in l. Lucius. in 2. quæſt. prin. & ibi Bald. ff. de vulg. & pupil. Bald. in l. iam hoc iure. §. 2. eod. tit. & in repetitione. c. ſi pater. in 15. col. de teſt. in 6. Alex. in conſ. 57. in 2. vol. inc. Proſpectis. in 2. col. & in conſ. 171. in 2. vol. inc. circa primum dubium. in pen. col. & in conſ. 171. in 2. vol. Viſo proceſſu cauſæ vertentis inter dominam Antoniam, & in conſ. 36. in 3. vol. inc. Viſo themate ſuper quo dubitari contingit. ¶ Gl. in verbo negat, pro cuius intellectu debes ſcire, q̄ Accurſius glo. inuenit ſuper hac. l. glo. Ioan. Cremonenſis, & eam poſuit de verbo ad verbum, poſtea inuenit gl. Vgolini, & eam poſuit de verbo ad verbum. ideo gloſ. in 2. par. repetit aliqua ex dictis in prima, & ideo fm omnes iſta glo. diuiditur in duas partes prin. In prima ponitur gl. Io. Cremo. In ſecunda ponitur gl. Vgolini. Secunda ibi, [item ideo dicit maximè.] ¶ Expedio primò gloſ. Io. & illa fm Bar. & Ang. ſubdiuiditur in quatuor particulas. Sed tu ſubtilius ſubdiuide in ſeptem particulas. In prima opponit contra text. in quantum vī velle, q̄ negando ſe hęredem inducatur repudiatio, & fatetur contrarium ſubaudiendo ad text. In ſecunda, quæ eſt ibi, qñque tñ. ponit vnum dictum. In tertia, quæ eſt ibi, ſi ergo ponas. gl. enumerat tres caſus, in quib. procedit iſta. l. quorum duo primi ſunt indubitati, qñ vterque fuiſſet emancipatus, vel nepos tñ. tertius autem caſus eſt congruus, & dubitabilis, qñ vterque erat in poteſtate, & quia pater erat proximior, nepos de iure ciuili excluditur. In quarta, quæ eſt ibi, niſi in duob. caſib. gl. opponit contra vltimum caſum, q̄ quamuis filius in poteſtate præcedat, tamen nepos de iure ciuili ſuccedit auo, & allegat tres ll. quarum prima. ſ. l. fin. ff. de cond. inſt. ponit vnum caſum, alium caſum ponunt aliæ duæ ll. in gl. alleg. & reſpondet glo. q̄ fallit in illis duabus. Dic melius, q̄ iſta. l. procedit, quando auus eſt mortuus ab inteſt. & tunc cùm pater præcedat, nunquam nepos de iure ciuili ex propria perſona ſuccedit auo. ſed ll. alleg. in gl. loquuntur, quando auus deceſſit condito teſtamento, quo caſu licet pater præcedat nepotem tamē ex teſtamento in duob. caſib. nepos poteſt ſuccedere auo. Primus eſt, quando pater fuit inſtitutus ab auo ſub conditione poteſtatiua, quæ non poterat per eum impleri vltimo vitæ ſpiritu, puta inſtituit eum ſi iuerit Mediolanum: nam ſi non impleuit, quia ſtetit per eum, excluditur pater, & nepos poteſt auo ſuccedere. l. fin. ff. de cond. inſt. Alius caſus eſt, quando auus in teſtamento exhæredauit filium, nepotem prætерijt, & inſtituit extraneum: nam ſi poſt auum moriatur filius exhæredatus, deinde ſcriptus hæres repudiet, certè nepos, qui tpe deſtituit teſtamenti reperit ſe proximiorem, ſuccedit tanq̄ ſuus auo. l. ſcripto. ff. vnde lib. & l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis, & leg. & iſtis duob. caſib. Bartol. addit alium caſum in l. inteſtato. ff. de ſuis, & legi. eſt corruptus Bartol. quia illa. l. non reperitur, ſed debuit allega. text. expreſſum in l. item prætor. §. final. ff. de ſuis, & legit. In quinta, quæ eſt ibi, ſed cum hodie. gloſſ. etiam opponit, quòd iſta. l. hodie procedere non poſſit, & fatetur verum eſſe, & ſic, quòd hodie iſta. l. ſit correcta, & iſtud idem repetit gloſſ. infra ponendo gloſſ. Vgolini. In ſexta, quæ eſt ibi, & ſi poneres filium. gloſſ. addit quartum caſum, in quo iſta. l. procedere non poſſet, & bene dicit. In ſeptima, & vltima, quæ eſt ibi, ſed in eo, quod dicit, quæ eſt magis difficilis, & obſcura quàm reliquæ. gloſſ. opponit contra illud, quod iſte text. innuit à contrario ſenſu, dum innuit, quòd ſi nepos non negaret ſe hæredem patris, quòd tunc poſſet habere hereditatem aui de iure cluili, iſtud videtur falſum à partibus ſufficienter enumeratis, vt in gloſſ. & ſic videtur, quòd negare, vel non negare ſe hæredem patris nihil facit, reſpondet ponendo duos caſus, in quibus ſecundum Ioan. non negando ſe hæredem patris haberet hæreditatem aui de iure ciuili. Et caue, dum gloſſ. dicit, item in eo, quòd dicit, negat, ſcilicet ſecundum duos primos caſus, dic, quod illi duo caſus verè continent tres, quia ſunt tres caſus, in quibus gloſſ. ſupra dixit hanc. l. procedere poſſe. ¶ Redeo ad primam partem gloſſ. pro cuius pleniori intelligentia reaſſumo articulum dubium, qui valde diſputabilis eſt. Nunquid per iſta verba, nego me hæredem,
41 vel nolo eſſe hæres, † vel nolo adire, inducatur repudiatio hæreditatis, vel ne? Et quantum ad ſubauditionem gloſſ. per quam reſoluitur præſens diſputatio, non fuit neceſſaria

ADDITIO.

a ¶ Bonorum. Adde. l. hæredes mei. in §. cùm ita. in fin. ff. ad Trebellia. PVRPV. Iaſ. ſuper ij. Cod.

Source : BIU Cujas

neceſſaria, vt per Fulg. hic, in 2. col. quia dato, quòd per iſta verba, negat ſe hæredem, non induceretur repudiatio: tamen donec ſtat iſta negatio, rebus ſic ſe habentibus non poſſet ex perſona patris habere hæreditatem de iure ciuili, & conſequenter eſt materia extrauagans à l. noſtra: ideo perſtringam articulũ, nec referam per alios ſcripta, ſed addam vbi occurret. In iſto ergo articulo reperio fuiſſe ſex principales opin. quas habes relatas per do. Alex. hic, referam duas principales: alias vide per te. ¶ Prima fuit ſententia gl. noſtræ, ꝙ non inducatur repudiatio. Idem tenet gl. & Bar. [a] in l. 2. §. de iur. & fac. igno. & Bart. in l. fi. ĵ. de repu. hære. & in l. ſi quis ſuus. ff. de iure delib. tenuit Iaco. But. vt refert Bald. in 3. col. Ang. & Pau. de Caſt. hic, Ang. in l. facta. §. ſi in danda ff. ad Treb. Et dicunt Cyn. Alb. Bal. & Fulg. hic, ꝙ iſta opinio ſeruatur de facto in Palatijs, præſertim in ciuitate Bonon. ¶ Pro qua opinione multa adduci poſſunt, quæ latè proſequitur Saly. hic in 3. colum. & quatuor ſequentibus. & d. Alex. poſt eum. inter alia ſtringere videtur tex. in l. nonnunquã. in prin. ff. de colla. bon dum dicit, ſed benignior eſt diuerſa ſententia, maximè cùm de bonis paternis inter fratres diſputetur: concludendo, ꝙ etiam ſi agatur de hæreditate extranei, per ſimilia verba non inducitur repudiatio, & dicit Sal. hic in 4. col. per illum tex. ꝙ præſens quæſtio deciditur, & quid ſit tenendũ, demonſtratur. Ad illum tex. reſpondet dupliciter do. Alex. hic. Ego aliter reſpondeo ſecundum Rapha. Cu. in l. ſi quis ſuus. in 2. colum. ff. de iure delib. ꝙ illa l. nonnunquam. nihil penitus facit, iuncto tex. qui declarat in l. prætor. eod. tit. ff. de colla. bono. nam debes ſcire, ꝙ quando filius emancipatus eſt præteritus à patre in teſtamento, de iure ciuili eſt incognitus, ſed de iure prætorio habet bon. poſ. contratab. ad rumpendum teſtamentum, quo rupto habet vnde liberi: ſed prætor, qui per hoc facit iniuriam filijs in poteſtate, vult, ꝙ filius emancipatus contratabulans teneatur conferre bona propria cum filijs in poteſtate, & propter hoc prætor fecit tit. de colla. bon. Modo attende, ꝙ filius emancipatus poteſt purè, & ſtatim contratabulare, ſed tenetur cauere de conferendo. dicit texr. no. in d. l. prætor. in princip. modo nunc in d. l. nonnunquam. quæritur: pone, filius emancipatus non vult cauere de conferendo, dicens ſe nolle conferre, nunquid per hoc repellitur ab agnatione iam facta, cùm eam facere poſſit antequam caueat? Dicit text. quoſdam putare, ꝙ ſic: Iuriſcon. decidit, ꝙ benignior eſt contraria ſententia, ꝙ dummodo filius intra annum præſtet cautionem, nõ priuatur ſucceſſione prætoria. Ille ergo annus ſtatuitur emancipato ad conuincendam eius contumaciam: ineptè ergo allegatur ille tex. ꝙ per illa verba, nolo conferre, inducatur repudiatio, cùm iam prius agnouiſſet bon. poſ. & iſte eſt verus ſenſus illius tex. Prętera ille tex. loquitur in bo. poſ. contratab. quę eſt odioſa, quia datur contra voluntatem teſtatoris: ideo nimirum ſi facilius per illa verba nolo conferre, tollitur. ¶ Secundò principaliter adducitur tex. in l. Titius. la 1. in prin. ff. de act. empti. vbi ſi legatarius legatum ad ſe pertinere noluiſſet, non per hæc verba inducitur repudiatio legati, & Ludo. Ro. hic multũ extollit illum tex. dicens, ꝙ eſt ſing. text. pro deciſione præſentis articuli, & ꝙ eſt de inuentione ſua noua: ſed ſalua eius pace ante eum allegauit Sal. hic, & dom. Alex. reſpondet dupliciter. Vltra eum dic clarius, ꝙ ille tex. nihil penitus facit, eo quia loquitur in caſu claro, cùm Iuriſconſ. vltra procedat, dum dicit, nec tamen liberaſſet hæredem. ¶ Tertiò adducitur tex. in l. Celſus. §. fi. cum l. ſeq ff. de arb. vbi per illa verba, nolo accipere, non inducitur repudiatio. d. Alex. hic reſpondet. Ego aliter reſpondeo, ꝙ text. ibi dicit, ꝙ non inducatur repudiatio. Vnde dico, ꝙ per illa verba, nolo adire, inducitur repudiatio, ſed poteſt mora purgari, aliàs. l. ſequens, quæ dicit, ꝙ poteſt eum pœnitere, eſſet penitus de indubitabili, ſi nõ induceretur repudiatio. ¶ Et tenendo iſtam partem, ꝙ per ſimilia verba non inducatur repudiatio hereditatis, eam limita quatuor notabilibus modis. ¶ Primò ſecundum Ang. hic, niſi poſt terminum hæredi aſſignatum ad deliberatè reſpondendum, reſponderet ſe nolle adire, vel ſimilia, tũc bene induceretur repudiatio hæreditatis. arg. l. de ætate. §. nihil. ff. de inter. act. & ita limita. d. l. filij mater. §. 1. ff. ad Tertu. Idem tenent Sal. Pau. de Caſt. Lud. Ro. & d. Alex. hic, & pro iſta limitatione d. Alex. hic allegat tex. in l. ſed & ſi alio. in verſi. planè. & ibi ad hoc in primo not. Bar. & in l. omnes qui. & ibi etiam not. Bar. ff. ad Treb. & plenius Bar. & ibi Pau. de Caſtr. in l. ſi quis ſuus. ff. de iure delib. & in d. l. filij mater. §. 1. Et iſta iura ad hoc allegat ipſemet Ang. in repe. huius l. in 2. col. Facit, qđ per iſta iura vult Bart. in l. gerit. in 3. col. ff. de acq. hæred. ꝙ licèt per iſta verba, volo adire, non inducatur aditio, vt per glo. in l. ſerui electione. in prin. ff. de leg. 1. tamen ſi iſta verba proferantur poſt terminum datũ ad delib. tũc bene inducitur aditio, qa aditio, & repudiatio ijſdẽ paſſibus ambulant, vt ibi per Bar. & l. is poteſt. ff. de acq hær. & l. nec is. in prin. eo. tit. facit etiam, quod per iſta iura dicit Bar. in l. ſerui electione. in prin. ff. de leg. 1. ꝙ licèt per iſta verba, volo eligere talem rem, non inducatur electio, vt ibi eſt gl. tamen ſi poſt terminum datum ad deliberandum diceret, volo eligere talem rem, tunc inducitur aditio. Sed tu aduerte, ꝙ ille leges notatæ ad hoc per Bart. & allegatæ per do. Alex. nihil concludenter probant, quia nihil loquuntur de repudiatione, ſed bene declarant, quando hæres grauatus reſtituere hæreditatem dicatur compulſus adire, & quando non, & diſtinguunt, an aſſignatus ſit terminus ad adeundum, vel nõ, & ita in propoſito nihil faciunt, prout expreſsè declarat Bald. à quo didici, in l. fin. §. cùm igitur. in 2. col. ĵ. de iure delib. & ipſemet do. Alex. ad hoc poſtea perpendens fatetur alibi, ꝙ ille leges nihil probant in propoſito ſuo. in l. recuſare. §. ſi quis alio. ff. ad Trebel. vbi ſimul legit dictum verſi. planè. tamen ex mente Bar. illi tex. ſic inducuntur, quia ſi per illa verba dico hæreditatem mihi non expedire, vel hæreditatem ſuſpectam, poſt terminum datum ad deliberandum inducitur repudiatio hæreditatis, quanto magis per iſta verba nolo adire, cum lapſu termini ad deliberatè reſpondendum? Sed reuera illi tex. de repudiatione nihil vrgenter probant. ¶ Secundò limitat ſingulariter Pau. de Caſt. hic, & in d. l. ſi quis ſuus. ff. de iure delib. niſi poſt talia verba ſint elapſi tres menſes, quia talia verba cũ curſu trium menſium ſequentium bene inducunt repudiationem hæreditatis. per tex. in l. fi. §. ſimilique modo. iuncta gl. ibi in verbo menſium. & ibi Bart. ĵ. de iure delib. Facit bene, quod per illum tex. dicit Bar. in l. gerit. in 3. colum. ff. de acquir. hæred. quòd licèt per iſta verba, volo adire hæreditatem, non inducatur aditio, vt per gl. in l. ſerui electione. in prin. ff. de leg. 1. tamen ſi poſt prolata dicta verba concurrerent tres menſes, induceretur aditio. de hoc dicit eſſe caſum ſing. in d. l. fin. §. ſimiliq̃ modo, qui licèt loquatur in repudiatione, tamen idem eſt in aditione, & hic adde Bar. in l. filij mater. §. 1. ad Tertul. & Lud. Rom. hic. in hoc omitto, ꝙ do. Alex. ponderat aliquos velle contrarium. Sed vltra eum ego dico, ꝙ §. ſimiliq̃ modo. nihil penitus facit, vt ibi expreſsè declarat Bal. in 1. col & ibi etiam Sal. & ipſemet do. Alex. alibi de hoc perpendens fatetur, ꝙ ille text. nihil facit, ſcilicet in d. l. recuſare. §. ſi quis alio. nam ille tex. loquitur, quando hæres expreſsè renunciauit hæreditati. nam dicit ibi text. quòd hæres, qui putat hæreditatem eſſe damnoſam intra ſpatium trium menſium aſſignatum ad conficiendum inuentarium, debet repudiare hæreditatem, & erit alienus, & ſic loquitur in repudiatione clara. ¶ Tertiò limitat notabiliter Saly. hoc non procedere, ſi adijceretur dictio amplius, vt quia diceret, nolo amplius adire, vel nolo amplius eſſe hæres, tunc bene induceretur repudiatio. allegat ad hoc glo. in l. poſtquam liti, quam etiam Salyc. ibi ad hoc not. C. de pact. & idem Salyc. in l. accuſationem. C. qui accuſa. non poſ. ¶ Quartò mirabiliter limitat Saly. hic, & ſimpliciter refert, & ſequitur dom. Alex. vt prædicta concluſio non procedat, quando talia verba proferuntur in futurum, vt ſi diceretur, non adibo. allegat text. in l. vnius. §. 1. in verbo, *neget ſe aditurum*. ff. quibus ex cauſ. in po. [b] eatur. & l. 1. ff. de cut. bon. dan. Ego [b] in contrarium pondero, quòd non ſit differentia, quòd talia verba proferantur in futurum, an de præſenti cum infinito. habes duos tex. ſimul iunctos. l. ſi is qui. in princip. ff. de inoffic. teſtam. iuncta l. ſi maritus. ſecunda. §. ſi negauerit. ff. de adult. ¶ Secunda principalis fuit opin. ſubtilium Vltramonta. ꝙ imò per talia verba inducatur repudiatio hæreditatis, & ita tenent Iacob. de Are. Pet. Cy. Ray. Albe. & Fulg. hic, & Pet. Cy. Bald. & Fulg. in l. 2. C. de iuris, & fac. igno. & Bar. met. ſibi contrarius in d. l. filij mater. §. 1. ff. ad Tert. [c] Et iſtam ego teneo, & pro ea [c] ineuitabiliter ſtringit text. in d. l. filij mater. §. 1. multipliciter ponderando. Primò dum dicit antequam conſanguineus, vel agnatus adierit. ergo per illa verba filij negantis ſe hęredem matris, fuit inducta repudiatio, aliter ſequens agnatus non potuiſſet adire. l. 2. §. ſi mater hęreditatẽ. el 1. in verſi. ſed ſi mater. eod. titu. ff. ad Tertul. & l. 3. ff. de acquir. hære. & ſic d. l. filij mater. §. 1. iuncta cum d. §. ſi mater. multum ſtringunt. Et ſi dicatur, ſi ibi filius repudiaſſet, non habuiſſet locum pœnitentia. l. 2. C. de iur. & fact. igno. Reſponde, quòd ſpeciale eſt in filio propter verba Senatuſcon. extenſiua, quòd habeat locum pœnitentia vſque ad annum, d. l. filij mater. §. 1. ſed in dict. l. 2. ideo non habet locum pœnitentia, quia erat elapſus

ADDITIONES.

a ¶ Barto. Verbum nullum facit Barto. eſt tamen glo. in l. quia poterat. ff. ad Trebell.

b ¶ Ego. Et hic Alexand. in tertia & quarta colum. vtrobique circa medium. PVRPV.

c ¶ Et pro ea. Huius text. omnes ponderationes ſunt Alexand. hic in tertia colum. PVRPV.

Source : BIU Cujas

a *& legitima iura omnimodo habere.* a pondera illam dictionem,omnimodo,vt est glo.in cle.1.de foro compe. Tamen glo.in hoc decipitur,quia non est verum, q̃ hodie per Anastasium inducatur agnatio,quo ad illos fratres, qui sunt emancipati, sed bene inducitur legitima successio, & legitima tutela, ac si emancipatio facta non fuisset,tamen per hoc non sequitur, ergo inducitur agnatio, quia non omnes, qui habent legitimam successionem,hodie sunt agnati. patet, quia hodie etiam cognati admittuntur à l. ciuili sicut agnati. §. nullam verò. in Auth. de hære.quæ ab intest.& sic habent hodie legitimam successionẽ, & tamen non sunt agnati.Et istud est,quod dicit in terminis gl. rub.j̃.vnde legi.& ibi Bart. Et propterea dicit multum oportunè Bal.alibi in l.lege.12.tab.in fin.j̃.de legi.hære. q̃ aliud est quẽ esse agnatum, aliud est quem habere iura agnatorum. fratres enim emancipati bene habent hodie iura agnatorum, ac si essent agnati,verè tamen non sunt agnati. ¶Item dum glo.dicit fallit in suis, voluit dicere glo. q̃ quamuis omnes illi dicantur agnati,qui iunguntur per lineam masculinam.§ fi. Insti. de leg. agna.succes.tamen fallit in suis, non intelligas suis propriè, & strictè,

ADDITIO.

a ¶Habere.Adde de illa decisione text.in l.ventre. in fin. ff.de acquirend.hæreditate. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſtrictè, ſed in ſuis, hoc eſt in filijs, vel in nepotib. eo quia cùm poſſint emancipari à patre, vel auo. Inſtit. quib. mod. ius pa. poteſta. ſol. in prin. certè per emancipationē deſinunt eſſe agnati, quis iungantur per lineam maſculinam. Iſtud autem nō poteſt teſt cadere in alijs agnatis, qui non ſunt de liberis, quia in eis nō cadit emancipatio, imò eſſet res inepta. l. quidam cùm filium. in prin. ff. de verbo. oblig. ¶ Poſſet etiam aliter reſponderi huic arg. quàm gl. reſpondeat ſecundum Cy. hic in pen. col. ℭ illud quod dicitur, ℭ agnati ſunt, qui inniguntur per lineam maſculinam, verum eſt niſi media perſona per quam iunguntur ſit emancipata, & ſic deſierit eſſe agnata, vt in caſu noſtro nepos iungitur auo mediante perſona filij maſculi, qui erat emanci-
50 patus. ¶† Concludit ergo gl. ℭ nepos natus, & conceptus poſt emancipationem filij, patris eiuſdem nepotis, non eſt agnatus auo, imò nec ipſe filius emancipatus, dato, ℭ habeat iura agnatorum. Et quamuis aliquæ glo. hic allegatæ per Bart. tenuerint contrarium, tamen ſententia glo. noſtræ eſt vera, *& approbatur per omnes:* & adde Bar. in l. 1. §. domini. el 3. ff. ad Senat. Sylla. ex his, quæ dicta ſunt. Et ſubiungit Bar. pro glo. noſtra facere, ℭ in emancipatis cadit fiduciaria tutela. l. 3. §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. tu. ergo apparet, ℭ non ſint agnati, quia eſſet legitima tutela. Sed in hoc errauit Bar. ℭ imò hodie inter fratres emancipatos cadit legitima tutela, & legitima ſucceſſio. l. 3. & 4. C. de legit. tuto. alleg. in gl. ſecundum Bal. & Sal. hic. ¶ Et vtilitas huius punCti poſſet eſſe ſecundum Ange. hic in repetitio. & plenius Saly. quando teſtator reliquiſſet caſtrum agnatis, & fundum cognatis, vel quando adeſſet ſtatutum, ℭ exiſtentibus agnatis vſque ad talem gradum filiæ fœminæ non ſuccedant, iſti non venirent ſub appellatio. agnatorum, cùm propriè non ſint agnati, quod an ſit verum, patebit ex. ſ. dicendis. ¶ Conclude ergo, ℭ filius emancipatus, & nepotes nati, & concepti ab eo poſt emā cipationem non ſunt verè, nec propriè agnati auo, licèt Ang. hic in repetitione in 9. col. mirabiliter concordando glo. contrarias ſupra alleg. dicat, ℭ quamuis ipſi emancipati non ſint propriè agnati, quo ad auum, eo quia tollitur agnatio per emā cipationem quo ad eos: tamen auus emancipatis non deſinit eſſe agnatus, quia ipſe nō patitur capitis diminutionem. Iſtam opinionem ante Ang. refert, & plenius Cy. hic. Eam etiam ponit Io. Fab. & reliquit indeciſam in §. fi. Inſti. de legi. agna. ſucceſ. Sed iſta conſideratio eſt falſa, & eam reprehendunt Pau. de Caſt. Lud. Rom. & d. Alex. hic per aliqua, de quib per eos: præſertim ratione correlatiuorum. Vltra eos allegatur tex. in l. ſi ab eo. & quod ibi dicunt Bart. & alij. ſ. de leg. hære. Et tangit etiam Cy. hic. ¶ Dicunt tamen Iac. But. Bal. Sal. Pau. de Caſt. Lud. Ro. & do. Alex. hic, ℭ licèt filius emancipatus, & nepotes ex eo nō dicantur propriè agnati, tamen largo modo cenſentur agnati, cùm ſint coniuncti per lineam maſculinam. Et per hoc inforunt duas pulchras, & vtiles concluſiones. Prima eſt, ℭ emancipati [a] ſuccedunt in feudis ſicut alij agnati. Ratio, quia in feudis non attenditur patria poteſtas, ſed an ſit quis de deſcendentib. per virilem ſexum, text. eſt in c. 1. §. & ſi clientulus. de alien. feu. per quem tex. & alias rationes ita determinant Bal. & Pau. de Caſt. in Auth. in ſucceſſione. ſ. de ſuis & legi. hæred. & in c. 1. in 2. col. in titu. an agna. vel filius. idem tenet Fulg hic. Nicol. de Neap. & Mod. in c. 1. §. pen. de his, qui feu. dare poſ. Pau. de Caſ. in l. ſi ab eo. ſ. de legi. hære. Et vltra eum facit bona ratio, quia in ſucceſſionibus ab inteſtato ſublata eſt differentia emancipanis, & patriæ poteſtatis. §. nullam verò. in Auth. de hæred. ab inteſta. gl. in l. ſi emancipati. vbi dicetur. ſ. de coll. & gl. in Auth. ex cauſa. ſ. de liber. præte. in gl. 2. & glo. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. Et cauſæ, quæ non ſunt deciſæ per ius feudorum, decidi debent per ius commune, glo. eſt in c. 1. quā Bal. ibi notat, & reputat no. dignam. de feudi cogni. & eſt text. in c. 1. & ibi gl. no. & Bal. de ſuc. fra. & gra. ſuc. in feu. Bald. in l. 2. C. de ſuis & legi. & in l. cùm oportet. in fi. princ. C. de bon. quæ lib. & vtrobique dicit Bal. ℭ ad hoc, vt diſcedatur à iure communi in cauſis feudalibus, requiritur, ℭ aliter ſit expreſsè deciſum in conſtitutionib. feudalib. Et idem Bal. notabiliter in c. 1.
51 § præterea. in 3. col. de prohi. feud. alie. per Fede † De ſucceſſione ex teſtamento in feudis non eſt quærendum, cùm regulari-
b ter vaſſallus de feudo [b] teſtari non poſſit. tex. eſt in c. 1. de ſucceſ. feud. & ibi notat Bal. in c. 1. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. in 5. col. & in c. 1. §. donare. qualiter olim feu. pote. alie. & ſing. in Auth. niſi rogati. ad fi. C. ad Treb. vbi ſing limitat. & ſic puto, ℭ
52 iſta prima illatio Doctorum ſit clara. ¶† Secundò infert [c] ſing.
c Bal. hic in pen. col. ℭ ſtante ſtatuto, ℭ agnati litigantes compellantur ad compromiſſum, cùm tale ſtatutum ſit fauorabile, quia inductum ad amouendas lites inter agnatos. l. fin. ff. famil. erciſ. certè ſub tali ſtatuto comprehendentur emancipati, licèt non ſint propriè agnati, ſed largo modo. Adde, ℭ licèt Sal. hic dicat, quòd fortè ſtandum eſſet communi vſui ſtatuentium, & Fulg. hic teneat contra Bald. per regulam, ℭ in ſtatutis verba propriè ſunt intelligenda, & ſtrictè, vt ſtatim infra dicam. Tamen alij Mod. Lud. Ro. Pau. de Caſt. & do. Alex. hic tenent deciſionem Bald. quam confirmant aliquibus medijs, de quibus plenè hic per d. Ale. Et ita etiam tenuit Pau. de Caſt. in d. Auth. in ſucceſſione, & in l. 1. ſ. communia de ſucceſ. & ita teneas, & eſt multum pulchra deciſio, vt ſtatim intelliges, quamuis contrarium tenuerit ipſemet Bal. ſibi contrarius in l. meminimus. ſ. de legi hær. per illum text. vbi tales non propriè agnati dicuntur, licèt fingantur, vt probat ibi text. in verſ. *quaſi.* & in verſ. *ad ſuorum ſimilitudinem.* Sed ſic eſt, ℭ ſtatuta debent intelligi in caſu vero, non autem in caſu ficto, vt not. Bart. in l. 3. §. hæc verba. cum mille concor. ff. de neg. geſt. Bart. in l. 1. ff. de fonte. & plenius Imo. & Mod. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. Sed poſſes hoc arg. retorquere contra Bald. ſecundum Lud. & Alex. hic, quia quando caſus fictus, & verus ęquiparantur à lege, vt in caſu noſtro. l. meminimus. tunc etiam in correctorijs lex noua corrigens, vel ſtatutum loquens in caſu vero, extenditur ad caſum fictum, text. eſt in c. cùm dilectus, & in cap. ad audientiam, & vtrobique not. Canoniſtæ ad hoc. de cle. non reſi. Ioann. And. & alij in cap. fin. de conſue. in 6. probat bene text. in l. Gallus § & quid ſi tantum, & ibi Bart. & plenius Imo. & Mod. ff. de lib. & poſthu. Secus eſſet, quando caſus fictus non ęquiparatur vero, tunc procedit alia regula, ℭ ſtatuta debent intelligi in caſu vero, non ficto. Niſi reſpondeas, ℭ ęquiparatio d. l. meminimus. non fit in iſta materia, ſed in alia, vnde non ſufficit, vt eſt glo. in c. 1. ne cle. vel mon. & in c. licèt canon. de elect in 6. & glo. in cap. quę à iure. de reg. iur. in 6. & glo in cap. ſi poſtquam. §. fin. & ibi Gem. not. de elect. in 6. & expreſsè Gem. in cap. 1. in 3. & 6. fal. de temp. ord. in 6. Lud. in conſ. 178. inc. Ampliſſime Doct. in vlt. colu. vbi ad hoc allegat pro ſing. text. in l. ſi furioſi. C. de nup. iſtud clarè patet in Auth. quas actiones. cum glo. C. de ſacroſ. Eccleſ. iuncta. l. fin. eod. tit. vt declarat Mathe. in tracta. extenſionum. in 2. colu. Et ſic videtur militare fundamentum Bald. & iſta opin. videtur mihi in iure ſuſtentabilis, maximè, quia Bald. & ſequaces Moderni ſolum mouentur in vno, quia iſtud ſtatutum eſt fauorabile, ergo eſt extendendum etiam ad caſum improprium: nam iſtud fundamentum non videtur tutum, ex his, quę ſtatim infra ſubijciam, & multę auctoritates ſunt etiam pro iſta parte, per ea, quę latè dixi in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. Ad idem videtur facere, ℭ dicit Pau. de Caſt. in l. fin. §. in computatione. in fin. C. de iure delib. & in l. lege. 12. tab. ad fin. C. de legi. hęred. ℭ ſtatuta debent intelligi ſecundum ius commune, verum eſt regulare, & non extraordinarium: Vnde ſecundum eum ſi ſtatutum dicat, ℭ exiſtentibus agnatis mater non ſuccedat, & extet filius ſororis, qui non eſt agnatus, ſed cognatus, tamē per d. l. meminimus. redigitur ad inſtar agnati. certè, quia hoc eſt extraordinarium, & exorbitans, non excludet matrem,
53 ℭ reputat bene tenendum menti. ¶† Ad idem facit, ℭ vult Pau. de Caſt. in conſ. 69. ſuper eo. verſ. ℭ quæritur vtrum dicti legitimati. ℭ tale ſtatutum non comprehendit etiam filium legitimarum: motus per doctrinam Bald. in l. quiſquis. C. ad l. Iul.
54 maie. quam refert. † Ad idem, quia de iure communi nemo
d inuitus [d] cogitur facere compromiſſum, vt probat Bartol. in l. furti. §. qui iuſſu. ff. de infami. Bald. in l. ex ſtipulatione. C. de ſen. & in c. 1. §. ſi quis verò. de pacet enen. Bal. in proœ. Decreta. in 5. colu. ad fin. & ſeq. probat text. in cap. fin. & ibi Bald. in 3. colu. not. de reſcrip. vbi nemo compellitur cōponere, ſicut nec tranſigere, imò tranſactio facta iuſſu iudicis, nullius eſt momenti. text. eſt not. in §. quia vero. & ibi Ang. multum not. in Auth. vt lit. iurent. ſed compromiſſum dicitur tranſactio. ergo cū iſtud ſtatutum deroget iuri communi, debet intelligi ſtrictè, vt minus lędat ius commune, ex quo ſtatutum de ſe multum operatur, vt eſt glo. in l. fin. §. in computatione, & ibi Bart. & Doct. ſ. de iure delib. l. 2. ſ. de noxa. & cap. cùm dilectus. de conſue.
55 ¶† Tu not. diligenter ad aliud dictum Bald. ℭ ſtatutum cogens agnatos ad compromiſſum, dicitur fauorabile, & conſequenter extendendum, & idem tenet Bald. in multis locis, & alij plerique relati per Alex. hic, ad quem te remitto. Idem tenet do. Alex. in l. 1. §. lex falcidia. in 1. col. ff. ad leg fal. & in rub. ff.

ADDITIONES.

a ¶ Emancipati. Adde Bald. in Authen. in ſucceſſioue. C. de ſuis, & legitimis.

b ¶ Vaſallus de feudo. Adde Bald. in l. 2. in princip. C. communia de lega.

* Et diſtingue, vt per Clar. §. feudum. q. 40. & vide Ro. conſ. 199. & ſingu. 533. Rol. conſ. 42. lib. 1.

c ¶ Infert. Adde Iaſ. in l. 1. col. 2. ſ. de ſucceſ. edi. PVRPV.

d ¶ Inuitus. Adde Ioann. And. in c. pen. de elect. lib. 6. in nouella.

Source : BIU Cujas

ſolut.mat.in 7.col.ſeq.Raph.Fulg.conſil.136.incip. Item ſi qua quæſtio.Iſtud reputat multum ſing.Pau.de Caſtr.hic.& ex hoc dicit ſe aliàs conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ, vbi eſt ſtatutum, ꝙ affines cogantur ad compromiſſum : erant duo adinuicem affines,ſed in ſecundo genere affinitatis, de quo ius ciuile nihil curat : tamen de iure canonico olim iſtud ſecundum genus
a affinitatis [a] erat prohibitorium nuptiarum,hodie non, dicebatur, ꝙ tales affines non cadebant ſub ſtatuto, quia eſt affinitas ſine effectu. dicit Pau. de Caſtr. ſe contrarium conſuluiſſe, ex doctr.Bal.quia quemadmodum ſecundum Bald.hic. ſtatutum de compromiſſis,quia eſt fauorabile,extenditur ad eos, qui nõ ſunt propriè agnati, ſed largo modo : eodem modo ſtatutum de affinibus extenditur ad tales affines.¶Ego autẽ ex deciſione Bal.& Pau.de Caſt.approbata per Ludo Rom.& do.Alex.hic,
b elicio ſolennem limitationem, [b] quam ego magnifacio, ſed non inuenio adhuc ab alio ponderatam, ad regulam vulgatã,
c quę habet,ꝙ in ſtatutis,quia ſunt ſtricti iuris,verba debent [c] ſtricte, & propriè intelligi,vt not.Bar.in l.quicquid aſtringendæ.in fi.prin.ff.de verb.obl.& declarat Bart. poſt gl.in l.non dubium. in 3.col.& 3. q. C. de legi. vbi aliquando dixi de iſta regula ſingulariter. Fallit niſi ſtatutum ſit fauorabile,quia tunc intelligitur etiam largè,& impropriè. ita volunt expreſsè Bal.& præfati Mod.præſertim Pau.de Caſtr.dum volunt expreſsè, ꝙ ſtatutum cogens agnatos ad compromiſſum, quia eſt fauorabile, comprehendit etiam emancipatos,& nepotes ex eis, quamuis non ſint propriè agnati. Et caripenderem inuenire aliquem, qui ponderaret ad hoc,vel alibi iſtud diceret. Bene verum eſt,
56 ꝙ alibi inuenio, † ꝙ ſtatuta, quæ reſpiciunt publicam vtilitatẽ principaliter, puta, quæ diſponunt ſuper delictis puniendis, qnamuis viderentur tibi pęnalia & odioſa, tamen ego habeo, ꝙ cenſentur fauorabilia, & non intelliguntur ſtrictè, ſed largè, & impropriè.iſtud expreſsè dicit Bar.in l. quemadmodum.circa medium.C.de agri.& cenſi.lib.11.& Bal.in l.non ſine. ante finem.C.de bon.quæ libe.& voluit Bart.poſt Dy.& glo.ibi in l.2. §.exercitum.ff.de inſam.Pau.de Caſtr.in l.bona fides. ff. depoſi. Lud.Rom.in conſi.105.incip. Viſo themate propoſito,& allegationibus.quod vltimum,an ſit verum, tetigi hoc anno in l.ſi quis id quod.in prin.ff.de iuriſdi.om.iud. ſed quando ſtatutum principaliter reſpicit priuatam vtilitatem, licèt in conſequentiam publicam,vt eſt illud de compromiſſis faciendis,tunc magna eſt fallentia,quæ non bene probatur iure.vnde ſufficit habere regulam pro ſe, ꝙ in ſtatutis, quia ſunt ſtricti iuris, verba debent capi propriè, & non impropriè. vnde qui vult dicere eſſe fallentiam,debet illam probare, vt dicit Bar.in l.2. in 1.col. ff.ſi quis in ius voca.non ierit. & in l.quoties. ff. qui ſatiſda.cog. cum alijs,quæ allegaui in gl.præcedenti. Alibi etiam dicitur, ꝙ vbi tractatur de fauore publico, debet fieri extenſio, vt declarat Bar.in repe.l.ſi conſtante.in 9. q. primæ partis principalis.ff. ſolut.mat.& ibi do.Alex.allegat multa iura ad hoc : ſed miror, ꝙ Docto.nunquam allegauerint tex. expreſſum meliorem de iure in l.hoc modo.in fi.& ibi Bart.not.ff.de condi.& demonſt.
d Adde,ꝙ pro iſta doctrina,quam ego collegi, [d] ꝙ quando ſtatutum eſt fauorabile, & agitur principaliter de fauore priuatorum,ꝙ tale ſtatutum extendatur etiam ad caſum,qui largè, & impropriè venit,bene facit illud,quod volunt Bald.& Sal.&
57 Mod.in l.2.per glo.ibi.C.de in ius voc: cum ſuis concor.† vbi tenent, ꝙ ſtatutum diſponens, ꝙ exiſtentib.maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, quia tale ſtatutum ex parte maſculorũ eſt fauorabile, extenditur, vt etiam comprehendat nepotes ex
e filio maſculo,& tamen nepotes non veniunt [e] propriè appellatione filiorum,ſed largè,& impropriè,ſecundum Bart.in l.liberorum.cum ſimi.ff.de verb.ſig. Adde etiam,ꝙ propter qualitatem perſonæ, ad quam verba referuntur,recedimus in ſtatutis à proprietate vocabuli, & intelligimus etiam in caſu improprijſſimo. Ita colligitur ex deciſione Bar. ſubtiliter intuenti in l.1.§.lex Falcidia. & ibi multum notat do. Alex.ff.ad l.Falcidiam.Similiter cauſa honeſtatis cõſeruandæ recedimus à proprio ſignificatu,vt probatur in l.4.§. parentes. cum glo. in verbo in infinitum.ff.de in ius voc.& ibi ad hoc notant Ang. Fulg. & Alex.& bene probatur ibi in tex.in verbo, quod & honeſtius
58 eſt.¶† Tamen contra principalem regulam,quòd etiam quando ſtatutum eſt fauorabile, tamen verba non debeant impropriè intelligi,facit.l.non aliter in prin. & ibi gl. & latius Bart.in l. librorum. §. quod tamen Caſſius.ff.de lega.3. & l.1. §. ſi is qui nauem.ff.de exer.& tamen legata ſunt fauorabilia.l.in teſtamẽtis.ff.de reg.iur & c.cùm dilecti.de dona. Sed reſponde dupliciter,vel ꝙ iſtud ſit, quia teſtator præſumitur minus grauare hæredem quàm ſit poſſibile.Vel ſecundò,ꝙ quando agitur de ſuſtinendo teſtamento, tunc bene fit larga interpretatio, quia reſpicit publicam vtilitatem,ꝙ teſtamenta ſuſtineantur.l. vel negare.ff.quemadmodum teſta.aper.gloſ.in l. Gallus. §. quid ſi is
59 qui.ff.de libe.& poſthu.¶† Item adde deciſionem Pau.de Caſt. hic,in qua dicit ſe conſuluiſſe ex doctr.Bal.ꝙ ſtatutum cogens affines ad compromittendum, comprehendit eos, qui ſunt in ſecũdo genere affinitatis, quamuis illa affinitas fiat ſine effectu. Si vis ſcire,qui dicantur affines in ſecundo genere, & qui in ſecundo gradu,habes glo.in c.non debet.de conſan.& affi. Ioan. And.in arbore affinitatis in 2.parte. Tamen non puto,ꝙ deciſio Pau.de Caſt.ſit vera,nec bene colligitur ex deciſione Bal.in qua dato, quòd iſti ſint agnati impropriè, tamen talis agnatio non eſt ſine effectu, imò eſt cum magno effectu quo ad legitimam tutelam, & legitimas ſucceſſiones, vt ſupra declaraui. Sed in iſto ſecundò genere affinitatis nedum tale ſecundum genus affinitatis eſt omnino improprium, ſed etiam ſine vllo penitus effectu,& de eo nihil penitus curatur,non ſolùm in foro ciuili,ſed etiam de iure canoni. ſecundum gl.in d.c. non de-
60 bet.¶† Adde etiam ad deciſionem Bal. & Docto. hic de ſtatuto cogente agnatos ad compromiſſum, quòd comprehendat etiam eos,qui largè,& impropriè ſunt agnati,illud, quod conſuluit Lud.Rom.in conſi.82.quod incip. Quo ad id,quòd quęritur an Andreas, &c. vbi quærit, & diſputat, an tale ſtatutum comprehendat exiſtentem intra gradum, & ius agnationis reſpectu ſanguinis, ſi per ſtatutum ciuitatis erat ſegregatus ab illa agnatione,& finaliter determinat,quòd non. Et per hæc eſt expedita ſecunda pars glo.¶Sum in tertia parte gl.ibi.[item quęritur,an vnde liberi.] in qua aduerte, quòd arg.gl. contra Placentinum multum malè formatum, venit à remotis, quia qõ Placen.non eſt de filio in poteſtate, ſed ſolùm de filio emancipato mortuo ab inteſtato,& in iſto membro ſi aduertis, gl.concordat cum opin. Placen.licèt videatur eam velle impugnare. Item aduerte,quòd iſtud argu.glo.contra Placentinum eſt falſum in multis partibus.primò,inquantum dicitur, quòd filiusfamiliàs miles,vel habens peculium quaſi caſtrẽſe, ſi prætereat, vel exhæredet patrem in teſtamento, quòd eius teſtamentum non valet, & non poteſt querelari,vel aliter ſubuerti,iſtud procedit attento iure. C.ita loquitur.l.fi.ad fi. C.de inoffi.teſt.alleg. in gl.Sed illa l.fi.eſt hodie correcta per ius Auth. ſecundum gl. ibi.& Cy.& Fulg.hic.quia ſi hodie miles prætereat, vel exhæredet patrem ſine cauſa legitima, eius teſtamentum hodie ſubiacet querelæ.de quo dicetur in l.ſicut certi.j.de teſtamento milit. Item inquantum dicit gloſſ.quòd quando filiusfamiliàs habens peculium caſtrenſe, vel quaſi moritur ab inteſtato, pater non ſuccedit filio tanquam hæres,ſed occupat iure peculij: nã ſicut alia peculia aduentitia, vel profectitia iure iſto, mortuo filio ſunt propriè patris,ſicut erant etiam viuo filio, dato quòd filius haberet adminiſtrationem, ideo mortuo filio nihil obuenit patri,quia pater capit, & occupat illud, quod eſt ſuum, ita
f etiam facit in peculio caſtrenſi,vel quaſi.Et duplex eſt vtilitas, [f] quia quando pater venit iure peculij,debes ſcire,quòd viuente filio pater obligatur ex contractu filij, quatenus eſt in peculio, & non plus.toto titu.ff.de pecu. mortuo autem filio, quia peculium eſt proprium patris, pater amplius non eſt obligatus, tamen de ęquitate prętoria tenetur adhuc vſq; ad vnum annũ, quatenus erat in peculio.Iſtud diſponit tit. quando actio de peculio eſt anna.in occupante ergo iure peculij pater mortuo filio non tenetur creditoribus, niſi vſque ad annum, & non tenetur inſolidum, ſed eatenus, quatenus reperitur in peculio. Sed ſi pater ſuccederet filio iure hæreditario, tenetur perpetuò creditoribus hæreditarijs, nedum vſque ad annum, & teneretur inſolidum etiam vltra vires hæreditarias. Iſtas duas vtilitates,& differentias ponit glo.magiſtra, quam Bart.not.in l.pater qui caſtrẽſe.in prin.ff.de caſtr.pecu.Tamen iſtud,quod gl.dicit, eſt hodie correctum,quia hodie filiusfamiliàs in talibus,& etiã in aduẽtitijs habet hæredem ab inteſtato. §.1. in Auth.de hære. quæ ab inteſtato.& ſic hodie pater non occuparet bona filij, ſicut peculium, ſed oporteret, quòd ſuccederet iure hæreditario,& tunc eſſet obligatus perpetuò,& vltra vires hæreditarias,
61 vt prædixi.¶† Item inquantum dicit gl. quòd ſi filiusfam.non haberet

ADDITIONES.

a ¶Affinitatis.Adde Doct.in c.non debet.de conſan. & affinit. & in arbore affinitatis.

b ¶Limitationem. Adde eundem Iaſ.in l. non dubium.col.9.verſic.2.adde.j.de legi.in l.4.§.prætor ait.ff.de in ius voc.& ad limita. Iaſ. vide Bald. conſi.286. ſuper prima.lib.3. BELLAC.

c ¶Debent.Adde Doct.in c.in noſtra.de iniu.Cardin.Zab. in c. cùm dilectus.in 13.q.de conſuetu.

d ¶Collegi. Adde his limitationib. Iaſ.in l.4.§.prætor.ff. de in ius voc.& in l.5 col.2.j.de ſucce. edi. PVRPV.

e ¶Nepotes non veniunt.Adde Bar.in l. librorum. in prin.ff.de verb.ſig.Bar.in l.filius.C.ad Maced.Inno.in c.ſi verò.de ſen.excom.

f ¶Vtilitas.Iaſ.in §.actiones.col.2. Inſti. de act. PVRPV.

Source : BIU Cujas

haberet peculium caſtrenſe, vel quaſi, ꝙ nec olim, nec hodie teſtari poteſt, quia tunc omnia ſunt patris. in hoc etiam gl. malè dicit, quia hodie bona aduentitia non ſunt patris, quorum pater habet ſolùm vſumfr. l. 1. ĩ. de bon. mat. l. cùm oporteat, in prin. ĩ. de bo. quæ liber. Item multa ſunt aduentitia, in quib. pater non habet vſumfruc. quos caſus enumerat glo. magiſtra in Auth. excipitur, & in Auth. ſeq. C. de bon. quæ libe. & in talib. aduentitijs, quorum vſusfr. non quæritur patri, eſt aliud dubiũ, nunquid filius ſa. poſſit teſtari, vel ne, quod examinabimus in l. pen. ĩ. qui teſt. fa. poſ. Et ſic vides, ꝙ arg gl. contra Placentinum non ſolùm non obſt. Placentino, quia venit à remotis, ſed etiã eſt falſum in pleriſque partib. ¶ Et in quæſtione principali Placentini, quæ eſt, quando filius emancipatus moritur ab inteſta. glo. ſi conſideras concordat cum Placentino, ꝙ patri non ſolũ competat bon. poſſ. vnde legi. ſed etiam competat bon. poſ. ex primo capite. ſ. vnde liberi, ſub quo etiam parentes veniunt. Et vtilitas reſultat; quia pater iſto modo poſſet venire ex triplici capite, & ſic habere tres annos vtiles ad ſuccedendum filio. ſ. per vnde liberi, per vnde agnati, & per vnde cognati. l. 1 §. ſed videndum. ff. de ſucceſ. edi. declaraui in l. 1. ſuper glo. fi. ſ. qui admit. Item intereſt noſtra habere plura remedia. l. cùm filius. §. varijs. ff. de leg. 2. quia renunciando vni non videtur alij renunciare l. ſi domus. ff. de ſer. vrb. præd. intelligendo, vt per gl. not. in l. 1. §. ſed videndum. ff. de ſucceſ. edi. Et ita tenent *magis communiter Doctο.* hic, præſertim Citramontani, & glo. in §. & cùm de teſtamentis in verbo vnde liberi. Inſti. de bono. poſ. & melius, quàm alibi Bald. in l. fi. ĩ. vnde legi. in 2. col. in ver. ſequitur vnde liberi. Et ſuadetur, quia prætor tractat parentes ſicut liberos: nà ita concedit eis vnum annum ſicut liberis. l. 1 §. largius. ff. de ſuc. edic. Ita videretur tenendum, quamuis contrarium tenuerint Vltramontani, & Cyn. Richar. Mal. Oldr. Lau. & Albe. de Roſ. hic, & Io. Fab. in d. §. & cùm de teſtamentis per duas rationes, quib. reſponde, vt per Bar. hic, & Bal. in d. l. fi. Et vltrà reſponſionem Bart. dic, ꝙ quẽadmodum præteritio matris habetur pro exhæredatione, ideo filio in ſucceſ. matris, vel lineæ maternæ non datur cõtratab. nec vnde liberi, vt dixi in l. poſthumo. poſt gl. ſ. de bon. poſ. contratab. quam præt. ita eodem modo ècontra præteritio filij de matre habetur pro exhæredatione. l. cùm filium. & ibi Bar. C. de inoffi. teſta. glo. in §. mater. in gl. 2. Inſti. de exhære. lib. ideo matri ſimiliter non datur contratab. nec vnde liberi, quæ ratio ceſſat in patre. ¶ Si velles defendere opi. Vltramontanorum, potes ita arguere, quia cùm non conueniant patri verba edicti loquentia de liberis. l. 1. & 2. ff. eo. ergo nõ debet conuenire diſpoſitio. l. quod conſtitutum. ff. de teſta. milt. & ibi Bar. no. & tex. in l. ſi furioſi in verbo *non loquitur.* & ibi Bald. not. C. de nup. & in l. 4. §. toties. & ibi Bar. in fi. no. ff. de dam. infect. & idem Bar. in l. ita autem. in prin. per illum tex. ff. de admi. tut. Facit, quod mirabiliter tenet Bar. in l. ſcimus. in fi. prin. C. de inoffi. teſt. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ frater excludat ſororem à ſucceſſione patris eam congruè dotando, ꝙ ſi ex filia præmortua ſupereſt nepos maſculus, cum in eo non cadat dos, & conſequenter in eo non poſſit habere locum forma ſtatuti, non habebit locum ipſum ſtatutum. d. l. ita autem. in princ. & in l. conſtitutionib. ff. ad mu. & tamen pondera, ꝙ ibi erat maior ratio. de quo per d. Franc. de Are. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. in fin. ff. de libe. poſth. Adde etiam l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hęre. Nec obſtat, quod dicit Bar. de identitate rationis, quia non eſt verum, vt ĩ. ſtatim dicam. ¶ Secundò facit text. in §. & cùm de teſtamentis. Inſti. de bono. poſ. & l. 1. in princ. ff. quis ord. in bon. poſ. ſeruetur. ¶ Tertiò, quia pater venit vt manumiſſor, & æquiparatur patrono, quo ad contratab. & non rumpit cõtratabulando teſtamentum in totum, ſed auocat legitimam tantum. l. 1. in prin. & l. Pãonius. in prin. ff. ſi à patrẽ quis fue. manu. ſed patrono nõ datur vnde liberi, ſed vnde legitimi, ergo idem in parente. Facit ad hoc, quod dicit Bart. in Auth. nouiſſima. in pen. q. C. de inoff. teſt. ¶ Quartò ſi aliter diceremus, ſequeretur, ꝙ cùm hodie ad ſucceſſionem filij ſimul admittantur pater, mater, & frater vtrinque coniunctus, & filius fratris. Authen. defuncto. C. ad Tertulianum, ꝙ iſtis omnibus deberet dari vnde liberi, aliàs excluderentur ſi ſolùm haberent vnde legitimi, quod videtur abſurdum, quicquid dicat Bal. in d. l. fi. in 2. col. C.

62 vnde legitimi. ¶† Quintò [a] facit, quia remedia, quæ competũt

a filio, non competunt patri. patet, quia filius poteſt detrahere duas quartas. ſ. Trebellianicam, & quartam legitimam, ſecun-

* dum *communem ſententiam.* c. Raynutius. & c. Raynaldus. de teſt. Bart. & alij in l. quamquam. ĩ. ad l. Fal. & in ſ. Papinianus. §. meminiſſe. cum ſimi. ff. de inoff. teſt. & tamen pater non poteſt detrahere niſi vnam quartam, quia in patre iſtud non eſt expreſsè ſtatutum. Ita ſing. Bal. in l. ſi à milite. §. 1. ff. de teſta. milit. de quo latè per d. Alex. in l. in ratione. §. quod vulgò. in 9. col. ff. ad l. Fal. cũ alijs per eũ alleg. Item ſi pater alienet in fraudem filij, & ille participet fraudem, poteſt filius reuocare vſque ad legitimam ſuam, ſed non ècontra pater. l. non vſque adeo, & ibi Bar. no. ff. ſi à parẽ. quis fue. ma. Item inter filios ſuccedentes aſcendentibus locus eſt collationi, ſed non ècontra, quando aſcendentes ſuccedunt deſcendentib. quia lege non cauetur, ita ſingulariter Bal. in l. ſi emancipati. & ibi Alex. ĩ. de colla. Item filius exhæredatus tranſmittit querelam non pręparatam ad liberos. l. ſi quis filium. in prin. & l. ſcimus. §. fin. C. de inoffi. teſta. ſecus in aſcendentib. exhæredatis, ita ſingulariter Ang. in l. nam & is. ff. de inof. teſta. quamuis indeciſum relinquat Cy. in d. l. ſcimus. in vltimis verbis. Item liberi primi gradus non computant fructus per-

b ceptos in quartam. [b] l. iubemus. in prin. C. ad Treb. ſecus in patre, & aſcendentib. & ſic primi gradus l. filiusfam. & ibi Doct. ff. ad l. Falc. Ad fundamentum Bar. reſpondet, ꝙ non eſt identitas rationis in patre, & filio, & ſic non videtur contracurrere mẽs prætoris, vt dicit Bar. Facit, quod dicit Iuriſcon. in l. ſcripto. in fi. ff. eo. tit. ¶ Caue tamen inquantum Bar. contra Vltramon. probat, ꝙ parentibus debeat competere bono. poſſ. vnde liberi, & probat ſic. nam bon. poſ. vnde liberi illis competit ab inteſtato, quib. præteritis in teſtamento competeret contratab. alleg. l. 1. in prin. ff. eo. melius allegaſſet tex. in l. 1. §. rectè. ff. ſi tab. teſt. nullæ exta. ſed ſic eſt, ꝙ patri præterito in teſtamento filij, competit contratab. vt iurib. alleg. in gl. & l. 1 in prin. ff. ſi. à pa. quis fue. manu. ergo ab inteſtato videtur cõpetere vnde liberi. Et iſtud argu. licèt videatur coloratum, tamen falſum eſt, prout etiam perpendit Raph. Fulg. & Lud. hic, quia æquiparatio bene procedit ècontra, ꝙ illi, quib. ab inteſtato competit vnde liberi, ſi ſunt præteriti in teſtamento, tunc habent contratab. ita loquitur Iuriſcon. in locis pręalleg. Sed iſta regula non procedit ècõtra. vt dicit Bar. hic, ꝙ quib. competit contratabulas vt parentibus, etiam ab inteſtato competat vnde liberi, falſum eſt: nam patrono competit contratab. l. 1. ſ. de bon. poſ. contratab. liber. & tamen patrono ab inteſtato non competit vnde liberi. Et quantum ad contratab. pater, & patronus æquiparantur. d. l. 1. in princ. ff. ſi à parẽ. quis fue. manu. & verè text. in l. 1. §. rectè. ff. ſi tabu. teſt. nul. exta. loquitur in liberis, ꝙ quib. liberis datur contratab. eis datur vnde liberi, ſed nõ in alijs, vt patet in patrono, vt dixi. Et ſic ad arg. Bar. reſponde tripliciter. Primò, ꝙ ad tollendum conſequentiam ſufficit dare inſtantiam. glo. in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1. & hic eſt inſtandum. Secundò, ꝙ illa regula procedit ècontra, vt prædixi. Tertiò, ꝙ illa regula procedit ſolùm in liberis, & tunc nunquam fallit.

ADDITIONES.

a ¶ Quintò. Adde Alex. in l. ſi emancipati. col. 2. vbi Iaſ. col. 5. ĩ. de colla. Adde quod l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. nõ procedit in patre rogato fideicom. Iaſ. in l. generaliter. §. cùm autem. 4. col. C. de inſtit. & ſubſti. ver. 7. limita. Itẽ licèt ſit dubium, an ſtatutum poſſit tollere legitimam filiorum, tamen eſt clarum, quòd ſic de aſcendentib. Ang. in conſi. 103. Barb. lib. 3. conſi. 54. col. 7. in 1. dub. Multa adducit Are. in l. ventre. col. antep. ff. de acq. hær. PVRPV.

b ¶ In quartam. Iaſ. in d. verſi. ſeptimò limita. Flor. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 6. col. ff. ad Trebel. PVRPV.

Vnde legitimi. Rubrica.

¶ Capio glo. rubricæ, quam diuido in duas partes. In prima declarat, qui dicantur legitimi, poſtea ſecundò continuat rub. ad præcedentes. Secunda ibi. [poſtquam ergo dixit.] ¶ In prima parte dic melius, ſecundum Bar. Bal. & Sal. ꝙ omnes dicuntur eſſe legitimi non habito diſcrimine an ſint agnati, vel cognati, qui vocantur ad ſucceſſionem ex aliqua lege ciuili, vel aliquo Senatuſconſulto, & iſtud denotat vis vocabuli. dicuntur enim legitimi quaſi à lege ciuili vocati. Et ſi dicis, ſi vocati à lege ciuili ad ſucceſſionem veniunt per vnde legitimi, quando ergo habebit locum ſeptima bo. poſ. extraordi. vt ex legib. vel Senatuſcon. quæ competit illis, qui vocantur à lege ciuili ad bono. poſ. & eſt extraordinaria, & nõ concurrit, nec habet locum vbi habet locum alia. l. vnica. ff. vt ex leg. vel Senatuſcon. §. ſeptima. Inſti. de bon. poſ? tangunt Sal. & Pau. de Caſt. ſuper hac rub. dicam in l. fin. ĩ. eo. vbi ponam quatuor neceſſaria requiſita, quæ requiruntur ad hoc, vt illa ſeptima bon. poſ. locum habeat, ex quib. apparebit, quid differat ab iſta vnde legit. ¶ Qui autem dicantur legitimi ſucceſſores, & ſic, quę dicatur propriè legitima ſucceſſio, de quâ ſtatutum deberet intelligi, declaraui notabiliter in euidentialib. l. vnicæ. ſ. quando non peten. par. ¶ Item aduerte, ꝙ licèt iſta rubrica habeat duas part. Tamen de prima parte. ſ. vnde legitimi, non habemus aliquam. l. in hoc titu. quæ de hac tractet, ſecundum Odof. & Paul. de Caſtr. ſuper hac rub. imò quinque leges huius tit. ſolùm loquuntur de ſecunda parte vnde cognati. prima pars rubricæ omiſſa eſt, quia non expediebat.

Source : BIU Cujas

expediebat. Adde, ꝙ idem tenet gl. in l. fi. ĩ. eo. tamen, quia iſtud videtur incongruè dictum, potes dicere ſecundum Saly. & do. Alex. in l. 1. ĩ. eo. ꝙ illa l. 1. tractat de prima parte. ſ. de bo. poſ. vnde legitimi, intelligendo conſobrinos non propriè, vt ibi dicit gl. pro natis ex duab. ſororib. ſed largè pro fratrib. amitinis, vt dicit tex. in §. quarto gradu. Inſti de gra. qui ſunt agnati, & veniũt per vnde leg. Item l. non hoc. ĩ. eo. ſecundum Odoſ. ibi.

SVMMARIVM.

Rex Apulię & ſi vtile tantum habeat dominium ipſius Regni: tamen caſtra ſingularia ſunt de dominio directo.

LEX PRIMA. II. & III.

CONſobrinorum. Cognati, vt sũt conſobrini per lineam tranſuerſalem adinuicem, item cognati per lineam deſcendentiũ, vt ſunt nepotes ex filia, auo materno non ſuccedunt niſi de iure prætorio. hoc dicunt tres leges primæ vſq; ad legem non hoc. Inquantum tex. in l. 1. dicit, [tu qui eorum poſſeſſionem agnouiſti.] ponderatur per Bal. Lud. do. Franc. de Are. & do. Alex. hic, ꝙ in agnitione bon. poſ. ſufficiat dicere, agnoſco poſſeſſionem, abſque eo, quod adijciat bonorum, & do. Alex. addit Cy. in l. fi. in 1. q. ĩ. eo. Io. Fab Inſti. de bon. poſ. in prin. & Bal. plenè in l. 1. in 1. q. §. qui admi. Sed tu aduerte, ꝙ iſte tex. probat de directò oppoſitum: nam cum. §. dixerit inteſtatorum bona, deinde apponat relatiuum eorum poſſeſſionem, facit relationem ad dictionem bona, & eſt perinde, acſi diceret bono. poſſ. vnde ſi tex. dixiſſet ſimpliciter, tu qui poſſeſſio. agnouiſti, bene probaret tũc notabile Docto. ſed cùm dicat eorum poſſeſſio. probat contrarium, & Cy. in d. l. fin. & alij ſuperius alleg. per do. Alex. loquuntur in terminis diuerſis, nam dicunt non eſſe differentiam, an dicatur agnoſco bon. poſſ. an dicatur poſ. bon. ad hoc allegant. l. 2. §. incertum. ff. de præt. ſtipu. & iſtud non eſt ad propoſitum noſtrum. Niſi dicas, ꝙ ad hoc vltimum poſſit induci iſte tex. nam dato, quòd dictio eorum, faciat relationem ad dictionem bonorum, tamen ſunt duæ dictiones diuerſæ, & ſeparatæ, quę idẽ important, acſi eſſent ſimul vna dictio, & ſic acſi ſimul diceret bon. poſ. agnouiſti, & ſic idem importat ſeparata, ſicut vnita, & ſi iſtud voluit notare Bal. tunc iſte tex. bene faceret. ¶ Gl. in verbo perſequi, concludit gl. ꝙ bo. poſ. ad perſequendum res hæreditarias competit poſſ. hær. peti. & quid ſit, declaraui in rub. ſ. qui admi. Item competit rei vendicatio ad res ſingulares. Tu aduerte, nam vtilitas reſultat per iſtud, quod dixit glo. eo quia petitio hæreditatis, quæ competit hęredi de iure ciuili, vel bon. poſ. & hæreditatis petitio, quæ competit hæredi de iure prætorio, non datur contra poſſidentẽ titulo. l. hæreditatis, & ibi Bar. & Doct. aſſignant rationem. C. de peti. hær. Bart. in l. pro hærede. in prin. ff. eod. ideo tunc neceſſaria eſt rei vendicatio, quæ bene competit contra quemlibet poſſidentẽ titulo. Sed iſta rei vendicatio non competit ad vniuerſitatem iuris, ſicut facit petitio hæreditatis, ſed ad res ſingulares. l. vendicatio. ff. de rei vendi. & quæ ſit ratio diuerſitatis, tradit ſubtiliter Bar. in rub. ff. ſolu. mat. in vlt. col. circa med. ¶ Et ex hac gl. iunctis hic traditis per Doc præſertim Cy. & Mod. hic no. ꝙ ille, qui ſuccedit de iure prætorio tantum, quamuis non conſequatur directum dominium in vniuerſitate ſucceſſionis, niſi in caſu, quem ponunt Dyn. & Bar. in l. 2. ff. de bon. poſ. tamen quantum ad res ſingulares bene iure ſingulari conſequitur directum dominium, & propterea
1 habet rei vendicationem ad res ſingulares, vt dicit glo. ¶ † Et
a iſtud [a] facit ſm Bal. ad Regnum Apuliæ, [b] ꝙ licèt Rex in vni-
b uerſali regno ſibi conceſſo in feudum ab Eccleſia Romana, iuxta clem. paſtoralis. de re iudi. habeat tantum vtile dominiũ, ſicut regulariter habet quilibet vaſſallus. c. 1. §. 1. de inueſt. de re alie. fac gl. in c. 1. in prin. in gl. magna. & ibi Bal. in §. præterea. de cap. Corra. & tex. in c. 1. & ibi gl. & Bal. de contro. inter vaſſal. & alium. Bald. not. in l. vnica. in 17. col. C. de confeſ. & ſing. in l. 1. in vlti. col. C. ſi plures vna ſent. Bald. in prælud. feud. in 3. col. vbi opportunè dixi: tamen ſingularia caſtra Regni dicuntur eſſe de directò dominio ipſius Regis, & ita tenuerũt Antiqui Doc. Regni, & bene ſecundum eum. Adde, ꝙ idem etiam tenet Bal. in princ. Digeſtorum. in 4. col. & ex hoc ſequitur vtilitas, quòd cùm habeat directum dominium in ſingulatib. locis Regni, & per conſequens habeat ciuilem poſſeſſionem, quæ retinetur animo. gl. in l. j. in gl. fi. & ibi Doct. C. vti poſſid. & glo. in l. 3. §. ex contrario. & ibi Bart. in vlt. col. ff. de acq. poſſ. & iſta ciuilis poſſeſſio, quæ ſolo animo retinetur per directum dominium, facit, ꝙ ſi alius naturaliter poſſideret, nunquam poſſet præſcribere, donec ille retineret ciuilem animo, & ſic donec ſequeretur obliuio, vt eſt glo. quam Bar. & alij ibi multum commendant, in l. 1. in gl. magna. ad fi. C. de ſer. fug. quam reputat ſing. Imo. in l. 1. §. per ſeruum. ff. de acqui poſ. ſed habet conſociam in l. malè agitur. C. de præſcr. 30. ann. vide aliam in §. ſed aliquando. Inſti. de vſuca. Bar. in l. Celſus. in 4. col. ff. de vſuc. vbi per hoc inſtruit aduocatum, vt ſit cautus, & Bar. in l. 3. §. ex contrario. in 1. col. ff. de acq. poſ. ¶ Intellige tamen deciſionem Bald. procedere, cùm Eccleſia Romana ſolùm haberet directum dominium in vniuerſitate Regni Apuliæ, quia non eſt abſurdum, ꝙ duo habeãt directum dominium, vnus in vniuerſo, alius in ſingulari. in l. 3. in prin. ff. de rei vend. Bal. in l. 1. §. per hanc. el 2. ff. eo. ſed ſi Eccleſia Romana haberet directum dominium non ſolùm in vniuerſitate Regni Apuliæ, ſed particulariter in quibuſcunque ciuitatibus, & locis, tunc non procederet dictum Bal. per regulam. l. ſi vt certo. §. ſi duob. ff. commo. ſecundum Lud. & Alex. hic. & in l. nepotib. ĩ. eod. ſuper dictione etiam iure honorario. Aduerte, quia dictio etiam, debet ſtare implicatiuè. l. etiam. C. ſi tuto. vel cura. interue. Bar. in l. 1. C. etiam per procu. in glo. dicit, ꝙ implicatiua eſt nouarum conſtitutionum. l. ſi defunctus. ĩ. de ſuis, & leg. Sed iſta l. non putuit hoc diuinare. l. iubemus. in fi. C. de teſt. dom. Fran. de Are. dicit, ꝙ hic dictio etiam, non ſtat implicatiuè, ſed expoſitiuè pro ſcilicet, ſicut in l. 1. §. fin. ff. vnde libe. Tu dic, quòd implicat, & caſum magis dubitabilem reddit, prout debet, vt dicunt Fulg. & Lud. in l. qui ſe patris. §. titu. 1. & ſic implicat, quòd non ſolùm nepotes aui paterni ſuccedũt de iure prætorio in viriles, de quib. eſt minus dubij, cùm etiam de iure ciuili admittantur, ſed etiam nepotes aui materni ſuccedunt in viriles de iure prætorio. Et iſta videtur veritas, quicquid aliter reſpondeat Fulgo. hic: ſed iſta ſolutio non videtur bona, cùm implicatiua etiam, non ſit ſuper dictione nepotib. ſed ſit ibi ẽt iure honorario. Vel potes dicere, ꝙ dictio etiam,
c abundat, prout etiam eſt gl. in l. ſuus quoque. in princ. in verbo etiam, & ibi Bar. ff. de hær. inſti. Dic melius, ꝙ implicat, ꝙ quando nepotes aui materni ſuccedunt, ꝙ etiam de iure prætorio ſuccedant in viriles, & ſic in capita, & nõ in ſtirpes, & tunc implicat, ꝙ idem eſt, quando nepotes aui paterni ſuccedunt de iure ciuili, quia etiam tunc ſuccedunt in viriles, vel etiã ſi ſuccederent de iure prętorio. Pro ſolutione domini Fran. habetur ſimile, quia dictio etiam, aliquando reſoluitur in expoſitiuam, ideſt. gl. in l. 1. in prin. & ibi Bar. ff. de pact. glo. & Bart. in rub. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & Bar. in l. 1. in prin. ff. de iuſt. & iur. Similiter glo. in rub. ff. ſi ager vect. glo. in l. vbi pactum. in prin. vbi Bart. & Docto. C. de tranſ. gl. in l. 2. ff. ad l. aquil. Et vna coniunctio ponitur pro alia, ſecundum gl. in l. eas cauſas. ff. de condi. & demon.

ADDITIONES.

a ¶ Et iſtud. Alex. lib. 5. conſi. 13. col. antep. PVRPV.
b ¶ Regnum Apuliæ. Adde Card. Zab. in c. cum inter vniuerſas. in fi. in 2. opp. de elect. & ibi Abbas poſt eum.
c ¶ Dictio etiam. Adde Bar. in l. ſi tertius. §. officium. ff. de aqua plu. arcen. Bart. in l. etiam. C. ſi tuto. vel cur. Bart. in l. etiam. C. de fur. in c. accuſatus. in §. de quæſtionib. de hær. lib. 6. & in cle. diſpendioſam. in fi. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Probans aliquem poſſediſſe res hęreditarias, non per hoc dicitur probaſſe eum hęredem eſſe.*
2 *Depoſitio teſtis, & quęcunque probatio debet de neceſſitate concludere, aliàs non probat.*
3 *Articuli, & probatio debent de neceſſitate concludere.*
4 *Probatio vbicunque non concludit, ſemper interpretatur contra probantem.*
5 *Probatio nunquam concludit per poſſibile, ſed debet concludere per neceſſe, vel probabile.*
6 *Probatio non concludens nedum non releuat, ſed etiam non facit rem dubiam de iure, vel de facto, & nu. 7.*
8 *Teſtes ſi deponunt, quòd Titius cognouit Bertam per vim, iſta verba an poſſint interpretari actiuè, & paſſiuè, & quomodo.*
9 *Teſtes deponentes ſuper violentia, ſic commiſſam fuiſſe violentiam, quia viderunt accuſatum auferre rem de manibus accuſantis, an probent.*
10 *Teſtis deponeus ſuper fama, ſi reddit rationem dicens, quia audiuit publicè dici, an talis teſtis probet famam.*
11 *Ratio teſtis eſt adiuuanda, & non calumnianda.*
12 *Equus ſi probetur mortuus, & eius color, ac qualitates non probantur, equi conductor illum ſoluere tenetur.*
13 *Teſtes ſi deponunt hominem venditum, vel equum, & non criſpum, vel equum, & non ſtellatum in fronte, cùm tamen tales eſſent, an probent.*
14 *Indefinita prolata à teſte non æquipollet vniuerſali, licèt regulariter contra.*

Probatio

Source : BIU Cujas

15 *Probatio, seu dictum testis an semper debeat necessariò concludere, an aliquando sufficiat, quòd concludat præsumptiuè.*

16 *In acquirendo non sufficit animus acquirendi pos. nisi adsit animus acquirendi dominium.*

17 *Dominium licèt aliquando præsumatur ex possessione, hoc est verum si allegetur, aliàs non.*

18 *Pater si non restituit dotem vxoris, an ex tali retentione videatur adisse hereditatem nomine filiorum suorum, qui sunt infantes.*

LEX IIII.

NOn hoc. Ad probandum quem hæredẽ non sufficit probare, ꝙ possedit, sed quòd legitimè adiuerit. h. d. & ista l. potest intelligi de prima parte rub. vnde legi. quod adde ad ea, quæ dixi. §. in rubr. huius tit. ¶ Casum in ista l. figurat Bald. sed caue dum loquitur de hæreditate consanguinei, oportet te prę supponere, ꝙ alius eum præcederet: aliàs esset sibi delata hæreditas ab intesta. tanquam proximiori, & tunc ex possessione
1 præsumeretur adstio, vt declarat Bar. hic in 1. opp. ¶ † Not. ex tota. l. ꝙ si probo aliquem possedisse res hæreditarias, non per hoc dicor probasse eum hæredem esse, quia potuit esse, quòd possedit tanquam prædo, qui nullum ius habet: sed si probo, ꝙ adiuit hæreditatem, tunc bene probo eum esse hæredem. Adde, quod dicit Bal. in 3. col. in tit. an agnatus, vel filius, quòd si fieret positio, quòd filius possedit, & non diceretur, quòd tanquam hæres, quòd licèt filius confiteretur positionem, non tamen confiteretur pro hærede gestionem, quia positio est indiscreta, & non concludens de necessitate, per hanc l. Istud, quod dicit Bal. potest procedere in alio quam filio, per illud, quod statim dicam. per l. 1. ĩ. de repudian. hæredi. ¶ Contra vtrunque membrum opponitur fortiter, & contra primum, ꝙ ex possessione rerum hæreditariarum probetur quem hæredem, nisi ille liquidò probet, quòd ex alia causa possederit. l. 1. in verbo liquidò probatum fuerit. ĩ. de repu. hæredi. Respondent Bar. & Doct. quod ex sola possessione rerum hæreditariarum nõ probatur, quòd alicui sit delata hæreditas, & consequenter, quòd sit hæres. vult dicere Bart. quòd in d. l. 1. erat filius, cui in dubio præsumitur delata hæreditas, & tunc ex possessione bene præsumitur hæres, nisi probetur contrarium. In istis terminis propriè loquitur d. l. 1. quod non est in ista l. facit, quia filius in dubio præsumitur hæres. glo. ordin. in §. res autem. in verbo paren
a tibus. in Auth.[a] vt lic. mat. & auiæ. quam no. Bal. in c. 1. in 1. col. in tit. an agna. vel fil. & eam reputat sing. Bal. in l. apud hostes. C. de suis & legit. & l. necessàrijs ff. de acquir. hæred. ¶ Circa secundum membrum fortius opponitur, & videtur, quod sit idem, quod in primo, ꝙ per hoc, ꝙ quis adiuit hæreditatem, non per hoc probatur, ꝙ sit hæres, quia potest esse, quòd nullum ius habet. Respondent Barto. & omnes. quod iste text. debet intelligi, quando apparet, quòd huic erat delata hæreditas. Sed tu aduerte, quia durum videtur sustinere hunc tex. & differẽ etiam in eo positam, quia data paritate terminorum, idem est in primo casu prout in secundò: nam si apparet, quòd delata sit hæreditas, tunc ex possessione rerum hæreditariarum probatur hæres. l. 1. ĩ. de repud. hær. sicut ex aditione, & sic idem est in primo casu prout in secundo. aut non apparet, quòd sit delata hæreditas, & tunc idem est in primo prout in secundo, quia etiam in secundo casu ex aditione nõ probatur hæres, sicut nec ex possessio
* ne rerum hæreditariarum, & *ideo Bar. & omnes* dicunt, ꝙ in secundo casu oportet præsupponere, quòd erat delata hæreditas, sed certè hoc p̃supposito, idem erit in primo. Dicũt tamen Fulg. & d. Alex. hic, ꝙ verbum admiserit, in secunda parte text. tollit contrarium, quia verbum admisit, præsupponit pro necessàrio antecedenti, quòd hæreditas fuisset delata, aliàs admitti non potuisset, vt declarat Bart. in l. is potest. ff. de acquir. hære. Sed verbum tenuerit, positum in prima parte, non præsupponit necessàrio, ꝙ hẽditas fuerit delata, & istuerit est quantũ potest dici. Sed certè Bar. & Doct. non fundant se in verbo admiserit, an sit differentia in hoc, & in verbo tenuerit. Præterea si vtrunque verbum referas ad iuridicam possessionem, sicut ad iuridicam aditionem, oportet præsupponere in vtroque delatam hæreditatem. Sed si referas ad actum facti, sicut quis potest possidere res hæreditarias de facto, quamuis non sit hæres, nec ius habeat: ita de facto quis potest adire, vel admittere hereditatẽ, licèt ei non sit delata hæreditas, & sic realiter loquendo, quasi semper idem erit in primo, qđ in secundo casu, data paritate terminorum. Nisi postremò dixeris, ꝙ verbum admirit, in dubio magis referatur ad ius, quàm verbum tenuerit, & sic verbum admiserit, præsupponit, ꝙ legitimè, sed verbum te-
2 nuerit potius significat actum nudi facti. ¶ † Secũdo not. ex hac
b l. illud generale, [b] ad quod tota die allegatur ista l. ꝙ dictum testis, & quælibet probatio debet de necessitate concludere, alias non probat hoc esse, & c. vt in gloss. & in iurib. in ea alleg. Concordat tex. in c. in præsentia. de proba. & tex. in l. pen. §. docere. & ibi Bar. no. ff. ne quis eum qui. & tex. in c. fi. de succes. ab intest. & c fi. de cau. poss. & propri. ¶ † Hinc dicit Bar. [c] hic in fin. multum notandò istum text. ꝙ articulus [d], & positio debent de necessitate concludere, vt hic per eum. Adde, ꝙ articuli debent esse concludentes sicut probatio, ita not. Bal. in l. interpositas. in vlti. col. per illum tex. C. de transa. Item dicit Bal. in c. 1. in 5. col. in tit. an agna. vel fil. alleg. Bart. hic, ꝙ oportet positiones, & articulos specificè, & formaliter cõcludere. ¶ Ego in ista regula sic procedam: primò ponam multas extẽsiones ad istam regulam. Secundò ponam multas notabiles fallentias, & eo libentius, ꝙ hæc regula tota die necessaria est in actu practico. ¶ Et in primis adde, ꝙ probatio non concludens non est pro-
4 batio. l. matrem. & ibi Bal. in prin. ad hoc no. C. de proba. ¶ † Secundò adde, ꝙ vbicunque probatio necessàrio non concludit, semper interpretatur ꝯ probantem. glo. est in d. c. in præsentia. de proba. quam pro singulari ad hoc alleg. Bal. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hęr. instit. idem Bar. in l. inter stipulantem. §. 1. in vlt. col. ff. de verb. obl. & idem Bart. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. ¶ † Tertiò adde ad istam regulam illud, qđ not. dicit
5 Bald. in l. ad probationem. 2. C. de proba. ꝙ probatio nunquã concludit per possibile, sed debet concludere per necesse, vel
6 probabile. ¶ † Dicit etiam Bal. in l. 2. in vlt. col. ff. de bon. poss. fm tab. ꝙ probatio non concludens nedum nõ releuat, vt hic, sed etiam non facit rem dubiam de iure, vel de facto, vt ibi nota. per eum. ¶ † Ad istam regulam quintò adde illud, quod volunt
7 Bart. & alij in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de nou. ope. nun. cum suis concor. ¶ † Sextò adde ad istam regulam facere illud,
8 quod decidit Bar. in l. 2. in §. 1. in vlt. col. per illũ text. ff. de duob. re. & in l. si vxor. §. pen. per illum text. ff. de adult. & in l. si ita sit scriptum. ff. de ma. test. & in l. filiusfam. arg. illius tex. ff. de testa. in quib. locis determinat mirabiliter Bart. ꝙ si accuso aliquem, ꝙ cognouit talem mulierem per vim, & volens probare violentiam eius, formo articulos, qualiter Titius cognouit violenter Bertam, & ita deponunt testes: talis probatio est dubia, & nil releuat, quia necessàrio non concludit. nam licèt testes dicant, ꝙ Titius cognouit violenter Bertam, ista nomina possunt intelligi in actiua significatione, & in passiua iurib. præalle. possent ergo intelligi actiuè, ꝙ violenter cognouit committendo ipse violentiam in mulierem: possent etiam intelligi passiuè, ꝙ Titius non cognouit ex voluntate Bertam, sed violenter, quia ipsa violẽtauit eum. Idem tenet Ang. in d. l. 2. §. 1. qui propterea subdit, ꝙ consilium esset, ꝙ iudex ex officio repereret testes, vt declararent quomodo intelligerent eorum dictum: nam iudex licèt ad instantiam partis nõ debeat reperere testes postquam deposuerunt, tamen ex officio suo potest parte nõ instante. glo. est sin. in §. licèt. in Auth. de testi. Istam decisi. Bar. etiam sequitur, & multum no. dom. Math. in not. 102. limitans sub dubio fortè, nisi communis vsus loquendi intelligeret terminum violenter, in actiua significatione. pro Bart. facit, quod ĩ. proxi. subijciam. Ego teneo, ꝙ ista decisio Bar. sit falsa, & eam reprehendit Ang. sibi contrarius in l. 2. per illum tex. in ver. vio-
e lenter. [e] C. vi bo. rap. reprobant etiam Io. de Imo. & Raph. Cu. & d. Fran. de Are. in d. l. 2. §. 1. ff. de duo. reb. Pau. de Cast. ibi nil dicit. Et contra Bar, multum stringit fallentia, quam ĩ. ponam ad
1 istam regulam: nam licèt probatio debeat de necessitate concludere, m̃ sufficit licèt necessàrio non concludat, ꝙ concludat
2 à communiter accidentib. & ab eo, qđ frequenter euenit. Item dicam. ĩ. Sed communiter accidit, ꝙ viri violẽtiam cõmittant in mulieres, & non econtra. ideo dixit gl. nota. in l. vnica. in verbo suã sponsam. C. de rapt. vir. ꝙ viri rapiant vxores, vel sponsas frequenter accidere: ècontra rarò accidit, ꝙ vxor, vel spõsa
3 rapiat virum. Imò plus dicunt Ioan. And. & Cano. in c. sacris. quod metus cau. & in c. is qui. de sponsa. prout etiã refert Imo. in d. l. 2. §. 1. vbi dicunt, ꝙ possibile est, ꝙ vir per violentiam cognoscat mulierem inuitam, sed nõ esset possibile, aut rarissimè

contin-

ADDITIONES.

a ¶ In Auth. Adde, qđ est in Auth. vt hi, qui oblig. se hab. per hi. res min. colla. 6. limitando tamen, vt per Bar. in l. 1. C. si vt se ab hæred. abstin. gl. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. BELLAC.

b ¶ Generale. Not. Bar. dictum, qđ testis necessariò debet concludere. Amplia etiam stante consuetudine, contra Fely. in c. 2. col. 3. verfi. limita secundo. de proba. & de instrumento venditionis Alex. lib. 4. consi. 10. circa fin. Cur. cõsi. 5. col. 6. PVRPV.

c ¶ Dicit Bar. Adde Fel. in c. in præsentia. col. 2. & 3. de probatio. PVRPV.

d ¶ Articulus. Adde tex. in c. in præsentia. de proba. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de Epis. & cler.

e ¶ Violenter. Ille tex. nihil facit, quia ibi nõ poterat referri ad res nisi passiuè. secus in q. Bar. vbi poterat referri ad mulierem actiuè. PVRPV.

Source : BIU Cujas

cõtingeret, ꝙ mulier poſſet cogere virũ per violẽtiam, vt eam
9 cognoſcat. ¶†Septimo adde, quòd no. tenet Ang. in l. poſtquã. in fi. ff. de peti. hære. vbi dicit, quòd ſemel euaſit accuſatũ de rapina. nam teſtes dicebant ſe rapinæ fuiſſe præſentes, & interrogati de cauſa ſcientiæ, dixerunt, quia viderunt rem auferri de manibus accuſantis per accuſatum. nam nõ probatur rapina, quia verbum auferre, habet duplex ſignificatum, cum violentia, & ſine, vt ibi eſt gl. in verbo abſtuliſſet. vnde probatio trahibilis ad plures ſenſus, contra producentem interpretatur: quia probatio debet eſſe concludens neceſſario, & maxime in maleficijs. l. ſciant cũcti. C. de prob. ita ibi dicit Ang. & ſequitur ſim
10 pliciter Fran. de Are. in l. filiusfa. ff. de teſt. ¶† Octauò principaliter ad iſtam regulã adde bene facere illud, quod decidit Bar. in l. de minore. §. 2. ff. de queſt. in 5. col. in ver. ſed quid ſi teſtis dicit. & in l. 3. §. ciuſdem quoq;. ff. de teſt. in l. Labeo. ff. de ſup. leg. in quib. locis dicit no. Bar. & eſt notabilis deciſio. pone, quòd teſtis deponit de publica fama: interrogatur quomodo ſcit, quòd ſit publica fama de hoc: reſpondet, quia ſic audiuit dici publicè: talis teſtis ſecũdum Bar. nil probat, quia eſt dubia probatio, & non neceſſariò concludens: quia poteſt eſſe, quòd audiuit publicè ab vno, vel duobus, qui iſtud dicebant publicè. oporteret ergo, quòd diceret, quòd audiuit publicè à maiori parte populi, & idem tenet Ang. in l. 3. ff. ad Macedo. & Bal. in additio. Spe. in tit. de ſenten. in 6. col. & d. Alex. in conſi. 25. in 4. vol. quod incipit, in cauſa vertente inter Anto. in penulti. colum. & in cõſi. 117. in 4. volum. incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter domi nam Luciam. Contrarium tenet Bald. in c. per tuas. in 1. colum. de probatio. per illum tex. vbi dicit, quòd ille text. in verbo publicè, facit ad dictum teſtis, qui dicit, quòd audiuit publicè dici, quòd probet famam. & contra Bar. tenet etiam notabiliter Bal. in c. præterea. in vlt. colum. de teſtibus. & idem Bald. in c. literas. in 2. colum. de prẽſum. vbi dicit illum tex. in verbo *publica voce*, facere ad dictum teſtis, qui dicit ſe audiuiſſe publicè dici, quia intelligitur. i. publica voce populi: & ſic probat famam. nã iſta eſt aptior expoſitio, & ſecundum communem intellectum lo quentium, ad quem eſt recurrendum. capitulo ex literis. de
11 ſponſal. ¶† Ad idem facit, quia ratio teſtis eſt adiuuanda, & nõ calumnianda, vt inquit Bal. in repe. l. de quib. in vlt. col. ff. de leg. & c. cauſam quæ. in vlt. colum. de reſcr. & in c. cùm dilectus. in pen. colum. in fin. de conſue. & in capitu. præterea. in vlt. colum. de teſti. in c. 1. in 7. colum. de conſti. & in l. 2. C. de tempo. appel.
12 ¶† Nonò ad iſtam regulam [a] adde tex. in c. auditis. de præſcr.
a in verbo, *ſi per illa conſtiterit, quòd vallis de beueſcam ſit ille locus.* per quem tex. dicit ibi Ioan. And. ſe practicaſſe pro Bidello, qui conduxerat equum ad vecturam pro eundo à Bon. Flo. & talis equus in itinere perijt ſine culpa Bidelli, & ita probauit per ſocios itineris. dicit Ioã. And. ſe obtinuiſſe pro domino locatore equi contra Bidellum, quòd Bidellus deberet cõdemnari, quia eius probatio erat dubia: nam Bidellus bene probauit, ꝙ vnus
b equus [b] erat mortuus ſibi in via, ſed non probauit, quòd fuit ille equus, quem conduxerat: ideo dubia probatio, quæ neceſſariò non concludit, nihil releuat. debuit ergo Bidellus eſſe cautus probare colorem, & qualitates equi mortui, & ſequuntur d. Ant. ibi in pen. col. & Pan. in 9. dicens, ꝙ iſta ſunt notanda ad inſtructionem aduocatorum iuuenum. ſequitur. d. Alex. in cõſi. 118. incip. in cauſa vertente inter Peregrinum. in vlt. col. in 1. vol. & in conſi. ſeq. 119. quod incip. viſo proceſſu ſuper cauſa vertente. in 2. col. ad fi. in 1. vol. Tamen contra iſtam deciſionẽ ab omnib. approbatam pondera multum ſtringere, ꝙ in dubio non præſumitur pluralitas, niſi probetur, vt plenè dixi in l. 2. §. de bon. poſ. ſecundum tab. Niſi dixeris, ꝙ iſta regula fallit in rebus: nam in rebus penè ſemper præſumit pluralitas, niſi identitas probetur, ſecundum Alex. in conſi. 134. in 5. volum. in cauſa & lite vertente inter Albericum de Maynardis. in 2. colum. per allegata per eum, quæ parum tamen faciunt, ſed nihil melius pro eo facit, quàm iſta deciſio Cano. licet ipſe non alleget,
13 vt retuli in d. l. ¶† Decimò adde, quod dicit Bald. in l. edita. in vlt. col. C. de eden. ꝙ ſi dico, ꝙ vendidiſti mihi ſeruum tuum criſpum capillis, vel equum ſtellatum in fronte, ſi teſtes dicunt hominem venditum, ſed neſciunt de criſpo, vel deponunt de equo vendito, ſed neſciunt de ſtellato, ꝙ nihil probant, quia probatio eſt incerta, & poſſet hic eſſe fallentia & circumuẽtio,
14 ſi vnum deberetur pro altero. ¶† Vndecimò ad iſtam regulã adde illud, quod no. dicit d. Abb. Pan. in d. c. auditis. in 5. colum.
c poſt Inno. ibi, ꝙ licèt apud nos indefinita æquipolleat [c] vniuerſali. l. ſi plures. ff. de leg. 3. l. ſi plurib. vbi latè Bar. ff. de leg. 2. in c. ſolitę. de ma. & obe. glo. magiſtra. in c. vt circa, in ver. aliorum eccleſiaſticorum. de elect. in 6. & glo. in c. 2. in glo. pen. de conjugio leproſo. in anti. tamen iſta regula fallit in dicto teſtis, quia cùm debeat de neceſſitate concludere, vt in regula tex. noſtri, indefinita prolata à teſte non æquipollet vniuerſali. Et ideo pone, quòd teſtes deponunt, qualiter canonici talis Eccleſiæ conſenſerũt in electione talis Syndici: pars aduerſa dicit eſt bene verum, quòd duo, vel tres conſenſerunt, ſed in illa Eccleſia ſunt octo canonici, certè illa indefinita prolata à teſte non æquipollet vniuerſali, nec probat, quòd omnes conſenſerint, imò nil releuat. & idem tenẽt Pet. de Ancha. & Imo. in c. quanto. de his quæ fi. à præla. ſine conſen. cap. Iſtam deciſi. ſequitur d. Alex. in mille conſilijs. in conſi. 110. quod incip. viſis acutiſſimis dubitationib. in 2. col. in 1. vol. & in conſi. 68. in 2. vol. incip. viſo & bene diſcuſſo proceſſu. in 4. col. & in conſi. 108. in 2. vol. quod inc. in cauſa & lite vertente inter dominos. in pen. col. in conſi. 112. in 2. vol. incip. viſo ſuperiori themate. in 4. colum. & in conſi. 10. in 4. vol. quod incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter do. Franc. ad fi. Alibi tamen neſcio quo ſpiritu d. Alex. tenuit contrarium, & malè in conſi. 118. ſ. alleg. in 2. col. in 1. vol. & ſic habes regulam tex. noſtri cum 11. extenſionib. ¶ Nunc pono plures no. fal. ad iſtam regulam, quas non inuenies ab aliquo recol
15 lectas, nec hic, nec alibi. ¶† Primò limito iſtam regulam ſecundum Sal. Pau. de Caſt. & do. Alex. hic, quod probatio debet neceſſariò concludere, aliàs nil releuat; nam ſufficit ſi præſumptiuè concludat præſumptione inducta à l. puta ſi teſtis interrogatus quomodo ſciat, reſpondet, quia ſum coniunctus, vel conſanguineus, vel vicinus, iſtud neceſſariò non concludit: es conſanguineus, ergo ſcis, quid faciat conſanguineus tuus: tamẽ præſumptione legis conſanguineus præſumitur ſcire facta cõſanguinei. & ideo dictum teſtis valet, vt probat Bart. in l. j. in 4. col. ff. ſi cer. pet. cum concord. ibi traditis: quod qualiter procedat, ad ibi dicta me remitto. Facit, quòd præſumptiones legum ſunt liquidiſſimæ probationes. glo. in l. ſi tutor petitus. C. de peri. tut. quam ita allegabat Bal. in rubrica extra de præſumpt. in fi. & illam glo. dicit eſſe ſing. & meliorem de iure Imo. in l. quæ ſitum. ff. de re iud. & in l. in tempus. §. j. & in l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit excepto. ff. de hære. inſtit. no. Ang. & Lud. Rom. in l. j. ſup. de teſt. mil. per illum tex. in verbo liquido probatur. iũcta glo. Facit l. ſi quis locuples. ff. de manu teſt. & l. licet Imperator. ff. de lega. 1. ſicut in ſimili dicimus, quòd ſufficit libellum præſumptiuè concludere præſumptione legis. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. credi. Confirmo per aliam regulam, quæ habet, quòd vbi requiritur certa & determinata probatio temporis pro forma, certè ſufficit præſumptiuè probare, probando, quòd olim inerat. nam præſumptiuè probatur, quòd etiam fuerit illo tempore certo & determinato. text. eſt ſing. ad hoc in cap. propoſuit. de cle. excommu. min. & ibi expreſsè ad hoc no. d. Anto. de But. poſt Inno. & ſequitur d. Fran. de Are. in conſi. 51. quod incip. videtur dicendum. in 1. col. & eſt verum, quod in hoc tenet contrarium Bald. in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. in q. de illo, qui dicebatur olim excommunicatus. Iſta limitatio multò magis procedit, quando adeſſet non ſolum præſumptio legis ſimpliciter, ſed etiam præſumptio legis violenta, quæ ſecũdum ius habet vim plenæ probationis, de qua eſt tex.
d in c. literis. de præſump. & in c. afferte. eo. tit. & tex. [d] ſing. in l. ſi hi, qui adulterij. C. de adul. Intellige tamen, quòd violenta præſumptio iuris habet vim plenæ probationis, eſſe verum in cauſa ciuili ad probandum delictum vxoris, vt fiat ſeparatio matrimonij, propter quod vxor non perdit ſolùm dotem, ſed etiã
e perdit bona paraphernalia. [e] glo. eſt ſingul. in c. plerunque. de dona. inter vir. & vxor. ſed non ſufficit in cauſa criminali quantum ad condemnandum criminaliter, niſi in caſu ſingul. d. l. ſi hi, qui adulterij. ita declarant Inno. & Hoſtien. in c. quia veriſſimè. de præſumpt. Domi. Anton. de Butr. in c. quanto. eod. titu. Pan. in c. 2. de præſum. Lud. in l. j. §. ſi quis in villa. ff. ad Sena. Silla. d. Matheſi. in no. 118. dom. Alex. in conſi. 105. quod incip. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ per Poteſtatem Parmæ. in 5. colum.

ADDITIONES.

a ¶Regulam. Deci. conſi. 91. in fi. Iaſ. in l. 2. in fin. ſ. de ſecun. tab. PVRPV.

b * Equus. Adde, quod equus mortuus in itinere præſumitur mortuus ſine culpa conductoris, ſecundum Bald. in l. ſi pecuniam. §. ſed vbi accepit. per illum tex. ff. de cond. cau. dat. & ibi Alexan. & pro conducen. equum qui mortuus eſt in itinere, vide Bar. in l. vnic. C. ne quid oneri pub. in l. ij. C. de naufrag. lib. 11. in l. j. in fi. C. de curſ. pub. eo. lib. in l. ſi vt certo. in prin. ff. commod. & ad dicta Iaſo. hic adde eundem Iaſ. in l. eum qui. §. in popularib. nu. 21. ff. de iureiur. in l. 2. in fi. ſup. de bo. poſſ. ſec. tab. BELLAC.

c ¶Indefinita. Adde Anch. in rub. de re iu. li. 6. in 5. col. Bar. in l. ſi is qui ducenta. in §. vtrum. ff. de re. dub.

d Et tex. illum dicit etiam ſingu. Fely. in c. 2. 5. col. de homici. Alex. in l. ſi ab hoſti. §. 1. colum. 3. ff. ſo. ma. Fely. in c. tertio loco. col. fi. de prob. & in c. niſi malũ. col. 2. de ſimo. PVRPV.

e ¶Bona. Adde Ludo. Roma. ſingul. 315. incip. propter adulterium. Iaſ. in rub. C. de iudic.

Source : BIU Cujas

colum. & in conſi. 15. in 3. volum. incip. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ contra dominam Luciam. ad fin. ¶ Secundò limita, & eſt corroboratio primæ limitationis, per glo. not. in l. neque natales. C. de proba. quæ ſing. dicit, quòd vbi probaui vnum, videor reliquum probare, quod cum primo frequenter contingit, quamuis non ſemper, & ſic quamuis probatio tunc de neceſſitate non concludat, tamen dicitur ſufficiens, eo quòd l. præſumit de eo quod frequenter accidit, & ita illam gl. multum notat, & reputat tenendam cordi Saly. hic, & per illā inferunt Iac. But. & Bar. in d. l. neque natales. ad multa, præſertim ad probandum aliquam eſſe meretricem, quia probatur probando ꝙ ſcholares ad eam vadunt. nam ſubiungit ibi Bal. a ꝙ ſcholaris[a] quando loquitur cum muliere, non præſumitur dicere pater noſter. de quo etiam ponit Bal. in l. data opera. in 19. col. C. qui accu. non poſ. & no. Bal. & Imo. in l. fi. ff. de hære. inſtit. per Bar. in l. ij. in prin. per illum tex. ff. de fur. Bar. in l. iij. §. fi. & in l. quod ait lex. in prin. & in l. capite quinto. ff. de adul. item per illam not. glo. in d. l. neque natales, dicit Saly. hic, ꝙ ſi mortuus ſit aliquis agnatus, qui reliquit multas poſſeſſiones, & aliquis apprehendit poſſ. aliquarum rerum mobilium, ꝙ per hoc non præſumitur adiuiſſe hæreditatem, quia communiter, qui adeunt hæreditatem, res immobiles magis precioſas apprehẽdunt. & ita dicit limitari regulam. l. j. ff. de repu. hær. & licet do. Alex. dicat Sal. moueri per tex noſtrum cum gl. qui nihil faciũt ſecundum eum, tamen verè mouetur Sal. per d. glo. in d. l neq; natales. Idem dicit Bal. in c. 1. in 5. col. in tit. an agna. vel fil. ¶ Tertiò limita, & erit corroboratio præcedentium limitationum, quia ſufficit dictum teſtis concludere à cõiter, accidentib. per gl. in l. cùm dotem. in gl. fi. quã ad hoc ibi no. Bal. C. de iure do. & per illam glo. dixit Bal. in l. neque ſine. C. de nup. arguendo à b cõiter accidentib. ꝙ per inſtra dotalia[b] probatur matrimoniũ & legitimatio filij, de quo vltimo ẽt per Inn. in c. illud. de præſump. Bal. in rub. C. de priui. do. in pe. col. & in Auth. ſi quis in aliquo. in pen. col. C. de eden. Ang. in l. ꝯhitur. ff. de pig. Pe. de Ancha in c. 1. de prob. Adde ẽt, ꝙ dicit no. Bal. in c. fi. de cau. poſ. & proprie. ꝙ locus à cõiter accidentibus cõcludit in materia probationum. & idem Bal. in c. vaſſallus. el 1. ſi de feu. defun. conten. ſit inter do. & agna. & Cy. in l. oportet. in prin. C. de bo. quæ lib. & ibi refert Bal. in 2. col. vbi reputat omnes Aſtenſes vſura-
c rios à cõiter accidentib. & ꝙ argumentum à cõiter accidẽtib. c procedat, adde tex. in c. 1. & ibi no. Abb. in 3. no. de cleri. nõ reſi. & ibi dicit plus Io. Cal. per illum tex. ꝙ argumentum à cõiter accidentib. valet ad ferendum ſentẽtiam, ẽt cum agitur de crimine ciuiliter, & ſequitur Abb. in conſi. 114. in 2. vol. incip. tria
d ſunt principaliter in cauſa mota. in 4. col. ¶ Quartò limita[d] ſm Gemi. poſt Io. An. ibi in c. 1. in vlt. col. de pact. in 6. vbi notat, ꝙ probatio dubia, quæ verificabilis eſt, & concluſiua in quolibet intellectu, quo ad intentum probantis, prodeſt probanti, vt pro eo ſit ferenda ſententia: quod dicit eſſe notandum pro limitatione huius regulæ; & iſtud tu confirma ex limitatione ſexta, quam ſimul iunge cum iſta, quia eſt in effectu eadem. Et per hoc infert notabiliter Alexand. in l. inter ſtipulantem. §. j. in vlt. col. ff. de verb. ob. ꝙ ſi accuſo Titium, ꝙ occidit Seiũ, & teſtes omnes deponunt alternatiuè, ꝙ occidit eum cum gladio, vel cum claua, ꝙ licet tẽſtes videantur incertè & ambiguè deponere, tñ quia vterque intellectus concludit homicidium, habeẽ pro probatione certa. Bene facit. l. ꝙ ſi dubitet. ff. de acq. hæred. & illam deciſionem Gemin. etiam ſimpliciter ſequitur Alex. in l. Gallus. §. ſi eius. in 3. col. in fi. ff. de lib. & poſth. ¶ Quinto limita prædictam regulam, vt procedat, qñ agitur de probãdo aliquo certo & limitato, tunc probatio dubia, & non concludens nil releuat: ſecus vbi ſufficit probare aliquid incertum, vel indeterminatum, vt eſt quando duo contendunt de poſſeſſione, ille debet obtinere, qui probat de poſſeſſione longioris tẽporis. l. ſi duo. ff. vti poſſide. & c. licet cauſam. de proba. Certè ſi vnus probaret de poſſeſſione. 10. ann. alius probaret de poſſeſſione 20. ann. & plurium, iſte ſecundus obtineret, & iſta ſecunda probatio, licet videatur incerta, faceret cum obtinere. ita dicunt Bal. & clarius Alberi. de Roſa. in l. cum furti. ff. de in li. iur. & idem Bald. in l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. in pen. col. ff. ex quibus cauſ. maio. & in repet. l. & ſi poſt tres. in 18. colum. ff. ſi quis cau. & eſt bonus textus in c. cum cauſa. de emptio. & vẽdit. no. dom. Franciſ. de Are. in d. c. cum cauſa, quæ inter œco-
e nomum. in 4. not. Per iſtam deciſionem ſoleo reprehendere e illud, quod vult Bald. in repe. l. ij. in pen. col. C. de reſcin. vendi. & Ioan. de Imo. in c. fi. de emptio. & vendi. dum volunt, quòd ad hoc vt habeat locum remedium. d. l. ij. debet venditio eſſe citra dimidiam iuſti pretij, ſi res eſſet vendita pro quinque, & producantur teſtes, qui dicunt eam valere decem, & plus, nil releuat in eo, quod dicunt, & plus, quia illud eſt incertum, & ambiguũ. Hoc ego reprobo ex prædicta limitatione, vt dixi in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. ¶ Sexto limita prædictam regulam, vt procedat, quando probatio dubia nil concludit: ſecus eſt, quando probatio dubia neceſſariò alterum duorum cõcludit, quorum alterum ſufficiat, quodcunque illorum ſit, tunc talis probatio releuat, & ſufficit, ita expreſsè limitat d. Anto. de But. in c. plerunque. in fin. de reſcript. vbi reputat valde notandum, & idem d. Anto. in c. ex parte. in 5. colum. eo. tit. de reſcrip. ad hoc etiam allegans tex. in c. per tuas. qui fi. ſint leg. & idem do. Ant. in c. tertio loco. ad fi. de prob. ¶ Septimo pro limitatione adde, quod no. Bald. in l. cùm virum. per illum tex. in j. no. C. de fideicom. quòd admittitur probatio pertinens, licèt non vrgens, & per hoc ſubijcit, quòd poſitio, quæ parum facit ad factum, re-
f putatur pertinens, & admittenda.[f] Adde text. in c. fin. in verb. non tanquam ſufficienter probantes, ſed tanquam vehementer adminiculantes. de ſuc. ab inteſt. Tamen iſta limitatio non eſt bene ad propoſitum iſtius regulæ, nec ex toto hic bene cadit pro fallentia. Tamen venit hoc modo, quòd licèt probatio non concludens non releuet in effectu, ſemper tamen eſt per iudicem admittenda. Alibi dicit Bald. in l. ad probationem. 1. C. de probat. quòd probatio dicitur pertinens, quæ per ſe, vel coniuncta cum alijs facit ſaltem adminiculum, & idem in effectu not. Bar. ibi. & in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. vbi vide in vlt. col. ff. de iureiur. Ang. in l. iam dubitari. per glo. ibi in ver. non ab re. ff. de hæredi. inſtit. & dicit Bal. in l. ordinarij. in pen. colum. C. de rei vendi. quòd iudex debet admittere omnes probationes, ſiue faciant plenam probationem, ſiue ſemiplenam, ſiue indicium, ſiue aliquod adminiculum. & ita dicit eſſe verba notabilia Iac. Bu. in l. incerti. C. de interdi. ¶ Octauam limitationem collige ex eo, quod decidit Bar. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. & ibi latè Alex. poſt alios. ff. de ope. no. nuncia. vbi decidit, quòd ſi accuſatur Titius, quòd vulnerauit Sempronium de menſe Maij, & ita eſt probatum: Titius verò ad ſui defenſionem dicit quòd potuit illum percutere, quia erat bãnitus, qui ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi, & producit bannum latum in medio menſis Maij, concludit Bar. ꝙ iſta exceptio ita dubiè probata eſt ſufficiens pro victoria rei accuſati, cùm in dubio debeat interpretari, quòd non ſit delictum. l. meritò. ff. pro ſoc. Quod dictum do. Abb. in c. in præſentia. in 3. col. de proba. reputat ſingulare pro limitatione iſtius regulæ, quòd probatio dubia nihil releuat. & latius idem d. Abb. in c. auditis. de præſcr. Bald. in l. precib. in 6. colum. C. de impube. & alijs ſubſtit. ¶ Nonò limita ex eo, quod decidit Bar. poſt Dyn. in l. fructus. in fin. ff. ſol. mat. quòd ſi teſtes deponunt, quòd teſtator inſtituit hæredem Titium, poſtea Sempronium, & dubitetur an fuerint duę
g inſtitutiones, & an vltimus tantum ſit hæres, quòd cùm illa dictio poſtea,[g] ſit verbum ambiguum, ꝙ in dubio ambo intelliguntur hæredes. idem tenent Bald. & Imo. in l. quoties. § ſi quis ita. el 2. per illum tex. ff. de hære. inſti. Cyn. & Alb. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Tamen illud ibi ideo eſt, non quia probatio, quæ eſt dubia, ſufficiat, ſed quia ſtante dubia probatione, ſuccedit diſpoſitio iuris, quæ declarat. Bene facit, quod no. Bal. in l. ſi quis ita ſcripſerit hæredem. in fin. per illum text. & ibi Ang. & Imo. ff. de hære. inſti. quòd ſi teſtes deponunt tres fuiſſe hæredes inſtitutos, ſed non recordantur pro quib. partibus, licèt videatur dubia probatio, tamen ſufficit, & erunt hæredes pro æquis portionibus, quod eſt perpetuo notandum ſecundum Bal. ¶ Decimò limita dictam regulam, vt procedat, quando probatio eſt dubia in ſe, & ex facto ſuo: ſecus qñ probatio eſt in ſe ipſa perfecta, ſed aliqualiter offuſcatur per exceptionem à reo probatam, quæ tñ neceſſariò non concludit, licet aliqualiter elidat: nam licèt videatur facere in aliquo eſſe dubiam primam probationem, tñ

non

ADDITIONES.

a ¶ Scholaris. Adde Anch. in regula ſemel malus. dẽ reg. iu. lib. 6.

b ¶ inſtrumenta dotalia. Adde Bal. in l. ab executore. C. quorũ app. non reci. & tex. iunct. a gl. in verbo contuberma. in c. aliter. 30. q. 5. Car. Ale. in c. tanta. qui fil. ſint le. Pan. in c. 1. col. 3. ad fi. de proba. ſed contra firmat in d. c. illud quoq; col. 3. & 4. Barb. li. 1. conſi. 7. col. 10.

c ¶ Argumentum à cõiter accidentib. Adde l. quod ſi nolit. in §. quia aſſidua. ff. de ædi. edi. & in l. vel vniuerſorum. ff. de pig. act. Adde, quæ poſuit ad Dec. in l. qui in alterius. ff. de re. iu. litera c. in fi.

d * Limita. Adde eundem Iaſ. in l. vbi autem. §. qui illud. col. 2. de verb. ob. in l. de di. ad fi. 1. no. ff. de cond. ob cauſ. in l. & ſi poſt tres. col. 4. verſi. 3. moueor. ff. ſi quis cau. Fely. in c. 2. col. 14. extra de reſcri. BELLOT.

e ¶ Repræhendere. Hæc limitatio loquitur, quando probatur incertũ, hic qñ certum & determinatum, & adde, quod illud ius interpretabitur iudicis arbitrio. Ang. in §. fi. Inſti. de hære. quæ ab inteſt. PVRPV.

f ¶ Admittenda. Adde Iaſ. in rep. l. quominus. col. 6. in prin. ff. de fluminib. Bal. in l. 2. §. quod obſeruari. 4. col. C. de iura. calum. & facit, quod dicit Bar. in l. ſi de eo. §. ſi ſeruum. ver. fi. ff. de acq. poſſ. vbi addidi. PVRPV.

g ¶ Poſtea. Adde l. fructus. ff. ſolu. mat. & in l. illud. ff. de acq. hære.

Source : BIU Cujas

nón tollit effectum primę probationis perfectę, quin ſufficiat ad conſequendum victoriam. ita probat tex. in d. c. in pñtia. & ibi D. Abb. in 2. col. ad hoc multum no. de proba. Tu in hoc dic melius, & clarius, vt per Bal. in l. admonendi. ff. de iureiu. in 13. col. in ver. quæro quid ſi actor probauit intentionem ſuã. cum concor. & additio. quas ibi poſui, & Bar. in l. 1. in prin. per illum tex. ff. de ven. inſpi. Cano. in c. fi. de iureiu. & ibi dicit Do. Ant. cp opi. Bar. *eſt communis.* ¶ Adde ad octauam limitationẽ ſupra traditam, nam eam potes ſic formare, quòd probatio dubia releuat, quando iuuatur præſuppoſitione iuris, vt patet 16 ex ſuperius dictis. ¶ †Tertiò principaliter ad hunc text. adde, quòd eum allegat Bal. in l. pe. in prin. C. ſi à non compe. iud. eſſe dica. probari in iſto text. quòd in acqnitendo dominio non ſufficit animus quærendi poſſn. ſi etiam ſit animus acquirẽdi dominium, & ſic licèt probetur, quòd quis habuerit animum poſſidendi, imò plus quòd poſſederit, non per hoc probatur, 17 qđ acquiſiuerit dominiũ. ita vult in text. in 1. regula. ¶ †Alibi Bal. in l. etiam. in 5. col. C. de execu. rei iudi. alleg. iſtum tex. qđ a licèt aliquando ex poſſeſſione præſumatur dominiũ, vt plenè declarat Bar. in l. pen. ff. de conditio. inſtit. & in l. ſicuti. §. ſed ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeru. vend. eſt verum ſi iſtud allegetur, aliàs non, & ſimpliciter ſequitur D. Alex. hic. Tamen iſtud vltimũ non probat multum iſte tex. ſed hoc voluit Bar. in l. rem alienam. in 2. col. ff. de pig. act. Alex. in conſi. 94. in 2. vol. incip. in cã & lite vertente coram arbi. in 3. col. & in conſi. 137. in 2. vol. incip. in cauſa, & lite vertente inter Lancel. in 1. & 10. colu. facit. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adult. Facit, qđ licèt in dubio præſumatur bona fides. l. pen. C. de euic. gl. in c. ſi diligenti. & in c. fi. de præſcrip. & Inſtitu. de vſuca. in prin. Bart. in l. Celſus. in ante pe. col. ff. de vſuca. hoc eſt verum, ſi allegat, aliàs ſi non allegatur, non præſumitur. Ita Bal. in c. ſi quis p 30. in 3. col. ſi de feud. defun. conten. ſit inter dom & agna. & in c. per tuas. in 2. col. ad fi. de teſtib. Bald. & Ang. in l. ſuper longi. C. de præſcri. long. temp. Ang. in l. eum qui. §. fi. ff. de pub. in rem act. Alex. in conſi. 94. in 2. vol. in cauſa, & lite vertente corã arbi. in 3. col. & notabiliter in conſi. 69. in 3. col. incip. in cauſa, & lite vertente inter Romeum in 3. colu. licèt contra teneat Do. Abb. in c. fi. de præſcr. Item facit, quod vult Bar. in l. cùm quid. in vlt. col. ff. ſi cer. pet. Facit etiam rõ, quòd licèt ſit præſumptio iuris, tamẽ debet allegari, quia illud, quod eſt notorium, debet allegari, quia notorium licèt releuet ab onere probandi, non tñ releuat ab onere allegandi, vel proponendi. cle. app. de app. 18 Bar. in l. 1. in 2. col. ff. de excep. ¶ † Vltimo Bal. hic inducit iſtam. l. ad qõnem, ſi pater non reſtituit dotem vxoris mortuæ, an ex iſta retentione videatur adijſſe hæreditatẽ nomine filiorũ ſuorum, qui ſunt infantes, de quo remitto me ad Bar. in diſputatione, quæ incip. debitor in diem. & in Ilgerit. ff. de acqui. hære. in verſi. venio ad quartum principale. vbi per Imo & Paul. de Caſt. & reliquos Mod. & plenè per D. Alex. hic, cũ infinitis con cor. per eum adductis, vltra quas vide tu articulum hunc plenè, & ſubtiliter examinatum per D. Fran. de Ate. in conſi. 161. quod incipit in preſenti conſultatione videndum &c. & in cõ ſilio ſeq. Iaſon Piſis.

A D D I T I O.

* Præſumptione.

a ¶ Præſumatur. Præſumpta debent allegari. Limitat Alex. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hære. PVRPV.

S V M M A R I V M.

1 *Bon. poſ. nemo inuitus agnoſcere cogitur.*
2 *Citra, hæc dictio quid ſignificet, vide hic remiſſiuè tamen.*
3 *Agnati ſuccedunt vſque ad decimum gradum, cognati vſque ad ſextum.*
4 *Feudum an habeat aliquem nouum modum ſuccedendi, & ſic an ſit aliquid immutatum in feudo, quo ad modum ſuccedendi.*
5 *Bon. poſ. ordinariæ ſex an tribuant ius in poſſeſſione, & in proprietate. Quid in bon. poſ. contra tab. nu. 5.*
6 *Bon. poſ. vt ex legib. quare ſic appelletur. Quot requirantur, vt competat, & nu. 7. Quare appelletur extraordinaria. Quartò ponit exẽpla: omnia iſta haues hic per ordinem.*
8 *Bon. poſ. ſecundum tab. eſt hodie neceſſaria ſcripto hæredi in certo caſu.*
9 *Literę Papæ ſi contineant iſtam clauſulam, prouideas tali de beneficio, ſi eum idoneum reperieris, talia verba faciunt potius admonitionem, quàm conditionem.*
10 *Compromiſſum ſi eſt factum in aliquem ſecũdum eius conſcientiam, an ſententia poſſit fieri ſine citatione.*
11 *Papa ſi mandat alicui, quòd prouideat alicui de beneficio, ſi eſt idoneus, an ille cui mandatur, poſſit extra iudicium ſe informare de idoneitate, & an ſit opus aliquem citare ad ſciendum ſi eſt idoneus.*
12 *Iudex quando ad ſui informationem procedit vt bonus vir, non requiritur alicuius citatio.*
13 *Poteſtatem habens diſponendi ſecundum conſcientiam, non debet ſequi conſcientiam propriam, ſed conſcientiam publicam, ſcilicet iurium.*
14 *Statuta ſunt ſeruanda etiam in foro conſcientię. Quid in legibus ciuilib. poſi nu. 14.*
15 *Pœnæ legales dupli, & quadrupli an habeant locum in foro conſcientię.*
16 *Conſcientia, iſtud verbum importat arbitrium boni viri, non liberam voluntatem.*
17 *Citatio eſt de iure naturali.*
18 *Citatio an requiratur in principe.*
19 *Papa quando mittit commiſſionem alicui, adiecta clauſula, ſi tibi conſtiterit, vel ſi ita compereris, an ſint citandi illi, de quorum præiudicio agitur.*

L E X V.

CErtum eſt. Hoc dicit. Cognati non ſuccedũt nili de iure prætorio, & nemo inuitus cogitur bo. poſ. agnoſcere. h. d. po- 1 nit duo dicta, quæ ex ſummario patent. ¶ †Not. cp nemo inuitus cogitur agnoſcere bon. poſ. concor. ſunt in gl. & ſic no. ſecundum Bar. quòd nemo eſt de iure prætorio neceſſarius ſucceſſor, vt hic, & l. nam emancipatus. ff. de leg. 1. & §. ſed his permittit prætor. Inſti. de hære. quali. & diffe. Adde, qđ dicit Bal. in l. qui ſe patris. ſ. vnde lib. quod nulla lex facit neceſſarium hæredem, niſi l. 12. tab. ſed tu dic, quòd imo etiam alia. l. eſt, quæ facit neceſſarium. Lin caſu ſing. §. & quoniam variè. & ibi no. Ang. in Auth. quib. mod. na. effi. ſui. & no. Bal. in c. pertuas. de maio. & obe. & extendit Lud. in l. neceſſarijs. ff. de acq. 2 hęr. vt dixi in l. vnic. ſ. quando non peten. par. ¶ †In text. ibi, citra. de iſta dictione vide per Bar. in l. Celſus. in pen. colum. ff. de vſucap. no. Bal. in l. tranſigere. in princ. per illum tex. C. de tranſact. latè Bald. in l. falſus. in 4. colu. C. de furt. & in l. indicia. C. de rei vendi. Do. Ant. in c. licèt cauſam. de proba. ¶ Gl. fi. in verſic. non vrgentur. diuiditur in 4. par. prin. In prima allegat concordantes, & iſtud eſt clarum. In ſecunda per viam notabilis declarat, vſque ad quem gradum ſuccedunt agnati, & ad quem cognati. In tertia enumerat quot ſint bo. poſ. & enumerat ſingulas declarando. In quarta, & vlt. gl. declarat, an bon. poſ. hodie ſint ſublatæ, an verò adhuc hodie ſint neceſſariæ, vel ſaltẽ vtiles. Secunda ibi, & nota hic tria. Tertia ibi, ſecũdò quot ſunt 3 bon. poſ. Quarta, & vlti. ibi, tertiò no. an ſint ſublatæ. ¶ †Ex ſecunda parte habes, cp agnati vſq; ad decimum gradũ, cognati vſq; ad ſextum ſuccedunt. Iſta regula fallit in eo, qui ducit nuptias inceſtas, quia non admittuntur agnati niſi vſq; ad tertiũ gradum. l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nup. fm Bald. hic in 6. colu. ¶ Secundò fallit in milite, cui nõ ſuccedunt agnati, vel cognati niſi vſque ad quintum gradum. l. 2. ff. de vetera. & mili. ſucceſ. fm Ang. hic in lect. Flor. ¶ Tertio fallit in agnatis patroni, q liberto vſq; ad quintum gradum ſuccedunt. §. multis. vbi glo. Inſti. de ſucceſ. lib. Conſidera in fal. præcedenti in milite inteſtato, qũo in d. l. 2. ff de vetera. & mil. ſuc. æquiparantur agnati, & cognati, cũ differant. §. fi. Inſtit. de ſuc. cog gl. in d. l. 2. dubitat, & non rñdet. Tu dic ideo eſſe, quia in ſucceſſionib. militum attẽditur ius gen. arg l. 1. ff. de teſt. mil. & fm ius gen. non conſtituit dria ſexus, & ſic, cp ſit agnatus, vel cognatus. arg. l. fi. C. de lib. pte. Scđò conſidera, quare in ſucceſſione militum non ſuccedũt agnati, vel cognati niſi vſq; ad quintũ gradum, ſi in alijs agnati ſuccedunt vſq; ad decimum gradum. §. fi. Inſti. de ſuc. cog & ſic in ſucceſſione militis non datur niſi dimidia pars de decem vſq; ad quintum gradum, & tñ deberet eſſe totum trium, cũ lex magis faueat militib. q alijs. l. 1. & per totum. ff. de teſt. mil. Conſidera, cp rõ poſſit eſſe, quare in caſtrenſib. bonis fiſcus citius admittitur, q in alijs bonis poſt quintum gradum. l. 2. ff. de vete. & mili. ſucceſ. eo quia bona caſtrenſia ſunt, vt quæ plurimum ab ipſo principe acquiruntur, vel in caſtris ipſius principis, ideo nimirum ſi fiſcus citius admittitur, quã in alijs bonis. a ¶ Quartò fallit in feudis, a vbi agnati tranſuerſales non ſuccedunt niſi vſq; ad ſeptimũ gradum. c. 1. §. hoc quoq; ſciendum, de his q feu. da. poſ. & c. 1. §. hoc quoq;. de ſuc. feud. gl. no. & ibi Bal. in c. 1. de feu. Marchiæ. Bal. & alij in c. ſatis bñ. de prohi. feu. alie. p Loth. Bal. in Auth. defuncto. in 1. col. C. ad Tertul. Extende, ẽt ſi eſſet feudum antiquum, vt dixi. ſ. proxi. in 2. fal. ſed melius hic cadit per viam extenſionis. ¶ Iſtud vltimũ ſing. limita in

A D D I T I O.

a ¶ In feudis. De hac, & ſequentl ſublimitatione latè Decius conſil. 85. primo dubio. PVRPV.

Source : BIU Cujas

in ſucceſſionib. Regni, nam ſi tota domus Regia ſit extincta, & adſit aliquis de ſanguine antiquo, puta de domo Borbonia, & non ſit alius proximior, certè iſte quamuis ſit vltra milleſimum gradum, ſuccederet in Regno, iure antiquo conſuetudinis, vt eſt in Regno Francorum, & licèt in alijs ſucceſſionibus agnati non admittantur vltra decimum gradum, ſed fiſcus ſuccedat, tamē in ſucceſſionibus Regni aliud eſt, qa ibi fiſcus non eſt admittendus. Ita dicit Bal. ſing. in c. 1. in pen. col. ad fi. de feud. Marchiæ. in vſib. feud. & iſtud dictum Iac. Alua. ibi in §. 1. refert ad literam, & ſequitur d Mar. Lau. in illo c. 1. in prin. in vlt. colum. exclamans illud dictum Bal. vſq; ad cœlum, & dicit, ꝙ non poſſet eſſe magis ſingulare, & cum eo ſimpliciter ſequitur. Ego ſemper admiratus ſum circa illud dictum Bal. & non recolo alibi de eo fieri mentionem, tamen mihi videtur, ꝙ Bal. ex toto non firmat iſtud dictum, ſed velit illūd procedere tenendo vnam opi. ꝙ agnati in feudis, in infinitum ſuccedant, quam tñ opi. Bald. ibi reprobat, & ſequitur aliam, vnde ſi rectè inſpexeris præcedentia verba, ex quib. poſteà ſequitur ad preſens dictum, tibi videbitur, ꝙ Bal. hoc ex toto non affirmet, ꝙ ideo dixi, vt diligentius conſideres, quia eſt deciſ. magni ponderis. ¶ Secundò principaliter intellige predictam fallentiam, qñ feudum non eſſet antiquum, ſed noviter quæſitum, tunc procedit, ꝙ dixi, ꝙ agnati tranſuerſales non ſuccedunt niſi vſq; ad ſeptimum gradum, ſi autem feudum eſſet antiquum, poſſet probabiliter dubitari, quid iuris ſit in quo puncto conſidera, ꝙ Bal. in d. c. 1. de feud. Marchiæ, tenet, ꝙ etiam tunc agnati tranſuerſales non ſuccedant vltra ſeptimum gradum. referens ita tenere Iac. de Bel. & ita *communiter tenetur*. & idem Bal. in d. Auth. defuncto. in 1. col. Contrarium in terminis contra Bal. conſuluit d. Fran. de Are. in conſ. penu. quod incip. Magnifici, & excelſi domini. in 2. col. motus præcipuè per tex. ſm eum ad hoc clarum in c. 1. de natu. ſuc. feud. Sed mihi videtur, ꝙ ille tex. non obſtat, & ꝙ pateat clara reſponſio ex verbis Bal. in d. c. 1. in penul. colum. de feud. Marchiæ, vbi expreſsè dicit, ꝙ agnati tranſuerſales non ſuccedunt niſi vſque ad ſeptimum gradum in feudo, niſi ſint quodammodo de linea deſcendentium, declarando, vt ibi per eum. in quibus terminis loquitur ille text. in c. 1. de natura ſucceſ. feu. & per te videre poteris. Quintò principaliter limita concluſionem glo. non procedere hodie per iura Authenticorum, per quæ in omnibus agnati, & cognati æquiparantur. §. nullam vero. in Authen. de hær. ab inteſt. vnde hodie omnes tam agnati quàm cognati vſque ad decimum gradum admittuntur glo. eſt in §. ſi verò neque fratres. in Authen. de hæred. ab inteſt. glo. Barto. & alij in Authen. in ſucceſ. ⁊. de ſuis, & legi. gl. in §. fin. inſtit. de ſucceſ. lib. & Barto. & Docto. hic. Et iſtud procedit etiam ſi agnati hodie venirent de iure prætorio, quia ēt tunc vſque ad decimum gradum admitterentur per tex. in d. §. nullam vero. in verbo *in quacunque ſucceſſione*. dum dicit *in omnibus ſucceſſionibus agnatorum, cognatorumque differentiam vacare*, vt hic, plenius per dom. Alexan. reprobantem Saly. hic, qui
a dicebat oppoſitum & malè. Sed audi [a] nouam dubitationē, nunquid hodie iſtud procedat etiam in 4. caſibus ſpecialibus, quos. ⁊. enumeraui, nunquid in iſtis etiam ſit hodie immutatum, vt agnati, & cognati vſque ad decimum gradum admittantur. tex. in d. §. nullā verò. in illis verbis vniuerſalibus vī, ꝑbare ꝙ ſic, ſed ego licèt tactum ab alio non inueniam, puto, ꝙ argui poſſit in contrarium, per regulam, quæ habet, ꝙ lex noua ſuperueniens aliquid generaliter diſponens, non intelligitur loqui in caſibus ſpecialibus nec illis derogare. imò iſta l. noua generaliter diſponens debet limitari, vt non procedat in caſibus illis ſpecialib. gl. eſt ord. & approbata in l. ſciendum. in prin. vbi Bar. & alij, & ibi aliquando dixi. ff. qui ſatiſd. cog. Barto. in extrauagan. ad repri. in ver. non obſt. bene facit tex. in l. in teſtamentis. C. de teſta. iuncta l. hac conſultiſſima, vbi glo. & Docto. C. qui teſt. facere poſſ. In ⁊rium vt dixi facit tex. in d. §. nullam. ibi, in quacunq; ſucceſſione, & ibi in oīb. ſucceſſionib. Nec dicas, ꝙ illud ſit nouū correctorium, ꝙ non dēt extendi, ſed limitari per ll. antiquas, vt iurib. preālleg. qa iſtud eſt verum, niſi appareat de mēte l. nouæ, ꝙ velit corrigere ius antiquum in materia, de qua agitur, quia tūc licèt verba. l. nouæ ſint gñalia, tñ corrigunt. l. antiquam ſpāliter loquentem, ita limitat Imo. in l. ſi vero. §. de viro. in 6. fal. ff. ſolu. matr. alleg. gl. in c. ⁊ Chriſtianos. de hęret. in 6. Tu ⁊ſidera particulariter. nā in caſu. l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nup. nihil eſt hodie immutatū, cū illud ibi ſit ſtatutum odio ⁊hentis inceſtas nup. & ſic in eius pęnā, ergo non dēt fieri extēſio ad eius fauorē. l. relegato-
4 rū. in fi. ff. de interd. & releg. † Similiter in feudo puto, ꝙ non ſit facta aliqua immutatio, qa in feudis nō attendimus ius ciuile, vel canonicū, qñ in ipſis feudis reperitur in ſpē aliter ſtatutū. c. 1. & ibi gl. & Bal. de gradu. ſuc. in feu. gl. in c. 1. & ibi Bal. de feu. cog. dixi in l. q ſe patris, in gl. 2. ⁊. vñ lib. Sed in milite plus vī dubita. cum in ſucceſſionib. militū ſemp maior fauor p̄ſtetur quā in ſucceſſionib. aliorum. arg. l. 1. de teſt. mil. Item agitur de excludendo fiſco, contra quem in dubio debet iudicari. l. nō puto. ff. de iure fiſci. ¶ Puto, ꝙ in milite nihil ſit immutatum, & ſic, ꝙ d. l. 2. ff. de vete. & mil. ſucce. remanet incorrecta. Moueor per primum fundm. ⁊. factum. Secundò, & fortius, qa d. §. nullam. ſolùm corrigit iura, quæ faciebant dñiam inter agnatos, & cog. & vult in quacunq; ſucceſſione nullam eſſe dñiam, ſed vſque ad quem gradum ſuccedatur, ille text. nihil dicit. Et ſic quantum ad numerum gradum ille text. nihil diſponit. Vnde cùm per d. l. 2. in ſucceſſione militis inteſt. non fieret dñia inter agnatos, & cogna. ergo remanet incorrecta. Præterea licèt de iure. C. & fiorum agnati ſuccederent vſque ad 10. gradum. d. §. fi. Inſt. de ſuc. cog. tñ diſpoſi. d. l. 2. firma remanebat. Cogita tñ, qa vt dixi non inuenio ab aliquo tactū, & ſic eſt expedita ſecunda pars gl. ¶ In tertia parte gl. dum gl. dicit, ꝙ ſunt tres bon. poſſ. quæ non tribuunt ius in proprietate, ſed in poſſeſſione. Aduerte, ꝙ iſta gl. vult duo, vnū expreſsè, aliud tacitè: ad illud, ꝙ vult expreſsè, dic, ꝙ malè dicit quātum ad bon. poſſ. gratia litis agnoſcendæ, vt dixi. ⁊. in ſol. ſeq.
5 † Tacitè vult, ꝙ ſex bon. poſſ. ordinariæ. ⁊. relatæ tribuant ius in poſſeſſione, & in proprietate, dic, ꝙ fallit in bon. poſſ. ſm tab. quæ interim competit inſtituto ſub cōditione. l. 2. §. ſi ſub conditione, & l. ſi ſub conditione. ff. de bon. poſſ. ſm tabul. qa illa tribuit ius. ſ. adminiſtrationem illam, quæ competit curatori bon. l. ſi qs inſtituatur hæres in diem. in princ. & ibi glo. & melius Bar. ff. de hī di. inſtit. Cyn. in l. filijs matrem. C. de moſſi.
6 teſtam. ¶† Duo ſunt examinanda, quæ egent ſuppletione, qa in alijs gl. benè dicit, primò habemus videre bon. poſſ. vt ex legibus, circa quā quatuor breuiſſimè videamus. Primo, quare appelletur bon. poſſ. vt ex legibus. Secundò, quare appelletur extraordinaria. Tertiò, quot requirantur ad hoc, vt iſta competat, & hoc declarabitur bene. Quartò, & vlt. inquirēda ſunt exempla. ¶ Circa primum dic breuiter, ꝙ iſta bon. poſſ. aſſumpſit nomen à primis verbis edicti, vt ex legibus, vel Senatuſc. ſicut in interdicto vti poſſidens, ſm Cy. hic in 2. col. & quamuis plura verba eſſent in edicto prætoris, tamen prima dede-
7 runt huic nomen. ¶† Circa ſecundum, quare appelletur extraordinaria, dic per rationem, de qua hic in glo. ¶ Circa tertiū, quot requirantur, vt iſta competat, eſt valde neceſſarium ſcire, & licèt Cy. & Ang. hic dicant, ꝙ duo tantum requiruntur, alij aliter dicant, & inuoluant, vt Bald. Saly. & Pau. de Caſt. in
* rub. ⁊. eod. Ego omnium dictis penſatis, & retentis his, *quæ magis communiter approbantur*, ctedo, ꝙ quatuor ſunt neceſſaria ad hoc, vt iſta bon. poſſ. vt ex legibus extraordinaria ſit, & ſi vnū ex iſtis deficeret, nō haberet locum, ꝙ benè not. propter exēpla, circa quæ inueſtiganda glo. & Doct. plurimum ſudarūt. Primò requiritur, ꝙ bon. poſſ. deferatur ex. ll. nouis, vel ex Senatuſcon. Secundò requiritur, ꝙ tales leges ſint ciuiles, & non prætorię, nam ſi bon. poſſ. deferretur à prætore, non haberet locum iſta bon. poſſ. vt ex legib. Tertiò requiritur, ꝙ per iſtas leges nouas deferatur bon. poſſ. expreſsè, & ſpecialiter, non tamen in iudiuiduo nominatim, aliàs ſi nominaretur in ſpecie, illa nominata competeret, & non iſta. Quartò requiritur (& hic aduerte ne erres) ꝙ ſit vocatus per l. 12. tab. ad hæreditatem, ſecus ſi vocaretur per aliam. l. ciuilem. Iſta quatuor requiſita probantur per l. vnicam. ff. vt ex leg. iuncta l. generaliter. ff. vnde legi. & iuncto. §. ſeptima. Inſt. de bon. poſſ. & iſtud quartum requiſitum ſpecialiter probat text. in d. l. vnica. dum dicit, *ei, qui ex l. 12. tab. hæreditatem habet*, iſta non competit, & ibi glo. fin. declarat, & probatur in l. 3. in verbo non etiam. ff. vnde leg. tenet Io. Fab. in §. ſeptima. præalleg. & d. Alex. hic in 4. col. quicquid teneat Cyn. hic in 2. colum. cum quo videtur tranſire Bald. hic in 4. col. Ex iſtis quatuor requiſitis clarè apparet reſponſio ad quartum. ſ. inuenire exempla iſtius ſeptimę bon. poſſ. nam quodlibet exemplum, in quo dicta quatuor requiſita concurrunt, eſt bonum. tamen gl. & Doct. plurimum laborarunt ad dandum in ſpecie exemplum. & gl. in d. l. vnica. iuncta glo. in d. §. ſeptima. vbi Doct. referunt ſex principalia exempla, quæ pro maiori parte reprobantur per Scribentes, vt habes ſeriatim per do. Alex. hic alios referentem, ad quem te remitto. Bald. hic in 3. colu. poſuit aliud ſeptimum exemplum, & aliud Bald. hic in vlt. col. ſed ambo reprobantur per

Lud.

ADDITIO.

a ¶ Sed audi. Sublimitatio quintæ limitationis, quæ nō fuit neceſſaria ad §. nullam. venit ad tollendas differentias, ſed in iſtis quatuor caſib. nulla erat differentia inter agnatos, & cognatos, ergo de hoc non dubitauit, cùm verba non conueniant. c. indemnitatib. de dict. in 6. & l. 4. §. ſtones. de damn. infect.

Source : BIU Cujas

no teſtatore, tunc in querela non eſſet locus ſucceſſorio edicto.tex,eſt no.in l.2.ff.de bon. liber. & facit ratio, quia ſucceſſ. edic.dicitur,quando remedium competens primo,illo excluſo defertur ſecundo.l.1.ſ.eo.& ſic ſucceſſ.edic competit in iure delato l.1.in princ.ff.eo.& hic in gl.l.1.ſ.eod.Secundò limitat ſing.Bald.in repe.l.in ſuis.in 11.oppo.ff.de liber. & poſthu. niſi filius primus exhæredatus approbaret teſtamētum, quia tunc teſtamētum hēt vires irreuocabiles.arg.l.filio præterito, ff.de iniuſt. rup. & ſic per ſequentes non poterit amplius querelari.Iſtam limitationem pro valde ſingulari, & notabili refert Alexand.in d.l.ſi quis poſthumos.§.primo. & dicit, quòd non reperit ab alio tactam,ſed eam reprobat per d.l ſi is qui. in princip.in verbo nolit.& d.l.qui repudiantis. in princip. Ad
a d.l.filio præterito,reſpondet,quòd cùm ille caſus ſit exorbitans.& ibi non fiat alij præiudicium, cùm ibi eſſent inſtituti venientes ab inteſtato,non debet trahi ad iſtum caſum, quo nepoti preiudicium infertur.ego reprobo duplici ratione,vna quam ſentit Dom.Alexan.nam quando filius exhæredatus ex preſsè renunciat querelæ,dicitur approbare teſtamentum, & tamen tunc habet locum ſucceſſ.edic.in querela.d.l.ſi is qui.in princip.& l.qui repudiantis.in princip.Secundò moueor,quia eo ipſo,quòd filio exheredato delata eſt quetela, certè aperta eſt via cæteris deſcendentibus ad impugnandum eo excluſo; ergo non poteſt eis præiudicare.l.ſi poſt mortem.§. fina. ff.de bono.poſſeſ.contratabu.& traditur plenè per Alex. in l. poſthumo.ſupra de bono.poſſeſ.contratabu. quam præt. Ad d. l. filio præterito.reſpondeo alrter,quòd ibi bene dicitur, quòd filius præteritus poteſt approbare ad ſuum præiudicium, an autem iſtud alijs fratribus præiudicet,quin ipſi poſſint dicere nullum, ibi nihil dicitur. ¶Dubitat etiam Paul. de Caſtr. hic,
7 †nunquid in iure dicendi teſtamentum nullum ſit locus ſucceſſ.edic.& licèt Pau.de Caſt.hic firmet, quòd non, & Angel. in l.1.in lectu.Flor.infra eod.tamen Domin.Alexan. poſt alios ibi firmat contrarium,& ibidem ipſemet Pau.de Caſt.ſibi cōtrarius.¶Subdit etiam Bar.hic,quod eodem modo in contratab. locus eſt ſucceſſorio edicto per tex.in l.3.§.ſi emancipatus.infra de bono.poſſ.contratabu.& licèt Fulgoſ. dicat,quòd idem tex.parum facit,mihi videtur, quòd optimè probet. ibi enim filius emancipatus fuerat exhæredatus, eo quòd vxorē ignominioſam duxerat,quæ erat iuſta cauſa attento iure ffo-
rum,dicit ibi tex.quod nepos qui non debebat inſtitui,nec exhæredari,cùm pater eum præcederet tempore mortis aui, tamen cùm filius excludatur, nepos per ſucceſſorium edictum admittitur ad contratabulandum ex perſona ſua propria; nō pīis.pater,qa ibi quæritur de ſuis meritis,& nō filij. Poterat tamen allegari tex.magis clarus in l.2.ff.de bon.liber. & gloſſ.ordina.in l.illud. §.1. ff. de contratabu. & ibi per Barto. in l. ſi ex duobus.§.fina.eodem titu.Tamen Fulgoſ. in hoc etiam contradicit. Et paſſus non eſt ſine dubio, & remitto etiam te ad Modernos,præſertim Dominum Alexand.in d.l. ſi quis poſthumos.§.1.vbi plenè de his videas.& Bar.in l.1.§.ſi pater in poteſtate.ff.de coniung.cum emanci.lib. Iaſon Piſis.

A D D I T I O,

3 ¶Ad d.l.filio.Contrarium tenet Io.Fab.Inſti.de exhæ.lib.in prin.in fi.col.& facit,quia tractatur de conſeruatione voluntatis, ergo caſus fauorabilis.gl. in l.Gallus.§. quod ſi is.de libe.& poſthum.facit pro extentio.gl. in l.ſi conſtante.in princ.ff.ſolu.matrim.

S V M M A R I V M.

1 *Frater matris tuæ licèt non ſit tibi patruus,ſed auunculus, tamen qui eſt patruus matris tuæ,hoc eſt frater patris matris tuæ, eſt tibi patruus magnus largè,& impropriè.*
2 *Magnus dictio,quid hic denotet.*
3 *Patruus magnus an dicatur propriè patruus.*
4 *Statutum correctorium iuris communis debet intelligi, & interpretari,vt minus lædat ius commune quam poteſt.& nu.5.*
6 *Proximior in gradu quotieſcunque excluditur,ſequentes etiam excluduntur.*
7 *Statuta recipiunt interpretationem per punctum rationis.*
8 *Statutum ſi excludat patruum ſimpliciter,vel amitam, intelligitur ēt excludere patruum magnum,& amitam magnam.*
9 *Statutum ſi excludat matrem exiſtentib.fratribus defuncti, vel agnatis,vigore talis ſtatuti excludetur auus maternus.*
10 *Statuto diſponente,quod extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat,vigore talis ſtatuti excludentur nati ex fœmina.*
11 *Extenſio eſt licita etiam in correctorijs ex maioritate rationis.*
12 *Statutum excludens fratres ſimpliciter,multo magis intelligitur excludere fratres patrueles.*

LEX PRIMA.

SI mater tua. Excluſo eo, qui eſt in primo gradu,ſequentes in capite, vel in gradu admittuntur per ſucceſſ.edic.h.d. ¶In textu ibi, patrui magni. iuncta glo.in verbo magni.Aduerte,†q
1 licèt frater matris tuæ non ſit tibi patruus, ſed auunculus, tamen quia eſt patruus matris tuæ,hoc eſt frater matris tuæ, eſt etiam tibi patruus magnus: tamen eſt largè,& impropriè, cùm ſit mediante perſona matris tuæ,vt hic in glo.ſecundum opin.Pla. quæ eſt vera ſecundum Cy.Ray.& Mod.hic,& gl.in §.quarto gradu.in verbo auunculus.Inſti.de gradi. & in hoc non eſt vlterius inſiſtendum. ¶Sed pulchrum dubium eſt, nūquid patruus magnus, hoc eſt frater aui paterni dicatur propriè patruus,ita quòd caderet in ſtatuto faciente mentionem de patruo.Iac.Butr. hic determinat quòd non,& propterea infert, quòd ſtante ſtatuto in ciuitate Bononiæ, quòd ſi adſit patruus, mater defuncti non ſuccedat,certè ſi adeſſet patruus magnus, non excluderet matrem, quia ſtatutum debet intelligi de patruo proprio,ſed patruus magnus non eſt propriè patruus.& idem tenet expreſsè Ang.hic,idem tenet Bal.in l.omnes populi. in 14. col.ff.de iuſti.& iur.Sed Bal.hic tenet, quòd imò patruus ma-
2 gnus eſt propriè patruus,†quia illa dictio magnus, non denotat improprietatem, ſed apponitur, vt diſcernatur frater patris,qui eſt patruus, & frater aui paterni, qui eſt patruus magnus,tenet tamen cum deciſione Iaco. But.ſecundum quam refert multos Bononienſes conſuluiſſe, ſed alia ratione, quia verbum indifferenter prolatum debet intelligi per prius,& ſic de patruo magis proximo,& non per poſterius,ſeu per remotum.l.qui liberis.§.hęc verba.ff.de vulgar.& pupil. Item quia iſtud ſtatutum eſt odioſum,& contra ius commune,quia excludit matrem à ſucceſſione filij exiſtente patruo,ergo debet intelligi in patruo magis proximo,in quo eſt minor exorbitātia,& maior ratio admittendi.Et cum vtraque deciſione, videlicet,quòd patruus magnus ſit propriè patruus,item,quòd non veniat tamen in præſenti ſtatuto,tenent Salyc.Fulg. Pau. de Caſt.Dom.Franc.de Are.& D.Alex.hic.& Bal. in alijs locis additis per Dom.Alex.idem tenet Bal.in l.iubemus.§.fi.per illum tex.ſ. ad Treb. ¶Ego vltra alios contra vtrunque mem-
3 brum,vt dem materiam cogitandi,arguo ſic,†& in primis circa primum membrum,q patruus magnus non dicatur propriè patruus,arguo ſic. Quotieſcunque aliqua dictio nō profertur ſimpliciter,ſed cum aliquo adiuncto, apparet quod illa dictio propriè non ſignificat. Hinc videmus, q frater patruelis non dicitur frater,quia non profertur ſimpliciter, ſed cum illo adiuncto patruelis,idem in fratre cōſobrino,& ſimi. Iſta eſt doctr.Bar.approbata in l.Lucius.§.quæſitum. ff.de leg. 3.ſed patruus magnus non appellatur ſimpliciter patruus, ſed cum illa dictione magnus,& ſic ſecundum quid, ergo apparet,q non eſt patruus propriè. hic tamen cadit reſponſum, ſi
a bene cogitabis verba Bal.hic. ¶Circa a vero principalem deciſionem,in qua omnes indifferenter concordant,q ſi ſtatutū admittit patruum excluſa matre defuncti, q non venit patruus magnus,ab hac ego non diſſentio; ſed vt dem materiā cogitandi,arguo ſic,nam iſtud ſtatutum ex parte patruorum eſt fauorabile,licèt ex parte matris ſit odioſum, probo per ſimile ſtatutum,quod exiſtentibus filijs maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant,ex parte maſculorum eſt fauorabile,& extenditur, ex parte fœminarum eſt odioſum, ideo reſtringitur.ita volunt Bald.Saly.& Mod.in l.2. C.de in ius vocan. per gl. ibi, cum alijs concordan. ibi traditis:modo ſic, ſi iſtud ſtatutum eſt fauorabile reſpectu patruorum, habeo aliam regulam, q ſtatutum fauorabile in eo caſu,in quo eſt fauorabile,extenditur ad caſum largum,& improprium.ita ponderaui velle Bal. & Pau.de Caſt.in l.qui ſe patris.in pen.col.ſ.vnde libe. vbi volunt,q ſtatutum cogens agnatos compromittere,quia eſt fauorabile,comprehendit emancipatos,quamuis largè, & impropriè ſint agnati.Idem volunt Bal.& Saly.in præalleg.l.2.ſ. de in ius voc.vbi ſtatutum admittens filios maſculos ad excluſionem fœminarum, quia ex parte maſculorum eſt fauorabile,comprehendit nepotes ex filijs, qui tamen non veniunt propriè appellatione filiorum,ſed largè,& impropriè,vt declarat Bar.in l.liberorum.ff.de verb.ſig. ergo idem dicemus in propoſito,q ſtatutum loquens de patruo, cùm eius reſpectu ſit fauorabile, comprehendet etiam patruum magnum, dato etiam,

A D D I T I O,

a ¶Circa.Adde Ang.& Io.de Pla.in §.1.Inſti.de gra. PVRPV.

Source : BIU Cujas

etiam, ꝙ impropriè ſit patruus. Nec huic obſtaret, ſi tu ſubtilis reſpondeas [a] ex fundamentis Bal. & D. Alex. hic, ꝙ cū iſtud ſtatutum ſit ꝯ ius commune, debet intelligi de patruo magis proximo, in quo eſt maior ratio admittendi, quia dico, ꝙ hoc non eſt verum, quia etiam ſtatutum admittens filios maſculos excluſis filiabus, eſt contra ius commune, contra l. fi. C. de lib. præte. & tamen non intelligitur de filijs magis proximis, & in quibus ſit maior ratio admittendi, imò intelligitur & in nepotibus, & pronepotibus, & deinceps, ergo per hoc tolluntur [b] fundamenta Doc. hic. Niſi dicas, [b] quòd aliud ibi ſit, eo quia nepos ſubintrat in locum patris. §. cùm filius. Inſti. de hær. quæ ab inteſt. quod non eſt in patruo magno, qui non ſubintrat in locum patrui, licèt re vera Doctores præallegati non videantur habuiſſe iſtum reſpectum, ſed ſolùm, ꝙ tale ſtatutum eſſet fauorabile ex parte maſculorum, & conſequenter tēderet [a] ad nepotes. ¶ Secundò contra *communem arguo: nam* in iſto ſtatuto, ꝙ patruus excludat matrem, non poteſt aſſignari alia ratio, niſi ꝙ ſit fauore agnationis. l. 1. §. pe. ff. de ven. inſpi. eo quia patruus eſt agnatus, mater cognata, ergo iſta ratio propter fauorem agnationis debet haberi pro expreſſa in ſtatuto, vt ſtatim infra declarabo, ſed iſta ratio agnationis ita militat in patruo magno, ſicut in patruo ſimpliciter, ergo vterque admitti debet, ſicut per eandem rationem dicunt Doc. in ſtatuto, ꝙ exiſtentibus filijs maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedant, quia ratio iſtius ſtatuti eſt fauore agnationis, quę ratio militat in nepotibus, pronepotibus, & deinceps, ſicut in filio, ergo idē ius, & tamen in eis adeſt maior ratio. patet, quia prius admittitur filius, quàm nepos. Cogitabis ſuper his, pro quibus tamen nō recedo à communi ſententia Doctorum hic. ¶ Itē vltra alios ego multum pondero fundamentum Bal. & Doc. hic pro deciſione vtilis qōnis, quæ multis annis rotata eſt in ciuitate Cremonæ, & in qua multi præſtantiſſimi Iuriſcon. & ego poſt eos aliquando conſuluimus, de qua non habetur deciſio in termi nis alia, quam ego viderim, niſi vna ſola Lud. Rom. in conſil. 16. incip. viſo themate conſultationis. Nam in ciuitate Cremonæ eſt ſtatutum, ꝙ exiſtentibus fratribus filiæ fœminæ nō ſuccedant patri, quomodo intelligitur ille terminus fratribus, nunquid intelligitur de fratribus filiarum, an de fratribus defuncti, & ſic de patruis filiarum? Lud. Rom. ſing. conſuluit, ꝙ intelligatur etiam de fratrib. defuncti, & ſic de patruis, & po- [c] tiſſimè mouetur iſto fundamento, [c] quia talis ſtatuti non pōt aſſignari niſi vnica ratio. ſ. fauor agnationis, vt bona conſeruē tur in agnatione patris, & ſic non tranſeant ad fœminas, quæ mutant agnationē, & familiam. ita Cy. & alij in l. 1. C. de adult. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. ſuper rub. ſed illa ratio agnationis ita militat in fratribus defuncti, ſicut in fratribus filiarum, ambo. n. ſunt agnati, ergo tale ſtatutum ſimpliciter, & indefinitè loquens de fratribus, intelligitur non ſolùm de fratrib. filiarum, ſed etiam de fratrib defuncti, & ſic de patruis. Et vltra Lud. ꝙ in prædicto ſtatuto fuerit ſola rō agnationis, & ſic lineæ maſculinæ, adde Bal. in l. maximum vitium. in 4. col. C. de lib. præt. & in l. Titia cū teſtamento. §. Lucius. 2. ff. de lega. 2. & in l. cunctos populos. in 15. col. in prin. C. de ſumma Trin. & in l. 2. C. de in ius voc. Imo. in l. ſi vero. §. de viro. ad fi. ff. ſol. matr. Bal. in conſi. inci. Martinus Io. de Flo. quod eſt inter conſi. Ang. conſi. 68. ſentit Bar. in l. 2. §. videndum. verſi. quid de auo. ff. ad Tertu. imò plus dicit Bal. in d. l. maximum vitiū. in 4. col. ꝙ hī perinde, acſi iſta ratio eſſet expreſsè nominata in ſtatuto, adeo ꝙ ēt ſi eſſet ſtatutum correctorium, recipit extenſionem ex identitate illius rationis, ac ſi eſſet expreſſa in ſtatuto. iſtud vltimum volunt Bal. & Imo. in l. fi. de hære. inſtitu. & Saly. in l. 2. C. de noxa. ¶ Breuiter puto, ꝙ illa deciſio Lud. q̄uis ſing. non ſit vera, & ſic confundatur ex doc. Bal. hic approbata per omnes, quia quotieſcunque in ſtatuto profertur aliqua deciſio ſimpliciter, & indefinitè, debet intelligi per prius, & per magis immediatum, & ſic in eo in quo eſt maior ratio admittendi propter maiorem proximitatem, ergo illud ſtatutum Cremonenſe loquens de fratrib. ſimpliciter, debet intelligi p prius, & ſic de fratrib. ipſarum filiarum, in quib. eſt magis proxima rō, ꝙ excludant ſorores, quàm ꝙ intelligatur per poſterius de fratrib. defuncti, & ſic de patruis. Ad hoc ēt me multū mouet, quia illud ſtatutum Cremonenſe, ꝙ exiſtentib. fratrib. filiæ fœminæ non ſuccedant patri, intellexit ſolùm de fratrib. vnius modi, & ſic aut intellexit de fratrib. defuncti, aut de fratrib. filiarum, de vnis ſolis fratrib. intellexit, ergo quis dubitat, quòd intellexit de fratrib. filiarum? Ad idem coadiuuat, quia ſtatutum loquens de fratrib. intelligitur de fratrib. primis, & non ſecundis, vel vlteriorib. ſm Bar. in l. Lucius. §. quęſitum. ff. de leg. 3. cum concor. ꝯ. proximè adducendis. Item, & quartò cùm tale ſtatutum veniat ad excluſionem filiarum, ergo illa dictio, fratrib. intelligitur ſm conditionem perſonæ, ad quam refertur. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habi. l. ex militari. §. fin. ff. de teſta. mili. l. pe. ff. de ali. leg. ergo dictio fratrib. intelligetur de fratrib. filiarum, ad quarum excluſionem dirigitur ſermo, licèt poſſes dicere, ꝙ etiam ſermo dirigatur ad patrem defun- [4] cti. ¶ †† Vltimò multum ſtringit, quia ſtatutum correctorium iuris communis, debet intelligi, vt minus lędat ius commune, quàm ſit poſſibile, & minus corrigat, vt no. in l. 2. C. de noxali. & in c. cū dilectus. de conſuet. ſed intelligendo illud ſtatutum in fratrib. filiarum, minus corriget ius cōe, quàm ſi intelligas ēt in fratrib. defuncti, & ſic in patruis, quia iſto ſecūdo modo nō ſolùm fratres filiarum, ſed etiam patrui excludent filias fœminas, ꝯ. l. fi. C. de lib. præt. ſed intelligendo ſecūdo modo de fratribus filiarum, minus lædit, & corrigitur ius cōe, ergo iſta interpretatio capi debet ex iſtis fundamentis. Puto veritatem eſſe contra. Lud. ſed durum atque difficilè eſt reſpondere eius fundamento, dum dicit, ꝙ rō prædicti ſtatuti eſt vna ſola rō, ſ. fauor agnationis, quæ hī pro expreſſa in ſtatuto, & illa comprehendit vtrunque caſum. nam ſi rectè conſideras fundamēta Bal. & Doc. hic volunt de directo oppoſitum, ſed iſtud eſt multiplicare ꝯria, & non ſoluere, vt dicit glo. in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1. & gl. in l. creditori. ff. de ope. no. nunc. Vnde reſpondeo, [d] ꝙ non eſt verum, ꝙ iſta fuerit rō ſtatuti. ſ. fauor agnationis, [d] ex quo non fuit expreſſa in ſtatuto, ita ad literam dicit ſingul. Bar. in l. liberorum. ff. de verb. ſig. in 8. colu. in ver. his præmiſſis. ad fi. illius ver. quem bene ſigna. & Bal. in l. defunctis. in vlt. col. C. de ſuis, & legi. & expreſsè. D. Fran. de Are. in conſi. 28. incip. proponitur ex facto. in 1. col. ad fi. Alex. in conſi. 30. viſo, & opportunè animaduerſo. in 6. colu. in 1. volu. licèt ꝯrium teneat Paul. de Caſt. in conſ. 336. pñs caſus modicam. in 1. colu Sed dictum Bar. ego confirmo ex alio, quod ſingulariter dicit Salyc. in l. ſi ſerui veſtri. C. de noxali. ꝙ quando aliquis dicit non fuiſſe niſi vnicam rationem ſtatuti, non creditur, quia præſumuntur fuiſſe plures, niſi ipſe hoc apertè oſtendat, & iſtam deciſi. Saly. extollit pro valde ſing. & ſequitur D. Alex. Imo. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſol. mat. in 6. col. ad fi. Tamen nec iſta reſponſio eſt in toto ſecura propter magnas, & multas authoritates. ꝯ. in oppoſitum adductas, quamuis negari non poſſit, ꝙ reddat dubium, an illa ſola fuerit ratio ſtatuti. ¶ Redeundo ad principalem. q. Doc. hic, à qua ſum digreſſus, ſi quęratur, nunquid ſtatutum faciens mentionem de patruo comprehendat patruum magnum, vel ne. Ego ſic diſtinguo generalius, quàm Doc. aut ſtatutum admittit patruum ad ſucceſ. aut eū excludit. Primò caſu, qñ ſtatutū admittit patruum, prout formaliter contingit in qōne Doct. hic, in qua admittitur patruus excluſa matre, & tunc in actu practico, & conſulendo teneo, ꝙ ſub tali ſtatuto non comprehendatur patruus magnus, & vltra Bal. & alios hic, iſtud optimè declarat Bal. in l. quod verò contra. ff. de leg. vbi refert Bal. omnes Doc. Bononienſes, & eū conſuluiſſe, ꝙ ſtatutum priuilegians patruum in ſucceſſione, non vī priuilegiare patruum magnum, quia minor rō eſt in remotiori gradu ad includendum, quàm in proximiori, & idē ſequi. D. Alex. in conſi. 97. in 2. volu. incip. viſo themate ſupra ſcripto, & ſtatuto ciuitatis Imo. in pe. col. Ad idem facit, quod vult Bal. in l. hac edictali. verſi. quam obſeruationem. C. de ſecun. nup. vbi vult, ꝙ ſtatutum loquens de nouerca non extendatur, vt comprehendat nouercam magnam. Ad idem facit, quod vult Bar. in d. l. Lucius. §. quęſitum. per illum text. vbi tenet, ꝙ ſtatutum loquens de fratrib. ſimpliciter, intelligitur de fratrib. primis, & vltra concordantias ad hoc traditas per D. Alex. hic, adde notabiliter Bald. in c. quæ in eccleſiarum. in 19. col. de conſti. & vide plenè Lud. Rom. in conſi. 411. incip. quatuor ſunt, quæ refragantur præmiſſæ cōcluſioni. & in d. ꝑſ. 16.

&

ADDITIONES.

a ¶ Reſpondeas. Aliter poteſt reſponderi, quòd ſtatuens magis videtur voluiſſe prouidere deſcendentib. & ſic nepotibus quam patruis magnis, qui ſunt collaterales, arg. l. ſcripto. in fi. ff. vnde lib. arg. de ſtatutis ad vltimam volunt. iuxta Bar. in l. 1. infra de his, quib. vt indig. PVRPV.

b ¶ Niſi dicas. No. ampliationem ad §. cùm filius. Inſti. de hære. quæ ab inteſt. Nunc limita, vt illud beneficium non habeat ex perſona patris, ſed à lege. Bar. in l. qui ſuperſtitis. de acqui. hær. ſed contra prædictam ampliationem facit Alex. lib. 2. conſi. 204. col. 2. in fi. PVRPV.

c ¶ Fundamento. Adde Io. Campeg. de dote. vlt. par. q. 24. Geor. Nat. repe. cap. quamuis. col. 47. num. 148. & ſequen. de pact. vbi dicit opin. Lud. Roman. melior em, maximè quando in prœmio ſtatuti eſſet poſita ratio agnationis conſeruandæ, & vide Alber. Brun. tract. ſtatut. 17. q. Dec. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. BELLOT.

d ¶ Agnationis. Addo, quòd iſtam rationem de agnatione voluit Alex. in l. Gallus. §. quod ſi is. in 2. col. 1. no. ff. de lib. & poſthu. & in l. 2. colu. vlt. ſupra de in ius voc. Soc. in rub. ff. ſol. mat. col. 2. ver. ſecunda concluſio. Alex. vbi de alio ſtatuto in l. illam. col. 4. in fi. infra de colla.

Source : BIU Cujas

& plenius quam alibi Alex.in præalleg.conſi.97.in 2.volu.ad
a idem, [a] & quarto facit regula Philoſophi, q̃ vbi aliquid dicit de duob.de vno per prius. & de alio per poſterius, intelligendū eſt de eo, q̃ eſt p̃ prius.l.hoc legatum.& ibi Bar.ff.de leg.3.
5 & l.legatum vxori.ff.de leg.2.† Quintò facit ratio, de qua ſupra in prin.huius paginæ, quia cùm illud ſtatutum ſit correctorium iuris communis,quia de iure cōi mater excludit patruos in ſucceſſione filij.§.conſequens.in Auth.de hær. ab inteſt.Auth.defuncto.C.ad Tertu.ergo debet reſtringi, vt minus lædat ius commune, quàm ſit poſſibile. c. cùm dilectus. de conſuet. not. in l.2. C.de noxa.& ſic intelligitur de patruo ſimpliciter,non autem de patruo magno,& quamuis in practica ſit tenendum,tamen in oppoſitum multum vrgent me fundamenta,quæ ſuperius ad oppoſitum adduxi. ¶ Aut verò ſtatutum excludit patruum ſimpliciter,& tunc credo, q̃ cō-
6 prehendat magnum patruum.Iſtud probo. ¶† Primò [b] per
b regulam,quia quotieſcūque excluditur proximior in gradu, certè ſequentes etiam excluduntur.l.1.in prin.& ibi gl. not. in
7 verbo fiſco.ff.ſi quis ali.teſt.prohi. ¶†† Secundò probo per regulam.l.de acceſſionib.ff.de diuer.& temp.præſcri.Confirmā tur prædicta,quia ſtatuta recipiunt interpretationem per punctum rationis,ſm Bal.in c.1.in 6.col.de conſti.& in Authē. ingreſſi.in 1.col.C.de ſacroſ.Eccl.¶†Tertiò probo ex eo, quod
8 decidit Bal.in d.l quod verò contra.vbi tenet, q̃ ſi ſtatutū excludat patruum ſimpliciter,vel amitam,aut materteram, intelligitur etiam excludere patruum magnum,& amitam magnam,quia ſtatutum non repugnat,& maior ratio minorem includit.l.cui pacto.ff.de ſer.expor. & ſequuntur Lud. & Do.
9 Alex.hic.¶†Confirmo per illud,quòd decidit Bar.in l.2.§. videndum.ff.ad Tertu.& Bal.in l.illā.ſ. de colla. vbi concludūt, qd̃ ſtante ſtatuto, q̃ frater defuncti,& alij agnati excludāt matrem, certè vigore iſtius ſtatuti excludunt auum maternum.
10 ¶†Confirmo etiam per illud, q̃ tenet Bar.in d.§.videndū. vbi tenet, q̃ ſtante ſtatuto, qd̃ exiſtentib. maſculis filia fęmina nō ſuccedat,certè vigore talis ſtatuti multo minus ſuccedent filij ex fęmina,abſurdum.n.eſſet quòd nepos ex filia eſſet in meliori gradu, q̃ ipſa filia.l.ſi viua matre.circa medium. C.de bonis mater.prout tenet ēt Bar.in l.liberorum.in 6. col.& ſeq.ff. de verb.ſig.Bal.in l.maximum vitiū.C.de lib.præt.& Io. And.
11 in addi.Spe.in tit.de ſucceſ.ab inteſt.ſup.rub.in 1.col.¶†Quarto cōfirmo per punctum rōnis,quia ēt in correctorijs ſaltem
c ex maioritate rationis licita eſt extenſio [c] de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latā,gl.eſt in cle.1.in verb.eligatur.de elect. gl.in Auth.vt hi qui obli.ſe.in prin.in ver.ad curationem,quā
12 ibi ad hoc no.Ang. ¶†Quintò ad idem facit, quia ſtatutū excludens fratres ſimpliciter,multomagis intelligitur excludere fratres patrueles,& aliòs remotiores,vt conſuluit Ang. in ℨ ſi. 389. quod incipit totum prædictum ſtatutum. In iſtis terminis intellige Io.And.in tit.de ſuc. ab inteſt. ſuper rub. in 1.col. Bal.in l.ſcimus.ad fi.prin.s̃.de inoff teſta. ſecus quando ſtatutum admittit fratrem,tunc intelligitur de proximiore, ſeu de primo tm̃.ita Bar.loquitur in d.§.quæſitum, & hoc modo ēt concordat iſtam ℨrietatem Bar.in illo.§.quæſitū. & Io.Andr. in præalleg.loco.¶Gl.ſi diuiditur in quinq; partes prin.In prima declarat,quid ſit ſucceſ.edi.In ſecūda declarat,qūo in hac lege locum habeat ſucce.edic.In tertia per viam limitationis remouet vnū ℨrium.In quarta opponit, & dupliciter ſoluit. In quinta,& vlt.allegat concor.ad hunc tex.Secūda ibi, & eſt in hac l.Tertia ibi,vnde intellige.Quarta ibi,ſed vī.Quinta,& vlt eſt ibi,& facit.s̃.qui admit. ¶In tertia parte inquantum gl. reſtringit iſtum tex.qm̃ non erant aliqui agnati illius patrui p̃defuncti,dic melius, q̃ imo iſto iure ſi fuiſſent agnati, tm̃ filius matris,qui erat cognatus patrui magni,fuiſſet admiſſus,vt dicit tex.eo quia iſto iure excluſo primo agnato ſequētes agnati non veniebant,ſed veniebant tm̃ cognati.l.poſt conſanguineos.in prin.ff.de ſuis,& legi.declaraui in l.qui ſe patris. s̃. vnde liberi,& multo magis procederet iſta.l.attento iure Authē ticorum,quo ſublata eſt dīria agnationis,& cognationis. §.nullam verò.in Auth.de hære.ab inteſt.attento, q̃ iſte erat proximior cognatus.¶In quarta parte gl.dic melius, q̃ imò hęreditas dī delata furioſo,& pōt p̃ eius curatorem adiri,vt declaraui in l.infantis.s̃ qui admitti.ſed non dī delata quantū ad hoc, vt aliquid temporis currat furioſo,ita loquitur.l.1.ff.de bo.po. furio.infantisúe dela.nec dī delata quantum ad hoc, vt curator eius poſſit repudiare,ita loquitur.l.1.§.furioſi.alleg. in glo. ideoq; ſi decedat furioſus non ſecuta aditione, vel effectus ſanæ mentis repudiet,locus eſt ſucceſ.edic. ita loquitur iſta lex.

ADDITIONES.

a ¶Ad idem.Adde Iaſ.in l.2.col.4.in fi.infra eod. PVRPV.

b ¶Primò.Aduerte,quia hæc regula non videtur generaliter vera, vide deciſ. Alex.in l.illam.col.4.& Iaſ.in l.ſi emancipati.colum.1.infra de colla.& ideo Alex.in d.l.illam.5.col.declarat hoc procedere,quando ſequentes in gradu ſuccedunt loco excluſorum, & erat quædam repræſentatio in excluſis, PVRPV.

c ¶Licita eſt extenſio.Adde Ant.de But.in c.olim.de verb.ſig.Alex. de Imo. in l.ſi conſtante.in prin.ff.ſol.matr.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſiones diuiduntur in tres ſpecies,nam quædam ſunt aſcendentiū, quædam deſcendentium,quædam tranſuerſalium.*
2 *Tranſuerſales ſunt in triplici differentia inter ius canonicum, & ius ciuile: Qualiter, vide.*
3 *Computationes graduum quo ad iſtam legem.*
4 *Frater auiæ in ſucceſſione nepotum ex filio maſculo auiæ excludit filium alterius fratris præmortui.*
5 *Nepos non ſuccedit in locum patris præmortui in iure patron.*
6 *Filius fratris non ſuccedit regulariter in locum fratris.*
7 *Libellus obſcurus incertus ipſo iure procedit,ſi non opponatur.*
8 *Adire inutiliter,& non adire ſunt paria.*
9 *Filius fratris an dicatur propriè nepos.& nu.10.*
11 *Copula eſt illius naturæ, vt intelligatur in præcedenti illa qualitas, quæ in ſequenti proximè ponitur.*
12 *Statuta ſunt intelligenda ſecundum communem vſum loquendi.*

LEX II.

SI auiæ frater. Iſta lex primo aſpectu vī difficilis propter cō
1 putationem graduum,ideo† præmitte, q̃ ſucceſſionum tres tantum ſunt ſpecies, aſcendentium, deſcendentium,& tranſuerſalium,vt in Auth.de hære.ab inteſt. in prin.& l.1.in ptin.ff.de gradi.& in aſcendentib.& deſcendentibus non eſt difficultas, nec aliqua dīria inter ius canonicum, & ciui.quia vtroque iure filius eſt in primò gradu,nepos in ſecundo,& deinceps.Sed in tranſuerſalib.eſt dīria, quia duo fratres de iure can.inuicem ſunt in primo gradu,ſed de iure ciui. in ſecundo.filij fratrum de iure can.ſunt in ſecundo gradu,ſed
2 de iure ciu.ſunt in quarto. ¶†Ideo [a] aduerte, q̃ quantum ad
a tranſuerſales triplex eſt differentia inter ius cano. & ius ciuile. nam de iure ciuili ſi vis ſcire,in quo gradu ſunt adinuicē duo tranſuerſales,neceſſe eſt inuenire ſtipitem.ſ.illum, à quo omnes iſti deſcendunt,tunc oportet aſcendere numerando vſq; ad ſtipitem. Deinde à ſtipite deſcendere numerando vſq; ad iſtam perſonam,de qua quæris.Sed de iure cano.non inquiritur ſtipes.Et conſidera, q̃ licèt gl.in l.Iuriſc.§.1.in gl.magna, in verbo,item liberi,quæ eſt magiſtra. ff. de gradi. dicat, q̃ ſtipes non ℨnumeratur pro vna perſona,& idem dicit Bal.in Auth. ſi quas ruinas.in 2.col.in ptin.C.de ſacroſ.Eccl.Ang.de Are.in §.hactenus.Inſti.de gradi.& D.Alex.in l.1.in prin.7.col.ff.de iuriſd.omn.iudi.Ego dico q̃ imò ſtipes connumeratur,ita dicit expreſsè tex.in §.ſunt & ex laterib.in d.l.Iuriſ. in ver. idem faciendum,& ita tenent gl.& omnes hic,ſi aduertis Doc. computationem.Sed dic, q̃ ſi computatur ſtipes pro vno gradu, tunc primæ perſonæ,à quibus incipis computationē,non cōputabuntur,aliàs ſecus,& ita concordabis iſtam differentiam. ¶Secunda dīria eſt,quia ſm ius ciuile fit computatio per gradus ad ſimilitudinem ſcalarum, aſcendendo de gradu in gradum,& poſtea deſcendendo, ideoq; eſt propria computatio. Cano. autem non computant per gradus, ſed computant per ſaltus, ſaltando de vna linea ad aliam: ideo eſt impropria computatio.¶ Tertia differentia eſt, quia ſecundum nos vnaquæque perſona facit gradum, ſed de iure canon. duæ perſonæ faciunt gradum, ratio quæ mouet Canoniſtas eſt,
b quia eorum computatio [b] regulariter fit propter matrimonium,in quo duæ perſonæ conſiderantur.Computatio autē, quæ fit per ius ciu.fit regulariter reſpectu ſucceſſionum,ideoque quælibet perſona gradum facit.ita declarat Bald.in l.meminimus.C.de legi.hære.& D.Chriſtoph.Inſt.de gradi.in prin. in 3.col.& Pau.de Caſt.hic in fi.hinc eſt, q̃ computatio de iure can.procedit in materia matrimoniali, ſed compu.iuris ciui. in materia ſucceſſionum,ſm gl.in §.hactenus.Inſti.de gradi.in d.l.Iuriſc.§.1.& de prædictis vide bonam gl.in c.fi.de conſang. & affi.& gl.in d.l.Iuriſc.§.1.in glo.mag. & ſimilem in §.hactenus.

ADDITIONES.

a ¶Ideo.Vide contra hanc primam,capitu.tua nobis.de conſang. & affinitate. PVRPV.

b ¶Computatio.Ita dicit tex.in c.ad ſedem.col.1.35.q.1. PVRPV.

Source : BIU Cujas

nus.in gl.mag.Inſti.de gradi.plenè per Io. And. in arbore conſanguinitatis.per Bal.in c.1.in 9.col.& ſeq.de iudi. ¶† Vt ergo
3 in iſta l.inuenias computationem,oportet ante omnia inuenire ſtipitem,à quo omnes perſonæ,de quib.in tex. proceſſerũt, iſte eſt pater auiæ,qui habuit iſtam auiam filiam,& duos maſculos ex auia,natus eſt filius, & ex filio nepotes,de quorum ſucceſſione hic quæritur, frater ergo iſtius auiæ quo ad illos nepotes eſt in quarto gradu, quia aſcendit ad patrem, & eſt vnus gradus,poſtea deſcendit ad auiam ſororem fratris,& eſt ſecundus gradus,poſtea ad filium auiæ, & ſic tertius, deinde ad nepotes,& ſic eſt quartus gradus.¶Iſtis ſic præmiſſis iſta.l. hoc dicit in ſumma. Si exiſtens in gradu anteriori non agnouit poſſeſſionem, vel agnouit, ſed non eo modo quo debuit, ſequens admittitur per ſucceſ.edi.ſecus ſi debito modo agnouit.hoc dicit,& conſidera quomodo poteſt procedere text. q dicit,ꝙ ex teſtamento nepotum falsò adijt hæreditatẽ, quo-
a modo potuit eſſe teſtamentum nepotum, [a] & ſic vnum teſtamentum plurium perſõarum?¶Caſum clarè figurat gl. Bar.
4 & alij.¶†No.ex tota iſta.l.quòd frater auiæ in ſucceſ.nepotum ex filio maſculo auiæ,excludit filium alterius fratris præmortui,eo quia frater,qui viuit,eſt in quarto gradu quo ad illos nepotes,filius autem fratris eſt in quinto,& ſic in remotiori,vn-
b de prior ſequentem excludit.¶Sed oppono [b] contra tex. pro eius intelligentia,nam frater mortuus ſi viueret,æqualiter ſuccederet nepotibus cum iſto alio fratre ſuo, ergo eodem modo filius fratris præmortui,cùm habeamus regulam, ꝙ filius ſuccedit in locum patris ſui,& eo modo admittitur, prout ſi eius pater viueret.§.cũ filius.Inſti.de hære.quæ ab inteſta. Re-
c ſponde,ꝙ regula.d.§.cũ filius. [c] procedit,quando tractatur de ſucceſ.aſcendentium,ſecus quando tractatur de ſucceſ.tranſuerſalium, tunc filius non ſuccedit in locum patris præmortui,nec æqualiter admittitur cum patruo ſuo.tex.eſt in §.ſi plu-
d res.Inſti.de legi.agna.ſuc. & in l. auunculo. [d] ſ. communia de ſuc.& tex. eſt hic. ¶Sed aduerte, ꝙ iſta iura hodie limitantur non procedere,quando tractatur de hẽditate patrui, vel auunculi,ſeu amitæ,vel materteræ, quia tunc filius vel nepos ſucceloco patris, & ſimul,& ſemel admittitur cum alijs patruis
e æqualiter.tex.eſt in Authẽ. ceſſante,& in corpore vnde ſumitur.C.de leg.hæredi. Quantum [e] autem ad alios tranſuerſales filius,vel nepos non ſuccedunt in locum patris præmortui, imo excluduntur per patruos,qui viuunt.tex.eſt in Auth.poſt fratres.& ibi Bar.C.de legi.hæred.& not.declarat Cy in d.Authen.ceſſante.in fi.Bal.in l.3.C.de legit.hæred.& Io.Fab.in d. §.
f cum filius.Et ſi dicis, quæ eſt [f] ratio diuerſitatis, quia quando tractatur de hæreditate aſcendentium filius,& nepos,& deinceps ſuccedunt æqualiter cũ patruis.d.§.cũ filius ſecus quando tractatur de ſucceſ.aliorum collateralium?Saluis proximè dictis,inuenio quòd Nic.de Neap.in §.1.Inſti.de legi.agn. ſucceſ.& Io.Fab.in §.cæterum.eo. tit. qui licèt directo quæſtionẽ non forment,tamen in diſcurſu verborum ſic reſpondent, ꝙ ius,quod habet pater in ſucceſ.tranſuerſalium, non eſt ita potens,quia non ita debetur ſucceſſio tranſuerſalium, ſicut aſcẽdentium,ideo non tranſmittunt, vt ex perſona eorum patris, filij,vel nepotes veniant, prout veniunt in ſucceſ. aſcend. vbi filij,& nepotes veniunt ex perſona patris præmortui. Sed caue,quia errant in fundamento, quia quando dicimus, ꝙ filius, vel nepos ſuccedit in locum patris præmortui.d.§.cũ filius,intelligitur, ꝙ ſuccedit in locum,hoc eſt in gradum acſi eſſet in eo gradu,in quo erat eorum pater,ſed non ſuccedit ex perſona patris.nepos ergo dato,ꝙ ſubineret locum patris, non ſuccedit vt pater,ſed vt nepos,& ita declarat Bar.in l.1.§. ſi ſit nepos. in 1.col.ff.de colla.do.& in l.1.§.ſi ſit filius.ff.de cõiun.cũ
5 emancip.lib.†Item attende,quòd ſimiliter in iure pat. nepos [g] non ſuccedit in locum patris præmortui,nec nepotes ex filio præmortuo ſimul admittuntur pro alio filio.tex.eſt no. in l.ſi libertus præterito.§.1.ff.de bon.lib.& in l.à duobus.ff. de oper. liber.& in l.3.§.proinde.& ibi gl.ff.de leg.tut. Ratio ſpecialitatis eſt,ſecundum Io.Fab.in d.§.cùm filius.quia ius patro. non defertur iure hæreditario.l.vt iuriſiurandi.§.fi.de oper. lib. Iſta ratio non placet,quia feudum non defertur agnatis iure hæredita.cùm poſſint agnati feudum obtinere repudiata heredi. c.1.an agn.vel filius.& tamen in feudo in agnatis filius ſuccedit in locum patris.c.1.§.his verò.de ſucceſ.fra. vel gradi. ſuc. in feu.& c.1.circa prin.de ſucceſ.feud. Credo, ꝙ melior ratio ſit ſpecialitatis,quam aſſignat Io.Fab.in §.fi.Inſti.de ſucceſ. lib. propter ampliorem libertatem, ne libertus plures patronos habeat.Item adde,quòd per ea,quæ dicta ſunt ſupra poteſt inferri,an vera ſit gl.no.in l.cũ ita legatur.§.in fideicom.ff. de leg. 2.quæ vult,ꝙ in fideicommiſſo relicto familiæ,filius fratris ſimul admittitur cum alio fratre. per Auth.ceſſante. C. de legi. hære.quam gl.ſequitur Bal.in conſi.incip.caſus talis eſt, quidã Titius deceſſit.Alex.26.conſi.in 3.vol.incip. videretur fortaſſe.Sed Bal.in d.§.in fideicom.in fi.reprobat illam glo. quia dicta Auth.ceſſante.loquitur,vbi non conſideratur affectio, ſed iuris diſpoſitio,hic autem in fideicom.conſiderarur affectio, quæ maior eſt ad fratrem,quàm ad filium fratris, allegat etiã ad hoc.l.3.§.ſi duo.ff.de legi.tuto.& cum Bal. contra illam gl. tenet etiam Raph.Cuman.ibi,& in notabili caſu in conſi.71. mulier inſtituit maritum,in 1.vol.idem tenet Alex. in conſil. 204.in 2.vol.conſideratis.in 4.col.& in conſi.3.in 4. vol. Ponderatis verbis teſtamenti.in 4.col.Fran.de Are.in conſi.143.di-
6 ligenter,& maturè diſcuſſis.in pen.col.†Et iſta opi.videtur ve-
h rior,cùm regulariter filius fratris [h] non ſuccedat in locum fratris,vt ſupra declaraui,niſi in caſibus ſpecialib.ſ.relatis ſcilicet quando agitur de ſucceſſaui, & ſic aſcendentis, vel patrui,& non aliter, & ſic pondera, quòd non ſolùm conſiderata affectione,vt conſiderat Bal. ſed etiam non conſiderata affectione procedunt prædicta.¶In tex.ibi, ſi auiæ. dic quòd iſta erat auia reſpectu nepotum eius filij præmortui, de quorum ſucceſſione hic tractatẽ, ſed non erat auia reſpectu ſupplicantis, de quo in tex.ſed erat amita,ꝙa ſoror illius fratris pmortui, ex quo pre pmortuo ſupererat iſte nepos.¶In text.ibi,velut in teſtõ.no.ſm Bal.poſt antiquos.ſ.Marti.de Fan. & Nic. de Matarel. ꝓ eũ relatos, ꝙ qui agit peti.hær. & ſic petit hæreditatem, debet in libello dicere, an ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſt.aliàs ſuccumberet,vt hic.Sed tu adde,quòd tex. iſte nihil
i probat,& ineptè ponderatur [i] per Antiquos.& Bal.hic,eo qa tex.iſte non loquitur de petente hæreditatem,ſed loquitur de eo qui adijt,ita expreſsè dicit tex.ibi,ex teſtamento adijt hæreditatem,ſed aditio fit ſolo animo.l.pro hærede.in prin. & l.ge-
7 rit.ff.de acq.hær nec ibi requiritur expreſſio.¶† Præterea cùm
k libellus generalis [k] incertus,& obſcurus ipſo iure procedat,ſi non opponatur à parte.l.fi.in fi.C.de anna.excep. ergo procedit libellus agentis peti.hæred.dato,quòd non declaret vtrum ſit hæres ex teſtamento,vel ab inteſt.vt eſt tex in l. ex ſextante. in prin.& ibi gl.no. ff.de except. rei iudic. ſed ſi opponatur per reum cõuentum,ita demum tenebitur agens declarare vtrũ ſit hæres ex teſtamento,vel ab inteſt. quando aliter reus conuentus non poſſet deliberare,an cederet,an condenderet,aliàs autem adhuc agens non tenetur declarare.tex.eſt in l.ſi defenſor.§.illud.& ibi Bar.declarat.ff.de interrog.actio.Bald.Pau.de Caſt.& Mod.in l.ſi is ad quem.ff.de acq.hære.Cano. in c. 2. de libel.obla.¶Item no.ex eodem tex.in verbo veluti ex teſtamẽto,ꝙ aditio inualida facta ex teſtamento falſo non conuertitur in aditionem ab inteſt.validam, per quam ſuccedere poterat.¶In contrarium pro intelligentia opponitur:nam ſucceſſio facta ex teſtamento inualida ſuſtinetur, & conuertitur in ſucceſſionem ab inteſta.l.non nunquam. ff.de leg. præſtan. l.2. §.ſi ſub conditione.& l.ſi ſub conditione.ff.de bono.poſ.ſecundum tabu.& l.filius emancip.in prin.ff.de collat.dotis.Reſpõdet notabiliter Iac.de Are.hic, ꝙ tex.cùm myſterio preſuppo nit,ꝙ iſte frater ex teſtamento adijt hæreditatem, & ſic de iure ciui.quæ cùm ſit inualida,non conuertitur in bon.poſ.ab inteſt.ideo ſm eum,ſi iſte agnouiſſet bonor. poſ. ex teſtõ,prout vult dicere tex.in fi.illa inualida conuerteretur in bon. poſſ.ab inteſt.

ADDITIONES.

a ¶Nepotum.Adde,quòd potuit eſſe ſubſtitutio pupil.facta per patrem iſtorũ nepotum,quæ dicitur teſtamentum.l.patris,& filij.ff.de vulg. & pup.

b ¶Oppono de §. cùm filius.Inſti.de hæred.ab inteſt. vide Alex. lib. 1.conſi. 83. col.2. PVRPV.

c ¶Cùm filius.Limita illum.§.cùm filius.in eo quod defertur iure hæreditatis, aliàs ſecus,& ita in emphyteuſi tradit Alex.lib.5.conſi.29. ſi conceſſum eſt, Lud.Bolog.conſi.38.1.dubio,aliam limitationem ponit Dec.in l.2.verſi.ſecundum dubium.ſupra vnde lib. PVRPV.

d ¶Auunculo. Illa.l.non limitatur,quia loquitur de ſucceſſione patrui.PVRPV.

e ¶Quantum.Idem Alex.lib.5.conſi.44.videretur prima facie.col.pe.& lib.3. conſi.5.col.fi.in fi. PVRPV.

f ¶Ratio diuerſitatis. Vltra impugnationem quam.infra Iaſ. facit, iſta ratio nõ concludit,quando ſumus in ſucceſſione patrui, ſed dic, quòd tunc dicitur quodammodo etiam tractari de ſucceſſione aſcendentium c.2.de na.ſucceſ. feu.Iaſ.in l.fi.2.col.infra vnde leg.

g ¶Nepos.Adde Bal.in l.2.C.de ſuis,& leg.Doc.in cle.2.de iur. patr. Ant. Roſ. in trac.de ſucceſ.ab inteſt.in 51. colum. Docto. in c. cùm Bertoldus. de re iudica.

h ¶Filius fratris.Adde Salyc.in Authen. poſt fratres.la prima.C.de leg.hære. PVRPV.

i ¶Ponderatur. Adde,quòd ponderatio Antiquorum,& Baldi eſt,quia ille qui adijt ex teſtamento,quando poterat tantum ab inteſt.nihil agit,vt hic, ergo vt ſciatur,an legitimè adierit,debet hoc exprimere. PVRPV.

K ¶Libellus generalis.Adde Pau.de Caſtr.in l.prima.ff.de edend.Angel. in l.1. C.quando prouoc.non eſt neceſſ.Lanfran.in repe. cap. quoniam contra. de probatio.

Source : BIU Cujas

inteſt. quia vna bonorum poſſeſſio inualida bene conuertitur in aliam validam, ſed aditio de iure ciui. inualida, non pōt conuerti in bon. poſſ. ab inteſt. Ratiō diuerſitatis, quia bono. poſſ. non poteſt fieri ſine præſentia iudicis. l. fi. ſupra qui admit. ſi ergo facta ſit cum præſentia iudicis, & ſit inualida, poteſt conuerti in aliam validam, ſed aditio hæreditatis fit ſolo aīo abſq; præſentia iudicis, ideo ſi non valet, non poteſt conuerti in bo. poſſeſ. ¶ Et ſi tu ſubtilis dicas, iſta aditio hæredita. ex teſtamento de iure ciui. quamuis non poſſit conuerti in bono. poſſ. ab inteſt. per rationem prædictam, quare ſaltem non cōuertitur in ſucceſſionem ab inteſt. de iure ciui. in qua ceſſabit obiectū prædictum, & ſic quare ſucceſſio ex teſtamento de iure ciuili valida, non conuertitur in aliam ab inteſta. de iure ciuili validam, dato q̄ non poſſit conuerti in bon. poſſ. propter defectū præſentiæ iudicis? Reſpon. quia in iſto tex. frater auiæ reſpectu nepotum auiæ, de quorum ſucceſſione agitur, erat cognatus, quia illis iungebatur mediante perſona auiæ, & ſic per lineam fœmininam, ergo erat cognatus. Inſti. de leg. agna. tutel. §. ſunt autem agnati. Item emancipatus, & quilibet extraneus condito teſtamento bene cognoſcuntur de iure ciui. §. extraneis. Inſti. de hęre. quali. & diff. Bar. in l. illud. ff. de bo. poſ. contra tab. & gl. in l. cùm emancipatus. in princ. eod. tit. ſed ab inteſt. cognati ſunt penitus incogniti, & non admittuntur de iure ciui. ſecundum iſta tēpora. Inſti. de ſuc. cog. in princ. ideo impoſſibile eſt in hoc tex. q̄ ſucceſſio de iure ciui. ex teſtamento inualida ſuſtineatur, & conuertatur in ſucceſ. ab inteſt. de iure ciu. quia in hac l. cognatus ex teſtamento bene de iure ciui. ſuccedere poteſt, ſed ab inteſtato de iure ciui. nullo modo ſuccedit, ideoq; talis conuerſio fieri non poteſt, & nūc habes optimè declaratam ſolutionem Iac. de Are. ¶ Eam tamen reprehunt Cy. Bar. Albe. & Ang. quia iſtud ſpecialiter reperitur in filijs, quòd bon. poſſ. ex teſtamento inualida conuertatur in bono. poſſ. ab inteſt. validam, & malè reprobant, cùm idem ſit in alijs ſucceſſionibus vltra filios. d. l. ſi ſub conditione. Dic ergo melius ſecundum Bal. Saly. *& omnes Mod. hic, &* Bal. & Pau. de Caſt. in d. l. ſi is ad quem. ff. de acq. hær. & ante eos Bar. in l. 3. §. ſi ſub ea. ff. de bon. poſ. cōtab. q̄ q̄n ſucceſſio ex teſtō eſt penitus inualida, ſiue ſit facta de iure ciui. ſiue de iure prætorio, vt eſt in hac l. in qua teſtm̄ erat falſum, & tunc nunquam conuertitur in ſucceſſionem, vel bon. poſ. ab inteſt. validam, ita loquitur text. noſter, & ratio eſt, quia quod eſt nullum, non pōt conuerti in aliquid. l. 3. §. qui fideicommiſſariam. ff. de hære. inſti. ſed quando ſucceſſio ex teſtō, vel ſecundum tabu. à ptin. fuit valida, licèt poſtea reddatur inualida, bene tunc conuertitur in bonor. poſ. ab inteſt. validam. ita propriè loquuntur iura. s̄. ad oppoſitum alleg. & iſta eſt veritas. Confirmo rōne, quia illud, quod à principio valuit ſemel, facilius ex poſtfacto confirmatur, q̄ illud, quod nunquam valuit. ita probatur in l. poſthumus. in prin. iuncto ver. idem & circa. ff. de iniuſt. rup. idem probatur in l. qui ex liberis. §. teſtō. ff. de bono. poſ. ſecundum tab. & in §. non tamen. Inſti. quib. mod. teſt. infir. iuncta. l. 1. §. ſed ſi filius fa.

8 ff. de leg. 3. ¶ † Vltimò [a] no. ex hoc tex. *ſm* Bal. Saly. Ful. & alios

a hic, q̄ paria ſunt non adire, vel nulliter adire, ſeu via incompetenti. concordat. l. fi. in verb. *nil agit.* ff. de lib. & poſth. & tex. in l. filius emancip. in prin. ff. de colla. dot. Sicut in ſimili paria ſunt non cauere, vel ſatiſdare, aut vitiosè. l. quoties. cum his, quę ibi dixi. ff. qui ſatiſd. cog. Item paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel eſſe factum, ſed perperam, & nulliter. tex. eſt no. in l. 2. ff. de autho. tut. in l. quamuis. §. ſi conuenerit. & ibi Bar. no. ff. ad Velleia. & in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſ. contra tab.

b Item paria ſunt [b] non comparere, aut minus legitimè comparere. c. Nicolao. & ibi no. Bal. de appel. Item nihil, & inualidum æquiparantur. l. ſi autem nullum. & ibi Bal. no. C. de legi. hære. ¶ Gloſſ. 1. ponit caſum, & clara eſt. In quantum tamen filium fratris præmortui nepotem appellat, reaſſumo in dubium,

9 † nunquid filius fratris [c] dicatur propriè nepos, & ſic nunquid

c quemadmo. qui veniunt per lineam deſcendentium, appellantur propriè nepotes, ita etiā appellentur propriè nepotes, qui deſcendunt per lineam tranſuerſalem, vt eſt filius fratris, & q̄a preſens paſſus eſt valde vtilis ad multa, ideo eum plenè examinandum duxi. In hoc paſſu inuenio fuiſſe quinque prin. opin. quas paſſim, & confusè referunt Moder. præſertim Do. Alex. hic, ego poſtremò ponam ſententiam meam. ¶ Prima fuit ſententia gloſſarum. ſ. gl. hic. & in l. poſt emancipationem. in gloſ. 2. & l. cùm quis decedens. § codicillis in glo. 1. iuncto tex. ff. de leg. 3. & in l. auunculo. ff. de mor. cau. don. quæ glo. tenuerunt, quòd filius fratris dicatur nepos, pro quibus Bald. & Salyc. hic allegant quatuor iura de iure ciui. ſ. l. illam. C. de colla. l. pen. ī. de dona. quæ ſub modo. l. & ideo. §. fina. cum l. ſeq. ff. de in rem verſo. & l. ſi inſtitura. §. fi. ff. de inoff. teſtam. quæ non probant, quia loquuntur reſpectu aui, ſed non reſpectu patrui, vel amitæ, prout dicit Bar. in l. ſi inſtituta. §. de inoffi. el ſecondo. ff. de inoffi. teſtam. Io. And. in c. fundamenta. de elect. in 6. in nouel. & Raph. Fulg. & Mod. hic, tamen pro gloſſis ſunt multi text. de iure cano. tex. in c. tua nos. & in c. quod ſuper. de conſang. & affini. & in c. non ſine. de arbi. in c. dilecto. in princ. de præb. in c. fœlicis. §. cæterum. de pœnis in 6. in c. 1. de ſchiſma. eodem lib. & in c. duo pueri. de deſpon. impub. & in c. per tuas. in fi. de proba. Sed de iure ciui. habes etiam tex. rotundum in c. 1. §. ſimiliter. in ver. nepotem, ideſt filium fratris, quibus mod. feud. amit. tit. 1. & dicit ibi Bal. quòd eſt magis expreſſum ibi, quàm reperiatur alibi de iure ciui. & quòd aduocati Bononienſes multum allegant illum tex. & iſtum corruptè allegat Bal. hic in 1. colum. & per illum tex. refert ibi Iac. de Bel. ſe obtinuiſſe Bononiæ, quòd ſi aliquis eſt priuilegiatus pro ſe, & nepotib. veniunt in tali priuilegio, quamuis ſtricti iuris ſit, etiam nepotes ex fratribus. Idem tenet Io. de Imo. in l. ſi dotali. ff. ſol. matr. per tex. d. §. ſimiliter. & quia ita ſe habet communis vſus loquē di. Idem tenet Bal. qui pluries variauit in repe. c. ſi pater. in 19. colum. de teſtam. in 6. Idem tenet Panorm. in d. c. non ſiue. in 2. not. vbi dicit, quòd iſtud ſemper fuit ſecutus propter communem vſum loquendi, quicquid ſecundum eum tenuerit Feder. de Sen. in conſi. infra allegando, & ita etiam tenet idem Dom. Abb. in d. c. per tuas. in vlti. no. Tamen ad text. in d. § ſimiliter. poteſt reſponderi, quòd cùm ius feudorum ſit conſuetudo poſtea redacta in ſcriptis. c. 1. in prin. de feu. cog. illud ibi proceſſit ex communi vſu loquendi, & non de proprio ſignificatu, vt patet ex c. 1. de ſucceſ. fra. vel gradi. ſucceſ. in feu. & c. 1. §. 1. de feu. Mar. ¶ Secunda principalis fuit opi. quòd filius fratris non dicatur propriè nepos, & aliqui inaduertenter allega. q̄ iſtam tenet Bar. in d. l. ſi inſtituta. §. de inoffi. el ſecondo, ſed caue, quia Bart. ibi non firmat, imò potius tenet oppoſitum, dicens, quòd in nulla parte iuris reperitur, quòd filius fratris dicatur nepos, ſed ſolū in quadam conſtitutione Fede. & non allegat vbi, & in c. 1. de ſchiſmati. in 6. voluit Bar. allegare text. in præalle. c. 1. §. ſimiliter. Iſtam etiam opi. alleg. Io. And. renniſſe in præalleg. cap. fundamenta. de elec. in 6. in nouel. Iſtam firmat Bal. ſibi contrarius. in d. l. ſi dotali. quia nepos propriè dicitur, qui deſcendit ex filio, non autem ex fratre text. eſt in l. luriſcon. §. ſecundo gradu. ff. de gradi. & hoc oſtendit etymologia vocabuli, ſecundum Salyc. hic, dicitur enim nepos quaſi natus poſt patrem. Item infert ibi Bar. q̄ ſi aliquis accepit, vel acquiſiuit emphyteuſim pro ſe, & nepotibus, non veniunt nepotes ex fratre. allegat ita conſuluiſſe Dy. Adde, q̄ eſt in conſ. 16. inci. diligenter. in vlt. col. Iſtam opi. etiam tenet Cy. in d. l. ſi inſtituta. in addi. quem ibi refert, & ſequitur Bal. & præſertim, quando eſſemus in ſtatuto pœnali, & ſic odioſo. Idem tenet Fede. de Sen. in conſi. 39. incip. Viſo puncto prædicto, & motiuis, per tex. in præalleg. l. luriſcon. §. ſecundo gradu. per text. in l. liberorum. ff. de verb. ſig. ideo pulchrè concludit, q̄ in ſtatuto excludente ſororem extante nepote, non comprehenditur nepos ex fratre, & ad iura can. ſupra adducta reſpondet, quòd loquuntur impropriè, & ſunt verba narratiua facti dicta a partibus, ſeu enunciatiua Papæ, quæ non conſtituunt ius, vt plenè dixi in l. vnica. ſuper tertio intellectu glo. s̄. quando non peten. partes. ſed Iuriſc. in d. §. ſecundo gradu. ponit verba aſſertiua, & conſtituentia ius, & principaliter propter hoc adducta, ideoq; illis ſtandum eſt, & cū Feder. tenet Io. de Imo. in d. c. nō ſine. in vlt. col. de arbi. & Ang. hic in lec. Flor. reputans hoc notandū ad ſtatutum diſponens, q̄ filij, & nepotes excludant fœminas, & tamē nepotes ex fratrib. fœminas non excludēt. Eandem opi. tenet Raph. Fulg. hic dicens, q̄ non meminit ſe legiſſe, q̄ filius fratris in iure dicat̄ nepos, niſi cōis vſus loquendi patriæ aliud induceret. Eandem tenet D. Franc. de Are. in d. c. per tuas. in 2. col. & duab. ſeq. de prob. ¶ Tertia fuit prin. diſtinctio Bal. in c. 1. §. ſimiliter. præalleg. qui dicit, q̄ quando aliquis accipit emphyteuſim, & habet nepotes ex filijs, & nepotes etiā ex fratribus, & tunc intelligitur in dubio de nepotib. propriè, & ſic de nepotibus ex filijs, quod vltra eum poteſt confirmari ex doctr. Bal. in l. 1. ſupra eo. quia verba in dubio deberent intelligi propriè: ſi aūt non haberet nepotes niſi ex fratribus, tunc

de

ADDITIONES.

a ¶ Vltimò. Quartum not. Alexan. facit ſimile, quia parum, & nihil æquiparantur. Iaſ. poſt Bald. in Authen. præterea. colum. 2. infra vnde vir, & vxor. PVRPV.

b ¶ Paria ſunt. Adde cap. penul. de procur. & in capitu. cùm dilecti. de dolo, & contuma.

c ¶ Nunquid filius fratris. Adde Bal. in l. 1. in 2. col. de condi. inſer. Bal. in c. 1. §. ſim. liter. quib. mod. feu. amit. Io. And. in arbore. Doc. in c. 1. de ſchiſma. lib. 6. Ant. de Roſ. in trac. de ſucceſ. ab inteſt. in 42. col. Dy. conſi. ſuo inci. diligenter conſidera. & eſt conſ. 16. in ordine.

Source : BIU Cujas

de illis intelligeretur,per tex.no. in ſimili in l.hæredib. §. fin. ff. ad Treb.& in hanc ſententiam inclinat etiam Imo.in d.c.non bne.in 1.col.& D.Fran.de Are.in c.per tuas.in 3. col. de proba. ¶Aliam diſtin.ponit Pau. de Caſt. in d.l. ſi dotali.relatam per D.Alex.hic.¶Quintam,& vlt.diſt.ponit Bald.hic, faciens tres caſus prin.& cum eo tenet Saly.& Pau.de Caſtr.hic. & Dom. Alex.qui dicit Bald. in hoc melius locutum eſſe, quā aliquis alius loquatur.¶Ego vltimo loco omnium dictis penſatis facio in hac materia vnam conclu. & tres fal. Concluſio eſt, ꝙ filius fratris propriè non dicitur nepos , & ideo non venit regulariter appellatione nepotis, nec in ſtatutis , nec in contractibus,nec in alia materia.d. l. Iuriſconſultus. §. ſecundo gradu,& l.liberorum.§.ſed & Papirius.ff.de verb.ſig.cum alijs adductis ſupra in 2.opin. ¶ Iſta concluſio procedit,quando terminus nepos,profertur ſimpliciter , ſed non quando profert ſimul cum termino filius,vt quia in aliqua materia fiat mentio de filijs,& nepotib.Si autem iſte terminus nepos , profertur cum dictione fratris,vt qa aliquis acquirat emphyteuſim pro ſe,fratrib.& nepotibus , tunc quia præcedentia declarant
a ſed hoc ita. in gl. 2.ff. de re iud.Sed fragilis [a] videtur impugnatio,quia d.§.vt autem.intelligitur,quod nullum ſit factum diuortium, ſed durauerit matrimonium vſque ad tempus mortis eius,cui ſucceditur,tamen quando ſucceditur,neceſſarium eſt,quòd morte alterius ſolutum ſit matrimonium.Ego teneo contra Bald. alia ratione. nam conſidero, quòd ratio, quare prætor induxit, quòd maritus ſuccedat vxori, & ècontra eſt, quia ſunt ſocij diuinæ,& humanæ domus,vt dixi.s̃.ſed iſta ratio ceſſat in ſocero.Prętereà habemus alibi text.qui dicit,quòd text. loquens de viro, & vxore non habet locum in ſocero, quando expreſsè non cauetur.l.ſi verò §.de viro.ff.ſolu.matrimo.& propterea contrarium, & melius tenet ipſemet Bald.in l.fin.in 5. colum. in verſi. item quæritur an ſit inuenire. s̃. vnde legiti. Licèt alibi Bald.iſtud reliquerit indecisũ. in d.l.affinitatis. ĩ.communia de ſucceſ.Et iſtam vltim.partem tenuit etiam d. Nicol.de Vbal. de Perufio in tracta. de ſucceſ. ab inteſta. in 2. colum.¶Aduerte etiam in quantum Bald. hic alleg. vnam gl. in §.mariti.in verbo poſtea.Inſtitut.de nupt. nam Ange. ibi reputat illam glo.multum ſingularem,& Nicol. de Neapol.ibidem eam ſummè extollit,& dicit, quòd non recolit ſe vidiſſe ſimilem glo.in toto mundo,ſecundum Ioan. Fab. & Ange.de Aret.ibi,illa gl.vult mirabiliter,quòd nedum maritus, & vxor ad inuicem ſuccedendo excludant fiſcum, vt hic,ſed etiam cognatos viri,qui licèt efficiantur affines vxoris, tamen cognati viri non efficiuntur affines alijs cognatis vxoris,tamen ad inuicem ſuccedunt excluſo fiſco, ꝙ eſt ſummè mirabile, & ſumma extenſio ad hunc text. Sed illam glo. reprobant Ioan. Fab. & Ange.de Aret.ibi,eo quia illa glo. ſecundum eos nullo iure probatur.Sed vltra eos facit fortius, cùm inter eos nulla ſit penitus affinitas, ergo nulla ſucceſſio. nam etiam vbi eſſet affininitas,non conceditur ſucceſſio ratione affinitatis.d.l.affinitatis. ĩ.com.de ſucce.Ego tamen dum legerem Inſtit.dixi, & adhuc dico,quòd illa glo. malè notatur per prædictos Doct. & quòd aliud dicit, quàm ipſi referant, nec meretur reprehendi, dicit enim illa glo.ſecundum realem ſenſum,quòd licèt omnes cognati mariti efficiantur affines vxoris, & ècontra omnes cognati vxoris efficiantur affines mariti, tamen per hoc inter cognatos mariti ex vna parte, & cognatos vxoris ex altera quantum ad eos nulla affinitas contrahitur, & ideo inuicem non ſuccedunt,niſi ſicut vir,& vxor coatracto matrimonio, vt hic. nam vult dicere glo.quòd agnati viri non ſuccedunt cognatis vxoris, nec ècontra, quia nullam adinuicem habent affinitatem,niſi contingeret, quòd cognatus vxoris contraheret matrimonium cum cognata mariti, tunc propter tale matrimonium bene ſuccederent,quia ſunt vir,& vxor, vt hoc text.Iſte eſt verus ſenſus illius glo.quamuis aliter,& ineptè vt puto prę-allegati Docto.illam glo.intellexerint, & propterea circa eam diligentius conſiderabitis.¶Circa tamen 7. & vltimam fallen. in qua dixi, quòd videbatur iſtam l. poſſe limitari ex omnibus cauſis,ex quibus alimenta poſſunt denegari. Caue, quia illa limitatio non poteſt congruere ad text. noſtrum, quia text. iſte loquitur ab inteſt.ſed ea quæ ibi dixi procedunt condito teſtamento,quia condito teſtamento poteſt quis exhæredari,& priuari ſucceſſione, ex illis cauſis,ex quibus poſſunt alimenta denegari,ergo cùm iſta l.ab inteſta.loquatur,ergo dicta limitatio non congruit.Limita tamen in alio, inquantum text. vult, ꝙ vxor non ſuccedat marito exiſtentibus liberis, iſtud fallit in caſu ſingulari, ex quo exiſtentibus liberis tamen vxor ſuccedit marito in quarta parte bonorum, text. eſt in §. quoniam autem,& ibi glo.in Authen.quibus modis natu. effic. legi. quem text.alleg. & reputat ſing. ſolus Albe. de Roſa. hic, ſed alium ſimilem videbitis in Authen. præterea. immediate ſequenti.

3 ¶† Primò not. ex text.in verbo propinquorum, quod maritus,& vxor non ſunt inuicem propinqui, & multo minus,qui efficiuntur affines per eos,quod eſt notab.ſecundum Barto.ad ſtatuta requirentia conſenſum propinquorum in contractibus minorum,vel mulierum.dic vt per eum. facit text. in l. fi. verſic. ſed etiam his deficientibus, quem ad hoc ibi ponderat Barto.& alij poſt eum.ĩ.de verborum ſignifi.Fortius voluit hic
b Bald.quòd ſtatutum cogens [b] affines ad compromittendum, per dictionem affines,eos non comprehendat. Sed malè dicit in hoc,& reprænditur per Pau.de Caſt. & dom. Alexan.hic, ad quos te remitto,& contrarium tenuit ipſemet Bald.in l.affi-
c nitatis.C.commu.de ſucceſ.Eod.modo maritus,& vxor [c] non veniunt appellatione proximorum, vt probat text. in l. cùm rem alienam.C.de leg.Quem ad hoc not. Saly. pro ſtatutis fa-
4 cientibus mentionem proximorum.Eodem modo † non ve-
d niunt [d] appellatione attinentium, ſecundum Pau.de Caſt.hic, & in l.fi.ĩ.de verborum ſignifi.nil allegat,ſed eſt glo.in l.amitæ. in verſic.nam ſi. ĩ. communia de ſucceſ.quamuis contrarium teneat dom.Alexan.hic.Adde tamen, quòd veniunt appellatione coniunctorum.tex.eſt in l.fin. §.cùm autem in confinio. s̃.de fur.quem ad hoc ibi not.Saly. pro ſtatutis, & ibidem Bal. in §.fin.glo.in l.Quintus.prima.in glo.fin.ff.de aur.& argen.leg. Tamen difficile eſſet aſſignare rationem diuerſitatis inter iſta, ideo poſſes dicere ſecundum Ange.& Ludo Roma.hic,quod etiam non veniant appellatione coniunctorum, niſi ſubiecta materia ſuadeat largam interpretationem debere fieri. Ad hoc bene facit. l.ſi id quod §. ſed ſi quid in pueros. ff. de dona.
5 inter vir.& vxor.¶† Adde etiam,quod vxor
e [e] dicitur de familia viri.text.eſt in l.quicunque.& ibi Barto.C.de re milit.lib. 12.
f imò ſponſa [f] nondum nubilis ætatis dicitur de familia ſponſi. l.an etiam in patrem.quam ad hoc not.ibi Bald. ff.quod fal. tuto.alias eſt §.Iulianus.ſub l.penul.Facit text. in cap.hæc imago. & cap.manifeſtum.33.quæſt.5. Iſtud vltimum limita procedere in materia fauorabili, ſecus eſt in materia pœnali, & odioſa, vnde ſi ex forma ſtatuti pro tali delicto debeat exbanniri aliquis cum tota eius familia,tunc ſub nomine familię non contineretur vxor,ita no.Albe.de Roſa.in l.pronunciatio. §. familiæ.ff.de verborum ſignifi.& in vlt.par.ſtatutorum in vltim. colum.in quæſt.quæ incipit.Quid ſi ſtatuto caueatur,quòd familia bannitorum,&c.Facit quod vult Barto.in l. fin. in verſicu. 3.
6 dubitatur.ĩ.de verborum ſignifi.¶† Et in d. l. fi. ponunt etiam Ange.& Pau.de Caſt.an maritus,& vxor veniant appellatione vulgari de cyppo,ſi teſtator legat omnibus de cyppo aliquid tale,nunquid vxor vnius illorum de cyppo veniat.¶Capio glo. primam,quæ intelligit iſtum text. ſi matrimonium erat tem-
7 pore mortis.¶† Not.ex iſta glo.quòd l. faciens mentionem de ſucceſſione viri,& vxoris,intelligitur ſi matrimonium eorum durauerit vſque ad mortem,& ita dicit text. in l.1.ff.eo.quem glo.alleg.Iſtam glo.induxit Nicol.de Mutina ad ſtatutum Mutinenſe diſponens,quòd ſi mulier tranſeat ad ſecundum maritum, & habeat filios ex vtroque matrimonio, teneatur relinquere dotem æqualiter filijs vtriuſque matrimonij, nunquid habeat locum,ſi talis mulier erat vidua, quia ſecundus maritus erat iam mortuus,& determinat per iſtam glo. quòd non, quia cùm per mortem antea ſecutam eſſe ſolutum matrimonium,etiam dos non poteſt eſſe ſine matrimonio. l fin.in verſi. ſicut enim dos.s̃.de dona.ante nup.l.3. ff.de iure dot. ergo non ſumus in caſu ſtatuti Mutinenſis loquentis de matrimonio,cũ hic non eſſet matrimonium tempore mortis, vt hac glo.item loquentis de dote,& hic non eſſet dos,vt prædixi,quæ non poteſt eſſe ſine matrimonio: monetur etiam quia l.faciens mentionem de affinitate, intelligitur de præſenti non de præterita.l.cui eorum.§.affinitates.ff.de poſtu. Iſtam deciſ. reprænditur Bald. hic ad fin. eo quia mulier dicitur dotata etiam poſtquam dotem recuperauit.l.fin. s̃.communia. vtriuſque iud.& l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſoc.& l.filiæ dotem.ĩ.de collat.& quia

ſic

ADDITIONES.

a ¶Fragilis. Declara, quia primo maritus deceſſit vxore relicta, & filijs, inde filij,& poſtea vxor, ſuperuiuente ſocero. PVRPV.

b ¶Statutum cogens. Adde Bar.in l.quod ſeruus. ff.de condi.cau.dat.

c ¶Maritus,& vxor. Adde Saly.in l.ſi.ĩ.de fur.

d ¶Eod.modo non veniunt. Adde l.penul.cum gl.& ibi Doct. ff. de dona.inter vir,& vxo.Doct.in l.quod attinet ff.de regu.iur.Hoſt.in ſum.tit. de conſan.& affi.verſi.qualiter ipſa.illa gl.loquitur in fratrib.adde Dec. conſ.112.colum. penul.in fi.

e ¶ Quòd vxor. Adde cap. hæc imago.33.quæſtione.5. Bald. in l. etiam. C. de teſt.

f ¶Sponſa. Adde Bar.in l.Imperatores.in §.3.ff.ad muni.

Source : BIU Cujas

ſic ſe habet cõis vſus loquendi, quia mulier dr̃ habere dotem
a dato, ꝙ ſit vidua, & Saly. hic in fi. referens iſtam opi. Bal.[a] dicit,
ꝙ multum ſibi placet. eam etiam tenent Fulg. Pau. de Caſt. &
Ludo. Rom. hic. Adde, ꝙ pro iſta deciſ. vr̃ facere tex. melior de
iure in l. etiam, in prin. ſ̃. de fund. dotal. vbi dr̃, etiam dirempto
matrimonio prædium dotale intelligitur, quem text. ad hoc
alleg. ſolus Fulg. hic. Sed tu conſidera, ꝙ ille text. loquitur ſolu.
matrimo. ante tñ quàm dos per ipſam mulierem exigatur. Se-
cundò poteſt, & ſubtilius dici, ꝙ tex. ille vtitur verbo intelligi-
tur, ſed verbum intelligitur, denotat fictionem, vt expreſsè di-
cit Bar. in l. ſi is, qui pro empt. in 12. col. ff. de vſucap. Bal. in l. fur
ti. & in l. qñ. ff. de infam. Ludo. Rom. in conſi. 405. inci. præſup-
poſitis terminis fortiorib. Abb. in conſi. 20. in 2. volu. incip. caſus
in effectu ſic proponitur, in 2. colum. & eſt bonus tex. in l. ſi tibi
homo. §. cùm ſeruus. ff. de leg. 1. & in l. nec emptio. in vlt. verbo,
intelligitur. ff. de ꝓhen. emp. & tex. in c. ex ſtudijs. iuncta gl.
1. de præſump. ſi per fictionem, ergo non debet habere locum
in ſtatuto, & hoc modo ille tex. fortiter retorquetur ꝑ Docto.
b Sed rñde dupliciter. † Primò, ꝙ ibi dictio intelligitur, importat
veritatem, propter implicatinam dictionem etiam, ibi poſitã.
Secundò rñde ex doct. not. Bal. in c. bonæ memoriæ. in penul.
col. de appel. vbi dicit, ꝙ verbum intelligitur, in his, quæ iuris
ſunt, ſonat veritatem, ſed in his, quæ ſunt facti, refert: taut eſt ta-
le quid, quod per alium plenè acquiritur, & idem, vt l. certè. §. ſi
procurator. ff. de preca. aut non plenè acquiritur, & tunc im-
portat fictionem. Adde tamen, ꝙ iſtam deci. Bald. ſequitur
Paul. de Caſt. in rub. ff. ſolu. matrimo. in 1. col. & ibidem ſimpli-
citer d. Alex. in 12. col. Idem ſequitur d. Alex. in conſi. 54. incip.
conſideratis verbis dicti ſtatuti. in pen. & vlt. col. in 1. volu. & in
conſi. 102 in 3. vol. ꝙ incip. ſuper eo, de quo quæritur, videlicet
9 an ſtatutum. in 1. col. † Et per iſtam deciſ. Bal. dicit Pau. de Caſt.
b hic ſe vidiſſe conſultum in ciuitate Senarum, vbi eſt ſtatutũ,[b]
ꝙ mulier non poſſit teſtari de dote ſua in præiudicium filiorũ
etiam pro anima niſi de quarta parte dotis, ꝙ etiam ſi eſſet vi-
dua, quo caſu ſine matrimonio non videtur, ꝙ ſit dos, tamen
haberet locum ſtatutum propter matrimonium præteritum,
vt pater in toto tit. ff. ſolu. matrimo. quemadmodum dos pe-
tatur, & per alia, de quibus hic per Bald. & quia etiam poteſt
dici dos deſtinatione ante matrimonium, quando aliquid
eſſet relictum pro dote: nam talis mulier diceretur dotata an-
te ſequutum matrimonium, ſecundum Barto. in l. Titio cen-
tum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. & quia ſic ſe habet
communis vſus loquendi. Et iſtam vlt. deciſi. ſtatuti Senenſis
etiam tenet idem Pau. de Caſt. in rub. ff. ſolu. matrimo. in 1. col.
eandem deciſ. ſtatuti Senenſis tenet Pau. de Caſt. in l. ſi. propter
illum tex. ff. quando actio de pecu. eſt annal. quia adhuc põt di-
ci dos, licèt non propriè illa, quæ ſemel fuit dos quantum ad
hunc effectum, vt in ea habeat locum ſtatutum diſponens de
dote, quando ad eam poteſt congruè adaptari per illam l. Itẽ
quia quouſque ſtat in viduitate, cenſetur ſtare in priori matri-
monio. l. fi. C. de bon. mater. & quod ibi not. Bald. quòd iſtud
ſtatutum eſt inductum, vt conſulatur liberis, & non pro-
pter aliam cauſam, & ideo cùm vidua habeat liberos, meritò
ſtatutum ad eam extenditur. Adde, ꝙ opi. Nicol. de Matar. re-
probatam per Bal. & alios tenet dom. Franc. de Aret. in rub. ff.
ſolu. matrimo. in 1. & 2. col. vbi dicit, ꝙ licèt ſolu. matrimo. an-
tequam dos exigatur per vxo. duret nomen dotis. l. 1. in fin. &
l. etiam. ff. de fund. dota. tamen poſtquam dos fuit exacta, &
vnita cum relinquo patrimonio vxoris, non poteſt amplius di-
ci dos, ſicut hæreditas poſtquam ſemel fuerit appręhenſa per
hæredem, non dicitur amplius hæreditas, nec pro ea poteſt am
plius agi petitione hæreditatis, vt eſt glo. not. in l. 2. & ibi Bar. ff.
de fideicom. hæred. peti. ergo cùm ſtatutum vetet relinqui do-
tem, vel teſtari de dote in præiudicium filiorum, oportet, ꝙ
tempore quo relinquitur, illa ſit dos, quia qualitas adiuncta
verbo determinatur ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. ſi
damnum extraneus. ff. de noxa. & l. Titius, & ibi Barto. ff. de te-
ſta. militis, & plenius Bar. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup.
adducitur etiam, ꝙ no. vult Bal. in l. 1. C. ſine cenſi. vel re. ꝙ poſt
quam res dotalis eſt reſtituta vxori, non habet locum priuile-
gium l. Iuliæ. de fund. dota. quia deſinit eſſe dos. ¶ *Teneas commu
nem opin. Bal.* & aliorum, quia etiam poſtquam dos fuit exacta,
remanet dos. l. ſi ſocius pro filia. in princip. ff. pro ſoc. hoc etiam
patet in Authen. ſed quamuis. C. de rei vxo. act. & quod vult
glo. & not. Cy. & Bal. in l. rem quam. C. de iure dot. ꝙ ſi pater
recuperauit dotem filiæ ſolu. matrimo. per mortem viri, non
poteſt eam alienare, etiam dato, ꝙ de alia quantitate poſſit
eam dotare, vt ibi per eum, & ſic adhuc remanet dos. Item cũ
ſtatutum. Mutinenſe ſupra relatum ſit factũ vt ſeruetur æqua-
litas inter filios vtriuſq; matrimonij, propriè tunc habet locũ
in dote reſtituta, prout propriè probant iura hic alleg. ꝑ Bar. &
ꝙ poſt ſolutum matrimonium dicatur dos, tenet Barto. in l. ſi
marito. §. 1. ff. ſolu. matr. vñ pro veritate conſidera, ꝙ aliquando
hæreditas nulli eſt per hr̃dem reſtituenda, & tunc poſtquã eſt
per hæredem appręhenſa, & commixta cum alijs eius bonis,
quia eſt effectum vnicum patrimonium. l. ſed ſi plures. §. filio.
ff. de vulg. & pupil. non dr̃ amplius hęreditas, vt per gl. in d. l. 2.
cum alijs concord. Aliqñ hæreditas venit alij reſtituen. puta ꝑ
fideicom. vniuerſale, & tunc quamuis ſit appræhenſa per hæ-
redem, tñ durat hæreditas. toto tit. ff. & C. ad Trebel. Sic etiam
in dote, quia ſi per mulierem non eſt alij reſtituenda poſtquã
fuerit per eam exacta, & cum alijs bonis admixta, deſinit eſſe
dos, ſed qñ eſt alij reſtituenda, vt in caſu iſto ex forma ſtatuti,
tunc etiam ſi ſit per patrem, vel mulierem exacta, tamen ſem-
per durat dos, & ita loquuntur tria iura alleg. per Bal. & ea, quæ
ſuperius addidi. & facit tex. in l. ſi cum dote. §. ſi poſt. ff. ſolu. ma
* trim. Tenendo iſtam partem, *quæ eſt communis, & vera*, non obſt.
iſta gl. & l. 1. ff. eo. quia rñde, ꝙ procedit qñ fit mentio ſolùm re
ſpectu viri, & mulieris, tunc bene requiritur, ꝙ matrimonium
durauerit vſq; ad mortem, vt ibi, ſed hic fit mentio matrimo-
nij non reſpectu viri, & vxoris, ſed reſpectu liberorum, qui li-
beri dicuntur, ẽt ſi prius ſit ſolu. matrimo. igitur, &c. ¶ Tu pro
opin. Nicol. de Mutina ꝑ communem conſidera fortiter face
c re, nam ratio iſtius ſtatuti fuit, ne mulier [c] inducatur per ſm
maritum ad relinquendum filijs ſuis ex ſecundo matrimonio,
quia pariter tenetur relinquere vtriſq;. Iſta ratio ceſſat, quan-
do mortuus eſt maritus, & mulier dotem ſuam recuperauit.
Nec dicas, ꝙ ratio fuerit, ne ſeducatur à filijs ſecundi matrimo
nij, quia veriſimiliter, & à communiter accidentibus erunt tũc
minores: ſed ratio ſuſpicionis ſtatuti fuit, ne ſeducatur ab ipſo
ſecundo marito, quæ ſuſpicio ceſſat eo mortuo, & dote iam
per vxo. exacta. Ad id facit arguendo de peculio ad dotem, vt
arguit glo. in l. quod debetur. ff. de pecu. vnde ſuccedit deciſio
tex. in l. fi. ad fi. C. de inoffi. teſt. ꝙ priuilegium conceſſum pecu
lio non durat, licèt durent bona, ſed non cum iſta qualitate pe
culij. Tamen per hoc non recedas à communi, & hæc dicta
ſint ad excitan. ingenia audientium. ¶ Gl. in verbo naturalis, di-
uiditur in 2. partes. In prima timore taciti cõtrarij exponit text.
In ſecunda per viam fallentiæ remouet aliud ꝑrium. Sc̃da ibi,
ſed hoc fallit. ¶ In prima ergo parte, quia tex. dicit legitima, vel
d naturalis: de natura alternatiuę eſt, [d] vt cadat inter diuerſa, ꝙ
non eſt hic, quia legitima, & naturalis ſucceſſio non ſunt diuer
ſæ, quia ẽt legitima ſucceſſio defertur iure naturali. l. ſcripto. in
fi. ff. vnde liberi. ideo vt illa alternatiua bene ſtet, intel igit gl. ꝙ
legitima ſucceſ. ſit patris, naturalis ſit matris. Dic melius, ltĩma
intelligitur, qñ de iure ciuili defertur, vt declarauí in l. vnica. ſ̃.
qñ non peten. par. naturalis illa, quæ defertur de iure prætorio,
conſiderante naturalitatem ſanguinis ſolã, ideo tex. voluit dice
re, ꝙ quando deficit oĩs ſucceſſio tam de iure ciuili quàm præ-
torio, tunc maritus, & vxor adinuicem ſuccedunt. ¶ In 2. par-
te adde, ꝙ idem tenet gl. in l. 1. ff. eo ſequuntur Iac. But. & Bart.
hic. ꝑriũ, & melius tenet gl. in l. 1. C. ſi libera. Impe. ſoc. ſine hæ-
red. deceſ. lib. 10. & ibi Io. de Pla. *ſequuntur Pet. & Cy. & Ray. &
omnes Mod.* ꝙ vxor prę̃feratur illi ſocio pp maiorẽ ſocietatẽ, &
ꝑ alia de quib. hic per eos. ¶ Glo. in verbo excluſo, diuidit in 2.
10 partes. ¶ In 1. gl. addit alias perſonas, † quæ excludunt fiſcum [e]
e vltra vxorem, de quo habes gl. pleniorẽ in l. 1. de bon. vacan.
lib. 10. Adde tex. in l. ſi quis filio exhęredato. §. eius. ff. de iniuſto
rup. per quem no. ibi Bar. arg. ꝙ ſi moriatur aliquis artifex ſine
alijs hæredib. ꝙ collegium illius artis ſuccedit, fiſco excluſo, &
idem Bar. in l. 1. C. de hær. decu. not. ex illo tex. ꝙ ſi decedat ali-
quis ex conſiliarijs ſine hærede, ꝙ vniuerſitas ſuccedit, excluſo
f fiſco. Lĩtat [f] tñ ſingulariter Bald. in l. 1. §. fi. C. de ꝓſti. pecu. vbi di-
cit, ꝙ

ADDITIONES.

a ¶ Bal. His tribus iurib. Bal. reſpondet, primò ad l. fi. ꝙ facit in oppoſitum. ſe-
cundò ad l. ſi ſocius, ꝙ ibi loquitur propter ſpem ſecundi matrimonij, pro
quo conſeruatur, & in quo datam dotem defert ad primum. terrio ad l. filiæ
dotem, reſpon. ꝙ non aperit an matrimonium eſſet ſolutum, aut non. PVRP.

b ¶ Statutum Statutum, quòd mulier non poſſit teſtari in præiudicium filiorũ
etiam pro anima, in quo vltimo credo non valere. Bart. in repe. l. 1. in 5. q. 1.
prin. ſ̃. de ſacroſan. eccle. PVRVV.

c ¶ Mulier. Adde, quod imò ex quo mater tranſiuit ad ſecunda vota, eſt orta
mala ſuſpicio in eam. l. lex quæ tutores. §. ſeruis. de adminiſt. tut. ergo ſemper
præſumitur in eam. regula ſemel malus. de reg. iur. in 6. Secundo, quia ex quo
filij ex ſecundo ſunt minores, eos magis diligit, quia per eos magis memoria
conſeruatur, l. liberorum. ff. de verb. ſign. PVRPV.

d ¶ Alternatiuæ eſt. Adde l. ſeruus meus ff. man. l. ſi cùm dotem. ff. ſolu matrim. l.
verbum. ff. de verb. ſigni. l. 1. C. vbi de crim. agi op.

e ¶ Fiſcum. Adde, ꝙ defuncto in clericatu fiſcus temporalis non ſuccedit. Rot.
quam refert Dec. in c. ſi iudex laicus. §. fi. de ſent. excomm. PVRPV.

f ¶ Limitat. Facit. l. age cum Geminiano, & quod ibi plenè Iaſ. in 2. not. ſupra
de tranſa. PVRPV.

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

cit, ꝙ ſi decedat mercator ſine hærede, ꝙ ſuccedit collegium illius mercantiæ excluſo fiſco, verum eſt in bonis ſuis in illo loco, & non in alijs, per tex. opti. in arg. iuncta gl. in l. diuus. ff. de iure fiſci. Item deficientib. alijs tutor ſuccedit pupillo excluſo fiſco, gl. eſt ſing. in l. quo tutela. ff. de reg. iur. quæ gl. non reperitur alibi, ſecundum Dyn. ibi, & Alb. hic, & illam gloſſ. ſequitur Bal. hic, & in d. l. ſi quis filio exhæredato. §. eius. & l. cùm in eo. in fi. ff. de pact. & no. in l. fi. in 5. col. ſ. vnde legi. & in l. ſi qua. C. ad Orfi. Tamen illam gl. latè reꝑhendit Bart. in d. l. quo tutela, & idem Bar. in l. nutritoribus. vbi per alios omnes videas. C. cõmunia de ſucceſ. & Ang. & Ludo. Roma. hic. ¶ In ſecunda parte glo. ibi, ergo not. glo. per viam notabilis colligit tres caſus, in quibus maritus ſuccedit vxori, & ècontra. Caue tamen dum iſta glo. vult, ꝙ perſonæ poſitæ in titu. ſ. de hæred. decu. quamuis vincant fiſcum, tamen vxorem non excludunt. licèt glo. in l. 1. ff. eo. contrariũ teneat. Tene gl. hic per tex. in l. ſi quis presby
1 1 ter. ſ. de Epiſcopis, & clericis, *& tenent Bar. & omnes hic.* ¶ † Extra gloſſ. inquantum Barto. & alij hic inducunt iſtum tex. ad ſta
a tuta requirentia conſenſum [a] propinquorum in contractibus virorum, vel mulierum, vt ſ. retuli, non omitto, ꝙ Iaco. Butr. hic dicit, & eſt ſolennis deciſio, ꝙ ſtante ſtatuto prædicto non ſufficeret interuenire conſenſum quorumcunque propinquorum, ſed oportet, ꝙ proximiores propinqui conſentirent, quia cùm ad eos ſpectet ſucceſſio de iure, fidelius ſe habebunt in ꝑſtando conſenſum, quàm cæteri remotiores. Subdit tamen, ꝙ iſtud non ſeruatur de vſu, quia ſufficit conſenſus quorumcunque propinquorum. Iſtam deciſionem de verbo ad verbum ſimiliter cum atteſtatione contrariæ conſuetudinis refert, & ſequitur Salyc. hic, & in l. viduæ. C. de nup. idem no. tenet Bal. in l. fin. infra de verb. ſignifi. cum alijs concord. quas ponit dom. Alex. in l. fin. in fi. C. de teſt. milita. vbi etiam Saly. idem repetit. Tu pondera, ꝙ Bar. expreſsè vult contrarium, ꝙ etiam de iure non requiratur conſenſus propinquorum, qui magis proximi ſunt, niſi ſtatutum expreſsè requirat, in l. tranſactionem. C. de tranſactio, & quia ibi ordinariè tetigi de hoc, ad ibi dicta me remitto.

ADDITIO.

¶ Conſenſum. Adde Iaſ. in l. ſi. col. fi. ſ. de verb. ſignifi. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ eſt ſine dote, ſuccedit marito in certam partem ſecundum tenorem huius Auth. ſecus ſi dotem habeat. Quid in nouerca. nu. 2. Quid ſi dos ſit parua. 3.*
4 *Lex vel ſtatutum loquens de dote, intelligitur de dote congrua.*
5 *Dotans Eccleſiam, vel altare dote parua, an efficiatur eius patronus.*
6 *Diſpoſitio huius Auth. an habeat locum ſi matrimonium ſit ſine dote, maritus prædefunctus locuples, vxor ſuperſtes nil habeat, ſed eius pater ſit diues, & nu. 7.*
8 *Filia poteſt petere ſe dotari à patre, licèt nupta ſine dote.*
9 *Pater non poteſt dici inops, quando habet filios diuites, & ad ipſum ſpectat vſusfructus omn. bon. filiorum, tamen habet quartam ex diſpoſitione huius Auth.*
10 *Dos licèt non poſſit eſſe ſine matrimonio, matrimonium tamen bene poteſt eſſe ſine dote.*
11 *Maritus, & vxor ſuccedunt ſibi inuicem de iure ciuili vno caſu, & ex hoc ſequitur effectus, quia perpetuò admittentur.*
12 *Mulier quando intelligatur, omnia bona ſua dediſſe in dotem.*
13 *Liberi prioris matrimonij non impediunt diſpoſitionem legalem, ſeu illud, quod à lege defertur.*
14 *Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.*
15 *Argumentum licèt ſit bonum de pacto ad ſtatutum affirmatiuè, ſecus tamen negatiuè.*
16 *Statutum vtens dictione præciſa, & taxatiua, ea non obſtan. interpretatur, ne fiat derogatio.*
17 *Authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. loquitur nedum ab inteſtato, ſed etiam condito teſtamento.*
18 *Legatum computatur in quartam, quæ debetur ex diſpoſitione huius Auth.*
19 *Liberalis nemo exiſtit in neceſſitate.*
20 *Debitor neceſſarius relinquens aliquid creditori ſuo in teſtamento, cenſetur relinquere in compenſationem debiti.*
21 *Quid de donatione facta inter viuos, & nu. 22. & 23. 24. 25.*
26 *Maritus ſi ex forma ſtatuti debet lucrari certam partem dotis, vxor vero aliquid ei leget in teſtamento, tale legatum quamuis ſimpliciter, computatur in lucro talis ſtatuti.*
27 *Pauper quis dicatur.*
28 *Extenſio an ſit licita in correctorijs ex maioritate rationis.*

AVTHENTICA.

a PRæterea. Iſta Auth. [a] eſt ſubtilis, pulchra, & vtilis, in qua additur caſus limitans. l. 1. ſ. eo. nam ibi maritus, & vxor non ſuccedunt niſi vlt. loco deficientib. omnib. alijs ſucceſſorib. hic ponitur caſus, in quo inuicem ſuccedunt, etiam extantib. liberis, qñ tria cõcurrunt, de quib. in text. quem diuide in 3. partes. In prima ponitur deciſio. In ſecunda limitatio. In tertia rñdetur incidenti quæſtioni. Secunda ibi, vt tamen eiuſdem. Tertia eſt ibi, & imputabitur. Nec breuius poteſt ſumma ri. In primis pondera tex. ibi, *ſi matrimonium ſit abſq; dote*, pro cu ius intelligentia ante oĩa inquirendum eſt, quare tex. requirat,
1 ꝙ ad hoc vt habeat locũ hæc † Auth. requiratur, ꝙ matrimonium ſit ſine dote. Rñdent Pau. de Caſt. Ludo. Roma. & dom. Alex. hic, ꝙ ratio eſt, quia ſi matrimonium eſſet cum dote, & præmoriatur maritus, vxor rehabebit dotem ſuam, & ſic non poterit dici laborare inopia, vt præſupponitur in text. Econtra autem ſi præmoriatur vxor, filij habebunt dotem, ſed vſusfru. in totum ſpectabit ad patrem. l. 1. & toto tit. C. de bon. mater. ideo cùm pater habeat vſumfr. non poterit etiam tunc dici laborare inopia. Hinc eſt, ꝙ ſi nulli extarent liberi, & mulier fuiſſet dotata, & maritus ex forma ſtatuti, vel ex pacto non lucraretur dotem, ſed deberet reſtitui alteri, tũc haberet locum iſta Auth. dato ꝙ mulier fuiſſet dotata. gl. eſt ſing. in l. licèt. in gl. 1. iuncto tex. C. de iur. dot. quam ad hoc ibi no. Cy. Bal. & Saly. & Alb. & omnes Mod. hic qui dicunt illam gl. non eſſe alibi in iure. & dicit Sal. hic, in 3. q. ꝙ illa gl. eſt tenenda menti, quia non reperitur alibi in iure. idem tenet Pau. de Caſt. in l. 2. in prin. ff.
* ſolu. matrim. *Et ita tranſeunt* omnes vſq; ad prẽſentia tpa. Et ex iſtis tu intelligis, quare cum myſterio requirat tex. ꝙ matrimonium ſit ſine dote. Sed ego in hoc vehementer dubito, nec huius vnquam vidi rñſum, nam pone, ꝙ mulier nullam dotem dedit marito, eo quia maritus non curauit de dote, ſed eam accepit ex ſola affectione, vt expreſsè dicit tex. in §. quia verò legem. in Auth. vt liceat matri, & auiæ, vnde ſumitur iſta Auth. deinde pone, ꝙ iſta mulier locuples decedit, non eſt dubium, ꝙ filij ſuccedunt matri. Item ꝙ pater habebit vſumfru. in iſtis bonis. l. 1. & per totum tit. ſ. de bon. mater. ſic tunc non labora-
b bit inopia, ergo tunc non deberet habere quartam, [b] cuius ſ-rium decidit text. hic: & ſic non video, quid referat, an mulier locuples dederit dotem, vel non, quia vtroq; caſu filij eius ſuccedunt, & vtroq; caſu pater habet vſumfru. cùm iſta ſint bona aduentitia: & tñ in primo caſu, qñ dedit dotem, in qua filij ſuccedunt, & pater habet vſumfru. volunt præfati Docto. ꝙ non habeat locum iſta Auth. ſed qñ non dedit, habeat locum, & tñ iſto ſecundo caſu pariter filij ſuccedunt in hæreditate matris, & pater pariformiter habet vſumfr. & ſic non poteſt dici laborare inopia. Non vidi vnq̃ nec video, qũo huic difficultati rñderi poſſit. Conſidera, ſi poteſt dici, ꝙ qñ matrimonium eſt cũ dote, & præmoritur vxor, ideo non habet locum iſta Auth. qa dato ẽt quod patri non deberetur vſusfr. tñ non poteſt dici laborare inopia, ex quo non poteſt maritus exigi in dote niſi deducto ne egeat. l. maritum. ff. ſolu. matrimo. ſecus quando matrimonium eſt ſine dote, & ſunt filij alterius matrimonij. Vel
c poteſt [c] teneri, vt ceſſet difficultas, quòd iſta Authen. ſolùm ꝓcedat, quando maritus præmoritur, & ſupereſt vxor, quo caſu res eſt clara, quia ſi habet dotem, non poteſt dici laborare inopia, ſed non procedit ècontra, prout ſonat text. in §. quoniam verò. in Authen. de exhiben. & introduc. reis, vnde ſumitur iſta Auth. licèt gl. 1. hic, & in §. quia verò legem. in Auth. vt lic. matri, & auiæ. teneat, quòd vtroq; caſu procedit iſta Authen. aliàs nimium reſtringeret, & obſtaret natura correlationis, contra l. fin. C. de indi. vid. toll. licèt ad hoc vltimum pateat reſponſum ex diuerſitate rationis. Sed quòd iſta Authen. habeat locum in vtroque, dicit clarè tex. in §. quoniam verò. in fin. in Authen. de exhiben. reis. vnde ſumitur iſta Auth. ¶ Inuenio etiam, quòd Ang. hic in lect. Florentina apoſtillando iſtum text. dicit, quòd iſte text. cum myſterio loquitur, quando ſuperſunt filij alterius matrimonij, ſed non iſtius: nam ſecundum Ange. ſi ſupereſſent filij eiuſdem matrimonij, tenerentur alere patrem, vel matrem. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agno. ideo parens non poſſet tunc dici laborare inopia, ſed iſte text.

loquitur

ADDITIONES.

a ¶ Iſta auth. Adde pulchrè Soc. conſi. 108. PVRPV.
b ¶ Quartam. Vide quæſtionem de marito volente fraudare hanc quartam per Corn. lib. 1. conſ. 178. in hac &c. per totum. Amplia etiam ſi poſt mortem viri vxor diues efficiatur. nouiter Decius conſ. 204. PVRPV.
c ¶ Vel poteſt. Ampliatio Auth. gl. 1. facit, quia vxor ita tenetur alere maritum inopem, ſicut maritus vxorem. Alex. in l. ſi cùm dotem. §. finautem in ſeuiſſimo. 3. not. ff. ſolu. matrimo. PVRPV.

Source : BIU Cujas

loquitur in filijs alterius matrimonij, & ſic in priuignis, quo caſu priuigni non tenentur alere nouercam, & ſi non eſſet prouiſio iſtius Auth. nouerca laboraret inopia. Sed grauiter errat Ange. & admirat Fulg. & Lud. Ro. hic, qa dicit expreſsè ℈ tex. noſtrum ibi, *cum liberis communib. alterius ue matrimonij*, niſi ſortè vt dicit Raph. Ang. non habuit illud, liberis communib. in libro ſuo, ℔ non eſt credēdum, cùm ēt ſit in Auth. vnde ſumit.

¶† Prēterea in nouerca poſſet attentari (ſed non firmo) ℔ cùm in vita mariti laboraret inopia, & ſic maritus eam teneretur alere l. ſi cùm dotem. §. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſolu. matrim. ℔ etiam priuigni hęredes mariti ex pietatis officio eam alere debeant. per l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum eſt. ff. de libe. agno. non pono tñ pro conſtanti, & circa iſtam difficultatem, quæ ſemper me turbauit, relinquo vos cogitantes. ¶† Adde ēt, ℔ illud, ℔ dicitur hic, qñ matrimonium eſt ſine dote, procedit etiam in dote patua, [a] quia parum, & nihil ęquiparātur l. q̄uis. ff. de condi. & demonſt. vt latè per Bal. hic ad fi. in vlt. q. per aliqua ſimilia. Idem tenet Bal. hic, qui dicit hoc apertius probari in §. qñ verò. in ver. ſi verò quaſdam [b] gl. forſan habeat à ℈rio ſenſu. in Auth. de exhib. reis. Idem tenet Ludou. Roma. in l. diuortio. in prin. ff. ſolu. matrimo. Item Pau. de Caſt. Ludo. Rom. & Alex. hic, & Pau. de Caſt. in d. l. diuortio. in prin. Facit ℔ vult Bal. in ſimili. in Auth. ſed iam neceſſe. C. de don. ante nup. ℔ licèt debitor poſſit iurari ſuſpectus, fallit tñ in debito paruo. ¶ Facit tex. in c. terrulas. 12. q. 3. Item vide, ℔ decidit Bal. in l. eā quā. ℸ. de fideicom. in 7. col. in prin. in ver. conſueuit quæri. ¶† Tertiò pro iſta parte vltra alios facit, quia lex, vel ſtatutum loquēs de dote ſimpliciter, intelligitur de dote congrua: ſecus ſi ſtatutum dicat, ℔ mulier ſit contenta dote data, quia intelligitur ēt de incongrua, *ſm* Bal. in l. fi. in 2. col. C. de dot. promiſ. & nuda pol. idem Bar. in Auth. res quæ. in pen. col. C. communia de leg. ¶† Quartò facit in ſimili. nam licèt per dotationem Eccleſiæ [c] vel altaris acquirat̄ ius patron. vt eſt gl. in c. pię mentis. 16. q. 7. & 63. diſt. in ſumma. Inno. & Cano. in rub. extra de iure patr. tñ ille, qui dat modicam dotem Eccleſiæ, vel altari, non per hoc efficitur patronus. gl. eſt no. in c. quicunq;. el 2. 16. q. 7. quam pro ſingulari alleg. d. Abb. in conſ. 106. in 2. vol. inci. caſus ſuper quo conſilium de iure poſtulatur. in 2. col. Item iſtud vltimum vltra adducta per alios hic potes comprobare ꝑ multa pulchra ſimilia, quæ recollegi in l. ſciēdum. in prin. ſuper 4. q. gl. magnę, ff. qui ſatiſd. cog. quę habeantur hic pro repetitis. In ℈rium tñ facit ℔ no. Bal. in c. ſi proponente. arg. illius text. de reſcrip. ℔ mulier dī dotata etiam ſi ſit dotata in vno nummo, & ſtatutum excludens mulierem dotatam, excludit eam, præſertim ſi ſtatutum fauet teſtō paterno. arg. gl. ſing. in l. ſi quis priore. ff. ad Treb. *ſm* eum. ¶† Quid autem eſſet ſi mr̄imonium eſſet ſine dote, [d] maritus prædefunctus locuples, vxor ſuperſtes nil habet, ſed eius pater eſt diues, nunquid ꝓcederet diſpoſitio huius Auth? Eſt noua q. quam tangit Raph. Cum. in l. in ſuis. per illū tex. ff. de lib. & poſth. in vtraq; lect. vbi dicit, ℔ licèt viderit fuiſſe conſultum per quendam Doct. ℔ ſic, ipſe tñ determinat ℈rium, ℔ tunc non haberet locum iſta Auth. qñ pater vxoris eſt diues: mouetur per illud, ℔ vult gl. hic, & Bart. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolu. matr. vbi tenet, ℔ an vxor ſuperſtes ſit pauper, ſtatur opinioni vulgi, nemo autem reputabit filiam pauperem, qñ pater eſt diues. Idem tenet d. Alex. hic, per gl. in l. 2. C. qui ęta. vel profe. ſe excu. lib. 10. de qua gl. multa dixi in d. l. ſciendum. in prin. mouetur ēt do. Alex. quia in iſto caſu inopię filiæ debet potius ſuccurri per patrem, & in bonis patris, q̄ mariti prædefuncti, per ea quæ dicunt Dy. & Bar. in l. quemadmodum. ff. de libe. agno. † Adde, ℔ idem ℔. ſ. conſuluit idem Raph. Cuma. in conſ. 206. inci. duo ſtatres habent bona cōia, quia ſi pater mulieris diues eſt, non pōt dici filia inopia laborare, cùm filij reputentur quodammodo dñi viuo patre. d. l. in ſuis. per quam dicit Alb. de Roſa. ſe de conſilio aliorum peritorium Bergomi conſuluiſſe, ℔ filius, cuius pater habebat in bonis pluſquā trecenta, poſſet eligi ad officium, ad ℔ nullus poteſt eligi ex forma ſtatuti, niſi habeat in bonis trecenta, & quia filius Regis dicitur, &c. 23. q. 1. c. fi. Subdit Raph. ℔ iſtud ꝓcedit non ſolùm, qñ pater diues viuit, ſed ēt ſi eſſet mortuus, cū filia debeat ſuccedere ſaltem in legitima de iure cōi, vel ex forma ſtatutorū, cùm non dicatur inopia laborare, quæ ex bonis patris tñ hēt, ℔ ſufficit ad victum, & veſtitum congruum, ꝓut dicit Bal. hic in fi. Mouetur ēt, † quia filia pōt petere ſe dotari à patre quantuncunq; ſit nupta ſine dote, prout tenet gl. *communiter approbata* in l. obligamur. §. 1. ff. de act. & obli. & licèt Bart. ibi eam reprobet, tñ eam ſequuntur Bal. & Ang. in Auth. res quæ. C. com. de leg. & in l. 1. ff. ſolu. mat. & quamuis maritus eam non petat, qui illam gratis accepit, poteſt tñ filia implorare of. iud. vt à patre cōgruè dotetur, & ſic ceſſabit bñficium iſtius Auth. ¶ Subdit etiam Raph. ℔ ad excludendum beneficium huius Auth. eſt aliud remedium, ℔ vxor faciat ab alio dotē ſibi conſtitui, vel ℔ maritus in inſtrō confiteatur ſe dotem recepiſſe, vt ibi per eum. Idem quod Raph. Cum. tenet ſimpliciter Corn. hic, in antepenul. col. dicens, ℔ vidit nonnullos Mod. & legendo, & conſulendo ſequi dictum Raph. Cum. & ſic habes limitationē ad hanc Auth. vt non procedat, qñ vxor inops ſuperſtes haberet patrem diuitem, à quo debent alimenta filiæ præſtari. ¶ Cō ſidera, an iſta limitatio ſit vera, & an confundatur per hunc tex. vbi ſi præmoriatur vxor locuples, vel ècontra, filij, qui ſuccedunt, & ſunt diuites, tenentur alere patrem, vel matrem, vt ſ. declaraui: & tamen quamuis pater debeat habere alimenta à filijs, nihilominus dī laborare inopia, & ꝓcedit iſta Auth. Imò plus nedum ſi pater debeat habere alimenta, imò qñ habet integrum vſumfr. in bonis aduentitijs hęreditatis maternæ filiorum, adhuc tñ habet locum hæc Auth. vt ſ. declaraui, vnde ego exiſtimo quantum ad hanc Auth. ℈ Bal. & Raph. Cuma. & etiam ℈ Sal. hic in 7. q. qui dicit, ℔ ratio huius Auth. eſt, ne ſuperſtes, & ſic infelix coniunx cogatur mendicare, ℔ per hoc ℔ ſuperſtes debeat habere aliunde alimenta, non diceretur per hoc deſinere inopia laborare. † Item nō dī pater laborare inopia, [f] qñ habet filios diuites, & ad eum ſpectat vſusfru. omn. ipſorum bono. & tamen habet quartam ex diſpoſitione huius Auth. ergo ſimiliter ècontra, qñ vxor habet patrem diuitem, & iſte caſus eſt fortior, ℔ patet, quia filia viuo patre nihil poteſt petere, imò debet habere alimenta ſolùm, & non legitimam, nec aliquem vſumfr. ſed pāter viuo filio in poteſtate debet habere vſumfr. omn. bon. Tamen pro Raph. magis facit, quia filia debet habere dotem, ℔ non eſt in patre, vt ſ. dixi. Et pro iſta limitatione adde tex. in §. fin. in Auth. de exhib. reis ibi, nam ſi aliunde forſan habeat, &c. & ſubdit, non erit iuſtum grauare filios per ſucceſſionem, niſi dicas, ℔ ibi habebat in actu, hic ſolùm in potentia. Illud etiam ego credo, & pono pro conſtanti, ℔ deciſio iſtius Authen. non ſit facta propter alimenta tñ, nec conſideratione alimentorum, quia vt ſ. demonſtraui, dato, ℔ ſuperſtes poſſet aliunde alimenta conſequi, non per hoc deſinit inopia laborare, quin conſequatur quartam, de qua in hoc tex. Vnde ego puto, ℔ iſta Auth. proceſſerit non ꝓpter ſola alimenta, ſed in recompenſationem matrimonij prætériti, ꝓpter quem honorem matrimonialem iſta Auth. ſtatuit, ℔ ſuperſtes pauper deberet habere quartam partem bonorum coniugis prædefuncti, quia valdè abſurdum videbatur, ℔ prædefunctus fuiſſet diues, & ſuperſtes pauper, etiam ſi haberet alimenta. Quod etiam confirmatur, quia alimenta haberet neceſſe conſequi per manus hæredum: iſtam autem quartam ꝓprio iure habebit. Et circa hoc oportet ſubtiliter inſtare, quia eſt valde neceſſarium pro intellectu huius text. & adde hic, ℔ ſtatim. ℸ. ſequitur. ¶ Limita tñ iſtam Auth. non procedere in bonis feudalib. ꝑ iura, quæ. ſ. alleg. in l. 1. ſ. in 2. fallentia, per quæ iura dicit Lud. Rom. hic ſe ℈ plures cōſuluiſſe, & ſequitur ſimpliciter d. Alex. hic in fi. † Secundò not. ex iſto text. ℔ licèt dos non poſſit eſſe ſine matrimonio. l. fi. ſ. de don. ante nupt. & in l. 3. ff. de iure dot. tñ bene poteſt eſſe matrimonium ſine dote, [g] vt hic, & in corpore vnde ſumitur, determinat tamen no. Bald. in c. iurauit. in 2. col. de proba. ℔ ſi aliquis iurauit accipere aliquam in vxorem nulla facta commemoratione doris, quòd tamen non tenetur eam accipere in vxorem, niſi ſibi det dotem ſecundum facultates, & conditiones ipſius mulieris. iuxta glo. in l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & oblig. & quia dos eſt quid connexum matrimonio. l. quod ſeruus. ff. de condi. cauſ. dat. vt ibi plenius per eum. ¶† Tertio [h] not. ex iſto tex. caſum, in quo maritus, & vxor de iure ciuili adinuicem ſuccedunt, & ſic effectus erit, quia perpetuò admittentur, ita no. Bal. hic in 2. col. & reputat no. dignum, & plenius Bal. in l. fin. in 6. col. ſ. vñ legi. *ſequuntur Saly. Pau. de Caſt. & omnes Mod. hic*, & Ludo. Rom. in

ADDITIONES.

a ¶ In dote parua. Adde Ludo. Roma. in l. diuortio. in prin. ff. ſolu. matrimo.

b ¶ Quaſdam. Sed iſte tex. nihil facit, quia intelligitur de viro inope ſuccedente vxori diuiti, vt ibi dicit gl. PVRPV.

c ¶ Per dotationem eccleſiæ. Adde Ant. de Butr. in rub. de iud. Doct. in c. quanto. eod. tit. Barba. in cap. quæſitum. in 4. col. de rerum permu.

d ¶ Eſſet ſine dote. Adde Raph. Cum. in l. fi. in. fin. C. de impub. & alijs ſubſti. idē in l. 2. de leg. hære. idem in l. diximus. in §. 1. ff. de excu. tuto. ¶ Adde Fely. in cap. 1. in 1. not. de magiſtra.

e ¶ Subdit. Cautela contra hanc Auth. quam reproba per dicta ſupra in argu. de dote minima, & per l. in fundo. ff. de rei vend. & per l. ſi forte. ℸ. de caſtren. pecu. PVRPV.

f ¶ Laborare inopia. Adde in quo differunt pauper, & inops, vide Pau. de Caſt. in l. id, quod pauperib. C. de Epiſc. & cler. & per Arch. in c. quo iure. 8. diſt.

g ¶ Matrimonium ſine dote. Adde c. noſtrates. 30. q. gl. in c. & ſi neceſſe. de don. inter vir. & vxor. Inno. in c. per venerabilem. eo. tit. Io. And. in regula acceſſorium. de reg. iur. lib. 6. in merc.

h ¶ Tertio. Adde Iaſ. & Alex. in l. 1. 1. not. ſupra eo. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſa l.diuortio.in prin.ff.ſolu.matrimo. & Nicol.de Vbal.de Peruſ.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.in 2.col.Tamen ſecundum Pau. de Caſt.& d.Alex.hic,etiam iſto caſu poſſet venire de iure prętorio intra centum dies per bon.poſſ.Sed dubium eſt, quæ ſit iſta bon.poſ. cùm nulla extraordinaria ab inteſt. hic competere videatur,nec ſeptima extraordinaria, cùm de bon. poſ. non fiat expreſſa mentio in text.vt declaraui in l.fi.ſ.vnde leg.Vnde d.Fran.de Aret.hic dicit,quòd ſicut bon.poſſ.ſecundum tabu. inuenta à prætore, vbi eſt conditum teſtamentum in ſcriptis, tamen extenditur ex identitate rationis ad teſtamentum nuncupatiuum.l.2.ſ.de bon.poſſ.ſecundum tab.& l. 1.ſ. de bono. poſ.contratab.lib.ita bon.poſ.vnde vir, & vxor delata à prætore extenditur ad caſum , in quo defertur vxori noua ſucceſſio de iure ciuili,cùm ſit eadem ratio.Tu dic,quòd imò competit bon.poſ,vnde legitimi,l.2.§.fin.& l.3,ff.vnde legitimi,& ſic non eſt opus extendere iſtam vnde vir , & vxor. quæ ratio ceſſat in iuribus alleg per dom.Fran. cùm ibi non poſſet prouideri alio remedio iuris prætorij abſque extenſione ; ideo in illis legibus neceſſaria fuit extenſio.Et ꝙ competat iſto caſu bon. poſ. vn-
a de legitimi,tenent etiam Pau.de Caſt.& Alex.hic.¶Item [a] adde his,quæ dixi in præcedenti notabili,quòd facultas percipiẽdi alimenta in caſu huius Authen. non excludit quartam , de qua in hoc text.quæ debetur ob reuerentiam prioris matrimonij:quod vltra ſuperius adducta oſtenditur aliter ex hoc text. nam ſi alimenta excluderent quartam huius legis,ſequeretur, ꝙ ſi coniunx præcedens , qui erat valde locuples , feciſſet amplum legatum ſuperſtiti,quod tamen eſſet intra quartam , cũ ex tali legato poſſit alimenta percipere,ſequeretur, quòd non poſſet reſiduum petere vſque ad quartam,cùm illud legatum ſufficeret pro alimentis:& tamen iſtud eſt contra hunc tex. ergo in eo non eſt habenda conſideratio facultatis alimentorũ
12 percipiendorum.¶†† Quartò [b] principaliter iſtum tex.pulchrè
b ponderat Pau.de Caſt.contra gl quæ reputatur ſingu.in l.mulier bona.ff.de iur.dot.quæ vult , ꝙ ſi mulier habens magnum patrimonium ſimpliciter nubat , intelligatur omnia bona dediſſe in dotem. & alleg.Ariſt.in Topicis,nam ſecundum Paul. de Caſt.illa gl. eſt contra iſtum tex. vbi mulier erat valde diues , & tamen non intelligitur omnia bona dediſſe in dotem, cùm text. dicat , ꝙ matrimonium erat ſine dote.Puto , ꝙ iſte tex.nihil concludenter probet contra illam glo. quę loquitur, quando mulier ſimpliciter matrimonium cõtrahit.ſed in hoc tex.fuit expreſsè actum , quòd matrimonium eſſet ſine dote, quia vt dicit text.in §.quia verò legem. in Auth. vt liceàt matri,& auiæ,vnde ſumitur hæc Authen.contractum fuit matrimonium ex ſola affectione,& propterea actum fuit,vt dos nõ conſtitueretur,prout etiam declarat Ang hic.ſecundò quia poteſt eſſe, ꝙ in hoc text.tempore contracti matrimonij mulier non habebat iſtas facultates, ſed poſtea cõtracto matrimonio ſibi prouenerunt ex ſucceſſione,vel aliter,ita ꝙ iſte tex.nil concludenter probat.Bene verum eſt ꝙ gloſſ. in d.l. mulier bona,
c *communiter damnatur*,& eam reprehendit Bart. in quæſtione diſputata per eum , quæ incipit , mulier habens amplum patrimonium,& in l.mulier bona.ff.de iur.dot. & in l. pen. §. vxor, vbi alij Mod.ff.ſolu.matrimo.& Bal.in l.fin.in vlt. colum.C.de ſent.quæ pro eo , quod intereſt.& in Auth. res quæ.in 2. colu. C.com.de leg.& in c.1.an mar.ſucceſ. vxo. in benefi. Ange.& Imo.in l.1.ff.ſolu.matrimo.Ang.de Are. in §.fuerat.Inſtitut.de
13 act.¶†† Quintò principaliter pondera tex. ibi,*alteriusúe matrimonij*,ſecundum Bald.hic in 3.colum. hic eſſe text. valde menti tenendum ſecundum eum , ꝙ liberi prioris matrimonij non impediunt diſpoſitionem legalem, ſeu illud , quod à l. defertur,& per hoc infert , quòd licèt mulier habens filios ex priori matrimonio non poſſit dare bona in dotem ſecundo marito, cum pacto expreſſo , ꝙ maritus talia bona poſt eius mortem lucretur,imò non obſt. pacto maritus non poteſt plus conſequi quàm aliquis filiorum,qui minus habeat, text. eſt not. in l. hac edictali.in prin.C.de ſecun.nup. tamen ſi adeſſet ſtatutum in ciuitate , ꝙ mortua vxore maritus lucretur dimidiam partem dotis , certè liberi ex priore matrimonio non impedirent tale lucrum delatum à ſtatuto , nec poſſent filij prioris matrimonij dicere, ꝙ dos debet diuidi inter filios,& vitricum , & ꝙ vitricus non poteſt plus habere,quàm habeat aliquis filiorum qui minus habet , quia quamuis vxor iſtud per pactum facere non poſſit,d.l.hac edictali, tamen ſecus eſt per l. vel ſtatutum. Tamen Bald. hoc non firmat,imò arguit ad oppo. vt hic per eum.Tu aduerte, ꝙ tex.iſte nihil probat pro ſententia Bal.quia ſi bene conſideras in iſto text. nunquam vitricus habuit plus, quàm aliquis filiorum prioris matrimonij,cùm tex.dicat, ꝙ ſi ſunt tres liberi aut pauciores, cõiunx ſuperſtes habet quartam. Si autem filij ſunt plures,habet virilem, hoc eſt tantum, quantum quilibet filiorum.Et ita reſpondet Pau. de Caſt.hic,& be-
d ne,dicens ꝙ contra Bald. in hoc ſe habet *communis opin.* Eſt ve-
c rum,[c] ꝙ contrarium tenet Barto.in d.l.hac edictali, in prin.vbi per illum tex. quem dicit eſſe ad hoc multum notandum , tenet , ꝙ quemadmodum ſi vxor fecerit pactum cum ſecundo marito, ꝙ ea mortua maritus totã dotem lucretur, tñ ſi ſunt filij ex priore matrimonio obſtant , licèt adſit pactũ.eo modo, modo qñ adeſſet ſtatutum, ꝙ maritus lucretur dimidiam partem dotis , vel totam , tñ vir non poteſt lucrari ex forma talis ſtatuti vltra illud , ꝙ acquiritur vni ex liberis primi matrimonij.Et dicit Bar. ſe plenè dixiſſe de hoc in quæſtione diſputata, quæ incip,mulier habens amplum patrimonium. ſed errat,qa nil rangit de hoc.Idem tenet Ang.in §. quia verò.el 1.in Auth. de nup.& Ludo.Roma.in conſi.44.quod incip.ex ſupra narrato themate vnum elicitur dubium.in 2. & 3. dubio principali. Idem tenet ipſemet Bal.in c. 1. an mari. ſucce. vxo. in benefic. Idem,& latius tenet Bal.in l.vni.in 3.q. C.de inoffi.do. in conſi. ſuo ꝙ incip.in Chriſti nomine,an lex. &c.Adde, ꝙ pro iſta ſen
14 tentia videtur facere *communis regula*,quæ habet,† ꝙ ſtatuta re-
d cipiunt [d] interpretationem paſſiuam à iure communi.l.ſi ſerui veſtri.C.de noxa.c.cùm dilectus.de conſuetud. gl. & Docto.in l.ſi.§.in computatione.C.de iure delib.Bar. in l.omnes populi. in 3.q.6.q.prin.ff.de iuſt.& iur.& in l.1.§. lex Falcidia. per illum tex.vbi plenius Mod.ff.ad legem Falcid. bonus text.in c.ad audientiam,vbi Canoniſtæ,præſertim Panor.de cleri.non reſidentibus.ergo illud ſtatutum deferens ſimpliciter dotis lucrum marito,recipiet interpretationem paſſiuam à d. l.hac edictali. in prin. videlicet niſi ſuperſint filij ex priore matrimonio . Tamen huic fundamento poſſes rñdere , & retorquere ad oppoſitum,quia illa regula,quæ habet, ꝙ ſtatuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure cõmuni,ſingulariter limitatur , niſi tale ſtatutum veniat derogatiuè ad ius commune , quia tunc tale ſtatutum veniens ad derogationem iuris communis non interpretatur ſm ius commune,cui venit derogando,ita egregiè limitat Bal.in l.maximum vitium.in pen.col.C.de lib. prætę.quem multum no.& ſequitur Pau.de Caſt. in d.l.ſi.§.in cõputatione.Ludo.Rom.in conſ.399.inci.vt pręſens conſultatio reddatur clarior.in pen.col.idem tenet Bald.in c. cũ non liceat, in vlt.col.de præſcr.ſed ſic eſt in caſu iſto, in quo ſtatutum deferens lucrum dotis marito, venit derogando iuri communi, quia de iure communi mortua vxore dos debet reſtitui eius filijs vel hæredib.l.aſſiduis.C.qui pot.in pig.hab.l.vnica. in prin. C.de rei vxo.act.c.1.& 2.& c.nuper.de dona.inter vir.& vxo.& de dote poſt diuor.reſti. ergo cùm iſtud ſtatutum ſit derogatorium iuris communis, non accipiet interpretationem ab illa.l. hac edictali.Iſta ſolutio non eſt bona , quia prædicta limitatio eſt falſa,quod apparet,quia ſi ſtatutum diſponat, ꝙ filiusfamil. poſſit teſtari,eſt derogatorium iuris communis,quia ℈ l.ſeniũ. in fi.ſ.qui teſta.fac.poſ.& tamen interpretatur à iure communi,dummodo ſeptem teſtes liberi, puberes, maſculi,rogati interueniant,*vt expreſsè dicunt Bar.& omnes* in l.1.§. lex falc. per illum tex.ff.ad l.Falcid. cum concor. Et illam limitationem Bal. reprehendit in ſpecie Io.de Imo.in l.ſi verò.§.de viro.in 1.mẽbro prin.ff ſolu.matrimo & Ludo.Roma.ſibi contrarius in l.ſi quis priore.ff.ad Treb. vbi dicit ſe contra Bal. apud Valentiam conſuluiſſe,& contrarium tenet d.Alex.in d.l ſi.§.in computatione.in 8.& 9.col.& idem do.Alex.in l.inter cætera. ff.de lib.& poſthu.& plenius,quam alibi in d.l.ſi quis priore, & ſic fundamentum adductum pro communi ſententia firmum remanebit.¶Sed contra iſtam opin.tenet Bald.in l.ea lege.in 4.q. C.de condi.ob cau.motus per tria,præcipuè per generalitatem ſtatuti,vt licèt mulier per pactum non poſſit dare in præiudicium filiorum prioris matrimonij , tamen poſſit ex generali prouiſione ſtatuti,vt ibi per eum.Iſtam opin. tenet Io. Pet. de Ferrariis in Practica ſua in forma libelli, quo vxor agit ad dotem,in verbo,dictæ dominæ Margaritæ. Et dicit , quòd iſtam partem approbauit longiſſima cõſuetudo totius Lombardiæ,& ꝙ iſtã q habuit de facto in Monteferrato.mouet, nã cùm ſtatutũ diſponat, ꝙ maritus lucret dotẽ , & ſit factũ,vt mulieres facilius reperiant

ADDITIONES.

a ¶Item.Comprobatio tertiæ ampliationis,& facit. §.quoniam vero. in Auth. vt liceat matri,& auiæ.vbi iſta quarta poteſt eſſe vſque ad centum lib. auri. PVRPV.

b ¶Quarto.Adde,quòd licèt iſte dicat iſtam gl.communiter damnari, ꝙ Barto. vb. q; ſe remittit ad illam quæſt vbi eam ſaluat,quando matrimonium aliud præceſſiſſet, in quo illa bona data eſſent in dote , & contra illam glo. tenet Alex.lib.5.conſ.144.1.dubio. PVRPV.

c ¶Eſt verum.Alex.lib.5.conſ.144.vlt.dub.vide plenè Dec.conſi. 19. & latius conſ.283.& diligenter vide in tract.ſtat.in verſi.lucrum.per multos ver.no. Soc.lib.4.conſi.35.viſa narratione puncti. PVRPV.

d ¶Statuta recipiunt.Adde Bal.in l.ex repudiatione.C.de fideicom.Doct.in c. ſtatutum,& in c.conſtitutio de elect.lib.6.Inn.in ca.cùm cauſam. de reſcrip.

Source : BIU Cujas

reperiãt maritũ, per conſequens vĩ remouere omnem legẽ, per quàm poſſit impediri tale lucrum, & ſic d.l.hac edictali. Et non eſt dubium, ꝙ ſtatutum poteſt tollere diſpoſitionem. d.l. hac edictali. l.venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. præd. & l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. Tu ſubtilis conſidera, ꝙ iſta communis ſententia ſolùm fundatur in d.l.hac edictali. in prin. & videtur ꝙ tex. ille nihil faciat. Ibi enim dicitur, ꝙ ſi mulier habens filios ex primo matrimonio det bona ſua in dotem ſecundo marito, cum pacto expreſſo, quòd maritus poſt eius mortem dotem lucretur, dicit ibi tex. quòd mulier non poteſt iſtud facere per pactũ inter viuos, nec iſtud diſponere in vltima voluntate, quia liberi prioris mariti impediunt, vt ibi in tex. ſed dum Docto. arguunt à pacto mulieris ad ſtatutum per illam l. vide-
15 tur, quòd non ſit bona argumentatio, † quia licèt bonum ſit
a arg. à pacto ad ſtatutum [a] affirmatiuè, ſecundum gl. & Bart. in rub. C. de decre. decu. lib. 10. & in l. nec ex prætorio. ff. de regul. iur. & l. non impoſſibile. ff. de pact. & melior tex. de iure. in l. fin. ad fin. & ibi no. Bal. C. de fideiuſ. Bar. in l. omnes populi. in 3. q. prin. ff. de iuſti. & iur. tamen negatiuè non eſt bonum argu. quia eſſet arguere de minori ad maius negatiuè. nam non ſequitur, iſtud non poteſt fieri per pactum hominis, ergo nec per ſtatutum, non eſt bonum arg. l. non eſt ſingulis. ff. de regu. iur. & ꝙ negatiuè argu. de pacto ad ſtatutum non teneat, dicit expreſsè Bar. in l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matrimo. & quod negatiuè arg. non procedat, ex multis oſtenditur, quæ multum magiſtraliter recollegit Bald. quem omnino videas in repe. l. de quibus. in 3. col. & ſeq. ff. de legi. ergo non videtur bonum arg. Bar. & Doct. de pacto ad ſtatutum negatiuè: nam non ſequitur, mulier non poteſt dare per pactum tertiam partem bonorum ſecundo marito in præiudicium filiorum primi matrimonij, ergo & iſtud fieri non poteſt per ſtatutum. non videtur bona argu. ex prædictis, quia licèt. d.l.hac edictali, reſiſtat tali pacto mulieris, & velit, ꝙ non obſt. pacto maritus nil vltra habeat quàm vnus filiorum, qui minus habet, tamen non reſiſtit diſpoſitioni ſtatuti, nec eſt dubium, quòd ſtatutum poſſet nedum partem, imò totum deferre ſecundo marito, non obſt. filijs prioris matrimonij, quod etiam fortificatur, quia ſtatutum ſimpliciter, & de per ſe tantum poteſt operari, quantum pactum cum iuramento. ita ſing. vult Bar. & ibi ſoleo notare, in l. ſi. in 3. col. C. de pact. Bal. in l. cũctos populos. in 15. col. C. de ſum. Trinit. 15. ergo apparet, ꝙ maioris eſt efficaciæ ſtatutum, quàm pactum
b de per ſe. ¶ Pro veritate [b] iſtius articuli conſidera tres caſus principales. Aliquando enim ſtatutum clarè, & expreſsè loquitur, quòd maritus lucretur totam dotem, vel dimidiam partem dotis, & ſi ſint filij prioris matrimonij, & iſto caſu quando ſtatutum clarè loquitur, teneo quod maritus lucrabitur, quia dato quòd ipſa mulier non poſſit iſtud facere per pactum expreſſum. d.l.hac edictali. in princ. tamen ſtatutum bene poteſt iſtud facere, vt s̃. dixi contra Barto. nec iſto caſu ſtatutum recipiet declarationem, vel interpretationem per d. l. hac edictali.
' in princip. quia in claris non eſt opus coniecturis. l. continuus.
c §. cùm quis. ff. de verbor. oblig. Et tale ſtatutum [c] iſto caſu potuit moueri bona ratione, vt tales mulieres viduæ oneratæ liberis poſſint facilius reperire maritos, quos fortè aliter non ita de facili reperirent, niſi ſecundi mariti deberent lucrari dotem, vel partem dotis, non obſt. liberis prioris matrimonij. Aliquan
d do, [d] & ſecundò ſtatutum ſimpliciter loquitur, & tunc teneo, quòd tale ſtatutum ſimpliciter loquens bene recipiat limitationem, & interpretationem, per d.l.hac edictali. in prin. niſi ſuperſint filij prioris matrimonij, quia tunc non poteſt maritus lucrari plus de iſta dote, quàm habeat vnus ex illis liberis prioris matrimonij: & in iſtis terminis procedit opin. Barto. & commu
e nis in d.l.hac edictali. [e] Et facit ratio, quia ſtatutum ſimpliciter loquens, recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, vt ſuperius dixi. Aliquando, & tertiò ſtatutum dicit, ꝙ mortua vxore maritus omni caſu lucretur dotem, vel partem dotis, prout diſponit ſtatutum ciuitatis Mutinæ, & iſto caſu tenet Ludo. Roma. in d. conſi. 43. incip. ex s̃. narrato themate, in tertio dubio, ꝙ per illa verba vniuerſalia omni caſu, maritus lucraretur dotem, non obſt. ꝙ adeſſent liberi ex primo matrimonio, per vulgatam regulam, quæ dicit, qui totum dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. man. c. ſolitæ. de maio. & obed. & iſto caſu tale ſtatutum propter verba vniuerſalia omni caſu, non interpretabitur ſecundum ius commune, hoc eſt ſecundum d.l.hac edictali. in prin. Non recolo alibi legiſſe, tamen puto, ꝙ non ſit verum, quia habemus regulam, quòd lex noua quamuis generaliter loquatur, & vtatur terminis vniuerſalibus, puta omnes, vel omni caſu, vel quilibet, tamen recipit interpretationem, & declarationem, præſertim vt minus derogetur iuri communi quàm ſit poſſibile. glo. eſt ordin. in l. fin. & ibi Bal. in 1. colum. C. ſine cenſi. vel reli. & Bald. in rub. ff. qui accuſ. non poſſ. in penul. & vltim. colum. Barto. & alij in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. per illum text. qui dicit, omnibus diebus, glo. dicit non tamen feriatis, cum ſuis concordan. ergo dato, ꝙ ſtatutum apponat verba vniuerſalia omni caſu, prout adeſt ſtatutum in ciuitate Mutinæ, vt ibi refert Ludo. Roma. tamen vt minus derogetur iuri communi, illa vniuerſalitas poterit li-
16 mitari, niſi ſuperſint filij prioris matrimonij. † Quod confirmo ex eo, quod ſingulariter decidit Barto. in l. 3. §. cum Titio. ff. de adi. leg. vbi ſtatutum vtens dictione præciſa, & taxatiua, ea non obſtan. interpretatur, ne fiat derogatio, vt ibi per eum, de quo vlt. tetigi in l. vnica. in princip. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Et ſi tu ſubtilis dixeris, quid operabuntur illa verba vniuerſalia omni caſu, in ſtatuto ſic vniuerſaliter poſita? non potes dicere, quòd ſtatutum debeat intelligi potius, vt ſit ſuperfluum, quàm quòd quis indebitè damnum patiatur, iuxta glo. & Barto. vbi dicam in l. fin. §. in computatione. ĩ. de iure delibe. quia hic filij prioris matrimonij non patiuntur damnum, dato quòd perdant lucrum, quia etiam hæreditas patris non dicitur debita, ſed quaſi debita filijs, & iudicatur prout de lucro, non prout de damno, vt eſt glo. not. & approbata, vbi dixi de hoc, in l. 3. s̃. de iuris, & fac. igno. quia reſpondeo, quod illa verba omni caſu, in dicto ſtatuto Mutinenſi, poſſunt multum operari abſque eo, quòd excludantur filij prioris matrimonij contra ius commune: nam poſſent operari, vbi aliter maritus non lucraretur dotem, niſi ſibi actualiter fuiſſet data, & ſic non lucraretur dotem promiſſam. iuxta tradita per Barto. in l. iubemus nulli. §. ſanè. el 1. C. de ſacroſan. eccl. cum concordan. quas ponit dom. Alexan. ad hoc in l. ſi donaturus. ff. de condi. cau. da. vbi etiam Paul. de Caſt. ponit. Item vbi aliàs maritus non
f lucraretur dotem [f] ſequuto matrimonio, niſi vxorem traduxiſſet ad domum, iuxta no. per Barto. & alios poſt gloſſ. ibi in l. nihil. ff. rerum amo. per Canoniſtas in c. 1. de ſpon. cum concordan. Certè iſtud ſtatutum Mutinenſe ad tollendum tales ambiguitates multum operabitur, quia omni caſu maritus lucrabitur dotem, hoc eſt ſiue ſit data, ſiue promiſſa tantum, ſiue ſit ſequuta traductio ad domum, ſiue non, & per hoc minus derogabitur iuri communi ſic intelligendo, quàm quòd filij prioris matrimonij excludi debeant, contra iura ſupra adducta, & per hæc vt puto habes hunc vtilem articulum ſatis
17 bene diſcuſſum. ¶† Quinto principaliter not. ex fin. text. dum dicit, imputabitur legatum. duo principaliter. Primo, quòd iſta Authen. loquitur non ſolùm ab inteſt. ſed etiam condito teſtamento, vt probat text. in dictione legatum, quod aliter relinqui non potuiſſet, niſi condito teſtamento, & ita effectualiter tenet Bald. hic in 1. colum. quamuis dicat poſſe reſponderi ad hunc text. quòd loquatur de legato relicto in codicillis. Et quòd iſta Authen. poſſit procedere etiam condito teſtamento, tenuit gloſſ. expreſsè in §. ſi verò expreſſim. in verbo, hæredem. in Authen. de hæred. & falcid. *tenent Saly. & omnes Moder. hic*, & Ludo. Roma. in d.l. diuortio. in princip. ff. ſolu. matrimo. & vtrobique Ludoui. Roma. alleg. bonum text. in §. fin. in Authen. de exhib. reis. vnde ſumitur iſta Authen. in verbo, vir autem legatum ei, aut aliquam partem inſtitutionis reliquerat. Sed ille text. nihil facit, quia non loquitur in caſu huius Authen. ſed quando vxor ſuperſtes dotem non dederat, & tamen non erat inops, nam tunc dicit ibi text. quòd mulier nihil põt auferre filijs de hæreditate defuncti, niſi defunctus aliquid legaſſet, vel partem inſtitutionis reliquiſſet ſuperſtiti. Quamuis contrarium teneat ſolus Ange. hic in lectu. Florentina, eo quia iſta Authen. venit ad interpretationem. l. vnicæ. ſupra eodem, ergo debet intelligi ſecundum l. interpretatam, in Authen. de conſanguineis, & vte. fratrib. in prin.

in

ADDITIONES.

a ¶ De pacto ad ſtatutum Adde Flor. de Bononia in l. ſi ædes. in princip. ff. de ſer. vrba. præd. PVRPV.

b ¶ Pro veritate. Alex. lib. 5. conſ. 158. circa prin. &c. in 1. dub. PVRPV.

c ¶ Statutum. Adde Dec. conſ. 19. 284. Soc. conſ. 52. lib. 3. conſ. 35. lib. 4.

d ¶ Aliquãdo. Quòd iſtud ſtatutum ſimpliciter diſponens debeat intelligi ẽt ſi ſint liberi ex priori matrimonio, facit. l. cùm vir. ff. de condi. & demonſtr. & quod vult Bar. in l. poſt dotem. col. 9. verſ. & iſta diſputatio. quem ibi ſequitur Alex. col. 11. ff. ſolu. matrimo. Et hunc 2. caſum ſequitur Alex. conſi. 158. lib. 5. Ange. conſi. 347. Caſt. in l. ſi ita quis. §. ea lege. colum. 2. de verbor. obliga. Corn. conſ. 33. lib. 1. Cur. ſen. conſ. 78. & communem dicit Dec. conſ. 19. BELLO T.

e ¶ Edictali. Adde, ꝙ hanc dicit communem Caſtr. hic. Cur. conſ. 122. col. pen. Pariſ. conſi. 91. col. 1. lib. 3. quos citat Gab. commun. opin. lib. 3. tit. de ſecun. nup. conclu. 4. nu. 12. & ſeq. TROTT.

f ¶ Lucraretur dotem. Adde Card. Zab. in ca. ex tenore. de teſt. Petr. de Anch. in c. quemadmodum. de iureiur. Sign. de Homod. conſ. 146. incip. in q. vertente inter dom. Vianinum. Abb. in conſi. 1. incip. facti contingentia. in 1. volu. Abb. conſi. 69. incip. caſus in his terminis. in 2. vol.

Source : BIU Cujas

in Authen. itaque. C. com. de succes. sed illa. l. vnica loquitur ab intesta. igitur, &c. Sed istud fundamentum non placet, quia non est verum, q̃ ista Auth. in aliquo interpretetur illã l. vt patet. Ideo formo melius arg. & dico sic: Ista Auth. ponit vnam fallen. ad d. l. vnicam, quæ dicit, q̃ maritus, & vxor adinuicem non succedunt extantib. liberis: nam ponitur fallẽtia, in qua extantib. liberis maritus succedit vxori, & ècontra, sed ego habeo, q̃ ad hoc, vt exceptio sit bona, oportet, q̃ loquatur in terminis, in quib. loquit regula, vt declarat Bar. in l. si eum. §. qui iniuriarum ff. si quis cau. ergo debet loqui ab intest. prout loquitur. l. vnica. ℈. eod. Tamen nec istud obstat, quia fateor, q̃ ista Auth. potest loqui ab intest. prout loquitur illa. l. vnica sed per hoc non impeditur, quin generalius loqui possit, etiam condito testamento, & sic teneo, q̃ ista Auth. possit
a loqui & ab intest. & condito testamento, & quid [a] esset si condito testamento vxor locuples præmoriens faceret legatũ marito, q̃ esset minus ista quarta, de qua in hoc text. & prohiberet expressè maritum, ne plus petere posset, an maritus posset plus petere? Bald. hic in 2. col determinat, q̃ non posset plus petere, & hoc tenet glo. in d. §. si verò expressim. in verb heredem. & Mod. quamuis Sal. cum modificatione. & Ang. contrarium tenuerint, vt habes plenius per do. Alex. ad quem te remitto.
18 ¶† Vlt. not. ex eod. vers. fin. q̃ legatum computatur in quartam, quæ debetur ex dispositione huius Auth. in contrarium fortiter obstat. l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxo. act. & tu pondera fortius rationem text. ibi, quia manifestissimum est, q̃ maritus, qui non expressit, vxorem vtrunque voluisse consequi, quo casu cùm ratio sit generalior, debet intelligi & generalius quàm casus ibi. vt not. Bald. & Bart. in l. regula. §. & licèt. ff. de iur. & fact. ign. cum concor. aliàs traditis. Ad idem facit text. in oppositum in l. creditorem. ff. de leg. 2. vbi legatum relictum à debitore creditori, non intelligitur relictum animo compẽsandi cum debito, nisi expressè sit dictum, ergo contra tex. nostrum. Ad hoc respondent Bart. & Doct. hic, & in l. si cùm dotem. §. si pater. ff. sol. matr. & in l. huiusmodi. §. cùm pater. ff. de lega. 1. Pau. de Castr. in consil. 331. licèt ista domina Lisa. & in cons. 387. In causa, quæ vertitur Bononiæ, q̃ quando aliquis est debitor ex facto suo ad hoc principaliter tendente (quia tunc dicitur debitor voluntarius) si aliquid legat, non intelligitur legare animo compensandi cum illo debito voluntario, nisi istud expressè dicat, ita loquuntur duo iura ad oppositum adducta. Aliquando quis est debitor ex dispositione alicuius legis, vel statuti, vt hic, quo casu censetur debitor necessarius, & tunc si aliquid legat in testamento, intelligitur semper legare animo compensandi. tex. est hic, sicut quando pater aliquid relinquit in testamento filio, illud semper imputatur in legitimam. l. omnimodo. & l. quoniam nouella. ℈. de inoffi. testa. &
19 l. etiam. §. 1. ff. de iure patr. † Et non eundo per mendicatã ratonem, vt facit do. Alex. hic, puto, q̃ ratio sit clara, quia in ne-
b cessitatib. nemo liberalis [b] existit. l. rem legatam. ff. de adi. leg. in fin. quam rationem etiam tenet Imo. in d. l. si cùm dotem. §. si pater. Et per hoc infert Bart. hic, & in d. §. si pater, q̃ stante statuto, q̃ decedente vxore in matrimonio maritus lucretur certam partem dotis, si vxor in testamento aliquid legaret marito, tale legatum compensaretur in lucrum talis statuti per istam Auth. & d. l. si cùm dotem. §. si pater. ¶ Sed attende, quia in intelligenda ista doct. Bart. & Doct. vertitur magna difficultas: nam q̃ in ista Auth. & in casu d. statuti, qui est debitor ex dispositione legis, vel statuti censeatur debitor necessarius, satis planum videtur, sed punctus est intelligere diuersitatem inter casum d. l. vnicæ. §. sciendum, q̃ ibi maritus censeatur debitor voluntarius, eo quia sit factus debitor facto suo, & casum d. l. si cùm dotem. §. si pater, quia ibi pater exegit dotem absente filio, & sic effectus est debitor mediante facto suo, hoc est mediante illa exactione, & tamen Bar. & Doct. volunt, q̃ dicatur debitor necessarius, & propterea legatum per eum factum computatur in dotem. Inter istos duos casus quomodo cadat ista diuersitas Bart & Doct. q̃ in d. §. sciendum, sit debitor voluntarius, & in §. si pater. sit debitor necessarius, cùm vtroque casu interuenerit factum hominis. s. exactio dotis, non inuenio bene declaratum. Et sic punctus est videre, cur diuersum sit in marito, & in patre Raph. Cum. in d. §. si pater, qui non bene vidit differentiam inter istos casus Bart. & Doct. dicit, q̃ ista doct. est falsa, quæ confunditur per istos duos text. simul iunctos. s. per d. §. sciendum. & d. §. si pater, quia secundum doctr. Bart. & Doct. in vtroque casu deberet censeri debitor voluntarius propter factum hominis, q̃ interuenit, & tamen vno casu est necessarius. s. in d. §. si pater. in alio est voluntarius. s. in d. §. sciendum. & alij Mod qui fuerunt post Raph. non defendũt in hoc aliter differentiam doct. Bar. & Doct. ¶ Considerabam, q̃ ista fuerit intentio Bar. & si istud non voluit, nõ video quomodo saluari possit. nam in casu d. §. sciendum. post ℈tum matrimonium maritus non necessitatur à l. ad recipiendum dotem, quia potest stare sine dote, vt hic, & in l. fi. C. de dona. ante nup. si ergo recipiat dotem, interuenit factum mariti, quo mediante obligatur postea ad restitutionem: & sic vides, quòd istud factum mariti est voluntarium merè, istud est ergo quòd dicit Bar. q̃ in illo. §. sciendum. maritus censetur debitor voluntarius, eo quia obligatur ex facto suo merè voluntario, sed
c in casu [c] dictę. l. si cùm dotem. §. si pater. pater absente filia exegit dotem, cùm euenisset casus exigendæ dotis, puta morte mariti, vel aliter, & sic etiam ibi interuenit factum patris hoc est exactio dotis, per quam obligatur pater ad dotem: sed illud factum patris non fuit merè voluntarium, imo necessarium, quia licèt mortuo marito actio de dote sit communis patri, & filiæ. l. 2. in prin. & §. voluntate. ff. solu. matrimo. tamen quando filia est absens, vt erat in casu. d. §. si pater. tunc solus pater tenetur, & adstringitur à lege ad exigendam dotem, & eam conseruandam filiæ. Auth. sed quamuis. C. de rei vxo. act. & sic illud factum patris in illo. §. si pater. non est merè voluntarium, sed necessarium ex necessitate legis sic disponentis. Ibi ergo pater censetur debitor necessarius, sed in d. §. sciendum. censetur voluntarius. Et nunquam audiuisti istam doct. hoc modo declaratam, & nisi ista fuerit intentio Bar. & Docto. nescio quid aliud dicere, aut sentire voluerint. ¶ Et sic ex istis stat conclusio, q̃ qñ debitor necessarius aliquid relinquit in testamento, semper tale legatum intelligitur factum, vt compense tur cum debito: quia vt dixi, in necessitatibus nemo præsumitur velle liberalitatem exercere. d. l. rem legatam. in fi. ff. de adi. leg. ¶ Ad istam conclu. adde, q̃ si pater filiam prius dotaram postea instituat in legitima simpliciter hæredem, q̃ intelligatur computata tamen dote, ita no. determinat Bald. in l. quoniam in priorib. in vlt. col. C. de inoffi. testa. per istum tex. & d. §. si pater sequitur Pau. de Cast in l. quoniam nouella. in 1. col. C. de inoffi. testa facit. l. huiusmodi. §. cùm pater, & quod ibi Barto. & Doct. not. ff. de leg 1. Adde bonum tex. in l. 1. §. pen. ff. de collat. dot. quem reputat mirabilem, & singu. Ludo. Roma. in l. post dotem, & ibi secundum d. Alex. in 19. col. ff. solu. matrimo. est tex. q̃ si pater promisit dotẽ ℘ filia, deinde decessit, filio, & filia hæredibus institutis, vel ex testamento, vel ab intest. q̃ onus soluendi dotem promissam non pertinet ad filium pro dimidia, pro qua est hæres, sed totum est in parte ipsius filiæ. Item extende istam conclu. q̃ sicut obligatus efficaciter obligatione legali, quicquid relinquit intelligitur relinquere animo compensandi cum illo debito necessario, vt procedat etiam si sit debitor in foro conscientiæ tantùm: quia quando aliquis scit se ex lege conscientiæ esse obligatum ad aliquid restituendum, certè legando videtur propter conscientiæ exonerationem legasse, cùm anima cunctis reb. præferatur. l. sancimus. la 1. C. de sacrosan. eccl. ita mirabiliter extendit Franc. de Aret. in consi. 93. inci. viso legato facto. in 1. col. in fi. Dubito, cùm non sit debitum efficax, & exigibile, sicut illud, q̃ debetur ex dispositione legis, vel statuti. Item aduerte (licèt ipse non dicat,) q̃ tamen potest istud exemplificari, quando esset statutum, q̃ mulier nõ possit contrahere, nec se obligare sine præsentia, & consensu duorum propinquorum, nam tenetur mulier in foro conscientiæ non seruata forma statuti, dummodo fraus non interceserit, secundum dom Abb. in c. relatum. 1. in 6. colum de testa. & in c. porrectũ. in 2. col. post gl. ibi. de regularib. & in c. 1. ad fi. de in integ. resti. post Inno. in c. quia propter. de elect. sed caue, qa tunc ista obligatio erit ex contractu, & sic voluntaria, & debitor voluntarius non intelligitur relinquere animo compensandi, per regulam. l. creditorẽ ff. de leg. 2. Nec potest dari exẽplũ, in quo quis obligatur ex l. solum in foro conscientiæ. cogita.
20 ¶† Item adde, q̃ ex deci. Bald. ℈. relata, habes extensionem ad conclu. Doct hic, vt in debitore necessario nõ solùm relictum intelligatur animo compensandi, sed etiam illud, q̃ est datum inter viuos. ¶ Limita istam concl. procedere, quando necessi-

tas

ADDITIONES.

a ¶ Et quid. Quarta ampliatio principalis Authen. Alex. quam comprobo: qa arg. tenet de hac quarta ad legitimam filij. Bar. in l. si cùm dotem. §. si pater. in 2. oppo. solu. matrimo. sed in legitima illa verba, nec plus peti possit, nihil operantur. §. cæterum. in Auth. vt cùm de appel. cogn. coll. 9. Et cum Alexan. concordat Deci. cons. 24. & ibi ponit quintam amplationem sing. in totum. PVRPV.

b ¶ Nemo liberalis. Adde l. si quis pro vxore. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si vsusfru. ff. de iure dot. & Card. Zab. in c. cognoscentes. in 7. q. de constit.

c ¶ Sed in casu. Aliter, & melius salua Bart. quia nisi pater in casu. d. §. si pater. exegisset dotem, res erat periculo sui, quia si forte fuisset consumpta sine culpa filiæ, tenebatur eam iterum dotare. Bart. in l. si cùm dotem. §. 1. ff. solu. matrimo. nimirum ergo si non censetur mera voluntas. PVRPV.

Source : BIU Cujas

as est immediatè in persona ipsius testatoris legantis, tunc bene intelligitur legare animo compensandi, secus vbi obligatio est legalis, & sic necessaria, tunc non cadit in personam ipsius testatoris, sed sic alterius, quamuis mediante facto testatoris, vt est quando testator facit legata Ecclesijs: nam de talibus legatis [a] debetur quarta canonica Episcopo loci, certè ista quarta non debetur immediatè ex persona testatoris, & si testator relinqueret Episcopo, illud non computaretur in quartã can. ita limitant do. Ant. Imo. & Pan. in cap. officij. de test. per illum text. meliorem de iure. & pet tex. in c. requisisti. in eod. tit. ¶Secundò limita, quando pater, qui promisit dotem pro filia, quo casu est debitor necessarius, cùm officio iudicis saltem à l. ad hoc adstringatur, postea filiam in testamento exhæredauerit, vel prꝛterierit, & eidem fecerit legatum, tale legatum non censetur relictum animo compensandi cum debito dotis, quamuis debitum dotis esset necessarium. tex. est not. in l. si pater pro filia. ff. de colla. dot. Et ratio est, vt voluit Bart. in d. l. si pater pro filia, qui communiter corruptus, & diminutus habetur, quia isto casu pater prꝛsumitur potius fecisse legatum filiꝛ in recõpensationem iniuriæ, eo quia eam exhæredauerat, vel eo quia prꝛterierat, vt sic filia prꝛterita acceptans legatum excludatur à contratab. quàm ꝓ fecerit compensandi animo cum debito dotis. Sed in contrarium videtur facere sortiter text. in d. l. si cùm dotem. §. si pater. in illa alternatiua, siue patri hæres extiterit, siue in legato tantum acceperit, ergo ita erat prꝛterita ab institutione, sicut in d. l. si pater, & tamen legatum compensatur cum debito dotis. Nisi dicas, ꝓ ibi legatum tantum capiebat, quantum in effectu institutio, & sic in effectu aliter non dicitur prꝛterita. Obst. etiam text. in l. Tiria. la. 1. §. qui inuita. ff. de leg. 2. Item in d. l. si cùm dotem. §. si pater. etiam tantum accepit, vt tbi dicit text. Alirer respondet Bart. in l. huiusmodi. §. cũ pater. ff. de leg. 1. ꝓ aliquãdo pater legauit aliud quàm promti sit, & tunc debetur vtrunque, ita intelligit. d. l. si pater pro filia. Aut legauit illud idem, vel tandundem, & in dubio videtur legare animo compensandi, & sic filia debet alterutro esse contenta. d. l. si cùm dotem. §. si pater. Vel secuudum Imo. in d. l. huiusmodi. §. cui pater. respondeꝛ, quòd ideo in dicta l. pater pro filia. non inducitur compensatio, quia dos erat debita genero, cui fuerat promissa, non autem erat debita filiæ. l. si pro te. C. de dot. promis. legatum verò erat legatum filiæ, & non genero, ideo legando filiæ non videtur legare animo cõpensandi cum dote debita genero, sed in quæstione nostra legatum erat relictum eidem, cui debebatur portio ex forma statuti, & istam sol. sequitur d Alex. hic, & etiam Fran. de Aret. hic. ¶Circa statutũ disponẽs, ꝓ prædcedente vxore in matrimonio maritus lucretur certam partem dotis, si vxor in testamento aliqd legauerit marito, an cõpensetur cũ lucro statuti.

a *communis sententia est*, ꝓ sic, quam tenent Iac. de Aren. Ric. Mal. Bar. & Alb. hic, & refert Alb. ꝓ ita aliàs fuit obtentũ, & iudicatũ de facto in ciuitate Paduæ, & istã tenent vterq; Sal. & oẽs Mod. hic, & Bar. & latius Imo. Pau. de Cast. & cæteri Mod. in d. l. si cùm dotẽ. §. si pater, & ibi Imo. respõdet ad ea, quę in contrarium dicuntur, præsertim ad fundamenta Bald. hic, idem tenet Bald. sibi contrarius in l. quoniam in priorib. s̃. de inoffi. te-
21 sta. & Imo. in d. c. officij. † Et hæc vera, *& communis* est. Pro ista communi opin. facit, quia in quartam legitimæ filij, vel patroni computatur verum legatum, & fideicom. l. etiam. §. si debita. ff. de bon. quæ lib. l. omnimodo. C. de inoffi. test. ergo similiter in lucro statuti, ꝓ non videtur ita fauorabile. Sed potest dici ex mente Bal. hic, ꝓ imò est fauorabilius lucrum, quam legitima filij, quia datur in recompensationem onerum matrimonij, & sic habet originem à causa onerosa. l. si donaturus. in fin. iuncta glo. ff. de cond. cau. da. Secundò allegatur text. in d. l. si cùm dotem. §. si pater. Tu potes dare nouam responsionem, ꝓ cùm ibi sit inductum vnum pro filia, ꝓ habeat communionem in actione de dote, licet dos sit profectitia, cùm cętera profectitia pleno iure essent ipsius patris. l. certum. C. fam. ercis. nimirum si aliud est contra ipsam filiam, ꝓ legatum ei factum intelligatur animo compensandi, contra regulam. l. creditorem. ff. de leg. 2. per regulam. l. cum, qui in princ. de iureiur. Itẽ ad fundamentum proximè præcedens potes respondere, non esse verum, ꝓ lucrum dotis defertur propter onera matrimonij: nam fructus dotis cedũt propter onera matrimonij l. pro onerib. C. de iur. dot. sed non ipsa dos: patet, quia etiam si matrimonium non durasset nisi momento, quo casu nulla essent onera matrimonij, tamẽ habet locum lucrum statuti, vt sing. tenet Bald. in l. non tantum. C. de leg. per illum text. & ibi Ang. in lect. Flo. Tamen pro Bald. ꝓ imò lucrum statuti videatur deferri ex causa onerosa, est text. in l. 1. §. lucratiuas. cum glo. in verbo, ad lucrum, & ibi ad hoc not. Ang. C. de impo. lucra descri. lib. 10. sed legitimam filius dicitur habere titulo lucratiuo: nam si filius perdat legitimam, non dicitur pati damnum, sed lucrum perdere, vt est glo. approbata in l. 3. C. de iur. & fac. ign. cum sim. vnde dicit Bal. in Auth. dos data. C. de don. ante nup. ꝓ matitus non sustinens onera matrimonij non lucratur partem dotis vigore statuti, vel pacti. Alibi tamen dicit Ang. in §. ascriptitio. ad fin. in Auth. de nup. ꝓ lucrum statuti non defertur propter onera matrimonij, cùm sit lucrum, & propter onera matrimonij prꝛstantur fructus dotis. d. l. pro onerib. C. de iur. dot. Sed primum, ꝓ talia lucra statuti deferantur propter onera matrimonij, tenet expressè Bar. in tract. de duob. fratrib. in 5. quæst. ¶Contrarium disputando tenuit Fed. de Scalis de Bon. in disp. quæ incipit, quæstio talis, statutum est in ciuitate, ꝓ mortua vxore sine liberis. quem sequitur Bald. hic, & in l. Titia. la. 1. §. qui inuita. ff. de leg. 2. & plenius quam alibi Bald. in l. vxor. C. qui accus. non pos. & in l. si donaturus. §. 1. ff. de cond. cau. dat. & latè Raph. Cum. in d. l. si cùm dotem. §. si pater. licèt Bald. ibi nihil decidat. Et pro hac parte multa adduci solent, quib. respondetur per alios hic, & in d. §. si pater. Inter cætera adducitur text. in d. l. vnica. §. sciendum. & in d. l. creditorem. Nec obst. solutio data per Bart. hic, & in d. §. si pater, dum dicit, ꝓ in illis iurib. erat debitor ex facto suo, & sic voluntarius, sed in quæstione statuti erat debitor ex dispositione legis, & sic necessarius, quia replicat ad hoc subtiliter Raph. Cum. à partibus sufficienter enumeratis: Aut consideras tempus contractæ obligationis, aut tempus facti legati. Si consideras primum tempus contractæ obligationis, & vtrobique tam in d. §. sciendum. quam in quæstione præsenti, actus fuit voluntarius. si ipsum contrahere matrimonium, & ista causa tanquã
b originalis debet prꝛcipuè attendi. [b] l. si seruum. ff. de act. emp. Aut consideras tempus facti legati, & vtrobique erat debitum necessarium respectu dotis. Circa istud multum se inuoluit Imo. in d. §. si pater, & primò dicit non esse verum, ꝓ hic debeat attendi illa originalis causa, quia esset contra istum text. iuncta. l. de die. §. tutor. cum l. seq. & iuncta. l. si fideiussor. §. si ne
c cessaria. ff. qui satisd. cog. Sed ista sol. [c] Imo. melius comproba tur, quia attendi debet causa proxima ad iudicandum debitum voluntarium, vel necessarium, arg. l. socium, qui in eo. ff. pro soc. Tamen eius sol. non euacuat obiectum, ideo planius respondeꝛ ex declaratione, quam proximè feci ad doctr. Bart.
22 ¶† Secundo pro ista parte contra communem facit, quia si tale legatum intelligeretur factum animo compensandi cum lucro statuti, certè tale legatum esset penitus inutile, sed in dubio dicit capi prꝛsumptio, vt actus valeat, non vt pereat. l. quoties idem. ff. de re. iur. & l. in ambiguis. la. 1. ff. de re. iur. Non potest aliter responderi, nisi fatendo verum esse, ꝓ legatum est inutile, nec istud videatur absurdum, quia etiam in hac Auth. legatum redditur inutile. simile in l. quoniam nouella. C. de
23 inoffic. testa. ¶†Tertiò pro ista parte facit, quia lucrum dotis prouenit ex dispositione statuti, legatum autem prouenit ex dispositione testatoris, & sic ex diuerso fonte, ergo vnum non debet cum alio computari, sicut in simili in quartam falcidiæ non computatur nisi illud, ꝓ prouenit iudicio testatoris, non autem, ꝓ aliunde ex diuerso fonte. l. in quartam. & l. ꝓ autem. & l. id autem. ff. ad l. fal. Ad hoc respondent Mod. quòd fundamentum non est verum, per hunc text. & d. l. quoniam nouella. Sed istud est multiplicare inconueniens, & non realiter respondere. Vnde respondeꝛ melius ex mente Barto. in d. §. si pater. retorquendo arg. ad oppositum, ꝓ aliud est in quarta falcidiæ, quæ debetur iure hæreditario, & in ea bene procedit, ꝓ dixi, sed in omnib. alijs quartis, vt est in quarta legitimæ, in quarta Trebellianicæ, in quarta, de qua in hoc text. & in omnib. alijs, semper computatur quicquid ex quocunque fonte, licèt diuerso prouenerit. d. l. in quartam. & ibi Bart. in 4. col. assignat rationem diuersitatis, & Bald. in l. filium quem habentẽ.
24 in 3. col. & 3. opp. C. fam. ercis. ¶† Quarrò pro ista parte tu retorq; contra communem sententiam tex. huius Auth. & d. §. si pater. in quib. dicas, ꝓ ideo legatum computatur, eo quia lex vltra processit ita expressè disponendo, ꝓ compensaretur, ergo vbi non procedit vltra, vt in casu statuti, videtur, ꝓ legatum non sit compensandum. Nisi tu dixeris, ꝓ in istis iurib. ideo. l. processit vltra disponendo, eo quia erat debitum ex dispositione. l. & sic necessarium, quæ rario militat etiam in casu statuti. Vel clarius potes dicere, prout etiam fatentur Mod. ꝓ

text.

ADDITIONES.

a ¶Nam de talib. legatis. Adde Doct. in c. fin. de test. & diffusè, & melius quàm alibi per Petr. de Vba. in tract. de can. Episcopali. & per Fede. de Sen. com. 3. inc. quæstio talis est, nunquid Ecclesia parochialis.

b Attendi. Adde. l. 1. in princ. vbi plenè Dom. Sca. ff. de iust. & iur. PVRPV.

c ¶Ista solu. Sed tunc nihil facit, quia etiam in l. creditorem. est necessarium respectu causæ secundæ. PVRPV.

Source : BIU Cujas

text. huius Auth. nil obſtat: nam idco hic compenſatur legatum, eo quia ceſſat ratio inopiæ, propter quam proceſſit diſpoſitio huius Auth. vel tertiò potes ſubtiliter reſpondere ſecundum Fran. de Aret. hic, ℘ hic coniunx capit iſtam quartã iure hæreditario, vt dicit text. vnde ſumitur iſta Auth. in §. fin. de exhi. reis, ibi, ex hac. l. hæres extiterit, nimirum ſi legatum, ℘ eſt lucrum vniforme, & vtcunque debetur poſt mortem, ſmputatur alteri, & diminuit aliud, ſed lucrum, ℘ defertur ex diſpoſitione. l. vel ſtatuti, hoc ipſo, ℘ fuit data dos, videtur quæſitum ſub conditione mor. arg. l. cùm maritus. §. fin. ff. de pact. dot. & eſt magis difforme à legato, ideo non ita de facili videtur extenuatum. arg. eorum, quæ habentur in. l. Paulo Callimacho. §. fin. ff. de leg. 3. & per Bart. in l. fideicommiſſa. §. cùm ita. eod. tit. ¶ † Adde etiam, ℘ Ang. hic, & in d. § ſi pater. & in conſ. 360. ℘ inc. quædam do. Marga. filia olim Stephani. tenuit etiam contra Bar. noua conſideratione: nam dicit Ang. ℘ ex quo vxor ſoluerat dotem actualiter marito, ſolutione eius, ℘ debetur, omnis tollitur obligatio. Inſti. quib. mod. toll. oblig. in princ. & ſic ipſa vxor non erat amplius debitrix, & ſic marito de dote non eſt creditrix, ſed debitrix, vnde ſi pater fecerit legatum marito, non eſt verum, ℘ debitor legaret tunc creditori, & hoc modo dicit Ang. ℘ deluſit quendam aduocatum, qui dicebat oppoſitum, & nõ aduertebat, quòd dos eſſet ſoluta: nam ſi non eſſet ſoluta, ſed tantum promiſſa, tunc bene procederet communis ſententia. Sed ad hoc reſponde, vt per Fulg. Lnd. & Mod. hic, & Imo. in d. §. ſi pater. Et confirma ſecundum Dom. Fran. de Aret. hic à fortiori ratione, quia certum eſt, ℘ dote tr adita maritus omnino moriente muliere eam lucrabitur ex forma ſtatuti, ſed non ſic in dote promiſſa, quia de illa eſt dubium, vt per Bald. in l. iubem. 2. §. ſanè. el. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. ¶ † *Stat ergo communis ſententia*, ℘ ſi maritus ex forma ſtatuti debet lucrari certam partem dotis, & vxor àliquid ei leget in teſtamento, tale legatum, quamuis ſimpliciter factum, computatur in lucro talis ſtatuti. Adde, & ampiia iſtam communem ſententiam, vt procedat non ſolùm, quando vtrunque eſſet in quantitate, puta mille ducatorum, ſed etiam quando dos eſſet in quantitate, legatum autem eſſet in ſpecie, puta, quia legata eſſet vna domus; nam licèt dicamus, ℘ de quantitate ad ſpeciem non fiat compenſatio, nec èconcra. l. ſi conuenerit. ff de pign. act. l fin. cum glo. C. de compenſa. illud procedit, quando cõpenſatio fit à lege, parte inuita, ſecus quando fit ex præſumpta voluntate leganris, vt in propoſito noſtro, ita ſing. tenuit Imo. in d. l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. & in l. cùm pater filiæ. ff. de leg. 2. & ſequuntur Lud. Rom. Fran. de Aret. & plenius d. Alex. hic poſt Bart. & alios, qui aliter ſentiunt in l. huiuſmodi. §. cùm pater. ff. de leg. 1. & Bald. in d. l. quoniam in prioriib. a in vlt. colu. & in d. l. vxor. ¶ Limita [a] iſtam communem ſententiam valde ſing. non procedere, quando vxor in teſtamento dicetet hoc modo, lego marito de bonis meis, vel ex bonis meis, tantum, puta mille, tunc tale legatum factum talib. verbis non computaretur marito in lucrum dotis: Ratio, quia illa verba, de bonis meis, ſunt ponderanda, quia bona intelliguntur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. & l. Princeps bona. ff. de verb. ſign. ergo tunc legatum intelligitur deducto ære alieno, & ſic deducto debito ſtatuti. ita limitat Bald. in d. l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. quem refert, & reprehendit ſolus Raph. Cum. ibi, quia illa verba ex bonis meis, intelliguntur. i. ex hæreditate, per l. cogi. in princ. & l. nam ℘. vbi Doct. ff. ad Trebell. Ego pro limitatione Bald. addo bene facere illud, ℘ ſing. decidit Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ad fin. ff. de oper. liber. vbi refert ſe conſuluiſſe in ſolenni caſu. pater in teſtamento reliquit certas res filiæ, quæ aſcendebant vltra eius legitimam, & in teſtamento iuſſit, & voluit, ℘ filia remaneret contenta pro omni, & toto eo, ℘ dicta eius filia poſſet quouis modo perere in bonis ſuis, filia acceptauit legatũ, poſtea vult petere dotem matris, nunquid poſſit? dicit Bart. ſe conſuluiſſe, ℘ ſic, motus, quia pater ordinauit, ℘ filia nihil amplius petere poſſet de bonis ſuis, bona autem intelliguntur deducto ære alieno, vt prædixi, ſed illa dos materna dicitur æs alienum, ergo peti poterit, & ſic vides non eſſe verum illud, ℘ dicit Raph. Cum. reprobando Bald. ℘ de bonis meis intelligatur de hæreditate, & credo, ℘ pro limitatione Bald. nihil melius dici potuiſſet, & iſtam deciſio. Bart. refert, & ſequitnr Bald. in l. quoniam nouella. ſ. de inoffi. teſt. de quo vlt. vide tamen plenius quàm alibi Bald. in l. libertæ. col. 1. ſ. de oper. lib. & omnino Ang. contra Bart. in 18. colu. Tamen do. Fran. de Atet. hic dicit, ℘ licèt illa deciſio Bart. in d. §. ſi liberi. ſit vera, non tamen in caſu noſtro ſequitur, ℘ legatum capietur de bonis, prout ſonant verba, & non extenuabit quartã, quia non eſt de bonis, quia hoc dicere, videtur contra tex. in l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſt. ¶ Tertiò limitat do b Fran. de Aret. niſi legatum factum marito [b] non ſit permanſurum penes eum, tunc. n. quo ad ipſum non conſideratur. l. fin. §. vlt. C. de bon. quæ lib. l. mulier. aliàs Sulpitius. ff. de don. inter vi. & vxo. bene facit, ℘ habetur per Doct. in l. hac edicta li. in princ. C. de ſecun. nup. & text. in l. cogi. §. hi, qui ſolidum. ff. ad Trebel. ſi tamen diu eſſet permanſurum penes eum, vel aliquo tempore, imputaretur ei commodum interiurij medij temporis, ſicut dicimus in Trebellianica. l. mulier. la. 1 §. alia. ff. ad Trebell. not. in l. in fidei commiſſariam. cod. tit. facit. l. in quantitate. §. magna dubitatio. ff. ad l. falc. Sed dic, ℘ iſtam limitationem ponit Ang. in d. l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ¶ Glo. 27 in verbo, [locuples.] in fin. de hoc, † quis dicatur pauper, [c] c quia in hoc glo. ſunt multum variæ, vide Bart. qui omnes refert, in l. ſi conſtante, in princ. in 2. quæſt. 1. partis principalis. ff. ſol. matr. cum concor. de quib. per do. Alexan. ibi, & hic, & * *tenent communiter*, ℘ relinquitur arbitrio iudicis. de hoc vide text. in l. in fundo. ff. de rei ven. quem Ang. ibi ad hoc not. in 1. colu. & dicit eſſe meliorem text. de corpore iuris, ℘ ad probandum paupertatem ſufficit articulare, & probare ceſſationem, & fugam, qua ſæpe vtuntur mercatores Florentini. Itẽ vide omnino gl. ſolennem in §. ſi verò abſunt. in verſ. ſubſtantiam. in Auth. de hær. & falc. quę dicit, ℘ ad hoc, vt teſtis productus dicatur idoneus teſtis, debet habere tantum in bonis, quantum valet cauſa, ſuper qua deponit, & illam expreſsè ſequitur do. Alex. in conſ. 15. in 3. vol. ℘ inc. viſo proceſſu cauſæ inquiſitionis, & iſtam glo. exclamat Ang. in §. hinc nobis. in Auth. de hæredi. & falc. & dicit, ℘ illa gl. apertius declarat quã alia, quæ ſit in corpore iuris, qualiter iudex debeat arbitrari, an teſtis ſit diues, vel pauper, ℘ ſi non habet tantum in bonis quantum valet cauſa ſuper qua deponit, reputatur pauper. Iſtam glo. etiam ſequitur, & reputat ſingularem Lud. Ro. in l. 2. in princ. ff. qui ſatiſd. cog. Facit ſimile, ℘ ibi adduxit glo. de tutore, qui non dicitur idoneus, ſi non habet tantum in bonis, quantum pupillus. § ſed & propter paupertatem, & ibi glo. in fin. Inſtit. de excu. tut. & l. paupertas, cum glo. ff. eod. Ad idem facit ſimile, quia ad hoc, vt fideiuſſor de iudicio ſiſti, vel alius ſimilis ſit idoneus, requiritur, ℘ habeat tot immobilia in bonis, quæ aſcendant ad valorem cauſæ, pro qua intercedit. gl. in l. 2. in prin. & ibi expreſſius Lud. ff. qui ſatiſd. cog. Ego non recolo vidiſſe Doct. magnæ auctoritatis reprobantes illam glo. tamen puto, ℘ ſit falſa: nam licèt verum ſit, ℘ teſtis, qui non habet tantum in bonis qnantum valet cauſa, ſuper qua deponit, debeat cenſeri pauper habito reſpectu ad d ipſam cauſam, tamen propter ſolam paupertatem [d] teſtis non repellitur à teſtimonio, gl. eſt ordi. & approbata in c. ſi qui teſtium. in glo. fin. de teſt. Spec. in tit. de reſte. §. 1. verſ. item, ℘ eſt pauper, & ℘ propter ſolam paupertatem teſtis non repellatur, expreſsè firmat do. Fran. de Aret. in conſ. 13. inc. viſo diligenter themate. in 10. colu. & ſubtiliter, & plenè in d. c. ſi qui 28 teſtium. poſt alios ibi. ¶ † Glo. fin. in verſ. [non extantib.] diuiditur in duas partes, prout duas format quæſtiones. Secunda ibi, [item, quid ſi nullus.] ¶ In prima parte. Sal. hic in 9. q. not. hic eſſe glo. ℘ in correctorijs, vt eſt hæc Auth. licita eſt extenſio ex maioritate rationis: nam ſi coniunx habet iſtã quartam extantib. liberis, multò magis debet habere ſi non extant liberi, ſed aſcendentes, quib. minus debetur ſucceſſio. l. nam & ſi parentib. ff. de inoffi. teſt. & ita tranſit, & malè, quia in contra-

rium

ADDITIONES.

a ¶ Limita. Limitatio quarta Bart. ſed tene cum Fulg. quem ſic declara. Bonorũ appellatione in hæreditatib. veniunt etiam iura paſſiua, & ſic debita. l. nam quod. § fin. ff. ad Trebell. ſed in hac Auth. maritus eſt hæres. §. fin. in Auth. de exhib. reis. ergo idem in lucro ſtatu. ex quo de vno ad aliud ſic Doct. argunt. Niſi dicas, quòd tunc non eſt hæres, quia non eſſet merum lucrum. l. hæreditatem. ff. mand. tamen hæreditas dicitur lucrum. l. inter ſtipulantem. §. ſi rem. ff. de verb. oblig. Secundò adde, quòd Bart. in §. ſi liberi. nihil facit, quia Bart. loquitur de repellendo filiam ab hæreditate matris debita ex hominis prouiſione, & legis diſpoſitione. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hic autem loquimur de amittendo ex diſpoſitione ſtatuti tantum: inter quæ eſt diuerſa ratio, vt ſupra de ſtatuto pœnali dicit Alex. Tertiò pro Bald. tamen facit, quia illa verba, ex bonis meis, aliàs nihil operarentur. d. l. ſi quando. de lega. 1.

PVRPV.

b ¶ Marito. Adde l. ſi pars. in fin. ff. de inoffi. teſta. PVRPV.

c ¶ Quis dicatur pauper. Adde glo. in verbo imparem. Inſti. de excu. tut. in §. ſed & propter. glo. in verbo, paupertatem, & ibi Doct. in c. prohibentur. 2. quæſt. 1. Arch. in cap. pudor. 11. quæſt. 3. Petr. de Anchar. & Card. in cap. 2. de malefi. Bald. in c. ſignificantib. de offic. deleg.

d ¶ Paupertatem. Adde glo. in l. 3. in verbo, egens, & ibi Flo. ff. de teſt. Cyn. in l. 3. in 7. quæſt. C. de re. cred. glo. in cap. ſi teſtes. §. teſtium. in verbo, locuples. 4. quæſt. 3.

Source : BIU Cujas

* rium *eſt communis ſententia*, de qua dixi in Auth. quas actiones. vbi glo.& Doct.ſ̃.de ſacroſan. Eccleſ.& gl.in l. tam is.§.1.ff.de don.cauſa mortis. Et ad iſtam glo.vide reſponſionem,quam ponit Imo.in l.nemo poteſt.ff.de leg. 1.in 1.col. & refert dom. Alex.hic,ꝙ text.in.§.quoniam verò. in Auth.de exhib. reis vnde ſumitur iſta Auth. dicit coniugem ſuperſtitem ſuccedere in quarta, [a] ſiue plures,ſiue minus filij fuerint, ſed verbum, minus,comprehendit iſtum caſum, quando nulli eſſent filij.l. illud.§.ſi cuius.ff.de trib. & l.minus.ff.de verb.ſign. Tu ad hoc adde,ꝙ decidit not.Bald.in l.fin.ad fin.princ.ff.ſi cert. pet.quòd ſtante ſtatuto, ꝙ habentes libram à centum & ſupra, ſoluant. 10.& habentes minus ſoluant quinque, quòd ſub illo minus, etiam nullam libram habentes contineri videntur, niſi illud onus eſſet impoſitum perſonæ pro libra, vt ibi per eum. Vel ſecundò reſponde,quòd iſta Auth.non eſt correctoria, ſed limitatoria in caſu ſpeciali, de quo hic, quo caſu bene verum eſt, quòd iura limitatoria, & ponentia fallentias extenduntur ex identitate rationis. ſecundum Bart. in l. ſi conſtante. in 9. q. primæ partis princ. ff. ſol. matr. & eſt melior text. de iure in c. cum dilecta. §. nos igitur, & ibi ad hoc multum not. Pan. de confir.vti.vel inuti. & licèt do.Alex.in d.l.ſi conſtante. in 6.col. conetur oſtendere, quòd text. in cap. cùm dilecta. §. nos igitur.non probat, & malè ponderatur per Pan. Tamen tu omnino vide Pañ. in c. ad audientiam. in 1.not. de cleri. non reſi. pulchrè loquentem in hoc, & etiam notantem.d c.cùm dilecta.ad hoc,& ipſemet do.Alex.in l.1.in 31.colu.ff.de offic.eius cui mand.eſt iur.not.& in l. certi condictio.§. ſi nummos.in 2. colu.ff.ſi cert.pet.& in l.ſingularia,in 7.colu.eod.tit.ad idem eſt bonus text.in cap.poſt tranſlationem.in verſ.quanquam.& ibi Bald.ad hoc dicit eſſe valde not.de renun. Adde tamen,quòd Raph.Fulg.in l.cùm de nouo.ſ̃.de legi.& in l.non ſine.ĵ.de bon. * quæ lib & in l. de quibus.ff.de legi. *tenet contra communem ſententiam*, ꝙ etiam in correctorijs ex identitate rationis licita ſit extenſio nedum ex maioritate, per text.in d.l.non ſine. ĵ.de bon. quæ lib. dixi in d. Auth. quas actiones. ¶In ſecunda parte tene ſententiam. Placen per text.in l.1.in ver.propinquorum, & ibi declaraui.ſ̃.eod.& adde glo.in §.quia verò. el.2.in verſ. in talibus, & ibi Iac. de Belluiſ. in Auth.vt liceat mat. & auiæ.Extra b gl.[b] reſtaret videndum, an in caſu huius Auth. ſi alij filij repudiarent,quib.accreſceret,in quo dic,vt per Bald. hic in 2.colu. & latè Fulg.& Baid.in l.vnica.in 2.quæſt.& ibi Ludo. Rom.ſupra quando non peten.par.per Iacob.de Bel.in §. quia verò legem. in Auth. vt liceat mat. & auiæ, & ſic remanet expedita per hæc iſta Authen.

ADDITIONES.

a ¶Quarta. Adde pro complemento materiæ, an in caſu huius Auth.poſſit capi quarta auctoritate propria,& dic, quòd non. per text.in l.2. C.quibus,& quando quarta pars deb.lib.10.per quem ita conſuluit Alex.conſ.134.lib.4. Imò fortè ius ſuum amittere vxor, ſi propria autoritate caperet, iux. l.non dubium.C.de leg. BELLOT.

b ¶Extra glo. Formo quæſt. inauditam à me, dicitur hîc, quod ſi extent liberi eiuſdem matrimonij,proprietas quartæ eis ſeruatur, ſi verò non extent, ſed alterius matrimonij, acquiritur pleno iure patri, quid ſi extet vnus ex eod. matrimonio,& alter ex alio, an proprietas quartæ ſpectabit vtrique? dicas, quod ſic. ad quod vide Iaſ. in l.ſiemancipati. col.3.& 4.verſ.not. diligenter, & verſ.ad idem quæro,& verſ.15.ĵ.de coll.. PVRPV.

De repudianda bonorum poſſeſſione. Rub.

Glo.rub.diuiditur in duas partes. In prima continuat rubr. ad præcedentes. In ſecunda per viam notabilis dicit de qua bon. poſſ.loquatur,& quæ bon.poſſ.repudiari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Repudiatio bonorum poſſeſſionis an poſſit infringi prætextu erroris iuris, reſultantis ex eo, quòd renuncians non potuit peritiores conſulere.*
2 *Dominus,an poſſit repudiare bonorum poſſ. delatam ſeruo abſque ipſius ſerui conſenſu.*
3 *Seruus an poſſit repudiare bonorum poſſeſſionem ſibi delatam abſque conſenſu domini.*

LEX PRIMA. ET II.

EMancipatus. In iſta. l. eſt videndum, † an repudiatio bon.poſſ.poſſit infringi prętextu erroris iuris,reſultantis ex eo, ꝙ renuncians non potuit peritiores conſulere, ꝙ examinant Fulg.Pau.de Caſt.& dom.Alex.hic, & Bart.in l.Clodius.ff.de acq.hęr.& dixi in l.iuris ignorantiam.ſupra qui admit.¶Ex l.2.not. ꝙ pater nō poteſt repudiare bon. poſſ. delatam filio, ꝙ intellige non ſolùm in hæreditate aduentitia, ſed etiam in profectitia.l. is, qui hæres.§. neque filiusfam. vbi latè Bart. & alij. ff.de acquir. hæred. quamuis gloſ. hic aliter ſentiat.dixi in l.1.ſ̃. glo.fin. vbi alij po- 2 nunt. ſupra qui admit. Secus † tamen eſt in hæreditate delata ſeruo,quam ſolus dominus bene poteſt repudiare,ſecundum glo.hic,& glo.in l.is,qui hæres.§.neque filiusfa.ff.de acq.hær. & glo.& Bart. in l.tutor.ff. de bon. poſſ.& in d.§. neque filiusfa.& per text. in l.1.§. per ſeruum.ff.de ſuc. edi.per quem text. Bart. * *& magis communiter alij tenent* in l.legatum.ff.de leg.1.& ibi laborant in reddenda ratione diuerſitatis, ꝙ ſolus pater non poteſt repudiare hæreditatem etiam profectitiam filij, ſed dominus ſic.Sed tamen caue,quia d.§.per ſeruum, decipit glo.& Doct. quia text. ibi non dicit, ꝙ dominus poſſit repudiare bon.poſſ. delatam ſeruo, ſed bene dicit, ꝙ per ſeruum dominus poteſt repudiare hæreditatem, hoc eſt non ſolùm per ſe, ſed etiam per ſeruum, prout dicit Sal. hic, cuius intellectum ſibi adſcripſerunt Mod.in d.l.legatum. Idem tenet Lud. Ro.in l.1.ſ̃.qui admit.& ſibi adſcribit,& eſt verus intellectus, licèt Alexan. hic eum non bene referens,reprobet.Et ꝙ ſit verus intellectus,patet, quia præcedentia declarant ſequentia.l. ſi ſeruus plurium. §.fi.ff.de leg.1.ſed in §.præcedenti Iuriſcon.poſuit, an bon.poſſ. poſſit repudiari per procuratorem, deinde in §. ſeq. & ſic in §. per ſeruum,an dominus poſſit repudiare bon.poſſ. per ſeruũ, & reſpondet, ꝙ ſic.Et ſicut bon. poſſ poteſt acquiri per procuratorem.l.3.§.acquirere.ff.de bon. poſſ. ita & repudiari. Item ſupraſcriptus intellectus comprobatur nedum ex §.præcedenti, vt prædixi, ſed etiam ex.§. poſtea ſequenti. vbi ponitur, an 3 bon.poſ.poſſit repudiari per tutorem.¶† Pulchrius,& ſubtilius dubium eſſet,quid ècontra, nunquid ſolus ſeruus abſque conſenſu domini poſſit repudiare hæreditatem in præiudiciũ domini,contra ipſius domini voluntatem, quando ille ſeruus inſtitutus habet ſubſtitutum vulgarem, an verò requiratur iuſſus domini, ſicut requiritur in aditione,quia ſeruus adire non poteſt, niſi præcedat iuſſus domini. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum.ff.de acquir.hære.dixi in l.1.ſupra qui admit.Breuiter tex. in l.cùm proponas.ĵ.de hær.inſt. videtur probare prima inſpectione,ꝙ ſolus ſeruus bene poſſit repudiare hæreditatem,quãuis ſolus adire non poſſit,niſi præcedat iuſſus domini. Ibi videbitis de veritate huius ſubtilitatis, & ibi tangunt Sal. Paul. de Caſtr.& do. Alex. Et adde etiam text.in l.ſeruus dotalis.ff.ſolu. matr. quem text. in propoſito eduxit in lucem ſolus Raph. Cum.in d.l.legatum.ff.de lega. 1.Adde etiam text. in l. qui autem.§.ſi ſeruum.ff.de his,quæ in frau.credi.

De collationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Collatio,hoc verbum capitur in iure multis modis.*
2 *Titulus de collationibus quare fuit inuentus à prætore.*

¶Pau.de Caſt.hic dicit ſe putare, ꝙ iſte tit.& tit.ſ̃.de tranſ. ſint difficiliores tituli,qui ſint in tot.C.ille propter ſubtilitates, iſte propter multiplicitatem iurium, quæ iura recolligunt Bart.& alij in l. ſi emancipati. ĵ. eod. ¶Et Imperator in hoc titulo ſic procedit. Primò ponit iura vetera, quæ etiam fuerunt tempore fforum vſque ad l.vt liberis ĵ.eod.Ab illa.l. vt liberis, vſq;. ad fin.titu. poſteà ponit iura nouiter edita ab Imperatoribus. 1 ¶† Ad euidentiam totius tit.præmitte,quòd iſte terminus collatio,capitur varijs modis in iure, de quib. plenè per Alber. de Ro.in dictionario,in verſ.collatores.per Bald.& Sal.in l.ſi emãcipati.ĵ.eod.Aliter tamen capitur apud cano.aliter apud Legiſtas:nam apud Cano. collatio [a] propriè eſt beneficij eccleſiaci aſſignatio,vt in cap.fin.de inſti.Arch.in cap. à collatione. de appel.in 6.& in cap.cùm in illis. de præben.in 6. & ad quem de iure ſpectet collatio beneficij eccleſiaſtici, habetur in cap. ſi tibi abſenti.1. reſponſo. & in §.1.& in cap. licèt. & in cap. ſtatutum.& in cap.mandatum.de præben.in 6.& in cap.nec captandæ.ad fin.de conceſ.præben. Apud Legiſtas aliquando reperitur collatio publica. Et iſta dicitur oneris, ſeu muneris publici impoſitio.l. comperit. C.de præſcrip. 30. ann.l.1.C. de Epiſ. & cler. & de iſta loquitur titulus in Authen. de collatio. Aliquando capitur pro diuiſione librorum; nam liber Authenticorum eſt diuiſus in nouem collationes. Aliquando capitur

ADDITIO.

a ¶Collatio. Adde Cyn. in l.poſthumo.infra eod.Pau. de Lea.in clem.1.de ſup. negli..præla.

Source : BIU Cujas

a pitur a collatio propriè, & tunc eſt contributio, & de hac loquitur iſte tit.; & iſta dicitur rei propriæ in commune latio, vt diffinit glo. in rub. ff. eod. Bart. in l. pater filium. ff. de colla. dot.
2 Doct. omnes in l. ſi emancipati. ĵ. eod. ¶† Secundò præmitte, ꝙ iſte titulus fuit principaliter adinuentus à prætore propter iniuriam, quam fecit filijs prætor in poteſtate, ad ſucceſſionē
b patris filios emancipatos b admittendo qui de iure ciuili erāt penitus incogniti, & extranei: nam vltra hoc, ꝙ filij emancipati admittebantur ad ſucceſſionem patris ſimul cum filijs in poteſtate reſultabat alia iniquitas, quia filij in poteſtate quicquid acquiſierant, patri in totum acquiſierant, vnde poſt mortem patris filij emancipati habebant etiam dimidiam de bonis acquiſitis per filios in poteſtate, quæ reperiebantur in hæreditate patris, filij autem emancipati quicquid quæſiuerant viuo patre, erat eorum proprium. Ideo prætor adinuenit iſtud principaliter propter filios emancipatos, vt dicit text. in l. 1. in princ. ff. eod. vt mitigaret iniuriam prædictam. ſtatuit. n. ꝙ ita demū filius emancipatus admittatur ad ſucceſſionem patris, ſi confert omnia illa bona, quæ acquiſiuiſſet patri, ſi in eius poteſtate remanſiſſet, & ideo caſtrenſia, vel quaſi non conferuntur. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. eod. nec hodie bona aduentitia, niſi quo ad vſumfruct. l fin. ĵ. eod. Et ex his habes meliorem continuationem tit. noſtri ad præcedentes, quàm glo. ponat: nam prætor cùm principaliter adinuenerit bonorum poſſ. propter filios emancipatos, qui aliàs de iure ciuili erant penitus incogniti, propter quos fiebat iniuria filijs in poteſtate, prætor per iſtum tit. de collat. mitigat talem iniuriam, ideo congruenter poſt bonorum poſſ. ſubnectit iſtum tit. de colla. ¶Hinc eſt, ꝙ ſi filius emancipatus non afficiat iniuria filium in poteſtate, ſed potius commodo, non tenetur conferre. tex. habes, & exēplum in l. 1. §. pater filium. & §. toties. ff. eod. quæ iura ſunt hodie incorrecta, ſecundum Dyn. & Bald. hic. Iaſon Piſis.

ADDITIONES.

a ¶Capitur. Adde Iaſo. in l. illud. col. 2. ĵ. eod. PVBPV.
b ¶Emancipatos. Secundum euidentiale, de quo pulchrè Iaſ. in caſus figuratiue. l. ſi emancipati. infra eod. colum. 9. verſ. 3. vbi dicit hanc hodie non militare. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Collatio de iure. C. non habet locum inter ſuccedentes ex teſtamento.*
2 *Pater in teſtamento an poſſit derogare collationibus.*

& in hoc bene verum eſt, ꝙ quando pater fecit teſtamentū, ceſſat iſta prima iniuria prætoris, quia emancipati inſtituti in teſtamento bene ſunt cogniti de iure ciuili, ita procedit ratio Mod. hic. Secunda iniuria prætoris eſt, quæ fit admittendo filios emancipatos: nam filij in poteſtate quicquid acquirunt, acquirunt patri, ſed mortuo patre filij emancipati, qui admittuntur à prætore, habent dimidiam iſtorum bonorum quæſitorum per filios in poteſtate, & tamen filij emancipati quicquid acquiſierant, erat eorum proprium, ideo prætor per hūc tit. ordinat, ꝙ emancipati teneantur conferre fratrib. qui remanſerunt in poteſtate patris, illud ꝙ acquiſiuiſſent patri, ſi non fuiſſent emancipati, & iſta ſecunda iniuria non ceſſat, da ꝙ pater fecerit teſtamntum, ergo iſta ratio Mod. non eſt vera, dum dicunt, ꝙ condito teſtamento ceſſat ratio iniuriæ, propter quam adinuenta eſt collatio, nam bene ceſſat prima, ſed non ſecunda, propter quam immediatè eſt inuenta collatio à prætore. ¶Item aduerte, ꝙ prædicta ratio procedit quo ad filios emācipatos, ſed in filijs in poteſtate eſt alia ratio. ſ. vt æqualitas ſeruetur inter liberos. l. vt liberis. & l. illud. ĵ. eod. tene tamē præcedentem opin. Mod. & eorum rationem, quia vtriuſque iniuriæ prætor tunc non eſt cauſa, & ceſſante cauſa, propter quam prætor introduxit collationem, per conſequens ceſſat ipſa colla. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. quia tunc vtriuſque iniuriæ pater dicitur cauſa, ſi qua iniuria poteſt dici, quæ tamen dici non poteſt, ex quo pater ex teſtamento vocauit, qui ſicut inſtituit emācipatum, ita potuiſſet quemlibet extraneum inſtituere, qui in nihilo fuiſſet obligatus conferre. Vide tamen pro limitatione text. in l. fin. C. communia vtriuſque iud. qui ſecundum Bart. & omnes ibi eſt ſing. & non reperitur alibi, prout etiam dicit Ang. in Auth. ex teſtamento. ĵ. eod. Itē vide text. in l. ex parte. §. 1. ff. fam. ercis. & ibi glo. in verſ. indiuiſum. dic melius, quòd etiam ſi ſine errore ab inteſtato ſucceſſiſſent, dummodo ab inteſtato non conſequantur pluſquam habuiſſent ex teſtamento, adhuc conferre non tenentur, ſecundum Mod. hic, per text. in l. ſi filia fuerit. ff. de collat. bon. & l. ſi filius, qui manſit. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſt. quicquid dicant Iac. Butr. & Sal. hic. Iaſon Piſis.

ADDITIO.

a ¶Ex teſtamento. Amplia etiam ſi ſuccedatur tantum pro parte ex teſtamento. Iaſ. in l. vt liberis. col. 6. ĵ. eod. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Collatio hodie ceſſat, ſiue ex teſtamento, ſine ab inteſtato, ſi pater hoc expreſsè prohibuit, ergo à contrario ſenſu, ſi pater non prohibuit, collatio habet locum.*
2 *Pater ſi permittit filio percipere vſumfructum de bonis aduentitijs, qui de iure debet acquiri patri, intelligitur talem vſumfructum donare filio.*
3 *Donatio ſimplex facta à patre, vel matre, mortuis ipſis, in quibus caſibus debet à filio conferri fratribus. & num. 5.*
4 *Donare, & concedere in peculium qualiter differunt.*
6 *Donatio ſimplex facta per patrem filio in poteſtate habet vim relicti.*
7 *Quid ſi non interuenit traditio.*
8 *Falcidia an poſſit detrahi de donatione facta filio à patre, ſicut detrahitur de legatis.*
9 *Donatio ſimplex facta à patre filio in poteſtate, an debeat conferri fratribus mortuo patre.*
10 *Cautela qua filius poterit retinere libros datos ſibi à patre. ibi.*
11 *Donatio librorum facta filio, an cenſeatur donatio ſimplex, vel ob cauſam ſtudiorum.*
12 *Fœmina an poſſit habere peculium caſtrenſe, vel quaſi.*
13 *Donatio facta ab Imperatore, an extendatur ad Regem, quo ad præeminentiam.*
14 *Donatio ſimplex facta filio emancipato, an debeat conferri fratri, hæc eſt longa diſputatio, vide eam diligenter.*

LEX PRIMA.

1 2 EMancipatos. † Not. ex iſto text. quòd inter ſuccedens ex teſtamento a de iure C. non habet locum collatio, & concordat. l. filiæ dotem. ĵ. eod. & l. ſi filia. ff. de colla. dot. ¶Et iſtud procedit etiam in filijs in poteſtate. l. filiam teſtamento. ĵ. eod. & l. filiæ dotem. ĵ. eo. & declarat glo. 1. hic. Et dum dicit text. fratri, intellige. ſ. in poteſtate, quia ſi eſſent emancipati, inter eos non haberet locum colla. l. ſi emancipati. ĵ. eod. quia tunc ceſſa ratio infra aſſignata. ¶Et triplicem rationem huius text. aſſignat Bald. hic. pro ſecunda eius ratione facit text. in l. cùm hic ſtatus. in prin. in verſ. confirmatum. & ibi glo. ff. de don. inter vi. & vxo. tamen duæ vltimæ rationes non placent, quia qui non infirmat actum, bene intelligitur tacitè confirmare, quando eſſet in eius poteſtate infirmare ſi vellet, ſed pater non poſſet infirmare donationem factam filio emancipato, quia ſtatim valet, vt dicam in Auth. ſeq. ergo non eſt verum, ꝙ intelligatur confirmare. l. Titia. la. 1. §. Lucia. ff. de leg. 2. declarar Cyn. in Auth. ex teſtamento. in 2. colu. ad fin. ĵ. eod. Aliam, & quartam rationem aſſignat Bart. in l. ſi emancipati. in pen. colu. ĵ. eod. & in l. pater filium. in pen. colu. ff. ne colla. dot. Aliam fundamentaliorem aſſignant Pau. de Caſt. & do. Alex. hic, & Raph. Fulg. plenius in Auth. ex teſtamento. in 1. colu. ĵ. eod. quia quando pater in teſtamento inſtituit filios emancipatos, tunc ceſſat ratio iniuriæ, propter quam prætor adinuenit iſtum titulum: nam emancipatus ex teſtamento eſt cognitus, & ſuccedit de iure ciuili. §. cæteri. Inſtit. de hæred. qua. & dif. l. ſi ex duobus. in princ. ff. de bon. poſſ. contra tab. Bart. in l. illud. §. fin. eod. tit. Et per hoc patet, ꝙ illud,
2 ꝙ not. Fulg. hic ex iſto text. † ꝙ pater in teſtemento poteſt derogare iuri publico. ſ. collationi. non eſt bene dictum. ¶Tu aduerte, ꝙ iſta vltima ratio, licèt ſubtilis, tamen eſt periculoſa, quia ſi bene conſideras, prætor admittendo filios emancipatos fecit duas iniurias filijs in poteſtate, vna eſt, nam de iure ciuili emancipati erant penitus incogniti, & non ſucceſſiſſent patri,

AVTHENTICA.

EX teſtamento. Iſta Auth. eſt ſummarium. §. illud. in Auth. de triente, & ſemiſ. vnde ſumitur. ideo non ſummo. ¶† Not. ex iſto text. ꝙ hodie ex teſtamento, vel ab inteſtato a ceſſat collatio inter fratres, quando pater pro-

ADDITIO.

a ¶Ab inteſtato. Alex. ampliat, idem ſi ſuccedat pro parte ab inteſta. Iaſ. in l. vt liberis. col. 6 ĵ. eod. PVRPV.

Source : BIU Cujas

prohibuit expreſsè, ergo à contrario ſenſu, ſi pater non prohibuit expreſsè, habet locum collatio etiam condito teſtamento, & ſic in hoc corrigitur. l. 1. ſ. eod. Et ex hoc ſubtiliter not. Lud. Ro. hic, ꝙ licitum eſt ſumere argumentum à contrario ſenſu ad correctionem iuris antiqui, quando lex noua in ſenſu directo nil operatur, vt in hac Auth. & fuit ante eum doctr. Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. in 3. quæſt. ad fin. ff. de offic. pro conſu. & leg. iſtud plenè examinaui in l. 1. in princ. ff. de offic. eius. ideo non pono hic. ¶ In text. ibi, & aliorum datorum, ſubdit Ang. in lect. Florentina, † ꝙ ſi pater [a] permittat filium percipere vſumfruct. de bonis aduentitijs, qui de iure debet acquiri patri. l. 1. & per totum. C. de bon. mater. intelligitur donare talem vſumfruct. filio, adeo, ꝙ mortuo patre non tenebitur fratribus conferre. l. cùm oportet. §. ſinautem. vbi ſing. text. de hoc. ĩ. de bon. quæ lib. Adde, ꝙ iſtud idem expreſsè tenet Bald. hic in duob. locis. ſ. in 9. & in 14. col. Sed tu aduerte, credo eos decipi, & errare, nam bene verum eſt, ꝙ iſte eſt vnus caſus ſingularis, in quo donatio inter patrem, & filium [b] in poteſtate ſtatim valet. ſ. in vſufructu aduentitiorum, text. eſt ſing. in illa. l. cùm oportet, in hoc bene dicunt, & dum ſubijciunt, quòd mortuo patre filius non teneatur communicare, ſeu conferre, malè dicunt, quia in omnib. caſib. in quib. ſtatim valet donatio inter patrem, & filium in poteſtate, regulariter filius tenetur tale lucrum conferre, vt ſtatim ĩ. firmabo, & d. Alex. hic in 3. colu. enumerat inter alios dictum caſum. l. cùm oportet, & in illo dicit, ꝙ filius mortuo patre tenetur conferre, tamen nõ facit mentionem de Bald. & Angel. hic tenentib. contrarium. ¶† Glo. in verbo datorum. iſta glo. principeliter fuit facta propter contrarium. l. illud. §. fin. ĩ. eod. vbi deciditur, quòd donatio ſimplex facta à patre, vel matre eis mortuis non debet pet filium conferri alijs fratrib. niſi in duob. caſib. Primus eſt, quando pater hoc expreſſit. Secundus ratione æqualitatis ſeruandæ, quãdo alius filius haberet donationem ob cauſam, quam debet conferre, ſed iſta Auth. in eius generalitate vult contrarium. propter iſtud contrarium facta eſt hæc glo. quæ recitat duas principales opin. Vna eſt, ꝙ donatio ſimplex etiam hodie non debet conferri, & ſic iila. l. illud. hodie eſt incorrecta, nec corrigitur per hanc Auth. quia iſta Auth. non loquitur de donatione ſimplici, ſed de donatione facta ob cauſam, dum dicit de donatione dotis, & ſubiungit, & aliorum datorum: nã dictio aliorum, eſt repetitiua ſimilium, glo. in l. ſi fugitiui. ſ. de ſer. fug. etiam ſi adijciatur dictio vniuerſalis, vt dixi in l. pen. ſ. qui admit. Intelligitur ergo de alijs datis ob cauſam, vt in donatione propter nuptias, vel quando pater donat cauſa militiæ, vel cauſa ſtudij. Et ſic vides, ꝙ donatio, quæ fit ex aliqua cauſa, eſt minus priuilegiata, quàm illa, quæ fit ſimpliciter, qa prima mortuo patre debet communicari cum fratrib. ſecunda non. ¶ Et ſic apparet, ꝙ iſta Auth. quæ loquitur in donatione ob cauſam, quæ debet conferri, non corrigit. d. l. illud. §. fin. quæ loquitur de donatione ſimplici, & vult, ꝙ illa non debeat conferri. dicit tamen glo. ꝙ illud fallit in trib. caſib. ¶ Primus eſt clarus. Secundus eſt quando pater tempore quo donauit, expreſſit hoc, quia volebat illud donatum debere conferri. alleg. l. ſi quando. §. fin. ſ. de inoffi. teſt. quæ dicit, ꝙ donatio ſimplex facta per patrem filio in poteſtate computatur filio in legitimam, quando pater hoc expreſſit, vt dicit ille text. Modo regulam habemus, ꝙ quicquid computatur in legitima, etiam confertur. l. illud. 2. reſponſo. ĩ. eod. tamen iſta limitatio expreſſius probatur in illa. l. illud. in fin. Tertius caſus eſt ſecundum glo. & eſt valde difficilis, quando pater donat filio [c] vt filio, ſiue vt habeat in peculio profectitio. alleg. l. ſi donatione. ĩ. eod. ¶ Hinc aduerte, nam quando pater donat filio, ſed non vt filio, hoc eſt non mouetur pater ad donandum affectione filiali, ſed propter aliqua merita filij erga patrem, & ſic pater donat contemplatione meritorum filij, eſt perinde acſi donaret extraneo, & cenſetur aduentitium. glo. eſt not. & ibi plenè dicetur in l. ſi donatione. ĩ. eod. oportet ergo, ꝙ pater donet filio vt filio, & ſic ſolùm propter reſpectum filialem, quia filius eſt, & iſto caſu pater non intelligitur donare, ſed concedere in peculium. † Nam debes ſcire, ꝙ differentia eſt inter donare, & concedere in peculium: nam donare eſt abdicare à ſe in totũ rem, quæ donatur, & eius dominium, & proprietatem in aliũ transferre, non ſic eſt concedere in peculium: nam concedere rem in peculium, eſt permitrere alicui vſum, & adminiſtrationem rei, retento tamen ſibi dominio. Dicit ergo glo. (& iſta eſt mens eius,) ꝙ quando pater dat aliquam rem filio vt filio, non intelligitur eam ſibi donare, ſed ſolum concedere in peculiũ, & iſto caſu tenetur conferre cum fratrib. ſic intellige. l. ſi donatione. ĩ. eod. in 2. reſponſo, & quia iſtud videtur diuinare ad illum text. ibi declarabo. Tamen glo. ineptè locuta eſt, quia cũ peculia remanent in dominio patris, vt dixi, mortuo patre diuiduntur ſicut aliæ res patris, ideo in eis non cadit propriè collatio. l. certum. ſ. famil. ercis. ¶ Item, & quartò intelligit gl. illud, ꝙ dictum eſt donationem ſimplicem non eſſe conferendam, quando fuit facta filio in poteſtate, ſi autem fuiſſet facta filio emancipato, tunc dicit glo. ꝙ ex quo talis donatio inter patrem, & filium emancipatum ſtatim valet. l. ſi pater. ſupra de inoffic. don. non tenetur emancipatus eam conferre, etiam (ꝙ eſt fortius,) ſi pater iſtud expreſſiſſet. In hoc gloſ. in vtroque malè dicit, imò quia donatio facta filio emancipato ſtatim valet, illa eſt, quæ debet propriè conferri mortuo patre. l. vt liberis. in fin. ĩ. eod. & multò magis, quando pater iſtud expreſſiſſet ſaluo, quando emancipatus nollet eſſe hæres. l. pen. & ſi. de colla. dot. ſecundum Ang. & Mod. hic. ¶† Quòd autem donatio ſimplex facta filio in poteſtate non debeat conferri fratribus mortuo patre, probat glo fundamentis duob. ibi, Item, quia. ¶ Primum eſt, quia iſta Auth. quamuis ſit noua, & diſponat omnia data à patre debere conferri, tamen iſta. l. noua debet diſtingui per leges antiquas, & ſic limitari per l. illud. §. fin. ĩ. eod. vt non habeat locum in donatione ſimplici. Et vltra gl. ego fortius firmo: nam lex nona generaliter corrigens, nunquam intelligitur corrigere leges aliquid ſpecialiter diſponentes, imò potius debet limitari, vt non habeat locum in illis caſib. ſpeciaiibus. glo. eſt in l. ſciendum. in princ. ff. qui ſatiſd. cog. ergo iſta Auth. noua, & generaliter diſponens non intelligitur loqui in donatione ſimplici, & ſic in caſu, quem ſpecialiter ponit. d. l. illud. §. fin. ¶† Secundò mouetur glo. nam donatio ſimplex facta per patrem filio in poteſtate, habet vim legati, ſeu relicti, & iſtud aſſumptum probat glo. dupliciter. Primò, donatio talis in vita patris nil valet, ſed benè confirmatur morte patris. l. Papinianus, cum gloſ. ff. de dona. inter vi. & vxo. ergo cùm confirmetur morte, aſſimilatur legatis, quæ etiam mortè teſtatoris robur capiunt. † Tamen iſtud fundamentum nõ generaliter militaret, quia donatio facta per patrem filio in poteſtate, tunc demũ confirmatur morte patris, quando interuenit traditio, quia pater viuus quando donauit, tradidit, illa bene confirmatur morte, aliàs ſecus. glo. eſt approbata in d. l. Papinianus. ¶† Secundò, & fortius, ꝙ verum ſit aſſumptum, ꝙ donatio ſimplex habeat vim relicti, probat gl. nam ſicut de legatis detrahitur quarta falcidiæ per hæredem, ita etiam detrahitur de tali donatione, alleg. glo. l. pen. ĩ. ad legem fal. quæ nil facit, debuit allegare. l. in donationib. eod. tit. ſi ergo donatio ſimplex habet vim relicti, nos habemus, ꝙ relicta, quæ acquiruntur poſt mortem patris, non conferuntur. gl. ad hoc alleg. l. patre. ĩ. eod. quæ nihil facit, melius facit. l. nec emancipati. ĩ. eod. Tamen iſtud fundamentum glo. non eſt firmum: nam donatio ſimplex, & legatum in multis differunt, vt declarat gl. magiſtra. in l. ſi maritus. la. 2. ſ. de don. inter vir. & vxor. patet, quia talis donatio ſi excedat ſummam quingentorum aureorum, debet fieri cum inſinuatione. text. eſt in l. donationes quas parentes. ſ. de don. inter virum, & vxo. ſed in legatis non requiritur inſinuatio. vt in l. Modeſtinus. ff. de don. Iſta fuit prima opin. Balduini & aliorum, quos recitat glo. Alia, & ſecunda opin. principalis fuit Io Cremon. & Mart. ꝙ imò hodie donatio ſimplex [d] facta per patrem filio in poteſtate conferri debeat fratribus, per iſtam Auth. & ſic, ꝙ hodie eſt correcta. d. l. illud. §. fi. & dicunt Bald. & Sal. hic, ꝙ gl. noſtra ſequitur iſtam opin. ex quo eam vltimam recitat, vt not. Bart. in l. bona fides. per illum text. ff. depoſi. glo. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell. cum mille ſimili. Sed decipiuntur, quia glo. met in l. quæ pater. in gl. mag ad fin. ff. fam. ercis. dicit ſe tenere primam opi. Et ꝙ d. l. illud. §. fin. ſit hodie correcta per hanc Auth. probat glo. vulgato arg. per generalitatem huius Auth. item, quia indiſtinctè loquitur, ergo indiſtinctè debet intelligi. tamen ex dictis in præcedentibus ad hoc patet reſponſum. ¶ Item mouetur glo. quia dos data per patrem filiæ exijt de patrimonio, tamen confertur, ergo multò magis donatio ſimplex. Sed reſponde, ꝙ ideo eſt, quia dos traditur per patrem filiæ ex neceſſitate legis, quæ neceſſitas ceſſat in donatione ſimplici, vt declarat Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. in 3. colu. in fin. ff. eod. & ante eum Cyn. in l. filiæ licèt. in 1. quæſt. ĩ. eod. ſic habes declaratam totam gloſ. ¶† Nunc reaſſumo in dubium, nunquid donatio

ADDITIONES.

a ¶ Quod ſi pater. Not. Iaſ. qui tenet idem, quod hic, in l. fin. in 2. colu. verſ. ſecundo limita. ĩ. eod. PVRPV.

b ¶ Filium. Adde Bald. in l. quoniam nouella. & in l. omnimodo. C. de inofficio. teſt. Ioann. And. in addit. Spec. in tit. de don. in §. 1.

c ¶ Filio. Adde l. 1. ff. de colla. bon. & in l. certum. ſ. fam. ercis.

d ¶ Simplex. Adde Azo. in l. filium quem. fam. ercis. Doct. in l. etiam. in §. ſi debita. ff. de bon. lib.

Source : BIU Cujas

natio ſimplex facta per patrem filio in poteſtate, mortuo patre debeat conferri cum fratribus, vel ne,& ſic totus punctus eſt videre,nunquid.l.illud.§.fi.ĩ.eod. ſit hodie correcta per hãc Auth & in corpore vnde ſumitur.Et vt clarius habeas, diſtingue in duos articulos principales.Primus eſt,quid in donatione ſimplici facta filio in poteſtate. Secundus eſt,quid in donatione ſimplici facta filio emancipato. ¶Circa primum licèt Bald.dicat,quòd variæ fuerunt opiniones, tamen duæ principales ſunt, vna Ioann. & Mart. relata in fin.gloſ. quòd ſic, & ſic,quòd ſit correcta.d.l.illud.§.fin. Et iſtam ſententiam tenuit Raph.hic,qui multum audacter dicit, quòd ſi haberet conſulere, conſuleret pro hac parte. per texr.d.§.illud quoque, iuncta eius ratione,in Authen. de trien.& ſemiſ. vnde ſumitur iſta Auth.Tu reſponde, vt per do. Alex.hic.Iſtam opin.etiam tenet Iacob.de Bel.in d.§.illud. Pro iſta opin.multa adducuntur per Cyn.hic,quæ per te videas. ¶Sed vnum fortiſſimè ſtringit, quod per alios non ſatis enuncleatur.ſ.text.in l.ſi donatione.in ſecundo reſponſo.ĩ.eod. in quo tex.videre meo vertitur principaliter difficultas.ibi.n.dicitur,quòd fundus donatus à patre filiæ in poteſtate non debet eſſe præcipuus, ergo debet conferri. Et ſi dicas prout dicunt Doct. quòd ibi fundus non fuit donatus filiæ,ſed conceſſus in peculium : dico, *quòd iſte communis ſenſus* ſtare non poteſt.primò,quia diuinat ad illum tex.Secundò, & fortius, quia eſt directò contra verba clara illius text. dum dicit, quòd fundus filiæfamilias fuit à patre donatus, ergo non conceſſus in peculium.¶Tertiò,quia ſi text.ille loqueretur,quando fundus non fuerat donatus,ſed conceſſus in peculium,text.ille remaneret de indubitabili, quia ille caſus erat expreſsè deciſus in l. præcedenti. Pro certo text. ille multum ſtringit.Poſſes dicere,quòd dato, quòd d.l.ſi donatione, decideret, quòd donatio ſimplex deberet conferri, tamẽ illud fuit expreſsè correctum per dict.l.illud. vbi text. expreſſus de hoc. ¶Tamen, quia vitanda eſt legum correctio. cap. cùm expediat. de elect.in l. vnica. in fin.C.de inoffi.don.ne incidamus in hoc abſurdum, ego ſuſtineo communem intellectum, & dico,ꝙ in d.l.ſi donatione.in ſecundo reſponſo, fundus non fuit donatus filiæ,ſed conceſſus in peculium, & iſtud videbitur tibi prima fronte valde durum, quia verba text.ſunt clara,dum dicit donatus, ſed hic erit verus, & hoc oſtendo viua ratione: nam ego habeo,ꝙ ad hoc,vt pater intelligatur donare rem filio,oportet, ꝙ vel eam emerit nomine filij, & filio tradiderit, tunc tantum intelligitur donare. tex.eſt ſecundum communẽ intellectum in l. filię cuius ſ.fam. erciſ.vel quãdo pater donat propter benemerita filij,quæ præcedunt,alias ſi non appareat, ꝙ pater emerit rem nomine filij, vel ꝙ præcedunt benemerita filij,pater dando ſimpliiciter rem filio,etiam ſi vtatur verbo donare, quia expreſsè dicat dono, tamen non intelligitur donare, ſed concedere in peculium tantum, & ſic non debet te mouere verbum donare,ibi in text.poſitum, text.eſt clarus de hoc in l.quòd fructuarius. in fin.ff.de acqui. rer.dom. & l.fin.ff. de pecu.lega. & in l.cùm pater.§.pater plurib.& ibi glo.& Bar. de hoc.ff.de leg.2. ſed in illa.l.ſi donatione.2.reſponſo. non apparet,ꝙ fundus fuerit emptus nomine filij. Item non apparet, ꝙ præceſſerint benemerita filij, nec iſta præſumi debent, quia facta non præſumuntur niſi probentur. ergo cùm ille text. loquatur in caſu dubio,quamuis vtatur verbo donatus, non tamen intelligitur donatus,ſed conceſſus iu peculium, & iſta eſt pulchra, & ſubtilis inductio de illo text.Cui non obſt.ſi dicas, quòd iſtud erat deciſum in l.præcedenti, quia reſpondeo ſing. ꝙ l.pręcedens loquitur,quando pater expreſsè conceſſit in peculium, ſed d.l. ſi donatione. ponit pulchrum caſum, quid in dubio,dato, ꝙ pater vtatur verbo donat. ¶Secundò pro iſta ſententia ſtringit,nam donatio ſimplex,quæ morte confirmatur,computatur filio in legitimam.l. filium quem habentem, ſecundum tertiam lec.C.fam.erciſ.probatur in l. etiam.§.ſi debita.verſ.ſed & mortis.ff.de bon.lib.Bart.in l.in quartam.in vlt. colu.ff.ad leg falc.ſed ea,quæ computantur in legitimam, illa conferri debent. l. illud in prima regula. ĩ.eod. Reſpondet do. Alex.hic, ꝙ illa æquiparatio non procedit in his, quæ habent vim relicti,patet,quia relicta computantur in legitimam,& tamen non conferuntur. l.filiæ licèt. & l.filiam cum fratrib.ĩ.eo. Vel potes reſpondere rectius ad argumentum, ꝙ imò donatio ſimplex non computetur in legitimam niſi expreſsè ſit dictum.l.ſi quando.§.& generaliter.ſ.de inof.teſt.& l. ſi non mortis.2.reſponſo.ff.de inof.teſt. & l.etiam.§.ſi debita.ff.de bon.lib. & tunc quando eſt expreſsè dictum,etiam confertur. d.l.illud. 10 in fin. † Secunda principalis opin.*vera, & communis eſt*, ꝙ talis * donatio a ſimplex facta filio in poteſtate non debet conferri a mortuo patre,quam expreſsè firmat glo.in l.quæ pater filio.in gl.magna ad fin.ff. fam. erciſ. hanc ſequuntur Antiq.& Mod. Doct.hic, & Io.And. in addi.in tit.de dona.§.1.in addi.quæ incipit,& ſcias.Old.Lau.qui dicit hanc opi.eſſe communiorem, in conſil. 151. incip. ſi quis verba donationis diligenter attendit. Barto.in l.1.§.nec caſtrenſe.in vlt.colu.ff.eod.Bald.in l.quoniam nouella,in princ.& in l.omnimodo.§.imputari.ſupra de inoffic.teſt.& in l.filiæ cuius. ſupra fam.erciſ. & in l. ſi donatione. in 1.colu.ĩ.eod. ¶Pro iſta ſententia multa adducuntur per Cyn.hic,& dicit do.Alexan. quòd eſt text. proprer quem non eſt opus diſputare,in dicta.l.illud.§.fin.ĩ.eod.& in l.filiæ.ſ.fam. erciſ. Sed errat, quia dubium eſt,nunquid illa.l.illud. ſit correcta hodie,& ſic cùm iſtud ſit propriè de quo diſputatur, an illa.l.illud.§.fin.ſit hodie correcta, ideo non poteſt de illo text. fieri fundamentum.Præterea Lud.Ro.in l.ſi emancipati.ĩ.eo. ſubtiliter probat,quòd d.l.illud.§.fin.neceſſariò loquitur in donatione ſimplici facta filio emancipato, non autem filio in poteſtate, vt dicam.ĩ.in artic.ſeq. ¶Pro iſta ſententia bene facit, quia donatio ſimplex non valet in vita patris,ſed tantum confirmatur morte, ergo tanquam quæſita poſt mortem patris conferri nõ debet.l.nec emancipati.infra eod.nec dicas, quòd trahatur retrò, ergo conferri debeat. l.2.§. id quoque. ff. eod. quia verum eſt,quod trahitur retrò quo ad fructus tantum,vt declarat Bart.in l. ſub conditione.ff.de ſol.Pro iſta ſententia vltra alios videtur ſtringere : nam collatio debet hodie fieri ratione æqualitatis ſeruandæ inter fratres. text.eſt in §. illud quoque.el.1.in Auth. de trien. & ſemi. vnde ſumitur hæc Authen. ſed habeo,quod ratio æqualitatis mllitat, quando alius frater habet donationem ob cauſam, text. eſt in d.l. illud. §.fin.infra eod. ergo donatio ſim.plex de per ſe conferri non debet, quia ceſſat ratio ęqualitatis.Sed caue,quia aliter ſumitur ratio ęqua litatis in illo. §.illud. aliter in dicta.l. illud.§.fin.ſi bene conſiderabis. ¶*Stat ergo communis concluſio*, quòd donatio ſimplex facta per patrem filio in poteſtate, mortuo patre non debet fratrib.conferri, ex quo de facto non valet in vita patris, ſed per mortem confirmatur. Iſta concluſio fallit in caſib. poſitis hic in gloſ.qui ſunt tres. ¶Quartò limita, niſi pater donaſſet filio in poteſtate, dehinc eum amancipaſſet in vita, quia cùm per emancipationem ſtatim confirmetur donatio. l. ſiue emancipatis.C. de don.l.donationes. la.2.§. pater.ff.de don. certè talis donatio debet conferri fratrib. ita expreſsè Barto. in dicta. l. 1. §.nec caſtrenſe.in 6.colu.in fin ff.eod.Bald.in dicta.l. quoniam nouella.in prin.Sal.& Mod.in l.vt liberis.ĩ.eod. facit, quia do- b natio ſimplex facta filio emancipato, [b] quia ſtatim valet, bene confertur, vt ſtatim dicam in ſequẽti art. ¶Et per hoc redditur dubia cautela, quam ponit Bart. poſt Vbertum de Bobio,& Iac.de Aret.in d.l.donationes §. pater.ff.de don. vbi per illum text.ponit cautelam, qua mediante filius poterit habere præcipuos libros,quando venit ad diuiſionem cum fratrib. ſ.quòd talis filius faciat ſe emancipari à patre: nam ſtatim cõfirmabitur don. per illum text. Et illam cautelam ſequuntur ibi ſimpliciter Io. de Imo.Pau. de Caſt. & Raph. Cum. ibi, & Fulg.Lud.Ro.& do.Alex.in l.ſi donatione.ĩ.eo.& ibidem Alb. in vlt.colu. Et pro illa cautela facit text. melior de iure ad hoc in l.quæ pater.ff.fam.erciſ.facit.l.1.C. de pecu.eius, qui libert. mer.Lud.Ro.in d.l.donationes.§.pater. dicit,quòd illa cautela Bart.eſt ſuperflua.nam Bart.vult filium debere emancipari, vt donatio librorum ſtatim valeat.dicit Lud.hoc non eſſe neceſſarium, quia licèt regula ſit, ꝙ donatio facta inter patrem, & filium in poteſtate nihil valeat.l.2.ſ.de inoffi.don.Fallit, quan- c do pater donat filio in poteſtate cauſa ſtudiorum, [c] talis donatio valet ſtatim,quia cauſa ſtudiorum, & cauſa dotis æquiparantur,ſecundum gl.in l.1.ff.ſol.matr. per quam glo.Bald.& Ang.ibi determinant talem donationem factam cauſa ſtudiorum ſtatim valere.eſt verum, ꝙ Imo.in d.l.1.& d.Alex. in vlt. col.& in l.ſi donatione.in antepen.col. ĩ.eod.tenent contrariũ. ¶Ego dubito de iſta cautela Bart. licèt non inueniam ab alio tactam,& mihi videtur, ꝙ illa cautela ſit magis damnoſa quã vtilis, quia emancipatio filij facit, vt potius debeat fieri collatio,quæ non fieret,ſi nõ eſſet ſecuta emancipatio,patet ex proximè dictis,quia filius in poteſtate ſi emancipetur,tenetur cõferre donationem,quam aliàs conferre non tenebatur,& licèt emancipatio faciat donationem ſtatim valere, tamen quando donatio ſtatim valet,illa debet conferri, quæ non veniret conferenda,ſi confitmaretur morte.Et nullo modo video,& tu

ADDITIONES.

a ¶Donatio. Adde Bart. in l.1.ff.de colla.Bald.in l.cùm virum.in 3.colum.C.ꝙ fideicom.

b ¶emancipato.Adde Bal.in l.2.communia de leg.Doct.in l.ad eum. in §.aull. ff.de don.

c ¶Studiorum.Adde Bald.in l.cùm oportet.in §.1.C.de bon. quæ lib. Bald.in l. fori.C.de aduoc.diuer.iud.

Source : BIU Cujas

tu cogitabis, q̃d proſit emancipatio filij in illa cautela Bar. imò potius nocet. ¶ Nec dicas, quòd Bart. ibi loquatur, quando filius nolebat eſſe hæres patris, quo caſu confetre non tenetur. l. l. pen. & fin. ff. de colla. dot. quia Barto. loquitur, quando volebat eſſe hæres, dum dicit, quòd in diuiſione, quam facit cum fratrib. habebit libros præcipuos. Tu aduerte, quod rectè intelligendo Bart. benè loquitur, non enim loquitur Barto. quando pater donauit libros filio, quia ſi donaſſet, clarum eſt, quod nõ conferuntur per d. l. quæ pater. ff. fam. ercis. Bart. in l. ſi donatione. vbi dicetur. j̃. eod. & ſic non eſſet opus iſta cautela, ſed Bartol. loquitur ſecundum terminos d. l. donationes. §. pater, quãdo pater non donauit libros filio, ſed ſolùm in peculium conceſſit, quod id dubio præſumitur ſecundum, ꝙ dicetur in d. l. ſi donatione. j̃. eod. certè ſi filius in poteſtate, qui habuit libros à patre, vult eos habere præcipuos, faciat ſe emancipari à patre, nam ſi pater expreſsè non ademerit in emancipatione, videtur donare, vt eſt ibi text. & clarior text. in l. 1. C. de pec. eius, qui libe. meruit. & ſic illa cautela eſt potius ad faciendum patrẽ donare mediante emancipatione, & iſta eſt veritas. ¶† Nũ
11 a quid tamen illa donatio librorum [a] cenſeatur donatio ſimplex, an verò donatio ob cauſam ſtudiorum, non examino nunc, ponit do. Alex. in d. l. ſi donatione. j̃. eod. ¶ Quintò limita prędictam concluſionem non procedere in donatione ſimplici facta per Regem, vel Imperatorem, vel alium, qui non recognoſcit ſuperiotem filio in poteſtate, quia illa bene debet conferri fratribus. ita limitat Lud. Ro. hic, motus viua tatione: nam ideo donatio ſimplex facta filio in poteſtate conferri nõ debet, eo quia non valet in vita patris, ſed confirmatur per eius mortem, & ſic aſſumit naturam relicti, ſed donatio Regis facta filio in poteſtate ſtatim valet, ſicut valet donatio Regis facta Reginæ, quæ valet conſtante matrimonio, cùm alias
b donatio facta [b] inter vi. & vxorem nihil valeat, ſed morte cõfirmatur, vt l. donationes quas parentes. C. de don. inter vir. & vxo. per quem text. in terminis decidit Bald. quòd douatio Re-
c gis [c] facta filio in poteſtate ſtatim valeat, vt c. 1. §. item ſacramenta. de pace iura. fir. ergo cùm ſtatim valeat, debet fratrib. conferri. Iſtud idem voluit do. Alex. hic, in 4. colu. licèt non exprimat, dum dicit, quòd in omnib. caſib. in quib. valet ſtatim donatio inter patrem, & filium in poteſtate, filius tenetur conferre: Inter alios enumerat iſtum, quem ponit Bal. in d. §. item ſacramenta. ergo vult, ꝙ in illo caſu filius teneatur conferre, non facit tamen mentionem de Lud. Ro. hic. ¶ Sed mirandũ eſt de his patribus, qui dixerunt contra caſum l. ad literam. nã benè verum eſt, quòd donatio facta per Regem filio in poteſtate ſtatim valet, hoc dicunt iura prælleg. & iſtud idem tenet Lud. Ro. in l. ſi verò. §. de viro. in 16. colu. ff. ſol. matr. & do. Alex. in l. quanquam. j̃. de teſta. mili. ſed dum poſtea dicunt, ꝙ talis res donata per Regem, quia ſtatim valet, debet conferri fratrib in hoc errant, quia in contrarium eſt text. ſing. in l. cùm multa. C. de bon. quæ lib. vbi ſing. deciditur, ꝙ quælibet donatio facta per Imperatorem non ſolùm filio, imò cuilibet extraneo, non ſolùm maſculo, imò fœminæ, habet naturam ca-
12 ſtrenſis peculi, & cenſetur peculium caſtrenſe. † Et propterea Bald. dicit ibi not. hic eſſe caſum ſing. in quo fœmina poteſt habere peculium caſtrenſe, vel quaſi, ſi ergo cenſetur peculium caſtrenſe, clarum eſt, ꝙ caſtrenſia, vel quaſi non conferuntur. l.
13 1. §. nec caſtrenſe. ff. eod. l. filiæ licet. j̃. eod. ¶†† Et licèt text. in d. l. cùm multa. loquatur in donatione facta per Imperatorem, tñ
d extenditur ad Regem, [d] ex doctrina eleganti Bald. in l. pen. C. de don. inter vir. & vxo. & ita in ſpecie conſuluit Old. in conſ. 255. & in ſpecie ad d. l. cùm multa. firmat And. de Iſer. in c. 1. in 3. col. de his, qui feu. dar. poſſ. & pariter extendi debet ad omnẽ alium principem, qui ſuperiorem non recognoſcit de iure, vel de facto, quia habet vim Imperatoris, ſm Bart. in l. hoſtes.
e ff. de capitu. ¶ Limita [e] etiã hoc in omnib. alijs caſib. in quib. donatio ſtatim valet inter patrem, & filium in poteſtate, quos enumeraui in l. ſtater à fratre. ff. de cond. indeb. in omnib. illis caſib. debet conferri cum fratrib. cùm ſtatim valeat, & etiam firmat Alex. hic in 2. col. Niſi in vno caſu, qñ pater donaſſet filio pp benemerita filij, quia valet ſtatim donatio, ſicut ſi extraneo donaſſet, ſed cenſetur peculium aduentitium, quaſi quæſitum induſtria filij, ſm glo. in l. ſi donatione, vbi dicetur. j̃. eo. & gl. in Auth. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſt. ſed aduentitia hodie non conferuntur. l. fin. j̃. eod. ¶ Septimò limita, qñ pater feciſſet donationem ſimplicem filio emancipato, emancipatus tenetur conferre, certè ſi etiam feciſſet donationem ſimplicẽ filio in poteſtate, tunc filius in poteſtate teneretur conferre emancipatis ratione æqualitatis, ſicut emancipatus confert. l. illud. §. fin. j̃. eod Et licet ille text. loquatur quando alius frater habebat donationem ob cauſam, quæ conferri debet, ꝙ tunc donatio ſimplex conferatur, tñ extenderur ad caſum prædictum per Raph. Fulg. Pau. de Caſt. & do. Alex. ibi. Et ſic habes
14 expeditum primum principalem articulum. ¶† Secundus articulus eſt, quid in donatione ſimplici facta filio emancipato, nunquid illa debeat conferri, clarũ eſt, ꝙ talis donatio ſtatim valet. l. 2. ſecundo reſp. ſ̃. de inoffi. don. cum alijs alleg. ſ̃. in quar
f ta limitatione prædecentis articuli. Nec iſto caſu [f] poteſt intelligi, ꝙ pater donando conceſſerit in peculium, vt dicebatur in articulo prædecenti, quia emancipati peculium habere non poſſunt, & ſi habeant, deſinit eſſe. l. fin. C. de inoffi. teſt. ¶ Iſte eſt ſubtilis paſſus, & longè difficilior quam prædecens articulus, in quo gloſ. hic tenuit, ꝙ non teneatur emancipatus conferre talem donationem ſimplicem, ex quo ſtatim valet, & (ꝙ eſt fortius) etiam ſi pater donans hoc expreſſerit, ſed vtrunque reprobaui in glo. Iſtam opin. glo. quòd emancipatus non teneatur conferre donationem ſimplicem, tenuit Old. hic, qui dicit ſic ſæpius fuiſſe conſultum Paduæ per ſe, & alios Iuriſperitos. prout refert Bald. hic. in 4. colum. Iſtam opin. tenet Nico. Mutinen. & Iacob. de Aren. in l. vt liberis. j̃. eod. prout ibi referunt Cyn. & Bartol. ¶ Pro iſta ſententia tria valde ſtringunt, omiſſis leuib. Primò ſtringit text. in d. l. illud. §. fin. vbi dicitur, ꝙ donatio ſimplex nõ confertur. Nec dicas, quòd loquatur in donatione ſimplici facta filio in poteſtate: nam in illo text. non curatur de patris poteſtate, patet, quia loquitur de donatione facta non ſolùm à patre, ſed etiam à matre, & clarum eſt, ꝙ
g mater non habet [g] filios in poteſtate. §. fœminæ. Inſti. de adop. & ſicut valet ſtatim donatio facta per patrem filio emancipato, ita valet donatio facta à matre filio. l. ſi conſtante. C. de dona. inter virum, & vxo. ¶ Huic fundamento reſpondet Bald. hic. in 3. col. quòd d. l. illud. quatenus loquitur de matre, loquitur in his, qui nec ſunt ſui, nec emancipati, ſed participant de natura extraneorum, nimirum ſi non conferunt, & aliud non dicit. ¶ Aliam teſponſionem tradit Bart. in d. §. nec caſtrenſe. in pen. col. quem ſequuntur Fulg. Lud. Ro. & do. Alex. hic, ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. vt liberis. j̃. eod. vbi dicit, ꝙ non poſſet dari melior ratio quàm ſit illa Bart. nam dicit Bart. ꝙ aliud eſt in filijs emancipatis, qui benè tenentur conferre donationem ſimplicem, vt eſt text. melior de iure in d. l. vt liberis, in fi. Aliud eſt in filijs reſpectu matris, quia nec ſui ſunt, nec emancipati: nam tales filij olim de iure fforum nihil penitus conferre tenebantur, vnde per d. l. illud. ſatis fuit ſtatuere, ꝙ teneantur donationem ſimplicem conferre, quando emergeret inæqualitas, qua ceſſante non tenentur conferre, ſed emancipatus olim iure fforum omnia conferre tenebatur, nimirum ſi tenetur conferre hodie donationem ſimplicem d. l. vt liberis. §. fin. ¶ Ego aſſigno clariorem rationem diuerſitatis, quam cogitaui, dum eſſem ſcholaris, & multum placuit præceptori
h meo do. Alex. Imo. nam ratio [h] quare pretor ſtatuit in emancipato,

ADDITIONES.

a ¶ Librorum. Adde Bart. in l. donationes. 2. in §. pater. ff. de don. Bald. in l. 1. ff. ſol. matr. Bald. in l. Macedoniani. C. ad Macedo. Bald. in l. omnimodo. in §. imputari. C. de inoffi. teſt. Pau. de Caſt. conſ. 84. incip. videtur dicendum, quod dicti libri. Bald. conſ. 21. inc. quinque quæruntur. in 3. vol.

b ¶ Facta. Adde Bart. in l. 3. §. ab vxoris. ff. de don. inter virum, & vxo. Bart. in l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. maiores.

c ¶ Regis. Adde Lud. Rom. in repe. §. de viro. in l. ſi vero. ff. ſoi. mart. Ioann. Andr. in addi. Spec. in titu. de don. in §. 1. in verſ. hoc ſcias. Lud. Rom. in conſ. 446. incip. primus propoſitæ conſultationis articulus.

* Et dic, quòd ante Bald. hoc dixit Oldr. conſil. 231. col. 1. Baro. tract. de præſt. Card. vlt. quæſt. 1. part. colu. 2. & adde alium caſum, in quo donatio facta filio in poteſtate ſtatim valet, quando ſcilicet pater donat filio pro ſua legitima, quia tunc dicitur potius aſſignatio debiti.

* Quam vera donatio. Ita Ang. in l. ſi non mortis. ff. de inoff. teſt. Are. licèt non firmet in l. ſi duo. colu. 2. verſ. 3. adde. eod. tit. Iaſ. in l. frater à fratre. col. antepen. verſ. 7. prædicta reg. ff. de cond. indeb. in lect. & in Rep. col. pen. 6. fall. videtur ſimpliciter tranſire cum Ang. BELLOT.

d ¶ Ad Regem. Adde Bal. in margarita. in verbo Rex, & per Inno. in cap. ex reſcripto. de iureiur.

e ¶ Limita. Sublimitatio, contra quam facit, quia diſpoſitio d. l. ſi. non loquitur, quando illa aduentitia prouenerunt ab eo, de cuius hæreditate agitur. l. vt liberis, vbi text. j̃. eod. qui tamen hoc non dicit. PVRPV.

f ¶ Iſto caſu. Adde glo. quam Bart. ſequitur in l. vt liberis. infra eod. in princip. glo. magnç. PVRPV.

g ¶ Non habet. Adde Inſt. de pat. pot. fallit, quando eſt tutrix filij ſui, text. eſt fin. cum glo. in c. ex parte. de appel. quem text. alleg. ſing. ibi Phil. Dec.

h ¶ Dec. Nã ratio. Iſta ratio videtur non valere, q̃a nulla fit iniuria filio in poteſtate, nam ſi emancipatus manſiſſet in poteſtate, iſta donatio valuiſſet in vim relicti l. in donationibus. j̃. ad l. fal. & ita non conferretur. l. filio. infra eod. Iniuria autem conſideratur à prætore de donatis ab alijs, quæ non acquirebantur patri, niſi filij eſſent in poteſtate. l. placet. de acqui. hær. nec dicas, quòd pater non potuit eam reuocare, quia emancipato facta, & ſi potuiſſet, reuocaſſet, quia reſpondeo hoc non præſumi. l. Lucius. in fin. de leg. 3. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ciſpato, ꝙ teneatur omnia conferre, eſt propter iniuriam, quã fecit filijs in poteſtate admittendo ad ſucceſſionem emancipatos, qui de iure ciuili erant incogniti. ita dicit text. in l. 1. in princ. ff. eod. declarauí in l. 1. ſ. eod. ideo in recompenſationem ſtatuit, quòd tales emancipati teneantur omnia conferre, ſed iſta iniuria prætoris ceſſat in filijs in ſucceſſione matris, quia filij ſuccedunt matri de iure ciuili abſque prætore per Senatuconſultum Tertulianum, ideo in filijs in ſucceſſione matris ſeruatur idem prout in filijs in poteſtate in ſucceſſione patris, quia vtrobiq; ceſſat iniuria. Sicut ergo filij in poteſtate in ſucceſſione patris non conferunt donationem ſimplicem, niſi quando emergit inæqualitas, ita pari modo filij in ſucceſſione matris non conferunt donationem ſimplicem, niſi emergat inæqualitas, text. eſt qui propter hoc æquiparat vtrunque caſum in d. l. illud. §. fi. ff. eod. & iſta reſponſio eſt fundamentalis, & multum mihi placuit. ¶ Et ſi dicis, data iſta ratione pro vera, ſequeretur, quod nec etiam donationem ob cauſam debet teneri conferre, cùm in ea ceſſet ratio iniuriæ prætoris, quòd eſt contra iſtam Auth. & in corpore vnde ſumitur. dico, quòd text. in §. illud. in Auth. de trien. & ſemiſ. vnde ſumitur iſta Authen. vult in donatione ſimplici ſeruari iura antiqua, dum dicit ſecundum, quod olim diſpoſitum eſt, & ſic ſtante firma deciſione. d. l. illud. §. fin. & quia ſubdit, omnib. quæ de collationib. ſancita ſunt in ſua virtute manentib. ſed in donatione ob cauſam vult collationem fieri ratione æqualitatis ſeruandæ, vt ibi dicit text. & decarat Bart. in l. pater filium. ff. de coll. dot. Bald. in d. l. illud. circa princ. quæ ratio militat in filijs in ſucceſſione matris. Tamen caue, quia adhuc vnum obſt. nam ideo donatio patris collata in filium in poteſtate non confertur, quia non ſtatim valet, & ideo aſſumit naturam relicti, ſed illa, quę fit à matre, ſtatim valet, vt prædixi. Tutius tamen eſt tenere rationem Bart. pro minus periculoſa. ¶ Secundo pro iſta parte ſtringit fortiter text. in l. 2. in 2. reſponſo. ſupra de inoffic. dona. vbi eſt text. quòd ſi pater filio emancipato fecit immenſam donationem, eo mortuo fratres poſſunt eam reuocare tanquam inofficioſam, quo ad partem ſpectantem ipſis fratribus, ergo ibi probatur, quòd filius emancipatus non tenetur donationem ſimplicem fratrib. conferre, quia ſi habuiſſet cõmunicare fratrib. fratres non reuocarent tanquam inofficioſam. Tamen potes clarè reſpondere, quòd loquitur, quando filius emancipatus, qui habebat tantum donationem, nolebat ſuccedere patri, prout eſt veriſimile, quia tunc conferre nõ tenetur. l. pen. & fin. ff. de collat. bon. ¶ Tertiò pro iſta parte ſtringit iſta Auth. quæ loquitur in filio emancipato, quod probo, quia venit ad correctionem. l. 1. ſ. eod. Sed reſponde, quia iſta Auth. loquitur in donatione ob cauſam, vt declarauí in præcedenti articulo, non in donatione ſimplici. Adde, quòd iſtam opin. tenet Lud. Rom. non hic, ſed in l. ſi emancipati. ff. eod. & ibi andacter dicit, quòd ſi caſus ſibi contingeret, quòd ita conſuleret, & ita iudicaret, & eum refert do. Alex. ibi in vlt. colu. motus per text. in d. l. illud. §. fin. vbi dicitur, quòd donatio ſimplex non debet conferri. Et ſi reſpondeas, quòd text. ille loquatur in donatione facta filio in poteſtate, non filio emancipato, dicit ipſe, & pro certo egregiè, & ſubtiliter, quòd imò text. ille loquit̃ in donatione ſimplici facta filio emancipato, & probat ſic. nam text. in fin. dicit, quòd donatio ſimplex non debet conferri, niſi huiuſmodi legem donator tempore donationis impoſuerit. pondera illud *tempore donationis*: nam ſi loqueretur in donatione facta filio in poteſtate, non eſſet neceſſarium, ꝙ pater donator tempore donationis iſtam. l. impoſuiſſet, quia quemadmodum pater poteſt quandocunque talem donationem reuocare, ita poſſet quandocunque talem legem donationi imponere, etiam ex interuallo poſt donationem. debet ergo intelligi in donatione facta filio emancipato, in qua bene requiritur, ꝙ pater tempore donationis talem legem impoſuerit, quia ſi non imponeret, tunc non poſſet poſtea imponere. l. perfecta. C. de don. quæ ſub modo. Et per hanc inductionem tenet Lud. contra communem ſententiam. ¶ Pondera tu ſi vera eſt, & ſubtilis inductio, ꝙ d. l. illud. §. fin. non loquatur in donatione ſimplici facta filio in poteſtate, ſed ſolùm facta filio emancipato, ꝙ eſſet *de directo contra omnes in duob.* primò inquãtum Doct. in articulo præcedenti tenent, ꝙ donatio ſimplex facta filio in poteſtate non confertur alicui. dicta. l. illud. §. fin. intantum, quòd dicit do. Alex. quòd de hoc non eſt opus amplius diſputare, per illum text. certè ſecundum inductionem Lud. ille text nihil probat, quia loquitur in filio emancipato, & ſecundum eius inductionem non poteſt loqui in filio in poteſtate. ¶ Secundò opp. contra communem opin. in iſto ſecundo articulo, ꝙ imò emancipatus non tenetur donationem ſimplicem conferre. Reſponde ad inductionem Lud. ꝙ tex. in d. l. illud. §. fin. loquitur in donatione ſimplici facta filio in poteſtate, non autem loquitur de facta filio emancipato, quia ſic corrigeret. l. vt liberis. §. fin. ſ. eod. ꝙ non eſt dicendũ. ¶ Nec obſt. illud, ꝙ text. dicit, niſi huiuſmodi legem donator tempore donationis impoſuerit, quia reſpondeo, ꝙ quando: l. loquitur in aliquo caſu ratione frequentioris vſus, quia ita ſolitum ſit magis frequenter fieri, non per hoc negat, quin idem ſit in alio caſu omiſſo. Iſta eſt doctrina glo. not. & approbatę in cle. 1. in verſ. præſidentes. de reſcrip. & ibi do. Ant. de Butr. Card. & Imo. ad hoc not. ſed habes aliam de iure ciuili meliorem de iure in l. 1. in glo. 1. C. de his, qui ad Eccleſ. confu. gl. in Authen. caſſa, & irrita. in verb. per totam Italiam. ſupra de ſacroſan. Eccleſ. & glo. in l. vnica. in verbo ſponſam. C. de rap. virg. Bald. & Doct. in cap. 1. §. ſi quis verò ruſticus. de pace tenen. in vſib. feud. quia ergo frequenter euenire ſolet, ꝙ pater quo tempore facit talem donationem, talem. l. apponit, ideo illud, ꝙ eſt appoſitum propter frequentationem, nõ excludit, quin idem eſſet ſi pater poſtea diceret, ſeu faceret illam legem, & per hoc limitatur regula cap. nonne bene dicimus. de præſcrip. Aliter reſpondet do. Fran. de Aret. in d. l. ſi emancipati. in pen. colu. ff. eod. & recitat iſtam opin. Lud. & reprobat: nam dicitur, ꝙ d. §. fin. in d. l. illud. intelligitur, quando donatio fit à marre, vel linea materna, quo caſu ſtatim valet, & ſic effugitur contrariũ. Sed certè violatur ille text. qui ſuperius loquutus eſt tam de matre quàm de patre, & ſic de vtroque, tamen ipſe d. Fran. dicit, ꝙ *ille eſt communis intellectus* ad illum text. ¶ Secũdò pro iſta * ſententia contra communem mouetur Lud. Ro. nam filius emancipatus tenetur conferre illa, quæ habuiſſet neceſſe conferre, ſi remanſiſſet in poteſtate patris, & non alia. text. eſt not. in l. ſi fratres. §. idem Papinianus. lib. eo. ait. ff. pro ſoc. ſed ſi remanſiſſet in poteſtate patris, non habuiſſet neceſſe conferre donationem ſimplicem, vt fit mani in articulo præcedenti, ergo etiam conferre non tenebitur nunc. Potes tripliciter rñdere. Primò, ꝙ text. ille loquitur de iure fforum ante l. vt liberis. ff. eod. Sed hæc non placet, quia ſic præſupponerem correctũ eſſe illum text. Secundò rñde, ꝙ ille text. loquitur in bonis caſtrenſibus, vel quaſi, vt patet ibi in verſ. *Stipendia, cæteraque ſalaria.* ¶ Tertiò rñde, ꝙ illa æquiparatio procedat, quando militat identitas rationis, alias non, ſed in propoſito ceſſat: nam ſi remanſiſſet in poteſtate patris, ideo non debuiſſet conferre donationem ſimplicem, eo ga ſtatim nõ valuiſſet, ſed poſt mortem patris, & ſic habuiſſet vim relicti, ꝙ non confertur, quæ ratio ceſſat in emancipato, ga ſtatim valuiſſet. Eandem opi. tenuit Fran. Tigrini de Piſis in d. l. illud. motus per illud fundamentum, cui rñde, vt per d. Alex. in d. l. ſi emancipati. in vlt. col.

* ¶ Alia *eſt communis ſententia, & vera*, quam tene, ꝙ filius emancipatus donationem ſimplicem conferre tenetur, tex. eſt ineuitabilis in d. l. vt liberis. § fin. & iſtam opin. tenent Bart. & alij oẽs Antiqui, & Noui, in d. l. vt liberis. ¶ Nec dicas, ꝙ text. in d. vt liberis. §. fin. non loquatur in donatione ſimplici facta filio emancipato, ſed loquatur in donatione facta ꝑꝑ emãcipationem, & ſic ꝑꝑ cauſam, prout rñdebant tenentes primam partem. Quia dic, ꝙ imò talis donatio eſt ſimplex, procedens ex mera liberalitate, text. eſt in l. fi. in verbo liberalitatis. C. de emã. lib. & dicit ibi Bald. ꝙ de hoc non reperitur melior text. in iure. facit text. in l. vnica. C. de ingra. lib. & text. not. in l. 1. C. de offic. præto. patet, quia ſi eſſet donatio ob cauſam, non requireret

a inſinuationem. l. aliquib. cum glo. [a] ff. de don. cum concor. ſed donatio facta tempore emancipationis, vel ꝑꝑ eman. talis donatio bene requirit inſinuationem. l. data. & ibi Bald. C. de don. plenius Bald. in l. illud. in 2. quæſt. C. de ſacroſan. Eccleſ. ¶ Ad idem bene facit text. in l. 1. ſ. eod. vbi emancipatus ideo conferre non tenetur, quia pater fecerat teſtamentum, ergo aliàs fuiſſet obligatus conferre, & ſic ibi ponderat illum tex. Raph. Fulg. & Pau. de Caſt. & do. Fran. de Aret. ibi, quia addit rationem, quam dicit eſſe manifeſtam: nam emancipatus præter caſtrenſia, & quaſi, omnia ſua bona tenet̃ conferre. l. 1. in princ. & l. 2. §. id quoque. ff. eo. ergo multo fortius tenebitur conferre ea, quæ habuerunt originem à patre, & à ſubſtantia paterna. vt l. fin. ſ. communia vtri. iudi. & hoc patet de ſe ſm eum. Pro eadẽ parte arguit d. Fran. de Aret. qui eam tenet in l. ſi emancipati. in vlt. col. ff. eo. nam de iure antiquo vſque ad l. illud. omnes fatentur, ꝙ emancipatus tenetur conferre donata. ſed text. in d. l. illud. §. fin. non ponit nouam regulam in materia, ꝙ probatur, quia niſi emergebat inæqualitas, non fiebat collatio de donatione ſimplici, ergo illa regula nõ de nouo inducitur, ſed erat de iure antiquo, de quo iure certum erat, ꝙ emancipatus donationem conferebat, & ſic regulla illa de hoc non poterat intelligi,

ADDITIO.

a ¶ Cum glo. Adde Chriſtophorum Porc. Inſti. de oblig. in 1. colu. in princ.

PVRPV.

Source : BIU Cujas

telligi, & hoc eſt ſubtile, & veriſſimum ſm eum. ¶Limita iſtã cõem ſnĩam, vt procedat ſi emancipatus vult ſuccedere pri, tunc bene tenetur conferre donationem ſimplicem. tex.eſt in l.pe.& fi.ff.de colla.dot.iuncta.l.1.ſcđo rñſo.s̃.de inof.do.Scđò notabiliter lĩta,& intellige prædictam concluſionem, q̃ emãcipatus teneatur conferre donationem ſimplicem, verũ eſt filio in ptãte, ita vĩ loqui.d. l.vt liberis. §.fi. in verbo pro tenore præcedentium legum.j̃.eo. nam præcedentes leges iſtud dicecebant, q̃ emancipatus tenetur conferre filio in ptãte, ſed alio filio emancipato non tenetur conferre talem donationẽ ſimplicem, quia emancipatus emancipato nihil ꝙfert, q̃a vnus nõ facit magis iniuriam alteri, q̃ èꝙ.l.ſi emancipati.in prin.j̃. eod. ita lĩtat Ang. in repe.d.l.ſi emãcipati. & ibi ſeq̃tur Lud.Rom. idem tenet Fulg.& Pau.de Caſt.in d.l.vt liberis. ¶Licèt diſputando poſſit ſic teneri, tñ in ꝙrium ſe habet *communis ſnĩa*, q̃ emancipatus tenetur ꝙferre donationem ſimplicem, nõ ſolũ filio in ptãte, ſed ẽt emancipato. Ita cõiter ꝙcludĩt poſt gl. quæ recitat varias opin.in hoc in d.l.vt liberis. vbi Angel. & Salicet. iſtud firmãt. Idem clarè tenet Bar.in d. l.ſi emancipati. in 2.col. ad fi.& ibi Cy.in 2.q. q̃ ñdent ad allegata in oppoſitum. & ibi vide latè. d.Alex.in antepe. & pe.col. ad quem te remitto, qui dicit, q̃ diſputando vtraque opi.eſt ſuſtentabilis. ¶Tertiò lĩta. d.cõem ſnĩam, vt procedat in donatione ſimplici facta p̃ patrem filio emancipato tp̃e emancipationis, aut poſt emãcipationẽ; in iſtis terminis p̃priè loq̃tur.d.l.vt liberis. ad fin. ſecus eſt in donatione, q̃ feciſſet pater filio ante emancipationem, deinde poſteà filiũ emãcipaſſet, q̃a licet p̃ emãcipationẽ ſubſequẽ tẽ reconualeſcat ſtatim talis donatio. l.ſiue emancipatis. C.de don.l.donationes. la 2.§.ſi pater. ff. de don.tñ talem donationẽ non tenebitur emãcipatus conferre, eo q̃a iſtud nulla. l.cauẽt, & vbi non habemus legem, ceſſat collatio. l.illam.j̃. eod. quia vt dixi.d.l.vt liberis.§.fi. loquitur ſolùm in donatione facta tp̃e emancipationis, vel poſt emancipationẽ, non aũt de ea, q̃ ante facta fuiſſet, ita lĩtat.d.Alex. non hic, ſed in d.l.ſi emancipati.in pen.col. Sed tu aduerte, q̃ ipſemet.d. Alexan.hic in 4. col.tenet apertè ꝙrium. Sed eum ſaluo à ꝙrietate, nam in d. l. ſi emancipati.in pe. col.loquitur d. Alex.de donatione facta ante emã cipationem, an ſequuta emancipatione debeat coferri per ipſum emancipatum alio emãcipato, & in iſtis terminis cõcludit ſingulariter, q̃ non, ſed hic loquitur, an debeat conferre filio in ptãte, & concludit, q̃ ſic, tñ illa lĩtatio. d. Alex. eſt multũ periculoſa, nec mihi ſatisfacit. ¶Quartò lĩta prædictam concluſionem procedere in donatione ſimplici, quia illã bene emancipatus tenetur conferre, ſecus eſt in donatione cauſa mortis, quam emancipatus non tenetur conferre, eo quia illã acquirit poſt mortem patris, & non in vita, & ſic eſt eadẽ ratio prout in donatione ſimplici facta filio in poteſtate, text.eſt in l. pen.cum glo. ff. eo. ¶Et per hæc remanet expedita hæc ſubtilis Auth. Iaſ.de May. Mediolanenſis vtriuſque cenſuræ Doct. in Gymnaſio Piſano.

LEX II.

I pater. Hoc dicit. Dos promiſſa confertur liberando, vel cauendo. Nota ex hoc text.cum gl. q̃ dos, quæ non põt actualiter conferri, debet conferri eo modo, quo põt. ¶Adde, q̃ eodem modo ad euadendum pœnam ſufficit implere promiſſionem eo modo, quo impleri põt, vt probat text.in l. quidam cũ filium.in verſi.fi.& ibi Bar.no.ff.de verb.oblig. Simi liter ſufficit implere conditionem eo modo quo poteſt.l.mulier. in prin. & ibi Bar. ff.de condi.inſti. facit text.in l.hæredib.in fi.ff.ad Treb.& l.quib.dieb.§.dñs ſeruo.ff.de condi.& dem. ¶Et
a iſtud facit ſm Bald.ad q.de eo, qui promiſit liberare [a] fideiuſſorem ſub pœna.cum quo Sal.& Mod.tenent cum concor. addi tis p̃ d.Alex.hic,& in l.facere poſſe.ff.ſol.matr.quib.adde Bal.in l.2.§.1.ad fin.ff.ſi cer.pet. ¶Limita iſtam.l.& ſimiles in caſu. l.ex parte.§.1.ff.fam. erciſc. & cogita, an ille text. ſit correctus hodie per Auth.ex teſtõ,& in corpore vnde ſumĩt. s̃.eo.gl.ibi dubitat, de hoc nil clarè decidit, vĩ tñ tenere, q̃ non. Tñ attenta ratione, quam ad illam Auth. aſſignat Bart.in l. ſi emancipati. in pen.col.j̃.eod.& in l.pater filium. ff.de collat. dot. poſſet dici oppoſitum, primum verius eſt. nam cùm illud ibi ſpecialiter ſtatutũ ſit, non intelligitur correctum per l.nouam poſteà gñaliter loquentem.glo.in l.ſciendum.in princip. ff.qui ſatiſd.cog.

ADDITIO.

a ¶Liberare. Adde Bal.in l.Labeo.in §.fi.ff.de arb. Sal.in l.ſi p̃ ea.C.mãd.in 6.q.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio hæreditatis facta à filio patri ſine iuramento, an valeat.*
2 *Pactum de non ſuccedendo, de iure ciuili non valet.*
3 *Pactum de non ſuccedendo, an firmetur iuramento.*
4 *Pactum negatiuum de non ſuccedendo non valet, ſex rationibus, hæc eſt regula, tamen fallit ſeptem modis, vt hic per ordinem.*
5 *Statuto diſponente, quòd mulieres non poſſit contrahere, vel ſe obligare ſine conſenſu duorum propinquorum, etiam cum iuramento, ſi filia contrahat cum patre, vel renunciaret patri, an habeat locum ſtatutum.*

LEX III.

Pactum dotali. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur deciſio. In ſecunda ponitur illatio, ibi, nec inteſtato. In tertia ponitur deciſionis modificatio, ibi, dotem ſanè. Ratio dubitandi erat, quia quilibet põt renunciare fauori ſuo. l.pen. C.de pact. Ratio decidendi ponitur ibi, iuris authoritate improbatur. iuncta.l.ſi quando. §.pen.ſupra de inoffic. teſta. ¶Pactum, quòd filia dote contenta non ſuccedat patri, non valet, ſed eo non obſtante ſuccedit, & do-
a tem confert. hoc dicit. ¶Et cogita, [a] quam dubitationem hic habeat text. ſi filia erat in poteſtate patris, quòd in dubio præ-
* ſumitur. l. ſi emancipati, in verbo *teque emancipatum probatum fuerit*, vbi dicetur.j̃.eod. quia etiam ſi pactum non eſſet improbatum à iure, vt dicit text. tamen ex quo erat factum inter patrem, & filium in poteſtate, erat de ſe inefficax, quia inter pa-
b trem, & filium in poteſtate non naſcitur obligatio efficax, [b] ſed naturalis tantum.l. frater à fratre. in princip. ff.de condi.indebit. Propter hoc puto, quod Odofr.dicat, quòd neceſſariò
c iſte text. debet intelligi in filia emancipata, [c] tamen eſt diuinare, præſertim cùm in dubio filia non præſumatur emancipa-
1 ta. ¶† Et per iſtum textum infert Odofred. quòd quidam ſcholaris Cremonenſis decepit patrem ſuum commendabili fallacia, cùm haberet nouercam inſidiantem, quæ prohibebat patrem ſubminiſtrare pecuniam neceſſariam filio ſtudenti, venit ad patrem, & dixit, ſum contentus renunciare ſucceſſioni paternæ, cum hoc, quòd des de præſenti tantam pecuniam, quæ ſufficiat pro expenſis ſtudij. Nouerca, vt proprijs filijs totam ſucceſſionem arrogaret, perſuaſit patri, vt faceret, perfecto ſtudio, mortuo patre filius partem hæreditatis obtinuit, quia renunciatio non valuit, niſi iuramentum interueniſſet, debet tamen computari in partem ſuam illud, quod expendit in ſtudio, propter renunciationem factam, quæ expenſa aliàs non computaretur filio, quia præſumeretur facta à patre affectione paterna, & animo donandi.l.quæ pater. ff.famil. erciſcund. & idem tenet Bald.hic in 10. & 11.quæſtio. Salic.& Paul. de Caſtr. hic reputant not. dignum.domin. Alexand.in Authen. quod locum. ad fin. infra eod. Solus Cyn. hic tenet, quòd impenſa ſtudij etiam in hoc caſu non computetur illi in partem ſuam, per text.in l.prima.§.confertur. ff.eod.melius facit.l.ſecunda.§.de illis.cum glo.not. ff.eod. ſed teneas primã
d oppo.vt dicetur in Authent. quod locum.j̃. eod. [d] ¶† Not. ex
2 hoc text. quòd pactum de non ſuccedendo
e [e] de iure ciuili nil valet. concordantes habes in gloſſ. ¶Et vnam rationem aſſignat Iuriſconſul.in l.fin.de ſuis, & legit. Aliam aſſignat text. in l.ſi quando. §. & generaliter. C.de inofficioſ.teſtament. Aliam aſſignat Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de verbor. obligat. Aliam aſſignat Bald.hic in 19.quæſt. & Paul.de Caſtr. Quintam rationem aſſignat Sal. in l. pactum, quod dotali. s̃. de pac.per l.hęreditas.C.de pact.conuen. Tu adde 6.rationẽ, q̃ aditio, & repudiatio à pari procedunt, quia ille poteſt repudiare, qui poteſt adire, & ècontra.l.nec is.& l.is poteſt. ff.de acquirend. hæredita. ſed viuentis non poteſt hæreditas adiri. l.qui ſuperſtitis. ff.de acquirend. hæred. ergo etiam viuentis non po-

ADDITIONES.

a ¶Et cogita. Adde, quod imò hic tex.probat eam emancipatam.in verſi.hae rõne.q.d. ſecus ſi filia emancipata, quia tunc non de iure ciuili, ſed prætorio. §.emancipatos. Inſti.de exhæred.lib. & j̃.verſi.fratrib. qui in poteſtate mãſerunt, quia ſecus in filia, quæ exiuit.l.cùm prætor. ff. de iud. PVRPV.

b ¶Efficax. Adde, quod erat dubium, ex quo naſcitur obligatio efficax ex cauſa dotis inter patrem, & filium.l. Pomponius Philadelfus. ff.famil.erciſcund. ſic videbatur debere valere tale pactum, iuxta not. in l. ſi cùm dotem.in principio. ff. ſoluto matrimonio, ſed ratio decidendi eſt, quia tale pactum non interponitur ſuper ipſa dote, ſed ſuper alijs bonis patris, quòd filia ad alia bona nullum habeat regreſſum,& ſic tanquam factum extra cauſam dotis non valet. BELLOT.

c * Emancipata. Illatio Odofred.ad quam vide Alexand.in Auth.quod locum. in fin.infra eod. PVRPV.

d ¶Eod. Et idem tenet Alexand.in addi.ſub litera b.in l.1. §.nec caſtrenſe. col. 3.ff.eod. PVRPV.

e ¶Succedẽdo. Adde text.in c.1.de fil.nat.ex lib.ven.& in c.filij nati.ſi de feud. defunct.conten.ſit inter dom.& agna.

Source : BIU Cujas

non pōt hr̃ditas repudiari. Hinc eſt, ꝙ ſi pater eſſet defunctus, pōt hr̃ditas patris defuncti repudiari, tex. eſt in l. de fideicō. & ibi Bar. ad hoc not. C. de tranſact. & text. in l. ſi qn̄. §. 1. s̄. de inof. teſt. facit. l. 1. C. de pact. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. verb. oblig. Alias limitationes. ꝯ. breuiter recolligā. ¶ Gl. j. in verbo improbatur. diuiditur in quatuor partes. In prima aſſignat rōnem ad text. & eum extendit. In ſecunda format vnam qōnem. In tertia format aliam. In quarta, & vlt. oppo. ꝯ tex. & tripliciter ſol.

a ¶ In ſcḋa parte concludit [a] gl. † ꝙ pactū de non ſuccedendo [b]
3 non firmatur iuꝝ, imò iuꝝ interpoſitum nihil valet. gl. be-
b nè dicit attento iure ciuili, ſed de iure cano. pactū de non ſuc-
c cedēdo [b] bene firmatur iuꝝ. text. eſt in c. quamuis. [c] de pact. in 6. pp quem tex. inoleuit conſuetudo ſm Ange. per totam Italiam, ꝙ qn̄ filiæ traduntur nuptui, renunciant hr̃ditati patris cū iuꝝ. Et quamuis Cyn. dubitet, qūo poſſit d. c. procedere, quia pactum, ꝙ eſt improbatum à iure ciuili, quia eſt ꝯ bonos mores, non dēt poſſe firmari iuꝝ etiam de iure can. Sed errat, ideo aduerte, ꝙ pactum negatiuum de non ſuccedendo non eſt improbatum à iure ciuili, eo ꝙ ſit ꝯ bonos mores, ſed dicitur quia filius pro modico pn̄ti de facili renunciaret magnæ hr̃ditati pr̃is, & ideo tale pactum firmatur iuꝝ de iure can. ita loqtur. c. q̃uis. præalleg. ſed pactū affirmatiuū de ſuccedēdo, illud eſt ꝯ bonos mores, qa inducit votū captandæ mortis, & iſtud non firmatur iuꝝ, ēt de iure can. ita declarat Bart. in l. fin. in 2. col. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. in 1. col. ff. de verb. oblig. & Bal. hic in 19. q. Limitatur tamen. d. c. q̃uis. varijs modis, vt per Moder. & præcipuè. d. Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. non pono hic. In tertia parte gl. item qd ſi cum vxo. inq̃tum gl. alleg. c. imperialem. §. fi. de prohi. feud. alie. per Fed. debuit alleg. text. in cap. 1. de filijs natis ex matri. ad morg. ꝯcto. & tex. in c. filij nati. ſi de feud. conten. ſint inter do. & agna. p quæ iura limitatur regula tex. nr̃i, ꝙ licèt pactum de non ſuccedendo non valeat, tn̄ conſuetudine firmari pōt. ille tex. in d. c. 1. facit ſm Paul. de Caſt. Lud. Ro. & plenius. d. Alex. hic, & ante eos d. Ant. de But. in c. per venerabilem. in 30. col. in ver. ſed eſt dubium an pr̃, &c. qui fil. ſint legi. ꝙ pater non pōt
d facere [d] legitimari filium naturalē cum pacto, ꝙ pr̃i non ſuccedat, vel ſuccedat, ꝓut pr̃i placuerit, & valeat legitimatio, vt hic plenius per d. Alex. cum multis concord. per eum alleg. Et vltra allegata p eum addo Pau. de Caſtr. in l. ſolet. ff. de iuriſd. om. iud. & d. Alex. in conſi. 25. ꝙ incip. circa primum dubium, quo quæritur, an exiſtentib. &c. in 4. col. in 1. vol. & in conſil. 30. in 4. vol. ꝙ incip. iuxta ea, quæ aliàs, &c. & Bar. Veron. in caut. 158. Benè facit, ꝙ vult Bar. in l. fi. in vlt. col. ff. de cond. ſine cau. vbi tenet, ꝙ filius natus ex nuptijs inceſtuoſis, cenſetur quo ad aliqua legitimus, & quo ad aliqua non. Facit, ꝙ notant Bar. & Bal. in l. cōium. in prin. p illum tex. C. de nat. lib. vbi ꝯcludunt, ꝙ ſi quis legitimatur virtute alicuius ſtatuti, erit legitimus quo ad bona, & perſonas illius loci, in quo viget ſtatutū, & non alibi. Aduerte, tn̄ inq̃tum principaliter Doc. mouentur per illum tex. d. c. j. de fil. nat. ex ma. ad morg. malè alleg. tex. illū. q eſt feudorum, qa iura feudorum, q̃ ſunt ſigularia, non pn̄t allegari ad deciſiones aliarū cārum, q̃ feudalium, vt expreſsè dicit Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. vt liberis. ff. de oper. lib. Bald. in Auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſ. Eccle. præcipuè, qn̄ iura feudalia non ſunt fundata in rōne naturali, & iuſta, vt pulchrę firmat Lud. Rom. in ꝯſ. 212. incip. quo ad primum quo quæritur. in ſcḋo dubio. ſed ſic eſt, ꝙ tex. d. c. 1. non fundatur in rōne naturali, vel iuſta, imò ꝯtinet iniquitatē, vt ibi dicit Bal. ergo malè alleg. p Doct. ad qōnem ltīmationis. ¶ In quarta, & vlt. parte gl. ibi, item opponitur. Aduerte, ꝙ text. in d. l. 1. §. ſi parens. ff. ſi à paren. qs fue. ma. ponit duos caſus, qui obſtant ꝯ regulam tex. nr̃i. ¶ Primus eſt, qn̄ pater accepit pecuniam, vt filium emanciparet, pp hoc repellitur à ſucceſſione filij, & ad iſtum caſum vadit tertia ſolutio gl. ꝙ pr̃ repellitur non vi pacti, ſed qa turpiter fecit accipiendo pecuniam pro emancipatione filij, ideo repellitur à ꝯtabulando, ſicut qn̄ pr̃onus accepit pecuniam, vt manumittat ſeruum, repellitur à ꝯtabulando teſtm̄ liberti. l. ſi quam, vbi gl. magiſtra. C. de oper. libe. eo maximè, qa contratab. datur patri ad inſtar patroni. l. 1. in prin. ff. ſi à paren. qs fue. man. Et iſtā ſol. ēt approbat Bar. in l. fi. in 3. col. C. de pact. & licèt alibi ſit tex. in l. vtrum turpem. ff. de verb. oblig. qui dicit, ꝙ ſi pr̃ accepit pecuniam pro emancipatione filij, non turpiter facit, per quem text. Imol. ibi, & Lud. hic reprobant iſtam ſolu. Tu defende, vt per d. Alex. hic. ¶ Secundus caſus ponitur in illa. l. 1. §. ſi parens. quando pater accepit à filio emancipato, quod eſt ſatis, & tunc rn̄de, ꝙ pater repellitur à contratabulando teſtamentum filij, quamuis ſit præteritus, eo quòd tantum habuit, quantum aſcendit legitima ſua, ſecundum Bart. ibi, & in l. fi. s̄. de pact. & ſequitur dom. Alex. hic, & in conſi. 60. in 2. vol. incip. circa primum dubium. in 11. col. Tamen quia fortiter obſtat tex. in l. ſi qn̄. §. fi. C. de inof. teſta. ideo dic melius, vt per Sal. hic,
4 & plenè examinaui in d. l. fi. C. de pact. ¶ † Et ex his omnibus, q̃ dicta ſunt in text. & gl. fac breuiter regulam, & aliquas fallentias, & regula eſt, quod pactum negatiuum de non ſuccedendo, non valet per ſex rationes poſitas in text. ¶ Fallit primò, niſi haberet mixturam delicti. d. l. 1. §. ſi parens, in primo caſu. ¶ Secundò, quando tantum accepiſſet paciſcens, quantum ca
e pit ſua legitima. d. §. ſi parens. in 2. reſponſo. ¶ Tertiò fallit, e quando interueniſſet iuramentum. d. c. quamuis. de pact. in 6. ¶ Quartò, qn̄ adeſſet cōſuetudo, quia conſuetudine tale pactū poſſet validari, iurib. s̄. alleg. ¶ Quintò, quando fieret pactum ſuper hæreditate patris, vel alterius iam defuncti, iuribus in text. alleg. ¶ Sexto, quando filius legitimaretur, cum pacto, ꝙ patri non ſuccederet, valeret, vt s̄. dixi. ¶ Vltimò fallit in iure primogenituræ, cui poteſt per pactū renuntiari, ſicut fecit Iacob, quando renuntiauit Eſau, vt eſt in veteri teſtamento, & glo. in l. quoties. ff. de hæredib. inſtit. & tex. in c. quam ſit periculoſum. 7. q. 1. & ibi habes, in quibus conſiſtat ius primogenituræ, ita determinat Ang. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, in ſuis recollectis. ff. de ver. oblig. & p eo optimè facit, quia primogenitura eſt ius, quod competit ex priuilegio. facilius ergo tollitur pactum, quàm ius commune. l. eius militis. §. militiamiſſus. ff. de teſta. mili. ita teneas, quāuis ꝯrium teneat Lud. Ro. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, in 10. col. & ibidem Imo. quia iudicialia veteris teſtamenti non aſtringunt, niſi quæ ſunt approbata, vt hr̃ in c. fin. §. his itaque. 6. diſtinct. & c. fi. de conſue. ¶ Extra gl. non omitto vnum, ꝙ dicit Bald. hic in vlt. col. in
5 21. q. quod eſt multum vtile in practica, † ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ
f mulieres [f] non poſſint ꝯhere, vel ſe obligare ſine cōſenſu duorum propinquorum etiam cum iuramento, ſi filia ꝯheret cū pr̃e, vel renuntiaret patri, non requiritur cōſenſus propinquorum, nec habet locum iſtud ſtatutum pp naturalem affectionem, quæ veriſimiliter cadit in ipſo patre, per tex. in l. Aurelius. §. Titius teſtamento, ad fi. ff. de lib. leg. & per l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſti. cum alijs hic alleg. per eum, ſed in alijs proximiorib. bene requireretur, ſiue fiat contractus, ſiue diſtractus, ſiue liberatio. Magna limitatio eſt ad ſtatutum ſic gn̄aliter diſponens. Iſtam deciſionem Bal. attingit ſolus Lud. Rom. hic ad fi. alij nihil tangunt, & idem Lud. Rom. eam ſequitur in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. ff. de acquir. hær. ſequitur. d. Alex. ſimpliciter nullo addito in conſil. 106. lib. 1. incip. quo ad præſens quæſitum dubitationem facit, ad fi. & conſil. 29. in 3. vol. incip. præclarè, in pe. col. ſequitur etiam d. And. Barb. in c. cauſam matrimonij. in 3. col. vbi nihil addit, de offic. deleg. ¶ Poteſt confirmari, quia nullus amor vincit paternum. l. fi. in princip. C. de cur. fur. Item pater plus diligit filium quā ſeipſum. l. iſti quidem. in fin. ff. ꝙ met. cauſ. Item filius non dēt plus confidere de alio, quàm de patre. l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſti. Non inuenio aliquem ꝯdicere. Tamen valde dubito, per rationem text. in l. data. C. de don. Secundò, quia ratio. d. ſtatuti eſt, eo quia mulieres, vel minores facile ſeducuntur, quandoque minis, quandoque blanditijs. Item æquiſſima ſunt ſtatuta, quæ diſponunt, quòd debeat interuenire conſenſus duorum propinquorum, ita dicit Bal. in l. 2. in 9. q. C de reſcin. vend. idem Bald. in l. 2. circa fin. C. de adoptionib. ſed facilius poſſunt filiæ ſeduci à patre quàm ab alio, ideo ibi potius eſt neceſſaria prouiſio ſtatuti, quàm in alijs, nam vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum. l. 3. §. duæ autem ſunt cauſæ. ff. de carb. edict. Confirmo [g] tertiò per illud, quod ſingular.
g decidit Salicet. in l. tranſactionem. C. de tranſact. vbi licèt præſentia conſanguineorum, vel coniunctarum perſonarum, quando minor, vel mulier contrahit, debeat interuenire, ne mulier dicatur inducta metu, vel blanditijs ad contrahēdum, vt ibi eſt text. & ibi not. Doctor. tamen dicit Salyc. quòd ſi filia ꝯheret cum pr̃e, non ſufficeret præſentia conſanguineorum, quia

ADDITIONES.

a ¶ Concludit. Adde ſimilē gl. in l. ex eo. ꝯ. de inuti. ſtip. vbi arg. de pacto. de nō ſuccedendo ad pactum de ſuccedendo, & dicit vtrunq; contra bonos mores. Idem Bar. ſibi contrarius in l. pactum, ꝙ dotali. s̄. de pact. idem per gl. in l. ſi quando. §. 1. s̄. de inoffic. teſt. PVRPV.

b ¶ Succedendo. Adde Georgium Natam in repe. c. quamuis. de pact. lib. 6.

c ¶ Quamuis. Ampliа. c. quamuis, ad filium, cui nihil daretur. Barto. conſil. 17. quid de collat. PVRPV.

d ¶ Facere. Adde Io. An. in addi. Spe. in tit. de ſuc. ab inteſt. in §. fi. Card. Alex. in rep. c. per venerabilem, qui fil. ſint legi. Ant. Roſ. in tract. de legitimatione.

e * Tertiò fallit. Adde, ꝙ Fran. Are. in l. qui ſupſtitis. col. 5. ff. de acqui. hær. dicit, ꝙ talis renuntiatio non valet ēt cum iuꝝ, niſi præſens ſit is, de cuius hæred. agitur, & conſentiat, vt ibi per eum. BELLOT.

f ¶ Mulieres. Quæſtio Bald. de ſtatuto, quòd mulier non obligetur ſine conſenſu propinquorum. Iaſ. in l. præſes. 2. colum. s̄. de tranſact.

g ¶ Confirmo. Adde. l. 1. §. de inſpectione. ff. de vent. inſpi.

Source : BIU Cujas

quia maior est reuerentia pris, q̃ illorũ, licèt. d. Alex. ibi per aliqua impugnet. Quartò facit, qa præsumit metus reuerentialis in pre, & marito, fm glo. & Bar. in l. 1. §. q̃ onerandæ. ff. quarum
2 rerũ actio non da. imò p̃sumitur metus reuerẽtialis [a] ẽt in fratre, qui est maior natu, & gubernat minorem, secundum Francisc. de Aret. in consilio 24. incip. quatuor dubia. in prima columna. ad fin. & sequen. Quintò facit, quia. l. magis confidit de tutore quàm de patre, patet, quia pupillus obligatur efficaciter cum auctoritate tutoris, sed non cum auctoritate patris, text. est de vtroque in §. pupillus. Institu. de inutil. stipulatio. & ibi gloss. assignat rationem, quia qui tutorem habet, obligatur, si malè auctoratur, sed non pater. l. cùm oportet. §. sub hac tamen. C. de bon. quæ liber. & ad id, quod dixi de metu reuerentiali patris, adde text. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matri. l. si patre cogente. ff. de ritu nup. iuncta. l. pen. ff. de furt. cogita diligentius super veritate huius dicti. Iason Pisis.

ADDITIO.

a Reuerentialis. Adde Bartol. in tract. de Tyran. q. 5.
* Et quanto tempore præscribatur iuri dicen. contractum factum metu, vel reuerentia patris, vide Bald. consil. 189. lib. 1. BELLOT.

SVMMARIVM.

1 *Dos profectitia est, quæ à patre, vel eius contemplatione proficiscitur.*
2 *Aduentitia an hodie conferantur.*
3 *Filia tenetur conferre dotem non solùm profectitiam, sed etiam aduentitiam fratribus, qui remanserunt in potestatem, non autem fratribus emancipatis.*
4 *Bonorum possessio contratabulas an reducat rem ad causam intestati.*
5 *Statuto disponente, q̃ existentibus masculis filia fœmina non succedat ab intestato, si pater fecit testamentum, in quo instituerit filios, filiam præterijt, filia an debeat expectare, quòd fratres adierint hæreditatem, & posteà quia est præterita, debeat contratabulare testamentũ.*
6 *Emancipatus nihil confert emancipato. & num. 7.*

LEX IIII.

Filię dotem. Ista. l. fm Bar. & Pau. de Castr. est clauis, & fundĩ totius huius tit. aperit. n. materiam, & multas leges declarat. ¶Filia tenetur conferre dotem profectitiam, & aduentitiam filiis in potestate, sed emancipatis conferẽ profectitiam tñ. h. d. & habet tria prin. dicta, secundum est ibi, nec dubium est. tertium ibi, his etenim, qui in familia. ¶Et aduerte pro intelligentia secundi dicti, in quantum text. dicit profectitiam, seu aduentitiam à patre datam, vel constitutam (hoc enim valde necessarium est intelligere:) nam illa verba à patre datam, necessariò sunt transportanda, & debent referri ad illud, quod supra dixerat dotem profectitiã, scilicet
1 à patre datam. † nam profectitia dos est, quæ à patre, vel eius contemplatione proficiscitur, vt est tex. in l. profectitia. in prin. ff. de iure dotium. non autem debent referri ad illud, quod immediatè præcedit ibi, aduentitiam dotem, quia malè diceretur à patre datam, quia aduentitia dos non datur à patre, sed à matre, vel auo materno, aut extranea persona, ita intelligunt, & declarant istum text. Paul. de Castr. & domin. Alexan. hic, & ante eos Angel. in Authen. quod locum. infra eod. & idem est de mente Odofred. hic, alij nihil tangunt. Et secundum hanc declara. habes ex hoc text. vnum, quod Paul. de Castr. dicit, & meritò esse valde mirabile, quòd si filia succedat in hæreditare patris simul cum fratrib. qui erant in potestate patris, quòd ista filia non solum tenetur conferre dotem habi-
a tam à patre, vt dicit text. ibi profectitiam, [a] sed etiam dotem aduentitiam habitam à matre, vel auo materno, vel alia extranea persona, & istud addit ista. l. de nouo ad omnia iura fforum: nam licèt de iure fforum filia in dote aduentitia esset capax pleno iure, quia etiam de iure fforum dos aduentitia in totum acquirebatur filiæ, nec actio de dote erat communis patris, & filiæ. l. Caius. ff. soluto matrimonio. gloss. in l. 2. §. quòd si in patris. in gloss. 1. ff. soluto matrimonio, sed in dote
b profectitia, licèt talis dos dicatur [b] proprium patrimonium filiæ. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciscund. tamẽ actio est communis patris, & filiæ. dict. §. quòd si in patris, tamen licèt de iure fforum ita esset statutum in dote aduentitia, nullibi tamen habetur de iure fforum, an talis dos aduentitia debeat fratribus conferri. istud ergo de nouo deciditur in hac. l. & mirabilitas stat in hoc, quia si tracteretur de successione matris, quòd dos aduentitia habita à matre deberet conferri, satis posset procedere. Similiter si tractaretur de hæreditate aui ma-
c terni, quòd dos aduentitia [c] habita ab auo materno conferri debeat, vtique rationabile esset, quia illa dos debet conferri, quæ est habita ab illo, de cuius successione agitur, text. est notabilis in l. vt liberis. circa medium. in versi. de cuius hæreditate agitur. infra eodem. sed in hoc text. stat mirabile, quòd agitur de hæreditate patris, & tamen dos aduentitia habita ab alio, scilicet à matre, vel auo materno debeat conferri: tamen istud corrigitur per illam. l. vt liberis. in versic. de cuius hæreditate agitur. infra eod. fm Paul. de Castr. hic in tribus locis. idem per omnia dicit Paul. de Castr. in l. si emancipati. in vlt. colum. infra eod. & in d. l. vt liberis. in tertia colum. idem tenet domin. Alexaud. hic in primo notabili, & in dict. l. vt liberis. in prima colum. alij nil tangunt. ¶Ego puto, quòd iste sensus non sit verus, nec tenendus ad hunc text. Primò facit violentiam literæ, quam oportet transportare. ¶Secundò, quia resultat illa mirabilitas, quæ posteà corrigitur per illam. l. vt liberis, & ideo intelligo literam planè, prout iacet absque aliqua transportatione literæ, & intelligo profectitiam, seu aduentitiam à patre datam, vel constitutam, & quod vtraque seu profectitia, seu aduentitia dos sit data à patre. Et si dicas, quomodo potest esse aduentitia dos, quæ sit data, vel constituta à patre? istud est, quod decepit istos Doctor. Sed respondeo, quòd potest esse profectitia dos, & etiam aduentitia, quæ sit data à patre: nã si pater dat dotem filiæ propter benemerita filiæ, ista dicitur aduentitia dos, & non profectitia, gloss. est ordinar. in l. si donatione. infra eodem, & Authent. vnde & si parens. supra de inofficios. testament. aliàs dicitur profectitia, & de ista loquitur propriè text. noster, & istud est, quod vult dicere text. quòd filia tenetur conferre dotem profectitiam habitam à patre tanquam filia. & isto modo litera planè procedit sine trinsportatione. Et isto modo text. non probabit illud notabile, quod notant Paul. de Castr. & domin. Alexand. hic, quòd quando tractatur de hæreditate patris, quòd dos habita ab alia persona puta matre, vel auo materno confertur, istud non dicit iste text. sed loquitur semper de dote habita ab ipso patre, de cuius hæreditate agitur, & secundum hoc iste text. non corrigitur per illam. l. vt liberis, vt dicunt isti Modern. & inuenio, quòd Raphael. Fulgos. in dict. l. vt liberis. in prima colum. licèt non aliter declaret istum textum, expressè dicit, quòd iste text. non corrigitur per d. l. vt liberis. Bene fateor, quòd quantum ad id, quod in hoc text. dicitur, quòd dos aduentitia confertur, istud est benè hodie correctum per l. final. infra eod. vbi de nouo sta
2 tuitur, † quòd aduentitia hodie non conferuntur, & istud expressè dicit gloss. hic approbata per omnes. Item bene fateor, quòd ista. l. declarat vnum, quod non est alibi bene expressum, quòd filia, quando succedit in hæreditate patris simul cum fratribus in potestate retentis, quòd non solùm tenetur conferre dotem profectitiam, sed etiam dotem aduentitiam, quam habuit ab ipso patre propter benemerita, & sic tanquam extranea. Et de hoc, quod dixi, quòd ista. l. sit in hoc correcta per l. final. infra eodem. dic melius, vt ibi dicetur, & hoc modo habes enucleatum proprium, & verum intellectum huius tex. quem non inuenies ab aliquo sic declaratum.
3 ¶† Not. ex tota. l. quòd filia tenetur conferre non solùm dotem profectitiam, sed etiam aduentitiam fratribus, qui remanserunt in potestate patris, fratribus autem emancipatis tenetur solùm conferre profectitiam, & istud vltimum addit ista. l. de nouo ad iura fforum, quia de iure fforum istud non erat clarè decisum, & ideo text. noster dicit in fin. post varias prudentum opiniones. ¶Et si dicas, quæ potest esse ratio diuersitatis, quare fratribus in potestate debeat conferri non solum dos profectitia, sed etiam aduentitia, emancipatis autem solùm debeat conferri dos profectitia, cur diuersum? Respondent Odofred. & Alberic. hic, quòd ratio est, quia filij in potestate si succedunt patri cum sorore, nulla fit sorori iniuria, sed quando emancipatus admittitur de iure prætorio ad successionem, qui de iure ciuili erat incognitus, fit iniuria sorori in potestate, dicit text. in l. prima. in principio. ff. eodem. ideo cùm in vno grauetur, in alio alleuiatur, quòd teneatur tantum dotem profectitiam fratribus conferre, nec melior ratio posset cogitari in mundo. Limita istum text. & similes, & titulum. ff. de collat. dot. inquantum dicitur, q̃ filia tenetur conferre dotem cum fratribus, & istud dicũt multæ. ll. huius titul. sed non est aliqua. l. quæ melius distinguat quàm ista. Ista iura fallunt in vno casu sing. quem non inuenio tactum in tota materia collationum, secundum quem posset practicari vtilis cautela, quando pater testator in testamento suo reliquisset mille simpliciter filiæ suæ, vel dixisset pro dote (non facio vim.) posteà idem pater viuens soluisset mille pro dote

ADDITIONES.

a ¶Profectitiam. Adde Abb. in rubr. de pecu. cler.
b ¶Dicatur. Adde gloss. in l. Lucius Titius. ff. quibus modis pign. vel hypo. fol. glo. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor. Specul. titu. de instrum. edi. in §. 13. in versic. sed super. Idem Specul. titul. de empt. & vend. in §. 3.
c ¶Aduentitia. Adde gloss. in Authen. quod locum. in versic. mater. infra eodem.

Source : BIU Cujas

dotæ filiæ ſimpliciter, certè iſto caſu, quia ipſa datio, & ſolutio de mille venit ad implementum legati facti in teſtamento. l. Lucius. 1. ff. de legat. 2. ſumit ergo naturam legati, ſed legata non conferuntur. l. à patre. cum ſimil. ℨ. eod. iſto ſingulari caſu ergo dos non debet conferri fratribus, ita ſingular. dicit Bal. in l. filia. in 1. nota. C. de leg. & reputat eſſe valde notabi. ¶ Salicet. in d. l. filia. in vlti. quæſt. dicit, quòd ſi iſtud dictum Bald. eſt verum, eſt multum notabile, ſed quòd non putat eſſe verum, eo quia pater viuens ſoluendo intelligitur ſoluiſſe, vt legatum tolleret, ita dicit tenere gloſſ. in d. l. Lucius. Item putat, quòd filia in tali pecunia ſoluta non habeat ſolum titulum legati, ſed etiam titulum dotis. Sed poſito, quòd adeſſet titulus legati, tamen titulus dotis tanquam dignior trahit ad ſe titulum legati, argum. l. præcipimus. verſic. ex eod. C. de appellation. & l. quæritur. ff. de ſtatu homin. Et ita reſidet Raph. Fulgoſ. ibi, vbi dicit, quòd illud dictum Bald. eſt ſingulariſſimum, & perpetuò not. dignum, ſed non putat, quòd in ſtricta diſputatione ſit verum, eo quia cùm illud, quod erat legatum, nondum eſſet debitum, non poteſt dici, quòd pecunia ſit ſoluta pro eo, quod nondum debebatur, & aliud non dicit. Alij ibi nihil tangunt de hoc, nec domin. Alexand. ibi, nec in l. huiuſmodi. §. cùm pater. ff. de legat. primo. nec alibi in alio loco quem legerim. Puto, quòd illud dictum non ſit verum, etiam fatendo pro vero, (quod tamen non affirmo,) quòd talis pecunia ſoluta per patrem fuerit ſoluta cauſa legati, nam puto aduertendum, quòd ratio quare legata non conferuntur, eſt, quia acquiruntur poſt mortem patris. l. filiæ licet. & l. vt liberis. infra eod. iuncta regula. l. nec emancipati. ℨ. eo. ſed ego habeo, quòd talis pecunia ſoluta à patre acquiritur in vita patris, ergo debet conferri. Hoc fortius confirmo, quia quandocunque illud, ꝙ eſt legatum in teſtamento, ſoluitur ſimpliciter per teſtatorem in vita, talis ſolutio trãſit in ſpeciẽ donationis inter viuos, nec amplius poſſet reuocari, ita ad literam dicit Bart. poſt Dyn. in l. legatum. ff. de leg. 2. Bal. in l. 2. in 3. colum. C. de iur. dot. & in l. 1. in pen. col. C. ſi quis omiſſa cauſa teſta. ſi ergo aſſumit ſpeciẽ donationis inter viuos, eſt irreuocabilis, ergo recedit à natura legati, ergo conferri debet, cùm non ſit donatio ſimplex, ſed ob cauſam dotis. ¶ Glo. in verſi. vel ℨtabulas. diuiditur in tres partes. In prima declarat text. & ex eo infert. In ſecuda oppo. & dupliciter ſoluit. In tertia per viam fallentiæ remouet aliud ℨrium. Secunda ibi, ſed ℨ. ℨ. eo. Tertia ibi, ſed in caſu, qui venit.

4 ¶ In ſecunda parte gl. teneas ſecundam ſolu. & de hoc † nunquid bon. poſ. ℨtab reducat rem ad cauſam inteſtati, dixi, & limitaui in l. poſthumo. ſ. de bon. poſſ. ꝙtratabul. quam præt. al-

a leg. Et quòd [a] reducat, habes tex. notabilem. in l. filium. in verſ.

* pen. ff. de bon. poſ. contratab. ibi dicit tex. quòd *qui contratabulat teſtamentum, mero iure hæres inteſtato exiſtit*, pondera illud mero

* iure, *& magis communiter ſolet teneri*, reſeruatis his, quæ dixi in d. l. poſthumo, ꝙ ſi primò hæreditas ſit adita à ſcripto hærede, & poſtea intentetur bon. poſ. ℨtabu. non reducit rem ad cauſam inteſtati. ita tenet Bart. in l. illud. ff. de bon. poſ. contratab. Doct. in l. vt liberis. ℨ. eod. & Mod. hic. ¶ Iſtud inducitur per Ang. hic

5 in lect. Florentina ad vtilem deciſionem, † ſtante ſtatuto, [b] ꝙ

b exiſtentibus maſculis filia fœmina non ſuccedat patri ab inteſta. ſi pater fecerit teſtamentum, in quo inſtituerit filios, & filiam p̃terierit, filia debet eſſe cauta expectare, ꝙ fratres adeant hæreditatem patris ex eius teſtamento, & poſteà, quia præterita eſt, contratabularet teſtamentum, quia iſto caſu non propriè dicetur ab inteſt. venire, & ſic iſte caſus non eſt comprehenſus in ſtatuto, ſecus ſi ℨtabularet ante aditam hereditatem. ita etiam tenet Bald. in l. ſi emancipati. In 4. col. ℨ. eo. ¶ Iſta deci-

* ſio Ange. eſt falſa, & reprobatur *communiter per omnes hic.* Alibi vbiq; Bal. met, & ipſe Ange. ℨrium tenent, vt habes diffusè relatum per d. Alex. hic, & ℨ Ang. duo ſtringuunt, nam præſupponit Ang. vnum, ꝙ eſt falſum, ꝙ filia, quæ vigore ſtatuti non poſſit ab inteſtato ſuccedere, ſi ſit præterita in teſtamento p̃ris, poſſit illud ℨtab. ſed iſtud eſt falſum, quia ille poteſt contrab. qui poteſt ab inteſtato ſuccedere. l. 1. §. 1. ff. de bon. poſ. contratab. bonus text. in §. item adoptiuos. Inſti. de hæred. quæ ab inteſt. Secundò facit, quia ille poteſt de iure prætorio contratabul. qui de iure ciuili habet ius dicendi nullum: nam ſicut præterito de iure ciuili competit ius dicendi nullum, ita de iure prætorio competit ius contratabulandi, ſublato obſtaculo emancipationis: prætor enim induxit remedium contratabulandi ad ſimilitudinem iuris dicendi nullum de iure ciuili, ita dicit text. in d. l. 1. in princip. & §. 1. ff. de bon. poſ. contratab. ſed ſic eſt, ꝙ huic filiæ præteritæ non competit ius dicendi nullũ de iure ciuili, eo quia ius dicendi nullum deducit rem ad cauſam inteſtati, & filia ab inteſta. virtute ſtatuti ſuccedere non

* poteſt. *ita concludunt Bar. & omnes* in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ, cum ibi concor. ff. de lib. & poſth. & diffusè Bald. in l. fin. in vlt. char. C. de liber. præte. ſicut ergo non competit de iure ciui. ius dicendi nullum, per ℨñs nec de iure prætorio ius ℨtabulandi, ergo cùm præſuppoſitum Ang. ſit falſum, falſa redditur eius

* deciſio, quam reprobant omnes Mod. & ℨ Ange. *ſe habet com-*

c *munis opin.* [c] quam tenet Bar. in l. fi. in vlt. col. ff. ad Tert. & Batt. & alij in alijs locis relatis hic per d. Alex. quibus adde, ꝙ idem de verbo ad verbum tenet d. Alex. in conſil. 47. in 2. vol. incip. abundè. in pen. col. vbi etiam dicit, ꝙ iſta eſt communis opin. contra Angel. & alleg. formaliter eaſdem auctoritates, quas hic, ita etiam facit in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. idem tenet Lud. in conſil. 13. ꝙ incip. idem videtur mihi de iure concludendum. & d. Fran. de Are. in conſil. 160. incip. longa eſt conſultatio. in 14. col. & ſeq. in 12. dubio, vbi etiam dicit, ꝙ iſta eſt cõis opin. ℨ Ang. Sed tu aduerte, vt ſubtilius inueſtiges, tota vis ℨ Angel. ſtat in vno fundamento, ꝙ ille, qui non poteſt de iure ciuili ſuccedere ab inteſtato, vel habere ius dicendi nullum, ille etiam non poteſt contratabulare de iure prætorio, ſi hoc eſt verum, ſententia Angel. eſt falſa. Sed tu pondera, ꝙ cõtra hoc in terminis eſt deciſio Bart. quam ſubtiliter conſiderabis, in l. 1. in princip. in 2. colum. ff. de coniun. cum emancip. liber. vbi quærit Bart. pone, moritur auus habens filium emancipatum, & nepotem ex eo in poteſtate retẽtum, de iure prętorio per illum titul. filius emancipatus, & nepos in poteſtate coniungebantur, & ſimul ſuccedebant auo, ſed hodie de iure ciuili nepos non ſuccedit auo, ſed ſolus filius emancipatus, & ſi ambo eſſent præteriti, nepos nõ haberet ius dicendi nullum. Quærit Bartol. pone, ꝙ ille filius emancipatus ſit excluſus à remedijs iuris ciuilis, fortè per lapſum tẽporis, vel per expreſsã repudiationem, vel quia non velit, nunquid nepos de iure prætorio ſimul admittatur, & nunquid huic nepoti de iure prætorio competat ius contratabulandi? Determinat expreſsè Bartol. ꝙ ſic, ergo ibi expreſsè Bartol. vult, quòd ille, qui non ſuccedit ab inteſtato de iure ciuili, nec habet ius dicendi nullum, tamen de iure prætorio poteſt contratabulare, ergo contra prædicta. Et pro certò ſubtilis, & pulchra eſt ponderatio, cui non puto, ꝙ aliud poſſit reſponderi, niſi, ꝙ Bartol. ibi malè dicat per regulas. ℨ. adductas, quas ipſemet Bart. & alij ſequntur in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, & ita illam deciſionẽ Bart. in l. 1. reprehendunt Imol. Raph. Cum. & d. Alex. in l. fin. ff. de lib. & poſth. & do. Fran. de Are. in præalleg. conſi. 160. in 15. col. licèt dicat poſſe aliter euadi, vt illa deciſio Bar. non contradicat prædictis, tñ illa ſua euaſio non ſatisfacit, & melius eſt

6 dicere, quòd Barto. ibi malè dicat. ¶† Glo. in verbo non ſunt aliqualiter obſcura. principaliter eſt facta propter contrariũ. l. ſi emancipati. ℨ. eod. cui glo. tripliciter reſpondet, nam dicitur hic in fin. quòd filia in poteſtate, his, qui non ſunt in familia defuncti, profectitiam tantum dotem confert. Contra, quia ſi emancipatus emancipato nihil penitus confert. dict. l. ſi emancipati. in princip. ergo multò minus filia in poteſtate debet teneri emancipatis ad conferendum. Gloſſ. primò fatetur contrarium eſſe verum, & quòd iſte tex. non loquitur de filijs emãcipatis, nec iſtud dicit, ſed bene dicit, his qui in familia defuncti non ſunt. vnde loquitur de nepotibus natis ex fœmina filia, qui non ſunt in poteſtate aui. Contra iſtud gloſſ. obſcurè opponit: nam quomodo poteſt iſta. l. intelligi de nepotibus ex filia? nam quod nepotibus ex filia debeat conferri, non erat deciſum per leges antiquas ſtorum, vel Codicis, prout eſt iſta, ſed iſtud fuit hodie adinuentum per l. vt liberis. & l. illam. infra eodem. Gloſſ. verbis obſcuris fatetur, & dicit, quòd iſtud fuit additum per illos Iuriſcon. quibus Imperator dedit facultatem componendi. ll. C. ſed quia eſt violentia, & diuinatio ad text. hæc non valet. Secunda ſolut. gloſſ. eſt, quòd iſte tex. loquitur in filijs emancipatis, & tunc non obſtat contrarium, quia verum eſt, quòd emancipatis regulariter conferri non debet, fallit in dote, vt hic. Sed hæc eſt falſa, quia emancipatus

emanci-

ADDITIONES.

a ¶ Et quod. Ille verſic. nihil facit, ex quo refertur ad filium exhæredatum, qui non contratabulauit. d. l. filium. in princip. Cum. conſi. 37. colum. 7. verſi. 9. vbi not. de illa lege. PVRPV.

b ¶ Statuto. Adde Bald. in l. maximum. in 5. q. ℨ. de lib. præterit. Bald. in repe. l. pater filium. in 5. colum. ff. de inoffi. teſtam. Albe. de Roſ. in 2. parte ſtat. q. 104. incip. ex eodem. Ang. conſil. 136. incip. in q. vertente inter ſer Benedictum. Paul. de Caſtr. conſi. 315. incip. ſuper puncto quo quæritur.

c * Communis opi. Pro qua vide, quæ ſcribit Clar. §. teſtamentum. q. 42. verſi. quæ quidem concluſio. Practi. Pap. for. libel. ex teſt. verſic. ac etiam. numer. 9. vbi dixi, & not. idem Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nume. 58. & in repet. num. 20. ff. de liber. & poſthum. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. nume. 3. & ſeq. eo. tit. Doct. in apoſtil. ad Rom. in conſi. 13. vbi differunt de cõi, in qua diſtinguit Suarez. lib. ſent. verſi. filiæ quæ. Tiraq. de iure primig. q. 53. Dilect. de arte teſt. tit. 3. caut. 5. aliqua ponit Gabriel. com. opi. lib. 6. tit. de ſtatu. conel. 4. num. 31. & alijs ſeq. MASVER.

emancipato non confert etiam dotem, vt videbitis in l. vt liberis. ſ. eod. ¶† Tene ergo tertiam ſolutionem glo. ꝙ emancipatus emancipato nil confert, eo quia vnus non plus facit iniuriam alteri quàm ècontra, ita loquitur. d. l. ſi emancipati. ſed filia in poteſtate bene confert emancipato dotem profectitiã. Ratio eſt, quia cùm emancipatus conferat oĩa aduentitia, & profectitia, ſm tpa harum legum, in recompenſationem ſtatutum eſt hic, ꝙ filia in ptãte illi emancipato teneatur ſaltem conferre profectitiam dotẽ, ſm Iac. Bu. d. Alex. & Pau. de Caſt. hic. Et per hæc remanet expedita iſta lex. Iaſon.

LEX V.

DOtis. Hoc dicit. Dos ſoluta marito, quæ recuperari non poteſt conſtante matrimonio confertur, tantò minus accipiendo. h. d. & diſtingue tres caſus, vt totum habeas ſecundum Bartol. & alios hic. Iaſon.

SVMMARIVM.

1 *Aduerſatiua coniunctio ſed, eſt huiuſmodi naturæ, quòd denotat diuerſum factum, & ius diuerſum.*
2 *Mulieri quando poteſt imputari culpa, vel negligentia dotis non exactæ, illa computatur in partem.*
3 *Pater ſi dedit pecuniã filio vt emat libros, & filius illã pecuniam inutiliter conſumpſit, talis pecunia tempore diuiſionis debet ſibi imputari.*
4 *Expenſa doctoratus an imputetur filio in ſua parte hæreditatis.*
5 *Expenſa ſtudij facta per fratres fratri, mortuo patre, qui remanent ſimul in bobis paternis indiuiſis, an poſſit per eos repeti.*
6 *Fratres mortuo patre ſi ſunt ſocij omnium bonorum, vtrum debeant conſiderare, quod vnus facit maiorem expenſam, quàm alter, vel qđ alius lucratur pluſquam alius.*
7 *Filia ſi perdit dotem ſua culpa, vel negligentia, pater non tenetur eam amplius dotare.*
8 *Alimenta debentur filio à patre de iure naturali.*
9 *Filiafamilias poteſt agere ſine conſenſu patris in vno caſu, vt hic, licèt regulariter ſit contrarium.*
10 *Minor 25. annis non poteſt eſſe in iudicio agendo ad dotem.*
11 *Filia poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris pro dote aduentitia habita à matre, vel ab auo materno.*
12 *Pater ſi non vult conſentire filiæ volenti agere de dote, filia non videtur habere remedium.*

AVTHENTICA.

QVod locum. Iſta Authen. eſt valde not. & ſm Paul. de Caſtr. eſt ſing. in iure, & venit non corrigendo legem Codicis, ſed limitando, vt patebit ex diuiſione, quã nunc dicam. Diuido ergo in tres partes principales. In prima ponit duos caſus, in quibus procedit illud, quod fuit deciſum in l. præcedenti, vbi fuit deciſum, ꝙ dos ſoluta marito computatur ſorori in eius partem, & propterèà tantò minus accipit de hæreditate patris, & ſic dos eſt periculo mulieris. poſſet. n. contingere, ꝙ maritus non eſſet ſoluendo, & ſic in effectu dos eſſet inanis. dicitur hic, ꝙ illud procedit in duobus caſib. Primus eſt indubitatus, qñ maritus eſt ſoluendo. ſcđus, qñ maritus non eſt ſoluendo, ſed mulier fuit in culpa non exigendi dotẽ, q̃ ex l. Iuſtiniani poterat ꝙſtante matrimonio exigere. In ſecunda, quæ eſt ibi, quod ei licet, text. enumerat quatuor caſus, in quib. filia poteſt exigere dotem abſque patre, & propterea ſi non exigit, fuit in negligentia, & ſic ſua culpa ſibi nocet: vnus eſt clarus, quando filia non eſt in poteſtate patris, & eſt legitimæ ætatis: alij tres caſus ſunt in filia, quæ eſt in poteſtate, vt habes in tex. & glo. declarat. In tertia, & vlti. quæ eſt ibi, hæc obſeruantur, ponitur extenſio ad prædicta. ¶ Et aduerte pro intellectu tex. in quarto caſu, dũ text. dicit, ꝙ ſi dos eſt magna, inuito patre filia poteſt petere, pondera illam aduerſatiuam,
1 † ſed:[a] nam de natura aduerſatiuę, ſed, qñ ponitur ſine copula,
a eſt denotare diuerſum factũ, & diuerſum ius. gl. in l. ſed & ſi lege. in princip. cum concordan. ff. de petitio. hæred. Bar. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infect. modo ſic, ſi debet denotare diuerſum ius à præcedentib. & dicatur, ſed ſi dos eſt magna, poteſt filia inuito patre petere, ergo in præcedentibus alijs caſibus filia inuito patre non debet poſſe agere, & tamen
* gl. *& magis communiter Doct.* dicunt, quòd hic ponuntur caſus, in quib. filia in poteſtate poteſt agere inuito patre, & hoc non poteſt negari, ſaltem in primo caſu, quando eſt ſui iuris, & legitimæ ætatis. Si ita eſt, ergo aduerſatiua malè ſtat in text. debuit addi copula, &, quæ cùm non ſit, litera valde repugnat. Et ſi tu ſubtilius dicas, quamuis in hoc text. ſit iſta aduerſatiua, ſed ſi dos eſt magna, fuit poſita per Irnerium, qui non habuit poteſtatem in hoc, nam in corpore vnde ſumitur in §. illud quoque. in Auth. de æqualit. dot. non habetur iſta aduerſatiua ſed ſi magna, ideo debet attendi ille text. & non iſte. Quia dico, ꝙ imò etiam in corpore vnde ſumitur, eſt aduerſatiua, ſicut hic, in verſi. ſi verò maior fortè. Et iſtud aliàs me multum fecit dubitare in hoc text. nec ſuper hac difficultate ad iſtum text. quiſquam aduertit, puto, ꝙ poſſit tripliciter rñderi. ¶ Primò rñdeo, ꝙ aduerſatiua bene aduerſatur & in facto, & in iure, ſed aliter quam. ſ. induxi. nan pondera, ꝙ tex. dicit hic, cùm dos eſt parua, quaſi limitet caſus antecedentes procedere in dote parua, quæ tamen limitatio ſi bene conſideres, non eſt adaptibilis, niſi ad vlt. caſum de dote materna, nam alijs præcedentibus non congrueret. Vel dic ſubtilius, ꝙ cùm tex. dicat in plurali, hæc cùm dos, ꝙ refertur ad omnes caſus præcedentes, hoc modo, ꝙ qñ dos eſt parua, eſt neceſſarium vnum de illis tribus caſib. ad hoc, vt filia poſſit agere, vel ꝙ filia ſit ſui iuris, & legitimę ætatis, vel ꝙ pater conſentiat filiæ agenti, vel ꝙ dos ſit materna, ſed qñ dos eſt magna, ſemper filia põt agere inuito pr̃e. Item pondera, ꝙ qñ tex. dicit, hæc cùm dos eſt parua. duo dicit, vnum expreſsè, aliud tacitè, & à ꝯrio ſenſu expreſsè vult, ꝙ filia põt agere ad dotem, ſi inteueniat vnum de illis trib. tacitè, & à ꝯrio vult, ꝙ extra illos tres caſus filia non põt agere de dote. Ad iſtud tacitum aduerſatur in iure iſte ver. ſed dotem. in facto aũt clarè aduerſatur, & ſic patet, ꝙ iſte ver. ſed dotem. denotat diuerſitatem de iure, non in hoc, ꝙ poſſit filia agere inuito patre, quia idem in duob. præcedentib. caſib. in hoc non eſt diuerſitas iuris, ſed diuerſitas iuris eſt, quia præcedentes caſus de iure non procedunt, niſi in dote parua, in tribus caſib. ſ. poſitis, ergo alij caſus tacitè excluduntur, & ad iſtud tacitum bene aduerſatur. Sed ſcđò potes dicere, ꝙ verſic. hæc cùm dos eſt parua. intelligitur ſolùm in aduentitia dote, ſed ver. ſed dotem, loquitur in quacunque dote, ſiue aduentitia, ſiue profectitia, & hoc modo denotabit diuerſitatem in iure, & in facto. Tertiò dic, ꝙ text. in corpore vnde ſumitur iſta Authen. bene aduerſatur præcedentib. in illa aduerſatiua, ſi verò maior fortè, quia ibi non ponitur caſus de dote materna, qui fuit additus in iſta Auth. ab Irner. ſm Nic. Bald. & Alex hic. prima tamen ſolutio verior eſt. In primis pondera ex prima
2 parte text. in verſi. imputari, † ꝙ quando mulieri poteſt imputari culpa, vel negligentia dotis non exactæ, illa computatur in
3 partem, quamuis ſit inanis, quia maritus nõ ſit ſoluẽdo. ¶†† Et propterea per hunc tex. decidunt Bart. Alb & Bald. hic, ꝙ ſi pater dedit pecuniam filio ſtudenti, vt emeret libros, & filius prauè conſumpſit, quòd talis pecunia tempore diuiſionis fiendæ debet ſibi imputari in partem, per hunc tex Sed tu fortius ſtringe inductionem huius text. nam in iſto text. filia ſolùm fuit in culpa negligendo exigere dotem, ſed in quæſt. prædicta filius fuit in culpa faciendo, ſed grauius eſt delictum, quod committitur faciendo, quàm quod committitur omittendo. gloſſ. eſt in l. ſi mora, cum ſimilib. ff. ſolut. matrimon. & in l. lege Cornelia. in princip. ff. ad Sena. Sil. ſi ergo dos perdita in hoc text. computatur in dotem filiæ, quando ſolùm fuit in culpa negligendo, quantò fortius computabitur filio, qui deliquit faciendo, & idem tenet Bald. in Auth. ex teſtamento. in 16 q. ſ. eod. Facit tex. in l. 1. § confettur. & in l. 2. §. de illis. & ibi bona gl. ff. eo. Paul. de Caſt. hic tenet contrarium, & dicit ſe mirari de Bart. quia deciſio Bart. poſſet procedere in omni filio alterius exercitij, quàm in filio ſtudente, & ſic non poteſt procedere in pecunia data filio pro libris emendis, eo quia etiam ſi talis pecunia data extaret, filius non teneretur eam conferre, nec ſibi comptaretur in partem. l. quæ pater filio. & ibi gloſ. ff. famil. erciſc. & l. ſi vni. §. Neratius. & ibi gloſſ. ff. eod. Bartol. in l. 1. §. nec caſtrenſe. in 4. colum. ff. eod. Bald. in Authen. ex teſtamento. in 15. quæſt. ſ. eod. Et per hoc apparet ſecundum eum non obſtare iſtum text. qui loquitur in dote, nam dos etiam ſi extaret, deberet conferri, ſi ergo ſit conſumpta, computatur in partem, ſed non ſic eſt in pecunia ſemel data cauſa ſtudij, quia etiam ſi extaret, non computaretur in partem, iuribus præallegat. Et iſtud eſt, quod voluit Cyn. in l. pactum. vt ibi retuli. ſupra eod. Alex. reſpondet non pro certo, vt decet tantum virũ, ꝙ deciſio Bart. debet reſtringi, & intelligi in caſibus, in quibus pecunia miſſa cauſa ſtudij non intelligitur donata, q̃a ſemper ſm eum non intelligitur donata, vt dicetur in l. ſi donatione. ſ. eod.

ADDITIO.

a ¶ Aduerſatiuam, ſed. Adde Bart. in l. Lucius. in §. quæ habebat. ff. ad Trebellia. Bart. in l. qui quartam. in princip. & l. planè. la prima. in §. ſi coniunctim. ff. de legat. 1. Ioan. de Imol. in l. patris, & filij. de vulg. & pupil.

Source : BIU Cujas

3 l.fi donatione.ego aliqua addo. † In primis conſidera, q̃ licèt Bar.ibi faciat quatuor caſus principales,tñ ſolùm in primo caſu libri debẽt conferri,qñ pater emit libros nomine filij,ſed ſibi non tradidit,remanent in dñio patris, ideo diuidũtur mortuo patre,ſicut aliæ res hæreditariæ:in alijs caſib. Bart. libri nunquã conferuntur,ſed ſunt p̃cipui illius, cui pater donauit; eſt tñ dña, quia ſi talis filius erat Doctor, vel eſt effectus Doctor in vita patris, cùm Doctor poſſit habere peculium quaſi caſtren ſe.l.fi.ſ.de inoff.teſtam. tales libri tranſeunt in peculium quaſi caſtrenſe filij,& ſtatim donatio irreuocabiliter valet,adeo q̃ ſi pater vellet,non poſſet amplius reuocare talem donationem, & ſic non ſolùm libri ſunt p̃cipui filij exiſtentis Doctoris, ſed etiam irreuocabiliter ſunt ſui.Sed in vltimo caſu qñ filius erat ſcholaris tantum,cui pater emit libros,& tradidit,quo caſu intelligitur donaſſe filio,tunc talis donatio inter patrem, & filiũ in poteſtate poſſet reuocari per ipſum patrẽ, tamen ſi non reuocetur,confirmatur morte patris, ideo non confertur, ſicut nec alia donatio,quæ morte patris confirmatur,vt dixi in Authen.ex teſtamento. ſ. eo. & idem ſequitur vltra præalleg.do. Alex.in conſi.142.in 2.vol.incip. circa primam dubitationem. in pen.col.& eſt duplicatum in conſ.103.vol.3.Ita tenet Paul. de Caſt.in conſ.182.Raph.Cum.in conſ.40. cuidam filio ſtudenti empti fuerunt libri.Licèt idem dubitauerit circa vltimũ membrum Bar.in l.illud.j̃.eo. cum cenſeatur donatio ob cãm ſtudij,ergo conferri debet,ſicut alia donatio ob cãm.l. vt liberi.j̃.eo.& Auth.ex teſtõ.ſ.eo.reſpondet multipliciter do.Alex. in d.l.ſi donatione.vera ſolutio eſt, q̃ illud procedit in donatione ob cãm,quæ ſtatim valet.¶ Limita illam doctr.Barto.de libris donatis filio Doctori, aut qui poſtea in vita patris eſt effectus Doctor,q̃ eius præcipui ſunt,& donatio ſtatim irreuocabiliter tenet,vt ſit verum, niſi pater primò emiſſet libros p̃ alio filio,hoc expreſſo,q̃ volebat,q̃ teneretur tales libros conferre,ſi poſtea eos ſecundo loco ſimpliciter tradidit huic ſecũdo filio,qui perfecit ſtudium viuo patre, tñ tenetur conferre, quia intelliguntur tranſlati cum illa conditione, quam habebat primus,vt teneretur conferre. Ita limitat Bar. in l. Caio.in prin.per illum tex.ff.de ali leg.¶ Secundò doctr. Barto.limitat no.Ange. hic, vt procedat,qñ filius ad perfectionem ſtudij,& doctoratus apicem peruenit, ſecus ſi miſer, & ignorans permanſerit,quaſi cenſeatur donatio ob cauſam, quæ ceſſauerit, ideo non debet libros habere præcipuos,arg.l.2.ff.de his,quib. vt indi. ſequitur Raph.Cum.in d.conſ.40.Alex.in l.ſi donatio-
4 ne.in pen.col.j̃.eo. ¶† Sed audi nouam qõnem, & valde vtilem,in cuius deciſione forſan adiuuaberis,quid in filiofamiliàs clerico ſtudente, cuius nomine pater emit libros, & tradidit, an ſit idem,prout in filiofamilias Doctore, an ſtatim donatio talis irreuocabiliter valeat, & libri ſint eius præcipui? Et puto, q̃ ſic,nam pondero,q̃ Bar.in d.§.nec caſtrenſe.in 2.colu.dicit, q̃ aliud eſt in ſimplici ſcholari,eo quia ſcholaris non poteſt habere quaſi caſtrenſe peculium,ſed ego habeo q̃ filiusfam. clericus quicquid conſequitur à patre vel aliunde, cenſetur quaſi caſtrenſe peculium.l.cùm lege Leoniana, & Auth. presbyteros,& l.ſacroſanctæ.ſ. deEpiſc.& cler.& iſtud in terminis inuenio tenere in propoſito noſtro ſolùm Alb. in l. ſi donatione.in vlt.col.in diſcurſu. j̃.eo. vbi examinat,nunquid libri donati filio ſtudenti per patrem conferri debeant,& longam ponit diſtinctionem,dicit q̃ ſi eſſent donati filiofam. clerico, q̃ cenſeretur quaſi caſtrenſe peculium,& licèt ipſe non declaret,puto q̃ iſtud non ſolùm procedat in clericis beneficiatis, ſed etiam in clericis ſimplicibus primæ tonſuræ, quia quamuis tales remaneant in patris poteſtate,vt eſt glo. in c.cum voluntate.in gl.fi.de ſent.excommu.tamen quantum ad propoſitum idem puto iudicandum prout in clericis beneficiatis, quantum ad hoc, vt illud, quod donatur eis à patre, vel ab alio ſit eorum proprium, & cenſeatur quaſi caſtrenſe,& licèt iſtud vltimum
5 in ſpecie tactum nõ inueniam, tamen probo, † nam filiusfa. a
a in poteſtate patris non poteſt facere teſtamentum.l.ſenium.in fi.C.qui teſta.fac.poſ.& tamen ego habeo, quòd ſimplex cle-
b ricus b primæ tonſuræ poteſt facere teſtamentum, quamuis ſit in poteſtate patris,eo quia illud,quod habet, cẽſeatur quaſi caſtrenſe peculium, vt prædixi, & de quaſi caſtrenſib. filiusfamiliàs teſtari poteſt.l.fi.ſ.de inoffi.teſt.quia in illis habetur pro patrefam.l.2.ff.ad Maced.& quòd talis clericus primę tonſurę poſſit teſtari,tenent Canoniſtæ. Hoſt. do. Ant. Petr. de Anch. Inno.& Pan.in c.quia nos.de teſta.per generalitatem illius tex. permittentis clericos omnes ſimpliciter teſtari, ergo de quocunque clerico intelligitur. iſtud idem in generalitate ſui vult glo.ſingu. 19. quæſt. vltima.in cap. quia ingredientibus.in glo. ſuper verbo teſtandi. dum permittit clericis in poteſtate conſtituris facultatem teſtandi.& iſtud multum not.dom.Bartho.
6 Veronenſis in cautela.113.† q̃ quando filiusfamil. vult teſtari inuito patre,cautela, eſt q̃ ſuſcipiat primam tonſuram, quod facilè eſt, quod reputat valde notatu dignum, quia hoc modo elidentur iura, quæ volunt, q̃ filiusfamilias teſtari non
c poteſt.& licèt c Barto.in d.l.ſacroſanctæ.ſ.de Epiſco.& cler.reſtringat prædicta,vt ſolùm procedant in acqniſitis ratione clericatus,& non aliter,tamen iſta limitatio Barto.eſt contra tex. in d.Authen.presbyteros. in verbo quolibet modo, & contra d.l.ſacroſanctæ.in verſic.ea quæcunque. ſecundum dom.Bar-
7 tho.in loco præalleg. † Et ſic ex prædictis habes,q̃ libri empti, & traditi per patrem filiofamilias clerico ſtudenti, quamuis non ſit clericus beneficiatus, ſed clericus ſimplex, q̃ donatio ſtatim irreuocabiliter valet, & cenſetur peculium quaſi caſtrenſe,& propterea tales libri erunt ſui præcisè, & nullo modo conferri debebunt, nec pater poſſet irritare aut reuocare, & iſtud mihi placet pro vtili cautela ad faciendum,quòd filius familiàs tempore diuiſionis cum fratrib. habeat libros præcipuos, & non ſolum libros, ſed quaſcunque res ſibi donatas à patre,& iſta videtur mihi expeditior, & verior cautela quàm illa,quam tradit Bartol.poſt Vbertum de Bobio in l. donationes.la 2.ff.de don.per illum text.de qua dixi in Authẽ.ex teſtamento.ſ.eodem, & prædicta bene not. quæ fortaſſe, vt dixi, ſimplicibus Legiſtis videbuntur noua, quamuis reſtrictio Bar.
8 ſ. relata videatur multum æquitatis in ſe continere. ¶† Item aduerte circa prædictam doctr. Bartol. dum loquitur de filiofamil.Doctore, ſeu doctorato, quid ſi non eſſet Doctor, ſed
d licentiatus d tantum,an idem erit, quòd in Doctore? Bald.in l. 1.penultim.colum.ff. ſolut.matri.dicit,quòd in materia fauorabili idem iudicamus de licentiato, quòd de doctorato, ſecus in materia odioſa, vnde ſecundum eum ſi Epiſcopus faceret excõmunicari Doctores,non venirent licentiati,& idem quod in materia fauorabili,& lata licẽtiatus veniat appellatione Doctoris,tenent Imo.& Gemi.poſt Petr.de Anch.in proœ. 6.in 4.colum.& Bald.in Authen.habita.in 8.colum.C.ne filius pro patre, & Raphael. Cuman. in l.mulier.§.1.ff. ad Trebel.& ſecundum hanc diſt.intellige illud, quod no.Bald.in l.Athletę. in princip. ff.de excu.tut. per illum text.in verſicul. coronati,
e quem dicit facere in arg.contra licentiatos, e qui non habent priuilegium Doctorum,niſi pileum Doct.aſſumant,vt dicunt Vltramon.& quod decidit Bal. in l.1.§.pen.ff.de teſta.mili.vbi
9 concludit, † quòd licentiatus etiam, qui breui eſt doctorandus, non venit appellatione Doctoris. vnde ſecundum eum
f non ſufficit Poteſtati, f quòd ducat ſecum licentiatum pro vicario, eo caſu quo debet ducere Doctorem, cum licentiatus non habeat inſignia Doctoris. Adde etiam illud, quòd decidit Barto.in l.qui indignus.ff. de Sena.adde, & notabilem text. in l.1.C.de conſu.lib.12.quem pro ſing.alleg.Angel.de Aret.in §. quædam.in 10.colum. Inſti.de act.pro deciſio.quæſtio. quam dicit contingiſſe in ciuita.Ferr. & aliàs, vt accepi, fuit de facto in ciuita. Papiæ, in perſona magnifici domini Guiniforti de Zazijs, quòd ſi aliquis ſit licentiatus iam tribus annis elapſis, & iſto medio tempore aliqui efficiuntur Doctores, poſteà iſte licentiatus poſt illos tres annos aſſùmit gradum doctoratus, debet præcedere omnes alios, qui medio tempore fuerunt doctorati ante eum. per dict.l.1.Sed caue, quòd text.in dict.l. 1.malè allegatur per Ang.de Aret.quia in illo text.tam prima quàm ſecunda erat dignitas tam cõſulatus quàm patriciatus, nimirum ſi ſecunda ſuperueniens trahitur retrò ad tempus primæ,ſed in q.noſtra licentiatus nõ habet dignitatem, prout
g doctoratus, & propterea vide Lud.Ro. g ad hoc,& prædicta, qui

ADDITIONES.

a ¶Filiusfa.Adde Bal.§.fi.Inſti.de teſt. mil.in l.fi. in §.filius.C. de bon.quæ lib. in §.præter hos.Inſti.quib.non eſt per.fa.teſt.Spec.titu. de inſtr. edi.in §.12. verſi.5.Pau.de Caſt.conſi.201.inci.ad primum.

b ¶Clericus Adde Bald.in Auth. Iuramentum. C.de epiſc.& cle. Abb.in c.1.de teſt.in c.literas.de reſt.ſpol.

c ¶Et licèt.Tene illam reſtrictionem Bart.per d.l.ſacroſanctæ.in verſi.in eodẽ clericatus gradu.ſecundò per regulam.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu, & ha.ad generalitatem,quam iſte ponderat reſponde, quòd recipit reſtrictionem de habilitate.l.1.cum gl.ſ.de ſacroſ.Eccl. ſed clerici in poteſtate ſunt inhabiles niſi in quęſitis ratione clericatus.l.qui in poteſtate.ff.de teſt.

d ¶Sed licentiatus. Adde Bal.in l.1.ff.ſolu.mat.Bal.in c.quidam.de renun.

e ¶Contra licentiatos. Adde Bart.in l.legatis.in §.ornatricibus.ff.de leg.3.Bar. in l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de collatio.bon.

f ¶Poteſtati. Adde Philip.in proœ.6.in 2.col.

g * Rom.Cuius ſententiam negatiuã,quòd Doc.iunior antiquiori non prę̃fera tur,ſi innior priuſquam antiquior licentiatus fuerit,licèt in aſſecutione gradus fuerit poſterior, ſequitur idem Iaſ. in l.cum quid.1.lect.nu.16. ff.ſi cert. peta.Fel.in proœ.Decret.verſ.Grego.nu.17.Alcia.trac.prę̃ſump.Reg.1.prę̃. ſump.45.nu.7.Ruy.conſi.19.num.16.lib.1.de qua diſputat Grat. conſi.116. lib.2.Gabr.com. opin.lib.6.tit.de maior. & obedi. concl.1.Por.lib.5.concl. 22.vbi contrarium ſuſtinet. MASVER.

Source : BIU Cujas

qui aliter videtur ſentire in conſi. 333. inci. quo ad primũ articulum, in quo quæritur. in vlt. col. ¶† Item attende, quòd in omnib. caſib. in quib. tenetur filius libros conferre cum fratrib. non tenetur precisè libros conferre, ſed ſatis eſt, q̃ conferat æſtimationem librorum, & poteſt libros retinere. ita no. concludit Bal. in l. Macedoniani. C. ad Mace. vbi putat iſtud ſing. in libris conferendis, vt ſufficiat eorum æſtimationem, vel valorem conferre, per illud, qđ vult gl. ſing. in ſimili in l. nepos Proculo. ff. de verb. ſig. Idem ſequitur Sal. in l. filiæ cuius. s̃. fa. erc. & d. Alex. in l. ſi donatione. in fi. j̃. eo. Sed Lu. Rom. in d. Auth. ex teſtõ. de quo d. Alex. nõ facit mentionem, dicit ſe valde admirari de Bal. qui dicit iſtud eſſe ſpeciale in libris conferendis, q̃ ſufficiat eorum valorem præſtare. nam dicit Lu. Ro. q̃ imò iſtud eſt regulare in quacunque re, quæ cõferri debeat, ſatis eſt eius valorem conferre. per tex. in l. 1. §. iubet. circa fi. in verſi. ſed, & ſi tm̃ fortè. ff. eo. Tu aduerte, q̃ Bar. ibi in illo. §. iubet. dicit illum tex. eſſe neceſſario intelligendum, qñ hæreditas erat in quantitate, & illud ẽt, quod conferri debebat, erat in quantitate, tunc bene ſufficiat tantũ remitti de hæreditate, quantũ eſt illud, quod conferri debebat, ſecus eſt ſi illud, quod conferri debebat, conſiſtebat in ſpecie, quia aliud pro alio conferri non poteſt, ſm Bar. & pro iſta ſol. videntur ſonare verba text. ibi, tm̃ & quantum, quæ ſunt denotatiua quantitatis, vel ſecundò [a] dicit Bar. ibi, q̃ tex. ille debet intelligi, qñ illud fit de voluntate illius, cui debet conferri, ſecus eſt eo inuito, vel fortè poſſet dici, q̃ tex. ille loquitur quo ad releuandum aliquem à præſtatione ſatisdationis, nam qui vult ſuccedere, non eſt admittendus, niſi præſtet ſatisdationem de bonis ſuis conferendis, vt patet ibi ex præcedentib. vnde bene releuatur à præſtatione ſatisdationis tantundem præſtando, vel remittendo, vt ibi eſt tex. non
11 aũt releuatur ab ipſa collatione. ¶† Quid aũt ſi pater legat in teſtõ filio expẽſas ſtudij, aut quæ factæ ſunt, aut quas velit fieri, an in tali legato comprehendantur libri? Ponit Bar. in l. quib. dieb. §. 1. per illum tex. ff. de cond. & dem. Bal. in rub. C. de verb. ſig in 6. q. Bal. in l. cùm ſucceſſores. C. de eui. & quod no. Barto. in l. his verbis. §. 1. ff. de leg. 3. Illud eſt expeditum, q̃ ex quo pater miſit filium ad ſtudium, tenetur ei libros neceſſarios emere. gl. eſt in l. ſed Iulianus. §. quod dicitur. in verbo ſolebat. ff. ad Mace. & gl. in l. Macedoniani in verſi. non recuſare, & ibi Bart. Bal. & alij. C. eod. Et per hæc eſt expedita iſta l.

ADDITIO.

a ¶Vel ſecundò. Iſta ſolutio Iaſ. eſt contra illum text. in verſi. ſatis contuliſſe. ideo cautè vtitur, vel fortè igitur. gl. in l. ſi duo. ff. de arbitris. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Affectio paterna licèt ſit maxima, non tamen eſt tantæ efficaciæ, quòd faciat donationem effectualem præſumi.*
2 *Fundus concedi in peculium, & non donari, qualiter intelligatur.*
3 *Donatio facta per patrem filio in poteſtate ob merita filij, vt hodie ſtatim irreuocabiliter valeat, quot requiruntur.*
4 *Pater ſi confiteatur in inſtrumento donationis ſe recepiſſe ſeruitia à filio, an ſtetur eius confeſſioni.*
5 *Statutum ſi diſponat, quòd filiusfamiliàs mercator poſſit efficaciter obligari, ſi in inſtrumento dicatur, quòd filiusfa. contrahens erat mercator, an ſtabitur in hoc inſtrumento.*
6 *Pater ſi in ſpecie exprimat merita filij cui donat, & cum iuramento, an hæredes cogentur ſtare eidem.*
7 *Prælatus ſi cum capitulo confiteatur feudum, de quo aliquem inueſtit eſſe antiquum, licèt tali confeſſioni non ſtetur, ſi tamen interueniat iuramentum, valet.*
8 *Donatio facta extraneo non confirmatur morte.*

LEX XIII.

SI donatione. Ad euidentiam pro intelligentia literę prę mitte, q̃ iſte tex. habet duo reſponſa. Primum eſt clarum, q̃ filia, quæ acquiſiuit fundum poſt mortem patris, non tenetur illum conferre, & hoc eſt clarum, cũ attendi debeat tempus mortis patris, ideo acquiſita poſt eius mortẽ non conferuntur. l. ea demum. s̃. eo. l. nec emancipati. j̃. eo. Secundum autem reſponſum, quòd eſt ibi, nam ſi is, in quo dicitur, quòd fundus donatus à patre filiæfamiliàs nõ debet eſſe eius præcipuus, eſt valde difficile, & dubitabile, præcipuè propter tex. in l. filiæ cuius. in 1. reſpon. s̃. fam. erciſ. de quo tex. glo. oppo. vbi deciditur cõtrariũ huius, q̃ filia, cuius nomine pater emit fundum, habet eum præcipuum, propter quem tex. inuenio, quòd ad hæc iura traduntur ſex varij intellectus, quos refero. j̃. in glo. Item alia magna difficultas eſt contra iſtud ſecundum reſponſum, quia donatio ſimplex facta per patrem filio in poteſtate, cùm non valeat in vita patris, ſed confirmetur per eius mortẽ, & ſic habet ſimilitudinẽ relicti, non debet conferri. l. illud. §. fi. j̃. eo. dixi in Auth. ex teſtamento. s̃. eo hic aũt dicitur contrarium, q̃ fundus donatus ſimpliciter per patrem filiæ in poteſtate, non eſt ſuus præcipuus, ergo debet conferri. ¶ Propter has difficultates tex. noſter in 1. & in 2. reſpon. intelligitur *per gl. hic, & omnes Doct.* & per gl. & omnes in Auth. ex teſtamento. vbi tetigi de hoc. s̃. eod. quòd in iſta l. iſte fundus non fuit donatus filiæ, ſed ſolùm conceſſus in peculium profectitium, hoc eſt. n. dicere, quòd pater bene conceſſit filiæ, quòd haberet vſum, & adminiſtrationem talis fundi, ſed non dominium. Sed quia iſte intellectus omnium videtur diuinare, imò plus videtur contra verba text. ibi, tibi à patre donatus. ſuſtinenndo communem intellectum, dicas non, prout dicunt Bar. & Fulg. hic, quòd opus ſit hac ſubauditione. ſ. quòd hic donauit, hoc expreſſo, quòd habeat in peculium, & iſtud ſuſtinetur ineuitabiliter per puncta rationis, vt declarani in illa Auth. ex teſtamento. nam fundus donatus per patrem filio in poteſtate, non intelligitur effectualiter donatus, niſi quando pater emit fundum nomine filij, & illum ſibi tradidit, vt j̃. dicetur. Vel quando pater donauit filio propter benermita filij, aliàs extra iſtos caſus dato, q̃ pater vtatur verbo dono, vt hic, tamen non intelligitur donatus, ſed cõceſſus in peculium tm̃, vt ſic filius habeat nudũ vſum, ſed non dñium, & verbũ donatus impropriatur. i. cõceſſus. ita probat tex. in l. qđ fructuarius. ff. de acqui. rer. do. quẽ corruptè alleg. Bar. hic in eius diſtinctione. & tex. in l. fi. de pecu. leg. & in l. cum pater. §. pr̃ plurib. vbi gl. & Bart. ff. de legat. 2. & idẽ Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. in pen. colum. ad fin. ff. eodem. ergo cùm in iſta l. non appareat, q̃ pater ement talem fundum nomine filiæ, item non apparet, q̃ præceſſerint benemerita filiæ, (nam iſta cùm ſint facti, in dubio non præſumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti.) ergo apparet, quòd iſte text. loquens in dubio, debeat per puncta rationis neceſſario intelligi, vt intelligunt gloſſ. & Doctor. hic, quod hic fundus fuit ſolùm conceſſus in peculium, & ſic in adminiſtrationem filiæ, & ſic verbum donatus, poſitum in text. exponitur, ideſt conceſſus, inrib. præalleg. ¶ Et hoc modo ſubtiliter defenſatur communis intellectus, ſm quem. h. d. Fundus acquiſi. poſt mortem patris non debet conferri fratrib. ſecus ſi pr̃ conceſſit in peculiũ filiæ, q̃ a non dẽt eſſe p̃cipuus ipſius filiæ, ſed dẽt diuidi ſicut aliæ res pr̃is. h. d. ſm cõem intellectum gl. & Doct. hic.† Ex quo habes, q̃ affectio paterna [a] circa filium, licèt ſit maxima. l. iſti quidem. in fi. ff. q̃ met. cau. iuncta. l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſti. tm̃ non eſt tantæ efficaciæ, q̃ faciat præſumi donationem effectualem, ſed ſimplicem adminiſtrationem peculiarem, dato, q̃ pater vtatur verbo dono, niſi benemerita filij proceſſerinit, aut talis res ſit empta nomine talis filij, & ſibi tradita, & donata, aliàs non obſtãte affectione paterna, & non obſtante, q̃ pater vtatur verbo dono, tamen intelligitur conceſſio in peculium, & non dona-
* tio, & text. eſt ſing. ſm *communem intellectum* glo. & Doct. Et ſi dicas tenendo communem intellectum glo. & Doctor. q̃ hic non fuerit reuera donatio, ſed conceſſio in peculium, q̃ iſte erit de indubitabili, cùm iam eſſet hoc deciſum in l. prędcedenti. Reſponde ſing. q̃ in l. præcedenti pater expreſsè conceſſit in peculium, ſed in iſta. l. ponitur caſus not. qñ ſumus in caſu dubio, & pater eſt vſus verbo dono, & hic eſt text. not. quòd adhuc cenſetur conceſſio in peculium, & ſic talis fundus non
b debet eſſe præcipuus ipſius filiæ. Tu caue, [b] quia ſm iſtum cõmunem intellectum glo. & Doct. multum reſtringuntur duæ regulæ cões, prima, quòd donatio ſimplex facta per patrem filio in poteſtate non confertur. l. illud. §. fi. j̃. eod. dixi in Auth. ex teſtamento. s̃. eod. nam in donatione propter benemerita non poteſt procedere, quia ſtatim valet, vt ibi dixi, ſolùm ergo procedet, qñ clarè apparet, q̃ pater voluit eſſe donationem, & non conceſſionem in peculium. Similiter reſtringetur alia regula, quæ habet, q̃ donatio inter patrem, & filium in poteſtate ſtatim non valet, ſed confirmetur morte. l. Papi. cum gl. ff. de don. int. vir. & vxor. ¶ Ex iſto tex. no. q̃ verbum donatus, propter ſubiectam materiam exponitur conceſſus in peculium. facit. l. inſulam. & ibi Bartol. ff. de præſcrip. verbis. l. ſi olei. vbi gloſſ. & Bartol. C. locat. & l. ſi vno. in principio. ff. eod. & in capit. conſtitutus. de relig. dom. Item ad proximam reſtrictionem duarum regularum ſupradictarum, adde q̃ Bart. illud fatetur in diſtinctione per eum hic tradita. ¶ Gl. in verbo poſtulas. dum alleg. l. vt liberis. j̃. eo. dic, vt per do. Alex. hic. Iſtã gl. fi. diuide in 6. par. prin. In prima oppo. contra text. & ſoluit. In ſecunda iuxta ſol. quærit de vna quæſt. In tertia ponit vnũ dictum. In quarta reprobat quæſtionem quorundam ſuper hoc. In quinta oppon. contra text. & reſpondet remiſſiuè.

In ſexta

ADDITIONES.

a ¶Paterna. Adde Bald. in l. mater tua. C. de oper. liber.
b ¶Tu caue. Limitatio. l. illud. quam etiam limita in emancipato. l. vt liberis. in gl. magna. in fi. j̃. eod. PVRP.

Source : BIU Cujas

in 6.alleg. concor. text. Secunda ibi, ſi quæras qualiter. Tertia ibi, nec tenet ab initio. Quarta ibi, quam diſt. Quinta ibi, item ꝓtra.s̃.de inof.don. Sexta, & vlt.ibi, & facit. ¶ In 1.parte gl. iſtud eſt valde difficile contrarium. gl. hic per verba ſatis obſcura reſpondet, & ſecundū Bar. & clarius Sal. & Mod. hic, licèt videatur ponere vnam ſol. tamen reuera ſunt duæ, declarando vt hic per eos, & quòd velut, ſint duæ dictiones ſeparatæ. Ego aūt aliter intelligo, & declaro hāc ſol. & dico, ꝙ in iſta lege fundus non fuit donatus filiç, ſed conceſſus in pecul. ita quòd haberet vſum, & adminiſtrationem, ſed non dominium, dato, quòd tex. vtatur verbo donatus, & iſtud declaraui in euidentialib. s̃. quantum ad hunc tex. ſed in l. contraria fundus fuit donatus filiæ. Et ſi dicis, quæ differētia eſt, an fundus ꝓcedatur in pecul. filiæ, an verò donetur? gl. vt puto hic iuncto eo, quod dicit. ſ. in 3.parte reſpondet, quòd qū fundus conceditur in pecu. & ſic non donatur, illa conceſſio non confirmatur per mortem patris donantis, ſicut aliæ don. ſed quando fundus donatur per patrem filiæ, quamuis donatio ſtatim non valeat in vita patris, tamen confirmatur per mortē patris, quia ſi pater aliter non reuocet, videtur ex ſupremo iudicio tacitè confirmare, &
* iſtud eſt, quod vult dicere gl. dum dicit *conferens ſupremum iudicium*. cùm ergo talis donatio confirmetur morte patris vigore ſupremi iudicij, aſſumit naturam relicti, ideo non confertur, & ſic vno verbo vult dicere gl. in iſto text. fuit ſimplex conceſſio in pecul. quæ nō ſtatim valet, quo ad transferendum dominiū, & non confirmatur morte, & ſic non confertur in ſupremum iudicium, ſed in l. contraria fundus fuit donatus, & quamuis donatio ſtatim non valeat, confirmatur morte ex tacito ſupremo iudicio, ideo etiã aſſumit naturam relicti poſt mortem, ideo non confertur. Et ſi dicis, quòd iſta ſolutio diuinat ad vtrunq; text. nã dicere hic, quòd fundus fuit ꝓceſſus in pecul. eſt magna violentia ad hunc text. Reſponde declarando, vt s̃. in euidentialib. Item dicere, quòd in contrario. d.l. filiæ. fundus fuerit donatus filiæ magis quàm hic, eſt diuinare, præſertim cùm in dubio præſumatur concedi in pecul. & non donari, vt declaraui. s̃. in euidētialib. gl. vt puto voluit ad hoc reſpōdere,
2 dicant Doct. quicquid velint, ꝙ verum eſt, † ꝙ in dubio fundus præſumitur cōcedi in pecul. & non donari, eſt verum niſi præcedant benemerita filiæ, tunc.n. præſumitur donatus. Tñ quia iſtud vlt. eſt diuinare ad illū tex. cùm ibi non magis appareat quàm hic, quòd benemerita preceſſerint, & iſta ſunt facta, quæ in dubio non præſumuntur, ideo licèt alij Doct. hic tranſeant cū ſolutione gl. hic, ego eam non teneo. ¶ Et propterea inuenio, quòd alia datur ſolutio ad d.l. filiæ cuius, quòd ibi fundus fuit emptus nomine filiæ, vt clarè dicit text. ibi, & etiam per patrem fuit facta traditio filiæ, & iſtis duob. concurrentib. quòd ſit res empta nomine filiæ, & ſibi tradita, tunc intelligitur donata, & tunc bene confirmatur morte, & habet vim ſupremi iudicij, & ideo non confertur. ita loquitur d.l. filiæ. Sed in iſta l. quamuis fundus fuerit donatus, & ſic traditus per patrem filiæ, tamen non erat emptus nomine filiæ, quia iſtud nō dicit tex. hic, prout dicit in d.l. filiæ. ergo non intelligitur donatus, ſed conceſſus in pecul. ergo non eſt confirmabilis morte. Iſtam ſol. vult Bartol. hic in diſtinctio. quam facit, & expreſſius Batol. in dict. l. filiæ. vbi dicit, quòd text. ibi dum dicit comparauit. debet intelligi, & manualiter tradidit, aliàs videretur tantum nomen filij in inſtrumento accomodare. l. 2. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & l. 1. C. de caſtren. pecul. libr. 12. idem tenet Bartol. in l. ſi filij. per illum tex. quem ad hoc ponderat. C. de don. inter vi. & vxo. ſequitur Bal. in Auth. ex teſtamento. s̃. eo. & Lu. Ro. in conſi. 291. inci. cùm iſti fratres. in vlt. col. Sed caue, quia licèt fundus in d.l. filiæ. fuerit emptus nomine filiæ, vt dicit ibi tex. tñ dicere, quòd etiam fuerit facta traditio per patrem filiæ, iſtud eſt diuinare ad illum tex. ideo reprehenditur per Bald. ibi in 2. & 3. col. & etiam per Sal. eam ēt reprobat Imo. in l. continuus. §. fi. in 4. col. ff. de verb. obl. Tu defende iſtū intell'm Bar. no. Et ꝙ ibi interuenerit traditio, probaī, quia aliàs non ꝓfirmaretur morte, vt per gl. in l. Papinianus. ff. de don. inter vi. & vxo. ꝙ aūt
* ibi confirmetur morte, patet ex tex. ibi, *ſi non poſt contrarium eius iudicium*. ¶ Aliā ſol. & ſic aliū intellectum ponunt Bal. & Sal. in
a d.l. filiæ cuius, * & dicunt, ꝙ ibi bene fuit emptus per patrē filiæ noīe, ſed non fuit traditus, & iſtud ſufficit, ꝙ fuerit emptus nomine filiæ, licèt non fuerit ſibi traditus, quia licèt traditio requiratur ad hoc, vt dicatur donare, vt s̃. in euidentialib. declaraui, tñ niſi pr̃ aliter reuocet, aut pœnitentiã oſtēdat, filius hēbit quaſi ſibi legatū, prout ibi expreſsè declarat gl. 1. & ad hoc ille eſt tex. ſing. in iure ſecundum Saly. ibi. Iſtum intellectum ſequitur Imo. in d.l. continuus. §. final. in 4. colum. cum vna modificatione, ſi illa perſona, cuius nomine emptus eſt fundus, erat talis, quæ habebat intentare iudicium famil. erc. quia cùm tali iudicio eligendus ſit arbiter, qui debet obſeruare mentem defuncti etiam coniecturatam. l. ſi cogitatione. C. famil. ercis talis arbiter dabit fundum præcipuum illi filiæ per tex. ſin. d.l. filiæ. & iſtū dicit eſſe nouum intellectum ad illū text. ¶ Alium intellectū tradit Imo. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. quem dicit fuiſſe Pet. de Bellaper. in d.l. filiæ cuius, ꝙ ibi pater emit fundum nomine filiæ, & quamuis non tradiderit, tamen per venditorem fuit traditus patri præſente filia, vnde ꝓp præſentiam filiç eſt perinde, acſi fuiſſet traditus filiæ. l. falſus. §. 1. & ꝙ ibi no. ff. de furtis. & l. quod de ſuo. C. de dote cauta non nu. tamen ēt iſte intellectus non caret diuinatione, ꝙ fundus fuerit emptus, & traditus patri præſente filia, cùm de præſentia filiæ in text. illo verbū nullum. ¶ Alium quintum intellectum tradit Ang. hic, in lect. Flo. ꝙ in iſto tex. verè fundus fuit donatus filiæ, prout litera dicit, non aūt conceſſus in pecul. ſed dicit, ꝙ aduertendū eſt in conſtructione tex. dum litera dicit, cum præcipuum habere contra iura poſtulas. nam dicit Ange. ꝙ non erat filia donataria, quæ poſtulabat fundum eſſe pręcipuum, ſed erat alius frater ſororis, qui volebat habere fundum pręcipuum donatum ſorori. dicit tex. ꝙ iſtud poſtulat contra iura, quia ipſe frater nō debet habere talem fundum præcipuum, ſed bene ipſa ſoror, cui fundus fuit donatus, & hoc modo cōcordabit cum illa. l. filiæ cuius. Sed pro certo iſte intellectus repugnat literç: nam hic Impetator alloquitur ipſam filiam, cui fundus fuit donatus in ſcđa perſona, & dicit, tu ſoror poſtulas, &c. vnde talia verba prolata in ſecundam perſonam ſororis, cui fundus erat donatus, non poſſunt referri ad fratrem alium. ¶ Alium intellectum ponit Raph. Fulg. in d.l. filiæ, & plenius in hac. l. dicit, ꝙ Docto. non bene conſtruunt iſtum text. nam dicit, quòd dictio à patre, debet referri ad verbum inſtitutæ, & non ad verbum donatus, & ſic dum litera dicit, nam ſi is filiæfam. cōſtitutæ tibi à patre, poſt dictionem à patre, debet fieri punctus, deinde ſequitur donatus eſt, debet intelligi. ſ. ab vno extraneo. nam iſte text. vult facere differentiam, an iſte fundus fuerit acquiſitus poſt mortem patris, & tunc conferri non debet. Aut fuit donatus per extraneum filiæ tempore vitæ patris, & tunc quicquid acquiſiuit filius, acquiſiuit patri, ergo cùm ſit acquiſitus patri, fila non poterit habere eum præcipuum, & iſto modo nihil obſtabit. d.l. filiæ cuius, quia ibi fuit donatus per patrē, ſed in iſto text. fundus non fuit donatus per patrem, ſed ab vno extraneo. Et dicit, quòd quantò magis reuoluit ſingulis annis iſtum intellectum, quòd tantò magis ſibi placet ad iſtū text. Iſtum intellectum Fulg. ego non teneo, quia ſi referas dictionem à patre, ad participium conſtitutæ, iſta dictio à patre, nihil faceret, vt clarè apparet ad ſenſum, ideo neceſſariò refertur ad verbum donatus. Vnde teneas ſecundam ſolut. s̃. relat. defendendo eam, prout. s̃. not. defendi, quamuis etiam tertia poſſet teneri, ſed illa ſecunda eſt verior, & magis congruit
b vtrique. l. ¶ In ſecunda b parte gloſſ. ibi reſpondeo ſi præceſſerint merita. not. ex gloſſ. quòd quando præcedunt benemerita filij erga patrem, licèt pater ſimpliciter donet filio, & non exprimat ꝓp beneficia, tñ intelligitur donare ꝓp benemerita, & non ex affectione paterna, & ſic donatio hodie ſtatim valet, ſm gl. in Auth. vnde ſi parens. s̃. de inof. teſt. & cum iſta gl. tranſeunt Bar. & Angel. hic, & Bart. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pact. facit text. in l. ſi verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mand. Iſtud reprobat Lud. Rom. hic per text. in l. tutor petitus. §. quæ tutorib. ff. de excu. tut. vbi ſi pater inſtituat filium, & cū ordinet tutorem alterius fratris, relictum præſumitur factum ex affectione pr̃na, & non ꝓp meritum tutelæ. Rñdet d. Alex. ꝙ ille text. loquitur in inſtitutione filij, quam pater tenetur facere, qui debet filium inſtituere, vnde non præſumitur feciſſe ob tutelam. Sed tu aduerte, ꝙ hæc ſolutio procedit quatenus inſtitutio filij eſſet vſque ad legitmam, nō vltra, nam ſi ſit vltra, pater non tenetur eam facere, vt l. parētib. C. de inof. teſt. l deo dupliciter reſpondeo ad illum text. primò, ꝙ gl. hic loquitur de benemeritis de præterito, vt expreſsè declarat Bald. hic in vlt. col. ſed d. §. quæ tutorib. loquitur in benemeritis de futuro. Secundò reſpondeo, & melius, ꝙ ibi inſtitutio filij non poteſt præſumi facta ꝓp tutelam, eo quia frater omnino eſt fiduciarius tutor à lege alterius fratris, abſque eo, ꝙ pr̃ eum tutorem
3 ꝓſtituat. Inſt. de fid. tu. §. quo defunct. ¶ † Not. tñ diligēter, ꝙ ad hoc, vt donatio facta per patrem filio in poteſtate ob materia filiæ hodie ſtatim irreuocabiliter valeat, vt tenet gl. ordin. in d. Auth. vnde ſi parens. tria copulatiuè requiruntur. Primò, quòd talia merita verè appareant, nec in hoc ſtaretur aſſertioni patris, vt dicam ſtatim in gloſſ. Secundò, quòd talia benemerita

ADDITIONES.

a ¶ Filiæ cuius. Dicto Bal. obſtat. l. 1. C. de caſtrenſi peculio. PVRPV.

b ¶ In ſecunda. Adde Iaſ. dicentem ita donata eſſe adnentitia, in l. filiæ dotem. 2. colum. ſupra eod. PVRPV.

Source : BIU Cujas

a rita [a] ſint æquiualentia rei donatæ, hoc eſt, quòd filius fecerit tale meritum patri, ꝙ ſi fuiſſet extraneus, tantum fuiſſet lucratus. c. relatum. el 2. in verſi. iuxta ſeruitij meritum. de teſt. aliàs illud donatum, ꝙ excederet meritum, non eſſet aduentitium, nec valaret, ſm Bal. & Sal. in l. illud. C. de ſacroſ. Eccl. & latè Imo. in l. Aquilius regulus. ff. de don. cum multis aditis per do. Alex. hic, & apparet non eſſe verum illud, quod tenuit Bal. in Auth. ex teſtamento, in 3. col. s̃. eo. & ſequitur Lu. hic ſufficere, quòd benemerita filij non ſint. ꝯ. dimidiam rei donatæ, arg. l. 2. C. de reſcin. vend. & in ſpecie reprehenditur ꝑ d. Alex. hic, quẽ per te videas. Tertiò requiritur, quòd talia benemerita nõ ſint obſequialia, ad quæ tenetur filius, quia non exiguntur remunera
* tionem. l. filia. C. de pat. po. *ſecundum Bald. & omnes Mod.* & Sal. in
4 d. l. filiæ cuius. ¶† In gl. ibi, nec inſpecto ſi dixit pater, &c. Iſta
b gl. tota die alleg. pro valde no. ꝙ ſi pater [b] in inſtrumento donationis confiteatur ſe recepiſſe ſeruitia à filio, in hoc non ſtatur confeſſioni patris, ſed oportet, quod benemerita verè probentur, & iſtam glo. dicit Ang. in lec. Flo. eſſe bene notandam, ꝙa quotidie patres donant filijs ꝑ benemeritis, & ſeruitijs filiorum, quæ confitentur ab eis recepiſſe, talis confeſſio nihil probat, vt hac gl. no. & poteſt reddi duplex ratio, prima, quia qñ confeſſio procedit inter perſonas prohibitas, non valet, niſi veritas probetur. l. qui teſtamentum. ff. de proba. Secunda ratio
c eſt, [c] quia quotieſcunque confeſſio, vel aſſeueratio fit à prohibita perſona, quæ non põt liberè talem actum facere, ſed ita demum ſi interueniret illud, ꝙ confitetur, talis confeſſio eſt ſuſpecta, & ei non ſtatur, quia præſumitur facta in fraudem legis, ad hoc, vt ille actus poſſet fieri, qui aliter fieri non poterat, ita probat tex. no. quem ad hoc no. Bar. in l. ſi fortè. ff. de
* caſt. pecu. *gl. Bar. & omnes hic*, & idẽ Bar. in l. per diuerſas. C. man. & in Auth. ſi quis in aliquo. circa fi. C. de eden. Bal. in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccl. & in l. cùm aliquis. C. de iur. delib. Io. An. in addi. Spe. in tit. de reb. Eccl. non alie. ſuper rubr.
5 ¶† Et per hoc infert Bar. & ſequuntur Mod. quòd ſi ſtatutum diſponat, ꝙ filiusfa. qñ eſt mercator poſſit contrahendo efficaciter obligari, certè ſi in inſtrumento diceretur, ꝙ talis filiusfa. contrahens erat mercator, non ſtabitur tali confeſſioni, ꝑut ẽt tenet Io. And. in addi. Spec. in tit. de ſen. prola. §. vt aũt. in addi. 1. cum alijs additis hic per. d. Alex. & vltra eũ, & alios addo illud, ꝙ no. decidit Bal. in præludijs feud. circa. 15. col. in 3. diui-
d ſione feudorũ: nam ſcitis, ꝙ prælatus Eccleſiæ [d] non põt infeudare res Eccleſiæ, niſi de antiquo ita ſolitæ ſint infeudari. ca. 2. de feud. pone nunc, ꝙ Epiſcopus, vel prælatus Eccleſiæ inueſtiat aliquem in feudum de certo caſtro, tanquam de feudo antiquo, aſſerens in inſtrumento, ꝙ anteceſſores iſtius ab antiquo tenuerunt in feudum, quòd huic confeſſioni prælati non eſt ſtandum, ex quo prælatus non poteſt liberè infeudare, & multa alia de quib. ibi pulchrè per eũ, q̃ omnia hic opportunè cadũt. ſequitur d. Mar. Lau. in c. j. in 7. col. de ijs, ꝙ feud. da. poſ. & Io. de Imo. in c. 2. in antepe. col. de feu. vbi refert d. Car. ita conſuluiſſe. & d. Alex. vbi egregiè limitat in conſi. 10. in 4. vol. ꝙ inci. ponderatis his, quæ in themate narrantur. in 2. & 3. col. Ad idem facit, ꝙ ſing. dicit Bal. in l. iubemus. §. 1. C. ad Treb. ꝙ ſi pater faciat ceſſionẽ filio in poteſtate de aliqua re acquiſita, & confiteatur pretium exburſatum de pecunia filij, non ſta-
6 tur confeſſioni patris per prædictam reg. ¶† Iſtam reg. ſic ampliatam limitat primò Bald. hic in 1. col. ad fi. & pondera bene in quib. terminis loquatur, quando pater exprimeret in indiuiduo ſpeciem, & qualitatem meritorum, & hoc cum iuramento, tunc hæredes tenentur ei ſtare. Auth. quod obtinet. C. de proba. quæ nihil facit ſm d. Alex. cùm ibi non fieret fraus legi, ſed ſolum damnũ hæredi. & in contrarium adducit illud, ꝙ vult Bart. in l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de lega. 3. de marito confitente ſe eſſe debitorem vxoris cum iuramento, nam tali confeſſioni licèt iuratæ non ſtatur, quia eſt inter prohibitas perſonas, vt ibi tenet Bar. & in alijs locis hic alleg. per do. Alex. quib. adde Lud. Rom. in conſil. 205. inci. quo ad primum quis melius ius prætendat. Sed tu aduerte, quia Bald. loquitur in terminis, quando pater enumerauit benemerita filij in ſpecie, & in qualitate cum iuramento, cùm etiam ſine iuramento ſufficeret ſpecificare benemerita, & eis ſtaretur, ſecundum Bal. in l. illud. in 4. col. C. de ſacroſ. Eccl. & in l. ſi. in lect. antiqua. ff. de exercito. & dicit Bald. in c. edoceri. in 4. colum. ad fin. de reſcrip. quòd ſi inſtrumentum dicat, ꝙ donauit pro bonis, & legitimis meritis, non probat, vt hic gloſſ. tamen ſi æquiualentia merita nominentur ſpecialiter, & expreſsè, tunc ſtatur confeſſioni, vt per gloſſ. in l. qui teſtamentum. ff. de proba. Alibi Bald. in capitul. ſciſcitatus. in ſecunda colum. de reſcrip. dicit, quòd certam qualitatem meritorum verba generalia non probant, ſed ſpecialia probant, vt ibi per eum. Et quamuis in hoc vltim. contrarium tenuerit idem Bald. in l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. cum alijs concor. hic adductis per domin. Alexan. tamen dato, quòd ſola ſpecificatio benemeritorum de per ſe non ſufficeret, quando accederet iuramentum, fortè procederet dictum Bald. Quod confirmo per illud, quod ſingulariter tenet Bald. in præalleg. præludijs feudorum in dicta tertia di-
7 uiſione feudorum, vbi tenet, quòd † ſi prælatus cum capitulo confiteatur feudum, de quo inueſtit aliquem, eſſe antiquum, licèt non ſtetur tali confeſſioni, vt prædixi, tamen ſi apponeretur iuramentum, præſumeretur vera, nec quicquam melius poſſet adduci per Bald. hic, an tamen illud ſit verum, ibi examinaui poſt Bald. ¶ Secundò prædictam regul. limitat Saly. ſub dubio tamen fortè in dict. l. filiæ cuius, quòd talis confeſſio plenè probabit quantum ad ipſum patrem reuocare volentem, quia propter ſuam confeſſionem prohibetur venire contra factum proprium. Iſtam limita. reprehendit domin. Alexan. hic, quia quando actus eſt factus contra l. poteſt quis venire contra factum proprium, ſecundum Bartol. in l. poſt mortem. ff. de adop. Hinc eſt, quòd ſi quis fecerit dona. ſine inſinuatione, poteſt ipſemet reuocare, ſecundum Imol. in l. Attilius. ff. de dona. Ego addo plus, quòd quando factum proprium eſt impugnatum à lege, vt eſt in donatione facta ſine inſinuatione, etiam ſi ſit iurata, licitum eſt venire contra factum proprium etiam iuratum, quando factum eſt lege impediente, ſecundum Feder. de Sen. in conſilio 172. quem refert, & ſequitur Imol. in commento capitul. cùm contingat. in 57. char. in fin. de iureiuran. Sed ad propoſitum noſtrum aduerte, quia quamuis confeſſio patris de benemeritis filij ſit ſuſpecta, tamen non credo, quòd dicatur contra legem, ſicut in ſimili pater prohibetur cõtrahere cũ filio in poteſtate, tñ ſi contrahat, non eſt ℈ l. ſed præter. l. nã oritur naturalis obligatio. l. frater à fratre. & ibi declarat Bartol. in pen. q. ff. de condi. indeb. quæ naturalis non oriretur, ſi contractus eſſet contra legem ſi non ſortem. in princip. ff. de condi. indebit. Facit, quod dicit Bald. in capit. ſciſcitatus. in 2. colum. de reſcrip. quòd ſi in inſtrumento donationis apponantur illa verba pro benemeritis, & ſeruitijs, tamen donatio non eſt falſa, licèt merita non interuenerint, & idem tenet Bald. in l. prima. in penult. colum. ff. de condict. ob cauſam, vbi notabiliùs loquitur. Tu adde tex. not. in l. in ſummam. verſicul. id quoque. ff. de condi. indebit. & in l. damus. eod. tit. Verius eſt, ꝙ dicat contra. l. cùm ſit in fraudem. l. per l. qui teſtamentum. in fin. ff. de probationib. & per id, ꝙ decidit Bartol. in l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de legat. tertio. ¶ Ego vltra alios limito tertio, ꝙ confeſſio facta à perſona, quæ non poteſt liberè actum facere, præſumitur falſa, & ei non ſtatur. iſta regula procedit in perſonis priuatis, ſecus eſt in iudicibus, vel in alijs habentibus iuriſdictionem de public. quia ſi faciant confeſſionem in actu, in quo liberè non poſſunt diſponere, tamen ſtatur eorum confeſſioni, imò plenè probat. Hinc eſt, ꝙ Poteſtas, vel alius ordinarius non poteſt delegare cauſas meri, vel mixti imperij, niſi ex cauſa neceſſariæ abſentiæ, vel alterius iuſti impedimenti. Pone, quod Poteſtas delegat, & in inſtrumento delega. dicit, qualiter eſt impeditus legitimè, nunquid ſtabitur huic confeſſioni? Dico, quòd ſic, quãuis non poſſit liberè actum delegationis facere, glo. eſt de hoc ſolennis, & ordi. in capitul. paſtoralis. in princip. in verſic. exonerare. de offic. deleg. Bald. in capit. de cauſis. in 15. colum. eod. titul. tenent Guido, & Alberic. & domin. Alexand. & ibi dixi in l. prima. in princip. ff. de offic. eius. Et ratio diuerſitatis eſt, quia lex multum plus præſumit pro iudice, quàm faciat pro priuato, ita egregriè inquit Bal. in rubric. de offic. deleg. in penult. colum. & not. iſtam limitationem, quia eam non tradunt in ſpecie nec hic, nec alibi Doctor. ¶ In tertia parte gloſſ. ibi, nec tenet ab initio. Iſta pars gloſſ. poteſt dupliciter intelligi. primò vt referatur ad illud, quod dixerat gloſſ. ſupra de donatione facta propter benemerita, quando de benemeritis non appareret, & iſto modo referendo iſtam gloſſ. ſecundum Angel. hic in lect.

ADDITIONES.

a Benemerita. Idem Iaſ. in l. petens. col. 6. ℈. de pact. Alex. lib. 1. conſi. 55. col. 3.

* Adde quæ ſcribit Catel. verſi. donatio facta. eundem Iaſ. in l. ex hoc iure. col. pen. & vlt. ff. de iuſt. & iur. & dic, quod in donatione facta à patre filio propter benemerita non ſtatur ſolius patris aſſertioni de benemeritis, niſi aliter probentur ſecundum communem per Dec. conſil. 366. colum. penu. Old. conſil. 5. Titius dedit. in fin. de qua plura not. Clar. §. donatio. q. 8. verſi. hinc infertur. Rol. conſi. 98. nu. 49. & 53. lib. 1. idẽ Iaſ. in l. frater à fratre. poſt nu. 44. ff. de cond. indeb. Deci. hic nu. 18. Nat. conſi. 295. col. 2. in fi. & col. ſeq. declara, vt per Viu. inter com. opin. libr. 4. verſi. donatio facta, & ſuo, lib. 2. concl. 95. MASVER.

b ¶ Pater. Adde Alex. lib. 1. conſi. 55. col. 2. PVRPV.

c Ratio eſt. Plenè Curti. conſi. 45. col. 6. verſi. pacta.

d ¶ Eccleſiæ. Adde Bal. in c. 1. in 3. col. de his qui feu. da. poſ. in vſib. feud. Petr. de Anch. & Abb. in c. vt ſuper. de reb. Eccl. non alie. & ibi per Io. de Imo.

Source : BIU Cujas

in lectu. Perusina, est sing. notãda ad vnum, ad ꝙ alij non ponderant, ſm eum, quòd ſi pater donauit filio propter benemerita eius, quæ posteà non apparent, talis donatio non confirmatur morte, ſicut confirmantur aliæ ſimplices donat. Ratio eſt, quia cenſetur ſimulata. Item cenſetur facta tanquã extraneo,
8 † ſed donatio facta extraneo non confirmatur morte, & idem per hanc. gl. tenet Ang. in l. 2. §. ſi verò pater. ff. pro don. & ibi Raph. Cu. qui limitat. Sed iſta concluſio eſt falſa, & reprehenditur per Fulg. & plenius per d. Alex. hic, ad cuius dicta me remitto. ¶ Alio & ſcdo modo, & melius intelligitur iſta 3. pars gl. ꝙ referatur ad illud, ꝙ dixerat. s̃. qñ pater concedit rẽ filio in pecul. & tũc bene dicit gl. ꝙ non tenet à prin. nec ꝙ firmatur morte ſicut alię ſimiles donationes, qñ donaẽ à patre, & iſtud patet ex ſeq. verbis gloſſ. ibi, quam diſtinctionem, & ita intelligitur, vt declaraui in prin. huius gl. ¶ In 4. par. gl. ibi, q̃ diſtinctionem. adde, ꝙ Ang. hic in lect. Flo. no. ex iſta gl. ꝙ ſi pater donet filio emancipato in peculium, cũ peculiũ in eo non cadat, illa adiectio peculij nihil operatur, ſed remanet donatio ſimplex. ¶ Adde ſimilem gl. in l. vt liberis. in gl. fi. in prin. & ibi. Doct. no. j. eo. ſicut qñ mater donat filiæ in peculium, remanet ſimplex donatio. ſecundum Bal. in l. cùm virum. C. de fideicom.

SVMMARIVM.

1 *Collationis beneficium tranſit ad hæredes.*

LEX XIIII.

SI maritus. Ius petendi coll. tranſmittitur ad hæredem ẽt poſthumum natum poſt mortem patris. hoc primò. Et emancipati quę ſita poſt mortem patris nõ tenẽtur conferre, hoc ſecũdò. Et codicilli collationem nõ impediũt, q̃uis in eis relicta non ſint conferenda. h. d. tertiò. cum duab. ll.
1 ſeq. vſque ad l. vt liberis. ¶ † No. ex l. ſi maritus, [a] ꝙ beneficium
a colla. tranſit ad hæredem actiuè. Adde, ꝙ etiam tranſit contra hæredem paſſiuè. l. cùm emancipati. in prin. ff. eo. & ꝙ actiuè adde tex. in l. 1. §. ibidem. ff. eo. ti. Ex l. filiam no. ꝙ codicilli non impediunt collat. adde gl. in l. ſi emancipati. in verb. iudiciũ. s̃. eo. ſecus eſt in teſtamento, ſm hęc iura. Et quę ſit ratio diuerſitatis, Ludouic. Roman. in illa. l. ſi emancipati. laborat, & dicit, quòd difficile eſt aſſignare rationem diuerſitatis. Sed ratio eſt clara, quia in teſtamento diſponitur plenariè de tota voluntate, ideo ſi teſtator non ordinaret, quòd fieret collatio, ceſſat, ſm Bar. in l. ſi emancipati, in pe. col. s̃. eo. ſed in codicillis non plenè diſponitur. Hinc eſt, ꝙ ſi in codicillis teſtator ordinaret plenè totam voluntatem, codicilli impedirẽt collat. ſicut teſtamentũ, tex. eſt no. in l. ex parte. §. 1. & ibi Bar. in ſummario. ff. fam. erciſ. niſi in codicillis expreſsè prohiberet, quia contra voluntatem expreſſam defuncti nunquam fit collatio, vt dicitur in l. ſi emancipati. s̃. eod. vbi glo. in verbo iudicium, iſtud tenet, ſi bene inſpiciatur. Iaſon.

ADDITIO.

a ¶ Maritus. Contra Soc. in conſi. 116. col. 7.

* Et dic, quòd beneficium collationis tranſit ad ſing. ſucceſſorem ſicut etiam tranſit ius accreſcendi, vt no. in l. 1. s̃. quando non pet. par. in l. re coniuncti, de leg. 3. & hoc ſuadetur, quia ſiue petatur per officium iud. ſiue per modum excipien. omnia tranſeunt in emptorem hæreditatis. l. 2. §. fi. de hære. vel act. ven. Bart. in l. ſi tertius. §. ſi prius. de aq. plu. arc. l. emptor. C. de hære. vel act. ven. Quid in fiſco? Dic, quod pariter trã ſibit ad eum beneficium collationis ſicut ad eum tranſit ius accreſcen. facilius quam ad emptorẽ ſerui. Doc. vbi s̃. nam fiſcus tenetur creditori. l. 2. C. ad l. Iul. de vi. & in l. ſi vt proponis. C. de bon. dam. emptor hæreditatis non tenetur. l. 2. C. de hære. vel act. ven. Quid in monaſterio? & dic, quòd ad id tranſit beneficium collationis, quia habetur loco filij. Auth. niſi rogati. C. ad Treb. idem dicen. eſt in eo, cui aliquid obuenit per ius accreſc. per rationem huius tex. hic. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *Filius an teneatur conferre donationem propter nuptias.*
2 *Emancipati an hodie conferant inuicem donationem propter nuptias. & num. 3.*
4 *Aduentitia hodie debent conferri emancipatis.*
5 *Nepotes, & pronepotes, & alij, quòd teneantur adinuicem conferre, & quando.*
6 *Dos, & donatio propter nuptias quando conferri debeant.*
7 *Attendendum eſt, quod fieri ſolet.*
8 *Papa ſi motu proprio aliquid fieri velit, intelligitur tamen, quòd fiat, vt eſt conſuetum.*
9 *Procurator conſtitutus ad fideiubendum, poteſt renuntiare beneficio ordinis.*
1 *Papa ſi conſueuit in inueſtituris, quas facit vicarijs, vel principib. ſuper terris, & oppidis Eccleſiæ, concedere iuriſdictionem pnblicationis bonorum. & vltimi ſnpplicij, iſta veniunt in ſimplici inueſtitura facta per Papam, licèt in inueſtitura non exprimantur.*
11 *Conceſſio facta pro ſe, & filijs, intelligitur facta etiam pro filijs fratris, ſi ita ſit conſuetum.*
12 *Conductio ſimpliciter facta de aliqua domo, intelligitur facta pro penſione conſueta.*
13 *Notarius ſimpliciter rogatus de inſtrumento, intelligitur rogatus, vt apponat omnes clauſulas, quæ de conſuetudine ſunt ſolitæ apponi.*
14 *Notarius in inſtrumento dotis debet apponere obl. hypothecariam, etiã ſi à partibus non ſit dictum, ſi conſuetum eſt apponi.*
15 *Bon. poſ. quando intentatur antequam hæres ſcriptus adeat, tunc res deducitur ad cauſam inteſtati.*
16 *L. pater filium. an corrigatur per hanc legem.*
17 *Conſanguinei ſponſæ ſi donant aliquid ſponſo, an vidãtur donare contemplatione ſponſi.*

LEX XVII.

a VT liberis. Secundũ Bar. [a] & Doct. vſque ad hãc l. tradita ſunt nobis iura antiqua, quę ẽt reperiebantur de iure fforũ, ſed ab iſta. l. in anteà vſque ad fi. tit. traduntur iura noua edita nouiter ab Imperatorib. ſed Bart. ſic generaliter loquens errat, quia iſta l. præcedit l. filiæ dotem. s̃. eo. quæ ponit aliqua noua, quæ non erant de iure fforum, vt ibi declaraui, & iſta l. fuit compoſita à Leone Imperatore, vt facit mentionem tex. in l. qñ nouel. s̃. de inof. teſt. & introducit iſta. l. quatuor de no-
1 uo, quæ non erant de iure fforum. ¶ † Primò addit ad totum tit. ff. de colla. dot. vnum, ꝙ ibi erat omiſſum. Ibi in illo tit. erat ſtatutum, ꝙ filia, quæ habuerat dotem à pr̃e, tenebatur talem dotẽ fratrib. ꝑferre, ꝓut ẽt dicũt multæ ll. iſtius tit. ꝓ iſtã. l. additur, ꝙ eodem modo filius tenetur conferre don. ꝓꝓ nup. iſtud non poterat ſtatui de iure fforum, quia donatio ꝓꝓ nupt. non erat cognita de iure fforum, ſed fuit inuenta per tit. C. de don.
b ꝓꝓ nup. [b] vt omnia æqualiter ſeruentur [c] in don. ꝓꝓ nup. quæ
c in dote. l. fi. cum Auth. ibi poſita. C. de don. ꝓꝓ nup. ſicut ergo de iure fforum filia tenetur conferre dotem, quam habuit à patre, eod. titu. ff. de collat. dot. & in multis ll. huius tit. per hanc. l. inducitur de nouo, ꝙ ſi filius fam. habuit don. ꝓꝓ nup. à patre, vel à matre, vel auo, tenetur eam conferre, quando tractatur
2 de hæreditate illius, à quo talem don. habuit. ¶ † Scdò de no-
d uo [d] inducit iſta. l. ꝙ licèt emancipati inter ſe olim nihil cõferrent, eo quia neuter alium iniuria afficiebat. l. ſi emancipati, in prin. s̃. eod. hodie ſtatuitur per hanc. l. ꝙ conferant ad inuicem don. ꝓꝓ nup. & donat. ſimplicem, prout dixit hic gl. mag. in 4.
3 part. ¶ † Tertium eſt, quia de iure fforum in ſucceſſione mr̃is vel lineæ maternæ nihil ſtatutũ erat de collat. vt ẽt dicit Bar. in l. 1. §. nec caſtrenſe. in pe. col. ff. eo. ꝙ hodie per hanc. l. introducitur. ¶ † Quartum, & vltimum eſt, ꝙ licèt olim ſolùm profe-
4 e ctitia [e] venirent emancipatis conferenda. l. filiæ dotem. ad fi. s̃. eod. hodie per hanc. l. inducitur, ꝙ etiam aduentitia emacipatis conferri debeant, quando tractatur de ſucceſſione illius, à quo talia aduentitia prouenerunt, & ad iſta vide Bartol. in l. ſi emancipati. in 2. col. & ſeq. s̃. eod. ¶ Illud autem, quòd dicit 1. gl. ad fi. & ſequitur Ang. ꝙ per hanc. l. de nouo ſtatuatur, vt intentata querela locum habeat colla. & ſic per hanc. l. corrigatur. l. pater filium. ff. de collat. dot. eſt malè dictum, vt tangetur
5 in illa gloſſ. 1. ad fin. ¶ † Item aduerte, quòd in hac. l. diſponitur, quòd nepotes, pronepotes, & alij teneanẽ adinuicem cõferre, intellige verum, quando ſuccedunt cum alijs nepotibus. Si autem ſuccederent cum eorum patruis, non haberet locũ iſta. l. ſed l. illam. j̃. eodem. ¶ Item iſta l. quæ diſponit dotem, & don. propter nup. ſiue profectitiæ ſint, ſiue aduentitiæ debere conferri, intellige ſanè, quando mater cui collata eſt dos, eſt, quæ ſuccedit. mortua autem matre, vel patre, nunquid filij teneantur conferre dotem datam eorum matri, vel donat. propter nupt. datam eorum patri, non tangit iſta. l. ſed l. illam. infa eodem. ¶ Iſtis ſic præmiſſis diuide hanc. l. in tres partes principal. & eſt communis diuiſio. In prima præmittitur procœmium, denotans cauſam fina. huius conſtitutionis. In ſecunda ponitur vna deciſio ibi, vt in diudendis rebus. In tertia,

ADDITIONES.

a ¶ Secundum Bar. Adde, ꝙ dictum Bart. ſequitur Iaſ. in rub. s̃. eo. PVRPV.
b ¶ Propter nup. Tex. eſt in §. pen. vbi glo. Inſti. de dona. PVRPV.
quia ratio quare hodie inter fratres debeat fieri collatio, est ratione æqualitatis seruandæ l. vt liberis. s. eo. sed in aduentitijs nõ potest cadere inæqualitas, nisi quo ad vsumfructum, cùm etiã filius in potestate ea non quærat patri quo ad proprietatem, & sic ea non conferat, vt hac. l. Sed considera, quia si procederet inductio facta de d. §. idem Papin. li. eo. ait si inter fratres. redderetur quodammodo superflua dispositio huius. l. & tamen in hac. l. dicitur, ꝙ erat dubitatio, dato, ꝙ esset d. §. si inter fratres. ergo ille. §. non stringit. dato enim ꝙ esset decisum in castrensibus, tamen fuit necessaria ista lex. vt hic in tex. Et *ista est communis sententia*, licèt Odof nihil firmet. Sed aduerte, [a] quia subtilis Iacob. de Ra. in d. l. si emancipatis. tenuit oppositum, ꝙ decisio huius tex. non procedat in filijs emancipatis, & mouetur bono fundamento: nam ista. l. referens debet intelligi secundum. l. ad quam se refert, in Auth. de filijs ante dot. instru. na. in princ. sed ista. l. se refert ad d. l. cùm opor. in princ. quæ solum loquitur in filijs in potestate, nec in alijs potest loqui, ergo in eisdem loquetur, & istud prima fronte stringere videtur. Confirmatur per hunc tex. qui dicit res, quas parentibus acquirendas prohibuimus, nam relatiuum quas, positum sine copula stat restrictiuè. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. ergo illa verba restringuntur ad filios in potestate, in quibus facta fuit illa prohibitio. Tertiò, & fortius pro ista parte facit, nam ista lex est correctoria. patet, qa corrigit. [b] l. filiæ dotem. s. eo. secundum gl. & Doct. ibi ergo nõ debet extendi ex identitate rationis l. præcipimus. in fi. C. de appel. imò nec ex maioritate rationis, vt per gl. & Docto. in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. Et ista opi. posset disputando teneri. Tamen inhærendo communi opin. potes dicere, ꝙ non sit verum, ꝙ illa. l. filiæ dotem. corrigatur per istam l. nam ista l. loquitur in aduentitijs prouentis aliunde quàm ab ipso patre, quæ per filium in totum acquirebantur patri, sed illa l. filiæ dotem. loquitur in dote aduentitia obuenta ab ipsomet patre, vt ibi declaraui, & isto modo ista. l. non esset correctoria. Secundò potes dicere, ꝙ etiam ista. l. non sit correctoria quãtum ad l. vt liberis. s. eod. vt statim. ĩ. subdam, tamen corrigit. l. ea demum. s. eo. Sed potes dicere, ꝙ non corrigit illam l. sed eam generaliter loquentem limitat. Tertio potes dicere, & respondere, ꝙ quamuis ista l. se referat ad d. l. cùm oportet. tamen etiam fundat se in similitudine castrensis peculij, vel quasi, & cùm illud de castrensi, vel quasi ita procedat in filijs emancipatis, sicut in filijs in potestate, ergo pari modo hodie ista. l. quantum ad aduentitia in ambobus procedit. sed aduerte, quia text. in d. §. nec castrense. loquitur de peculio castrensi, & sic de filio in potestate l. fi. in fi. C. de inoffi. testa. ergo non de emancipato, nisi dicas, vt dicit Bar. in d. §. nec castrense. in 1. oppo. † Limita [c] not. regulam huius tex. procedere, quando tractatur de successione patris, vel alterius lineæ paternæ. sed si tractaretur de successione matris, vel lineæ maternæ, à qua habita est dos, vel donatio propter nup. certè illa debet conferri. per l. vt liberis. s. eo. Ratio est, quia talis dos, vel donatio propter nup. habita à matre, vel auo materno, quamuis dicatur aduentitia respectu patris, tamen hic non tractatur de successione patris, sed matris, certè respectu matris dicitur profectitia, ideo conferri debet, sicut olim, & sic l. vt liberis, non est correcta per istam. ita limitant Richard. Malumb. Marti. Sili. & Alber. de Ros. hic, & ante eos istud firmat Odof. in l. illam. circa medium. s. eo. Et ꝙ talis dos profecta à matre, vel linea materna dicatur profectitia, quando tractatur de successione matris, à qua profecta est, probat tex. in d. l. vt liberis. in verbo profecta, & ibi Cy. Saly. & Alex. ad hoc not. & ibi Cy. ad hoc etiam addit tex. in l. profectitia. §. fi. ff. de iur. dot. & in Auth. de æqua. dotis. in fi. Secundò limita istã. l. ꝙ aduentitia hodie [d] non conseruntur, verum est quo ad proprietatem, sed vsusfructus proprietatis debet conferri, quia debuit acquiri patri d. l. cùm oport. in princ. & ita probat iste tex. à contrario sensu, secundum Ray. Pau. de Castr. & do. Alex. hic, & Bar. in l. pater filium. in vlti. col. ff. de colla. do. Cy. in l. si emancipati. in 4. q. s. eod. & ibi Fulg. Intellige sanè si tales fructus extant. secus si sint sine dolo, & fraude consumpti per l. ea demũ. s. eo. secundum Pau. de Cast. & do. Alex. hic. Secundò limitat istud, quod dixi de fructibus Bal. in Auth. ex testamento. in 9. & 14. col. s. eod. nisi percepissent conniuentibus oculis patris eo sciente, quia intelligerentur sibi donati, vt est tex. in d. l. cũ oportet. §. finautem. Ideoque conferri nõ debent, & ita tenuit Ang. ibi. Sed ego reprobaui istud vltimum in d. Auth. ex testamento. ibi vide. ¶ † Extra glo. quærit hic Bald. de solenni q. mortuo patre duo fratres [e] remanserunt in communione, vnus eorum ex lucro laborum suorum, vel ex fructibus bonorum suorum aduentitiorum multas pecunias exposuit in communi, alius non, nunquid tempore diuisionis debeat fratri illa maior impẽsa computari? determinat, ꝙ non per text. in c. duo fratres. de duob. fratri. de no. benefi. in vsib. feu. vbi etiam Bal. idem no. Idẽ expressè tenet Ang hic in lect. Flor. dicens hoc esse notabile, & quotidianum, quia tota die accidit in fratribus, quorum vnus habens [f] maiorem familiam altero, de sua pecunia plus expendit in communi altero, ꝙ nil debeat ei computari. Idem tenet Raph. Fulgo. referens de facto se ita consuluisse in ciuitate Veronæ. Idem tenet Ludo. Rom. hic reputans istam decisionem Bal. tenendam menti. Idem expressè tenet Ang. in l. ex duobus. ff. de nego. gest. dicens, quòd istam q. habuit pluries de facto in fratribus rusticis, quorum vnus plus expendit altero in domo communi. Sed idem Ang. hic in alia lectura Perusina, quæ est impressa, tenet contrarium, ꝙ quando impensa esset magna, non præsumitur facta animo donandi, per regulam. l. cùm de indebito. in princ. ff. de proba. secus si impensa esset ꝙparua, & talis frater esset diues, tunc propter cõiunctionem sanguinis præsumeretur donata, iuxta glo. in l. si filij. in glo. magna. s. de dona. inter vir. & vxo. & ista dist. multum placet Pau. de Cast. hic. do. Alex. aliter distinguit, sicut in simili distinguit Bart. in consi. 168. incip. quidam habens bona communia, & respondet ad d. cap. duo fratres. pluribus modis, de quibus hic per eum. Ego autẽ distinguo, & ad hanc distinctionem semper recurro, cùm consilium à me petitur, & dico, ꝙ aut isti fratres erant socij omniũ bonorum, & istud quãdo sit, plenè examinabo in l. 1. ĩ. qui test. face. pos. & isto casu teneo cum Bald. hic, quia tunc non curatur, an vnus plus expenderit altero, & an vnus lucretur plus altero, quia omnia sunt semper communia, & in diuisione omnia æqualiter procedunt, per ea quæ notabiliter dixi in Auth. quod locum. s. eod. nam ista est regula, ꝙ quando sunt plures socij omnium bonorum, non debet attẽdi, ꝙ vnus faciat maiorem expensam in domo quàm alius, vel ꝙ vnus plus lucretur [g] quàm alter, quia in societate vniuersali hoc non attenditur, sed omnia sunt æqualiter diuidenda. Ita dicit Bald. in tract. de duob. fratrib. in 7. col. in fi. per tex. not. in l. si socius pro filia. in prin. iuncta. gl. ff. pro soc. Idem dicit Bal. in l. si patruus. in vltim. col. C. communia vtri. iudi. Petr. de Ancha in consi. 302. incip. materia de qua quæritur non est noua. Lud. Rom. in consi. 172. incip. in proposito themate strictim. in vlt. dubio. Tamen Bald. hic non loquitur clarè in fratribus, qui essent socij omnium bonorum. ex te videas. aut isti fratres non sunt socij omnium bonorum, dato, ꝙ sint in communione omnium bonorum paternorum, & tunc teneo, ꝙ in ista societate particulari, illud, quod vnus frater expendit plus altero, possit ab alio repetere per l. socium qui in eo. §. fin. & l. si vnus. §. si quid. ff. pro soc. Et si considerabis Ang. in lect. Flor. & in effectu dom. Alex. idem tenent, & est veritas, & comprobatur ex ĩ. dicendis. ¶ † Iuxta ista Pau de Cast. annectit. q. quã dicit fuisse de facto in ciuitate Paduæ in duob. fratrib. nobilib. quorum vnus habebat magnam familiam. s. vxorem, filios, nutrices, & similes personas, sed gerebat totam curam rei domesticæ, & familiaris: alius frater, qui non habebat vxorem, nec filios nullam curam habebat de rebus familiaribus, nunquid tempore diuisionis possit iste frater minor natu petere à maiore illam impensam vxoris, filiorum, & familiæ, quas iste non habebat? concludit, ꝙ non, & refert ita se aliàs dixisse, & fuisse approbatũ per bonos, & probos viros, licèt quidam maligni suaderent contrarium ponendo scandalum inter fratres. Et istum casum ego habui plusquã trib. vicib. de facto. Adde Bal. in l. si paterno. ad fi. C. de neg. gest. ex cuius dictis habes modificationem, & declarationem. ibi. n. quærit Bal. de duob. fratri. rusticis, quorũ vnus habebat magnã familiam, puta vxorem, & multos filios, alter nullam habebat, nũquid in diuisione ille, qui maiorẽ familiam habebat, tenebitur computare illam impensam in plus factam altero? & determinat, ꝙ si ex talibus filijs percipiebatur in domo aliqua operatio, non tenetur solnere, aliàs sic, puta, quia filij erant parui. Et illam decisionem Bal. sequitur Ang. de Are. in §. actionũ. in 30. col. Insti. de actio. in materia actionis negotiorum gesto. Pau. de Castr. in d. l. si paterno. ponit eandem. q. quam hic, quæ fuit Paduæ, & dicit, ꝙ illa maior impensa nunquam debet solui, quando filij operabantur in domo, vt dicit Bal. aut dato, ꝙ

filij

ADDITIONES.

a ¶Aduerte. Prõ hac opinione facit regula. l. quartæ. §. toties. ff. de damno infecto. PV RPV.

b ¶Corrigit. An. l. filiæ dotem. per istam. l. corrigatur, Alex. ibi. primo nota. qd̃ sic, sed Ias. 2. col. sentit, quod non. PVRPVR.

c ¶Limita. Limitatio, quam firmat Alex. in l. filiæ dotem. 1. no. ĩ. eo. PVRPV.

d ¶Quod aduentitia hodie. Adde Bar. in l. pater. ff. eo. tit.

e ¶Duo fratres. Adde Pet. de Vbald. in tract. societatis. vbi diffusè.

f ¶Quorum vnus habens. Adde text. in cap. 2. de fratribus de no. benefi. inue. in vsib. feud.

g ¶Lucretur. Adde Decc. consi. 66. col. 4. PVRPV.

Source : BIU Cujas

filij nil operarentur, tamen ille frater maior natu, & eius vxor habebant totam curam rei domeſticæ,& familiaris, tunc illud ſufficit pro recompenſatione filiorum, vt nulla impenſa ſolui debeat,ſed ſufficiat,ꝙ frater maior natu, qui maiorem familiã habebat,etiam ſuſtinebat pondus circa gubernationem bonorum paternorum,& miror,ꝙ do. Alex.nec hic,nec in l.ſi paterno.aliquid dixerit, cùm iſti caſus tota die contingant de facto.

6 ¶†Sed quid erit ècontra,ſi duo fratres [a] mortuo patre ſtant in
a communione bonorum paternorum: vnus frater habet filios, qui tota die lucrantur,& exponunt in communi lucrum: alter frater nullos filios habet, nũquid iſte frater tempore diuiſionis, qui habet tot filios laborantes,habebit plus altero, ꝙ veriſimiliter lucrati ſunt eius filij? vr̃ dicendum, ꝙ non, per illud,ꝙ determinat Bal.in c.1. circa medium.de benefi.fratris in vſibus feud.vbi concludit, ꝙ opera præſtita inter fratres negotiantes pręſumitur gratuita,& amicitia fraterna impẽſa,per l.ex duob. in princ.ff.de nego geſt.Breuiter tene contrarium,quando non ſunt ſocij omniũ bonorum,vt s̃.dixi.in p̃rium in terminis decidit Ang.in d.l.ex duob.ff.de neg geſt.vbi dicit, ꝙ ſi ſunt duo fratres in vna familia habitantes, & vnus eorum habeat plures filios qui multum operãtur,& ponunt in domo,alius nullos habet,an in diuiſione debeat haberi ratio operarũ filiorum ſuorum,dicit,ꝙ iſtam.q.pluries de facto habuit in duob.fratrib.ruſticis,& determinat, ꝙ haberi debeat ratio illarum operarum, & ꝙ ante partem debent ſolui. per l.ſi id.§. ſi quas. ff.de donat. inter virum & vxo. Adde ẽt Bald.in tracta.de duo.frat.in 9.col. vbi quærit,pone,ꝙ erant duo fratres ruſtici,qui tenebant terras ad laborandum,& vnus eorum habebat duos filios laborantes, alius nullos,decidit notabiliter Bal. ꝙ fructus ex cultura percepti debent tempore diuiſionis diuidi in capita, & nõ in ſtirpes, & ſic ille frater, qui habebat duos filios,habebit tres partes, & alius vnam, & non habebit nocere, ꝙ illi duo filij eſſent in poteſtate patris,quia per hoc non debebit facere, ꝙ filij fraudent̃ fructib.laborum ſuorum, per l.cùm oportet.in prin.j̃.de bon. quæ lib.Adde etiam Bald.in eo.trac.de duob.frat.in vlt.col.vbi refert ſe dixiſſe in l.ſi ſocietatẽ mecum.ff.pro ſoci.ꝙ ſi ſunt duo fratres ruſtici,& vnus habet filios, qui quotidie laborãt in agro, quem cõiter colunt,& alter non habet filios,ꝙ ille qui habet filios,quia plus de opera ponit, debet ẽt in diuiſione plus percipere de lucro, & illud plus intelligitur arbitrio boni viri, iuxta veriſimilem operarum qualitatem. Et idẽ tenet Bal. in l. ſi patruus.in pen.q.C.cõmu.vtriuſq; iu.Adde etiam Bal.in l.1.in 11. q.C.pro ſoc.vbi quærit.pone, duo fratres mortuo patre habẽt prędium cõe. item conduxerunt duo prędia ad laborandum: vnus iſtorum fratrum habebat duos filios laborantes, alius nullum habebat, & ex fructib. prædiorum multa acquiſiuerunt, qualiter tempore diuiſionis diuidentur inter eos iſta lucra? Et reſpondet notabiliter, ꝙ ſi quæris de fructib.perceptis ex prædio communi,quia medietas attribuitur proprietati,illa ęqualiter diuidetur per capita,non ſolùm fratrum, ſed filiorum, qa iſta eſt natura ſocietatis,qđ diuidantur lucra per capita,de alijs verò fructib. perceptis ex prædijs conductis ad laborandum,tenet,ꝙ lucrum diuidatur per capita fratrum filiorum, & ſic ille frater,qui duos filios laborantes habebat, ꝙſequeretur tres partes,& alius frater vnam.Et iſtam vltimam deciſionem Bald.ſequitur.d.Alex.in conſ.133.in 2.vol.incip.Titulus qõnis talis eſt. Prędicta ẽt ſequitur latè.d.Alex.in conſi.99.in 2.vol.qđ incipit, habita ſuper narratis.& ibi reprobat deciſionẽ Bal. in pręalle.c. 1.circa med.de benefi.fra.in vſi.feu.Et prędictas deciſiones nota,quia ſolent frequenter contingere in facto. Iaſon Piſis.

ADDITIO.

a ¶Duo fratres.Quæſtio de fratre habente filios laborantes.Iaſ.idem,quod hic tenet in l.illud col.pen.s̃.eo. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Alleganti aliquem deceſſiſſe ab inteſtato,ei incumbit onus probandi.*
2 *Filius præſumitur eſſe in poteſtate patris,niſi probetur emancipatus,& nume.3.*
4 *Emancipatus emancipato nihil confert, quia vnus non facit iniuriam alteri.*
5 *Conſequitur quis ex perſona alterius,quod ex ſua conſequi non poteſt, & nu.8.*
6 *Excommunicati,& non excommunicati ſi ſint ſepulti in vno cimiterio. omnes debent ibi remanere, ſi non poſſunt diſcerni.*
7 *Cauſa quando eſt communis monaſterij, & laici, tunc monachus poteſt eſſe procurator laici in illa cauſa.*
9 *Socius omnium bonorum habet excuſationem à munerib. publicis propter perſonam ſocij: ſecus in duob. fratrib.*
10 *Fratres duo habentes feudum ab vno Principe,& vnus committit felloniam contra dominum, quia reliquit dominum periclitantem,alter eum pro ſua probitate defendit,vterque retinebit feudum.*
11 *Quid in ciuitate habente feudum.*
12 *Clericus,& laicus ſi ſunt patroni vnius Eccleſiæ,Legatus Papę non poteſt illud beneficium alteri conferre propter laicum.Multa alia ſimilia adducit ad confirmationem ſupradictę regulę,ſcilicet,quòd quis conſequitur per alium,quod per ſe conſequi non poteſt. vſq; ad nu.24.*
25 *Extraneus penitus ſuccedens cum filio, non tenetur illi conferre.*
26 *Collatio nunquã habet locum,niſi inter deſcendentes ſuccedentes aſcendentib.& non inter alios.*
Inter tranſuerſales ſuccedentes tranſuerſalib. non habet locum collatio. nume. 27.
28 *Collatio,quòd non habet locum inter aſcendentes ſuccedentes tranſuerſalibus,& nu.29.*
30 *Collatio inter deſcendentes vt habeat locum, tria requiruntur copulatiuè, & nu.32.*
31 *Id eſt, hęc dictio non ſolùm eſt declaratiua, ſed etiam reſtrictiua.*
33 *Statuto cauetur,quòd exiſtentibus filijs maſculis filię fœminæ non ſuccedant patri ab inteſtato. Si pater inſtituat maſculum, & filiam hęredes, collatio non habet locum inter eos.*
34 *Stante tali ſtatuto,an talis filia pręterita habeat ius contratabulandi.*
35 *Collatio vt habeat locum inter deſcendentes, requiritur, quòd tales deſcendentes ſuccedant titulo vniuerſali, aliàs ſecus.*
36 *Emancipationis,& patrię poteſtatis differentia,quòd hodie ſit ſublata.*

LEX IX.



I emancipati. Iſta l. eſt clauis totius tit.quia glo.& plenius Doc.poſuerunt in ea fundamenta prędictis tituli,q̃ etiam ponit Bar.in l.pater filium.ff.de coll.do. Et habet duo dicta,ſeu duas deciſiones. Secunda ibi, ſi autem frater tuus.h.d. Emancipatus emancipato nil conferre tenetur, ſed bene emancipatus fratri retento in poteſtate, quando ab inteſtato ſuccedit.h.d.Figura caſum in prima parte in terminis valde dubitabilis.prout facit Bal.hic,& tenet Pau.de Caſt.licèt de Bald.mentionem non faciat. Pone, pater duos habebat filios, vnum iam annis.20.præteritis emancipauerat,& ſic talis emancipatus tanto tempore multa acquiſiuit,quæ ſunt ſua propria: alium filium retinuit in poteſtate,qui intra iſtos.20. annos multa acquiſiuit, ſed patri, poſtea per duos menſes ante eius mortem pater emancipauit iſtum f̃m filium, & ſic tempore mortis patris ambo filij reperiuntur emancipati, inter eos exoritur probabilis.q.tempore diuiſionis,quia de bonis quæſitis per illũ, qui remanſit in poteſtate, cùm fuerint acquiſita patri, alius frater medietatem habet, nunquid ratione æqualitatis ſeruandæ teneatur alius frater, qui tanto tempore fuit emancipatus, etiã ipſe conferre illa bona, quæ acquiſiuit ſaltem ante emancipationem ſecundi fratris.In iſta l.deciditur ſin.ꝙ non,quia emancipatus nil confert emancipato, nec attenditur illa dr̃ia acquiſitionis, quia lex non ſe adaptat ad omnes caſus, qui poſſunt contingere.patet, nam ideo emancipatus tenetur cõferre filio in poteſtate propter iniuriam, eo quia filius in poteſtate totũ acquiſiuerat patri,vt declaraui in l.1.s̃.eo. Ponamus, ꝙ filius in poteſtate nil vnquam acquiſiuerit patri, tamen emancipatus tenebitur ſibi conferre,& iſto modo prima deciſio huius text.
1 redditur ſin.¶†No.ex iſto tex.ibi, *nec vllum teſtamentum relictum*, f̃m Lu.Ro. ꝙ alleganti quem deceſſiſſe ab inteſtato incumbit onus probandi,ita probat iſte tex. iuncto verbo *infra probatum fuerit*.Sed errat Lud.non recordatus,ꝙ p̃rium determinat Bar. in l.is poteſt.in pen.col.ff.de acq.hęred. quem ſequitur.d.Alex. hic,& ibi in vlt.col.Et oſtendit euidenti rõne,nam ꝙ aliquis fecerit teſtm̃, iſtud eſt facti: facta autem non præſumuntur,niſi probentur.l.in bello.§.factæ.ff.de capti. Sed qũo reſpondebitur ad hunc tex? d.Alex.nil rñdet, ſed in d.l.is poteſt.in vlt.col.ſolũ dicit,ꝙ iſte tex.nihil facit,& aliter non rñdet.Fortè putauit, ꝙ illud verbum probatum fuerit, non referatur ad illud, ꝙ s̃.dixit, nec vllum teſtm̃,cùm ſint duæ orationes perfectæ, licèt copulatæ.Et hoc eſt planum,ſi in tex. habetur verbum eſt, aliàs verbum probatũ fuerit.j̃.poſitum ad vtrunq; vr̃, ꝙ referri debeat,
2 cùm aliàs non haberet orationem perfectam, niſi ſit verbũ eſt.
a ¶†Secundò [a] no.ex tex. ibi, teq; emancipatum probatum fue-
b rit.hic eſſe tex. meliorẽ de iure,ꝙ in dubio filius [b] præſumitur in po-

ADDITIONES.

a ¶Secundò.Adde Iaſ.in l.ſi pater.col.6.ver.præterea.j̃.de inſtit.& ſubſti. Iaſ.in l.pactum.1.col.s̃.eo.Fel.remiſſiuè in c.3.col.pen.de proba. Bart.contra conſi. 42.viſa.Adde Alex.lib.3.conſi.3.col. 4. PVRPV.

b ¶In dubio filius.Adde Ang.in l.poſt mortẽ.ff.de adop. Spec.in tit. de act.in §. 1.ver.ſed quid ſi poſtquã.cum ver.ſeq.Io.An.in regula infamib.de regulib.lib. 6.in mercu.* Et dic,quòd in hoc contrarium tenet Cor.conſi.208.col.pen.& vlt.lib.3. vbi dicit,qđ legendo,& cõſulendo,ſemper ſibi viſum fuit de iure verius,vt quis non præſumatur nec ſui iuris, nec in poteſtate, ſed qui ſe fundat in aliqua ex illis qualitatib.eam probare tenetur. BELLOT.

Source : BIU Cujas

in potestate patris, nisi probetur emancipatus, vt dicit hic text. quem sic no. Fulg. Lud. & d. Alex. hic. Facit. l. si filius. ff. de proba. Ad idem ponderat Ang. gl. in l. sed & si de sua. in gl. 1. ff. de acq. hær. tamen illa gl. non probat, fm Imo. Lud. & Rapha. ibi, quia licèt glo. dicat, qđ pater alicuius in dubio præsumitur viuere, si non probetur mortuus, quia in dubio quilibet præsumitur viuere [a] vsque ad centum annos, per hoc illa glo. non probat, ꝙ filius præsumitur in potestate, quia ista stant simul, ꝙ pr̃ viuat, & tñ filius non sit in potestate, quia sit emancipatus, vel quia sit naturalis tãtum. Ad idem facit, quia emancipatio est facti, facta autem non præsumuntur nisi probentur, vt dixi. ¶ Limita tamen istud notabile, nisi filius esset in quasi possessione existentiæ sui iuris, quia tunc transfert onus probandi in aduersarium. gl. est in l. Titia. in gl. fi. ff. sol. mat. sequitur Bart. in l. is potest. in 6. col. ff. de acq. hęre. cum concor. de quib. per dom. Alex. hic, qui simpliciter transit cũ ista limitatione, sed ista limitatio non est [b] vera, & eam reprobant Pet. Bar. & ipsemet Alex. in d. l. Titia. quia primæuus status naturæ contradicit huic quasi possessioni. l. item in potestate. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. ergo non releuat ab onere probandi, iuxta gl. in l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. ven. no. Bar. in l. si prius. in 5 oppo. tertiæ partis. ff. de ope. [c] nou. nun. Tu limita, nisi filius habitauerit seorsum à patre per decem annos, tunc præsumitur emancipatus, si hoc alleget, ita Bald. in l. post mortem. ad fin. ff. de adop. & in l. 2. C. si aduer. rem iudi. & ita declarat tex. in l. 3. in prin. ff. ad Maced. Adde bene facere tex. in l. 1. in verbo *diu paßus*. C. de pa. pote. Et in istis terminis potest saluari gl. in d. l. Titia. item ad notabile tex. adde etiã, ꝙ in contrarium vr̃ facere text. in l. si vxor. in verbo *monstretur*, [3] & ibi Raph. Fulg. ꝛ. de condi. in ser. ¶† Ista faciunt ad notabilem practicam, & cautelam, quam tradit Angel. in d. l. sed & si de sua. dicens, ꝙ ex ea poteris consequi magnum honorem, si scieris practicare: nam de iure communi in certis casib. & sæpè ex forma statutorum filiusfamiliàs prohibetur facere contractus, certè qñ erit in iudicio propè finem instantiæ, debes esse cautus, vt opponas, ꝙ aduersarius tuus est in potestate patris, & istud in dubio præsumitur, vt hic, & quia ipse non poterit se probare emancipatum, quia tempus non supereſt ad probandum, succumbet in causa. Et licèt Imo. Raph. & Lud. ibi reprobent per tria fundamenta, tamen ad illa rñdet d. Alex. ibi, & plenius d. Barto. Vero. in caute. 164. dic, vt ibi per eos. ¶ Glo. in verbo cessat. diuiditur magistraliter in quinque partes. In prima infert vnum ex tex. In secunda, quæ est ibi, sed contra. glo. format duas oppo. quæ tamen non simul veniunt, sed tendunt ad diuersa. Prima opp. de l. filiæ dotem. ꝛ. eo. non venit contra tex. sed solùm cõtra illationem, quam gl. fecerat ex text. Secunda verò oppo. de l. 1. §. pen. ff. de coniun. cum eman. lib. tendit de directo contra tex. sed vtriq; oppositioni simul rñdet. In tertia, quæ est ibi, vel ꝙ. ibi gl. rñdet secundo modo secundæ oppo. In quarta, quæ est ibi, vel dic nepoti. gl. tertio modo rñdet secundæ opp. In quinta & vltima, quæ est ibi, Item cessat collatio. glo. ponit vnum dictum valde generale in materia collationum. fortè timore taciti ꝛrij, ꝙ dicam nunc. Redeo ad duas primas partes gl. & licèt gl. simul formet illa duo ꝛria, & simul vtriq; respon- [4] deat, ego tñ separo, vt clarius habeatis. dicitur in tex. † ꝙ emancipatus fratri emancipato nihil confert, & ratio est, quia vnus non facit iniuriam alteri. l. 1. in prin. ff. eo. si ita est, ergo sequitur, ꝙ multo minus suus tenetur conferre emancipato, quia suus nullam iniuriam facit, si recipit ab emancipato, dicit text. in l. 1. in prin. ff. eo. Hinc est, ꝙ emancipatus potius cogitur ad conferendum quàm suus, vt habuistis in Auth. ex testamento. s̃. eod. In ꝛrium habemus text. ꝙ suus tenetur conferre emancipato dotem profectitiam. l. filiæ dotem. s̃. eo. ergo si illud, de quo minus vr̃ inesse, inest, ergo fortius illud de quo magis. ergo cùm suus ꝓferat emancipato, vt dixi, ergo multo fortius vnus emancipatus debet conferre alteri emancipato, ꝙ est ꝛ istum tex. gl. respondet, ꝙ tex. noster licèt generaliter dicat, ꝙ emancipatus nil conferat emancipato, tamen debet intelligi, & limitari secundum d. l. filiæ dotem. qđ verum est, ꝙ nihil conferunt nisi sint bona profectitia, quia illa tenentur adinuicem conferre, sicut suus confert emancipato. Et sic vult gl. quòd emancipatus emancipato bene conferat profectitia, & malè dicit, & cõtrarium, & melius tenuit glo. met. ꝛ. in gl. fi. magna in prin. eo quia de iure Digestorum ante l. vt liberis. s̃. eo. emancipatus emancipato nihil penitus conferebat, vt hic, & l. 1. §. portiones. & l. 2. * §. si tres. ff. eo. *Vera est ergo sol. secundum Iac. But. Bar. & omnes hic*, quòd emancipatus emancipato nihil penitus cõfert, vt hic, sed suus emancipato bene confert profectitia. ita loquitur contrarium d. l. filiæ dotem. in fin. Et ratio diuersitatis est, vt etiam ibi declaraui, quia cùm emancipatus suo omnia conferat, in aliqualem compensationem statutum est, ꝙ suus illi conferat saltem profectitia, quæ ratio cessat, quando ambo sunt emancipati, & ita teneas, & sic illatio, quam gl. s̃. in prin. facit, non est vera, cùm sit diuersa ratio, secundum Bar. & Doct. Secundum contrarium tendit de directò contra tex. d. l. 1. §. pe. ff. de cõiun. cum eman. lib. vbi erant duo filij, vnus emancipatus, alius in potestate, & ex filio præmortuo duo nepotes, vnus in potestate, alius emancipatus. ibi deciditur, qđ patruus emancipatus non solùm confert nepoti in potestate, sed etiam nepoti emancipato, ergo ibi emancipatus confert emancipato, quod est contra hunc tex. gl. tripliciter respondet. primam sol. s̃. proximè repro- [d] baui. Secunda solu. gl. vltra reprobationes [d] Docto. est notoriè falsa, quia si nepos erat in potestate patris, à quo fuit emancipatus, vt dicit gl. ergo non poterat esse in potestate aui, & si erat potestate aui, non poterat esse in potestate patris. filius enim nõ potest emancipare nepotem ex eo, nisi eum habeat in potestate, sed habere eum in potestate non põt, nisi ipse filius sit emancipatus, & nepos conceptus post emancipationem. §. fin. Insti. qui. mo. ius pa. pot. sol. & sic esset penitus extraneus auo, vt etiã dicit Bal. hic. l. si quis filio exheredato. in prin. ff. de iniu. rup. & sic non succederet tunc auo, & sic multo minus sibi deberet conferri. Tertia solu. gl. ꝙ ibi nepoti emancipato cõferatur ex persona patris sui præmortui, qui bene erat in potestate aui, licèt teneatur per Cy. & Sal. hic, tamen reprobatur per alios omnes, quia cùm ipse fuerit mortuus viuo auo, eo viuo nullum ius habet succedendi, ergo ex persona patris nepos non potest admitti necessariò: ergo nepos admittitur ex persona sua propria, licèt succedat in locum patris. Vera ergo sol. est secũdum * Bar. Bal. & *omnes Doct. communiter*, quòd illi duo nepotes computantur loco vnius, & sic ibi patruus emancipatus cõfert emancipato nepoti, non propter illum, sed propter alium nepotem in potestate, cùm ambo illi nepotes in stirpes succedant, & nõ [5] in capita, & sic loco vnius habeantur. ¶† Not. tu diligenter ex [e] ista sol. Bar. & omnium hic, vnam pulchram regulam, ꝙ quis [e] consequitur ex persona alterius illud, ꝙ ex persona sua consequi non posset. nam hic nepos emancipatus propter alium nepotem in potestate consequitur, vt ei per patruum emancipatum conferri debeat, ꝙ non consequeretur, si solus esset emancipatus per hunc tex. Adde tex. in c. pen. & ibi per Bal. de appel. [6] † Item adde text. in c. in sacris. de sepul. qui vult, ꝙ vbi sunt sepulti in cemiterio excommunicati, & non excommunicati, ꝙ [7] omnes debenr remanere, si non possunt discerni. ¶† Facit etiã tex. in clem. si religiosus. de procu. vbi dicitur, ꝙ quando causa est cõmunis monasterij, & laici, ꝙ monachus procurator monasterij potest esse procurator laici in illa causa. Similiter dicit Imo. post alios in c. fi. de postu. quòd si laicus, & Ecclesia habẽt causam communem, sacerdos poterit esse aduocatus pro tali [8] causa. † Item ad istam regulam adde, ꝙ illud, quod per me cõsequi non possum, non impedior consequi per aliũ. l. 1. in prin. in versi. si quis igitur. ff. de verb. oblig. & ibi Mod. ad hoc notant. præcipuè Alex. in 7. no. Facit. l. Aristo. in fi. ff. quæ res pig. obl. nõ pos. de quo tamen vide tex. ibi, & latius gl. in l. Labeo. in fin. ff. de [9] vsucap. † Adde tertiò ad hanc regulam bene facere glo. sing. in l. fin. C. de mune. & hono. non cõ. lib. 10. quæ singulariter dicit, ꝙ socius omnium bonorum habet excusationem à munerib. [10] publicis, ꝓ ꝓ personam socij, secus in duob. fratrib. † Ad idem facit quarto, qđ vult sing. Bal. in c. 1. in 3. col. quib. mo. feu. amit. [f] quòd si sunt duo fratres [f] habentes feudum ab vno principe, & vnus commisit felloniam, vt possit priuari, quia dereliquit dominium periclitantem, alter verò sua probitate eum defendit, quod vterque retinebit feudum, & iste, qui cõmisit felloniam, [11] non potest priuari propter alium, ꝙ bene not. † Similiter dicit [g] ibi Bal. quòd si ciuitas habens [g] castrum in feudum habeat nobiles, & populares, qđ si nobiles sint rebelles, populares non, qđ propter

ADDITIONES.

a ¶Præsumitur viuere. Adde l. fi. C. de sacrosan. eccl. Spec. titu. de proba. in §. 1. ver. quid si testes. Card. Zab. in clem. 1. de reb. eccle. non alien. in 3. not.

* Et vide, quæ scribit Alcia. trac. præsump. Reg. 1. præsum. 44. vbi de hac reg. disputat. Viui. commu. opi. lib. 2. concl. 318. vbi affirmatiuam sequitur vti magis communem, de qua plura not. Gabr. commun. opin. lib. 1. tit. de præsump. 16. Pract. Pap. for. libe. ex test. ver. possidebat. vbi dixi. MASVER.

b ¶Titia. Adde, quod contrarium tenet Alci. tract. præsump. reg. 2. præsump. 2. nume. 2. PANCIR.

c ¶Nisi filius. Limitatio Barba. lib. 2. consi. 33. scripsit Psal. col. 2. PVRPV.

d ¶Reprobationes. Ab hac posset gloss. defendi exemplificando in casu. l. 4. §. si quis Titio. ff. de contratabu. sed quia gloss. etiam hic diuinat, tene communem. PVRPV.

e ¶Quòd quis. Adde, qđ fere omnia ad hanc regulam dicta aggregauit Alex. in l. præcipimus. §. eo obseruando. in apost. ꝛ. de app. Et adde Bar. in l. prægnantem. ff. de pœnis. PVRPV.

f ¶Si sunt duo fratres. Adde Bal. in l. si is qui duos. ff. de lib. leg.

g ¶Ciuitas habens. Adde no. per Barto. in simili in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Bar. in l. aut facta. in §. fi. ff. de pœ. Docto. in c. in nostra. de iureiur.

Source : BIU Cujas

propter talem mixturam nobilium,& popularum feudum nō
12 applicatur domino.† Ad idem quinto facit,ꝙ vult Abb.Pan.
a in c.fi.de iure patrona.vbi tenet,ꝙ ſi laicus,& clericus [a] ſunt patroni vnius Eccleſiæ,qđ Legatus Papæ non poteſt illud beneficium alteri conferre propter laicum,quia vbi eſſet clericus patronus ſolus bene potuiſſet,& ita dicit tenere Feder.de Senis in conſi.64.& idem tenet Gemin.in c.1.ad fin.de iure patron.in 6.
13 † Sic etiã,& ſextò videmus,quòd ſi clericus, & laicus ſunt hæredes vnius,debet laicus coram Epiſcopo conueniri propter clericum.ita Bar.decidit in l.præcipimus.§.eo obſeruando. per illum tex.C.de appel.& in l.ſolet.ad fi.ff.de alim. lega.& in l.ſi is qui duos.ff.de liber.lega.& in l. ſi communem.ff. quemadmo. ſer.ami.& in l.1.C.ſi vnus ex plu.app.& idē tenet Pet.de Anch. in c.ea quæ.in 27.col.de reg.iur.lib.6.& in c. Roma.in 13.col.de
14 appel. in 6. † Sic etiam videmus ſeptimò, quod quando laib cus, [b] & clericus ſunt executores vnius teſtam. iudex eccleſiaſticus eſt iudex laici propter clericum. ita Cardi.Flor.dicit in c. cùm Ioannes.de teſta.quē refert,& ſequitur And. Barb. in rub.
15 de offi.deleg.in 2.col. † Sic etiam videmus, & octauò,qđ creditur teſti domeſtico ratione alterius teſtis nō domeſtici, ſecūdum Ang.in conſi.1.per tex.in l.ſi quis ex argentarijs.§.1. & qđ ibi in ſimili notant Bal.Ang.& Mod.& ibi dixi.ff.de eden. Bal.in
16 l.1.C.de teſti.Lud.Rom.in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb.ob.† Sic etiam videmus, & nonò, quod licèt aliàs ab arbitro iuris non appelletur de iur. ciu.vt no.Bar.& alij in l.cū ſpeciali.C.de iudi. cum concor.aliàs per me ibi traditis, tamen ſi cum illo arbitro iuris ſimul iudicauerit alius compromiſſarius arbiter.poterit appellari à ſententia vtriuſque,ſecundum Lu. Ro.in l.arbitro.
17 ff.qui ſatiſda.cog. † Sic etiam videmus,& decimò, ꝙ quando priuatus habet ius commune cum Eccleſia Romana, qđ licèt aliàs contra priuatum præſcriberetur.10.vel 20.ann.tamē propter Eccleſiam non pręſcribitur etiam contra iſtum priuatum niſi centum ann. Ita dicit Imo. per illum tex.in c.ad audientiã.
18 de p̃ſcr.† Facit vndecimò, ꝙ vult Abb. Pan.in c.1.de pręſcr.de capitu.habente bona communia cum prælato mortuo, quod ſicut ſede vacante non currit præſcriptio contra prælatum,ita nec contra bona capituli illi connexa, contra quæ bene curre-
19 ret præſcriptio,ſi eſſent ſeparata.† Duodecimò facit,quia inſtitutus beneficio præteriti poteſt contratabulare teſtamentum patris,vbi ex perſona ſua non poſſet.l. ſi poſt mortem. §.fi.ff.de bon.poſ.contratab.gl.& Doct.in l posthumo.ſ. de bon.poſ.cō
20 tratab.quam præt. † Decimotertiò facit, ꝙ vult gl.no.in c.1.in gl.fi.de iur.patro.in 6.ꝙ ſi Eccleſia,& patronus laicus ſimul habent præſentare,qđ ratione communionis priuilegium Eccleſiæ tranſibit ad laicum,& ſic laicus propter Eccleſiam habebit ſex menſes ad præſentandum , vbi aliàs de per ſe non haberet niſi quatuor menſes,argu.l.ſi communem.ff.quemadmodum ſer.amit. vbi in ſimili idem ſtatuitur in habēte rem cōmunem
21 cum pupillo.† Decimoquartò facit, [c] ꝙ conſuluit collegium
c Peruſinum inter conſilia Ange.in conſi.210. incip.ſtatutum.ſ. dictum,qđ ſtante ſtatuto, qđ patruus excludat matrem à ſucceſſione filij,quando extat patruus mater,& ſoror vtrinq; coniuncta, qđ propter ſororem mater æqualiter ſuccedet, iuxta Auth.defuncto.C.ad Tertul.& excludetur patruus. Inter alias rationes iſta ibi aſſignatur,quia quis habet per alium, qđ per ſe habere non poteſt. Facit bene text.in l.2.§.ſi ſit agnatus.& §.ſi ſit conſanguinea.ff.ad Tertul.vbi extabat pater in aliena familia,qui nihilominus matrem excludebat ,vt in d.l. 2. §. obijcitur, & tamen ſi cùm matre extabat ſoror conſanguinea, quæ tanquam agnata excludebat patrem , certè ſuccedent pariter mater,& illa ſoror conſanguinea. Et cum illa deciſione Ang. tenet Pet.de Anch.in commento.c.canonum ſtatuta. de conſti.iuxta fin.in 14.q.prin.in ver.inter conſilia, quæ habeo. Idem tenet Alex.in l.illam.j̃.eo.& in conſi.80. viſo & opportunè animaduerſo.in 1.col.in 1.vol.& multum ſubtiliter Franc.de Are.
22 in conſ.159.viſo puncto ad me tranſmiſſo.in 3.col.† Decimoquintò facit, qđ not.decidit Bart.in l.filium quem.in 2.q.ff.de bon.poſ.contratab.quòd ſi ſtatutum excludit ſororem vtrinq; coniunctam à ſucceſſione fratris extante fratre conſanguineo, quod ſi etiam extat mater, de qua non loquitur ſtatutum ,& quæ de iure cōi excludit fratrem ꝙſanguineum ꝙiunctum exlatere patris tm̃.Auth.defuncto.C.ad Tertu,certè propter matrem ſoror defenditur à ſtatuto , & ſuccedit æqualiter cū matre,excluſo illo fratre conſanguineo non obſtante ſtatuto.mouetur Bar.per tex.in d.§.ſi ſit conſanguinea. & idem tenet Bal.
23 in d.l.ſi quis filium.ad fi.C.de inoffi.teſta.† Decimoſextò facit, ꝙ vult Bal.in l.quicunque.in 4.col.C.de ſer.fug ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ exiſtente patruo nō ſuccedat auus maternus,ꝙ ſi aliquis deceſſit ſuperſtitibus patruo,& auo materno,& auia materna, de qua non erat facta mentio in ſtatuto, certè tunc admittentur auus, & auia, quia auia non excluſa trahit ad ſe auum excluſum,& facit excludi patruum.l.fin.§.1.C.de legi.hære.ꝙ eſt
24 nota.ſecundum eum † Decimoſeptimò facit tex.in c.per tuas.
d de arbi.vbi licèt laicus [d] de per ſe non poſſit eſſe arbiter ſuper ſpiritualibus, tamen vnà cum alio clerico poteſt , & illum tex. Abb.ibi reputat ad hoc ſing. Et iſta ſimilia ſint tibi peculiaria, quia inſeruiunt ad multa.¶ In quinta & vltima parte gl.ibi , itē ceſſat.pro eius introitu opponit contra ſecundam partem tex. in qua deciditur , ꝙ emancipatus tenetur conferre fratri in po-
e teſtate retento. contra,nā talis emācipatus dicitur extraneus. e l.vnica.§.extraneū. ſ. de rei vxo.act.Sed extraneus non tenetur conferre.l.fi.ſ.com.vtriuſ.iudi. ergo contra text. Glo.quæ fortè ſenſit obiectum,bene fatetur verum eſſe, ꝙ quando filius ſuccedit cum extraneo , extraneus nil debet conferre per d.l.fi.ſed non reſpondet arg.ſ.facto. Vnde tu reſponde, ꝙ quando filius ſuccedit cum extraneo , verum eſt , ꝙ extraneus nihil tenetur conferre,quando eſt penitus extraneus; ſed filius emancipatus quamuis cenſeatur extraneus , quo ad quid , ſcilicet , reſpectu ſuitatis,& patriæ poteſta.d.l.vnica.§.extraneum.tamen non eſt extraneus reſpectu filiationis,quia licèt ſit emancipatus,tamen
25 eſt filius, ergo tenetur conferre, ita loquitur hic text. ¶ † Et ſic ſtat conclu.ex gl.ꝙ penitus extraneus ſuccedens cum filio,non
* tenetur illi confere, *& iſtã glo.tenet Bar. & omnes hic*, & idē Bar. in l.pater filium.in vlt.col.ff.de collá.dotis. Hæc glo.concluſio inſpecto iure.C.& ff.nullius eſt vtilitatis,quia extraneus nō poteſt admitti ad ſucceſſionem vnà cum filio, niſi pater faciat teſtamentum,& ambos inſtituat,ſed condito teſtamento nō ſolùm extraneus non tenetur cōferre,ſed nec etiam aliquis filius de iure Digeſtorum,vt hic,& l.1.ſ.eo.vt ergo iſta gl.afferat vtilitatem , intelligenda eſt hæc concluſio , vt procedat etiam de iure nouo Authenticorum , quo iure ſiue ſuccedatur abinteſtato,ſiue etiam ex teſtamento,locus eſt collationi.Auth.ex teſtamento , & in corpore vnde ſumitur.ſupra eodem , & tunc concluſio gl.erit magnæ vtilitatis,quia extraneus ſuccedens ex teſtamento cum filio nil ei tenetur conferre,& in hoc iſta glo. eſt ſing.ſecundum Fulg.hic.Sed tu allega de hoc tex.in §.illud. el 1.in verbo alio modo.vbi gl.in verbo omnino. in fi.in Auth. de trien.& ſemiſ.& ibi gl.expreſsè dicit,ꝙ reg.d.l.fi. C.communia vtriuſque iud.quod extraneus nihil conferat,non eſt hodie correcta,& idem tenet glo.in d.l.fi.in verbo omnimodo. Et ſic ſtat,ꝙ nedum olim,ſed etiam hodie extraneus ſuccedēs ſimul cum filio,nihil tenetur conferre. Confirmo,& facio vnam neceſſariam regulam , quæ illuminat totum iſtum titulum , per quam videbis,quemadmodum anguſtetur tota præſens mate
26 ria collationum.Regula ergo eſt,† ꝙ collatio [f] nunquam haf bet locum inter alias perſonas , niſi ſolùm inter ſolos deſcendentes ſuccedentes aſcendentibus , & non inter alios , & iſtud non habet etiam locum,niſi tria copulatiuè concurrant, vt ſtatim declarabo, & non conferunt nec bona caſtrēſia,nec quaſi, nec hodie aduentitia regulariter: ſolùm ergo profectitia conferuntur. intellige regulariter , & ſic vides quantum abbreuietur materia collationum quantum ad perſonas , & quantum ad res. Dico ergo,ꝙ ſolùm deſcendentes, qui ſuccedunt aſcendentibus ſunt illi,qui tenentur conferre,& non alij,& in iſtis terminis procedunt omnes leges huius titu. & ff.eo. & iſto modo intellige tex.in l.illud.in prin. in verbo cohæredib.j̃.eo.& l.liberos. Hinc eſt,quòd inter tranſuerſales ſuccedentes trāſuerſalib.
27 † nō habet locum collatio.pone ſunt tres, vel quatuor fratres, moritur vnus: alij fratres ſuccedunt fratri prædefuncto abinteſtato,nunquid bona,quæ habuerunt in vita illius præmortui teneantur conferre? certè non,quia inter tranſuerſales non eſt locus collationi,quando ſuccedunt tranſuerſali,glo.eſt ſin.in l. 1.in glo.fin.j̃.de legi. hæred. quam ſequitur Pau. de Caſt.ibi,& hic.

ADDITIONES.

a ¶Si laicus,& clericus. Adde Abb.in c.dilectus.de offic.delega. & diffusè per Felyn.in tracta.quando literæ Apoſtolicæ voca.procura.Eccle.in 4.col. *in 6.* amplia.

b ¶Quando laicus. Adde Barba.in cap.dilectus.in penult.colum.de offic.delega.idem Barba.in c.verum.in 14.colum.de foro compe. per eundem Barb. conſi.ſuo inci.viſo puncto,quod conſilium eſt inſertum inter conſilia Alex. de Imo. conſi.122. in 4.vol.

c ¶Facit. Adde his comprobationibus vſque ad vltimam excluſiuè Alex.in l. illam.col.4.j̃.eo. PVRPV.

d ¶Laicus.Adde,quòd iſta ſimilia ante Iaſ.retulit Fel.poſt Barb.c.1.col.3.& ſeq. de præſcr.& in rub.de offi.dele.& vide eundem Iaſ.in l. Imperium.1.not.ff.de iuriſd.om.iud. BELLOT.

e ¶Extraneus.Adde text.qui æquiparat extraneo,in l. ventre. ff. de acquirenda hæred. PVRPV.

f ¶Collatio. Adde Iaſ.in l.illud.col.2.j̃.eod.Corn.lib.1.conſi.271. in hac conſulta.col.2. PVRPV.

Source : BIU Cujas

a hic. Hinc eſt fortius, quod ſi aſcendentes a ſuccedunt deſcendentib.præmortuis, inter tales aſcendentes non habet locum collatio, & ideo ſi auus paternus, & auia, vel mater, & pater ſuccederent filio, vel nepoti prædefunctis, inter iſtos non habebit locum collatio, & ideo dotem, vel donationem habitam à filio, vel nepote, & ſic profectam ab eo, de cuius ſucceſſione agitur, non tenentur conferre. ita tenet Cy. hic in antepe.q.Bal.
* in 10.col. *& indifferenter cæteri omnes Moder. ſequuntur.* Idem tenet Bar. ſubtiliter intuenti in d.l.pater filium. in vlt.col. in 5.q.3.queſtionis principalis. Bal. in rub. §.eo. ad fin. Bald. in l. quoniam nouella. in 1.col. §. de inof. teſt. Et iſtam ſententiam totus mundus tenet, quamuis ſolus Ang. in d.l. vt liberis. ad fi. in lect. Flo. tenuerit contrarium. ibi enim quærit ſi pater, & mater facto adinuicem diuortio ſuccedant filio, vel nepoti, nunquid inter eos habeat locum collatio, & determinat, ꝙ ſic propter æqualitatem. Sicut enim ex teſtamento, & ab inteſtato hodie ſuccedunt. §. 1. in Auth. de hæredi. ab inteſta. ita ratione æqualitatis debet inter eos fieri collatio. ſed iſtam opi. Ang. reprehendit d. Alex. hic, & tenet præcedentem, quia nulla. l. cauetur, & diſpoſitum in deſcendentib. non habet locum in aſcendentib. Hinc eſt, quod licèt teſtamentum conditum inter deſcendentes valeat cū duobus teſtib. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. ℨ. de teſta. ſecus tamen ſit, ſi fiat inter aſcendentes, vt dicam in illo. §. ex imperfecto. nam diſpoſitum in vno ex correlatiuis non intelligitur diſpoſitum in alio, quando ſubeſt diuerſa ratio, vt no. in l. curatorem. C. de interdi. matri. Antequam deſcendam ad veritatem huius ſententiæ, primò & ante omnia inquirēdum putaui, quę ratio potuit mouere maiores noſtros ad ita tenendum, ꝙ inter aſcendentes, quando ſuccedunt deſcendentib. non habeat locum collatio ſuper bonis, quæ à talibus deſcendentibus habuerunt, & inuenio notari tres rationes. Vnam ſentit Bar. hic in vlt. col. & in ſpecie ponunt Pau. de Caſt. & do. Alex. hic. eo quia iſtud nulla lege cauetur, & in materia collatio. dicimus, ꝙ nunquam habet locum collatio, niſi expreſſa lege caueatur, vt vidiſtis in l. illam. ℨ. eo. ſed huic rationi. ℨ. clarè reſpondebo. Aliam rationem voluit Bal. hic in 4. col. quia inter eas perſonas habet locum collatio, quib. legitima debetur, & inter alias non. Hinc infert ſin. quòd ſi teſtator inſtituit filium in legitima tantum, & nepotes maſculos ex filio inſtituat hæredes vniuerſales, ꝙ inter iſtos non erit locus collationi, eo quia iſtis nepotib. non debeatur legitima, imò poterant penitus præteriri, ex quo pater in poteſtate prędecedebat in gradu, & collatio ſolùm fit inter eos, quib. legitima tantum debetur, ſi omnes leges mundi bene contractabis, ſecundum Bal. & ideo inter filium, & extraneum nō fit collatio, vt hac gl. nec inter tranſuerſales eadem ratione. Sed iſta ratio Bal. eſt falſa ad propoſitum noſtrum, quia aſcendentibus debetur legitima. l. nam & ſi parentibus. cum ſi. ff. de inoff. teſta. & tamen inter aſcendentes non habet locum collatio, vt ipſemet Bald. & alij tenent. Secundò in contrarium facit, quia fratrib. debetur quarta, quando ſunt inſtitutæ turpes perſonæ. l. fratres. §. de inoffi. teſt. & tamen inter eos non eſt locus collationi. vt §. proximè dixi. Niſi intelligas Bald. loqui quo ad deſcendentes tantum, vt tantum inter illos deſcēdentes ſit locus collationi, quib. legitima debetur. Aliam rationem aſſignat Ludo. Rom. hic, quia inter eos eſt locus collationi, quibus præteritis competit contratab. allegat. l. 1. §. quoties. ff. eo. quæ nihil facit. debuit allegare gl. in l. vt liberis. in gl. fi. circa medium, dum dicit, quia contratab. non habent. ℨ. eod. Iſta ratio etiam eſt falſa, quia aſcendentib. datur contratab. & tamen inter eos nō habet locum colla. vt prædixi. Secundò, quia in ſucceſſione matris, vel lineæ maternæ iure Digeſtorum, & C. non competit bon. poſ. contratab. l. illud. §. ad teſtamenta. ff. de bon. poſ. ℨtab. & tñ
28 habet locū collatio. l. vt liberis. & l. illam. ℨ. eod. ¶ † Sed aduerte
* *licèt omnes communiter teneant,* ꝙ inter aſcendentes, qui ſuccedūt deſcendentib. non ſit locus collationi, præſertim, quia nulla lege cauetur, puto, ꝙ ſaltem diſputando poſſit attentari contrarium, attento, ꝙ eis debetur legitima ſicut deſcendentib. & ita ab inteſtato ſuccedent, & ſupereſt ratio æqualitatis, quæ in materia collationis præcipuè attendi debet. l. vt liberis. ℨ. eod. item hoc ſuadet natura correlationis. l. fin. vbi dixi. C. de indi. viduit. tol. Ad idem facit tex. in generalitate ſui, in l. 1. §. inter eos. ff. eo. Adidem. l. illud. in 1. regula generaliter intellecta. ℨ. eo. Præterea conſidera, quòd ideo de iure Digeſtorum, & C. ſub iſtis titu. de collationib. nulla l. tractat de collatione inter aſcendentes, eo quia de iure Digeſtorum, & C. ſolus pater ſuccedebat filio excluſa matre, & idem in auo excluſa auia. l. 2. §. obijcitur. ff. ad Tertu. §. præferuntur. Inſti. eod. l. 2. C. eo. & ideo cùm ſolus pater ſuccederet, non erat perſona, cum qua deberet ꝛferre, ideo nulla lege cautum reperitur. Sed quia de iure nouo Authenti-
b corum eſt ſtatutum, ꝙ filio ita ſuccedat b mater ſicut pater. Auth. defuncto, & in corpore vnde ſumitur. C. ad Tertu. & ſtatutum eſt, ꝙ æqualiter ſuccedant, ſi ergo æqualiter, ergo bona profecta à filijs, vt ſunt dos, vel donatio propter nup. ex quo de filiorum ſucceſſione tractatur, debent conferri, vt æqualitas ſeruetur inter patrem, & matrem, quæ ratio æqualitatis potiſſimè attēditur in materia collationum. Sic dato, ꝙ lege expreſſum non ſit, ſatis eſt probare ratione, vt limitaui in d.l.illā. vel ſecundò reſponde, ꝙ iſtud eſt ſatis expreſſum in d.l.1.§. inter eos. ff. eo. Et ſi dicas, ꝙ ille tex. non poteſt intelligi, vt loquatur in caſu. d. Auth. defuncto. quia non potuit diuinare de eo, ꝙ poſtea ſtatutum fuit. l. iubemus. in fi. C. de teſta. Reſponde, ꝙ l. ſemper loquitur, & ſemper eſt in viridi obſeruantia. l. Arriani. in fi. C. de hæret. Et ideo cùm hodie loquatur, poteſt intelligi, & hodie exemplificari in caſu. d. Auth. defuncto. facit. l. non eſt nouum. & l. ſed & poſteriores. ff. de legi. Adde etiam text. in l. ſi quis filium. ff. eo. Non recedas tamen à communi ſententia, & tenendo communem ſententiam, eam confirma ex plurib. quæ dixi in l. qui ſe patris. in gl. pen. §. vnde lib. ex quib. probaui, ꝙ diſpota in deſcendentib. non habent locum ècontra in aſcendentib.
29 † Et ſic ſtat, ꝙ collatio nunquam habet locum inter aſcendentes, nec inter tranſuerſales, & multo minus inter extraneos, ſolùm ergo habet locum inter deſcendentes illius, de cuius ſucceſſione agitur, puta inter filios, nepotes, vel pronepotes defun
30 cti, & nō inter alias perſonas. ¶ † Sed aduerte, ꝙ etiam ad hoc, vt habeat locum collatio inter deſcendentes, adhuc tria copulatiuè requiruntur, & ſic vides quantum reſtringitur hic tit. Primò requiritur, ꝙ tales ſuccedentes veniant ex primo capite vnde lib. ſi autē eſſent excluſi à primo capite, & venirent ex ſecundo capite vnde agnati, vel ex tertio vnde cognati, vt l. 1. §. ſed videndum. ff. de ſucceſ. edi. & declaraui in l. 1. poſt glo. ibi. §. qui admit. certè inter eos non haberet locum collatio, ſicut nō habet locum inter agnatos, vel inter cognatos. ita ſin. dicit Bal. hic in 3.col. & aliud non allegat. ſequuntur d. Alex. & d. Fran. de Are. hic in vlt. col. ſicut videmus, quod quamuis filij non poſſint vſucapere pro hærede. l. nihil. C. de vſucap. pro hærede. ſi tamen veniant ex ſecundo capite vnde agna. vel ex tertio vnde cognati, poſſunt præſcribere pro hærede. ita Bal. in rub. extra de præſcr. in 5.col. Pulcher, & ſubtilis eſt hic paſſus. Raph. Fulg. hic ad fi. dicit, ꝙ dictum Bal. eſt ſingulare, ſed periculoſum, per tex. in l. vt liberis. in prin. in ver. quocunque iure. ℨ. eo. d. Alex. & d. Fran. de Are. reſpondent, ꝙ ille tex. nihil facit, eo quia procedit ſe declarando, dum ſubijcit. i. aut teſtamento penitus non condito, & c. aut reſciſſo. tu potes cōfirmare iſtam ſolutionem,
31 † quia dictio, ideſt, c non ſolùm eſt declaratiua, ſed reſtrictiua,
c vt not. Bart. in l. 2. ff. ad l. Aquil. & plenius Bart. in l. quæſitum. §. ſi quis fundum. ff. de fund. inſtru. Tu potes etiam inducere, ꝙ ille tex. fortiter ſtringat contra Bald. nam conſidera, ꝙ ille tex. dicit
a filium, & non erit cauſa filij, ſed ipſius patris, vt patet ex 4. caſib. poſitis per glo. in §. fi. Inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſol. Imò tenet ſing. Raph. Cum. in conſi. 87. 'incip. inſpectis cauſis premiſſis, q̃ ex quib. cauſis poteſt filius excludere patrem à ſucceſſione, ex eiſdem poteſt eum cogere ad emancipandum, quod valde ſigna pro extenſione glo. in d. §. fin. & in l. ſi cui legatum. ff de condi. & demonſt. Caue tamen ad ſimile Bart. quia quòd dicitur, per alienationem neceſſariam non reuocari legatum, vt iuribus per Bart. alleg. procedit, quando alienatur ex neceſſitate rei familiaris, ſecus quando ex neceſſitate per l. impoſita, vt poſſet hic eſſe, vt probatur in l. filia legatorum. C. de leg. iuncta. l. fin. C. de dotis promiſ. ſecundum Nicol. de Mutina, & Alber. de Roſa. in d. l. filia legatorum. ¶ Pro iſta parte diſputationis gratia quintò facit, quia poteſt teſtator declarare voluntatem ſuam ſine noua ſolennitate. l. hæredes palàm. §. ſed & ſi notam. ff. de teſta. videtur autem declarare emancipando alterũ, cùm videtur velle æqualitatem inter filios ſeruari, præcipuè in breuiloqua propter vnitatem. d. l. iam hoc iure. in prin. facit. l. vt liberis. C. de colla. & voluntas ita declaratur facto, ſicut verbo. l. de quibus. ff. de leg. imò facta ſunt fortiora ad declarandum

b voluntatem, quàm verba, quæ ſæpè proferuntur [b] contra intentionem proferentis. cap. cùm dilecti. de appel. c. exiſtimant. 11. quæſt. 3. ſecundum Abb. in conſi. 116. in 2. volum. illud de iure quæritur, vtrum viſa remiſſione, in penul. colum. in prin. Sed iſtud fundamentum nihil valet, vt monſtraui in 5. funda-

18 mento partis contrariæ. ¶† Sextò pro iſta parte facit ſecundũ Ange. de Aret. in d. §. 1. Inſtit. de vulg. ſubſt. quia teſtamentum pendet à voluntate teſtatoris. l. in conditionibus. ff. de condi. & demonſt. ſed teſtator videtur ex facto ſuo reuocare pupillarẽ, cùm fecerit ex poſt facto inæqualitatem, & cui eſt data poteſtas mutandi, fortius cenſeẽ data poteſtas declarandi voluntatem ſuam verbo, vel opere. Sed reſponde ſimiliter per id, q̃

19 dixi. s̃. in 5. fundamento partis contrariæ. ¶ † Septimò facit,

c quia deſtructio [c] vnius correlatiuorum, eſt deſtructio alterius. l. fi. ff. ff. de accep. & l. fi. cum ſi. C. de indic. vid. tollen. & l. 1. C. de cupre. ex luco daph. lib. 11. Sed reſponde, q̃ procedit in correlatiuis, quorum vnum non poteſt ſtare ſine alio, vel vnum eſt cauſa alterius, vt patet ibi in cõtractibus, in quibus requiritur, q̃ à principio ſint vltrò citroq́ue obligatorij. l. ſi quis donationis. ff. de contrahend. emp. ſed ſubſtitutiones pupil. contentę in breuiloqua, quamuis fraternizent propter vnitatem rationis, tamen non ſunt correlatiuæ. patet, quia à prin. vna potuit eſſe ſine alia, ſi teſtator hoc voluiſſet, d. l. iam hoc iure. præterea in contractibus partes poſſent ex communi voluntate vtranque obligationem tollere, ſed hic teſtator non potuiſſet ſine noua ſolenni voluntate, vt dixi. s̃. in 5. fundamen. partis aduerſæ.

20 ¶ † Octauò facit, quia ſubſtitutiones in reciproca contentæ ſunt adinuicem reſpectiuæ vna ad aliam: & ideo exigunt æqualitatem. d. l. iam hoc iure. ſed in his, quæ reſpectiua ſunt, ſi vnũ poſtea ceſſat, certè ceſſat, & aliud. l. filio. §. matri. & l. alumnæ. §. Scia. ff. de adi. leg. Reſponde, q̃ iſta iura loquuntur, quando talis reſpectus eſt cauſa finalis. Ibi enim emolumentum legati fuit relictum propter onus, vnde ſublato onere tollitur legatum, vt declarat Barto. in l. ſi quis ſeruum. ff. de condi. & demonſtra. Bald. in l. 1. C. de pact. & in l. ſi plures. C. de condi. inſer. ſed hic vna ſubſtitutio non eſt cauſa finalis alterius, cùm ſine ea poſſit etiam à princip. eſſe, ſi teſtator vellet, vt s̃. dixi. & decla-

21 rat Bal. hic in 10. quæſtio ¶† Nonò, & vltimò facit, quia quãdo res deuenit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt, actu nondum conſummato vitiatur. l. Vranius. verſi. ſed cùm duo. ff. de fideicõ. l. ſi ſub vna. §. ſi quis viam, & l. plurib. §. ſi placeat. ff. de verborum oblig. Sed ſi à prin. fuiſſet hæc imparitas, non fuiſſet in breuiloqua contenta pupillaris. d. l. iam hoc iure. ergo idem ſi ſuperueniat talis inæqualitas, & adhuc viuat teſtator, ita q̃ ſubſtitutio pupil. nondum eſt ſortita effectum, imo nec perfectè confirmata, cùm ambulatoria ſit voluntas teſtatoris vſque ad mortem, vt ſuperius dixi. Reſpondeo, q̃ non eſt verum, q̃ actus deuenerit ad caſum, à quo incipere non poteſt, quia q̃ in breuiloqua facta perſonis imparibus non contineatur pupillaris, non eſt ex defectu poteſtatis, nam tunc argum. procederet, ſed eſt ex defectu præſumptæ voluntatis, nam teſtator, ſi vellet, poſſet, non obſt. imparitate perſonarum. d. l. iam hoc iure. §. 1. & l. Lucius, & ibi hoc dicit Barto. in 6. colum. Ex iſtis habes præſentem artic. bene ad vtranque partem diſcuſſum. In quo ſcda opi. *eſt communis*, penes Doct. & ab ea durum eſſet in iudican. & conſulen. in practica recedere, tamen ſi fundamenta vtriuſque partis adinuicem conferantur, firmiora, & & meliora ſunt fundamenta primæ partis, & credo illam eſſe de iure veriorem, & ideo illam amplector, & teneo.

ADDITIONES.

a ¶ Pater inuitus. Adde Spec. tit. de act. in §. item quod eſt filius fam. idem Spec. tit. de adult. verſi. item quod. & quæ ſcribit idem Iaſ. in l. verum turpem. ff. de verborum oblig. & dic, quod in caſibus, in quibus cogitur pater filium emancipare, iuxta glo. in §. fin. inſtit. quibus modis ius patr. pot. ſolut. in illis caſibus non poteſt pater habere aliquem vſumfru. in bonis filij, not. Cæpol. cautel. 115. idem Iaſ. in Authen. ingreſſi. in fi. s̃. de ſacroſan. eccle. & fac. quę not. Rom. ſingul. 309. 547. Gerard. ſing. 76. emancipatio. num. 2. quod autem regulariter non poſſit pater cogi emancipare filium, not. Pariſ. conſi. 129. lib. 1. vbi ponit limit. MASVER.

b ¶ Quæ ſæpe proferuntur. Adde Barto. in l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. & per Io. And. in regula qui tacet. de reg. iur. lib 6. in mercu.

c ¶ Deſtructio vnius. Adde Bal. in l. 3. in fi. C. de ſacroſan. eccl. Bald. in rub. C. de reb. cred. Bar. in l. ſi ab eo. C. de legi. hære.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua quando diſponunt, vel non.*

2 *Verba enunciatiua prolata principaliter propter aliud, regulariter non diſponunt, imò nihil operantur.*

Notarius

Source : BIU Cujas

3 *Notarius ſi in teſtamento dicat: Titius procurator Caij promiſit ſic, talia verba notarij non probant Titium eſſe procuratorem Caij, etiam ſi ſint aſſertiua.*

4 *Verba enunciatiua vbicunque diſponunt, hoc procedit ex fauorabili diſpoſitione, & ſic in odioſis, at in materia pœnali nunquam diſponerent.*

5 *Verba enunciatiua à teſte prolata non diſponunt, neque probant.*

6 *Quid in verbis enunciatiuis prolatis à lege, vel ſtatuto.*

LEX VII.

EX his verbis. Iſta lex diuiditur in 2. partes. In prima loquitur in verbis enunciatiuis, quando proferuntur à pagano. In ſecunda quando proferuntur à milite. Secunda ibi, at enim. ¶ Verba enunciatiua principaliter propter aliud prolata in pagano non diſponunt, ſecus eſt in milite
1 non errante. hoc dicit. ¶† Et præmittæ ad euidentiam, ℭ ali-
2 quando verba enunciatiua [a] proferuntur principaliter propter ſe, hoc eſt ad hunc ſolùm finem, vt enuncient illud, quod proferunt, & tunc talia verba enunciatiua etiam in pagano bene diſponunt. text. habes, & exemplum in l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. ita poteſt intelligi. l. tale pactum, in princip. ff. de pact. de qua glo. oppo. & non ſoluit. Aliquando verba enunciatiua proferuntur propter aliud, vt eſt hic, vbi incidẽter dictum eſt, ℭ eſſet libertus, & tunc iſta verba incidenter prolata in pagano nil diſponunt, ſed in milite ſic, ſed iſte text. videtur intelligen-
b dus, vt procedat concurrente fauore libertatis, [b] ſic intelligunt iſtum text. Ange. & Pau. de Caſt. & dom. Alex. & Ludo. Rom. hic, & Barto. in d. l. ex hac ſcriptura. in 3. colu. & per hoc inferunt, ℭ idem eſſet in teſtamento pagani, ſi concurreret publica vtilitas. alleg. ad hoc l. ſi hæreditas. § fin. ff. de teſta. tutel. & in l. quidam. in prin. C. de neceſſ. ſeru. hære. inſtitut. tamen iſta iura non videntur facere, quia in illis non ſunt verba enunciatiua. Item iſtum text. videntur generaliter intelligere Barto. Bald. & Saly. hic vt ex ſummarijs eorum patet. & Imo. in d. l. ex hac ſcriptura. vide tamen text. cum gl. in l. Lucius. §. 1. ff. eo. Sumendo iſto ſecundo modo propriè verba enunciatiua ſunt quædam adiectio in oratione aliud principaliter quàm ſeipſum ſignificans. ita diffinit Bald in l. ſi voluntate. C. de fideicom. lib. Aliter
3 diffinit Bald. in l. 1. in 2. colum. C. de fal. cau. adiect. leg. ¶† Fac
c ergo regulam, [c] ℭ verba enunciatiua principaliter ꝓpter aliud prolata regulariter non diſponunt, & nihil operantur. caſus eſt
d hic. Iſta regula [d] recipit varias limitationes, quas potes colligere ex traditis per Barto. & alios in d. l. ex hac ſcriptura, per Bald. & Ang. hic, per glo. & Docto. in l. 1. in glo. magna ad fin. C. de falſa. cau. adie. & in cap. poſt ceſſionem. de proba. & in cap. ſi Papa. de priuil. in 6. in clem. 1. de proba. per Gemi. in c. 1. vbi no. deciſ. ponit. de procur. in 6. per Cyn. Ange. & Saly. in l. verba. C. de teſt. per Cano. in cap. fin. de ſucce. ab inteſt. glo. in clem. 1. iuncto tex. de proba. vbi habes aliam fallen. quando verba enunciatiua proferuntur à Principe. Adde tu plures alias fallen. quę in his locis communiter non traduntur. ¶ Primò ergo limita
e niſi talia [e] verba enunciatiua ſint geminata, tunc diſponunt, ſecundum Barto. & Ange. in l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. ex hac ſcriptura. Ludo. Roma. in l. gerit. ff. de acquir. hære. & in conſi. 65. incip. viſo thema. propoſito circa id, de quo quæritur. Panor. in c. ſi cautio. ad fin. de fide inſtru. & in repe. cap. per tuas. in 9. colum. de arb. vbi ad hoc alleg. bon. tex. in l. 1. C. de plus peti. in verſi. *& ſecundis confeſſionibus ſiue inſinuatæ ſint ſiue non.* ¶ Secundò ſingu. fallit in dote,
f cuius [f] fauore verba enunciatiua etiam inter aliàs perſonas, & propter aliud prolata bene diſponunt. l. 2. cum glo. C. de dot. promiſ. per quam ita expreſsè tenet Barto. in conſi. ſuo 123. quod incip. factum ſic ſe habet Titius, & Seius venerunt ad diuiſionem ſequitur Ludo. Roma. in l. 1. ff. ſolu. matrimo. & ibi ſimpliciter dom. Alex. in 12. colum. & in conſi. 52. in 2. volum. incip. videtur inſpectis. in 7. colum. Paul. de Caſt. in conſi. 92.
g lib. 2. Iuus de Bellais. [g] ¶ Tertiò limita, ℭ licèt verba enunciatiua incidenter propter aliud à pagano prolata non diſponant, tamen ſaltem faciunt ſemiplenam proba. in fauorem tertij. Ita ſingu. tenet Barto. in l. admonendi. ff. de iureiuran. in 8. colum. in verſicu. item quæro quid ſi inſtrumentum publicum
* non eſt factum inter ipſas perſonas, & c. *& ſequuntur communiter* Cano. in c. fin. de iureiuran. accedat tex. in l. deſiderium. C. depoſiti, & de huius veritate dixi plenè in dicta. l. admonendi.
h ¶ Quartò ſingu. limita, quando eſſemus in antiquis, [h] tunc verba enunciatiua bene diſponunt, tenet Anto. de Butr. in c. fin. de ſucceſ. ab inteſt. & in d. clem. 1. de proba. & in clem. ſi ſummus Pontifex. de ſenten. excommu. & ita tenet dom. Alex. in in conſi. 75. in 4. volum. quod incip. viſis, & ponderatis narratis in themate. in 2. colum. Et iſtud optimè comprobatur, quia inſtrumenta de antiquo facientia mentionem de confinibus probant confinia. vt ſing. concludunt Bald. Saly. & alij in l. cùm aliquis. ff. de iure delibe. cum concord. ibi traditis, & ibi declarabo, quando dicantur de antiquo, & quantum tempus requira
i tur. ¶ Quintò limita fauore piæ cauſæ, [i] ſicut hic in milite, ita tenet ſingu. Barto. in repet. l. 1. in penul. colum. & eſt in 2. quæſt. vlt. quæſtionis princ. C. de ſacroſan. Eccl. probat tex. in d. c. fin. & ibi Hoſtien. Ioan. And. & alij ad hoc not. de ſucceſ. ab inteſta. Idem tenet Pan. in conſi. 11. incip. in cauſa, quæ vertitur inter hoſpitale. in 3. colum. in 1. volum. Idem confirmat dom. Card. Flor. in c. indicante. in 4. & 5. colum. de teſta. Secut in ſimili fauore libertatis. l. vnica. §. ſimilique modo. el 2. C. de lat. lib. tol. & §. fin. Inſtit. de adopt. ¶ Sexto fallit, quando verba enunciatiua eſſent iurata, tunc diſponunt ſiue teſtator enuncians iuret, ſiue aſſerat ſe iuraſſe. ita limitat Ang. hic in lect. Peruſi. mouek tur per Auth. quod obtinet. C. de prob. & quia iuramentum [k] habet vim clauſulæ, vt actus valeat omnimodo, ex l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. adde, ℭ idem ante eum tenet Barto. in d. l. ex hac ſcriptura. in duobus locis ſcilicet in 3. & latius in 4. colum. Petr. de Anch. in clem. 1. de proba. Bal. hic in 1. colum. facit l. cùm quis decidens. §. codicillis, & quod ibi Bart. ff. de leg. 3. conſidera tamen, quia quando interueniret iuramẽtum, illa enunciatio diceretur principaliter fieri. ¶ Septimo li-
l mita, [l] quando ſunt verba enunciatiua, quæ requiruñ ad valorem, & ſubſtantiam actus, qui geritur, vt eſt regulariter, ℭ nemo poteſt alteri ſtipulari niſi ſit ſeruus, pone, ℭ in inſtrumento ſtipulationis enunciatiuè dicatur, Titius ſeruus Sempronij ſtipulatur, certè iſta verba enunciatiua probant iſtum eſſe ſeruũ Sempronij, quantum ad validandum illum actum, & plenè probant, niſi aduerſarius ℑrium oſtendat: ſed ſi inter me, & Sẽpronium litigaretur principaliter ſuper quæſtione talis ſerui, nihil probant. ita probatur in l. optimam. C. de ℑhen. & com. ſtipu. & iſtam doct. tradit d. Ant. in c. illud. de præſump. quam ſequitur d. Mathe. in no. 79. Adde, ℭ idem dicit d. Ant. in d. c. fi. de ſucce. ab inteſt. & idem ℭ dom. Ant. tenet etiam expreſsè Bal. in l. ad probationem. C. loca. in vlt. col. in verſi. quæro ſi inſtrumentum dicit. & idem Bald. hic in 1. col. & in c. ſeries. in 1. col. de teſtib. vbi dicit, ℭ d. l. optimam. eſt ad hoc ſing. Ang. in l. iuriſgentium. §. ℭ ferè. ff. de pact. Alex. in conſi. 130. in 1. volu. incip. viſo, & examinato proceſſu. in 10. colu. ad fi. & ſeq. & in. conſi. 202. in 2. volum. incip. ſuper cauſa, & lite. in 2. colu. Facit,
* quod vult Spec. & Io. And. in tit. de emphy. § nũc aliqua. ver. 52. Sed caue, quia iſta limitatio vĩ confundi per iſtum text. vbi ad validitatem actus, & ſic ad validitatem legati requiritur, ℭ talis ſeruus ſit liber, & tñ iſtud enunciatum, ℭ ſit liber, eſt neceſſarium ad ſubſtantiam, & valorem actus ſcilicet legati, vt l. ſeruis. C. de lega. non inducitur, nec probatur, tex. eſt hic, cogita, quia prima fronte vĩ aliquid in oppoſitum facere, maximè quia hic pendet à voluntate teſtatoris facere eum liberum, ibi non. ¶ Octauò limita prædictam reg. vt procedat, qñ enunciatur aliq̃d facti, ℭ poteſt aliter haberi, quàm voluntate proferentis, ſecus qñ profertur enunciatiuè aliquid incidenter, ℭ pẽdet à nudo, & mero aĩo proferentis, vt eſt in eo, qui eſt inſtitutus hęres, pone, ℭ in inſtrõ incidenter dicatur, ego hĩs talis, & c. nũquid iſtud verbũ hæres, ſimpliciter prolatũ inducat diſpõnẽ, adeo,

ADDITIONES.

a ¶ Enunciatiua. Adde l. cùm eorum. C. de ſenten. l. cùm tabernam, & ibi Barto. de pigno.

b ¶ Libertatis. Adde Doct. in l. 1. C. de falſa cauſa adie. lega. Anto. de Butr. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. & Doct. in c. ſi Papa de priuil. lib. 6. per Pau. de Leaz. in clem. 1. de proba. PVRPV.

c ¶ Regulam. Barba. lib. 2. conſi. 88. omnipoten. col. 3. PVRPV.

d ¶ Iſta reg. Exornat idem lib. 1. conſ. 42. illud in medium. vlt. dubio. PVRPV.

e ¶ Niſi alia. Barba. lib. 3. conſ. 14. Deum inuocent. & conſ. 170. planè etenim. PVRPV.

f ¶ Dote, cuius. Adde Bal. Nouel. in tract. de dote. par. 6. priuil. 78. dixi in l. admonendi. char. 66. ff. de iureiur. Dec. conſ. 135. nu. 2. PVRPV.

g ¶ Bellais. Adde Bal. Nouel. de dote. 6. par. prin. priuile. 78. Rom. ſing. 534. Alex. in l. admonendi. nu. 141. 85. 161. de iureiur. lect. 1. PANCIR.

h ¶ In antiquis. Adde Butr. & Lanfran. in c. quoniam contra. de proba. Barba. lib. 3. conſi. 64. illud, & lib. 3. conſ. 6. ſapienter ſcribitur, & lib. 2. conſi. 18. clarè. colum. 7.

i ¶ Piæ cauſæ. Adde Cardi. Zab. in c. indicante. de teſt.

K ¶ Iuramentum. Adde glo. fi. in c. tibi domino. iuncto tex. 63. diſt. gl. in c. vbi nõ eſt. 30. q. 2. Abb. in c. ex reſcripto. de iureiur. Abb. in c. ex literis. el 2. 1. colum. de ſpon.

l ¶ Septimo limita. Adde Abb. conſ. 33. Dec. conſ. 306. 310. Sed contra hanc limi. vide Soc. conſi. 46. col. 3. lib. 1. 217. colum. 3 lib. 3. 213. eo. Alex. conſil. 112. lib. 6. BELLOT.

* Aliàs loca.

Source : BIU Cujas

adeo, ꝙ probetur hunc adiuiſſe? certè ſic. ita ſing. tenet Bar. in l. gerit, in 3. col. in verſ. circa fm, ſcilicet qualiter probetur, & in ver. ſeq. ff. de acquir. hæred. vbi inducit ad multa, & multum not. d. Mathe. in not. 34. ¶ Nonò limita, qñ verba enunciatiua incidenter proferuntur per modum cãæ, tunc bene diſponũt. tex habes, & exemplum in l. emptor. §. ancillam, & ibi Bart. & Bal. ad hoc no. ff. de rei vend. idem Bart. in l. cùm tabernam. §. idem quæſit. per illum tex. ff. de pigno. & in l. qui volebat. ff. de hære. inſtit. & l. ſocer. §. Lucius vbi *alij omnes*. ff. ſolu. matrimo. & in l. demonſtratio falſa. §. 1. de condi. & demonſtra. & in d. l. ex hac ſcriptura. ¶ Decimò fallit, qñ verba enunciatiua ſunt prolata per modum conditionis, tunc diſponunt, ſaltem ad inducendam exceptionem. text. habes, & exemplum in l. penul. & ibi Bar. ff. de colla. dona. de cuius intellectu vide not. d. Alex. in conſi. 119. in 1. vol. incip. vĩ prima facie reſpondendum. in pen. col. & vide latius per Bart. in d. l. ex hac ſcriptura. ¶ Vndecimò
a fallit in matrimonio, [a] ſm Bal. in c. ſeries. in 2. col. de teſti. per gl. ibi, inducendo, vt ibi per eum, & ideo ſi in inſtrumento continetur, qualiter Berta promiſit cẽtum Titio nomine dotis pro
* matrimonio inter eos ϗcto; certè per iſtud fundamentum * probatur non ſolùm promiſſio dotis, ſed etiam ipſum matrimonium, licèt non fuerit tunc ϗctum. Puto non eſſe verum, pulchra ratione: nam matrimonium debet euidentius probari, quàm filiatio. glo. eſt valde not. in l. 1. §. ſi ea. ff. de ven. in poſ. mit. quam ita no. Bal. & ſequitur in c. per tuas. in fin. de proba.
b ſed verba enunciatiua [b] non probant filiationem. l. neq; profeſſio. C. de teſt. & l. non nudis. C. de proba. ergo minus probant matrimonium, niſi rñ leas, quòd non probant in præiudicium aliorum, ſed inter ipſos ſic. c. per tuas. de prob. vel niſi dicas, ꝙ imò verba enunciatiua probant filiationem, niſi ϗrium probetur. ita tenet glo. no. in c. Michael. de fil. presby. quæ ita intelli-
3 git leges præalleg. ¶† Item in materia aduerte, ſi notarius in inſtrumento dicit, Titius procurator Caij promiſit ſic, &c. talia verba notarij etiam aſſertiua non probant, eum eſſe procuratorem. Ita tenet Bal. in rub. C. de fide inſtru. in 4. col. motus per duo. Primò, quia iſtud eſſe procuratorem, eſt narratiuum, ſed quæ ſunt alio tempore geſta, non probant̃ per præſens inſtrm, quia quo ad ea non habet diem, & conſulem, vt no. in c. qm̃ ϗ falſam. de proba. Scdò alleg. quod in ſimili vult Inno. in c. cùm
c in iure peritus. de offi. deleg. vbi tenet, ꝙ ſi in ſnĩa [c] dr̃, quem eſſe procuratorem, hoc non probat, & ſequitur iſtud vltimum Ang. in §. & hæc inſuper. in 2. col. in Auth. vt ſpon. lar. & idem, quod talia verba notarij non probant illum procuratorem, tenet Bal. in c. 1. in 1. col. de procu. & no. in c. ſeries. in duob. locis; vbi videas, de teſt. Petr. de Anch. in cle. 1. de proba. Fortius tenet d. Card. Flor. in ca. fi. de fide inſtr. in vlti. col. in verſi. quæro vlti. pone, ꝙ tabellio, vbi refert ſe dixiſſe in q. de facto, procurator fecerat quendam ſubſtitutum, & in inſtrõ ſubſtitutionis dicebat notarius, ꝙ Titius procurator Caij, vt conſtat inſtrumento publico manu talis notarij à me viſo, & lecto, quia adhuc per iſta verba non erat probatum de mandato procuratoris, quia eſt teſtimonium reddere, non autem mandatum authenticare, vt ibi per eum, qui dicit hoc eſſe bene notandum, quia ſæpè videbitis de facto, & ꝙ procedit quo ad extraneos, nam inter partes rogantes notariũ bene probat de illo mandato ſic enunciato. Ita intelligit dictum Spec. in tit. de fide inſtru. §. reſtat. ver. pen. Tu adde ad hoc tex. no. in l. ne ſatiſdatio, & ibi Ang. ff. rem rat. hab. quem facit ſing. Ludo. Roma. in ſingu. 358. incip. reuerẽ. Card. S. Marcelli, & vide per Ludo. Roma. in conſi. 63. in ci. ſolùm eſt videre, vbi limitat, ꝙ quamuis dicta verba non probent ad ſuum fauorem conſtituentis, vt per Spec. in loco per eum alleg. tñ bene probant ϗ eum, etiam quo ad tertium per d. l. ne ſatiſdatio. Item contra Card. qñ notarius diceret, vt conſtat tali inſtrõ à me viſo, & lecto, facit, quod vult Bal. in d. c. ſeries. circa fi. faciunt no. in Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Caue tamen in prædictis per d. l. optimam, vt dixi. ſ. in 8. fallen. ¶ Vnum etiã bene no. in prædictis limiationib. & alijs ſimi. ꝙ vbicunq; verba enunciatiua diſponunt, procedit ex fauorabili diſpoſitione: vnde in odioſis, aut in materia pœnali nunquam diſponerent. ita Bal. in l. 2. C. de neceſſ. ſer. hær. inſti. ¶ Item not. ꝙ verba enunciatiua prolata à teſte nunquam diſponunt, nec probant, ita ſing. Bar. in conſi. ꝙ incip. ſtatuto ciuita. Flor. cauetur, ꝙ forenſis. & ratio eſt clara, quia dictum teſtis debet de ne-
4 ceſſitate concludere. l. non nudis, vbi dixi. C. de proba. † Quid
d autem ſit in verbis enunciatiuis [d] prolatis à l. & ſtatuto, dixi in l. vnica, ſuper 3. lect. ibi. ſ. quando non peten. par. ponit Saly. & Alex. in l. qui ſe patris. ſ. vnde lib. cum concord. ¶ Quid autem in verbis adulatorijs, dic, ꝙ fauore libertatis tãtùm diſponunt. tex. in l. Paulus. §. Paulus, & ibi no. Bar. ff. de fideicom. lib. Adde tex. in l. generali. in prin. cum glo. & ibi Bart. ff. de vſufru. leg. & per d. §. Paulus. Ang. ibi dicit vnum ſingulare, quod eſt notatu dignum, ꝙ ſi Princeps committat oratori ſuo, ꝙ gratias agat communitati ſuæ de ſe benemeritæ, intelligitur mandaſſe, ꝙ eam faciat exemptam. pro quo adde alium tex. in l. vnica. circa med. in ver. *ſin. verò gratias agendo*. C. com. de manum. tamen qa iura ſpecialiter ſic diſponunt fauore libertatis, non debent extendi, vt hic per dom. Alex. Similiter verba generalia prolata ad adulationem, ſeu ad vulgarem libertatem nihil diſponunt, & in nihilo præiudicant, vt cùm dicitur, ſe & omnia ſua eſſe ad bene placitum tuum, & quod diſponas prout placet, tex. eſt in c. cùm veniſſent. circa med. vbi Io. And. d. Anto. dom. Card. & etiam ibi Imo. & Pano. no. extra de inſti. Adde gl. in l. 2. in verſi. ipſi ſunt. C. in quib. cau. com. cenſ. dom. accuſ. poſ. lib. 11. Ang. in l. ſi cui. ff. de ſer. titu. generali, & per illum tex. in d. c. cùm veniſſent. refert Ludo. Roma. in repe. rub. ff. de arb. in 4. col. fuiſſe determinatam, quæſt. dum aliquis peteret à me, quòd donarẽ ſibi librũ, & rñdi non tantum librum, ſed omnia quæ habeo, nil important. Sed in contrarium facit text. no. in c. cùm in iuramento, & no. Cano. de homic. Sed ϗcorda dupliciter rñdendo, vt per dom. Alex. in l. ita ſtipulatus in 2. col. ff. de verb. obli. vbi dicit, ꝙ non reperit iſtud cõtrarium ab aliquo formatum. ¶ Secundò prin. no. multum ex text. ibi, [ſed dandæ libertatis animum habuit.] mirabiliter probari, licèt alij non aduertant, ꝙ in pagano verba enunciatiua propter aliud prolata non diſponunt, etiam ſi conſtaret de voluntate pagani, cùm hoc ſit ſpeciale in milite, & ſic hoc eſt verum, eſt mihi mirabile, quia ex hoc ſing. ſequitur, ꝙ in pagano verba enunciatiua non diſponere, eſt ex defectu poteſtatis, non voluntatis, quia etiam ex voluntate non diſponunt. Non pono tamen pro conſtanti, quia ſi conſideres tex. non dicit, ꝙ conſtaret, ꝙ miles habuerit talem animum, ſed illud, quod dicit, ſi dandæ libertatis animũ habuerit, dixit propter illud, quod dixerat dummodo non per errorem dicat, ſed ſcienter, ex qua ſciẽtia præſumitur animus, non tamen dicit text. oportere probare ſic fuiſſe voluntatem militis, quia probata voluntate idem eſſet in pagano. Iaſ.

ADDITIONES.

a ¶ Fallit in matrimonio. Adde Doct. in c. cum cauſam. de proba.
* Inſtrumentum.
b ¶ Verba enunciatiua. Adde Iac. Zo. & Card. Alexan. in c. per tuas. qui filij ſint legi.
c ¶ Sententia. Adde Inno. in c. ſuper literis. de reſcrip. Inn. in c. ex parte decani. eo. tit. Spec. tit. de ſyndi. in §. 1. verſi. quid ſi iudex. & fac. quod ſi in inſtrumẽto dicatur, talis procurator Titij, vt conſtat tali inſtrumento; per hoc non probatur ipſum eſſe procuratorem Titij, niſi producatur mandatum, limita, niſi mandatum eſſet aliàs productum in iudicio, & iudex pronunciaſſet ſuper legitimatione procuratoris, quia tunc ſi notarius dicat, hoc eſt exemplum mãdati Titij, licèt non inueniatur originale, tamẽ facit fidem. Item & limita, niſi tale inſtrumentum eſſet antiquum, quia licèt non reperiatur originale, tamen faceret fidem. ita notant Doct. in Apoſtil. ad Bar. in l. iuriſgentium. §. ꝙ ferè. ff. de pact. vbi vide eundem Iaſ. nu. 4. & ſeq. Rom. conſi. 63. MASVER.
d ¶ Verbis enunciatiuis. Adde gl. 1. in l. 1. C. quando non peten. par. Io. And. in c. inter cætera. de præben.

LEX VIII.



Erti iuris. Miles poteſt decedere pro parte temporis teſtatus, & p parte inteſtatus. hoc dicit. concordantes ſunt in gl. & aliud non habetis. Iaſon.

SVMMARIVM.

1 *Miles, & paganus qualiter differunt, quo ad præteritionem filiorum in ſuo teſtamento factam.*
2 *Pater ſi prætereat ignoranter filium, etiam ſi filius expreſsè poſtea approbet teſtamentum, non tamen reconualeſcit, quia deficit ſubſtantia, ideſt voluntas teſtatoris.*
3 *Argumentum à ſtatutis ad vltimas voluntates an ſit validum.*
4 *Præteritio facta à milite de filio ſcienter, dicitur exhæredatio tacita.*
5 *Tacitum quod dicatur.*
6 *Præteritio facta à ſciente, non ſolùm habetur pro exhæredatione, imò filius inſtitutus in teſtamento patris cenſetur in effectu exhæredatus, & ſibi competit querela, quando eſt inſtitutus vano nomine hæredis, ponit exemplum.*
7 *Filius emancipatus ſi ſit præteritus ſine iuſtertione cauſæ legitimæ, teſtamentum eſt ipſo iure nullum.*
8 *Teſtamentum ad hoc vt valeat, debet relinqui filio iure inſtitutionis.*
9 *Correctio legis non debet induci per ſubauditiones.*
10 *Militis priuilegium de teſtando eſt clauſum in corpore iuris, & ideo non intelligitur ei derogatum per verba quantumcunque generalia, & nu. 11.*

Source : BIU Cujas

12 *In derogatione priuilegiorum quantuncunque generali, ſiue ſpeciali, nunquam intelligitur derogatum priuilegijs clauſis in corpore iuris.*

LEX IX. & X.

Sicut certi. Hoc dicit. Prēteritio militis facta de filio, ſiue nato, ſiue poſthumo ſcienter, habet pro exhēredatione ſecus a ſi ſit facta ignoranter, & ſi miles aliquid legauerit filio, præſumitur eius ſcientiam habuiſſe. hoc dicit cum l. ſequen. ¶† Not. differentiam inter militem, & paganum. nam ſi miles prætereat ſcienter filium, valet prætēritio, quia habetur pro exhæredatione, ſed ſi ignoranter, tunc non differt à pagano, imò prætēritio reddit teſtamentum nullum. Ratio, quia cùm tunc voluntas abſit propter ignorantiam, præſumitur noluiſſe teſtari. l. militis codicillis. §. miles in ſupremis. ff. eo ſm Mod. hic poſt Bar. in l. cùm quis. in 4. col. C. de iuris & fac. igno. Tamē de hac ratione dubitari poſſet, propter text. in l. cùm mater. in prin. ff. de inoffi. teſt. facit. l. fi. ff. de hær. inſti. ſed ad hoc vide Barto. pro ſolu. in Auth. ex cauſa. in 2. col. ℣. de lib. prēte. veritas huius pendet ab his, quæ ℣. proximè examinabuntur. ¶† Per has leges Bal. in iſta l. & in l. ſi cùm vel in vtero. ℣. eo. infert vnum, quod dicit eſſe nouum, & mirabile, ꝙ ſi pater prætereat ignoranter filium, dato ꝙ filius expreſsè poſteà approbet teſtamentum, tamen non reconualidatur teſtamentum, cùm deficiat ſubſtantia, ideſt voluntas teſtatoris, & ita ſing. limitat. l. filio prætērito. ff. de iniuſt. rup. Sequitur Pau. de Caſt. reputans ſingulare, & tenendum menti, cum limitatione, de qua hic per eum, quem etiam refert, & ſequitur Alexan. hic. Ang. verò hic tenet contrarium per tex. in d. §. miles in ſupremis. & per text. in l. ſi filiusfam. miles. la 2. in verſ. rumpatur. ff. eo. vbi natiuitate poſthumi ignoranter à milite prætēriti, rumpitur teſtamentum. ergo erat aliquod. l. nam & ſi ſub cōditione. ver. poſt defectum. ff. de iniuſt. rup. ſi erat aliquod. ergo habebat volūtatem defuncti. dom. Alex. dicit ꝙ iſta ratio Ang eſt fragilis, quia clarum eſt quòd ibi teſtamentum erat aliquod ante natiuita. poſthumi, quia vſque ad illud tempus aderat voluntas teſtatoris, ideo dicitur rumpi, quia valuit à principio, & potuiſſet naſci abortiuus. l. vxoris abortu. ℣. de poſthu. hære. inſti. Sed certè mens Ange. videtur fuiſſe alia. voluit enim dicere, quòd ſi eſſet verum, quòd teſtamentum annullaretur, eo quia abeſſet, vel deficeret voluntas teſtatoris, certè text. præalleg. non dicerent, rumpitur, ſed dicerent, quòd teſtamentum deſtituitur, vel ſimile. Item adde, quòd opin. Bald. reprobat etiam ſubtiliter dom. Franc. de Are. hic per iſtum tex. iuncta glo. dum text. dicit, *ſi eſt in poteſtate*, & glo. dicit ſi eſſet filius emancipatus, tunc teſtamentum valet, & ideo rumpttur per contratabu. modo ſi eſſet verum illud, quod dicit Bald. quòd teſtamentum tali caſu annullaretur, quia abeſſet voluntas teſtatoris, certè ita annullaretur, quando eſſet prætēritus filius emancipatus, ſicut filius in poteſtate, & ſic non haberet locum contratabu. l. quod vulgò. ff. de bonorum poſſ. contratabu. Tamen pro opin. Bald. videtur facere text. in l. cùm mater. ff. de inoffi. teſta. & in l. fi. de hære. inſtit. in quibus iuribus non poteſt dici, quòd teſtamentum annulletur ex alia cauſa, quàm ex defectu voluntatis. Sed aduerte, quod Bart. in Authen ex cauſa. in 5. colum. ℣. de lib. prætē. tenet, quòd in d. l. cùm mater. teſtamentum annulletur propter defectum cauſæ. Retenta tamen opin. Bald. pro vera eam limitat Pau. de Caſt. hic, vt procedat, quando inſtituiſſet extraneum, non ſperās habere filios, argum. l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. & l. tale pactum. §. fin. cum ibi not. ff. de pact. ſecus autem ſi inſtituiſſet alium filium, quia veriſimiliter eundem inſtituiſſet etiam ſi ſciuiſſet ſe habere alium filium, quem ignorabat, & cum iſta limitatione tranſit ſimpliciter dom. Alex. hic. Sed certè idem videtur dicendum inſtituto alio filio, non reſpectu totius hæreditatis, ſed reſpectu dimidiæ, quia veriſimiliter non inſtituiſſet niſi in dimidia, quem in totum inſtituit, ideo pro iſta dimidia cenſetur ceſſare voluntas, argum. l. quæ de tota. ff. rei vend. attento, quòd miles poteſt teſtari in parte bonorum. l. 1. & 2. ℣. eod. & l. miles ita hæredem. in princip. ff. eod. Item aduerte, ꝙ contra opin. Bald. etiam facit, quia voluntas etiam errore cauſata, eſt tamen voluntas: patet, quia alibi non impedit translationem dominij, toto titu. de condi. indebi. & l. quod meo. §. ſi furioſo. in fin. ff. de acquiren. poſſ. Et iſto argum. contra Bald vtuntur quidam Docto. noui Peruſini hic. Sed iſtud argum. non valet, quia procedit, quando eſt erratum in cauſa, nam error in cauſa non impedit conſenſum, nec translationem dominij, ſi credo me eſſe debitorem, & non ſum, ideo ſoluo. ita loquitur titu. ff. de condi. indeb. l. cùm tale. §. falſam. el 1. ff. de condi. & demonſtra. & l. 2. §. circa. ff. de excep. doli. ſecus quando erratur in perſona, vt hic; tunc errantis nullus eſt conſenſus. l. ſi per errorem. ff. de iur. omn. iud. quia tunc cenſetur eſſe erratum in cauſa finali inſtitutionis, & ſic in ſubſtantia facit. l. ſi pater tuus. ℣. de hæred. inſti. & iſtam differentiam facit latè, & not. Barto. in l. 1. poſt glo. ibi. ff. de offic. procur. Cæſa. & ſecundum eius doctri. intelligo quæ dixi, quia poſſes dicere, ꝙ hic teſtator non erauit circa perſonam inſtituti, ſed circa cauſam, quia non inſtituiſſet extraneum, ſi ſciuiſſet ſe habere filiū proprium, ſed certè iſta erat cauſa finalis inſtitutionis, cauſata ratione perſonæ filij ignorantis. ¶ Succeſſiuè aduerte, quia deciſio b text. noſtri, & prædicta loquuntur in actu odioſo, puta præteritionis, vel exhæredationis, operæpretium eſt videre, qd eſſet in actu fauorabili, pone, pater in teſtamento inſtituit hæredes vniuerſales filios, an iſto caſu intelligatur etiam inſtituiſſe filium, quem ignorabat ſe habere, & quem credebat mortuum. text. not. in l. ſi quis ita. §. penul. ff. de teſta. tutel. probat, ꝙ non, ibi enim dicitur, quòd pater in teſtamento prouidendo de tutore filijs ſuis in genere, non intelligitur dediſſe illi filio, quem ignorabat ſe habere, & tamen datio tutoris eſt fauorabilis filijs, & per illum text. determinant ibi Dyn. & Barto. quod idem ſit in inſtitutione, quia inſtitutio de filijs facta ſimpliciter à patre, non compræhendit filium, quem pater ignorabat habere, imò talis filius cenſetur prætēritus, & teſtamentum eſt nullum, & idem in terminis tenet glo. ordin. in l. Titius. in prin. in glo. fin. ff. de libe. & poſthu. quam ibi ſequuntur Dyn. Nico. de Neapol. Rapha. Cuma. ibi, & dicunt ita fuiſſe determinatum vltra montes, & illam gloſſ. multum not. Bald. hic in fin. idem tenet Cyn. in l. ſi pater. in 3. quæſt. C. de hære. inſtitu. facit text. in l. qui filiabus. in princip. in verſic. ſi mentionem aliqua * parte teſtamenti poſthumæ fecit. ff. de lega. 1. *& ita ſe habet magis communis ſententia.* ¶ Tamen diſputando poteſt teneri contrarium, & contraria eſt magis æqua, & fauet teſtamento, & filijs. & iſtam opin. tenet Pau. de Caſt. hic fauore teſtamenti, ne rumpatur, & quia iſtud nihil nocet, & alijs prodeſt, & per hoc reſpondet ad d. l. ſi quis ita, quòd loquitur in tutela, & licèt datio tutelæ ſit fauorabilis pupillo, tamen eſt oneroſa reſpectu tutoris, facit ſecundum eum. l. 3. C. de inoffi. teſta. eandem opi. tenent Imol. Pau. de Caſt. & dom. Alexan. in d. l. Titius. in prin. argum. d. l. 3. & bene facit. l. fin. vbi bon. text. C. de poſtu. hæred. inſtitu. & text. in l. cùm mater. iuncta glo. ff. de inoffic. teſta. vbi glo. loquitur in filio iam nato. Iſtam opin. ſequor contra Bar. & ſequaces, & pro ea facerem in conſulendo, aut iudicando, qa vbi diuerſæ ſunt opin. Docto, in aliquo paſſu, tenenda eſt opi. quæ fauet teſtamento. l. ſi pars, in princip. ff. de inoffic. teſta. Secundò mouet me doctri. glo. reputatæ ſing. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. cum concord. quas ibi dedi. vbi ſtatuentes præſumuntur ſtatuiſſe in caſu omiſſo, quando veriſimiliter ſtatuiſſent, ſi fuiſſent interrogati. † ſed bonum eſt argum. à ſtatutis ad 3 vltimas volunta. ſecundum Bar. in l. 1. vbi dicetur, de his quib. vt indig. ergo teſtator qui ſimpliciter inſtituit filios, debet intelligi, quòd inſtituerit filium, quem ignorabat, quia debet præſumi, quòd inſtituiſſet ſi fuiſſet interrogatus. debet ergo haberi pro inſtituto, cùm verba teſtatoris in plurali numero comprehendant etiam illum filium, & iſta opin. eſt valde æqua, & rationabilis, & per eam ſuſtinetur teſtamentum, & tenendo iſtā partem non obſt. text. in d. l. ſi quis ita. §. penul. ſuper quo ſe fundant Barto. & alij, quia ad illum text. dupliciter reſpondetur. Primò reſponde ex doctri. ipſius Barto. & Alexan. in d. l. qui filiabus. in princip. vbi ipſimet dicunt, quòd in d. §. penul. ſi pater det tutorem filijs ſimpliciter, non intelligitur dediſſe filio, quē ignorabat, quia agitur de præiudicio tertij, hoc eſt eius, qui eſt ordinatus tutor, cuius reſpectu tutela eſt onus, ſed hic non reſultat alicui præiudicium, ſi etiam filius, quem pater ignorabat, intelligitur inſtitutus. Vel ſecundò reſponde, quòd text. in d. §. penul. loquitur in caſu, qui non fuit de neceſſitate, ita ꝙ eius omiſſio non vitiat teſtamentum, dato quòd pater omitteret dationem tutelæ in teſtamento, non vitiatur teſtamentum, & ideo dato, quòd ibi filio, quem pater ignorabat ſe habere, non intelligatur datus tutor, per hoc non vitiabitur teſtamentum, & poterit ſibi de tutore prouideri. ſed nos loquimur in caſu, in quo niſi filius intelligatur inſtitutus, teſtamentum eſt nullum. nam ſub illa inſtitutione filiorum ſimpliciter facta niſi intelligatur etiam filius, quem teſtator ignorabat, teſtamentum eſt nullum, ergo vt actus valeat, & teſtamentum ſuſtineatur, dicimus talem filium comprehendi. & iſta ſecunda ſolu. mihi magis ſatisfacit, & iſto ſecundo modo etiam rñdeo ad l. qui

ADDITIONES.

a ¶ Secus. Declarat Alex. lib. 3. conſ. 31. col fin.

b ¶ Deci. Nota ad l. ſi quis ita. §. pen. de teſt. tutela. PVRPV.

Source : BIU Cujas

Ias. super Secunda Codicis.

qui filiabus. quòd ibi in legato facto filiabus, dato, quòd non comprehendatur filia, quam pater ignorabat, per hoc testamentum non vitiatur. ita teneo', & concludo contra Barto. & sequaces. ¶ Nunquid autem distinctio, quæ fit in milite in hac l. procedat in testamento condito ad piam causam, ponit Pau. de Cast. hic, & ante eum Batto. in repet. l. 1. C. de sacrosan. eccl. in 2. quæst. 5. quæst. princip. ponunt Cano. in cap. cùm esses. de
4 test. ¶ † Not. etiam ex isto text. in versi. tacitè. secundum dom. Fran. de Are. hic, quòd præteritio facta à milite scienter de filio, dicitur tacita exhæredatio, quod facit ad not. per Barto. in Authen. ex causa. in 2. & 3. colum. ff. de libe. præte. & in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. vbi ponit triplicem esse exhæredationē, & sic miles, qui præterit filium scienter, non videtur eum formaliter exhæredare, sed in effectu, & tacitè, sed non expressè.
5 ¶† Et ex hoc not. vnum, quòd reputat perpetuò, tenendum menti, quòd illud dicitur tacitum, quod nudis verbis comprehendi non potest, licèt veniat in consequentiam necessariam ad actum expressum, & sic consequens necessarium resultans ex aliquo actu, dicitur tacitum, & non expressum, nam hic miles instituendo extraneum, videtur de necessitate priuare filiū suum hæreditate, & tamen in isto tex. dicitur tacitè fieri, quod facit ad materiam, quando quid dicatur expressum, vel tacitum, vt per Bart. in l. 1. in princip. in 2. quæst. princip. ff. de vulg. & pupil. Tu adde Barto. in l. sed & si quis. §. quæsitum. in 6. colum. ff. si quis cau. vbi dicit, quòd illud est expressum, quod voce profertur, vel quod per scripturam apparet ad oculum. l. 1. in princip. ff. de his, quæ in testa. delen. istud autem quod colligitur solùm per rationem intellectus, dicitur tacitum. facit. l. vnica. ff. si tabu. test. nul. extab. Barto. tamen in l. prætor. in princ. ff. de oper. nou. nunc. not. ex illo text. & glo. quòd istud est expressum, quod continetur ex mente legis, vel sub generalitate
6 verborum, vt ibi per eum cum concord. ibi signatis. ¶ † Item ad istum text. adde, quòd non solùm præteritio facta à sciente habetur pro exhæredatione, imò filius institutus in testamento patris censetur in effectu exhæredatus, & sibi competit querela, quando est institutus vano nomine, & hæreditas est in totum exhausta, puta quia pater non habet in patrimonio nisi seruos, & omnibus reliquit libertatem. text. est in l. Papinianus. §. quarta autem. & ibi Bal. l. in 3. not. ad hoc not. ff. de inoffi. test.
7 facit, quod not. in l. qui volebat. ff. de hæred. institu. ¶† Glo. in versicu. [si sit.] bene dicit attento iure, ff. & C. hodie autem attento iure Authentico. si filius emancipatus sit præteritus sine insertione causæ legitimæ, testamentum est ipso iure nullum, sicut si esset filius in potestate, sed si esset præteritus cum insertione causæ legitimæ, tunc valet, & opus est vt contratabu. ℈. annum, & in hoc differt à filio in potestate, qui quoquo modo prætereatur in testamento patris siue cum causa, siue sine causa, testamentum est nullum, ita declarat glo. singu. & approbata in §. exhæredatos, in Authen. de hære. & fal. quam sequuntur Bald. & alij in Authen. ex causa. ℈. de libe. præte. Sed doctri. illius singu. glo. limitat singu. Ang. in hac lectu. Flor. vt procedat in filio emancipato, quando præteritio est inofficiosa, & iniuriosè facta, quod est, quando pater sciebat se habere filium emancipatum. Secus si esset facta ab ignorante, licèt cum causa, testamentum esset nullum, & sequitur Pau. de Cast. hic, sed dom. Aiexan. latè reprobat & bene, remitto te ad eum. ¶ Glo. fin. in versi. [exhæredauit,] quàm diuido in 2. par. princ. prout duo remouet contraria. Secunda ibi, [item hodie est contra.] ¶ In prima parte dic, quòd illud, quod vult glo. ℭ in priuato
8 sufficiat, si aliquid relinquitur titu. legati, † ad hoc vt filius non dicatur exhæredatus vel præteritus, procedit attento iure. C. sed attento iure Authenticorum est falsum, quo iure non sufficit relinqui titulo legati, imò oportet, quòd filio relinquatur aliquid titulo institutionis, aliàs testamentum est nullum, vt est doctri. gl. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de mino. secundum Cy. & alios hic, & glo. in Auth. nouissima, vbi dixi. C. de inoffic. test. & in hoc bene potest esse differentia inter testamentum pagani, & testamentum milit. quia in primo oportet, ℭ relinquatur filio titulo institutionis: in milite, in quo attenditur solùm iusgentium, istud non requiritur etiam hodie, sed sufficit quocunq; relicti titulo, vt declaraui in d. Authen. nouissima. ¶ In secunda par. gl. habes aduertere, ℭ gl. respondet dupliciter cuidam contrario, quod est, nam exhæredatio, de qua in text. cùm sit facta sine insertione causæ legitimæ, debet annullare ipso iure testamentum, quia hodie testamentum est nullum, in quo filius est exhæredatus, siue præteritus sine insertione causæ legitimæ, Auth. non licèt, & in corpore vnde sumitur. ℈. de lib. præte. Gl. primò respondet, fatẽdo, ℭ hodie est ℈. quasi dica istat iura hodie sunt correcta per ius Authenticorum. Secundo dicit gl. ℭ iura Authenticorum requirentia insertionē causæ legitimæ, procedunt in testamento pagani, sed non in testamento militis, & hoc modo ista iura remanent incorrecta. ¶ Quid tenendum Punctus est videre, nunquid iura noua, quæ disponunt nullam esse exhæredationē, siue pręteritionē, si fiant sine insertione causæ, nunquid habeant locum etiam in testō mili. & sic nunquid hodie istæ leges sint correctæ. gl. vt vides, non clarè se firmat. Sed subtiles Vltramon. & Cyn. tenent, ℭ iura noua procedunt etiam in milite, & consequenter, ℭ hodie in hoc sunt correctæ istæ leges, & istam tenent *comuniter omnes* etiam Citramon.
* nam olim licebat exhęredare etiam sine cā, patet, quia posthumi poterant exhæredari. l. 3. in princ. ff. de iniust. rupt. l. posthumo. ℸ. de bon. pos. ℈ tab. quam præt. & l. fi. ℈. de libe. præte. sed cū hodie insertio causę sit de substantia testī. §. aliud quoq; capitulum. in Authen. vt cùm de appel. cog. & Auth. non licèt ℈. de libe. prete. ergo hodie præteritio militis non expressa causa nō habetur pro exhæredatione, *& est communis opin. & vera, secundum* Saly. & Raph. Fulg. hic. ¶ Solus Ludo. Rom. hic tenet ℈. rium, eo quia tex. qui requirit insertionem causæ, scilicet tex. in §. aliud quoq; capitulum. in Auth. vt cum de appel. cog non loquitur in milite, ergo iura correctoria non debent extendi etiam ex maioritate rationis, *vt no. per glo. & omnes in Auth. quas act.* cum si. C. de sacrosan. eccl. quia si Imperator idem voluisset in milite, expressisset, vt dicit tex. in l. vnica. §. penul. ℸ. de cadu. tol. & in c. inter corporalia. post med. extra de transla. episc. sicut expressit in matre, cuius præteritio olim habebatur pro exhæredatione. §. mater. Instit. de exhære. lib. Item ius nouum debet interpretari ſm antiquum. l. non est nouum, & l. nam & posteriores. ff. de legib. Tu pro ista opi. Ludo. Roma. ℈ omnes adde primò ad idem stringere, quia. l. noua gñaliter corrigens, & disponens, nunquam intelligitur corrigere casus antiquatū legum speciales. glo. est approbata in l. sciendum. in prin. ff. qui satisd. cog. ergo iura noua non intelligerentur corrigere casus antiquarum legum speciales. gl. est approbata in l. sciendum, in prin. ff. qui satisd. cog. ergo iura noua non intelligerentur corrigere istas leges specialiter loquentes in militibus, quia in testō mil. debet attendi merum iusgentium. l. 1. ff. eod. & hoc ꝓpter nimiam simplicitatem ipsorum militum, vt dicit text. Insti. eo. in prin. & l. fi. in prin. C. de iur. delib. non autem debet attendi
9 ius ciuile, & sic d. §. aliud quoq; capitulum. ¶† Tertiò facit, ℭ per subauditiones non debet induci legum correctio, vt inquit gl. in c. cupientes. §. ℭ si per 20. de elect. in 6. Et ista opin. in stri-
10 cta iuris dispositione est sustentabilis ℈ communem. ¶† Quartò pro ista opin. Ludo. Roma. ℈ omnes adde etiam facere, ℭa istud priuilegiū mili. est clausum in corpore iuris, vt hoc text. ergo non intelligitur ei derogatum per verba quantuncunque
11 gñalia. † Et hoc probo dupliciter. Primò, quia per verba quantuncunq; ampla, & gñalia non intelligitur derogatum priuilegijs, nisi de eis fiat specialis mentio, text. est in l. 3. & ibi glo. C. de silen. lib. 12. quā gl. ad hoc reputat sing. Bal. in c. Ecclesia S. Mariæ. in 3. col. de consti. & in c. cùm ordinem. in pen. col. de rescri. & in c. licèt causam. in 15. colu. de proba. & in c. 1. in fi. quo tpe miles. in vsib. feud. & idem tenet Bal. in l. non plures. C. de sacro san. eccl. & in l. fi. C. si ℈ ius, vel vti. pub. & in 2. constitutione. C. in versi. si qua verò. per illum tex. & in c. 1. in pen. col. de rescri. & est bon. tex. in d. c. cùm ordinem. Facit, ℭ dicit glo. no. in cap. vnico. in verbo, consuetudine. de capel. monac. in 6. per consuetudinem contrariam tolli statutum, sed non priuilegium.
12 ¶† Quintò, & fortius facit, quia in gñali derogatione quoruncunque priuilegiorum, siue generalium, siue specialium, nunquam intelligitur derogatum priuilegijs clausis in corporē iuris, vt est gloss. approbata in l. 2. §. legatis. & ibi Barto. & in l. hæres absens. in princip. & ibi Barto. ff. de iudi. & glo. & Barto. in Authen. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. do. Alex. hic retenta communi sententia contra Ludo. Rom. ponderat facere tex. per quem destrui videntur omnia. ℸ. dicta, in præall. §. aliud quoq; capitulum. in ver. sed hęc quidem. vbi tex. dicit, ℭ ea, quæ dicta sunt, habent etiam locum in filiis, qui possunt testari. Necessariò ergo intelligitur ille tex. in filijs militi. nam de filijs emancipatis loqui non potest, quia obstat text. dum dicit
a de rebus, in quib. habent licentiam testandi. nam emancipati a de omnibus possunt testari, ergo necessariò loquitur de filijs in
b potestate, b qui non de omnibus possunt testari. Item non pōt intelligi de bonis aduentitijs, etiam quorum vsusfructus non
* acquiritur patri, ℸa de his testari non potest *secundum communē sniam*, vt disputabitur in l. pen. in fi. ℈. tit. 1. necessariò ergo loquit de

ADDITIONES.

a ¶ Nam emancipati. Adde Spec. in §. 3. versi. alia quoque. Fallit in præiudiciū patris, secundum Bal. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen.

b ¶ De filijs in ptāte. Adde Bal. insti. quib. non est permis. fac. test. in §. præterhos. Bar. in Auth. in successione. C. de suis & leg. Bar. in l. qui in potestate. ff. de test. Bar. in l. Imperator. ff. ad Treb. Spec. tit. de instru. edi. in §. 12. versi. 1.

Source : BIU Cujas

de castrensibus bonis,& sic de filiofamilias milite, ergo ibi est tex.apertus contra Lud.Sed aduerte,quia Io.de Imo. in l.filio præterito.ff.de iniust.rup.in 27.col.in ver.sed hic occurrit dubium.multa verba effundens in hoc passu, tandem respondet ad illum tex.in ver.sed hæc quidem.quòd ille tex. loquitur in
a quasi castrensibus, [a] quæ habent Doc.& Aduocati,& possunt testari,& isto modo in milite nil erit correctum, secùdū eum. Sed tu aduette,nam castrensia, vel quasi castrensia æquiparantur in ista materia.tex.est in l.fi.C.de inoffi.testam.& æquiparatio ibi fit quo ad duo.s.quo ad potestatem testandi, & quo ad querelam,ergo d.§.aliud quoq; capitulum. corrigens in vno, intelligitur in vtroque corrigere virtute æquiparationis legis antiquæ factæ in hac materia.secundum Bar.in l.Marcellus.in prin.ff.ad Treb.& in l.2.ff.de lega.1. & in Auth. sed cùm testator.s.ad l.falc. & ego opportunè declaraui in d.Authen. quas actio.Sed sustinendo opi Lud.tu subtiliter dic,ꝙ in d.l.fi.bene æquiparantur castrensia, & quasi castrensia in materia illa fauorabili.s.vt neutro casu habeat locum querela,& sic testamẽta expugnari non possint.Sed in d.§ sed hęc quidem. est materia odiosa.s.ꝙ testamenta querelentur, & expugnentur, vnde à materia fauorabili,vbi fit æquiparatio in d.l. fi.non est bonū arguere ad materiam odiosam.l.cū quidam.ff.de lib.& posth. Item pro sustinenda opi.Ludo.considera, ꝙ miles non habet istud priuilegium,ꝙ præterito scienter facta, habetur pro exhæredatione, nisi quando est in expeditione militari occupatus,tex.est in §.sed si in expeditione.& ibi gl.Insti.de exhære.libe.vnde dicendum est,quòd tex.in d.§. sed hæc quidem.loquitur,quando filiusfam.miles fecit testamentum,sed non erat in expeditione militari,& isto modo istæ leges non erunt correctæ,& talis interpretatio debet fieri, vt euitetur legum correctio,& iura iurib.concordentur.c.cùm expediat.de elect. in 6. l. vnica. C. de inoffic.do.Et si dicatur,ꝙ est diuinare,& restringere.d §.sed hęc quidem.dicere,quòd ibi filiusfam. miles non erat in expeditione militari,dico ꝙ nulla est diuinatio,qđ ostẽdo. nam text.ibi simpliciter loquitur de filio,modo dicere, ꝙ ibi esset in expeditione militari occupatus, istud est facti, sed facta non præsumuntur nisi probentur.l.in bello.§.factæ.ff. de capitu. Et iste est verus, & pulcher intellectus ad d.§.sed hæc qdē, & sic tu pondera,ꝙ etiam si.d.§.sed hæc quidem.expressè loqueretur de milite,adhuc non obstaret,quia deberet intelligi,vt prædixi, quanto ergo minus obstabit, cùm in illo text. nullum verbum sit de milite? Item sustinendo primam solu. Imol.s.relatam,potes dicere, dum dicebatur,ꝙ castrensia, & quasi castrensia æquiparantur, ergo lex noua corrigens in vno intelligitur corrigere in alio,dic ꝙ arg.procederet,quando lex noua corrigeret in castrensib.quæ sunt illis æquiparata,sed nō sequitur ècontra,ꝙ corrigendo in quasi castrensibus, & sic in eo,quòd est minus, intelligatur etiam corrigere in castrensib. quibus plus est tributum. Et per ista mea fundamenta habes bene,& nouiter defensatam opi. Lud. contra omnes,quæ nō solùm est disputando sustentabilis,vt prædixi,sed etiam puto, ꝙ sit de iure verior.

A D D I T I O.

a ¶In quasi castrensibus.Adde Doc.in l.aduocati. C.de aduoc. diuers. iudic. & Abb.in rub.de pec.cle.

S V M M A R I V M.

1 *Captatoriæ institutiones etiam in testamento militis non valent.*
2 *Captatoria institutio quæ dicatur,& quotuplex sit.*
3 *Legatum captatorium in testamento militis an valeat.*
4 *Captatoria institutio quot modis fiat.& nu.5.*
6 *Statutum si prohibeat ne maritus possit in testamento relinquere vxori vltra certam quantitatem,vel ꝙ nihil possit ei relinquere , maritus non potest soli vxori dare facultatem distribuendi pro anima ipsius testatoris,ne fraus fiat statuto.*
7 *Testator si relinquat tribus trecenta,& rogauit eos,vt de illa summa disponerent , prout eis ordinauit in secreto , an tale legatum valeat.*
8 *Testator dixit in testamento,quòd volebat erogari centum per Titium, illis personis,quas ei dixit in secreto,Titius non potest cogi illas personas specificare.*
9 *Captatoria institutio fit,quando quis alium instituit spe alterius institutionis.*
10 *Institutionis substantia licèt non possit conferri in expressam conditionem voluntatis alterius tertij,potest tamen conferri in tacitam,& velatam .*
11 *Libertas directa captatoria collata in voluntatem tertij,valet.*
12 *Captatoria dispositio an valeat facta ad pias causas.*

LEX XI.

Captatorias. Ista l. non potest diuidi, nec breuius summari.
1 ¶¶No.ex hac.l.ꝙ captatoriæ institutiones ēt in testam.mili.non valent.Et si dicatur,ꝙ ea, quæ sunt iuris ciuilis positiui,non obseruātur in testamento mili.sed solùm ea,quæ sunt iuris gen.l.1.ff.eo. Respondetur,ꝙ est verum, nisi talis dispositio iuris ciuilis sit proficua ipsis militib.l. si Rufi
2 nus.s.eo & l.diuus.ff.eo.¶†Quæ autem dicatur [a] captatoria
a institutio,& quotuplex sit,declarat Bal.in l.1.C. de sacrof. Eccle.in pen.col.in ver.iuxta hoc quæro. vbi dicit, ꝙ non dicitur captatoria voluntas,cuius sola declaratio,sed cuius essentia,& existentia est posita in alterius voluntate,& idem Bal.in reper. eiusdem.l.1.in vlti col.super 9.q.1.par prin.& secundum Pau. de Cast.hic,dicitur captatoria,quia ex ea testator sæpè remaneret captus.i.deceptus.Idem dicit D.Abb.in c.cùm tibi.de testi.& gl.1 in d.l.captatorias.ff.de hęr.insti.licèt aliam rationem assignet gl.in l.illa institutio.ff.de hęr.insti.& ibi Imo. in d.l.captatorias.post Ang in vtroque loco. Et quemadmodum reꝓbatur institutio captatoria,ita etiam captatorium legatum est nullum.l.captatoriæ.ff.de leg.1.& l.nonnunquam. ff.de condi. & demon.Licèt nonnulli Moderni attentauerint nouam opi. in pagano,ꝙ quamuis institutio captatoria non valeat, secus tamen in legato captatorio.per tex.ad literam in l.Senatusc.§.
* legatum.ff de leg.1.*sed communiter respondetur*,vt per gl.ibi,quòd legatum potest conferri in alienam voluntatem.s.ipsius legatarij,qui censetur alienus ab herede,tamen non est sine violētia tex.Ad idem stringit.l.1.ff.de leg.1.vbi disputatur iste pas-
* sus,*communiter tamen tenetur*,quòd verba ibi posita in text. stent interrogatiuè. Eodem modo ademptio captatoria nil valet. l. legata inutiliter.§.quibus ex causis.ff.de adim.lega. secundum Bal.hic in 6.q.& Saly ¶Sed pulchrum dubium esset, & nouū, retenta communi opi ꝙ legatum captatorium in pagano nil
3 valeat,†quid in milite,dato quòd institutio captatoria in milite sit prohibita, vt hic , nunquid in eo legatum captatorium valeat?& videretur posse dici,quòd sic,ex quo nulla l. prohibitum reperitur in milite,& quamuis reperiatur prohibita institutio,eo quia est maioris præiudicij , tamen non sic videtur in legato captatorio,quia est minoris præiudicij. In contrarium tamen facere videtur:nam ratio quare prohibita est institutio captatoria in milite,est quia istud est proficuum militibus,ne capiantur,& sic ne decipiantur,& leges ciuiles , quæ sunt vtiles militi,in milite locum habent,ista ratio etiam militat in legato.Cogita tamen,quia noua quæstio est,nec per aliquem tacta.¶Gl.1.in ver.captatorias.Ista glo. primò declarat,quid sit captatoria institutio,& videtur ponere tria exēpla.Sed si subti
4 lius consideres, vult declarare,† quot modis fiat captatoria institutio,& respōdet,ꝙ tribus modis,quos declara , vt per Pau. de Cast.hic,& infra proxi. subijciam. & in hoc videt mihi, ꝙ perfectius locuta sit ista gl.quàm Bal.in l.1.in pe. col. C.de sacrosan.Eccl.vbi dicit,ꝙ duob.mod.fit.postreà in seq glo.remouet tria contraria ad tex. ex quibus habes colligere tres limit. ad regulam huius tex. & sic gl.habet 4 par.Secunda ibi, [sed in præteritum valet.]Tertia ibi, [item secus si dicatur.] Quarta ibi,[item libertas valet.]Et vltra tres fallen. gl. adde quartam, nisi statutum disponeret,ꝙ valeat,secundum Ang.& Imol.in l.captatorias.ff.de hęred.insti.& plenius refert, & sequitur Do. Alex.hic,licèt in contrarium videatur facere,ꝙ vbicunque aliquid prohibetur,eo quia sit contra bonos mores, vel quia aliquid illicitum inducat,illud sicut nō potest pacto fieri,ita nec statuto induci,vt declarat Bar.in l.omnes populi.in 3.q.princ. ff.de iusti.& iur.& infra tangam.¶Alio,& quinto modo limitat Ang in l.centesimis.§.fi.ff de verb obl dicens,quòd licèt nō valeat institutio captatoria hoc modo, instituo Seium,si Titius voluerit,tamen bene valet,si dicatur hoc modo , instituo Seium,si Caius declarauerit se velle. Sed istud reprehenditur, & bene per Imo.ibi.& per Dom.Alex.hic circa fi. ¶Redeo ad primam partem glo in qua habes diligenter notare,ꝙ captatoria institutio potest fieri tribus mod. ¶ Primò modo,quando substantia ipsius institutionis confertur in voluntatem tertij, vt in primo exemplo,instituo te si Titius voluerit, vides quòd tota substantia institutionis confertur in voluntatem meram
5 tertij,& ista proculdubio nil valet. ¶† Secundo modo potest fieri captatoria institutio,quando electio personarum confertur in voluntatem tertij,vt in secundo exemplo gl. quādo instituo illos , quos Titius voluerit , hoc est quos Titius elegerit,

A D D I T I O.

a ¶Quæ autem dicatur.Adde Ang.consi.201.incip.viso themate.

Source : BIU Cujas

rit, hic etiam ſubſtantia inſtitutionis confertur in voluntatem tertij,& iſta etiam non valet,vt l.illa inſtitutio.quæ alleg.in gl. & ad hoc tendit.Intellige tamen iſtum ſecundum caſum, qñ committeret electio incertarum perſonarum,& de incertis:ſi autem cõmitteretur electio incertarum perſonarum, ſed de certis,tunc bene valeret.l.fideicommiſſaria.la ſeconda.§. fin.ff. de fideic. lib.& l.vtrum.§.cùm quidam. ff. de reb. dub. & iſtud eſt,quod volunt Cy.& Bar.hic in q.in qua volunt, quòd ſi aliquis inſtituat pauperes eligendos per priorẽ,, valet talis inſtitutio, eo quia non ſubſtantia inſtitutionis ꝓfertur in voluntatẽ prioris, ſed diſtributio,& electio perſonarũ. ſic dẽs intelligere Bar.hic,quia aliàs contradiceret huic gl.& diceret contra tex. in d.l.illa inſtitutio.ff.de hęre.inſti. & ita declarauit Bar. in d.l.illa inſtitutio.in vlt.col.Et ratio diuer.inter hos caſus eſt in prõptu. nã in primo caſu,quando teſtator committit incertos de incertis eligendos arbitrio Titij,vt q̃a dicat,inſtituo illos,quos Titius elegerit,iſta inſtitutio dicitur captatoria, eo quia teſtator poſſit decipi,eo quia Titius fortè nullos eliget, & ſi nullũ eligat,nullus poterit eſſe hæres. aliàs omnes homines de mundo deberent eſſe hæredes.§.& vnum.cũ gl.inſti.de hęred. inſti. ſed in ſecundo caſu,quando quis inſtituit incertos de certis eligendos volũtate Titij,puta inſtituo duos ex liberis meis, quos Titius elegerit, vel quos Titius voluerit, vel inſtituo duos de familia mea,quos Titius voluerit,iſta bene valet, quia non poteſt ſequi captio teſtatori,quia dato, quòd Titius neminẽ velit eligere,certè omnes liberi intelliguntur inſtituti, vel omnes de familia.l.ſi Titio.la ſeconda.& l.cùm quidam ita. ff.de lega. 2.& in inſtitutione pauperum ſpeciale eſt,vt non vitietur propter nimiam incertitudinem.l.id quod pauperib.C.de Epiſ. &
6 cler.¶†Aduerte tamen, ꝙ ſi ſtatutu prohibet, ne maritus poſſit in teſtõ relinquere vxori vltra certam quantitatem, vel ꝙ nihil poſſit ei relinquere,certè maritus nõ poſſet ſoli vxori dare facultatem diſtribuendi pecuniam pro anima ipſius teſtatoris,ne fiat fraus ſtatuto.contra l.non dubiũ.C.de legi.& l. fraus. & l. contra legem.co.tit.ff.de leg.Ita determinat Io.And.in addi.Spe.in tit.de inſtr.edi.§.nunc verò aliqua.poſt med. in addi. inci.ad iſtum ſi.Alb.de Roſ.in 2.par.ſtat.q.112.incip.ſtatuto cauetur,ꝙ nullus poſſit relinquere vxori.& in q.ſeq. Do. Alex.in conſi.57.in 2.vol.proſpectis in 3.col.& ſeq.& in l.cogi.§. hi qui ſolidum.in vlt.col.ff.ad Treb. quicquid ibi teneat Pau. de Ca. intelligẽ,quando vxor ſola haberet diſtribuere, ſecus ſi ſimul cum alijs perſonis,quia tunc ceſſat ſuſpicio fraudis.arg. c.prudentiam.de offi.deleg.& c.2.de ſtatu monach. ſecundum Do-
7 ctо.in locis præal.¶†Adde gl.in l.Lucius.§.fi.& ibi Bar.ff.de lega.1.quam gl.Imo.ibi dicit eſſe ſing. & per eam decidit qõnẽ de facto,ꝙ ſi teſtator relinquat trib.trecenta.& rogauit eos, vt de illa pecunia diſponerent,prout eis ordinauit in ſecreto, q̃a noluit alium ſcire,ꝙ valet tale legatum, licèt videatur aliqua ſuſpicio fraudis.facit bene tex.in l.quem hæredi.& ibi no.Bart.
8 ff.de reb.dub.¶†Adde etiam Pet.de Anch.in conſi.436. incip. in his dubijs.quòd ſi teſtator dixit in teſtamento, quod volebat centum erogari per Titium illis perſonis, quas ei dixit in ſecreto,quòd Titius non poteſt cogi illas perſonas ſpecificare, & no.Spe.in tit.de inſtr.edi.§.nunc verò aliqua.ver. ſed quid ſi ille viuens.& ver.ſeq.Accedit ad prædicta,quando teſtator ordinauerit,quòd hęres ſolueret ea,quæ ſunt ſcripta in ſchedula dimiſſa apud Guardianum fratrum minorum, vel iuſſit, ꝙ ſoluat omnibus debentibus habere,& quod de hoc ſtetur dicto fratris ſui, [a] an valeat.ponit Barto.in l.Theopompus. ff.de
a dot.præleg.& in l.ſi ita ſcripſero.ff.de condi.& demon.cũ concor.traditis per D.Alex.hic,& in conſi.54.in 2.vol. incip. circa id quod vertitur.vltra quos adde Abb.in conſ.4.in 2.vol. in q. quæ vertitur.Pau.de Caſt.in l.hac conſultiſſima. §. per nuncupationem.ff. de teſt.D.Fran.de Are.in l.hæredes palàm. in prin.
9 ff.de teſt.¶†Tertiò modo fit captatoria inſtitutio,qñ quis aliñ inſtituit ſpe alterius inſtitutionis, vt in quarto exemplo gl. qñ inſtituo te hęredem, ſi me inſtitueris,iſta ẽt non valet,quia eſt captatoria,& ratio eſt ſecundum Pau.de Caſt. hic,quia deceptio poteſt eſſe in hoc,ego te inſtituo,ſi tu inſtituas me, pone quòd inſtituis,& eſt impleta conditio, certè ex interuallo poſtea potes me decipere,reuocando inſtitutionem,quam feciſti de me,quæ ſemper poteſt reuocari vſque ad vltimum vitę ſpiritum.l.cùm hic ſtatus.§.ait oratio.ff.de donatio.inter vir.& vxo.& c.cũ Marthæ.de celeb.miſſic ẽt poſſum te decipere reuocando poſtea.Sed iſta ratio mihi non placet, quia ea attenta ſequeretur,ꝙ non valeret collata in præteritum, puta inſtituo te hęredem,ſi me inſtituiſti,eo quia etiam iſto caſu poſſet ſequi illa.met deceptio ex reuocatione inſtitutionis, & tñ eſt falſum,quia collata in præteritum valent l.illæ autem.alleg.in gl. Ideo puto,quòd ſit melior rõ,quam aſſignat Bar.& ipſemet Pau.& D.Alex.non hic,ſed in l.cũ donationis.C.de tranſa.vbi dicunt,ꝙ teſtamenti factio debet eſſe oĩno libera, non ſolũ à metu pœnæ,ſed etiam à ſpe pręmij futuri, & ideo ſicut non valeret inſtitutio facta mętu pęnæ,ita non valeret inſtitutio facta ſub ſpe lucri,quia non dicitur libera.d.l.illæ autem. An tñ iſta vltima ratio ſit vera,quia aliqui impugnant, & videtur refragari.d.l.illæ autem.in exemplo,qñ inſtituo te ſi alium tertiũ inſtituueris,dixi in d.l.cũ donationis.& defendi rõnem Barto.& ibi habes glo.ord.poſito,ꝙ inſtitutio ſub ſpe lucri non valeat, quid ſit in ꝯctu,nunquid valeat ꝯctus,puta tranſactio,ſub cõditione, ſi me inſtitueris hæredem, ibi videas,vbi diſputatur.
10 ¶†In 3.par.gl.habes,ꝙ licèt ſubſtantia inſtitutionis nõ poſſit conferri in expreſſam conditionem voluntatis tertij,tñ poteſt conferri in tacitam,& velatam: puta,inſtituo te,ſi Titius capitolium aſcenderit,valet.l.nonnunquam.alleg.in gl.& l. ſi quis Sempronium.ff.de hęre.inſti.Et rõ ponitur ibi in tex. q̃a multa expreſſa nocent,quę non expreſſa non nocent.Tñ dicit Cy. in l.in vendentis.in 2.col.poſt lac.de Rau.C.de ꝯh.emp.quod rõ poſita per Iuriſc.in d.l.nonnunqnam.hẽt minus rõnis, quã alia rõ,quę ſit ĩ corpore iuris. Sed iſta rõ cõiter ſic declaratur, ꝙ ideo non valeret inſtitutio collata in meram voluntatẽ tertij,ſed bene collata in factum extrinſecum tertij, quia in primo caſu ad hoc,vt inſtitutio valeat,opus eſt,ꝙ Titius velit, & abſq; eius voluntate conditio inſtitutionis non poteſt impleri,ſed in ſecundo caſu,qñ ego inſtituo te hĩdem,ſi Titius aſcẽderit capitolium,iſta cõditio poteſt impleri,dato,ꝙ Titius nihil ſciat de iſta inſtitutione:nam pone, ꝙ Titius ignorans aſcẽdit capitolium,certè eſt purificata cõditio, & ego ſum hęres, quia ergo ſecundo caſu conditio poteſt impleri abſq; ſciẽtia tertij,in primo non,ideo ſecunda valet,ſed non prima, ita declarat Bal.hic in 2.opp.& Pau.de Caſt.in 1.col.Cy.& Bal in d.l. in vẽdentis Ang.Imo.& alij Mod.in l.cẽteſimis.§.fi.ff.de verb. obl.& no.Ang.in conſi.201.incip. inter cætera continetur.vbi multa pulchra ſcribit ĩ materia captatoriæ inſtitutionis.Iſtud eſt ẽt,quod in effectu vult Bal.in d.l. ſi quis Sempronium. vbi dicit,ꝙ in primo caſu confertur in liberam voluntatem tertij, ideo non valet,ſecundo caſu in velatam, & iſtud vltimũ pulchrè declarat Ang.in d.l.centeſimis.§.fin.ff.de verb.obl.vbi dicit,ꝙ illa dicitur voluntas non velata, quæ ſtat in nuda volitione,illa verò dicitur voluntas velata, quæ non ſtat in nuda volitione,ſed in aliquo facto extrinſeco,& ad aliud principaliter tendente,vt ſi Titius capitolium aſcenderit.iurib.præalleg.
¶†In vlt.par.gl.habes 3.fallen.ad hunc tex.in libertate captatoria,quæ bene valet.l.fideicõ. 3.alleg in gl.Circa quam.l.quia difficilis eſt,aduerte,quia habet 4.reſponſa princ.Primum ponit in prin.ꝙ fideicom.lib.poteſt relinqui in voluntatem hęredis, quamuis aliud relinqui non poſſit. Secundum eſt, ꝙ libertas põt relinqui in voluntatẽ ipſius ſerui,ſi ſeruus voluerit, & iſte caſus nullum dubium habet,nec in hoc ſpeciale eſt in legato libertatis collato in voluntatem ipſius ſerui,imò quodlibet legatum poteſt conferri in voluntatem legatarij. l. ſi ita legatũ. §.illi ſi volet.ff.de leg.1.Tertium reſponſum ponitur in ver.ſed & ſi ita.vbi dicitur, ꝙ legatum libertatis põt conferri in voluntatem tertij,& in hoc bene eſt ſpãle in legato libertatis,in alio eſſet ſecus,vt dixi in tex.Et caue,ne tex.te decipiat,quia ſimilitudo,quæ ponit ibi in ver.quemadmodum. venit hoc modo. ſpeciale eſt in libertate collata ſub conditione expreſſa,ſi tertius voluerit, vt valeat, quemadmodum valeret aliud legatũ ſub conditione velata, puta ſi Titius capitolium aſcenderit. Quartum reſponſum ponitur in ver.quod ſi ita.vbi dicitur,ꝙ non valet legatum libertatis collatum in voluntatem ipſiuſmet hęredis,licèt valeat, quando collatum eſt in voluntatem tertij.Rõ diuerſitatis eſt,quia veriſimile ſit, quòd hęres de cuius pręiudicio agitur, nunq̃ diceret ſe velle, ſecus eſt in tertio,qui nullum pręiudicium ſentit.arg.l.à Titio.§.fi.ff.de verb. obl.Bene facit,quod dicit Cy.in d.l.in vendentis.in 2.col. C.de contrah.emp.vbi vult,qđ accidentalia contractus non poſſint conferri in voluntatem contrahentium,ſed bene tertij per rationem ſupra dictam.Subdit tñ tex.in illo verſi.qđ ſi ita.quod qñ libertas relinquitur in voluntatem ipſius hæredis, aut relinquitur in liberam,& abſolutam voluntatem, puta ſi hæres voluerit,& tunc non ualet. Aut relinquitur ꝑ uerba importãtia arbitrium boni uiri,& ualet,ut ſi hæredi placuerit.l.Thais.§.ſorore.ff.de fideicommiſ. liber. & quæ ſint illa uerba, quæ important liberam, & abſolutam uoluntatem, & quæ important

ADDITIO.

a ¶Fratris ſui.Adde Bal in l.iuſiuran.quod ex conuentione.in prin.ff.de iureiu. Bal.in l.1.in 2.col.C.de ſent.quæ pro eo,qđ intereſt, Bal.in Auth. iubemus, C.de iud.Io.And.in addi.Spe.tit.de prob.§.videndum.ſuper 'ver. quid ſi'. Ant.de But.in c.finem litib.de dolo,& contu.in pe.col.

Source : BIU Cujas

portant arbitrium boni viri, [a] declarat Bar. in l. si sic. in princip. ff. de legat. 1. Et si dicis, quæ potest esse ratio diuersitatis inter vnũ, & aliũ casum, quare nõ valeat, si relinquatur in liberã voluntatem hæredis, secus si tanquam arbitrio boni viri. Ratio est, quia in primo casu non potest recedi à voluntate hęredis, & quia verisimiliter hæres non vellet, ideo nihil valet. Sed in secundo casu potest haberi recursus ad bonum virum, si hæres non faciat, quod facere debuerit, secundum mentem testatoris. l. si Titio. ff. de leg. 2. iunctis plenè no. in l. 1. ff. de leg. 2. ¶ Nũc supereſt maxima difficultas concordare principium. d. l. fideicommissaria. cum ver. ꝙ si ita, qui de directo sunt contrarij. In ista difficultate inuenio quinque principales intellectus. Ego postremò ponam sextum meum intellectum. Primi tres intellectus in effectu mihi videtur, quòd ad idem tendant. Primus est intellectus glo. 1. ibi, quod verum est, ꝙ legatum libertatis collatum in voluntatem hæredis nihil valet, vt in ver. quòd si ita. nec obst. illud, quod dixerat tex. in prin. ꝙ posset dari, quia verum est, ꝙ posset dari, sed an valeat, nihil ibi deciditur, sed deciditur postea ꝙ non, in versi. quòd si ita. Istum intellectum reprobat. D. Alex. quia imò in prin l. deciditur, quòd valet, & hoc probat ex seq. aduersatiua, vbi dicitur, quãuis nihil aliud in testõ sit, potest valere. Sed hoc non multum vrget, quia stat simul, ꝙ in prin. tex. formet qõnem, sed nihil decidat, licèt aduersatiuè dicat pro constanti, quamuis nihil aliud possit poni in voluntatem hæredis, tamen quid sit in fideicommissaria libertate relicta in voluntate hæredis, tex. in princ. non decidit, sed relinquit indecisum tanquam magis dubium, sed postea decidit in ver. quòd si ita. Ita posset responderi sustinendo intellectum gl. licèt pro reprobatione D. Alex faciat, quia aduersatiua debet importare diuersitatem in iure, & in facto, vt per Bar. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infect. ergo, vt importet diuersitatem in iure, est necessarium, ꝙ in præceden
* ti ponatur decisio. Secuudus est intellectus, qui *communiter tenetur*, sed in effectu nil discrepat à primo, quem ponit Bar. in repe. l. 1. C. de sacrosan. Eccl. in 3. q. 5. q. principalis, & in l. Lucius. 1. ſi. de fideicom. lib sequitur Imo. vbique in locis hic alleg. per D. Alex. & istum tenent Lud. & D. Alex. hic. s. ꝙ non valet legatum libertatis collatum in voluntatem hæredis. d. ver. quod si ita. & licèt tex. dixerit in principio valere, tamen postea plenius inuestigando decidit, quod non valet. Sed iste intellectus, qui est communis, mihi minus placet, quàm aliquis alius, q a non est verisimile, quod Iurisconsultus tam cito in eadem met l. seipsum correxerit. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. prout dicit Bal. hic in tertia oppositione. Alius est tertius intellectus, q ad idem cum præceden. tendit, sed magis coloratus qui fuit And. de Pisis, quem refert, & sequitur Bal. hic in 1. colu. in tertia oppositione, & sequitur Saly hic, & Iac. de Arc. & Alber. de Ros. & Ang. in d. l. fideicommissaria. ꝙ verè tex. in princ. decidit valere legatum libertatis collatum in voluntatem hęredis, q̃uis nil aliud valeat, vt patet in aduersatiua quamuis, sed postea Iurisconsultus in ver. quòd si ita. non corrigit, sed limitat illud, quod in princ. dixerat. nam ibi in prin. dixerat valere legatum libertatis si hæres voluerit, istud limitat in ver. quòd si ita. procedere non quando testator vsus esset verbo importante liberam voluntatem, prout dixerat in princ. si volueris. quia non valeret, sed bene valet, si vtatur verbo importante arbitrium boni viri. Et licèt Imo. in d. l. illa institutio. & D. Alex. hic aliter, & malè referant hunc intellectum, & propterea damnent, tamen relatus, vt dixi, habet aliquid coloris. Et si consideras, non discrepat in effectu à prioribus. Quartum intellectum ponit Bal. hic in 1. col. in tertia oppositione. Licèt Dom. Alex. inaduertenter adscribat Ang. in d. l. illa institutio. ꝙ vers. quòd si ita. non referatur ad legatum libertatis, ne contradicat ei, qđ text. in principio dixerat, sed referatur ad alia legata, de quib. in ver. quemadmodum. sed iste intellectus videtur contra tex. ibi, nõ dubitamus, quin libertas debeatur. ergo loquitur de legato libertatis. Et ita reprobat Imo. in d. l. illa institutio. & Do. Alexã. hic. Quintum, & nouum intellectum tradit Benedic. de Plũb. in d. l. fideicommissaria. quod aut relictum libertatis committitur in voluntatem hæredis præsentis, quando fit testamentum, & annuentis, & tunc bene valet, quia hæres præsens intelligitur acceptare tanquam bonus vir, secus si committatur in voluntatem hæredis absentis: quòd autem in princip. legis ibi hæres esset præsens, patet, quia ibi testator eum alloquitur in secunda persona, dum dicit, fidei tuæ committo, si tu volueris, qđ autem in ver. quòd si ita. hæres esset absens, patet, quia ibi testator vtitur verbis tertiæ personæ, & sic denotantib. absentiam hæredis. Sed caue, quia glo. ibi in versi. quòd si ita. expresè damnat istam differentiam, quæ etiam confunditur ex alio secundum Dom. Alex. hic, quia non sequitur, hæres erat præsens, ergo committitur tanquam bono viro, quando testator vtitur verbis importantibus absolutam volũtatem. ¶ Ego vltimo loco considerabam posse dari sextum, & nouum intellectum, qui præ cæteris quinque supra relatis mihi magis satisfacit: nam ego dico, quòd in prin. ille text. expresè loquitur in fideicommissaria libertate, vt ibi clarè dicit tex. fideicom. libertas. & ista bene potest conferri in voluntatem hæredis. ita loquitur prin. clarè. postea in ver. quòd si ita. Iurisc. loquitur in directa libertate, in qua debet distingui, vt supra declarau. Qđ autem tex. in ver. quod si ita. mutet casum principij, & loquatur in directa libertate, istud probo ex duobus, quæ ponderat ibi tex. primò, quia tex. dicit, quòd si ita. & sic loquitur, prout in ver. proximè præcedenti vbi dicit, si Seius voluerit, liberũ esse volo, illud liberum esse volo, est directa libertas, quia præstatur à testatore. Item & clarius ostendo, quia in isto ver. ꝙ si ita. non adest oratio perfecta, ergo necessariò supplẽda est ex verb. præcedenti, qui vt dixi loquitur in directa libertate, & sic iste videtur mihi verus sensus, quòd fideicommiss. libertas bene potest relinqui in voluntatem hæredis absolutam. ita loquitur princ. sed directa libertas non potest conferri in absolutã voluntatem hęredis, sed bene tãquam in arbitrium boni viri. ita propriè loquitur ver. qđ si ita. Et ratio diuersitatis est, quare in primo casu valeat, quia verisimile est, quòd hæres volet, quia ipse efficietur patronus liberti, & sic saltem habebit commodum patronatus, quòd in multis prodest, præcipuè in operis, & quantum ad successionem. §. fi. insti. de sing. reb. per fi. reli. & no. in l. planè, in prin. vbi litera videtur obstare. ff. de leg. 1. Sed secus est in libertate directa, quæ præstatur à testatore, ista non potest committi in absolutam voluntatem hæredis, quia verisimiliter hęres non volet, quia nullum commodum reportaturus, nec habiturus ius patronatus. Et quanto magis considero illum tex. plus placet iste intellectus. Nec obst. tex. dum dicit, libertas debeatur, & sic in futurum, quia intellige ex testa-
b mento. nec obst. verbum volo, [b] quod quamuis fideicommissum importare possit. §. fi. inst. de sing reb. & l. 2. in prin. C. com. de leg. quia est verum, quando refertur ad hęredem, vt quia testator dicat, volo hæredem facere sic, tunc importat fideicõmissum, secus si dicat liberum esse volo, tunc directam libertatem importat, vt ibi in tex. Aliqualiter tamen obst. quia tex. ibi in ver. seq. semper loquitur de fideicom. libertate. Et inuenio, quòd istum meum intellectũ sensit in duob. verbis Raph.
11 Cu. in d. l. illa institutio. ad fi. ¶† Stat ergo ex prædictis, ꝙ directa libertas captatoria collata in voluntatem tertij valet, secus si in absolutam voluntatem hæredis. ¶ Sed operæpretium est videre, quid in dispositione captatoria ad pias causas, videretur, ꝙ similiter non valeret, cùm bonum sit argum. à libertate ad piam causam, & ècontra, vt no. Bar. in l. proximè. ff. de his, q̃ in testam. delen. & l. si vnus. ad fi. j̃. de testa. cum concor. & est bonus text. in l. 1. §. pen. in verbo, ad hanc rationem pietatis. & ibi ad hoc no. Bal. C. de communi seruo man. Alibi tamẽ Bar. in repe. l. 1. in 3. q. 5. q. principalis limitat singularissimè, vt sit verum, quando legatum libertatis fit pro anima, vel amore Dei, tunc censetur pium, aliàs secus, sed contrarium vult Bar. to. in locis præal. & facit text. in contrarium in l. 1. §. penul. præalleg. vbi libertas non erat relicta pro anima, & tamen dicit text. quod est legatum ad piam causam, & in terminis reprehendi-
12 ditur Imo. in d. l. captatoriæ. ff. de legat. 1. ¶† Breuiter quan-
* tum ad principale propositum, *magis communis sententia est*,
c quòd dispositio [c] captatoria ad pias causas valeat, ita latè firmat

ADDITIONES.

a ¶ Boni viri. Adde Bar. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obli. Bar. in l. Lucius. ff. de fideiuſ. Bal. in l. in vendentis. & l. fi. C. de contrah. empt. in l. vxorem. ff. de leg. 3. & de verbis importantibus liberum arbi. vel arbitrium boni viri, vide Alex. Iaſ. & alios in l. ſi ſit legatum. de leg. 1. Bar. in l. centeſimus. §. fi. de verb. obl. Fely. in c. ne innitaris. & in c. 1. nu. 76. vbi Dec. nu. 21. de cõſti. Dec. conſ. 293. nu. 18. Quid de verb. prout ſibi videbitur, & placebit? & dic, quòd important arbi. boni viri. teſte Abb. conſi. 9. lib. 1. Rom. conſi. 228. colu. 6. poſt nied. & conſi. 467. Quid de verb. vel e ſuum? & dic, quòd important liberam voluntatem, vt no. Rom. conſi. 112. nu. 2. Quid de verbis ad ſuam liberam voluntatem? & dic, quòd important meram, & abſolutam diſpoſitionem, vt per Rol. conſi. 42. nu. 17. lib. 1. Alex. conſi. 214. col. 2. lib. 6. MASVER.

b ¶ Volo. Adde Bar. in l. cùm quis. de leg. 3. in l. apud Aufidium. de optio. leg. & dic, quòd in actibus vltimarum volun. prolatum, inducit diſpoſitionem. l. quoniam indignũ. C. de teſta. Alex. conſi. 168. col. 1. circa med. lib. 5. & voluit idem Iaſ. in l. ſerui electione. nu. 44. in l. huiuſmodi. §. Stichum. ff. de leg. 1. & hoc verbum eſt fons, & radix omnium diſpoſitionum, & dicitur verbum diſpoſitiuum, teſte Alex. conſi. 290. nu. 32. lib. 6. MASVER.

c ¶ Diſpoſitio. Adde Bal. in l. & in epiſtola. C. de fideic. Bal. in Marga. in verbo, teſtator. & hanc ſequitur, & communem dicit Clar. §. teſtamentum. q. 6. ver. quarto infertur. Declara, vt per Suarez. lib. ſent. ver. Captatoria. Gabri. communem opi. lib. 6. titu. de pia cauſa. conclu. 3. vbi ponit ampliatio. & limita. MASVER.

Source : BIU Cujas

mat Bar.in d.repe.l.1.in 3.q.5.q.princ. & in l. Theopompus.ff. de dot.præleg.& in l.quidam.& in l.vtrum.ff. de rebus dub. & Bar.& Bal.in d.l.captatoriæ.ff.de leg.1.& Bal. in d. l.illa inſtitutio.& in repe.c.ſi pater.in materia compendioſæ. de teſt. in 6. Ang.in d.l.captatorias.& D.Alex.hic,& in conſi.14.incip. circa primum dubium quo quæritur,nunquid dicta donatio.in vlti.col.in 1.volu.vbi dicit, ꝙ ita ſemper eſt ſolitus tenere,& qđ iſta videtur magis communis ſententia.Totum fundamentū Bar.& aliorum eſt in c.cū tibi.de teſta.qui tex. pro certo nihil facit pro eo,quia habet varios,& multiplices intellectus,vt ibi
a per glo.& Doct.& regula eſt,quòd quādo lex, vel canon [a] habet varios intellectus, non poteſt allegari ad deciſionem cau-
b ſarum,ſecundum Bar. [b] in l.in ambiguo.ff.de reb.dub. & Bal. in l.1.in 2.col.C.quando prouo.non eſt neceſſ.Imo.& Lud.in l. cùm prolatis.per illum tex.ff.de re iudi.hinc dixit Bal.in c.fi.de
c conſti. quod ſtatutum ambiguum [c] non meretur allegari in palatio,nec eſt nulla ſententia contra ipſum lata. Hinc etiam eſt,quòd licet ignorantia iuris neminem excuſet, etiam mu-
d lierem. [d] l.iuris ignorantia. ſ. qui admit. tamen ignorantia iu-
e ris obſcuri, [e] & habentis varios intellectus quemlibet excuſat. ita dicit.D.Card.Flo.in cle.fi.in 4.q.de regularib.in cle.1.§.ſanè. in 3.oppoſitione.de vſur.& in cle.1.in 25.qō. de reb.eccle.non alie.Hinc etiam eſt,quòd qui facit contra legem præcepti, in cuius intellectu ſunt variæ opi.non peccat.c.capellanus. cū gl. & ibi Io.And.& alij ad hoc no.de ferijs.Do.Alex. in conſi.1.in 1.vol.incip circa.1.dub.in 5.col. Secundò reſpondeo, quòd in
* illo tex.de pia cauſa verbum nullum.Tertiò reſpondet Saly.* hic in 2.q.quòd ibi non fuit commiſſa in alterius voluntatem, vnde valet,vt ſupra examinaui.& cum hoc concordat intellectus Inn.approbatus commuuiter per Cano. in d. c.cū tibi. quòd ille in cuius voluntatem committitur, intelligitur inſtitutus hæres,cum hoc,quòd bona diſtribuat in piam cauſam. Quem intellectum ſequitur,& limitat ſing.Bar.in d.repe. l.1.in 3.q.5.q.principalis,quam limitationem refert, & ſequitur Do. Alex.hic.in 6.col.Raph.Cum.in conſi.131.incip. magiſter Ioā. Et ideo D.Alex.apertè faretur ſe tenere iſtam partem not.per tex.d.c.cùm tibi.qui reuera nihil facit,vt ex prędictis patet,ſed eo quia in diſpoſitionibus ad pias cauſas non attendimus diſpoſitiones iuris ciui.ſed ſolā iuris gen.c.cùm eſſes & c. relatū. el primo.de teſt.Nec obſt.quòd etiam in milite attendatur ſolùm ius gen.l.1.ff.eo.& tamen in teſtamento militis non valet diſpoſitio captatoria,vt hic.Quia reſpondet,ꝙ ideo eſt,eo qa diſpoſitio militis eſt ſubiecta.ll.ciuilib. ſaltem de ea ſpecialiter loquentibus,quod non eſt in pia cauſa,ſecundum Bar. in repet.d.l.1.in vlti.q.Pau.de Caſt.hic refert ambas opi. & nullam clarè firmat.pro iſta opi.faceret in conſulendo, & iudicando, quia quando in aliquo arti.ſunt variæ opi. Doctorum,tenenda eſt illa,q̄ fauet piæ cauſæ.l.ſunt ꝑſonæ.ff de relig. & ſumpt. fun.Alia eſt contraria opi.quæ in puncto iuris mihi magis placet,ꝙ ēt ad pias cās non valet diſpoſitio captatoria, qū ſubſtātia diſpoſitionis confertur in voluntatem tertij, & iſtam tenet Bal.hic in 2.q.Saly.& Ang.& Bal.in l.1.in pen.col.C. de ſacroſ. Eccl.in lectu.& latius in d.repet.in 9.qō.1.partis principalis.eo quia nullo iure iſtud reperitur in pia cauſa, & in contrarium ſtringit iſtud,quod dictum eſt de libertate arguendo de ea ad piam cauſam,vt ſupra deduxi.vnde videtur concludendum, prout in libertate diſtinguit Iuriſcon. in d. l.fideicommiſſaria. Et ita tenet Imo.in d.l.captatoriæ.ff.de lega. 1. & in l.captatorias.ff.de hæred.inſti.& Lud.Rom.hic.Nec obſtat fundamentum Dom.Alex.quòd ad pias cauſas non ſeruentur regulę iu. ciui.quia reſponde formaliter ſecundum Bar.in repe.d. l. 1. in
* vlt.q.ꝙ eſt verum,niſi tales regulæ iur.ciui. repugnent * bonis moribus,quia tunc etiam ad pias cauſas ſeruandæ ſunt.Quaſdam alias quæſtiones in materia captatorię inſtitutionis habes per Bar.Sal.& aliquid per D.Alex.hic,per Bar.in d.l. Theopompus.per Cano.in d.c.cùm tibi.per Ang.in conſi.201.inter cætera continetur.per Barto.in l. ſi ita ſcripſero.ff.de conditio. & demonſtr.& in l.quem hęred. per illum tex. ff. de rebus dubijs. Iaſon Piſis.

ADDITIONES

a ¶Canon.Adde Fely.in proœ.Decre.4.col.ver.dixit no.Bal.

b ¶Barto.Dic,quòd nec Bar.in d.l.in ambiguo, nec Bald. in d.l. 2. hoc dicunt. PANCIR.

c ¶Ambiguum. Adde Felyn.in proœm.Decre.in 4.colum.verſic.ideo ſtatutum ambiguum.

d ¶Mulierem.Adde glo.fi.in l.error.ff.de iur.& fac.igno.& in l.emancipata.C. eod.titu.

e ¶Obſcuri.Adde Fely.in proœm.Decre.in 2.col.verſi. & ideo ignorantia iuris obſcuri.

* Aliàs,Bal.

* Non repugnent, legendum videtur, vt etiam per ſcripta per eundem Iaſ.in l.ſenium.infra qui teſta.face.poſſ.nu.6.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Falcidiæ detractio non habet locum in teſtamento militis.*
2 *Falcidiæ detractio an potuerit olim prohiberi,& quid hodie.*
3 *Quid autem hodie iure Auth.an Falcidia habeat locum in teſtamento militis,& an etiam Trebellianica.*

LEX XII.

1 IN teſtamento. †In teſtamento militis non habet locum detractio falcidiæ,tamen hęres vltra vires hæreditarias non tenetur.hoc dicit. Et habet duas partes,quæ patent in tex.Secunda ibi,*ſanè ſi quid*.Concordat lex,in teſtamento.ſ.ad l.Falc.& ibi vide gl.fi.magiſtram,quæ enumerat quoſdam alios caſus ſimiles, in quibus ceſſat detractio falcidiæ.Contra iſtum tex.moueo pulchram difficultatem, qumouet Dom.Chriſtoph.Inſtit.ad l.Falc.in princ.in 1.col. & ſequen.vbi dicit ſe mouiſſe in publico quodam examine cuiuſdam ſcholaris:nam clarum eſt,quòd omnes.ll.fauorabiles militibus habent locum in teſtamento militis. l. ſi Ruffinus. & l captatorias.ſupra eod.ſed quòd in teſtamentis habeat locum detractio Falcidię,& Trebellianicæ, iſtud eſt fauorabile & teſtatoribus,& teſtamentis,quia aliàs hęredes,qui nihil eſſent de tracturi, nunquam adirent hęreditates, & ſic teſtamenta deſtruerentur,ſed cùm hæredes ſemper ſint habituri ſaltē quartam Falc.aut quartam Trebel.propter eam ſaltem iuuitaban-
2 tur ad adeundum.†Hinc eſt, quòd olim teſtator non poterat etiam expreſsè prohibere,ne Falcidia detraheretur. l. quod de bonis,§.fi.ff.ad l.Falc.cùm ergo detractio Falcidiæ & Treb. ſit inducta fauore teſtatorum, ergo tanquam fauorabilis debet habere locum etiam in teſtamento militis, contra iſtum text. & d.l.in teſtamento.Et refert,ꝙ in illo examine dabantur ſibi duæ ſolutiones,ipſe verò dat tertiam,& dicit ſe putare, quòd ex quo lex diſponit,ꝙ in teſtamento militis ceſſet Falc.& Trebel. intelligitur velle, quod hæres inuitus poſſit cogi adire fauore militum.Quæ ſolutio apud me eſt falſa, quia priuilegiū militum,vel alterius nunquam debet intelligi in damnum tertij,tex.eſt in l.cū filiusfam.§.fin.ff.eodem.facit l.nec auus.C. de eman. lib. quod eſſet,ſi tertius inuitus ſine emolumento cogeretur adire,ideo puto quòd tex.hic in verſi.ſanè,ponit reſponſionem,nam in alio hærede ſi adeatur, tenetur inſolidum etiā vltra vires hæreditarias de ſuo proprio ſoluere, ideo propter iſtud periculum nemo vnquam adiret hæreditatem, niſi ſaltem ſperaret lucrum.Falcidiæ,aut Treb. ſed in hærede militis eſt iſtud ſingulare, quia vltra vires hæreditarias non tenetur, quicquid dicat gl.hic in ver.ſanè.allegando l.fi.in prin. ff.de iure deliberan.quę nihil facit, quia loquitur in teſtamento paga
a ni.Et ita tenet Pau.de Caſt.hic.Et ratio [a] poteſt eſſe duplex,ſecundum Pau.de Caſt.quia priuilegium militis non debet alteri eſſe nociuum.l.impuberi filio.ff.de admini.tuto. & l. cùm filiusfam.in fin.ff de teſtam.mili.ſed ſi hęres militis teneretur de ſuo ſoluere creditoribus & legatarijs,quatenus eſſent vltra vires hæreditarias,damnificaretur,quòd eſſe non debet. Secunda ratio eſt,quia qui in vno grauatur,in alio alleuiatur. l. eum qui. in princ.ff.de iureiuran.cùm ergo hæres militis grauetur, vt non poſſit detrahere Falcidiam,vel Trebellianicam, certè in alio alleuiatur, vt non teneatur creditoribus, vel legatarijs vltra vires hęreditarias Facit.l.1.§.denique.ff.ad Trebel.¶Glo. in verbo,*& fideicommiſſis*. quam diuido in duas partes. In prima declarat text.In ſecunda oppo.& ſolu.ibi,ſed contra in eadem lege.In prima parte dic,quòd tex.in dicto §.pen. non expreſsè loquitur de Treb.nec etiam tex.noſter, quamuis Dom. Alexan.dicat,quòd melius probetur in hoc tex. quàm alibi in iure,tamen etiam iſte tex.non vrget, quia dum dicit fideicom
3 miſſis,intelligit ſcilicet particularibus.¶†Sed circa hoc non expedit inſtare, quia hodie per iura Authenticorū iſtæ leges ſunt correctæ, quia hodie etiam in teſtamento militis habet locū nedum Falcidia,ſed etiam Trebellianica.per tex.in §. penul.in Auth.de hęr.& falc.in ver.militari.iuncta gl.& licèt tex. loquatur in falcidia tantum, propter ęquiparationem extenditur & ad Trebellianicam.& ita in vtroq; tenet Iac.de Belui. & Ang. ibi,& Dy.Bar.Imo.& Mod.in l.1.§.in filij.ff.ad Treb. & Angel. hic,

ADDITIO.

a ¶Ratio.Adde meliorem rationem quam dat Galiaul.in repe.l. centurio. col. 16.nu.80.ff.de vulg. BELLAC.

Source : BIU Cujas

Ific,& Cy.& Saly.in d.l.in testamento.ĩ.ad l.fal.& Cy. in l. precib.in 2.col.& ibi Saly.c. in 6. & Pau.de Castr.infra de impu.& ali.substi.quamuis contrarium tenuerint,& malè,Ang. & Raphael Cum.in d.§.in filij.& Ang.in repe. d. l. 1. §.hæc stipulatio.ff.si cui plusquam per l.fal.vbi Imo.super hoc relinquit cogitandum.In secunda parte dum glo. dicit,quo ad alia remedia,dic quòd sunt quinque,quæ enumerat glosſ. magistra.in l. in testamento.in glo.1.infra ad l.falc.& Barto.in l.1.in princ. ff. ad Treb. Iason Pisis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium curatum habens,si impetrat aliud beneficium curatũ, quod est incompatibile,& si postea impetrat dispensationem à Papa, quòd possit tenere duo beneficia curata, an talis dispensatio trahetur retrò.*

2 *Papa quod approbat,& nos approbare est necesse.*

3 *Notarius si sit damnatus de falso, an sibi possit reseruari in sententia facultas instrumenta conficiendi.*

LEX XIII. & XIIII.

IT militibus. Miliți capitaliter dãnato potest reseruari testamenti factio in castrensib.bonis,in alijs fiscus succedit.Et in testamento militis non requiritur solennitas iuris communis,& ideo ex testamento non solenni potest adiri hæreditas,per quam excluduntur venientes ab intestato.hoc dicit cum l.seq.Et intellige tex.quòd talis miles damnatus capitaliter de crimine militari, poterit testari etiam cũ priuilegio militari.tex.est in l.ex militari.in princ.ff.eo.& in l. si quis filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniusto rup.Nec obst.reg. l.si quando.vbi glo.no.C.de inoffi.testam. quia respondet Bar. in d.l.ex militari.in fi.prin.q̃ istud prouenit propter conditionem personæ militis,& sentit ibi tex.[nam cum ei,]imò ex tali reseruatione testamentum antea factum reconualidatur absque declaratione nouæ voluntatis.tex.est in d.l.si quis filio exhæredato.§.irritum.in ver.qua ratione. Per quem notabiliter limitatur regu.l.qui ex liberis §.testamento. ff.de bon. poſſ secundum tab.& in § non tamen.Insti.quib.mod.test.infir.ſm
2 Bar.in d.l.si quis filio.§.quatenus.†Et per illum tex. decidit singulariter Pau.de Cast.hic,q̃ si habens beneficium curatũ impetret aliud beneficium curatum,quod est incompatibile,pone q̃ postea impetret à Papa dispensationem, q̃ possit obtinere duo beneficia curata, nunquid ista dispensatio trahet retrò ad conualidandum illud ſm beneficium curatum, q̃ obtinuerat ante dispensationem Papæ? concludit q̃ sic. Facit qđ p illum tex.decidit idem Pau.de Cast.in l hæc cõditio filiæ meę. §.si sic.ff.de condi.& demon.vbi decidit, q̃ si Papa concedat Cardinali,vel Episcopo licentiam,q̃ possit facere testũ de fructib beneficiorum suorum,ista licentia trahetur ad testũ, qđ fecerat ante dispensationem,& sequitur simpliciter Alex. hic, quæ bene no.Sed certè tex.in d. ver. qua rõne. non bñ probat hanc decisionem,qm̃ ibi testũ à principio valuit, licèt postea efficiatur irritum,vnde facilius reconualescit testũ,qđ à principio valuit,licèt postea efficiatur irritum,quàm illud, quod à principio fuit nullum,vt probatur in l.posthumus.in prin.iuncto ver.idem & circa ff.de iniu.rup.Et hanc rõnem sensit Imo. in d.§.irritum.dum oppo. de l. 1.§.1.ff.de leg.3. Præterea est du
a bium,an Papa possit [a] concedere licẽtiam Cardinali,vel Epo, vt testetur de fructib.seu reditib.Ecclesiæ, quod vr̃ prohibitũ. per c.relatum.el 2.de test.& est gl.magistra,in c.presenti.de offic.ord.in 6.in c.fi.vbi Cano.de pecu.cle.Et istud disputat Abba. in repe.c.cũ esses.de testa.dicens, q̃ non reperit hoc p Docto.declaratum.Sed posito,q̃ Papa hoc possit,prout reuera tenet Host.in summa de pęni.& remiſ.§.cui Cardinalis.ver.contiteri aũt.Ang.& Imo.in l.si seruus cõis meus.in prin. ff. de stip.
a ser.†Et q̃ Papa approbat,& nos approbare necesse est, vt dicit gl.1.in c.si Roma.19 dist.claue tamen non errante,vt dicit glo. in c.quanto.de iureiur.& in c.non est.de voto. Tamen cũ istæ
b dispensationes sint odiosæ. [b] c.1.in fi.de fili.presby.in 6.gl.in c. ordinarij.de off.ordin.in 6. & in eis non fiat extensio ẽt ad causam habentem maiorem rõnem,prout tenent Cano.in c. postulasti.de reseri.Abb.in c.ad aures.eod.tit.& in c.at si clerici.§ de adulterijs.in 5.col.vbi limitat.de iudi.Pet.de Anch. in cõsi. 16.incip.dominus noster.in vlt.col.ergo non vr̃, q̃ bene fiat illatio ad hunc casum.per tex.in d.§.irritum.in ver.qua ratione. cũ ibi illa reseruatio testamenti possit de iure communi fieri à quocunque iudice, q̃ non est in casu isto. Itẽ ibi testũ à principio valebat,qđ non est hic,vt prædixi.¶Intellige tñ istũ tex. procedere in milite damnato alio crimine,q̃ fidei ruptæ. text.
3 est in d.l.ex militari.in 2.respon.ff.eo.¶†Hinc dubitat Bar.post Antiquos,an notario damnato de falso possit reseruari in sua facultas instrumenta conficiendi, cùm iuret legaliter officiũ exercere.c.ad audientiam. de præscrip. & sic taliter damnatus videatur damnatus de fide rupta,& determinat,q̃ sic per l.diuus.vbi etiam Bar.ff.de iniur.Sed ille tex.probat contrariũ,nisi iungas illud,quod dicit gl.fi.ibi,& clarius Bar.q̃ ideo ibi nõ valuit,quia fuit facta per errorem,& sine causæ cognitione. intelige tamen,qñ notarius [c] fuit damnatus de falso,ex falsitate cõmissa in alio,quã in officio suo, puta qa deposuit testimoniũ falsum,secus si falsificasset instra, tunc sine cã non posset amplius reseruari sibi facultas conficiendi instra.d.l.ex militari.qa qui semel deliquit in vno officio,semper est suspectus, vt non possit amplius ad illud aspirare.l.quotiescunque. & l.si aliqd. C.de suscepto.& archa.lib.10. Requireretur ergo tunc aliqua iusta causa,ex his,quæ numerantur per Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior.ff.de infa ſm Dy.Bar.& Ang.in d.l.diuus.& Bar. in l.si quis in prin.§.miles.ff.de leg.3.& plenius per D.Alex. hic cum alijs concord.per eum adductis,quamuis q̃rium, & malè teneant Ang.& Lud.hic. ¶ In l.si à fratre. cogita quæ fuerit ratio dubitandi,quòd ex testõ militis non solenni possit hæreditas adiri,cùm istud esset clarè decisum in l.ex testõ & l. quãquam.s̃.eo.nisi dicas,q̃ dubium hic faciebat,eo quia filius militis erat præteritus,sed nec istud sufficit, cũ habeatur pro exhæredato.l.sicut.& l.seq.s̃.eo.Item fortè faciebat dubiũ, quia iste frater erat vtrinque cõiunctus,& sic volebat excludere sororem coniunctam ex vno latere tantum, quòd hodie posset facere ab intestato,per iura noua Authenticorum. in Authẽ. defuncto.ad Tertul. Cogita. Item intellige quantum ad militem,secus quantum ad hęredem scriptum, in quo dispositiones iuris bene seruandæ sunt.l.in fraudem.§.fi.ff.eo.

ADDITIONES.

a ¶Possit. Adde Guidifaldum,qui fuit Auditor Rotæ.in trac.de excellentia Cardinalium.in 9.quæstio.Mar.Lau.in tracta.de Cardinalibus.quæstio.58.Barba. in tractatu de præstantia Cardinalium. in 3.quæstio. basil.c. prim. partis in vii.colum.

b ¶Odiosæ. Adde Ant.de But.in c.cũ in cunctis.in §.cùm verò.de elect.Card. Zaba.in c.quia circa.de consang.& affin.

c ¶Quando notarius. Adde Ang.in l.& n seuerior.supra de his,qui no. infa.

SVMMARIVM.

1 *Milites licèt in testamentis suis non teneantur obseruare solennitates iuris ciui.tenentur tamen obseruare solennitates iuris gentium.*

2 *Potestas non potest aliquem ponere ad torturam, nisi adsint legitima indicia,vigore cuiuscunque ampli arbitrij, quod habet Potestas, vel Commissarius.*

3 *Statutum si disponit,quòd Potestas in criminalib liberè possit inquirere,tamen per illud aduerbium liberè,non poterit inquirere non precedente fama,vel indicijs.*

LEX XV.

MIlites. Milites in expeditione existentes habẽt priuilegium testandi qũo volũt,& qũo possunt.h.d.intellige tñ sanè,dum modo aliqd turpe,vel illicitum,vel c̃ bonos mores non disponat. tex.est no.in l.si à milite.§.edictum.ff.eo.quẽ tex inducit Ang. hic,& ibi ad intellectum statuti Florẽtini permittentis magnũ arbitrium in certis casib c̃ magnates,vt per eũ.¶ Gl.fi. no. istã
1 gl. magistralem,& similem habes in l.1.ff.eo.†Et ex ista gl. iuncto text.habes diligenter notare, q̃ licèt in testamentis militũ, præsertim qñ fiunt in discrimine belli,sint remissę oẽs solennitates iu. ciui. tamen hñt locũ solennitates iuris gentiũ, & ideo
a cùm de iure gentium in ore duorum,vel trium [a] consistat oẽ verbum,requiruntur saltẽ duo,vel tres testes,vt hac gl.not. Et istud no.Bar.hic,& in l.1.& in l.neque.§.deportati ff.eo.ad statuta,q̃ in maleficijs Potestas non teneatur obseruare aliquas solennitates iuris,quid importet tale statutũ, & certè importet, q̃ solennitates iu.ciu.intelliguntur remissæ,sed non illæ,q̃ sunt de iure gen.vel diuino,puta q̃ vni soli testi credatur.Circa qđ in specie aliquas.q.examinant Bar Imo.& Ludo. Rom.in l.filiusfa.in 2.col.& seq.ff.de don.vbi inter cætera quærunt, an vigore talis statuti intelligantur sublatæ ferię inductæ in honorem

ADDITIO.

a ¶Vel trium. Adde c.cùm esses.& in c.relatum.el primo.de testa. originaliter Deuteronomij.19.& ad Corinth.13.c.& Mathei.18.c.

Source : BIU Cujas

rem Dei, ita q̃ in talib. dieb. procedi poſſit, & credere teſti ſine iuramento, quas quæſtiones plenè proſequitur D. Alex. hic cũ concor. per eum additis & in conſ. 215 in 2. vol. incip. nec arguendi ſumus. in 4. col. & no. Bal. in c. conſanguinei. ad fi. de re iudi. & in l. 1. C. ſi propter pub. peſi. vbi ponit notabilem deciſionem. Lud. Roman. in Rubr. ff. de arbi. in 17. q. ¶ †No. tamen vnum, quòd ipſi omittunt, quòd vigore cuiuſcunque ampli arbitri, quod habet Poteſtas, vel Cõmiſſarius circa maleficia,
a non poterit a ponere aliquem ad torturam, niſi habeat legitima indicia. allegatur ad hoc Bal. in c. 1. in 1. col. de offi. ordina. vbi nihil dicit de hoc, vt ſtatim infra referam. ſed iſtud dicit in terminis Alb. de Gandino in tractatu ſuo maleficiorum. in ca. incip. item quæro, vtrum Poteſtas qui habet arbitrium. dum tractat de tormentis, & expreſsè Pau. de Elcaza. in c. grauis. in pen. col. de depoſito. vbi alleg. quod habetur in c. venientes. & in c. Quintauallis. de iureiu. & quod habetur per glo. in cle. ſæpè. de verb. ſig. Refert, & ſequitur D. Alex. conſi. 65. incip. habita. ſuper cõtentis. in 2. col. in 1. vol. quod teneas cordi, q̃ valde quotidianum eſt. Et reperio, q̃ idem tenet Raph. Fulg. in conſi.
3 69. ſuper quæſtione formata. ad fi. †Adde etiam, quòd ſi ſtatutum dicat, q̃ Poteſtas in criminalibus liberè poſſit inquirere, tamen propter illud aduerbium, liberè, non poterit inquirere non præcedente fama, vel prius quàm ſint indicia. ita Bal. in c. 1. de offic. ordin. per illum tex. in verbo, liberam. cum glo. Alibi not. Bald. in capitu. vndique. per gloſſ. ibi. de offic. ordi. quod licèt Papa mandet inquiri in genere, tamen hoc mandatum Papæ debet intelligi, & limitari fama præcedente, & non aliter. Item requiritur citatio. & teſtes debent eſſe idonei, vt ibi per eum. Iaſon Piſis.

ADDITIO.

a ¶Non poterit. Adde, quæ idem Iaſ. ſcribit in l. ſi ſic legatum. nu. 17. ff. de leg. 1. Hipp. in prac. §. diligenter. nu. 24. & §. conſtante. & fac. quæ dixit Bal. in l. 1. per illum tex. ff. ſol. matr. q̃ omne arbitrium commiſſum in re aliena, intelligitur commiſſum cum iuſtitia, quibuſcunque verbis committatur. Declara, vt per Abb. in c. dilecti. de iud. Bal. in l. 1. ff. hoc tit. in l. filiusfam. ff. de don. Nat. conſi. 115. num. 6. & ſeq. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarij capitaneorum guerræ, non gaudent priuilegijs militum, licèt ſint deſcripti in matricula.*
2 *Priuilegium conceſſum alicui perſonæ, non extenditur ad eius miniſtros, vel familiares temporales, &c.*
3 *Bidelli, vel notarij vniuerſitatis an gaudeant priuilegijs ſcholarium.*
4 *Artem non exercens, non gaudet priuilegijs artis, licèt ſit deſcriptus in matricula artis.*
5 *Scholares non intrantes ſcholas, vel non ſtudentes, non gaudent priuilegijs Auth. habita. licèt ſint deſcripti in matricula.*
6 *Clerici non ſeruientes in diuinis, non debent habere fructus beneficiorũ ſuorum.*
7 *Scholaris, qui non intrat ſcholas, ſed ſtudet domi, an gaudeat priuilegijs ſcholarium. & nu. 8.*
9 *Nullatenus, hæc dictio poſita in lege, vel canone quid importet.*
10 *Cauſa priuilegij ceſſante, ceſſat priuilegium.*

LEX XVI. & XVII.

SCriniarios. Notarij, vel apparitores militum, quamuis ſint deſcripti in matricula militum, tamen in condendis teſtamentis non gaudent priuilegijs militum. hoc primo. & beneficium teſtandi quomodo volunt & poſſunt, indulgetur militibus, quando ſunt in expeditione militari, aliàs ſecus. hoc dicit cum l. ſequen. vſque ad l. fina. Et intelliguntur ſcriniarij, vt dicit gloſſ. 1. notarij militum, quos hodie ſcribas,
1 vel cancellarios appellamus. ¶Ex quo habes, quòd † cancellarij capitaneorum guerræ non gaudent priuilegijs militum, da
2 to etiam, quòd ſint in matricula deſcripti. † Ex quo not. quòd
a priuilegium conceſſum * alicui perſonæ non extenditur ad eius miniſtros, vel familiares temporales, vel etiam ad beneplacitum, ſecus fortè ſi eſſent miniſtri perpetui, vt conuerſi, vel ſimiles, vt eſt tex. no. in c. per exemptionem. in princip. de priuileg. in 6. vide tamen in l. 2. C. de Epiſc. & cler. & in cap. 1. de foro compe. & in cap. fi. de verb. ſignifi. in 6. Io. de Platea in l. 2. C. de mune. patr. lib. 10. Apparitores autem dicuntur illi ſeruitores, qui de publico ſunt deputati ad citandum, vel ad ſimi lia officia publica. l. ſi apparitor. cum glo. C. de cohorta. lib. 10.
3 hic autem credo, quòd capiũtur pro his, qui publicè ſeruiunt.
b †Quid autem ſit in notarijs, vel in Bidellis b vniuerſitatis noſtræ, an gaudeant priuilegijs ſcholarium, ponunt Pau. de Caſt.
4 & Bal. & Ang. hic, & plenius cæteris Domin. Alexan. ¶†No. ex text. ibi [& ſi nomina eorum matriculis militaribus referri videantur] ſecundum Cyn. Barto. Bald. & alios, quod non exercens artem quamuis ſit deſcriptus in matricula illius artis, ta-
5 men non gaudet priuilegijs artis. †Et ideo ſecundum eos ſcho
c lares, qui non intrant, c vel non ſtudent, quamuis ſint deſcripti in matricula, tamen non gaudent priuilegijs ſcholarium poſitis in Auth. habita. C. ne filius pro pat. nec alijs priuilegijs, & idem eſt in mercatore, prout dicit Bart. in l. ſub prætextu. C. de ſacroſanct. Eccle. & ponit Ludo. & Dom. Alex. hic, & idem Bar. in l. 1. C. de colle. lib. 12. & in l. pen. circa fin. ff. eod. Bald. in proœ. ff. orum. in 2. colum. & in Auth. habita. in 6. colu. C. ne filius pro patre. Adde, quod vult Spe. in tit. de reo. ver. ſed quid ſi ſcholaris, quod diſpoſitio. l. 1. C. qui ætate. lib. 10. non procedit in ſcholari non ſtudente, per c. gloria. 12. q. 2. facit c. cauete.
6 20. q. 5. Item adde, quod †no. Bal. in l. 1. in 1. notabili per illum tex. C. de his quibus, vt indig. quod clerici, qui non ſeruiunt in
d diuinis, & omittunt officium, d non debent fructus beneficiorum lucrari, imò tanquam indigni, tenentur ad reſtitutionem omnium fructuum. Facit tex. in cap. fin. in princi. & ibi ad hoc no. Gemin. de reſcrip. in 6. & tex. in ratione ſui, in c. 1. & ibi ponderat 10. Cal. de celeb. miſ. & bonus tex. in c. ſi canonici. §. ſcituri. & ibi Gemin. in prin. ad hoc no. de offic. ordin. in 6. facit, q̃d pulchrè tenet Pet. de Anch. in conſi. 333. Primò inquirendum eſt. & tex. in c. cùm ex eo. de elect. in 6. contrarium tamen per plures rationes tenet Dom. Abb. in c. 1. in vlt. colum. poſt Card.
7 ibi. de celeb. miſ. †Quid de ſcholari, qui non intrat ſcholas, ſed ſtudet domi, an gaudeat priuilegijs ſcholarium? vide Bal. in l. ſi cũ dies. § ſi arbiter. ff. de arbi. vbi quærit, quid ſi ſcholares ſtantes in ſtudio habent priuilegium, vt percipiant fructus præbẽ darum, & aliquis habens præbendas venit ad ſtudium, non tamen intrat ſcholas, ſed ſtudet in camera, an habebit iſtud priuilegium, & determinat, quòd ſic, ſi erat ſcholaris prouectus, & dubia explanabat cum Doctoribus, quæ non potuiſſet explanare in ciuitate ſua, aliàs ſecus. Item aduerte, quòd communiter Doctores hic malè colligunt illud, quod dixi. ſ. de ſcholari, & mercatore. Nam aut iſti notarij in hoc tex. erant deſcripti in matricula militum tanquam milites, & matricula eſſet falſa, quia ipſi non ſunt milites, aut ſunt deſcripti in matricula
8 militum tanquam notarij, vel ſimpliciter, † & hoc modo iſte tex. nihil facit ad illationem Doctorum de ſcholari, & mercatore, quia ibi erat verè ſcholaris, & verè mercator: vñ ad hoc, vt iſta illatio bene ſumeretur ex hoc textu, oportet inferre, q̃ ſi notarius ſcholarium deſcriberetur in matricula ſcholarium tanquam notarius, vel ſimpliciter, per hoc non debet gaudere priuilegijs ſcholarium. Alibi tamen no. Bar. in l. 1. per illum tex. C. de tyronib. lib. 12. Dom. Ant. de Butr. & alij in proœmio Decret. vbi notant, quòd ſcholaris vagus gaudet priuilegijs ſcholarium, quia ſcholaris eſt. Adde Gemin. in proœmio. 6. in vlti. colum. vbi poſt alios per eum relatos tenet, quòd ſcholaris matriculatus, qui intrat, & defert habitum ſcholaſticũ gaudet priuilegijs ſcholarium, quamuis nihil ſtudeat per text. ibi, in verbo, commorantib. qui non dixit ſtudẽtib. Et ita refert de facto fuiſſe obtentum. Adde, quòd in contrarium facit text. in capitu. cùm ex eo. in verbo ſtudent. esde elect. in 6. & in cap. generaliter. in verbo non denegantes. 16. quæſtione 1. ponit Abb. in proœmio Decretalium. & in cap. 1. in vlti. colum. de iudic. Ioan. de Lig. & alij in proœmio cle. ¶ Circa mercatores deſcriptos in matricula, & non exercentes artem, adde plus ad hoc, vt mercator deſcriptus in matricula mercatorum gaudeat eorum priuilegijs, non ſufficit, quòd artem exerceat, imò requiritur, quòd maiorem partem habeat fortunarum ſuarum in illa negotiatione. ita Barto. in l. ſemper. §. negotiatio. per illũ tex. ff. de iure immu. & idem Bar. in rub. C. de nauicularijs. lib. 11. & Dom. Alex. in conſi. 51. in 2. volum. incip. viſo themate ſupra ſcripto. Item requiritur, & quartò, q̃ talem mercaturam ipſe exerceat, & non per factores, ſeu inſtitores ſuos. tex. & ibi Bar. eſt in l. fina. in verbo per ſemetipſos. ff. de excuſat. tuto. per

quem

ADDITIONES.

a ¶Conceſſum. Adde Doc. in l. inter eos. in §. 1. ſecundum vnam lect. ff. ex quib. cau. maio. Doct. in l. non aliàs. in §. 1. ff. de iudi. Cyn. & Bald. in l. 1. ſupra de vxor. militum.
b ¶Vel in Bidellis. Adde Doc. in c. 1. de loc.
c ¶Intrant. Adde Io. de Lig. in proœ. cle. & Fely. in c. clerici. in 1. col. de iudi. & Doc. in proœ. Decre.
d ¶Officium. Adde Card. in c. 1. in 9. q. de celeb. miſ. Cardi. in c. cũ tu. in ver. circa diuinum officium. de vſur. Doct. 40. diſt. in gl. ſummæ.

Source : BIU Cujas

quem tex. ita tenet Lud. Rom. hic, & in d. l. diem functo. ff. de offi. asse. & D. Fran. de Are. hic, quod est valde notabile contra mercatores nostri temporis. Quanquam Dom. Alex. in d. l. diē functo. circa 11. col. respondeat ad l. fi. duobus modis, de quib. ibi per eum. ¶† Tertiò pondera tex. in verbo, nullatenus. [2] qui [a] videtur probare contra vnam regulam, quæ alibi traditur, ꝙ dictio nullatenus, apposita in lege, vel canone tantum importat, quantum clausula decreti annullatiua, & sic tollit facultatem disponendi, ita tenent Dom. Anto. de Butr. & Imo. in cle. 1. de sequest. pos. & fru. & sequitur ibi Dom. Cardi. Flor. in §. si quis autem. in 6. q. Arch. in c. quoniam. in verbo nullatenus. de immun. eccle. in 6. Gemin. in c. Romana. §. pe. post Ioan. Andr. de appel. in 6. facit festum Io. de Ana. in c. quia frustra. in 3. col. de vsur. potest confirmari, quia dictio nullatenus, est vniuersalis negatiua, & sic videtur importare idem, quòd dictio nullo modo, quæ similiter impedit dispensationem, vt est glo. in cle. 2. de æta. & quali. quam pro sing. alleg. Ang. & Imo. in l. si quęramus. ff. de testam. Imo. in cap. 2. de test. Alex. in l. fin. infra eo. Ista regula non videtur semper vera, vt patet per istum tex. vbi l. vtitur dictione nullatenus, & tamen admitteretur dispensatio in contrarium. l. fina. ff. eod. Econtra vult glos. in d. clem. 1. in verbo nullatenus. & Gemin. in cap. quoniam. de immu. Eccle. [10] in 6. ¶† Quartò no. ex l. ne quidam. & concordan. allegatis in gl. quod cessante causa priuilegij, cessat priuilegium. facit text. in l. Titia Seio. §. vsuras. & ibi Barto. ff. de leg. 2. Hinc est, quòd priuilegia concessa filijs propter parentes, non durant mortuis parentibus. glo. in l. 2. in fin. & ibi Barto. C. de Episco. & cleric. similiter priuilegium concessum propter paupertatem, cessat superuenientibus diuitijs. l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honorib.

ADDITIO.

[a] ¶Nullatenus. Adde Doct. in l. si qua mulier. C. ad Velleia. Card. Zaba. in ca. super literis. de reseri. in 14. no.

[2] Et dic, ꝙ hæc dictio nullatenus, quia est vniuersalis, importat ipso iure, teste Rolan. consi. 57. num. 51. lib. 3. de quo vide Olasc. decisione 165. numero 14. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus potest creari miles.*
2 *Pupillus potest esse tribunus militum.*
3 *Pupillus nunquid possit creari miles per electionem Principis, vel Regis.*
4 *Curator licèt non detur inuito, tamen Regi debet dari &c.*
5 *Pupillus licèt sit miles, tamen non potest facere testamentum, neq; codicillari, nec donare causa mortis.*
6 *Princeps an possit dispensare cum pupillo, vt possit testari, absque eo, quòd apponat clausulam non obstante, vel similem. nu. 7.*
8 *Statutum an possit disponere, quòd pupillus doli capax possit testari.*
9 *Pupillus si sit maior infante, an habeat vocem in capitulo.*

LEX XVIII.

LIcèt. Pupillus licèt sit tribunus militum, tamen testari non potest. hoc dicit. & est bona, & notabilis lex. ¶† No. ex ista l. quòd pupillus [a] potest creari miles. Et si opponatur contra, miles quando creatur, debet iurare se non cuitaturum mortem propter Rēpublicam, vt est glo. in l. pen. ff. ex quibus cau. maio. & gloss. in §. pen. in Auth. de man. princ. sed sic est, quòd pupillus non potest iurare. l. qui iurasse. in princ. ff. de iureiur. Respondet Bald. hic in prima oppositio. & sequitur Saly. Pau. de Cast. & Ludo. ꝙ iste tex. debet intelligi in pupillo, qui creatus est miles à Principe, vel à Rege, qui præsumitur secum dispensasse, & faciunt quæ no. Barto. in l. quidam consulebant. in secunda opposit. & melius in pen. colum. ff. de re iudic. Et ad hoc vide Bal. in l. fina. C. sent. rescin. non pos. ponentem circa hoc aliqua notabilia, præsertim an Papa concedendo impuberi dignitatem, intelligatur secum dispensasse, & est materia satis trita. ¶† Secundò no. ex tex. quòd pupillus potest creari tribunus militum. Contra, ego habeo, ꝙ talis tribunatus est dignitas, nam licèt verū [b] sit, ꝙ simplex militia [b] non sit dignitas, nisi sit Romana equestris dignitas. glo. in l. vnica. C. de equestri digni. lib. 12. & in l. 1. C. si seruus aut lib. eod. lib. nisi militia esset iuncta nobilitati, puta, quia vnus nobilis creatur miles, tunc bene militia est dignitas. ita valde singulariter limitat Albe. in l. milites. C. loca. quē sequitur Dom. Marti. Lau. in tractatu suo de Princip. sub Rub. de militib. tamen si quis sit tribunus militum, bene est dignitas. tex. est in l. apparitores per Orientem. C. de off. ma. mili. quā ad hoc multum no. Mart. Lau. in loco præalle. sed pupillus nō potest habere dignitatem. l. ad rem publicam. ff. de mun. & ho no. l. 2. §. impuberes. ff. de iure immun. Rīdet Bal. post Odofr. ꝙ verum est, ꝙ pupillus non potest habere dignitatem cū administratione, vt actualiter administret. l. cùm prætor. §. 1. ff. de iudi. sed habere dignitatem, quæ sit sine administratione, sic, vt est tribunatus; patet, quia potest esse canonicus, licèt non habeat vocem in capi. c. ex eo. de elect. in 6. & c. 2. & ibi notatur. de æta. & quali. & vide per Bar. in l. 1. C. qui æta. lib. 10. Bal. in l. fi. C. sen. rescin. non poss. & in l. exigendi. C. de procu. & adde l. 1. & 2. C. de tuto. & cura. illu. personarum. Sed caue, cū pupillus non possit creari notarius, cum hoc, ꝙ possit exercere, quā do erit maior, prout determinat Bar. in l. impuberem. in princ. ff. de falsis. vnde tutius puto respondere, vt in præcedenti ꝟrio, [3] ꝙ istud sit ex dispensatione Principis. ¶† Nunquid autem pu- [c] pillus [c] possit creari miles per electionem Principis, vel Regis (nam per successionem est expeditum) Bal. hic determinat, ꝙ sic, per c. grandi. de suppel. neg. præla. quamuis videatur dubitabile, per c. inde eorum. de æta. & quali. Tamen talis pupillus debebit regi per eius tutores. d. c. grandi. sicut dicit Bal. hic in fi. si moriatur Rex relicto posthumo in vxoris vtero, interim dandus est curator per Patritios Regni, nunquid autem in Rege, vel in Principe tutela finiatur in 14. ann. sicut finitur in alijs. l. 1. & fi. C. quando tutor, vel cura. esse desi. & Insti. quib. mo. tut. fi. in prin. disputat Oldr. Lau. in consi. 52. inci. qō talis est, an tu- [d] tela Regis &c. & ibi per aliqua arguit pro tutore Regis, [d] vt non finiatur in 14. ann. sed demum elapso. 25. ann. tamen Old. istud non tenet, sed tenet, ꝙ finiatur in 14. ann. sicut in alijs, & ꝙ post finitam tutelam dandus est curator, per tex. d. c. grādi. [4] †Dicit tamen vnum, qđ est bene notabile, ꝙ licèt curator non detur inuito. §. item inuiti. Instit. de curat. tamen isto casu Regi inuito dandi sunt curatores, per tex. in d. c. grandi. quod est singulare ad limitationem d. §. item inuiti. & totum quod ponit Old. refert de verbo ad verbum Io. And. in addi. Spec. in tit. de tutore. super rubr. sequitur Gemi. in d. c. grandi. Io. de Ana. in Rubr. de delictis puerorum. in 1. col. Lud. & Alex. hic, & idem ꝙ post 14. annum dandi sint curatores, qui administrent, tenet Bar in l. quidam consulebant. in vlti. col. in pen. q. cū limitatione de qua ibi per eum. ff. de re iudi. quem refert, & simpliciter [5] sequitur Pan. in c. cū vicesimum. ff. de offic. delega. ¶† Vltimò no. ex hoc tex. ꝙ pupillus dato, ꝙ sit miles, vel tribunus, tamē non potest facere testamentum, eodem modo nec posset codicillari, nec donare causa mortis. l. 1. ad fin. prin. & ibi Bal. ff. de tutel. & ra. distra. quem reputat singularem Imo. in l. 2. ff. de leg. 1. Bal. in c. cū omnes. in 16. col. de consti. sed tu adde similē tex. in l. discretis. ꝟ. qui testa. face. poss. & ibi Moder. no. ꝙ qui est prohibitus testari, intelligitur etiam prohibitus donare causa mortis. intellige verum, quando impeditur impedimento necessario, aliàs secus. l. tam is. §. 1. ff. de don. cau. mor. & l. filiusfa. §. pari. ff. de don. imò pupillus etiam si sit proximus pubertati, [e] non potest testari, etiam ad pias causas, [e] vt concludit Barto. quem vide in repe. l. 1. in 2. q. 1. partis principalis. C. de sacrosan. Eccl. & idem tenet Bal. per hunc tex. in l. si pater. ꝟ. titu. 1. Cano. [6] in c. 2. de testa. ¶† Nunquid autem Princeps posset cum pupillo dispensare, vt possit testari, vt poterat per antiquas leges, qñ erat miles, vt dicit tex. hic, Bal. in l. vnica. C. de confes. circa 20. q. in versi. quæro quæ sint exempla. determinat singulariter, ꝙ etiam Princips non possit cum eo dispensare, per istum text. quem licèt Bal. aliter non inducat, tu pōdera tex. in fi. ibi. [hoc fieri, nullo modo ꝓcedimus,] nam illa verba [nullo modo,] sunt tantæ importantiæ, ꝙ ostendunt, ꝙ non pōt dispēsatio in ꝟrium fieri. gl. in cle. 2. in ver. concedatur. de æta. & qual. quam no. Imo. in c. 2. de testa. & de ea dicā in l. fi. ꝟ. de testa. Sed Ang. hic limitat verum, nisi pupillus esset doli capax, vt latè per D. [7] Alex. hic, quem per te videas. †Et adde, ꝙ fortius tenet Pau. de Cast.

ADDITIONES.

[a] ¶Quòd pupillus. Adde Bal. in l. fi. infra eo. gl. in l. sed & milites. in §. qui autē. de excus. tut. Bar. in l. 1. C. de aur. coro. lib. 10.

[b] ¶Militia. Adde Bar. in l. ex eo. de mili. test. Doc. in l. 1. C. de iur. & fac. ign. Abb. in c. quanto. de magist.

[c] ¶Pupillus. Adde diffusè per Ant. Corse. Siculum in repet. c. grandi. de suppel. negli. prælato.

[d] ¶Regis. Adde Barto. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. Bald. in l. prima. de confes.

[e] ¶Causas. Adde Barb. post Pet. de Anch. in c. quia ingredientib. de test. Pet. de Anch. in c. fi pater. de testa. lib. 6.

* Et hanc sequitur, & communem dicit Cla. §. testamentum. q. 5. versi. hinc infertur. Dilect. de arte testa. tit. 1. cau 5. declara, vt per Viui. inter commu. opi. lib. 14. ver. pupillus, & quibus remedijs vti possit pup. vt disponat de bonis suis in euentum mortis, no. Dilec. vbi supra. MASVER.

Source : BIU Cujas

Caſt.in l.reſcripta.C.de preci.Impe.offe.vbi tenet plus, q̃ Princeps poſſet per reſcriptum concedere pupillo facultatem teſtandi etiam abſque eo,quòd apponat clauſulam non obſtante,vel ſimilem,licèt dicat Bal.ibi ſentire contra: mouetur,quia iſtud reſcriptum nullius præiudicium tangit, ſic quando concedit indulgentiam criminis,quia venientes ab inteſtato nullũ ius habent viuente pupillo,aliàs eſſent ſoliciti de hæreditate viuentis,& ſic non poſſent conqueri. Sed iſtud videtur directò contra rationem hic aſſignatam in tex.ibi,ex tali ſententia parentibus fortè ſuis,vel alijs propinquis nocere.¶ Similiter ſta-
8 tutum [a] poſſet hoc diſponere,quòd pupillus doli capax poſſit teſtari,vt ponit Bar.in l.ſi quæramus.ff.de teſta.& Cano. in c. 2. in eod. titu.Et an valeret ſtatutum,quòd pupillus ſine authoritate tutorum poſſit adire hæreditatem , ponunt Angel. & alij
9 in l.more.ff.de acqui.hæred. †Et an pupillus, ſi ſit maior infan-
b te,habeat vocem in capitulo, [b] tan gunt Cyn.& Alber. hic , & eſt glo.ordinaria , vbi Cano, in capitu. ex eo.de electio. in 6. & glo. in clemen.2.de æta.& quali.ponit Barto.in l.de pupillo. in princ.ff.de oper.nou. nunc. cum concor.hic, & ibi traditis per Domin.Alexan. Iaſon Piſis.

ADDITIONES.

a ¶Statutum.Adde Bal.in repe.l.1.C.de ſacroſan.Eccle.
b ¶In capitulo,Adde Bar.in l.ſpurij.in §.minores.ff.de decurio.Bal.in l. fi. C.de teſta,Bal.in l.exigendi.C.de procu.

SVMMARIVM.

1 *Teſtari an aliquis poſſit, vel non.*
2 *Papa an poſſit ſibi eligere ſucceſſorem.*

Qui teſtamen.face.poſſ. Rubr.

¶Glo.Rub.continuat Rub.ad præcedentes, ſed non perfectè, ideo eam perficiendo ſic dicas.Supra in titu. præcedenti viſum eſt de his,qui poſſunt teſtari iure ſpeciali,modo videndum eſt de his,qui poſſunt teſtari de iure communi, & quia primò videndum eſt de perſonis.l.ſi quæramus.ff.eod.& l.quidam referunt.ff.de iure codi.ideo primo tractat in hoc titu. quæ perſonę poſſunt facere teſtamentum,& quæ non.deinde in titu.ſeq.
1 tractabit de teſtamentis.¶†Circa hanc Rubricam moueo difficultatẽ,& videtur, quòd nullus poſſit teſtari, quia paria ſunt, quid fieri tempore prohibitio,vel in tempus prohibitum conferri.l.quod ſponſæ.C.de don.ante nup.vbi Bart. dicit, q̃ iſtud nunquam fallit,ſed quando quis facit teſtamentum , confert eius effectum poſt mortem,nam teſtamentum morte confirmatur.c.cùm Marthæ.de celebra.miſſa.l.cùm hic ſtatus. §. ait oratio.ff.de don.iuter vir.& vxo. quia viuentis nulla eſt hæreditas,l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hæred. ſed poſt mortem cũ nõ habeat bona nec habitu , nec actu, creditur penitus inhabilis. no.in Auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.Eccle.cùm illo tempore nõ habeat nec velle,nec nolle.§ pen.in Auth.de nup.iuncto.c. fi.
2 de teſta,in 6.†Facit quod vult gloſ.no. 8.q.1.c.apoſtolica.§. his
a omnibus,quòd Papa non poteſt [a] in vita ſibi eligere ſucceſſorem,quia effectus confertur in tempus,quo non erit Papa. facit etiam quod dicit Bar.in repe.l.1.C.de ſacroſan.Eccl.in 2.q. 1.quæſtionis principalis, vbi tenet , quòd pupillus doli capax, & proximus pubertati,non poteſt teſtari etiam ad pias cauſas, & quod in hoc nõ proficeret authoritas tutoris, quia effectus vltimæ voluntatis confertur poſt mortem , & ſic tutoris authoritas confertur poſt tempus finitæ tutelæ,quod non licèt.d. l.quod ſponſæ.iſtud obiectum ſentit gl.in l.illa inſtitutio.in verbo pendere,ff.de hære.inſti.Propter hanc oppoſitionem ſubtilitatum Princeps Dom.Chriſtoph. de Caſtil. cuius ſententiam ſequutus eſt Dom.Chriſtoph. Porcius Inſtitu. de teſtamentis, in prin,tenuit,q̃ de rigore iuris nullus poteſt facere teſtamentum per rationes ſupra adductas,ſed ob neceſſitates hominũ, & ob grauamen,& ſic ex quadam æquitate contra rigorẽ iuris eſt à lege diſpenſatum,& ſic facultas teſtandi eſt hominib. quaſi gratioſè conceſſa.idem tenet Abb.in Rubr.extra de teſtamen.in 1.colum.& hoc etiam voluit gloſſ.d.l.illa inſtitutio. in princ.Sed tu dic,quòd etiam de rigore iuris quilibet habilis poteſt teſtari,nec obſtat, quòd effectus teſtamenti conferatur in tempus inhabile,videlicet in tempore,quo teſtator non habebit bona nec actu,nec habitu,quia reſponde, quòd ſemp erit hæreditas iacens, quæ fictione iuris repræſentat perſonam defuncti.l.hæreditas.ff.de acqui.rer.dom.& l.mortuo de fideiuſſ. vel hæres, qui cenſetur eadem perſona cum defuncto. vt in Auth.de iureiu,à mori.præſti.in princ. & l.vnic. C. vt actio ab hæredibus,& contra hære. & ita reſpondit Bald.& Raph. Cuman.in d.l.illa inſtitutio. & quantum ad voluntatem ſatis eſt, quòd habuit effectum,ideo non vitiatur,licèt deueniat ad cauſam,à qua incipere non poſſet vt no.in l.plurib §.& ſi placet.ff. de verb.oblig.facit.l.eandem.ff.de duob.reis, quia quantum ad voluntatem nihil aliud deſideratur.

ADDITIO.

a ¶Non poteſt.Adde Archi.in c.ſit tranſitus Papæ.79.diſtinct. Ioan. de Lig. in clem.nę Romani.de elect.Abba.in c.accepimus.in vlti.colum. de pact. Abb. in rub.de teſtam.in 1.colum.

SVMMARIVM.

1 *Societas conuentionalis , vel incidens non impedit teſtamenti factionẽ.*
2 *Teſtari quis poteſt,licèt habeat bona communia , quia quod commune eſt,quo ad diſpoſitionem partis,dicitur eſſe meum.*
3 *Statutum diſponens q̃ ſi quis vulnerauit aliquem in domo percuſſi, q̃ amputetur ſibi manus,tale ſtatutum habet locum etiam ſi domus ſit communis cum alio,quàm cum vulnerante.*
4 *Fundum communem habens cum alio,ſi legat totum fundum nominando,& non confinando fundum in totum, an intelligatur legare totum fundum.*
5 *Fratres ſi ſimul habitant mortuo patre in domo paterna,an videantur inuicem contraxiſſe ſocietatem,in hac quæſtione examinat ſingulariter quemlibet caſum.nu.6.7.8.9.& 10.*
11 *Duo fratres ſimul habitantes , qui ambo negotiantur , ſi vnus eorum emat fundum proprio nomine,ipſum communicare non tenetur,ſed eſt ſuus proprius.nu.12.& 13.*
14 *Patruus,& nepos ſi ſimul morantur , & fructus ſimul percipiunt de communi,patruus verò ſagacior vendit fructus,& emit inde prædia ſuo nomine tantum,tenebitur communicare,ſi erant ſocij omnium bonorum & nu.15.16.17.18.19 & 20.*
21 *Socius vendens rem ſuam,quàm habet communem cum alio,ſi facit vẽditionem ſimpliciter,an intelligatur totam rem vendidiſſe.*
22 *Emphyteuta ſi ſimpliciter vendit,an intelligatur tantum vendidiſſe ius emphyteuticum.*
23 *Quid ècontra,ſi dominus vendit Titio rem , quam alteri conceſſerat in perpetuam emphyteuſim,quid intelligatur vendidiſſe.*
24 *Frater meus,& ego habemus domum communem, ipſe recedit , & locat partem domus cuidam ſtipendiario,an tenear illum ſtipendiarium admittere.*
25 *Socij duo habent domum communem,vnus vult locare,alter non, quid iuris .*
26 *Quid ſi habent fundum communem , alter vult quod ſeminetur , alter vult quod non ſeminetur,quid erit.*
27 *Socij duo , vel fratres ſi habent domum communem , & vnus totam domum inhabitat, non tenetur ſoluere penſionem locationis ſocio,vel fratri.*
28 *Scholares plures ſi conducant domum ſimul , & vnus eorum recedat ad patriam,an alij teneantur ſoluere totam penſionem domus .*
29 *Quid ſi duo habent caſtrum commune , an alter poſſit vendere partem ſuam ad æmulationem alterius.*

LEX PRIMA.



1 Vamquam. Iſta lex habet materiam vtilem, & amenam. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de ſocietate conuentionali,ſeu expreſſa.In ſecunda loquitur de ſocietate incidenti.Secunda ibi, [item q̃ non idcirco.] hoc dicit.†Societas conuentionalis, vel incidens non impedit teſtamenti factionem . de vtraque habes tex.& exemplum in l.vt ſit.ff.pro ſoc.& in l.hæredes.§.non tãtum.ff.famil.erciſ.No ex iſto tex.ſecundum quoſdam Modernos,& Dom.Franc.de Are.contra ſtipendiarios , qui arbitrantur,quòd propter factam fraternitatem , vel vniuerſalem ſocietatem bonorum,q̃ bona præmorientis ad ſe pertineant,nã hoc eſt contra iſtum tex.& concor.alleg.in gloſſ.nam ſocietas morte finitur.l.actione.§.morte.ff.pro ſoc.& ideo de parte ſocij nihil pertinet ad ſocium poſt mortem ſocij.l.cùm duobus. §.idem reſpondit ſocietatem.ff.pro ſoc.Limita notabiliter,niſi inter ſtipendiarios eſſet alia conſuetudo in caſtrenſibus bonis,vt per Ang.in quæſtione per eum diſputata, quæ incipit, renouata guerra. & Imo.in l.ille autem.in vlti.colum.ff.de hæred.inſti.& ibi dat aliam notabilem limitationem,quòd ſi duo armigeri,vel alij contrahunt inuicem fraternitatem, & iurant ſe tractare vt fratres,iux.l.quidam cùm filium. ff. de verb.obl. quòd licèt per hoc non contrahatur fraternitas, nec ab inteſtato

ſtato ſuccedatur, tamen ſi in teſtamento præteriret eum inſtituta turpi perſona, iuxta l. fratres. C. de inoff. teſtam. poſſet agere contra hæredem ad pœnam ſi promiſſa eſt, vel ad intereſſe, ſecundum d. l. quidam cùm filium. de quo per Dom. Alex. in l. licèt. C. de pact. & de iſtis fraternitatibus iuratis, quas præcipuè armigeri contrahunt, vide etiam per Bal. & Ang. in d. l. ille autem. per Fulg. & Do. Alex. in l. nec apud. per illum tex. ĩ. de hæred. inſtit. ¶† No. quòd qui habet bona communia, [a] & cum
a alio indiuiſa, tamen poteſt teſtari, eo quia quod commune, eſt quo ad diſpoſitionem partis meæ, dicitur meum. l. illud. in ver. non propriè. ff. de ritu nup. l. duo fratres. ff. de acqui. hære. & eſt gl. no. in l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. De quo puncto ordinariè ponitur per Bar. & alios in l. ſerui electione. §. Labeo. ff. de leg. 1. & in c. cùm in illis. §. fi. in gl. fi. vbi no. Doc. de præben. in 6. Cy. & Ang. hic cum concor. de quibus plenè per Domin. Alex. hic, & in d. §. Labeo. tamen non dicitur propriè meum, ſed fictè, ſecundum Ang. & Mod. hic, Barto. & Moder. in d. §. Labeo. per d. l. illud. in verbo non propriè. & glo. in d. l. id quod
3 noſtrum. ¶† Et iſtud inducit Bal. ad quæſtionem, quòd ſi quis vulnerauit aliquem in domo percuſſi, quòd amputetur ſibi manus, ꝙ iſtud ſtatutum locum habebit, etiam ſi ſit domus communis cum alio, quàm cum vulnerante. ſequitur Ang. & Saly. & plenius Do. Alex. hic, & in d. l. ſerui electione. §. primo. quamuis contrarium, & malè tenuerit Ludo. Rom. vt hic, & ibi videas per Dom. Alex. Et quòd iſtud ſit per fictionem, adde etiam tex. in l. extraneo. §. 1. ff. de quæſtio. qui vtitur verbis importantibus fictionem. Hinc conſuluit notabiliter Abba. in conſil. 83. in 2. volum. quod incipit, diſponente ſtatuto terræ collis. ꝙ ſi ſtatutum diſponat, quòd tranſiens per territorium talis loci teneatur ſoluere certam gabellam ſub pœna, nõ habet locum in tranſeunte per locum, qui eſt communis cum alio. Item iſtam legem limitat Bar. vt procedat in his, quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis, ſecus ſi vt vniuerſis. de quo in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur, & ibi dixi. ff. de in ius vocã. & in l. per fundum. ff. de ſerui. vrban. prædio. Accedit, quod vult Pet. de Anch. in conſi. 204. incip. viſis, & ponderatis. aliàs incip. Punctus vnius inſtrumenti, ꝙ ſi Domini Veneti promiſerũt non ponere officiales in certis terris Regis Vngariæ, nec ſe impedire de eis ſub pœna, tamẽ ſi vnus ciuis Venetus eſt electus ab hominibus illius terræ, poteſt acceptare officium, quia nihil fit nomine dominij Veneti tanquam nomine vniuerſitatis, ſed ab illo, vt à ſingulari. ¶ Extra gl. Bal. & Ang. hic tangunt nonnullas bonas, & vtiles quæſtiones, quas concluſiuè, & vti-
4 liter expediam. ¶† Primò quærit Bal. an qui habet fundum cõmunem cum alio, & legat totum fundum nominando, & cõfinando fundum in totum, intelligatur totum fundum legare, & notabiliter determinat, ꝙ intelligatur ſolùm relinquere partem, quam habet in fundo, eo quia latior demonſtratio nõ ampliat legatum, quod eſt limitatum à iure, vt quis cenſeatur legare illud, quod habet, non plus. l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. l. vxor patrui. ĩ. de leg. Et cum eo tranſit Pau. de Caſt. hic, & reputat, ꝙ ſit ſing. deci. & idem Pau. de Caſt. in d. l. ſerui electione. §. cùm fundus. licèt ibi malè referat Bal. & cum eo ſic malè relato tranſeat. Sed tu dic in hoc, vt plenius per Bald. in l. cũ rem alienam. in vlti. col. ĩ. de leg. iunctis his, quæ dicuntur per
5 Bal. & omnes in d. l. ſerui electio. §. 1. ¶† Secundò quærit Bal. an
b fratres [b] mortuo patre ſimul habitantes in domo paterna, intelligantur adinuicem contraxiſſe ſocietatem. Et quia pluries pollicitus ſum hanc quæſtionẽ, quia quotidiana eſt, plenè examinare, ideo eam accuratius proſequar, & ſimiliter quæritur, quid de patruo, qui ſimul moratur cum nepotib. & ſic filijs alterius fratris prẽmortui, in qua materia variæ doctrinæ tradũtur poſitæ per Oldr. & Rich. Mal. & alios Antiquos, vt hic refert Bal. & plenius Alb. de Roſ. Et iſtud eſt expeditum, ꝙ fratres mortuo patre retinendo hęreditatem patris in communi, per hoc non intelliguntur ſocietatem contraxiſſe. text. eſt melior de iure in l. ex parte. §. filius. ff. famil. ercis. & in l. cùm duobus. §. ſi fratres. ff. pro ſoc. aliàs incipit, idem Papinianus, ſi fratres. aliàs eſt lex de per ſe. ¶ Subiungit Bal. hic ſolenne verbum poſt Nico. de Muti. ꝙ ex quo fratres ſimul habitauerunt diu, ſeu longo tempore, & omnia bona ſimul habuerunt, & communibus expenſis ſine computo vixerunt, & negotia ſic promiſcuè exercuerunt, ex iſtis præſumitur inter eos contracta ſocietas. l. 1. in fi. cum ſeq. ff. de his, qui deiec. vel effu. & c. ſi quis. de beneficio fratris. in vſib. feud. & dicit, ꝙ ita conſuetudo obſeruat de maioribus, quod diligenter not. & ſequitur ſimpliciter Dom. Alex. in conſi. 23. in 2. volum. incip. conſideratis his, quæ in proceſſu. in 2. colum. ¶ Verùm quia ex iſtis non remanet clarè expedita iſta materia, ideo Bar. ad quem ſemper habetur recurſus, poſuit pleniorem doctrinam. ſ. in l. cùm duob. §. idem Papinianus. aliàs in §. ſi fratres. ff. pro ſoc. & in l. ſi patruus. C. cõmunia vtriuſ. iudic. & melius, & plenius, quàm alibi in l. Titiũ & Meuium. §. altero. ff. de admin. tuto. & in iſtis locis Bar. facit quatuor caſus principales. Et ſi conſideras doctrinam Bar. nunquam in aliquo ex iſtis quatuor caſibus intelligitur contracta ſocietas omnium bonorum, niſi hoc expreſsè ſit actum, ad iſtud volo te attendere, quia hoc modo nunquam habet locũ ſocietas omnium bonorum inter fratres, niſi expreſsè ſit actũ,
6 an ſit verum dicam. ĩ. ¶ † Examino de per ſe vnumquemque caſum Bar. vt melius habeatis. primus caſus eſt, quando iſti
c fratres [c] nõ ſunt omnes maiores, ſed alter eorum eſt pupillus, alter maior, tunc concludit Bart. in locis præalleg. ꝙ inter eos non eſt contracta ſocietas. l. vt in conductionib. ff. pro ſoc. ſequitur Ang. in conſi 60. incip. de pluribus fratrib. ſocijs omniũ bonorum. aliàs incip. morte dicti filij. Lud. Roman. in conſ. 28. quod incipit in caſu propoſito prænittendum eſt. & Pau. de Caſtr. in conſi. 183. vbi ponit, quando fratres mortuo patre habent apothecam communem, in qua ſe exercent, & eorũ frater minor licèt ſit pupillus, tamen etiam ipſe exercet ſe in apotheca, ꝙ tamen etiam tunc non intelligatur inter eos contracta ſocietas. Amplia iſtam concluſionem Barto. & intellige, ꝙ procedat etiam ſi de vtilitate pupilli tractaretur, quia & ſi valde conduceret, ꝙ intelligeretur contracta ſocietas, adhuc non intelligeretur, ita ampliat Bal. in l. cùm oportet. in princi.
d in 3. colum. C. de bon. quæ libe. ¶ Limita [d] nunc primũ caſum Bar. quatuor notabilibus modis. Primò limita, niſi talis pupillus haberet tutorem, qui communicaret alijs fratrib. & alij ſibi communicarent, tunc intelligeretur contracta ſocietas. tex. eſt in l. vt in conductioni. ff. pro ſoc. Bald. expreſsè in d. l. ſi patruus. in vlti. colum. Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ tutor debet interponere authoritatem pupillo verbis. l. 1. in fi. ff. de autho. tut. quia reſpondet Bar. in d. l. ſi patruus. ꝙ verum eſt quo ad actus, qui expediuntur verbis, ſecus quo ad ea, quæ expediuntur factis, vt hic. & l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrahen. emp. & ita etiam tenet, & reſpondet Bal. in l. mandatum. in 2. oppoſitione. C. man
e da. ¶ Secundò notabiliter limita, niſi pater [e] mandaſſet cõmuni nomine exerceri, quia quo nomine iuſſit teſtator, eo nomine factum præſumitur, non obſtante, ꝙ aliquis eſſet pupillus. tex. eſt in l. qui negotiationem. in princ. ff. de admin. tuto. quem tex. allegat formaliter Bal. ita limitans in l. cùm oportet. in 3. colum. C. de bon. quæ libe. ſequitur Dom. Alex. in conſi. 23. conſideratis his, quæ in proceſſu. in 1. colum. Tertiò limita dictam concluſionem procedere in pupillo, ſecus eſt in adulto carente curatore, per regulam. l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſtit. mino. ita in ſpecie limitat Domin. Alex. in conſi. 49. in 1. volum. incip. maturè. in 4. colum. & in præceden. & etiam in dicto conſi. 23. in 2. col. & idem D. Alex. in præalleg. conſi. 30. in 2. vol. attentat aliam limitationem quo ad fructus, vt ibi p cũ.
f ¶ Vltimò limita prædictam concluſionem, ꝙ licèt pupillus [f] non poſſit expreſsè vel tacitè ſocietatem cum fratribus contrahere, tamen ſi aliquid ſecum communicatum ſit, vel communi nomine factum, poterit pupillus, quando pupillarẽ ætatem exceſſerit, ratum habere, ſi fuerit bene geſtum ita notabiliter limitat Bal. in tractatu de duob. fratrib. quem perfecit poſt Bar. qui incompletum dimiſerat, allegat ad hoc l. ſi pupillus. in princ. ff. de noua. & refert etiam, & ſequitur Dom. Alex in præal
7 leg. conſi. 23. in 2. volum. in 2. col. ¶ † Secundus caſus principa-
g lis [g] Bar. eſt, quando omnes fratres ſunt maiores natu, ſed neuter eorum negotiatur, quia ſunt nobiles, & diuites, & tunc concludit Bar. in locis præalleg. ꝙ quamuis hereditatem paternam indiuiſam poſſideant, tamen non præſumitur inter eos cõtracta ſocietas, niſi expreſsè ſit dictum, per tex. in d. l. ex parte. §. filius. ff. fam. ercis. & cum Bar. tenent Raph. Fulg & Pau. de Caſt.

in

ADDITIONES.

a ¶ Bona communia. Adde Pau. de Caſt. in l. ſerui electione. in §. primo. infra de lega.

b ¶ An fratres. Quæſtio Bal. de tacita communione. Adde latiſſimè de iſtis. q. Bal. Barba. lib. 2. conſi. 27. præclarè ſcribitur. 1. dub. PVRPV.

c ¶ Quando iſti fratres. Quando vnus fratrum pupillus dici poſſit, no. Corne. lib. 4. conſi. 251. PVRPV.

d ¶ Limita. Limitationem hanc declarat reſtringendo Barb. lib. 4. conſ. 10. illud referam. 8. dub. & hanc, & alias ponit Dec. conſi. 11. col. 1. Et iſtam declarat, ac ſextam limitationem ponit Corn. conſi. 1. in 1. vol. & illam ſextam comprobat, & addit ſeptimam Soc. conſi. 67. in præſenti conſultatione per ordinem. in 2. 3. 4. dub. Octauam limitationem Corn. lib. 1. conſi. 12. quamquam. PVRPV.

e ¶ Niſi pater. Vide igitur Socin. libro 4. conſilio quarto. quantum ad primum. PVRPV.

f ¶ Licèt pupillus. Corn. lib. 3. conſi. 187. videtur in hac. & lib. 4. conſi. 34. quia de pluri. vlt. dub. vbi declarat. PVRPV.

g ¶ Principalis. Adde Alcia. trac. præſum. reg. 1. præſump. 25.

Source : BIU Cujas

in d.l.ſi patruus. Confirmo per illud, quod in fortioribus terminis vult ſignanter Saly. in d.l.ſi patruus. in vlti. colu. vbi fortius tenet, ꝙ ſi fratres omnes fructus, & reditus poſſeſſionũ paternarum, imò etiam lucra adinuicem communicent, tamen per hoc non intelligitur contracta ſocietas, cùm iſta talis communicatio habeat cauſam diſcontinuam, niſi legitimo tempore talis communicatio ſit facta. & ſit facta vt de fructib. rei communis. arg. l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur. & l. ſi certis annis. C. de pac. vnde concludit Saly. ce. ꝙ ſola communicatione fructuum, vel aliorum lucrorum non inducitur tamen ſocietas omnium bonorum, imò nec etiam illorum ſingulariũ bonorum, ex quibus fructus & reditus percipiuntur, nec propterea ad communicandum in futurum tenerentur. arg. l. itaque. ff. pro ſoc. Et iſtam ſententiam Saly. refert ſimpliciter, & ſequitur Dom. Alex. in conſi. 24. in cip. viſis dubijs probabiliter perſpectis. ad fi. in 1. vol. & in conſi. 48. in 2. vol. quod incipit, diligẽter ꝓſpectis, in vlti. col. Sed aduerte, ꝙ in hoc ſecundo membro contra Bar. ꝙ imo ſocietas poſſit tacitè contrahi etiam inter eos, qui non negotiantur, & ex alijs actibus poſſit apparere ſocialis effectus, tenuit Bal. in d.l. ſi patruus. in pen. col. circa fin. & ſeq. vt eſt ſecundum eum inter nobiles, qui non faciunt quæſtuarias mercantias, tamen quæcunque dona, quæcunq; ſalaria, & quaſcunque dotes in communi conferunt, nemo negare poteſt, quin iſti ſint ſociales actus, ex quibus præſumatur intentio, & voluntas. arg. l. ſi duo fratres. ff. de acqui. hære. cum etiam factis declaretur ipſa voluntas. l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſti. & ita refert tenere tres Doc. Iac. de Are. Richar. & Oldr. Idem per omnia tenet idem Bal. in tractatu de duob. fratrib. in 8. col. Sed Raph. Cum in d.l. Titium, & Meuium. §. altero. in vlt. col. refert primo opi. Bar. deinde reprehẽſionem Bal. & dicit, ꝙ non eſt reprehẽſio, ſed limitatio, ſed ipſe dicit ſe putare, ꝙ iſtud ſit relinquendum arbitrio iudicis, qui ſit iudicaturus ſecundum actus, quos probabunt interceſſiſſe. argu. l. cũ de in rem verſo. ff. de vſur. & plus non dicit. Sed tu adde, ꝙ pro opi. Bar. contra Bal. tenet formaliter Pet. de Anch. in conſi. 302. incip. materia de qua quæritur non eſt nouꝫ. idem expreſsè tenet Dom. Alex. in conſi. 49. in 5. vol. quod incip. maturè ponderatis. in 4. col. & in d. conſi. 23. in 2. vol. in 2. col. in fi. & idem eſt de mente Ang. in conſi. 112. incip. Vanutius, & Anto. fratres. & Saly. in d.l. ſi patruus. Tu ergo ex prædictis omnibus in iſto ſecundo caſu Bar. facias concluſionem cum vna limitatione, ꝙ inter fratres omnes maiores natu, quorum neuter mortuo patre negotiatur, quamuis indiuiſam hæreditatem paternam poſſideant communiter, tamen non cenſetur contracta ſocietas, iuribus, & authoritatibus poſt Bar. ſ. alleg. Limita niſi interuenirent alij actus, licèt non quæſtuarij, aut mercantiles, vt per Bal. & alios in locis prælleg. Limita ſecundo niſi ex diuturnitate temporis, & communi vſu viuendi, & concurrente coniunctione ſanguinis, quia fratres ſunt, ex iſtis tribus abſq; alia negotiatione etiam inter eos cenſebitur contracta ſocietas, ꝓ regulam. l. Procula. ff. de proba. iuncta. l. ſi ſernus communis. ff. de dona. inter vir. & vxo. iunctis his, quæ traduntur in l. quæ dotis ff. ſolu. matr. ita tenet Oldr. Lau. hic, quem referunt Alb. de Roſ. & Bal. hic. idem tenet Saly. in d.l. ſi patruus. in pen. col.

8 cuius verba ſupra retuli. ¶† Tertius caſus principalis eſt, quando mortuo patre alter ex fratribus tantum negotiatur, alter non, & iſto caſu concludit Bart. o in locis prælleg. quòd inter eos non eſt contracta ſocietas, cùm alter nihil ponat. l. 1. in fin. ff. pro ſoc. & ille qui negotiatur, magis videtur donare quàm contrahere, vnde quæſita ab altero, qui negotiatur, nõ debent communicari. d.l. ſi patruus. & d.l. cùm duob. §. ſi fratres. & cũ Bar. tranſeunt ſimpliciter Raph. Fulg. & Pau. de Caſt. in d.l. ſi patruus. ſed Bal. in d.l. ſi patruus. in vlti. colum. & in tractatu de duobus fratrib. in 8. col. tenet etiam in hoc contra Bar. ꝙ etiam iſto caſu quando vnus fratrum negotiatur, alter nõ, inter eos intelligitur contracta ſocietas, dummodo ille frater, qui non negotiatur, conferat in commune omnia, quæ ſibi vndecunq; perueniunt, puta vel ex donis, vel ex reditibus præbendæ eccleſiaſticæ, vel ex ſalario, quod percepit, nam ex iſtis actibus reciprocis ſimul cum negotiatione alterius, præſumitur inter eos contracta ſocietas. Et idem cum Bal. contra Bar. tenent expreſsè Pet. de Anch. & Dom. Alex. in conſi. allegatis in membro p̃cedenti. tamen iſta etiam eſt potius limitatio, quàm reprehen-

9 ſio Bar. † Adde illud, quod pulchrè no. Bal. in l. prætor. §. ſed & ſi filius fam. per illum text. ff. de edendo. vbi dicit, quòd ſi ſunt duo fratres ſimul habitantes mortuo patre, quorum vnus eſt notarius, vel aduocatus, vel mercator, & lucrum ſuum ponit in communi, quòd ex hoc intelligitur, & præſumitur quidam

10 ſocialis conſenſus inter eos, & plus non dicit. ¶† Quartus, & vltimus caſus eſt, & cæteris frequentior, & vtilior, quãdo om-

a nes [a] fratres mortuo patre negotiantur, & in hoc concludit Bar. quòd inter eos præſumitur contracta ſocietas, ſicut in dubio præſumitur contractum matrimonium inter virũ, & mulierem ſimul habitantes. l. in concubinatu. & ibi Bar. in fi. etiam ad hoc no. ff. de concub. & in l. in liberæ. ff. de ritu nupt. & quia eſt actus, qui non poteſt geri citra ius, & nomen ſocietatis. arg. l. pro hærede. in prin. ff. de acqui. hære. Item quia hic non cadit iudicium famil. erciſ. nec communi diuidundo, quæ tendunt ad diuidenda, ſed hic agitur de communicanda, ergo intelligitur inter eos contracta ſocietas, vt plenius per eum. Subdit tamen, (& hic iacet punctus) ꝙ non intelligatur per hoc contracta ſocietas omnium bonorum, vt quidam putant, ſed ſolũ illius negotiationis, vel mercantiæ, quæ exercetur, eo quia actus noſtri voluntarij nõ extenduntur vltra, quàm geruntur. l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ad fin. vbi Barto. ad hoc no. ff. de iti.

11 actuque priua. † Et per hoc infert in ſpecie Bar. multum vtiliter, quòd ſi ex iſtis duob. fratrib. qui ambo negotiantur, alter emeret fundum proprio nomine, licèt de communi pecunia, licèt pecuniam conferre teneatur. l. cũ proponas. vbi pulchrè per Barto & alios. C. pro ſocio. tamen fundum communicare non tenetur, imò cenſetur ſuus proprius, ſecus eſſet ſecũdum Bar. ſi fundum emiſſet communi nomine, tunc non eſſet dubium. Et ſubdit idem eſſe in tempore, ꝙ à tempore quo cœperunt ſimul negotiari, intelligitur ſimul contracta ſocietas, &

12 nõ ante. Subdit poſtremò Bar. † & hoc ſigna, ꝙ poſtquam illi ambo fratres cœperunt ſimul communiter negotiari, ſi poſtea ex interuallo vnus negotietur communiter, alius verò incipiat ſeorſum de per ſe negotiari, tunc dicit Barto. quòd eſſet ſeruandum illud, quod habetur in l. actione. §. diximus. ff. pro ſoc. Iſta ſunt dicta Bar. in prælleg. §. altero. quæ alibi non dicit.

13 ¶† Videamus nunc particulariter de vno in vnum, an Bar. bene dixerit, vel ne. Et in primis diligenter attende, inquantũ Bar. concludit, quòd ſi mortuo patre omnes fratres ſint grandiores natu, & omnes communiter negotientur, ꝙ licèt inter eos intelligatur contracta ſocietas tacita, tamen nõ intelligitur cõtracta ſocietas omnium bonorum, ſed illius negotiationis tantum, quæ exercetur, & ſic acquiſita tantum ex illa negotiatione debent conferri, alia non, & ſic ſocietas tacita reſtringitur ad actus ſociales tantum, qui exercentur. Bald. in d.l. ſi patruus. in vlti. col. & in d. tractatu de duob. fratrib. in 8. col. & ſeq. intelli

b git, & inducit egregiè, vt ſit verum [b] in actibus vniformib. qñ iſti fratres negotiantes omnes exercentur in eadem mercantia, vel negotiatione, puta quia oẽs ſe exercent in mercantia pãnorum, vel tenent apothecam, tũc verum eſt, quòd intelligeretur ſolũ cõtracta ſocietas tãtum illius negotiationis, & in iſtis terminis procedit doctr. Bar. ſed in actib. difformib. & varietatem habẽtib credit Bal. quòd intelligatur ſocietas omniũ bonorum cõtracta, ſi lucra vndecũque prouenientia ex diuerſis exercitijs in commune cõferantur, quia ex actib. ita promiſcuis, & indifferẽtibus debet præſumi ſocietas generaliter contracta omnium bonorum. Saly. in d.l. ſi patruus. in pen. colum. referens vtramque doctrinam, & Bar. & Bal. dicit, ꝙ aut nõ intelligit quid velint, aut ꝙ eorum doctrina eſt irrationabilis, eo quia ſecũdum eum nũquam capitale debet intelligi communicatum, dato ꝙ perceptio lucrorum adinuicem communicetur, nam ſecundum eum ſi duo fratres habeant apothecam communem mortuo patre, & vnus habeat mille in dotẽ vxoris ſuæ, alius verò ff ſit Doctor, vel Aduocatus, ſeu Notarius, dato ꝙ omnia lucra in commune ponantur, nõ creditur inter eos cõtracta ſocietas quo ad capitale, vt latius ibi proſequit. Quid tenendum? Adde, ꝙ cõcluſionem Bar. tenet Dom. Abb. Panor. in cõnſi. 66. quod incipit, attingam breuiſſimè deciſionem huius dubij. in 1. vol. & Dom. Alex. in cõſi. 78. in 2. vol. incip. diſcuſſis. Mihi magis placet doct. Bal. ꝙ in actibus difformibus, quãdo omnes fratres negotiantur, & diuerſas negotiationes exercent, & lucra conferunt, ꝙ inter eos intelligatur contracta ſocietas omnium bonorum, & iſtud per quatuor rationes comprobat Ludo. Rom. in conſil. 291. incip. cùm iſti fratres. vbi plenius quàm alibi videas, & idem tenet Ludo. Rom. in conſi. 470. quod incipit. cùm iſti fratres lucra ex negotiationib. Et ſi caſus mihi contingeret, ita ſolitus ſum cõſulere, nõ ꝙ Bar. ſed prẽter. Secundò intellige, & limita non ſolũ Barto. ſed prædicta omnia, vt procedant quãdo fratres grandiores natu negotiationem exercuerunt mortuo patre, ſed ſi viuo patre omnes negotiabantur, & mercaturam licèt diuerſam exercebant, tamẽ inter eos per hoc nõ cẽſetur cõtracta ſocietas, nec

ad

ADDITIONES.

a ¶ Quando omnes. Sequitur Alex. in l. ſi. in fi. ſupra de colla. Dec. conſi. 66. & conſi. 67. alias 98. PVRPV.

b ¶ Vt ſit verum. Dec. conſi. 304. in caſu propoſito. 2. dub. PVRPV.

Source : BIU Cujas

dicit Lud quòd iſtud ſtare non pōt, quia tūc verbum pro anima poſitum in tex. eſſet ſuperfluum, quia filiusfam. cū conſenſu patris poteſt indiſtinctè donare cā mor. dato, ꝙ non donet pro anima. l. tam is. §. 1. ff. de don. cā mor. l. filiusfa. §. pari. ff. de don. ¶ Secundò mouetur, & fortius, quia cùm tex. ibi generaliter dicat iudicare, debet generaliter intelligi etiam de teſtō, dato ēt, ꝙ corrigatur ius ciuile, quia vbicunq; tractatur de fauore animæ, vel piæ cauſæ, ēt in correctorijs licita eſt extēſio, vt colligitur ex dictis per Bar. poſt gl. in Auth. ſacra puber. vbi dixi. C. ſi aduer. ven. cum concor. ibi traditis. & iſtam regulam ponit. D. Ant. de But. in commen. c. fin. in fi. de conſue. ¶ Tertiò mouetur, quia in dubijs opi. Doc. ſequenda eſt illa opi. quę eſt pro pia cā. l. ſunt perſonæ. ff. de relig & ſump. funer. ¶ Et eandē opi. tenet latè. D. Alex. per quatuor, vt ipſe dicit, fundamenta, ſed in effectu ſunt tria. Primo ponderat in d. c. licèt. exceptionem, quæ ponitur in ver. niſi peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe habeat. nam exceptio declarat regulam, in quo caſu locquatur. l. nam quod liquidæ. §. fi. ff. de pen. leg. Item exceptio firmat regulam, ergo illa excep. niſi peculium caſtrenſe, quę cōuenit ita teſtō, ſicut donationi cā mor. declarat, ꝙ illa verba iudicare non ſolū procedūt in donatione, ſed ēt in teſtō, & licèt ſibi aſcribat, tamen eſt fundamentum Fede. de Sen. in præalleg. conſi. 298. & Lud. Ro. in repe. Auth. ſimiliter. C. ad leg. fal. in 19. ſpeciali piæ cauſæ inter vlti. volun. ¶ Scdò mouet, & fortius, quia qñ. l. vel canon nil operatur in ſenſu directò, vt eſt in d. c. licèt. §. fi. tunc licitum eſt ſumere argu. à ƺrio ſenſu, etiā ad corrigendum ius cōe, ne aliàs lex, vel canon ſint ſuperflui, vt firmaui in l. 1. in prin. c. ff. de offi. eius cui. ergo in illo. c. licèt. neceſſariò debet ſumi arg à ƺrio ſenſu, dato ꝙ corrigat ius cōe. Iſtud fundamentum tu corrobora, quia ſumendo ibi argu. à contrario ſenſu non erit corrigere, ſed limitare ius commune, nam ius cōe diſponit, ꝙ filiusfam. non poſſit teſtari cū conſenſu patris, vt hic. Iſtud limitatur per illum tex. niſi filiusfami. teſtetur pro anima, hoc modo non erit correctio, ſed limitatio iuris communis, & dato quòd aliàs in correctorijs non fiat extenſio, tamen fit in limitatorijs. c. cū dilecta. §. nos igitur. vbi Panor. notat. de confirm. vti. vel inutil. c. poſt translationem. §. quamquam. & ibi Bal. no. de renunc. ¶ Tertiò mouetur, quia in diſpoſitiune, vel in teſtō ad pias cauſas condito, non attēditur aliqua prohibitio, ſeu diſpoſitio iuris ciuilis, ſed tantum attenditur ius gen. vel canonicum, vt probat Bart. in repet. l. 1. in vlt. q. C. de ſacroſan. Eccl. ergo non attendimus, ꝙ ius ciuile ꝓhibeat filiumfa. teſtari. ſed oībus iſtis fundamentis, & alijs ſupra adductis dabitur ſtatim congrua reſponſio, *& iſta vt dixi eſt magis cois ſententia.* Pro iſta cōi tnīa poteſt aliter pōderari tex. in d. c. licèt. §. fi. dum dicit, ꝙ filiusfam. non poteſt iudicare pro aīa præter patris aſſenſum, nam qñ præcedit oratio negatiua, dictio præter, ſtat incluſiuè. l. nam quod liquidæ. §. fi. ff. de pec. leg. declarat Bar. in l. actione. C. de tranſ. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. ergo tex. ibi in recto ſenſu includit filiumfa. poſſe cum conſenſu patris teſtari, & ſic non venit à ƺrio ſenſu, ne fortè dicas, ꝙ argu. à ƺrio ſenſu ibi ſumi non debeat. ¶ Secunda principalis fuit tnīa Bart. in l. qui in poteſtate. te. in fi. prin. ff. de teſt. quam ſimpliciter tenet Pau. de Caſtr. hic, ꝙ aut loquimur in bonis aduentitijs, in quib. non quærit vſufruc. patri, in caſib. qui enumerantur per gl. in Auth. excipitur. ƺ. de bon. quæ lib. & in illis poteſt filiusfam. cū voluntate patris teſtari ad pias cauſas, aliàs ſecus per tex. d. cap. licèt. quem hoc modo reſtringe. Secundò, quia rō quare filiusfam. cū conſenſu patris teſtari non poteſt, eſt, quia vlt. voluntas non debet pē dere ex alieno arbitrio, ſed iſta rō ceſſat ad pias cās, vbi captatoria voluntas pendens ab aliena voluntate valet. c. cū tibi. de teſta. & probatur, quia idem in libertate, quæ pōt pendere ex alieno arbitrio. l. fideicommiſſaria libertas. la 2. in prin. ff. de fideic. lib. & bonum eſt arg. à libertate ad piam cām, vt no. Bart. in l. proximè. §. 1. ff. de his, quæ in teſtō delen. & in l. ſi vnus. ƺ. de teſt. Sed iſta opinio ſeipſam confundit, quia attenta rōne Bar. ſiue ſint aduentitia, quorum vſufr. quærat patri, ſiue nō, vtroque caſu debent poſſe teſtari cum conſenſu patris, quia vtroque caſu militat rō Bar. Præterea non eſt firmum, ꝙ captatoria volūtas ad pias cās valeat, & tenui ƺrium in l. captatorias. ƺ. tit. 1. Tertia fuit opi. ipſiuſmet Bartoli directò præcedenti ƺria, quam tenui in repe. l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. in 3. q. primæ partis principalis, vbi in effectu concludit, ꝙ aut loquimur in aduentitijs, in quib. quæritur vſusfruc. patri, prout eſt regulariter, & in illis pōt teſtari ad pias cauſas, ſed cum cōſenſu patris: aut loquimur in bonis aduentitijs, in quib. non quæritur vſusfruc. patri, & ſic quæ ſpectant pleno iure ad ipſum filium, & in talibus pōt filiusfa. indiſtinctè teſtari ad pias cauſas, ſiue cū cōſenſu patris, ſiue ſine. Motus per tex. d. l. 1. in ver. liber. inducēdo, vt ibi per eum. Iſtam opi. tenet Imo. in c. 2. de teſta. & latè Ludo. Rom. in repe. Auth. ſimiliter. C. ad legem Falcid. in 19. ſpecialipiæ cauſæ inter vltimas voluntates. & ibi in vlt. colu. illius ſpecialis. mouetur inter cætera per tex. in c. fin. de iudi. in 6. vbi eſt tex. ꝙ filiusfam. in ſpiritualib. & beneficialib. cauſis pōt eſſe in in iudicio ſine conſenſu patris, eo quia in talib. pater non hēt ſe intromittere. ergo idem erit in aduentitijs, in quib. non quæritur vſusfru. patri, quia in eis pater non habet ſe intromittere, & ſubdit, ꝙ ille text. ſic ſubtiliter inductus decidit pūtem qōnem, ſed certè parum, imò nihil facit, quia ex illo tex. nil ad teſtamenti factionem inferre poteris, & propterea Ludo. qui de hoc perpendit, roborat argūm ſuum, quia in talib. aduentitijs, quorum vſusfr. non quæritur patri, filiusfa. habet legitimā perſonam ſine patre, vt ſine eo poſſit eſſe in iudicio, vt no. glo. & plenius Bar. & alij in l. fi. §. neceſſitate. ƺ. de bon. quæ liber. ergo multò magis habebit legitimam perſonam in teſtando, & vltra eum poteſt hoc confirmare, quia facilius eſt teſtari, quā eſſe in iudicio. patet, quia adultus habens curatorem poteſt teſtari ſine curatore. l. Aurelio. §. Caius. vbi gl. & Bar. no. ff. de lib. leg. & l. ſi frater. vbi dicetur. ƺ. eo. & tūn ſine curatore nō poteſt eſſe in iudicio. l. 1. C. qui leg. perſo. hab. ſtan. in iudicio. Itē teſtari quis poteſt in 14. ann. l. qua ætate. ff. de teſt. ſed in iudicio eſſe non poteſt niſi poſt 25. ann. l. 2. C. qui leg. perſo. Itē iudicia ſunt ſtricti iuris, & contentioſæ iuriſdictionis. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obl. ſed in teſtamentis fit benigna, & lata interpretatio. l. in teſtīs. ff. de reg. iur. & c. cū dilecti. de don. ſed tu attende, quia ſi fundūn Lud. eſſet verum, procederet ēt ſi filiusfa. teſtaretur ad nō piam cām, ƺ. l. pe. & fi. cum ibi no. ƺ. eo. ¶ Quarta & vlti. fuit opi. Io. And. in c. licèt. de ſepult. & in c. ſi pater. de teſt. in 6. in nouel. ꝙ filiusfa. ēt ad pias cās cum cōſenſu patris non pōt teſtari, ſed bene donare cā mor, & iſtam tenet Pet. de Anch. in d. c. licèt. vbi dicit, ꝙ opi. Io. And. eſt magis tuta, & ꝙ ita de facto interrogatus rūdit. eam ēt tenet Pet. de Anch. in c. 2. de teſt. eam tenet Io. de Imo. in d. l. qui in poteſtate. in princ. ff. de teſt. & in l. tam is. §. 1. ff. de don. cā mor. eo quia tex. in d. c. licèt. non probat niſi à ƺrio ſenſu, quod argūn à ƺrio ſenſu fieri non debet, ne reſultet abſurdus intellectus. ſm gl. in l. 2. C. de cōdit. inſer. & ad tex. ibi dum dicit *pro anima*, debet ſubaudiri dictio maximè. a Secundò mouetur, quia duab. ratiobib. prohibetur filiusfa. teſtari, vt hic in gl. ergo licèt vna ſit correcta, qa ad pias cauſas vltima voluntas poteſt dependere ex alieno arbitrio, tamen reſtat alia rō, quia teſtamenti factio eſt publici iuris, & militat in pia cauſa. ergo &c. Eandem opi. tenet Raph. Fulg. hic, & in l. 1. ad fi. C. de ſacroſ. Eccl. per hunc tex. in l. pe. in ver. nullo modo. ƺ. eo. quibus iuribus non reperitur derogatū in pia cauſa. & ad d. c. licèt. reſpondet, ꝙ non debet ſumi arg. à contrario ſenſu per rōnem ſupra relatam. & ſumendo à contrario ſenſu dicit, ꝙ verbum iudicare, non debet intelligi de teſtamento, ſed de donatione cauſa mortis, vt iura iuribus concordentur. Iſtam eandem opi. tenet Franc. de Aret. in d. l. qui in poteſtate. motus noua conſideratione circa verbum iudicare, poſitum in d. c. licèt. nam ibi eſt oratio negatiua, ꝙ filius nō poteſt aliquid iudicare pro anima. in illa ergo oratione negatiua verbum iudicare, indefinitè poſitum æquipollet vniuerſali negatiuæ. l. ſi plutibus. ff. de leg. 2. & ſic vniuerſaliter comprehendit, ꝙ nullam ſpeciem vltimæ voluntatis poteſt filiusfa. facere ſine cōſenſu patris, & ſic nec teſtari, nec codicillari, nec donare cauſa mort. ſed ſi ſumas arg. à ƺrio ſenſu, oratio affirmatiua non ęquipollet vniuerſali. Ratio diuerſitatis, quia primo modo tu non offendis ius, ſecus fit ſumendo argu. à ƺrio ſenſu vniuerſaliter, quia ſic ſequeretur, ꝙ cum conſenſu patris filiusfa. poſſet teſtari, vnde licèt ſine conſenſu patris nullā poſſit vltimam voluntatem facere, ergo aliquam diſpoſitionem vltimæ voluntatis cū conſenſu patris poteſt facere, & ſic oratio indefinita ſumitur vniuerſaliter, non tamen ſic affirmatiua, quæ colligitur à ƺrio ſenſu, ex quo eſt diuerſa ratio. Iſtud probat per duos tex. primò per l. diſcretis in fi. ƺ. eo. vbi videt, ꝙ mutus à natura, vel ex accidenti ſi ſit peritus literarum, poteſt omnia facere. i. teſtari, & codicillari, & tamen à contrario ſenſu non intelligitur, ꝙ ſi non ſit peritus, ꝙ nihil poſſit facere, quia imò poteſt codicillari, & legare. l. nutu. ff. de leg. 3. ſecūdū Doc. ibi. Secundò adducit tex. in l. fi. §. filijs autem. ƺ. de bon. q̄ libe. vbi dī, ꝙ filiofa. non datur poteſtas teſtandi, nec aliter diſponendi de aduentitijs, quorum vſusfr. acquiritur patri ƺ parentum voluntatem, & tn nō ſumitur ibi arg. à ƺrio ſenſu ita vniuerſaliter, ergo cū voluntate patris poterit teſtari, qa eſſet

contra

ADDITIO.

a ¶ Maximè. Adde Doc. in c. cū olim. de teſt. Doc. in c. auditis. de elec. Abb. in c. cùm contingat. de foro compe. Abb. in c. quoniam frequenter. in ſ. pono. vt lite non conteſt. Abb. in c. damnamus. de ſum. Trin.

Source : BIU Cujas

* contra l.penul.& fin. ff.eod. *secundum communem opin.* ibi, sed bene poterit quædam alia facere. Tu istud argum. vno verbo clarius inducas.nam contrarium vniuersalis negatiuæ est particularis affirmatiua,non autem vniuersalis affirmatiua,vt si dicam,si Imperator nolit nullum ire in exercitum, contrarium huius est,quòd si Imperator velit,nonnullus ibit, & sic aliquis, non autem infertur,quòd omnes ibunt. Istæ sunt maiorum nostrorum sententiæ. ¶ Quid tenendum? Ego in iudicando, & consulendo non auderem recedere à prima sententia, quæ * *est magis communis,* vt dixi, præcipuè quia iudicandum est pro pia causa, tamen in stricta disputatione puto, quòd vlti.opin. Ioan. Andr. sit verior in puncto iuris, quòd filiusfamil. etiam cum consensu patris non possit ad pias causas testari, & quia tota difficultas pendet circa text.d. c.licèt. qua sublata, res remanet clara.ostendo,quòd text. ille nihil facit, & tollam omnia.ff.adducta.In primis ergo aduertendum est, quòd text. ille principaliter venit ad decidendum,nunquid filiusfamil. possit sibi eligere sepulturam, prout suadet natura titu. Ita considera,quòd dum text. ibi excipit peculium castrense vel quasi, de mente Pontificis ibi est referre potius ius antiquum, quàm de nouo statuere.Istis sic præsuppositis videtur intelligendum necessariò illud verbum iudicare,pro dona.causa mortis, vt minus lædatur ius commune,& iura iuribus concordentur. Et si dicis,prout subtiliter dicebat Ludou.Roma. quòd isto modo text.ille esset de indubitabili,& quòd verbum pro anima,esset superfluum,quia indubitabile est, quòd filiusfamil. cum consensu patris potest donare causa mortis,dato,quòd non donet pro anima, quia respondeo, (& hic aperio intellectum illius text.) & dico,quòd ille text. in sensu directo est multum dubitabilis, imò singu. & quòd illud pro anima, est valde necessa-
a rium.nam clarum est, quod filiusfamil. non potest donare causa mortis nisi interueniat consensus patris.iuribus prealleg. in illo text.fuit probabiliter dubitatum,pone,quòd filiusfamil. vellit donare causa mortis pro anima, nunquid poterit donare
7 sine consensu patris? Dubium faciebat, † quia cùm filiusfam.
b possit sibi eligere sepulturam [b] sine consensu patris, videbatur, quòd etiam pro anima posset donare causa mortis,tamen hoc non obst. decidit ibi text. quòd etiam pro anima præter patris assensum non potest.illud ergo pro anima,erat quòd faciebat dubitationem,& sic in sensu directo,& negatiuo text. ille multum operatur, & decidit casum, qui adhuc non erat decisus. Sed si tu sumas argum. à contrario sensu, ergo cum consensu patris,fateor, quòd in illo sumpto à contrario sensu nil operabitur,quia cum consensu patris etiam sine anima potest donare causa mortis,sed de hoc non est curandum,quia sufficit mihi,quòd ille text.in sensu directo multum operetur,dato quòd in eo, quod sumitur à contrario sensu,nihil operetur. Et per hoc vides,quòd nihil obstat illud,quod dicit dom.Alexan.hic, quòd quando lex, vel canon non operatur in sensu directo, tunc sumitur argum.à contrario sensu etiam ad corrigendum ius commune,quia istud stringit contra eum, ex quo text. ibi in sensu directo multum operatur, & isto modo intelligendo etiam excep.ibi posita in text.erit bona, & de regula, quòd filiusfamil.etiam pro anima non possit donare causa mortis,nisi habeant peculium castrense vel quasi, quia si habet, potest donare causa mortis etiam sine consensu patris,& sic verbum iudicare, intellectum pro donatione causa mortis,remabit sine difficultate, & hoc modo cessant,quæ in contrarium supra adducebantur. ¶ Restat vltimum fundamentum dom. Alex. dum dicebat, quòd in testamentis conditis ad pias causas non attenditur ius ciuile,sed iusgentium,vel canonis, ergo non debet attendi, quod per ius ciuile filiusfamil. prohibeatur testari. Quia si istud fundamentum esset verum, sequeretur, quòd filiusfamil. posset testari ad pias causas etiam sine consensu patris,& tamen istud est contra text. in d.cap.licèt.inductum, vt ipsi inducunt. Secundò sequeretur,quòd miles, in cuius testamento etiam non attenditur ius ciuile,sed iusgentium.l.1.ff.de test.mil.posset testari in aduentitijs, & tamen est falsum. §.1.& §. præter hos. Institu. quibus non est permis. face.testa. Tertiò responde secundum Barto.in repe.d.l.1.in vlt.quæst.quòd non attenditur ius ciuili,est verum, nisi aliquid disponat, quod bo-
7 nis moribus conueniat.† Præterea,& quartò etiam de iure cano.in dispositione ad pias causas patria potestas est in consideratione,vt probatur in d.c.licèt.§.fin.vbi filiusfamil.non potest donare etiam pro anima,& sic ad pias causas sine consensu patris. Nisi dicas, quòd ideo ibi requiritur consensus patris propter præiudicium vsusfru.in aduentitijs,& proprietatis in profectitijs.Præterea, & quintò non est ita simpliciter verum, ꝙ in testamentis ad pias causas attenditur merum iusgentium, patet,quia pupillus quamuis sit doli capax, tamen non potest testari ad pias causas,vt not.concludit Barto.in repet.l. 1. in 2. quæst.1.partis.princip.C.de sacrosan.eccle.Bald.in l. si frater.ad fin.ff.eod.Petr.de Anchar.& Imol.in c.2. de testa. vnde attenditur iusgentium quantum ad numerum testium, quia duo vel tres testes sufficiunt.cap.cùm esses,& c.relatum.de testa.¶ Non recedas à communi sententia, qua retenta esset videndum, quid si filiusfamil. cum consensu patris fuerit testatus ad pias causas,sed in testamento etiam fecerit legata alijs personis,nũquid valeant, & si non valent, an accrescant piæ causæ, vel quibus debeantur,quam quæstionem ponit Bald. hic in fin. & alij post eum,ego ponam in l.hac consultissima.§ ex imperfecto.vbi bonus ad hoc text.ff.de testa.¶ Glo.in versi.non posse, quam diuide in tres partes princip.In prima extendens text.respondet tacitæ quæstioni.In secunda,quæ est ibi,sed donare po test.remouet tacitum contrarium. In tertia, & vltim. quæ est ibi, sed quæ est ratio. assignat duas rationes diuersitatis,quare filiusfamil.cum consensu patris potest donare causa mortis,&
8 non testari.¶† Ex secunda parte habes, quòd licèt filiusfamil. non possit testari cum consensu patris, potest tamen donare causa mortis patre consentiente,vt dicunt text. in glo. alleg. *Et*
* *hanc conclusionem tenent omnes.* Nouissimè excellentissimus inter Moder.Rapha.Cuma.tentauit nouam,& mirabilem opi. contra omnes,quòd imò sicut filiusfamil.non potest testari etiam cum consensu patris,ita etiam non possit donare causa mortis,etiam cum consensu patris. ita tenuit in l. qui in potestate. in princip.ff.de testa.& in d.l.tam is.§.1.Et quia est publica, & subtilis opinio,& aliàs publicè defensata, ego eam plenius prosequar, quia Rapha. Cum. breuius transit. & ita tenendo non esset opus quærere de ratione diuersitatis. ¶ Pro ista sententia videtur stringere text.in l.1.ff. de tut. & ration. distra.vbi traditur regula negatiua, quòd qui non potest testari etiam cum consensu alterius,non potest etiam donare causa mortis, & ille text.est ad hoc singu.secundum Imol.in l.2. ff. de lega. 1.secundum Bald.in c.cùm omnes.in 17. colum. in fin. de consti. Confirmo per text.in l.discretis. in versic. neque mortis causa dona.ff.eod.nec hic placet mihi responsio,quam dant Barto.& glo.in d.l.tam is.in princip.& dom.Alex.in l.si frater. ff.eod.qui dicunt,quòd illa regula,qui non potest testari, non potest donare causa mortis,procedit in alijs,quàm in filijsfamil.& aliud non dicunt quia istud est solùm ponere diuersitatem facti sim
c pliciter.Secundò facit, [c] quia dona.causa mortis est vltima voluntas.l.fi.C.de dona.causa mortis,vbi tex.per omnia æquiparat dona.causa mortis vltimæ voluntati, sed vltima voluntas non potest dependere ex alieno arbitrio, ergo nec dona. causa mortis,imò nec legatum potest dependere ex alieno arbitrio. l.captatoriæ.ff.de leg.1.& l.non nonnunquam. ff. de condi.& demonstra.not.in l.1.ff.de leg.2. Tertiò multum stringit, quia ista æquiparantur,legatum,seu fideicom. & dona. causa mortis l.legatum.la 2.ff.de leg.1.sed sic est,quòd qui non potest testari,non potest etiam legare,vel fideicommittere. l.2.ff.de leg. 1.ergo etiam non debet posse donare causa mortis, & ad hoc facit text.æquiparans hæc tria in l. discretis. ff. eod. Quinto ista opin.comprobatur ex multiplici æquiparatione, quæ fit inter vltimas voluntates,& dona.causa mortis, vt patet ex. ff. dicendis.Hinc videmus,quòd qui potest capere ex testamento, potest etiam capere ex dona.causa mortis.l. omnibus.ff.de dona. causa mortis,& qui habet priuilegium in testando, vt est miles,habet in donando causa mortis, & ècontra. l. Marcellus.in princip.ff.de dona.causa mortis, & quemadmodum in legato dominium transit in legatarium recta via.l. à Titio. in fin.ff.de furt.idem in dona.causa mortis.l. 2. ff. de publ. in rem actio.& quemadmodum in vltimis voluntatibus habet locum ius accrescendi.l.re coniuncti. ff. de lega. 3. ita etiam in dona. causa mortis.text.est in l.vnica.§.fin.ff.de cadu. tollen. de quo Barto. non fuit recordatus in repe.d.l.re coniuncti.Item quemadmodum in vltimis voluntatibus reijcitur iuramentum continens quid turpe,ita in dona. causa mortis. l. quæ sub conditione. §. hoc edictum.ff.de condi. instit. Item distinctio, quæ fit,an per alienationem testatoris intelligatur reuocatum legatum,an sit alienatio voluntaria,vel necessaria.l.fideicommissa.§.si rē.ff.de leg.

ADDITIONES.

a ¶Filiusfam. Adde Bar.& Ang.in l.1.in §. fuit quæsitum.ff.ad Treb. Bar.& Docto.in l.tam is.in §.filiusfam.ff.de don.causa mor. Dy.in l.1. de leg.3.Spec.in tit.de instr.edi.in §.compendiosè.in ver.6.

* De quo vide quæ scribit Clar.§.donatio.q.6. Pract.Pap.for.lib. dona. ver. ex causa.nu.9.vbi dixi,& an possit donare causa mortis patri suo, dic,ꝙ sic interuenien.auctoritate iudicis, quia auctoritas patris hoc casu est suspecta,vt no.Catel.ver.filiusfam.potest vbi latius declarat, cui adde Rom. cons. 512. 515.Turz.inter com.opi lib.6.versic.filiusfam. MASVER.

b ¶Sepultu. Adde tex.in c.licèt.de sepul.in 6.Bar.in l.q in potestate.de testam.

c ¶Secundò facit.Istud corruit per l.sancimus.la vlt.C.de sacrosan.eccl.

Source : BIU Cujas

leg.3.habet ẽt locum in dona.cã mortdictum fuit ſing. Dyn.in l.Stichum qui meus erit.ff.de leg.1.quod dictum Bal. ibi reputat aureum,& alij ſequuntur.Punctus eſt reſpõdere ad d.l.tam is.§.1.& ad d.l.filiusfamilias.§.pari. quib. videtur quaſi impoſſibile rñdere,cùm tex.non poſſent eſſe clariores,ſed rñde clarius & plenius quàm Raph.Cum.q̃ illi tex.loquuntur in don.cauſa mortis ipſius patris,& de re patris, quam filius poteſt facere tanquam organum patris, ſed non poteſt teſtari tanquam organum ipſius patris,& iſta eſt propriè dria,quam ibi conſtituit Iuriſcon.q̃ filiusfam. donando cum conſenſu patris cenſeatur organum patris,eſt tex.in l.in ædibus.§.penul.ff.de dona.& in l. ſi quis hac.l.§.1. ff. qui & à quib. Item, q̃ ibi donet de re patris, patet, quia de iure fforum filiusfam. nihil proprium habebat, q̃ poſſet donare cauſa mor.donabit ergo de re patris, verùm de iure.C.filiusfam.poteſt hꝛe bona aduentitia propria, & iſto caſu tenet Raph.Cum.q̃ ſicut in his non poteſt teſtari cũ conſenſu patris,ita non poſſit donare cauſa mor. & huic concluſioni nihil aliud obſtare vꝛ. Si tamen vis tenere cõem ſententiam, à quo nullo modo eſt diſcedẽ. licèt prædicta ſint pulchra,& ſubtilia ad acuendum ingenia ſcholarium, primò hẽs aduertere inquantũ Raph.vult q̃ pater poſſit vti organo filij in donando cauſa mor.ſed non in teſtãdo,ita intelligitur.d.l.tam is.§.1.certè confunditur per fundamentum ipſiuſmet Rapha. arguendo negatiuè,qui non poteſt teſtari,non poteſt etiam dona.cauſa mortis, ſicut ergo pater prohibetur vti organo filij in teſtando,ita etiam debet prohiberi in donando cauſa mor.Niſi tu reſpondeas,q̃ illa argumentatio negatiua procedit in eo, qui facit actum nomine proprio, ſecus ſi faciat nomine alieno ſcilicet patris.ſed iſta non eſt realis rñſio,ſed ſola diuerſificatio caſuum.Item durum eſt reddere rationem diuerſitatis. nam ſi dicas,q̃ ideo fit,eo quia teſtñ ſit actus ſolẽnior,aliud fortiter obſtabit,quia ſequeretur,q̃ pater legando,& fideicommittendo præſertim in codicillis, vel ab inteſtato, poſſet vti organo filij,ſicut donando cauſa mort.& tñ non eſt verum,& ad regulam.d.d.l.1.§.1.ff.de tu.& ration.diſtr.qui non poteſt teſtari, nõ poteſt dona.cauſa mor.rñdẽ,q̃ illa regula eſt vera,qñ quis prohibetur teſtari ex defectu naturæ, vt eſt in pupillo propter imbecillitatẽ intellectus.ita loquitur. d.l.1.§.1.eo. modo in eo,qui eſt ſurdus,& mutus à natura,ita loquitur.d.l.diſcretis. ℨ. eo. ſed filiusfam.non prohibetur teſtari ex defectu naturæ,ſed ex prohibitione legali propter patriam poteſtatem,& iſtud eſt,q̃ debuerunt dicere gl.& Bar.in d.l.tam is. in prin. Ad alia oĩa fundamenta rñdeas vno verbo,& eſt communis doctrina, q̃ dona cauſa mor.poſtquam eſt in eſſe deducta,cenſetur vlt.voluntas.patet,quia non habet effectum niſi poſt mortem donantis, nimirum ſi regulatur regulis vltimarum voluntatum.ita procedunt omnia ſimilia.ℨ.adducta, ſed dona. cauſa mort. prout in eſſe deducitur,æquiparatur contractibus,& non vltimę voluntati, patet,quia tequiritur præſentia donatarij,& eius ſtipulatio.l.inter mortis.in prin.ff.de dona. cauſa mort. & tamen in alijs vltimis voluntatibus eſt ſecus,quia poſſunt fieri abſenti,& ignoranti.l.cùm pater.§.ſurdo.ff.de leg. 2. iſta eſt doctrina glo. approbata in l.2.in prin. ff. de dote præleg.plenè ſcribitur in l.2. ff.de leg.1.¶† In vlt. parte gl.pro eius intelligentia quæro, quæ ſit ratio,quare filiusfam.poſſit donare cauſa mor.cum conſenſu patris,& tñ non poteſt teſtari cum conſenſu patris. glo. aſſignat duas rationes.Prima ratio eſt, quia teſtñ eſt publici iuris, ſed in his,quæ ſunt publici iuris,conſenſus priuatorum nihil facit.l.fin.ff.de ſuis,& legi.& l.ius publicum.ff.de pact.ſecunda ratio *gl.eſt verior,& communior.* nam teſtamentum eſt vltima voluntas,ſed vlt. voluntas non poteſt dependere ex alieno arbitrio, quia eſſet captatoria.l.illa inſtitutio.ff.de hæred. inſti. iuncta.l.captatorias.ſ.de teſt.mili.ſed dona.cauſa mor.prout in eſſe deducitur, cenſetur eſſe contractus,prout ſtatim. ſ. dixi.ſed contractus poſſunt dependere ex alieno arbitrio.l. ſi. cum glo. magna.C.de contrahen.emp.l.ſi quis arbitratu. ff. de verb.obl. ¶Contra iſtam communem rationem moueo quatuor alias difficultates.In primis ſubtilis Raph.Cum. reprobat iſtam cõmunem rationem in d.l.qui in poteſtate.in princ. & in d.l.tam is.§.1.ℨ.eo.quia iſta ratio gl.& Docto. probat opp.nam illud,q̃ dicitur,q̃ vltima voluntas non poteſt dependere ex alieno arbitrio,quia eſſet captatoria, verum eſt de futuro,quia poſſet ſe qui captio,ſed de præſenti, vel de præterito poteſt dependere, & valet.l.illæ autem inſtitutiones.in prin. ff.de hær.inſti.Ratio, quia quando eſt conſenſus de præterito, vel de præſenti, tunc nulla poteſt eſſe deceptio, & ſic talis diſpoſitio non eſt captatoria,& per conſequens non eſt prohibita. Tunc ſic,pone, q̃ pater conſentiat filio teſtanti, iſta voluntas non pendet ab alieno arbitrio de futuro,imò ſtatim eſt perfecta, & licèt Rapha.non dicat, inuenio ante eũ iſtam communem rationem per iſtud fundamentum latius inductam, adhuc reprobat Bald. vbi videas,in reper.l.1.C.de ſacroſan.eccle.in 6. colum.in verſi.iuxtà hoc quæro incidenter quare filius. vbi inter cætera dicit, quòd illa bene eſt diſpoſitio captatoria, quæ eſt collata in alienum arbitrium de futuro,ſecus ſi de præterito, vel de præſenti. iſta enim non eſt captatoria voluntas, in qua teſtator perfectè exprimit animi ſui votum.l.clemens patronus.§. fin. ff.de hæred. inſti.ſed illa diſpoſitio dicitur captatoria, in qua ſubſtantia diſpoſitionis confertur ad ſecretum alienæ voluntatis l. captatorias.& l. ſi quis Sempronium. de hæred. inſtitu. cùm ergo hic præſens conſenſus patris interueniat de præſenti,idem puto,ergo prædicta ratio ſecundum eum non eſt vera; ſed reſponde huic difficultati, quòd procederet, quando pater poſtquam præſtitit conſenſum de preterito vel preſenti,non poſſet illum amplius reuocare, ſed ex quo pater poteſt in futurum reuocare,vt ſtatim.ℨ.ſubijciam,hoc reſpectu dicitur à futuro pendere. Vnde dicendum eſt in propoſito, quòd imò ſi poſſet filiusfamil.teſtari cum conſenſu patris, ſicut donare cauſa mortis, q̃ penderet ex alieno arbitrio de futuro. Probo, quia ſicut quando pater conſentit filiofam. donanti cauſa mort. poteſt ſolus pater inuito filio ſaltem donec filius viuit reuocare, vt declarat Cyn.in l.nec fratris.C.de dona.cauſa mort. & Bald. hic in 1. colum.& Barto.in l.2.§.1.in vlt.quæſt.ff.de dona. Ita penderet ab eius voluntate reuocare teſtamentum, quando fieret eius conſenſu,& hoc reſpectu dicitur pendere de futuro ex alieno arbitrio.Præterea in d.l.illæ autem. in prin. diſpoſitio non pendebat ab alieno arbitrio, etiam in præſenti, vel in præterito, quia ibi dixit, inſtituo Mæuium hæredem pro illa parte, pro qua Titius me hæredem inſtituit. & ſic iſta eſt potius deſignatio quotæ hæreditatis facta per regulam ad inſtitutionem alterius, quàm diſpoſitio in alterius voluntatem collata, vt patet ex l.2.ff.de hære.inſtitu. ¶Secundò vltra Docto. moueo aliam difficultatem,nam ſi verum eſſet,quòd filiusfamil. ideo poſſet donare cauſa mortis,eo quia don.cauſa mor. dum in eſſe producitur,cenſeatur eſſe contractus,ſequeretur, quòd filiusfam. poſſet facere omnes contractus, & obligare ſe efficaciter ſine conſenſu patris,niſi in mutuo, & voto. l.tam ex contractibus. ff.de iudic.l.filiusfamil.ff.de acti.& oblig.ergo deberet poſſe donare cauſa mor.ſine conſenſu patris,& tamen eſt falſum, quia in dona.cauſa mor.requiritur conſenſus patris. Ad hoc reſpondeo,q̃ ideo in donatio.cauſa mor.neceſſariò requiritur conſenſus patris,eo quia tractatur de præiudicio ipſius patris, cùm filiusfam.nihil proprium habeat,quia aut ſunt bona profectitia, & illa cenſentur eſſe patris.idem ſi aduentitia, quorum vſusfr. acquiritur patri,cùm in illis ratione vſusfru.paterni ſit filio interdicta omnis alienatio,tam per viam contractus,quàm vltimæ voluntatis ſine conſenſu patris, ergo in iſtis neceſſarius eſt conſenſus patris ad hoc,vt poſſit mortis cauſa donare.l.fina.§. filijs autem.C.de bon. quæ libe. Sed ſi in alijs contractibus oritur ſolùm obligatio perſonalis,etiam perſona filij obligatur,& contra eam fit executio,vt eſt glo.ordin.in l.3. §. ſed vtrum, & ibi declarat Barto.ff.de mino.& text.in l. fina. vbi Barto. C. qui bon.ced.poſ.Hinc eſt,quòd hodie filiusfam.habens bona aduẽtitia,quorum vſusfru.non quæritur patri, poteſt illa donare cã mor.ſine conſen.patris.tex.eſt in Auth. vt liceat matri,& auię. in prin.iucta glo.& expreſsè Raph.Cuma.in d.l. tam is. §. 1.& Ludo.Roma.in Authen.ſimiliter. C. ad leg.Fal. Paul. de Caſt. hic,quicquid teneat dom.Alexan.in l.penu.vbi dicam.ℨ.eo.Et ſi dicatur,quòd etiam ex dona. cauſa mortis cauſatur obligatio perſonalis,vt eſt glo.in l.1.ff.de dona.cauſa mortis,& in l.legatum.la.1.ff.de leg.2.& hoc patet, quia oritur actio perſonalis ex teſtamento.l.1. C. de dona. cauſa mortis. & per Barto.in d.l.1.ff.de dona.cauſa mortis,quia reſpondeo,quòd talis obligatio perſonalis in dona.cauſa mortis non eſt efficax ſicut in alijs contractibus,vt poſſit fieri aliqua executio in perſonam:patet, quia poteſt pœnitentia quandocunque reuocari. l. qui mortis, & l.non videtur.ff.de dona.cauſa mor.& l.non omnis.in princ. ff. ſi certum petatur. ¶Pro confirmatione prædictorum adde bene facere illud,quod tenet Raph. hic, quòd filiusfamil. rem alienam ſine conſenſu patris poteſt donare cauſa mortis,& inter viuos,dummodo interueniat conſenſus illius domini, cuius eſt res, & ex hoc infert,quòd conſenſus patris in dona.cauſa mortis non requiritur ad habilitationem filij, ſed occaſione rerum.¶Tertia difficultas eſt,quia ſi verum eſſet, quòd filiusfamil.poſſet donare cauſa mortis cum conſenſu patris, eo qa dona.cauſa mortis, prout in eſſe deducitur, cenſeatur contractus,ſequitur,quòd ſicut pupillus cum auctoritate tutoris poteſt facere omnes contractus de mundo. Inſtitu. de autho. tuto.in prin.ita etiam deberet poſſe donare cauſa mort.& tamen eſt falſum,quia ℨ tex.l.1.§.1.ff.de tut.& ratio.diſt.Huic obiectioni dupliciter rñde.Primò dic, q̃ pupillus cum auctoritate tutoris poteſt facere omnes ℨctus,eſt verum,qñ ſunt tales ℨctus,

9

ex

Source : BIU Cujas

ex quib. ſaltem potentia, & aptitudine poteſt reſultare vtilitas ipſi pupillo, ſed quando ſunt contractus merè præiudiciales, non poteſt. Hinc eſt, ꝙ cùm donatio ſit ſpecies dilapidationis, non poteſt pupillus cum auctoritate tutoris donare. tex. eſt in l. non omni, & ibi Docto. C. de admit. tuto. per quem tex. ita in terminis declarant Io. Fab. Nicol. de Neap. & Ang. de Are. Inſti. de aucto. tuto. in prin. Hinc eſt, ꝙ vbi donatio non ſapit dilationem, vt quando fit coniunctis perſonis, vel propter benemerita, vel propter honorem, poteſt tunc pupillus cum auctoritate tutorum donare. ita dicit tex. in d. l. 1. §. 1. & tex. in l. cùm plures. §. pen. ff. de adminiſt. tuto. Secundò reſponde, ꝙ ideo pupillus cum auctoritate tutoris non poteſt facere dona. cauſa mortis, ſicut poteſt facere alios contractus, eo quia dona. cauſa mortis confertur poſt mortem pupilli, & ſic auctoritas tutoris inueniretur quo ad effectum interpoſita eo tẽpore, quo mortuus eſt pupillus, & ſic quo tempore finita eſt tutela, ideo non valet. iſtam rationem aſſignat in ſimili gl. in l. ſi frater, & ibi Bal. ſ. eo. Bar. in repe. l. 1. in 2. q. 1. q. prin. C. de ſacroſan. eccl. ¶ Quarta difficultas eſt, nam ſi filiofam. ideo permittitur donare cauſa mor. cum conſenſu patris, eo quia dona. cauſa mortis cenſeatur eſſe contractus, certè multo fortius debet permitti, ꝙ poſſit teſtari cum conſenſu patris. nam facilius permittitur teſtari, quàm contrahere. iſtud aſſumptum probatur. nam adultus habens curatorem, cùm æquiparetur pupillo. l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſti. minor. non poteſt contrahere ſine aucto. curatoris, vt ibi, & tamen poteſt teſtari ſiue auctor. curatoris. l. aurelio. §. Caius. ff. de ſtb. leg. & l. cùm pater. §. curatoris. ff. de leg. 2. Item in minori ætate quis admittitur ad teſtandum, ſcilicet in 14. ann. completo. l. qua ætate. ff. de teſt. ſed non ad contrahen. niſi ſit legitimæ ætatis. l. 2. & l. fi. C. de his, qui ven. ætat. impetrau. Sed reſponde, ꝙ ideo eſt, quia minor. 25. an. teſtando non poteſt lædi, cùm ſemper pro libito poſſit illud reuocare. ſm gl. in d. §. Caius, & dicam in l. ſeq. ſed non ſic eſt in contrahendo, & contra prædictum aſſumptum facit, quia filiusfam. in bonis aduentitijs, in quib. patri non acquiritur vſusfr. poteſt contrahere, & eſſe in iudicio. c. fi. in fi. de iud. in 6. l. fi. §. filius autem. C. de bon. quæ lib. & tamen non poteſt teſtari. l. pen. ſ. eo. Iſto modo habes defenſatam rationem glo. & mundatam ab omnib. ſpinis. ¶ Vltra glo. adde, ꝙ aliam rationem diuerſitatis aſſignat Iac. de Are. vt refert Cyn. hic, eo quia actus teſtandi eſt ſolennior, quàm dona. cauſa mor. ſed hæc ratio eſt falſa, quia ea attenta ſequeretur, ꝙ poſſet facere legata, & codicillos cum conſenſu patris, contra l. 2. ff. de leg. 1. & glo. & Bar. in d. l. tam is. §. 1. ¶ Quartam rationem latè proſequitur Ful. hic, ſed in effectu vult dicere, quia teſtamenti factio eſt de iure ciuili, vt ſecundum eum probat tex. in l. 3. ff. de teſt. dum dicit teſtamentum eſt iuris publici. nam ſecundum eum intelligitur, id eſt, iuris ciuilis. probatur in l. qui teſtamento. §. ſeruus. ff. de teſt. cod. modo patria poteſtas eſt etiam de iure ciuili, quo attento, cũ perſona filij ſit diminuta, ideo teſtari non poteſt; ſed donatio cauſa mor. cenſetur contractus iuriſgen. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & de iure gen. patria poteſtas non eſt in conſideratione, imò illo iure filiusfam. eſt integra perſona, ideo poteſt quoſcuhq; contractus facere. Tamen hæc ratio eſt periculoſa, quia præſupponit teſtamenti factionem eſſe de iure ciuili, imò eſt de iure gen. ſecundum Bar. in l. interdum. vbi dixi. ff. de condi. indeb. quicquid teneat in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. vbi dixi. Duas alias rationes diuerſitatis aſſignat alibi Bal. in repe. l. 1. in 6. colum. C. de ſacroſan. eccle. in verſi. iuxta hoc quæro incidẽter, quare filiusfam. quas per teipſum videas, quia videntur p. ſuaſiuæ, ſed non vrgentes.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus non poteſt facere teſtamentum.*
2 *Adultus etiam habens curatorem poteſt facere teſtamentum.*
3 *Licèt adultus habens curatorem in vita non poſſit alienare res immobiles ſine auctoritate curatoris, & iudicis decreto, tamen poteſt in teſtamento dare licentiam executoribus ſuis alienandi res immobiles ſine curatore, & iudicis decreto.*

LEX IIII.

a SI frater. Pupillus[a] non poteſt teſtari, ſed bene adultus licèt malitia nõ ſuppleat ætatem, vel nondum ſit 25. ann. hoc dicit ſm intellectum gl. & Doct. Item eunuchus poteſt facere teſtamentum. hoc ſecundò. Et teſtamentum, in quo Imperator inſtitutus eſt hæres, poteſt mutari, & Imperator in teſtamenti factione tam actiuè quàm paſſiuè vtitur iure communi. hoc dicit cum ll. ſeq. vſq; ad l. hac conſultiſſima, & de materia. l. ſi quis Imperatorem, vide & ſequere diſtinctionem Bar. in

1 l. ꝙ principi. ff. de leg. 2. ¶† No. ex l. ſi frater, ꝙ pupillus non po-
b teſt [b] facere teſtamentum, vt hic, & iurib. in gl. alleg. & ſi fecerit teſtamentum, non reconualeſcit teſtamentum, quando poſtea eſt factus pubes. tex. eſt in §. præterea. inſti. quib. non eſt permiſ. fac. teſta. & l. 1. §. ſed ſi filiusfam. ff. de leg. 3. Iſtud procedit etiam ſi pupillus ſit miles. l. fi. ſ. de teſta. mili. Item non poteſt etiam cum auctoritate tutoris. l. 1. §. 1. ff. de tut. & ratio. diſt. & quia vltima voluntas non poteſt dependere ex alieno arbitrio, vt declaraui in l. præcedenti, & iſta eſt melior ratio, quam gl. hic, cum qua in effectu concordat ratio Bald. hic, qui dicit, ꝙ ratio eſt, quia nihil valet auctoritas, quę in id rps confertur, quo non erit tutor, cùm poſt mortem incipiat ſtatus vltimæ voluntatis, & iſtam rationem etiam ponit Bar. in repe. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. in 2. q. 1. q. prin. Imò plus (& bene ſigna) etiam ſi pupillus ſit doli capax, & ſit talis, ꝙ in eo malitia ſuppleat ætatẽ, adhuc non poteſt teſtari etiam cum auctoritate tuto. etiam ad pias cauſas. ita ſignanter decidit Bal. hic. & Lud. Rom. & ſequũtur Can. maximè Pet. de Anch. & Imo. in c. 2. de teſta. & Bar. in repe. l. 1. in 2. q. 1. partis prin. C. de ſacroſan. eccl. & ꝓpter hoc inanis eſt dubitatio Pau. de Caſt. hic, & in l. qua ætate. in prin. ff.
c de teſt. dum dubitat, an pupillus [c] doli capax, in quo malitia ſupplet ætatem, prout cõiter ſunt pueri Florentini, poſſit teſta-
2 ri ẽt ad non pias cauſas. ¶† Secundò no. [d] ꝙ adultus poteſt fa-
d cere teſtm̃. Intellige etiam ſi curatorem habeat, & curator ꝯdicat, ſm Bal. Ang. Sal. Fulg. & Pau. de Caſt. hic, per tex. in l. cùm pater. §. curatoris. ff. de leg. 2. & l. Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega. Nec ſibi competit reſtitutio in integ. aduerſus tale teſtamentum. Ratio, quia poteſt illud reuocare, ſecundum gl. in d. l. Aurelio. §. Caius. & Bar. in l. verba contraxerunt. per illum tex. ff. de verb. ſignifi. & in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. ſi tamen talis adultus dolo inductus fuerit, vt aliũ inſtitueret hęredẽ, ſuccurritur venientib. ab inteſt. per actionem de dolo. l. Lucius. ia 2. §. Sempronia. cum gl. in ver. actionem. ff. de leg. 2. ſm Bal. Fulg. & d. Alex. hic. facit tex. in l. eum. & ibi Ang. ad hoc no. ff. de inoffic. teſt. gl. & Cy. in l. quicquid. in ver. acquiſierint. C. arbitrium tute.
3 ¶† Et no. mirabile, ꝙ licèt adultus habens curatorẽ non poſſit in vita alienare res immobiles ſine auctoritate curatoris, & decreto iudicis. l. lex quę tutores. C. de adminiſt. tut. & l. magis puto. ff. de reb. eor. tĩ adultus in teſtõ põt dare licentiam executorib. ſuis alienandi res immobiles ſine curatore, & decreto iudi. ita concludit Bal. in l. prædium. C. quando decreto opus non eſt, & ibi dicit hunc paſſum non eſſe ab alijs tactũ, ſed adde, ꝙ idem tenet Bal. in l. 1. in prin. ff. de reb. eor. quod bene not. pro limitatione iurium præalleg. Iaſon Piſis.

ADDITIONES.

a ¶Pupillus. Et quid de maiore habetis ingenij. Pau. de Caſt. hic. Deci. in conſi. 112. in rub. & c. paſtoralis. col. pen. de iudi. in l. humanitatis. ſ. de impub. col. 1. Diſtinguit Alcia. in l. 1. §. 1. de verb. obl. char. 7. ver. ſecunda conclu. PVRP.
b ¶Non poteſt. Adde Spec. in tit. de pigno. in §. 2. in ver. verum.
c ¶Pupillus. Adde Bar. & Pau. de Caſt. in l. 1. §. 1. de leg. 3. Bar. in l. 1. §. exigit. de bon. poſ. ſecundum tab.
* Et vide Dilect. de arte teſt. tit. 1. caut. 5. vbi docet quib. remedijs pupil. poſſit diſponere de bonis ſuis in euentum mortis ſuæ. Clar. §. teſtamentum. quęſt. 5. verſi. hinc infertur. eundem Iaſ. in l. licèt. nu. 5. ſ. de milit. teſta. Capram inter com. opi. ver. pupillus, vbi quid in terminis ſtatuta ſuper hoc diſponant. MASVER.
d Nota. Adde quod per iſtum tex. decidit Iaſ. in l. ex facto. col. 13. ff. de vulg. ꝙ fatuus poteſt facere teſtamentum, & Ang. & Io. Fab. in §. præterea. inſt. quib. non eſt permiſſum fac. teſt. & vide eundem Iaſ. in l. furioſum. infra. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *In teſtamento cæci requiruntur ſpecialiter quatuor ſolennitates vltra requiſitas in teſtamento aliorum.*
2 *Si in inſtrumento reperiatur, ꝙ pater primò donauit, & poſtea emancipauit, quod iſtorum dicatur præceſſiſſe.*
3 *In dubijs opi. Docto. tenenda eſt illa, quæ fauet teſtamento.*
4 *An cæcus poſſit facere teſtamentum inter liberos cum duobus teſtibus.*
5 *Quod non poteſt fieri per pactum, non poteſt etiam fieri per ſtatutum, vel conſuetudinem.*
6 *Si per ſtatutum fieret ſimpliciter immutatio circa formam teſtandi, non intelligitur immutatum de teſtamento cæci.*
7 *Cæcus poteſt facere omnes contractus inter viuos.*
8 *Qualiter poterit probari quem eſſe cæcum, quando habet oculos claros in capite, remiſſiuè.*
9 *Lex noſtra procedit, ſiue quis à natiuitate ſit cæcus vtroque lumine, ſiue ex accidenti fuerit excæcatus.*
10 *An ſolennitates requiſitæ in teſtamento cæci ſint neceſſariæ, ſi velit facere codicillos.*
11 *Rei ſatis demonſtratæ fruſtrà aliquid adijcitur.*
12 *Demonſtratio facta per nomen valde ſingulare, ſufficit, niſi aliud requireret ſtatutum.*

Source : BIU Cujas

Ias. super Secunda Codicis.

LEX VIII.

Hac consultissima. Cæci vtroq; luminæ carentes à natura, vel accidenti, possunt condere testamentum per nuncupationem, seruatis solennitatibus, de quibus in hac l. hoc dicit. Diuide istam l. in septem partes, vt per Cy. & Alb. hic. ¶ Et dicit Bar. q̃ ista l. est multum tenenda menti, & ex ea poteris magnum honorem consequi, quia sæpè homines excæcati faciunt testamentum sc̃dm formam iuris communis, q̃ erit nullum per hanc. l. ideo ne erres in practica, aduerte quicquid dicant Ang. Bald. & Pau. de Cast. hic, q̃ vltrà solennitates, quæ de iure communi requiruntur in testamentis aliorum, considera, q̃ quatuor specialiter requirũtur in testõ cæci, quæ in aliorum testamentis non requiruntur.

1 ¶† Primò requiritur, q̃ cæcus conuocatis septem testib. & notario dicat se velle testari sine scriptis, & debet ista verba ante omnia proferre, vel similia, & hoc est speciale in cæco, f̃m Cy. Ray. Bar. Fulg & Pau. de Cast. hic, & d. Bar. Vero. in cau. 127. secus in testamentis aliorum. l. in testamentis. ff. titu. 1. & tangitur hic in gl. 2. licèt Sal. hic teneat, q̃ in hoc ista l. sit correcta per d. l. in testamentis, quæ est posterior, vt ex ordine deph̃endi põt Sed credo, q̃ malè dicat, quia cùm istę. ll. sint sub diuersis titulis, non sequitur, ista l. est in posteriori titulo, ergo est posterius facta, f̃m gl. s̃. in proę. C. in ver. primordio. cum concord. Præterea dato, q̃ illa lex esset posterior, & gñaliter loquatur, tñ non corrigeret istam. l. ponentem casum specialẽ in cæco, iuxtà gl. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisda. cog. tamen credo, put dicit. d. Alex. hic, q̃ ista sit leuis solennitas, cuius omissio non vitiaret testamentum cæci, vt patebit ex his, quæ dicam in seq. no. ¶ Secundò requiritur, (& istud est plus, q̃ sit in hac l.) q̃ notarius se subscribat huic testõ, & vltra notarium etiam testes quilibet de per se debent se subscribere manu propria, & istud non seruatur in alio testõ, quàm cæci nuncupatiuo, aliàs regulariter vbi notarius rogatur de actu, nõ requiritur subscriptio testium, satis est, q̃ notarius se subscribat. l. in donationib. & ibi gl. & Bal. C. de dona. & gl. in §. si verò absunt. in Auth. de instrumentorum cautela, & fide. & gl. no. in l. generali. C. de tab. lib. 10. Cano. in c. cùm Io. de fide instru. ¶ Tertiò specialiter requiritur, q̃ in locum notarij, qui non reperitur, adhibeatur octauus testis, qui sciat scribere. ¶ Quartò videtur requirere text. q̃ nomina hæredis, vel hęred um debeant in prin. ante alia legata, vel fideicom. describi, licèt in testīs aliorum non sit vis. §. ante hæredis Insti. de leg. & l. ambiguitates. ff. de test. & q̃ istud quartum requiratur in testõ cæci, aliàs testm annullatur, tenent Cy. Ricar. Bar. Alb. & Fulg. hic, Ang de Are. in d. §. ante hęredis, & in §. cæcus. Insti. quib. non est permiss. fac. testa. & d. Bar. Vero. in cau. 127. & Nicol. de Neap. vt refert Bal. hic in 3. col. & ponderat tex. in ver. ex ordine. Tu melius pondera istum text. circa fi. ibi, *ante latæ formæ*. Contrarium latè tenet Bal. hic, quem sequuntur Pau. de Cast. Ludo. Roma. & d. Alex. hic. motus præcipuè, q̃ ista dicitur leuis solennitas, ergo eius omissio nõ vitiat actũ. l. 1. §. fin. ff. de ven. inspi. q̃ autem sit leuis solennitas, probat no. Bal. q̃ illa dr̃ leuis solennitas, quæ non est ratione munita, & istud multum notat, & sequitur d. Alex. in consi. 4. in 2. vol. incip. viso, & considerato themate. s̃. scripto. in vlt. col. ¶ Ego ẽt teneo istam secundam partem contra Bald. & sequaces. & ita aliàs de facto consului in ciuitate Cremonę, motus præcipuè authoritate Spec. qui est pater practicæ, vbi ponens formam testamenti condendi à cæco, incipit à legatis, & fideicom. & vlt. loco ponit hæredes. ita Spec. vbi videas practicam huius legis, in tit. de instr. edi. §. vt autem. ver. illud quoq; non est ignorandum. aliàs inci. commodiosè. Secundò motus sum, quia omissio leuis solennitatis non vitiat actum, q̃ autem ista sit leuis solennitas, vltra Bal. hic patet ex doctrina Bar. post Old. in l. 1. §. si plures. in 4. q. ff. de exerci. & in l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transa. vbi dicit, q̃ illa est leuis solennitas, cuius omissio facti substantiam non mutat. Alibi dicunt Bart. & Ang. in l. fi. §. si verò postquam. ff. de iur. delib. q̃ illa dicitur modica, vel leuis solennitas, & non est substãtialis, cuius omissio est modici, vel nullius præiudicij, prout est in casu nostro. Tertiò multum mouet me iste tex. in fin. vbi ponitur ratio, quare istæ formæ sint adinuentæ in testamento cæci, scilicet, propter falsitates euitandas, sed falsitas non potest committi, dato, quòd nomina hæredis scribantur in fine magis, quàm in princip. testamenti. Quartò mouebat me text. in d. §. ante hæredis. in versicu. hoc vitium emendauimus. nam si illud vitiosum est, quomodo Imperator istud adinuenisset in testamento cæci, contra l. altius. ff. si ser. ui. ven & l.

2 2. §. fin. in fin. C. de iuram. calum. † Quintò facit, quod notabiliter determinant Cyn. Bald. & Ange. in l. cùm in testamento. §. hæc verba. per illum text. ff. de hære. institu. pone, quòd in instrumento emancipationis inuenitur, quòd pater primo donauit, postea emancipauit, quod istorum dicatur præcessisse? & intellige, quando in donatione non interuenit traditio, & sic non potuit confirmari donatio emancipatione, sicut nec morte. iuxta glo. in l. Papinianus. ff. de dona. inter vir. & vxor. & in l. 2. C. de inoffic. dona. Breuiter determinant præfati Doct. quòd licèt penes ordinem scripturæ instrumenti præcedat donatio, & postea emancipatio, tamen fingitur illum actum præcessisse, qui facit actum valere, & sic emancipationem præcessisse, quod Bald. ibi reputat not. dignum, & tenendum menti perpetuò, sequitur Alex. in consi. 81. in 3. volum. lecto, & discusso laborioso processu. in 5. colum. & in l. diuortio. in princ. in 4. col. ad fin. ff. solu. matrimo. vbi dicit, quòd est menti commend. quia non meminit alibi ita in terminis legisse. Facit glo. not. in l. vt iurisiurandi. in princip. & ibi pulchrè Barto. ff. de oper. lib. Ita in proposito non attento ordine scripturę debet censeri institutio præcessisse. Sextò facit doctrina Barto. & Docto. in l. 2. §. prius. ad fin. ff. de vulg. & pupil. cum concor. per Bal. in l. præposteri. ĩ. de test. Vlti. multum adiuuat istam opin. † quia in dubijs opin. Doct. tenenda est illa, quæ fauet testamento. l. si pars. ff. de inoffi. test. ad hoc vt testamenta valeant, & non pereant.

3 ¶ Quintò iste tex. videtur requirere, q̃ istud testamentum quãuis nuncupatiuum, de necessitate fiat in scriptis per notarium si reperitur, alias per octauum testem. de quo dic, vt in glo. 1.

4 ¶† Sed pone, q̃ pater a sit cæcus, & faciat testamentum inter a liberos, nunquid teneatur seruare formam huius legis, an verò possit facere testamentum inter liberos cum duobus testibus, iuxta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. ĩ. tit. 1. & l. fi. s̃. fac. ercis. per quos tex. Mar. de Fan. qui disputauit hunc passum, arguebat, quod sic. In contrarium mouebatur, quia illæ sunt leges generales in quocunque patre, ista autem est specialis in testamento cæci, ergo generi per speciem derogatut. l. sanctio legum. ff. de pœn. nec aliquid determinauit, & ita simpliciter refert Albe. hic, qui etiam nihil decidit. sed Barto. hic in 2. col. tenuit, q̃ imò pater cæcus si faciat testamentũ inter liberos, possit testari cum duobus testibus tantùm absque alia forma. d. §. ex imperfecto. eo quia secundum Bald. non est verum, q̃ illa sit generalis, ista specialis, imò secundum eum ambæ sunt speciales, sed inter species illa derogat alteri, quæ est specialior. secundum Bar. & not. multum hæc verba Bal. qui subdit, illa dispositio dicitur magis specialis, cuius ratio est magis fauorabilis, & ad hoc aliqua pulchra addidi in l. si Ruffinus. s̃. de test. milit. sed ratio. l. nostræ est, ne falsitas committatur, vt dicit tex. hic in fi. Ratio autem. d. §. ex imperfecto. est, quia filij omnino ab intest. succederent, & sic quando pater testatur inter filios, dato q̃ sit cæcus, cessat timor falsitatis, cùm deberent succedere ab intesta. Item fauor liberorum, qui est de iure naturali, & fundatur in veritate, & æquitate scripturæ, sed metus ne falsum committatur, fundatur in fictione, & magis in rigore q̃ in æquitate, ergo dispositio. d. §. ex imperfecto. tanquam magis fauorabilis est attendenda. Et istam opin. sequuntur Ang Saly. Paul. de Cast. & dom. Alexan. hic. pro ista opin. addit Paul. de Cast. rationem, quæ in effectu est Bald. vt prædixi, quòd quando testatur inter liberos, cessat suspicio falsitatis, propter quam fuit inuenta solennitas huius l. quia etiam si non feciset testamentum, liberi essent ab intest. habituri. nec curandum est secundum eum, an eos instituat æqualiter, vel inæqualiter, postquam non immiscet extraneos. arg. l. 2. de secund. nup. sed certè data magna inæqualitate militaret ratio suspicionis in eis, imò maior, quàm in alijs. arg. l. 1. C. de don. iuncta. l. cùm oportet. in prin. ĩ. de bon. quæ lib. contrarium tenet Raph. Fulg. hic dicens, q̃ re integra consuleret cæco testanti etiam inter liberos, q̃ seruaret formam. l. nostræ. sed si testamentum feciset secundum d. §. ex imperfecto, & iam esset mortuus, dicit Fulg. quòd licèt auctoritas Bald. sit magna, tamen non sic iudicaret. Motus, quia d. §. ex imperfecto. non potest loqui in testamento cæci, quod probat sic, nam in §. ex imperfecto. ponitur exceptio à prin. illius legis, sed principium illius l. loquitur in testamento in scriptis, ergo etiam. §. ex imperfecto loquitur in testamento in scriptis, aliàs non esset bona exceptio, sed sic est, q̃ cęcus non potest condere testamentum in scriptis, sed nuncupatiuũ, vt hoc tex. Sed istud nihil obstat pp̃ tex. in l. fi. C. fam. ercis.

vbi

ADDITIO.

a ¶ Quod pater. Pro limitatione vide Soc. consi. 162. non fuisset opus. Cor. lib. 3. consi. 85. quamuis. col. 1. & fi.

* Et quo remedio sustineatur vlt. voluntas cæci, nou seruata forma, quæ seruari debet in testamento cæci, vide Dilect. de arte test. tit. 1. caut. 8.

Source : BIU Cujas

vbi ceſſat inductio ſui. Item, quia §. ex imperfecto. loquitur tam in teſtamento cum ſcriptis, quàm ſine ſcriptis, vt ibi tenet glo. 1. & loquendo de vtroque erit bona exceptio. Secundò mouetur Fulg. quia in hac l. poſita forma teſtĩ cæci, non ſubijcitur iſta exceptio, videlicet niſi teſterur inter liberos, ſicut fit in l. hac conſultiſſima. ĩ. tit. 1. vbi poſita forma, quæ de iure communi requiritur in teſtõ, ponitur exceptio in d. §. ex imperfecto. Ludo. Rom. hic etiam tenet ꝺ Bal. & ſequaces, motus, qa iſta lex eſt magis ſpecialis, quàm ſit d. §. ex imperfecto, ꝙ probat ſubtiliter ſic. Nã illud dicitur minus ſpeciale, ꝙ habet pauciora indiuidua ſub ſe, ſed plures reperiuntur patres teſtantes inter liberos, quàm reperiantur homines cæci, ergo illa ceſſetur gñalior, quàm iſta. Subdit tñ Ludo. Roma. ꝙ in iudicando ſequenda eſſet opi. Bal. quia non habet ꝺicentem, & quia in dubijs eſt iudicandum pro teſtõ l. ſi pars. ff. de inoff. teſt. & c. fi. de re iud. Tu aduerte, ſi conſideras perſonas teſtantium actiuè, fateor, ꝙ illo reſpectu illa eſt gñalior iſta, quia plures reperiuntur patres teſtantes inter liberos, q̃ cæci. Sed ſi conſideras perſonas hęredum, illa eſt ſpecialior iſta, quia ille. §. non habet locũ, niſi q̃n filij inſtituuntur hẽdes: ſed iſta lex gñaliter ꝓcedit, quicunq; hæres inſtituatur à cæco, & ad hoc vltimum Bal. habuit reſpectum, ꝙ ſi cæcus non faciat teſtm̃ inſtituendo extraneos, ſed inter ſolos liberos, & ſic habito reſpectu ad hæredes, illa ſit ſpecialior iſta, & ſic teneas primam opin. Bald. & ſequacium, quam tenet Ang. de Are. in §. cæcus. Inſtit. eo. Pro qua facit vt dicit Ludo. Roma. quia in dubijs opin. tenenda eſt illa, quæ fauet teſtamento. d. l. ſi pars. ff. de inoffic. teſt. & c. fin. de re iud. tñ pro opin. Fulg. & *Ludo. Roma. contra communem pondera*, ꝙ text. in d. §. ex imperfecto. & melius in l. fin. C. fam. ercis. dum dicit, ꝙ parens ſine ſolennitate poteſt condere vltimam voluntatem inter liberos, diſponit circa ſolennitatem requiſitam in actu illam remittendo, ergo non intelligitur de ſolennitate reſpiciente perſonam ipſius teſtatoris, arg. eius, ꝙ vult gl. reputata ſing. in cle. 1 in fi. de ſequeſtra. poſ. & fruc. de qua latè per Imol. & Mod. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de oper. nou. nunc. Confirmatur, quia diſpenſatio facta circa vnum defectum, nõ porrigitur ad alium. l. cùm propter, & ibi ita no. Bar. iuncta l. precedenti. ff. de leg. præſta. Item adde, ꝙ iſtam eandem opin. contra Bal. tenet Raph. Cum. in conſi. 113. incip. ſi teſtator fecit primũ teſtm̃. Mouetur per tex. in §. cæcus. Inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſt. vbi dicitur, ꝙ cæcus non poteſt facere teſtm̃, niſi per obſeruationem huius legis, & ſic negat abſolutè poten. facta vna tm̃ exceptione. ideo generaliter debet intelligi. l. de pretio. ff. de pub. in rem act. Secundò mouetur, quia tex. in d. l. hac cõſultiſſima. ĩ. tit. 1. loquitur in prin. in non cæco, & etiam in §. fin. ergo ſimiliter debet intelligi. §. ex imperfecto. qui eſt medius, in non cæco, quia præcedentia, & ſequentia declarat medium. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. Item cum ibi ponatur exceptio à prin. illius. l. ergo ad hoc vt exceptio ſit bona, debet intelligi, vt ſit de contentis ſub regula. l. nam ꝙ liquidæ. §. fi. ff. de pecu. leg. per Dyn. in rub. de regu. iur. Tertiò principaliter mouetur, quia ſicut teſtm̃ cæci eſt ſeparatum, & diuerſum à teſtõ aliorũ facto de iure communi, ita pariter debet eſſe ſeparatum, & diuerſum à teſtõ facto iure ſpeciali, cùm non ſit ratio dr̃ię, & per hoc dicit tolli rationem Bal. quia imò d. l. eſt generalior, quàm iſta, quæ eſt ſpecialis, & loquitur in cæco, & ſic derogat generi. ¶ Tu circa iſtam rationem tertiam, quia in alijs facilis eſt rñſio, conſidera tenendo communem opinionem, ꝙ Imperator in teſtõ cæci circa numerum teſtium nihil de nouo inducit, ſed vult, ꝙ id obſeruetur, ꝙ in alijs teſtamentis, dum dicit iſta. l. in prin. ibi, præſentib. ſeptem teſtib. quos alijs quoq; teſtamentis intereſſe iuris eſt, ſed ſolùm, ꝙ adderetur tabellio, vel eius loco alius teſtis, & ſic vult text. ꝙ in teſtamento cæci ſufficerent tot teſtes, qui ſufficerent in alio teſtõ non cæci, dum vltra adſit tabellio, vel alius teſtis. ergo cùm in teſtamento patris inter liberos ſufficiant duo teſtes. d. §. ex imperfecto, videtur, ꝙ cęcus inter liberos poſſit coram duob. teſtib. teſtari, dummodo addat tabellionem, vel eius loco alium teſtem, & alia obſeruet, de quib. in hac l. & iſta poteſt eſſe tertia opinio principalis in præſenti artic. ¶ Retenta communi opin. habes primam limitationem ad hanc l. vt non procedat in teſtamento patris cæci teſtantis inter liberos, vbi duo teſtes ſufficiunt abſque alia ſolennitate, & eſt magna limitatio ad hanc l. ¶ Secundò limita iſtam l non procedere in teſtamento cæci condito ad pias cauſas, quando relinqueret pijs, & venerabilibus locis, in quib. ceſſat ſuſpicio falſitatis, ſecus ſi alijs priuatis perſonis pauperibus, quæ propter egeſtatem ad delicta declinant, ita limitat ſingu. Ange. hic in lect. Petru. ſed dom. Alexan. generaliter tenet, ꝙ iſta lex non habeat locum in teſtamento cæci ad pias cauſas, qualeſcunque perſonæ inſtituantur, cùm in eis non attendatur ꝓhibitio iuris ciuilis, ſed obſeruetur iuſgen. c. cùm eſſes, & c. relatum. el 1. de teſta. ¶ Tertiò limita, quando per ſtatutum ſublata eſſet forma huius legis, quia cùm iſta forma ſit poſitiua, & iuris ciuilis, poteſt tolli per ſtatutum, & conſuetudinem. Ita Petr. de Anch. in c. 2. de teſta. & dom. Alex. hic, moti ex doctrina Barto. in l. ſi quæramus. ff. de teſt. in contrarium videretur facere: nam illud, † quod non poteſt fieri per pactum, non poteſt etiam fieri per ſtatutum, vel conſuetudinem, quando per pactum fieri non poteſt, eo quia ſit contra bonos mores, vt quia ſit nutritiuum alicuius falſitatis, tunc etiam fieri non poteſt per ſtatutum, vel conſuetudinem. iſta eſt doctrina Bar. approbata in l. omnes populi. in 3. quæſt. 3. quæſt. princ. ff. de iuſt. & iur. ſed diſpoſitio huius l. eſt propter falſitatem euitandam, vt dicit tex. in fin. ſicut ergo contrarium non poſſet induci per pactum, ita nec per ſtatutum. Sed collige reſponſum ex his, quæ dixi in l. 1. ſ̃. de ſum. Trinit. reſponſionem habes per Bart. ibi. ¶ † No. tamen, ꝙ ſi per ſtatutum ſimpliciter fieret immutatio circa formam teſtandi, non intelligeretur immutatum de teſtamento cæci, niſi ſpecialis mentio fieret, quia per. ll. generales nunquam intelligitur derogatum legi ponenti caſum ſpecialem, ſecundum glo. in d. l. ſciendum. in princ. & ita in ſpecie Bal. Imol. & Raph. in d. l. ſi quæramus, & Pet. de Anch. & Imo. in d. c. 2. & dom. Alex. hic. ¶ † Adde, ꝙ licèt cæcus non poſſit teſtari, nec vltimam voluntatem condere, niſi ſecundum formam huius l. tamen poteſt donare inter viuos, & omnes contractus facere, ſicut quilibet alius, ſaluo, ꝙ non poteſt eſſe aduocatus. l. 1. §. caſum. ff. de poſtu. Ita declarat dom. Alex. in conſi. 12. incip. viſo inſtrumento donationis. in 2. colum. ¶ † Qualiter autem poterit probari aliquem eſſe cæcum, quando habet oculos in capite claros, declarat Barto. in l. 2. ff. de bon. poſ. quæ fur. infan. per Imo. in l. 1. §. fi. de verb. oblig. ¶ † Secundò principaliter not. ex tex. ibi, [ſeu morbo, vel ita nati,] quod diſpoſitio huius l. habet locum ſiue quis natiuitate ſit cæcus vtroque lumine, ſiue per infirmitatem ex accidenti fuerit excęcatus. ¶ Quid autem ſit, ſi propter delictum commiſſum fuerit excecatus vtroque lumine an poterit teſtari ſecundum formam huius l? Reſponde, ꝙ ſi fuit delictum graue, tunc abſq; eo, ꝙ fuiſſet cæcus, efficitur inteſtabilis, ſecus ſi commiſit furtum, vel aliud delictum, propter quod non venit pœna vitæ, neque libertatis, neque amiſſio ciuitatis, l. eius qui. §. fin. & l. is qui. §. fin. vbi Barto. ff. de teſta. quia quamuis vltimo caſu efficiatur infamis damnatus, tamen infamis poteſt facere teſtamentum. l. 1. vbi videas Bal. notabiliter in 2. colum. C. de ſecund. nup. & Bal. in l. fi. C. ſi à non compe. iud. fue. appel. niſi fuerit talis infamia, quæ reddat eum inteſtabilem. tex. eſt in l. is cui. §. fina. vbi Bart. ff. de teſt. ita in propoſito noſtro de excæcato vtroque lumine propter delictum commiſſum, determinant Spec. in tit. de inſtru. edi. §. compendioſè. verſic. quid de exoculatis, & Ricard. Ma'umb. & Albe. hic. ¶ Tertiò principaliter no. ex ſecunda parte tex. in ver. quæ & in eundem modum. quod ſi cæcus vult codicillos facere, & non teſtamenta, in eundem modum debet facere. Pro clara intelligentia huius verſi. † quæro, pone, quòd cæcus [a] vult facere codicillos, nunquid debeant interuenire ſeptem teſtes, & notarius, vel ſi notarius non reperiatur, debeant interuenire octo teſtes, ſicut ſi teſtaretur? Glo. hic, in ver. codicillis. ponit duas opi. Primam opinionem, ꝙ in codicillis requirantur octo teſtes, vel ſeptem cum notario, tenent Iaco. Butr. Bald. Ange. Fulgo. Ludo. Roma. & dom. Alexan. hic per iſtum text. qui dicit, quæ in eundem modum erunt ſeruanda. Contrariam opin. & ſic ſecundum glo. tenet Salyc. & Pau. de Caſt. hic per iſtum text. in verſi. quæ in codicillis habentur congrua. ſed congrua ordinatio in codicillis eſt quinque teſtium. l. l. fin. ĩ. de codicil. ad hoc reſpondet dom. Alexan. quòd text. qui dicit, quæ in codicillis habeantur congrua. habuit reſpectum ad hæredis inſtitutionem, quę non eſt congrua in codicillis, ſed dom. Alexan. non bene inſpexit text. qui de hærede expreſsè dicit, ibi, [quamuis non hæredes inſtituere, &c.] Pro iſta ſecunda opinione multum mouet me, quia ſequeretur magnum abſurdum, quòd Imperator maiorem ſolennitatem induxiſſet in codicillis cæci, vbi tractatur de minori præiudicio, quàm in teſtamento. patet, quia in teſtamento cæci quantum ad teſtes vltra ius commune non addidit, niſi quòd adhibeatur vnus teſtis, vel notarius. ſed ſi idem requireretur in codicillis, maiorem ſolennitatem induxiſſet, quia cùm in codicillis ſolùm quinq; requirantur, eſſent adiuncti illi tres. & ad hoc confirmandum conſidera doctrinam Barto. approbatam per omnes in caſu contrario in l. 2. ff. de leg. 1. vbi dicit, pone, quòd fiat ſtatutum, quòd in teſtamentis quinq; teſtes ſufficiant, nunquid

virtute

ADDITIO.

a ¶ Quod cæcus. Adde Doct. in c. cùm eſſes. de teſt.

Source : BIU Cujas

virtute iſtius ſtatuti intelligantur diminuti teſtes in codicillis, vt tres ſufficiant; dicit, q̃ non. Ita è contrario in caſu noſtro ſtatutum augens numerum teſtium in teſtamento, debet intelligi, q̃ augeat etiam in codicillis tantundem numerum. Tertio mouet me, (& hic facio capitale) quia ſi in codicillis cæci tanta ſolennitas, & idem modus requireretur, prout in teſtamento, certè cæcus poſſet inſtituere heredem directò in codicillis, contra hunc tex. quia ſi diceret ſe facere codicillum, non eſſet codicillus, ſed teſtamentum, quia tunc non eſſet differentia niſi in nomine, ſed non in forma. l. teſtamentum. §. nō ideo. vbi notant ad hoc Bal. & Sal. j̃. tit. 1. dicā in l. nō codicillū. j̃. tit. 1.

¶ Breuiter quicquid alij teneant in hoc, ego puto, q̃ alia ſit mens, & ſenſus iſtius verſi. dum dicit, *quæ & in eundem modum erunt ſeruanda, quando cæcus codicillos facit.* nam non intelligo, q̃ debeant interuenire. 7. teſtes prout in teſtamento, ſed pondero q̃ tex. in hac l. in teſtamento cæci circa numerum teſtium nihil de nouo induxit, ſed voluit q̃ tot teſtes ſufficerent in teſtamento cæci, prout in teſtamento non cæci. iſtud clarè dicit tex. in princip. dum dicit, præſentibus ſeptem teſtibus, quos alijs quoque teſtamentis intereſſe iuris eſt, poſtea ſubdit, tabulario etiam, ecce q̃ in teſtamento cæci vltra ius commune addit tabularium, nunc in iſto verſi. dicit, quæ in eundem modū erunt obſeruanda, ſcilicet quinq; adhibitis his, quæ ſunt congrua in codicillis, & ſic adhibitis quinque teſtib. qui requiruntur de iure communi, debet addere tabularium, & ſic teneo, q̃ in codicillis cæci vltra quinq; teſtes requiſitos à iure communi, debeat etiam interuenire tabellio, ſicut in teſtamento vltra ſeptem teſtes requiſitos à iure communi, debet etiam interuenire tabellio. Item ſicut in teſtamento debent omnia clarè exprimi, poſtea notarius, & etiam teſtes debent ſe ſubſcribere, ita etiam in iſtis codicillis, & teſtes, & notarius debent ſe ſubſcribere, & iſta etiam bene ſunt ſpecialia in codicillis cæci, & iſtud vult dicere text. ibi, [quæ in eundem modum ſunt obſeruanda,] iunctis illis verbis, *quæ in codicillis habentur congrua*, non autem voluit dicere, q̃ requirantur. 8. teſtes, ſicut in teſtamento, & iſte eſt verus ſenſus huius verſ. & ſic non adhæreo in totum primæ, vel ſecundæ opin.

¶ Quartò principaliter no. ex ver. at cùm humana fragilitas aliam formam teſtandi faciliorem, quàm ſit iſta. Declara quia Imperator in principio dixerat, q̃ cæcus conuocatis teſtibus, & notario debeat omnia palàm dicere, & poſtea dixerat, quibus omnibus ex ordine vno eodemq; loco, & tempore factis, & ſic vult q̃ cæcus debeat de omnibus bonis tunc ſimul diſponere, certè iſtud in multis non poſſet obſeruari. Pone, q̃ ſit cæcus multum diues, habens bona in multis locis, & eo ipſo q̃ venit ad teſtandum, cogitat de morte, & eius recordatione turbatur, nec poſſet de omnibus vna die recordari, quomodo poterit expedire ſe vno contextu? dicit Imperator, q̃ debet facere ſicut faciunt alij, quia per aliquos dies ante debet bene cogitare ſuper factis ſuis, & vocare vnum ſcriptorem, & facere ſcribi quicquid vult per multos dies, deinde conuocare notarium, & ſeptem teſtes, & facere exhiberi illam ſcripturam, & ſeruare formam de qua hic, & iſte eſt proprius ſenſus huius l. licèt Ang. in vtraque lectu. dicat ſe dare nouum intellectum ad iſtum verſ. at cùm humana. quem ſecundum eum maiores noſtri non conſiderauerunt, ſcilicet, q̃ iſte verſ. reſtringatur, quando cæcus laborat in extremis, & licèt ipſe non dicat, certè etiam Odofred. ita intelligit iſtum text. & malè, vt ex prædictis patet. & reprehendunt in ſpecie Saly. & dom. Fran. de Are. & d. Alex. hic, & glo. met in verſ. at cùm humana. facit text. in §. illud. in Auth. de trien. & ſemiſ.

¶ Glo. 1. clara eſt, quam videas per te.

¶ Glo. in verſ. indicia. not. iſtam glo. iuncto text. ad duo, quæ bene ſignabis, & tenebis menti. Primum eſt, quòd licèt in teſtamento cæci requiratur, quòd exprimantur nomina hæredum, dignitates, & alia indicia, tamen vbi adeſſet vnū nomen valdè ſingulare, quod alteri non congrueret, ſufficeret
11 illud ſolùm ponere, † eo quia rei ſatis demonſtratæ fruſtrà aliquid adijcitur, l. 1. in fi. ff. de dote præleg. & l. 1. in fi. ff. de actio. empti. & ita iſtam gloſſ. pro no. alleg. Barto. in l. libellorum. in princ. in 2. & vltim. colum. ff. de accuſ. & in l. demonſtratio falſa. in princip. in 7. quæſt. ff. de condi. & demonſtra. facit l. cùm ſeruo. §. fin. & ibi Bart. ff. de contrahen. emp. ad hoc vide multa ſimilia per dom. Alex. hic.

¶ Secundò vltra Docto. pondera iſtam gloſſ. iuncto text. ad vnum, quod non inuenio ab alio
* ponderatum, ſcilicet ad confundendum vnam limita. *quæ com-*
12 *muniter tenetur*, nam illud, quod dicitur, † quòd demonſtratio per nomen valdè ſingulare ſufficit, limitatur per Docto. niſi ſtatutum pro forma expreſsè requireret, quòd in inſtrumento debeat apponi nomen proprium contrahentium, & cognomen, item nomen patris, aliàs contractus ſit nullus, tunc dato, quòd nomen eſſet valdè ſingulare, vt Gallopreſſus, non ſufficeret, poſtquam ſtatutum ita requirit pro forma. ita tenet Lu-do. Roma hic, & dom. Alex. in 2. colum. & Bald. Ang. & Imo. in l. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de hære. inſtit. Pet. de Anch. in commento. ca. canonum ſtatuta. de conſti. in verſ. quæro etiam ſi ſtatuto caueatur, & ita expreſsè firmat dom. Alex. in conſi. 98. in 4. volum. incip. viſo, & conſiderato themate ſupraſcripto. in vlt. colum. nam ego pondero contra iſtam limit. eſſe hic de directo glo. iuncto text. *& iſta gl. approbatur per omnes hic*, quam ſic induco. nam in teſtamento cæci requiritur pro forma, q̃ exprimantur ſpecialiter nomina heredum, & dignitates, & ſingulorum indicia, quòd iſta requirantur pro forma, probat tex. circa fin. in verſi. antæ latæ formæ, & tamen licèt iſta l. requirat pro forma; tamen quando eſt nomen ſingu. ſufficit, vt hac gl. & eo ipſo, quòd lex requirit pro forma, dato, q̃ vltra non procedat annullando, tamen perinde eſt acſi vltra procederet annullando, dicit text. in l. non dubium. C. de legibus. Secundò in contrarium pondera. nam in criminalibus requiritur pro forma, & pro ſubſtantia libelli, q̃ in libello accuſatorio ponat̃ locus loci, vbi commiſſum eſt delictum, & ſi non inſeratur, lex procedit vltra annullando libellum. text. eſt in l. libellorum. in prin. iuncto ver. q̃ ſi libelli. ff. de accuſ tamen ſi locus commiſſi delicti ſit valdè inſignis, & notorius, puta palatium Poteſtatis, vel platea magna, ſufficit demonſtratio per ſolùm locum inſignem. Nec requiritur, q̃ apponatur locus loci, dato quòd lex requirat pro forma. ita tenet Bar. & alij poſt eum in præalleg. l. libellorum. ergo de directò contra prædictam communem limi. & iſta non ponderantur hic, nec in l. 1. ff. de lib. & poſthu. tamen ad ibi plenius dicta me remitto. Ad idem bene facit tex. in l. fi. §. fin. ff. mand.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus teſtari non poteſt etiam ad pias cauſas.*
2 *Quæ differentia ſit inter furioſum, & dementem, & fatuum.*
3 *Quando non apparet quo tempore furioſus fecerit teſtamentum, an tempore quo habebat dilucida interualla, an tempore furoris, quo tempore ſit iudicandum.*
4 *Furor non poteſt probari niſi per actus, & ſigna.*
5 *Teſtis, qui deponit de furore, qualiter debeat deponere.*
6 *Teſti deponenti de furore non creditur, niſi aſſignet rationem dicti ſui etiam ſi non interrogetur.*
7 *Delinquens, qui pœnam meretur, non eſt decapitandus, ſi poſt delictum efficiatur furioſus.*
8 *Furioſus æquiparatur mortuo.*
9 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus in iure expreſſis.*
10 *Si animal irrationale aſcendat ſuper mulierem, debet morte puniri, quamuis ſit irrationale.*
11 *Teſtamentum eſt actus indiuiduus.*

LEX IX.



Vrioſum. Furor impedit teſtamentum inchoari, & inchoatum perfici, & valet teſtamentum factum tempore, quo qs
1 habet dilucida interualla. hoc dicit.

¶† No. q̃ furioſus teſtari non poteſt. concord. l. qui in poteſtate. §. 1. ff. de teſta. & ratio eſt, quia ad hoc vt quis poſſit teſtari, requiritur, q̃ habeat ſanam mentem. l. ſenium. ſupra eo. quæ ſanitas non eſt in furioſo, quia furioſus habetur loco abſentis, & quieſcentis. l. 2. § furioſus. ff. de iure codi. Item habetur loco mortui, ſecundū Bal. in l. humanitatis in 8. colum. verſ. 4. differentia. j̃. de impub. & ali. ſubſtit. Alibi Barto. æquiparat furioſum dormienti, & vni lapidi in l. 1. §. per eum. ff. de acquiren. poſſ. Item furioſus eſt ſicut dormiens, dicit Bald. in l. ſancimus, in princip. C. ad Trebel.
a & in tantum prohibetur furioſus a teſtari, quòd etiam ad pias cauſas teſtari non poteſt, ſecundum Barto. in repet. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. in q. 1. 1. q. prin. imò per ſtatutum non poſſet induci, q̃ furioſus teſtari valeat, ſecundum Bart. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. Adde, q̃ idem eſt in demente, vel phrenetico, quia donec homines ſunt in phreneſi, nihil poſſunt teſtari, vel diſponere. ita dicit Barto. in l. 2. in 10 q. C. de reſcin. vend. Adde, quòd vult Bald. in l. humanitatis intuitu. C. de impub. & alijs ſubſtit.

vbi ponit

ADDITIO.

a ¶ Furioſus. Adde l. qui teſtamento. in §. nec furioſus. ff. eo. tit. Spe. de inſtru. edi. in §. 12. verſ. item verum, & tex. in c. vlt. & ibi Docto. de ſucce. ab inteſt.

* Et quo remedio vires habeat teſtamentum furioſi habentis dilucida interualla, vide Dilect. de arte teſt. titu. 8. caut. 6. quòd autem teſtari non poſſit etiam ad pias cauſas. communem dicit Suarez. lib. ſent. verſ. furioſus declara, vt per Capr. inter com. opin. verſ. furioſus. Clar. §. teſtamentum qu. 5. verſi. ſed an furioſus. vbi prædictam communem an probat. MASVER.

Source : BIU Cujas

vbi ponit, an phrenetico poſſit fieri ſubſtitutio exemplaris, ſi-
2 cut furioſo. ¶† Quæ autem ſit differẽtia inter furioſum, & dementem, dic, ꝙ propriè dicitur furioſus ille, qui eſt cum rabie furoris euidentis, ſed mentecaptus dr̃, cui mens, & conſilium deficit, tñ nullum furorem oſtendit. ita declarant Doct. præcipuè Bal. in l. ſi furioſi. C. de nup. & in l. humanitatis. in 3. col. ver. venio ad quartum notabile. ĩ. de impube. & alijs ſubſti. & in l. ſed & milites. §. iam autem. ff. de excuſ. tuto. d. Alex. in conſ. 54. in 1. vol. inci. ad quæſitum breuiter concludo. ¶ Limita primò niſi furioſus habeat dilucida interualla, quia in illis dilucidis interuallis poteſt teſtari, & aliam quamcunq; vltimam voluntatem condere, vt dicit tex. hic, & Spec. in tit. de inſtru. edi. §. cõpendiosè. verſ. verum. ſicut talis furioſus habens dilucida interualla poteſt in illis eſſe iudex, & iudicare. l. cum furioſus. ff. de iud. dicit tñ ibi gl. mirabilis, ꝙ licèt furioſus habens dilucida interualla poſſit eſſe iudex, & iudicare, tñ non poteſt eſſe arbiter, per rationem de qua per gl. & Bar. ibi dicit, ꝙ dictum gl. eſt valdè nouum, eſt verum ꝙ Ang. ibi, & alij Mod. reprobant illam gl. Item ſi pater filio furioſo fecerit exemplarem ſubſtitutionem, deinde furioſo ſuperueniant dilucida interualla, poteſt in illis dilucidis interuallis reuocare ſubſtitutionem, ſm Bald. in l. humanitatis. in 9. col. in 8. differentia, imò ſm Bal. ibi reuocatur ipſo iure, & an curator datus furioſo extinguatur, ſi ſuperueniant dilucida interualla, eſt tex. in l. 1. cum alijs. s̃. de cura. fur. ¶ Secundò limita, niſi quis fecerit teſtamentum, antequam effi
a ceretur furioſus, quia furor [a] poſtea ſuperueniens, teſtm̃ iam factum non annullat. tex. eſt in §. furioſi. inſti. eo. probat text. in l. 1. §. ſi quis autem. ff. de bon. poſ. ſecund. tab. & tex. in l. 2. vbi no.
b Mod. s̃. eo. & facit ratio, quia multa facta tenent, [b] quæ de nouo fieri nõ poſſent. l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. & c. ad apoſtolicam. de regu. ¶ Tertio ſingulariter limita
c iſtam. l. non procedere [c] in fatuo, quamuis fatuo ita dandus ſit curator ſicut furioſo, & dementi. l. 1. in fi. & l. 2. ff. de poſtul. ita ſingulariter determinat Io. Fab. in §. præterea. Inſti. eo. & ſequitur ibi Ang. de Are. licèt non referat Io. Fab. facit tex. in l. ſi frater. in ſecundo dicto, in ver. licèt vigoris nondum emerſiſſent veſtigia. s̃. eo. & ibi Pau. & d. Alex. notant ex illo text. ꝙ maior. 14. annis licèt habeat imbecillitatem ſenſus, tñ poteſt teſtari, quia imbecillitatem ſenſus in maiore. 14. annis lex non vr̃ conſiderare. Nec inuenio contradicentem in hoc, tñ non eſt ſine dubio, cùm parum diſcrepet à demente, nec ibi adſit ſanitas mentis. facit. l. fin. s̃. de teſt. mil. Item facit, quia glo. in d. l. 2. ff. de poſtul. exponit fatuum, ideſt mentecaptum, ſed mentecaptus non poteſt teſtari, vt s̃. dixi. Tñ tenendo opi. Ioan. Fab. & Ang. de Are ꝙ fatuus poſſit teſtari, non obſt. ꝙ s̃. dixi, ꝙ fatuo datur curator, ſicut & furioſo, quia rñde, ꝙ datio curatoris ſola non eſt, quæ impediat teſtamenti factionem, qñ non ſubeſt aliud impedimentum. patet, quia adultus hñs curatorem non per hoc impeditur teſtari. l. Aurelio. § Caius, vbi gl. & Bar. ff. de lib. lega. l. cùm pater. §. curatoris. ff. de lega. 2. & l. ſi frater. cum gl. s̃. eo. ¶ Quartò limita, niſi furioſus ritè, & rectè in omnib. & per omnia teſtatus eſſet, ſicut homo ſanæ mentis valet, non obſt. ꝙ eſſet furioſus. ita limitat Io. And. in c. fin. de ſucce. ab inteſt. referens. ita fuiſſe obſeruatum à Senatorib. Romanis, & ita refert dicere Valerium, ꝙ dictum refert, & commendat Bald. in c. 1. in princi. per quos fiat inueſt. & ſimpliciter ſequitur hic Ludo. Rom. & d. Alex. in 1. col. Confirmo per illud, ꝙ dicunt Canoniſtæ, ꝙ ſnĩa lata à furioſo, vel inſano valet, qñ ſententiauit eo modo, quo ſententiaſſet quilibet ſanæ mentis. Ita volunt Ioan. And. Pan. & alij in c. 3. de conſuetud. dum commendant ſnĩam illius Pariſienſis inſani. Ego dubito, quia ſi iſtę furioſus habebat dilucida interualla, poteſt procedere dictum Io. And. ſed ſi non habebat dilucida interualla, credo, ꝙ non valeat teſtamentum, & inuenio, ꝙ ipſemet Bal. in §. item furioſi. Inſtit. eo. ita tenet, vbi multa egregia in propoſito ſcribit, & dicit, ꝙ ſi furioſus non habens dilucida interualla, dato, ꝙ rectè, & ritè teſtatus ſit, ſicut quilibet ſapiens, imo plus dato, ꝙ notarius diceret, talis ſanus mente, tamen tale teſtamentum non valet.

3 ¶† Quid autem ſi non apparet, quo tempore furioſus fecerit teſtamentum, an tempore quo habebat dilucida interualla, an tempore furoris? licèt Bal. hic poſt Old. diſtinguat, ꝙ aut tps teſtamenti fuit vicinum furiori, aut remotum, *tamen hæc diſtinctio reprobatur per Ang. & omnes. Mod. hic.* ideo Bar. in l. 2. circa fi. ff. de bon. poſ. quæ infan. furio. tradidit in hoc doctrinam ſatis obſcuram, de cuius intellectu multum dubitatur in practica, & d. Alexan. hic, & in locis. ĩ. adducendis laborat in declarando. Tu dic, ꝙ intentio Bar. eſt iſta. Aut apparet, vel probatur aliquem fuiſſe furioſum non ſemper, ſed aliquo momento temporis, puta vna, vel duab. horis, vel vno die, vel duob. & tunc ex tali furore, qui non fuit ſucceſſiuus, nil probatur, & talis furor non attenditur. l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. Aut apparet aliquem habuiſſe furorem ſucceſſiuum, licèt aliquã interualla habuiſſet, & tunc quicquid egit, præſumitur feciſſe tempore furoris,
d prout tenet gl. [d] in c. fi. in verſ. compotem. quam omnes tenẽt de ſucce. ab inteſt. & gl. in c. indicas. 3. quęſt. 9. cum infinitis concordantijs traditis per d. Alex. Intellige, niſi ex qualitate actus, vel diſpoſitionis arguatur ſanitas mentis, vt quia fecerit actum conuenientem homini ſanę mentis, & iſtud vltimum tenet ẽt Bart. in tracta. de teſt. in c. ꝙ inci. oppoſita prudentiæ, tenent Ang. & Mod. Iſtud eſt, ꝙ vult ibi Bart. quem prolixius declarat Alex. hic, & in conſi. 141. incip. maturè. in 4. col. in 2. vol. & plenius, quàm alibi in conſi. 86. in 2. vol. ꝙ incip. viſo themate, & dubijs atteſtationib. per totum illud conſilium, & in conſi. 86. incip. viſis dubitationibus elegantiſſimè formatis. in 4. & 5. col. & vide per do. Fran. de Are. poſt Imol. & Paul. de Caſt. in l. qui teſtamento. § nec furioſus. de teſt. vbi d. Fran. de Are. etiam de-
4 clarat intentionem Bar. in d. l. 2. prout s̃. dixi. ¶† Verùm quia furor non poteſt probari niſi per actus, & ſigna, videndum eſt qualiter probetur quis furioſus, vel mentecaptus, aut demens, & ex quibus cognoſcatur, & de hoc habes tex. in l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edic. & Ang. dicit, ꝙ ille text. eſt melior tex. qui ſit in corpore iuris. Ita dicit Ang. hic, & in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matrimo. & in illo tex. dicitur furioſus, qui per vicos more inſanorum loquitur, vel deridendo vadit. Alibi, qui proijcit lapides per viam. text. in l. 2. C. de Iudæis. gl. in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. in verſi. ferendus, & ibi Bal. Ang. & Mod. ff. ſolu. matrimo. Item qui tenetur in compedibus. l. diuus, & ibi Bal. no. ff. de offic. præſi. Item qui iuſſit cadauer ſuum proijci in matre. l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſtit. Item qui nomen ſuũ ignorat. l. fi. C. de hæred. inſtit. Item iudicatur furioſus, qui non reſpondet ad propoſitum, ſm Gemi. in c. 1. §. ſi verò. per illum text. de cle. ægro. in 6. & in c. filij. per illum text. de hæret. in 6. Item ſi infirmus prohibet, ne aliquę medicinę ſibi dentur in infirmitate, præſumitur furioſus, ita gl. in c. prouidendum. in verbis inferas. 83. diſt. Item ex ſermonibus quis præſumitur furioſus, ſm gl. in l. nec codicillos. in gl. magna ad fi. C. de codi. & eſt tex. in l. apud Iulianum. §. fin. & ibi Barto. in 1. no. ff. de leg. 1. glo. in c. Gonſaldus. 13. q. 2. & gl. in c. legitimus. 93. diſt. & ibi eſt tex. in prin. ꝙ fatuus eſt, qui fatua loquitur, & ibidem gl. no. De iſta materia vltra prædicta vide per Bar. in l. nec codicillos. ĩ. de codi. & in l. is qui. §. fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & in l. ſi quidem. C. ſolu. matrimo. Bar. & Bal. in l. mutuum. ff. de acquir. hær. Alex. in conſi. 54. in 1. vol. ad quæſitum breuiter concludo, & in conſi. 141. inci. maturè. in 1. volum. Vide etiam in propoſito illud, ꝙ decidit Ludo. Roma. in l. 1. in prin. in 6. col. ff. de verb. oblig. vbi ponit de illo Paduano, qui in teſtamento inter cætera ordinauerat, ꝙ eo mortuo cadauer ſuum deberet ſine planctu deferri ad Eccleſia cum cantibus, & ſonis, dicit Ludo. Rom. fuiſſe iudicatum, ꝙ eſſet furioſus, ipſe tenet contrarium, cùm de iure cadauera debeant deferri ad ſepulturam cum ſonis, & cantibus pſallentium. text. eſt in ca. qui diuina. 13. q. 2. vbi notabilis tex. & in c. vbicunque. eadem cauſa, & quæſtione ſequitur ſimpliciter Alex. in d. l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. in vlt. colu. ſed Pau. de Caſt. in l. non oportet. ĩ. de his, quibus vt ind. g. dicit, ꝙ fuit vnus Doctor Paduanus, qui fecit illud teſtamentum, &
5 fuit eius diſpoſitio beſtialis, & minimè ſeruanda. ¶† No. tamen illud, quod dicit multum ſignanter Bal. in d. §. item furioſi, ꝙ ſi teſtis deponat aliquem eſſe furioſum, non ſufficeret, ꝙ interrogatus diceret, eo quia proijciebat lapides per viam, vel faciebat ſimilia, niſi diceret, ꝙ more inſanorum faciebat, quia poſſet eſſe, ꝙ quis proijceret lapides, & tamen non eſſet furioſus, ſequitur, & reputat tenendum menti Alexan. in d. l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. in penul. colum. in fin. & confirmat. quia etiã ſapientes aliquando lapides proijciunt pro tuitione corporis ſui, aut alia rationabili cauſa. Adde, ꝙ pro hoc facit tex. in l. ob quæ vitia. in verſ. more inſanorum. de ædil. edic. Ego tamen inuenio Ange. in §. ſi quis de ptædictis. in Authen. vt cùm de appel. cogn. vbi ponderat ibi text. in verſic. aliquis viderit, & dicit ibi eſſe text. expreſſum, quod furor per viſum percipitur; ideo ſecundum eum ſi quis teſtis interrogetur, ſi Titius erat furioſus, dicat quòd ſic, eo quia vidit eum furentem, iſte teſtis
6 probat. ¶† Not. etiam, quòd non creditur teſti deponenti ſuper furore, ſi non aſſignat rationem dicti ſui, & ſi non interrogetur,

ADDITIONES.

a ¶ Furor. Adde Bal. in l. humanitatis. in 4. q. C. de impub. & ali. ſubſti. Bald. in l. qui in poteſtate. in §. furdus. ff. de teſtam.

b ¶ Tenent. Adde l. non dubium. C. de legib. & in c. quemad. de iureiur.

c ¶ Non procedere. Philip. Dec. in c. paſtor. 3. no. de iud. & conſi. 112. 1. dubio. PVRPV.

d ¶ Tenet gl. Adde Card. in cle. 1. in 1. q. de hom.

Source : BIU Cujas

getur. ſm Bal. Fulg. & Pau. de Caſt. hic, & eundem Bal. in l. ſolã. in 1. colu. C. de teſti. & in l. qui teſtõ. §. fin. ff. de teſta. & in l. cùm hi. §. 1. ff. de tranſac. ſequitur Flor. in l. ſed & ſi quemcunq;. §. igi-
7 tur. ff. ad l. Aquil. ¶† Vltimò non omitto vnum, q̃ examinat Bal. hic, pone, aliquis commiſit homicidium, vel aliud delictũ, propter q̃ debeat decapitari, vel ſuſpendi, poſteà realiter efficitur furioſus, nunquid iſte ſic effectus furioſus debeat ſuſpendi, vel decapitari? Bal. hic determinat, q̃ non poſſit puniri in perſo
a na, ſed bene in bonis, eo quia non debet addi afflictio[a] afflicto, dicit tex. in l. diuus. ff. de offi. præſid. Idem tenet Bal. in l. humanitatis. in 13. col. verſi. 3. quæritur ſi furioſus. ĩ. de impub. & in c. 1. an ille, qui interfecit fratrem dom. Iui, & ibi ſequitur Iaco. Aluar. Imol. in l. ex facto. in penul. col. ff. de vulg. & pupil. multa dicit pro & contra, ſed relinquit indeciſum. Idem Imo. in c. Rayn. in materia exemplaris ſubſtitutionis, de teſta. tenet cum
b Bal. quia furioſus habetur loco abſentis, vt dixi, & abſens[b] non poteſt puniri. l. abſentem. ff. de pœnis. imò plus ſit aliquis feciſſet delictum, dum eſſet ſanæ mentis, & eſſet condemnatus, poſteà efficeretur furioſus, in executione tenet Imol. q̃ non deberet puniri, ſed eſſet conſulendus Princeps d. l. diuus. verſic. ſi verò. de offi. præſi. quæ nihil facit. Eandem opin. tenet do. Alex.
8 hic, motus, † quia furioſus æquiparatur mortuo, vt dixi in prin. ſed mortuus puniri non debet in perſona, ſm Cy. in l. 2. vbi dixi. ſ. eo. Ab iſta ſuã nemo diſcrepat excepto Ludo. Rom. hic, qui dicit, q̃ licèt iſta deciſio ſeruaretur in practica propter auctoritatem Bal. tamen ſm eum non videtur vera, quia qualitas ſuperueniens poſt delictum commiſſum non immutat pę. nam. l. 1. in prin. in ver. per ĝrium. ff. de pœnis. Sed ad hoc rñde ſuſtinendo Bal. q̃ Bal non vult, q̃ mutetur pœna, ſed q̃ impediatur proceſſus, condemnatio, & executio propter furorem, & ſic per fictam abſentiam, vt prædixi. Addo, q̃ idem ĝ Bal. tenet idem Ludo. Rom. in l. pen. ff. ſi ex noxa. cau. aga. Motus per doctrinam Bar. & Doct. ibi, & in l. 1. per illum text. ff. de pœnis, vbi concludunt, q̃ in publicis delictis, in quib. eſt determinata pęna à iure, attenditur tps commiſſi delicti, non obſt. variatione ſtatus perſonæ, & ſic debet attendi tps cõmiſſi delicti, quo erat ſanæ mentis. Sed ad hoc etiam rñde, vt proximè dixi. ſ. ¶ *Ego à communi ſententia in actu pract.* non auderem recedere, præcipuè cùm in pęnis, & in delictis mitior pars ſit tenenda. l. interpretatione, & l. ſanctio legum. ff. de pęnis. Tamen in puncto iuris arbitror ĝrium poſſe attentari, q̃ non obſt. furore, qui ſuperuenit, debeat corporaliter puniri, per text. clarum in d. l. diuus. in verſi. ſi verò. ibi, *nec morbo eius danda eſt venia*, & ibi, *ſupplicio afficiendus*. Nec obſt. tex. ibi in prin. iuncta ratione, dum dicit, q̃ ſatis furore ipſo punitur, quia loquitur q̃n in furore commiſit delictum, & pro certo tex. ibi hanc dñiam ponit, & ſi cõmiſit delictum tpe furoris, non debet puniri, ſed ſi commiſit dum eſſet ſanę mentis, dato, q̃ furor ſuperuenerit, puniendus eſt, & q̃ in illo tex. puniatur, q̃n eſt in furore, patet quia text. dicit, nec morbo eius dandam veniam. ſi morbo, ergo furori, ꝙa qualitas adiuncta verbo intelligitur ſm tempus verbi, cui adijcitur. l. in delictis. §. ſi damnum extraneus. ff. de nox. & Barto. in ſummario, q̃ ponit ſub. l. congruit. de offi. præſi. hoc vult. Niſi dicas q̃ cùm ille tex. velit, eſſe conſulen. principem, qui pp immanitatem criminis, quia ibi matrẽ occidit, ſupplicio afficiet, ergo datur intelligi, q̃ vbi non eſſet tanta immanitas criminis, non eſſet ſupplicio afficiendus. Ita potes euadere illum tex. Secundò moueor ex deciſione Bar. in fortiorib. terminis in l. nunquam. la 2. §. ſi vi aut clam. ff. de vſucap. per quam dicit decidi quæſtionem Theologorum. pone, q̃ aliquis commiſit peccatum mortale dum eſſet ſanæ mentis, poſtea efficiatur furioſus, & moriatur in furore, nunquid damnabitur apud Deum? Decidit Bar. q̃ ſic, tamen mitius agitur cum Deo, quàm cùm homine, dixit gl. in l. ſi quis rem. §. voto. ff. de pollicita. Niſi tñ deas, q̃ illud ibi ſit pp præceptum dñi, cùm dicit, Vigilate, quia
c neſcitis diem neq; horam. Tertiò mouet me, quia ſi filius[c] ante furorem verberauit patrem, vel commiſit cãm ingratitudinis, pp quam poteſt de iure exhæredari à patre, deinde efficiatur furioſus, talis furor non purgat vitium ingratitudinis, imò poteſt exhæredari. ita tenet Bar. in l. ex facto. in princ. in 7. colu. verſ. 9. requiritur. ff. de vulg. & pupil. facit. l. fin. §. ſed cùm antiquitas. C. de cur. furi. & l. de creationib. C. de epiſc. aud. Tamen in hoc vltimo potes dicere, q̃ ibi agitur de pœna bonorum, & non corporis, prout in caſu iſto, & Bald. met hic fatetur, quòd furioſus poteſt puniri in bonis, ſed non in perſona. ¶ Præterea in exhęredatione, quam facit pater de filio, non requiritur proceſſus, nec ſententia condemnatoria, prout requiritur ratione delicti, vt corporaliter puniatur. Nec obſt. fundamenta Imo. & d. Alex. quòd furioſus habeatur pro abſente, item quod æquiparetur mortuo, & mortuus non poſſit corporaliter puniri, ſecundum Cyn. in l. 2. ſ. eo. quia dico, quod Cyn. loquitur in eo, qui naturaliter eſt mortuus, vel abſens, qui naturaliter viuit, vt
9 eſt furioſus. patet, ꝙa † mors ciuilis[d] non æquiparatur naturad li, niſi in caſib. expreſſis in iure. gl. 16. quæſt. 1. c. placuit. el 2. pro ſingulari alleg. Bald. in Authen. ſi qua mulier. in penul. colum. C. de ſacroſan. eccl. eſt alia ſimilis glo. in c. ſuſpectum. de reſcri. in 6. Aliàs ſequeretur euidentiſſimum abſurdum, quòd ſeruus ſi delinqueret, non poſſet corporaliter puniri, eo quia cenſetur mortuus ciuiliter. l. quod attinet. de regul. iur. quod eſt notoriè falſum, contra. l. 1. ff. de pœn. accedat tex. not. diui Auguſt. in c.
10 mulier. 15. quæſt. 1. † vbi ſi animal irrationale[e] aſcendat mue lierem, debet morte puniri, quamuis ſit irrationale, & illum tex. pro ſingu. allegat Ludo. Roma. in l. 2. ſ. eo. & in l. ſi verò. §. de viro. in 17. fal. ff. ſolu. matrimo. Imol. in l. defuncto. ff. de pub. iud. Tamen in illo text. non potes facere magnum fundamentum, quia eo attento ſequeretur, quòd exiſtens furioſus ſi committeret homicidium, vel aliud delictum, quòd deberet puniri, quod eſt contra tex. in d. l. diuus. in princip. Adde, q̃ iſtam opin. contra Bald. tenuit etiam dom. Franc. de Albe. de Are. qui fuit diſcipulus Bart. Motus, quia furor ſuperueniens non tollit obligationem præcedentem. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. & l. ſi à reo. §. ſi à furioſo. ff. de fideiuſſo. ſed iſte committendo delictum incidit in pœnam, & ita in obligationem, ergo non debet tolli propter furorem ſuperuenientem, & ita dicit fuiſſe obſeruatum Bono. per Docto. Bono. Sed ad iſtud fundamentum reſponde, q̃ verum eſt, q̃ furor ſuperueniens non tollit obligatioũem præcedentem, tamen impedit, ne poſſit fieri proceſſus, aut ſequi cõdemnatoria ĝ furioſum, cùm habeatur pro mortuo, & loco abſentis, vt prædixi. non
* recedas conſulendo, aut iudicando ab opin. Bald. *quæ eſt magis*
11 *communis*. ¶† Item no. ex hoc tex. ſecundum glo. Cyn. & alios, q̃ teſtamentum eſt actus indiuiduus, ideo non poteſt valere imperfectum. facit. l. ſi is qui. & ibi per Bar. & l. ex ea ſcriptura. ff. de teſt. & in l. fideicommiſſum. §. quoties. ff. de leg. 3. Hinc eſt, q̃ teſtamentum debet fieri vno contextu, aliàs vitiatur per interpoſitionem actus extranei. l. cùm antiquitas. ĩ. de teſt. & l. hæredes palàm. §. fi. ff. eod. Tertiò no. ex hoc tex. ſecundum Bart. & Doct. poſt gl. q̃ qui partem indiuidui fecit, nihil cenſetur feciſſe, & ſic nihil dicitur factum, cùm aliquid ſupereſt ad agendum. l. cùm Syllanianum. ĩ. de his, quibus vt indig.

ADDITIONES.

a ¶ Afflictio. Adde tex. in c. cùm percuſſio. 8. q. 1. & in c. 1. de cleri. ægro.
b ¶ Abſens. Adde l. ne diu. C. de pęn. & c. quoniam, & c. tuæ. vt lit. non conteſt. gl. ſum. 2. q. 9.
c ¶ Si filius. Adde Doct. in c. quintauallis. de iureiur.
d ¶ Ciuilis. Adde Bar. in l. ex ea. in §. inſulam. ff. de verb. oblig. Bar. & Bal. in l. Gallus. in §. & quid ſi tñ. ff. de lib. & poſth. Doct. in c. cùm ſit. de conuer. coniug.
e ¶ Si animal irrationale. Adde, quod hoc habetur Exo. 22. ca. & Leuit. 20. c. & text. Greg. in ca. reos ſanguinis. in §. item qui eiecit. 23. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Mutus, & ſurdus ſimul à natura non poteſt teſtari, nec vltimam voluntatem condere, nec etiam donare inter viuos. nu. 2.*
3 *Prohibitus teſtari non poteſt etiam legata relinquere, vel facere donationem cauſa mortis.*
4 *Mutus, & ſurdus ex accidenti ita demum poteſt teſtari, ſi ſciat ſcribere.*
5 *Non reperitur aliquis adeo ſurdus, qui non audiat aliquid ſi ſuper eius cerebro proclametur.*
6 *Mutus tantum ita demum poteſt teſtari, ſi ſciat ſcribere manu ſua, & non aliter.*
7 *Mutus tantum poteſt codicillos nutu facere.*
8 *Mutus an poſſit contrahere matrimonium.*
9 *An mutus poſſit eſſe teſtis.*
10 *An mutus poſſit torqueri.*
11 *Qualiter notarius debeat conficere inſtrumentum de actu geſto per mutum.*

LEX X.

Diſcretis. Mutus, & ſurdus ſimul à natura nõ poteſt teſtari, nec aliam vltimã voluntatem condere hoc primò. Si verò ex accidenti, poteſt teſtari, ſi ſciat ſcribere, & ſua manu ſcribat. hoc ſecundò. Et ſurdus tantùm poteſt indiſtinctè teſtari ſiue ſit ſurdus à natura, ſiue ex accidenti, ſiue ſciat ſcribere, ſiue non. hoc tertiò. Mutus autem tantum ita demum poteſt teſtari, ſi ſciat ſcribere, & ſua manu ſcribat. h. d. quartò, & vlt. vſque ad finem legis. Et ſic habet iſta lex quatuor partes, quæ patent ex ſummario. Primo enim loquitur in eo, qui eſt mutus, & ſurdus ſimul à natura. Scdò loquitur in eo, q̃ eſt mutus, & ſurdus

ſimul

Source : BIU Cujas

ſimul ex accidenti. Tertiò loquitur in eo, qui eſt ſurdus tantũ.
1 Quartò, & vlt. loquitur in eo, qui eſt mutus tantum. ¶† Not. ex prima parte, quòd mutus, & ſurdus ſimul à natura non poteſt teſtari, nec aliam vltimam voluntatem condere. ¶Iſta regula primò fallit in milite, qui ſi ſimul, & ſemel ſit ſurdus, & mutus à natura, tñ poteſt teſtari. l. iure militari. ff. de teſt. mil. §. quinimo. Inſtit. de teſta. mili. & ibi bona glo. Ioann. Fab. & alij tenent. Idem tenent Cyn. & Sal. do. Alex. hic, & Bald. & Ang. in d. l. iure militari. Tamen Ioann. Fab. multũ admiratur de hoc, cùm non intelligat idioma, nec quid ſit teſtamentum. tamen reſpondet, ꝙ iſtud deprehenditur per ſigna. Ego ſemper tenui, & teneo contrarium, & inuenio, ꝙ contrarium tenet Raph. Cum. in l. qui in poteſtate. §. 1. ff. de teſt. vbi tenet, ꝙ licèt de iure fforum miles mutus, & ſurdus ſimul poſſet teſtari, tamen hodie non poteſt per iſtam. l. Et ſi dicis, ꝙ iſta lex non loquitur in milite, dicit ipſe, pondera rationem iſtius. l. quæ eſt, quia re vera mens colligi non poteſt, & ideo propter falſitates euitandas prohibitum eſt eos teſtari, & eadem ratio militat in milite. ego etiam pondero, ꝙ text. in d. §. quinimo. probat contrarium, vbi vitia erant ſeparata, patet, quia text. ibi dicit in plurali, quinimo miles, mutus, & ſurdus teſtari poſſunt, ſecundum veram literam: nam ſi eſſent ſimul diceret, poteſt in ſingulari. Nec obſt. d. l. iure militari, quia intellige, ꝙ ibi vitia erant ſeparata. Et ſi dicis ita intelligendo, ꝙ dubium haberet ille text. in milite, quia ſi paganus, qui eſt mutus de per ſe, vel ſurdus poteſt teſtari, ꝙ dubium fuiſſet in milite, & in quo conſiſteret priuilegium? Reſpondeo, ꝙ priuilegium eſt in hoc, quia de iure fforum nullus mutus poterat teſtari niſi impetraret à principe. l. ſi mutus, & l. qui in poteſtate. §. ſurdus, & mutus. ff. de teſtamentis, & l. octaui. §. fin. ff. vnde cog. & declarat Pau. de Caſtr. hic, ſed miles poteſt ſine impetratione. Et ſi replicas, iſta ſol. procedit quantum ad ius fforum, ſed quantum ad §. quinimo. Inſtit. de mil. teſt. nullum eſſet dubium, nec priuilegium militis. Reſponde, ꝙ imò priuilegium eſt, quia miles mutus de per ſe, vel ſurdus per ſe poteſt, quamuis neſciat ſcribere, teſtari, non habita diſtinctione text. noſtri. Tamen fateor, ꝙ gl. & Doct. in illo. §. quinimo. intelligunt in muto, & ſurdo ſimul à natura, & idem tenet gl. in §. antepen. in verſ. certis. Inſt. quib. non eſt permiſ. fac. teſt. Præterea in d. l. iure militari. ptincipale dubiũ erat, an mutus, & ſurdus milites poſſint facere teſtamentum iure militum, & ſic iure ſing. an verò de iure communi, & deciditur, ꝙ antequam miſſi ſunt domum propter neceſſitatem talis morbi, ꝙ poſſunt iure militum teſtari, & ſic in illo text. dubium non conſiſtebat, an miles mutus, & ſurdus poſſit teſtari. Sed dubium erat, quo iure poſſet teſtari, & ſic an ſing. priuilegio militum, an iure communi. ¶Secundo limita, quãdo mutus, & ſurdus ſimul à natiuitate teſtatur ad pias cauſas. Ita videtur ſentire Bald. hic allegando. c. cũ tibi. de teſt. & iſtud expreſsè firmat do. Alex. hic motus, quia hodie in teſtamentis ad pias cauſas nõ attẽditur prohibitio iuris ciuil. ſed ſolùm iuſgentiũ, vel canonicum. Tene contrarium, ꝙ etiam ad pias cauſas teſtari non poteſt, per iſtum tex. in verſ. neque libertates, cùm libertas ſit pia cauſa, vt dixi in l. captatorias. s̃. tit. 1. & ita per hunc text. tenet Lud. Ro. hic, & expreſsè Bald. in l. 1. in 2. col. C. de ſacroſ. Eccleſ. ¶Tertiò limita ex diſpenſatione principis, ſecundum Cyn. Lud. & dom. Alex. hic, ſentit etiam Bald. per. l. ſi mutus. alleg. in glo. Tene etiam in hoc contrarium, ꝙ Princeps nõ poſſit in hoc diſpenſare, qa quodammodo caderet ſuper impoſſibili, propter carentiam intellectus reſpectu factionis teſtamenti, & contrarium tenet Raph. Cum. & Pau. de Caſt. in l. qui in poteſtate. §. 1. ff. eod. & Pau. hic. Tamen pro iſta limi. vide text. in l. 1. iuncta gl. ff. qui & à quibus. vbi text. dicit mutum ſurdum ita natum, & cùm loquitur in ſing. natum, non poteſt dici, ꝙ vitia erant diſcreta. Sed vt ibi dicit gl. neceſſarium eſt dicere, ꝙ impetret à Principe, aliàs mutus, & ſurdus ſimul à natura non poteſt dare libertatem, per iſtum text. in verſ. neque libertas, vt proximè dixi, vel potes tenere aliam ſol. glo. ibi, & hic, ꝙ vitia erant diſtincta. Nec obſt. quòd tex. in ſing dicat natum, quia non eſt inconueniens, ꝙ vnum adiectiuum in ſing. iungatur duob. ſubſtantiuis diuerſis. text. eſt in l. pater. §. 1. ff. de acquir. hær. ibi, mutus pater, vel dominus, & l. filiusfa. §. diui. el. 1. ff. de lega. 1. Adde, ꝙ iſtam limitationem etiam impugnat. d. Fran. de Aret. in l. ſi mutus. ff. de teſt. viua, (vt ipſe dicit) ratione, quia mutus, & ſurdus à natura nihil intelligit. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo, in fin. ff. ad Trebell. Sicut ergo Princeps non poſſet concedere furioſo, & mentecapo, quòd faceret teſtamentum, quia carent ſenſu, & ratione, & lex poſitiua non poteſt immutare rerum naturam. l. 3. ff. de vſufr. earum rerum, quæ vſu cõſu. ita non poteſt concedere muto, & ſurdo vtroque morbo natutaliter laboranti, ꝙ poſſit teſtari. Sed tu dic, quòd aſſumptum ſuum non eſt verum, dum dicit, ꝙ mutus, & ſurdus à natuta nihil intelligit, & ſic æquiparatur furioſo. d. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. in fin. ille text. non dicit hoc, ſed dic, vt declarat Bart. in l. 1. in prin. & ibi plenius Imo. & Mod. ff. de verbor. oblig. & Bart. in l. mutum. ff. de acquir. hæred. & ſecundum dicta per eos intellige iſtam reſponſionem. ſ. quando perdidiſſet intellectum, tunc. n. æquiparatur infanti: & quòd ſurdus, & mutus ſi ſimul non æquiparatur furioſo, eſt text. in l. ſurdi. ff. de
2 manum. vin. ¶† Itẽ adde, & ſigna, quod diſtinctio huius l. non ſolùm habet locum in teſtamento, vel in alia vltima voluntate, ſed etiam habet locum in donatione inter viuos, & in alijs contractibus, quia ſi aliquis ſit mutus, & ſurdus à natura, non poſſet donare inter viuos. glo. eſt in l. qui id quod. §. mutus. ff. de dona. quam glo. ſequuntur ibi ſimpliciter Bart. Lud. Rom. & Raph. Cum. ibi, & dicit ibi Raph. ꝙ habuit iſtum caſum de facto. Illam glo. etiam tenet Lud. Rom. vbi reputat ſing. in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. & Lud. & do. Alex. hic, idem vult Angel.
a hic in lect. Flor. qui per hoc infert, ꝙ mutus, & ſurdus [a] à natura non poſſet ingredi religionem, cùm ipſo ingreſſu ſe, & ſua dedicet religioni, & dicit Angel. quòd iſtam quæſtionem habuit de facto Peruſij, & quòd remanſit indeciſa, de quo infra ſtatim dicetur. contrarium tenet Bald. in d. l. iure militari, quòd imò mutus, & ſurdus poſſunt donare intes vinos, & alios contractus facere, qui ſolo conſenſu perficiuntur, & dicit, quòd habuit de facto, & iſtam vltimam tenet Pau. de Caſt. hic, qui dicit ſe de facto habuiſſe per text. in l. item, quia. ff. de pact. quæ nihil facit, quia non loquitur in muto, & ſurdo ſimul à natura. Pro iſta ſecunda opin. facit, quia mutus, & ſurdus ſimul po-
b teſt contrahere matrimonium. [b] text. in cap. cùm apud. de ſpon. ſic inducendo: nam dicit text. vtrum mutus, & ſurdus poſſit alicui matrimonialiter copulari, & determinat, ꝙ ſic, pondera, quòd dicit in ſingulari, poſſit, ergo loquitur in vna perſona, in qua vtraque qualitas ſimul concurrebat, & ſic erat ſimul mutus, & ſurdus: nam ſi text. loqueretur, quando vitia erant diſcreta, & ſic de diuerſis perſonis, dixiſſet in plurali, poſſint. ¶Tunc arguo ſic, ſi mutus, & ſurdus ſimul poteſt contrahere matrimonium, prout eſt vinculum ſpirituale, & ſonat in ius, multò fortius debet poſſe facere quoſcunque contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, & ſunt facti. l. conſilio. in fin. ff. de cura. furi. quia facilius poteſt ex viſu percipere effectum contractus quàm effectum ſacramenti matrimonialis, prout ſonat in ius. Item minoris præiudicij eſt contractus, quàm ſit vinculũ matrimonij, ſi ergo poteſt, quòd eſt plus, ergo, quod
* eſt minus. l. quanto magis. ff. de iur. iur. * Præterea in donatio-
c ne eſt text. quòd mutus, & ſurdus [c] ſimul poteſt donare. dicta. l. qui id quod. §. mutus, & licet gloſſ. ibi dicat contrarium, per iſtam. l. tamen iſta. l. nihil facit, quia loquitur in vltimis voluntatibus, non autem in contractibus. ¶Tene primam opin. per iſtam. l. quæ in muto, & ſurdo ſimul à natura non ſolùm prohibet in vltima voluntate diſponere, ſed etiam inter viuos, etiam in actu fauorabili. ita eſt text. ibi, *nec libertatem ſiue per vindictam ſiue alio modo imponere.* Pondera text. ſiue per vindictam, ergo non poteſt manumittere inter viuos, nec alio modo, & ſic nec in vltima voluntate, ſi ergo non poteſt donare libertatem inter viuos, quæ eſt fauorabilis, ergo minus poterit aliam rem donare, & ſic alios contractus facere. Niſi dupliciter reſpondeas. Primò, ꝙ text. loquitur de manumiſſis vindicta celebrata non inter viuos, ſed in vltima voluntate, vt patet ex continuatione text. ſicut & alij contractus poſſunt in teſtamẽto celebrari, vt eſt glo. in l. hæredes palàm. §. fin. ff. de teſta. Secundò reſponde, ꝙ in talib. perſonis aliud ſit in libertate, quam in alijs reb. nec hoc eſt inconueniens, cùm & aliàs habeamus, ꝙ minor. 20. annis, vel hodie. 17. non poſſit manumittere ſeruum, etiam ſit ſit miles, & tamen poteſt de alijs rebus in vltima voluntate diſponere. §. 1. Inſtit. quib. ma. licet vel non. & l. ſi Ruffinus. s̃. de teſta. militis. Non obſt. dum dicebatur, ꝙ mutus, & ſurdus ſimul poteſt contrahere matrimonium, vt probat text. in d. c. cùm apud. cùm vtatur verbo ſingulari, poſſit. Item poteſt donare. d. §. mutus, quia reſpondeo, ꝙ illi text. bene loquuntur, quando erat mutus, & ſurdus ſimul, ſed non loquuntur quando à natura: nam mutus, & ſurdus à natura ſimul, nullum matrimonium contrahere poteſt nec carnale, nec ſpirituale, & ſic nec religionem intrare, ſecundum Bald.

Ang.

ADDITIONES.

a ¶An mutus, & ſurdus. Adde Doct. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. Angel. in l mutum. ff. de acquir. hær.

b ¶Matrimonium. Adde Card. Alex. in c. contracto. in vlt. col. de cog. ſpi.

* Voluit fortè allega. Auth. multo magis. C. de ſacroſan. Eccleſ. ſed melius. c. cui licet. de reg. iur. in 6.

c ¶Surdus. Adde Card. Alex. in c. cùm apud. de ſponſa. in 2. col.

Source : BIU Cujas

Ang Fulg.& Lud.hic, vt ſupra retuli, quia non poteſt intelligere ſpirituale vinculum matrimonij, prout ſonat in ius, ſecus ſi ex accidenti eſſet mutus, & ſurdus ſimul, quia prius potuit intelligere, ita etiam in ſimili in donatione, dicit glo. in d.l.qui id q;.§.mutus, licèt videatur aliqualiter refragari text.in d.cap. cùm apud. in ratione ſui, quæ videtur generalis etiam ad mu-
3 tum,& ſurdum ſimul à natura.¶† Secundò not.ibi,neq; mortis cauſa donationem, q; prohibitus teſtari non poteſt etiam legata relinquere, vel facere don.cauſa mort. concordat.l.1.§. 1.ff.de tute. & ratio.diſtra. & l.2.ff.de lega.1.dixi in l. ſenium.ſ.
4 eod.& intellige,& limita, vt ibi dixi.¶† Tertiò not.ex verſ.vbi autem,quòd mutus,& ſurdus ſimul,ſed non à natura, ſed ex accidenti propter aliquam infirmitatem,ita demum poteſt teſtari,ſi ſciat ſcribere,& non aliter.Adeo, quòd per ſtatutũ non poteſt induci,quòd poſſit teſtari,ſi neſciat ſcribere, quia eſt de reſeruatis Principi. l ſi mutus.ff. de teſta. ſecundum Bart. in l. ſi quæramus.in vlt.colu. ff.de teſta. ſequuntur Petr. de Anch. &
5 Imo.in c.2.de teſta.¶Deinde† not. text.in verſ.quia ſcimus, q; non reperitur aliquis adeo ſurdus, quòd non aliquid audiat,ſi
a ſuper eius cerebrum [a] proclametur, & vide in propoſito de illo mirabili muto, quem refert Bald. in c. 1.§.fin.in tit.Epiſcopum, vel Abbatem, & quod dicit Barto. de Domino Lelio de
6 Eugubio in l.1.in prin.ff.de verb.oblig.¶†† Vltimo not.ex quar-
b ta parte text. quòd mutus [b] tantum ita demum poteſt teſtari, ſi ſciat ſcribere manu ſua, & nõ aliter, quia nutu nemini permittitur teſtari etiam patri inter liberos,vt dicam in l.iubemus.
7 ſ. tit. 1.¶†† Nunquid autem talis mutus poſſit nutu codicillos facere,Bald.hic tenet, quòd ſic per.l.nutu.ff.de leg.3. idem tenet Imo.in cap.2.de teſta. & idem Imo. in l. ſi mutus.ff.de teſt.
* & ibi d.Fran. de Aret.in vlt.colu. *Contrarium tenent omnes Moder. hic.*& Pau. de Caſtr. in d.l. qui in poteſtate. §.1.per iſtum text. dum dicit, *nil prohibet eum ſcribentem omnia facere*, ergo à contrario ſenſu ſi neſciat ſcribere, nil poteſt facere. Ad idem facit regula negatiua.l.2.ff.de leg.1. Niſi dicas, quòd illa regula procedat,vbi non eſt diuerſa ratio,vt eſt hic, vbi legata, & fideicom. poſſunt relinqui nutu, ſed non hæredis inſtitutio. l. iubemus. C.de teſta. Ad idem facit,quia de mente Imperatoris eſt,quòd in iſtis perſonis,vbi prohibet ne poſſint teſtari,prohibet etiam codicillari,& donare cauſa mortis, vt in princ.huius.l.& l.1.§. 1.ff.de tut.& ration.diſtr.Idem tenet Barto.in d.l.nutu. & rñdet ad illum text.vt ibi per eum,quòd non loquitur de muto omnino,ſed in eo, qui propter infirmitatem ad tempus loqui nõ poterat,& ita etiam reſpondent Mod hic.& Pau. de Caſt.& in l.ſi mutus.ff.de teſta. Sed,obſtat text.ibi in verb.morbus ſuperueniẽs,iuncto iſto tex.in verb.morbus ſuperueniens.Itẽ ſecun dum d.Fran.de Aret. in d.l.ſi mutus.obſtat text. in l.ſeruo inuito.§.ſi pupillo.ff.ad Trebell.vbi videtur æquiparare quo ad potentiam gerendi actum eum, qui non poteſt fari ad tempus, illi, qui non poteſt fari in perpetuum, ergo ſicut vnus poteſt
8 codicillari.d.l.nutu.ita & alter.¶†† Nunquid autem mutus poſſit contrahere matrimonium, not. in cap.cùm apud. de ſpon. & in l.qui id,quod §.mutus. de don. & in l.1. in princ.de verb. oblig.& quando eſt mutus,& ſurdus à natura ſimul, nullum matrimonium poteſt contrahere nec carnale, nec ſpirituale, & ſic non poteſt religionem profiteri. ſecundum Bald. Angel. Fulg.& Lud.Rom.hic. Si autem ſint ſeparata, dic vt per Dyn. in regula vbi non voce.ff.de regu.iur.& Angel.Bald. & Moder. in l. ex facto. ff.de vulga. & pupil. & in l. mutum. ff.de acquir.
9 hæred. & in d. cap. cùm apud. de ſponſ.¶† An autem mutus
c poſſit eſſe teſtis, [c] & qualiter iurare debeat, & qualiter examinari,eſt glo.3.quæſt.9.cap.teſtes Specu.in titu. de teſte.§.1.verſ. quid de muto. dom. Ant.in d.cap. cum apud.de ſpon. Bald.in rubr.ff.de iureiur.Ioann.Fab.in §.teſtes.inſti.de teſta.Moder.in l. qui iuraſſe.in princ.ff.de iureiur.per Petr.& Cyn.aliquid in Au-
10 then.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.¶† An autem mutus poſſit torqueri, & an per confeſſionem factam ſignis poſſit corporaliter puniri de delicto,tradit Bald.in l.vnica.in 8.colum.C.de confeſ.& in l.humanitatis.in 13.col.verſ. 3.quæritur
11 ſi furioſus ſ.de impub.& alijs ſubſt.¶† Et qualiter notarius debeat conficere inſtrumentum de actu geſto per mutum, ponit Bald.hic,& Bart.& alij in l.mutum.ff.de acq.hær.& in l.nutu.in princ.ff.de leg.3.

ADDITIONES.

a ¶Cerebrum. Adde Ioann. Andr. & Card. Alexand. in capitu.cùm apud.de ſponſ.

b ¶Mutus. Limitat in pia cauſa Felyn. in cap.in præſentia. 18.colu.de proba. PVRPV.

c ¶Teſtis.Adde Lud.Rom.in ſuis ſing. in verſic.teſtis. verſic. quæro vtrum mutus,q uod eſt ſing.53.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamiliàs non poteſt etiam in aduentitijs teſtari etiam in his, quorum vſusfructus non quæritur patri.nu.2.*
3 *Adultus habens curatorem legitimum,eo non obſtante poteſt teſtari.*
4 *Filiusfamiliàs poteſt donare cauſa mortis ſine conſenſu patris de bonis aduentitijs,quorum vſusfructus non quæritur patri.*
5 *Quando ll.C.ſunt in eodem titulo,tunc apparet de prioritate, & poſterioritate,ſecus ſi ſub diuerſis titulis.*
6 *Teſtamentum conditum de caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus an ſub iaceat hodie querelæ.*

LEX XI.

a NEmo ex lege. Filiusfam. [a] non poteſt hodie de aduentitijs teſtari, ſed bene de caſtrenſibus, vel quaſi, in quib. etiam teſtamentum non ſubiacet quærelæ.h. d. cum l. fin. ¶In text.ibi,ſiue ſine patris conſenſu bona poſſideant ſecundum noſtræ legis diſtinctionem,aliqui intelligunt, quòd ſit diſtinctio, quæ ponitur in l.fin. poſt princip. in verſ.ſiue ècontrario patre recuſante.ſ.de bon.quæ liber. Aliqui intelligunt,quod ſit.l.cùm oportet.§.ſin autem res.ſ.de bon.quę lib.
1 ¶† Not. ergo, quod filiusfam. etiam in aduentitijs non poteſt teſtari. Iſta concluſio clarè procedit in bonis aduentitijs, quorum vſufruct.quæritur patri.idem dicit text.in l fin.§. filijs autem,ibi,*nec de ijſdem rebus teſtari.*ſ. de bon.quæ liber.¶† Sed dubium eſt ſubtile, & diſputabile, quid iuris ſit in bonis aduentitijs,quorum etiam vſufruct.non quæritur patri, & ſunt decẽ caſus,quos enumerat glo.magiſtra.in Auth.idem eſt.ſ.de bon. quæ liber.& ſic quando ſunt bona aduentitia, quæ ſpectant in totum pleno iure filiofam.& quo ad proprietatem, & quo ad
* vſumfruct.nunquid in illis poſſit hodie teſtari. *Et in hoc communis opin.*eſt glo.& Doct.nemine diſcrepante,quod non.Ita gloſ. Barto & Doct.in l.qui in poteſtate.in princip.ff. de teſt.& in l.1. §.in filij.ff.ad Trebell. & gloſ. in Auth. vt lice. mat. & auiæ. in in princip. & in l.fin.§.filijs autem. C.de bon. quæ liber.Ioann. de Imo.in l.2.§.Titio.ff.de don. & in l.tamis.§.1. de don.cauſa mort.& in cap. poſt translationem.de renun. latè Lud.in repe. Authen.ſimiliter.C.ad leg.fal.in 19.ſpeciali piæ cauſæ inter vlt. volun.Idem tenet Bart.qui non alleg.in l.Imperator.ff.ad Trebell.¶Pro iſta communi ſententia multa adducuntur præcipuè per dom. Alex.ſed ante eum omnia hæc fundamenta,& quæda m alia adducit Lud. Rom. in repe. Authen. ſimiliter. C. ad leg.fal.in 19.ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas voluntates. ¶Inter cætera ſtringit fortiter tex.noſter, cui non poteſt reſponderi,inducendo eum quadrupliciter. Primò dum dicit, quæ parentibus acquiri non poſſunt,in generalitate ſui. Secundò, & fortius facit iſte text.dum dicit, *ſiue ſine patris conſenſu bona poſſideant ſecundum noſtræ.l.diſtinctionem.* nam ſiue referas ad d. l.fin.§. ſiue ècontrario patre recuſante, ſiue referas ad d. l.cùm oportet.§.ſin autem res,vtrobique ponitur caſus, quo in aduentitijs vſufruct.non quæritur patri, & tamen dicit iſte text. quòd teſtari non poteſt. Deinde tertiò facit iſte text. dum ſubiungit, *ſed antiqua lex per omnia ſeruetur*, pondera vniuerſalem per omnia, & quòd nulla lex antiqua in aduentitijs permittat filiosfa. teſtari. Tamen, qui vellet tenere diſputando contra communem opin.diceret,quòd verum eſt,quòd ſecundum iſtas leges filiusfam.non poterat teſtari etiam in aduentitijs,in quibus patri non quæritur vſufruct. tamen hodie eſt ſecus per iura nouа Authentl.corum.ſ.per text. in Auth.vt lice.matri, & auiæ.in fin.princip. de quo text.ſ. dicetur, vel quod ſecus eſt,per text. fortem in l. fin.§. filijs autem. ſ. de bon. quæ liber. de quo text. etiam infra dicetur. Quarto modo poteſt induci iſtè text. qui in proœmio demonſtrat cauſam finalẽ legis. vt.l.ſi.& ibi Bart. not.ff.de hæred.inſtit. cum ſimi. ſed ſi iſta lex loqueretur in aduentitijs, quorum vſufruct. quæritur patri, certè nemo dubitaſſet,quòd non poteſt teſtari, quia text.eſt clarus in dicta.l.fin. §.filijs autem. C. de bon. quæ liber. ¶Secundò ad idem facere videtur fundamentum, quod fuit originaliter glo. in Authen. vt lice.matr. & auiæ.in princ. & ſibi aſcribunt Lud. Rom.& d. Alex. hic. nam quemadmodum filiusfamiliàs quando habet bona aduentitia,quorum vſufruct.quæritur patri,tamen non poteſt de ſola proprietate teſtari,quæ ad eum ſpectat, ita non debet

ADDITIO.

a ¶Filiusfam.Amplia iſtam l.etiam ſi communis opi.eſſet, quòd pater ſit mortuus,cùm tamen non ſit.Bald. in l.3. C. de ſent. & inter loc. & ita accipitur.l. 3.ff.ad Maced.& ita ſequitur Alex.lib.1.conſ.85.Viſo themate.in fin. 5.colu. vide Mod.in l.Barbarius.ff.de offi.præto. PVRPV.

Source : BIU Cujas

debet poſſe teſtari de proprietate, & vſufr. quando vtrunque ad filium ſpectat. Et ſi dicas, quòd ratio diuerſitatis ſit, quia primo caſu pater eſt legitimus adminiſtrator ratione vſusfruct. ad eum ſpectantis, ſecundo caſu non, quia ad hoc reſpondetur, & dicitur, quòd legitimus adminiſtrator non eſt impedi-
3 mento factioni teſtamenti. † Hinc eſt, quòd adultus habens curatorem legitimum eo non obſtante poteſt teſtari. l. Aurelio. §. Caius. & ibi glo. & Bart. ff. de liber. leg. ſecundum d. Alex. hic. Tamen contra hoc ego replico, quia verum eſt, quòd legitimus adminiſtrator, qui ſolum habet nudam, & ſimplicem adminiſtrationem, non impedit quem teſtari, ita loquitur. d. §. Caius. Sed pater, qui eſt legitimus adminiſtrator aduentitiorum filij, non ſolùm habet adminiſtrationem, ſed etiam ius in talib. bonis, quia ad eum ſpectat vſusfruct. & vſusfructus cenſetur pars rerum. l. 4. ff. de vſufr. notatur in l. 1. §. vſufructuarius. ff. de oper. no. nun. ¶ Tertiò facit bon. text. in §. præter hos. Inſti. quib. non eſt permiſ. fact. teſta. ¶ Quartò poteſt induci text. in l. fin. §. filijs autem. ĩ. de bon. quæ libe. in ratione ſui propter alimenta, ad quæ tenetur pater, quæ ratio generaliter militat etiã in aduentitijs, in quibus patri non acquiritur vſusfruct. & ſic debet attendi ratio generalis legis, quamuis lex poſtea ſpecialiter loquatur, vt not. Bar. & Bald. in l. regula. §. & licet. per illum text. ff. de iur. & fa. ign. Et ſi dicas, illa ratio alimentorum non poteſt ad teſtamentum referri, cùm mortuo filio, quo tempore teſtamentum habet effectum, non ſit tractandũ de alimentis filij mortui. Dic, quòd imò militat ratio alimentorum etiã mortuo filio, cùm ex eo poſſint ſupereſſe nepotes, quos auus tenebitur alimentare. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. ff. de libe. agno. & l. 1. & 2. C. de alen. lib. ſecundum Lud. Niſi tu reſpondeas, ꝙ ex teſtamento eorum patris iſti nepotes ſaltem debent habere legitimam, ex qua alentur, alias rumperent illud teſtamentum tanquam præteriti, vel exhæredati indebitè. Quintò poteſt pro communi addi tale fundamentum, quia ſi diceremus, quòd filiusfam. poſſet teſtari in aduentitijs, quorum vſusfruct. non quæritur patri, certè ſequæretur abſurdum, quòd ſi iſte filiusfam. habeat alia bona aduentitia, quorum vſusfruct. ſit patris, quòd decedet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. Et ſi dicis non eſſe inconueniens propter diuerſitatem patrimoniorum ſicut in milite. l. 1. & ſecunda, vbi dixi. ſ. de teſta. mili. dico, quòd hoc ſolùm reperitur permiſſum in milite, duplici ratione. prima, quia in eo ſolùm attenditur ius gen. l. 1. & l. iure militari. ff. de teſt. militis. Item, quia propter fauorem publicum reputatur pro patrefa. l. 2. in princ. ff. ad Maced. & ſtatim. ĩ. dicam, ſed ambæ rationes ceſſant iſto caſu. Sed pulchrè reſponde, quòd quo ad alia non dicetur inteſtatus, cùm de eis non poſſit teſtari. l. 1. in princ. ff. de ſuis, & legi. & ſic regula d. l. ius noſtrum. procedit in eo, qui de omnib. poteſt teſtari, & ita alibi not. reſpondet Bald. in l. 1. in 12. colum. in fin. C. de ſum. Tri. facit tex. in l. 1. C. de natu. lib. ¶ Sextò pro communi poteſt induci text. in c. licet. §. fin. de ſepul. in 6. vbi text. eſſet diminutus, qui ſolùm excipit peculium caſtrenſe vel quaſi, ſi filiusfam. poſſet etiam teſtari de aduentitijs, quorum vſusfruct. non quæritur patri, non ſolùm pro anima, ſed etiam aliter. ¶ Septimò facit text. in l. Imperator. ff. ad Trebell. vbi filiusfam. in bonis, quibus nihil acquiritur patri, æquiparatur filiofam. militi, ſed filiusfam. miles poteſt teſtari, vt l. fin. ĩ. eod. Bart. ibi reſpondet, quòd illa æquiparatio procedit quo ad agen. & defenden. ſed non quo ad teſtan. vt hoc tex.
* ¶ *Stat ergo communis omnium ſententia*, ꝙ filiusfam. non põt teſtari etiam de illis bonis aduentitijs, quorum vſusfruct. non quæritur patri. Et ſi dicis, quæ eſt ratio diuerſitatis, quare filiusfam. poteſt teſtari de caſtrenſi, vel quaſi, vt hic, & l. fin. & tamen non poteſt teſtari de aduentitijs, quorum vſusfruct. non quæritur patri, & ſic pleno iure ſpectant ad filium, cùm tamen habeamus, quòd in iſtis habet integram perſon. patet, quia in illis poteſt agere, conueniri, & eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, tex. eſt in cap. fin. §. fin. de iud. in 6. ergo cùm in iſtis ſit integra perſona, quare non poteſt ita teſtari ſicut in caſtrenſibus, vel quaſi? corroboratur difficultas, quia in talibus bonis æquiparatur filiof. mil. text. in l. Imperator. ff. ad Trebell. in verb. *filio militi comparari debuit*, & ibi Bart. notat, licèt reſpondeat, ꝙ illa æquiparatio procedat quo ad agendum, & defendendum, ſed non quo ad teſtandum. per iſtum text. Reſponde, ꝙ ratio diuerſitatis eſt, qa in caſtrenſibus, vel quaſi filiusf. habetur pro paterfa. text. eſt in l. 2. ff. ad Maced. ergo nimirum ſi in illis poteſt teſtari. Sed in aduentitijs dato, ꝙ vſusfr. non quæratur patri, filius tñ non habetur pro patrefa. ergo nimirum ſi teſtari non poteſt. Et ſi inſtas, quę eſt ratio rationis, quare magis in caſtrẽſib. vel quaſi lex habeate um pro patrefa? Reſponde fauore publico, & ſic fauore publicæ vtilitatis, & publici officij, quia caſtrenſia de publico acquiruntur, eodem modo quaſi caſtrenſia acquirun tur ratione publici officij, cùm in quaſi caſtrenſibus filius dicatur ita militare ſicut in caſtrenſibus. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. Sed iſta ratio publici officij ceſſat in aduentitijs, quia iure priuato obueniunt. Et ſi inſtas, quare filiusf. in iſtis aduentitijs, in quibus patri non acquiritur, eſt magis habilitatus ad contractus, & iudicia. d. c. fin. §. fin. & non quo ad teſtandum? Reſponde ad hoc, ꝙ in aduentitijs, quorum vſusfr. non quæritur patri, filiusfa. cenſetur habere integram perſonam quo ad contractus, & iudicia, prout loquitur text. in d. c. fi. in fi. de iud. in 6. tamen non ſic eſt quo ad vltimas voluntates, pp maiorẽ excellentiã, & ſolennitatẽ teſtamentorum. ¶ Contra tñ communem ſententiam multum ſtringit text. in l. fi. §. filijs autem. ĩ. de bon. quæ lib. in illa taxatiua duntaxat, in quibus vſusf. quęritur patri, ſi ergo filiusf. prohibetur teſtari in illis duntaxat, in quib. vſusfru. quæritur patri, ergo in alijs aduentitijs, in quibus pater non habet vſumfruct. debet poſſe teſtari. aliàs ſi in omnibus aduentitijs filiusfa. prohibetur teſtari, ſiue in eis quæratur vſusfructus patri, ſiue non, text. ibi ineptè, & ſuperfluè poneret illam taxatiuam, & diceret, in eis duntaxat caſibus, in quibus apud parentes vſusfr. eſt, teſtari prohibetur. Durum eſt reſpondere ad illum text. d. Alex. rñdet dupliciter, primò, ꝙ taxatiua, ibi fuit appoſita ob caſtrenſia, vel quaſi: ſecundò dicit, ꝙ ille text. debet referri ad omnia illa in illo text. poſita, præterquam ad actum teſtandi, ſed non bene reſpondet pp tex. qui expreſsè dicit, neque de his teſtari permittimus, & ſic expreſsè loquitur de actu teſtandi prohibendo. Vel tertiò reſponde ſm Fulg. Lud. & do. Alex. ꝙ in d. §. filijs autem. non debet ſumi arg. à cõtrario ſenſu, quia reſultaret abſurdus intellectus. ſ. correctio iſtius. l. vnde qñ inducitur correctio iuris, nunquã ſumitur arg. à contrario ſenſu. c. vnico. de æta. & qualit. in 6. ſed iſta ſolutio nõ ſatisfacit, quia non ſumus in correctorijs, vt ſtatim dicam. Præterea ibi non eſt propter argu. à contrario ſenſu, ſed propter taxatiuam, cuius natura eſt, vt ſi appoſitio affirmatiuè illud ponat, & omne aliud negat, & excludit ſecundum Barto. & Doct. in l. vnica, in prin. ff. ſi quis ius dicen. non obtẽp. ibi tamen Bart. ſubdit verum, niſi cauſa. euitandæ contrarietatis alterius. l. Potes aliter reſpondere, ꝙ ex dictionibus taxatiuis non eſt licitum arguere, quando ita arguendo inducitur correctio alicuius ſtatuti, vel iuris, prout ſing. determinat Bart. in pulchra quæſtione ſtatuti in l. 3. §. Lucius Titius. ff. de alimen. leg. cum concor. Tamen nec hoc ſatisfacere videtur. Primò, quia in d. §. filijs autem. non ſumus in correctione iuris communis, ſed in limitatione, quia tantum limitaretur ius commune in aduentitijs, quorum vſusfru. non quæritur patri, vt de illis teſtari poſſit. Iſtud non eſt corrigere ius commune, ſed tantum limitare, iſto caſu tamen verè eſſet corrigere iſtam. l. pen. Prætereà non euaditur arg. ſuperfluitatis, quia ſuperflue dixiſſet text. in his duntaxat caſibus, in quib. patri quæritur vſusfr. Sed reſpondeo, ꝙ per hoc text. non eſt ſuperfluus, propter alia, quę ibi ſubiungit, prohibendo alienationem inter viuos, & hypothecam, quæ prohibitio alienationis inter viuos non habet locum niſi in illis aduentitijs, quorum vſusfr. acquiritur patri. Cogita, quia fortis eſt text. ¶ Secundò contra communem opi. facit text. in Auth. vt lice. matri, & auiæ. in fin. princ. in verb. *quo volunt modo diſponere*. Et ſi dicas, ille textus intelligitur de diſpoſitione in-
* ter viuos, *prout glo. ibi, & omnes intelligunt, &* hoc comprobat d. Alex. dupliciter. Primò, quia lex noua genetaliter loquens recipit diſtinctionem, & limitationem per leges antiquas ſpecialiter loquentes. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. glo. in l. ſciendum. in princ. ff. qui ſatiſd. cog. Secundò, & fortius pondera text. ibi,
a *ſi quidem perfectæ ſunt ætatis*: nam perfecta ætas a dicitur 25. ann. l. fin. C. de his, qui ve. æta. impe. ſed ad teſtandum ſufficit 14. annorum ætas. l. qua ætate. ff. de teſt. Aduerte, hoc modo intelligendo illum text. eſſet reſtringere illum text. in verb. diſponere, ꝙ propriè refertur ad vltimas voluntates. §. quoniam infirmas, & §. diſponat. in Auth. de nup. Item reſtringerentur illa verba vniuerſalia, quo volunt modo, non enim omni modo quo vellent poſſent diſponere, ſi ſolùm poſſent inter viuos. Confirmatur, & fortius: nam ꝙ in aduentitijs, in quib. patri nõ acquiritur vſusfr. filius poſſit inter viuos diſponere, illud erat iam conceſſum per l. fin. §. ſiue ècontrario patre recuſante. & §. filijs autem. C. de bon. quæ lib. vnde quando lex noua continet diſpoſitionem actus iam conceſſi, tunc non recipit reſtrictionem, eſt doctrina Bart. approbata in l. 1. §. nunciatio autẽ. ff. de oper. no. nun. Nec obſt. text. in verb. perfectæ, quia aliter, & aliter intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, vt infra ſtatim

ADDITIO.

a ¶ Perfecta ætas. Adde Ioann. Andr. in c. ſuſceptum. de reſcrip. libr. 6. in nouel. glo. in verſ. perfectus, & ibi Doct. in proœ. 6.

Source : BIU Cujas

ſtatim dicam in ſequenti artic. Tertiò eſſet reddere illum text. de indubitabili, quia clarum eſt, ꝙ in aduentitijs, in quib. non quæritur vſusfruct. patri, filiusfa. poteſt contrahere. l. fin. §. ſiue è contrario patte recuſante, & §. filijs autem. C. de bon. quæ lib. Et ſi dicis, prout dicebat Lud. Ro. ꝙ ibi inducitur de nouo, ꝙ poſſit donare cauſa mortis, certè hoc modo corrigitur. l. tam is §. 1. ff de dona. cauſa mort. & l. filiusfa. §. pari. ff. de don. Suſtinendo communem opin. dic, quod ille text. principaliter venit ad decid. an aduentitia poſſint relinqui filiofam. cum hoc, ꝙ patri non acquiratur vſusfruct. & decidit, quòd ſic. Illud autẽ, ꝙ poſſit quo velit modo diſponere, eſt incidenter dictum, & ſatis eſt, ꝙ text. in principali deciſione operatur, & dubitationem magnam faciebat text. in d. l. fin. §. filijs autem. in ratione ſui, quæ ratio videtur generaliter militare etiam in aduẽtitijs, in quibus non acquiritur vſusfru. patri. Nec eſt verum, ꝙ corrigatur. d. l. tam is. §. 1. ſed limitatur, vt non procedat hodie in aduentitijs, in quibus patri non acquiritur vſusfr. per text. in d. Auth. vt lice. matri, & auiæ. Ad quem tex. adde, quæ ſtatim dicam in ſeq. artic. ¶ Retenta communi ſententia, ꝙ filiusfa. non poſſit teſtari etiam in aduentitijs, quorum vſusfru. non quæritur patri, ſuccedit dubium, nunquid ſaltem filiusfamiliàs poſſit hodie de talibus aduentitijs, quorum vſusfru. non quæritur patri, donare cauſa mortis ſine conſenſu patris? d. Alex. hic dicit, ꝙ non reperit iſtum paſſum ab alijs bene diſcuſſum, ſed ip ſe concludit, ꝙ etiam in talibus aduentitijs non poſſit hodie donare cauſa mortis niſi cum conſenſu patris, eo qa non habet integram perſonam, ergo debet integrari mediante conſenſu patris, ſicut olim debebat, ſed cum reuerentia errat, & iſtud ſtringit contra eum, quia imò in talibus aduentitijs, in quib. non quæritur vſusf. patri, habet integram perſonam, quãtum ad contractus, & iudicia, licèt non quantum ad teſtandum. c. fin. in fin. de iud. in 6. & ipſemet do Alex. s̃. in 2. colum. expreſsè firmat, ſed donatio cauſa mort. prout in eſſe deducitur, æquiparatur contractui, vt dixi in l. ſenium. s̃. eo. ergo quantum ad donandum cau. mor. in talib. aduentitijs, quorũ vſusf. non quæritur patri, habet hodie integram perſonam, ergo ſine conſenſu patris poteſt hodie donare, nec conſenſus patris aliud faceret, prout etiam probat text. in Auth. vt liceat matr. & auiæ. in princ. & ibi glo. firmat, & intellige illum text. prout facit do. Alex. de actib. inter viuos, tamen eſt nimium reſtringere text. in 2. ſenſ. quo velit modo diſponere. item eſſet reddere illum text. de indubitabili, niſi reſpondeas, prout reſpondi in præcedenti art. Nec refragatur text. in verſ. perfectæ ætatis, quia ſecundum ſubiectam materiam intelligitur de ætate. 14. an. vt l. cùm filiofa. de leg. 3. & ad materiam teſtandi intelligitur de ætate. 14. ann gl. eſt ord. in c. 1. in princ. in gl. 3. de pace iur. firm. ſic per fundamentum quo mouetur d. Alex. teneo cõtra eum. ¶ Mouetur etiam per regulam, quia qui non poteſt teſtari, non põt donare cauſa mor. l. 1. §. 1. ff. de tute. & rat. diſtra. Ad hoc reſpõde, vt dixi in l. ſenium. s̃. eod. ꝙ illa regula negatiua procedit, qñ quis impeditur defectu naturæ, & ſic intellectus, tũc ſicut prohibetur teſtari, ita prohibetur donare cauſa mort. ita propriè loquitur d. l. 1. §. 1. ſed filiusf. nõ prohibetur teſtari propter defectum intellectus, & ſic naturæ, ſed propter diſpoſitionẽ legalem, & rationes quæ aſſignantur per gl. & Doct. in d. l. ſenium. s̃. eod. Mouetur etiam, quia leges noſtræ eſſent ſine effectu, & ſic eſſent impoſitæ verbis, & non rebus, ſi diceremus, ꝙ filiusf. in talib. aduentitijs non poſſet teſtari, ſed donare cauſa mort. cùm in effectu nil referat. Sed eius fundamentum apparet falſum per l. tam is. §. 1. ff. de dona. cauſa mort. vbi filiusfam. non poteſt teſtari cum conſenſu patris propter magnam ſolennitatem, & obſeruantiã teſtamentorum, tamen põt donare cauſa mort. & tamen ſi iſtud fundamentum eſſet verum, certè cũ filiusfam poſſet donare cauſa mort. d. l. tam is. §. 1. & l. filiusfa. §. pari. ff. de dona. certè eſſent eluſoriæ, & ſine effectu leges, quæ dicunt, ꝙ filiusf. non poteſt teſtari etiam cum conſenſu patris. l. qui in poteſtate. ff. de teſta. & Inſti. quib. non eſt permiſ. face. teſt. in princip. & l. ſenium. cum glo. s̃. eod. & tamen hoc eſt notorie falſum, vt in iurib. præalleg. facilius ergo permittit lex, & diſpenſat, ꝙ filiusfam. poſſit donare cauſa mort. quæ in ſui ordinatione accedit cõtractui, vt dixi in d. l. ſenium. quàm quod poſſit teſtari, propter maiorem vim, & maiorem ſolennitatẽ teſtamentorũ, & ſic ne circa teſtamentũ nimium deroget ur legib. & quòd ita ſit, patet, quia poſſet etiã donare inter viuos, qui effectus eſt maior, cùm ſit irreuocabilis, quã donatio cauſa mor. † Et ſic concludo contra dom. Alex. quòd in talib. aduentitijs poteſt hodie filiusfam. donare cauſa mort. ſine conſenſu patris, & ita tenet Raph. Cum. licèt alijs mediis moueatur, & nõ fundat ſe in his, quæ dixi in d. l. tam is. §. 1. & in l. qui in poteſtate. ff. de teſta. Pau. de Caſtr. in l. ſenium. s̃. eod. & Ludo. Rom. in repe. d. Auth. ſimiliter. in 19. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas voluntates. ¶ Limita tamen deciſionem text. noſtri ſingulariter non procedere in lucris nuptialibus, quæ patet facit ex forma ſtatuti diſponentis, quod maritus decedente vxore in matrimonio lucretur certam partem dotis, dato, ꝙ adſint filij, quia ſi poſtea maritus acciperet ſecũdam vxorem, tranſeundo ad ſecunda vota, priuatur iſto lucro ſtatuti iã quæſito, & illud lucrum vadit ad filios prioris matrimonij, qui in talib. poſſunt teſtari, quamuis ſint in poteſtate patris, ita probat text. in §. quoniam infirmas. in verſ. diſponant. in Auth. de nup. & text. in l. in quib. C. de ſecun. nup. per quæ iura ita dicit Ang. in §. venient. in Auth. de nup. ſequitur do. Alex. hic, & in l. 1. §. hoc autem. ff. ad Trebell. Tamen conſidera, ꝙ illa iura non ſimpliciter concedunt filijsf. ꝙ poſſint vltimam volun. condere, ſed bene diſponere pro quib. portionib. inter filios habeat fieri diuiſio, ſicut & alias in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. Eccleſ. ¶ Secundò limita iſtas leges, [a] quæ prohibent filiumfam. teſtari, vt non habeant locum in filijs Francigenarum, vel Britonum, eo quia ſecundum leges, quas ſeruant Frãcigenæ, vel Britones non habent filios in poteſtate. gl. eſt Inſti. de patr. pote. §. ius autem. in verſ. ciuium Romanorum. quam pro ſing. allegat Bald. in c. 2. circa fi. de fra. de nou. benefi. inueſti. & in c. 1. an maritus ſucce. vx. in benefi. ita limitant Lud. & do. Alex. hic. Sed tu caue, quia limitatio eſt in ſe vera, ſed non eſt ad propoſitum iſtarum legum, quæ loquuntur de filijsfa. & ſic de filijs in poteſtate. l. nam ciuium. ff. de his, qui ſunt ſui. ſed filij Francigenarum, vel Britonum non ſunt in poteſtate parentum. glo. præalleg. ergo non facit ad propoſitum noſtrũ. ¶† Secundo princ. pondera per iſtam l. probari regulam, quæ alibi traditur, ꝙ quando leges in C. ſunt in eod. tit. tunc apparet de prioritate & poſterioritate, ſed quando ſunt ſub diuerſis tit. C. iſtud non poteſt argui. f. ꝙ talis l. ſit anterior, eo quia ſit in tit. anterior. ita dicit glo. s̃. in 1. conſtitutione. C. in verbo, primordio, & glo. & Bart. in l. 2. in princ. C. de iur. cal. Iſta regula probatur hic, nam iſta lex eſt in tit. anteriori, & tamen eſt facta poſt l. cùm non ſolùm, vel l. fin. j̃. de bon. quæ lib. patet, quia eas refert, & ſic quamuis illæ leges ſint in poſteriori tit. non per hoc ſequitur, ꝙ poſterius ſint factæ. iſtud etiam patet in l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. tollen. vbi text. facit mentionẽ d. l. vnicæ. C. de his, qui ante apert. tab. tamen ille tit. eſt inferior. Iſtud etiã patet in l. fin. §. 1. C. de curia. furio. quæ facit mentionem de l. fin. C. qui admit. quæ eſt in tit. inferiori. ¶ Tertiò not. [b] ex l. fin. duplex priuilegium, ꝙ habet filiusf. in bonis caſtrẽſib. vel quaſi primum eſt, ꝙ de eis poteſt liberè teſtari. ſecundũ, quia eius teſtamentum non ſubiacet querelæ, vt hic, & l. fin. s̃. de inoffi. teſt. Hinc infertur, [c] ꝙ cùm bona donata à Rege, vel imperatore filiofam. habeant naturam quaſi caſtrenſis pecu. videtur eſt text. in l. cùm multa, quem Bald. ibi dicit eſſe ſing. j̃. de bon. quæ lib. & dixi in Auth ex teſtamento. s̃. de coll. ꝙ de talibus poterit teſtari, & ita firmant Lud. Ro. & do. Alex. hic, & Lud. in præalleg. Auth. ſimiliter. Hinc, & ſecundo notabilius infertur, ꝙ cùm filijſa. presbyteri cenſeantur habere bona iure quaſi caſtrenſis peculij. Auth. presbyteros, & l. ſacroſanctæ, & l. cùm lege Leoniana. C. de Epiſ. & cler. etiam ſi ſint clerici [d] primæ tonſuræ, ꝙ poterunt teſtari, prout etiam probatur in cap. quia nos. & ibi Canoniſtæ de teſta. gl. in c. quia ingredientib. in verſ. teſtandi. 19. q. vult. & expreſsè not. d. Bart. Veron. in cau. 65. de quo puncto plenius dixi in l. filiæ licet. s̃. de coll. & ibi tetigi, an iſtud procedat in bonis aduenientib. aliunde, quàm cauſa clericatus, poſt Bar. in d. l. ſacroſanctæ. Et not. iſtud inter vltima ſuperius dicta pro limitatione iſtius. l. pen. & aliarum dictarũ legum ſimilium, quia de facili filiusfam. poterit fieri clericus primæ tonſuræ, & hoc modo poterit teſtari, & ſic vides, ꝙ de facili eluderentur iſtæ leges. ¶†† Iſtud tamen, ꝙ ſecundo loco dixi ex text. ꝙ teſtamentum conditum de caſtrenſib. vel quaſi non ſubiacet querelæ, eſt hodie correctum per. §. ſed hæc quidem. cum ſeq. in Auth. vt cùm de appel. cog. ſecundum Barto. & alios in Auth. ex cauſa. in 10. col. j̃. de liber. præte. vbi dicetur. Ang. & Mod hic. qui Ang ſingulariter limitat hoc vltimum in filiofa. presbytero, vel cler. quia adhuc hodie ſi exhæredet patrem, vel matrem in teſtamento, teſtamentum non ſubiacet querelæ, ſed pater, vel mater agunt ſolùm ad eorum legitimã con-

ADDITIONES.

a ¶ Iſtas leges. Contra vide Dec. in l. qui ſe patris. colu. 1. s̃. vnde lib. PVRPV.

b ¶ Tertio not. Adde rationem, quia in his habetur loco patris. Iaſ. in l. fin. s̃. de collat. in princ. PVRPV.

c ¶ Hinc infertur. Vide ad iſtas illationes latè Monferratum in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. q. 24. & 27.

d ¶ Clerici. Adde Doct. in c. per venerabilem. qui fil. ſint leg. Doct. in c. indecorum. de æta. & qualita. Abb. in rub. de pecul. cler.

Source : BIU Cujas

condictione ex lege. ſ. ex. d. Auth. presbyteros. præallegata, & in corpore vnde ſumitur, quæ cùm ſit poſterior poſt. §. ſed hæc quidem. remanet incorrecta, & cum Ang. tenet Lud. hic, & Raph. Fulg. hic tenet contrarium, & ponderat, quòd text. in d. Auth. presbyreros, & in corpore vnde ſumitur, dicit, ita tamē, vt parentes habeant legitimam portionem, ꝙ ſi non fecerint, eſt locus præceden. Authen. & ſic in omnib. eſt locus querelæ. per d. §. ſed hæc quidem. Idem tenet Sal. in d. Auth. ex cauſa. j. de lib. præte. Tu vltra eos pondera, ꝙ contra Ang. facit, quia cùm æquiparentur hodie à iure teſtamentum presbyteri, & alterius teſtantis de quaſi caſtrenſib. per dictam Auth. presbyteros. ergo, quòd in vno corrigitur per d. §. ſed hæc quidem. intelligitur & in alio correctum eſſe, quia quando duo caſus parificantur à l. antiqua in aliqua materia, certè. l. noua corrigens in vno ex caſib. parificatis, intelligitur & in alio corrigere, ſecundum Bart. in l. 2. ff. de leg. 1. & in l. Marcellus. in princ. ff. ad Trebell. & in Auth. ſed cùm teſtator. C. ad leg. falc. Suſtinendo Ang. potes dicere, ꝙ parificatio, quæ fit de teſtamento presbyteri, & alterius teſtantis de quaſi caſtrenſibus, fit in materia fauorabili, vt non habeat locum querela, & ſic teſtamenta expugnari non poſſint, ergo non debeat fieri extenſio ad caſum odioſum. d. §. ſed hæc quidem. vbi diſponitur, ꝙ teſtamenta poſſint querelari, & expugnari per regulam. l. cùm quidam. ff. de lib. & poſthu. & vide, quæ dixi in l. ſicut certi. in vlt. colu. s̄. de teſt. mili. Iaſon Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Vbi concurrunt veritas, & communis opinio tanquam diuerſa, præfertur communis opi. veritati.*
2 *Vbicunque requiritur certa qualitas in perſonis adhibitis aliquo certo limitatio tempore, debet præcisè probari, quòd illa qualitas limitato tempore interuenit.*
3 *Exceptio ſeu poſitio debet concludere non tantum de veritate, ſed etiã ſimul, & ſemel de communi opin. aliàs nihil operatur.*
4 *Regulariter ſeuus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.*
5 *Error non præſumitur.*
6 *Qui vult repellere aliquem propter inimicitiam, non ſufficit, quòd probet in genere inimicitiam, ſed debet etiam probare in ſpecie eius qualitates.*
7 *An teſtamentum nuncupatiuum redactum in ſcrip. probetur per ſolam ſcripturam.*
8 *Regulariter vbi aliqua res eſt mea, ſed non poſſum probare, licitum eſt mihi recuperare eam furto.*

De teſtamentis. Rubr.

LEX PRIMA.

TEſtes. Diuide in tres partes. In prima ponitur thema, & deciſio. In ſecunda, quę eſt ibi, cum eo tempore, ponitur ratio decidendi. In tertia, quæ eſt ibi, nec quiſquam. reſpondetur tacitę obiectioni. Et ꝙ in illa tertia reſpondeatur tacitæ obiectioni, dicit Bart. hic in vlt. col. h. d. Inſpicitur cõditio teſtis adhibiti in teſtamento qualis fuerit verè, & putatiuè tempore, quo adhibitus fuerit. h. d. iſta ſolennis lex. ¶† Not. ex iſta. l. duo generalia, ad quæ vulgò allegatur, primum eſt, ꝙ vbi concurrunt veritas, & communis opin. tanquam diuerſa, præfertur cõmunis opin. veritati, & iſtud eſt fauore teſtamenti, quia cauſa ſuſtinendi teſtamentum reſpicit fauorem publicum, & vbi tractatur de teſtamento ſuſtinendo, dicitur ibi tractari de fauore publico, cùm publicè interſit, ꝙ teſtamenta ſortiantur effectum. l. vel negare. ff. quemad. teſt. ape. & de hoc eſt glo. valde not. in l. Gallus. §. quid ſi is. in verſ. vtilitatem. ff. de lib. & poſth. aliàs autem ceſſante fauore teſtamenti, & ſic publico, nunquid præferatur opin. veritati, remitto te ad Bart. in l. is, q putat, & in l. gerit. ff. de acq. hær. Aliud generale habes ex hoc text. prout etiam not. gl. hic, ꝙ communis error [a] facit ius, & habetur pro veritate, concordantes ſunt in gl. vide Bart. & Iac. Butr. in l. Barbarius. ff. de offi. præto. Bald. hic in 4. q. & latè Fulg. hic, per Cyn. in l. decernimus. s̄. de ſacroſan. Eccleſ. aliquid per Bart. in l. 2. ff. de ſupel. lega. Sal. in l. Zenodorus. s̄. ad Maced. Bal. omnino in l. 2. C. de ſen. Ang. de Aret. in §. ſed cùm aliquis. Inſti. eod. per Canoniſtas in c. ad probandum. de re iud. plenè per d. Ant. de Butr. in commento. c. conſultationis. de iure patr. & tetigi in d. l. Barbarius. ff. de offi. præto. ¶† Secundò diligenter not. ex text. ibi, cùm eo tempore. ſecundum Bart. hic in vlt. colu. & Bald. in 3. not. hic notabiliter probari, ꝙ vbicunque requiritur certa qualitas in perſonis adhibitis aliquo certo limitato tempore, debet præcisè probari, ꝙ illa qualitas limitato tempore interuenit, & non ſufficeret probare, ꝙ interuenerit ante illud tempus, vel poſt, vt dicit hic text. in verſ. cùm eo tempore. ad idem facit tex. in l. ad teſtium. §. 1. in verbo tunc. ff. eod. faciunt, quæ notant Bart. & alij in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. cum ſuis concor. ff. de ope. nu. nun. & vide, quæ dixi in rub. s̄. qui admit. Limita tamen iſtud not. per text. ſingularem, & ibi Inn. & do. Ant. ad hoc ponderant in c. propoſuit. de cler. excom. miniſtran. ꝙ licèt requiratur certa, & determinata qualitas certo tempore, & requiratur pro forma, certè talis qualitas probatur in eſſe præſumptiuè, non dico concludenter illo tempore, probando, ꝙ olim fuit, & ita illum text. ad hoc not. do. Fran. de Aret. in conſ. 51. inc. videtur dicendum. in 1. col. ¶ Tertio pondera text. in verſ. ſignabatur. hic colligi, ꝙ iſta l. loquitur de teſtamento in ſcriptis, quia teſtamentum nuncupatiuum nõ ſignatur, niſi in teſtamento cæci. l. hac conſultiſſima. vbi dixi. s̄. tit. 1. ſecundum Raph. Fulg. hic, & idem tenet Imo. in l. ad teſtium. §. conditionem. ff. eo. tamen gl. *& communiter Doct.* hic intelligunt, ꝙ iſta lex procedat in teſtamento nuncupatiuo, cùm ſit eadem ratio, de quo dicetur. j. in gl. ¶ Quartò pondera text. ibi, omnium conſenſu, & intellige ſanè non omnium hominum de mundo, ſed omnium, qui veriſimiliter eum cognoſcunt. ſecundum Bart. & alios hic, & eſt gl. not. in l. cùm quidã. §. ꝙ dicitur. in verſ. obſtetrices. quam ibi not. Bart. ff. de acquir. hær. traditur in l. 1. §. nunciatio autem. ff. de oper. nou. nun. Imò plus non requiritur, ꝙ omnes cognoſcentes iſtum teſtem reputarent eum liberum, ſed ſufficit, ꝙ maior pars cognoſcentium. l. 3. in princ. ff. ad Maced. iuncta l. 2. C. eo. ſecundum Ray. & Alb. de Ro. hic, & latè Io. Fab. in §. ſed cùm aliquis. in 7. colu. Inſti. eod. cum concor. de quibus per do. Alex. hic, & idem tenet d. Fran. de Aret. in d. l. ad teſtium. §. 1. Quamuis contrariũ tenuerit Imo. in d. l. teſtium. §. 1. quem ſequitur Ang. de Aret. in d. l. ſed cum aliquis. in vlt. col. ¶†† Item extẽ de iſtam. l. vt procedat non ſolùm quando vnus, vel duo ex ſeptem teſtib. erant ſerui, imò procedit iſta lex etiam ſi omnes ſeptem teſtes teſtamentarij fuiſſent omnes ſerui, vel aliter inhabiles, dummodo communi opin. reputarentur habiles, & ad hoc bene pondera iſtum tex. in princ. dum dicit teſtes, & ſic in plurali. Item indefinitè, [b] ergo æquipollet, acſi dixiſſet omnes teſtes, iur. vulgaribus, & quia eſt bonum arg. [c] de parte ad totum, vbi eſt eadem ratio. l. qui ſcit. in princ. cum iuribus ibi alleg. in glo. ff. de vſur. & l. quæ de tota. ff. de rei vend. & c. paſtoralis. in princ. ff. de offi. deleg. bona glo. in cle. ſi vna. in verſ. defenſor. de reb. Eccle. non alienan. & ita tenet Cy. hic in 2. q. & ſequitur Raph. Fulg. & Io. Fab. in d. §. ſed cùm aliquis. ¶Item procedit iſta lex non ſolùm quando in teſtib. teſtamentarijs erat defectus ſeruitutis, ſed etiam qñ interueniſſet alius defectus, puta, ꝙ aliquis in veritate eſſet fœmina, & reputaretur maſculus, vel eſſet infamis, & excommunicatus, & communi opin. reputaretur habilis. ita concludit Cyn. Bar. Bald. *& magis communiter alij*, per gl. reputatam ſing. in l. cùm lege. in glo. fin. in verbo putant. ff. cod. quam gl. communiter ſequuntur Doct. hic, & eam reputat ſing. Bal. in c. ſuper eo. de teſti. cum concor. de quib. per dom. Alex. hic. Quamuis contrarium teneant Ang. & Fulg. hic, ponderando text. in d. §. ſed cùm aliquis. in verb. libertate. Sed reſponde, ꝙ cùm hic tractetur de publico, & ſic teſtõ, vt prædixi, licita eſt extenſio ad ſimiles caſus. ¶Item adde, & quartò, ꝙ iſta lex procedit etiam in caſu ècontra, qñ omnes ſeptem teſtes adhibiti in veritate erant liberi, & habiles, tñ communi opin. etiam ipſius teſtatoris reputarentur ſerui, tñ valeret teſtamentum, quia tunc attenderetur veritas, & non opi. l. item ſi cùm putaui. §. fi. ff. de neg. geſt. ſm Fulg. & do. Alex. hic, & Bald. & Sal. in l. 2. C. de ſen. & ſi dicis, ꝙ imò teſtamentum tunc non debeat valere, deficiente voluntate teſtatoris, quia videtur teſtatorem noluiſſe teſtari, quia adhibuit ſeptem teſtes, quos omnes credebat inhabiles, & ideo videtur, ꝙ actus non debeat valere etiam eo modo, quo poſſit. per regulã. l. an inutilis. ff. de accepti. in prin. dic, ꝙ ibi actus, qui agebatur expreſsè, erat nullus vtroque modo, & ſecundum veritatem, & ſecundum opi. hic autem valebat

ADDITIONES.

a ¶Communis error. Adde Io. And. in c. cùm dilectus. de conſuetu.
b ¶Indefinitè. Adde glo. in c. vt circa. de elect. lib. 6. Fel. in c. auditis. in 14. colu. de reſcrip. Alex. de Imo. conſ. 66. inc. viſo teſtamento dicti Benicaſij quondam Iuliæ. in 2. col. in 2. vol.
c ¶Argumentum. Adde Bart. in l. per fundum. ff. de ſer. ruſt. præd. & in c. meretrices. 33. q. 4.

Source : BIU Cujas

lebat ſaltem attenta veritate. Tamen huic refragari aliqualiter videtur, ꝙ dicam ſtatim in ſecunda limitatione. ¶Quintò extende iſtam.l. vt procedat etiam ſi iſte ſeruus non eſſet in quaſi poſſeſſione libertatis, vt infra ſtatim dicam. ¶Iſtam.l.ſic extenſam limita duob. mod. primò, quando defectus erat in perſona ipſorum teſtium, ſecus quando defectus fuiſſet in perſona ipſius teſtantis, vt quia in veritate eſſet filiuſf. & ſic inhabilis ad teſtandum, quia quamuis communi opin. reputaretur habilis, & ſic ſui iuris, vt quia communi opin. reputabatur, ꝙ eſſet emancipatus a patre, vel quòd pater eius eſſet mortuus, tamẽ ſi faceret teſtamentum, non valeret, quia tunc eſſet defectus in ipſa ſubſtantia teſtamenti. Et quamuis reperiatur, ꝙ communis opin. attendi debeat quo ad habilitandum teſtes adhibitos ad teſtamentum, tamen quo ad habilitandum inhabilem ad teſtandum, nullibi reperitur, & grauior eſt in eo defectus, in quo ſubſtantia conſiſtit. ita limitat Bald. in l. 2. ad fin. C. de ſen. & ſimpliciter ſequitur do. Alex. hic. Tu pondera in contrariũ glo. ord. in l. 2. in verb. ſeruus. C. de edi. diui. Adr. quæ approbatur per Doct. ibi, niſi reſpondeas, ꝙ loquitur in iudicio poſſeſſorio, & in ſummario. hic in petitorio, & ſic in ordinario. ¶Vltimò limita non procedere iſtam. l. quando teſtes ſerui eſſent habiti pro liberis ab alijs omnib. eos cognoſcentibus præterquam à teſtatore, qui ſciebat eos eſſe ſeruos, quia ſcientia teſtatoris facit, quòd teſtamentum vitietur non obſtante communi opin. aliorum. Ita ſingulariter limitat Ioann. Fab. in d. §. ſed cùm aliquis. per text. in l. fin. in fin. ff. quib. ad liber. procla. non lic. & ſequitur ſimpliciter do. Alex. hic in 10. col. Quamuis aliqualiter videatur refragari quarta extenſio, quam poſui ad hunc text. quando teſtes erant verè habiles, ſed ab ipſo teſtatore inhabiles reputabantur, tunc non attento eo, ꝙ. teſtator crederet, teſtamentum valet, quare ergo non valet etiam hic attenta opinione aliorum, & non ipſius teſtatoris? Cogita, quia bene diuerſitas eſt: nam ibi attenta veritate erant liberi, & ſic habiles, quod non eſt hic, vbi nec ſecundum veritatem, nec ſecundum opinionem ipſius teſtatoris ſunt habiles. ¶Nunquid autem iſta. l. habeat locum in eo, qui verè non erat notarius, tamen communi opinione reputabatur notarius, vt propter communem errorem inſtrumenta per eum facta valeant, dixi & limitaui aliquibus modis in l. Barbaris. ff. de officio præto. Nec requiritur, quòd iſte ſeruus eſſet in quaſi poſſeſſione libertatis, quod dicitur eſſe, quando diu ſe geſſit pro libero. l. 3. §. ſi ſeruus. de acquir. poſſ. quia ſatis eſt, quòd habeatur pro libero, quamuis aliter non ſit in quaſi poſſeſſ. libertatis, & erit ſexta extenſio ad hanc legem, ſecundum Bart. & d. Alex. hic, quicquid teneat Pau. de Caſt. & minus bene. ¶Quintò not. ex text. ibi, liberorum loco. mirabilem. l. ad practicam ſecundum Bart. ad
a opponendum exceptionem contra teſtes, vel contra iudicẽ, [a] nam non ſufficit opponere, quòd talis teſtis tempore quo depoſuit, vel talis iudex erat infamis, vel excommunicatus, ſed oportet etiam addere, quòd etiam illo tempore reputabatur pro excommunicato, & idem in poſitionibus, & idem tenet Bart. in l. ſi arbiter. infra de ſent. & in d. l. ad teſtium. §. 1. & in l.
4 cum lege. ff. eod. † Ex quo not. vt elicias, quòd exceptio, ſeu poſitio debet concludere non tantum de veritate, ſed etiam ſimul, & ſemel de communi opinione, aliàs tanquam non cõcludens nihil operaretur. quod bene ſigna. Sed iſtud reprobãt
* Bald. hic in 2. quæſtio. *& omnes Mod. hic per text.* in cap. præſentium. §. teſtes. de teſti. in 6. & quia præſumitur, quod ita reputaretur, ex quo ita erat. Idem tenent etiam Imo. Raph. Cum. & Pau. de Caſtr. in dicta. l. ad teſtium. §. 1. Mouetur præcipuè Raph. Cuman. ibi, quia ſi verum eſſet illud, quod dicit Bartol. ſequeretur, quod non admitteretur iſta petitio. peto à te centum. quia tibi mutuaui, niſi adderem, nec mihi reſtituiſti, cùm ſit poſſibile, quod mihi reſtitueris, tamen iſtud eſt notoriè falſum.
5 Item facit, quia † regulariter ſeruus non poteſt [b] eſſe te-
b ſtis in teſtamento. l. qui teſtamento. §. ſeruus. ff. eod. & l. hac conſultiſſima. in princip. in verbo liberi. infra eod. vnde ſufficit, quòd excipiens habeat præſumptionem pro ſe. argum. l.
c omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred. & in dubio præſumitur pro regula, vt not. Bartol. in l. quoties. ff. ſi quis cau. & in l. 2. in princip. in 1. colum. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. vnde fundanti ſe in iure ſpeciali incumbit onus probandi, iuxta gloſ. in clemen. 1. de reſcrip. Tu vltra eos conſidera, quòd iſte text. in quo ſe fundat Bartol. probat contra eum, quia in iſto text. contra teſtes nil opponebatur, niſi quòd erant ſerui, ſed ad eorum defenſionem ſiue excipiendo, ſiue replicando dicebatur, quòd tunc communi opinione reputabantur liberi, & ſic conſidera, quòd in iſto text. iſta ſemper eſt allegatio defendentis teſtem, non autem contra eum excipientis, vel opponentis, vt vult Bartol. niſi fortè intentio Bartol. fuerit, quòd iſte tex. vellet non debere tractari de per ſe, an teſtes fuerint liberi, vel ſerui, niſi etiam ſimul copulatiuè tractaretur, quòd ita ſint habiti, & reputati. Potuit etiam moueri Bart. per iſtum text. hoc modo: nam ſeruus non prohibetur ſimpliciter eſſe teſtis in teſtamento, ſed cum iſta qualitate, ſi ita habetur, & reputatur. text. eſt in hac. l. per quam ſuppletur dicta. l. qui teſtamento. §. ſeruus, ſed vbicunque requiritur qualitas in actu, non ſufficit actus ſine qualitate, nec è contra. text. eſt in l. Fulcinius. §. 2. & ibi not. Barro. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. & in l. 1. §. ait prætor, & ibi not. Barto. ff. ne quid in flumi. publ. & in c. licet cauſam, & ibi Abb. in 7. not. de proba. & text. in l. Titius. ff. de teſt. mili. ergo non ſufficit opponere de ſeruitute, vel infamia teſtis, aut iudicis non qualificata, & hoc modo iſte text.
15 nem tantum, cætera legata remanent firma. † Quærit Bal. nunquid tale teſtamentum valeat vt teſtamentum propriè, ita ꝙ caderet in ſtatuto faciente mentionem de teſtamento, & concludit no. qd̃ ſic, licèt ſecundum eum quidam dicant ꝟrium, ꝙ impropriè eſt teſtamentum. ¶Sed prædictis non obſtantibus contrarium eſt verius. Primò per illud, qd̃ in fortiorib. terminis tenet Bar. in repet. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. in pen. col. in ver. quarto quæro. vbi tenet, qd̃ ſi fiat teſtamentum ad pias cauſas ſine ſolennitate iuris ciuilis cum duobus teſtib. tantum, non dicitur propriè teſtamentum, ſed largè, inter cætera alleg. iſtum tex. in §. fi. Pro quo vltra Bar facit tex. in d. l. 2. §. 1. ff. quemadmo. teſta. aper ibi, Item imperfecta ſolemus teſtamenta dicere; licèt poſſes reſpondere, ꝙ verum eſt de iure Digeſtorum, aliud hodie per hunc tex. ad idem ſtringit, quia quando aliquid non profertur ſimpliciter, ſed cum aliquo adiuncto, illud non eſt propriè, ſed impropriè, doctr. eſt Bar. approbata in l. Lucius. la 2. §. quæſitum. ff. de leg. 2. ergo cùm teſtamentum imperfectum nõ appelletur teſtm̃ ſimpliciter, ſed cum qualitate, imperfectum, ergo oſtenditur, qd̃ non eſt teſtm̃ propriè. Ad idem vide tex. ſuper quo cogita in l. miles ſi teſtm̃. ff. de teſta. mil. Ad idem facit text. in l. fi. s̃. fam. erciſ. nec eſt bona ſol. quam ad illum tex. dat Bal. in l. filij. eo. tit. ꝙ d. l. fi. intelligitur, qm̃ non apparebat patrẽ voluiſſe teſtari, quia non fecerat inſtitutiones hęredum, nam confunditur per illum tex. dum dicit, *ſiue cęptum, neque impletum teſtamentum*; ergo apparet, ꝙ volebat teſtari, & ſic, ꝙ fecerat inſtitutiones hæredum, aliàs eſſet ſuperfluum, qd̃ ibi dicitur de teſtamento, & codicillis. Non quoq; vr̃ bona ſol. quam ponunt Cyn. & Ang. in Auth. qd̃ ſine. j̃. eo. dum dicunt, ꝙ per d. l. fi. fuit inductũ, ꝙ valeret vt voluntas ab inteſt. & per iſtum tex. fuit inductum, ꝙ valeat iure teſtamenti, quia dico, ꝙ per iſtum tex. nihil inducitur de nouo, niſi de parentib. vtriuſque ſexus, & ſic de fœminis, & ita atteſtatur Imperator referens vtrunque tex. in Auth. de teſt. imperfe. in prin. & gl. hic. Ad idem eſt bonus tex. in l. filij. eo. tit. C. fam. erciſ. puto concludendum, ꝙ ſi ſtatutum loqueretur de teſtamento, non comprehenderetur teſtm̃ imperfectũ inter liberos, per ea quæ vlti. adduxi. eod. modo propriè pater iſto caſu non dr̃ mori ab inteſt. & ſic in quæſtione ſtatuti s̃. formata teneo deciſionem Fulg. & Lud. quia pater etiam non dr̃ ab inteſta. decedere, & ſic iſta erit mixta ſpecies, vel caſus medius, ita potes ex prædictis per te perpendere; nam quemadmodum non dr̃ propriè teſtamentum, ita nec propriè vr̃ inteſtatus decedere, non enim dr̃ omnino inteſtatus, qui fecit teſtm̃ licèt imperfectum, patet, quia ei ex teſtamento ſucceditur, ſm communem opi. Doct. ſuperius relatam. ¶Item prædictis adde, qd̃ decidit Bal. in l. licèt. ad fi. C. de pac. vbi quærit, an cõuentio de inuicem ſuccedendo, quæ inter milites valet, vt ibi ẽt eſt text. ſit propriè teſtm̃, refert quoſdam dicere, ꝙ ſic, cùm ex eo adeatur hæreditas: alij dicunt, ꝙ eſt vlt. voluntas in genere innominata, vt ibi eſt tex. fi. qd̃ facit, ſm Bal. ad ſtatutum diſponens, ꝙ vlt. voluntates valeant coram duob. teſtib. nam licèt in ſubtili diſputatione non ſit teſtm̃ cum duob. teſtib. erit tamen vlti. voluntas innominata habens vim teſtamenti, ẽt quo ad hr̃dis inſtitutionem, ex quo ſtatutum non fecit expreſſam mentionẽ de teſtamento. Ex iſta deciſione Bal. infero in propoſito noſtro, qd̃ ſi. ſtatutum loqueretur de vlt. voluntate, tunc bene comprehenderetur teſtm̃ imperfectum, de quo loquitur iſte text. bene facit, qd̃ dicit Bar. in repe. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. in pe. col. in ver. 4. quæro. ¶In ea. gl. ibi, tu dic illam. l. qui à patre. corrigi. idẽ tenet gl. in l. 2. C. de confir. tu. ꝟrium tenet gl. in l. 1. in gl. mag. s̃. eo. Tu
* reſponde, vt per Cy. Bar. *& communiter Docto.* hic, & Alex. in cõſ. 140. ſuper teſtamento ſer Nic. vel melius iunge ſolennem glo. & doct. ſimul, vt hic per Pau. de Caſtr. Sed aduerte, quia ſolu. communis videtur impoſita verbis, & non reb. qd̃ iſtud priuilegium filiorum non debet redundare in pręiudicium tutorũ, cum tutor ſit extranea perſona, nam pro certo ibi non reſultat effectualiter præiudicium aliquod: patet, quia ſi datio tutelæ ibi ex teſtamento imperfecto non valet, tamen omnino confirmandus eſt, vt ibi text. dicit, & ſic non videtur in effectu referre quantum ad præiudicandum tutori, an ſit tutor ex teſtamento imperfecto, an verò confirmetur. Iaſ. Piſis.

ADDITIONES.

a ¶Teſtamentum. An ſit teſtamentum in caſu huius. §. tangit Iaſ. in l. 2. 1. col. s̃. de ſecundum tab. & col. 3. ver. 3. facit, vbi. s̃. quod gl. hic. PVRPV.

b ¶Ratione. Adde, quæ ſcribit Boer. q. 241. poſt nu. 9. Tiraq. in l. ſi vnquam. ver. ſuſceperit liberos. nu. 124. C. de reuoc. don. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Si in capſa patris reperiatur ſchedula ſcripta manu patris, quæ contineat diuiſionem bonorum inter filios, eſt ſtandum tali ſchedulæ, ſecus ſi ſit ſcripta manu alterius ẽt manu notarij ſine ſubſcriptione patris.*

2 *An ſit ſtandũ ſchedulæ ſine teſtib. continenti diſpoſitionẽ ad pias cauſas.*

3 *Regulariter in priuata ſcriptura non requiritur, quòd apponatur dies nec locus, niſi contineat teſtamentum patris.*

AVTHENTICA.

QVod ſine. No. in hac Auth. iũcta Auth. ſi modo. s̃. fami. erciſc. quæ ſimul cum iſta legi debet, qd̃ ſi reperitur aliqua ſche-
a dula priuata [a] continens voluntatem patris, & ſit ſine teſtibus, quòd ſi eſt ſcripta manu ipſius patris, vel filiorum, vel

ADDITIO.

a ¶Schedula priuata. Adde, quæ ſcribit Clar. §. teſtamentum. q. 7. & 14. & habetur inter commun. opin. lib. 17. ver. ſchedula. melius per Clar. d. q. 14. vbi declarat materiam huius Auth. MASVER.

Source : BIU Cujas

vel tota scripta manu patris, probat voluntatem patris inter li-
a beros. [a] † Et ex hoc infert Bal. ad casum quotidianum, de quo
1 pluries interrogatus sum, qđ si in capsa patris reperiatur sche-
dula scripta manu patris, quæ contineat diuisionem bonorum
inter filios, standum est tali schedulæ; secus si esset scripta ma-
nu alterius quàm patris, etiam manu notarij sine subscriptione
patris, per Auth. si modo præalle. & per hoc reprobat decisio.
Bar. in l. fideic. §. 1. ff. de leg. 3. vbi Bar. sub dubio fortè tenuit, qđ
si in scripturis notarij reperiatur aliqua script. quæ dicat hoc est
testamentum talis, & non sit subscripta testib. fortè valet; inter
liberos, & malè, cū quo tenet Pau. de Cast. hic in fin. Tu autem
b plenius considera tres casus [b] circa talem schedulam, quæ re-
peritur in capsa patris, si quidem illa scriptura apparet, qđ erat
scripta manu ipsius patris, tunc Bal. verum dicat, per tex. huius
Auth. & idem tenet Bar. & Pau. de Cast. in l. si is qui. ff. eo. & do.
Alex. in §. ex imperfecto. s̄. ea l. quicquid ibi teneat Sal. quando
c ergo script. est scripta [c] manu propria patris, ibi non requiruntur aliqui testes, verum est quantum ad ipsos filios: sed si in tali
scrip. essent aliqua relicta etiam ad pias causas, vt dicit hic text.
in fi. loquens de legato libertatis, tunc quantum ad hoc, vt talia
legata valeant, de necessitate requiruntur duo testes, ita declarat hunc text. d. Alex. Imo. in consi. 76. in 3. vol. incip. ponderatis
his de quib. in themate. in 6. col. post Bal. & alios per eum relatos. si autem dubium sit an talis scriptura sit scripta manu propria patris, & negetur script. patris, debet probari per duos testes. gl. est in §. 1. in ver. diuisione. in Auth. de test. imperfect. fm
d Bald. & Raph. Fulg. hic. [d] Et an isto casu sufficeret probare scripturam patris per comparationem aliarum literarum ipsius
patris, ponit egregiè d. Alex. in præalleg. consi. 76. in 3. vol. si autem talis schedula, quæ reperitur in capsa patris sine testib. sit
scripta manu alterius quàm patris, etiam notarij, & tunc si est
subscripta manu propria ipsius patris, aut ipsorum filiorū, idē
est, p̄ d. Auth. si modo. vbi casus clarus. Tertius casus est, & iste
est multum dubitabilis, quādo talis schedula reperitur in capsa
patris sine testibus, & non est scripta manu eius nec subscripta,
* & in hoc *concluditur magis communiter*, quòd talis script. etiam inter liberos nihil probat, secundum Bald. & Pau. de Castr. hic, &
Imo. & Pau. de Cast. in l. si is. ff. eod. Pet. de Anch. & Imo. in c. 2.
in 8. q. de testa. & in hoc reprehenditur decisio Bart. in d. l. fideicommissa. §. 1. ego limito hoc esse verum, nisi probaretur, qđ
talis schedula esset scripta à notario, vel tertio de mandato ipsius testatoris, quia teneo, qđ valeret tanquam testamentum
nuncupatiuum inter liberos, per d. §. ex imperfecto. s̄. ea. l. qui in
hoc non est correctus, vt in glo. & ibi dixi, sed non valeret tan-
e quam testamentum in scriptis, [e] per hanc Auth. & vtilitas est
est propter legata relicta extraneis, quæ in testamento nuncupatiuo imperfecto nihil valent. d. §. ex imperfecto, & tñ valerent si esset testamētum patris imperfectum in scriptis, vt hoc
tex. in fin. & in istis terminis saluo Bar. in d. l. fideicommissa. §. 1.
2 ¶ † Quid autem esset, si talis schedula sine testib. contineret di-
f sposition em ad pias causas, [f] ponit Bar. in l. in testamento. ff. de
fideic. liber. Bal. in rep. l. 1. C. de sacrosan. eccl. in vlt. char. in 6. q. 3.
partis, in prin. & in l. si iure. C de test. manu. Ang. in rep. l. si certis
annis. in vlt. char. ff. de pact. Io. de Ana. in consi. 57. incip. visis, &
consideratis. Pau. de Cast. in consi. 360. quod incip. super eo, qđ
quæritur. Lud. Rom. in d. Auth. similiter. C. ad leg. Falc. in 18. spe
ciali piæ causæ inter vlt. vol. & latè Alb. in §. fi. ſ. ea. l. & istud idē
3 voluit Bar. in l. si is qui. in 2. col. circa med. ff. eo. ¶ † Secundò no.
g ex tex. in verbo temporis, qđ licèt regulariter in priuata script. [g]
non requiratur, p̄ apponatur dies nec locus. l. cùm tabernam.
§. idem quæsijt. vbi Bar. not. ff. de pig. tamen hic est specialis casus, in quo in priuata scriptura continente testamentum patris
requiritur tempus, quo facta est. simile habes in §. quantum. in
* Auth. quib. mod. nat. effic. legi. *secundum Bal. Ang. & omnes hic*, &
Ang. in Auth. de test. imperfe. in prin. & do. Alex. in consi. 123.
incip. discussis hæsitationib. in 4. col. in fi. in 1. vol. & in præalleg.
consi. 76. in 3. vol. in pen. col. Ias. Pisis.

ADDITIONES.

a ¶Libcros. Ampliat Alex. ad nepotes. lib. 7. consi. 114. visa scrip. Et ad venien. ab inteſt. Alex. consi. 14. viso testamento. PVRPV.

b ¶Casus. Contra ista vide Alex. consi. 123. discussis. col. 3. & 4. lib. 1. PVRPV.

c ¶Scripta. Adde Bal. in l. quæstionem. in pen. col. de fideicom. versi. quid de scriptura manu testatoris facta.

d ¶Ful. hic, & lib. 6. consi. 114. visa scriptura. PVRPV.

e ¶In scriptis. Quando reperitur testamentum tantum scriptum, & non præsentatum, vide Dec. consi. 159. col. 1. & fin. Alex. lib. 6. consi. 14. consideratis his, quæ in themate. PVRPV.

f ¶Pias causas. Dec. in c. 2. de fid. instrum. col. 4. versi. vlt. & ibi, quòd exigat hęc scriptura diem.

g ¶Scriptura. Adde glo. in c. quotiens cordis oculus 1. q. 7. Ang. in l. 1. in §. editiones. ff. de edend. Ioan. de Imol. in l. 2. ff. quemadmod. testamen. aper. Abb. in cap. 1. ad fin. de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Testam. factum inter liberos reuocatur per secundam voluntatem solennem cum clausula derogatoria, fallit tamen, vt infra nu. 2.*

3 *Licèt alias secundum testamentum solenne factum coram septem testib. tollat ipso iure precedens, tamen quando præcedit testamentum conditum inter liberos, requiritur expressa derogatio.*

4 *Ad reuo. testa. conditi inter liberos, requiritur, quòd secundum sit solenne, licèt primum fuerit de iure speciali.*

5 *Aliquando tollitur facilius, quod valet de iure communi, quam quod de iure speciali.*

AVTHENTICA.

1 HOc inter. † Testamentum factum inter liberos reuocatur per secundā voluntatem solennem cum clausula derogatoria. hoc dicit. vel sic. Testamentum factum inter liberos à patre non reuocatur per aliud secundum testamentum, nisi duo copulatiuè concurrant. Primò, q̄ pater reuocet expressè primum, & secundum factum sit cum septem testibus. hoc dicit, & est singularis secūdum Pau. de Cast. hic. Et amplia istam Auth. vt procedat non solùm quando agitur de reuocatione institutionis, sed etiam quando agitur de ademptione prælegati facti filio in primo testamento, adeo, q̄ tale legatum non posset postea reuocari à patre in codicillis coram quinq; testibus, sed requirerentur septem testes. ita tenet Ludo. Rom. vbi plura scribit ad materiam istius Auth. in consi. 179. amplissimè Doct. in 8. col. & duab. seq. mouetur præcipuè per istum tex. & per §. & si quidem Auth. de test. imperfe. quib. generaliter cauetur, q̄ ad hoc, vt reuocetur voluntas patris facta inter filios, septem testes requiruntur. Secundò pondera istum text. in ver. infirmatur, qđ verbum secundum eum verificatur non solùm in toto testamēto, sed etiam in qualibet eius parte. alleg. text. in § quoniam infirmas. iuncto. §. optimè verò. in Auth. de nup. Secundò pro ampliatione istius Auth. aduerte, q̄ testamētum conditum à patre inter liberos cum solennitate Authen. quod, sine. supra eodem. non tolleretur nec ipso iure, nec ope excep. per incisionem, seu cancellationem testamenti, sed requiritur solennitas de qua in ista Authen. vt patet in text. dum dicit, & aliam disponit voluntatem, & ita tenent Ang. & Alex. in l. nostram. ſ. eo. contra Pau. de Castr. ibi per aliam rationem, de qua ibi per Alex. ¶ Puto, quòd ratio vtriusque sit, quamuis non inueniam declaratum: primò requiritur, q̄ fiat expressio primi testamenti, licèt regulariter secundum testamētum ipso iure tollat primum, licèt de primo mentionem non faciat. §. posteriore. Insti. quib. mod. test. infir. l. si quis priore. in prin. ff. ad Trebel. sed requiritur fauore filiorum, qui erant instituti in primo testamento. Et sic est casus singularis, quòd licèt secundū testamentum tollat ipso iure primum, vt iurib. præalleg. tamen hic requiritur derogatio, vt infra dicam fauore filiorum. Et per hoc non obstat si diceres, quòd facultas quæ competit in condendo actum, multò magis competit in reuocando illum. l. in fraudem. §. sicut, & ibi no. Ang. ff. de testam. milit. quia istud est verum, quando illa esset mero fauore testantis, sed hic est fauore filiorum. ¶ Ratio autem secundi quæsiti quare requiratur, quòd adsint septem testes in secundo, cùm in primo aut nulli interfuerint, aut duo tantum, vt in Auth. præcedenti. Ratio est, quia isto secundo erant instituti extranei, & aliquid relictum filijs, & ideo in testamento in quo instituuntur extranei sumus in regula communi, quòd requirantur septem testes, vt hac. l.
a in principi. Et per hoc infero primam [a] limitationem, & declarationem ad hanc Authen. vt procedat, quando in isto testamento sunt instituti extranei hæredes, si autem in isto secundo essent ita instituti filij, sicut in primo, & secundum testamentum esset magis fauorabile filijs, tunc secundum indistinctè tolleret primū, nec requirerentur tunc ista duo requisita huius tex. & ratio est, quia cùm ista Auth. sit facta fauore liberorum, non debet in eorum damnum retorqueri. l. qđ fauore. C de leg. ita in terminis limitat, & intelligit istam Auth. gl. valde sing. in Auth. de testa. imperfe. in prin. c. quam glo. ibi sequitur, & multum not. Iacob. de Bel. & alij post eum; eam approbant Cyn. *& alij communiter hic*, & illam glo. exclamat pro sing. Lud Ro. in consi.

ADDITIO.

a ¶Primam limit. Adde pro confirmatione huius limit. Mar. Iun. consi. 124. nu. 33. lib. 1. consi. 144. nu. 57. lib. 2.

Source : BIU Cujas

in consi.179.incip.Ampliſſime Doct.10.col.& no.in conſi.385. quod incip.In caſu præmiſſo,quo quæritur an ſecundum teſta mentum,& d.Alex.in conſi.146.in 2.vol.incip.viſo themate.in pen.col. & in conſi.105.in 4. vol. quod incip. viſo & diligenter conſiderato themate.in 6.col.& vide, quod dicit Ioan.And.in addi. Specu.tit.de inſti.edi. §.compendiosè. verſi.quòd ſi prius.

2 ¶† Secundò limita iſtam Auth. procedere, quando primum teſtamentum conditum à patre inter liberos fuit conditum in ſcriptis,hoc eſt ſcriptum manu propria patris,aut ſubſcriptum ſua manu,iuxta Auth.præced. tunc ſecundum perfectum non tollit primum,niſi de eo faciat ſpecialem mẽtionem, & in iſtis terminis loquitur iſta Auth. & patet in dictione hoc etiam teſtamentum,quæ eſt relatiua ſimilium. Si autem primum teſta mentum patris inter liberos fuiſſet nuncupatiuum tantum,vt quia pater in præſentia duorum teſtium condidiſſet teſtamen tum nuncupatiuum inter liberos,iuxta §.ex imperfecto. s̃.ead. l.tunc indiſtinctè tolleretur per ſecundum teſtamentum con ditum coram 7.teſtib.quamuis in eo non fieret mentio ſpecia lis de primo.ita ſing.limitat ſolus Ang.hic dicẽs ſe in hoc tene re contra omnes.Et inuenio,quòd iſtam limitationem Ang.ſe quitur.d.Alex.in conſi.160.in 5. vol. quod incip. viſo themate. in pen.col. Confirmo iſtam limitationem per optimum ſimile:quia & alibi video,quòd ſi primum teſtamentum ſit in ſcri ptis,difficilius reuocatur per ſecundum,in quo inſtituatur Im perator, vel aliquis de magiſtratib. & tamen ſi erat nuncupa tiuum,reuocatur.tex.eſt in l. volumus . *ſecundum communem intellectum*, vt ibi dixi.s̃.e.Ad idem facit, quia ſi ponderas tex.hu ius Auth.in fi. dum dicit non referre,an ſecundum teſtamentũ ſit ſine ſcrip.vel in ſcrip.ad denotandum,quòd eſt differentia in primo,tamen omnes tenent contra Ang.vt ipſemet fatetur,& in ſpecie d. Alex. hic ſibimet contrarius. ¶ Tertiò limita iſtam Auth. procedere, quòd dicta duo requiſita debeant concurre re, quando ageretur de reuocando teſtamento, ſecus quando ageretur de reuocando codicillos, in quib. pater inſtituiſſet fi lios æquis portionib.ita limitat.d.Alex.in præall.conſi.146.in 2. vol.in pen.col. quia cùm iſta Auth. ſit exorbitans à regulis iuris communis, vt s̃. declaraui, non debet extendi extra caſum,in quo loquitur.¶† Quartò ſing.limita iſtam Auth. vbicunque in ſecundo teſtamento eſſet facta inſtitutio ad pias cauſas, & in aliqua parte filij eſſent inſtituti,tunc iſta Auth. non haberet lo cum, imò iſtud ſecundum teſtamentum indiſtinctè tolleret primum conditum inter liberos, quamuis in iſto ſecundo te ſtamento nõ eſſet facta ſpecialis mentio de primo : & ratio eſt, quia de iure communi ſecundum teſtamentum tollit primũ abſque cõmemoratione primi, vt s̃. declaraui.vnde iſta l. quæ eſt imperialis,ſtatuens aliquid nõ habet locum in Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis, quia lex imperialis aliquid ſtatuens, q̃ poſſit afferre præiudicium Eccleſijs,vel pijs locis,non compre hendit Eccleſias, vel pias cauſas, niſi talis.l.ſit approbata ab Ec cleſia,vel à ſummo Pontifice.ita dicunt Hoſt. Io. Au. & alij in c.fi.de ſol.& ita in ſpecie limitat iſtam Auth.d.Alex.in cõſi.105. in 4. vol. quod inci. viſo ac diligenter conſiderato themate. in 6.col.ad fi.& ſeq.bene facit,quod dicam in §.fin.in 4.limitatio-

a ne.[a] ¶† Secundo principaliter no.hic eſſe tex. ſing. q̃ licet aliàs

3 ſecundum teſtamentum ſolenne factum coram 7.teſtib.tollat ipſo iure præcedens teſtamentum,vt iurib.s̃.in prin. alleg.& di cetur in l.ſancimus.j̃. eo. tamen quãdo præcedit teſtamentum conditum inter liberos,requiritur expreſſa derogatio.Et ſic põ dera hic eſſe tex. ſing. q̃ teſtamentum conditum à patre inter liberos, cenſetur in effectu habere clauſulam derogatiuam ad ſequentia teſtamenta,quod valde no. ad ea,quæ traduntur per Bar.in l.ſi quis in prin.teſtamenti.ff.de lega.3. & per Mod. in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.& hic eſt fauor filiorum.facit

4 quod dixi.s̃.in 1.limitatione. ¶† Tertiò no. quòd ad reuocatio nem teſtamenti conditi inter liberos requiritur teſtamentum ſolenne, licet primum factum fuerit de iure ſpeciali. Et ex hoc infertur,q̃ maior eſt fauor filiorum , quàm militis, vt patet ex hoc tex.iuncta.l.eius militis.§.ſi militia miſſus. ff.de teſt.mili.& quod firmior eſt diſpoſitiò patris inter liberos,quàm militis.Et ſic videtur,quòd non ſit bona argumentatio, quam facit Bart. in §.fi. vbi dicetur. j̃.eo. dum arguit de milite ad teſtamentum factum inter liberos, quia non reuocaretur facilius primum te ſtamentum conditum à patre inter liberos de iure ſpeciali,q̃ ſi eſſet conditum de iure cõi.Et ſic iſte tex.dr̃ facere p̃ regulam.d.

5 §.ſi militia miſſus. vbi dr̃, q̃ † facilius tollitur , quod valet iure ſpeciali,quàm quod valet iure communi. Iaſ. Piſis.

ADDITIO.

a ¶Limitatione. Vide quintam limita. ſing. per Cor. lib. 4. conſi. 21. videtur in hac.quando ſecundum non valet vt teſtamentum, ſed vt codicillus.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtator conuocatis ſeptem teſtib.dicat , ſitis teſtes , quòd illud quod ego dimiſi in quadam ſchedula apud Guardianum fratrum minorum, volo eſſe,& quòd ſit meum teſt.teſtes deponãt, quòd Guardianus pro duxit vnam ſchedulam,an valebit,vt teſta.nuncupatiuum.*

2 *In appel.ab interlocutoria debet exprimi cauſa pro forma.*

3 *Si teſtator cœpiſſet facere teſt.in ſcriptis, & non adhibuiſſet omnes ſolennitates requiſitas,an tale teſtamen.valebit vt nuncupatiuum.*

§. Per nuncupationem. Teſtamentum nuncupatiuum debet fieri vno eodemque tempore.7.teſt. præſentib.& audientib. voluntatem teſtantis. h. d. Et iſtud ſeruatur in vſu,& formam ponit Spec.in tit.de inſtr.edi.§.vt autem. verſi.

1 inſtrumentum.¶† Quid ergo eſſet,ſi teſtator conuocatis.7. teſtib.diceret,ſitis teſtes,q̃ illud, quod ego dimiſi in quadã ſche dula apud Guardianum fratrum minorum,volo eſſe,& quòd ſit meum teſtamentum:& teſtes deponunt, quòd Guardianus produxit vnam ſchedulam,nunquid valebit vt teſtamentum? & videtur,q̃ non à partib.ſufficienter enumeratis:nam non po teſt valere vt teſtamentum in ſcriptis,quia in eo requiritur pro forma,& ſolennitate,q̃ teſtes manu propria ſe ſubſcribant , & ſigillent,vt hac l.in prin.non etiam poteſt valere vt teſtamentũ nuncupatiuum,quia dicitur, quando teſtator expreſſit volun tatem coram teſtib.& teſtes ſciunt, vt hoc tex. Item poſito , q̃ eſſet teſtamentum,nõ deberet valere, quia eſſet captatorium, quia pẽderet à voluntate tertij.i.Guardiani,qui poſſet captare, & dare vnam ſchedulam pro alia:& ideo quando non eſſet ad pias cauſas tanquam captatoria diſpoſitio nihil valeret.l.capta torias.s̃.de teſt.mil.Iſtis non obſtantib.Pau.de Caſt.hic determi nat,q̃ valebit vt teſtamentum nuncupatiuum, quia ſufficit,q̃ teſtes ſciant voluntatem teſtatoris explicitè, vt hoc tex. vel per relationem alterius inſtrumenti,vel ſchedulæ, dummodo con ſtet,quòd illa ſit ſchedula, de qua dixit teſtator,ita q̃ nõ poſſet ſequi captio.per l.aſſe toto.ff.de hæred.inſti.iuncta.l. certum. ff.

a ſi cer.pet.& ita refert tenere Bar.in l.ſi ita ſcripſero.[a] ff.de condi.& demon.¶ Sed errat Pau.de Caſt.primò,quia Bart.ibi non loquitur in teſtamento nec in inſtitutione,ſed loquitur in lega to: nam in teſtamento & inſtitutione, prout loquitur Pau. de Caſt.eſt falſa deciſio,per tex.in l.iubemus.j̃.eo. vbi traditur pro forma & ſolennitate, q̃ teſtator proprio ore expreſsè debet co ram teſtib. nominare nomina hæredum , ſed in legato non eſt ſic,vt ibi propriè loquitur Bar.qui quærit,pone, q̃ teſtator grauat hæredem ſuum ad dandum , & ſic relinquit legatum illis perſonis , & illam ſummam,prout continetur in ſchedula relicta apud Guardianum.Et quòd Bar. ibi loquitur in legato tantum,& non in teſtamento,hoc ibi expreſsè declarant Ioan. de Imo.& Raph.Cuma.Et ita expreſsè ſeipſum declarat Bar. in l. fin.per illum tex. & ibi Saly. C.de fideicom. & ipſemet Pau.de Caſt.in l.vbi autem nõ apparet. §. ſed qui vinum.per illum tex. in arg.ff.de verb.obli.& idem ſimpliciter ſequuntur ibi Imo.& Rapha.Cu. tamen q̃ idem etiam ſit in inſtitutione hæredis, te net Bal.& Ang.in d.l.aſſe toto.per illum tex.tamen primum eſt verius,prout etiam tenet d.Fran.de Are.in l.hæredes palàm. in prin. ff.eo.quia in legato nõ requiritur formalis expreſſio,pro ut in inſtitutione,vt probatur in l.nutu.ff.de leg.3. iuncta.d.l.iu bemus Secundo contra Pau.de Caſt. & eius fundamentum fa cit, quia vbi aliquid debet exprimi pro forma,non ſufficit ex preſſio per relationem ad aliud, vt eſt bonus tex.in c.pen.& ibi Doct.de iureiu.& in ſpecie ibi Abb. dicit, q̃ ideo in iuramento non ſufficit relatio ad aliud iuramentũ , ſed requiritur expreſſa iuratio, vt ibi , quia forma iurandi eſt de ſubſtantia , vt ibi per

2 eum.¶† Confirmatur:nam cùm in appellatione ab interlocu toria debeat exprimi cauſa pro forma.cle.appellanti. de appel. non ſufficit expreſſio per relationem ad acta, ſecundum Bal.in l.minorib.C.de his quib.vt indig.Ant.de But. in c.vt debitus. de appel.ſed in teſtamento requiritur pro forma & ſolẽnitate, q̃ teſtator ore proprio nominet nomina hæredum coram teſtib. d.l.iubemus.j̃.eo.igitur &c.potes tamen limitare per tex. no. in

3 l.quoties.§. ſi quis nomen. ff.de hær.inſti.ver.indubitabili ſigno.

b ¶† Quid autem eſſet,ſi teſtator[b] cœpiſſet facere teſtamẽtum in ſcriptis,

ADDITIONES.

a *Si ita ſcripſero. Adde pro hac doct. Bar. quæ ponit Clar. §. teſtamentum. q. 4.& 36.& vide eundem Iaſ.in l.ait prætor.§.ſi iudex.nu.3.ff.de re iud. in l. vbi autem.§.illud.ff.de ver.obl.* MASVER.

b ¶Si teſtator.Ale.in l.quæ dotis.3.col.ff.ſol.mat.no.Soc.lib.1.conſi.142.reue rendiſſimè pater.

* Et vide,quæ ſcribit Clar.§.teſtamentum.q.4.

Source : BIU Cujas

in scriptis,sed non adhibuit omnes solennitates requisitas, puta quia omnes testes se non subscripserunt,vel sigillarunt,an valebit saltem vt testamentum nuncupatiuum,quæ non sunt dispositiones contrariæ, sed diuersæ, hoc disputat latè Cyn. hic post Ia.de Are.& finaliter concluditur,q̃ sic,& sequitur Alb.& Mod.& Ful.reputantes no.dignum.Idem tenet Bar.in l.fi.ad fi. ff.de iure codi.Ang.& Imo.in l.j.§.finautem. ff.de hære.instit.& Rapha.Cuma.in l.hæredes palàm.in prin.ff.eo.in vtraque lectura,quamuis vnam male referat Cyn.hic,& est bonus tex.in l.iij. ff.de testa.mili.circa quem tex.vide tamen,quod dicit Bar. in l. j.in 15.q.ff.de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum perfectum non tollitur per secundum imperfectum,nisi in eo sint scripti venientes ab inteſtato coram quinque testibus. fallit tamen infra, nu.2.*

2 *Si pater filio pupillo in testamẽto substituit pupillariter extraneos, deinde in codicillis reuocauit talem substitutionem,& substituit fratres pupilli,valebit reuocatio.*

§. Si quis autem testamento.

¶Iste.§.est singularis,& mirabilis,secundum Pau.de Cast. hic. & est sing.ad duo secundum omnes,præsertim Mod.hic. ¶Diuiditur in quatuor partes.In j.traditur regula, q̃ secundum testamentum,quod est imperfectum, non tollit primum validũ, & perfectum.In 2.quæ est ibi, [nisi fortè,] ponitur limitatio.d. regulæ.In 3.quæ est ibi,[eo enim casu,] ponitur declaratio.d.limitationis.In 4.& vlt.ibi, [illud etiam.] ponitur alia decisio, q̃ testamentum non solum latinè, sed etiam Græcè fieri potest.

1 h.d. ¶† Testamentum [a] perfectum non tollitur per secũdum

a imperfectum,nisi in eo sint scripti venientes ab inteſta. coram quinque testi.h.d.iste. §. solennis. Et licèt etiam de iure fforum ante istum tex.esset decisum,q̃ per secundum test. imperfectũ in quo essent instituti venientes ab inteſta tolleretur primum perfectum.l.ij.ff.de iniust.rup.l.si duob. §.si prius. ff.de bon.pos. contratab.tamen iste tex.addit duo de nouo, in quib. est singu. Primò, q̃ in tali secundo imperfecto requiruntur 5.testes. & q̃ sit ratio,statim declarabo. Secundò additur, q̃ tale secundum non valeat propriè vt testamentum,sed propriè ab intest. succeditur,vt j̃.declarabo in tex.Amplia istum tex.vt procedat nõ solum,quãdo in secundo testamento testator instituit eos,qui aliàs erant ab intest.successuri,eos specialiter exprimendo, sed etiam si solùm corã quinque testib. dixisset,volo inteſtatus decedere,tolleretur primum testamentum & venientes ab inteſt. ex hac vlt.voluntate venirent,& ita no.tenet Bar. in l.militis codicil.§.veteranus.ff.de test.mil.q̃ dictum notat, & dicit signandum,& q̃ est magna ampliatio ad hunc text.qui non loquitur in his terminis,Alex.in l.si ita scriptum.§.regula. in vlt. col.ff.de lib.& posthu.dic vt ibi per eum post Raph. Cuma. in repe. l.si filius,qui in potestate.in 36.col.eo.tit.idem tenet Pau.de Cast.in l.sancimus.& ibi Alex.in pen.col.j̃.eo.¶Secundò amplia hunc tex.vt licet in plurib.verbis literæ loquatur,quando istud secũdum testamentum erat in scriptis, vt patet in text.ibi,in verbo scribere,& in verbo,scrip.posterior.& in verb.scripti, ita etiam loquitur tex.in l.ij.ff.de iniu.rup.in verbo, vel in eo scriptus est, & tex.in d.l.si duob.§.si prius.tamen iste tex. generaliter intelligitur per Doct.vt procedat etiam in testamento nuncupatiuo, & ita in specie tenet Raph.hic ex identitate rationis. Confirmatur,quia prouisio istius.§. licet exorbitans, tamen est fauorabilis,quia inducta fauore venientium ab inteſt.& vlt.voluntatis, ideo est extendenda.l.hoc modo. in fi.ff. de condi.& demonst. no.Bar.& Doct.in repe.l.si constante. in 9.q. 1. par. prin.ff.solut.

2 mat. ¶Limita istum.§.sex notabilib.modis. † Primò, quando secundum testamentum non est imperfectum ratione numeri requisiti,vel est imperfectum ratione subscriptionis,quia omnes testes non se subscripserunt, tamen si sunt instituti venientes ab inteſt.tollitur primũ, & in istis terminis loquitur iste text. Secus autem si secundum testamentum peccaret ratione præteritionis filij.gl. est ord.& ibi Doct.in l.si filius, qui in potestate. ff.de lib.& posth.ista est alta difficultas illius terribilis text. in l. si duob.§.si prius.præalle.vbi Bar.multa singularia scribit.Ad materiam huius.§.multa examinant Ful.& Pau.de Cast.hic, & ad d. §.si plus.respondeq̃ loquitur in filio emancipato, vt ibi per Bar.& per Fulgo.& Pau.hic, plenè traditur in d.l.si filius,qui in potestate,vt dixi in l.posthumo.s̃.de bo.pos.contratab.¶Secũdò sing.limita istum.§. non procedere, quando secundum testamentum esset imperfectum solennitatis defectu,vel rogatu notarij,vel ob defectum personæ testantis,tunc nõ tolleret primum,quamuis in isto secundo essent scripti venientes ab inteb sta.ita limitat Lud.Rom. [b] in consi.306. quod incip. proposita consultatio hic solùm quærit. & sic pondera,q̃ Lu. Rom.vult vnum, q̃ non inuenio ab alio tactum ad istum. §. quòd in eo requiratur,quod notarius,& quinque testes sint rogati,istud tamen non probatur in hoc tex. nec alibi vbi legerim. & in §. ex imperfect.s̃.ea.l.dixi q̃ ibi.2.testes non debent esse rogati, quia ibi non attenditur ius ciuile,sed merum iusgen.tamen differentia est inter. §. ex imperfecto. & istum. §. vt statim declarabo. ¶Tertiò limita istum.§.procedere,quando in primo testamen

c to perfecto erant instituti extranei hæredes, [c] & in secundo imperfecto sunt instituti venientes ab inteſt.quia eorum fauore secundum imperfectum tollit primum,ita loquitur iste text. secus ergo si in primo etiam essent instituti venientes ab inteſta. ita expresse vult iste tex. à contrario sensu. & firmant Rapha. Ful.& domi.Alex.hic in vlt.colum.qui pro hoc alleg. gl.quam dicit esse sing.in l.si filius,qui in potestate.in prin.in gl. fi.in prin. in j.sol.iuncto tex.ff.de libe.& posthu. quam ad hoc ibi ponderat Raph.Cuma.Sed certè illa glo.parum probat,aut cum magna violentia.Sed ego allego de hoc gl.ordi.& expressam in §. ex eo.in verbo,perfectè.instit. quib.mod.testa.infirm.ita teneas, quamuis Pau.de Cast. tenuerit contrarium, subaudiens ad istũ

d tex.dictionem maximè. [d] in consi.362.inci.dubium facit in suprascripto puncto.quem sequitur & malè.d.Alex.in cõsi.166. in 2.vol.quod inci.viso themate.in vlt col. ¶Quartò sing.limita istum.§.non procedere,quando in primo testamento perfe-

c cto condito coram.7. testib.esset instituta pia causa, [e] seu eccl. in secundo imperfecto condito coram.5. testib. essent instituti venientes ab inteſt.præsertim si non essent liberi, tunc secundũ imperfectum non tolleret primum, eo quia fauendum est magis piæ causæ,& sic animæ testatoris, quã eius agnatis transuersalib.ita limitat.d.Abb.Pan.in consi.12.inci.in causa,quæ vertitur inter hospitale.S.Mariæ.in pen.col.idem tenet Raph.Cum. consi.11.incip. & idem ego Raph. Ray. Ego autem generalius puto,quòd etiam si in secundo testamento imperfecto condito corã quinque testib.essent instituti liberi,vel filij, quia adhuc isto casu non reuocaretur primum testamentum perfectum conditum coram.7.testib.in quo esset instituta pia causa, & filij in aliqua parte instituti.Et moueor duplici fundamento.Primò,quia iste tex. cùm sit lex imperialis,nõ habet locum in Ecclesijs,vel pijs causis,quia esset ius præiudiciale, sed attenditur ius commune,vt declaraui in Auth.hoc inter liberos.in vlt. fal. s̃.eo.Secundò moueor,quia excepta legitima,hoc est dummodo filij habeant legitimam suam,magis fauẽt pię causæ,quàm filijs.nam qui vellet exhæredare filium, & sic priuare legitima, & instituere Ecclesiam,alium quærat pro consilio quam Aug. vt dicit gl.in l.si quis ad declinandam.C.de epis.& cle. sed excepta legitima,vt dixi,magis fauetur Ecclesiæ,vel piæ causæ, vbi tractatur de anima testatoris,quàm filijs,ita expresse Bar. tenet in rep.l.j.C.de sac.san.eccl.in antep.col.in vlt.q.prin. circa prin. probat tex.in Auth.si qua mulier. ad fi. & ibi Bald. & Mod.vbi plenè dixi.C.de sac.san.eccl.& no.Pet.de Anch. in consi.46. incip. prima facie videtur. ergo debet cessare dispositio huius.§. qui procedit,quando in secundo testamẽto sunt institutæ personæ magis dilectæ testatori,quàm in primo,secus quando è p̃, vt dixi.s̃.in 3. Fal. ¶Quintò limita istum. §.procedere, quando in secundo testamento imperfecto essent instituti venientes ab inteſt.qui obtinent primum locum,secus si alij,ita Bar. in d.l.si duob.§. si prius. ad fin. *& sequuntur hic omnes Mod.* ¶Vlt. limita, quando sunt instituti omnes venientes ab inteſt.secus si aliqui, & nõ omnes, per istum tex.qui vtitur indefinita,quæ æquipollet vniuersali, vt in iurib. vulg.ita limitat Raph. Cuma.in d.l.si filius,qui in potestate.in antep.char.ff.de lib.& posth. d.Alexan. hic in 9.col.tamen d.Fran.de Are.in d.l.si filius,qui in potestate. tenet contrarium,sed præcedens opin.plus placet. ¶In tex. ibi,

[non

ADDITIONES.

a Testamentum. Nota ergo magis faueri venientib. ab inteſt. in statutis quàm extraneis.Adde Bar.in l.j.§.si duob.ff.de secundum tab.Iaso.in l.fi.11.col.j̃.de edi.diu.Adr. tollen. & quid in testatore clerico.Bal.lib.1.consi.448. quæritur an testamentum.2.dub. PVRPV.

b ¶Ro.Adde Rui.consi.1.nu.5.lib.2.

c ¶Extranei hæredes.Soc.2.parte.consi.229. videtur primo aspectu. colum. 2. PVRPV.

d ¶Maximè. Adde, q̃ ista dictio maximè,quando iungitur cum verbis importantib.causam finalem,tunc abundat, nec stat implicatiuè, vt est text. iuncta gl.in verbo,maximè.in c.si quis episcopus damnatur.11.q.2. & in c. cũ olim, in verbo maximè senes,iuncta gl.fi.de testi.& in c. cum contingat, iuncta gl. j.de fo.compe.& per Ant.de But.Ioan.de Imo.& alios c.ad abolendam.de fil. presby.Alex.de Imo.consi.77.incip.visis hæsitationib.eleganter formatis,in vlt.col.in 3.vol.

e ¶Pia causa.Vide Soc.d.consi.229.par.2. PVRPV.

Source : BIU Cujas

[non quasi testamentum, sed quasi voluntatem vltimam intestati.] istæ duæ diminutiuæ quasi, videntur habere sensum, qđ non sit propriè testamentum, nec etiam propriè ab intest. succedatur, quasi ista sit media species. sed Bal. & Sal. hic, & Pau. de Cast. intelligunt istum tex. ꝙ quo ad legata seruetur dispositio testamenti imperfecti, secus est in institutione, quia instituti nō succedent pro portionibus designatis. idem Raph. Cuma. in d. l. si filius, q̃ in potestate in pen. char. per l. 1. ff. de iniu. rup. Sed tu teneas, ꝙ imò etiam instituti, quamuis in testamento non perfecto succedant, tamen secundum volun. & dispositionem testatoris. ita tenet Bar. in d. l. si duob. §. si prius. in vlt. colum. circa med. per illum tex. qui optimè facit. facit. l. filij. cum gl. & l. fi. supra fam. ercis. & tamen Fulg. & d. Alex. hic contra, & ostenditur secundum Ful. quia si verum esset, quòd intestatus decederet, non tolleretur primum testamentum, vt dicit tex. & faciūt, quæ dixi in §. ex imperfecto. s̃. e. l. tamen contra istam rationē Fulg. facit, quod dixi. s̃. circa prin. in prima ampliatione huius tex. ¶ In tex. ibi, in qua voluntate. 5. testium iuratorum depositiones. opponitur de §. ex imperfecto. s̃. ea. l. vbi Bar. & omnes volunt, ꝙ imò duo testes sufficiant. facit. l. fi. in ver. [quibuscunque verbis, vel indicijs.] cum gl. supra fam. ercis. respondet Bal. hic in j. opp. & Pau. quòd. §. ex imperfecto. loquitur, quando testamentum est conditum inter filios, & tunc duo testes sufficiunt, hic autem quando conditum est inter alios venientes ab intest. exceptis filijs, vbi quinq; requirunt. & idē tenet gl. in l. filij. in ver. ab intest. in vna sol. s̃. fam. erci. Ang. in Auth. de testa. imperfectis. in prin. Pau. in Auth. hoc inter liberos. s̃. eo. & d. Alex. in §. ex imperfecto. in vlt. col. s̃. ea. l. *& ista est communis sol.* secundum quam multum restringitur generalitas huius text. vt procedat solum in alijs venientib. ab intest. exceptis libetis. Tu aūt generaliter intelligas istum tex. procedere in quibuscunque venientibus ab intest. etiam computatis liberis. & dic ꝙ ideo in §. ex imperfecto. duo testes tantum sufficiunt, eo quia illi filij instituti erant omnino ab intest. successuri, & sic ibi causa intestati adiuuat causam testati, vnde nimirum si duo testes sufficiūt, sed in isto tex. non erant ab intest. successuri, quia aderat aliud testamentum, vnde cùm in hoc secundo oporteat duo facere, deest tollere primum testamentum, deinde vocare istos, ideo nimirum si. 5. testes requiruntur, arg. l. j. C. de his, qui sibi in testa. adscrib. ita intelligit Raph. Fulg. hic, & in §. ex imperfecto. s̃. ea. l. & no. Lud. Rom. in præall. consi. 306. in 2. col. in fi. sentit Oldr. Lau. in consi. 119. quod incip. Titius condidit testamentum.

3 ¶† Vlt. per istum tex. dicit Barto. hic, & in l. militis codi. in prin. per illum tex. ff. de mil. test. se obtinuisse in ciuitate Perusij quandam hæreditatem contra omnes aduocatos, cùm pater in testamento filio pupillo substituisset pupillariter quosdam extraneos, deinde in codicilis reuocauit talem substitutionē, & substituit fratres pupilli, vel sororem, & diceretur, ꝙ in codicillis non poterat directò substitui, nec substitutio directa reuocari, per regulam. l. hæreditatem. j. de codicil. & §. pen. instit. eo. Bart. dicit se obtinuisse contrarium per hunc tex. vbi quando præcedit testamentum solenne, in quo sunt instituti extranei, certè secunda voluntas, licet sit minus solennis, in qua sint instituti venientes ab inte. vt est in proposito nostro, tamen ipso iure tollit præcedens testamentum solenne, nec est curandum, ꝙ sint codicili, vel testamentum. sicut in milite, qui potest directam instituti onē, & substitutionē facere in codi. l. militis codicil. in prin. de mil. test. Et istam opi. sequuntur Ful. Pau. de Cast. Alex. hic, Fran. de Are. in Auth. hoc inter liberos. s̃. e. & in l. cohæredi. §. cū filiæ. per gl. ibi in verbo, non valuit. ff. de vulg. & pup. & Rapha. Cu. in l. 2 post Bar. ibi. ff. de iniust. rup. & in d. l. militis codi. Contrariam opi. tenent omnes alij. Bal. & Ang. in §. ex imperfecto. s̃. ea. l. Bal. & Sal. in l. filij. s̃. fam. erci. Ange. & Imo. in l. j. ff. de iniust. rup. & Bald. Ang. & Sal. in alijs plerisque locis hic alleg. per do.

a Alex. & Lud. Rom. [a] in consi. 179. incip. ampliſſimè Doct. in 5. & 6 col. per aliqua non multum vrgentia, de quib. per eos. ego autem vltra alios pro opi. Bar. pondero bene facere tex. in quo se fundat Bar. in d. l. militis codi. in prin. vbi in milite statutū est quòd possit directò in codi. substituere. Et si dicis prout dicūt Bald. & Ang. ꝙ ibi speciale est in milite, dico ꝙ hoc est falsum, cùm fiat ęquiparatio à testamento mili. ad testamentum patris imperfectum inter liberos, tex. est in l. 2. ff. de iniu. rup. sed quia ad illum tex. potest responderi, ꝙ non fit ęquiparatio in ista materia, istud comprobatur viua ratione, nam ideo miles potest directam substitutionem facere in codicillis, eo quia in milite attenditur solùm iusgen. & non ius ciuile: istamet ratio militat in patre disponente inter liberos, vbi etiam attenditur merum iusgen. vt dixi in §. ex imperfecto. s̃. ea. l. istud mihi multū stringit pro Bar. Sed potest respōderi, quòd istud permittatur in milite propter fauorē pub. ex quo pro repub. pugnat, qui fauor cessat in patre inter liberos. Hinc est, quòd miles potest decedere cum duob. testamentis: item pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. iure militum. ff. de testa. mil. & tamen ista non reperiuntur in patre testante inter liberos. Potest confirmari ex eo, quod notaui in Authen. hoc inter liberos. s̃. eo. per illum text. iuncta. l. eius militis §. si militia missus. ff. de test. mili. item in testamento mili. non detrahitur Falcidia nec Trebel. l. in testamē to. s̃. de testa. mili. l. in testamento. j. ad l. Fal. & tamen ista prohibitio non reperitur in testamento patris. adde etiam pro Bar. ꝙ cùm in omni volun. condita à patre inter liberos intelligatur clausula, vt actus valeat omni modo, quo plus potest, iuxta gl. sing. in l. cohæredi. in §. cum filiæ. & ibi Imo. s̃. de vulg. & pup. & dixi in d. §. ex imperfecto. satis videtur posse etiam in puncto iuris defendi sententia Bar. ¶ Glo. in ver. [sancimus] diuiditur in sex partes prin. In j. quia Imperator non videtur istud de nouo sentire, ꝙ testamentum imperfectum, in quo sunt instituti venientes ab intest. tollat primum perfectum, cū antea esset statu tū in l. 2. ff. de iniu. rup. gl. ponit. duas sol. dic vt dixi in tex. ¶ In 2. quæ est ibi, [sunt & alij.] gl. addit. duas fal. in quib. testamentū imperfectum tollit primum perfectum. postea glo. format 4. oppo. & sol. partes patent in glo. In 4. parte, dum glo. dicit, ꝙ in l. cùm quidam. secundum testamentum erat perfectum, dicit contra illum tex. in ver. *neque superius testamentum ruptū esset*: ideo respondet melius secundum Bar. ibi, & oēs hic, ꝙ ideo ibi secundū testm̃ non tollit primum, vt ibi dicit tex. eo quia in secundo erant instituti hæredes indigni, tamen quia faciēdo secundum test. videtur iudicasse primos nō esse dignos, nimirum si etiam primi repellūtur. In vlt. parte gl. quantum ad d. l. Claudius. quia sol. gl. diuinat, ideo dic melius secundum Mod. hic, quòd ibi illa opin. Imperatoris non est approbata per Iurisco. imò contrarium ibi decidit Iurisco. licet obscurè, vt ibi per Bar. & alios. Iason Pisis.

ADDITIO.

a * Rom. pro quo adde, quæ scribit idem Ias. in l. omnimodo. in prin. nu. 9. C. de inoffi. test. Bertr. cō. fi. 70. lib. 1. in nou. sed idem Ias. hic col. pen. & fi. contrariā opin. in puncto iuris defendi posse arbitratur, quam etiam veriorem & magis sustentabilem dicit Boer. q. 241. col. 2. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Legatarij, & fideicom. possunt esse testes in testa. & nu. 3.*
2 *Fideicom. vniuersalis an possit esse testis in testa.*
4 *Quis est idoneus testis, quando commodum causæ principaliter non spectat ad se, licèt in consequentiam sic.*
5 *Rector vnius Ecclesiæ potest producere Rectorem aliarum Ecclesiarū ad probandum consuetudinem generalem illius ciuitatis, de non soluendis decimis Episcopo.*
6 *Creditor est idoneus testis in causa debitoris.*
7 *Aduocatus, procurator, & proxeneta an sint idonei testes.*
8 *An fideiussor possit esse testis cum alio fideiussore ad probandum, quòd non fideiusserunt principaliter.*

LEX XXII.

Dictantibus. Dictantib. & testib. testamentarijs potest in testamento relinqui. h. d. & habet duo dicta prin. quæ patent in tex. ¶ Intellige primum dictum procedere in eo, qui solùm dictat, secus si etiam scriberet testamētum, quia incideret in pœnam falsi, vt hic in gl. & per glo. & Bar. in l. j. §. ex

1 illa. ff. de fal. cum concor. ¶† Ex secundo dicto no. ꝙ legatarij, [a]

a & fideic. possunt esse testes in testamento. concordat text. in l. qui testamento. in prin. ff. eo. in §. legatarijs. instit. eo. & melior tex. de iure in l. si quis ita. ff. de reb. dub. & ibi no. probatur, quòd etiam si omnes septem testes testamentarij essent legatarij, adhuc valeret testamentum, secundum Io. Fab. in d. §. legatarijs. Abb. in c. insuper. in pen. col. de testi. Secus est in hærede, qui nō potest esse testis testamentarius. §. sed neque. instit. eo. & d. l. qui testamento in prin. Item secus in fideic. vniuersali, cùm locum hæredis habeat. l. si necem. §. fi. ff. de bon. lib. secundum Bal. hic, facit. l. si filiusfa. §. j. ff. quod cum eo. l. item veniunt. §. licet autē. ff. de pet. hære. facit, quia prouisio legis loquēs de hærede habet locum in fideic. vt notant Bar. & Doct. in l. j. §. de illo. per illum tex. ff. ad treb. facit. l. si hæres ab eo. in fin. prin. & l. postulante. §. pen. eo.

ADDITIO.

a ¶ Legatarij. Adde Barto. in l. fin. in 2. colum. C. de fideicom. Ias. in l. si quis nec causam. col. 3. ff. si cer. pet. dixi in §. legatarijs. inst. de test. Ampliat sing. Alex. 1. lib. consi. 141. col. h. PVRPV.

Source : BIU Cujas

pen.co.ti.ff.ad Treb. Licèt authoritas Bal. ſit magna, & non ha-
2 beat contradicentem, † tamen poſſet attentari contrarium, ℭ imò fideicom. vniuerſalis poſſit eſſe teſtis in teſtamento. primò per generalitatem huius. l. & ſimilium. Secundò facit text. in §. ſed neque. maximè in ratione ſui. inſt. eo. Tertiò per illud quod ſing. tenet Ang. in conſi. 275. incip. thema ſuper quo conſilium petitur tale eſt. in pen. col. vbi tenet, ℭ etiam ſubſtitutus directò poteſt eſſe teſtis in teſtamento, quando contenditur non de ip ſa ſubſtitutione, ſed de virib. teſtamenti, licèt in conſequentiam poſſet aliquo tempore commodum conſequi, per hoc non repellitur. alle. tex. in §. legatarijs. inſtit. eo. vbi ſecundum eum legatarij, & fideic. non ſolùm particulares, ſed etiã vniuerſales poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. Confirmatur, quia quando iudicium agitur cum hærede, ſubſtitutus non eſt citandus. text. eſt no. in l. j. §. pe. in verbo, non etiam ſubſtitutio. ff. de ven. inſpi. per quem ita tenet Bar. in l. in diẽ. ff. de aqua plu. arcẽ. Ang. & Imo. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. Imo. in l. decem. ff. de verb. oblig. Alex. in conſi. 123. diſcuſſis hæſitationib. in 4. col. in j. vol. Inn. & Bald. in c. humilis. de ma. & obe. & eſt bona gl. in l. de vnoquoque. in gl. 2. ff. de re iud. quam Ang. & Imo. & Mod. ibi multum notant. accedit etiam glo. in c. quamuis. in gl. fi. de pac. in 6. quã multum ibi no. Gem. in 6. col. pro prima tamen opin. Bal. potes ponderare tex. in d. §. legatarijs, in ratione ſui, quia non iuris ſucceſſores ſunt, iũcta gl. vbi ideo legatarij poſſunt eſſe teſtes, quia in eos non tranſeunt iura hæreditaria, vnde cùm in fideic. vniuerſalem tranſeant iura hæred. §. reſtituta. inſtit. de fide. hæredi. per conſequens videtur, ℭ non poſſit eſſe teſtis in teſtamento. Tamen pro alia opi. facit, quia in dubijs opi. &c. l. Gallus. §. qd ſi is. ff. de lib. & poſth. ¶ Contra iſtum tex. fortiter facit, quia regula eſt, ℭ nemo poteſt eſſet teſtis in cauſa propria, imò ipſo iure repellitur. l. omnib. C. de teſti. & in l. nullus. ff. eo. ſed cauſa teſtamenti dicitur eſſe propria reſpectu legatariorum, text. eſt in l. à ſentẽtia. in prin. ff. de appel. In hac difficultate variæ ſolutiones afferuntur per Doct. hic, & in d. l. qui teſtamento. in prin. ff. eo. per Can. maximè Abb. in c. inſuper. de teſti. Prima eſt gl. in l. qui teſtamento. præall. ex qua ſequitur mirabile quòd in teſtamẽto condito à patre inter liberos, & in teſtamento militis, & in teſtamento ad pias cauſas, cùm duo teſtes adhibeantur non pro
a ſolennitate, ſed ſolùm ad probandum, [c] ℭ tunc iſta. l. non haberet locum, & iſtud firmat Bar. in d. l. omnib. in bona lect. Bar. & ſi verum eſſet, eſſet magna limitatio ad hunc tex. ¶ Vnde alia, & ſecunda fuit ſolutio Bar. in d. l. omnib. in bona lect. & Ioan. Fab. in d. §. legatarijs, quòd ideo legatarij poſſunt eſſe teſtes, licet in cauſa propria propter magnum numerum, quia ſeptem debent interuenire. Et adde, ℭ ſi omnes. 7. eſſent legatarij, valeret teſtamentum. tex. eſt no. in d. l. ſi quis. ita tenet expreſsè Ioã. Fab. in d. §. legatarijs. Abb. in c. inſuper. in pen. col. de teſti. vt etiã. S. retuli. pro iſta ſol. bene facit, quod ſignãter volũt Sal. & Ang. & Mod. in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. vbi vo-
b lunt, ℭ domeſticus [b] poſſit eſſe teſtis, quando eius defectus ſuppletur per numerum aliorum. Sic in teſtib. amicitia coniunctis numeri defectus ſuppletur, ſecundum Iac. But. in l. 3. in prin. ff. de teſti. Hinc ſequitur ſecundum Bar. in d. l. omnib. ℭ iſta. l. non haberet locum in teſtamentis, in quib. duo tantum teſtes ſufficerent: ſed hæc ſolutio mihi nõ placet, quia tex. in §. legatarijs. inſti. eo. qui diſponit idem quod hic, non fundat ſe in numero, ſed quia legatarij non ſunt iuris ſucceſſores, vt ſtatim dicam. Nõ obſt. no. per Bal. Ang. & Mod. in d. §. cogẽtur. per illum tex. quia loquuntur, vbi reperiuntur plures teſtes vltra numerum requiſitum, quod non eſt hic, vbi non erant plures, quàm ſeptẽ
3 teſtes requiſiti in teſtamento. ¶† *Vnde communis ſol.* eſt gl. in d. §. legatarijs. & in l. nullus. ff. de teſt. & in d. l. ſi quis ita. vbi Barto. ℭ ideo legatarij poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, eo quia principaliter non eſt eorum cauſa, ſed hæredis, licèt in conſequentiã ipſi etiam commodum reportent, quia ſi non valeret teſtamẽtum, etiam legata corruerent. Et multa in conſequentiam conceduntur, quæ principaliter non concederentur, text. in l. 1. in prin. ff. de autho. tut. & iſtam ſol. propriè voluit tex. in d. §. legatarijs. ibi, quia iuris ſucceſſores non ſunt. iuncto. §. ſed neque. eod. tit. ibi, quia totum negotium. Hinc eſt, ℭ ſi principaliter dubitetur de legato, tũc nõ eſſent idonei teſtes. & iſtam ſol. tenet Bar. & communiter alij in d. l. qui in teſtamento. in prin. & Docto. hic. Alex. in conſi. 187. in 7. vol. viſo themate mihi exhibito. in 3. colum. Hinc dicunt Bald. & Ang. in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iu. quòd ſi legatarius productus in teſtem interrogatus an ad eum ſpectet cauſa, reſpondeat, quod non, certè per hoc non eſt falſarius, quia intelligitur, quod principaliter non ſpectat ad
4 eum, ſed bene in conſequentiam. ¶† Ex iſta communi ſolutione collige notabilem regulã, quod quis eſt idoneus teſtis, quando commodum cauſæ principaliter non ſpectat ad ſe, licet in conſequentiam ſic, eo quia attendimus illud, quod principaliter agitur. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. ſic in ſimili dicimus,
c ℭ illi, qui ſunt de vniuerſitate, [c] poſſunt eſſe teſtes in cauſa vniuerſitatis, eo quia principaliter non ſpectat eos tanquam ad priuatos, ſecundum Bar. in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diui. & in l. ſed ſi hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc.
5 Can. præcipuè Abb. in c. inſuper. de teſti. † Ad idem facit, quod decidit Io. An. in regula, ſine poſſeſſione. in mercu. vbi concludit, quòd ſi Epiſcopus petit decimam cõtra vna Eccleſiam, &
d Rector illius Eccleſiæ [d] opponit, quòd generalis conſuetudo illius ciuitatis eſt, quòd decimæ non ſoluantur Epiſcopo, poteſt ad probandam iſtam conſuet. producere in teſtes alios Rectores aliarum Eccleſiarum, & ſequitur d. Alex. in conſi. 172. in 2.
6 vol. incip. viſis & oportunè diſcuſſis. † Ad idem facit, quod ſing. vult Ang. poſt Ia. But. in l. non ſolum. §. quæritur. per illum text.
c ff. de procu. vbi tenet, quòd creditor [e] ſit idoneus teſtis in cauſa debitoris ſui, licèt creditoris interſit habere debitorem locupletem & ſoluendo, ſequitur do. Alex. in conſi. 77. inci. in cauſa & lite vertente inter Bal. in 2. col. in j. vol. ¶ Sed aduerte, licèt omnes ſic tranſeant, ego ſemper vehementer dubitaui & dubito, quomodo iſta poſſint procedere, ℭ legatarij poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, eo quia principaliter non ſpectat commodum ad eos, ſed ad hæredem: ſed quando eſt principalis cauſa, non eſt idoneus teſtis. mihi videtur, quòd iſta concluſio ineuitabiliter confundatur ex eo, quod alibi tenetur, quòd quamuis cauſa principalis non ſpectet ad aliquem, tamen ſi verilimiliter habet animum, vel affectionem ad cauſam, non eſt idoneus te
7 ſtis. † Hinc eſt, quòd ille, qui fuit procurator [f] in vna cauſa, vel
f fuit aduocatus, vel fuit proxeneta, iſti non poſſunt eſſe teſtes: & tamen cauſa principalis non ſpectat ad eos, imò nec commodum ſperant, ſed quia veriſimiliter affectionem habent, repelluntur, ſecundum gl. & Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iu. fiſ. & Bar. in d. l. omnib. in bona lect. imò qui fuit procurator in cauſa principali, non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis. licet in ea non ſit procurator propter præſumptam affectionem, tex. eſt in c. Ro. de teſt. in 6. & ibi glo. Bal. in d. l. omnib. & in cap. ſi inter pares. de. l. Corra. in vſi. feu. Inn. Io. An. & alij in
8 c. inſuper. de teſti. † Similiter aduocatus, [g] vt eſt gl. in c. ſtatuendum. in verſi. cognitor. 2. q. 6. Sic etiam proxeneta, [h] ſecundum
g h Bar. vbi ſ. & do. An. & Imo. in c. cum à nobis. de teſti. & Alb. in l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pact. & etiam ℭ eſt fortius, ſi proxeneta nullum commodum, nullum ſalarium eſſet habiturus, adhuc non poſſet eſſe teſtis, ſecundum Io. An. d. Ant. & Imo. in c. dilectorum. de teſti. cogen. Imo. in l. ſi cui legetur. §. ſi Titio. ff. de leg. 1. & plenius in c. ex literis. poſt alios ibi de tranſ. d. Alex. in conſi. 13. quod incip. ex his, quæ in themate narrata ſunt. in 10. col. in j. vol. tex. eſt arguendo à ſpeciali in c. 1. & ibi gl. in ver. ciuiliter. de teſti. in 6. ſi ergo iſti, ad quos non ſpectat cauſa principalis propter ſolam affectionem quam in conſequentiam habent, repelluntur, ne poſſint eſſe teſtes, quanto magis legatarij, quib. ſpectat commodum, & veriſimilem affectionem habẽt, & ſic dubito multum, quomodo teſtis cenſeatur idoneus, quãdo commodum cauſæ non ſpectat ad eum principaliter, ſed in conſequentiam; & propterea Io. An. & d. Anto. in c. inſuper. de teſti. tenent expreſsè contrarium, ℭ teſtis, cui ſiue principaliter, ſiue incidenter ſpectet commodum, non ſit idoneus teſtis. Cogita, & contra illud quod Bar. tenet de proxeneta, tenet Bal. in d. l. omnib. vbi Bal dicit Bar. grauiter erraſſe in hoc. & in contrarium tenet gl. in §. pen. & ibi Iac. de Bel. & Ange. in Auth. de teſti. aliam quartam. fol. ad principale contrarium tradidit Bal. in l. ſi municipes. ff. quod cuiuſ. vniuer. ℭ duæ qualitates concurrentes faciunt legatarium eſſe teſtem integrum in teſtamen
to: vna

ADDITIONES.

a * Proban. Adde eundem Iaſ. ſ. in l. 1. col. pen. verſi. ſed eam reprehendit. eo. tit.
b ¶ Domeſticus. Adde Albe. Malet. in tract. de teſt. in §. ſupereſt nunc videre. in 7. col. ver. vltra prædicta adde eundem Iaſ.
c ¶ Vniuerſitate. Adde Spec. tit. de teſte. in §. 1. ver. uunquid in cauſa vniuerſitatis. & in ver. quid ſi omnes. & per Bal. in marga. in verbo, teſtis.
d ¶ Rector Eccleſiæ. Alex. lib. 1. conſi. 77. col. 5. reperio. & lib. 2. conſi. 175. & lib. 1. conſi. 78. col. 2. PVRPVR.
e ¶ Creditor. Adde Iaſ. in l. quoties. in vlt. colum. verſi. ad idem fa. C. de iud.
f ¶ Procurator. Adde Flo. in l. fi. ff. de teſti. Bal. in Auth. ſed nouo iure. in 3. col. C. ſi cer. pet. Io. And. in reg. cùm quid vna via. de reg. iur. lib. 6. in mercu. Abb. in c. fraternitatis. in fin. de cler. non reſi. & per Rotam deciſio. 122. incip. item ſi procur. in nouis.
g ¶ Aduocatus. Adde gl. in c fi. de teſt. lib. 6. Doct. in c. ex literis. de tranſ. Ant. de But. in c. cùm à nobis. de teſt. Inno. in c. 2. de arb. Alex. de Imo. conſi. 134. inci. in cauſa, & lite vertente inter Alb. 2. vol.
h ¶ Proxeneta. Adde Spe. & ibi Io. An. in addi. in tit. de teſte. in §. 1. ver. quid de proxeneta. An. de But. in c. cùm dilecti. in 7. col. de elect. Ant. de But. in c. dilectorum. in 2. col. de teſt. cog. Albe. Male. in tract. de teſt. in §. expedita. 3. parte. j. prin. in 6. col. verſi. ſicut dicimus.

Source : BIU Cujas

to:vna ponitur in d.§.legatarijs, quia loquitur quando quæſtio non eſt ſuper legato,ſed ſuper inſtitutione hæredis, & ſic cùm eo non principaliter agitur de vtrib. teſtamenti, ſed per quandam conſequentiam.Secunda eſt approbatio teſtatoris, quam facit de perſona,rogando vt ſit teſtis in teſtamento:ad hoc bene facit,quod vult glo.reputata ſin.in §.& licet.in verbo,ſuppli cijs.in Auth.de teſti.de qua dixi in l.j.ſ.cod.& quod no.Bar.in l. ſi pater.in prin.ff.de fal.mihi quoque placet, quod ideo legatarij,& fideic.poſſunt eſſe teſtes in teſtamẽto,vt hic cum concor. quia multa copulatiuè concurrunt.primò, quia non ſunt iuris ſucceſſores:& ſic cauſa teſtamenti eos principaliter non tangit, ſed hæredem,vt dicit tex.in d. §. legatarijs. Secundò fauor vlti. vol.Tertiò approbatio teſtatoris,quam facit rogando teſtes,vt ſtatim dixi. Quartò magnus numerus aliorum conteſtium, vt dixi.ſ. in 2. ſol. non ergo vnumquodque de per ſe ſufficit, nec habetur in conſideratione,ſed omnia ſimul iuncta, & credo ꝙ
2 iſta ſit veritas. ¶Quid autem in fideiuſſore, [a] an poſſit eſſe teſtis cum alio fideiuſſore ad probandum,quòd non fideiuſſerũt principaliter, *communiter concluditur*,quòd ſic per Cy.Bal.Ange. & Sal.hic,& Bar.in l.ſi quis ita.per illum tex. ff.de reb. dub.Bal. in l.fi.§.j.in 2.col.C.de exe.rei iu. cũ limitatione, de qua ibi per eum.& ſequitur.d.Alex.in præall.conſi.77.in 2.col.in j.vol.quã uis contrarium tenuerit Ang.de Are.in d.§.legatarijs,& in contrarium faciunt,quæ.ſ.adduxi. Iaſ. Piſis.

ADDITIO.

3 ¶Fideiuſſore. Adde Spe.tit. de teſte.in §.r. verſi.quid ſi fideiuſſor.Ang.in l.ab executore.in §.j.ff.de appe.Ang.& Io.de Imo. in l.ſi fideiuſſor.in §.fi.ff.de leg. Io.de Imo.in l.à ſententia.in prin.ff.de appel.

LEX XXIII. & ſeq.

Conſulta. Pro inſinuatione teſtamenti, q̃ debet fieri coram magiſtro cẽ ſus,nil dẽt ei ſolui,niſi hęreditas ſit vltra.100.aureos: & inſinuatio facta coram incompetenti iudice eccleſiaſtico,vel ſeculari,eſt ipſo iure nulla,niſi poſteà fiat coram iudice competenti.h.d.Et dum tex.vult,quòd nemo debeat ſe intromittere in facto alieno,prout dicit tex. in l. ſolemus. §.latrunculator.ff.de iud.Adde tex.no.in l.2.C.de exec. & exacto.li. 12. Item verborum ambiguitatis vel ordinis peruerſio, errore tabel.procedens non vitiat teſtamentum.h.d.l.ſequens.& tetigi in l.errore.ſ.eo.vbi multum notaui gl.hic pro ſing.Itẽ tranſpoſitio verborum non vitiat vlt.volun.ſicut nec contractum.h.d. l.ſeq.& pone exemplum ſecundum.§.ſed & ſi quis ita.inſtit. de inuti.ſtip.& de hoc quando peruerſio vitiet,& quando non,habes per Bar.& omnes in l.2.§.prius.ff.de vulg.& pup.per glo.& Doct.in c.cùm dilecta.de reſcr.plenè per Imo.poſt gl. & Dyn. in l.nec enim.ff.de ſol.& latè Bald.in l.ſi duas, in prin.ff. de excu. tuto. ¶Item teſtamentum valet,licèt non ſit obſeruata forma verborum,de qua in tex.h.d.l.ſequens vſque ad l.ſancimus. Iaſ. Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Solus lapſus decennij poſt teſt. ſolenniter conditum non inducit reuocationem teſtamenti ſolennis.*
2 *Licet don.cauſa mor.facta per conſtitutum in periculo vitæ,vel grauatum graui infirmitate reuocetur,ſi contingat donatorem reconualeſcere,tamen ſi teſtator graui infirmitate grauatus faciat teſtamentum, credens ex illa infirmitate mori,ſi reconualeſcat,non reuocatur eius teſtamentum,imò valet, & tenet.*
3 *Quod non mutatur,cur ſtare prohibetur.*
4 *Procurator licèt expreſsè non reuocetur, tamen ſi ſuperueniat cauſa propter quam veriſimiliter debet reuocari,intelligitur reuocatus.*
5 *Si dedi mandatum expreſſum alicui, quòd Titium occideret, & ille ex interuallo poſt longum tempus occidat, an intelligatur mandato meo occidiſſe.*
6 *Præſumitur quis durare in eadẽ voluntate etiam poſt longum tempus.*
7 *Teſtamentum ſecundum validum, & perfectum tollit ipſo iure præcedens,fallit tamen aliquibus caſibus,vt infra nu.8.*
9 *Iuramentum habet vim expreſsi.*
10 *In vltimis voluntatibus facilius inducitur reuocatio,quàm conceſſio.*
11 *Vbi actus non valet ex præſumptione defectus conſenſus, ibi iuramentum nihil operatur.*
12 *In generali renuntiatione ſi apponatur iuramentum, regulariter nihil operatur.*
13 *Iuramentum generale nihil operatur in his,quæ debent ſpecificari.*
14 *Vbi non adeſt conſenſus nec in ſpecie,nec in genere, ibi iuramentum nihil operatur.*

15 *Si teſtator facit teſtamẽtum validum,& ſolenne,& poſtea dicat, nolo teſtamentum valere,an cenſeatur reuocatum.*

LEX XXVII.

Sancimus. Iſta eſt ſolennis,& ſing.l. ſecundum Bar.& Pau. de Ca. & habet tria principalia dicta. h. d. Teſtamentum perfectum non tollitur per ſolum lapſum temporis,ſed bene tollitur per ſequens teſtamentum perfectum, vel per contrariam voluntatem in actis,aut coram trib.teſtib. declaratam ſimul cum tranſcurſu decennij.h.d.& legas ver.quẽ adm.interrogatiuè,non autẽ,ꝙ ſtet determinatiuè, quia ſic hõ
1 eſt bonus ſenſus.¶† Habes ergo in prima par.ꝙ ſolus lapſus decennij poſt teſtamentum ſolenniter conditum non inducit reuocationem teſtamenti ſolennis, quia ſolum tempus non poteſt eſſe cauſa inducendi,vel tollẽdi.l.obligãtionum ferè §.placet.& §.tempus. ff. de act. & obli. Hinc ſequitur notabilis effectus,ꝙ ſi teſtamentum ſit conditum ab aliquo paupere,in quo alium pauperem inſtituit hæredem, deinde poſteà ſuperuixit longo tempore,puta. 10. vel 20.ann. & eſt effectus valde locuples, nec aliter mutauit teſtamentum, inſtitutus in illo omnia habebit, quamuis veniẽs ab inte.dicat, ꝙ non ſit veriſimile, ꝙ voluerit illum pauperem tot bona poſtea acquiſita habere,ſecundum Pau.& Ale.hic.bene facit tex.in l.Lucius.la 2.§.fi.ff.de
2 leg.2.† Sicut in ſimili dicitur,licèt don.cau.mor. facta per conſtitutum in periculo vitæ, vel grauatum graui infirmitate reuocetur, ſi contingat donatorem reconualeſcere,quaſi eſſet cã, propter quam donabat cauſa mor.l.non omnis. cum ſimil.ff.ſi cer.pet.tamen ſi teſtator graui infirmitate grauatus faciat teſtamentum,credens ex illa infirmitate mori, tamen ſi reconualeſcat,non reuocatur eius teſtamentum,imò valet & durat. tex. eſt in l.fi.& ibi Bal.& Mod.ad hoc no.C.de poſth.hęr.inſti.Pau.,
3 de Caſt.& Lu.Ro.& alij Mod.in d.l.non omnis.in prin.¶† Secundò no. ex tex. ibi, *quod enim non mutatur.* illud ad quod tota die allegatur iſta.l.quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, vt hic,& l.præcipimus.in fi.C.de appel.& iſtud procedit nõ ſolùm in vlt.volun.ſed etiam in actibus inter viuos. ¶† Hinc eſt,
4 ꝙ ſi conſtitui aliquem procuratorem meum, ſi eum expreſsè non reuocaui,durat procurator, niſi ei ſuperueniret noua cauſa,propter quam veriſimiliter debet reuocari,puta,quia efficeretur vnus ribaldus.l.ſi cùm Cornelius, & ibi Bar.ad hoc no.de
5 ſol.Bal.& Pau.hic,facit tex.in c.ſi quem.de procu.in 6.¶† Et an
a idem ſit in criminalibus,ſi dedi mãdatum expreſsum [a] alicui, quòd vnum occideret, & ille ex interuallo poſt longum tempus occidit,an intelligatur mandato meo occidiſſe,& ſic intelligatur durare mandatũ delinquendi, poſtquam aliter expreſsè non reuocaui:ponit Inno.in c.ad audientiam.de homi.Bart. in l.non ſolùm §.ſi mandato.ver.quæro mandaui delinquere.ff. de iniur. Bald. in l.j in 4.colum. C.de ſer. fug. & in l.ſi literas.C. manda.Lud.Roma.in l.qui in aliena.§.ſi is,qui.ff.de acq.hæred.
6 & tangit aliquid remiſſiuè Pau. de Ca.hic. ¶† Tertiò no.quod præſumitur quis durare in eadem voluntate etiam poſt longũ tempus,vt hic,& l.3.& l.eum qui volũtatem.ff.de proba. & ad hoc vide,quod notabiliter decidit Bar.in l.Caio,in prin. per illũ
7 tex.ff.de adim.leg. ¶† Ex ſecunda parte. tex. quarto principaliter not.in ver. [ſinautem in medio.] ꝙ teſtamentum ſecundũ validum,& perfectum tollit ipſo iure teſtamentum præcedẽs. concor.§.pen.inſtit.quib.mod.teſtam.infirm. & ideo ſuperflua eſt clauſula notariorum,qui dicunt,caſſans & annullans omne aliud teſtamentum,ſi quod prius fecerat.nam cùm ipſo iure in telligatur annullatum, vt hic, fruſtrà hoc adijcitur. ¶Intellige tamen ſanè niſi primo teſtamento adeſſet clauſula derogatoria ad ſequentes vltimas voluntates, vt quia teſtator dixiſſet in primo teſtamento,quòd ſi contingeret eum facere aliud teſtamentum,nolebat illud valere,niſi talis clauſula eſſet ſpecialiter adiecta.l.ſi quis in principio teſtamenti.vbi plenè per Bart.ff.de
b lega.3. ¶Iſtud vltimum limitat [b] Bald. hic quatuor ſin. modis, qui alibi traditi non reperiuntur. ſecundum Pau. de Caſt. & d.
8 Alexan. ¶† Primò fallit,niſi in ſecundo teſtamento eſſet appo-
c ſitum iuramentum, [c] quia iuramentum habet vim ſpecialis derogationis ad clauſulam antecedentis teſtamenti. *& ſequuntur*

ADDITIONES.

a ¶Expreſſum.Adde Saly.in l.non ideo minus.C.de accu.Ioan.de Imo. in l. poſt dotẽ.ff.ſol.mat.Ioan.de Imo.in cle.1.de hom.Bar.in l.non ſolùm.in §.ſi mandato.ff.de iniu.

b ¶Limitat.Iaſ.in l.2.§.quæſitum.ad fin.ff.ſiquis cau.Soc.lib.2. conſi.162.in fin. PVRPV.

c * Iuramentum.Adde Benedi.in rep.c.Raynutius. ver.teſtamentum.el 2.1.par. nu.18.& alijs ſeq.

Source : BIU Cujas

tur omnes Mod. Pro iſta limitatio.d.Alex.addit, quod vult Ioan. And.in regula,quod ſemel.in fi.ī mercu.Bar.in l. ſi quis in prin. teſta.ff.de leg.3.& in l.omnes populi.in 3.q.prin.ad fi. ff.de iuſti. & iu.quòd iuramentum appoſitum in teſtamento habet vim clauſulæ derogatoriæ ad ſequentia:ergo pari ratione,ſi apponi tur iuramentum in ſequenti teſtamento,debet habere vim derogationis ad clauſulam præcedentis teſtamenti,allegat in arg.
9 l.cùm pater.§. filius matrem.de leg.2. † Tu vltra alios adde bene facere illud,quod ſing.dicit Bal.in l.j.C.commo. vbi dicit,ꝙ iuramentum habet vim expreſſi. per tex. in d.§. filius matrem. quamuis contra hoc vltimum faciat,quod volunt Bar.& Docto.ſi ſubtiliter inſpicias,in l.fi.§.defenſionem. C.de admi.tuto.
10 ¶† Secundò confirma arg. d.Alex. quia in vltimis voluntatib. facilius inducitur reuocatio,quàm conceſſio,vt probat tex.no. in l.ſi fuerit.ff.de reb.dub.contra iſtam limita. Bal. fortiter facit, nam ſecundum teſtamentum ſimpliciter factum non tollit pri
a mum,in quo adeſt clauſula derogatoria, [a] eo quia lex præſumit,quòd in ſecundo teſtamento deficiat voluntas teſtatoris, prout etiam dicit Bal.hic,& Bar.in d.l.ſi quis in prin. teſtamenti.& Mod.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis. ff.de leg. 1.ſed ſic eſt, ꝙ vbi deficit conſenſus,iuramentum non ſupplet. l.fi. C.de non num.pec.declarat Bar.in l.ſi quis pro eo.in prin.in vlt.col.in 7. membr.ff.de fideiuſ.Imo.in c.per tuas.de arb.& in c.2. de iudi. Ad idem facit,quia vbi deficit conſenſus,tunc non habet locū. d.§.filius matrem,nec tunc iuramentum aliquid operatur, ſecūdum Lud. in conſi. 517. in caſu propoſitæ conſultationis. in 10.col.ad fin.& prin.ſeq. Fran.de Are. in conſi.24. quatuor dubia.in 2.col. Ad idem facit,quod propriè vult Bald.in l.j.in 2.q.
11 C.commo.† quòd vbi actus non valet ex præſumptione defectus conſenſus, ibi iuramentum nihil operatur, ſecus ſi adeſſet conſenſus in genere, vt ibi per eum. ¶Tertiò ad idem facit, ꝙ volunt Bar.& Doct.in l.ſed & ſiquis.§. quæſitum. ad fi. ff. ſi quis
12 cautio.Ioan.And. & alij in c.1.de commo.† quādo in generali renuntiatione apponitur iuramentum, quòd regulariter nihil operatur per d.l.fi. C.de non num.pe. ¶Quartò in contrarium facit regula,quam tradidit idem Bal.in d.l.ſed & ſi quis.§.quæſi
13 tum.in vlt.col.† quòd iuramentum generale nihil operatur in his,quæ debent ſpecificari.ita dicit eſſe gl.ord.in Auth.ſacramẽta puberum. C.ſi aduer. ven. ſed hic in ſecundo teſtamento requiritur ſpecialis expreſſio clauſulæ derogatoriæ,vt dicit tex.in
14 d.l.ſi quis in prin.teſtamenti.† Pro habenda veritate prædictorum conſidera, quòd vbi non adeſt conſenſus nec in genere, nec in ſpecie,tunc iuramentum nihil operatur.d.l.fi. C.de non nu.pe.ſecus quando adeſt conſenſus ſaltem in genere.arg.l.qui iure militari.ff.de teſta.mili.ita declarat Imo. in commento.ca. cùm contingat.in 38.char. de iureiu. & in c. 1.de commo do. Alex.in l.j.§.ſi quis ita.in 5.col.ff.de verb.ob.& in effectu Bal. & Sal.in l.j.in vlt.col.s̃. commo.vnde pro concordia eſt in propoſito aduertendum, ꝙ ſi teſtator faciens ſecundum teſtamentū diceret in genere,ꝙ reuocat omne aliud teſtamentū,iſtud non ſufficeret propter clauſulam derogatoriam, quæ eſt in præcedenti teſtamento.d.l.ſi quis in prin.teſtamenti.tamen ſi apponeret iuramentum, ſufficeret, ex quo adeſt ſaltem conſenſus in genere.ita intellige Bald.hic. Similiter quando faceret ſecundū teſtamentum, & diceret, ꝙ vult cæteris teſtamentis, quæ fecit, præualere, & ita iurat. Secus, quando faceret ſecundum teſtamentum ſimpliciter cum iuramento, & non fieret commemoratio alterius teſtamenti, nec in genere nec in ſpecie, tunc procedunt alia in contrarium adducta. Ita concordat prædictas varietates.Et credo,quòd iſta ſit veritas.¶Secundò limitat
b Bal.niſi ſuperueniſſet noua cauſa [b] ad mutandum primum teſtamentum, puta quia hæres ſcriptus offendiſſet teſtatorem, iuxta l.ex parte.cum glo.no.ff.de adi.leg. tunc valeret ſecundū teſtamentum,abſque hoc quòd reuocaretur clauſula derogatoria præce.teſtamenti,quod bene no. ¶Tertiò limitat Bal. niſi ſecundum teſtamentum fieret apud acta, vel in præſentia iudicis.ſequuntur Fulg.& Pau.de Caſt. hic. Et licèt Alex. reprobet per iſtum tex.vbi fit æquiparatio, quòd teſtamentum fiat apud acta, aut coram tribus teſtib. & tamen ſi ſecunda voluntas reuocatoria primæ fieret coram.5.teſtibus,non diceretur derogatum primo teſtamento habenti clauſulam derogatoriam, ergo nec in alio caſu, quando fit apud acta.ſed reſponde,tex. iſte non facit,quia æquiparatio huius tex. procedit quo ad probandum voluntatem vltimam defuncti, ſed non fit æquiparatio quantum ad effectum reuocandi,ſicut in ſimili dicit gl. ſin.in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero.ff. de iurciu. Ego contra hanc limi.adduco tex.qui mihi magis ſtringit in l. omnium.in fi.in ver. *ſi ei alia nocere non poßunt.* s̃. eo. vbi præſentia principis, aut iudicis bene facit, quòd teſtamentum valeat non obſtan. numero teſtium,& ſic ſupplet quo ad numerum, dummodo alia non noceant, & ſic præſentia principis aut iudicis nil operatur quo ad alia impedimenta,quàm numeri teſtium,ergo nihil operatur, quando in primo teſtamento adeſſet clauſula derogatoria. poteſt & alijs trib. vel quatuor mod.induci.d.l. omnium.contra Bal.prout ibi dixi,vbi plenius examinaui iſtam limita.& reprobaui,ibi videas. Quartò fallit ſecundum Bald. &
c multum no. quando teſtator [c] condidiſſet primum teſtamentum cum clauſula derogatoria, & poſt tale teſtamentum eſſet lapſum decennium,quia ſi poſt decennium teſtator faceret ſecundum teſtamentum, valeret, quamuis non derogaret clauſulæ primi teſtamenti, eo quia propter lapſum tanti temporis præſumitur teſtatorem non ita poſſe recordari de clauſula derogatoria:& quia decennium debet aliquid operari per hanc.l. & ſequuntur Raph.Ful.& Pau.de Caſt.hic, & dicit Fulg.ꝙ ita de facto occurrit ſibi tunc in q.ſatis ardua,in qua dicit,quòd nitebatur authoritate Bal.& huius legis.Idem ſequitur d.Alexan. non hic,ſed in conſi.105.in 4.vol.incip. viſo ac diligenter conſi derato thema.in 3.col.in prin. Iſtam limitationem reprehēdit, & fortè melius.d.Fran.de Are. hic per iſtum tex. vbi cum curſu decennij requiritur contraria voluntas,ſed clauſula derogatoria appoſita in præcedenti teſtamento, facit videre in ſecun-
d da voluntate conſenſum [d] teſtatoris deficere.d.l.ſi quis in prin. teſtamenti.l.pacta nouiſſima.C.de pact.cum gl. ibi. Vltra Bald. adde quintam fal. quando præcederet vnicum tantum teſtamentum,habens clauſulam derogatoriam,tunc valeret ſecundum abſque derogatione illius clauſulæ,quia tunc perinde eſt, acſi illi clauſulæ eſſet ſpecialiter derogatum,ex quo non præcedit niſi vnum teſtamētum.arg.regulæ.l.2.ff.de lib. & poſth. Ita ſin.limitat Bar.in d.l.ſi quis in prin.teſtamenti.in 3.col. & ſequitur Lud.Rom.in conſi.185. quod incip. in caſu præmiſſo quo quærit,an ſecundum teſtamentum.& d.Alex. de quo non mediocriter admiror,in conſi.134.incip.præuiſo thema.in 6. col.in 1.vol.ad fi.cum Bar.etiam tenet.d.Car.Flo.in cle.1.in 3.q.de ſepul.latè d.Bened.Capra in conſi.31.incip. punctus, quædam.d. Magdalena,& d.And.Sicu.in c.cùm eſſes.in 37.col.de teſta.Iſta limitatio eſt falſa, *& communiter damnata*,quia nunquam poteſt dici,quòd pręcedat niſi vnum teſtamentum,cùm alia ſemper ipſo iure reuocentur,vt hic. Sed fortius iſta limitatio eſt contra text. apertum in d.l.ſi quis in prin. teſtamenti. vbi quod eſt fortius, etiam ſi vnomet teſtamento in prin. apponatur clauſula derogatoria, certè diſpoſita in illomet teſtamento non valent, niſi illi clauſulæ ſpecialiter derogetur,& ita in ſpecie reprobant Ang.Imo.& alij Mod.in d.l.2.ff.de lib.& poſthu.Bal.in l.humanum.C.de legi.& in Auth.hoc inter liberos.s̃.eo.& Ang.in cōſi. 365.inci.quædam domina Iana vxor.& Raph. Cu.in d.l.ſi quis in prin.teſta. & ipſemet.d. Alex. ſibi contrarius in conſi.25.in 3. vol.incip. viſo teſtamento condito per Angelutſum. in 2. & 3. col.& ibi dicit,quòd contra Bar. *eſt communis opin.* Docto.quam ſemper dicit ſe fuiſſe ſecutum & legendo & conſulendo. ita tenet idem d.Alex.in conſi.7.in 4.vol.quod inci.videretur prima fronte dicendum,quòd pręcedens teſtamentum.in vlt.colum. ¶Sextò fallit,vbicunque in 2. teſtamento eſſet inſtituta perſona valde dilecta teſtatori,tunc habet vim derogationis ad clauſulam derogatoriam pręcedentis teſtamenti.ita dicit ſignanter Lud.Rom.in conſi.179.incip.ampliſſimè Doct.in pen. col.per gl.in l.in teſtamento.ff.de fideic.lib.alleg.etiā Bald.qui hoc non dicit in l.ſi iure.C.de teſta.man.dixi in l.nō dubium. s̃.eod. ¶Ex hac fall.infero aliam ſeptimam fal.quando ſecundum teſtamẽtum fieret inter liberos,reuocaretur primum etiam habēs clauſulam derogatoriam, quamuis de ea non fieret mentio. & ad hoc alleg.in ſpecie pro ſing. glo in §. & ſi quidem. in ver.perfecta.& ibi Ang.in Auth.de teſta.imperfe.Bal.Sal.& alij in Auth. hoc inter libetos.s̃.eo.cum concor.quas ibi dedi. Licet gl. prædicta

ADDITIONES.

a ¶Derogatoria.De clauſula derogatoria ad ſequentia teſtamenta &c. & quando eſt geminata eſt fortior.Cor.lib.3.conſi.86.quamuis. col.2. & an tunc ſit neceſſaria duplex derogatio.Pau.conſi.206.in facto præſenti.lib.1.

* Et ad Iaſo.hic nu.10.vide Pariſ.conſi.24.nu.52.lib.2.

b ¶Noua cauſa.Soc.exemplificat no.lib.3.conſi.2. in cauſa teſtamentaria. in 2. fundamento.& ibi aliter limitat.latè lib.2.conſi.163. non fuiſſet opus.col.6. & ibi reſtringit. PVRPV.

c ¶Teſtator. Extendit Soc.d.conſi.2.& ſequitur Bald.Alex.lib.1.conſi.134. præmiſſo themate.col.fi.

* Sed quid in teſtamento mulieris,an ſufficiat minus tēpus decennio,vide Soc. conſi.2.nu.12.lib.3.& pro 4.fall.Iaſ.hic vide,quæ ſcribit Rom.conſi. 179.col. pen.circa fi.ante nu.22.Alex.conſi. 105.nu.7.lib.4. MASVER.

d ¶Conſenſum.Limita generaliter,quando apparet quòd teſtator mutauit primam voluntatem:ita colligе ex Bal.hic in fi.exempla patent ex quatuor limitationib.primis,quæ non reſtringunt.Cor.li.2.conſi. 174.In præſenti conſultatione.col.3.Pro quo vide Soci.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de lega.1.d. conſi.2.li.3.col.2.in fi. PVRPV.

Source : BIU Cujas

dicta mihi non vrgenter hoc probet. Sed iſta limitatio poteſt confirmari pulchra ratione: nam clarum eſt, quòd in teſtamẽto patris inter liberos ineſt clauſula derogatoria ad ſequentia teſtã. Auth. hoc inter liberos. ſ. e. ergo ſimiliter debet pari ratione habere vim clauſulæ reuocatoriæ derogationis contentę in priori teſtamento, cùm militet idem fauor filiorum. Item vt contrariorum eadem ſit diſciplina. l. j. cum ſi. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. Item quia in vltimis voluntatib. facilior eſt reuocatio, quàm conceſſio, vt probat tex. no. in d. l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. Item ſimilem inductionem de iuramento facit Alex. hic, vt dixi ſ. in 1. limita. ¶ Octauò fallit, quando teſtator in ſecundo teſtamento dixit, quòd volebat, quòd ſecundum omnino valeret, & quòd contenta in eo ſortirentur effectum. Ita notabiliter Bald. in conſi. quod incip. reperitur, quòd quidam dixit, qa perinde eſt acſi ſpecialiter expreſſiſſet de clauſula derogatoria, quæ non requiritur, vbi poteſt de mente teſtatoris conſtare. & dicit, quòd ita voluit Ioan. And. qui fuit vtriuſque iuris fons & tuba, in c. 1. de conſti. in 6. Sed in contrarium facit, quia etiam non ſufficeret, ſi in ſecundo teſtamento diceretur, non obſtan. quocunque teſtamento manu cuiuſcunque notarij, ſub quibuſcunque verbis, & ſub quacunque verborum forma concepto, ſecundum Fran. de Alb. de Are. in d. l. ſi quis in prin. teſt. vbi refert ita eſſe de mente Bar. ibi. idem tenet Pau. de Caſt. in cõſi. 361. incip. quædam domina in ſuo teſtamento. ¶ Nonò fallit, quando teſtator in ſecundo teſtamento dixit, quòd volebat illud eſſe præciſum: quia dicta verba habent vim clauſulæ derogatoriæ, ſecundum Iac. de Are. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. quem refert, & ſequitur Abb. in c. 2. de reſcri. Idem tenet Bal. in l. clari. C. de fideic. facit, quod vult Ioan. And. in c. 1. ad fin. de exceſ. præla. in 6. ¶ Decimò fallit, quando in ſecundo teſtamento diceretur, caſſans & irritans omnem aliam vltimam volun. non obſtantib. quibuſcunque verbis derogatorijs in ea poſitis, etiam ſi de ipſis verbis derogatorijs, & de toto tenore teſtamẽti eſſet de verbo ad verbũ facienda ſpecialis mentio; tunc ſufficeret. ita no. tenet Fed. de Sen. in conſi. 47. habita ſuper caſu præ dicto collatione conuenienti. vt ibi no. per eum. facit, quod de dicta clauſula no. Bald. & Ange. in l. omnes, C. de præſcri. 30. vel 40. ann. per illum tex. ad hoc meliorem de iure, ſecũdum eos, de quo aliàs plenius dixi. ¶ Aliam. 11. fal. collige ex verbis Bart. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acq. hære. ¶ Vltra has fal. not. quòd licèt in codicillis nil directò poſſit teſtator diſponere. l. hæreditatem. C. de cod. §. pen. inſti. eo. tamen clauſulam derogatoriam appoſitam in teſtamento poteſt teſtator in codicillis reuocare, adeo quòd ſi poſteà faceret aliud teſtamentum, valeret abſque alia derogatione. Ita ſin. tenet Sal. in l. ij. C. de codi. quem refert, & ſequitur Ang. in §. pen. inſtit. de codi. ¶ Quintò no. ex 3. parte
15 tex. ibi [ſinautem] ℣ licet regula ſit, † ℣ ſi teſtator faciat teſtamentum validum, & ſolenne, & poſtea conuocatis 7. teſtib. diceret, ego non volo, ℣ primum teſtamentum valeat, vel me pœnitet, tamen non intelligitur reuocatum teſtamentum, niſi
a incideret illud, vel faceret ſecundum. tex. eſt in §. ex eo aſit [a] ſolo. inſtit. quib. mod. teſta. infir. & ratio, quia cùm prima voluntas fuerit diſpoſitiua & perfecta, ſecunda autem ſit nuda volũtas, non poteſt tollere primam, quæ firmior eſt. Iſtud tamen limitatur per hunc ſing. tex. qui non habetur alibi in corpore iuris, niſi poſt ſecundam nudam voluntatem tranſiuiſſet decennium, quia nuda voluntas nedum expreſſa coram 7. teſtib. imò coram trib. tantum, ſimul cum lapſu decennij inducit reuocationem primi teſtamenti validi & ſolennis. caſus eſt vnicus, & ſolennis in hac l. & iſtud decennium incipit currere, (quod videtur mirabile) à tempore conditi primi teſtamenti, non autẽ à tempore mutatæ voluntatis, ſecundum vltimam opi. poſitã hic in glo. fi. ſequuntur Cy. hic in fin. Ange. *& magis communiter alij.* Limita tamen iſtum tex. vt procedat, quando teſtator ex toto receſſit à primo teſtamento, quia tunc cum lapſu decennij primum reuocatur, ſecus autem ſi non ex toto receſſiſſet, ſed limitatiuè, puta detrahendo aliquod capitulum, quia non obſtãte lapſu decennij, remanebit firmum teſtamẽtum in alijs capitulis. ita limitat iſtum tex. Abb. Pan. in conſi. 111. inci. in cauſa, quæ vertitur inter hoſpitale S. Mariç. in j. col. in 1. vol. & licet ipſe non dicat, pro iſta limitatione facit text. in l. alumnæ. §. qui filias. ff. de adimen. leg. quem tex. gl. 1. hic in fi. alleg. pro contrario ad text. noſtrum, tamen ſomniauit, quia imò concordat cũ tex. noſtro, ſecundum Cyn. & omnes hic. adde etiam pro iſta limita. facere, quod ſtatim dicam. ¶ Secundò limita iſtam l. nõ procedere, quando teſtator in præſentia trium, vel quatuor teſtium diceret ſe velle ſuum teſtamentum mutare, & nolle ſuũ teſtamentum aliàs factum valere modo, & forma quo conditum erat, tunc per iſta verba etiam cum lapſu decennij non intelligitur teſtamentum irritatum, quia iſta l. procedit, quando teſtator ſimpliciter dixit, quòd non volebat prius teſtamentũ ſtare, prout dicit iſte tex. in iſto ver. ſinautem. ſecus ergo quando teſtator ſolùm dixit, quod volebat mutare, & ℣ non volebat primum valere modo, & forma quo conditum eſt, tunc non ſecuta alia mutatione primum teſtamẽtum ſtabit firmũ: quia mutatio teſtamenti non fit ſola volũtate, ſed requirit aliã teſtamenti factionem. l. hæredes palã. §. ſi quid poſt. ff. eo. ibi, omnia ex integro agenda ſunt, ſi quid poſt teſtamentum factũ mutare placuerit. Ita egregiè limitat iſtam legem Rapha. Fulg. in conſi. 177. in propoſita. q. videtur prima fronte dicendum. & ibidem Raph. Cuma. in conſi. ſeq. quod incip. & idem ego Rapha. Raymundus. ¶ Tertiò cogita ſi poteſt limitari iſta. l. vt nõ habeat locum, quando primum teſtamentum eſſet conditum ad pias cauſas, quia cùm iſta. l. ſit ciuilis, videtur quòd non debeat habere locum in teſtamentis cõditis ad pias cauſas, prout tenent Hoſt. Ioan. And. & alij in cap. fin. de ſol. & dixi in Auth. hoc inter liberos. ſup. eo. In contrarium fortiter facit: quia cùm hic non ſimus in materia peccati, nec in materia ſpirituali, nec contrarium ſit ſtatutum de iure can. certè iſta. l. debet ſeruari etiam in foro can. cap. 1. & 2. & ibi no. de ope. nou. nun. Bald. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccle. no. in cap. per venerabilem. qui fil. ſint legi. dom. Abb. in cap. quid per nouale. in 2. no. vbi limitat, de verbo. ſigni. Accedit etiam regula. l. eius militis. §. ſi militia miſſus. ff. de teſtam. milit. ¶ Glo. in verſi. *ipſo iure.* iſta glo. oppo. contra tex. & ſol. quinque modis. & ſic habet ſex partes prin. quæ patent in glo. ¶ In fin. glo. multum laborauit, & bene ſenſerat veritatem. in 4. & 5. ſolu. ſed nihil aperuit. Vnde aduerte, quòd iſte text. in §. teſtamento. alleg. in glo. ponit duos caſus principales. Primus nil facit in propoſito. ſecundus autem, qui ponitur in verſi. nõ ſecus. iuncto ver. ne putauerit quiſquã. videtur obſtare, ſed re vera nihil facit. nam text. ibi præſupponit, quòd teſtator fecerat primum teſtamentum, deinde facit ſecundum, an illud ſecundum tollat primum, text. nil dicit, & ſic non facit nec pro, nec contra. ſed poſtea bene ſubiungit, ℣ ſi teſtator incidat ſecundum teſtamẽtum, vt primum valeret, quòd ex quo primum erat ſublatum per ſecundum, vt hic, nõ reſuſcitatur ipſo iure, ſed ope exceptionis tantum, & ſic nõ contradicit, ſed concordat cum noſtra lege. Iaſ. Piſis.

ADDITIO.

a ¶ Ex eo autem. Amplia illum. §. ex eo autem, vt per Barto. conſilio 28. Paul. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis debet fieri vno contextu.*
2 *Donatio cauſa mortis, an æquiparetur contractui, an vltimæ voluntati.*
3 *In teſtamento, vel vltima voluntate an poſſint celebrari alij contractus.*
4 *In teſtamento poteſt conſtitui pignus.*
5 *In teſtamento poteſt fieri pax.*
6 *Pœna, quæ imponitur committenti falſitatem in teſtamento, habet locũ in committente falſum in contractu, qui fit in teſtamento.*
7 *Appellatione victus non venit medicina, quinimo nec potio.*
8 *Quando aliqui teſtes teſtamentarij ex neceſſitate remouentur, antequã totum teſtamentum compleatur, deinde alij teſtes ſubrogantur, omnia prius acta debent denuo repeti, & prius recitari.*
9 *Vna pars teſtamenti non poteſt probari per ſeptem teſtes dicentes ſe illud ſcire, & non plus, & alia pars per alios ſeptem.*
10 *Teſtes non ſunt contrarij, licèt vnus deponat minus de facto, quam alter.*
11 *Media pars teſtamenti non poteſt probari per ſeptem teſtes, & alia dimidia per alios ſeptem teſtes.*
12 *Quamuis in teſtamento in ſcriptis requiratur pro forma & ſolennitate, quòd teſtator ſubſcribat manu propria, vel adhibeatur pro eo octauus teſtis, ſi neſciat ſcribere, tamen quando teſtator totum teſtamentum ſcripſit, & ita atteſtatus eſt in teſtamento, non requiritur alia ſubſcriptio.*
13 *Lex pœnalis loquens in ſcriptura manu alicuius, vendicat locum in ſcriptura, quæ ſit manu alterius, ſed manu ſua ſubſcripta.*
14 *Paria ſunt, quòd notarius rogatus de principali inſtrumento ipſemet exemplet ſua manu, aut faciat ſcribi per alium notarium, & poſtea ipſe ſubſcribat.*
15 *Subſcribens ſchedulæ per alium ſcriptæ, intelligitur omnia contenta in ea approbare, acſi actualiter totam ſcripſiſſet.*
16 *Vna ſubſcriptio eſt ſufficiens ad auctorizandum omnes contractus præcedentes.*
17 *Sola ſubſcriptio habet eandem virtutem, acſi tota ſchedula eſſet propria manu ſcripta.*

Source : BIU Cujas

LEX XXVIII.

VM antiquitas. Iſta lex hẽt tres partes. In prima recitat regulam iuris antiqui traditam in l. hæredes palàm.ff.eo. quæ diſponit, quòd teſtamentum, aut quælibet vltima voluntas debet fieri ſimul vno contextu. In 2. quæ eſt ibi, [ſi quid autem.] limitat iſtam regulam, niſi caſus neceſſitatis contingeret in perſona teſtatoris, vel teſtis. In 3. & vltima quæ eſt ibi, [cùm autem conſtitutum.] Imperator ponit aliam deciſio.principalem, per quam limitatur alia regula iuris, quæ habet, quòd ad hoc, vt teſtamentum in ſcriptis valeat, requiritur, quòd teſtator propria manu ſubſcribat, vel ſi neſcit ſcribere, adhibeatur pro eo octauus teſtis. l. hac conſultiſſi.in prin.ſ.eo. iſtud limitatur, niſi teſtator totum teſtamentũ ſua manu ſcripſiſſet, & hoc atteſtaretur in ſcriptura, tunc non requiritur alia ſubſcriptio.& quia iſta.l. eſt valde prolixa, ideo eam breuiter ſumma ſic. In teſtamento & qualibet vltima voluntate condenda debent neceſſaria,& non ſuperflua, nec extranea vno contextu interuenire.hoc primò, fallit niſi ſit interuallum procedens ex neceſſitate naturæ contingens teſtatori, vel alicui ex teſtib.quia non vitiat teſtamentum.& ſi in teſte talis neceſſitas in breui tempore poſſit expediri,expectandus eſt ipſe teſtis,aliàs eius loco alius eſt ſubrogandus,cui repeti debẽt omnia prius geſta.hoc ſecundò.& ſi teſtator manu propria teſtamentum ſcripſerit & hoc in teſtamento ſignificauerit, non requiritur alia eius ſubſcriptio. h.d. tertiò & vltimò tota iſta.l.

1 ¶† No. ex tex.ibi, [vel vltima quædam diſpoſitio.] quòd cùm iſta verba non poſſint intelligi niſi in donatione cauſa mor. qđ de omni alia ſpecie vltimæ volũta. fecerat ſpecialem mentionem.hic eſt tex.ſecundum Ang.in lect. Peru.& do. Alex.quod quando fit dona. cauſa mor. debet fieri vno contextu ſine alio extraneo actu, ſicut in teſtamento. *Per hoc ego pondero hic* tex. contra doctri. glo.ab omnib. *communiter approbatæ*, in l.ij.ff. de do.præle.quã approbant Doct.magis communiter in l.3. ff.

2 de leg.1. † quòd donatio cauſa mortis quando fit & in eſſe deducitur,æquiparatur contractui, & non vltimæ voluntati, ſed poſtquam eſt facta & in eſſe producta, tunc bene æquipararetur vltimæ voluntati,hic eſt tex.contra hanc doct. nam donatio quando ordinatur,& ſic in eſſe deducitur,æquiparatur vltimæ voluntati, cùm debeat fieri vno contextu abſque aliquo extraneo actu.& non æquiparatur contractib.ſuper hoc tex.cogita, quia non credo, quòd vſque adhuc fuerit ponderatus iſte tex.ad hoc.Sed potes reſpondere, quòd etiam ſunt aliqui contractus,qui debent fieri vno contextu,vt eſt ſtipulatio. l.j.§ j. & l.continuus.in prin.ff.de verb.obli.eo.modo duo rei.l. duos.§.j. ff.de duob.re.Et iſtud eſt ſatis, ſicut in ſimili in don. cauſa mor. requiruntur quinque teſtes.l. fi.ad fi. C.de codi. Per hoc tamen non definit æquiparari contractui, cùm etiam aliqui ſint contactus,in quib.quinque teſtes requiruntur.l.fi.cum Auth.ibi poſita. C.ſi cer. pet.ita in hoc vltimo ſolet dici per Mod. in d.l.ij.ff. de leg j.& quod iſta ſolutio non ſolùm ſit vera,ſed etiam ſit neceſſaria,patet,quia dona. cauſa mor. poteſt fieri ſine ſtipulatio. l.inter mortis.in prin.ff.de do. cauſa mor. glo.in l. cùm pater.§. Meuio.ff.de leg. 2.ſed in ſtipulatione requiritur, quòd fiat vno contextu,iurib.præal.aduerte ẽt,quòd iſte tex.in verb.[vel vltima quædam diſpoſitio.] non eſt de neceſſitate intelligendus in do.cauſa mor.vt dicunt Ang.& Ale.quia poteſt intelligi,vbi eſt vltima diſpoſitio in genere, ita quod non ſit propriè teſtm, vt in caſu.l.hac conſul.§.ex imperfecto.& melius in §.fi.ſ.eo.& 3 in l.fi.ſ.fam.erciſ.gl.in l.filij.e.tit.¶† Scđo pondera tex.ibi, [quæ ſuperflua,] iunctis præcedentib.hic videri tex.q in teſtõ, vel in vltima volun.nõ poſſit celebrari aliquis contractus, quia eſſet quid extraneum,& non neceſſarium. l. verba contraxerunt. ff. de verb.ſig.gl.tamen in l.hæredes palàm.§.fi.in ver. alienum. ff. eo.tenet, q valeat contractus celebratus in teſtamento, ſed an per hoc vitietur teſtamentum,nil dicit:ſed Cyn. Bal.& Sal.hic, & Bar.in d.l.hæredes palàm.& Pet.de Anch.& Imo.in rubr.extra de teſt.tenent,q etiam non vitietur teſtamẽtum, qũia illud quod dr in hoc tex.q extraneus actus vitiat vltimam voluntatem,debet intelligi,qñ eſt longi ſpacii, ſecus ſi bĩ poſſit expediri.ſequitur Lu.Ro.in conſi.171.incip.pro deciſione ꝯſultationis propoſitæ aduertendũ cenſeo.& in conſi 283. q inci.præſuppoſito,q dictum legatum.& ibi alle.bo.tex.ad hoc in l. ex ſententia.§.j.cum gl.ff.de teſta.tute. † Hinc videmus,q in teſtõ poteſt

4 conſtitui pignus.l.non eſt mirum.ff.de pign. act. imò in vltima voluntate poſſunt conſtitui duo rei.l.eadem.ff.de duo.re.l.iij.§. cùm igitur.iuncta gl.ff.de vi & vi ar.ſm Ang.in l.hac cõſultiſſi. in prin.in lec.Peruſina.ſ.eo. vbi dicit ſe ita de facto Senis cõſulti-

5 iſſe.† Facit,q dicit Bal.in l.ſi tibi. §. 1.ff. de pact. q pactum põt

a fieri in teſtõ a ſicut & ℈ctus: ſimiliter ſm eum iniuria põt remit

b ti b in teſtõ, ſm Bar.in l.non ſolũ.§.j.ff.de iniur.Adde, q ſi in teſtõ fieret ℈ctus,irritato teſtõ non irritaret ℈ctus.ita no. Bal.in l.

6 fi.per illum tex.de reb.eo. † Adde etiam tex. no.in l. impuberẽ. §.qui liberti.ff.de fal.vbi probatur ſm q ibi no. Bar. q pœna, q̃ imponitur committenti falſitatem in teſtõ,habet locum in cõmittente falſum in ℈ctu,qui fit in teſtõ,tñ iſte tex.non multum facit,quia aſſignatio liberti,de qua in illo tex. nõ eſt ℈ctus imò eſt actus,qui ita poteſt fieri in vlt.voluntate,ſicut inter viuos.l.j. §.aſſignare.ff.de aſſi.lib.& l.aſſignare.cũ gl.ff.de verb. ſig.Bar.intelligit iſtã conclu.qñ in vlt.volun.celebratur actus, vel ℈ctus, quia aliquo modo pertinet ad vltimã volũ. vt quia teſtator dicat,lego Titio dimidiam talis fundi, & aliã dimidiam ſibi vendo pro centum,certè ſi Titius ſit præſens & acceptans, valebit vtrũque. Similiter ſi teſtator dicat, volo q poſt mortem meã, & ita eſt meæ intentionis,q talis res ſit vendita tali, & nunc vẽdo,ita concludunt Bal.Imo.& Pau.de Caſt.in d.l.hæredes palã. §.fi.Ang.& Pau.& d.Alex.hic.Lu.Ro.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.in 6.char.ff.de ver.obli.cum concor.& d. Alex.in ꝯſi. 154.in 2.vol.vr̃.j.conſideratione.ad fi.& d.Fran.de Are. vbi ali-

7 qua addit,in d.l.hæredes palàm.in §.fi.¶† Tertio no.ex text. ibi, [vel victus neceſſarij,vel potionis,vel medicaminis.] q appellatione victus non venit medicina, quinimo nec potio, q eſt fortius: de iure tñ in verbo victus iſta continent. nam de potu eſt tex.in l.verbo victus.ff.de verb.ſig.de medicinis eſt text.not. in l.ſi cùm dotem.§.finautem in fæuiſſimo.ff.ſol.mat.& ibi Bar.

8 & Mod.& Bar.in l.legatis.ff.de ali.& cib. leg. ¶† Quarto no. ex

c iſto tex.ibi [ab eo, vel ab eis.] q qñ aliqui teſtes c teſtamentarij ex neceſſitate remouentur,anteq̃ totum teſtm compleatur,deinde eorum loco alij teſtes ſubrogãtur,q omnia prius acta de-

9 bent denuo repeti, & prius recitari. ¶† Hinc decidit ſignanter Bal.& nunq̃ obliuiſcaris, q vna pars teſtĩ non poteſt probari p ſeptem teſtes dicentes ſe illud ſcire & non plus,& alia pars per alios ſeptem, quia teſtes teſtamentarij nil probant,niſi probent totum tenorem teſti perfectè.Et per hoc infert ſingulariter idẽ Bal.q ſi aliqui teſtes teſtamentarij probent plus dictum, aliqui minus,q illi,qui minus deponunt,totum neſciant, nõ vñr eſſe teſtes legitimi,& q etiam non probant illud, in quo deponũt, quia non vñr interfuiſſe toti teſtõ,ex quo totum neſciunt, per hanc.l.q dicit eſſe mirabile & cogitandum relinquit, & cũ eo tranſit Pau. de Ca. hic.ſed d.Alex.hic valde exclamans hoc dictum, limitat illud procedere,qñ ex dicto ipſorum teſtium nõ apparet,q fuerunt præſentes toti teſtõ, ſed ſi apparet, q fuerũt præſentes in tota ordinatione teſtĩ, dummodo recordentur de eo,de quo contenditur,licet de alijs non recordentur, illud pro

d bant:quia ſatis eſt, q teſtes d teneant in memoria illud, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij,de quo contendit,licèt de alijs non recordentur,prout decidit Cyn.in l.ſi præſidi.in fi.C. de don.ante nup.& ibi Bal.in fi.dicit multum no.& facias longam manũ. Ad hoc facit,q no.Bal.& alij in l. ſi quis ita ſcripſerit hæredem. per illum tex.in fi.ff.de hære.inſti.Tu adde, q deciſionem Bald. ſequitur Lu.Ro.in conſi.80.incip.viſis ac procu. actis.d. Ale.in conſi.187.in 2.vol.incip.viſo themate mihi exhibito. in 3. col. Tu ex deciſione Bald.collige pulchrã limitationem ad regulã, quam tradunt Can.d.Ant.de Bu.& Imo.in c.1.per gl.ibi.de off.

10 de leg.vbi tradunt regulã,† q teſtes non ſunt ℈rij, licet vnus deponat minus de facto,q̃ alter, quia in eo in quo concordãt, plenè probant.ſequitur d.Alex.conſi.54.in 2.vol. quod incip. viſa conſultatione præmiſſa.in 3.col.& in conſi.205.in 2. vol.inci.viſis probationib. in 2. col. quia limita illam regulam procedere in teſtibus teſtamentarijs, vbi ſi aliqui deponerẽt plus dictum, aliqui minus,non probant etiam in eo,de quo deponunt,cùm

11 non videantur interfuiſſe toti teſtamento,vt prædixi.† No.etiã diligenter ex deciſione Bal. q media pars teſtĩ non poſſet probari per ſeptem teſtes, & alia dimidia per alios ſeptem teſtes: quia argueretur, q non fuit vnus contextus in ꝯfectione teſtĩ: quia ſic apparet, q primi ſeptem teſtes ſolùm fuerunt præſentes vſq; ad dimidiam partẽ teſtĩ,& poſtea alij ſeptem teſtes fuerũt ſubrogati in alia media parte.& idem tenet Pau.de Ca. hic. Ego confirmo per aliud,quod decidit Bal.in l. obſeruare.in vlti.

col.

ADDITIONES.

a ¶In teſtamento.Adde Bal.in l.j.in fi.C.commu.de leg.

* Quòd autem poſſint contrac. fieri in vltimis volun. no. Nat.conſi. 73. col.2. idem Iaſ.in l.nemo poteſt.2.lect.nu.32.ff.de leg.1.Cæpol. Cautel.129. Rom. conſi.513.Bar.in l.cùm quis decedens.§.codicil.de leg.3. & licèt vitietur vltima voluntas,non tamen vitiatur contractus. gl.in l. hæredes palã. ff.de teſta. Rom.conſi.171 col.2. MASVER.

b ¶Remitti.Adde Bal.in l.j.C.commu.de leg.in lect.antiqua.

c ¶Teſtes.Cor.li.4.conſi.238.reperto ſuperiori anno.col.2. & ibi in 4.ampliã. Idem in terris Eccleſiæ,in quibus loquitur etiam Alex.li.2.conſi.72.viſo thema.col.3.in fi.Cor.lib.4.conſi.157.col.4. PVRPV.

d * Teſtes. Adde eundem Iaſ.in l.ij.col.5,ſ.de bono.poſ.contratab.

Source : BIU Cujas

col.C.quor.app.non recip.ſtante ſtatuto, ꝙ ſi aliquis iuerit de tali loco ad talē locum,amputetur ſibi pes:pone,duo teſtes deponunt, ꝙ viderunt talem ire de tali loco vſque ad mediam viam,alij duo teſtes dixerunt,ꝙ viderunt ire ab alia media vſque ad locum prohibitum,nunquid iſte debeat puniri, & ſic nunquid iſta dicta debeant ſimul iungi, & dicatur probatum eſſe,iuiſſe de tali loco ad talem locum?& determinat,qđ non, qa teſtes,qui non viderunt iſtum à principio vſq; ad finē,non probant, imo tales teſtes non probarent acquiſitionem ſeruitutis viæ,ꝙ reputat valde no.Nec obſtat, ꝙ dr̄ circa probādos gradus,ꝙ ſi duo teſtes deponant,qualiter talis maſculis eſt in tali gradu,alij teſtes deponunt, qđ fœmina eſt in tali gradu, tales teſtes plenè probant cōſanguinitatem,& gradus. c. licèt ex quadam.de teſt.quia illud eſt, eo quia ambo teſtes in ſua ſpecie perfecta deponunt.In p̄rium tñ pondera facere illud,quod decidit idem Bal.in l.teſtiū.C.de teſt.in 5.col.verſi.circa primas interrogationes.vbi quærit Bal.pone,volo probare, ꝙ poſſedi talem fundum 10.annis,& p̄ñr præſcripſi,pone,duo teſtes deponunt,ꝙ viderunt me poſſidere quinq; annis, alij duo teſtes deponunt,ꝙ viderunt me poſſidere alijs quinque annis ſequē tib.nunquid dicta iſtorum coniungantur, vt dicatur probata præſcriptio?determinat ꝙ ſic,ſicut iūguntur dicta teſtium ad probandum gradum conſanguinitatis,vt s̄.retuli.& vide multa pulchra dicta p̄ Bal.circa propoſitum in l.1.8. q. per totā. s̄. eo. ¶†Vltimò no.ex 3.par.tex.in verſi.cum autem. ꝙ quamuis in teſtō in ſcriptis requiratur pro forma,& ſolennitate,ꝙ teſtator ſe ſubſcribat manu propria, vel adhibeatur p̄ eo octauus teſtis,ſi neſciat ſcribere.l.hac conſultiſſima.in prin s̄.eod. tñ qñ teſtatormet propria manu totum teſtū̄ ſcripſit, & ita atteſtatus eſt in teſtō,non requiritur aliqua ſubſcriptio. Simile dicūt Bal.& Mod.qñ ſchedula eſt tota ſcripta manu alicuius, tunc ibi non requiritur aliqua eius ſubſcriptio. Et idē dicit Bart. ſubbio fortè in l.cū tabernam.§.idem quæſijt.& ibi Ang. & Salyc. ff.de pig.& Bal.per hunc tex.in prin.fforum.in 10.q.in vlti.col. & D.Ant.in c.2.in 2.col.de fide inſtr.Quod fallit in notario,qui licèt totum inſtr̄m manu propria ſcripſerit, tamen requiritur, ꝙ etiam illud ſubſcribat,f̄m Pau.de Caſt.& D.Alex.hic, & eſt tex.in l.2.in ver.tabularius non ſubnotauit.C.de conuen.fiſ.debi.lib.10.quem ad hoc alleg Bal.in l.2.in 3.col.C.quādo fiſ. vel priua.tenet gl.ord.in l.generali C.de tab.lib.10.cum cōcor.de quib.per D.Alex.hic. ¶ Et eodem modo èconтra ſi aliquis ſe ſubſcribat ſchedulæ, vel ſcripturæ ſcriptæ manu alterius, illa ſola ſubſcriptio tñ operatur;ac ſi totam manu propria ſcripſiſſet,& ſubſcripſiſſet.f̄m Pau.de Caſt.& d.l.Alexā.hic. Idem no. Bar.& alij in l.emptor.§.Lucius.per illum tex.cū gl.in ver.habebitur.ff.de pac facit tex.in Auth.quod ſine s̄.eo.iūcta Auth. ſi modo.C.fam.ercis.& tex.notabilis.in §.1.inſti.de ꝟh.emp.& in l.ſi per epiſtolam.ff.de acqui.hær. & in l.ſicut.§.non vr̄.& ibi no.Bar.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& in l.1.ff.de conſti. prin. & in c.ſi quis presbyterorum.cum glo. in ver.ſubſcripſerit. de reb.eccl.non alie.gl.in c.ex literis.de tranſac.& in c. quanto. de his,quæ fiunt à præla.¶†Hinc dixit ſingulariter Bal.in Auth. ꝟ qui propriam,in 3.col.C.de non num. pec. quod diſpoſitio illius Authenticæ loquens in negante ſcripturā propriā, habet locum in eo,qui negat ſcripturam ſcriptam manu alterius,ſed manu ſua ſubſcriptam,per hunc tex.Et pondera,ꝙ Bal. ibi loquitur in materia pœnali,& ſing.vult, ꝙ lex pœnalis loquens in ſcriptura manu alicuius,vendicat ſibi locum in ſcriptura, q̄ fit manu alterius,ſed ſit ſibi ſubſcripta,quamuis Salyc. ibi in 2. col.teneat ꝟ Bal.¶†Facit gl.notabilis in §.in his verò. in Auth. de inſtr̄orum cau.& fi.per quam dicit ſignanter Ang. in l.ſi qs ex argentarijs.§.prætor ait.& in l.quædam.§.nihil intereſt. ff.de eden.quod paria ſunt,vel ꝙ notarius rogatus de principali inſtrumento ipſemet exemplet ſua manu,an verò faciat ſcribi p̄ alium notarium,vt tota die ſit,& poſtea ipſe ſubſcribat, quia ex tali ſubſcriptione eſt perinde,ac ſi inſtr̄m p̄pria manu ſcripſiſſet,†& quod ſubſcribens ſchedulę per alium ſcriptæ intelligatur omnia in ea contenta approbare, acſi actualiter totam ſcripſiſſet,adde Ang.in l.plurib.in princ. & in l. ſi ita ſtipulatus fuero,ſi Titius.§.Chryſogonus.ff.de verb.obl. ¶ Limitat mirabiliter Bar.in l.diuus.la prima.§.item ſenatus.per illum text. ff. de fal.quòd ad hoc,vt ſubſcriptio præiudicet, oportet, qđ ſit ſpecialis,& propterea ſi tu ſcripſiſti ſchedulam, in qua continentur aliqua ad fauorem tuum,& aliqua in fauorem meum, ſi ego ſubſcribo ſchedulæ,& dico me approbare omnia in ea contenta,quæ dico eſſe ſcripta mea voluntate,iſtud non ſufficit.ſed oportet,ꝙ ſpāliter in ſubſcriptione faciam mentionem de contractu. Tamen *iſta limitatio communiter reprehenditur* per Ang.Imo.Pau.de Caſt.& D.Alex.in d.l.ſi ita ſtipulatus fuero,ſi Titius.§.Chryſogonus.cum multis concord. de quibus ibi per D.Alex.& contrarium tenet Bal. in Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.& D.Alex.in conſi.147.in 2.vol.quod incip. ponderatis.in 2.& 3.col.†& dicit opportunè Bal.in Auth.ſed nouo iure.per illum tex.C.ſi cer.pet.ꝙ vna ſubſcriptio eſt ſufficiens ad authorizandum mille contractus præcedentes. ¶† Fortius p̄ prædicta,ꝙ ſola ſubſcriptio habeat eandem virtutem, acſi tota ſchedula eſſet propria manu ſcripta,dixit ſingul.Ang.in d.§. Chryſogonus.& ibi ſequitur Io.de Imo.in 3.col.Pau.de Caſtr. & in effectu.D.Alex.ꝙ ſtāte ſtatuto in ciu.Flo. ꝙ ſchedulę ſcriptæ manu propria mercatoris,vel artificis habeant exec. ſicut ſi eſſet ſententia diffinitiua, ꝙ idem erit in ſchedula ſic ſcripta manu alterius, & ſubſcripta manu artificis approbantis omnia in ea contenta,quia virtualiter eſt idem,acſi ipſe manu p̄pria ſcripſiſſet,ſed contrarium in terminis, & fortè melius tenet Ang.hic in lectu.Floren.eo quia quòd ſubſcribens habeatur acſi ſchedulam ſcripſiſſet, iſtud eſt per fictionem l. Diuus Claudius.in princ.& §.ſcribere.& §.item Senatus.ff. de fal. quæ fictio non cadit in ſtatutis.l.3.§.hæc verba. & ibi glo. & Bart.ff. de nego.geſt. Saluo niſi ille tertius præſente mercatore,& eo ſpecialiter mandante ſcripſiſſet ſchedulam, & mercator illi ſubſcripſiſſet, vt hic nota.per eum. Tu pro hoc pondera text. notabilem.in l.ſi ego. §. dotis. ff. de iure dot. in verſi.[& velut chirographum eius,]cùm dictio velut,importet fictionem,ſecundum Bal.in l.pe.C. de interd. matr.

SVMMARIVM.

1 *Qui non poteſt articulatè loqui,non poteſt facere teſtamentum, quia mortuo ſimilis eſt.*
2 *Quando dicatur teſtator non articulatè loqui.*
3 *Si teſtator habet linguam ingroſſatam,& incipiat balbutire, eius teſtamentum valebit,ſi teſtes intelligant eius verba.*
4 *Teſtamentum nō poteſt fieri ſignis aut nutu,ſed oportet,quòd fiat per vocis expreſſionem,aut per ſolennem ſcripturam.*
5 *Teſtamentum nutu,aut ſignis factum ad pias cauſas, & valet, & tenet.*
6 *Legata nutu facta,an valeant.*
7 *Valet dictum teſtis,qui interrogatus de facto antiquo deponit, & dicit ſe ſcire,quia reperitur ſcriptum in quodam ſuo memoriali.*
8 *Natura legis, vel ſtatuti eſt dare formam futuris negotijs, non autem præteritis, etiam ſi effectus actus præteriti conferatur in futurum.*
9 *Notarius non punitur de dolo,niſi in caſibus in iure expreſſis.*
10 *Si notarius,vel alius in præſentia teſtatoris exprimat,vel legat nomina hæredum,& teſtator expreſsè confirmet,& approbet, videtur ac ſi teſtator ipſe expreſſiſſet.*
11 *Vbi lex dicit,ꝙ aliquid debeat fieri propria manu, non poteſt fieri per alium,etiam cum ſpeciali mandato.*
12 *Vbicunque à lege,vel ſtatuto aliquid requiritur ſub certa forma, quæ non ſeruata lex vltra procedit annullando,non Jafficit, quòd illa forma impleatur per æquipollens.*

LEX XXIX.

IVbemus. Teſtator debet propria manu ſcribere nomina hæredū, a aut nuncupare coram teſtibus, [a] qui ea debent in ſubſcriptionibus ſuis notare, ꝙ in teſtamētis poſt hanc l.condendis locum obtinet,& notarius,qui ꝟ fecerit,falſi pęna tenetur. h. d. & venit ad limitandum. l. hac conſult in prin.s̄.eod.in duob. ¶ Primo,inquantum ibi dicitur,ꝙ in teſtō in ſcriptis teſtes nil debent ſcire de contentis in eo,limitatur p̄ hanc.l.quia debent ſaltem ſcire noīa hæredū cum declaratione,de qua in tex.¶Scđo,inquantum ibi dicebatur, ꝙ teſtator antequam teſtes cōuocentur;pōt facere ſcribi teſtm̄ p̄ quemcunque voluerit nedum in parte,ſed ēt in totum,iſtud limitāt per hanc.l.quia neceſſarium eſt,vel ꝙ ipſe propria manu ſcribat noīa hæredum,vel ꝙ illa nuncupet teſtibus teſtamētarijs, qui illa in ſubſcriptionib.apponant. Tñ iſtud f̄m teſtm̄ eſt mutatum per Auth.& non obſeruato eo. & reductum ad primā 1 diſpoſitionem.d.l.hac conſultiſſima.¶†In tex.ibi, [neque articulatè loqui poteſt,mortuo ſimilis eſt.] habes pulchrum text. ꝙ qui non pōt articulatè loqui,nō poteſt facere teſtm̄ qa mortuo ſimilis eſt.per.h.d.Bar.ꝙ ſemel faciebat exceptionē ad impugnandū quoddā teſtm̄,ꝙ erat factum ab homine, qui non pote-

ADDITIO.

a ¶Coram teſtibus. Not.rationem,quare teſtamentum exigit ſeptem teſtes. ſ. vt euitetur falſum.Iaſ.in l.1.col.7.in lectura Paduana. C.de ſumma Trinita. PVRPV.

Source : BIU Cujas

poterat articulatè loqui, cùm prius fuerat homo rectę linguę, quod reputat tenendum menti, & dicit eſſe melius, quod habeamus in iſta lege. Idem volunt Ang. & Imo. in l. in aduerſa. ff. eo. Ang. in l. in fraudem. §. ſicut. ff. de teſta. mil. Lud. in conſil. 306. inci. propoſita conſultatio hoc ſolū quærit. Ang. de Aret. inſti. eo. in prin. in vlt. col. † Sed pulchrum eſt ſcire, quando dicatur non articulatè loqui, dicit Ang. hic, quando eius verba non poſſunt per teſtes clarè intelligi, & ſequitur D. Alex. in ꝙſi. 33. in 3. vol. inci. ponderatis verbis vltimi teſtamenti. in 4. colu. † Hinc eſt, quòd ſi teſtator [a] haberet linguam ingroſſatam, & inciperet balbutire, prout communiter euenit grauatis infirmitate, tamen ſi teſtes intelligunt eius verba, valet teſtm̃. tex. no. in l. qm̃ indignum. vbi multa bona ad hoc dixi. s̃. eod. hinc infero non bene ponderaſſe Ang. Imo. & Mod. in l. mulier. ff. de verb. obl. dum ibi ponderant glo. pro ſolenni in verſicu. non poteſt, & dicunt, ꝙ quamuis ille, qui non poteſt articulatè loqui, ſed eſt balbutiens, non poteſt facere teſtm̃, vt hic, tamen poteſt facere ſtipulatione, vt ibi eſt gl. Et iſtam dr̃iam tenet ēt. D. Alexā. in conſi. 12. incip. viſo inſtr̃o donationis. in 3. col. in 1. volu. Sed iſta dr̃ia non eſt bona, quia ſicut in ſtipulatione requiritur, qd̃ verba intelligantur. l. 1. in prin. ff. de verb. obl. ita in teſtamento, ſi verba intelligantur, quamuis teſtator ſit balbutiens, tamē poteſt teſtari, vt prædixi. ¶ † Item ex prædictis habes diligenter notare, qd̃ teſtm̃ non poſſet fieri nutu, [b] aut ſignis, ſed oportet, ꝙ fiat per vocis expreſſionem, aut per ſolennē ſcripturam etiā ſi eſſet pater, qui teſtaretur inter liberos, prout contigit in ciuitate Peruſij in patre Ep̃i, qui cùm eſſet graui infirmitate depreſſus, Ep̃s ei dixit, ſi me vis inſtituere hęredem, ſtringe mihi manum, & ita fecit, fuit iudicatum Peruſij, ꝙ tale teſtm̃ nil valeret, ſm Bal. Ang. & Mod. hic, & Ang. in l. in fraudem. §. 1. per illum tex. cum gl. ff. de teſt. mil. Bal. & Pau. de Caſt. in l. & in epiſtola. C. de fideicom. Idem in milite, qui non poteſt nutu teſtari. l. in fraudem. §. 1. cū glo. ff. de teſta. mili. † Tamen ad pias cauſas [c] valet teſtm̃ conditum nutu, aut ſignis. gl. eſt reputata ſing. in c. cū tibi. de teſta. quam *Can. ibi communiter tenent*, eam reputat ſing. & ſequitur Bal. in l. 1. in 2. col. C. de ſacroſ. Eccl. Petr. de Anch. & Imo. in c. 2. de teſta. Ang. & D. Alex. hic cum concor. de quib. hic per eum. Ex iſtis tu collige, quòd magis fauetur teſtamento condito ad pias cauſas, quā faueatur teſtō patris cō dito inter liberos, vel teſtō mili. quia primum factum ēt nutu valet, aliud non, & hoc bene pondera pro dicto Barto. qui alibi tenet, qd̃ excepta legitima filiorum magis fauetur Eccleſię, & pię cauſæ quā liberis, vt dixi in l. ſancimus. s̃. eo. ¶ † Quid in legatis, vide hic per D. Alex. ¶ † Secundò no. ex verſi. ſed ne aliqua. bonum tex. pro teſte, q interrogatus ſuper facto antiquo deponit, & dicit ſe ideo ſcire, quia reperit ſcriptum in quodam ſuo memoriali, prout faciunt proxenetæ, ſm Bal. in vlti. colu. * *& omnes Mod.* & ante eos ita ponderat iſtū text. Bar. in l. 1. in pe. col. ff. ſi cer. pet. ¶ Tertiò no. ex ver. pe. ibi, [qm̃ in poſterum,] qd̃ forma tradita per hanc legem, ſolū habet locum in teſtamētis condendis in futurum, non autem in teſtīs retro cōditis in p̃teritum, & rōnem aſſignat text. quid enim peccauit antiquitas &c. ¶ † Et ex hoc habes notare ſm Bal. in vlt. col. Ang. & Salyc. quòd vbicunq; lex noua tradit ius alicuius formæ, ſolùm comprehendit actus in futurum expediendos, non aūt præteritos, quia natura legis, vel ſtatuti eſt dare formam futuris negotijs. non præteritis. l. leges & conſtitutiones. s̃. de legi. concordat. l. 1. in fi. C. de cur. fu. & l. vnica. in fi. C. de cad. tol. Tu autem collige ex hoc tex. no. qd̃ regula quæ habet, ꝙ conſtitutio noua, vel ſtatutum nouum reſpicit futura tm̃, & non præterita. d. l. leges & conſtitutiones. & c. fi. de conſti. gl. ordi. in c. licèt cano. in verſi. de cætero. de elec. in 6. procedit ēt ſi effectus actus præteriti conferatur in futurum, & ſic poſt ſtatutum nouiter conditum. ita nobiliter probatur in hoc tex. vbi forma data in cōfectione teſtamēt̄orū per hanc legem non habet locum in teſtamentis antea conditis, licèt pendeant vſq; ad mortem teſtatoris, & eius effectus cōferatur poſt mortem, & ſic effectus non accidiſſet tempore conditæ huius legis. Ita ad hoc ponderat hunc tex. Ang. in Auth. vt cùm de appel. cog. in prin. verſic. aduerte pro declaratione. & Abb. Pan. in c. fin. de conſti. & ſic habes, quòd ſi tempore quo fuit condita iſta. l. adhuc ſuperuiuebant teſtatores, qui teſtamenta fecerant, & quorum effectus erat poſt conditam hanc legem: tamē talia teſtamenta valent, licèt non ſit ſeruata forma huius legis, & ita multum not. iſtū tex. Pau. de Caſt. hic in 6. col. Adde, ꝙ vult Bal. in l. ſi quis hæredem, circa medium. ſ̃. de inſti. & ſubſti. vt dicam in l. fina. ſ̃. eod. Limita ſing. iſtum tex. & prędicta procedere, quando teſtator, qui ſuperuixit poſt legem nouiter conditam, non habuit facultatem mutandi teſtamentum, eo quia mors fuit ſibi repentina, ſed ſi aliquis feciſſet teſtm̃ ante iſtam legem, vel antequam eſſet conditum ſtatutum nouum, in quo diſponeretur, ꝙ in teſtamentis ſeruetur certa forma, aliàs non valeant, & poſt iſtā legem, vel poſt ſtatutum nouum teſtator ſuperuixit tanto tē pore, ꝙ potuit teſtamentum mutare, & adhibere nouam formam, certè ſi non fecit, teſtamentum eſt nullum, ita ſing. limitat Ang. in §. 1. per illum tex. à contrario ſenſu in Auth. vt factæ nouæ conſtitutiones. Item quia ſecundum eum, cū voluntas teſtatoris ſit ambulatoria vſque ad mortem. l. cū hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de don. inter vir. & vxo. certè inſpecto tēpore mortis teſtatoris, ꝙ fuit poſt ſtatutum conditum, certè vī quodāmodo teſtm̃ poſtea conditum, quod no. pro limitatione huius legis: ſed aduerte, quia Pau. de Caſt. hic in vlt. col. de Angel. nullam mentionem faciens, tenet expreſsè ꝓrium per iſtū tex. nam dicit, ꝙ hic eſt caſus no. ꝙ ſi hodie fieret ſtatutum in iſta ciuitate, ꝙ in teſtamentis ſeruetur certa noua forma, & aliter facta non valeant, certè ſi aliquis feciſſet teſtm̃ ante iſtud ſtatutum, licèt poſtea ſuperuixerit poſt ſtatutum, & potuerit ſeruare formam ſtatuti, & non fecerit, ꝙ tamen teſtamētum ſuum valet, quia non arctatur ad hoc, quia ambulatoria &c. facit, vt prędixi, illud, ꝙ tenet Bald. in l. ſi quis hęredem. circa medium. ſ̃. de inſti. & ſubſti. & in ſimili tex. in l. furioſum. in verſi. ſi verò. s̃. tit. 1. mihi plus placet limitatio Ang. per rationem q̃ aſſignat iſte tex. quare iſta lex non habeat locum in teſtamentis antea factis, quia nil peccauit, qui huius legis inſcius priſtinam formam, non ſeruauit. ergo ille, qui ſciuit, & ſuperuixit poſt legē nouam non excuſatur, iſtud videtur mihi, ꝙ velit expreſsè iſte tex. In vlti. parte tex. in ver. ſcituris. aduerte pro intellectu text. nam Bal. in vlt. col. poſt Richar. Mal. intelligit illum tex. procedere in duobus caſib. Primus, quando forma huius l. non fuit ſeruata in teſtamēto, & notarius atteſtatur, ꝙ fuit ſeruata, tūc quia falſarius eſt, punitur de falſo. Alius caſus eſt, quando in veritate ſeruata eſt forma hūius legis per teſtatorem, tamen notarius vt teſtamentum infriageretur, dolo omiſit ipſam apponere. Iſtis duobus caſib. quia eſt in verò dolo, punitur de falſo. ita loquitur iſta l. aliàs autem licèt fieret teſtamentum non ſeruata forma huius legis, quamuis notarius eſſet in dolo præſumpto, tamen non puniretur de falſo, quia ex dolo pręſumpto notarius de falſo puniendus non eſt. l. nec exemplum. C. de fal. & idem tenet Raph. Fulg. hic dicens, quòd iſte eſt humanior ſenſus ad hanc legem. Sed tu intellige text. generaliter, prout ſonant verba literæ, & *intelligunt alij omnes hic*, & Barto. in l. ſi librarius. circa medium. ff. de regu. iur. & Barto. Bal. & alij in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. ign. & videas Ang. de Are. inſti. de teſta. in fi. princ. † & ſic hic eſt vnus caſus ſing. in quo notarius ex dolo præſumpto punitur de falſo, & alium habes in l. nulli. & ibi Bar. no. C. de nu. & actua. lib. 12. aliàs autem procedit regula ſupra dicta, ꝙ notarius non punitur de tali falſo, niſi in caſibus ſpecialiter expreſſis in iure. Ita Bar. no. in l. omnes. per illum tex. C. de pe. bo. ſubla. lib. 10. Et ratio eſt, quia falſum non committitur ſine dolo. d. l. nec exemplum. & dolus nō pręſumitur pręſertim in notario, ſed potius error, ſm Bar. in l. quoties in prin. cum concor. ff. de hære. inſti. & errare circa ea, quæ ſunt iuris, non eſt dolus, ſed culpa, vt dixi in l. quod te. ff. ſi certū pet. ¶ Gl. in ver. in eius. in fi. gl. quia gl. ſe inuoluit tradendo tres ſolu. quę nihil valent, *reſponde ſecundum omnes*, quòd contrarium loquitur in teſtamento imperfecto ratione voluntatis, quia teſtator mortuus eſt antequam potuerit totam voluntatem exprimere. Sed in caſu noſtro eſt ſecus, quia teſtator perfecit totam ſuam voluntatem, ſed circa nomina quorundam hæredum ſeruauit formam iſtius legis, quia expreſſit, vel ſcripſit, in alijs non, certè valet teſtamentum quo ad illos hęredes, in quibus ſeruata eſt forma huius legis, & illi totam hęreditatem habent. ¶ † Gl. in ver. quemadm. habes ex hac gl. ꝙ ſi notarius, vel [d] alius in p̃tia teſtatoris exprimat, [d] vel legat noīa hęredum, & teſta-

ADDITIONES.

a ¶ Si teſtator. Adde Pau. de Caſtr. conſil. 366. incip. viſo puncto, & allegationibus, Alexan. de Imo. conſi. 13. incip. ponderatis verbis vltimi teſtamenti. in 3. volum.

b ¶ Fieri nutu. Adde Barto. in l. 1. C. de ſ. Eccleſian. Eccle. Bar. in l. iure militari. C. de teſtam. mili. Bar. in l. 1. §. ſi quis ita. de verb. oblig. lo. de Imo. in l. in eo. circa prin. ff. de teſtam.

c ¶ Ad pias cauſas. Adde Bal. in l. diſcretis. ſupra qui teſta. fac. poſſ. & in l. ſi poſt. C. de iur. & fac. igno. Bal. & lo. de Imo. in l. fi. ff. de teſta.

* Et dic, quòd hanc doc. quòd teſtamentum ad pias cauſas nutu conditum valeat, tenet idem Iaſ. in l. tale pactum. §. fi. nu. 12. ff. de pac. in l. licèt inter priuatos. num. 7. C. de pac. communem dicit Clar. §. teſtamentum. q. 5. ver. quintò infertur. MASVER.

d ¶ Exprimat. Vide Cor. conſi. 77. viſo dicto themate. 4. lib. & pro teſtamento exiſtentis in articulo mortis, Barb. lib. 3. conſi. 44. illud quod.

* Et vide Dec. conſi. 489. col. 2. verſ. & in caſu iſto. Ruy. conſi. 12. nu. 9. libro 2. Grammat. deciſ. 74. nu. 2.

Source : BIU Cujas

testator expresse confirmet,& approbet, videtur acsi testator ipse expressisset,& istam opi.tenent omnes hic.& Bar.& Doc. in l.hæredes palàm.in prin.ff.eo.& ibi Bar. dicit, ꝙ istud obseruatur.idem tenet Ang.in l.in fraudem.§.1.ff.de testa. mili. Do. Ant.& Imo.in c.cùm tibi.de testa.Ludo. Rom. in l.1.§.si quis item.ff.de verb.oblig.& idem Lud.Ro.in consi.306.incip. proposita consultatio hoc solùm quærit. in vlt.col. latè Angel.de
* Are.insti.eo.in prin.& dicit Ang. hic, ꝙ *ista est communis opi.* & ꝙ approbatur in iudicijs,& in scholis. eam etiam tenet, & dicit esse cõem opi.D.Alex.in consi.12.s̃.alleg.in 3.col.in 1.vol.& plenius quam alibi in consi.33.incip. ponderatis verbis vltimi testamenti.in 3.vol.pro ista cõi opi facit tex.quem gl. alleg. in l.hac consultissima.§.at cùm humana fragilitas.s̃.tit. 1. ibi, *vbi tenor eorum cunctis innotuit, elogium ipse suum profiteatur agnoscere.* Sed respondeꝙ ille tex. loquitur, qñ testator primò facit per alium scribi,vt per Cy.& Bal.hic.Secundò facit, quia iste text. æquiparat in ver. quemad. testm̃ nuncupatiuum testõ in scriptis,& tex.in l.hæredes palàm.in prin.ff. eo. sicut ergo quis põt scribere nomen hæredis per alium,vt Auth.& non obseruato eo.j.eo.ita debet posse nuncupare per alium . Confirmatur,& fortius ista inductio.nam per legem antiquam æquiparantur in ista materia testm̃ in scriptis,& testm̃ nuncupatiuum, vt hac l.ergo.d.Auth.& non obseruato. corrigens in vno intelligitur corrigere in alio.iuxta gl.in l.si quis seruo alieno suaserit. C. de fur.Bar.in l.Marcellus.in prin.ff.ad Treb.in l.2.ff.de leg.2.Sed respondedupliciter.primò secundum gloss. in §. quia verò ante hanc in Auth.vt spon.larg.vnde sumitur ista Authẽ.ꝙ procedit, qñando testator prius expressit id,quod erat per aliũ scribendum,vt ibi gl. vel secundò,& melius respondeꝙ tex. in d. §.quia verò.vnde sumitur ista Auth.dicit, ꝙ reditur ad priscũ ius.s.ad l.hac consultissima.in prin.s̃. eod. vbi quando testator vult facere subscribi per alium,debet adhiberi octauus testis, qnod non est hic in testamento nuncupatiuo.Tertio facit.l.nemo.in prin.ff.de hære.insti.& regula.§.præterea. insti. de inutil. stip.Quartò Bar.in d.l.hæredes palàm.& Docto.hic,& ibi allegant tex.in l.Pamphilo.§.propositum.ff.de leg.3.Sed ad illum tex.respondetripliciter.Primò,ꝙ procedebat ante istam legẽ. Ista sol.non placet,quia sic induceretur legum correctio,contra.l.vnicam.C.de inoffi.doti.& c.cùm expediat.de elect.in 6.secundò respondeꝙ in illo tex.multa concurrebant. vt dicunt Raph.Cum.& Mod.in l.serui electione,in prin.ff.de leg.1.Tertiò & clarius respondeꝙ ille tex.nihil facit,quia loquitur in legato,quod potest etiam nutu relinqui.l.nutu.ff.de leg. 3. & hic per gl.& Mod.sed quæstio nostra est in institutione hrdum, in qua ista.l.introduxit pro forma,ꝙ testator propria voce exprimat nomina hęredum,quę forma non est introducta in legatis. ¶ Ego tamen p̃ cõem snĩam disputationis gratia moueo duas difficultates. Prima est,tex.hic tradit pro forma, ꝙ testator propria voce exprimat nomina hæredum,& vltra procedit annullando testamentum,casu quo ista forma non seruet.
11 †Tunc sic, ego habeo, ꝙ vbi lex dicit, ꝙ aliquid debeat fieri propria manu,illud non potest fieri per alium etiam cum speciali mandato.tex.est in l.iubemus.per hanc.in ver.*per suam manum.*quem Bar.ibi ad hoc multum no.C.de eroga. mil.ann.libro 12.sequitur Lud.Rom.in l.1.§.si quis ita.ff.de verb.obli. & in consi.252.quod inci.quæritur primò,nunquid Domini Auinionenses.in primo dubio.facit tex.in l.1.§.ne autem.in versic. *suis manib.*C.de cadu.tol.in l.1.in ver.suis manib.ff.de eo, p quẽ fac.erit.& in l.si quis id quod.in prin.in ver.manib.ff.de iurisd. omn.iud.& in l.1.§.deiecisse.ff.de vi & vi arma. Io. And.& alij in c.sicut dignum.§.1.de homi.Bald.in l.1. §.iniuria.de pac.iur. firman.& in c.si quis decesserit.si de feu.defun.conten. sit inter dom.& agn.cùm ergo tex.hic requirat,ꝙ testator propria voce exprimat,non sufficeret, ꝙ exprimatur per notarium . Tamen respondeꝙ,quòd hic loquitur, quando notarius exprimit pręsente testatore,quo casu est perinde,acsi testator exprimeret.Sed contraria loquuntur, qñ quis debet expedire actũ suis manib.& est absens,& mittit nuncium,nihil facit. ¶ Secundò
12 contra communem snĩam arguitur sic,& fortius, † vbicunq; aliquid requiritur à lege,vel à statuto sub certa forma,qua nõ seruata.l.vltra procedit annullando,vt hic,non sufficit , ꝙ illa forma impleatur per æquipollens.& ita tenet.D.Alex.in l.fi.C. de procu.idem D.Alex.in l.1.per ibi tradita per Doc.ff.de lib.& posthu.vbi concludit,ꝙ qñ aliquid est pro forma requisitum, non sufficit impleri p æquipollens.& est gl.in c.1.in ver.tertiò. de vita,& hon.cle.soleo allegare tex.in l.q per salutem.ff.de iu
13 rein.†Ad idem facit *gl.communiter approbata*,in c.vt circa.de electio.in 6.quæ dicit,ꝙ vbicunque constitutio exigit in iuramento tactum scripturæ,non est constitutioni satisfactum , si præstatur iuramentum sine tactu.Facit quod no.gl.in cle.1. de hæreticis.In contrarium tamen pondera videri tex.in l.fi.§.fina.ff. man.iuncta.l.diligenter.in prin.eod.tit. dicetur de ista materia in l.si mater.j.de insti.& substit.traditur per Bar.& Doc. in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthum. Et istud arg. mihi multum stringit contra communem opin.Posset tamen dici, ꝙ ex quo notarius nominat hęredes pręsente testatore , & testator expresse consentit,ꝙ iste testator dicitur nominare,arg. l.falsus.§.1.ver.sed & si is.ff.de fur.& l.quod meo. §.si venditorem.ff.de acq.pos.& l.si procuratori præsentis.ff.de verb.oblig. Confirmatur optimè per id,quod notabiliter vult Bal.in l. 2.§. 1.C.quomodo,& quando iud.nam ibi est glo. sing. ꝙ si iudex ore proprio aliquem citat, talis citatio hẽt vim trinæ citationis requisitæ ad audiendum snĩam,dicit ibi Bal.idem esset si citatio fiat à nuncio pręsente iudice,& eius mandato.Sed ista solutio non tollit fundamentum quod feci,nam procederet, qñ testator prius mandasset notario, ꝙ ipse exprimeret nomina hęredum,vt supra proximè retuli dicere Bal. ꝙ non est hic.Secundò dico,ꝙ istud quod dictum est, ꝙ quãdo alius exprimit nomina hęredum pręsente testatore ipse testator dicitur exprimere,istud non est per veritatem,sed per fictionẽ,vt dicit text. notabilis in l.ꝙ statuliber.in fi. ff. de don.cã mor. habetur in l. singularia.ff.si cer.pet.ergo non sufficit hic,vbi lex requirit pro forma.Præterea istud esset implere per æquipollens, cùm verè non sit idem,ergo nõ sufficit,vt prædixi. Tertiò pro ista parte p̃ cõem facit,nam ista.l.ideo introduxit pro forma, ꝙ testator debeat ore proprio nominare,& exprimere nomina hæredum,vt euitetur falsitas, quæ aliàs in testamentis posset committi,quia quando ipse testator exprimit ,constat de eius voluntate , ergo si sufficeret alium posse exprimere præsente testatore,aperiretur via ad falsitates committendas , cũ testatores,quãdo testantur,mortis cogitatione turbati facilè decipiãtur.§.illud in Auth.de trien. & semis. & l. hac consultissima.§. at cum humana fragilitas.s̃.titu. 1.Considera,quia per ista fundamenta potest teneri contra opi.gl.& omnium Doct. & forte,ꝙ in puncto iuris ista opi.est verior.¶ Tenẽdo tñ cõem opi. glo.& Doc.limita istam conclu.communem procedere , qñ
a testator * esset talis,qui posset articulatè loqui,si vellet,tunc sufficit,ꝙ eo pręsente notarius exprimat nomina hęredũ,aliàs si
* non posset articulatè loqui,secus esset *secundum omnes hic.* ¶ Se-
b cnndò limita, b & nota,quia multoties fiunt fraudes in hoc, quando notarius de scientia,& voluntate testatoris scripsit, & postea pręsente testatore,& testibus exprimit nomina hrdum, tunc sufficit,& ita tota die obseruat in facto. Sed si aliquis fecit scribi testamentum sine scientia, & sine voluntate testatoris,postea conuocatis testib.notarius in præsentia testatoris legit illud testamentum,& interrogat testatorem, an sit contentus,& testator respondet,quòd sic,tale testamentum nihil valet,maximè quando erat multum grauatus infirmitate.ita ex
c pręsse tenet Lud.Ro.in pręalleg.consi.306. in vltimis verbis, sic intelligit opi.Alb.Papien.relatam per Io.And.in addi.Spec. in tit.de testa.§.in primis.ver.quid si is.in addi.quæ inci. Pileus. & licèt Lud.non dicat,ista opi.mihi multum placet,& est valde æqua,& occurrit fraudibus,quæ multoties committuntur. Adde , quòd idem expresse ad literam firmant Petr. & Dyn. hic,& est de mente Bald.in vltima columna. & tenet Paul. de Cast.in l.hac consultissima.in §.at cùm humana fragilitas. supra titu.primo.& in consilio 366.incip.viso puncto,& allegationibus. Iason Pisis.

ADDITIONES.

a ¶Quando testator.Cor.lib.1.consi.73.visis & diligenter.Soc.lib.4. cons.19. PVRPV.

b ¶Limita.Istam limita.tenet Soc.par.2.consi.224.col.6.ver.6.Soc.par.3.cons. 92.col.8.ver.postremo.Corn.lib.1.consi.219.Pau.de Cast.hic, Corn. lib. 4. consi.319.vbi de vxore,quæ maritum instituit.Et vide pro limit. Corn.lib.1. consi.219.col.3.& ampliat communem dupliciter Are.in l. hæredes palàm. in prin.ff.eo.col.fi.distinguit Galiaula in l.1.de verb.oblig.§.si quis ita.3.no. vbi Soc.in 1.col.Et ad limitationem de multum grauato,Soc.lib.3.consi.28. & quando aliud testamentum præcederet,Guid.cons.64.viso testam.& Socin.lib.3.consi.98.colum.4.& quid in legatis,Corn. lib. 4. consi.1.& secundam limit.in eo,qui morbo peltifero laborat,tradit Cor.lib.3.cons.86.quãuis.col.3.

c ¶Verbis.Adde,quòd idem tenet Corne.consi.1.nume.3.consi. 319.colum.3. versi.nam ex hac.lib.4.Docto.in apostil.ad Alex.consi.12.num.6.lib.1.& est communis opin.quicquid dixerit Alex.consi.33.num. 11. & sequen. libro 3. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Quando testator incidit chordam,vel signa, testamentum non tollitur ipso iure,sed ope exceptionis,quòd an procedat in testamento inter liberos.nu.2.*

Ias.super ij.Cod. P 2 LEX

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

LEX XXX.

NOſtram. Quando ſigna, vel chordulæ teſtamenti in ſcriptis ſunt inciſæ voluntate teſtatoris, rumpitur teſtamentum, ſi ſecus non. hoc dicit, & aduerte, ꝙ aliquando charta, in qua eſt deſcriptum teſtamentū, vitiatur, vt quia ſint cancellationes, vel interlineationes, aut aliquid deletum, vel abraſum, & tunc an per hoc vitietur teſtamentum, vidiſtis tex. in l. ſi vnus. in 2. reſpon. ſ. eo. vbi dixi. & de hoc loquitur totus tit. ff. de his, quæ in teſta. delen. ſed de hoc nil ad propoſitū huius legis. aliquando reperitur inciſum linum, hoc eſt illa chordula, cum qua teſtamentum in ſcriptis circumligari debet, iuxta formam quam tradit glo. magiſtra. in l. 1. §. ſi linum. ff. de bon. poſ. ſecundum tabu. item illa chordula, in qua vnuſquiſq; teſtium debet appendere ſigillum ſuum, quia quando fit teſtamentum in ſcriptis, debent eſſe tot chordulæ, quibus appendantur ſigilla omnium teſtium, ſi tales chordulæ reperiantur inciſæ, an teſtamentum reddatur nullum, & de hoc propriè loquitur iſta l. ¶ Gl. in ver. non valere. habet duas partes. In prima remouet vnum contrarium. In ſecunda, quæ eſt ibi. Item quibus applicabitur. gl. bene diſputat vnam qō. ¶ † In prima parte habes, ꝙ quando teſtator incidit ſigna, vel chordulā, teſtamentum non tollitur ipſe iure, ſed ope excep. Pro iſta opi. facit, qa quando lex vtitur verbo non valere, intelligitur in effectu, non ipſo iure. gl. in l. vniuerſa. & ibi Bar. no. vbi dixi. C. de preci. Impe. offe. Contrarium tenet gl. in l. 3. §. non ſolùm. in verſi. nuda. ff. de adim. leg. Tu dic, ꝙ ſi teſtiñ nondum erat perfectū, & abſolutum, ipſo iure reuocatur, aliàs non, ſaluo niſi teſtator expreſſerit ſe ſic feciſſe, quia vult inteſtatus decedere. Ita Bar. diſtinguit in l. 1. §. fi. ff. de his, quæ in teſta. delen. & in effectu Cy. Bal. & Pau. de Caſt. hic. † Et an iſtud procedat, quando teſtamētum eſſet cōditum à patre inter liberos, remitto te ad D. Alex. hic poſt Ang. & Pau. de Caſt. ¶ In vlt. parte habes, ꝙ quādo eſt dubium, & non apparet qua intētione teſtator inciderit ſigna, vel chordulas teſtamenti, ꝙ in dubio fiſcus admittitur, quaſi in dubio p̄ſūmatur teſtator ſic feciſſe, eo ꝙ hæredes indignos reputauerit. idem tenet gl. in l. hæreditas. ſ. de his, quib. vt indig. & in l. proximè. ff. de his, quæ in teſtamento delen. Cōtrarium tenent vbiq; Doc. cū maior ſit fauor venientium ab inteſt. quibus eſt magis debita ſucceſſio, & quia in dubio nemo præſumitur indignus. l. peto. §. patre. ff. de leg. 2. & l. cancellauerat. in prin. ff. de his, quæ in teſt. delen. Nec obſt. l. proximè. alleg. in gl. quia loquitur in terminis valde diuerſis, quando teſtator ſolū cancellauit nomina hęredum, & ſic videtur voluiſſe, quòd legata valeant, & iſtud non poſſet eſſe, niſi fiſcus admitteretur ex teſtamento, ſed hic teſtator fecit actum, per quem totum teſtamentum annullatur. ſ. incidendo ſigilla teſtium, per quam inciſionem in totum perijt fides teſtamenti, & ad hanc. q omnino vide Io. And. in tit. de inſtr. edi. §. compendioſè. ver. quid ſi prius. Bal. & Saly. hic. ¶ Glo. in ver. ad hæreditatem. bene dicit, nam ſi viuo teſtatore ſigna ſunt inciſa per alium, aut fortuito caſu ſine voluntate teſtatoris, tunc bene poteſt hæreditas adiri de iure ciuili, ſed non poteſt peti bon. poſ. de iure prætorio. Aut iſtud contingit poſt mortem teſtatoris, & tunc ſi ſemel teſtamentum fuit in iudicium productum coram iudi. ſine aliquo defectu, tunc ex eo non ſolùm poteſt adiri hæreditas de iure ciuili, ſed etiam poteſt peti bono. poſſeſſ. iurib. alleg. in glo. ſi autem nunquam fuit præſentatum in iudicio ſine defectu, & tunc reperiantur inciſa ſigna, bene poteſt adiri hæreditas hoc iure ciui ſed non p̄ bon. poſ. Ratio eſt, quia agnitio bon. poſſ. de neceſſitate oportet, quòd fiat coram iudice. l. fina. ſupra qui admit. vnde ſi iudex videat teſtamentum ſine debita forma, cui ſigna ſint inciſa, non admittit. Sed aditio hæreditatis fit ſolo animo, ideo valet, quando teſtamentum erat perfectum tempore mor. teſtatoris. Quid ergo eſſet in caſib. in quibus non poteſt ſuccedi de iure ciuili, ſed de iure præt. tantum, vt in caſu. l. poſthumo. ff. de iniuſ. rup. & in alijs enumeratis per glo. magiſtram in l. fin. ſupra vnde legi. Quid fieret tunc inciſis ſignis, ſi ſolùm de iure ciuili ſuccedi poſſet, dicunt Cy. & Ang. hic, quòd tunc deberemus conſulere Imperatorem, vel ſuperiorem, qui ſuper hoc nouam legem conderet. l. cùm de nouo. C. de legi. Iaſon Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticanis exiſtentibus in villa permiſſum eſt coram quinque teſtibus teſtari, & dicuntur ruſticani, ſiue ſint nobiles ſiue ruſtici, qui pro maiori parte anni habitant in villa.*

2 *Qui naſcitur in ciuitate, ſi tamen naſcitur ex patre ruſtico, dicitur ruſticus.*

3 *An tempore peſtis, quo teſtes non poſſunt de facili haberi, ſi fieret teſtamentum cum minori numero ſeptem teſtium, valeret tale teſtamentum. & nu. 4. & 5.*

6 *Propter imminentiam peſtis receditur à iure communi.*

7 *Vbi pro forma, & ſolennitate actus aliquid requiritur, tamē ſi propter neceſſitatem non ſeruetur, valebit actus.*

8 *Stante ſtatuto, quòd contractus minorum, vel mulierum nō valeat, niſi interueniant duo notarij rogati, & ſubſcripti, ſi tempore peſtis non poſſit haberi niſi vnus, valebit ille contractus cum illo ſolo.*

9 *Teſtamentum romipetæ valet cum duobus teſtibus.*

10 *An valeat ſtatutum, vel conſuetudo, ꝙ valeat teſtamentum cum duobus teſtibus.*

11 *Ruſticus poteſt teſtari cum quinque teſtibus, licèt in villa reperiantur ſex, & non plures.*

12 *Leges generales intelliguntur tollere conſuetudines ſpeciales loci, & etiam ſtatuta, quando Princeps eſt certioratus de eis.*

LEX XXXI.

TAb antiquis. Permiſſum eſt ruſticis in rure facere teſtamentum coram quinq; teſtibus, ſi ſeptem haberi non poſſunt, ſecundum formam hic traditam. h. d. & eſt bona. l. ſecundum Bar. Item eſt ſing. l. & non reperitur alibi, vt dicit Pau. de Caſt. hic. ¶ † No. ex hac. l. quòd ruſtica-
1 canis exiſtentibus in villa permiſſum eſt coram quinque teſti-
a bus [a] teſtari. Et dicuntur ruſticani, ſiue ſint nobiles, ſiue ruſtici, qui toto tempore, aut maiori parte habitant in villa, ſecūdum Rayn Ang. Salyc. & Pau. de Caſt. hic. Bar. in l. cōficiuntur. §. co dicilli. ff. de iure codic. Iacob. de Bel. in §. 1. in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. & in ſua diſputatione quam ibi ponit, quæ incipit,
2 Rex conceſſit. † Item qui naſcitur in ciuitate, ſi tamen naſcitur ex patre ruſtico, dicitur ruſticus, ſecundum Bar. in conſil. ſuo incip. ſi filius alicuius comitatenſis. ¶ Extende iſtam legē quatuor, ſeu quinq; notabilib. modis. ¶ Primò, vt procedeat etiam in ciue, qui continuè habitat in villa. ſm Ang. hic poſt Cyn. & per Iac. de Bel. in §. 1. in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. & tenet Ray. & Saly. hic. an iſta prima extenſio ſit vera, patebit ex his, quæ dicam in ſeq. extenſione. ¶ Secundò, & fortius extēde iſtā legem, vt habeat locum ēt in ciue inhabitante ciuitatem, ſed reperitur in villa, & ibi infirmus cōdidit teſtiñ, quia poterit cū quinque teſtib. teſtari, per hanc legem. ſm Cy. hic ponderantē ad hoc rōnem in hac lege expreſſam, quia ſi plures haberi nō p̄nt, quinque debent ſufficere, & per eandem rōnem idem tenent Alb. Bal. & Saly. hic. Ponderant etiam Bal. & Saly. tex. ibi, *ad Dei humanitatem reſpicientes*, & ſic iſta l. vī ſe referre ad ius diuinum. Tamen hæc vltima pōderatio non vī bona, quia ſi verum eſſet, ꝙ iſta l. haberet reſpectum ad ius diuinum, certè ſufficeret cum duob. teſtib. teſtari. c. cùm eſſes. & c. relatum. el t. de teſta. & tñ hic requirūtur quinq;. Tene ꝫ hanc extenſionē, & ꝫrium tenet Iac. de Are. Bar. & Fulg. & D. Alex. hic. & ēt D. Fran. de Are. hic per tex. in l. conficiuntur. §. 1. & ibi ēt Bar. ff. de iure codi. & quia priuilegium huius legis non eſt conceſſum loco ſimpliciter, ſed perſonis, hoc eſt ruſticis in loco, & ita tenet Iac. de Bel. in d. §. 1. in Auth. quib. mod. nat. effi. ſui. & Raph. Cum. in l. fi. ff. de teſta. mili. Item facit, quia iſte tex. multis vicibus repetit de ruſticanis, ergo non debet eſſe idem in alio non ruſtico. Nec eſt bonum fundñ partis ꝫriæ pōderantis iſtū tex. qñ plures haberi non poſſunt, quia aduertendum eſt, ꝙ in iſto tex duplex eſt rō in ruſticanis, vna eſt per ſimplicitatem, & iſta colligitur ex proœmio. l. qđ importat cām finalem, vt eſt text. in l. fi. & ibi Bar. & Bal. & alij ad hoc no. ff. de hęre. inſti. cum ſimi. & ſic ſola neceſſitas non vī ſufficere. Et per hoc vltimum redditur ēt periculoſa prima extenſio quam dedi. ¶ Tertiò extende iſtam legem, vt procedat, quando tempore cōditi teſtamenti aliquis erat ruſticus, & morabatur in villa, nam licèt po
b ſtea efficeretur [b] ciuis, tamen valeret teſtiñ per eum prius conditum cum minori nume. ſeptem teſtium per hanc legem, qa ſufficit, ꝙ tempore conditi teſtamenti eſſet ruſticus, & in villa. Ita tenet Bal. in l. ſi quis hæredem. circa medium. C. de inſti. & ſubſti. & ſic pondera, ꝙ quo ad ſolennitatē teſtamenti attēdimus

ADDITIONES.

a ¶ Teſtibus. Adde Bar. in l. conficiuntur. in §. codicilli. in fi. de iur. codi. Bal. in l. qui teſtamento. in §. fi. ff. de teſta.

* Et de teſtamento rure, vel in ſuburbijs facto cum quinque teſtib. vide Affic. deciſ. 25. dicta autem Iaſ. hic declara, vt per Clar. §. teſtamentum. q. 56. verſi. ſed quid in teſtamentis conditis in rure. Cautel. docet Dilec. de arte teſtandi t. 2. cau. 5. MASVER.

b ¶ Efficeretur. Adde Bal. in §. fi. inſti. de teſtam.

Source : BIU Cujas

mus tempus conditi testamenti, non autem tempus mortis, licèt testator mutet qualitatem, quod confert ad ea, quæ dixi in l. iubemus. ver. pen. s. eo. Pro ista extensio. vltra Bal. adde tu rõnem. nã qualitas rusticitatis adiecta verbo disposuerit, in hac. l. circa fi. intelligitur fm tempus verbi cui adijcitur. l. in delictis. §. si damnum extraneus. & ibi Bar. ff. de nox. l. Titius. & ibi Bar. no. ff. de testa. mili. & latius Bar. in l. ex facto. in prin. in 2. colu. ff. de vulg. & pup. ¶ Quartò extende istam legem, vt procedat ge
a neraliter, non solùm quando rusticus testaretur in scriptis, a sed etiam quando testaretur sine scriptis, & sic nuncupatiuè, secundum Cy. hic, & Bar. qui dicit sic seruari de consuetudine, & sequuntur alij, & Bar. & alij in l. pen. ff. eo. & in d. §. codicilli. ad fi. Licèt gl. in l. qui testamento. §. fi. ff. eo. tenuerit, ꝙ ista. l. solùm habeat locum in testamento in scriptis, & sic approbaue rit opi. Azo. relatam hic in gl. in ver. scriptura. quæ hic nihil cla
* rè firmat. *Pro communi opin.* facit, quia regulariter bonum est argum. de testa. in scriptis ad testamentũ nuncupatiuum, &ècõtra. l. iubemus. ver. quemadmodum. & ibi glo. s. eod. ¶ Limita nunc istam legem, & restringe, vt solùm habeat locum in illis villis, & castris, in quibus antea vigebat consuetudo diminutiua solennitatis testamentorum, secus est in alijs villis. ita tenet gl. super ver. ita tamen. per istum tex. in ver. *antiquam eorum consuetudinem*, quam sequitur Fulg. hic, & videtur sequi Bald. licèt non clarè firmet, in d. l. conficiuntur. §. codicilli. Sed ista restrictio est falsa, & reprehẽditur per Ang. & Saly. Pau. de Cast. & Dom. Alex. hic, & ante eos plenius Bar. in d. §. codicilli. quia aliàs ista. l. redderetur sine effectu, & esset modicæ, aut nullius vtilitatis, & sic erit quinta extensio ad hanc legem. ¶ Secũdò, & notabiliter limita, ꝙ licèt rusticis testantibus in rure sit dispẽsatum per hanc legem in numero testium, qñ non hr copia personarum prout in ciuitatib. s. ꝙ coram quinque testib. possint testari, tamen per hanc legem non est dispensatum quo ad idoneitatem testium, nam illi quinque testes debent saltem esse idonei, & habere quinq; requisita, quæ declaraui in l. hac consultissima. in prin. s. eod. vnde fœminæ non possent esse testes in tali testamento rustici, nec serui, quia quod non mutatur, quare stare prohibetur. l. sancimus. sup. eo. & l. præcipimus. in fi. C. de appel. Ad idem tex. in c. cùm esses. de testa. in versic. idoneis. vbi licèt in aliquo sit diminutus numerus testium, tamen circa idoneitatem nihil est immutatum, vt declaraui in d. l. hac consultissima. in princip. Ad idem facit regula. l. si quan do. in prin. supra de inoffic. testam. & ita in specie, quòd fœmi-
b næ b non possint esse testes in testamentis rusticorum, determinat D. Alex. in consi. 70. in 2. vol. inci. viso consilio aliàs per me reddito in 7. col. ¶† Nunc se offert pulchra, & vtilis. q. nunquid si fieret testamentum tempore pestis, quo tempore non possunt testes de facili haberi, valeret testamentum cũ minori numero septem testium. Bald. hic singulariter determinat, ꝙ sic, propter necessitatem, in qua se fundat ista. l. & idem dicit esse in eo, qui tenetur in carceribus à quodam tyranno, nam cùm ibi in carcerib. non habeatur copia testium, valeret testamentum cum minori numero septem testium. Ita tenet Bald. hic, hoc vlt. bis repetens, primò in prin. huius. l. secũdò in fi. & istud vltimum sequitur Saly. hic. Tamen de hoc tex. non potest fieri fundamentum, imò probaret ꝓrium, quia sola necessitas nõ est sufficiens, nisi concurrat simplicitas rusticana, vt s. declaraui. Sed pro sñia Bal. ꝙ testm conditum tpe pestis cum minore numero septem testium valeat, facit tex. in l. fi. ff. de testa. mili. & in l. i. ff. de bon. pos. ex testa. milit. vbi existens in actu guerræ dato, ꝙ non sit miles, potest testari cum minori nume. testiũ, & nos habemus, ꝙ tps guerræ vigentis inter hoĩes, & tempus mortalitatis, seu pestis ęquiparantur, quia tunc censetur esse bellum & inter Deum, & homines, nam sicut primo tempore non currit præscriptio, ita nec secundo. ita notabiliter æquipa rat Bar. in l. naturaliter. in pen. col. ff. de vsucap. Cano. in cap. ex transmissa. de præscri. tamen huic fundõ respondet Alex. hic, ꝙ in illis ll. illud procedit fauore publico in illis, qui præliant pro Repub. dato, ꝙ non sint milites, q̃ rõ cessat in priuatis ho minibus tempore pestis, & per hoc infert nouiter Dom. Alex.
4 † ꝙ si tempore pestis aliqui remansissent in ciuitate pro Repu. puta aliqui officiales, tunc possent testari cum minori numero, quia tunc isto casu militat in eis ratio. d. l. fi. ff. de testa. milit. Ad idem pro sñia Bal. facit illud, ꝙ singulariter decidit Ang. in repe. l. si vacantia. in 10. col. C. de bon. vacã. lib. 10. vbi determinat, ꝙ si sit statutum in ciuitate, ꝙ non possit fieri testm, nisi illud scribatur per notarium matriculatum, ꝙ si tempore pestis non reperiatur aliquis notarius matriculatus, poterit fieri testm per alium notarium non matriculatum, & istud opportunè ad propositum adducitur. Tñ D. Alex. rñdendo dicit, ꝙ illud dictum Ang. est falsum, per tex. in d. l. conficiuntur. §. codicilli. ad quem statim rñdebo. Præterea ibi saltem adhibuit

alium notarium loco matriculati. Tu clarius tñde, ꝙ in casu Ange. testator dr bene testatus inspectis regulis iuris cõis, quia vbi actus debet fieri coram certo officiali, certè si ille non reperitur in ciuitate, poterit talis actus expediri coram alio. tex. est in l. vbi absunt. ff. de tut. & cura. da. ab his, quod non est in casu nostro. ¶ Contrariam opi. contra Bal. ꝙ imo tempore pestis nihil diminuatur in testamentis circa solennitatem, & ꝓñr, ꝙ nõ valeat testm tunc conditum cũ minori nume. septem testiũ, tenent Raph. Fulg. Pau. de Cast. D. Fran. de Are. & D. Alex. hic,
c & propter c hoc dicit Raphae. Fulg. in vna lec. ꝙ dña Aquilia vxor D. Signorol. de Homod. Mediol. infecta peste, & propterea non valens hre testes, fecit se portari extra domum in viã publicam, vt ibi testaretur habens audientes suam voluntatẽ.
d Eandem d opi. contra Bal. tenet expresè Ang. in d. l. conficiuntur. §. codicilli. & Lud: Rom. qui latè disputat istum passum, in repe. Auth. similiter. C. ad l. fal. in 34. speciali piæ causæ inter vltimas voluntates, & dicunt esse de mente Bar. in l. 1. ff. de bon. pos. ex testa. mili. ponderando, ꝙ Bart. ibi dicit, ꝙ vtile esset ita statuere, ꝙ tempore pestis valeret testamentum cum minori numero, ergo præsupponit, ꝙ de iure communi non valeret. Eandem opi. tenet Raph. Cum. in l. fi. ff. de testa. mili & eã consulendo tenuit D. Alex. in consi. 177. in 2. volu. quod incip. viso themate mihi exhibito. in 3. col. & in consi. 70. in 2. volu. quod incip. viso consilio aliàs per me reddito. in 7. col. vbi dicit ma-
* gnum verbum. *s. istam esse communem opi.* ꝙ licèt testamentum fiat tempore pestis, tñ non est dispensatum circa solennitatem requisitam à iure communi. alleg. Cy. in d. l. conficiuntur. §. codicilli. & ibi etiam tenet fortius, & singulariter Alex. ꝙ tempore pestis non possit mulier esse testis in testõ. In ꝓrium tamen facit, quia mulieres admittuntur in testes in subsidium, quan-
e do mares haberi non pnt. Ideo licèt in criminalibus mulier e non possit esse testis in causa capitali. c. forus. ad fi. de verb. sign. 33. q. 5. c. mulierem. tñ admittitur, qñ per mares probari nõ possit, secundum Io. And. in addi. Spe. in tit. de teste. §. 1. in addi. incip. fertur. Iac. de Are. sequitur Alex. in consi. 24. in 2. volum. animaduersis. in 4. col. facit bonus tex. in simili in c. fi. de testi. cog. iunc. l. quoniam liberi. C. de test. vbi idem decidit de socio criminis. Eandem opi. tenent Lud. Rom. & D. Alex. in l. casus. s. eo. & sentit etiam Pau. de Cast. ibi, non tamen apertè loquitur de tempore pestis, per illum tex. vbi est casus, ꝙ licèt contingat casus necessitatis, non propterea remittit aliquid de numero testium. Et pro ista sñia contra Bal. præcipuè adducitur tex. pro potissimo fundamento in d. l. conficiuntur. §. codicilli. Sed respondet, quòd licèt tex. ibi dicat, ꝙ non aderant in plẽtia nisi quinque testes, & sic non poterat testari, sed bene codicillari, tamen ibi non aderat ista necessitas, quia licèt contingẽter esset, ꝙ ibi non adessent nisi quinque testes, tamen non negat litera, quin plures potuissent reperiri, & sic ibi non aderant plures testes actu, sed hic in qõ. nostra non aderant nec actu, nec habitu, & sic nec potentia cõsiderabili per verisimile. Nec obst. tex. ibi in ver. facultatem. qui videtur refragari, quia intelligitur. s. commoditatem, vel opportunitatem. Mouetur etiam quia speciale est fauore publico in illis, qui pro Repub. militant. d. l. fin. ff. de testam. mili. ergo secus, vbi cessat iste fauor publi. vt in casu nostro, & sic solus casus necessitatis ibi non sufficit. Pro ista opin. facit vltra Moder. quia cùm regula sit generalis, quòd in testamento requirantur septem testes, & Imperator hic in ver. sancimus, disponat, ꝙ istud seruetur in omnibus ciuitatibus, & castris Romani Imperij, sed ꝙ tempore pestis possit fieri testamentum cum minori numero, nulla lege caueatur, ergo cùm ista exceptio de tempore pestis nulla lege prohibeatur, standũ est regulæ, vt dicit tex. in c. ac decimas. in fi. de resti. spo. & in l. suus quoq;. ver. puro. ff. de hær. insti. Bal. in c. j. in 3. col. de alie. iud. mu. cau. fac. & dicit Bal. in l. si tutor. in fi. C. de seruo pig. da. ma. ꝙ regulæ iuris sunt tenaciter obseruan-

dę,

ADDITIONES.

a ¶ In scriptis. Adde diffusè per Barba. in c. cùm esses. de testa.
b ¶ Fœminæ. Adde Ant. de But. in c. quoniam aliqua. de testa.
c ¶ Et propter. Alex. lib. 2. consi. 60. col. pe. PVRPV.
d ¶ Eandem. Dec. consi. 284. ampliat Cor. lib. 3. consi. 170. in hac. vide dist. Ripæ in trac. pestis. 2. parte 2. partis.
* Pro qua vide quæ scribit Clar. §. testamentum. q. 56. ver. & hæc quidem conclu. Dilec. de arte testa. tit. 2. cau. 2. & quod valeat testamentũ factum tempore pestis cum num. quinque testium, magis communem, & magis æquam dicit Rol. consi. 81. nu. 14. 47. 57. lib. 1. de qua disputat Por. lib. 2. concl. 9. Boer. q. 218. nu. 11. Alex. consi. 177. lib. 2. omnium plenius Gabr. com. opi. lib. 4. tit. de testa. conclu. 8. vbi sustinet valere. MASVER.
e ¶ In criminalibus mulier. Adde gl. in §. testes. insti. de testi. Arch. in c. 2. de iudi. lib. 6. Doc. in c. tam literis. de testa. fallit, quando proceditur per viam inquisitionis, vt gl. in c. quoniam. de testi.

Source : BIU Cujas

dæ, niſi in contrarium appareat exceptio, vel diſpoſitio ſpecialis, & iſtud eſt, ꝙ in propoſito propriè vult dicere Bar. in d. l. 1. ff. de bon. pot. ex teſta. mili. dum dicit, ꝙ bonum eſſet prouidere, ꝙ teſta. non ſolenniter facta tempore peſtis valeant, nã conſideranit Bar. ꝙ eſſet æquum, ꝙ de hoc fieret lex, ſed cùm non ſit lex, quæ hoc dicat, Bar. voluit ponere iſtam exceptionẽ ſine lege, cũ regula ſit, ꝙ teſtamentum non valet, ſi ſolùm vnus de ſeptem teſtibus deficiat. l. ſi vnus. ſ. eo. Secundò pro iſta parte vltra alios potes inducere iſtum tex. in quo ſe fundat Bal. ⁊ cum hoc modo inducendo, nam ſi ſola neceſſitas, vbi nõ poteſt haberi copia teſtium, eſſet cauſa ſufficiens, vt quis poſſet teſtari cũ minori numero ſeptem teſtium, certè cũ iſta lex loquatur in locis, in quib. rarò poteſt haberi copia peritorũ, fruſtratoriè requireret aliam qualitatem perſonæ. ſ. ꝙ ſint ruſtica ni, & tñ, ꝙ ſint ruſticani, eſt alia cauſa finalis, vt patet ex prooemio huius legis, quod denotat cauſam finalẽ, & quia pluries repetit de ruſticis, vt ſupra dixi, ergo apertè probat iſte text. ꝙ ſola neceſſitas, & carentia perſonarum non ſufficiat, vt quis poſſit teſtari cum minori numero ſeptem teſtium, niſi etiam aliud concurrat. Item aduerte ad aliud, quod ſupra adductũ fuit, ꝙ ſpeciale eſt fauore publico, in d l. fi. ff. de teſtam. mili. poteſt dicere verum eſſe, ꝙ ſit ſpeciale. ſ. vt teſtetur iure militum,
5 quod non eſt hic, cũ debeant adeſſe quinque teſtes. ¶† Quid te
a nendum? licèt paſſus ſit valde ambiguus, [a] tamen magna ęquitate nititur prima opi. Bal. & ſi caſus contingeret, pro ea conſulerem, qñ tempus peſtis eſſet tale, ꝙ multi teſtes ꝓp ingens periculum veriſimiliter haberi non poſſent, vltra Bal. adde idem tenere Raph. Cum. in d. l. conficiuntur. in §. codicilli. & dicit, ꝙ iſta eſt æquior, & humanior ſententia. Eam multum latè tenet Floria. de S. Petro in l. milites per illum tex. ſ. de teſta. milit. quia ſicut in milite in conflictu belli teſtante remittitur ſolennitas, ita & in teſtante tempore peſtis, cũ illo tempore plures haberi non poſſent. Idem tenet D. Alex. ſibi contrarius in l. ſeriniarios. in vlt. col. per gl. ibi. ſ. de teſtam. mili. & ibi tenet plus, ꝙ etiam tunc tempore peſtis valeret teſtamentum cũ duob teſtib. prout etiam eſt de mente Flor. in d. l. milites. quamuis Bal. hic loquatur de quinque. ¶ Pro iſta ſnĩa moueor per tex. in d. l. caſus. ſ. eo. quem Mod. ponderant pro eorum opi. ſed ęgo retorqueo contra eos, nam in teſtamentis inter alias ſolennitates duæ requirũtur. Primò requiritur numerus ſeptem teſtiũ. Secundò requiritur, ꝙ teſtamentum fiat vno contextu, pone, ꝙ propter neceſſitatem, puta propter contagionem remoueãtur aliqui teſtes, certè nil diſpenſatur in numerum teſtium, eo quia alij poſſunt haberi, & ſubrogari, ſed bene diſpenſatur in alia ſolennitate, ꝙ teſtamentum fiat vno contextu, ex quo neceſſitas, quæ ſuperuenit, impediuit contextum, vbi ergo neceſſitati prouideri poteſt, non diſpenſatur per d. l. caſus. ſecus quando veriſimiliter prouideri non poteſt, vt in caſu noſtro, & ſi dicatur ibi propter neceſſitatem non tollitur ſolennitas, ſed ſolùm ſuſpenditur ad tempus, dico, quòd imò tollitur, ex quo teſtamentum non eſt factum vno contextu, prout debebat, & ſi iterum inſtas, ibi non tollitur, ſed aliquid relaxatur de ſolennitate, dico ꝙ etiam in caſu noſtro non in totum tollitur ſolennitas numeri teſtium, ſed aliquid diminuitur propter ne
6 ceſſitatem. † Secundò moueor, quia propter imminentiam peſtis receditur à iure communi. l. de ætate. iuncta l. præcedenti. vbi no. ff. ad Treb. quia vulgatum eſt, ꝙ neceſſitas non habet legem, nec ſubiacet legi. l. 1. & ibi Bar. in fi. C. de ope. lib. & ibidem pulchrè Bal. in l. 1. ff. de offic. conſu. & c. quod non eſt licitum. de reg. iur. & ibi gl. no. multa iura allegat. Item neceſſitas facit probabile illud, quod aliàs non eſſet probabile. dixit Bal.
7 in l. ſi teſtamentum. ſ. eo. † Tertiò pro hac parte principaliter, & fortius facit, quia etiam vbi aliquid pro forma, & ſolennitate actus requiritur, tamen propter caſum neceſſitatis valet actus geſtus non ſeruata illa ſolennitate, nam pro ſolennitate ſententiæ requiritur, ꝙ feratur iudice ſedente in loco maiorũ, & aliter lata non valet. l. ſi vt proponis la ſeconda. C. quomodo, & quando iudex. l. pen. ff. de iuſti. & iur. & tamen metu periculi vitæ alibi lata tenet, puta ſuper turri, ſecundum glo. in l. 1. C. de ſent. ex breui. reci. & licèt Bar. ibi reſtringat illam glo. ta
✱ men Bal. *& magis communiter alij* ibi intelligunt ſimpliciter illã glo. procedere, vt rei neceſſitas hoc permittat. argum. l. Cæſar. ff. de public. & idem tenet glo. in c. fin. in ver. ſedendo. de regu. iur. in 6. Poſſes tamen dicere, quòd ibi omiſſio illius ſolennitatis non ſit tanti præiudicij, quanti omiſſio ſeptem teſtium in teſtamento. l. fi. C. de fideicommiſ. Sed iſta differentia non eſt bona, ex quo vtrobique lex vltra procedit annullando, neutro caſu poteſt dici leuis ſolennitas, vt notatur in l. 1 ff. de lib. & poſthum. Quarto pro iſta eadem parte in actu practico, & in iudicando ſtringit, quia in dubijs opi. tenenda eſt illa, quæ fauet teſtamento. l. ſi pars. in prin. ff. de inoffi. teſt. c. fi. in arg. de reiud. quia cauſa conſeruationis teſtamenti concernit publicã vtilitatem. l. vel negare. ff. quemad. teſta. aper. glo. in l. Gallus. §.
8 quid ſi. in verbo vtilitatem. ff. de lib. & poſthum. † Quintò moueor, per illud, quod decidit Ang. in §. quod autem. in Authẽ. de non alie. per illum tex. in ver. *aut etiam vno, ſi vnum ſolùm ciuitas habeat*, vbi determinat, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ nullus ⁊ctus minorum, vel mulierum valeat, niſi interueniant duo notarij rogati, & ſubſcripti, certè ſi tpe peſtis non poſſet haberi niſi vnus notarius, valeret cũ illo ſolo, ita decidit per illum tex. & ꝓ tex. noſtrum. Nec huc vadunt ſolutiones traditæ per D. Alex. hic, ad illud, quod vult Ang in d. l. ſi vacantia. Et iſtam partẽ puto
9 æquiorem, & veriorem. ¶† No ẽt caſum, in quo valeret teſtm̃
b conditum cum duob. teſtib. ꝙ tm̃, qñ romipeta in aliquo caſtro in itinere infirmaretur, valeret teſtm̃ cum duob. teſtib. ꝓp fauorem cultus diuini, ad ſimilitudinem militum temporalium. ita determinat Ang. in Auth. oẽs peregrini. per illum tex. C. cõia de ſucceſ. Pau. de Caſt. in l. nutritorib. eo. tit. & ibi limitat verum, ſi moriantur, ſecus ſi ſuperuiuant, facit text. in l. milites. ſ. de teſta. mil. Secundo limitat no. Ang. in d. §. quod autẽ. in Auth de non alie. vt ſit verum, qñ plures teſtes commodè
10 haberi non pñt. ¶† Scdò principaliter inducitur illa. l. ꝓ Bar. & alios, ꝙ non valet conſuetudo, vel ſtatutum ciuitatis Venetia-
c rum, [c] qua diſponitur, ꝙ poſſit fieri teſtm̃ cum duob. teſtib. nam dicit Bar. ꝙ eſt ⁊ hanc. l. vbi conſuetudo ruſticorum diminuens numerum teſtium non valebat, niſi fuiſſet confirmata per Imperatorem hac. l. ſed certè inductio Bar. de hoc text. non multum valet, eo quia iſta l. loquitur in ruſticis, qui nõ habent poteſtatem condendi legem, vel conſuetudinem, ſed debent vti ſtatutis, & legib. ciuitatis, cui ſubſunt. ita Spec. per illũ tex. in tit. de inſtru. edi. §. compendioſè. ver. ſed nunquid dicemus. quem ſequitur Bal. in Auth. defuncto. ad fi. C. ad Tertul. de quo vltimo per Bar. in l. omnes populi. in 2. col. ff. de iuſti. & iur. & Bal. in l. 1. in prin. C. quæ ſit lon. conſue. & in l. de quib. ff. de legi. Tamen dicit Bal in l. ſi certis annis. in pe. col. C. de pact. ꝙ ẽt conſuetudo ruſticorum eſt ſeruanda. Vel ſecundò ñde ſm Bal. & Pau. de Caſt. hic, ꝙ ideo conſuetudo ruſticorũ fuit hic confirmata ab Imperatore, eo quia fuit inducta à ruſticis legum ignaris, vnde videbatur errore iuris inducta. l. quod nõ ratione. & l. ꝙ verò contra. ff. de legi. Magis facit iſte tex. ponderatus in ver. vſque ad quinque modis omnib. teſtes. & verſi. minus autem nullo modo concedimus, quæ verba geminata multum debent operari. l. Baliſta. cum ſim. ff. ad Treb. Per quę verba vr̃ Imperator derogare conſuetudini futuræ, per ea quę traduntur in l. ſi mihi & tibi. in §. in lega ff. de lega. 1. Item dicta verba nullo modo, ſunt tantæ importantiæ, quòd intelligatur prohibita diſpenſatio. in contrarium gloſſ. eſt ſingu. in clem. 2. de æta. & quali. quam pro ſingu. alleg. Imo. in cap. cùm eſſes. de teſt. Iſtam quęſtio. aliter non diſputo hic, quia plenè examinaui in l. 1. C. de ſumma Trin. vbi Bar. ponit in 3. q. & ibi Bart. reſpondet ad iſtam legem, quòd hic conſuetudo præterita limitatur, non autem futura prohibetur, ſecundum Cyn. in l. du-
11 dum. C. de contrah empt. ¶† Tertiò principaliter nota vnum mirabile ſecundum Pau. de Caſt. ex hoc tex. in verſi. ſin autem in illo loco, ꝙ ſi in villa non reperiantur ſeptem teſtes, ſed ſex tantum, quinque ſufficiunt, & ratio eſt ſecundum. D. Alexan. quia in vltimis voluntatibus non reperitur, ꝙ in aliquo requirantur ſex, ſed duo aut tres, vel quinque, vel ſeptẽ, tamẽ ſummarium Bar. innuit contrarium, niſi intelligatur ſecundũ iſtũ tex. ad quem referri debet. Item pro iſto notabili facit, qa iſte numerus quinque teſtium in qualibet vltima voluntate requi
12 ritur. l. fi. ad fi. C. de codi. ¶† Vltimò iſta. l. facit ſecundum Bart. & alios poſt Pet. & Cy. hic, quòd leges generales intelliguntur tollere conſuetudines ſpeciales loci, & pariter ſtatuta, quando Princeps eſt de eis certioratus. iuxta. cap. 1. in prin. de conſti. in 6. tamen Barto. in l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. viol. dicit, quòd iſta l. cum violentia ad iſtud allegatur. De quo puncto vide Bar. in l. de quib. in 3. col. & ibi dixi, & alij ponunt. ff. de legi. & in extrauag. ad reprimen. in verbo non obſtantib. ad fi. & Canoniſtæ in c. fi. de conſue.

ADDITIONES.

a ¶ Ambiguus. Facit, quod dicit Bal. Nouel. in tract. dotis. par. 6. priuilegio. 11. col. 9. PVRPV.

b ¶ Teſtibus. Adde Ang. in Auth. quomodo oportet Epiſc. Alex. de Imo. in l. ſeriniarios. C. de teſta. mili.

c ¶ Venetiarum. Adde, ꝙ hoc non habet locum in Venetis, quia non recognoſcunt ſuperiorem in temporal. b. ſecundum Bar. in l. hoſtes. ff. de capit. Bar. in l. 2. C. de bon. vac. & per cõſequens habent vim ſupremi Imperatoris in ſuo territorio, ſed Imperator põt ſtatuere, ꝙ valeat teſtm̃ cum duob. teſt. b. ſecũdum Doc. in c. quæ in eccleſiarũ. de conſti. & in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. ergo idẽ poſſunt Veneti, ex quo non recognoſcunt ſuperiorem, vt in iure ſupra alleg.

De

Source : BIU Cujas

De hæredibus inſtituendis. Rubr.

¶Continua Rubricam quo ad duas ſui partes, vt per Cyn. & Saly. Fulg. & Pau. de Caſt. hic.

SVMMARIVM.

1 *Deportatus eſt incapax hæreditatis, & legati. fallit tamen in multis caſibus.*
2 *Dictio tanquam, regulariter eſt nota improprietatis.*
3 *Quando deportatus eſt inſtitutus hæres, ad quem pertineat hæreditas, cùm ille ſit incapax.*
4 *An banniti noſtri temporis æquiparentur deportatis.*
5 *Bannitus, qui poteſt impunè offendi ex forma ſtatuti, non perdit ſucceſſiones prouenientes de iure communi, ſed bene prouenientes de iure municipali, quando bona illius ſucceſſionis ſunt extra territorium. numero 6.*
7 *Quando bannitus poteſt offendi, poteſt non ſolùm in perſona, ſed etiam in bonis.*

LEX PRIMA.

QVi deportantur. Inſtitutio deportati eſt pro non ſcripta. hoc dicit. ¶ †Not. ꝙ deportatus [a] eſt incapax hæreditatis, & legati, & ſic non habet teſtamenti factionē paſſiuam, vt hoc text. hoc eſt non poteſt inſtitui, vt hic. Eodē modo non habet teſtamen-
b ti [b] factionem actiuam, hoc eſt non poſſet facere teſtamentū. l. eius qui. §. 1. ff. de teſta. Ratio autem quare deportatus nō poteſt inſtitui, eſt, quia hæreditas ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato deferatur, ſemper eſt de iure ciuili. l. lege obuenire. & l. verbis legis. ff. de verb. ſign. & gl. no. in l. 1. ff. de acq. rer. dom. ſed deportatus licèt naturaliter viuat, tñ per l. ciuilem hī pro mortuo. l. 1. §. pe. ff. de bon. poſ. contra tabu. l. ſi neceſſe. §. ſi deportatus. ff. de bon. lib. ideo perdit omnia, quæ ſunt iuris ciuilis, & retinet ea, quæ ſunt iuris gentium. l. quidam ſunt. ff. de pęn. & l. ſi mandauero tibi. §. is cuius. ff. manda. & iſtam rationem ponit glo. hic. ¶ Iſta regula primò fallit, qñ ſnīa deportationis ſtatim effectualiter valet, ita ꝙ non eget confirmatione, ſecus ſi egeret confirmatione, & ideo ſi prætor deportaſſet aliquē in inſulam, & quia non habebat inſulam ſub ſe, requirebatur confirmatio Principis, interim ergo dum confirmaretur ſententia à Principe, valet inſtitutio. l. 1. §. deportatos. ff. de leg. 3. gl. no. in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offi. præſi. bonus tex. in l. ſi quis filio exhęredato. §. eius. ff. de iniuſt. rupt. ¶ Secundò limita iſtam legem procedere in deportato, ſecus autem eſt in relegato, rō
c quia relegatus [c] non perdit bona propria, nec ea, quę ſunt iuris ciuilis, ſicut deportatus. l. ſi qua. ff. ex quib. cau. maio. l. relegati. ff. de pęn. l. bona. ff. de iur. fiſ. ¶ Tertiò limita iſtum tex. non procedere in legatis alimētorū relictis deportato, quorū eſt capax, quia ſi damnatus in metallum; qui efficitur ſeruus, tamen eſt capax legati alimentorum, quia eſt vnde viuat, & ſic iuris gent. l. legatum. ff. de capi. di. l. ſi in metallum. ff. de his, quæ pro non ſcrip. hab. quanto magis erit capax deportatus? ¶ Quartò limita iſtā legem non procedere in teſtamento militis, in quo deportatus bene poteſt inſtitui. l. neque. §. 1. ff. de teſta. milit. l. ſi deportati ſeruo. §. ſi miles. ff. de leg. 3. ¶ Et ex hac limitatione videretur, ꝙ poſſemus inferre quintam ſing. limitationem, ꝙ idem eſſet in teſtō à quocunque condito ad pias cauſas, quia *in illo* poſſet relinqui deportato, ſicut in teſtō militari, cùm in vtroque attendatur ſolùm ius gent. & non ius ciuile, de quo vide per *Bal. in* repe. l. 1. in 12. col. C. de ſacr. Eccl. in verſi. ſuper. 3. q. de deportato. vbi tenet, ꝙ cùm teſtamenti factio actiuè, & paſſiuè ſit de iure ciuili, & ſic non competit deportato. l. ſi deportati ſeruo. 1. reſpon. ff. de leg. 3. ꝙ ea quæ ſunt neceſſaria ad conſeruationem naturæ, & neceſſaria ad victum, & medicinam tempore ægrotationis, iſta poſſunt relinqui, alia nō ſm eum. Non tamen reſpondet rationi, quam ſupra feci. Item adde, quòd tenet Bar. in repe. d. l. 1. in 3. q. primæ. q. prin. C. de ſacr. ſan. Eccl. ¶ Sextò limita iſtam legem, quando quis eſſet purè, & ſimpliciter deportatus, ſecus autem ſi eſſet deportatus ſub conditione, quia interim valeret efficaciter hæredis inſtitutio. l. interdicit. ff. de condi. & demō. & l. ſi deportati ſeruo. in prin. ff. de leg. 3. ¶ Septimò limita, ꝙ licèt deportatus ſit incapax hæreditatis, & legati, tamen teſtator in teſtamento poteſt deportato dare facultatem eligendi, in quas perſonas velit diſtribui bona teſtatoris, & poterit eligere, & valebit electio, dummodo iſta facultas eligendi fuerit ſibi conceſſa antequam deportet̄, quia etiam poſt deportationem poterit eligere. text. eſt in l. cū pater. §. hæreditatem. el primo. & ibi Bart. pulchrè ponit, quid de fratribus minorib. ff. de leg. 2. l. ex facto. ff. ad Treb. & ſi dicis, quomodo exiſtens in deportatione poterit eligere, cùm ha-
d beatur pro mortuo, [d] vt prædixi? Reſpondeo, ꝙ licèt cenſeatur mortuus ciuiliter, tamen naturaliter viuit, ideo poteſt eli-
e gere, quia mors ciuilis [e] æquiparatur nāturali, quando eſt eiuſ-
f dem effectus, cuius eſt mors naturalis, ſecus ſi non eſt eiuſdem effectus, ſecundum Cy. in l. Deo nobis. in prin. C. de Epiſ. & cle. & Bar. in l. ex ea parte. §. pe. ff. de verb. obl. vel ſecundo, & notabilius reſponde, quòd mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus expreſſis in iure. gl. eſt in c. placuit. 16. q. 1. gl. in c. ſuſceptum. de reſcri. in 6. bonus tex. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. ſi mors. in princ. ff. de dona. inter vir. & vxor. ¶ Octauò, & vltimò limita hanc legem tenendo opi. glo. fin. ꝙ quando deportatus inſtituitur hæres, ꝙ non valet inſtitutio quo ad deportatum, tamen valet quo ad fiſcum, quia fiſcus eius loco ſuccedit, vt diſputabitur ſuper illa glo. fin. nam iſta lex tunc procedet, quòd deportatus non erit in effectu capax hæreditatis, & legati, verum eſt fiſco volente ipſam hæreditatem, ſed ſi fiſcus ipſam non vellet, deportatus eſſet capax hæreditatis, & legati in effectu, aliter nec alius poſſet opponere indignitatem niſi fiſcus. iuxta gl. in l. his conſequenter. §. fin. ff. famil. erciſcun. Et iſto caſu fiſco nolente ſuccedere, ꝙ deportatus ſit capax effectualiter hæreditatis, & legati, tenet gloſſ. ſolen. in l. ea ſola. ff. de regulis iuris, quam pro ſingul. ad hoc alleg. Bald. in l. eam quam. in 6. colum. C. de fideicommiſſ. Ludou. Roman. in Rubri. ff. de acquiren. hæredita. & pro illa gloſſ. eſt tex. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. & ibi Docto. præſertim Modern. de lega. 1. Sed contra iſtam limitationem vltimam videtur facere ratio, quare deportatus non poteſt inſtitui, quia perdit omnia, quæ ſunt iuris ciuil. vt ſupra declaraui, ſed iſta ratio militat etiam iſto caſu, quando fiſcus non vult habere.
2 ¶ †Cloſſ. in verſicu. tanquam. de iſta dictione tanquam, [f] vide
f bonam gloſſ. in cap. ſolitæ. in verbo tanquam. de maiorita. & obedien. gloſſ. & Barto. in l. ſi verò. §. item quicquid. ff. ſolu. matrimon. & in l. tutor. § quæ tutoribus. ff. de excuſa. tuto. Bald. in l. apud antiquos. in penul. colum. C. de fur. Alber. in dictionario ſuo. in verſic. tanquam. & text. cum glo. fin. in cap. cùm pro cauſa. de ſenten. excommunic & in cap. ex parte. de ſponſ. Regulariter dictio tanquam, eſt nota improprietatis. l. ſecundum Bald. in l. omnes populi. in princip. in vlti. char. ff. de iuſti. & iure. per tex. in l. pecuniam. in verſicu. tanquam. ff. ſi certum pet. Alexan. in conſi. 15. viſo proceſſu inquiſitionis. in 9. colum. in 1. volum. accedit, quod dicit Bald. in cap. nonnulli. in 2. colum. de reſcript. & reputat tenendum menti, quòd ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd aliquis puniatur tanquam falſarius, nō intelligitur de pœna. l. corn. ſed de pęna arbitraria, per illum tex. iuncta expoſitione Ioan. Andr. ibi, qui dicit illum puniendum non vt falſarium, ſed tanquam falſarium. ¶ Gloſſ. in verſi. non poſſunt. habet duas partes. In prima declarat text. aſſignando duas rationes. In ſecunda oppo. & bene ſolu. vide eam per te.
3 ¶ Gloſſ. fina. in verſi. fuiſſent. ¶ † Pro clara intelligentia gloſ. pone, quòd deportatus ſit inſtitutus hæres in teſtamento, clarum eſt, quòd ipſe deportatus quantum ad commodum ſuum nō eſt capax, quæro ad quem ſpectabit iſta hæreditas, nunquid admittetur fiſcus, an verò alij venientes ab inteſtato? Vtilitas eſt duplex. Prima, ſi fiſcus ſuccedit, omnia legata ex teſtamento præſtabuntur. l. proximè. ff. de his, quæ in teſtamento delen. ſed ſi ſuccederetur ab inteſta. omnia legata corruerent. Secunda vtilitas eſt, quia ſi dicimus, quòd hæreditas ſpectet ad fiſcum, nullus poterit opponere de indignitate niſi fiſcus, quòd ſi fiſcus nollet eſſe hæres, deportatus effectualiter

ADDITIONES.

a ¶ Quòd deportatus. Adde Bar. in l. ſi deportati. §. ſeruo. de leg. 3. Spe. titu. de inſtru ſedi. in §. compendioſè. ver. Secundò deportatus.
b ¶ Teſtamenti. Adde l. eius qui, in §. 1. ff. de teſt. Bal. in l. 1. in 2. & 3. q. prin. C. de ſacroſan. Eccle.
c ¶ Relegatus. Adde Doc. in l. nemo. C. de Epiſ. & cle. Specu. tit. de ceſſ. act. in §. 1. ver. illud.
d ¶ Pro mortuo. Adde l. actione. §. in publicatione. ff. pro ſoc. l. 1. in §. qui habebant filium. ff. de bono. poſſ. contra tabu. & in cap. placuit. & ibi Io. de Fan. 16. q. 1.
e ¶ Ciuilis. Adde Bal. in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccl. gl. in ver. competeret. & ibi Abb. in cle. ne Romani. de elec. Arch. in c. presbyter. 82. diſtin. & per Ant. de But. in c. vndique. in pe. col. de offi. deleg.
f ¶ De iſta dictione tanquam. Adde Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. Raph. Cum. in conſi. 146. incip. Simon Helias. in 3. col.
* Et dic, quòd regulariter eſt nota improprietatis. Bar. in l. ſi verò. §. item quicquid. ff. ſoluto matrimon. Hippo. ſingul. 236. plura not. Eue. lib. Arg. loco de tanquam. Rolan. conſi. 60. num. 43. lib. 1. habetur in c. ſolitæ. de maio. & obed. MASVER.

Source : BIU Cujas

ter ſuccederet, vt dixi in tex. in vlti. limitatione. Gl. hic concludit, quòd quando deportatus inſtituitur hæres, mero iure valet inſtitutio, ſed non in effectu, quia fiſcus aufert ab eo, & ad hoc gl. alleg. l. hæreditas. infra de his, quibus vt indi. quam ſic inducas: nam poſito, quòd venientes ab inteſta. deberent admitti, tamen ex quo teſtator inſtituerat in teſtamento deportatum, apparet, quod venientes ab inteſt. non voluit eſſe ſuos hæredes, & ſic quodammodo eſt viſus reputare eos indi. & ſic fiſcus ab eis auferret, ſed ille tex. loquitur, quando teſtator expreſsè reputauit, & dixit hæredem eſſe indignum. Iſtam opin. licèt aliqui tenuerint, ſ. Gul. de Cun. Iac. But. & Rayn. hic. & licèt dicat Io. de Imo. in l. ſi ſeruus eius. ff. de acqui. hære. & in c. 2. ad fi. de teſt. quòd de iure ſit ſuſtentabilis, & eam teneat Do. Chriſtoph. de Caſtil. per aliqua, ad quæ reſpondeas, vt per Do. Alex. hic. Tamen contraria opin. *eſt vera, & communis*, * quòd
a imò quando deportatus inſtituitur hæres mero iure, & penitus eſt incapax, & vt dicit tex. noſter, eſt perinde, acſi nullus eſſet ſcriptus hæres, & ideo venientes ab inteſta. ſuccedunt, & ita tenent Bar. & alij omnes hic, & in l. ſi ſeruus eius. ff. de acquir. hæred. cum concor. de quib. per Dom. Alex. Pro iſta opin. Bar. & Antiquorum facit tex. l. ſi in metallum. ff. de his, quæ ℔ non ſcrip. & l. in metallum. ff. de iur. fiſ. fortificando, vt hic per eũ. Item quia deportatus habetur pro mortuo. l. 1. §. pen. ff. de bono. poſſ. contra tabu. ſed reſpondeo verum quo ad commodum ſuum, ne ſibi acquirat. Ad idem facit iſta. l. in fi. ibi, ſi ſcripti non fuiſſent. nam pro non ſcripta non vadunt ad fiſcũ, ſed ad venientes ab inteſta. l. vnic. §. 1. C. de cadu. tollen. & l. 2. ff. de his, quæ pro non ſcrip. habentur. Sed reſponde, quòd iſte text. intelligitur, quòd habentur pro non ſcrip. quo ad commodũ ſuum, vt non poſſint capere, ſed non quo ad commodum fiſci, vt dicit glo. & hoc modo potes etiam reſpondere ad l. edicto. ff. de bon. poſſ. licèt Dom. Alexand. dicat, quòd ibi ſit optimus tex. nam loquitur de bon. poſſ. effectuali, ad quam ille, cui aquæ, & igni eſt interdictum, qui eſt ſimilis deportato, nõ admittitur, quia non in effectu admittitur, ſed an ad commodũ fiſci, tex. ibi nihil dicit. Secundò & melius reſpondetur, ℙ ibi loquitur in ſucceſſ. ab inteſt. vbi facilius repellitur, quàm ex teſtamento, vt patet in emancipato, qui de iure ciuili ab inteſta. non ſuccedit. §. emancipatos. inſti. de hære. quæ ab inteſt. & tamen ex teſtamento ſic. §. cæteri. inſti. de hære. quali. & differen. l. ſi ex duob. in princ. ff. de bon. poſſ. contra tab. glo. & Bar. in l. illud. §. fi. eod. tit. Sed vltra alleg. communiter per Doc. pro iſta ſententia communi ſtringit tex. incuitabilis in l. nam ſi miles. in prin. ff. de iniuſt. rup. quem alleg. Alex. hic in octauo fundamento, ſed non inducit, vbi dicit text. quòd ſi miles inſtituerit in primo gradu eum, quem poterat inſtituere ſolùm ex priuilegio militis, & ſic deportatum, vt dixi in tex. in quarta fallent. deinde ſecundo loco ſubſtituerit, quem poterat de iure communi, ſi moriatur poſt annum miſſionis, quo tempore ceſsãt priuilegia militis, ſubſtitutus admittit, ergo apparet, quòd inſtitutio deportati eſt penitus, & ipſo iure nulla, quia ſi mero iure valeret, & fiſcus poſſet venire loco deportati, non admitteretur ſubſtitutus. l. ſi ſequens. in prin. ff. ad Syl. l. ex facto. §. Iulius longinus. ff. de vulg. & pup. & non video, quid poſſit reſponderi, niſi dicas, quòd ibi ſpeciale ſit in teſtamento militis, propter hoc, quia ibi à princip. valuit inſtitutio deportati facta per militem, vnde licèt poſt annum miſſionis ceſſet priuilegiũ militis, tamen vt eius volũtas ſeruetur, admittitur ſubſtitutus, & non fiſcus. Tamen ex toto non ſatisfacit. Pro iſta etiam parte communi parum facit tex. in l. neque. §. 1. ff. de teſtam. mili. arguendo à ſpeciali, vt inducit Alexan. nam bene ibi eſt ſpeciale, quod ſi deportatus inſtituitur hæres in teſtamento militis, quòd mero iure ſit capax, & etiam in effectu, quia fiſcus ab eo non poteſt auferre, quod non eſt hic, ſed pro communi opi. facit, quia cùm ſint opi. Docto. in iſto articulo, & iura varia, in dubio iudicandum eſt contra fiſcum. l. non puto. ff. de iure fiſc. no. Matheſi. in no. 71. Raph. Cum. in l. 1. & ibi Alexã. in 1. & 2. colum. ff ſolu. matrimo. ¶ Contra communem ſententiam ex aduerſo fortiter ſtringit. l. ſi deportati ſeruo. ff. de lega. 3. ad quem tex. poſſet vix reſpõderi, & dantur ſex ſolutiones, quas refert Dom. Alexã. hic, & reprobat, & verè nulla eſt, quæ bene procedat. Bar. hic, & ibi reſpondet, & ſequuntur Bald. & Ang. hic, quod concluſio Docto. procedit, quando deportatus eſt immediatè inſtitutus, tũc venientes ab inteſt. ſuccedunt, aliud quando inſtitutus eſt ſeruus deportati, tunc fiſcus admittitur. l. ſi deportati ſeruo. præalleg. & ſi dicis, quando ſeruus inſtituitur, non inſpicimus perſonam ſerui, ſed eius capacitas, & incapacitas pendet ex perſona domini. l. ſi mihi & tibi §. regula. ff. de lega. 1. & l. debitor. §. ſeruo. ff. de leg 2. l. non minus. ff. de hæredib. inſtitu. & l. neque. infra eodem. reſpondet Barto. quòd illa regula procedit, quando perſona domini aliquando eſt capax, aliquando incapax, ſed quando dominus eſt penitus incapax, vt in deportato, tunc ſeruus non poteſt conſiderari ſecũdum qualitatem domini, quæ nulla eſt, vt pulchrè declarat Bald. hic in penul. colum. & iſtam tenet Pau. de Caſt. hic. & potes confirmare optimo ſimili: nam aliquando valet legatum factum ſeruo, ſed ſi fieret eius domino, non valeret: nam ſi alicui legetur res ſua, legatum non valet. l. proprias. cum ſim. infra de leg. & tamen ſi legetur eius ſeruo, valet d. l. debitor. §. ſeruo. ff. de leg. 2. & ibi eſt text. multum not. in materia, quòd ſeruus recipit capacitatem à domino in genere, ſed non in ſpecie, vnde ſi dominus eſt capax in genere, ſed non ad illam ſpeciem, tamen ad eam ſeruus admittitur, & reputatur capax, & iſtud eſt, quod Barto. ibi multum no. Iſtam reprehendunt Fulgoſ. hic, & Ludou. Roman. in d. l. ſi ſeruus eius. ſatis debiliter, præcipuè, quia reſtringat regulam d. l. ſi mihi & tibi. §. regula. & ad eorum fundamenta reſpondet Alex. hic, qui tenet iſtam ſolu. pro minus periculoſa, & aſſignat rationem differentiæ, quòd quando dominus eſt in totum incapax, prout eſt deportatus, tunc quia habetur pro mortuo. l. 1. §. penul. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabu. ideo eius perſona non poteſt conſiderari, ſed quando in totum non eſt incapax, non habetur pro mortuo, ideo eius perſona conſidarari poteſt. Iſta ratio euidenter confunditur, quia deportatus retinet dominium iſtius ſerui. d. l. ſi deportati. Item deportato poteſt acquiri per contractus iuris gentium. l. ſi mandauero tibi. §. is cuius. ff. mand. ergo non poteſt dici, quòd dominus deportatus, ſaltem quo ad ſeruũ, & reſpectu ſerui habeatur ℙ mortuo. Præterea ſi dicimus, ℙ deportatus iſto caſu habetur pro mortuo, tunc eius ſeruus eſſet liber. & hoc eſt falſum, quia ſibi acquireret, aut eſſet fiſci, & hoc etiam eſt falſum, quia non efficitur ſeruus fiſci, niſi poſt mortem deportati. l. deportati. infra de bon. proſcrip. Paul. de Caſt. hic, & prout etiam dicitur ſupra. Do. Alexan. hic. & per d. l. ſi mandauero tibi. §. is cuius. ergo interim eſt deportati. & illud, quòd dicitur, quòd deportatus habetur pro mortuo, d. l. 1. §. pen. procedit quantum ad hoc, vt deportatus ſibi non acquirat, non quantum ad alia, tu autem reprehende ex verbis met Barto. ipſiuſmet Bar. ſolutionem. nam ſi verum eſt, vt dicit Bar. quòd quantum ad ſeruum debet inſpici conditio domini, quando poteſt aliquando eſſe capax, aliquãdo incapax; ego habeo, quòd deportatus eſt huiuſmodi, quia deportatus non eſt ſemper incapax, imò poteſt eſſe capax in fallẽtijs, quas dixi in tex. pręcipuè eſt in teſtamento milita. in teſtamento ad pias cauſas, in relictis alimentorum, ſi ita eſt, ergo ſolutio Bar. ſeipſam confundit, nam ſi verum eſſet, quòd deportatus nullo vnquam caſu poſſet eſſe capax, procederet ſolutio Bar. ſed falſum eſt. Niſi intelligas Barto. loqui, quando dominus eſt in totum incapax in caſibus regularibus, vt eſt deportatus, non ſic in caſibus ſpecialibus, quaſi de caſibus ſpecialib. non curauerit Bar. Item contra Barto. facit text. in l. ſi ſeruus eius. ff. de acquir. hæred. vbi in ſeruo hærede inſtituto conſideratur capacitas ex perſona domini, qui tamen erat in totum incapax. patet, quia poſtea ſubijcitur caſus, quãdo dominus erat incapax in parte. Alias quinque ſolutiones vide & reproba, vt per Domin. Alex. hic. & poſſet in examinibus ſatis defendi gloſ. noſtra per d. l. ſi deportati ſeruo, ſed in iudicando non eſt diſcedendũ à communi. poſſet tamen diſputando defendi ſol. Raph. Fulg. hic, quòd concluſio Docto. hic procedit in hęreditate, & aliud ſit in legato, ita loquitur d. l. ſi deportati ſeruo. & licèt fundamentũ Fulg. non ſit verum, rectè reprobatur per Dom. Alexã. hic, poteſt tamen alia via defendi, nam in hæreditate, vt ipſe dixit, cõſiderantur tertia tempora, & ſi vno tempore erat incapax, inſtitutio erat pro non ſcripta, & irrita. l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hęred inſtitu. vnde quando deportatus inſtituitur, inſtitutio nunquam habuit exiſtentiam, ſed in legato, in quo non conſideratur niſi vnum tempus. ſ. quo cedit. l. interuenit. ff. de leg. præſtan. interim ergo legatum valet. Et licèt tempore, quo cedit tempus legati, ſi legatarius reperiatur non capax, legatum efficiatur quaſi caducum, & vadat ad venientes ab inteſt. l. vnica. §. 1. C. de cadu. tollen. & l. Celſus. ff. de leg. 2. tamen fallit, quando eſt caducum, vel quaſi caducum ratione delicti, vt in deportato, tunc illud quaſi caducum vadit ad fiſcum propter delictum deportati. d. l. ſi deportati ſeruo. tamẽ

nec

ADDITIO.

a ¶ Communis. Adde, quòd hanc ſequitur, & communem dicit Clar. §. teſtamẽtum. q. 22. ver. ſi autem quæris. vbi inter alia inquit, hæreditas autem ipſa nõ applicatur fiſco, neque filius illam aufert à deportato, tanquam ab indigno, ſed perinde ſuccedit ur defuncto per alios inſtitutos, vel alios venien. ab inteſta. acſi deportatus inſtitutus non fuiſſet, & hanc magis communem dicit Alex. conſi. 26. nu. 1. lib. 1. MAYER.

Source : BIU Cujas

nec iſta ſol.tranſit ſine dubitatione,& iurium reſtrictione. Præterea etiam in legatis videtur, quòd non ſolùm attenditur tẽpus cedentis legati,vt dixi,ſed etiam tempus teſtamenti. §. legari.inſti.de lega.¶†Extra gl.quærunt Doc. hic, quid de bãnitis[a] noſtri temporis, & punctus videtur in eo conſiſtere, an æquiparentur deportatis,qui perdunt ciuitatem, & bona, ꝙa non poſſunt habere hęredem.l.2.ĩ.de bon.proſcri.& dicuntur deportati quaſi de ciuitate portati.ſecundum Bar.in l.relegatorum.ff.de interd.& releg.aliàs dicũtur apolides.l.1.§.hi quib.& ibi declarat glo.quare ſic dicantur.de leg.3.an verò æquiparentur relegatis in inſulam, qui retinent bona, & ciuitatem, ſed non poſſunt de inſula recedere, & propterea dicuntur quaſi ibi relegati.l.relegati.& l.ſeq.ff.de ĩterd.& releg. Breuiter aduerte, quòd temporibus noſtris ſunt quidam,qui dicuntur confinati,& iſti ſunt,qui cùm non poſſint exire de loco eis deſtinato,poſſunt æquiparari vel deportatis,vel relegatis, ſecundum quod oſtendet ſententia confinationis, & iſti largo modo, & abuſiuè appellantur etiam banniti, vt videntur intelligere Docto.hic.propriè tamen banniti ſunt exules, ſeu in exiliũ miſſi. l.4.ff.de interd. & releg.ita declarat Bar.in q. p̃.eum diſputata, quæ incip.Statuto ciuitatis Luc.& idem Bar.in trac. ſuo de bãnitis,quicquid dicat Bal.hic.in 1.& 4.qõ. Sed capiendo bannitos largè,quid iuris ſit in eis,communiter tenetur per doctrinã
5 Bar.cum multis coucor.de quibus per D.Alex.hic.¶†Inquantum ergo Bar.& Docto.volunt,quòd bannitus, qui poteſt im
b punè offendi ex forma ſtatuti, non perdit ſucceſſiones[b] illi prouenientes de iure communi,ſed bene perdit municipalia illius ciuitatis,& ſic perdit ſucceſſiones,quæ iure ſtatutario illi deferuntur,quia ſicut hoſtis Romani Imperij,vel bannitus de Romano Imperio,qui habetur pro hoſte Imperij,vt habetur in l.2.C. de deſer. & occul.lib.12. perdit oĩa iura Romani Imperij,vt l.amiſſione.§.qui deficiunt.& ibi Bar.ff.de cap. di. & l. certa forma.& ibi Bar.C.de iur.fiſ.lib.10. non tamen perdit iura gen.vel beneficia iuris gen.ſeu naturalis.l.ſi mandauero tibi. §.is cuius.ff.man.quia ſuperiora ſunt ad ius ciuile,vel Romanorum,ita proportionabiliter iſte particularis hoſtis vnius ciuitatis perdit iura municipalia,& ſingularia illius ciuitatis,non autem perdit iura communia ſuperiora ad ius municipale, vnde ſi ex forma ſtatuti exiſtentib.maſcu.fœm.non ſuccedũt, vel agnati præferuntur cognatis, vel maritus lucratur dotem vxoris præmortuæ,certè qui eſt inde bannitus non poteſt gaudere beneficio talium ſtatutorum, & vltra alleg. per Modern. hic,vide no.per D.Nel.de S.Gemi.in tract.bannitorum in prima parte ſecundi temporis.q.27.& ſeq.Similiter talis bannitus non poteſt teſtari ſecundum formam iuris municipalis, & ſtatuti illius loci,à quo eſt exbannitus,ſed bene poterit teſtari ſecundum formam iuris communis.ſecundum Bar.& alios in l. eius qui.§.1.ff.de teſt.de quo vltimo dic,vt ibi plenius per Imo.
6 & Mod.†Intellige verum & teneas cordi,quando bona illius[c]
c ſucceſſionis ſunt extra territo.à quo eſt bannitus, ſi autẽ eſſent intra illud territorium,non admitteretur etiam de iure communi,quia cùm ſit hoſtis illius ciuitatis, non debet à iudice illius loci audiri,& licèt commune illius ciuitatis non poſſit tollere bannito ius comme, poteſt tamen in ſuo territorio offuſcare,& obumbrare,taliter quòd effectum non ſortiatur.ita limitat Pau.de Caſt.hic,referens ſe ita compluribus conſuluiſſe in ciuitate Flo.& ſecundum eum eſt bene notandum,quia Bar.hunc caſum non tangit.idem ante eum tenet Ray. hic. & Io.de Imo.in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſth.& in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Treb.tenet D.Alex.in conſi.23.inci.oportunè conſideratis.in 6.col.ad fi.& ſeq.in 1.vol.& refert ſe ita cõſuluiſſe apud Mutinam,& ꝙ illi cõſilio ſe plures ſolennes Docto. ſubſcripſerunt. ita verè conſuluit apud Mutinam in alio conſi.75.ꝙ incip.viſis,& diligenter perſpectis.in 5.col. in 1. vol. & in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Treb.& Ludo.hic in 15.colum. Ang.in q.per eum diſputata, quæ incipit, duo adinuicem litigantes.in 9.colum.No.quòd etiam eſt magna limitatio ad do
* ctri. Bar.& communem,quamuis Saly.hic,& D. Alex. ſibi cõtrarius oppoſitum teneant.& Pet.de Anch.& Imo.in c.2.de teſta
7 men.¶†Item inquantum Bar.in fi.ſub dubio fortè tenet, ꝙ cõmune illius loci, ex quo quis bannitus eſt, auferret in effectu ſucceſſionem huic bannito de iure communi delatam tanꝙ ab indigno,& cum eo tenet D.Alex.hic in fi.& pro Bart. bene facit,quia quando bannitus poteſt offendi, poteſt non ſolùm in perſona,ſed etiam in bonis,& quilibet poteſt ab eo auferre bona,ſi inueniret,vt tenet Bar.in l.vt vim.in 1.col.ff.de iuſt. & iur.vbi dixi per gl.ſing.in c.1.§.ſi verò vaſſallus.in gl.fi. de mili. vaſſal.qui contu.eſt.ergo eodem modo commune poterit talia bona hæreditaria ab eo auferre.Nam qui poſſunt in perſona offendi,fortius poſſunt rebus,& bonis ſpoliari.l.nec in ea.§. 3.ff.de adult.& in l.in ſuis.in fi.& ibi Ang.& Mod.no.ff.de libe. & poſth.Contra Bar.tenet Bald.hic in pen.col.in 3.q. quia nemo cenſetur indignus,niſi in caſib.expreſſis in iure. & iſte non eſt de illis niſi probetur.l.ab ea parte.ff.de proba.idẽ tenet Nel. de S.Gem.in trac.bannitorum.in j.par.ſecundi tpis.q.39.ꝙ iſta opi.ꝙ Bar.facit fortis rõ,quæ ſumitur ex fundõ prin.Bar.nã ſicut ab his,qui ſunt hoſtes Imperij Romani, non auferuntur tanꝙ ab indig.bona poſtea acquiſita ex ꝙctu iuris gen.d.l.ſi mã dauero tibi.§.is cuius.ff.man.& d.l.ſi deportati ſeruo.in princ. ff.de lega.3. ita nec à bannitis vnius ciuitatis,qui poſtea adepti ſunt hæreditatem de iure cõi,debet illa ciuitas poſſe auferre, vt ab indignis,quia ſicut ſe habet bannum imperiale ad ius gẽ. ꝙ eſt ſuperius,ita ſe habet bannum particulare ciuitatis ad ius cõe,ſm Bar.& Doc.hic,& in locis ꝙcor.Non obſt. fundm̃ ſ.factum pro Bar.ꝙ ſi ex forma ſtatuti põt impunè offendi in p̃ſona,ergo fortius debet poſſe in bonis derobari, ꝙa rñde, ꝙ ſm iſtud fundm̃ iſtud vnicuiq; priuato liceret impunè facere,& ſic fiſcus non auferret ex capite indignitatis, quia ex capite indignitatis nemo põt venire niſi fiſ.vt eſt gl.in l.his ꝙñr.§. fi. ff.fami.ercif.Scdò rñdet̃,ꝙ licèt talis derobatio, vel rapina trãſeat impunita,non tm̃ p̃pea eſt in ſe licita.longè.n.iſta inter ſe differunt,vtrũ aliquid ſit licitũ,vel fiat impunè,vt hm̃ in d.l. vt vim. ff.de iuſt.& iur.p̃terea hoſtis publicus põt impunè derobari.c. ab illo.14.q.4.l.hoſtes.ff.de captiu.& tm̃ fiſcus nõ aufert ei bona inuito,vt ab indigno.l.2.C.de bon.p̃ſcr.Pro hñda veritate ꝙſidera,ꝙ licèt Bar.ſimp̃r loquat̃,& dicat,ꝙ cõe põt auferre tanquã ab indig.dẽt intelligi,qñ talia bona ſunt intra territoriũ eorum,ꝙa ſi eſſent extra,ꝙfiſcatio talis non admitteret̃,p̃ doctr. Bar.in l.1.ad fi.C.de ſum.Tri.Bar.in l.iuriſperitos.§.cũ oriũdus. p̃ illũ tex.ff.de excuſ.tut.& in l.ſed ſi plures.§.in arrogato. p̃ illũ tex.ff.de vulg.& pup.Can.in c.poſtulaſti.de fo. cõpe. vñ qñ bona ſunt intra territ.põt defendi opi.Bar.aliàs ſecus,p̃ limitationẽ Pau.de Ca.ſ̃.relatã,cũ ꝙcor.ſ̃. proxi. traditis. Iaſ.Piſis.

ADDITIONES.

a ¶Bannitus.Adde gl.inſti.quib.mod.ius pat.po.ſol.in §.relegati. Bar. in l. illicitas.§.qui vniuerſas.de offi.præſi.Bal.in l.1.in 1.q.de hær.inſti.Barto. in l.ſi qua.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iur.

* Et quæ vtilitas ex hoc reſultet,no.idem Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iur. in l.qui amiſiſſe.§.qui deficiunt.de capi.dimin.Rip.in l.ex facto.num.13.ff.ad Treb.quod autem bãnum ſuccedat loco deportationis,no. Guid.Pap.q.423. num.5.ſed dic,vt per D.Oſaſ.deciſ.105. nu. 9. vbi poſt longam diſputationẽ concludit ſtan.eſſe doc.Bar.q. 1.nu.14.& ſeq.quòd huiuſmodi exules ſiue bãniti non omnino æquiparentur deportatis vel relegatis,ſed quandam tertiã ſpeciem conſtituant,& ſic ſecundum quid dici poſſint æquiparari deportatis,& ſecundum quid relegatis reſpectiuè,declarando vt latius per eum. cui. adde Iodoc. in Enchirid. ſimil. iuris. verſiculo bannitus. vbi plura notat. MASVER.

b ¶Succeſſiones.Adde Dynum in l.ſi quæramus.ff.de teſta. Bal. in cap.domino guerram.in titu.hic finitur lex.in vſi.feu.in extrauag.qui ſint rebelles.in ver. rebellandum.

c ¶Bona illius.Adde Bar.in diſp.incip.Lucanæ ciuitatis ſtatuto.

SVMMARIVM.

1 *Reſidui appel.continetur totum.*
2 *Cæterorum appel.continetur totum.*
3 *Dictio amplius,continet totum.*
4 *Dictio plus,continet totum.*
5 *Appel.partis continetur totum.*
6 *Si teſtator habens plures filios eos aqualiter inſtituit hæredes, deinde diſpoſuit,quòd ſi aliquis filiorum meorum moriatur, volo hæreditatem meam diſtribui inter pauperes, ſi vnus ex liberis moriatur, illa dictio hæreditatem, exponitur pro parte hæreditatis, quæ illi filio obuenit.*
7 *Si debitor in centum ſoluat.20.& dicat ſe ſoluere pro reſiduo,& creditor recipiat pro reſiduo,illa dictio,pro reſiduo,probat quod totũ fuerat ſolutum.*
8 *Quando teſtator inſtituit in parte aliquem,qui eſt incapax, & in reſiduo alium,ille habebit totum excluſo fiſco.*
9 *Quando ſpurius ſimpliciter inſtituitur hæres,an erit locus fiſco.*

LEX II.

1 a **PAter tuus.** †No.ex text.ꝙ appellatione reſidui[a] continetur totum.concor.l.quòd ſi Meuius.ff.eod.& ꝙ hic dicitur in verb.reſiduum. habet locum in verb. ſuperfluum.

ADDITIO.

a ¶Reſidui. Adde l.cæterorum.ff.de verb.ſign.& in c.1.de teſta.glo.in c.quamquam. de vſur.lib.6.

Source : BIU Cujas

fluum ſecundum Raph.Cum.in conſi.115.incip.Ant.Benedi-
2 cto fili).†Et idem eſt in dictione cæterorum. l. cæterorum. ff. de verb ſign.ſic etiam in appellatione reliquorum totum continetur,tex.eſt ad literam in l.cũ optio. ff.de opt.leg. & in l.reliquorum.de ver.ſignifi.& in l.2.cum glo.C.ſi propter pub.pẽ. licèt quandoque non omnia,ſed reliqua tantum contineat. l.
3 prædijs.in prin.& ibi gl.ff.de leg.3.†Sic in dictione amplius, totum continetur.l.1.§.hæc verba.& ibi gloſſ. ff.ſi cui pluſquam per l.Falc.Sic etiam in dictione virilis,nam ſi teſtator inſtituat duos hæredes in viriles,licèt ſenſus ſit, ideſt æquales, tamen ſi vnus eorum capere non poſſit,alius totum habebit.l. virilis ap
4 pellatione.ff.de verb.ſign.†Idem in dictione plus,nam ſi ſtatutum dicat, quòd ſi Poteſtas condemnauerit aliquem in plus debito,teneatur ad pœnam quadrupli; certè ſi in totum condemnabit indebitè,habebit locum ſtatutum,ita Bar. in l.ſi ſeruus lega.in princ.per illum text.ff.de leg.1.bon. text. in d.l.1.§
5 hæc verba.†Adde,& fortius, quòd etiam appel. partis totum continetur,vt eſt tex.hic in ver.in reſidua parte.vnde ſi teſtator in teſtamento legat illam partem domus vxori,quam ſecum viuens inhabitare ſolebat;certè ſi totam domum inhabitabat, & nullam partem ſolitus erat locare,tota domus venit in lega to.tex.eſt no.in l.vxori.in princip.& ibi glo.& Barto. ff.de leg. 3.latè Bar.& alij in l.plures.ff.de damno infecto. eodem modo ècontra quãdoque totum ponitur pro parte.l.Titia.& ibi no tat D. Alex.ff.ad l.Falc.l.Lucius Titius.cum gl.in verb.hæredi tatis.ff.de lega.1.& ibi ſing.Bald.inducit ad deciſion.no. quæſt.
6 †Pone,teſtator habens plures filios,eos inſtituit hæredes æqua liter,deinde diſpoſuit, quòd ſi aliquis filiorum meorum moriatur,volo hæreditatem meam diſtribui inter pauperes, certè ſi vnus ex liberis moriatur,illa dictio,hæreditatem, quamuis totam importet,tamen exponitur pro illa parte hæredita tis,quæ illi filio obuenit,& ſequitur Dom.Alexan.in d.l. Titia. dicens,quòd eſt perpetuò tenendum menti, quia ſæpè de fa-
7 cto contingit.¶††Item ad iſtum text.qui vult, quòd appellatio
a ne reſidui, a totum continetur.no.diligenter,quòd ſi aliquis in veritate eſt debitor tuus in centum,& det 20.dicens ſe ſoluere pro reſiduo,& tu accipis pro reſiduo,illa dictio, reſiduo,probat,quòd totum fuerat ſolutum, & ideo creditor debet eſſe cautus,quòd non apponat illud verbum pro reſiduo, quia in totum ſibi præiudicat.tex.eſt in l.ſi ex pluribus,in princ. iuncta gl.in ver.ſoluiſſe.ff.de accep.per quem tex. ita dicunt ibi Ray. Ang.& Imo.& Pau.de Caſt.& Dom.Alex hic.& Bald. & Saly. in l.ſi quidem.in fi.C.de excep.Bal.in l.ab Anaſtaſio.ad finẽ. C. mand.& Dom.Bartho.Veron.in caut.177. & hoc modo habes multa bona ſimilia ad text. ¶ Nunc autem limita iſtum tex.in quantum dicitur,quòd appellatione reſidui totum continetur,iſtud eſt verum,quando poteſt continere, ſed quando nihil ſupereſt,nil continet,& ideo ſi teſtator inſtituerit aliquẽ in aſſe,vel in omnibus.12.vncijs hæreditatis, & alium inſtitueret in reſiduo,ille nihil habebit. l. item quòd Sabinus. §. ſed ſi aſſe expleto.& l.qui non militabat.cum duab.ll.ſequen.ff.eod. ¶Secundo limita regulam huius tex. quòd appellatione reſidui totum contineatur,vt procedat, quando ſumus in materia fauorabili,& cuius effectus pendeat à futuro, & vbi poſſet contingere abſurdum,quòd teſtator decederet pro parte inteſtatus,& pro parte teſtatus. in iſtis terminis procedit regula huius tex.circa quòd vltimũ dic,vt ſtatim dicam. ſecus quando eſſemus in materia,in qua debet fieri ſtricta interpretatio, & ſic extra materiam fauorabilem, in qua fit larga interpretatio,tunc aliàs ſecus eſt;vnde ſi debitor de 30. dedit duos fideiuſſor. vnus promittit.10.alius reſiduum, certè ſi primus fideiuſſor non poteſt ſoluere,ſecundus fideiuſſor non tenebitur ad tota.30 ſed ſolùm ad 20. eo quia quando obligatio fideiuſſorum eſt à princip.inter eos diuiſa,certè factum vnius non præiudicat alij l.inter fideiuſſores.cum gloſſ. fina. & l. inter eos. in princip.ff.de fideiuſſo.Ita limitat Guliel.de Cun.hic,quem refert,& ſequitur Domin.Alexan.hic.& Bald.in l.fina.§.1.in 3.colum.C.de vſur.rei iudic.¶Tertiò limita ex eo,quod not. decidit Pau.de Caſt.in l.cùm ſtipulamur.per illum tex.ff.de verborum obliga.vbi refert,quòd aliàs conſuluit in tali caſu. Teſta-
b tor b iuſſit ſolui omnia debita de pecunijs, quas habebat in monte Flo.poſteà dixit,quòd illud,quòd reſtaret de dicta pecunia ſolutis debitis,relinquebat cuidam hoſpitali, tempore teſtamenti ſolutis debitis reſtabant mille, poſtea teſtator ſuperuixit per multos annos,& multas alias pecunias in monte acquiſiuit, ita quòd ſolutis debitis reſtabant tria milia, certè nõ obſtan.verbo reſtaret,quod ad totum poteſt referri,vt hic, fuit iudicatum,quòd hoſpitali deberentur ſolùm mille, cùm in illis potuerit tunc operari dicta diſpoſitio tempore teſtamenti,ſecus ſi tempore teſtamenti nihil reſtaſſet per l. ſi debitor.§.veriſimile.ff.de contrahen.emptio.Item ſecus ſi dixiſſet, ꝙ reſtiterit,per l.ſolemus cum ibi not.ff.de condit. & demon
c ita Pau.de Caſt.in d.l.cùm ſtipulamur. c ¶Secundo princ. aduertendum eſt pro intellectu huius text. quæ ſit ratio huius tex.dicunt Bald.& Pau.de Caſtr.ꝙ ratio huius l.eſt,ne contingat,ꝙ teſtator decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.contra l.ius noſtrum. ff.de regu.iur. Sed certè hæc non fuit ratio,vt patet ex hoc text. in fine.nam reſidui &c. & patet clarius ex l.cæterorum.ff.de verborum ſignific.alleg.in gloſſ. quæ loquitur in legatarijs,& ibi dicitur,ꝙ cæterorum, vel reliquorum appellatione totum continetur, & tamen ibi non procedit dicta ratio,ne decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſta.vt dixi in l.vnica.ſupra quando non pet.par. dic ergo,ꝙ dubitatio huius l. erat, quia erat inſtitutus ex reſiduo pro parte, quàm alter capere non poſſet,& ſic cùm eſſet inſtitutus in parte,& non in toto,& alius nihil poſſet capere, videbatur, ꝙ ad totum non poſſet admitti.contrarium hic deciditur,quia cõmemoratio reſidui totum admittit, ex quo ſumus in materia fauorabili,vt ſupra dixi.Item poterat eſſe dubitatio,quia cùm eſſet in parte inſtitutus incapax,vt dicit tex.videbatur,ꝙ fieret locus fiſco,qui cùm excludat ſubſtitutum.l. ex facto. §. Iulianus Longius.ff.de vulga.& pupill.fortius debet excludere cohæredem inſtitutum in reſidua parte,contrarium deciditur in hoc text.qui loquitur in penitus incapace,puta vt gloſ.exemplificat in nato ex nepharia coitu.Authen.ex complexu. C.de inceſt.& inuti. nup.vñ non poteſt fiſcus venire,ſed venit cohæ
8 res,ſeu ſubſtitutus in totum,vt hoc text.¶††Tertiò princip.no. ex hac l. ꝙ quando teſtator inſtituit in parte aliquem, qui eſt incapax, & in reſiduo alium, ille totum habet excluſo fiſco. Quod Barto.hic dicit eſſe vtile, quando quis vult inſtituere filium ſpurium,vel inceſtuoſum, & vult, ꝙ ſi fiſcus non poſſit ab eo auferre,debet ſeruare formam huius l.Et debet dare cohæredem,de quo confidat,vt latè per Barto.in l.Gallus.§. ꝙ ſi is.ff.de liber.& poſthum.& in conſi.118.quod incip. Oducius. & ſequuntur Bald.& alij hic,tu pondera Barto.& Doc.in hoc
9 ſentire,†ꝙ quando ſpurius ſimpliciter inſtituitur hæres, quod locus ſit fiſco,quaſi ſpurius reputetur indignus.ergo fiſcus debet auferre.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de in officio.teſtamen. & l.cùm tabulis.§.fina.ff.de his quib.vt indig.veritas eſt in contrarium, ſecundum Angel.hic, quia ſpurius eſt penitus incapax,ideo inſtitutio eſt pro non ſcripta. §.fina.in Authen. quib. mod.na.effic.legi. & §.fina.in Authen.quibus mod.na. eſſi.ſui. ergo ex quo inſtitutus eſt penitus incapax, non admittitur fiſcus.l.1.C.de ſecun.nupt.& ita in ſpecie tenet Barto.in l.fina.ff. de his quib.vt indig.Bald.& Doctor.in l.hæreditas. infra de his quib. vt indig. ideo cautela Barto. & Doctor. eſt bona ad excludendum venientes ab inteſta. potius quàm fiſcum. aliam cautelam ponit Angel.hic,ſed periculoſam, circa quam vide Domin.Alexan.hic,cum concord.de quibus per eum. aliam nouam cautelã ponit Pau.de Caſt. in l. non minus. §. 1.per illum text.ff.eodem.nec alibi legi.aliam tradit Barto. in l. 3. §. 1. ff.de liber.& poſthu.aliam Bar.in l.ſi is qui duos. per illum text. ff.de lib.leg.alios pluresque modos ponit Bar.in l.fina. ff.de his quib.vt indig.ſed vide D.Bartho.Veron.in cau.44. vbi ex omnium ſcriptis recolligit 12.modos,ſeu 12.cautelas,& quaſi omnes reprobat,vna excepta.

ADDITIONES.

a ¶Reſidui. Adde Fely.in c.ſi cautio.col.antepen.de fide inſtru. Alex.conſi.26. lib.4.Doc.in l.ſi ex plurib.ver.reliquum.ff.de ſol.Rom. ſing. 706. eundẽ Iaſ. in l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.de leg.1.& conſi.9.lib.1. MASVER.

b ¶Teſtator. Adde eundem Iaſ. in l. cùm ſtipulamur. nume. 3. ff. de verborum oblig.

c ¶Stipulamur.Adde quartam limitationem Bald.in l.fina.§.1.colum.pen.infra de excep.rei iudi.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtator inſtituat ſeruum hæred.quem credebat liberũ, talis error nõ vitiat teſta.idem etiam eſt,ſi inſtituat monachum incedentem in habitu ſeculari,cùm eum crederet eſſe ſecularem.nu.2.*

3 *Conditio negatiua, quæ ponitur in ſubſti. vulga. ideſt ſi hæres non erit, exponitur,ideſt ſi noluerit,vel non potuerit,quæ vltima expoſitio intelligitur,ſcilicet quomodocunque,& qualitercunque.nu. 4.fallit tamen,vt infra nu.8.*

5 *Subſtitutio exemplaris concepta in vnum caſum furoris, habet locum in alio caſu furoris.*

6 *Tacita vulgaris contenta ſub expreſſa pup.non tollit ſuitatem.*

7 *De materia vulg.ſubſti.notabilis caſus.nu.8.& 9.*

10 *Subſtitutio facta,ſi filius non eſſet in rerum natura,trahitur ad alium caſum,quando filius non eſſet in rerum natura,& pup. ætate.*

Subſti.

Source : BIU Cujas

11 *Subſti.vulg.facta ſub conditione, ſi hæres non erit, prolata à teſtatore non errante,intelligitur ſiue ipſe hæres inſtitutus non erit, ſiue alium non fecerit.*

12 *Si ſit inſtitutus filiusfa.& ſibi datus ſubſti.vulg. ſi pater acceptet,excluditur ſubſtitutus.*

13 *De iure fforum. & C.filiusfa.inſtitutus debebat iuſſu patris hæreditatem adire,& tunc adeundo,vel agnoſcendo quærebat patri.*

14 *Si filiusfam.ſit inſtitutus hæres in parte hæred. & in alia habet coheredem,ſi repudiat,cohæresqui venit per ius atcreſcendi,excludit patrem.*

15 *Diſpoſitio correctoria iuris communis non extenditur ex identitate rationis.*

16 *Pater,& filius cenſetur eadem perſona.*

17 *Quicquid acquirit filius,ſtatim acquirit patri,ſed non ècontra.*

18 *Si aliquis ſit inſtitutus hæres,& ſi hæres non erit datus ſit ei vulg. ſubſti.ſi hæres inſtitutus moriatur intra annum datum ad deliberandū, tranſmittet hære.non aditam beneficio iuris deliber.& ille in quem fit tranſmiſſio,excludet ſubſtitutum.*

19 *Hæreditas non adita,non tranſmittitur.*

20 *Si ſeruus ſit inſtitutus hæres,ita demum acquiritur hære.domino,ſi talis ſeruus adeat,aliter non.*

21 *An diſpoſitio.l.fi.C.de bon.quæ lib.habeat locum in monacho.*

22 *Si teſtator inſtituat hæredem illum,qui verè eſt ſeruus,ſed credat eſſe liberum,& ſi hæres non erit,dedit ſibi ſubſtitutum,quòd in caſu dubio quando non apparet,quæ fuerit voluntas teſta.debet hæreditas diuidi in quatuor partes.*

23 *An valeat inſtitutio, quando teſtator inſtituit aliquem,quem credebat eſſe ſeruum,& verè erat ſui iuris,& ſi hæres non erit,dedit ſubſtitutum.*

24 *Quotieſcunque teſtator inſtituit ſeruum,præſumitur inſtituiſſe domini contemplatione,& non ſerui.*

LEX III.

CVm proponas. Iſta eſt ſolennis lex. h. d. Si teſtator inſtituit ſeruum communem exiſtimans proprium libertum, & ei alium vulgariter ſubſtituit, ex teſtatoris voluntate ſubſtitutus in totū admittitur,vel in totum repellitur.hoc dicit,& diuide iſtam.l.in 4. partes,vt p Bal. hic,qui etiam figurat caſum in hac l.Item aduerte; quòd iſta l.in deciſio.ponit duos caſus claros pendentes in facto à volūtate teſtatoris: nam ſi conſtat,ꝙ voluntas teſtatoris fuit, quòd eo caſu,quo ſeruus,quem credebat libertum, non poſſet ipſe eſſe hæres, noluit ꝙ ex eius perſona alius admitteretur, tunc locus eſt ſubſtituto,ſi autem voluntas teſta.fuit, ſecundum ꝙ ius diſponit de ſeruo.ſ.ꝙ ſiue ipſe per ſe, ſiue per alium faciat hæredem,ꝙ ſubſtitutus excludatur ſeruo adeunte, erit ſubſtitutus excluſus,iſti duo caſus loquuntur,quādo conſtat de voluntate teſtatoris.Quid autem in dubio, quando non conſtat, qualis fuerit volun.teſta.tex.omiſit hunc caſum,ſed eius deciſ. habes in l.ſi paterfam.cum l.ſeq.ff.eo.& in §.fin.inſti. de vulga.

3 ſubſti. ¶ †Not.ꝙ ſi teſtator inſtituat hæredem aliquem ſeruū, quem credebat liberum , ꝙ talis error non vitiat inſtitutionē. ¶Sed tunc oppo.contra d.l.ſi paterfam.& l.nec apud.ſ.eod.& l.neque profeſſio.ſ.de teſt.quib.iurib.dicitur,quòd ſi aliquis inſtituit aliquem hæredem tanquam filium ſuum,cùm non ſit, ꝙ talis error vitiat inſtitutionem , & ſic error circa qualitatem inſtituti vitiat inſtitutionem,ergo eodem modo debet hic vitiare.Reſpon.ſecundum Cy.hic in 3.opp.Bal.in 3.col.Saly. in pen.Fulg.& Pau.de Caſt.hic,ꝙ contraria loquuntur , quando teſtator errauit circa qualitatem ſanguinis , vel filiationis , eo quia præſumitur , quòd filiatio fuit cauſa finalis inſtitutionis, ergo ſi erretur,error in cauſa fin. vitiat inſtitutionem , ſed hic non erratur circa qualitatem ſanguinis, per quam hæres inſtitutus coniungatur teſtatori , ſed erratur in alia qualitate. ſ. an ſit liber , vel ſeruus , & iſta non præſumitur fuiſſe cauſa fin. &

2 ideo non vitiat,†& per hoc infert Pau. de Caſt. hic in 3.col.ꝙ ſi aliquis in veritate ſit monachus alicuius monaſterij , ſed extra monaſterium incedat in habitu ſeculari , & teſtator inſtituat eum hæredem,credens eum laicum , cùm in veritate ſit monachus,iſte error non impedit inſtitutionem, imò valebit, & acquirit monaſterio,& idem tenet Pau.de Caſtr. in l. cùm aliquis in 1.colum.per illum tex.ſ.de iure delibe.Iſta ſolu. non plenè ſatisfacere prima fronte videtur , quia videtur, ꝙ etiam in hoc text. teſtator inſtituerit Iulianum , eo quia credebat libertum,& iſta potuit eſſe cauſa fin. quia ſi credidiſſet ſeruum fratris,non inſtituiſſet , eo quia fratrem non videtur dilexiſſe, cùm eum in aliquo nec inſtituerit,nec ſubſtituerit. Cogita.Itē adde,ꝙ iſtam opp.originaliter format gl.in l.eam quam. in gl. fi.circa fi.C.de fideicom.& ibi Bar.in pe.col.& alij reſpondent, vt ſupra,ꝙ ſi ſit error in coniunctione perſonæ , talis error vitiat inſtitutionem,vt ibi eſt tex.& in alijs iurib.ſ.alleg. aut erratur in alia qualitate,videlicet an ſit ſeruus, vel non, & talis error non vitiat inſtitutionem,vt hac l.Ratio quia inter tales er-

3 rores magna eſt differentia.l.iuſto.in prin.ff.de vſucap. ¶ †Secundò no.ex tex.ibi,noluerit,vel non potuerit.ſecundū Bar.& Bal.& alios hic,ꝙ conditio negatiua, quæ apponitur in ſubſtitutione vulg.cùm dicitur,ſi hæres non erit, talis ſubſtitutio habet duas expoſitiones.f.ſi hæres non erit.i.ſi noluerit , vel non

* potuerit,ita ad hoc no.iſtum tex.Bar.& *alij communiter.* & Bar. in l.1.in prin.in 2.q.prin.ff.de vulg.& pup.& in l.4.§.fi. ff.de lib. & poſth.& alibi ſæpè.tamen iſte tex.parum facit,eo quia teſtator expreſſerat ambos iſtos duos caſus in ſubſtitutione, vt patet in tex.ibi,his verbis.ſecundum Fulg.& Pau.de Caſt.hic, &

4 ideo iſtud no.melius probatur in l.ſi paterfam.ff.eod. ¶†Item adde,ꝙ in ſubſtitutio. vulg.ille caſus impotentię, ſi hæres eſſe non poterit,intelligitur quomodocunque, & qualitercunque non poſſit eſſe hæres,ſemper admittitur ſubſtitutus , ſiue hoc contingat incapacitate hæredis , ſiue errore teſtatoris, vt hoc tex.ſiue contingat,quia teſtamentum ſit nullum à primo gradu inſtitutionis,vt quia ab eo filius in poteſtate ſit pręteritus, tex.habes,& exemplum in l.3.§.fi.ff.de lib.& poſthu. ſiue iſtud contingat occaſione naturæ,vt quia teſtator inſtituat poſthumum,qui nondum ſit natus,& non naſcatur, vel natus moritur.l.ſed & ſi in conditione.ff.eo.l.fi.vbi tex.bon.ſ.de inſtitu. & ſubſti.ita Bar.hic declarat,& plenius Bal.in 1.col. & primo no. & adhuc plenius in vlti.col.ver.vltimo ſcias.Bar.in l.3.§. fi. per illum tex.ff.de libe.& poſthum.imò plus, ſubſti. vulg. facta in vnum caſum expreſsè etiam comprehendit alium caſum , & generaliter omnes,qui poſſunt adaptari,eo quia in ſubſtitutionibus directis larga interpretatio,& extenſio fieri debet.gl. eſt ordi.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.& ibi Bar.& alij.ff.de liber. & poſthum.per quam gl.ita dicit Bal.hic in vlt.col. & ſequuntur Pau.de Caſt.& D.Alex.hic,& facit l.fi.ſ.tit.1.& Bart.in l.1. in prin.in 2.q.prin.ff.de vulg.& pup.Ang.& Imo.in l. fi.in prin. ff.de vulg.& pup.& in l.ſi paterfa.ff.de hære. inſti. & omnes in

5 l.ſi mater.§.1.ff.de vulg.& pup.†Similiter tenet Bal. in l. humanitatis.ſ.de impub.& ali.ſubſti. ꝙ ſubſtitutio exemplaria concepta in vnum caſum furoris,habet locum in alio caſu furoris per d.§.& quid ſi tantum.dicit tamen ſing. Bal. hic in 2.col. in fi.ꝙ ſi fiat ſubſtitutio vulg.in caſum impotentiæ , quo caſu tacitè intelligitur,ſi noluerit,certè iſte caſus tacitus non impedit tranſmiſſionem ex potentia ſuitatis,ſicut ius accreſcen.eſt ſimiliter caſus tacitus,qui non impedit tranſmiſſionem.l ſi fratris.ſ.de iu.delib.& dicit Bal. ꝙ iſta verba ſunt ſubtilia , & bona,ſequitur Imo.in l.ſi paterfam.& in l.iam dubitari.ff.eodem. Alex.in l.ſi filius hæres.in 13.col.ff.de lib.& poſthu.licèt in contrarium videatur facere tex. in d. l. iam dubitari. quia cùm ſit in poteſtate filij,an ſit,vel non ſit hæres,ſiue expreſsè ſiue tacitè,videtur de neceſſario fieri voluntarius , & ſic videtur tolli ſuitas,ſecundum Fran.de Are.hic,qui tñ dicit,ꝙ dictū Bald.ſit

6 tenendum menti.Puto,ꝙ dictū Bal.ſit verū,†quia licèt per dationem vulg.ſubſtituti tollatur ſuitas.l. ſi filius, qui patri. cū ſi. ff.de vulg.& pup.tamen tacita vulg. contenta ſub expreſſa pupil.non tollit ſuitatem.l.filius qui ſe paterna.& l. ſi pupillus. ff. de acq.hær.no.Bar.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib. & poſthum.imò fortius tenet ſing.Ang.in l.Papinianus. §.quarta autem.in vlt.col.ff.de inoff.teſt. ꝙ vulg. contenta ſub breuiloqua,vel compendioſa non facit ceſſare exiſtentiam ſuitatis,qa licèt dicatur verbis generalib.expreſſa,non tamen ſpecialib. & ſpecificis,& quia continetur fauore teſtatoris, ergo non eſt cō tra eum retorquendum,de cuius veritate vide Raph. Cum.& Pau.de Caſt.in d.l.ſi filius hæres,& ibi Alex.in vlt.colu. vbi idē conſuluit in compendioſa apud Burgū.S.Sepulchri,ſed in breuiloqua tenet contrarium,& idem Alex.in l.Lucius.in 6.colu. ff.de vulgar.& pup.& no.multum iſtam extenſionem pp qō-

7 nes,quas ſtatim dicam.¶†Iſtam regulam,& iſtud notabile ſic extenſum limita non procedete,qñ ſubſtitutio vulg. eſſet expreſsè facta in vnum caſum,puta ſi hæres eſſe noluerit , & eſſet inſtitutus aliquis veriſimiliter dilectus teſtatori, puta aliqs ex deſcendentibus , vel frater ipſius teſtatoris,& ſubſtitutus ſit vnus extraneus,certè iſto caſu ſubſtitutio facta in illū caſum, ſi hæres eſſe noluerit,non comprehendit alios caſus, puta impotentiæ,quia ſi diceremus comprehendi, reſultaret abſurdū, ꝙ perſona extranea , & minus dilecta teſtatori præferretur. de hoc eſt gl.no.in l.ſi mater §.1.in gl.mag.ad fi.iuncto tex. quam ibi ſic pōderat Bar.ff.de vulg.& pup.ſequitur ſimpliciter Alex. hic.Sed aduerte,quia iſta non vī fuiſſe rō tex.in d.l.ſi mater.§. 1.cū gl.ſed rō eſt,quia teſtator voluit, ꝙ ita demum ſubſtitutus admitteretur,ſi ēt primus non eſſet hæres, nam per additionem primi expirant oēs gradus ſubſtitutionum. l. cū in teſtō.

ff.eo.

Source : BIU Cujas

ff.eo.& ita intellexit Bar.in l.1.in prin.in 5.q.prin.ff.de vulgar.& pup.& Bar.in d.l.ſi mater,§.1.in ſuo ſummario. tamen tenendo iſtam limitationem,pro ea adde, q̄ alibi idem confirmando dixit ſing. Pet.de Anch.in conſi.;56. q̄ incip. ex ſerie teſtamenti,q̄ ſubſtitutio vulg. facta à teſtatore in aliquem caſum non comprehendit alios,vbicunque tractatur de excludendo perſonam magis dilectam teſtatori,quàm ſit ipſe ſubſtitutus, per tex.in l.ſi.ad ſi.C.de inſti.& ſubſti.qui bene probat.vbi ſubſtitutio vulg.facta in vnum caſum, ſi poſthumus non erit hæres,non comprehendit alium caſum,q̄ mater adeſt,quia veriſimiliter magis dilecta,ſed ſi mater non ſuperſit,comprehendit alium. Pro iſta limitatione etiam facit limitatio alia,quam ſtatim dicam.ꝛ.in ſeq.no.¶Secundò limita prędictam regulā, vt procedat,quando ſubſti.vulg.concepta in vnum caſum eſt facta in hæreditate, tunc comprehendit alios caſus,acſi eſſent expreſſi.ſecus eſt autem,q̄ ſubſtitutio vulg.eſt facta in aliquo legato,vel fideic.particulari,tunc non habet niſi vnam expoſitionem expreſſam à teſtatore,& tunc facta in vnū caſum non comprehendit alios caſus.tex.eſt de hoc ſing.in l.pater Seueri nam.in prin.ſm Ray.ibi.ff.de condi.& demon.& dicit Pau.de Caſtr.ibi in lec. Paduana, q̄ vidit in ciuitate Papiæ fieri de illo tex.magnam verecundiam vni lectori.nam D. Phil. qui prius legerat in ciuitate Papiæ,poſtea legerat Paduæ, vltimò reuerſus Papiam,quia erat Doc.aliorū Doc.fecit quodlibetū in materia ſubſtitutionum,& Bal. cōcurrens eius interrogauit eum, vbi eſſet caſus,q̄ ſubſti.vulg.facta in aliquo legato in vno caſu expreſſo non comprehenderet alios caſus,& non haberet aliā expoſitionem,& refert,q̄ obmutuit.& Bal.aperuit Infortiatū, & legit ſibi illum tex.& hoc modo remanſit confuſus cū magna verecundia,& pro illa dŕia,q̄ aliud ſit in hæreditate, aliud in legatis,facit ſimilis differentia,quia teſtator non præſumitur ſe incontinenti corrigere quantum ad inſtitutionem.l. non ad ea.ff.de condi.& demon.ſecus in legatis.dicit gl.no.in l. ſi te ſolum.& l.ſi quis inſtituatur.ff. eo. tñ quia non poſſet reddi congrua rō diuerſitatis,ideo iſta differentia inter hæreditatem, & legata *communiter reprehenditur*, & tenet̄,quòd ſubſtitutio vulg. facta in hęredita te comprehendit alios caſus. Idem in legato. l.vt hæredib.ff.de leg.2.ſecundum Bar.& alios Mod.in d.l. pater Seuerinam.in prin.& Bar.in d.l.Gallus.in §. & quid ſi tantū. & ipſemet Bal.hic multum no. & Imo. in l. ex facto. prima.ff. eod.Vnde dic melius ad illum text. vt dicam nunc in ſeq. fal. ¶Tertio ergo limita prędictam regulam procedere in ſubſtitutione,ſiue hæreditatis,ſiue legati, ſecus autem vbi non eſſet ſubſtitutio, ſed translatio legati facta vni in aliam perſonam in pœnam huius, q̄ non vult parere conditioni adiectæ, vt quia teſtator ordinat,q̄ ſi filia nolit nubere Elio, quòd legatū ſibi factum auferatur ei,& transferatur in Elium, iſto caſu nō comprehenderet alium caſum,q̄ non poteſt nubere,ꝙa mortua ſit ante pubertatem,& duplex ratio eſt, quia cùm talis trā ſlatio fiat in pœnam,certè in pœnalib.debet liquidiſſimè conſtare.l.in teſtō prima.ff.de ꝺdi. & demon. quæ eſt ſing.ad hoc, ſm Bal.in c.1.qualiter dñs prop.in vſi.feu.ponit D.Alex. in l.ſi in nomine.ſ.de teſt.Secunda rō,quia vbi non eſt delictum, ibi non eſt pœna.l.aliud eſt fraus.ff.de verb. ſig. & in iſtis terminis propriè loquitur.tex.ſing.in d.l.pater Seuerinā.ſm Bar.& alios Mod.ibi.& in d.l.1.in prin.in 2.q.ff.de vulg.& pup.& not. Bald. hic in vlt.col.& Imo.in d.l.ex facto.prima.ff.eod.¶Quartò ſingulariter limita, [a] & hoc attende, dictam regulam non procedere,q̄ ſubſt. vulg.eſt concepta expreſsè ſub vna conditione, nam non includit ſibi ꝺriam conditionem, q̄uis vterq; caſus pertineret aliàs ad ſubſti.vulg.ſimpliciter factam,eo quia ſubſtitutus in defectum alicuius conditionis,non cenſetur inuitatus in caſu ęcontrario,in quo extet talis conditio,quamuis purificetur poſt mortem hæredis,& ſic habeatur,perinde acſi nō extitiſſet,puta teſtator inſtituit aliquem purè in media parte hæreditatis,in alia media parte ſubſtituit eundem ſub conditione,ſi Imperator venerit in Italiam,& ſi non venerit, ſubſtituit Caium,iſte hæres mortuo teſtatore adiuit partem hæreditatis,in qua erat purè inſtitutus, deinde mortuus eſt antequā purificaretur conditio ea pendente, quo caſu q̄ hæres moriť pendente conditione,non tranſmittit,ſed eſt perinde acſi deficiſſet.l vnic.§ ſinautem ſub conditione.C.de cadu.tollē.pone, q̄ poſt mortem hæredis euenerit cōditio, quia Imperator venit in Italiam.certè hæres hęredis ex iure accreſcendi totā hæreditatem obtinebit,& ſubſtitutus excludetur,quia licèt paria ſint non purificari conditionem, vel purificari mortuo hærede,tamen quia ſubſtitutus erat ſubſtitutus in caſum deficiētis conditionis,non admittitur in caſu iſto,in quo conditio adueniat,dato q̄ perinde ſit acſi defeciſſet,text.eſt in l. qui ex duab. in prin.ſm primum intellec.gl.ibi ff.de acq.hær.& ibi Bal. Ang. & Mod.ad hoc no.& ponderant pro limitatione regulæ, ſ.tra ditæ.& dicit ibi Imo.quòd ille tex.ad hoc eſt valde ſing. pro limitatione,de qua ſ.& ſequitur ſimpliciter Dom.Alex.in l.1.in prin.in 8.col.ff.de vulg.& pup. ꝺrium tenet Barto.in d.l.qui ex duab.per tex.in l.liber homo.§.Titius.prima.ff.de hære.inſtitu. ſed reſponderi poteſt,ſm Mode.q̄ ille tex.loquitur in iure accreſcendi, quòd ſemper habet locum qualitercunq; pars vacet,per regulam.l.1.& 2.ff.de acq.hær.ſed non ſic in ſubſtitutione,per ſ.dicta.In hoc ego puto,q̄ iſta limitatio ſit falſa, ꝙa vt ex prædictis patet,ſi ſubſti.vulg. ſit concepta ſub vna conditione,dato q̄ eueniat contraria conditio,dummodo ſit eiuſdem effectus ad excluſionem hæredis, ſubſtitutus admittitur,ēt q̄uis ſit ſubſtitutus in vnum caſum,tex.eſt in l.ſi.C.de inſtitut.& ſubſti.vbi habes exemplum,& quia in ſubſti.vulgar.debet fieri largiſſima interpretatio ad oēm caſum,vt ſupra dixi,† & propterea dicit Raph.Fulg.in d.l.ſi.in 2.col. q̄ habuit conſulere in pulchra qōne. Teſtator nullos liberos habens, inſtituit fratrē hæredem vniuerſalem,& ſi contingat fratrem præmori viuo teſtatore,ſubſtituit vulgariter,& per fideicō.hoſpitale magnū, quòd voluit in caſu iſto eſſe hæredem vniuerſalem,euenit qđ mortuus eſt teſtator adhuc viuo fratre, ſed quia frater erat in longinquis partib.& ignorabat teſtū fratris præmortui, mortuus eſt ipſe non adita hæreditate, ecce eſt qō inter filios fratris mortui,& hoſpitale,nam filij dicebant, quòd hoſpitale nō poterat ſuccedere,eo quia fideicō.factum erat in caſu, in quo frater inſtitutus hæres præmoreretur viuo teſtatore,quia ergo non eſt præmortuus,imò vixit poſt mortem,defecit conditio hoſpitalis,ergo debet excludi,ꝺrium dixit Fulg.ſe conſuluiſſe, quia illa ſubſti.vulg.facta de hoſpitali licèt expreſsè eſſet concepta in vnum caſum,ſi frater moriatur viuo teſtatore,tñ continet ēt caſum ꝺrium,q̄ ſuperuixit poſt teſtatorem, ſed mortuus eſt nondum adita hæred.quia licèt iſte ſit ꝺrius caſus, tñ iſte ſpectat ad vulg.ſubſti.ſicut præcedens,& dicit Fulgo.q̄ eſt bene notanda illa deciſ. quia in ſimilib. frequentiſſimus caſus tota die poteſt contingere.¶†Confirmo per aliam ſimilē deciſio.Pone,teſtator inſtituit filios hæredes, & eis ſubſtituit Titiū fratrem teſtatoris,& ſi contingat Titium præmori viuo teſtatore,ſubſtituit filijs ſuis Caiū, pone, q̄ Titius viuat poſt mortē teſtatoris,ſed poſteà moriatur repudiata ſubſtitutione, vel aliter non eueniente.Certè Caius ſecūdo loco ſubſtitutus', admittetur, quia licèt ſecunda ſubſtitutio ſit concepta in caſum conditionis,ſi contingeret Titium mori ante mortem teſtatoris,tñ comprehendit ēt caſum ꝺrium,q̄ ēt moritur poſt. ſ.repudiata conditione,vel aliter non eueniente caſu,quia ambo caſus ſunt de ſubſti.vulg.Ita no.determinat Imo. in commento.c.Ray.in materia vulg.ſubſtit.de teſt.ſequitur Alex. in l.1.in prin.in 8.col.ff.de vulg.& pup.vbi reprehendit Angel.qui ꝺriū tenebat in d.l.1.§.1.& in l.pater filium.§.1.ff.de vulga. & pupil. ¶††Confirmo,& tertio per id,quod tenet Lud.Rom. [b] in ꝺſi. 56.inci.in caſu propoſito, vbi conſuluit, q̄ ſubſtitutio facta,ſi filius non eſſet in rerum natura, trahitur ad alium caſum, q̄ filius eſſet in rerum natura,& in pnpillari æta. decederet. Mouetur per tex.in d.§.& quid ſi tñ.in arg.alleg.ēt gl.no.in l.q̄ habebat.in verbo pubes.ff.de vulg.& pup. quam ibi à ꝺrio ſenſu ad hoc ponderat Imo.ad idem facit,quod vult Bar.in l.quandiu inſtitutus.ff.de acq.hær. cum quo ibi tranſeunt Ang.& Mod.cum concord.ibi ſignatis.¶ Contra tñ prædictam deciſio. Raph.Fulg.& ſeq.tenet no.Bal.in l.ſi mater.§.1.ff.de vulg.& pupil.per glo.ibi,vbi concludit,q̄ vulg.ſubſti. limitata ſub ꝺditione,ſi filius viuo patre moriatur, oīno expirat, ſi filius ſuperuiuat poſt patrem.mouetur ēt Bal.quia ſubſt.vulg.facta ſub vna conditione non concipit aliam conditionem.Sed iſta ſecunda rō eſt nimium generalis,& non vera,quia ꝺ.l.ſi.vbi Bar. no.C. de inſti.& ſubſti.& l.ſi.& ibi Bar.C.de poſthu.hær.inſti.Sed pro Bar.magis faceret,q̄ licèt ſubſtitutio facta vno caſu extendat̄ ad alium,vt ſuperius dixi, tamen ſubſtitutio facta vno tpe, nō extendit̄ ad aliud tp̄s.l.ſi ita quis.ff.de vulg.& pup. Sed reſpondę,q̄ ibi loquitur,quando tempus eſt certum, quia vt ibi dicit Bar.reſtringendo ſi teſtator adijciat tempus certum,vī poſt tē pus prohibere.l.Imperator.ff.de poſtul.& pro iſtis omnib. deciſionib.ego addo aliam rōnem,qui ſubſtituit in vnū caſum,ſi fuiſſet interrogatus,veriſimiliter ſubſtituiſſet in alio,ergo habetur perinde ac ſi illud ſtatuiſſet.iuxta gl.in l.tale pactum.§.fi.ff. de pac.& teneas ſemper cordi has vtiles deciſiones, quia magni

ADDITIONES.

a ¶Limita.Limito quintò,vt per Anch.quem ſequitur Philip.Decius conſi.63. colum.1.

b ¶Rom.Pro quo vide,quæ ſcribit Soc.in l.1.colu.12.vbi etiam idem Iaſ. ff.de vulga.Dec.conſi.227.nu.6.Cur.iun.cōſi.83.nu.6.Pariſ.conſi.70.nu.19.lib.2. Mar.Soc.iun.conſi.180.nu.8.lib.2.

Source : BIU Cujas

magni momenti ſunt. ¶ Quintò, & vlt. limita prædictam regu lam procedere quantum ad caſus, quia ſubſtitu. vulg. facta in vnum caſum extenditur ad alios, vt prædixi, ſecus eſt in tempore, quia ſubſti. vulg facta ad vnum tempus, non extenditur ad aliud, tex. eſt in l. ſi ita quis. ff. de vulg. & pup. no. Bar. & alij in l. ſi mater. §. 1. ff. de vulg. & pup. Quaſdā aliàs limitationes vide per Moder. in d. l. 1. in prin. ff. de vulg. & pup. & in d. l. Gallus. §.
11 & quid ſi tantum. ¶ † Tertiò no. ex iſto tex. ſecundum Bal. Bar. & alios hic, ꝙ ſubſti. vulgar. facta ſub conditione, ſi hæres non erit, prolata à teſtatore non errante, intelligitur ſiue ipſe inſtitutus hæres non erit, ſiue alium non fecerit. ſiue ergo ipſe ſit hæres, ſiue alium faciat, excluditur ſubſtitutus, vt hic, & melius in
12 l. ſi paterfa. ff. eo. & §. fi. inſti. de vulg. ſubſti. ¶ † Hinc infertur ſm Bar. quòd ſi ſit inſtitutus filiusfam. & ſibi datus ſubſtitutus vulga. quo caſu debes ſcire, ꝙ hodie per iura noua. C. eſt ſtatutū, ꝙ ſi filiusfam. inſtitutus hæres repudiet hæreditatem, pater po teſt eam acceptare. l. fi. §. 1. C. de bon. quæ libe. certè pater acceptans hereditatem, quam filiusfam. repudiauit, excludet ſubſti tutum, eo quia licèt filiusfam. inſti. ipſe non ſit hęres, facit tamen patrem hæredem beneficio. d. l. fi. §. 1. ergo ſubſtitutus debet excludi. idē tenet Bar. in d. l. 1. in prin. in 3. q. princ. vbi Imo. idem tenet. & Are. ff. de vulg. & pup. Bar. & Imo. in d. l. paterfa. & gl. no. in d. l. fi. §. 1. vbi etiam Bar. & alij. C. de bon. quæ lib. idē tenet Bal. hic in 2. col. per quædam alia leuia fundamenta, & ſequitur Raph. Fulg. hic, Imo. in c. Ray. in materia vulg. ſubſti. de teſta. Pro iſta parte bene facit tex. in d. l. fi. §. ſimiliq; modo. ibi, *quaſi ipſe pater ab initio fuiſſet hæres inſtitutus*, & ſic mutatur perſona, & non gradus, nec poteſt filius præiudicare patri, vt ibi. ¶ Contrariam opi. tenet Ang. hic, quia quando inſtitutus eſt homo liber, & ſi hæres non erit datus eſt ſubſtitutus vulga. certè ad hoc, vt ſubſtitutus vulg. excludatur, opus eſt, quòd ip ſe ſit hæres, & adeat, vt hic, vel mutata conditione alium hære dem faciat, tex. eſt in l. paterfam. ff. eo. ſed hic non mutauit cō ditionem, igitur &c. Et cum Ang. tenet Alex. in puncto iuris, li
* cèt dicat, *quod inipractica ſtet cum communi*. in d. l. 1. in princi. ff. de vulg. & pup. Idem etiam tenet Pau. de Caſt. hic in pe. col. dicit tamen, ꝙ in iudicando non eſt recedendum à cōi, tamen ad iſtud fundamentum Ang. & ſic ad d. l. ſi paterfam. reſpōdebo in ſeq. q. Idem tenet Ang. in d. l. ſi paterfam. & in l. fi. in princ. & ibi Pau. de Caſt. ℨ. de. bon. quæ lib. adde, ꝙ iſtam contrariā opi. prius tenuerunt Guid. de Suza. Gul. de Cun. Iac. de Belu. & Alber. de Roſ. in d. l. fi. in prin. ℨ. de bon. quæ lib. Moti præcipuè, quia ſubſtitutus venit ex expreſſa prouiſione teſtatoris, pater autem venit ſolū ex prouiſione. l. ſed expreſſa prouiſio teſtato ris tollit prouiſionem legis. l. ex facto §. idem quæro. ff. de vulg. & pup. l. fi. C. de pac. conuen. Secundo moti, quia pater in veri-
tate eſt hæres legalis, quia l. facit eum hæredem, & non defunctus, ſed l. prius vocat ſubſtitutum, quàm hæredem legalem. §. ſi verò inſtitutio. in Auth. de hær. & fale. Auth. hoc amplius. C. de fideicom. tamen ad iſta reſpondet Bar. in d. l. 1. in 4. q. ꝙ teſtator non vī prouidiſſe hoc caſu de ſubſtituto, ex quo licèt filius inſtitutus non ſit hæres, fecit tamen patrem hæredem ſuo myſterio, per d. l. ſi paterfami. quæ ſolu. non videtur ſatisfacere, vt patet ex his, quæ infra proximè ſubijcio. ¶ Pro iſta parte, quæ vī diſputando, & in puncto iuris valde ſuſtentabilis, faciunt plura, & primò, quia quando teſtator expreſsè prouidit de ſubſtituto, tunc nunquam vocantur illi, qui aliàs per leges
13 vocarentur, ita dicit tex. in l. fi. C. de neceſſ. ſer. hære. inſti. ¶ † Secundò pondera, quòd d. l. fi. §. 1. ponit nouum caſum contra re gulam iuris fforum, & iuris antiqui. nam olim de iure fforū, & Codicis filiusfam. inſtitutus hæres debebat iuſſu patris hære ditatem adire, & tunc adeundo, vel agnoſcendo patri quære bat, & non aliter. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hær. & l. 1. ſ. qui admi. hodie eſt aliter ſtatutum per dictum. §. 1. ergo debet ſtrictè intelligi, ꝙ quando filiusfam. hæres inſti. repudiauit hæreditatem, ꝙ pater poſſit eam acceptare, vt procedat, qñ nullus eſt datus ſubſtitutus ipſi filio, & in iſtis terminis procedit d. l. fi. §. 1. Sed quando teſtator inſtituit filiumfam. & ſi hæres non erit, expreſsè inſtituit alium, tunc filio repudiante ſubſtitutus debet admitti, & non pater, per rationem ſupra ſcriptam, quia ſubſtitutus venit ex expreſſa prouiſione teſtatoris, pater autem venit ſolū ex prouiſione legis, ſed ſic eſt, qđ prouiſio expreſſa teſtatoris facit ceſſare prouiſionem legis. Hinc videmus, quòd ſubſtitutus excludit ius accreſcēdi per rōnem
14 prędictam. tex. eſt in l. 2. §. ſi duo. ff. de bon. poſ. ſm tab. † Confir matur per illud, ꝙ per hanc, & alias no. rationes tenet Bal. in l. 2. C. ad Orfi. vbi concludit, ꝙ ſi filiusfam. ſit inſtitutus hæres in parte hæreditatis, & in alia habeat cohæredem, pone ꝙ filiusfa mi. repudiet, tenet Bal. ꝙ cohęres qui venit per ius accreſcēdi, excludit patrem, & habeo, ꝙ ſubſtitutus excludit ius accreſc. d. l. 2. §. ſi duo. ergo ſi vinco vincentem te, multo fortius vinco
te. l. de acceſſionib. ff. de diuer. & tem. pſcr. De quo vltimo vide Imo. in d. l. ſipīfa. ff. eo. Lud. Ro. in l. is qui hīs. § fi. ff. de acq. hær. ¶ Ad idē adducitur, quia qñ filius inſti. repudiat hęreditatē, pī admittitur ex priuilegio ℨ regulas iuris cōis. d. l. fi. §. 1. ſed ſubſti tutus admittitur de iure cōi, & ex voluntate teſtatoris, ergo debet excludere eum, qui venit ex priuilegio l. antiquæ. circa prin. C. ad Velleia. Nec obſt. fundm̄ Bar. & Doc. ꝙ filiusfa. inſti tutus hęres ſi repudiat, q̄uis ipſe non ſit hæres, tm̄ facit patrē hæ redem, d. l. fi. §. 1. quia dico, ꝙ iſtud non poteſt eſſe, qñ habet ex
15 preſsè ſubſtitu. vt declaraui. ¶ † Quartò pro iſta parte ℨ cōem fortiter facit, quod tenet Bar. in l. is qui hæres. §. fi. ff. de acq. hær. ꝙ diſpoſitio d. l. fi. §. 1. C. de bon. quæ lib. cùm ſit correctoria iu ris cōis, non extenditur ex identitate rōnis, vt habeat locum in tacita renuntiatione, ſed hoc cū ſit ius correctorium, dēt reſtringi quantum eſt poſſibile, vt minus lædat ius commune. l. præcipimus. in fi. C. de appel. & ſic nō debet extendi ad caſum, quando adeſt ſubſtitutus, quia ſatis eſt, quòd ille text. multum operetur, & inducat de nouo, quando filiusfam. nullum habet ſubſtitutum. ¶ Quintò facit tex. in l. quidam ita in teſtamento ſcripſerat. in prin. ff. ad Treb. vbi ſubſtitutus excludit illā tranſmiſſionem, quem tex. alleg. Raph. Cum. in d. l. patris. in 6. col. & ante eum alleg. Bal. in l. Papin. §. quarta. ff. de inoff. teſt. Item ad proximè dicta, ꝙ d. l. fi. §. 1. ſit ius correctorium, & corrigat iura fforum, & C. firmat expreſsè Angel. in conſi. 91. incip. ſancta
* Carmelitarum religio. ¶ Si tamen vis tenere *communem opi.* Bar. & aliorum, quòd filio recuſante pater admittitur excluſo ſubſtituto, aduerte, ꝙ pro communi ſententia facit: nam clarum eſt, quod diſpoſitio d. l. fin. §. 1. inducens, ꝙ filiofam. repudiante hæreditatem ſibi delatam admittitur pater, eſt inducta in fauo rem patris volentis adire, ſed ſi diceremus, ꝙ exiſtente ſubſtitu to ſolus filius poſſet repudiare hęreditatem ſibi delatā, & admitteretur ſubſtitutus excluſo patre, ſequeretur abſurdum, ꝙ illa l. quæ manifeſtè eſt inducta fauore patris, retorqueretur in eius odium, contra l. quòd fauore. C. de legib. nam ante illam l. ſolus filius repudiando non præiudicabat patri. l. is qui hæres. §. fi. ff. de acq. hære. & ſic per ſolam repudiationem filij non fie bat locus ſubſti. vulg. ne ergo hoc ſequatur, adhærendum eſt communi opi. Secundò conſidero, ꝙ punctus ſtat, an tex. in d. l. fi. §. ſimiliq́ue modo. in quo ſe fundat Bar. loquatur, quando erat ſubſtitutus, dic ꝙ ille tex. loquitur etiam, quando erat ſubſtitutus, cùm dicat perinde acſi pater fuiſſet ab initio inſtitutus, ſed ſi pater fuiſſet inſtitutus, excluderet ſubſtitutum. l. quā diu. la prima. ff. de acq. hær. Sed poſſes diſputando dicere, quod pater habetur, perinde ac ſi eſſet à prin. ſubſtitutus, eſt verum vbi non adeſt ſubſtitutus. hoc modo inducendo illum tex. patet reſponſio ad allegata in oppoſitum, dum dicebatur, quòd expreſſa prouiſio teſtatoris facit ceſſare prouiſionem. l. & ꝙ pa ter venit ex prouiſione legis, item venit ex priuile. ſing. iſta fundamenta procederent, niſi d. l. fi. §. ſimiliq́ue modo. vellet, ꝙ filio recuſante, pater admittitur quaſi ab initio inſtitutus, ſed ſi eſſet inſtitutus, clarum eſt, quòd excluderet ſubſtitutum, & ꝙ prædicta fundamenta ceſſarent. Similiter poteſt reſponderi ad aliud, ꝙ d. l. fi. §. 1. ſit ius correctorium, quia hic non ſit extēſio, ſed eſt lex ipſa, quæ loquitur. Secundò, & melius dico, ꝙ d. l. fi. §. 1. potius dicitur eſſe ius limitatorium, quàm correctorium, prout etiam dixi in l. 1. ſ. qui admit. Non obſt. tex. in d. l. quidā ita in teſtamento, quia reſponde, ꝙ non loquitur in ſimplici ſubſtitutione, ſed loquitur in translatione, vt patet ex text. ibi in verbo *translatum eſſe*, & in verbo *ad matrem transferri*, & inter iſta eſt differentia, vt dixi ſupra in 3. limitatione. Non obſt. ꝙ ius accreſcendi excludat patrem, ergo fortius ſubſtitutio, vt di cit Bal. in l. 2. per illum text. C. ad Orfi. quia reſponde ſecundū Imo. in d. l. ſi paterfam. ꝙ d. l. 2. non facit in propoſito, quia non loquitur, quando filius expreſsè repudiauit, ita ꝙ pater admitti poſſit, ſed loquitur, quando mortuus eſt hęreditate non adi ta. ¶ Retenta communi ſententia. ſ. ꝙ iſto caſu pater excludat ſubſtitutum, eam limita non procedere, quando filius nō eſſet inſtitutus contemplatione patris, ſed ſua tantum, vt quia ſit in ſtitutus à matre, & ipſi filio ſit ſubſtitutus alius coniunctus teſtatoris, puta frater matris, quia tunc non eſt veriſimile cōiunctum debere excludi à patre filij. arg. l. tale pactum. §. fi. cū glo. ff. de pac. iſto caſu pater ex conjecturata mente teſtatoris non excludet ſubſtitutum, ſed ſubſtitutus admittetur, iſta fuit limi tatio notabilis tradita per Guid. de Suza. hic, quam latè refert, & ſequitur Bal. hic in 2. col. & idem Bal. in d. l. fi. §. 1. & ibi Paul. de Caſt. ℨ. de bon. quæ lib. & ad hanc limitationē bene faciunt, quæ dixi ſupra in 2. no. in prima limitatione. & cū iſta limita
* tione tranſeunt *communiter Doc.* vt dicit Imo. in d. l. ſi paterfa. in antepe. col. qui idem tenet, & ſequuntur Mod. in d. l. 1. ff. de vul ga. & pupil. Iſta limitatio licèt ſit communis, & æqua, tamē mi hi in puncto iuris non placet, quia pater admittitur, ac ſi ipſe

fuiſſet

Source : BIU Cujas

fuiſſet inſtitutus.ita clarè diſponit.l.1.d.§. ſimilique modo. ſed inſtitutus non attenta affectione præfertur ſubſtituto,& imputet ſibi teſtator,qui non prouidit de excludendo patre. ¶ Sed iterum retenta communi ſententia,occurrit noua quæſtio nõ tacta à Doc.An idem ſit ècontra,ꝙ ſi pater inſtitutus repudiat hæreditatem ſibi delatam,quòd filius admittitur excluſo ſubſtituto,videtur,quòd ſic ratione correlationis, vt illud, quod eſt ſtatutum in patre,procedat ècontra in filio.l.fin.cum ſi. vbi dixi ĩ.de indi.vid.toll.Secundò ſtringit tex.in d.l.fi. §. ſimilique modo.ĩ.de bon.quæ lib.ibi, *quaſi ipſe pater ab initio fuißet hæres inſtitutus*.Nam non potes dicere,quòd illud ibi ſit niſi ratione
16 vnitatis,& ibi dicunt Doc.†quia pater,& filius [a] cẽſentur vna
a perſona.l.fin.ĩ.de impub.& alijs ſubſti.§. ei verò qui. inſtit. de inutil.ſtip.ſed iſta ratio militat contra.Nec obſt.ſi dicas, quòd in d.l.fi.illud ideo ibi ſit ratione vſusfruc.& quia pater eſt legitimus adminiſtrator.Et quia ibi illud eſt ſtatutum propter grauamen illatum patri,cui iure fforum omnia aduentitia pleno iure acquirebantur.l.placet.ff.de acqui.hære.ideo in recompẽſationem grauaminis ibi fuit ſtatutum, quòd filio repudiante pater admittatur.Quæ rationes ceſſant ècontra, quia dico, ꝙ omnia iſta tolluntur per tex.in d.§.ſimilique modo. qui loquitur cum duplici qualitate,& ſic loquitur in filiofam.milite inſtituto in caſtrenſibus bonis,vbi pater non habet vſumfru.nec eſt legitimus adminiſtrator, nec iure Codicis fuit pater in aliquo grauatus,cùm in caſtrenſibus habeatur pro patrefam. l.2. ff.ad Macedo.& tamen quamuis ibi ceſſent omnes iſtæ rationes, tamen filio repudiante admittitur pater, & ſubdit text. quaſi pater ab initio fuiſſet hæres inſtitutus,ergo iſtud ibi non fuit ſtatutum,niſi ſola ratione vnitatis perſonarum,quæ ratio militat ſimiliter ècontra in filio.Non obſt. ſi in contrarium allegetur tex.in l.vnica.ĩ.de his,qui ante aper.tab.in verbo, ſi tamen hæreditatem non recuſant.quia reſponde,ꝙ intelligitur, ſcilicet illi,in quos fit tranſmiſſio,ad hoc vt relatio fiat ad proxima,de quo tex.iſto anno aliàs plenius dixi.Si iſta opin.eſt vera,quæ videtur ſuſtentabilis,profectò eſt pulchra,& noua, & per eam datur magna extenſio ad communem concluſio. Si velles tenere contrarium,quod fortè eſſet tutius,poſſes dicere, ꝙ pater in caſtrenſib. fuit etiam grauatus, nec ſibi acquiritur. Ideo Imperator in d.l.fi.illud, quod principaliter ſtatuit in aduentitijs,extendit ad caſtrenſia,& ideo dicit,ſimilique modo. Vnde dicit in alio propoſito Dom.Alex.in l.1.in vlti.colum.ſ. qui admi.ꝙ ideo in d.§.ſimilique modo. lex ibi in caſtrenſibus fauet patri, cui præiudicauerat fauore militiæ, vt in eo pater nihil iuris haberet contra regulas iuris communis.ſ.d.l.placet. quæ ratio ceſſat ècontra in filio.Tenendo tamen primam opi. quæ eſt ſubtilior,potes aliter reſpondere ad d.l.vnicam. C. de his,qui ante aper.tab.quòd ſi filius vellet venire ex iure in eum tranſmiſſo per patrem,& tunc non poſſet,quando pater repudiauit,vt ibi,ſicut nec ècontra, ſi pater vellet venire ex iure in eum tranſmiſſo per filium, puta ex diſpoſitione. l. cùm antiquiorib.C.de iure delibe. & ſimiliter non poſſet,quando filius repudianit,vt ibi, ſed ſi filius vult venire non ex iure in eum p patrem tranſmiſſo,ſed ex diſpoſitione.d.l.fi. & tunc non obſt. repudiatione patris poteſt filius venire,ſicut ècontra poteſt pater venire non obſt.repudiatione filij. Poſſet etiam in prædictis conſiderari circa tex.d.§.ſimilique modo.quod licèt ratio illius tex.videatur eſſe propter vnitatem, quia pater, & filius cenſeantur vna perſona,vt prædixi, tamen cùm tractetur de acquirendo,non eſt licitum arguere à patre ècontra ad filiũ,
17 patet,nam†quicquid acquirit filius,acquirit patri.d.l.placet.&
b tamen iſtud non eſt ècontra, vt quicquid acquirit [b] pater,illud ſtatim acquirat filio.Tamen ad iſtud poteſt reſponderi, quod acquiſitio, quæ fit per filium patri,non procedit ratione vnitatis perſonarum,ſed ratione patriæ poteſtatis. inſti. per quas p-ſo.nob.acquir.in prin.quæ patria poteſtas eſt à patre in filium, ſed non ècontra à filio in patrem. Item ad prædicta vide Bart.
18 in d.§.ſimilique modo.¶†Secundò per iſtum tex. infert Bart. hic,quòd ſi quis ſit inſtitutus hæres, & ſi hæres non erit,datus ſit ei vulg.ſubſtitutus.Certè ſi hæres inſtitutus moriatur intra annum datum ad deliberandum,quo caſu beneficio iuris deliber.tranſmittit hfditatem non aditam ad quoſcunque. per l. cùm antiquiorib.infra de iure delibe.declaraui in l. emancipata.ſupra qui admi. certè ille in quem fit tranſmiſſio excludet ſubſtitutum vulg.quia licèt ipſe primus non ſit hęres, facit tamen alium hæredem beneficio iuris delib.idem tenent Bal. & omnes Mod.hic,& Bal.in d.l.cũ antiquioribus.in 2. qõ. & in l. apud hoſtes.in 2.col.C.de ſuis,& legi.Bar.in l.1.in princ.in 4.q.
* prin.ff.de vulg.& pup.vbi *communiter alij*,Bar.& Imo.in d.l.ſi paterfam.& eſt glo.in l. quandiu.la prima.in gl.1.iuncto text.quã ad hoc ibi no.Bal.& Pau.de Caſt.ff.de acquir. hæred. idem tenet Imo.in d.c Rayn.in materia vulga.ſubſti. & idem videtur ſequi Ang.in l.ſed ſi plures.§.filio.ff.de vulg. & pup. Quamuis contrarium tenuerit vbique Ang.hic,& in d.l.ſi paterfamil.& in l.1.& in l.fi.in prin.ff.de vulg.& pup.& in conſi.132.inci.quidam Nic.Motus illo ſolo fundamento,quia tex.in d.l. ſi paterfam.requirit,quòd inſtitutus mutata conditione faciat aliũ hę redem,ſed quando moritur,non mutat conditionem, ſed extinguit.Bart. ibi reſpondet, quòd illud de mutatione perſonæ non excludit caſum noſtrum,vt hic,ſed illud ibi poſuit,vt decideret caſum magis dubitabilem. Eandem contra communem tenuit Saly.in d.l.cũ antiquioribus.motus per tex.in l.vnica.§.cùm autem in ſuperiore in vltim.columna.ĩ.de cad.tollen.vbi hæreditas non adita tunc tranſmittitur, quando non erat ſubſtitutus,ſed tex.ibi ponit exceptionem in tranſmiſſione,quæ fit ex l.Theodoſiana,vt ſtatim inducam.& ſicut in caſu noſtro,vt patet per tex.in eadem.l.vnica.§.in nouiſſimo.Cõtra communem ſententiam videntur facere argumenta, & fundamenta, quæ adduxi in præcedenti quæſtione, & præcipuè, ꝙ cùm ſubſtitutus veniat ex expreſſa prouiſione hominis,& ſic teſtat.item veniat de iure communi, ille autem veniat ex iure tranſmiſſionis,& ſic ex diſpoſitione legis, & ſic de iure priuilegiato,ergo prouiſio hominis,& de iure communi debet facere ceſſare prouiſionem legis,niſi dixeris,quòd teſtator noluit prouidere de ſubſtituto,niſi quando prius hęres nõ eſſet hæres per ſe,nec alium quouis modo hæredem faceret, dic vt dixi in præcedenti arti.quem,quia plenius diſcuſſi,ideo in iſto ſecundo breuius tranſeo.pro iſta opi. Bar.& communi eſt tex.bon.decidens iſtam quęſtionem in l.vnica.§. cũ autem in ſuperiore.iuncto.§ in nouiſſimo.in.verſi.hęreditatem. C.de
19 cadu.tolien.†vbi traditur regula iuris,quòd hęreditas non adita non tranſmittitur,à qua regula text. excipit duos caſus.primus,quando tranſmittitur ad deſcendentes beneficio.l.vnicę. C.de his,qui ante aper. tab. ſecũdus, quando fit tranſmiſſio beneficio iuris deliberandi per d.l.cũ antiquiorib. deinde in §. cũ autem in ſuperiori.traditur doctrina,ad quos deuoluatur hæreditas,quæ non tranſmittitur.& dicit tex.ꝙ exceptuatis perſonis,in quas tranſmittitur, poſitis in parte ſuperiori.l. hęreditas primò deuoluitur ad ſubſtitutum. Secundò ad venientes ab inteſt.Tertiò ad fiſcum,& ſic ibi eſt tex.rotundus, ꝙ ita demũ admittitur ſubſtitutus,ſi non ſit in quem tranſmittatur,& illũ tex.originaliter ita ad hoc ponderauit Bened.de Plumb.in re-
20 pe.l.ſi fratris.C.de iure delib ¶†Quartò no.ex tex.ibi,potuit n. duo principaliter,vnum eſt,ꝙ ſi ſeruus inſtitutus eſt hæres, ita demũ acquiratur hæreditas eius domino, ſi talis ſeruus adeat hæreditatem, & non aliter, & ſic quando ſeruus eſt inſtitutus hęres,dominus ſerui ſine voluntate eius, & ſine aditione eius non poteſt acquirere hęreditatem.Intellige, & limita iſtud ꝓcedere in directa inſtitutione facta de ſeruo, ſecus autem eſt in fideicommiſ.nam ſi aliquis ſit inſtitutus hęres, & grauatus reſtituere hęreditatem ſeruo,poteſt illam reſtituere eius domino abſque voluntate ſerui.tex.eſt in l.ſeruo inuito.in prin.ff.ad Treb.& ibi vide Bar.aſſignantem rationem differentiæ,& Nic. de Neap.in §.alienus quoque.inſti.eod.de hære.inſti. ¶Secundum habes,ꝙ ſi ſeruus ſit inſtitutus hæres,poteſt repudiare hę reditatem,& præiudicare domino inuito. ita expreſsè ſonant verba literæ, ibi,potuit enim quamuis iubente domino nolle adire,& ex hoc reſultat,ꝙ hic erit caſus mirabilis, ſecundum Sal.contra regulam, quod ille poteſt repudiare hereditatem, qui liberè poteſt adire.l.is potuit.& l.nolle.& l.is qui. ff. de acq. hære.& ꝙ hic ſit caſus contra iſtam communem regulam,patet,quia ſeruus inſtitutus heres non poteſt liberè adire hereditatem ſolus,& de per ſe,ſed requiritur, ꝙ precedat iuſſus domini.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqu. hære.dictum fuit in l.1.ſupra qui admi tamen ſolus ſeruus poteſt inuito domino repudiare,& ſi dicas,ꝙ in contrarium ſit text. quòd ſeruus inuito domino non poſſit repudiare, imò dominus poteſt eũ cogere, & facere coactè adire.l.1.§.1.ff.ſi quis omiſ. cau. teſta. hic alleg.in glo.pen.& l.ſeruus dotalis.ff.ſoluto matrimon. reſpondet Salyc. ꝙ in illis legibus ſeruo inſtituto non erat datus ſubſtitutus,tunc verum eſt, quòd non poteſt inuito domino repudiare,ſecus quando ſeruo datus eſt ſubſti. vt in caſu noſtro.iſta ſententia Salyc.& prædictum no.reprehendi ſolet, qa ſeruus non poteſt præiudicare domino inuito, nec eo inuito repudiare ſecundum Pau.de Caſt.& Dom.Alex.hic.& Ioã.de Imo.in l.ſi paterfam.in 4.colum.ff.eod.quia filiusfam. inſtitutus

ADDITIONES.

a ¶Et filius. Adde tex.in §.authoritates.35.q.3.glo.in c. ſuper eo.el 2.de teſtib. Fely.in c.1.in 1.col.de magiſt.

b ¶Acquirit. Adde l.filius.ff.de inofficio.teſtam.Barto.in l.is qui hæres. ff. de acq. hæred.

Source : BIU Cujas

tus hæres habebat plus iuris etiam tempore ſſorum, quàm haberet ſeruus. ita no. glo. & Doc. in l. cùm filiofam. ff. de leg. 1. & tamen filiusfamil. ſolus inſtitutus hæres non poteſt repudiare inuito patre. l. is qui hæres. §. fi. ff. de acq. hære. ergo multominus poterit ſeruus, qui minus iuris habet. Sed aduerte, quia in d. l. is qui hæres. §. fin. filiusfam. non habebat ſubſtitutum, vt eſt in caſu iſto, & in ſubſtituto fundatur principaliter opi. Saly. & ſic facilè eſſet tenere cum Saly. cum grano tamen ſalis, quando ſubſtituto eſt facta expreſſa conditione, ſi noluerit, vel non potuerit, prout fuit in hac lege, quia eo nolente adimpleta eſt cõditio ſubſtitutionis, quia tales conditiones, ſi voluerit, cùm ſint facti, poſſunt cadere in perſona ſerui, & filijfam. & per eos impleri. l. conditionibus pupillus. ad fi. ff. de condi. & demon. §. ſed cum factum. inſti. de ſtip. ſer. facit l. fi. in prin. ff. de verb. obl. notant Scribentes in l. Iulianus. ff. de leg. 1. quia tamen confunderetur regula. d. l. is poteſt. ſi vis tenere opi. Mod. quòd ſeruus inſtitutus hæres, & c. quid reſpondebimus ad hunc tex. in fin? reſpondent præfati Mod. diuinando, quòd in hoc tex. ad inſtantiam ſubſtituti aſſignabatur dilatio ſeruo inſtituto per iudicẽ, & ſi intra tempus non adeatur, præiudicabit domino, & ſubſtitutus admittetur. per d. l. quandiu. cũ glo. mag. ff. de acquirẽ. hęred. & hoc modo dicunt, quòd practicabitur iſte text. & ita intelligunt iſtum text. & eſt ſomniare. Vnde tu reſponde clarius, q̃ tex. non dicit, quòd ſeruus inſtitutus hæres poſſit expreſsè repudiare inuito domino, ſed bene dicit, quòd poteſt nolle adire, & ſic poteſt pati, q̃ labatur tempus ad adeundum, & ſic fateor, q̃ illam tacitam repudiationem per lapſum temporis poteſt facere in præiudicium domini, ſed non expreſsè repudiare. Tolle optimum ſimile in filiofam. inſtituto hærede, qui licèt non poſſit expreſsè repudiare in præiudicium patris, tamen bene poteſt tacitè per lapſum temporis. l. fin. ff. quis or. in bon. poſſeſſ. l. 1. §. qui admi. & ibi dixi allegando quædam bona ſimilia. declarat Bald. in l. is qui hæres. §. fina. ff. de acquir. hære.

21 ¶† Nunquid autem diſpoſitio præalleg. l. fi. §. 1. C. de bon. quæ libe. quæ vult, quòd ſi filiusfam. inſtitutus hæres repudiet hęre
a ditatem, pater [a] poteſt eam adire, & ſibi acquirere, habeat locum etiam in monacho, cùm in ſeruo locum non haberet. cõcludit Bar. q̃ ſic, & in hoc monachus ſit æquiparandus filio, & non ſeruo, & oſtendit, quia in ſucceſſionibus quemadmodum
b filius ſuccedit vt ſuus, eodem modo monachus [b] efficit ſuus hæres patri. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. quæ ſuitas non cadit in ſeruo. idem tenet Saly. & Pau. de Caſt. hic, & latius Bal. in l. 1. 4. q. prin. ff. de vulg. & pup. Bal. in l. 1 in 10. q ſ. qui admi. Bald.
* poſt Cy. in d. l. Deo nobis. *& communiter* Can. in c. in præſentia. de proba. Lud. in d. l. 1. ſupra qui admi. & in d. l. is qui hæres. §. fi. ff. de acqui. hære. & iſta conſueuit eſſe magis communis ſententia: contrarium tamen tenet Ang. & Imo. in d. l. ſi paterfamil. & Imo. in repe. d. c. Ray. in materia vulgar. ſubſtitu. & plenius Dominus Alexand. in d. l. 1. ff. de vulg. & pup. cum concor. de quibus ibi per eum, & vltra eum adde, quòd idem plenius, quam alibi tenet idem Ang. in conſi. 91. incip. ſancta Carmelitarum religio. & Fulg. hic, & Dom. Franc. de Are. in d. c. in præſentia. & Ang. in l. Papinianus. in prin. ff. de inoffi. teſtamen. Potiſſimum eſt fundamentum, quia de iure antiquo, quando erat inſtitutus vnus, qui erat in alterius poteſtate, niſi ipſe vellet adire, & eſſe hæres, non acquirebatur ei, in cuius poteſtate erat, vt hic, & d. l. is. qui hæres. §. fina. vnde licèt iſtud ſit hodie correctum in filio per d. l. fin. §. 1. non debet extendi ad alium caſum, & ſic quando monachus eſt inſtit. tamen teneas com-
c munem opin. quia in dub. opin. [c] tenenda eſt illa opi. quæ fauet piæ cauſæ. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fun. & ſic tenenda eſt opin. quæ fauet monaſterio. Et ad obiectum reſpondeas dupliciter. Primò, quòd d. l. fina. §. 1. non dicitur propriè correctoria iuris antiqui, ſed bene limitatoria, & in limitatorijs bene licita eſt extenſio, vt pluries hoc anno dixi. Prætereà & ſecundò, etiam ſi eſſet correctoria, tamen vbi tractatur de fauo-
d re piæ cauſæ vel animæ, [d] etiam in correctorijs eſt licita extenſio ex identitate rationis, vt patet ex traditis per Bar. poſt gl. in Auth. ſacramenta pube. in vlti. colum. C. ſi aduer. vendi. Dom. Anto. in c. fi. de conſue. non omittas, quòd pro ſecunda opin. Dom. Franc. de Aret. in d. c. in præſentia. adducit rationem ſecundum eum fortiſſimam. nam aut vis æquiparare monachũ
e ſeruo, [e] prout facit Inno. in cap. cùm olim. el primo. de priuile. Bar. in l. 1. in princ. & in §. penul. ff. de ſtip. ſer. & res eſt clara per iſtum text. aut vis æquiparare monachum filio, prout facit hic Bar. & tunc aut reſpectu hæreditatis aduenritiæ, & non potes, quia in ea filiusfam. acquirit ſibi proprietatem. d. l. fin. in prin. & l. 1. & 2. C. de bon. mat. ſed monachus non eſt capax alicuius acquiſitionis. Auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & c. religio-
f ſus. de teſt. in 6. aut vis æquiparare monachum filio [f] reſpectu hæreditatis profectitiæ, quam in totum quærit patri, quòd videtur dicendum, cùm in totum ſimiliter quærat monaſterio cap. cùm ad monaſterium. de ſtatu monach. & monachus in dubio cenſetur inſtitutus contemplatione monaſterij. cap. requiſiti. de teſt. & tunc d. l. fi. non habet locum in profectitijs, q̃a in profectitijs nil eſt hodie immutatum, prout tenet gloſſ. & Bar. in l. 1. ſ. qui admi. cum concor. quas ibi dedi. & glo. & Bart. in l. ſi is qui mihi bona. §. iuſſum. & in l. is qui hæres. §. fi. ff. de acquir. hæred. ergo ſimiliter d. l. fin. pari ratione non habebit locũ in monacho. Tu tenendo communem dic, quòd in iſto artic. eſt euidens æquiuocatio, nam quando dicitur, quòd in profectitijs nihil eſt hodie immutatum per d. l. fina. vt dicunt gloſſ. præalleg. eſt verum, & procedit quo ad duo, ſcilicet quo ad acquiſitionem, vt totum acquiratur patri ſicut, & olim. Item ſi filius non poſſit hæreditatem profectitiam adire patre contradicente, vel ignorante, & iſtud ſimiliter hodie non eſt immutatum per d. l. fin. ſed bene eſt immutatum in hæreditate aduẽtitia, quàm filius ignorante vel contradicente patre poteſt adire, ſecundum communem opi. & in iſtis terminis propriè loquuntur glo. præalleg. & dixi in l. 1. ſupra qui admi. ſed iſtud non eſt ad propoſitum noſtrum. aliud eſt quærere, nunquid ſicut hodie hæreditatem aduentitiam delatam filio poteſt pater ſolus nolente filio adire. d. l. fin. §. 1. & §. ſimilique modo. an ſi'r poſſit ſolus pater hodie adire profectitiam nolente filio, & dico, quòd multofortius poteſt. prout tenent Cyn. & Bar. in d. §. ſimilique modo. per illum tex. & dicit Pau. de Caſt. in d. l. fin. in prin. quòd contrarium dicere, eſt truffa, quia ſi ſolus pater nolente filio, vel recuſante poteſt hodie adire non ſolũ hæreditatem aduentititam, in qua patri ſolũ quærit vſumfru. imò etiam hæreditatem caſtrenſem, in qua nihil patri quæritur. d. §. ſimiliq; modo. fortius debet poſſe pater filio recuſante adire hęreditatem profectitiam, quæ ſibi in totum ſemper acquiritur quo ad proprietatem, & vſumfruct. vnde cui licèt, q̃ eſt plus, debet licere, quòd eſt minus, vt in regula cui licèt. de regu. iur. in 6. eſt tamen dare caſum, quo ſi etiam monachus expreſsè vellet repudiare non poſſet, quando naturalis legitimaretur per ingreſſum monaſterij, vt dixi in l. qui ſe patris. ſupra vnde lib. poſt Lud. in l. neceſſarijs. vbi Moder. ponunt. ff. de acquiren. hęred. ¶ Glo. in verb. hęreditas. opponit contra text. & dupliciter ſoluit, poſtea ponit diſtinctionem. Secunda ibi, ſi autem ſciuiſſet. ¶ In 1. parte prima ſolu. eſt vera, quòd ibi ſernus erat in totum militis teſtatoris, & ideo ſi errauit circa perſonã ipſius ſerui inſtituti, quia credebat liberum cùm eſſet ſeruus, nil valet inſtitutio, non quidem reſpectu ſerui, nec reſpectu domini, quia nullum alium dominum habet niſi teſtatorem. Secus quando ſeruus, circa cuius perſonam erratur, erat communis, vt hic in tex. tunc valet inſtitutio, quia quæri poteſt alteri domino. Secunda ſolutio gloſſ. poteſt eſſe bona quantum ad primum caſum huius. l. non quantum ad ſecundum, quando teſtator retulit ſe ad ius. quo caſu valet inſtitutio, vt in tex. ¶ In vltima parte gloſſ. diſtingue clarius faciendo tres caſus ex mente glo. in l. ſed & ſi in conditione. §. ſi ſeruum. ff. eo. ſecundum Cyn. Alb. Saly & Pau. de Caſt. hic. ¶ Glo. in verb. potuit. diuiditur in tres partes. In prima dupliciter declarat tex. tene ſecundam. In ſecunda format quæſtionem, & ſoluit. & dum gl. dicit ibi, adiuit errans, melius dixiſſet fallens, vel ſimulans. In tertia per viam notabilis reſpondet tacitæ quęſtioni, quę omittitur hic in tex. Secunda ibi, ſed quid in tertio caſu. Tertia ibi,

22 item not. quòd loquitur hæc lex. ¶ † In vltima parte habes ex glo. quòd ſi teſtator inſtituat heredem illum, qui verè eſt ſeruus, ſed credebat eſſe liberum, & ſi hęres non erit, dedit ei ſubſtitutum, quòd in caſu dubio, quando non apparet, quæ fuerat volũtas teſtatoris, debet hęreditas diuidi in 4. partes, & tres aſſignantur domino hęredis inſtituti, & alia quarta pars ſubſtituto, & hęc diuiſio fit propter repugnantiam regularum, quia attenta opin. teſtatoris ſubſtitutus deberet totum habere, attẽta autem veritate deberet vtique dominus ſerui inſti. totum habe-

ADDITIONES.

a ¶ Pater. Adde, quòd hanc ſequitur, & communem dicit Villalo. inter commu. opi. l. b. 6. ver. filiofamilias, vbi ponit limit. no. MASVER.

b ¶ Monachus. Adde c. vni. 16. q 1. & c. fin. 19. q. vlt. Doc. in cap. in præſentia. de proba. Ang. conſi. 33. incip. ſuper primo puncto dico.

c ¶ In dubijs opi. Adde Mathe. ſ. in trac. opi.

d ¶ Piæ cauſæ, vel animæ. Adde gl. in c. ſciant cuncti. de elec. lib. 6. & in c. fi. eod. tit. Abb. conſi. 114. incip. in q̃ mouenda inter Ant. in 1. vol.

e ¶ Aequiparare monachum ſeruo. Adde gl. in cap. parochianus de ſenten. excommun. gloſſ. in l. cùm hæredes. in §. fina. ff. de acquir. poſſ. & in l. Pedius. ff. de arbitr.

f ¶ Monachum filio. Adde glo. in l. ſi filius. in fin. iuncto tex. ff. de iud. Bart. in l. 1. in 3. q. ff. de vulg. & pup. Spec. in titu. de ſtatu monach. ver. 18. Arch. in c. ſtatu. 18. q. 1.

Source : BIU Cujas

habere, vnde eligitur via prædicta, & eſt dare tunc caſum, in quo inſtitutus, & ſubſti. ſimul concurrunt, tex. eſt in l. ſi paterfam. cum l. ſeq. ff. eo. & in § fi. inſti. de vulg. ſubſti. ratio autem, quare aſſignentur tres partes domino ſerui inſtituti, ſubſtituto autem non aſſignetur niſi vna quarta pars, eſt, quia in perſona domini plura concurrunt. ſ. veritas, & iuris diſpoſitio, ſed in p-ſona ſubſtituti non concurrit niſi opin. teſtatoris, quæ cùm ſit erronea, facit vt ſubſtituto debeatur quarta pars. ¶ Item adde, ꝙ diſtinctio illarum legũ, quæ fit in ſeruo, habet etiam locũ, quando teſtator inſtituiſſet aliquem, qui verè eſſet filius famil. aut monach. & ſi hæres non erit, dedit ſubſtitutum, nam eodẽ modo hæreditas debebit diuidi in quatuor partes. gl. eſt no. in l. ſi quis filium fam. in princ. in glo. 1. & ibi Bar. ff. de acqui. hæte. & Lud. Rom. ibi, & Raph. Cum. dicunt, ꝙ illa gl. eſt ad hoc ſin gu. quam etiam tenet Bar. in l. cùm filio fam. nu. 6. ver. venio ad contraria 3. partis. ff. de leg. 1. ibi Bal. & Imo. reputant iliam gl. ad hoc ſing. quam ſequitur Cyn. hic in 3. q. & Ang. & Bar. Illa gl. in l. filio fam. clarè procedebat attento iure fforum, quo iure totum acquirebat patri, ſicut ſeruus domino, ſed cùm hodie filius fam. hæres inſti. non acquirat patri niſi vſumfruct. & ſibi proprietatem. l. 1. C. de bon. quæ lib. & §. 1. inſti. per quas perſo. nob. acq. dicit Pau. de Caſt. ꝙ illa gl. hodie nõ eſt vera. Dic me-
* lius ſecundum Bal. in d. l. ſi quis filium fam. quem *ſequuntur omnes Mod. ibi*, ꝙ quantum ad vſumfruct. ſpectantem patri procedit diuiſio in quatuor partes, vt prædixi, non in proprietate, quæ eſt filij, quicquid teneat Fulg. hic, & ſi contingeret filium inſti. repudiare, quo caſu pater totam hæreditatem poteſt obtinere beneficio d. l. fi. C. de bon. quæ lib. tunc etiam fieret diſtin ctio inter patrem, & ſubſtitutum, ſecundum formam d. l. ſi pa-
2 terfam. & ibi Imo. & Fuig. hic. ¶ † Quid autem eſſet, ſi teſtator inſtituit aliquem, quem credebat ſeruum, & verè erat ſui iuris, & ſi hæres non etit, dedit ſubſtitutum? glo. in §. fi. inſti. de vul ga. & pup. ſubſti. dicit, ꝙ inſtitutio valet, & inſtitutus acquirit totum, excluſo ſubſtituto, quia tunc magis attenditur veritas, quàm opin. & dicit ibi gl. quòd iſte caſus eſt indubitabilis. idem tenent Bar. Ang. & Saly. & Fulg. & Bart. o. in d. l. ſi paterfam. per tex. in l. 1. §. ſi quis filium. ff. de carb. edi. à ſimili. Tamen Iaco. de Are. Pet. & Cyn. hic in 2. q. & Alber. tenent contrarium, & re-ſpondent ad d. §. ſi quis filium. quòd ibi error non variabat vo luntatem teſta. imò augebat, quia ſiue eſſet extraneus, ſiue fi-lius, ipſe idem erat hæres, vt teſtator volebat, ſecus eſt in quæ-ſtione noſtra, vbi teſtator credebat eſſe ſeruum, & talis error
24 bene variat volunta. teſtato. ¶ † Confirmatur vltra eos, quia quotieſcunque teſtator inſtituit ſeruum, præſumitur inſtituiſ-ſe contemplatione eius domini, & non ſerui. l. filium fam. ff. de condi. & demon. & l. cùm aliquis. ſ. de iure delibe. ſicut etiam monachus in dubio cenſetur inſtitutus contemplatione mo-naſterij. cap. requiſiti. de teſt. Si ergo reperiatur, quòd ſit liber, iſtud variat volun. teſta. & in hoc cogita. Item tenendo iſtam opin. Vltramon. aduerte, quòd fundamentum Barto. non vi-detur bonum, dum dicit, quòd ex quo acquireretur ſibi hæ-reditas, ſi eſſet manumiſſus ante additionem. d. l. ſi paterfam. ergo multo magis quæritur ſibi exiſtenti libero. Iſta conſequentia non videtur bona per illam met. l. ſi paterfa m. in ver. at qui. iun cto verſi. fina. ibi enim dicitur, quòd ſi teſtator inſtituit hæ-redem eum, quem liberum putabat, intelligitur velle ſignifica-re, ſi ipſe ſibi hæreditatem acquiſierit, vel mutata conditione alium hæredem fecerit, & tamen iſtud nõ procedit vbi ab ini-tio fuiſſet ſeruus, vt ibi dicit tex. in fi. ſed hæreditas diuiditur, vt ibi, ita in propoſito, quando quis inſtituit ſeruum, qui erat li-ber tanquam ſeruum, licèt ſi verè fuiſſet ſeruus, ſibi poſtea ef-fecto libero acquireretur hæreditas, tamen non ſequitur, ſi tẽ-pore teſtamenti fuit liber, quòd hæreditas ſibi acquiratur, imò debet diuidi, prout & ibi deciditur in ſeruo. in d. l. ſi paterfam.

SVMMARIVM.

1 *Error in coniunctione naturali vitiat inſtitutionem, & idem etiam ſi er ratur in coniunctione ciuili, ſiue in facto, ſiue in iure. nu. 2.*
3 *Appel. filij non continetur nepos, niſi auus tractaſſet, & nominaßet nepotem filium, quia tunc venit appel. filij.*
4 *Aſſertio teſtatoris facta in teſta. per quam dicit aliquem eße filium ſuum, inducit præſumptionem filiationis.*
5 *Si pater inſtituat filium non nominando eum filium, valet inſtitutio.*
6 *Ignominioſa inſtitutio filij valet, niſi deſcenſum ſit ad ſpeciẽ ignominię.*
7 *An pater maledicendo filium in teſta. propter talem cauſam dicatur exhæredare.*
8 *Exhæredatio in extraneum nihil valet.*
9 *Error non excludit culpam delinquentis.*
10 *Si teſtator errans inſtituit aliquem tanquam filium, qui non eſt, debet ſibi auferri ſucceſſio.*

LEX IIII.

1 SI pater tuus. †Error in coniunctione naturali vitiat inſtitutio nem. hoc dicit, & vide quæ dixi in l. neque pro-
2 feſſio. ſupra de teſt. ¶ † Adde, quod idem eſt, quando erratur in coniunctione ciuili, ſiue erretur in facto, ſiue in iure, nedum inter aſcendentes, & deſcendentes, vt hic, ſed etiã inter tranſuerſales. tex. eſt in l. nec apud. ſ. eo. & in l. eam quam.
a ſ. de fideicom. idem eſt in contractu, [a] quando quis donat alicui tanquam vxori, quæ vxor non eſt. l. cùm hic ſtatus. §. fin. ff. de don. inter vir. & vxo. quem ad hoc reputat ſing. Bal. in l. eam quam. in 7. col. ſ. de fideicom. facit l. voluntate. C. de dot. promiſ. ſecundum Bal. in d. l. nec apud. & Alexan. hic, quicquid teneant Cy. & Angel. ibi. Item adde, ꝙ ad hanc l. obſt. l. proximè præcedens, ſed reſponde, vt ibi dixi in 1. no. ¶ Et nota bene de-
b ciſionem Cy. & Alb. hic de illa vetula, [b] quæ habebat filiã, & neptem, ſed ſolam neptem ſolebat filiam appellare, filiam au tem non appellabat filiam, ſed ſuo nomine proprio, ſi fecerit teſtamentum, & ſimpliciter dicat inſtituo filiam meam hæredem, nunquid intelligetur de nepte, attenta cõſuetudine auię,
c & concludunt, quòd non, ſed intelligitur de filia vera, [c] vt hic plenius per eos, ſiue loquatur in inſtitutione, ſiue legato, quia niſi aliud de mente teſtatricis appareat, non eſt præſumendũ, ꝙ voluerit neptem filiæ præferre. arg. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. vt hic per eos. nam ſecundum hoc duas collige limita. Prima limitatio eſt ad regulam, ꝙ præcipuè in teſtamentis debet attendi communis vſus loquendi, & maximè ipſius teſtatoris l. lib[…]rum. §. quòd tamen Caſſius. cum gl. no. ff. de leg. 3. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. nam limitatur per iſtã deciſio. niſi eſſet quidam vſus loquendi particularis ipſius teſtatoris, quia non attenditur, quando repugnat prioritas gradus, & præſumpta voluntas teſtatoris ex ordinata charitate, ſed in contrarium præſumitur. Secundam collige limitationem ad id, ꝙ decidit Bar. in l. alimenta. in princ. ff. de alim. lega. vbi dicit
3 ſingula. † ꝙ licèt appellatione filij [d] non contineatur nepos, tñ
d ſi ſit nepos, quem auus ſolebat ſemper tractare, & nominare filium, venit appel. filij. & illud dictum Bar. ſequitur, & repntat ſing. Rom. in l. ſi vero. §. de viro. in 33. fal. ff. ſol. matr. & in conſi. 438. incip. in caſu præſentis conſultationis, eo quia mihi dubitatiſſima eſt. ad fi. nam dictũ Bar. poſſet procedere, niſi eſſet caſus, in quo concurreret & filius, & talis nepos, quia tunc appel latione filij intelligeretur de vero filio potius quàm de tali ne-
4 pote. ¶ † Item no. ex iſto tex. in verbo oſtenſus eſt. ꝙ aſſertio teſtatoris facta in teſtamento, per quam dicit aliquem eſſe filiũ ſuum, inducit præſumptionem filiationis, & facit præſumi eſſe talem, niſi contrarium oſtendatur. videtur enim eſſe facta nominatio loco cauſę fi. Item ſunt verba enunciatiua, quaſi p modum cauſę, quibus ſtatur. l. qui volebat. ff. de hęr. inſti. Bart. in l. ex hac ſcriptura. ff. de don. & de hoc no. dixi in l. neque pro
5 feſſio. s̃. de teſt. ¶ Gl. in ver. quaſi filium. ponit tria dicta. † Et primò not. ꝙ ſi pater inſtituat filium non nominando eum filiũ, imò inſtituat tanquam penitus extraneum, tamen valet talis
e inſtitutio, & filius non dicitur eſſe præteritus. [e] l. 1. §. ſi quis filium. alleg. in gl. & no. bene, quia inuenio, quòd Angel. in l. 1. in lect. Flo. C. de carb. edic. refert, ꝙ in iſto caſu in ſpecie conſuluit in ciuitate Papię, vbi iſta qõ fuit de facto, & ſecundũ eum fuit multum ruminata, videlicet, ꝙ ſi pater inſtituit aliquem, licèr non noĩauerit eum filium, valet inſtitutio, nec ille dr̃ præteritus per tex. rotundum in d. l. 1. §. ſi quis filiũ. alleg. in gloſ. ſed certè poſſet dici, ꝙ tex. in d. §. ſi quis filium. non probet, nam ibi non

ADDITIONES.

a ¶ In contractu. Adde, quòd iſte tex. etiam procedit in matre. Iaſ. in rubr. C. de ſucceſ. edict. 2. col.

b ¶ Illa vetula. Vide Soc. in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. col. 1.

c ¶ Filia vera. Quor teſtib. probetur filiatio in caſu huius legis, Iaſ. ponit in l. 2. col. 2. ver. adde etiam. ſupra de ſecun. tab. & limitat, & ampliat hanc l. Bar. in Auth. nouiſſima. col. 7. ver. 2. oppo. C. de inoff. teſta. Et quando præteritus, eſt vel exhæredatus tanquam non filius, cùm tamen eſſet, Cur. iun. conſil. 31. videtur.

d ¶ Appellatione filij. Adde glo. in cle. 1. de bapt. Bal. in l. liberorum. ff. de verb. ſign. Io. And. in c. ſtatutum. de hære. lib. 6. in nouel. Ant. de But. in c. ad extirpandas. de fi. presby.

* Et dic, quòd vera eſt opi. quòd nunquam filiorum appellatione veniunt nepotes, niſi de mente loquentis aliter appareat, hoc enim communis vſus loquẽtis ſuadet, iuxta tex. in l. quid ſi nepotes. ff. de teſta. rute. Quam conclu. & alia ad materiam pertinen. plenè, & copioſè examinat Gabr. com. opi. lib. 6. titu. de verb. ſign. concln. 1. MASVER.

e ¶ Præteritus. An filius dicatur præteritus non nominatus, vide Bal. lib. 1. cõſi. 134. in 1. col.

Source : BIU Cujas

non deciditur, an valeat inſtitutio necne, quia non erat de hoc dubium in illo text. nec faceret ad materiam illius tit. ſed ſolũ deciditur de quæſtione ſtatus perſonæ, quæ eſt in tempus pu-
6 bertatis differẽda. ¶† Scđm dictum gl. eſt, ꝙ ignominioſa inſtitutio filij tamen valet. Intellige ſanè niſi deſcenderet ad ſpeciẽ ignominiæ. l. quoties. §. ſi qs nomen. ff. eod. ſm Ang. Sal. & Fulg.
7 & Pau. de Caſt. hic, not. in l. turpia. ff. de leg. 1. ¶† Nunquid au-
a tem pater maledicendo a filio, puta, qa in teſtamento dicat, maledictus ſit talis filius meus, & exprimat cauſam, eo qa me verberauit, nunqd dicatur exhæredatus? Bart. pulchrè in prooe. Decretalium. in pen. & vlt. col. tenet, ꝙ non, ꝙ patet, quia põt cũm maledictione filius hæres inſtitui. l. his verbis. §. 1. hic alleg. in gl. & ideo ſi teſtator dicat, filium meum maledico expreſſa cauſa ſufficienti ad exhæredationem, nihilominus patri ſuus hęres exiſtit, qa nec benedicendo videtur eum inſtituere hr̃dẽ, quia verba dignationis, vel indignationis non diſponunt, ꝙ ſo
nant, licet ſm eum in veteri teſtõ contrarium ſeruaretur, quia maledictio patris eradicabat domum filiorum, alleg. etiam, ꝙ not. Arch. 23. q. 4. c. quid ergo. pro iſta deciſione Bal. videtur bene facere text. quem Bal. alleg. in d. l. his verbis. §. 1. in verſ. cum maledicto. cum gl. & ſummario Bart. ibi, ꝙ verba maledictionis inſtitutionem nõ vitiant. Sed contra iſtam deciſio. Bal. pon
dera tu videri text. in c. licet vniuerſis. de voto. in verbo *ſub interminatione maledictionis paternæ.* iunctis verbis ibi, *hæreditatis emolumento prioeris.* Niſi dicas, ꝙ ibi non inducatur priuatio hęreditaris ꝓp interminationem maledictionis, ſed eo quia, vt dicit text. non impleuit onus ſibi iniunctum à teſtatore circa execu
tionem voti, vnde priuatur emolumẽto ſucceſſionis, ſicut qñ nõ implet legata, & fideic. Auth. hoc amplius. C. de fideic. Sed ex alio puto, ꝙ dictum Bal. non ſit verum: nam procederet, qñ maledictio eſſet ingñe, ſeu ſimpliciter prolata, ita loquitur. d. l. his verbis. §. 1. & ibi Bart. ita ſummat, dum dicit verba maledictionis vniuerſalia, ſecus qñ deſcendit ad ſpeciem maledictionis exprimendo de meritum in ſpecie, vt in caſu Bal. l. quoties. §. ſi quis nomen. & ibi in ſpecie gl. not. declarat. ff. eo. & glo. & Doct. in l. 3. in prin. ff. de lib. & poſth. Prætereà tex. ille loquitur, qñ filius eſſet inſtitutus, licèt ſub termino maledictionis, ꝙ nõ eſt in caſu Bal. vbi non eſt inſtitutio. Item, ꝙ in d. c. licèt. non ſit exhæredatio, patet, quia nulla cauſa erat inſerta de. 14. §. aliud
8 quoque capitulum. in Auth. vt cũm de appel. cog. ¶† In tertio dicto gl. dic, ꝙ rõ eſt, quia tunc exhr̃daret vt extraneum, ſed exhr̃datio in extraneum nil valet l. quidam cũ filiũ. ff. de verb. obl. ſm Sal. hic. ¶ Gl. in verbo auferendam. diuiditur in tres. In prima alleg. tres concor. ad tex. & eſt clara. In ſecunda ibi, ſed arg. ꝯ gl. opp. & non ſoluit. Rñde tu, ꝙ ideo ibi error non excu-
9 ſat, eo quia ille dabat operam rei illicitæ. † Vnde error nõ exclu dit culpam delinquentis, per illum text. in d. §. ſi iniuria. determinat not. Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. in fi. ff. de pœ-
b nis, ꝙ cùm vellem percutere[b] Titium, ſi percuſſi Seium, ꝙ debeo puniri, ex quo omnino dabam operam rei illicitæ. ad hoc etiam alleg. tex. in l. ſcientiam. §. pen. ff. ad l. Aquil. quamuis de hoc alibi Bart. relinquat cogitandum in l. illud. §. fin. ff. de iniur. Facit, ꝙ per d. §. ſi iniuria. decidit idẽ Bart. in l. diuus. ff. ad. l. Cor. de ſicar. ꝙ cùm vellem ſolùm percutere, vel vulnerare vnũ, eũ interfeci, vel cùm vellem percutere vnum, percuſſi duos, debeo puniri ſm rei euentum, & non ſm animum. facit tex. in c. fin. de homi. in 6. Item adde pro diſtin. Bar. ꝙ aut dabam operam rei licitæ, aut illicitæ. bene facit text. in l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. vbi dicit text. ꝙ cùm vellẽ percutere pugno ſeruũ meũ, percuſſi te in proximo ſtantem, ꝙ non teneor tibi iniuriarum, rõ, quia in gñe non habui aĩum committendæ iniuriæ, cũ vellem pugno percutere ſeruum, ꝙ mihi licebat. gl. tñ ibi dicit, ꝙ licèt non teneàr iniuriarum, teneor. l. Aquil. per d. l. ſcientiam. §. ſed ſi defendendi. Ratio, qa ad hoc, vt qs teneatur. l. Aquil. ſuffi cit qualiſcunque culpa, ẽt leuiſſima. l. in l. Aquil. ff. ad l. Aquil. & cum opi. Bar. tenet Io. de Ana. in c. 2. in 16. col. de maledi. Idem tenet Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. in pen. col. C. de Epiſ.
c & cler. per d. §. ſi iniuria, & ne delictum[c] remaneat impunitũ, & quia in delictis ſufficit dolus in genere, licèt ſit erratum in corpore. alleg. Ioann. And. in regula cũ quis de reg. iur. in merc. Sed aduerte, quia Ang. in d. l. reſpiciendum. §. delinquunt, & latius idem Ang. in d. l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. not. illum tex. pro offendente mediatores rixæ, quos non credebat, nec volebat offendere, ꝙ non tenetur, & reprehendit opin. Bart. ꝙ ſi dabat operam rei illicitæ punitur, aliàs ſecus, nam eſt contra d. l. ſcientiam. §. ſed ſi defendendi. cum glo. vbi dabat operam rei licitę. ſ. defenſioni, & tamen dicutiens punitur. Reſponde verum, ꝙ punitur. l. Aquilia ad intereſſe. cùm ibi ſufficiat quælibet culpa etiam leuiſſima, vt prædixi, ſed per hoc non ſequitur, quòd criminaliter puniri debeat. Concludit ergo Ang. in vtroque loco, quòd punietur ſolùm pro culpa arbitrio iud. & ſic extra or-
dinem. pro iſta opin. Ang. quæ eſt mitior, adde, ꝙ tenet Bal. in l. 3. §. quacunque. ff. de iureiur. vbi examinat per plures quæſtiones caſum, qui ſecundum eum vertebatur tunc in facto, qui eſt talis. Berta rixans cum Seio, volens percutere Seium proiecit lapidem, qui in muro proiectus ex caſu fecit vulnus in capite cuiuſdam puellæ partiæ, an puniri debeat de vulnere ſecundum formam ſtatuti illius loci? determinat in 3. q. ꝙ non, quia non præſumitur in dolo, ſed in culpa, de qua non intelligitur ſtatutum loqui, quia in criminalib. non æquiparatur dolo, vt not. in l. in actionib. ff. de in lit. iur. & quia in criminalib. requiritur præcisè dolus, vt ibi per eum. Cyn. in d. l. ſi quis non dicam rapere. Bene facit, ꝙ ſignanter dicit Bald. in l. fin. per glo. ibi. ff. ꝙ quiſque iur. ꝙ ſtatuta pœnalia ſemper intelliguntur ha
bere clauſulam in ſe, ſi delicta dolo commiſſa fuerint. Iſta ſe-
d cunda opin. [d] videtur tenenda, quia in criminalib. mitior pars eſt tenenda. l. interpretatione, & l. ſi præſes. ff. de pœn. Confirmatur, quia ſtatutum puniẽs homicidium, vel aliquod delictum corporale, intelligitur ſi dolo ſit commiſſum, nõ ſi caſualiter, etiam ſi culpa interuenerit. l. cùm autem. §. excipitur. ff. de ędil. edi. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in 3. col. ff. de infa. cum multis alijs concor. & bonis deciſionib. quas poſui in l. 3. §. ꝙ prætor. poſt Bald. & Mod. ibi. ff. ne quis eum, qui in ius voca. eſt. ¶ In tertia ibi, & cum auferatur. glo. reſpondet tacitæ quæ-
10 ſtioni, & valde neceſſariæ ad hunc text. vbi dicitur, † quod ſi teſtator errans inſtituit aliquem tanquam filium, qui non eſt, dicit text. ſibi auferendam ſucceſſionem, & non aperit à quo, quæro ergo, cui applicabitur iſta hæreditas? glo. dicit venientibus ab inteſt. & ſi non ſint venientes ab inteſt. fiſco applicabitur, ſic intelligit. l. auferrur. ff. de iur. fiſ. vbi glo. & Bart. plenius,
* quam hic, & idem tenet Cyn. Bar. *& communiter omnes*, & Antiqui, & Mod. hic per. l apud. ꝯ. eo. Nec obſt. ſi diceretur, ꝙ quando aufertur hæreditas alicui tanquam ab indigno, illa applicatur fiſco. l. Papin. §. meminiſſe. ff. de inoffi teſt. Reſpondẽt Doc. & eſt pulchra limitatio ad illa iura, ꝙ illud eſt verum, quando indignitas procedit culpa hæredis, ſecus ſi ꝓp errorem teſtatoris. caſus eſt hic, ſecundum omnes. idem tenet Bart. in d. l. aufertur. in pric. & in l. hæreditas. ꝯ. de his quib. vt indig. & ex hoc colige aliam limit. ad gl. l. his conſequenter. ff. fam. ercif. quæ dicit, ꝙ nemo poteſt opponere de indig. hær. niſi fiſcus, quia eſt verum, qñ eſt indignitas procedens culpa hęredis, ſecus ſi indignitas cauſetur errore teſtatoris, quia venientes ab inteſt. pñt op-
11 ponere, vt hac gl. & adde prædictis. l. 1. C. de nat. lib. ¶† Sed aduerte, inquantum gl. & omnes volunt, ꝙ in d. l. aufertur. in prin. ideo hr̃ditas applicatur fiſco, eo quia nõ erant venientes ab inteſt. vr̃ nimia reſtrictio, & diuinatio ad illum tex. præſertim cũ in dubio nemo præſumatur ſine hr̃de, aut venientib. ab inteſt. decedere, vt dicit gl. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. Prętereà ſi ita eſſet, tunc fiſcus non veniret tanq̃ auferens ab indigno, vt ibi dicit text. ſed eo quia nulli ſint venientes ab inteſt. tanq̃ bona ſint vacantja veniret fiſcus. Ideo aliter rñdet Fulg. ꝙ in d. l. aufertur. in princ. & in hac. l. error teſtatoris proceſſit à dolo, ſeu falſitate: nam vtrobique ideo teſtator putauit filium, quia fuit ſubditicius, & ſic fuit commiſſum crimen falſi ſubijciendo talem partum pro vero filio. l. 1. ff. ad l. Cor. de fal. ideo vtrobiq; aufertur, & applicatur fiſco, ſed in l. nec apud. ꝯ. eod. error teſtantis non proceſſit à dolo alicuius. contra iſtam opin. Fulg. facit, quia licèt iſte error procedat à dolo, non tamen procedit à dolo inſtituti, vnde incongruum videtur, ꝙ dolus tertij præiudicet venientib. ab inteſt. Item aduerte, ꝙ in d. l. aufertur. non dicit text. ꝙ ſit fiſcus, qui auferat, ſed ibi tex. ita loquitur in ambiguo ſicut hic: nam ſicut hic dicit text. auferendam hæredit. & non dicit à quo, ita dicit ibi text. aufertur ab indigno, & non dicit à quo. ex quo ergo indignitas non cauſatur facto hæredis, ſed errore teſtatoris, ideo vocãtur venientes ab inteſt. vt ibi, & hic, & qñ nulli exiſterent, tunc veniret fiſcus, per illum text. licèt aliqualiter videatur repugnare natura tit. ſub qua ſituata eſt d. l. aufertur. & iſto modo viſus eſt declarare Bart. in d. l. aufertur. in princ. Item vltra alios conſidera, ꝙ gl. & Doct. videntur errare in intellectu huius text. & ita aliàs dixi in publico examine vnius ſcholaris: nam conſidera, ꝙ tex. dicit, ſi pater tuus eum quaſi filium, & ſic pondera, ꝙ iſte, qui ſupplicabat Imperatori, erat filius, dato, quòd alium inſtituiſſet: nam dum

dicit

ADDITIONES.

a ¶ Maledicendo. Adde Barb. in c. quintauallis. de iureiur.

b Percutere. Adde, quæ ſcribit idem Iaſ. in l. clam. §. qui ad nundinas. nu. 56. & 57. ff. de acq. poſſ. vbi infert ad plures caſus no. & declara, vt per Boſ. ti. de homic. nu. 73. vbi dicit ſe defendiſſe quendam à magno diſcrimine. MASVER.

c ¶ Ne delictum. Adde. l. ſi longius. in gl. in verbo impunita. ff. de iud. tex. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. text. & gl. in c. vt famæ. de ſen. excommuni.

d ¶ Opi. Adde, quæ ſcribit Dec. in l. in actionib. nu. 20. ff. de in lit. iur.

Source : BIU Cujas

dicit pater tuus, vult ꝙ tu, qui ſupplicabas, eſſes filius, & ſic prę-ſupponit tex. ꝙ duo eſſent filij, vnus verus, q ſupplicabat, alius ſuppoſitus, tunc ego oſtendo, ꝙ dicta gl. & Doc. ad hāc. ſtare non pūt à partib. ſufficienter enumeratis. Aut enim pater inſtituerat iſtum, qui verè erat filius, aut eum prætermerat, aut exhę redauerat, ſi inſtituerat eum filium verum hæredem in aliqua parte, deinde probetur alium filium inſtitutum eſſe ſuppoſitū, ego habeo, ꝙ portio filij putatiui dēt accreſcere vero filio inſtituto, per l. 1. C. quando non pet. partes, & tunc vanum eſt dicere illud, ꝙ dicunt glo. & Doct. ꝙ ab inteſt. veniant veniētes ab inteſt. cum hic ſit alius verus filius inſt. Nec dicat quis, quòd ex quo alius filius erat ſubditicius, & ſic indignus, ergo fiſcus debet venire, qui impediet ius accreſcen. l. ſi ſequens. vbi Bart. ad Sena. Sylla. & probatur, quia fiſcus capiens partem indigni, impedit ſubſtitutum venire, vt ibi eſt text. multo magis debet impedire ius accreſcen. §. ſi duo. in l. 2. ff. de bon. poſſ. ſecun. tabul. quia reſpondeo ex doctr. *hic per omnes approbata*, ꝙ arg. procederet, quando eſſet indignitas procedens culpa, & delicto hæredis inſtit. quia illa inuitaret fiſcū, & impediret ius accreſ. d. l. ſi ſequens. ſed quando iſta indignitas, de qua in hoc text. procederet ſolum culpa teſtatoris, non inuitat fiſcum, vt dicunt omnes hic, ergo non impediet ius accreſcen. ergo hoc caſu verus filius in aliquo inſtituus haberet totum, nec id, ꝙ dicunt gl. & Doct. ꝙ ſuccederetur ab inteſt. poſſet ſtare: aut volumus dicere, quod iſte fuit præteritus à patre in teſtamento, & tunc teſtamentum eſſet ipſo iure nullum, & tunc ſiue eſſet alium inſtituturus, ſiue non, ſiue crederet filium ſiue non, teſtamentum eſſet ipſo iure nullum, & non procederet iſta. l. aut vis dicere, ꝙ pater exhæredauit in teſtamento illum verum filium, & tunc aut nullum dedit coheredem, cuius additione poſſet confirmari exhæredatio, & talis exhæredatio eſt nulla, & teſtamentum nullum. l. filium. §. ſed cùm exhæredatio. ff. de bon. poſ. contra tab. aut dedit cohæredem, qui adiuit, & cuius additione fuit cōfirmata exhæredatio veri filij, & tunc neceſſarium eſt dicere, quòd portio filij putatiui accreſcat hæredi inſtituto per ius accreſcen. ergo non eſt verum, quod voluit glo. & Doct. quòd ſit locus venientibus ab inteſt. in caſu huius. l. Vnde ſi conſideras, aut teſtamentum fuit nullum ex præteritione veri filij, aut ſi valuit, vel ipſe verus filius, vel alius debuit eſſe hæres, & tanto magis, ꝙ ſi verus filius fuiſſet exhæredatus à patre fruſtra ſupplicaſſet Imperatori, vt facit hic. Dutum eſt reſpōdere, & aliàs in publico examine poſt multas, variaſque reſponſiones vlt. dicebatur, ꝙ neceſſarium erat dicere, ꝙ in hac. l. bene verum eſt, ꝙ verus filius erat in aliquo inſtitutus, ſed ꝙ iſte verus fil. repudiauit inſtitutionem, & hoc caſu procederent gl. & Doct. Sed certè hic in nihilo ſatisfacit. Primò, quia diuinat. Secūdò, quia ſi verus fil. fuiſſet in aliquo inſtitutus, non eſt in dubio præſumendum, ꝙ repudiauerit, quia nemo præſumitur iactare ſuū. l. cùm de indebito. §. fin. ff. de proba. Prætereà, & fortius, ſi iſte verus fil repudiaſſet, fruſtra ſupplicabat Imperatori. Niſi dixeris, ꝙ licèt repudiaſſet ex teſtamento, volebat ab inteſt. venire. ¶ Sed iſtud eſt multiplicare diuinationes ad hunc text. placet mihi verus intell. ad hunc tex. non violando literam, quòd in hoc text. verus filius ſupplicaret Imperatori conſulendo, quid iuris ſit ſuper hæreditate, in qua filius putatiuus eſt inſtitutus hæres, & Imperator reſpondet auferendam ei ſucceſſionē, intelligo. ſ. à fiſco, prout ſonat vis vocabuli auferen. & prout etiam decidit text. in d. l. aufert. in princ. qui text. vt etiam ſupra dixi, quamuis nihil dicat de fiſco, tamen quia debet intelligi ſecundum naturam tituli, ſub quo ſituata eſt. l. Imperator. ff. de in diem addic. & quia iſtud importat verbum aufertur, & verbum ab indigno. ideo intelligitur, quòd aufertur à fiſco. Nec obſt. l. nec apud j. cod per quam glo. & Doct. mouentur ad tenendum, quòd admittantur venientes ab inteſt. quia reſpondetur, prout fuit de mente Fulg. hic, & ſupra retuli, quòd in dicta. l. nec apud nihil interuenit, quod poſſit ſonare in delictum, & quod poſſit inuitare fiſcum, ex quo ſolus error iuris in teſtatore interuenit, ſed hic, & in dicta. l. aufertur. arguitur delictū, quòd inuitat fiſcum. ſ. ſuppoſitio partus. Iſta videtur eſſe vera mens iſtorum iurium, intelligendo ea ſine violentia, & diuinatione.

LEX V.

NOn ideo. Si vxor inſtituitur tanquam affinis, licet non ſit verè affinis, ſed principium affinitatis, tamen valet, eo quia idē indicamus de eo, quòd eſt cauſa alicuius actus, ꝙ de ipſo actu l. quod ſeru. vbi dixi. ff. de cond. ob cau. & ibi tetigi an veniat in ſtatuto faciente mentionem de affine.

LEX VI.

ICompenſandi. Inſtitutio facta de parte hæreditatis animo compenſandi cum toto debito, totum debitum extinguit. h. d. & intellige ſanè, quando teſtator ita expreſſit: quando autem eſſemus in dubio, ſecus eſſet, per. l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. Quid autem ſi debitum eſſet maius, tangunt Pau. de Caſt. & plenius Ale. hic, & gl. & omnes ordinatie in l. creditorem. ff. de leg. 2. Alex. in conſ. 132. in 2. vol. inc. viſo inſtrumento diuiſionis, & dum glo. ad illud opponit, & non ſoluit de. l. ꝙ de bonis. §. cùm fideicom. ff. ad. l. fal. dic, ꝙ ſecundum ſecundam lect. gl. ibi approbatam à Doct. concordat cum iſta. l. quia ibi fit compenſatio ſicut hic, ſecundum autem primam lect. quæ vult, ꝙ ibi non fiat compenſatio de illo fideicom. matris, dic, ꝙ ibi ſpeciale eſt fauore filiorum primi gradus, in cuius præiudicium non poterat pater illam compenſationem inducere.

LEX VII.

NEc apud. Expedita eſt in l. ſi pater. s̄. eo. & dum tex. dicit, nec apud peregrinos. ſuper illa dictione peregrinos. gl. ponit varias expoſitiones, ſeu declarationes. Vel dic ex mente Cyn. ꝙ text. voluit dicere, ꝙ nec etiam apud peregrinos. i. Barbaros. nam licèt adoptarem aliquem in frarrem, quia per naturam fieri non poſſet, dato, quòd apud Barbaros leges noſtræ non ſeruentur, ad denotandum, quod multominus apud nos, & circa hoc tangit Fulg. quid de iſtis fratrib. iuratis. dic melius, vt per Imo. in l. ille autem. ff. eod. & Alex. in l. ſi pater. s̄. eo. & dixi in l. 2. s̄. qui teſta fa. poſſ. Vel potes intelligere text. in illo verbo peregrinos, quòd in ciuitate Rom. erant multi prętores, aliquando num. 16. aliqui dicebantur prætores vrbani, & iſti reddebant iura ciuibus. alij peregrini, & iſti reddebant iura peregrinis, & extraneis. l. 2. §. deinde cum placuiſſet. ff. de origi. iur. & glo. in l. ſi per errorem. in gloſ. 1. ff. de iur. omn. iud, & ita intelligit Sal. hic.

LEX VIII.

a COllegium. Omne collegium [a] cenſetur incapax hæreditatis. h. d. & ratio eſt, quia omne collegium præſumitur illicitum, niſi licitum probetur. dicit gloſ. in l. 1. ff. de colleg. illicitis. cum concor. de quibus per. d. Alex. Iaſon.

ADDITIO.

a ¶ Collegium. De materia iſtius. l. vide Inn. in cap. dilec. de exceſ. præla. idem Inno. in c. cùm ab eccleſiarum. de oſſi. ord.

SVMMARIVM.

1 *Si quis inſtituatur hæres cùm hæres morietur, adiectio temporis reijcitur, & non ſuſpendit inſtitutionem, ſecus tamen eſt in legato facto quando ipſe legatarius morietur, & nu. 3.*

2 *Legatum factum alicui quando ipſe lega. morietur, valet, fallit tamen in legato liberta. & vſusfructus.*

4 *Si quis inſtituatur ad diem certam, valet inſtitutio, & adiectio temporis reijcitur.*

5 *Si teſtator relinquat vxori ſuæ vſumfr. omnium bon & poſt mortem vxoris inſtituat fratrem, vel alium hæredem, an valeat tale legatum.*

6 *Doctori illuſtri atteſtanti de conſuetudine credendum eſt.*

LEX IX.

XTraneum. Iſta. l. & ſi breuis ſit, tñ eſt ſubtilis, & legitur in gloſ. duob. modis, licèt gl. videatur ponere plures intellectus. alio. & tertio modo melius legitur ſecundum Doc. extra gl. ſm intellectum Doct. quem teneo. h. d. Valet inſtitutio facta ſub die incerta mortis tertij, & eius euentus tanquam conditionem inducens expectandus eſt. h. d. ſm verum
1 intellectum Doct. cum neceſſarijs ſuppletionib. ad text. † &
a hoc modo dictio quis, [a] ſtabit propriè ad text. & intelligitur cùm quis. ſ. tertius, & dictio etiam, non eſt referenda ad dictionem

ADDITIO.

a ¶ Dictio, quis. Adde. l. 1. & ibi Cy. C. de ſumn. Trin. & in cap. qui rece. de pœn. d iſt. 1. Raph. Fulg. conſ. 47. inc. ſer Michael. contra ſer Stephanum.

Source : BIU Cujas

nem extraneum, qa implicaret, ꝙ eodem modo filius etiam posset institui, ꝙ est falsum, vnde iungi debet cum seq. ¶Glos. vnica, ista gl. videtur ponere varios intellectus ad text. sed reuera non sunt nisi duo, & secundus ponitur in fi. gl. in vlt. verbis: nam alia, quæ præcedunt, tendunt ad declarationem primi intellectus. Vt ergo gl. bene explices, diuide istam gl. in duas partes prin. prout duos principaliter ponit intellectus. Secūda est in fin. gl. ibi, vel cùm moritur. s. testator. ¶ Prima prin. subdiuidi tur in sex. In prima ponitur primus intellectus, ꝙ aliquis potuerit instituí sub conditione, cùm ipse hæres morietur. In secunda ponitur vnum dictum. s. ꝙ adiectio illius tpis reijcitur de institutione. In tertia ponitur differentia institutionis, & legati. In quarta ponuntur duæ fal. ad illud, ꝙ dixi de legato, & caue, qa aliqui libri habent, nisi in libertate sit relicta, quę pro pura habetur, & hoc modo gl. est corrupta, qa expresse dicit cōtra tex. quem alleg. debet ergo dicere gl. quæ pro nulla habet. In quinta ponitur opi. Azo. ꝓria eius, ꝙ dixerat glo. in secūda partic. s. ꝙ imò adiectio tpis non reijcitur. In sexta, & vlt. aliter exemplificat primum intellectum, & sic ne erres non credas, ꝙ sit intellectus de per se, sed est declaratio primi intellectus. Secūda ibi, quę adiectio. Tertia ibi, licèt in legato distinguatur. Quarta ibi, nisi in libertate. Quinta ibi, alij dicunt. Sexta ibi, alij cùm morietur. Ex prima parte habes plura per ordinem notare. Primò habes primum intellectum ad text. qui est bonus in
a se, sed non congruit literæ l. nostræ. pp dictionem cùm qs, [a] posita in text. quæ necessariò intelligitur de alio q̄ de hærede.
¶† Secundò habes ex gl. differentiam inter institutum, & legatariū, qa si qs instituatur hīs cùm ipse hęres morietur, adiectio tpis reijcitur, & non suspendit institutionem: sed qñ alicui est legatum, qñ ipse legatarius morietur, certè adiectio tpis non reijcitur de legato, imo suspendit legatum, & facit, ꝙ interim non debeatur, & ratio diuersitatis est, qa si in institutione reijceretur adiectio tpis, testator postquam est mortuus, decederet pro parte tpis testatus, & pro parte intestatus, ꝙ in pagano. l. non tolerat. l. miles ita. in princ. ff. de testa. mil. & ideo ne hoc contingat, subducitur adiectio tpis, & remanet purè institutus, quæ ratio cessat in legato. ¶ Tertio habes ex gl. ꝙ licèt legatū relictum alicui, qñ ipse legatarius morietur, valeat, fallit in legato libertatis, & legato vsusf. Ratio fallentiarum est, qa in alijs legatis, quæ relinquuntur cùm legatarius morietur, certè qñ legatarius est in vlt. vitæ spiritu adimpleta est conditio, & sic trāsmittet legatum ad hæredes, & sic q̄uis legatarius nullum commodum habeat, habent tñ eius hæredes, sed qa legatum libertatis non est transmissibile, similiter nec legatum vsusf. cùm finiatur morte, ideo istis vlt. casib. legatum nil valet. ¶† Quartò
d habes ex gl. diuersitatem opinionum, qñ qs instituitur sub cōditione cùm morietur, nunquid adiectio tpis reijciatur, & institutio remaneat pura, nam gl. s. in princ. tenuit, ꝙ sic, sed do. Azo tenet ꝓriū, & ad. l. hīditas ex die. ff. eod. rñdet, ꝙ loquitur qñ dies est certa, qa illa bene reijcitur. Sed concorda istas opin. diuersas non ꝓrias. Aut. n. qs instituitur hæres, qñ ipse hīs morietur, & procedit prima opi. gl. ꝙ tpis adiectio reijcitur. Ratio, qa certum est omnino hanc conditionem extituram, & purificabitur in vlt. vitæ spiritu hīdis. Aut qs instituitur hīs, cùm qs tertius morietur, & ista adiectio tps non reijcitur, quia posset euenire, ꝙ hīs moriatur ante mortem tertij, &, sic non purifica ta conditione, & sic, qa non est omnino certum istam cond. debere impleri in vita hæredis, qa posset mori post hæredem, ideo tps nō reijcitur, sicut in primo casu. ¶† Et si dicas, quæ est
e ratio, ꝙ si quis instituatur ad diem certam, puta, ego instituo hīdē hinc ad. 10. ann. ita ꝙ non incipias esse hęres nisi lapsis. 10. ann. valet institutio, & adiec. tpis reijcitur, acsi purè esses institutus. l. hīditas ex die. ff. eod. & tñ posset euenire, ꝙ tu moriaris ante euentum illius diei, qa non est certum diem venturum te viuo, & tñ reijcitur, quare non sic reijcitur, qñ tertius morietur, dato, ꝙ sit incertum, an ille tertius moriatur ante, vel post? Respondę, & est subtile, qa primo casu est dies certa, an & qñ: in secundo casu dies mortis est certa an, sed non qñ. dies ergo incerta habetur pro cōditione. l. dies incertus. ff. de cond. & dem. & Bart. in d. l. hīditas ex die. & ratio est, qa conditio vī se habere ad esse, & non esse, ideoque cōfertur in præteritum, vel in pns non est propriè conditio. l. cùm ad pns. ff. si cert. pet. Pōt ergo esse, ꝙ veniet hīde viuo, & eo mortuo, ideo cùm faciat conditionem, institutio remanet in suspenso, sed dies certa nō pōt censeri conditio. Tñ caue, vt prædixi, qa incertū est an tps. 10. ann. eueniat eo viuo, vel mortuo, & sic in euentu eo viuo, vel mortuo videtur, ꝙ pariformiter sit incertitudo. Ideo est alia ratio, & subtilior quare dies certa ex institutione reijciat, qa si euenirent dies, certè testator diceretur pro parte tpis antecedentis decessisse intestatus, & pro alia parte testatus, ideo ne istud absurdum sequatur, statuit. l. ꝙ adiectio tpis certi subdu-
catur de medio. Idem est, qñ quis est institutus in certo fundo nam detracta mentione rei remanet hīs in totum eadem ratione, ne cōtingat testatorem decedere pro parte testa. puta in illa re, & in alijs intestatum. l. 1. §. si ex fundo. ff. eo. Ista cō cessat, qñ adijcitur tps incertum, qa cum illud tps habeatur pro conditione, & ꝑdō in institutionib. trahatur retro qñcunque eueniet. l. hīs quoq;. ff. de acq. hær ergo cùm trahatur retrò, non potest dici, ꝙ testator pro parte tpis decederet testatus, & pro parte intestatus. Licèt Vltramontani Petr. Cy. & Alb. hic, & Cyn. in l. si pater. in 6. q. j. titu. 1. faciant dīam inter si, & cum, tñ ista
* *communiter reprehenditur* p Bart. & alios hic, & Bar. in l. quodcunque. ff. de verb. obl. & in l. ita stipulatus. magna. in 2. q. prin. vers. iuxta hoc quæro. & in 3. q. prin. ff. de verb. obl. ¶ In altera parte gl. dic, ꝙ iste secundus intellectus gl. non valet pp dictionē qs, positam in tex. quæ non pōt referri nec ad hīdē, nec ad testatorem, sed referenda est ad tertium. Item, qa iste intellectus esset sine effectu, cùm semper institutiones fiant post mortem testatoris. Teneas ergo cōem intellectum declaratum, vt s. ¶ Extra gl. Bal. & Sal. & plenius d. Alex. hic examinant aliquas quæstiones Bart. in l. hīditas ex die. ff. eo. & in aliquib. reprehendūt Bar. vt hic plenius per d. Alex. & Pau. de Cast. in l. q iure militari. de
5 test. mil. ¶ Vnam non omitto, quæ est valde vtilis, pone † testa-
b tor [b] reliquit vxori suæ vsumfr. oīum bon. & post mortē vxoris instituit fratrem, vel alium hīdē, nunqd valeat istud legatū vsusf? Dubium facit, qa tale legatum vsusf. non cedit nisi adita hīditate per hīdem. l. vnica. § in nouissimo. C. de cadu. tollen. l. 1. §. 1. ff. qñ dies leg. ced. sed hīs nō pōt adire hīditatē nisi post mortem vxoris, & sic legatum incipiet deberi illo tpe, qñ finitur, ergo vī nullum. l. Titio cùm morietur. ff. de vsuf. Istam quę stionem disputauit Dyn. in cons. 9. ꝙ incipit, quæstio talis est, quidam testator condidit testm̄, ꝙ consilium refert Bal. hic, dicendo, ꝙ Dyn. in illo cons. nihil firmauit, sed vadit tanq̄ muscipula super prunas. ¶ In ista difficultate inuenio. 4. princ. fuisse sn̄as, & prima fuit Bal. hic, ꝙ legatum valeat, & dato, ꝙ hīditas non possit adiri de facto, qa regula est, ꝙ qñ conditio non pōt de iure impleri, sufficiat eam impleri de facto. l. mulier. § si qs hīditarium. ff. de cond. insti. & qñcunque hīs verè adeat, apparebit vsque retrò eum fuisse hīdē. l. hīs quoque. ff. de acquir. hær. vel cùm non sit qs ex cuius manib. capiat legatum, poterit propria auctori. accipere, vel officio iudi. vt hic plenius per Bal. Idem ēt tenet Sal. hic. idem tenet Bald. & Cu. in d. l. hīditas ex die, & Ang. in l. Gal. §. 1. ff. de lib. & posth. ¶ Secūda prin. opi. est Bal. in l. id, ꝙ pauperib. in 6. col. in 14. q. C. de Epis. & cle. vbi diffusè examinat istū passum, & plenius q̄ alibi, & dicit, ꝙ quæstio est dubitatissima, & ꝙ Fed. de Senis noluit in ea cōsulere, tñ concludit Bal. ꝙ legatum vsusf. valeat, eo qa testator, q voluit ꝓns. s. ꝙ vxor haberet vsumfr. vī velle omne aīs necessariū ad illud, & ꝓnr velle, ꝙ hīs possit adire in vita vxoris, sed non hīe commodum hīditatis. Idem tenet Bald. in l. filius à pīe. in prin. ff. de lib. & posth. & ibi sequitur Pau. q dicit, ꝙ in quæstione de facto ita vidit iudicari, & finaliter idem tenet Ang. in d. l. hīditas ex die. Tñ aduerte, qa non sp est verum præsuppositū Bal. per tex. in l. pen. §. illo. C. de necess. ser. hęr. inst. Præterea istud fundm̄ procederet, vbi testm̄ vitiaretur in totum, sed hic solū vitiatur legatum vsusf. vnde nō est par rō, fm Imo. in d. l. filius à patre. Itē vis verborum testatoris est in ꝓrium, cui in dubio videt̄ standum. l. non aliter. ff. de leg. 3. fm eundem Imo. in d. l. hæreditas. ad fin. ¶ Tertia fuit prin. opi. Ang. in l. miles ita. ff. de test. mili. quæ prima facie videtur satis colorata, qui dicit, ꝙ licet hæres non possit adire hæreditatem de iure ciuili ante mortem vxoris, potest tñ agnoscere bon. poss. fm tab. quæ hæredi scripto etiam pendente conditione competit. l. si qs instituatur
c hæres. ff. eo. & l. 2. §. si sub conditione. ff. de bon. poss. fm tab. [c] & agnoscendo bon. poss. de iure præto. confirmabitur legatum vsusf. istam opin. Ang. reprobat Pau. de Cast. & bene in consil. 389. inc. visis dubijs. & Lud. Rom. in consil. 71. incip. visis dubijs propositis, & elegantissime consultis, & dom. Alexan. in consil. 162. in 2. vol. quod incip. circa primum dub. in quo quęritur quo ad dimidiam. in 2. colum. & quia iura præalleg. quæ dicunt

ADDITIONES.

a ¶ Cùm quis. Adde Card. in cap. fin. in 1. not. de consuet. Raph. Cum. cons. 46. inc. Petrus hæres.

b ¶ Testator. Adde Petr. de Anch. in sua disputat. inc. testator. idem Petr. de Anchar. in cap. fin. de succes. ab intest. PVRPV.
¶ Ista dicta, & limitationes ponit Alex. in l. filius à patre. colu. 4. ff. de liber. & posth. & Ang. examinatin §. hæres. col. 2. inst. de hær. inst. de hoc art. Item Rom. cons. 206. tenet Decius cons. 278. non leuis perplexitas. Picus in rep. §. Tertia. quæst. 26.

c ¶ Secundum tab. Ad illum. §. si sub conditione. limitationem tradit Capra cons. 101. & si excellentissime.

Source : BIU Cujas

dicunt ſcriptum hæredem ſub conditione, pendente cõditione poſſe venire de iure ptæto. intelliguntur quo ad adminiſtrãduꝫ bona tantum, & ad ſatisfaciendum creditorib. non autem, quod per talem agnitionem confirmetur teſtamentum. ¶Quarta, & vlt. eſt opin. directò contraria omnib. præcedentibus, quòd tale legatum vxoris ſit nullum, & iſtam tenet Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de pign. §. fin. verſ. porrò vſufructuarius. quam opin. tenet Angel. in l. qui filio. in princip. ff. eod. & Imol. in l. filius à patre. in princip. ff. de liber. & poſthum. & in dicta. l. hæreditas. ff. eo. & dom. Bened. de Plumb. in l. qui duos. in prin. ff. de manum. teſt. Petr. de Ancha. & Imo. in cap. fin. de pign. Iſtam tenet latè Alex. hic, qui dicit ſe ita pluries conſuluiſſe, & latius idem dom. Alexan. in dicta. l. filius à patre. in princ. & in conſil. 162. in 2. vol. incip. circa primum dubium. & pro iſta opin. adducitur text. in l. qui filio. in princip. iuncta glo. ibi. ff. eod. in quo text. pendet pondus huius quæſtionis. Tu aduerte, quòd ille text. nihil facit, ſed bene glo. vnde conſidera, quòd ille text. ponit duos caſus, primus, quando filio exhæredato teſtator legauit ſeruum, & poſt mortem filij ſeruum inſtituit hæredem, iſte caſus nihil facit, quia vt ibi dicit Bart. neceſſe eſt intelligere, quòd ibi erat inſtitutus aliquis in vita filij exhæredati, cuius aditione confirmaretur exhæredatio: ſecundus caſus eſt, quando teſtator legauit ſeruum alicui, & poſt mortem illius inſtituit ſeruum hæredem ſine libertate. gl. ibi concludit, quòd legatum illius ſerui nihil valet, quia nemo eſt hæres, cuius aditione poſſit confirmari legatum, nec ante, nec poſt. Ita in caſu noſtro. Sed ego reſpondeo, quòd ideo ibi legatum non valet, eo quia ſeruus legatus erat inſtitutus poſt mortem legatarij, vnde ſi poſt mortem legatarij adiret hæreditatem, inſtitutio non poſſet trahi retrò ad conualidandum legatum, ex quo idem ſeruus legatus eſt, & inſtitutus, ſed in quæſtio. noſtra non eſt ſic, quia relictum vſuſf. eſt diuerſum ab inſtitutione, vnde quandocunque contingat hæredem adire, aditio retrò trahitur. nec eſt, quòd repugnet dicta. l. hæres quoque. ¶Quid tenendum? paſſus pro certo eſt dubius, & eſt de apicibus iuris, ſecundum dom. Fran. de Aret. hic, quamuis ipſe non examinet, ſed ſe remittat: in iſto paſſu teneo, quòd legatum valeat, quia ſi bene conſideras tres primas opin. omnes reincidunt in idem, ꝙ legatum valeat, licèt aliter, & aliter, & dicit Bald. in dicta. l. id, quod pauperib. in 14. quæſt. quòd ita de conſuetudine ſeruatur. † Vnde Doctori illuſtri atteſtanti de conſuetudine ſtandũ eſt, inquit Barto. in repe. l. de quib. in 16. colum. ff. de legi. quod vltimum an ſit verum, ibi plenè diſputauꝫ, & iſtam opin. quòd legatum valeat, vltra præalleg. tenuit Pau. de Caſtr. conſulendo in conſil. 339. præalleg. & plenius quam alibi Ro. in præalleg. cõſ. 70. & ibi Rom. refert, quòd ita conſuluit ſimul cum Pau. de Caſt. & do. Flo. de S. Petro, & dicit. do. Alex. in conſ. 58. in 3. vol. incip. habita ſuper contenta. quòd iſta opin. eſt multũ æqua, & conſona voluntati teſtatoris, & in illam inclinat: & [a] & pro iſta parte multum facit, quia teſtator in teſtamento[a] poteſt diſponere non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacite, quòd valeant legata, & debeantur etiam hęreditate non adita, ſicut poteſt dare licentiam legatario, vt apprehendat legatum propria autõ. l. Titia cum teſtamento. §. fin. cum gl. fin. de leg. 2. Iſtam doctr. tradit Barto. in l. nemo poteſt. in 2. colu. ff. de leg. 1. & in l. eam quam. in 2. colum. ſ. de fideicom. & in l. 1. in princip. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. quamuis aliqui in hoc teneant contra Bart. & pro iſta ſententia multum ſtringeret in contingentia facti, quia in dubijs opin. Doct. tenenda eſt illa, quæ fauet teſtamento, & per quam teſtamentum ſuſtinetur. l. ſi pars. in princ. ff. de inof. teſt. ¶Tenendo tamen opin. aliorum, quam multi tenent, ꝙ legatum non valeat, limita quatuor notabilib. modis. ¶Primò limita non procedere, quãdo teſtator reliquiſſet vxori vſumfruct. omnium bon. & poſt mortem vxoris inſtituiſſet filium ſuum hæredem vniuerſalem, quia cùm filius debeat ſaltem habere legitimam ſine aliquo onere, & dilatione temporis. l. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſt. certè filius ſaltem quantum ad legitimam poterit ſtatim adire, & per eius aditionem confirmabitur legatum, ita limitat Ioann. Andr. in addit. Spec. in præalleg. tit. de pign. verſ. porrò. in §. fin. Sed tu aduerte, quòd alibi Bart. multum ſing. tenet in l. Titio centum. §. Titio genero. in vlt. colum. ff. de cond. & demon. quòd cùm dos ſuc- [b] cedat[b] loco legitimæ, ſi pater in teſtamento relinquat dotem filiæ ſuæ, quando erit nubilis ætatis, nunquid tale tempus reijciatur de dote, & ſic de legitima filiæ, ita quod ſtatim peti poſſit, per d. l. quoniam priorib? determinat ibi Bart. ꝙ non reijcia- [c] tur, quia ſicut per ſtatutum[c] põt diminui legitima, ſed nõ tolli in totum, ita põt diminuere in tpe, & ordinare, ꝙ dos, & ſic legitima filiæ non debeatur medio tempore, & ſic nubilis ætatis, & iſtud tanquam grauamen nõ reijcitur, eſt verum, ꝙ multi ex Mod. reprehendunt Bart. in hoc. pro nunc non examino, dicam fortè in l. ſi pater. ſ. tit. 1. ¶Secundò limita ſingulariter, quando teſtator ſimplicitet reliquiſſet vſumf. omnium bonorum vxori, ſecus ſi adieciſſet, ꝙ facit eam dominiam, & vſufru. nam per illam dictionem dominiam, valet, quia idem eſt dicere dominus, ꝙ hæres. §. pen. cum gl. inſt. de hær. qual. & dif. l. his verbis. in prin. ff. de hęr. inſt. vxor ergo cenſetur inſtituta hęres in tempore, vt dicam in l. quoties. ſ. eo. & per eius aditionẽ confirmabitur, & poterit propria aucto. apprehendere. Ita limitat ſing. Benedic. de Plum. in d. l. qui duos, in princ. ff. de manu. teſt. & ſequitur d. Alex. hic. Confirmatur, quia vera ſententia eſt, ꝙ quando teſtator inſtituit vxorem ſuam dñam, & vſu fructua. poteſt vxor propria aucto. capere vſumf. & apprehendere poſſeſſ. ita Ang. in l. rerũ amotarum. ff. rerum amo. alleg. Spe. ſic tenere in tit. qui fil. ſint leg. Idem tenet Alb. in Auth. hoc locum. in 2. col. C. ſi mul. ſecundo nup. & Bald. in c. fi. in 10. col. de conſuet. Iſta limit. non videtur vera, quia per illam dictionem dominiam, vxor cẽſeretur inſtituta. d. l. his virbis. in prin. qñ alius non eſſet inſtitutus, ſed alio inſtituto ſecus. Vnde formaliter not. Bald. Imo. & Mod. in l. his verbis. in princ. in 2. not. per illum text. ꝙ ſi teſtator nullo alio inſtituto dicat, relinquo vxorem meam dñiam, & vſufr. bon. meorum, ꝙ cẽſeretur hæres vniuerſalis, ſecus eſt ſi allus puta filius ſit inſtitutus, ſed hic eſt alius vniuerſaliter inſtitutus, licèt ſub conditione, quæ impedit alium interim fieri hæredem, ſecundum Bart. in l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. eod. Secuudò, quia ſi teſtator in teſtamento relinquat vxorem dominam, & vſufructuariam bon. ſuorum, per illam dictionem dñam, non importatur domininm, ſed quædam præeminentia in domo, idem tenet Spe. in tit. qui fil. ſint leg. Bart. in l. Titia. §. Titia. ff. de leg. 2. ſi ergo nõ importatur dominum, ergo nec hæredis inſtitutio. §. pen. inſti. de hær. qual. & dif. ¶Teriò principaliter limita dictam opi. procedere, quãdo teſtator dixiſſet, relinquo vxori meæ vſumf. omniũ bonorum, & poſt mortem ſuam inſtituo fratrem meum hæredem vniuerſalem, iſto caſu legatum vſuſf. nihil valet, & in iſtis terminis loquuntur Doct. præalleg. ſecus eſſet, qñ teſtator[d] diceret, inſtituo vxorem meam in vſuf. omnium bon. & poſt mortem eius inſtituo fratrem meum hæredem vniuerſalem, tunc valebit, & tunc vxor erit hęres non ſolùm in vſuf. ſed etiam in proprietate. arg. l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit excepto fundo. ff. eo. & inſtitutio fratris reſoluitur in fideicom. & eſt perinde, ac ſi vxor inſtituta eſſet granata poſt mortem fratri reſtituere. Ita limitat Saly. hic ad fi. in vlt. q. Idem in terminis firmat Ang. in l. filius à patre. ff. de liber. & poſth. & vr velle Bald. in d. l. id, ꝙ pauperib. in 14. q. & eſt de mente Bal. & Ang. per gl. ibi, in l. 2. ff. ſi pars hær. peta. & ita expreſsè firmat. d. Ale. vbi diffusè examinat hanc limitationem, & tenet in conſ. 162. in 2. vol. inc. circa primum dubium quo quęritur, an quo ad dimidiam, & in cõſ. [e] 45. in 3. vol. inc. viſo themate ſupraſcrip.[e] ¶Quarto, & vlt. limita præd. opi. vt procedat in terminis. ſ. ſcrip. ſecus autem eſſet, qñ teſtator relinqueret vxori vſumfr. omnium bonorũ, & aliũ inſtitueret hr̃dẽ in certa re, deinde poſt mortem vxoris inſtitueret fratrem, vel alium hr̃dem vniuerſalem, tunc legatum bene valeret, qa licet hæres vniuerſalis non poſſit adire hr̃ditatẽ ante mortem vxoris, tñ hæres inſtitutus in certa re purè, põt ſtatim adire, & per eius aditionem confirmabitur legatum, & totum teſtm̃, qa ad hoc, vt confirmetur teſtm̃, ſufficit vnum ex hæredib. adire, quia cæteris non adeuntib. portiones illi accreſcerent. l. ſi nemo. la. 1. ff. de teſt. tute. & l. ſi legato. §. 1. & l. teſtamento manumiſſus. ff. de manu. teſt. poſtquam inſtitutus in re certa adiuit, non põt amplius deficere teſtm̃, quia hærede vniuerſali non adeunte totum ſibi accreſcet, vt dicetur in l. quoties. ſ. eo. & dato, ꝙ inſtitutus in certa re prius decederet antequam hæres vniuerſalis repudiet, tñ illo quandocunque repu- * diante accreſcet hæredi hæredis. Iſta conſueuit eſſe *magis communis opin.* licèt quidam tenuerint contrarium, ꝙ ſi in re certa inſtitutus adeat, ſed alij non adeunt, quòd per eius aditionem * non confirmetur teſtm̃. tñ *prima communior eſt*, vt dicam in d. l. quo-

ADDITIONES.

a ¶Teſtamento. Adde Petr. de Anch. in c. cùm eſſes. de teſt. Io. de Fantu. in c. vlt. voluntas. 13. quæſt. 2.

b ¶Succedat. Adde Doct. in l. quoniam nouel. C. de inof. teſt.

c ¶Statutum. Adde Cyn. & Bald. in l. ſancimus. C. de nup. Bald. in l. cùm lege. C. de Epiſ. & cle. Fed. de Sen. conſ. 225. inc. iudex à quo appellatum eſt. Fed. cõſ. 225. inc. caſus talis eſt, ſtatuto cauetur. Old. conſ. 170. inc. ad hoc, vt id, quod datur. Lud. Ro. conſ. 133. inc. vt retulit. ſ. Ant. Pau. de Caſt. conſ. 126. inc. in illorum de Gozadinis. idem Pau. de Caſt. conſ. 231. inc. quantum ad primum. Rot. dec. 118. in nouiſ. Alb. de Roſ. in 2. par. ſtatutorum. q. 104.

d ¶Teſtator. Alex. lib. 2. conſ. 3. vi. the. vbi addo.

e ¶Supraſcripto. Adde Alex. conſ. 111. lib. 2. Rui. conſ. 51. lib. 2. conſ. 51. nu. 15. conſ. 206. eodem vol. Bald. conſ. 273. lib. 4. Pau. de monte pico. in l. Titia. §. Titia. quæſt. 26. de leg. 2.

PANCIR.

Source : BIU Cujas

quoties §.eod. & ita in terminis noſtris in ſpecie, ꝙ tali caſu valeat legatum vſuſ. quando quis eſt in re certa inſtitutus purè, licèt hæres vniuerſalis ſit inſtitutus poſt mortem vxoris, egregiè conſuluit Ale. in conſ. 38. in 3. vol. inc. habita ſuper narratis in themate opportuna conſideratione. in 1. & 2. col. Iaſon Piſis.

LEX X.

NEque per ſe. Hoc dicit. Qui nõ põt capere hæreditatem de per ſe, non poteſt etiam per alium. h. d. & quæ ſint illæ perſonæ, declarat glo. in §. legari. inſt. de leg. & ratio eſt, quia capacitas, & incapacitas ſerui pendet à capacitate, & incapacitate domini. l. ſi mihi, & tibi. §. regula. ff. de leg. 1. fuit dictum in l. 1. §. eod. Tamen cõſequitur quis ex perſona alterius id, ꝙ de per ſe, & ſua perſona conſequi non poſſet, vt per multa bona ſimilia firmaui in l. ſi emancipati. §. de collatio.

LEX XI.

EXtraneum. Extraneus etiam penitus ignotus poteſt hæres inſtitui tui. h. d. & nihil habet vltra. Iaſon.

LEX XII.

HÆreditatis. Quælibet ciuitas, & quælibet vniuerſitas eſt capax hæreditatis. Item eſt capax donationis, & legati, & cuiuslibet alterius tit. particularis. h. d. vſque ad l. quoties. Iaſon.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus in re certa, vel in certis reb. dato cohærede vniuerſali, vel hærede inſtituto in quota hæreditatis habetur loco legatarij, fallit tamen multis modis, vt infra.*
2 *Si in teſt. duo reperiantur inſtituti, vnus in certa re, & alter in quota hæreditatis, ſi de reſiduo nihil diſpoſuerit teſtator, reſiduum accreſcet inſtituto in quota.*
3 *Inſtitutus in re certa, vel certis rebus, dato cohærede vniuerſali non cenſetur propriè hæres.*
4 *Portio inſtituti in re certa non minuitur per creditores, vel onera hæreditaria, ad quæ legatarij non tenentur.*
5 *Inſtitutus in re certa non habetur quo ad alia loco legatarij, præterquærelam.*
6 *Inſtituto in re certa competit ius accreſcendi.*
7 *Si inſtitutus in re certa agnouit rem, in qua eſt inſtitutus, eius aditione taliter confirmatur teſta. quòd non poteſt amplius deficere.*
8 *An inſtituto in re certa tompetat beneficium. l. ſi. C. de edi. di. Adr. tol.*
9 *An in contractibus appel. haredis veniat inſtitutus in re certa.*

LEX XIII.

QVoties. Iſta l. diuiditur in duas partes. In prima ponit cui, & contra quem competant actiones hæreditatiæ, an contra hæredem vniuerſalem, an etiam contra inſtitutum in re certa. In ſecunda ibi, nec aliquam diminutionem. declarat an inſtitutus in re certa teneatur contribuere ad onera hæreditaria. ¶ H. d. Inſtitutus in re certa, vel reb. certis pro ſua inſtitutione iuſſus eſſe contentus, habetur loco legatarij, quo ad hoc, vt actionib. hæreditarijs actiuè, vel paſſiuè vti non poſſit. Item, vt
a oneribus[a] hæreditarijs non teneatur. h. d. vel ſic. Inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, quo ad iura, & onera hæreditaria actiuè, & paſſiuè, ſi habet cohæredem in quota, vel ſine parte inſtitutum. h. d. iſta not. lex. ¶ Præmitte pro intellectu text. ibi, *vel certis reb. pro ſua inſtitutione contenti eſſe iuſſi.* legitur altero de duob. mod. vno modo communiter prout iacet. Secũdo modo legitur ſecundum Fulg. & Pau. de Caſt. & Cu. in l. ex facto. mag. ff. eod. ꝙ Imperator ponat duos diuerſos caſus, & ſic ſecundus ſit in iſto verſ. alij. nam pone teſtor inſtituit aliquem in certa parte hæreditatis, puta in tertia vel quarta, deinde reliquit ſibi certum fundum, vel certas res, & iuſſit, ꝙ illis reb. eſſet contentus pro inſtitutione, quam prius fecerat, effectus eius eſt, ꝙ per illa verba retentis illis reb. videtur grauatus, vt reſtituat reliquum per fideicom. l. peto. in princ. ff. de leg. 2. vnde retenẽs fundum non tenebitur ad aliqua onera hæreditaria. §. ſi quis vna aliqua re. cum ſeq. inſti. de fideicom. hær. & ſic in effectu habetur loco legatarij. Moti ſunt pro iſto intellectu, nam ſecundum eos Imperator cùm myſterio dixit ex certa re, vel certis reb. pro ſua inſtitutione, vnde aliàs niſi ſic intelligeretur text. eſſet ſuperfluus. Præterea, & fortius nihil importarent illa verba pro ſua inſtitutione, niſi inſtitutio præceſſiſſet. Item inanis eſſet dubitatio huius text. cui. n. dubium, ꝙ inſtitutus in re certa cùm habeatur loco legatarij, quòd in eum non tranſeunt iura hæreditaria actiuè, nec paſſiuè, vnde proprium dubium huius. l. fuit propter inſtitutionem certæ partis præcedẽtem. Sed iſte intellectus quamuis ſit amicus literæ, & ſubtilis, tamen teneas communem, quem etiam in ſpecie tenent Sal. & do. Alex. hic, & Imo. in repe. l. 1. §. ſi ex fundo. in pen. colu. ff. eod. quia ſecundum intellectum Modernorum ante factam reſtitutionem fideicom. iura hæreditaria actiuè, & paſſiuè eſſent penes iſtum. §. ſi quis vna. inſti. de fideicom. hæred. in l. 1. §. fin. cum fin. glo. ad Trebell. quod eſt contra generalitatem huius text. Tamen ad iſtud fundamentum poteſt reſponderi ſuſtinendo intellectum iſtorum Mod. ex eorum mente, quòd licèt in hæredem rogatum reſtituere tranſeant iura actiua, & paſſiua ante reſtitutam hæreditatem, & ſic interim poſſit conueniri à creditorib. hæreditarijs, vt iurib. præalleg. illud eſt verum, niſi ſit inſtitutus in certa quota hæreditatis, & iuſſus ſit certa re, vel certis reb. pro ſua inſtitutione eſſe contentus, quia iſto caſu ſing. iura actiua, & paſſiua à prin. non tranſeunt in eũ, vt hoc text. & l. filiam fratrib. ff. ad Trebell. quia ex quo à prin. iuſſus eſt eſſe contentus certa re, vel certis reb. pro ſua inſtitutione, certè etiam à princ. videtur conſtitutus legatarius, ideo nimirum ſi iura actiua, & paſſiua non tranſeunt à prin. in eum. Iſta ſol. confunditur per text. in d. §. ſi quis vna. vbi à princ. fuit iuſſus eſſe contentus certa re pro ſua inſtitutione, & tamen à prin. tenetur ad onera hæreditaria ante factam reſtitutionem,
* facit. l. ſi legatus §. multum intereſt. ff. ad Trebell. *Vnde tene communem intellectum, qui eſt verus.* Non obſt. iſte text. in verbo, pro ſua inſtitutione, quia non loquitur de inſtitutione, quæ præceſſerat, ſed de præſenti, quia non vult in alio inſtituere niſi in iſtis reb. Nec obſt. quòd iſte text. diceretur ſuperfluus, quia non eſt verum, imò Imperator ita facit, vt poneret caſum magis dubitabilem, & eum decideret: nam maius dubium poterat eſſe de inſtituto in certis reb. quàm de inſtituto in vna certa re. Ideo Imperator vtrunque caſum decidit ad tollendam ſuſpi-
1 cionem. ¶† Not. 1. ex text. regulam, ad quam tota die allegatur, quod inſtitutus in re certa, vel in certis reb. dato cohærede vniuerſali, vel hærede inſtituto in quota hæreditatis, habetur loco legatarij, & ideo reſultant duo effectus, de quib. in tex. ¶ Limita tamen regulam huius text. procedere, quando inſtitutus in re certa habet cohæredem vniuerſalem in eo. teſtamento, ſecus ſi in diuerſo, quia inſtitutus in re certa, detracta rei mentione haberetur pro hærede vniuerſali. l. ſi hæres priore. ff. ad Trebell. Alb. Sal. Ang. & Fulg. hic. Secundò not. & limita iſtam
b regulam procedere, quando habet cohæredem[b] vniuerſalem in eo. gradu, ſecus ſi in diuerſo: nam ſi teſtator inſtituiſſet hæredem vniuerſalem primo gradu, deinde ſi hæres non eſſet,
c ſubſtituiſſet aliquem in certa re, ſubſtitutus[c] in certa re non haberetur loco legatarij, imò, vt ſubſtitutus vniuerſalis, cùm ibi cohæredem non habeat, ita probat text. not. in l. cohæredi. §. fin. ſecundum primam lect. glo. ibi. ff. de vulg. & pupil. & Bald. ibi reputat ad hoc valde not. & eſſe ſubtilem conſiderationem, & Ang. hic in 1. col. & ille text. non eſt alibi in iure, ſecundum Dy. ibi, & ſic ibi eſt caſus, quòd quemad. inſtitutus in certa re non dato cohærede vniuerſali habetur loco hæredis vniuerſalis. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. eod. idem etiam ſit in ſubſtituto in certa re non dato alio cohærede vniuerſali, in illo gradu ſubſtitutionis, qa cùm euenit caſus ſubſtõnis, teſtẽ tunc incipit à ſecundo gradu ſubſtõnis, vnde cùm in illo gradu non habeat cohærdem, meritò habet vniuerſum. Quod vltimum ſingulariter intelligitur verum, qñ ſubſtitutio in re certa eſſet facta per verba directa ciuilia, & per talia verba, per quæ appareret teſtatorem dediſſe licentiam ſubſtituto capiendi bona propria

auc̃to.

ADDITIONES.

a ¶ Vt oneribus. Limitat Rom. conſ. 189. ſtante. PVRPV.

b ¶ Cohæredem. Quærit Bald. hic, quid ſi teſtator inſtituit filium ſuum hæredem vniuerſalem, & fratri legauit mille, & Eccleſiam ſubſtituit in quinque libris filio ſublato de medio, an ſi filius moriatur, debeatur tota hæreditas Eccleſiæ in re certa ſubſtitutæ alio non dato ſubſtituto, & dicit, quod non, quia habebit eam frater teſtatoris, quem magis dilexit, & ita tenet Barb. inter conſilia Alex. lib. 4. conſ. 52. col. 7. Sed illa deciſio videtur falſa, quia teſtator tantum videtur habere affectionem ad piam cauſam, ſicut ad filios, legitima excepta, Anch. conſ. 44. prima facie. ſecundum Iaſ. in l. tale pact. §. fin. ff. de pact. Et ſic magis fauetur quàm fratri, ergo, &c. PVRPV.

c ¶ Subſtitutus. Adde, quòd ſubſtitutus in re certa habetur loco legatarij, vide Alex. in l. licèt. col. 3. in fin. de leg. 1.

Source : BIU Cujas

aucto. ſecus ſi ſubſtitutio in certa re eſſet facta per perba non directa, tunc non trahitur ad vniuerſalem ſubſt. puta ſi teſtator diceret, inſtituo Titium hæredem vniuerſalem, & ſi hæres non erit, volo, ꝙ ſemper ſit contentus tali re. Ita not. declarat Bart. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. in 6. col. verſ. quæro vlterius, quid ſi ſubſtitutio compendioſa. cū concor. de quib. ibi, & ſequitur Ro. in conſ. 58. inc. viſis narratis in puncto, & in cōſ. 200. ꝙ inc. quia Valerinus teſtator. d. Alex. in conſ. 45. inc. habita ſuper his, de quib. dubitari cōtingit. in 6. vol. ¶ Tertiò limita iſtam regulam non procedere, qñ aliquis eſſet ſcriptus hæres vniuerſalis, poſtea mortuo teſtatore orta eſſet cōtrouerſia inter ſcriptum hæredem, & venientes ab inteſt. ꝓꝓ quam eſſet facta tranſactio, ꝙ ſcriptus hæres haberet aliquam rem partic. de hæreditate, & vniuerſum daretur venientib. ab inteſt. certè ſcriptus hæres, qui non habet niſi certam ſolam rem, ꝓꝓ hoc non haberetur loco legatarij, imò loco hæredis, & poſſet conueniri à creditoribus, ꝙa regula huius text. procedit, qñ à teſtatore quis eſt inſtitutus in certa re, ſecus quando proceſſit facto hæredis, puta mediante tranſactione, vt dixi, quia factum hæredis non debet præiudicare creditorib. & legatarijs. Ita limitat Pau. de Caſt. in l. controuerſia. in vlt. col. per gl. ibi. ff. de tranſact. ¶ Aliam limitari. ponam. ſ. in gl. 1. ¶ †
2 Secundò not. ex tex. ibi, alij verò ex certa parte. nil ſupplendo ad text. vt facit gl. hic eſſe text. notabilem, ꝙ ſi in teſtō duo reperiantur inſtituti, vnus eſt in certa re, & alius in quota hæreditatis, puta in tertia, vel in quarta, & de reſiduo nihil diſpoſuerit teſtator, ꝙ reſiduum accreſcit inſtituto in quota, quia ille eſt, qui cenſetur hæres, non inſtituto in certis reb. ſecūdum Sal. & Mod. hic. & Imo. in rep.
3 d. §. ſi ex fundo. in 15. col. ¶ † Tertiò not. ex tex. ibi, actionib. hæ-
a reditarijs vti. ſecundum Bal. hic in princ. ꝙ inſtitutus in re certa, [a] vel certis reb. dato cohꝛde vniuerſali nō cenſetur propriè
b hæres, patet, quia ille propriè dicitur hæres, [b] qui repræſentat perſonam defuncti. in Auth. de iureiur. à mo. præſti. in princ. & ſic ad quem ſpectant iura hæreditaria actiuè, & paſſiuè. l. cùm à matre. vbi gl. not. C. de rei vend. Sed cùm ad inſtitutum in re certa non pertineant iura hæreditaria actiuè, & paſſiuè, vt dicit text. ergo apparet, ꝙ non ſunt propriè hæredes. Hinc alibi dixit ſignanter Bald. in l. filium quem habentem. in 11. colu. C. fam. erciſ. ꝙ quamuis filius inſtitutus grauatus de reſtituendo per fideic. poſſit detrahere duas quartas ex æquitate canonica.
* per. c. Rayn. de teſt. & tenet Bart. *& communiter Doct.* in l. quan-
q̄. C. ad l. fal. Bart. in l. Papin. §. meminiſſe. cum ſim. ff. de inoffi. teſt. tamen quando filius eſſet inſtitutus in certa re, puta in fundo, & grauarus per fideic. reſtituere, non poteſt detrahere duas quartas, ex quo non cenſetur propriè hæres. Item, quia non eſt hæres vniuerſalis, & dicit Bal. ſe pluries ita conſuluiſſe. Similiter inſtitutus in re certa non eſt propriè legatarius, cùm text. dicat legatariorum loco, & aliud eſt eſſe talem, aliud haberi loco talis. l. mercis. la. 2. ff. de verb. ſign. & l. ſi maritus. la. 2. §. 1. & ibi not. Bart. ff. de adul. & ſic ex iſtis not. ꝙ cùm inſtitutus in re certa dato cohꝛde vniuerſali non ſit propriè hæres, item nō ſit propriè legatarius, vt prædixi, ergo verificatur opin. Bar. hic,
4 ꝙ eſt tertia ſpecies. de qua opi. ſ. dicetur. ¶ † Vltimò not. ex fin. text. ꝙ portio inſtituti in re certa non minuitur propter creditores, vel onera hæreditaria, ad quæ legatarij non tenentur. l. fi. C. de hær. act. Intellige ſane, quando hr̄ditas eſt ſoluendo, aliàs ſecus. l. ſi vniuerſæ. C. de leg. ¶ Pondera etiam hic eſſe text. con-
c tra doctr. [c] Bart. traditam hic, & communiter approbatam, vt infra inducam. ¶ Gl. in verbo legatariorum. ſimpliciter opp. de Auth. nouiſſima. ſ. de inoffi. teſt. nec aliud reſpondet. Tu aduerte, ꝙ illa Auth. nihil facit, ſed debuit allegare not. per glo. ibi in verſ. relicti tit. & pro clara intelligentia opp. fortiter contra tex. qui dicit, ꝙ inſtitutus in re certa habetur loco legatarij. contra, nam ad hoc, vt hodie valeat teſtm̄ patris, oportet, ꝙ in teſtō aliquid relinquat filio tit. inſtitutionis, nec ſufficeret, ꝙ tit. legati, & tamen ſi filius inſtituatur in certa re, valet teſtamentum, ſic ibi dicit gl. & eſt text. in §. cæterum. in Auth. vt cùm de appel. cog. ergo inſtitutio in certa re non cenſetur loco legati, quia teſtamentum eſſet nullum. ¶ In iſta difficultate inuenio quinque princ. ſolutiones. Prima fuit glo. in l. ſi quis priore. ff. ad Trebel. quam Ang. hic, & ibi reputat ſing. quòd filius, vel alius inſtitutus in certa re habetur in omnib. loco legatarij, vt hic, ſaluo ni ſi quantum ad hoc, vt non dicatur præteritus. Si iſta ſolutio eſt vera, ſequuntur ex ea. 8. not. effectus. Primus, quòd quamuis hæreditas non adita non tranſmittatur, legatum ſic. l. 1. §. in nouiſſimo. C. de cad. tollen. certè ſi inſtitutus in re certa haberetur loco legatarij, tranſmitteret. Secundus effectus erit, & eſt ratio primi, quia in legatis dominium recta via tranſit in legatarium. l. à Titio. in fin. ff. de furt. Tertius, detrahetur falcidia prout de lega. l. quoties. ſ. fam. erciſ. Quartus, ceſſabit remediū. l. fin. C. de edi. diui. Adr. toll. Quintus, quia aditione huius inſtituti in certa re, ſi haberetur loco legatarij, non confirmaretur teſtamentum. l. teſtamento mannmiſſus. ff. de manu. teſtan. Sextus, quia ſi hæres vniuerſalis inſtitutus repudiaret, non accreſceret inſtituto in re certa, ſi haberetur loco legatarij, quia inter ſuccedentes diuerſo iure non habet locum ius accreſcen. l. ſed cùm patro. in princ. ff. de bon. poſſ. Septimus, non poſſet apprehendere illam rem propria aucto. & ſi apprehenderet, incideret in interdictum quorum legatorum. Octauus, quia ſi inſtitutus in re certa haberetur loco legatarij, ſequeretur, quòd cùm hodie ſtatutum ſit, quòd quando teſtamentum annullatur ex cauſa præteritionis, vel exhæred. legata tamen ſuſtinerentur, per Auth. ex cauſa. ſ. de lib. præt. ſequeretur ergo, quòd inſtitutiones in re certa ſuſtinerentur per illam Auth. ex cauſa.
* ¶ Iſtam primam ſolutionem reprobant *Bart. & omnes hic*, & in
5 l. ex facto. mag. ff. eod. quòd imò † inſtitutus in re certa non habetur quo ad alia præter querelam loco legatarij, patet, quia ſi hæres vniuerſalis repudiaret, vel moreretur non adita hæreditate, totum accreſceret inſtituto in re certa, ergo non haberetur in alijs loco legatarij: quod autem ei competeret ius accreſcen. alleg. Doct. in l. 1. §. ſi ex fundo, & l. quoties. §. ſi duo. ff. eod. ¶ Sed dicet aliquis ſubtilis, iſta iura alleg. per Bar. & Doct. nil penitus faciunt, quia illa iura non loquuntur, quando quis eſt inſtitutus in re certa, & datus eſt hæres vniuerſalis, prout loquimur nos. Sed illa iura loquuntur, quando aliquis eſt inſtitutus in re certa, & nullus eſt datus cohæres vniuerſalis, tunc illa iura bene dicerent, quòd detracta rei mentione, ille habet totum, ergo nil penitus ad propoſitum noſtrum. Præterea ibi non loquitur aliquid de iure accreſcen. ſed ſolùm dicunt illa iura, quod detracta rei mentione vniuerſum habet. nil ergo de de iure accreſ. ergo nihil ad propoſitum noſtrum. Credo, ꝙ Bart. & Doct. non ſine cauſa allegauerint illa iura. Vnde inducas illa iura dupliciter. Primò in ratione: nam verum eſt, quòd in illis iurib. non erat cohæres vniuerſalis, ſed ratio illorum iurium, quare inſtitutus in re certa detracta rei mentione, totum habeat, eſt, ne aliàs teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt not. glo. hic, & in l. ſeruus communis ab extraneo. ff. de acquir. hæred. iſta met ratio militat, ꝙ inſtitutus in re certa debeat totū habere, qñ cohæres repudiauit, quia aliàs teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & ſic ratio illorum iurium probat inſtituto in certa re poſſe cōpetere ius accreſ. Tamen ad hoc poſſes dicere, ꝙ ex quo inſtitutus in certa re habetur loco legatarij, videtur ceſſare iſta ratio. Secundò, & ſubtilius illa iura poſſunt induci: nam loquuntur, quando quis eſt inſtitutus in certa re, & nullus eſt datus ſibi cohæres vniuerſalis, ſed ego habeo, ꝙ paria ſunt, vel ꝙ quis nullum habeat cohæredem vniuerſalem, vel habeat, & ille repudiet, vel excludat̄ morte. l. 2. §. ſed ſi ſunt ſui. ff. ad Sena. Tertul. l. 1. §. pen. inc. cùm autem. C. de cad. tollen. Item paria ſunt aliquem à princ. non extitiſſe, vel extitiſſe, ſed non habuiſſe effectum, vt quia repudiauit. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſt. tut. l. ſi quis in ſenatotio, & l. eos, qui. ff. de ritu nup. & iſta videtur ſubtilior inductio. Tñ inuenio, ꝙ ſubtiliſſimus inter Mod. Raph. Cu. in l. ex facto. mag. ff. eo. dicit, ꝙ in propoſito noſtro iſta nō ſunt paria, ꝙ quis ſit inſtitutus in certa re, & habeat cohæredem vniuerſalem, qui poſtea repudiet, an verò à princ. nullum cohæredem vniuerſalem habeat, & probat ſic: nam qñ inſtitutus in re certa habuit cohæredē vniuerſalem, aſſumpſit naturam legatarij ꝓꝓ cohæredem vniuerſalem, vt hic. vn de licèt poſtea cohæres vniuerſalis repudiet, tñ natura legatarij ſemel aſſumpta in re certa per inſtitutum, non pōt poſtea immutari, ſecus eſt quando à princ. inſtitutus in re certa nullum habuit cohæredem vniuerſalem, quia tunc nunquam ſumpſit naturam legatarij. Ita ſubtiliter pro more ſuo dānat Doc. Comen. vbi. ſ. Sed potes rñdere, ꝙ errat, inquantum dicit, ꝙ inſtitutus in re certa à prin. aſſumit naturā legatarij, qñ hēt cohære dem

ADDITIONES.

a ¶ Inſtitutus in re certa. Adde, quòd inſtitutus in re certa non dato cohærede vniuerſali eſt hæres vniuerſalis, non ſecus acſi fuiſſet ſimpliciter inſtitutus abſque mentione certæ rei. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. idem in hærede ſolo in re certa inſtituto dicit Boer. quæſt. 33. num. 6. part. 1. idem ſi duo inſtituantur in re certa hæredes. l. quoties. §. ſi duo. eod. titu. Amplia priorem concl. procedere etiam in ſubſtituto in re certa, quia cenſetur in totum ſubſtitutus, ſi non ſit datus alius. l. cohæredi. §. fin. in fin. de vulg. limita procedere dummodo inſtitutio ſit facta per verba ciuilia directa, ſecus ſi per verba communia vel obliqua, rationem ponit Bart. in l. his verbis, in princ. ff. de hæred. inſtit. & hoc procedit etiam in ſubſtitutione, declarando, vt per Bart. in l. centurio. num. 34. 35. 36. vbi Rip. nu. 155. & ſeq. de vulg. MASVER.

b ¶ Hæres. Adde Bald. in l. ſi non ſpeciali. in vlt. col. C. de teſt.

c ¶ Doct. Vide Igneum in l. cùm ex cauſa. colu. 98. cum ſeq. ſ. de inoffi. teſtam. PVRPV.

Source : BIU Cujas

dem vniuerſalem, hoc non eſt verum, niſi cùm hæres vniuerſalis adijt. ita loquit̃ iſta. l. Sed quando repudiat, & ſic, quando inſtitutio vniuerſalis eſt acſi non eſſet facta, ſecus eſt, vt iurib. prę alleg. ¶ Vltra Bart. contra iſtam primam ſol. glo. fortius obſtat ſm Sal. hic, ſed in alio propoſito, quia ſi verum eſſet, ꝙ inſtitutus in re certa in omnib. habeatur loco legatarij præterquam quoad querelā, in vanum laboraſſent iura noua, & eſſent impoſita verbis, dum ſtatuunt filium ſaltem debere inſtitui in re certa, ſi in omnib. haberetur loco legatarij, ꝙa iſtud eſſet ſine effectu, & ſic illa iura eſſent impoſita verbis, & non reb. contra l. 2. in fi. C. communia de leg. Sed iſta prima opi. gl. poteſt ſalua ri ab impugnarione Bart. in caſu, qñ hæres vniuerſalis adiuiſſet hæreditatem, & ſic teſtm̃ eſſet confirmatum, tūc inſtitutus in re certa habetur pro legatario quo ad omnia. tunc. n. ceſſaret ius accreſ. in quo ſe fundat Bart. & ita in ſpecie tenet Ang. hic, & Imo. in d. l. 1. §. ſi ex fundo. Item ad arg. Sal. potes reſpondere, ꝙ inſtit. in re certa quamuis habeat naturam legatarij, habet tñ hanc vtilitatem, ꝙ poteſt eam propria auctо. capere, ꝙ non eſt in ſimplici legato, vt dicā. ſ. circa fi. huius legis. ¶ Duas alias ſol. vnam Vltramontanorū, aliam Mart. Silim. & Iac. But. referunt, & reprobant Bar. & alij hic, & in d. l. ex facto. mag. vbi gl. ff. eo. Sed aduerte inquantum Bar. & Ang. reprobant opi. Mart. Silim. bene dicunt, quia legitima dicitur quota bonorū, & non quota hæreditatis, quia debetur deducto ære alieno. l. Papin. §. quarta autem. ff. de inoffi. teſt. & l. ſubſignatū. §. bona. ff. de verb. ſign. ergo non eſt ver ūfundamentū Mart. Silim. ꝙ quando filius eſt inſtitutus in re certa habetur loco hæredis, eo ꝙa ſuccedit loco legitimæ, quę eſt quota hæreditatis. Sed Bal. ſaluat opi. Mart. Silim. quia differentia Bar. eſt caſualis, & non gñalis: pone. n. ꝙ in hæreditate non ſunt debita, tamen eſt hæreditas. Iſta ſaluatio non ſatisfacit, cùm à communiter accidentib. in hæreditatib. reperiantur debita, & credita. l. ſi hęreditatem. in prin. ff. mād. vnde ſecundo modo ſaluat opi. Mart. Silim. ꝙa dato, ꝙ legitima ſit quota bonorum, & non hæreditatis, adhuc procedit opi. eius, quia inſtitutio in re certa trahitur ad quotam bonorum, quæ habet ſimilitudinem cum quota hæreditatis, ſed in habentib. ſymbolum facilior eſt tranſitus. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſ. ꝙ & in ſpecie. ff. de pact. l. in rem. §. quæcunq;. ff. de rei vend. vnde inſtitutio in re certa de filio facilius trahit̃, vt ſic loco hæredis quàm in extraneo, vbi inſtitutio in re certa non eſt loco alicuius quotę, nec hæreditatis, nec bonorū. Idem tenet Raph. Cum. in l. ex facto. mag. ff. eod. quia non eſt differētia inter quotam bonorum, & quotam hæreditatis, niſi quo ad vexationem. Iſta ſaluatio etiam non videtur tuta, quia non videtur verum, ꝙ quota bonorum habeat ſimilitudinem cū quota hæreditatis, imò videtur diſſimilis, & contraria, patet, ꝙa quota hæreditatis includit iura actiuè, & paſſiuè. l. ſi quis ſeruum. §. fin. ff. de leg. 2. ſed quota bonorum excludit omnia iura paſſiua. d. l. ſubſignatum. §. bona. & l. Princeps bona. ff. de verbo. ſign. ¶ Quartā nouam ſol. & nouum intellectum poſuit Ang. de Are. in §. ſed & ſi quis priore. in vlt. col. inſt. quib. mod. teſt. infir. qui dicit, ꝙ gl. & Doct. errant circa. §. cæterum. in Authen. vt cùm de appel. cog. dum credunt, ꝙ ſufficiat filium inſtitui in certa re à patre, dicit, ꝙ eſt falſum, quia loco legatarij haberetur. vt hoc text. Nec obſt. d. §. cæterum, ꝙa ñdet ſubtiliter Ang. ꝙ in d. §. cæterum. pater primò inſtituerat filium ſimpliciter, & ſic teſtm̃ valebat, poſtea iuſſit, ꝙ eſſet certis reb. contentus pro illa ſua inſtitutione prius facta, vt ad literam ibi dicit text. vnde qñ inſtitutio ſimplex non præceſſiſſet, & ſolū eſſet inſtitutus in reb. certis, teſtm̃ nullum eſſet, quia haberetur loco legatarij, vt hic, & dicit, ꝙ iſte intellectus eſt verus, & tenendus, licèt contrariū *communiter teneatur*, & ſi diceres, ꝙ hoc modo intelligendo text. ille nihil induceret de nouo, fatetur eſſe verum, & oſtendit, ꝙa Imperator, qui compoſuit iura Authenticorum, erat totus pompa plenus, qñ aliquid de nouo inducebat, ex verborum pompa oſtendebat apertè. Sed tu ſuſtinendo hunc intellectum Ang. dic, ꝙ ille. §. cæterum. inducit de nouo, & ſingulariter, ꝙ ſi pater inſtituit filium ſimpliciter, deinde iuſſit eum certis reb. eſſe contentum pro inſtitutione ſua, certè ſi filius acceptaret illas res, dato, ꝙ eſſet minus legitima ſua, ſibi non per hoc præiudicaret, imò poſſet agere ad ſupplementum legitimæ. text. eſt ibi ſing. de hoc, ſm Bald. in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffi. teſt. & in l. hac edictali. §. quam obſeruationē. C. de ſecun. nup. Ang. in l. iubemus. C. ad Trebell. Imo. in l. quod de bonis. §. cùm fideicom. ff. ad l. falc. do. Alex. in cōſ. 49. incip. ſuper primo dubio quò quæritur an dicta Agnes. in 1. vol. Iſte intellectus Ang. licet ſit ſubtilis, & peregrinus, & verba illius text. prima fronte applaudere videantur, tamen eſt falſus: nam ſi verum eſſet, quod in d. §. cæterum. filius primò fuiſſet inſtitutus ſimpliciter, vt ipſe dicit, deinde iuſſus fuiſſet certis reb. eſſe contentus pro ſua inſtitutione, certè effectus eſſet, quia intelligeretur per fideicom. grauatus retentis illis reb. reſiduum reſtituere. l. peto. in prin. ff. de leg. 2. vnde ſi filius inueniret illas res eſſe minus legitima ſua, certè onus fideicommiſſi ipſo iure reijceretur vſque ad legitimam ſuam, cùm om̃ ne grauamen fideicommiſſi ipſo iure reijciatur. l. quoniam in priorib. ſ. de inoffi. teſt. ergo ſi onus ipſo iure reijcitur, malè diceret ibi text. qui dicit, ꝙ ſi illæ res non ſufficiant, debet agere ad ſupplementum legitimæ, cùm. n. illud ipſo iure haberet, ceſſaret ſupplementum legitimæ, ergo cùm ibi text. dicat, ꝙ ſi minus eſt in illis reb. ꝙ agit ad ſupplementum legitimæ, ergo nō eſt verum, ꝙ ibi præceſſerit ſimplex inſtitutio. Præterea in effectu non videtur eſſe differentia, an filius à princ. fuerit inſtitutus in certis rebus, an verò fuerit inſtitutus ſimpliciter, & poſtea fuerit iuſſus eſſe contentus certis rebus, quia paria ſunt aliquid à princ. non fuiſſe, vel fuiſſe, ſed non habuiſſe effectum propter reuocationem, vel aliter. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſt. tut. & l. ſi quis in Senatorio. ff. de ritu. nup. Cogita, quia ſine diuinatione non bene euades primam inductionem. Item iſte intellectus eſſet contra iſtum text. tenendo intellectum Fulg. & Pau. de Caſt. hic, & Raph. Cu. in l. ex facto. mag. ff. eo. iſtū tamen intellectum ſupra reprobaui. Ideo in iſto intellect. non facio fundamentum. ¶ Quinta, & vlt. fuit opin. & ſolutio Bart. hic, qui dicit ſemper veritatem, & idem Bart. in l. ex facto. magna. & ibi Bal. & Imo. ff. eo. ſequuntur Ang. Sal. & Pau. de Caſt. hic, & Alex. hic, ꝙ inſtitutus in re certa non cenſetur in totum loco hæredis, nec in totum loco legatarij, vt hic per eum, ſed habet mixtam naturam, & idem cum Bart. tenet Bal. in rep. c. ſi pater. in verſ. & plenius. in 10. col. de teſt. in 6. Imo. in repe. d. §. ſi ex fundo. ff. eod. & ſic in effectu vult Bart. ꝙ quo ad reſpiciendum ipſam rem habetur loco legatarij, ſed quo ad alia extrinſeca habetur loco hæredis. Tu cōtra doctrinam Bart. pondera facere iſtum text. nam dicit Bart. ꝙ in his, quæ non reſpiciunt ipſam rem, ſed veniunt extrinſecus, ꝙ haberetur loco hęredis. iſtud vī de directo contra hunc text. nam actiones hæreditariæ competentes creditorib. ſunt merè perſonales, & ſic non reſpiciunt ipſam rem. l. 1. §. ſi hæres percepto fundo. ff. ad Treb. & §. 1. inſt. de act. & tamen quo ad illas inſtitutio in re certa non habetur loco hīdis, ſed loco legatarij quo ad eas, ergo non eſt vera doctr. Bart. ꝙ in his, quæ non reſpiciūt rem, ſed extrinſecus veniunt, ꝙ habeatur loco hæredis, & non legatarij ꝯ iſtum text. cogita. ¶† Item inquantum Bart. tenet, inſtituto in re certa [a] competere ius accreſcendi. Adde, ꝙ idem tenent Sal. & Mod. hic, & Bart. Bal. Ang. & Imo. in l. ex facto. magna. in prin. ff. eod. & Bart. in l. quoties. §. ſi duo. ff. eod. & Ioann. And. in addi. Spec. in tit. de teſte. §. in primis. in 1. addi. mag. in princ. Ang. & Imo. in d. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. eod. Bal. in rep. c. ſi pater. in 16. col. de teſt. in 6. Imo. in c. Ray. ſuper gl. 2. de teſta. Pro iſta opin. facit text. in l. 1. §. ſi ex fundo, & in l. quoties. §. ſi duo. ff. eo. quæ iura inducas, vt dixi. ſ. in 1. opi. & prę ſertim in ratione ibi dicta, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Quamuis aliqui Antiqui. ſ. Rayn. Iacob. Butr. Fran. de Rampo. Nic. de Mat. & Fulg. hic, & Cum. in d. l. ex facto. mag. teneant ꝯrium. Sed nil afferunt dignum relatu, & eorum fundamentis reſpondent Ang. & Imo. in d. §. ſi ex fundo. præcipuè, inquantum illi Antiqui dicebant, & mouebantur, quia inter ſuccedētes diuerſo iure non habet locum ius accreſcen. l. ſed cùm patrono. in princ. ff. de bon. poſſ. nam poteſt reſponderi, ſecundū Ang. & Imo. vbi ſupra, ꝙ ſatis ambo dicuntur ſuccedere eo. iure, ex quo ambo ſunt inſtituti. Vnde teneas cōmunem opin.

7 ¶†† Imò fortius ſentit notabiliter Bart. hic in fin. quòd ſi inſtitutus in certa re agnouit rem, in qua eſt inſtitutus, quod eius aditione taliter confirmatur teſtamentum, ꝙ non poteſt amplius deficere, ergo ſentit Bart. ſubtiliter intuenti, ꝙ ſi talis inſtitutus in re certa, poſtquā rem agnouerit, deceſſerit, deinde poſt eius mortem cohæres vniuerſalis repudiet, quòd ad hæredem primi inſtituti in re certa tranſmittitur ius accreſcen. idem tenet Barto. in dicta. l. ex facto, & in effectu Saly. hic in 3. quæſtio. & plenius dom. Alexan. & dom. Anto. in d. cap. Rayn. per l. ſi ex plurib. ff. de ſuis; & leg. & dicit do. Alexan. in conſil. 58. in 3. vol. incip.

ADDITIO.

2 ¶ Inſtitutio in re certa. Adde Barba. in repe. capit. Rayn. de teſta. & pet Philip. de Peruſi. & Bened. Capra in capit. ſi pater. de reſt. lib. 6. & Petr. de Anch. in c. Raynaldus. eod. tit.

* Et dic, quòd inſtitutus in re certa, habet ius accreſcen. & rem propria auctoritate capere poteſt. teſte Bartol. in l. ex facto. ff. de hæred. inſti t. communem dicit Alexan. conſil. 138. colum. penul. lib. 1. quòd hæres ex re certa, quo ad ius accreſcendi habetur loco veri hæredis. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. Rom. conſ. 81. in fin. Rip. in l. re coniuncti. num. 181. de lega. 3. MASVER.

Source : BIU Cujas

incip. habita super narratis in themate opportuna consideratione.in 2.colu.quem plenius retuli in l.extraneum.la. 1. §.eod. quod istam opi.& legendo,& consulendo sequutus est. Contrarium tenent Angel.& Imo.in d.§.si ex fundo, & in dicta.l.ex facto,& Imo.in d.cap.Rayn. Motu, quia cùm hæres vniuersalis in vita initir. in re certa non repudiasset, per consequens nõ erat sibi delata hæreditas.l.delata.ff.de verb.sign.per consequẽs non potuit eam transmittere, dom. Alex. respondet sustinendo Barto. & communem , quòd imò instituto in re certa erat delata hæreditas vniuersalis sub tacita conditione , quæ inerat à.l.si ille repudiaret, quæ tacita cõditio non impedit transmissionem.l.conditiones extrinsecus,& l.aliquando.ff.de condi. & demon. Sed aduerte,ista iura loquuntur in legatis, vnde cùm legatum non agnitum transmittatur, nec conditio tacita in legatis non impedit transmissionem , sed in hæreditate non solùm delata sub tacita conditione, sed etiam purè delata , nisi sit agnita non transmittitur.l.vnica. §. in nouissimo. C.de cad. tollen.sustinendo dom. Alex.responde, quòd.§.in nouissimo. procedit , quando hęredditas immediatè defertur ex dispositione testatoris, secus quando principaliter ex dispositione. l. vt in casu nostro ex iure accrescen. quia tunc etiam non agnita transmittitur propter ius accrescen.dicta. l.si ex plurib. ff.de suis,& legi.prout etiam in legato dicitur.Item aduerte , quòd Barto.in hoc vltimo videtur prima fronte sibi contrarius , videlicet nunquid ius accrescen. non agnitum transmittatur: nam primò dicit Bartol. quòd instítutus in re certa transmittit illam non agnitam , quia in ea sapit naturam legati particularis, non autem transmittit in eo ius accrescen. sine agni. quia in eo sapit naturam institutionis vniuersalis, sed in fin. Bartol. vult contrarium inducendo,vt supra induxi. vnde Sal. hic tenet,quòd imò ius accrescen. transmittitur per institutum in re certa,qui iam agnouerat rem sibi relictam. per regulam.l.si ex plurib. ff. de suis, & leg. & quia accrescit ipso iure sine nouæ agnitione, & in hoc reprehenditur Bartol. qui voluit contrarium,scilicet,quòd imò requiritur noua agnitio,& malè secũdum eum.Sed aduerte,quia Barto.non est sibi contrarius, nec meretur reprehendi:nam Barto.primò loquitur,quando institutus in re certa non agnouit rem , & sic non adiuit,quia licèt transmittat illam rem,cùm habeat naturam legati , non tamẽ transmittit ius accrescen. sine agni. loquitur sine agnitione ipsius rei,quia non adiuit ex institutione,sed in fi. loquitur quan adiuit ex sua institutione, & post eius mortem hæres vniuersalis repudiauit,tunc bene vult, ꝙ ad eius hæredem transmittat, & bene,vt superius proximè dixi.Aduerte etiam,ꝙ Bar.in hac sua doctr.videtur seipsum confundere:nam dicit,ꝙ in his,quę non respiciunt ipsam rem,habetur loco hęredis,& per hoc infert,ꝙ habet ius accres.hoc vĩ ineptè dictum, cùm ius accres. accrescat portioni , & non personæ.l.si totam.ff.de acq.hær.l.si Titio.§.1.ff.de vsufr.l.hæc scriptura. §.fi.ff.de cond. & demon. hinc est,ꝙ ius acces.quia respicit rem,transmittitur: ius autem substitutionis , ꝙa respicit personam,non transmittitur , prout de vtroque est text.in l.si ex plurib.ff.de suis,& leg. sustinendo, & declarando Bart. aduerte , ꝙ in iure accres.propria , & vera portio accrescit portioni,vt dixi.Sed institutus in re certa non habet portionem hæreditariam, ideo portio nõ accrescit portioni,ideo non est dare proprium ius accres.sed ꝙa institutus in re certa cohærede repudiante efficitur hæres vniuersalis , ac si à prin. esset vniuersaliter institutus sine mentione rei. l.1.§. si ex fundo. ff. eod. ideo hoc casu ius illud accres. non respicit rem, ꝙa rei non accrescit,sed respicit personam,quia de hĩde particulari efficitur vniuersalis , hoc respectu dicitur non respicere rẽ,sed venire extrinsecus,illa fuit intentio Bart.& ꝙ in ista materia dicatur ius accres. proprium , firmat Ang.hic. Tñ Imo.in d. §. si ex fundo.in alio proposito dicit , ꝙ sicut in iure accres. proprio,portio trahit ad se residuum,ita in isto iure accres. im proprio ipsa res sing. trahit ad se residuũ , & si hoc teneremus,
8 esset contra Bart.hic.¶† Item inquantum Bart. incidenter tangit,an instituto in re certa competat beneficium.l.fi.C.de edic. diu.Adr.tollen.quia gl.in illa.l.fin.in vers.ex parte, & ibi Bart.in 2.q.& alij ordinariè ponunt,ibi reseruo . ¶Caue etiam ad doctrinam Bart.inquantum tenet, ꝙ in his,quæ respicinnt rẽ,in-
a stitutus in certa re haberur loco legatarij. Facit [a] in contrariũ, quia institutus in re certa põt propria authoritate capere , nec incideret in edictum quorum legatorũ , vt faceret legatarius. ita inquit Bart.in d.l.ex facto.mag.in 2.colu. & ibidem Imo.& Bald.in c.si pater.in 12.col. de testa. in 6.Imo.in l.1.in repe.§. si ex fundo.in fi.ff.eo.& in c.Ray.super gl.2.de testa. Pau.& Alex. hic.Quamuis contrarium,& malè tenuerit Bald.in l. ex facto. per rationem de qua truffatur Imol.in locis præalleg. Saluando Barto dic , quòd etiam legatarius potest capere legatum propria autoritate, quando ad id concurrit voluntas testatoris,gl.& Bart.in l.Titia cum testamento. §.Lucius.ff.de lega. 2. Ang.notabiliter in l.hæc si res.per illum text.ff.de rei vend.& non solùm expressa,sed etiam tacita, vnde dicit Bald. in c.1.in pen. col.de confir.vti. vel inuti. ꝙ si testator , qui legat,constituat se præcario possidere pro legatario, licèt nõ valeat, vt præcarium,quia nemo rem suam præcario rogare potest., tamen legatarius potest mortuo testatore ingredi possess. propria aucto.quia testator potest præuenire mortem tradẽdo.l.Lucius. la 1.ff.de leg.2.dicit Bald.ꝙ hoc est suum nouum dictum. Sic in proposito satis apparet voluntas testatoris,ꝙ institutus in re certa ꝑ manus suas capiat propria auctori. ex quo instituit , & institutio directa hoc importare videtur.¶Secundò limita singulariter doctrinam Bart. inquantum vult , ꝙ filius institutus in certa re habeatur loco hæredis,quantum ad hoc,vt non dicatur præteritus,& quantum ad alia, vt per eum,intellige verum,nisi pater instituendo filium in certa re retulisset verba institutionis non ad ipsum filium,sed ad hęredem vniuersalem, quia filius licèt institutus in certa re censeretur pręteritus,& testamentum esset nullum,nec tunc haberet locum.§ cęterum. præalleg. puta si pater in testamento diceret , instituo Titium hæredem vniuersalem,& volo,ꝙ Titius sit contentus,ꝙ filius meus sit institutus in tali domo,& sic in certa re,certè,quia verba institutionis particularis non sunt relata ad filium, filius nõ habetur pro instituto, sed pro præterito, & testamentum nihil valet.text.est reputatus sing.in l.pater filium.§.fi.in vers.ex causa fideicom.& ibi ad hoc not.Barto.ff.de leg.3.Idem not. Ang. hic.in 1.col.in lect.Flo.& sequitur Alex.in pen.col. reputãs no. dignum.Adde, ꝙ idem tenet Pau.de Cast. vbi hoc reputat tenendum menti,in Auth.nouissima.in 2.col. C.de inoffi.test. & ibi dicit , ꝙ ita reperitur consultum per d.Io. Pagliarensem de Senis,qui fuit Doctor Bald.nota,quia est sing. limitatio ad d.§. cæterum.Adde concordantem text.in l.Lucius.§.fi.ff.de leg.3. licèt Bart.in d.l.pater.§.fi.dicat,ꝙ ille text. fortè alibi non repe-
9 ritur.¶††Nunquid autem si in aliqua dispositione,puta in contractib.fieret mentio de hærede,puta,quia quis acquireret em-
b phyteusim pro se, & suis hæredib. nunquid appella. hæredis [b] contineretur institutus in re certa,ponit Pau.de Cast.hic,& ante eum Bart. in l.vt iurisiurandi. §.si liberi.ff.de oper.lib.Angel. Pau.& Alex. & alij in l.quædam.§.nihil.ff.de eden. Bald. Ang. & Imo.in l.Gal.§.etiã si parente,& ibi Mod.ff.de lib. & posth. Sal.in l.2.in 20.q.C.de iur.emphy.& Ang.hic in lect.Flo. & latè Alex.in cons.8.in 3.vol.inc.visis subtilissimis dubitationib. Iason Pisis.

ADDITIONES.

a ¶Facit.Adde Rol.cons.4.nu.23.lib.2.Deci.cons.607.col.2.quod institutus in re certa potest propria auctoritate accipere rem,in qua est institutus , sicut hæres vniuersalis. MASVER.

b ¶Hæredis . Adde Doct.in l.si plurib. ff.de leg.1.& Spec.in tit.de test. in §.in primis.vers.pone.A.in fine.

¶ Adde Alex.lib.5.cons.22.Cro.in rub.ff. de leg.1.col.5. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Error in nomine proprio vitiat institutionem.*
3 *Hæres hæredis primi testa.censetur hæres,& nu.2.4.5.*
6 *Testator substituendo alicui,non per hoc videtur eum instituere.*
7 *Substitutio vulgaris fit verbis affirmatiuis.*
8 *Substitutio pupillaris,quæ non potest fieri extraneo, continet in se vulgarem tacitam.*
9 *Non solùm substitutio expressa excludit ius accrescendi , sed etiam tacita.*
10 *Quando verba substitutionis sunt dubia , & sic substitutio potest intelligi,vt sit directa,item vt sit obliqua,in dubio intelligitur,vt sit directa.*

LEX XIIII.

VM in libris. Ista lex diuiditur in quatuor partes, vt per Bald. & Saly.hic.In prima ponitur thema,ex quo elicitur quæstio.In secunda opi.Antiquoũ. In tertia reprobatio. In quarta , & vlt. ponitur vera decisio Imperatoris. Secnnda ibi, veteres quidem existimabant. Tertia ibi , sed huiusmodi literam.Quarta ibi,sed si quidem.¶h.d. Si testator in testamento disposuit aliquem esse hæredem tertij, valet institu-
a tio in duob.casib.Si testator [a] illius tertij hæres fuerit,vel illum hæredem

ADDITIO.

a ¶Testator.Adde Bart.in l.fin.q.4.j.de edic.diu.Adr.tollen. PVRPV.

Source : BIU Cujas

hæredē fecerit, aliàs institutio est nulla, quia erratur in nomine proprio, q̃ eius fatuitatem ostendit. hoc dicit, & ſm Paul. ista lex est sing. nec habet parem, aut concordantem, & ex ea multa colliguntur, & istum tex. etiam reputat sing. Bal. in c. iurauit. in penul. colum. de proba. prout referam ꝯ. in quarto no. ¶ Pręsuppone pro intellectu literæ, q̃ testator vocabatur Titius, seu alio nomine quàm Plocius, & dubium faciebat, quia putabant Antiqui, q̃ licèt testator vocaretur Titius, & dixisset Plocium,
1 q̃ iste error non deberet nocere, per regulam habentem, † q̃ error in proprio nomine non vitiat. l. si in nomine. s̃. de test. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. hic tamen decidit contra-
2 rium, quia est error nimium supinus, † & sic not. ex isto text.
* ſm Bar. & *communiter Docto.* q̃ error in nomine proprio [a] vitiat
a institutionem, quia arguit fatuitatem, vt patet ex text. in verbo stultus, & ſm hoc limita prædictam reg. non procedere in erro re nominis proprij. Idem est, si quis erraret in nomine filij sui, ſm Bal. hic in 2. colu. & Alex. & Rom. in d. l. si in nomine. Nisi talis filius esset natus ante patrem. l. Titius. §. Lucius, & q̃ ibi no. Bald. ff. de lib. & postu. & adde etiam idem esse in errore no
b minis patris, [b] ſm Roma. in cons. 179. quod incip. amplissime Doct. in 1. dub. Redeundo ad notabile huius tex. adde, q̃ contrarium tenent Fulg. & d. Fran. de Are. hic, & Raph. Cum. in l. 4. ff. de leg. 1. q̃ imò error in nomine proprio ipsius testatoris non vitiat institutionem, q̃n apparet, q̃ testator errauit, licèt in dubio ista. l. faciat istam præsump. q̃ nemo sit ita supinus, qui nomen suum proprium ignoret, tamen si constaret de errore, & sic constaret de corpore, non vitiaretur institutio, ſm eos. Adde pro ista opin. bene facere istum tex. in fi. ibi, cùm non est verisimile. Item iste tex. post prin. in verbo existimauimus. Itē facit, quia Imperator in hac l. procedit coniecturando, non autem annullando. Facit etiam, q̃ vult Bal. hic in 1. quæst. q̃ si testator diceret Sempronius mei Plocij, vel mihi Plocio hæres esto, q̃ ex quo propter illud pronomen mihi, constat de corpore, q̃ tunc error in nomine proprio non vitiat institutionē. Nec obst. q̃ talis error arguat stultitiam, vel fatuitatem, quia per hoc non sequitur, q̃ institutio vitietur. patet in l. nam & his. ad fi. ff. de inoffi. test. Si tamen vis tenere not. Bar. & Docto. hic communiter, potes inducere subtiliter istum text. iuncta. l. 4. in prin. ff. de leg. 1. hoc modo, dicitur ibi, q̃ error etiam in nomine appellatiuo vitiat, etiam si constat de corpore, nisi data
* præsentia rei. ſm glo. Barto. *& magis communiter alios ibi.* Ratio, quia talis error arguit stultitiam, vt ibi dicit text. in verbo stultus. ergo ibi probatur, q̃ vbi est talis error, qui arguit stultitiā, q̃ vitiat, etiam si constet de corpore, sed in casu nostro iste error arguit stultitiam, vt dicit iste text. in verbo stultus. ergo debet vitiare institutionem, quamuis cōstet de errore. Nec obst. dum dictum fuit, q̃ iste tex. procedit coniecturando, non autem annullando, quia est contra istum tex. circa fin. ibi, nullius
3 esse momenti. ¶† Secundò no. ex tex. ibi, ex antiqua regula, q̃
c hæres hæredis [c] primi testatoris censetur hæres, & facit ad sustinendum libellos, vt per Cy. Bar. & alios hic. Adde tex. in l. paterfam § fin. & ibi Bar. & alij ad hoc not. ff. de vulg. & pupil. & tex. in l. 3. & ibi glo. magna circa med. & ibi Barto. ff. de peti. hære. & tex. & ibi Bart. in l. si quis filium. §. fin. ff. de acquir. hære. latè Bal. in 17. q. & seq. cum concor. adductis per Alex. hic respondentem ad l. amitæ. ꝯ. eo. de succe. edic. adductam in oppo situm per Fulg. hic, & Raph. Cum. in l. paterfam. §. fin. ff. eo. & vltra tex. per eum adductos adde tex. in c. 1. in prin. de homi. in 6. per quem not. ibi Gemi. in 3. not. q̃ quis potest se appellare successorem alicuius, licèt per infinitos medios sit successor, ſicut ibi Inn. Papa appellat se successorem Petri, & tñ fuerunt infiniti medij. & ex hoc habes primam ampliationem ad hūc tex. Secundò extende regulam huius tex. vt procedat etiam in eo, qui non est hæres hæredis, sed ei succedit alio titu. vniuersali quàm hæreditario, tamen dicitur hæres principalis defuncti, quamuis non sit hæres hæredis, tex. habes, & exemplum in l. 1. ff. de cast. pecu. quem tex. pro sing. ad hoc not. Ludo. Roma. in
d singu. 610. incip. hæres hæredis. ¶ Tertiò pro alia extensione [d] adde tex. in l. si statulibera. §. non solùm. in fi. & in §. si filiusfam. ff. de statulibe. vbi probatur q̃ licèt conditiones debeant impleri in forma specifica. l. qui hære. in prin. & l. Meuius. ff. de condi. & demonstra. tamen dando hæredi hæredis dicuntur impleri. adde text. expressiorem in l. cùm ita datur. §. fin. ff. de condi. & demonstra. vbi etiam plus deciditur, q̃ etiam si adijciatur proprium nomen, quia dicatur, si hæredi Titio. 10. dederit, adhuc dando hæredi hæredis impletur conditio. secus, quando nomē proprium præcessisset, ſm gl. & Bar. ibi p̃ l. si communis seruus. ff. de stipu. seruo. Adde etiam pro hac extensione text. in l. si peculium. §. hæredi. ff. de statulibe. ¶ Quartò extende istam reg. q̃ etiam si dicatur scriptis hæredib. tñ venit hæres hæredis. text. est in l. 1. in verbo scriptis hæredib. & ibi Bal. notat. C. quorum leg.

¶ Limita tamen istam regulam dupliciter. Primò nisi fieret mentio de hærede cum adiectione. s̃. scriptis, vel infra scriptis, tunc non venirent hæredes hæredum. ſm Bar. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. & in cons. incip. Andr. q. Martini, & multum notat Imol. in l. si quis filium. §. fi. ff. de acquir. hære. Tu tamen in contrarium pondera tex. in l. cùm filio. in vers. ic. scriptos. ff. de vulg. & pup. & propterea glo. ibi quæ istud sentit, exponit text. scriptos. i. institutos, sed facit violentiam literæ. ¶ Secundò limita in pœnalibus, nam si testator grauasset heredem sub pœna aliquid facere, non compræhenditur hæres hæredis, quia in pœnalibus, & sic in materia odiosa non procedimus ita per coniecturas, sed debet in eis liquidissimè constare. l. in testamento. 1. & l. vlt. in prin. ff. de condi. & demonstra. ſm Bal. hic in 22. q. sed melius distingue vt per Bart. in d. cons. And. quondam Martini. quem latè refert, & sequitur d. Alex. hic, & Roma. in l. si quis filium. §. fi. de acquir. hære. & vide text. in l. ad
4 idem, & ibi no. ff. de verb. obl. ¶† Quid autem sit in prohibitio-
e ne [e] testatoris, si testator rem, puta domum, vel prædium prohibuit alienari sub pœna priuationis, nunquid illa prohibitio transeat ad hæredem hæredis, & sic succesſiuè? illud quod determinat Bald. quem proximè retuli, facit quod non, cùm ista
* sit materia pœnalis; *tamen communiter distinguitur* an testator fecerit prohibitionem nominatiuè, & tunc non transit ad hæredem hæredis, aliàs secus secundum Bar. & alios in l. filiusfam. §. diui. el 2. in vlt. colu. ff. de leg. 1. & in l. Lucius. §. 1. ff. de leg. 3. sequitur do. Alex. in cons. 66. incip. consideratis verbis testamenti. in 2. col. ¶† Not. tamen diligenter, q̃ si testator in testamen-
5 to prohibuit simpliciter rem alienari, subijciens causam, eo qa vult eam perpetuò in familia remanere, quamuis ista prohibitio, cùm non sit nominatim facta, compræhendat hæredē hæredis, tamen non durat nisi vsque ad quartum gradum, lapso quarto gradu potest fieri alienatio, tex. est notabilis, & singu. in §. 1. & ibi ad hoc not. Iaco. de Belu. & Ang. in Auth. de restit. fideicom. & hoc bene not. quia prima fronte quilibet dixisset contrarium, ex quo testator dicit, q̃ volebat perpetuò. ¶ Limi-
f ta tamen [f] singulariter, nisi testator ꝓhibuerit liberos, vel alios hæredes alienare adiecta causa, eo quia vult talem rem perpetuò transire ad omnes descendentes, tunc ista prohibitio exten
g deretur vltra quartum gradum, [g] & deinceps in infinitum, propter illum terminum descendentes, eo quia nomen descendētium in infinitum extenditur. §. 1. in Auth. de hæredi. ab intest. & l. fin. C. de suis, & legi. ita singulariter limitat Iac. de Bel. in d. §. 1. in Aut. de resti. ficom quem refert, & sequitur Alex. in prę-alleg. cons. 66. inci. consideratis verbis testamenti. in 2. col. in 1. vol. & in cons. 54. in 3. vol. incip. ponderatis verbis testamenti.
6 in 3. col. ¶† Tertiò no. ex tex. *ibi, nisi prius hærede Plocio sibi instituto.* quòd testator substituendo alicui, non per hoc videtur eum instituere. Adde tex. no. in l. ex facto etiam ff. eo. & si dicatur ꝯ, quia qui vult consequens, intelligitur velle omne necessarium antecedens ad illud. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. & l. illud. ff. de acquir. hære. & bonus tex. insti. eo. in prin. vbi testator instituendo seruum suum simpliciter, intelligitur illi libertatem reliquisse, eo quia istud est necessarium antecedens. Respondent Sal. & Alex. hic, q̃ d. regula procedit, quādo consequens est de per se validum. Non aduertunt, q̃ dicunt ꝯ tex. insti. eo. in prin. vbi consequens, ideſt, institutio serui nō erat validum de per se. Aliter respondent Sal. & Alex. hic. q̃ d. regula procedit, nisi antecedens sit tale, q̃ requirat specificationem & expressionem, vt est, q̃ ad hoc vt quis intelligatur institutus, requiritur, q̃ testator eum proprio nomine exprimat. l. iubemus. s̃. de testa. Aliter, & tertiò respondet Bal. hic in 15. oppo. q̃

qui

ADDITIONES.

a ¶ Proprio. Adde Card. Zab. & Ant. de But. in c. significāte. de reſcri. Abb. cons. 93. inci. in q. quæ ad præsens vertitur inter capitulum. in 2. vol.

b ¶ Patris. Adde Bal. in l. fi. C. de hære. insti.

c ¶ Hæredis. Adde Old. cons. 21. inci. thema tale est, testator habet fratres. Petr. de Anch. consi., 122. incip. in Christi nomine pro & contra. Ange. cons. 185. inc. carissime frater.
¶ Additio. Adde subtilem d. Phil. Deci. & quæ ibi posui in apostil. ad eum *in* l. qui per succe. ff. de reg. iur. PVRPV.

d ¶ Extensione. Adde. l. sub diuersis. §. fi. ff. de condi. & demonst. & l. cùm ita datur. §. fi. illo eo. tit. vbi ponitur. quinta extensio etiam si hæres moreretur. Iaſ. ibi vltra extendit, vt dicatur verè, in l. filius. §. diui. colu. 18. de leg. 1. Alex. vī dicere contra in l. qui liberis. §. hæc verba. 1. no. de vulg. PVRPV.

e ¶ Prohibitione. Prohibitio facta hęredi. Adde latè Rom. cōs. 357. extra prepositam. 3. dubio. Alex. 2. vol. cons. 23. consideratis. & 1. vol. cons. 55. ponderatis. 3. dubio.

f ¶ Limita tamen. Adde tertiam limitationem, quando testator prohibet alienari, quia vult prouidere hæredib. quia intelligitur de hærede testatoris tantū. Alex. 2. vol. cons. 13. cōsideratis. d. Parp. in l. filiusfam. §. diui. 4. pagina. de leg. 1. alias limitationes Alex. ponit lib. 5. cons. 172. visa facti narratione. PVRP.

g ¶ Vltra quartum gradum. Adde Io. Zoch. in c. non debet. de consang. & affi.

Source : BIU Cujas

qui vult consequens, intelligitur velle omne necessarium antecedens ad illud, est verum qū potest fieri sine subauditione personæ. nam persona nunquam extrinsecus subintelligitur. l. si ita stipulatus fuero si Titius. §. Chrisogonus. ff. de verbor. oblig. ¶ Ego propter aliud aliquando dubitaui in ista regula, & tu cogitabis, q̄ imò testator, qui vult consequens, non intelligitur velle antecedens per tex. in l. penul. §. illo. C. de seruis necess. hære. insti. nam licèt testator instituendo seruum suum proprium intelligatur sibi relinquere libertatem. insti. eo. in prin. tamen in d. §. illo est tex. q̄ si testator faciat legatum seruo suo proprio, non per hoc intelligitur sibi relinquere libertatem, q̄ tamen est necessarium antecedens. Sed reperi postea Ludouicum in d. l. illud, vbi limitat illam regulam, q̄ qui vult consequens, intelligitur velle necessarium antecedens ad illud, vt sit verum nisi antecedens sit maius. ad hoc alleg. tex. pro notabili in d. l. pen. §. illo. Pro ista limitatione facit, quod in simili vult Bar. in l. 2. in 1. colum. in fi. ff. de iurisd. omn. iud. Item pro ista solutione Lud. Rom. adde tex. in §. idemque, in versic. cùm non sit verisimile. insti. ex quibus cau. manu. non licet. ¶ Limita tamen text. &
a prædictum notabile, quòd testator [a] substituendo alicui non per hoc intelligitur eum instituere, vt procedat in extraneo. Sed in filio, ex quo testator ei substituit, intelligitur tacitè eum instituere. ita videtur text. not. in l. cùm in testamento. §. hæc verba. ff. eod. & tex. in l. cohæredi. §. fin. secundum vnam lectu. Barto. ff. de vulg. & pupil. quod tamen an sit verum, dic, vt ibi plenius per Docto. & in l. Gallus. in princip. ff. de libe. & postu. Item ad istum text. & istud notabile vide dom. Franc. de Aret. in l. 1. in princip. ff. de vulg. & pupil. in 4. quæst. in secundo effectu, dum opponit de l. ex facto etiam. iuncta glo. ibi approbata per Bald. & Imol. ff. eod. & respondet, vt ibi per eum; nam iste text. vult quòd substitutio Sempronij non valeat, nisi præcedat institutio Plocij, & sic hic est text. quòd substitutio vulgaris, quæ videretur facta primo hæredi si esset institutus, non valet, quando nulla reperitur præcessisse institutio. Sed in contrarium facit text. in d. l. ex facto, & iuncta glo. *ibi communiter approbata per Docto.* præcipuè per Bald. & Imol. ibi, vbi si fiat substitutio ei, qui nullo modo fuit scriptus, valet talis substitutio, & succedit ur ex secundo gradu substitutionis, quia sub conditione fuit substitutus, quæ extitit, & quia omnis substitutus dicitur institutus. Confirmatur oppositio, quia si fit instituta persona mortua tempore testamenti, institutio est pro non scripta. l. vnicà. in princi. C. de cadu. tollen. & tamen qui est ei substitutus, admittitur ex substitutione, & testamentum incipit à scdo gradu. vt l. 3. §. fin. & ibi Doct. ff. de liben. & postu. Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pupil. in secundo effectu. in 4. q. prin. Ista substitutio si fiat ei, qui nullo modo fuit scriptus, debet valere, & testamentum incipiet ab illo 2 gradu substitutionis. huic difficultati respondet dom. Fran. de Are. in d. l. 1. in princip. ff. de vulg. & pupil. in secundo effectu quartæ quæstionis Barto. q̄ ideo in hac l. non admittitur substitutus non præcedente institutione, quia si diceremus substitutionem valere, admitteretur duplex specialitas circa idem. Prima est, quia in ista l. verba ex sui figura non poterant importare vulgarem, nisi impropriarentur. Secunda, quia præter naturam substitutionis, vbi testator non fecit primum gradum, haberet locum secundus. contra d. l. 1. in princip. ff. de vulg. & pupil. Tu breuius responde, q̄ ideo in d. l. ex facto etiam. admittitur substitutus, quia constabat, q̄ testator eum sibi in bonis suis substituerat, sed in ista l. testator non substituerat sibi, sed tertiæ personæ, scilicet Plocio, vnde non poterat substitutus succedere testatori, nisi Plocius fuisset institutus à testatore, prout hic in text. dicitur. Vel potes dicere, q̄ in d. l. ex facto etiam. ibi non est propriè substitutio, sed institutio, vt dicit dom. Alex. in d. l. 1. in princ. in 19. col. ff. de vulgar. & pupil. & succedit, vt conditionaliter institutus. secundum Bal. & Imol. in d. l. ex facto etiam. bene facit text. in l. quoties. §. si quis primum. ff. de hæred. insti. quem alleg. Aret. in d. l. 1. in antepenul. colum. Tamen istud non tollit difficultatem de isto tex-
7 tu. ideo respondet, vt s̄. proxi. dixi. ¶† Quartò not. ex tex. ibi, tūc etenim existimandum est. hic esse tex. secundum gl. q̄ substitutio vulgaris fit verbis affirmatiuis, hoc modo Sempronius Plocij hæres esto. cùm tamen regulariter substitutio vulgaris fiat verbis negatiuis hoc modo, si Plocius hæres non erit, Sempronium substituo. Facit l. Titius. ff. eod. & l. pater impuberes. ff. de vulg. & pup. Bal. in hoc se multum inuoluit hic. Alibi Bal. in c. iurauit. in penul. col. de proba. dicit hic esse text. singularem, q̄
b negatiua [b] quandoq; consistit in verbis affirmatiuis, vt cùm dico, Titius Plocij hæres esto, q̄ exponitur, & interpretatur hoc modo. i. si Plocius hæres non est, Titius hæres esto. & sic quando affirmatiua exponitur per negatiuam, & in ipsam digredit̄, & confunditur. Breuiter tu dicas, q̄ iste tex. nihil probat, & glo. malè no. ex tex. quia in quacunq; substitutione duo sunt consideranda. Primò persona cui fit substitutio. Secundò persona quæ substituitur. quantum ad primum, verba semper sunt remotiua, vel priuatiua, & si semper habeāt effectum negatiuū. Sed considerata secunda persona, semper substitutio habet affirmatiuum sensum, sed in hoc text. ponitur solùm secunda pars, ideo affirmatiuè concipitur. nam in hoc tex. omittitur prima pars, & ita declarat magistraliter Bar. in l. 1. in prin. in 3. q. ff. de vulg. & pupil. Alibi tñ gl. in l. verbis ciuilib. in § fin. ff. de vulg. & pupil. appellat substitutionem, de qua in hoc text. esse dubiam, & illam gl. alleg. Bar. hic, sed non declarat quare ista substitutio dicatur dubia. ideo Bar. in d. l. 1. in prin. in 4. q. prin. dicit, q̄ ideo substitutio, de qua in hoc tex. dicitur dubia, eo quia cōuenit vulg. & pup. subst. & sequitur Alex. hic. Sed errat Bart. q̄a imo substitutio, de qua in hoc text. non conuenit nisi pupillari substitutioni, q̄ patet, quia per vulgarem substitutionem succeditur testatori, per pupil. pupillo. Sed cùm hic testator dixerit, Sempronius Plocij hęres esto, voluit succedi hęredi, & non testatori, & ita expressè tenet Bar. hic in 4. no. & Mod. sequuntur. Vnde dixit Ange. hic, q̄ alio respectu substitutio de qua in hoc tex. dī dubia, eo quia poterat conuenire fideicommissariæ, & directæ substitutioni. Dic, vt dicetur in seq. notabili, quia istud, q̄ dicit Ang. non etiam vī verum, cùm in hac l. verba substōnis essent directa. s. hęres esto. vt dicetur. ĵ. in 7. not.
8 ¶† Quintò prin. no. ex eo. tex. ſm Bart. q̄ substitutio pupillaris, quæ non potest fieri extraneo, continet in se vulgarē tacitam, nam in isto tex. substitutio erat pupillaris, patet quia per pupillarem succeditur hæredi, per vulgarem autem testatori, vt dixi in pręcedenti notabili, tñ quia non potest valere, vt pupillaris, valet saltem vti tacita vulga. Dicit tñ q̄ quidam tenent ĵ. rium per §. extraneo. insti. de pup. substi. & non tñdet. Rñde, q̄ extraneo non potest directò substitui, verum est, vt valeat tanquam pupillaris, sed bene vt valeat tanquam vulga. si potest. Idem, & plenius tenent Bar. in l. 1. in fi. prin. in vlt. q. & ibi Imol. & Mod. ff. de vulg. & pup. Bal. in l. fi. in vlt. q. ĵ. tit. 1. & in l. humanitatis. in penul. col. ĵ. de impub. & alijs substi. Sal. in l. si testō. c. tit. Imo. in c. Rayn in materia pupillaris substi. de testa. Bald. & alij hic. Barto. in consi. suo. 48 incip. Nardus. & Alex. hic, & ibi, quicquid tenet Paul. de Cast. hic, & in l. iā hoc iure. ff. de vulg. & pup. vt hic per d. Alex. Cogita tñ, quis reuelauerit Bart. q̄ in ista l. Plocius esset pupillus, ad hoc vt posset dici pupillaris, & istis respectibus posses dicere, q̄ substitutio de qua in tex. dica-
9 tur dubia, vt dixi in pręcedenti no. ¶† Sextò not. ex tex. ibi, partem úe. intelligendo tex. q̄ in alia parte haberet cohæredem, hic esse text. meliorem de iure, q̄ substitutio expressa excludit ius accrescendi. l. 2. §. si duo. ff. de bon. pos. secundum tab. ratio, quia substitutus venit ex expressa dispositione testōris, vnde excludit cohæredem, qui vult venire per ius accrescendi ex sola dispositione legis. hic habes text. quòd etiam tacita substitutio excludit ius accrescendi, & ita ad hoc not. istum textum Bald. hic in 23. quæstio. idem tenet Bald. in l. fin. in prima colum. infra titul. primo. ibi tamen non allegat istum text. sed mouetur per glos. ibi, & licèt Bald. non inducat, declara sic: nam vt dixi in pręcedenti not. tenere Bart. & Doctor. hic. q̄ ista substitutio propriè erat pupil. tamen, quia facta extraneo non potuit valere, vt pupillaris, quæ continet sub se tacitā vulgar. ista tacita vulga. impedit ius accrescendi. text. est hic. Alibi tamen habes casum mirabilem, in quo etiam substitutus expressè non impe dit eum, qui venit ex dispositione legis. l. 1. & ibi multum ponderat pro singula. Paul. de Castr. ĵ. de his, qui ante apert. tabul.
10 Tamen ille tex. non bene probat. ¶† Septimò not. ex isto text. ſm Saly. Fulg. & do. Francisc. de Aret. q̄ qñ verba substitutionis sunt dubia, & sic substitutio pōt intelligi, vt sit directa, item vt sit obliqua, in dubio intelligitur, vt sit directa. Nam hic testator, dicendo Sempronius Plocij hæres esto, poterat videri grauasse Plocium institutum, vt restitueret hæreditatem Sempronio. l. ex facto. in princip. ff. ad Tebel. & tamen hic Imperator interpretatur, quòd substituerit directò. Ei de hoc est tex. clarus in capi. si pater. de test. in 6. facit, quia verba in dubio debent intelligi in potentiori significatu. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. & cap. pen. de senten. excommu. Item adde, q̄ ante eos istum text. ad hoc not. glos. in l. verbis ciuilib. in gl. fin. ad fin. ff. de vulga. & pupil. vbi per istam l. not. quòd dubia substitutio interpretatur, vt sit directa. Dic melius ſm Bald. hic. in 8. not. q̄ in hac l. erat certum, q̄ verba substitutionis erant directa, sed dubium erat de volūtate testōris, ad quem sensum testator talia verba directa expressit, & quid significare voluerit,

tamen

ADDITIONES.

a [a] Testator. Adde eundem Ias. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu.

b [b] Quòd negatiua. Adde Doct. in c. cùm in Ecclesia. de causa pos. & proprietz.

tamen notabile ſupra dictum eſt in ſe verum, & approbatur etiam in l. iam hoc iure. in princ. ff. de vulg. & pupil. ¶ Vltimò not. ex tota. l. duos caſus, in quibus ſi teſtator, qui vocabatur, puta Titius, & dicat. Sempronius Plocij hæres eſto, valet ſubſtitutio. Tres alios caſus adde per Ange. Sal. & Mod. hic. Et per hoc ſit expedita iſta. l. & conſequenter iſte titulus, quia glo. nihil habet. Iaſon Piſis.

De inſtiutionibus, & ſubſti. ſeu reſtitutionibus ſub conditione factis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Fideicom. ſubſti. non eſt propriè ſubſtitutio, ſed impropriè.*

¶ Iſta rub. habet tres partes principales. De prima parte. ſ. de inſtitutionib. quæ fiunt ſub conditione, loquuntur quaſi omnes. ll. huius tit. De ſecunda verò parte. ſ. de ſubſtitutionib. directis factis ſub conditione loquitur ſolùm. l. fin. ĩ. eod. De tertia verò parte. ſ. de reſtitunib. ſub conditione factis, hoc eſt dicere, quando primus hæres grauatus eſt ſub aliqua conditione reſtituere hæreditatem alteri, loquitur ſolùm. l. generaliter. ĩ. eo. aliæ omnes leges huius titu. loquuntur ſolùm de prima parte rubricæ. ¶ Et aduerte, ꝙ aliquando cõditio adijcitur inſt. ſubſt. ſeu fideicom. vniuerſalibus, & tunc loquitur iſte titulus, & tit. ff. de cond inſt. Aliquando cõditiones apponuntur legatis, vel fideicom. particularibus, & tunc loquitur. ĩ. ti. de cond. inſer. & tit. ff. de cond. & demon. & ſic vides, quæ ſit differentia inter iſtum tit. & titu. ff. de cond. inſt. ex vna parte, & titulum. ĩ. de
2 cõd inſer. & tit. ff. de cond. & demon. ex alia. ¶† Item no. ex hac rubrica, ꝙ fideicom. nõ eſt propriè ſubſtitutio, ſed impropriè,
a patet hoc ex dictione ſeu, [a] poſita in verſ. ibi ſubſtitutio, ſeu reſtitutio, & ita tenent Bald. & Sal. ĩ. in rub. tit. ſeq. & ibi Pau. de Caſt. ad hoc expreſsè not. hanc rub. & dicit eſſe notandam pro ſtatutis facientibus mentionem de reſtitut. Adde glo. in rubr. ff. de vulg. & pupil. & ibi Mod. ad hoc not. & glo. in §, qua ratione. inſt. de pupil. ſubſt. dum dicunt, ꝙ ſubſtitutiones ſunt quinque, ergo ſentit, ꝙ fideicom. non fit propriè ſubſtitutio, patet, quia aliæ quinque ſunt directæ, iſta verò obliqua, in qua hæres quando reſtituit detrahit Trebellianicam. toto titu. ff. & C. ad Trebell. quæ detractio non fit in alijs ſubſtitutio. directis. Et quòd fideicom. non dicatur propriè ſubſtitutio, adde text. in l. generaliter in princ. in duob. ĩ. eod. licet glo parua ibi in
b verb. reſtitutioni. deſtruendo text. dicat, quòd ibi dictio vel, [b] ponitur prout vt. De quo puncto dic, vt plenius per Ale. in d. rubr. infra titu. 1. Iaſon.

ADDITIONES.

a ¶ Ex dictione, ſeu. Adde Bart. in l. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg. Cyn. in l. conuenticulam. C. de Epiſ. & cler. Card. in cle. 1. iu §. porrò. de ſum. Trin. Arch. in c. ſtatutum. in §. cùm verò. de reſcrip. lib. 6.

b ¶ Dictio vel. Adde glo. in c. cumana. de elect. c. extirpandæ. de præb. Arch. in c. 1. de imu. ecc. lo. And. in c. vlt. de conſue.

SVMMARIVM.

1 *Quæ differentia, & quotuplex ſit inter conditionem, & modum.*
2 *Conditio mixta dicitur multipliciter.*
3 *Quando conditio mixta deficit per factum eius, in cuius perſona debet impleri, habetur pro completa.*
4 *Mulier metu pœnæ non poteſt cogi ad matri. contrahendum, tamen bene poteſt ſub ſpe hæredita. & quid in matr. ſpirituali. num. 5.*
6 *An l. noſtra habeat locum in contractibus.*
7 *Conditio habetur pro impleta quando ſtat per implere debentem.*
8 *In conditionibus non admittitur purgatio moræ.*
9 *Quando aliquis inſtituitur ſub aliqua conditione, vel ei ſit legatum, & conditio deficit, an & quando debeat valere inſtitutio.*

LEX PRIMA.

C Vm auum. Ad euidentiam præmitte, ꝙ in iure noſtro reperiuntur quatuor, quæ inter ſe differunt. ſ. conditio, modus, cauſa, & demonſtratio. de quib. habes gl. meliorē de iure in rub. ff. de cond. & demon. glo. in §. longè magis. inſt. de leg. & declarat latè Bald. in hac rub. &
1 Saly. † Quæ autem differentia ſit, & quotuplex inter conditionem, & modū, declarat glo. in l. 1. ĩ. de his, quæ ſub mod. ¶ Itē habes præmittere ad euidentiam, ſecundum Cy. & latius Alb.
a hic in prin. ꝙ conditionum [a] tres ſunt ſpecies principales. Quædam eſt neceſſaria, & eſt duplex. Quædam. n. eſt certa an, & ꝙ. Quædam eſt certa an, ſed non quando, vt in illa ſi morieris. l. ſi pupillus. §. quid ſub conditione. ff. de noua. Quædam eſt conditio impoſſibilis, & eſt quadruplex, quia quadrupliciter poteſt cenſeri impoſſibilitas, vt per gl. & ibi Doct. in l. 1. ff. de cõd. inſt. Adde gloſſ. meliorem de iure in §. impoſſibilis. inſti. de hæred. inſtit. Quædam, & tertiò eſt conditio poſſibilis, & vera, & eſt illa, quæ concipitur in futurum, & iſta habet ſe ad eſſe, & nõ eſſe, iſta eſt, quæ propriè ſuſpendit actum, vt ſi iueris Mediolanum: nam, quæ concipiuntur in præſens, vel in præteritum, nõ ſunt propriè conditiones. l. cùm ad præſens. cum ſim. ff. ſi cert. pet. Et iſta ſpecies conditionis propriè eſt triplex. Quædam eſt merè poteſtatiua. Quædam merè caſualis. Quædam eſt mixta, vt declarat Iuriſconſ. in l. ſuus quoque. ff. de hær. inſtit. & eſt text. in l. vnica. §. ſinautem aliquid ſub conditione. C. de cad. tollen. dicetur in l. ſi pater. ĩ. eod. declarat Cyn., & Alber. hic, &
2 aliquid Pau. de Caſt. in fin. ¶† Item conditio mixta dicitur multipliciter, aliquando dicitur mixta illa, quæ partim pendet à caſu, & à fortuna, & partim à voluntate debentis implere, vt habes caſum, & exemplum in d. l. ſuus quoque, vt ſi inſtituo filium meum exiſtētem vltra mare, ſi venerit in patria, quia partim pendet à voluntate ſua, ꝙ velit venire, & etiam à caſu, & à fortuna, quia dato, ꝙ vellet venire, fortè non poſſet, de iſta loquitur. l. ſi pater. ĩ. eod. Alio modo dicitur conditio mixta illa, cuius implementum conſiſtit ex voluntate alterius, & etiam inſtituti, & ſic dicitur mixta alio reſpectu quàm præcedens, & de hac loquitur iſta. l. Dicitur etiam mixta alijs modis, de quib. ĩ. ¶ Debes etiam tertiò præmittere pro euidentia id, ꝙ dicit Bart. hic in 1. & 3. oppo. & clarius in l. teſtamento. ſecunda. ff. de cond. & demon. per l. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de cond inſtit. quia ibi iacet fundamentum huius legis, & præſentis materię ¶ Hoc dicit. Conditio mixta conſiſtens ex facto inſtituti, & alterius tertij, debet impleri, aut impediri per factum illius tertij, ad hoc, vt inſtit. admittatur. h. d. ¶ In text. ibi, cùm
b auum maternum. [b] text. cum myſterio locutus eſt in auo materno, cuius præteritio habetur pro exheredatione, quia ſi non inſtituit nepotes, vel neptes, ex quo præterijt, intelligitur eos exhæredare, & valet teſtamentum. §. mater. inſti. de exhær. lib. Et quæ ſit ratio, traditur plenè per Bart. & alios. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. in rep. l. pater filium. ff. de inoffi. teſt. nam iſte text. non poſſet loqui in auo paterno, vel in patre, ratio, quia auus paternus non poſſet inſtituere nepotem, vel neptem eius, in poteſtate conſtitutos ſub conditione mixta, de qua in hoc tex. ſaluo niſi in defectum conditionis eos expreſsè exhæredaret, & ratio eſt, quia aliàs poſſet contingere caſus, in quo præteriti reperirentur, & quotieſcunque pater, vel auus paternus præterijt filium, vel nepotem in poteſtate, teſtamentum eſt nullum. l. ſi pater. vbi dicetur. ĩ. eod. & ideo text. opportunè locutus eſt de auo materno, qui potuit neptem ſub iſta cõditione mixta inſtituere, dato, ꝙ in eius defectum non exhęredetur, & tñ valet teſtamentum, eo quia vt dixi præteritio habetur pro
3 exhæredatione. ¶ Secũdò nota, ꝙ† quando cõditio mixta deficit per factum eius, in cuius perſona debet impleri, habetur pro impleta. de qua materia habetur per Dyn. in regula imputari. de reg. iur. lib. 6. per Bart. in l. in teſtamento. ſecunda. ff. de cond. & dem. per gl. Cyn. & Doct. hic. Iſtud notabile recipit aliquas limitationes, de quibus dicetur in gl. contra iſtud notabile Bart. format duas oppo. & reſpond. vt hic per eum. Dicam
4 in gl. in diſtinctione, quam ibi ponam. ¶† Vltimò not. ex text. ꝙ
c licèt mulier [c] metu pœnæ non poſſit cogi ad matrimonium contrahendum. l. Titia. in prin. ff. de verb. oblig. eo, quia matri-
d monia [d] debent eſſe omnino libera. c. gemma. de ſpon. tamen mulier bene poteſt ſub ſpe hæreditatis, & ſic ſub ſpe præmij inuitari ad matrimonium, vt hoc tex. & l. ſeq. & l. Titia centũ. in princ. cum multis ſim. ff. de cond. & demon. intellige tamen ſemper, quando inuitatio ad matrimonium ſpe præmij fieret per tertium, tunc valeret, vt hic, ſecus ſi fieret ab altero ipſorum coniugum, quia non valeret, quia. l. ſuſpicaretur, ꝙ illud præmium offeratur ab altero coniugum occaſione libidinis, & non

ADDITIONES.

a ¶ Quòd conditionum. Adde gloſ. in rub. ff. de cond. & demon. Barto. in l. 1. ff. eod. tit.

b ¶ Auum maternum. Limitatio text. & eſt intellectus Bart. in conſ. 13. ex facto. glo. 1. in l. 2. ĩ. eod.

c ¶ Licèt mulier. Adde l. legatum. ĩ. de cond. inſer. l. ſi poſt. ff. quando dies leg. ced. & in l. in teſtamento. la. 2. de cond. & dem. Bart. in l. murileguli. de murileg. libr. 10.

d ¶ Matrimonia. Adde cap. cùm locu. & cap. requiſiuit. de ſpon. & in c. 2. quod met. cauſa.

Source : BIU Cujas

& non aliter.l. si ita stipulatus fuero te sisti.§.fin. & ibi Bart.no.
5 ff.de verb.oblig.& not.Ang.& Fulg.hic.† Quid autē sit in matrimonio spirituali, & an spe præmij, & institutionis possit ad
6 id,qs inuitari,ponit Bar.in l.seq.vt ibi dicetur. ¶†Circa istam.l. quæro,nunquid haberet locum in ℈ctibus, puta promitto mulieri centum, si matrimonium ℈xerit cum Titio,mulier vult nubere,sed Titius recusat,an cōditio habeatur pro impleta,& sic mulier debeat habere illa centum.Iac.de Rauen. & Cy.hic
a in 3.q.tenent,ꝙ non,qa dos non potest esse[a] sine matrimonio. l.3.ff.de iure dot.aliàs sequeretur,ꝙ si promitto Titio centum pro dote Bertæ, si secum matrimonium ℈heret, & staret per Bertam,& non per Titium, ꝙ Titius deberet habere talem dotem,contra d.l.3.Idem tenet Ang.hic in vna lect.& Fulg. per l. si sponsalibus.in prin.ff. de iure dot.Idem tenet Raph. Cum.in d.l.in testamento.secunda. Ista ratio Cyn.& Doct. non videtur esse bona,prout etiam dicit Imo.in d.l.in testō, quia procederet,qñ aliquid esset promissum pro dote, prout loquitur. d.l.si sponsalibus. sed in ista.q.promissio de centum fuit facta simpliciter sine commemoratione dotis, & illa potest mulier habere etiam si non sequatur matrimonium. Istā opin.Cyn.reprobat Imo in d.l.in testō.per tex.in l.iure ciuili. ad fi.ff.de cond. & demon. vbi in isto proposito Iurisc on. æquiparat ℈ctus vltimis voluntatibus quo ad hoc, vt conditio vtrobiq; habeatur pro impleta,qñ non stat per implere debentem.d.Alex. tenet opin.
* Cyn.quæ *est magis communis*,motus, qa cùm in dubio maior sit fauor in vltimis voluntatibus quàm in ℈ctibus.l. in testamentis.ff.de reg.iur.ideo latior fit interpretatio.c.cū dilecti.de don.
b Ideo isto casu non procedit argñ de vltimis voluntatibus[b] ad ℈ctus.Et sic in contractib.requiritur verum implementum,q̃uis in vltimis voluntatib.sit dispensatū per hanc.l. & istud ante eum fuit fundīn Fulg.hic. Tenendo istam partem, non obst.l. iure ciui.alleg.per Imo.vbi æquiparantur in hoc ℈ctus,& vltimæ voluntates, qa loquitur,qñ cōditio impeditur impleri per ipsum promissorem,qui conditionem apposuit,sed nos loquimur,qñ conditio est implenda cū tertio, & stat per ipsum tertium,quo casu nulla est culpa promissoris,nec est,quid ꝙ promittenti imputari possit,& sic cessat tūc ratio.d.l.iure ciui.Cōfirmatur ista solutio per tex.sing.in l.cùm proponas.C.de nau. fœ.vbi est text.ꝙ qñ quis paciscitur, ꝙ alter suscipiat in se periculum casus fortuiti, nunquam intelligitur de casu, qui habet originē à facto ipsius stipulantis.d. Fran.de Aret. hic tenet opi. Imo.q̃ putat veriorem,& æquiorem.Mouetur duplici fundamento. Primò per text. vbi dicit esse casum in.l. Labeo scribit si mihi bibliotecam. ff.de contrah.emp. Sed respon. ꝙ licèt ibi esset conditio,quæ penderet ex facto tertij,tñ ibi stetit non per illum tertium,sed per ipsum ℈hentem, ideo habetur pro impleta:sed nos loquimur,qñ stetit per illum tertium, & non per promissorē,& sic nihil pōt imputari promissori.Secundò mouetur,qa si conditio in ℈ctib.fauorabilius se habet q̃ in vltimis voluntatibus,vt patet in l. filiusfa.in prin. ff.de verb.oblig. & in l. vnica. C. vt actio. ab hære. & ℈ hær. facit. §. ex conditionali. inst.de verb.oblig. ergo similiter debet concedi,vt ille,qui tenetur implere conditio. ex ℈ctu, satis sit,si per eum non stet, sed per tertium,sicut in vltima voluntate.Tu dic,ꝙ imò conditio in vltimis voluntatibus fauorabilius se habet q̃ in contractibus,patet, qa conditio impossibilis vitiat ℈ctum.§.impossibilis.inst. de verb. oblig. & tñ non vitiat vltimas voluntates. l.1.ff. de condi.insti.& l.obtinuit.ff.de cond.& dem. Et sic tene opin. Cyn. quam confirma, quia in vltimis voluntatibus facilius fit extensio de vno casu ad alium, vel de vna re ad aliam, quā in contractib. hinc est, ꝙ in vltimis voluntatibus concesso vno videtur concedi aliud, sine quo concessum non haberet effectum,puta accessio.l.illud.ff.de acq.hær. & l. pro hærede.§.fin. cum glos.eod.tit. & tñ secus est in contractibus.l.in vendendo. ff.de contrah.emp.& declarat Bart.in l.1.ad fi.ff. de serui.leg.& in l.via constitui.§.1.per illum text. ff.de serui.rusti.prædi. ¶Gl. in verb.manifestum.diuiditur in duas partes prin. In prima assignat rationem ad text.& alleg.concordantes.In secunda,quę est ibi, sed cōtra.ĩ.de cond.inser.opp.℈ tex. Ista secūda pars est difficilis,& gl.confusè procedit,ideo vt eam clarè habeas, subdiuide eam in nouem particulas. In prima fortiter opp. contra text.de l.legatum.In secunda solu.vno modo. In tertia alio. In quarta ponit veram distinctionem Ioann. & prosequitur primum membrum distinctionis.In quinta prosequitur secūdum membrum distinctionis Ioann. vbi ponitur vera sol. In sexta format tria contraria, quæ non tendunt contra istum text. sed contra decisionem. d. l. legatum. tamen tertium non potest venire contra hanc.l.In septima extendit distinctionem supra traditam.In octaua limitat hanc.l. ex qua limitatione tollitur tacitum contrarium. In nona,& vltima reassumit in vno verbo veram solutionem huius text. quæ colligitur ex distinctione.Secunda ibi,solutio,hic erat aliàs relicturus. Tertia ibi, vel ibi fuit in morā. Quarta ibi, tu distingue ſm Hirn. Quinta ibi,si verò consistat in facto eius. Sexta ibi,sed argu.contra. ff.de leg. 1.Septima ibi,idem est in illa condit.Octaua ibi,item ꝙ dicit hæc.l.Nona,& vltima ibi,plenius dic. ¶Prima pars gl. clara est.¶In secūda parte principali, ibi,solutio hic erat aliàs. istam damnant Doct. tanquam diuinatiuam, licèt Fulg. eam saluet à diuinatione: nam cùm in ista.l. ista esset neptis huius aui,præsumitur propter coniunctionem sanguinis, quòd auus erat aliàs relicturus, dato, ꝙ neptis non adimpleſſet conditionem,sed in l.contraria legatum fiebat extraneæ si nuberet filio suo. facit. l. cùm alienam rem.ĩ. de lega. Sed tu aduerte, quia etiam in.l.contraria patruus relinquebat nepti, & ibi erat verisimilitudo propter coniunctionem sanguinis, & sic non est verum dum dicit Fulg quòd ibi erat extraneus,quamuis iste tex. loquatur de coniunctione in linea descendenti,ibi in linea trā-
7 suersali. ¶† Not.tamen ex hac sol. quæ vera est in se,magnam
c limi.ad iura, quæ dicunt, quòd conditio[c] habetur pro impleta,quando non stat per implere debentem, vt iuribus alleg. in princ.glo.quia.d.iura debent limitari,quando testator erat aliàs relicturus,& est magna limitatio ad illas ll. & sequitur Ang.& Fulg. hic.Similem glos. habes in l. quæ sub conditione. §.quoties.ff.de cond. instit. facit text. in l.cùm tale legatum.§.falsam conditionem.ff.de cond.& demon.In gl. ibi,vel ibi fuit in mora.hoc etiam diuinat,est tamen vera in se, & ex ea not. secundum Ang.& Fulg.limitationem ad hanc.l.vt procedat,nisi ista neptis fuerit in mora nubendi. Et si mulier semel fuit in mora ad implendi istam conditionem, licèt postea velit purgare moram, ꝙ tamen non admittetur ad relictum, facit text.in l.
s pen.§.1.ff.de cond.& demon.quem in glo.1.allegabo.¶† Et ex hoc not.conclusionem,ꝙ in conditionibus nō admittitur purgatio moræ.Et potest duplex ratio assignari.Prima,quia dispositio conditionalis debet formaliter impleri, & sic in termino statuto, & non vlterius.l.qui hæredi.in princ. & l. Meuius. ff.de
d cond.& demon. Secunda ratio[d] est, quia illud,ꝙ est in cond. non est in obligatione.l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau.testa.& vbi nulla est obligatio,ibi nulla est mora l. lecta.ff. si cert. pet. & l. si pupillus.ff.de verb. oblig.per consequens ibi non cadit propriè purgatio moræ.Pro ista cōclusione est text. in l.Thais.§. intra. ff.de fideicom.lib. & text.in l. si super possessione,& ibi Bald.in fin.ad hoc not.C.de transl. Limitat tñ Bald. in l. si plures. in pen. colu. C.de cond. inser. ꝙ intra modicum tempus potest mora purgari,facit text.in l. si ita quis promiserit.§.Seia cauit.ff.de verb.oblig.& in c.potuit.de loca.Ad idem facit tex.in d.l.Thais.§. intra. in verbo postea. ꝙ denotat interuallum.l.non erit.in §.fin.ff.de iureiur. Bart.in l.fructus. in fi. ff. solu.matr.ergo secus, si intra modicum tempus, tamen huic limitationi videntur refragari rationes prædictæ præsertim secunda. Sed in hoc me non extendo, quia est materia.l.si insulam.ff.de verb. oblig. potes & aliter limitare, vt per Imo. in l. hæc conditio.la.2.post Bart.ibi.ff.de cond.& dem. Item circa secundam rationem supra assignatam rectius considera, quia imò in dispositione conditionali cadit mora, vt est text.in d.l. pen.§.fin.ff.de cond.& demon.& hæc allegata in glo. non quidem præcisa,sed causalis,si vult ad relictum admitti, & hoc respectu potest etiam de purgatione moræ tractari, vnde prima ratio videtur esse tutior, propriè tñ non est mora, nec purga-
e tio,vt prędixi. ¶Quid autem[e] esset, si ista neptis voluit nubere filio Antilli,sed ipse recusauit,postea ipse est contentus contrahere matrimonium, nunc ista neptis recusat, nunquid ista neptis perdat successionem?licet Cy.hic in 4.q tenuerit, ꝙ sic, qa vltima mora nocet.l. si serum.§ sequitur, & §. de illo. ff.de verb.oblig.& l.illud.ff.de peric.& commo.rei vend. *tamen contrarium communiter tenetur*,quia sufficit conditionem semel impletam,dato, ꝙ non durauerit nisi momento. l.si quis hæredē. ĩ.eod.secundum Bald.hic in vlt.q.& omnes Mod. & Imo. in l. in testamento.2.ff.de cond.& demon. vt hic plenius per dom.

Alex.

ADDITIONES.

a ¶Dos non potest esse. Adde tex.in l.fi.C.de don.ante nupt.tex.in c. nostrates. 30.q.5.gl.in c.& si necesse.de donat.inter vir.& vx.Inn.in cap. per vestras.in gl.sua eod.tit.Io.And.in regula accessorium.de reg. iur.lib.6.in mercurialib.

b ¶Voluntatibus.Adde l.si à substituto.in §.fin.cum l.seq.& ibi Doct. ff.de leg. 1.& in l.pactum inter hæredem. C. de pact. & in l.iure ciuili. ff. de cond. & demon.

c ¶Quod conditio.Adde glo.paruam in l.legatum.de cond.insti. PVRPV.

d ¶Ratio.Ista ratio conuenit, quando tractaretur de mora dare debentis, sed hic quærimus de mora eius, cui dari debet.* Et addo,quòd in conditione cadit mora. l.qui concubinam.§. pen.de leg.3.

e ¶Quid autem. Quæstio prima Alex. Adde pro prima opin.l.si peculium.§ quædam.de statulib.

Source : BIU Cujas

Alex. in conſi. 103. incip. viſis, & ponderatis his, quæ narrantur in them. in 1. & 5. col. ¶ Sum in quarta particula ibi, tu diſtingue. vbi gl. ponit veram ſolu. quam breuibus verbis in fi. reaſſumit. Pro clara intelligentia huius partis, & perfecta notitia totius materiæ, ex mente Bart. hic in 1. & 3. oppo. & eiuſdem Bar. & plenius in d. l. in teſtamento. 2. ff. de condi. & demonſtra. ſed ego plenius attingam, ſi quæratur, † qñ aliquis inſtituitur ſub aliqua conditione, vel ei fit legatum, & conditio deficit, an & quando debeat habere inſtitutiones, & qñ non, habes conſiderare tres caſus. Aliqñ enim quis inſtituitur, vel ei fit legatum ſub conditione merè caſuali, aut ſub conditione merè poteſtatiua, aut ſub conditione mixta. Primo caſu fac regulam, ꝙ qñ quis inſtituitur ſub conditione merè caſuali, puta ſi Titius conſul factus fuerit, & tunc quomodocunq; deficiat conditio ſiue per mortem, ſiue per factum tertij, ſiue qualitercunq;, conditio hr̃ pro defecta. & conſequenter perditur inſtõ, vel legatum. tex. eſt in l. vnica. §. ſinautem aliquid ſub conditione. C. de cad. tol. Et ratio eſt, quia teſtator qui inſtituit ſub conditione caſuali conſiderauit caſum, & nullo modo factum inſtituti, & ſic qualitercunq; deficeret conditio, ẽt ſi per caſum mortis, noluit inſtitutum admitti. Adde tu, ꝙ iſtud fallit in caſu valde ſingulari. l. fi. ℣. de neceſſ. ſeru. hære. inſti. qñ ſeruus eſt inſtitutus purè, ſed libertas eſt relicta ſub conditione caſuali, certè ſi conditio deficit, tñ fauore libertatis conſequetur libertatem, ſed non hæreditatem, vt ibi, & ad hoc illa. l. eſt ſingu. & peregrina, ſm Ang. hic in lect. Flor. in 3. col. ¶ Aliqñ, & ſecundò quis inſtituit ſub conditione merè poteſtatiua, puta ſi ſeruum ſuum manumiſerit, nam iſtud pendet à ſola voluntate ſua, & tunc ſi impediatur per caſum mortis, tñ conſequitur hæreditatem, vel legatum. tex. eſt in l. quæ ſub conditione. §. quoties. alleg. in gl. Et rõ eſt, quia teſtator apponendo talem conditionem, conſiderauit tñ factum inſtituti, & eius voluntatem, an per eum ſtaret, an non, ſi ergo non ſtet per eum, ſed per caſum mortis, conſequet̃ inſtitutionem, & legatum, ſaluo niſi mora præceſſerit, vt dicit a gl. Item niſi teſtõr,[a] qui talem conditionem appoſuit, expreſsè dixerit, ꝙ volebat illam verè impleri, & ſic ꝙ verè manumitteret ſeruum, tunc ſi ſtaret per mortem, non conſequeretur legatum, ita limitat ſing. Bal. in l. ſi pater. in 3. q. ad fi. ℣. eo. iurib. per eum alleg p̃ſertim. l. in his, & l. Iulianus ait. ver. quaſi dederit. ff. de condi. & demonſt. ¶ Aliqñ, & tertiò quis inſtituitur ſub con- b ditione mixta,[b] & intellige conditionẽ mixtã, quę pendet à facto debentis implere, & alterius tertij, vt in exẽplo text. noſtri, & l. ſeq. & in hoc ſicut cõditio eſt mixta inter duas præcedẽtes, ita eligit̃ media via, nam ſiquidẽ implementum cõdõnis mr̃imonij impediatur per caſum mortis, non debetur inſtitutio, nec legatum, ita propriè loquitur text. in l. legatum. ℣. de condi. inſert. Si autem deficiat facto tertij, cum quo matrimoniũ deberet contrahi, vt quia ille recuſet, tunc habetur pro impleta, caſus eſt hic, & ſic, vt dicit iſta glo. in fi. in l. contraria implementũ conditionis deficit per caſum mortis, hic per factum c tertij. Et multo magis iſtud procedit, quando caſus mortis euenit in perſona hæredis, & legatarij, vt ſi ille, qui erat inſtitutus, ſi matrimonium contraheret, moriatur, multò fortius cõditio habetur pro defecta, text. eſt in l. ſub diuerſis. §. fin. ſecundum tertiam lectur. glo. ibi *communiter approbatam.* & in l. ſi ita * expreſſum. ff. de condi. & demonſtra. ſecundum Ange. & Pau. de Caſtr. hic. Niſi ſecundum Angel. caſus mortis fuiſſet ita repentinus, quòd fortè ex clauſula generali poſſet conſuli hæredibus hæredis, vel legatarij, facit in ſimili text. in l. 3. C. de inof. teſtamen. Si autem conditio, ſub qua aliquis eſt inſtitutus, vel factum legatum deficeret facto, & culpa teſtatoris, puta, teſta- d tor inſtituit[d] aliquem hæredem ſub conditione, ſi hæres fecerit corpus ſuum ſepeliri in tali Eccleſia, pone, quòd teſtator ſit mortuus excommunicatus, & Epiſcopus non vult, quòd in aliqua Eccleſia ſepeliatur, & ſic non ſtat per hæredem, quominus conditio impleatur, ſed facto teſtatoris, tunc dic, quòd conditio habetur pro impleta, ſecundum Bald. hic in 11. quæſtio. quem ſequuntur Salic. & alij Moder. & Bartol. in l. miles. §. final. ff. de adult. Bald. in l. vnica. ad fin. C. de his, quæ pœnæ nom. Imol. in d. l. in teſtamento. la ſecunda. plenius in c. filius. vbi etiã Petr. de Anchar. de teſtam. cum alijs concord. alleg. per dom. Alexand. hic in fin. & hoc modo habes perfectè recollectam hanc materiam. ¶ Nunc expediamus aliqua contraria, de quibus gloſ. in diſcurſu opponit. In gloſ. ibi, ſed argum. contra. ff. de condi & demon. l. Titius. reſpond. ſecundum Bart. & alios, quòd ideo ibi conditio habetur pro impleta, eo quia impeditur facto tertij, & iuſtè, vnde cùm ibi nulla actio poſſit competere aduerſus tertium impedientem, & ſic alio remedio nõ poſſet eſſe conſultum ipſi hæredi, ideo nimirum ſi conditio habetur pro impleta, ſecus quando poſſet haberi regreſſus contra tertium iniuſtè impedientem iurib. ſupra alleg. in gloſ. hinc ſequitur ſm Bald. hic in 8. oppoſit. quòd ſi teſtator inſtituerit aliquem hæredem ſub conditione, ſi edificauerit Eccleſiam in tali loco, quod ſi Epiſcopus non vult conſentire, quod Eccleſia ædificetur, & ſic impeditur implementum conditionis per factum tertij, contra quem nõ poteſt haberi regreſſus, merito tunc habetur ꝑ impleta, d. l. Titius. & idem tenet Bal. in d. l. deberi. C. de fideicom. lib. & in l. vnica. in 9. q. C. de his, quę pœnæ nomine. Limita tamen, qñ illud factum tertij nõ directo, ſed per quandam conſequentiam tenderet ad impediendum conditionem impleri, quia non habebitur pro impleta. l. 3. §. ſi quis ſeruum, & l. non omne. ff. de ſtatulib. de quo dic vt plenius per Bar. & Imol. in d. l. in teſtõ. la 2. & Bal. hic in 3 q. & Alex. hic. ¶ In ſexta particula gl. dum opponit de l. ſi fundum per fideicom. e 2. §. ſi Titio, & 1ñ. ꝙ ibi non fuit[e] conditio ſed modus. Aduerte, ꝙ iſtud ℣rium, & ſequens non venit ℣ l. noſtram, imò concordaret cum hac. l. ſed venit ℣. l. legatum. allegatam pro ℣ria in gl. vbi qñ conditio mixta pendens à facto debentis implere, & tertij, impeditur per caſum mortis, habetur pro defecta, & tñ in illo. §. ſi Titio. conditio manumittendi ſeruum alienum, & ſic conditio mixta, ſi deficit per caſum mortis ipſius ſerui, tñ habetur pro impleta, & legatum debetur, & cum d. §. ſi Titio. vr̃ concordare tex. in l. pater. §. tuſculanus. ff. de leg. 3. quem alleg. Pau. de Caſt. hic, & Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. in 1. col. ff. de condi. & demonſtra. item ille. §. Titio. obſtat in alio, quia in conditione mixta non fit dr̃ia, an quis impediatur ꝑ factum tertij, an verò ꝑ caſum mortis, imò illi duo caſus equiparantur, ꝙ eſt ℣ diſtinctionem Io. approbatã per gl. & Doct. Gl. reſpon. ꝙ ibi legatum non fuit relictum ſub conditione, ſi manumitteret ſeruum, ſed ſub modo, vt manumitteret ſeruũ. Ratio dr̃ię eſt ſm omnes Mod. hic, quia conditio pendens impedit ortum, & natiuitatem obligationis, & actionis, ſed modus donec pendet, nõ impedit, ꝙ oriatur actio, imò oritur, ſed impeditur executio. l. quibus dieb. §. Termilius, & ibi latè Bart. ff. de condi. & demonſt. Ideo ſi deficiat, facilius impedit oriri, qñ eſt conditionalis, q̃ impediat iam ortam. per regulam. l. patre furioſo. ff. de his, q̃ ſunt ſui. Contra. d. §. ſi Titio. fortiter obſt. tex. in l. Titio centum. §. Titio genero. ver. ſed cùm ante nup. ff. de condi. & demonſt. vbi probari vr̃, ꝙ legatum relictum ſub modo. ſ. vt matrimonium ℣hatur, non debetur, ſi morte impediatur. Sed rñ. ꝙ ibi reuera erat conditio, & non modus, ſm Bar. hic, & ibi. & plenius per Bar. & omnes Mod. in d. §. ſi Titio. ad quos te remitto, quia Raph. Fulg. hic tenet ℣rium, per tex. in d. §. Titio genero. ver. ſed cùm ante nuptias. vbi tex. dicit tale legatum eſſe purum. Et ℣ etiam tenet Raph. Cuma. in conſi. 79. incip. teſtator legauit vxori ſuæ. in vlt. col. ¶ In eadem parte gl. dum opponit de l. annua. vbi cõditio mixta deficiens per mortem tertij, non facit deficere legatum. gl. rñ ꝙ ibi eſt ſpeciale fauore alimẽtorum. iſta ſol. ſic indiſtinctè eſſet ℣ d. l. Scio in prin. ff. de annu. lega. & l. qui concubinam. §. penul. ff. de leg. 3. ideo diſtingue, vt per Bar. & ibi dicam, in l. 1. ℣. de leg. & in l. illis libertis. ff. de condi. & demon. & in l. Scio. §. fi. ff. de annu. leg. Paul. de Caſt. & Moder. hic. Sed aduerte, ꝙ d. l. annua. cum ſim. vr̃ non propriè facere ad propoſitum noſtrum, quia ibi non dr̃ deficere conditio, ſed potius finiri, erat enim conditio habens tractũ ſucceſſiuum, ſi liberi morarentur cum matre teſtatoris hęrede, vt dicit Bar. in d. l. in teſtõ. la 2. in 1. col. & cum ea cęperunt morari, & mortua eſt, magis adimpleta eſt conditio q̃ deficiat, facit tex. in l. Stichus nutricis. §. fin. ff. de ali. leg. Et ita in effectu vr̃ tenere Fulg. hic. Tu dic, ꝙ hęc conſideratio ſtare non põt. nam qñ aliquid annuum relinquitur, plura ſunt relicta, prout plures ſunt anni. l. in ſingulos. ff. de annu. leg. ſecus in ℣ctibus, ſeu in ſtipulatione. l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verb. obl. vñ pro annis præteritis, ſeu præcedentib. bene dr̃ fuiſſe impleta conditio, ſed non pro annis futuris, cùm legatum annuum ſit conditionale, vt prædixi, vr̃ ꝙ mortua matre non debeatur, cùm propter caſum mortis conditio deficiat. vnde ſolu. gl. vr̃ non ſolùm vera, ſed etiam neceſſaria, ꝙ ſpeciale ſit fauore alimentorum, qñ relicta ſunt fauore legatarij, vel ſumus in caſu dubio, quo caſu præſumuntur relicta fauore legatarij. d. l. illis libertis. cum alijs. ℣. alleg. ¶ In eadem parte dum gl. opponit de l. vter ex fratribus aduer-

ADDITIONES.

a ¶ Teſtator. Limitatio gl. Alex & Iaſ. in l. 4. col. 3. circa med. ℣. eod.

b ¶ Mixta. Adde, ꝙ fallit fauore alimentorum, ꝙ conditio mixta deficiens per caſum, non extinguit legatum, vt per Bar. in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de leg. 3. BELLAC.

c ¶ Caſus. Caue, quia 2. lectu. facit differentiam in hærede, & legatario, & lex ſi ita. nihil obſtat. PVRPV.

d ¶ Teſtator inſtituit. Adde diffusè per Io. Cald. in ſua diſputatione incipiente Rector Eccleſiæ.

e ¶ Nõ fuit. Adde, ꝙ ſolutionem gl. expreſsè. Bar. ſequitur in l. quib. dieb. §. Termilius. col. penul. de condi. & demonſt. & in l. in teſtamẽto. la 2. 4. oppo. eo. tit.

Source : BIU Cujas

aduerte ne gl. te decipiat, iſtud tertium contrarium tendit ad aliud q̃ præcedentia, quia duo præcedentia veniunt ꝯ. d.l. legatum. iſta l. venit contra l. noſtram, vt oſtendit ſol. glo. quia ibi conditio deficit per factum tertij, & non per caſum mortis. Et licèt d. Alex. dicat, ꝙ illa. l. obſtet in duobus contra iſtam. l. tñ ſi conſideras ſecundam inductionem. d. Alex. concordat cum l. noſtra. & ſic ſolùm obſt. vno modo. Nam ibi teſtator dixerat vter ex duobus fratribus conſobrinam in vxorem acceperit, habeat octo partes hæreditatis tantum, & alius quatuor, pone, vnus eorum accepit conſobrinam in vxorem, alius, qui non accepit, debet tñ habere quatuor vncias. ꝯ, imò videtur, ꝙ debeat habere octo, acſi conſobrinam in vxorem accepiſſet, eo quia non ſtat per eum, ſed per factum conſobrinæ, quæ potius voluit alteri nubere, ergo conditio debet haberi pro impleta. Sed rñ. Bar. ibi, Ang. & d. Alex. hic, ꝙ ibi teſtatoris voluntas repugnat, ꝙ conditio habeatur pro impleta. Et iſto modo limitatur iſta. l. per illam. Et in hoc illa. l. eſt ſingularis ſm Ang. hic. Tu reſpon. pulchrius, & ſubtilius, ſm Raph. Cum. in d. l. vter ex fratribus. nam ꝙ conditio habeatur pro impleta, qñ non ſtat per implere debentem, iſtud eſt per fictionem, quia. l. fingit haberi pro impleta, vt in princ. gl. Sed ſic eſt, ꝙ vbi non poteſt habere locum veritas, ibi non poteſt habere locum fictio. l. qui ad certum. ff. loc. l. ſi pater naturalis. ff. de adop. Tunc ſic, in illa. l. vter ex fratribus. illa conſobrina nupſit vni, non ſtat per alium, nunquid habebitur pro impleta? certè non, quia cùm in perſona eius conditio illa amplius non poſſet verè impleri, poſtquam nupſit alteri, ergo etiam per fictionem non poteſt fingi, ꝙ habeatur pro impleta, & idem ſentit Raph. hic in vlt. col. vel adhuc planius reſpon. ꝙ cùm ibi conditio fuiſſet impleta per vnum verè ſm voluntatem teſtatoris, ideo in perſona alterius non poteſt habere locum fictio, ꝙ conditio habeatur pro impleta, quia veritas facit ceſſare fictionem. l. filio quem pater. ff. de libe. & poſthu. ¶In ſeptima particula ibi, idem eſt in illa conditione, ſi decem Titio dederit. habes ex glo. ꝙ ſi aliquis inſtituatur ſub conditione, ſi dederit. 10. Titio, ꝙ iſte dicitur inſtitutus ſub conditione mixta, & non ſub conditione merè poteſtatiua. Ratio, quia implementum dandi non pendet ſolùm à voluntate volentis dare, ſed etiam à facto tertij, ſi voluerit accipere. l. 3. ff. de condi. inſti. alleg. in gl. ergo dicitur conditio mixta. Pro iſta gl. fortiter ſtringit, quia conditio mixta deficiens per caſum mortis extinguitur. l. legatum. C. de condi. inſer. & ſ. plenè in glo. Sed quando eſt merè poteſtatiua, & deficit per caſum mortis, non habetur pro defecta imò pro impleta. l. quę ſub conditione. §. quoties. alleg. in gl. Sed iſta conditio ſi Titio dederis. 10. ſi deficiat per caſum mortis illius, cui debet dari, habetur pro defecta, tex. eſt in l. cùm ita datur. ff. de condi. & demonſtra. alleg. in gl. ergo ineuitabiliter oſtenditur, quòd iſta cõditio ſi dederis. 10. eſt mixta, & non merè poteſtatiua. Cum iſta
* glo. *tranſeunt communiter Docto. hic.* & Bart. & Imol. in d. l. in teſtamento. la 2. Bar. & Bal. in l. fin. ĩ. de condi. inſer. ¶Contra iſtam conclu. glo. approbatam per alios, duo obſtant. Primum eſt, ꝙ filius in poteſtate non poteſt inſtitui à patre ſub conditione mixta, niſi in defectum exhæredetur, ſed bene poteſt inſtitui ſub conditione merè poteſtatiua. tex. eſt de vtroque, & ibi dicetur in l. ſi pater. ĩ. eo. Et tamen filius in poteſtate poteſt inſtitui à patre ſub iſta conditione ſi. 10. dederit Titio. text. eſt in l. ſuus quoq;. & melius in l. ſeq. & ſeq. ff. eod. & tex. clarus in l. fin. ff. de cond. inſtit. ergo apparet, ꝙ cenſetur merè poteſtatiua, & non mixta. tamen ad hoc reſpondent Bal. hic in 1. q. & Pau. de Caſt. hic in vlt. col. ꝙ licèt conditio dandi ſit mixta, vt dicit gl. tamẽ quia eſt facilis, ideo filius poteſt ſub ea inſtitui, quia filius poteſt inſtitui non ſolum ſub conditione poteſtatiua, ſed etiam ſub mixta. facit d. l. ſuus quoq;. in prin. in ver. poteſt. Ita etiam in effectu reſpondent Bar. & Imol. in d. l. in teſtamento. 2. vbi tenent cum iſta gl. ꝙ conditio dandi ſit mixta, & dicunt, ꝙ in d. l. ſuus quoq; Iuriſcon. excludit conditio. caſualem, ſub quia filius in poteſtate non poteſt inſtitui, ſed non excludit mixtam, quando eſt facilis, vt ibi. ita etiam tenent Bar. & Bal. in l. fi. C. de cond.
a inſer. Tu potes aliter, & notabilius reſpon. nam conditio [a] mixta dupliciter dicitur, vt declaraui in euidentialibus. Quædam dicitur mixta, q̃ pendet à facto debentis implere, & etiã à caſu & fortuna, puta quando filius exiſtens in partibus remotis fuerit inſtitutus, ſi in patriam reuerterit, & ſub iſta inſtitui non poteſt. & in iſtis terminis propriè loquitur. d. l. ſi pater. ĩ. eo. Quædam eſt conditio mixta alio reſpectu, ſcilicet quæ pendet à facto inſtituti, & alterius tertij, & ſi ſit tale factum, ꝙ ſemper poſſit impleri, & veriſimiliter ille tertius implere poteſt, vt in exẽplo glo. inſtituo filium, ſi 10 dederit Titio, & iſta quodammodo cenſetur poteſtatiua, & ſub illa poteſt filius inſtitui. ita loquuntur iura prælegata. ¶Secundò, & fortius contra concluſionem gl. facit, ꝙ iſta conditio ſi dederit. 10. Titio, debeat dici merè poteſtatiua, & non in aliquo mixta, & moueor ꝑ illud, ꝙ *vult Bart. hic in 2. oppo. quem omnes ſequuntur*, vbi vult, quod ſi aliquis inſtituatur hæres ſub conditione, ſi manumiſerit ſeruum ſuum, quòd iſta dicitur conditio merè poteſtatiua, eo quia licèt pendeat etiam à facto ſerui, tamen ſeruus veriſimiliter conſentiet, ita debet eſſe in hac conditione, ſi decem dederit tertio, quia licèt videatur pendere à facto illius tertij, tamen veriſimiliter tertius accipiet pecuniam, ergo debet cenſeri merè poteſtatiua. Et ſi dicas, quod in primo caſu ſeruus non poteſt refutare libertatem, per l. fin. C. de teſt. manu. alleg. per Barto. & tamen ille tertius bene poſſet refutare accipere pecuniam, quia reſpondeo, ꝙ d. l. ſi pater. eſt. l. noua. C. ſic antequam eſſet illa. l. bene ſeruus poterat refutare libertatem, & ſic de iure. ff. tamen illa conditio, ſi manumiſerit ſeruum ſuum, dicitur merè poteſtatiua. d. l. quæ ſub conditione. §. quoties. Cogita, niſi reſpondeas, ꝙ maior veriſimilitudo verſetur in perſona ſerui, qui magis veriſimiliter accipiet libertatem, quia nihil melius præſtari poteſt. l. planè. §. 1. ff. de leg. 1. non ſic eſt, vel tanta veriſimilitudo acceptandi pecuniam. d. l. 3. ff. de condi. inſti. Item pro iſta opin. videtur tertiò facere tex. in l. ſi cui purè. §. fin. ff. ad Treb. non tamen recedas à communi opin. In alijs duabus partibus glo. bene dicit. ¶Quaſdam alias quæſtiones extra gl. examinant Cyn. & alij Doct. hic, & Imol. & Raph. Cum. in l. teſtamento. 2. ff. de condi. & demonſtra. de quibus remitto te ad D. Alex. quia nihil ad rem. Vide etiam in materia duas alias quæſtiones per Bal. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cle. Et an iſta. l. ſit hodie correcta, tangunt Ang. & Fulg. in l. reprehendenda. ĩ. eo. & per hoc remanet expedita iſta difficillima lex.

ADDITIO.

a ¶Nam conditio. Adde, quòd iſta fuit declaratio Bar. in l. in teſtamento. la 2. col. 2. ff. de condi. & demonſtra.

SVMMARIVM.

1 *De iure ciuili non eſt turpe, nec prohibitum matrimonium cum conſobrina.*
2 *Spe præmij poteſt mulier inuitari ad matri. contrahendum.*
3 *Si monaſterium inſtituatur hæres ſub conditione, ſi talem filiam acceperit in monialem, talis conditio tanquam turpis reijcitur.*
4 *Statur confeſſioni factæ in libello ſupplic. porrecto principi, ſicut ſtatur confeſſioni factæ in libello conuentionali.*
5 *Narrata in reſcripto pro impetrante faciunt fidem contra eum, etiam ſi reſcriptum appareat ſubreptitium.*
6 *Quando mulieri fit legatum, vel inſtituitur ſub conditione ſi nupſerit tali, intra quantum tempus debet talem conditionem adimplere.*
7 *Si pater acquireret emphyteuſim pro ſe, & filijs maſcu. & fœminis nubentibus intra territo. concedentis, mortuo patre, filiæ fęminæ puberes debent nubere in territorio intra triennium.*
8 *Extraordinarium auxilium intelligitur officium iudicis.*

LEX II.



Onditioni. Iſta l. diuiditur in tres partes princip. In prima ponitur thema, & deciſio. In ſecunda, quæ eſt ibi, nec enim videri poteſt. reſpondetur tacitæ obiectioni. In tertia ibi, extraordinario. reſpondetur alteri tacitæ quæſtioni. hoc dicit. ¶Si hęres inſtituatur ſub conditione mixta, & non turpi, & eius facto non pareatur conditioni, locus eſt ſubſtituto. ¶In tex. ibi, viduitatem tibi indixiſſe. ſenſus literæ eſt ſecundum quòd declarant Sal. & Pau. de Caſt. quod cùm mater ordinaſſet, quòd filia nuberet conſobrino, per conſequẽs non volebat quòd alteri poſſet nubere. l. cùm ita legatum. §. 1. ff. de condi. & demonſtra. vnde quia turpe videbatur conſobrinam iungi conſobrino, in effectu cogebatur remanere in viduitate ſine matrimonio, ſed ſic eſt, quòd diſpoſitiones inductiuæ viduitatis reprobantur à iure, toto titu. ĩ. de indic. vid. tol. tamen
1 hoc non obſtan. hic deciditur contrarium. † cùm de iure ciuili non ſit turpe, nec prohibitum matrimonium cum conſobrina. ſecus de iure cano. vt dicit glo. & propterea litera dicit, probabili conſilio, quia matrimonium erat legitimum, & inductũ
2 ad bonum finem, & effectum. ¶† No. quòd ſpe præmij poteſt mulier inuitari ad matrimonium contrahendum, vt hic. & l. præcedenti, & l. Titio centum. in prin. ff. de condi. & demonſtr. licèt non metu pœnæ. l. Titia in prin. alleg. in gl. pro contraria,
a & glo. non ſoluit, eo quia matrimonia [a] debent eſſe libera ab omni

ADDITIO.

a ¶Matrimonia. Adde c. cùm locum. & in c. requiſiuit. de ſpon. & ca. 2. quod met cau.

Source : BIU Cujas

omni pœna. c. gemma. de ſpon. Adde ſecus eſſe in matrimonio ſpirituali, in quo monaſterium non poteſt inuitari ſpe lucri ad recipiendum aliquem in monachum, quia eſſet ſimonia. c. nō ſatis. de ſimo. Sicut nec ſpe præmij poteſt teſtator inuitari ad aliquem inſtituendum. Ille autem. in prin. cum glo. ff. de hære. inſti. ¶ Subdit tamen Barto. & aduerte, quia eſt pulcher paſſus,
3 † quia ſi monaſterium inſtituatur hæres ſub conditione, ſi talem filiam acceperit in monialem, ꝙ iſta conditio tanquam turpis reijcitur, per regulam. l. reprehenda. ſ. eo. & inſtitutio valet, & remanet pura. Contrarium de directo, ꝙ imò talis conditio non reijciatur, imò vitiet inſtitutionem, tenet Barto. [a] ſibi
a contrarius in d. l. Titio centum. §. 1. & ibidem Imol. motus per d. l. ille autem. in prin. & ibi Ang. & Imol. idem tenent inducendo, vt ibi per eos. Et dicit do. Alex. hic, *ꝙ iſta eſt communis opin.*
* contra Bart. hic, quam etiam ſub dubio fortè tenet Io. de Ana. in d. c. non ſatis. in vlt. col. Sed credo, ꝙ erret do. Alex. & potius opin. Bar. hic ſit magis communis, ſaltem apud Docto. Nam
b illa cenſetur eſſe communis opin. [b] quæ plurium Docto. teſtimonio comprobatur. l. 1. verſ. *ſanè crebrior apud veteres opinio eſt*, & ibi ad hoc no. Bald. ff. de off. quæſto. & in c. nonimus. in verb. *opinio à pluribus approbata*, & ibi Anto. de Butr. ad hoc not. de verbor. ſignific. & tex. in c. de inducijs. in verbo, *in quo plurimi concordant*. 3. quæſt. 3. Idem tenet Bar. in l. vxorem. §. hæres. ad ſi. ff. de leg. 3. Idem tenet Bal. in l. 1. in 1. colu. ſ. eo. quia ſecundum Bal. iſta non dicitur ſimonia, imò dicitur diſpoſitio pia, & pro anima teſtatoris. Idem tenet Ang. in d. l. 1. in 1. col. ſ. eod. & ibidem Pau. de Caſt. quamuis clarè ſe non firmet. Idem expreſsè tenet Raph. Fulg. in d. l. 1. motus, quia in dubijs opinionibus tenenda eſt ſententia, quæ fauet teſtamento, & ſic inſtitutioni. l. ſi pars. ff. de inoffi. teſt. Idem motus eſt & ſecundo, quia in dubijs opin. amplectenda eſt illa, quæ fauet religioni. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. c. fi. de re iud. Eandem opi. tenet Raph. Cuma. in d. l. Titio centum. §. 1. & ibi apertè Pau. de Caſt. in lectu. Paduana, dicens ꝙ iſta opin. eſt magis in vſu, & magis approbatur. facit bene, quod dicit Bar. in l. Titia. ad fin. prin. ff. de verb. oblig. & in conſ. fio. 184. quod incipit domina Nuta. Et tenendo iſtam ſententiam, facilè eſt reſpondere ad d. l. ille autem. ꝙ ideo ibi vitietur inſtitutio, eo quia cenſetur captatoria, vt dixi in l. captatorias. ſ. de teſt. mili. & in l. cùm donationis. poſt gl. &
4 alios. C. de tranſa. ¶ † Secundò not. ex text. ibi, cùm ex his pre-
c cibus, quæ libello complexa es. quòd ſtatur confeſſioni [c] factæ in libello ſupplicatorio porrecto principi, ſicut ſtatur confeſſioni factæ in libello conuentionali. l. cùm precum. C. de libe. cau. dato, quòd confeſſio ſit facta abſente parte, eo quia facta eſt in ſcriptura, quæ ſemper loquitur, vt declarat Barto. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & in l. 2. §. fin. ff. de iure fiſc. Canoniſtæ in c. fin. de confeſ. Adde, quòd idem eſt ex parte rei, nā ſi reus in exceptionibus ſuis aliquid confiteatur, plenè probat, tex. eſt in l. 1. & ibi Bar. & alij. ad hoc not. C. de his, quæ pœn. no. Bar. in d. l. ſi quis abſente in fin. Ludo. Roma. in conſi. 59. incip. ad diſcutiendum. in vlt. dubio, & in conſ. 135. quod incipit, quo
5 ad primum, quo quæritur an Stichus. in 8. dubio. ¶ † Item adde, quod etiam narrata in reſcripto pro impetrante faciunt fidem contra eum, etiam ſi reſcriptum appareat ſubreptitium, ita tenet Io. And. & ibi Canoniſtæ in c. cùm in poſitionibus. de iureiuran. in 6. quem etiam ſequitur Abb. in conſi. 38. in 2. vol. incip. in quæſtione, quæ ad præſens vertitur. Poſſet tamen talis confeſſio prætextu erroris corrigi, & emendari, iuxta glo. no. in l. error. & ibi Docto. & ibi ordinariè poſui. C. de iur. & fac. igno. cum concord. ibi traditis. Dummodo reſciantur expenſæ, iuxta glo. in l. rura. & ibi Barto. C. de omn. agr. deſer. lib. 11. Et quòd talis confeſſio prætextu erroris poſſit corrigi, declarat Bart. in l. 2. §. fin. ff. de iur. fiſc. & Bald. in ſpecie in d. l. error. in 6. colum. & Pau. de Caſt. & dom. Alex. hic. Vltimò circa hanc l. & præce-
6 dentem, & quaſi alias leges huius titu. † quæro, quando mulier fit legatum, vel inſtituitur ſub conditione, ſi nupſerit tali, intra quantum tempus debeat talem conditionem implere, & an perpetuò admitti poſſit. Iſtum paſſum tangit ſolus Paul. de Caſt. hic, alij mentionem non faciunt, & poſt multa in effectu concludit, quòd niſi mulier fuerit interpellata ab illo, cui debet nubere, vel niſi limitatum ſit ſibi tempus à iudice ad inſtantiā creditorum, vel ſubſtituti, vel niſi mortuus ſit ille, cui debebat nubere, antequam ipſa procuraret matrimonium, quòd extra iſtos tres caſus poteſt quandocunque conditionem implere, & quandocunque impleat, ſemper admittetur. Nec obſtat regula. l. hæc conditio ſi in capitolium. ff. de condi. & demonſt. vbi traditur regula, ꝙ conditio debeat ſtatim impleri, quàm primum poteſt, quia reſponde, quòd illa regula procedit in legatis, & in fideicommiſſ. particularibus, ſecus in inſtitutione, in qua tractatur de maiori præiudicio, ita limitat glo. ord. & ſing. in l. ſi quis inſtituatur hæres in diem, in princip. in glo. in verſic. præfinitur tempus. ff. de hæred. inſtitu. Barto. in d. l. hæc conditio. Bald. in l. ſi pater. in 5. quæſt. & ibi Cyn. in 3. quæſt. ſ. eodem. Non meminit Paul. de Caſt. quòd contra eum eſt caſus in terminis decidens quæſt. ſuam, in l. 2. §. ad filiorum. quem ibi expreſsè Barto. & alij ad hoc not. C. quando, & quib. quar. pars deb. lib. 10. vbi iſta conditio ſi nupſerit, habet limitatum tempus, quod mulier poſt pubertatem debet intra triennium nubere, & implere conditionem, & ſic non eſt verum, quod conditio, ſi nupſerit, poſſit ſemper impleri, quia limitatur à iure vſque ad triennium. Et dicit ibi Ioan. de Plat. ꝙ ille text. eſt de hoc vnicus, & ſingu. in iure. Et per illum text. infert idem Io. de Pla. poſt Barto. ibi, ꝙ ſi pater acquireret emphyteuſim pro ſe, filijs maſculis, & fœminis nubentibus intra territorium concedentis, ꝙ mortuo patre filiæ fœminæ puberes debent nubere in territorio intra triennium, aliàs non admitterentur ad emphyteuſim, per illum tex. quod ſingulariter nota, quia de facili dixiſſes oppoſitum, & ſic deciſio Paul. de Caſt. non eſt vera in terminis, in quibus loquitur, ſcilicet in conditione ſi nupſerit, quia illa habet limitatum tempus triennij, vt prædixi in d. §. ad filiorum. ſed in alia conditione appoſita in inſtitutione ſatis poſſet procedere. Niſi dicas, ꝙ ille tex. loquatur in caſu ſpeciali. tamen Bar. & Doct. ibi generaliter no. ex illo tex. Limita tamen illum text. procedere in iſta conditione ſi nupſerit, quæ adiecta mulieri debet intra triennium impleri. Secus autem eſt in conditione inſtitutionis, qñ teſtator inſtitueret filiam, vel vxorem, ſi continenter vixerit, nam videbatur, ꝙ ſatis eſſet ſi intra triennium contineret, per d. §. ad filiorum. tñ requiritur, ꝙ perpetuò contineat, & ſtet in viduitate, ſm Bal. ita limitantem in c. 1. ad ſi de ſum. Trinit. & fid. cath. cōfirmatur iſta limitatio, quia aliud eſt quærere intra quantum tempus debet impleri conditio, & tunc loquitur d. §. ad filiorum. & alia quæ ſuperius ſunt allegata: aliud eſt quærere, an in impleme/nto conditionis requiratur perſeuerantia, quādo habet tractum ſucceſſiuum, & tunc loquitur. l. ſi quis hęredem cum materia. ſ. eo. ¶ Glo. in verb. indiges. diuidit in tres. In prima declarat text. In ſecunda per viam limitationis remouet vnum cōtrarium. In tertia opponit contra tex. & non ſoluit. Secunda ibi, & hoc ſi honeſtè. Tertia ibi, item arg. contra. ¶ Ex prima parte gl. no. quòd eo caſu, in quo conditio inſtitutionis, & legati verè non impletur, tñ habetur pro impleta, quòd tunc competit officium iudicis, vt
7 hoc tex. in ver. extraordinario auxilio. † nam extraordinarium auxilium intelligitur officium iudicis. l. ſi cui legatum. in princ. vbi glo. in verſi. extra ordinem. ff. de condi. & demonſtra. l. cùm filiusfam. viaticum. iuncta gl. ff. ſi certum petatur. ¶ Iſtam glo. ad hoc no. & dicit non eſſe alibi Barb. in rub. extra de offi. iudi.
* in 2. col. ad fin. & cum ea ſimpliciter tranſit. tamen Bar. *& magis communiter Docto.* in l. in teſtamento. 2. in fi. ff. de condi. & demonſt. & in hac. l. & in locis. ſ. allegandis tenet, ꝙ imò iſto caſu competit actio ex teſtamento, ſicut ſi verè cōditionem impleuiſſet. per tex. in l. ſi peculium. §. is cui ſeruus. in fi. ff. de ſtatu lib. qui tñ poſſet induci ad oppoſitum in ver. ex conſtituto potius iure quàm ex teſtō. allegant etiam. l. cùm pupillus, quæ magis facit in ver. iure cōmuni. ff. de condi. & demonſt. Sed tu aduerte, quia iſta deciſio Doct. non poteſt conuenire hęredis inſtitutioni, de qua loquitur hic tex. quia hæredi impleta conditione nunquam competit actio ex teſtamento, ſed petitio hæreditatis, & rei vend. ſed deciſio Doctorum poſſet habere locū in legato impleta conditione, quia tunc competit actio ex teſtamento ad legatum, ſecus qñ haberetur pro impleta aliquo iure ſingulari. Sed in inſtitutione hęredis, qñ hæres eſt inſtitutus ſub aliqua conditione, quam verè non implet, tñ habetur pro impleta, nunquid poſſet adire hæreditatē, debet diſtingui. Aut enim conditio habetur pro impleta etiam de iure ciuili, & tūc poteſt adire hæreditatem de iure ciuili. Sed ſi ſolùm habeatur

ADDITIONES.

a ¶ Bar. Adde facere, quæ idem Bar. ſcribit in l. vxorem. §. hæres. de leg. 3. vbi ꝙ grauamen iniunctum legato facto monaſterio, vt aliquē recipiat, non valet.

b ¶ Communis opin. Adde c. capellanus. de fer. Abb. in c. tua nos. de vſur. in c. a. nouimus. de verb. ſignifi. in c. cùm ſint. de deci. in c. 2. de cog. ſpir. in c. veniēs. de cenſi. in c. 1. de conſti.

* Eundem Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. nu. 14. ff. de acquiren. hære. & quæ dicatur magis communis opin. no. idem Iaſ. in l. ſi 15, qui pro emptore. colu. 70. ff. de vſucap. Alex. conſ. 13. col. 5. lib. 1. & dic, ꝙ non conſtat ex numero, ſed ex Doct. qualitate, & rationum pondere, vt dicit Catel. verſ. opi. communis. pulchrè declarat Fich. inter com. opi. lib. 3. ver. communis opi. MASVER.

c ¶ Confeſſioni. Bart. in l. 1. ſ. de confeſſ. & de confeſſione in poſitionibus not. Alex. lib. 4. conſ. 71. Bal. in l. poſtquā liti. 5. oppō. C. de pact. vbi dicit, quòd impedit litis ingreſſum, plura Cur. conſi. 30. col. 23. Et ideo ſolet poni clauſula, vt aſſerit, &c. de qua plenè Dec. in c. ad hæc. de reſcrip. & in c. iurauit. col. pen. de proba. Limitat Ang. in §. ſi minus. inſti. de act. col. 10. Fely. in c. ex cauſa. de iud. Limitat Cy. conſi. 244. col. pen.

Source : BIU Cujas

beatur pro impleta de iure prætorio, vt quia solus prætor talē conditionem reijciat,& tunc solùm potest agnoscere bon. pos. casum habes,& exemplum in l facta.§.si in danda. ff. ad Treb. ita vult Bar.in l.in testō.la 2.in fi.ff.de condi.& demonstra.Bald. in l.1.s̄.eo.Ang.in l.si mater.j.eo.& plenius,quàm aliquis Paul. de Cast.hic.& d.Alex.reprehendens Imol.tenentem aliter in d. l.in testamento.2,per tex.in l.Stichum.§.si Stichus Titiæ.in verbo ex testamento. ff.de statulibe. dic plenius per eum. Tu pro communi opin.adde bonum simile,nam qñ iuramentum est remissum per partem, quo casu habetur pro præstito, ita oritur actio & exceptio,sicut si iuramentum esset actualiter præstitum.l.nam & postea.§.1.ff.de iureiur.ergo quantum ad dandum actionem eandem, paria sunt vel ꝙ actus verè sit actus, vel ꝙ habeatur pro facto, eo quia steterit ꝑ partem.¶In vltima parte gl.respon.vt dixi in text. ꝙ licèt mulier spe institutionis,vel alterius præmij possit inuitari ad matrimonium,vt hoc tex.cum si.tamen non potest metu pœnæ astringi, ita loquitur. d.l.Titia. quia aliud est spe præmij inuitari, aliud metu pœnæ astringi.l.Titio centum.in prin.ff.de condi.& demonstra.

SVMMARIVM.

1 *Si mater instituat filios hæredes sub conditione, si emancipati fuerint à patre,etiam si non emancipentur,tamen aliter efficiantur sui iuris,vel per mortem ciuilem patris,conditio habetur pro impleta.*

2 *Si testator instituit filios hæredes,& relinquit vxori vsumfructum certi fundi pro dote toto tempore vitæ suæ,si castè, & honestè vixerit,& vitam viduale seruauerit,& post mortem vxoris talem fundum reliquit Titio si vxor contrahat secundum matri.an Titius debeat statim habere fundum,an expectare vsquequo vxor moriatur.*

3 *Non refert quid ex æquipollentibus fiat. nu.4. & 6.*

5 *Aditio hæreditatis dicitur ius,& non facultas.*

LEX III.

a 

Imater. [a] Hoc dicit.Institutio collata in vnum casum refertur ad alium sibi similem. ¶Vel sic.Non refert quid ex æquipollentib. fiat.hoc dicit.¶Vel sic, & pinguius. Institutio facta sub conditione emancipationis purificatur non solū sequuta emancipatione, sed etiam per mortem patris natura-

1 lem,vel ciuilem.hoc dicit.¶† No.ex hac.l. quòd si mater instituat filios hæredes sub conditione si emancipati fuerint à patre,ꝙ etiam si non emancipentur, tñ si aliter efficiantur sui iuris,vel per mortem ciuilem patris, & sic per deportationē,vel per mortem naturalem,conditio habetur pro impleta, & con-

b sequuntur institutionem.dubium [b] faciebat ſm Ange.& Paul. de Cast.quia conditiones debent impleri in forma specifica,vñ si instituo aliquem hæredem,si decem dederit seruo Titij,certè si daret ista.10.Titio dño serui,conditio non hī pro impleta, sed opus est,ꝙ formaliter det ipsi seruo,quamuis in effectu intelligantur data Titio,cùm per seruum Titio acquirātur. l. qui hæredi.in prin.& l. Meuius.ff.de condi.& demon.hic tamen ꝯrium deciditur,quia magis testator considerauit effectum quā formam,ideo enim mater.in hac.l.instituerat filios sub hac ꝯditione,si emanciparentur à patre,eo quia nolebat per filios q̄ri hæreditatem patri, sed idē effectus sequitur,quomodocūq; filij efficiātur sui iuris, & quotiescunq; idem effectus sequitur, non refert quid ex æquipollentib.fiat.Facit tex.in l.fin. ad fin.ff. māda. secus qñ testator considerauit potius formam quàm effectū.d.l.qui hæredi.in prin.& l. Meuius. ff.de condi. & demon. Et si vis intelligere, qñ testator dicatur considerasse effectum potius q̄ formam,& qñ ècontra,vide Bar. declarantē in l. Gallus.§.& quid si tantum.cum suis concord. ff. de lib. & posthu.

c vel dic,ꝙ conditiones, [c] quæ consistunt in dando, ꝙa sunt magis præcisæ,ille debent impleri in forma specifica, ita loquitur d.l. qui hīdi.& l.Meuius.secus est in alijs conditionibus,quę nō consistunt in dando,quia pñt impleri,vel in sua forma, vel per

2 æquipollens,vt traditur per Barto. in d.§. & quid si tm̄. ¶ † Facit ista. l.ita declarata ad qōnem sæpius occurrentem, de qua dicit Pau.de Cast.se fuisse sæpius interrogatum;pone,testōr in-

d stituit [d] filios hæredes,& reliquit vsumfr. certi fundi vxori pro toto tempore vitæ suæ,si castè,& honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit,& post mortem vxoris talem fundum reliquit Titio.pone,ꝙ talis vxor ꝯhat ſm matrimonium, nūquid Titius debeat statim habere legatum, an expectare vsquequo vxor moriatur,ita ꝙ interim filij instituti, vel venientes ab intestato possideant?Istam q.disputauit Ricard. Malum. in quadam qōne,quę inci.quidam testamento suo, & ibi adducit sex

e fundamenta pro parte Titij, [e] ꝙ statim habere debeat, & alia sex ad oppositum. finaliter concludit, ꝙ Titius statim debeat habere fundum, non expectata aliter morte vxoris, eo quia testator qui reliquit fundum Titio post mortem vxoris, credidit,quòd vxor deberet durare in viduitate,& ideo donec vxor haberet,noluit Titium consequi, ergo quomodocunque desinat vxor habere siue per mortem, siue per transitum ad secundas nuptias,certè Titius admittetur, per regulam tex.nostri,& confirmatur, quia cessante causa dilationis debet cessare ipsa dilatio.l.à filia.§.alumno. ff. ad Trebel. Mouetur etiam principaliter per tex.notabilem in l.mulieri.in prin. ff.de condi.& demonstra.& in l.si ita esset.ff.quando dies lega.ced.vbi si filij sint instituti hæredes,si efficiantur sui iuris per mortem patris, certè consequuntur institutionem,si pater viuus eos emancipet. Et illam disputationem Ricard.Malumb.refert,& sequitur Io. And.in addit.Specu.in titu.de secund.nup. super rubr. & latius Alb.in Auth.hoc locum. C.si mulier secūdò nupt. Et cum illa decisione tenet Paul.de Cast.hic, & dicit se ita pluries de facto consuluisse.Idem tenet Paul.de Cast. in l. si quis hæres ita scriptus.& Franc.de Are.ff.de acquiren. hæred. Idem tenet Barto. in repet. d.Auth. hoc locum.in 6. colum. vbi etiam per alios. Idem tenet dom.Alex. hic, & simpliciter in d.l. mulier.la.1.ad fin.princip.ff.ad Trebel.& in d.l.Gallus. §. & quid si tantum.in 6.colum.vbi dicit,quòd pridie de hoc consultus ita respondit, & idem dom.Alex.in consi.130.num.5.in 2. volum. incip.attentis verbis testamenti,& in consi.100.in 4.volum.quod inci.

* visa prima parte testamenti.in 2.colum.ad fin.& sequen. *Et ista est communis sententia Scribentium.* Sed in contrarium videtur facere text.in l.vxori vsumfruct.la.2. ff. de vsu, & vsufruct.lega. per quem text. contrariam opin. tenet Ludo. Roma. in d.l.si quis hæres ita scriptus.Et per illum text.alibi determinat Spec. in titu.de loca.§.nunc aliqua.versic.145. quòd si aliquis acquisiuit emphyteusim pro se,& filijs masculis suis vsque ad 40. annos.Pone,quod talis emphyteuta moriatur sine filijs intra. 10.annos,quid erit de residuo temporis, ad quem spectabit talis emphyteusis,an spectabit statim ad dominum? determinat Specu.quòd non, & quòd imò nondum transactis. 40. annis transmittitur ad alios hæredes per d.l. vxori. Est verum, quòd Ioan. And.ibi tenet contrarium, & reprehendit illam decisionem Specu. Tenendo communem opin. responde ad d.l.vxo-

f ri vsumfructum villæ,quòd dictio tunc, [f] ibi posita tollit contrarium,cùm denotet extremitatem temporis. l. 4. in fin. ff. de condi.& demonstra.ita respondet Barto. in l. vxori. Vel secundò responde,quòd text.in d. l. vxori. loquitur,quando testator apposuit tempus certum,& determinatum scilicet quinquennium, tunc bene expectatur lapsus totius quinquennij, licèt vxor prius moriatur;sed in quæstione ista fuit appositum tempus incertum, & sic non ita limitatum, quod tempus incertum facit condi.l.dies incertus.ff.de condi & demonstra. & superius dixi.Pro ista opin. Ludo. Roma. contra communem facio tria fundamenta.Primum,quia testator in dubio præsumitur minus grauare hęredem,quàm possit.l.apud Iulianum. §.Seio.ff.de leg. 1.præsertim quando sunt filij hæredes instituti, ergo in casu dubio, quando voluntas testatoris est ambigua, vt in casu isto, debet fieri interpretatio pro hærede contra legatarium.Scdò,& fortius facit,nam hic legatum est factū post mortem vxoris,& sic tempus incertum.l. hæres meus.in prin. ff.de condi. & demonst. & sic sub condi. cùm tale tps incertū habeatur ꝑ conditione.l.dies incertus.ff.de condi. & demonst. Item est adiecta alia conditio,si vitam vidualem seruauerit.ergo cùm hic adsit duplex conditio,non debet sufficere, ꝙ vna sit purificata.l.si hīdi plures.ff.de condi.insti.& l.si ita quis stipuletur.ff.de verb.obl.ergo non sufficit, ꝙ vxor desierit castè viuere, nisi ēt copulatiuè sit impleta alia condō mortis, p̄sertim cum ista secunda sit potius relata ad ſm legatū q̄ prima. Nisi diceres, ꝑut dicit Bal.in c.2.in pen.col. de rescrip. ꝙ potius est inspiciēda mēs q̄ copula verborū ꝙa ꝯiunctiones ac aduerbia sæpè ponunt impropriè,& vnū ꝑ altero,vt dicit gl.in l. eas cās.

ff. de

ADDITIONES.

a ¶Si mater.De materia istius.l. adde Ange.& Ioan. de Imol.in l.mulier.la 1.in prin.ff.ad Treb.

b ¶Dubium.Adde de regula l.Meuius.Ias.in l.filiusfam.§.diui.8.col.de leg.1. PVRPV.

c ¶Conditiones.Adde,ꝙ in contrarium est tex.in l.si fundus.ff.de condi.& demonstra.in l.is,qui in potestate.§.fi.ff.de leg.præst.

d ¶Testator instituit.Adde Pet.de Vbal.in repe .c.Ray.de test.

* Et vide eundem Ias.in l.Gallus.§.& quid si tantum.j.lect.nu.32.& in Rep.nu. 13.ff.de lib.& posthu.in l.si extraneus.nu.3.ff.de condi.causa data,vbi in hac q. concludit, ꝙ Titius debet statim haberet fundum non expectata morte vxo.idem dicit in l.Titius §.Lucius.nu.3.ff.de lib.& posthu.

e ¶Titij.Contra addo tex.in l.peto.§.prædium.de leg.2. PVRPV.

f ¶Dictio tunc.Adde l.vxori.la 1.ff.de vsu,& vsufr.leg.l. 1.ad fi. C. de procura. Raph.Fulg.consi.50.incip.quidam Raymund.

Source : BIU Cujas

ff.de condi.& dem. Vel dicas, ꝙ cùm iſtæ copulatiuæ non ſint reſpectiuæ adinuicem, ideo non requiritur concurſus. ſecundū doctr. Bar. in d.l.ſi hæredi plures. tamen aduerte, quia ſi Doct. habent reſpectum ad primam conditionem, & propter eius defectum volunt Titium debere admitti, ergo fortius debet haberi reſpectus ad proximam conditionem mortis, quæ immediatè reſpicit legatum Titij. Tertiò pro iſta parte facit fortius text.
a in l.fideicommiſſa.§.ſi cui [a] ita fuerit.ff.de leg.3. ſecundum quē vī, ꝙ intelligi debet tex. in d.l. mulier. in prin.& l.ſi ita eſſet.ſ. alleg. pro communi, dum volunt deberi fideic. verum eſt mero iure, ſed non in effectu, donec purificetur realiter conditio per mortem patris. Nec ſolutio gl.& Bar. quæ traditur in d.§. ſi cui ita fuerit. vī poſſe ſtare, quia deſtruit illum tex. Non tñ per iſta
b recedas à communi ſententia, [b] quæ iudicando,& conſulendo
3 eſt amplectenda. ¶† Secundò no. ex hac l. illud, ad quod alleg.
c iſta l. ꝙ non refert, quid ex æquipollentibus [c] fiat. concordantes habes in glo. Et adde, ꝙ dicit Bar. in l. ab emptione. in vlt. col. ff. de pact. de qua regula remitto te ad plene ſcripta per Barto. &
4 alios in d.l. Gallus.§.& quid ſi tñ. ff. de lib.& poſthu. ¶† Adde, ꝙ iſta regula eſt in tñ vera, ꝙ illud, ꝙ eſt æquipollens, non intelligitur excluſum etiam per dictionem taxatiuam tantum, vel ſimilem, vt pulchrè conſuluit Pau. de Caſt. in conſi. 296. Et ad hoc vltimum bene faciunt, quæ dixi in l. vnica. in prin. ff. ſi quis iuſdi. non obten. de ſtatuto loquente per dictionem taxatiuam, ꝙ tñ non excludit caſus æquipollentes, vel ſimiles. ¶ Limita tñ
d iſtam regulam, quādo aliquid requireretur pro forma [d] à lege, vel ſtatuto, & vltra procederet annullando, tunc nō ſufficeret illud impleri per æquipollens. iſta limitatio clarè colligitur ex deciſione Bal. Ang.& Alex. in l.j.ff.de lib.& poſth. vbi volunt, ꝙ ſi ſtatutū requireret pro forma, ꝙ in contractu apponatur nomen & cognomen contrahentium & patris, aliàs contractus ſit nullus, certè non ſufficeret æquipollens, puta ſi eſſet nomen elegans, vel ſingulare.& d. Alex. in pen. col. expreſsè no. iſtam limitationem. Et ad hoc adducit multa alia, quæ per te videas. facit tex. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiu. Sed in contrarium pondera tex. in l. iubemus ſ. de teſt. vbi l. expreſsè requirit pro forma, & validitate teſtamenti, ꝙ teſtator proprio nomine debeat nūcupare nomina hæredum. & tñ ibi gl. *approbata per omnes tenet*, ꝙ ſufficeret ſi notarius coram teſtatore nuncupauit, ecce ꝙ ibi illa lex requirit pro forma, & tamen poteſt impleri per æquipollens, & nihilominus. l. ibi vltra procedit annullando. ibi bene te-
5 tigi, & examinaui, ideo non repeto. ¶† Vltimò not. tex. in fin. in ver. ius adeūdæ hæreditatis. quòd aditio hæreditatis dicitur ius, non facultas, & ideo cùm ſit ius, ſequitur, ꝙ poſſit præſcribi 30.
e ann. [e] per regulam. l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcr. 30. ann. nam ſi eſſet facultas, facultati nunquam præſcribitur etiam mille annis. l. viam publicam. ff. de via pub. no. Bar. poſt gl. in l. cùm notiſſimi. in prin. C. de præſcr. 30. ann. Et quomodo aditio hæreditatis ſit ius, vide Bar. declarantem in l. is poteſt. ff. de acq. hær. & ꝙ additioni. 30. ann. præſcribatur, quia eſt paſſus ſubtilis, & diſputabilis, diſputabo in l. licet. vbi tex. in prin. ī. de iu. delib. Sicut etiā
f ſi vendatur [f] res cum pacto, quòd vēdens, vel eius hæredes poſſint quandocunque oblato pretio redimere, certè tale ius redimendi, non obſtante, ꝙ ſit dictum quandocunque, quia nō eſt mera facultas, tollitur præſcrip. 30. ann. Ita ſignanter conſuluit Ang. in conſi 55. quod incip. Gul. & Fran.& conſuluit, ꝙ iſtud procedit etiam ſi iſtud pactum ſit iuratum, imò fortius etiam ſi ſit dictum, ꝙ quandocunque, & ſine aliqua præſcriptione, vt ibi plenius per eum, & ſm illud conſilium pluries de facto interrogatus reſpondi,& conſului. Imò plus tenet Pet. de Ancha. in conſi. 432. incip. viſis diligenter actis,& actitatis. in 2. col. ꝙ talis facultas redimendi rem venditam tollitur per lapſum decēnij,& lapſo decennio venditor dī conſtitui in mora ad redimēdum rationibus, de quib. ibi per eum. ¶ Glo. in verb. ſua cauſa. quam diuide in quatuor partes. In j. declarat tex. In ſecunda no. ex tex. In 3. alle. ꝙ cor. In quarta,& vltima format duas opp. & non ſoluit. Secūda ibi,& ſic no. ex hac l. Tertia ibi, & facit. ſ. de inoffic. teſta. Quarta & vltima ibi, ſecundum arg. ī. In vltima
6 parte reſponde ſm Cyn. & latius Albe. hic, † ꝙ qñ caſus æquipollentes ſunt eiuſdem effectus,& tunc procedit regula, non refert, quid ex æquipollentib. fiat. vt in tex. ſecus autem, quando non ſunt eiuſdem effectus, vt apparet in legib. in glo. alleg. de qua materia recurre ad Barto.& alios in d.l. Gallus.§. & quid ſi tantum. Iaſon Piſis.

ADDITIONES.

a *Si cui. Adde reſponſ. ad illum tex. per Galiaul. in §. & quid ſi tantum. col. 10. de lib.& poſth.

b ¶Communi ſentētia. Adde Pet. de Anch. in cle. ne Romani. de ele. Dominicus de S. Geminian. in c. ſi quis neſcit. 11. diſt. Lap. all. 48. inci. magiſter hoſpitalis. Raph. Cu. in cōſi. 3. inci. domina comitiſſa. in 2. col. Raph. Fulg. in conſi. 3. inci. quidam Antonius minor 15. ann.

c ¶Aequipoll. Adde c. licet ex quadam. de teſt. Pan. in c. poſt ceſſionem. de prob.

d ¶Pro forma. Adde aliam limi. per l. ſeruo. ff. de condi. inde. aliter limitat Cur. in tract. iuriſpat. q. 15. ver. conſtringit.

e ¶30. ann. Quarto no. ꝙ mors naturalis & ciuilis æquiparantur, quando habēt eundem effectum. Adde Alex. in l. ſi deceſſerit. col. 2. ff. qui ſat. cog. Quintò no. quòd dictio alius, poteſt eſſe repetitiua ſimilium reſpectu effectus, licèt non reſpectu facti.

f ¶Si vendatur res. Adde Iaſ. in l. petens. col. 4. ver. circa iſtam. ſ. de pact. plenè Parp. arg. cōtra in l. nemo. char. 19. ver. 7. ff. de lega. 1. Limita etiam. l. ij. C. de pac. inter empt. & vend. ut non procedat, ſi emptor pendente tempore, quo promiſit venderet alij. Alex. 1. vol. conſi. 10. ad quod faciunt dicta Alex. 1. vol. conſi. 92. perſpectis.& dicta Iaſo. in l. filius.§. diui. 6. col. ver. aduerte. de leg. 1. Dec. conſi. 164. in tract. præſcriptionum. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Tres reperiuntur ſpecies conditionum.*
2 *Filius in poteſtate poteſt inſtitui ſub cōditione, ſi fecerit teſta. dato quòd in defectum non ſit exhæredatus.*
3 *Quæ cenſeantur facta facilia, & quæ difficilia.*
4 *Filius in poteſtate non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, tamen bene ſub poteſtatiua, nu. 5. & ſub quacunque conditione, dummodo in defectum exhæredetur. nu. 6. & 12. & nu. 16.*
7 *Filius emancipatus poteſt inſtitui ſub quacunque conditione caſuali, vel mixta, dato quòd in defectum non exhæredetur. & nu. 14.*
8 *Mater, vel auus maternus poſſunt filios, vel nepotes inſtituere ſub quacunque conditione, quamuis in defectum non exhæredentur. & nu. 13.*
9 *Si filius in poteſtate eſt inſtitutus ſub conditione poteſtatiua conſiſtente in facto, & non ſtet per negligentiam ſuam, ſed per caſum, vt non impleat, habetur pro impleta, & ſuccedit.*
10 *Inſtitutus ſub conditione, ſi moriatur ea pendente, nihil tranſmittit.*
11 *Filius poſthumus poteſt inſtitui ſub quacunque conditione, dummodo purificetur ante eius natiuitatem.*
15 *Licèt ſtet per filium quominus impleat cōditionem mixtam, ſub qua eſt inſtitutus, an poſſit adire ab inteſtato.*
17 *Si filius in poteſtate ſit inſtitutus ſub iſta conditione mixta, ſi in patriā redierit, teſtamentum eſt nullum.*
18 *Hodie conditio caſualis, vel mixta appoſita in inſtitutione filij in poteſtate non vitiat teſtamentum, ſed reijcitur quantum eſt legitima filij. & num. 19.*
20 *An conditio caſualis, vel mixta adiecta in teſtamento matris reijciatur hodie.*
21 *Stante ſtatuto, ꝙ exiſtentib. filijs maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, ſed debeant dotari à patre, & eſſe contentæ dote, ſi pater in teſtamento relinquat filiæ pro dote, filia mortuo patre non debebit ſtatim habere relictum pro dote, ſed differtur in diem nuptiarum, nec talis dilatio, aut conditio ſi nuptiæ ſequantur, reijcitur.*
22 *Filius inſtitutus ſub conditione caſuali, vel mixta ſuccedit ab inteſtato, qui, ſi non obſtante tali conditione approbet teſtamentum, tunc ſuccedit ex teſtamento de iure ciuili. nu. 23.*

LEX IIII.



I pater. Iſta l. eſt repetibilis, & habet materiam de ſummis apicibus iuris,& in ea Bar. exorditur, quòd habet materiam, in qua qui plus ſcit, plus dubitat,& dicit Raph. Ful. in repe. huius. l. in 3. char. Bar. veraciter iſtud dicere, plus intelligentem in
1 hac materia, plus dubitare. ¶† Ad euidentiam habent præmittere iuuenes, quòd quatenus pertinet ad propoſitū noſtrum,
a conditionum [a] tres reperiuntur ſpecies. Quædam eſt merè poteſtatiua, quæ pendet à ſolo facto, & voluntate debentis implere. Quædam eſt merè caſualis, quæ tota pendet à caſu, & à fortuna. Quædam eſt mixta, vt dicit text. ad literam in l. vnica. §. ſinautem ſub conditione. C. de cad. tolſen. & in l. ſuus quoq;. per totam. ff. de hære. inſtit. conditio autem poteſtatiua quædā conſiſtit in dando, & iſta poteſt quandocunque impleri etiam in vltimo vitæ ſpiritu. Item poteſt impleri per alium, tex. eſt in l. ſi. ff. de condi. inſti. Quædam eſt, quæ conſiſtit in faciendo, tūc conſidera, ꝙ quædam ſunt factu facilia, quæ frequenter, & vt in pluribus de facili poſſunt impleri, & talia cenſentur eſſe conditionis merè potiatiuæ,& ſub tali poteſt ēt filius inſtitui, dato ēt quòd factum ſit tale, ꝙ non poſſit impleri vltimo vitæ ſpiritu,
2 tex. eſt ita diſtinguens in d.l. ſuus quoque. † Hinc eſt, ꝙ filius in poteſta-

ADDITIO.

a ¶Conditionum. Adde glo. in rubri. ff. de condit. & demonſt. Cyn. in l.j. C. de condi. inſtit.

Source : BIU Cujas

a potestate [a] potest institui sub conditione, si fecerit testm̃ dato, q̃ in defectum non sit exhæredatus, tex. est melior de iure f̃m d. Alex. hic in l. si libertus. la 1. §. si libertinus. in ver. existimo. ff. de bon. lib. & tamen facere testm̃ est actus, qui non potest vltimo vitæ spiritu adimpleri. l. iubemus. s̃. de test. & declarat latè Cyn. hic in 1. q. Sed tu aduerte, quòd ille tex. parum facit in proposito, licet etiã allegetur per Doct. hic, quia loquitur in filio emancipato, vt pluries repetit ille. §. si libertinus. sed clarum est filiũ emancipatum posse instituì sub conditione casuali, vel mixta, & valet testm̃. l. iij. §. si sub ea. ff. de bon. pos. cõtra tab. & dicetur ꝯ. in 2. no. tex. quia iste tex. l. cùm mysterio loquit̃ de filio in potestate. & q̃ dictus ver. existimo. loquatur in emancipato, tenet etiam Ful. in repe. huius. l. in 1. char. in fi. reprehendens Doct. q̃ malè allegent illum tex. hic. Et q̃ loquatur in filio emancipato, vltra q̃ tex. s̃. pluries repetat, suadetur, quia etiam text. in §. seq. loquitur de filio emancipato. Nec obst. si subtiliter dicatur, q̃ imò tex. in d. versi. existimo. in fi. loquatur de filio in potestate, quia dicit, *nisi filius ab eo nominatim exhæredatus fuerit*, q̃ non põt intelligi in filio emancipato, quia q̃n̄ filius emancipatus instituitur sub conditione casuali, vel mixta, non est necesse, q̃ in eius defectum exhęredetur. d. l. iij. §. si sub ea. aliàs non esset tunc differentia inter emancipatum sic institutum, & filium in potesta te. & tn̄ tex. iste & similes volunt esse differentiam. Et hoc modo est necesse intelligere, q̃ in d. ver. existimo. mutetur casus, & ibi loquatur de filio in potestate, licet. s̃. locutus sit de filio emãcipato. & isto modo intelligendo illum ver. existimo. erit bene alleg. per Doct. Tu aduerte, quia dicere, q̃ in ver. existimo. mutetur casus, istud est diuinare, & destruere illum tex. nam totus procedit prosequendo eundem casum: aliàs decisio Iurisco. præcedens esset imperfecta. Nec obst. fundamẽtum. s̃. factum, q̃ si ille tex. in ver. existimo. in fi. loqueretur de filio emancipato instituto sub conditione casuali, non esset necesse, q̃ in eius defectum exhæredetur. d. l. 3. §. si sub ea. quia respondetur hoc esse verum, quantum ad validitatem testamenti, vt testamentum valeat. & ad hoc, vt ei detur secundum tab. vt ibi, sed quantum ad hoc, vt deficiente illa conditione admittatur substitutus, bene est necessarium, q̃ in defectum conditionis fuerit exhæredatus. ita propriè loquitur ille ver. existimo. in fi. Et q̃ sit verum, patet, quia si filius emancipatus non esset exhæredatus in defectum talis conditionis, certè deficiente conditione nõ admitteretur substitutus, vt clarè ibi dicit tex. in versi. si deficiente conditione. ad cuius declarationem sequitur versi. existimo. Et ista est veritas. ¶ Quædam sunt facta difficilia, & ista si apponãtur in conditione institutionis, reddunt conditionem mixtam.

3 & de istis propriè loquitur ista. l. † Quæ autem censeantur facta facilia, & quæ difficilia, non potest tradi certa doctrina, sed relinquitur arbitrio iudicis. d. l. suus quoque. & declarat Azo in summa huius tit. ¶ Item secundò pro intelligẽtia tex. debes aduerte, q̃ si in casu. l. nostræ pater simpliciter instituit filium sub conditione mixta, si in patriam reuertatur, nec aliud disposuit, ista. l. nullam contineret vtilitatem respectu institutionis, quia siue dicamus testm̃ valere, siue non, vtroque casu filius succedet in totum patri. Vt ergo ista. l. vtilitatem contineat non solũ respectu legatorum, sed etiam respectu institutionis, præsuppone, q̃ filius habebat cohæredem, & tunc vtilitas est, quia si testamentum valet, filius in potestate non obtinebit nisi patrem, in qua est institutus, & cohæres aliam partem. Si autem testm̃ nõ valet, filius ab intestato succedit in totum. Nec dicas, q̃ sit diuinatio, q̃ filius habebat in hac. l. cohæredem, nam istud necessarium est præsupponere propter aliud, quia si filius esset institutus sub conditione casuali, vel mixta, & in defectum exhæredatus, certè non sufficeret, vt dicit tex. nisi adesset cohęres, vel substitutus, cuius aditione possit confirmari exhęredatio. Et sic verbum exhæredatum, positum in hac. l. importat dationem cohæredis, quia aliàs non valeret, vt l. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. de bon. pos. contra tab. & l. 3. §. fi. ff. de lib. & posth. & ita in specie ad hunc tex. tenet Cyn. hic in 2. oppo. Bald. in 7. q. & *sequuntur omnes Mod. & Doct.* in l. si filius à patre. in prin. ff. de lib. & posth. ¶ Istis sic breuiter præmissis venio ad tex. Ista. l. secundũ gl. in verbo cùm autem. Cyn. Albe. Bal. & Sal. diuiditur in duas partes. Vel f̃m Ful. Pau. de Cast. & d. Alex. hic, potest diuidi in tres. In j. ponitur vnum dictum in genere. In 2. ponitur decisio in specie. In 3. ponitur illatio ex decisione. Secunda ibi, cùm aũt trans mare. Tertia ibi, & ideo non adire prohiberis. Tu diuide fundamentalius in tres partes. In 1. ponitur vnum dictum in genere, ex quo eliciuntur quinque regulæ, vna expressa, quæ est negatiua: & aliæ quatuor à ꝯrio sensu, quæ sunt permissiuę, vt dicam statim in 1. no. In 2. ponit exemplum, & decisionem primæ regulæ expressæ, quando filius in potestate est institutus sub conditione mixta, & in effectu non est exhæredatus. In 3. & vlt. ponitur illatio, q̃ cùm testm̃ sit tũc nullum, perinde est, ac si filius fuisset præteritus, & q̃ talis filius ab intestato successionẽ obtinebit. per l. j. cum si. ff. de iniu. rup. Vel quartò, & subtilius diuiditur ista. l. in tres partes. In j. ponit maiorem propositionem. In 2. ponit minorem. In 3. ponit conclusionem, & sic erit perfectum argumentum syllogisticum. Partes non mutantur. h. d. Filius in potestate non potest institui sub conditione, quæ nõ sit in eius potestate, puta sub casuali, vel mixta, nisi in eius defectũ sit exhæredatus, aliàs testm̃ est nullum, & potest hæreditas ab intestato adiri. h. d. ¶ Casum *in* terminis figurat Bal. hic, quem vide per te. ¶ No. ex 1. parte quinque regulas. vna ponit̃ expressè

4 in tex. aliæ colligũtur tacitè à ꝯrio sensu. † Regula expressa est,

b q̃ filius [b] in potestate non potest institui sub conditione casua li, vel mixta, nisi in defectum exhęredetur. concor. habes in glo.

5 ¶† Secunda regula tacita est, q̃ filius in potestate bene potest institui sub conditione potestatiua, dato q̃ in defectum non exhæredetur, & dato q̃ talis conditio non possit per alium impleri, nec in vltimo vitæ spiritu. ¶†† Tertia regula est, q̃ filius in po-

6 testate potest institui sub quacunque conditione, dummodo

7 in defectum exhæredetur. ¶† Quarta regula est, q̃ filius emancipatus potest institui sub quacunque conditione casuali, vel mixta, quamuis in defectum non exhęredetur, & valet tale te-

8 stamentum. l. 3. §. si sub ea. ff. de bon. pos. ꝯ tab. † Quinta regula est, q̃ mater, vel auus maternus, ex quo non habent filium, vel nepotem in potestate, possunt eos instituere sub conditione casuali, vel mixta; quamuis in defectũ non exhęredarent. Et istud patet in l. j. ij. & 3. s̃. de quo dicetur in seq. not. ¶ Pro clara intelligentia necessarium est scire, quæ sit ratio prędictarum regularum, & præsertim primæ. gl. parua hic in ver. non vī. assignat rationem, quam *secuti sunt communiter Doct.* quia si filius instituitur sub conditione casuali, vel mixta, pone, q̃ conditio deficiat, certè deficiente conditione filius reperitur præteritus, sed præteritio filij in potestate reddit testm̃ nullum, saluo nisi in defectum conditionis sit exhæredatus, quia tunc omni casu reperitur aut institutus, aut exhęredatus, & sic satisfactum est formæ legis, aliàs verò non, quia posset contingere casus, in quo filius reperiatur pręteritus. Et sic pondera tu prouecte, q̃ ad hoc, vt testamentum patris sit ipso iure nullum, non est necesse, q̃ filius oĩno sit præteritus, imò sufficit, q̃ potentia possit contingere casus præteritionis, ad hoc, vt testm̃ statim sit nullum. nã sola potentia, q̃ possit contingere casus præteritionis, annullat testamentum. Et si dicis, attenta ista ratione etiam filius in potestate non posset instituì sub conditione potestatiua facili consistente in facto, quia cùm illa nõ possit impleri vltimo vitę spiritu, cer tè posset dari casus, in quo filius in potestate reperiat se præteritum. Rñdent Antiqui, & *Bar. & omnes*, q̃ imputãdũ est filio, qui non prius impleuit talem conditionem, q̃ facile implere poterat, sed facto, & culpa sua distulit vsque ad extremum vitæ spiritũ. Pro ista sol. facit tex. no. in l. fi. C. de necess. ser. hr̃d. instì. Cõfirmatur euidentius, quia institutio facta sub conditione ptãtiua, quæ pendet ab arbitrio hęredis pro pura hr̃. ita dicit tex. in l. j. §. qui sub condõne. ff. si quis omis. cau. test. vnde filius cũ possit ꝯditioni parere, & non paret, vī hęreditatem nolle. In quem casum exhęredare filium. f. si hr̃ditatem nollet, superuacuum, & ineptum esset. l. iam dubitari. in prin. ff. de hęre. instì. Ex ista solutione habes elicere (& est valde necessariũ) q̃ q̃n̄ filius in potestate instituitur sub conditione potestatiua consistente in facto, & factum de facili põt impleri, certè si filius fuit negligens in non adimpendo, & moriat̃ ea non impleta, q̃is reperiatur pręteritus, & excluſus, tn̄ valet testm̃, quia talis pręteritio con-

9 tingit culpa, & negligẽtia sua. † Ex hoc ergo sequitur notabile, q̃ si filius nõ implesset talem ꝯditionem impeditus aliquo casu, & nõ culpa, q̃ esset hĩs, puta si filio superuenit febris, pp̃ q̃ fuit impeditus adimplere factũ, puta eundi, & ita mortuus sit. & istud probat tex. valde notabilis. l. quę sub conditione. §. quoties. ff. de condi. instì. vbi traditur ista limitatio, q̃ q̃n̄ filius in potestate est institutus sub conditione potestatiua consistente in facto, puta si seruum suum manumiserit, & non stet per negligentiam suam, sed per casum mortis serui, vt non impleat, tn̄ hr̃ pro impleta, & succedit, & ita tenent Cyn. & Alb. hic in 4. q. & Bal. in 3. vbi limitat, nisi pater mandasset conditionem verè impleri, & nõ per fictionem iuris, quia tunc non hr̃ pro impleta. arg. l. Iulianus. & l. in his. ff. de condi. & dem. idem tenet Sal. hic circa fi. in pen. q. Alij nihil tangunt. Sed aduerte, & pondera Bar. qui videtur velle contrarium, si inspexeris in d. l. suus quoque. in princ. ff. de hęred. instìtu. in vlt. colum. versic. quæro quid

si erat

ADDITIONES.

a ¶ Filius in potestate. Adde l. Lucius. ff. de condi. & dem. & in d. l. suus quoque. in prin. ff. de hære. instì.

b ¶ Filius. Alex. lib. 3. consi. 13. 2. dub. col. 4. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſi erat inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, vbi Bart. vult, ꝙ ſi filius in poteſtate ſit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua conſiſtente in facto, ſi eam non implet in vita quomodocunque contingat, erit excluſus, quia ſatis eſt, ꝙ veriſimiliter fuit conditio poteſtatiua. all. d. l. ſuus quoque. ver. ſed & ſi filio. Alij nihil tãgunt de veritate illius dicti Bar. ſaluo, ꝙ Pau. de Caſt. in vlt. col. in prin. nullam faciens de prædictis mentionem tenet ℈ Bar. & bene, per d. l. quæ ſub conditione. §. quoties. diſtinguendo tñ vt ibi per eum; & ex iſtis fac concluſionem neceſſariã in materia, & declarantem. l. noſtram, & ſimiles, ꝙ ſi filius in poteſtate inſtituatur ſub conditione poteſtatiua conſiſtente in facto, ſi tale ſit factũ, ꝙ de facili poterat implere, & non impleuit culpa, & negligentia ſua, ꝙuis reperiatur præteritus, ſibi imputet, & remanet excluſus. Si aũt non impleuit, quia impeditus aliquo caſu, hĩ pro impleta, & obtinet ſucceſſionem. Iſtam cõem rationẽ ſic declaratam reprehendit ſubtilitatum Princeps. d. Chriſt. de Caſt. Raph. Ful. & Raph. Cuma. in d. l. ſuus quoq;. in prin. & in l. filius à patre. in prin. vbi etiam aliqui ex Mod. noſtris. ff. de lib. & poſth. quia attenta ratione cõi ſi pater inſtituat filium in poteſtate ſub conditione caſuali, vel mixta, & in eius defectum exhæredet, certè tunc nullo caſu filius poteſt reperire ſe præteritum, ergo tunc teſtñ valeret, & tñ eſt falſum, quia etiam requiritur aliud. ſ. ꝙ habeat cohæredem, vel ſubſtitutum, vt declarauí in euidentialib. Sed iſtud argumentum poterat cũ reuerentia taceri, quia quis dubitat, ꝙ non ſufficiat exhæredare filium in defectum cõditionis, niſi adſit cohæres, vel ſubſtitutus, cuius aditione confirmetur exhæredatio, quia paria ſunt, vel non exhæredare, & ſic præterire, vel facere exhęredationem, quæ non poſſit habere effectum, nam talis exhæredatio eſt ẽt præteritio. l. non putauit. §. non quęuis. ff. de bon. poſ. ℈ tab. ideo debet eſſe cohæres, vel ſubſtitutus, vt declaraui. ſ. in euidentialib. ¶ Secundò mouentur, quia attenta ratione cõi ſequeretur, ꝙ filius in poteſtate poſſet inſtitui ſub duab. conditionib. caſualibus ℈rijs, hoc modo, Ego inſtituo filium, ſi nauis ex Aſia venerit, & ſi nõ venerit, adhuc eum inſtituo: quia tunc nullo caſu filius reperit ſe præteritum, & tñ eſt falſum ſm eos. ergo ratio cõmunis eſt falſa, ſed reſpon. dupliciter. Primò fatendo verum eſſe, ꝙ filius in poteſtate poteſt inſtitui ſub illis duabus conditionibus ℈rijs. ita firmat Pau. de Caſt. hic. Tñ quia non puto tutum, reſpondeo aliter, dum dicunt, ꝙ quando filius eſt inſtitutus ſub duabus conditionibus contrarijs, ꝙ tunc non poteſt dari caſus, in quo filius ſit præteritus, dico ꝙ errant, imò interim dicitur præteritus, antequam purificetur aliqua ex iſtis conditionibus, & ideo ſi in eius vita neutra purificetur, erit præteritus. tex. eſt in l. huiuſmodi. ff. quando dies leg. ced. ¶ Mouentur tertiò, & iſtud fortius eſt, ꝙ adducunt. pone, ꝙ filius ſit inſtitutus ſub conditione caſuali, & in defectum conditionis ſit exhæredatus dato cohærede, certè tunc teſtñ valet, vt hoc text. & tamen attenta ratione gl. & communi, teſtñ non deberet valere: quia poteſt cõtingere caſus, in quo filius reperiatur præteritus. pone enim, ꝙ moriatur antequam conditio aduenerit, vel deficiat, & ſic ea pendente, certe filius dĩ præteritus, quia nec habuit locum inſtitutio, nec exhæredatio. Et ſi dicis, ꝙ quandocunque eueniat conditio, ꝙ trahitur retrò, dicunt ipſi, ꝙ verum eſt in ℈ctib. nã in contractib. conditio quandocunque eueniens trahitur retrò vſque ad tempus celebrati ℈ctus. l. filiusfa. vbi Doct. ff. de verb. obl. ſecus eſt in vltimiſ voluntatib. in quib. ſm eos conditio nõ trahitur retrò. tex. eſt in l. j. §. j. ff. ad Syl. l. quæ legata. ff. de reg. iu. Sed grauiter errant, quia bene verum eſt, ꝙ in legatis, & fideic. conditio non trahitur retrò. ſic loquuntur iura per eos alle. ſed in inſtitutionib. conditio appoſita inſtitutioni, quandocunque eueniat bene trahitur retrò. l. hæres quoque. ff. de acq. hær. & ita in ſpecie declarat Bal. hic. in 8. q. & tenet Pau. de Caſt. in 2. col. & ante eos idem firmat Bar. in d. l. ſuus quoque. in prin. & in d. l. j.
a §. j. ff. ad Sylla. Et ratio diuerſitatis[a] eſt in promptu, quia in inſtitutionib. niſi conditio traheretur retrò, teſtator reperiretur pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus, & ideo ne hoc abſurdum reſultet, trahitur retrò, quæ ratio ceſſat in legatis, & fideicom. particularib. & ita declarat Bar. in repe. l. ſi is, qui pro empt. in 5. q. prin. in 16. col. & ſeq. ff. de vſucap. traditur in d. l. ſi filiusfa. & ideo in caſu. l. noſtræ conditio inſtitutionis quandocunque veniat, trahitur retrò, alias filius aliquo tempore reperitur præteritus. ¶ Ego vltra eos contra communem rationem facio fundamentum, cui nunquam vidi reſponſum, ꝙ omiſerunt præfati Mod. reaſſumẽdo fundamentum proximè adductum, ꝙ ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione caſuali, & in defectum exhæredatus, dato cohærede, teſtñ valet, vt hoc text. & ĩ ego dico, ꝙ eſt dare caſum, in quo reperitur præteritus. ſ. ſi moriatur pendente adhuc conditione, nam ea pendente non habet locum inſtitutio, nec exhæredatio, ergo interim eſt præteritus. Et ſi dicis, ꝙ qñcunque eueniat conditio, ꝙ trahetur retrò, vt ℈. declaraui, dico ꝙ hoc eſt verum ſi conditio purificaretur in vita filij, tunc bene traheretur retrò, ſic procedunt prædicta: ſed poſt mortem filij, quia deficit extremum ad ꝙ, conditio non poteſt trahi retrò. l. huic ſcripturæ. ff. ad l. Aquil. & in terminis noſtris in indiuiduo declarat Bar. in d. l. ſi is, qui pro emp. circa 4. vel 5. col. ver. expediti de poſtliminio. & in d. 5. q. prin. in
10 16. col. & in trib. ſeq. ¶† Hinc eſt, ꝙ inſtitutus ſub conditione, ſi moriatur ea pendente, nihil tranſmittit, quia conditio tunc ſi eueniat, non poteſt trahi retrò, quia deficit extremum ad ꝙ, per mortem. l. vnica. §. ſinautem aliquid ſub conditione. C. de cad. tol. Per iſtam rationem, quam etiam ponit Pau. de Caſt. hic, cõfirmatur, & verificatur intellectus quem tradunt. d. Chriſto. de Caſt. Ful. & Pau. de Caſt. ad illam. l. filius à patre. vbi dicit tex. ꝙ filius à patre erat inſtitutus ſub cõditione caſuali, & in defectũ exhæredatus, & pendente conditione mortuus eſt: dicit text. ꝙ teſtamentum non valet, credo ꝙ non ſit ex alio, niſi quia cùm interim mortuus ſit, reperitur præteritus, cùm conditio non poſſit amplius trahi retrò. & licet gl. & *communiter Doct.* ibi, & latè d. Alex. hic teneant, ꝙ ideo ibi teſtamentum ſit nullum, eo quia filius ibi non habebat cohæredem, vel ſubſtitutum, cuius aditione poſſet confirmari exhæredatio, & probãt ibi in illa ad uerſatiua, hærede autem. nunquam putaui verum. Primò qa tex. ille eſſet de indubitabili, ſi non habuiſſet cohæredẽ, vel ſubſtitutum. Et patet arguendo à fortiori, per tex. in l. ſi ita ſcriptũ.
b §. fi. ff. de lib. & poſth. vbi dicit tex. ꝙ illa exhęredatio[b] eſt nulla, & nullius momenti, quæ non niſi poſt mortẽ filij hæredis aditione confirmari poteſt, quanto fortius, qñ nullo caſu etiã poſt mortem filij confirmari poteſt, quia nemo cohæres vel ſubſtitutus datus eſt. Secundò, quia vſque à principio teſtñ fuit nullum, nec ibi diceretur pendere, cùm exhæredatio non confirmabilis cenſeatur præteritio. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſ. contra tab. Nec dicatur, ꝙ ſit ſubaudire, intelligere ꝙ ibi habebat cohæredem, quia reſpondetur, ꝙ etiam in hoc tex. non apparet in litera, ꝙ eſſet cohæres, & tamẽ per omnes ſubauditur, ꝙ hic eſſet cohæres. Nec obſt. aduerſatiua autem, quæ vt aduerſetur præcedentibus in iure, & in facto, dẽt intelligi, ꝙ ℈. in præcedenti caſu non habebat cohęredem, quia reſpondetur, ꝙ multum aduerſatur in facto, dato qnòd vtrobique eſſet cohęres, quia in ver. hęrede autem. loquitur tex. quando cohęres fuit datus filio poſt mortem filij: ſed in prin. quando cohęres fuit datus in vita filij. & ſic patet de euidenti diuerſitate facti, & quòd in illo tex. eſſet cohęres, ſicut hic, importat verbum exhęredatus, ꝙ intelligitur de exhęredatione valida. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. ergo, quando eſt cohęres. l. filium. §. ſed cùm exhęredatio. ff. de bon. poſ. contra tab. l. Papinianus. §. ſi cõ
vt ibi, fortius debet detrahi de institutione, cùm sit titulus nobilior & vtilior. l. filium. §. sed & si potior. ff. de leg. præstan. aliter respondet Bald. hic in 1. col. in 5. oppos. & licèt loquatur inter dentes, vt dicunt Fulg. & Pau. de Cast. hic, tamen eius intentio fuit, vt respondeatur ad l. scimus. §. cùm autem, quòd loquatur quando conditio fuit apposita per dictionem cum, prout ibi loquitur tex. secus si fuisset adiecta per dictionem si. Sed ista solutio nil valet, & confunditur per dictam. l. quoniam in priorib. in ver. conditio vel dilatio, vbi textus simpliciter loquitur, de conditione, non distinguendo, qualiter concipiatur, & ita per illum tex. Saly. reprehendit Bal. Præterea non videtur differentia, an conditio apponatur per dictionem si, [a] vel cum. l. quodcunque. §. pen. vbi Bar. ff. de verb. ob. Bart. in l. j. ff. de condi. & dem. expressius Imo. post Ang. in l. centesimis. §. fin. ff. de ver. obli. Sexto modo respondetur q̃ d. §. cùm autem, procedit in conditione, quæ non est omnino incerta, quia incerta quando, sed certa an. l. j. ff. de condi. & demon. quod nihil est. Pro ista parte etiam bene facit tex. in d. l. omnimodo. in prin. in verbo inofficiosum, vel alio modo subuertendum. vbi patet, quòd proui detur non solùm, quando querela habet locum contra testamentum, sed etiam quando aliter subuerti potest, ergo similiter debet intelligi. d. l. quoniam in priorib. quæ venit ad eius interpretationem. Tamen iste tex. non multum stringit, vt patet ex relatis. s. maximè secundum. d. Ant. de But. ¶ Conclude ergo, veram esse sententiam Bar. q̃ si hodie filius in potestate instituatur sub cõditione casuali, vel mixta, nec in defectum exhæredetur, q̃ hodie valet testamentum, quia talis conditio vsque ad concurrentem quantitatem legitimæ reijcitur. Et si dicas, quid erit de residuo hæreditatis? Ange. hic in vlt. col. in lect. Flo. refert Bar. tenere, quòd in residuo expectetur conditio, & malè secundum eum, cùm in omnem euentum filius sit habiturus totum, etiam si conditio deficiat, cùm testator non possit decedere pro parte testatus, [b] & pro parte intestatus, vnde frustra expectaretur conditio, cuius euentus nihil potest operari. l. aliquando. ff. ad Velleia. Alij nihil tangunt. Tu aduerte, quòd decisio Ang. procederet, quãdo nullus esset datus cohæres, vel substitutus ipsi filio; sed quando est datus cohæres, vel substitutus filio, credo quòd tunc Ang. malè dicat, quòd tunc debeat expectari conditio, cùm testator non possit tunc decedere pro aliqua parte intestatus, & ita in specie tenet Pau. de Cast. in d. l. suus quoque. in prin. in pen. col. licèt de Ange. nullam mentionem faciat, & ita decidit tex. in d. l. scimus. §. cùm autẽ. ¶ † Quid autem esset in conditione casuali, vel mixta adiecta in testamẽto matris, an reijciatur hodie. Et quid in conditione, si filius voluerit, remitto te ad. d. Alex. hic post Bar. & alios in l. si mater. in prin. ff. de vulg. & pup. ¶ Limita conclusionem Bar. *quæ est vera, & communis*, vt non procedat, quando filius in potestate esset institutus sub conditione turpi, vel reprobata à iure, quia dato etiam quòd esset potestatiua, tamen hodie non reijcitur, imò vitiat institutionem. quod patet, quia licèt aliàs cõditiones turpes tanquam de iure impossibiles reijciantur. l. conditiones. la 2. de condi. insti. l. obtinuit. ff. de condi. & dem. & l. reprehendenda. j. eo. tamen quãdo adijciuntur in institutione filij in potestate, non reijciuntur, imò vitiant institutionem. text. est in l. si filius. ff. de condi. insti. quæ l. hodie remanet immutata, secũdum Bal. hic in 2. col. & Pau. de Cast. in d. l. conditiones, qui reputat hoc no. dignum. ¶ Secundò notabiliter limita, q̃ conditio casualis, vel mixta hodie reijcitur de institutione filij in potestate vsque ad legitimam, istud procedit, quando remota conditione dispositio remaneret in sua essentia, secus si remota conditione etiam remouetur substantia dispositionis, tunc conditio non reijcitur etiam hodie de institutione filię: vnde si pater relinquet filiæ in potestate mille pro dote, quia dos non potest esse [c] sine matrimonio. l. fi. C. de do. promis. certè filia non posset habere illa mille nisi secuto matrimonio, nunquid illa cond. matrimonij reijceretur hodie? certè non, imò oporteret eam expectari, secundum Ang. hic in vlt. col. in lect. Flo. subijcientem idẽ esse, si pater relinqueret vestimenta vidualia filiæ, quia remota viduitate corrueret substantia dispositionis, vt refert Ange. q̃ dum ista. q. sibi de facto occurrisset, q̃ Bal. frater suus ita consulunit, nec aliud allegat. Concludit ergo Ang. q̃ si pater relinquat filiæ in potestate mille pro dote, quòd illa mille non debeãtur statim, sed demum secuto matrimonio, & quòd illa conditio non reijcitur etiam hodie, & sic isto casu non habet locum. d. l. quoniam in priorib. & d. l. scimus. §. cùm autem. Refert, & sequitur Imo. reputans notabile, in d. l. suus quoque. in prin. Iste est pulcher, & vtilis passus. Adde licèt Ang. non dicat, quòd tenet singulariter Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. in vltim. col. ff. de condi. & demon. vbi tenuit, & multum signanter, † q̃ stante statu. q̃ existentib. filijs masculis filiæ fœminæ non succedant, sed debeant dotari à patre, & esse contentæ dote, si pater in testõ relinquat filiæ pro dote, filia mortuo patre non debebit statim habere relictum pro dote, sed differtur in diem nuptiarum, nec talis dilatio, aut talis conditio si nuptiæ sequãtur, reijciuntur, per d. l. quoniam. in priorib. & mouetur Bar. *quia secundum omnes statutum* * potest diminuere legitimam in quantitate, sed non in totum tollere, vt ibi per eum. Sicut ergo statutũ potest minuere legitimam in quantitate, ita potest diminuere in tempore, vt sic dos, quæ succedit loco legitimæ, non debeat nisi in diem nuptiarum, & non ante. Idem tenet Io. de Imo. ibi in effectu cum aliquali modificatione. Sequitur. d. Fran. de Are. in consi. 43. incip. placet mihi conclusio consultoris. Idẽ tenet Pau. de Cast. in d. l. qm̃ in priorib. Raph. Cuma. in consi. 175. inci. d. Ant. de Verona. d. Abb. in consi. 92. in 2. vol. in ci. illud indubitati iuris est. d. Alex. in consi. 68. in 4. vol. incip. circa præmissam consultationem præsuppono. in pen. col. Sed aduerte, quòd licet iste passus sit dubius, tamen in puncto iuris putõ, q̃ illa decisio Bar. non sit vera, nam procederet, quando statutum ita expressè disponeret, sed ex quo statutum nihil disponit circa grauamen dilationis temporis, & tale statutum multum operaretẽ j. ius commune, quia existentib. masculis fœminas excludit j. l. maximum vitium. j. de libe. præte. certè dicendum est, q̃ iste casus tanquam relictus à statuto, relinquatur in dispositione iuris communis. l. cõmodissimè. ff. de libe. & posth. l. si cùm dotẽ. ff. sol. mat. sed ius commune disponit, q̃ omnis conditio reijcia tur de legitima. d. l. quoniam in priorib. sed aduerte, quia Bart. voluit inducere hoc modo. nam ex quo statutum disposuit, q̃ debeant dotari, & dotatio non possit fieri sine matrimonio. l. 2. ff. de iure do. & d. l. fi. C. de dotis promis. per consequens statutum voluit inducere dilationem in tempus nubilis ætatis, & certè statutum potuit diminuere in tempore, sicut potest in quantitate. ¶ Item contra Bar. tenuit Bald. in l. sancimus. la 1. C. de nup. motus fortiori, & strictiori fundamento. nam dicit, q̃ æquiparatio Bar. in proposito non est bona, dum dicit Bart. q̃ sicut statutum potest diminuere legitimam in quantitate, ita potest diminuere in parte temporis, ad hoc, vt dos non debeat nisi in diem nuptiarum. nam cùm hic dos sit collata in tẽpus incertum, & posset contingere, q̃ filia moreretur antequam esset nubilis ætatis, certè si decederet ante istud tempus incertum, nihil transmitteret, per l. vnicam. §. finautem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. & isto modo priuaretur tota dote, & sic legitima: vnde hic non agitur de sola diminutione, imò potest agi de priuatione totius. & istam opi. j. Bar. tenet latè. dom. Alex. sibimet contrarius in consi. 55. in 2. vol. quod inci. viso titulo quæstionis. in antepe. col. & pen. facit optimè, q̃ disputãdo determinauit Richar. Mal. Cremo. cuius disputationem sequũtur Bal. & Cy. in l. sancimus. la 1. C. de nup. vbi quærunt stante dicto statuto, q̃ si pater filiæ in potestate ætatis infantilis relinquat titulo institutionis mille si nupserit, nunquid talis quantitas mortuo patre debeatur statim filiæ infanti antequã nubat, reiecta illa cond. si nupserit? determinant, q̃ sic: quia cùm dos [d] succedat loco legitimæ, sicut de legitima reijceretur illa conditio, ita de dote, & in hoc ius commune interpretatur ius statutariũ, vide ibi plenè per eos. Illam decisionẽ refert & sequit Io. And. in addi. Spe. in tit. de testamentis. super Rub. in ver. scire debes, q̃ Ricar. sequitur Albe. de Rosa. in 2. parte statu. in q. 104. inci. adhuc ex eodem themate. Non omitto etiam, q̃ ipsemet Ange. in consi. 160. q̃ incip. domina Antonia quondam Blasij. aliàs est in cons. 120. tenet, q̃ si pater institutis filijs masculis relinquat filiæ si nupserit, q̃ testm̃ sit nullum, & q̃ conditio nedum non reijciatur, vt dicit Bar. sed q̃ filia tanq̃ instituta sub condltione mixta, cùm non sit exhæredata, tanq̃ præterita dicet testm̃ nullum, per hunc tex. & sic pondera, quia Ange. ibi tenet j. conclu. gl. & Bar. q̃ s. dixi cõem, q̃ condi. non reijciat vsq; ad legitimam, & in hoc malè tenet, vt in superiorib. firmaui. ¶ Tertiò notabiliter limita conclusionem Bar. & magis cõem, q̃ ɔditio casualis, vel mixta apposita in institutione filij reijcit ipso iure vsq; ad q̃titatem legitimæ, istud procedit, q̃n filius acceptat legitimam suam: si aũt filius non vult hr̃e legitimã, sed ei renuntiat, & pr̃ substituisset filio in ltĩma, nam debes scire, q̃ pater non solũ põt substituere pupillariter filio suo pupillo, eo quia substõ pupillaris est commodum filij. l. extrib. cum glo. notabi-

ADDITIONES.

a ¶ Per dictionem si. Adde Doct. in c. cùm inferior. de maio. & obe. Io. And. in c. ex parte. de rescr. Car. Zab. in c. verum. de condi. appos.

b ¶ Pro parte testatus. Adde l. ius nostrum. ff. de reg. iu. Bar. in l. j. in 5. q. prin. C. de sacrosan. eccle.

c ¶ Dos nõ pt esse. Adde Inn. in c. per vestras, in fua gl. fi. de don. inter vir. & vx. o. gl. in c. etsi necessarię. eo. ti. Io. And. in regula accessorium. de re. iu. li. 6. in mer.

d ¶ Dos succedat. Adde Bar. in l. Titio centũ. in §. Titio gño. ff. de cõd. & dem. Cy. & Bar. in l. scimus. C. de nup. Pau. de Ca. in cõs. 108. inci. sup eo de quo q̃rit. in j. col. idem Pau. de Cast. consi. 340. inci. in puncto quęritur, in j. col.

Source : BIU Cujas

notabili C.de inoff.teſt.imò poteſt in legitima filij eo caſu quo non vult ſuccedere, ſubſtituere vulgariter.l. ſi poſthumus.§. ꝙ vulgò.vbi Doct.ff.de libe.& poſthu.Iſto ergo caſu qñ legitima peruenit ad ſubſtitutum, certè conditio non reijcitur de legitima,quia illud,quod concluſum eſt conditionem reijci de legitima,procedit filio acceptãte legitimam,ſecus ſi renuit, & perueniat ad ſubſtitutum,iſtud probatur per optimum ſimile: nã cõditio reijcitur de legitima patroni,verum eſt ſi patronus acceptat, ſed ſi perueniat ad ſubſtitutum patroni, non reijcitur tunc.tex.eſt in l.cùm patronus. ff.de lega.2. & ibi in ſpecie ſolus Pau.de Caſtr.in vtraque.l. notat illum text. pro limitatione.d.l. quoniam in priorib.& eorum,quæ traduntur hic,& in lect.Bononienſi reputat eſſe not.dignum.dixi in d.l.quoniam in prioribus,vbi etiam Pau.de Caſt.in vlt.col.idem tenet. Facit bene in ſimili tex.in l.ſi fundum per fideicom.§. ſi cum l.ſeq. ff.de leg.1. ¶Quartò limita prædictam concluſionem Bart. procedere,qñ perſona filij inſtituti ſub condi. caſuali vel mixta eſt certa,nam talis conditio bene reijcitur vſque ad legitimam ſuam; ſi autẽ perſona filij ſic inſtituta non eſſet certa,, ſed certificanda ex aliquo futuro euentu, & ille euentus non contingeret, certè quia tunc filius eſt prẽteritus, teſtamentum eſt nullum, & conditio non reijcitur.Ita ſubtiliter collige ex eo, quod dicit Bar.hic in q. quam dicit ſibi eueniſſe de facto, & conſuluiſſe contra Ray.de patre,qui inſtituerat poſthumum ſi naſceretur, & intraret monaſterium,& quamuis illa talis conditio cenſeatur poteſtatiua, ſed non facilis,vt declarat Bar.in l.ſi.in fi. ff.de cond.inſti.certè ſi naſcatur filia,ſed non intret monaſterium, conditio non reijcitur,quia conditio reijceretur, quando eſſet adiecta perſona filij certa,ſed hic erat incerta,& certificanda futuro euentu,& tunc non reijcitur,ſed filia tanquam præterita in caſu omiſſo à teſtatore annullat teſtamentum, per l. commodiſſimè. vbi ibidem notant Bar.Ang.& Imo.& d. Alex.ff.de libe.& poſthu.ſequitur ſimpliciter Ang.hic in vlt.col.& do. Alex.hic.quamuis contrarium tenuerint Rapha.Fulg.hic, & Pau.de Caſt.hic, & malè,vt per d.Alex.& cum Bart.videtur etiam tranſire Bal.hic in 4.col. ¶Glo.in verbo,non prohiberis.quam diuido in quatuor partes principales.nam cùm tex.in fi.dicat, & ideo non prohiberis adire,& non declarat vtrum ex teſtamento,an ab inteſtato.gl. in 1. parte refert opin.Hyrnerij,qui tenebat,quòd filius ex teſtamento ſuccederet,& iſta opi.procedit tenendo diſtinctionem Bulg. relatam in prima glo.mag.in vlt.parte, ſed illam diſtinctionem ibi reprobaui, & per conſequens iſta opin.eſt falſa. In ſecunda, quæ eſt ibi,ſed dico tantum ab inteſta.gl.ponit veram opi.In tertia ibi,ſed contra hoc eſt valde.gl.opponit pro prima opi. & reſpondet vno modo.In quarta ibi,vel dic, ꝙ ex teſtamento.glo. ponit aliam ſolu.ſecundum quam ſaluatur opin.Hyrnerij vno caſu. In tertia parte gl.ibi, in emancipato dicit.malè loquitur, qa'tex.ille loquitur etiã in filio in poteſtate,vt ibi apparet in tex. & declarat gl.in d.l.ſub conditione. ff.de lib.& poſthum.Bart.& Imo in d.l.ſuus quoque.in prin. Ray.Fulg.& Alex.hic.In vlt.parte glo.dum dicit,& ſimile notaui.s̃.de bon.poſ.contra tab.in l.2. ibi nihil notat ad propoſitum,ſed debuit allegare notata per gl. in l.filio præterito.in glo.fin.ff.de iniu.rup.& in l.ſi duo.ff.de leg. præſt. ¶Et ſic habes ex iſta vltim. parte glo.duas concluſiones.

22 ¶†Prima eſt, ꝙ filius in poteſtate inſtitutus ſub conditione caſuali,vel mixta ſuccedit ab inteſtato,eo quia teſtamentum erat
23 nullum ipſo iure,& in hoc glo.bene dicit.¶ † Secunda concluſio gl.eſt, ꝙ ſi talis filius non obſtante tali conditione approbet teſtamentum, ꝙ tunc ſucceditur ex teſtamento de iure ciuili. Bar.hic in fi.reprehendit per duo fundamenta,& idem Bar.in d. l.ſuus quoque.in prin.Sed tu aduerte, ꝙ Bar.in fundamẽto ſuo omittit caſum, quando conditio fuit impleta, & purificata, & iſto caſu ſi filius vult approbare teſtamentum,ſucceditur ex teſtamento etiam de iure ciuili. Et iſto caſu contra Barto.tenent Doct.Antiqui,& Mod.hic, & in d.l.ſuus quoque.eo quia.d.l.filio præterito.cum ſimil. quæ vult, ꝙ quando teſtamentum eſt nullum prætẽritione filij in poteſtate, ſi filius præteritus approbat, ſucceditur tantum de iure prætorio, & non de iure ciuili, procedit qñ filius eſt omnino præteritus, quo caſu ſi approbat, non approbat ad vtilitatem ſuam, ſed ad vtilitatem fratrum, vel aliorum qui inſtituti ſunt.ita loquitur.d.l. filio præterito.ſed nos loquimur,quando filius nõ eſt omnino præteritus, imò inſtitutus ſub conditione caſuali,vel mixta,quo caſu filius approbat eam ad vtilitatem ſuãmet,& quia etiam ipſe ſuccedit,ideo nimirum,ſi tunc teſtamentum valeat etiam de iure ciuili.Et ad hoc eſt iſta gl.reputata ſing per Ang hic,ſed habet conſimilem in d.l.ſuus quoque.in ver.faceret.& ibi glo.vult vnum,quod eſt ſingularius,ad quod ponderatur per Doct. præſertim Imo.ibi, quod iſta approbatio etiam profit cohæredi, non ſolùm filio ſubſtituto ſub conditione, quod eſt ſingulare, ſecundum Imo. ibi,& adde Bal.hic in 10.11.& 12.opp.Sal.in 2.q. Iaſ. Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio turpis reijcitur de inſtitutione, & inſti.remanet pura.*
2 *Quamuis filia poſſit ſpe lucri inuitari ad matrimonium, tamen non poteſt tempore inſtitutionis inuitari ad dirimendum.*
3 *Partes poſſunt remittere iuramentum teſtib.*
4 *Confeſſio facta ſacerdoti in foro pœnitentiæ nihil probat in foro iudiciali, niſi ſit in cauſa matrimoniali ad matrimonium confirmandum.*
5 *Magis puniendus eſt,qui committit delictum, vel exequitur, quàm qui præcipit, vel ordinat.*
6 *Honeſtas præferri debet omni lucro.*
7 *Voluntas datur facto intelligi.*
8 *Non debet quis in maleficio perſiſtere.*
9 *Non requiritur perſeuerantia conditionis, quando talis conditio eſt turpis.*
10 *Aliud eſt damnum pati, aliud lucrum amittere.*

LEX V.

REprehendenda. Cõditio turpis, eo quia reputatur impoſſibilis de iure, reijcitur de inſtitutione, & inſtitutio remanet pura, & ſi inſtitutus eam de facto impleuit,non debet in implemento turpi perſeuerare. hoc
1 dicit.† Quomodo autem conditio turpis [a] adiecta inſtitutioni,
a vel legato tanquam ſit impoſſibilis de iure reijciatur, & diſpoſitio remaneat pura,dixi in l.præcedenti.in vlt. parte gl.in prima fall. & ibi limitaui,niſi ſit adiecta filio in poteſtate per l. filius.ff.
2 de condi.inſti. ¶†No.ꝙ quamuis filia poſſit ſpe lucri, & ſic ſpe hæreditatis inuitari ad matrimonium contrahendum.l. 1. & 2. vbi vtrobique dixi.s̃. eo. tñ non poteſt ſpe inſtitutionis inuitari ad dirimẽdum matrimonium,quia iſtud eſt turpe. Et ſic vides, ꝙ cauſa contrahendi matrimonium dicitur licita, cauſa autẽ ſoluendi dicitur turpis,& reprobata à iure. Confirmo per duo
3 bona ſimilia. Primum eſt, † nam regulam habemus,ꝙ partes
b poſſunt [b] remittere iuramentum teſtib. & tunc ita plenè probant,ſicut ſi iuraſſent.tex.eſt in c.tuis.de teſtib.gl.in l.2.§.ſed quia veremur.C.de iura.cal.gl.in l.iuriſiurandi.C.de teſt. gl. in l.1.§.1. & ibi Bar.vbi dixi.ff.de ferijs. tamen iſtud non procedit indiſtinctè in cauſa matrimoniali,ſed diſtinguitur, aut teſtes producũtur ad matrimonium probandum, & confirmandum, & iſto caſu quando agitur de matrimonio confirmando,poteſt remitti iuramentum teſtib. per ipſas partes; ſed vbi teſtes producerentur ad impediendum matrimonium,tunc ambæ partes nõ poſſunt expreſſo conſenſu remittere iuramentum teſtibus. Ita Spec.in tit.de teſte.§ fi.ver.& no. ꝙ non valet teſtimonium.per
4 Pan.in d.c.tuis.in 2.col.& aliquid per Alb.in d.l.1.§.1.† Tolle ſe-
c cundum ſimile. nam confeſſio facta [c] ſacerdoti in foro pœnitentiæ nil probat in foro iudiciali,eo quia cenſetur tanquã Deo facta,imò ſacerdos, qui reuelaret,puniendus eſſet.c.ſi ſacerdos. de offi.ordi.no.Bal.in l.archigerontes,per illum tex.C.de Epiſc. audiẽ. tamen in cauſa matrimoniali ad matrimonium confirmandum confeſſio facta in foro pœnitentiæ probaret in foro iudiciali,ita videtur velle.glo.in c. tua nos.in verſi.conſtiterit.de ſpon.quam gl.ponderat, & reputat ſin.apud Legiſtas Lud.in l. ſi non ſpeciali.C.de teſt.quod vltimum pro nunc aliter nõ con
5 firmo,ſed puto dubitabile. ¶†Secundò no.ex tex.ibi in verſi.reprehendenda.ſecundum Bal. in vlt.not.& Sal. ꝙ magis puniendus eſt,qui committit delictum,vel exequitur, quàm qui præcipit,vel ordinat,quamuis vulgò ſoleat dici,tantum peccat qui præcipit,quantum qui facit.circa quod vide, quæ dixi poſt Bal. & alios in l.1.s̃.de ſer.fugi.per Bar.in l.non ſolùm.§. ſi mandato. ff.de iniur.& vide tex.in l.ſi amicis.ff.de adult. quandoque enim magis peccat qui ordinat, iuxta illud Saluatoris, maius peccata
6 tum habent,qui tradiderunt me tibi. ¶ † Tertiò not.ex text.ibi, præferre,ꝙ honeſtas præferri debet omni lucro, & ad hoc vide notabilem tex.in l.Iulianus.ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt.& text.in l. miles.§.ſocer.ff.de adult.& quod dicit tex. in l. iſti quidem.in fi.
7 ff.quod met.cauſa. ¶ † Quartò habes etiam ex tex.in ver.com-
d probaſti.[d] ſecundum gl.ꝙ facto datur voluntas intelligi facit.l. ſi auia.s̃.de iur.delib.& l.multum.ff.de acq. hęre.& gl. notabilis. in l.

ADDITIONES.

a ¶Conditio turpis.Nota turpes conditiones reijci.Bar.in l.2.& ibi Alex.vltima col.& Iaſ.col.2.s̃.eo. PVRPV.

b ¶Partes poſſunt.Adde gl.in c.de cauſis.de offi.deleg.in ver.pretium, quæ glo. addit concordantes.

c ¶Confeſſio facta.Adde Abb.in cap.qualiter. el primo.de accuſ. Abb.in c.dilectus.de exceſſ.prælat.Abb.in c.intimauit.de teſti.Abb.in c.omnis vtriuſque ſexus.de pœn. & remiſ.

d ¶Comprobaſti.Adde c.quia omnis.1.q.2. Soc.conſi.102.col.3. PVRPV.

Source : BIU Cujas

in l. Fulcinius. §. fin. ff. ex quib. caus. in pos. ea. & gl. in l. apud Celsum. §. Labeo. ff. de excep. doli. & ad hoc possent multa alia adduci. adde, ꝙ fortiora sunt facta [a] ad declarãdum voluntatem, quàm verba, quæ sæpè proferuntur contra intentionem proferentis, vt in c. dilecti. el 2. de app. & in c. existimant. 1. q. 3. secundum Abb. in consil. 115. in 2. volu. incip. illud de iure quæritur vtrum visa remissione. in pen. col. in prin. ¶ † No. etiam in versi. redi. secundum Bal. aliud notabile, ꝙ non debet quis in malè facto persistere, cùm humanum sit errare, &c. vt l. Polla. & ibi sic summat Bar. ĩ. de his quib. vt indig. ¶ † Ex eo. ver. no. ꝙ non requiritur perseuerantia conditionis, quando talis conditio est turpis, ergo à ꝓtrario sensu vult iste tex. ꝙ si conditio non esset turpis, ꝙ non sufficeret eam semel fuisse impletam, sed esset necessarium, ꝙ quis perseueraret in ea. In contrariũ est text. in l. si quis hæredem. ĩ. eo. vbi traditur regula, ꝙ sufficit conditionem semel fuisse impletam, licèt non duret implementum. Istud est fortissimum contrarium, quod format Bar. ibi, & reliquit cogitandum. Fulg. & Pau. de Cast. ponunt duas solu. & Imo. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. sed diuinant, prout ibi dicetur; vnde fortè tutius est dicere, ꝙ non est licitum in hac. l. sumere tale argu. à contrario sensu, quia resultat absonus intellectus, & contra regulam. d. l. si quis hæredem. ĩ. eod. ¶ Vlti. aduerte, quia text. videtur quandam contrarietatem continere, dum in vno loco appellat lucrum, postea. ĩ. dicit sine vllo damno. Ista ad idem non videntur posse referri, † quia aliud est damnum pati, aliud lucrum perdere, dicit tex. in l. fi. in versi. pen. C. de codi. Pro nunc si quæratur, nunquid ille, qui perdit lucrum, dicatur pati damnum: *communiter dicitur*, ꝙ si lucrum iam erat radicatum, vt in isto casu, quia iam erat hæreditas adita, & sic quæsita, & tunc perdere tale lucrum iam radicatũ, bene dicit pati damnum. Si autem lucrum erat nondum quæsitum, sed quærendũ, & tunc priuari tali lucro, non dicitur pati damnum. gl. est in l. 1. § si quis propter. ff. de iti. actuque pri. secundum Fulg. & Pau. de Cast. hic, & ponunt omnes in l. non amplius. §. fi. & ibi. d. Alex. in fi. ff. de leg. 1. Pau. de Cast. & do. Alex. in l. 2. §. fin. ff. qui satisda. cog. & Mod. præsertim dom. Alex. in l. damnum. quæ est l. 2. ff. de damn. infect. & Alex. in l. cùm emptor. ff. ad l. Falc. cum concor. de quib. per eum in dictis locis.

[a] ¶ Facta. Adde tex. in l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edi.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Quando substitutio directa, vel fideic. fit filiõ, vel extraneo sub tribus conditio. alternatiuè positis, necesse est, quòd omnes conditiones copulatiuè deficiant.*

2 *Filij positi in conditione non censentur vocati à testatore.*

3 *Ista conditio si decesserit sine filijs, posita cum alijs conditionib. nedum ipsa stat propriè, sed etiam attribuit eundem fauorem filiorum alijs conditionib. alternatiuè positis, vt nisi omnes copulatiuè deficiant non sit locus substitutioni.*

4 *Filius grauatus post mortem restituere hæred. non potest de iure ciuili detrahere duas quartas.*

5 *Si statutum faciat mentionem de intestato, an comprehendat pupillum.*

LEX VI.

GEneraliter. Istud prin. vsque ad §. cùm autẽ. diuiditur in duas partes. In prima ponitur decisio. In secunda extensio decisionis. Secunda ibi, quo exemplo. h. d. Fauore liberorum [a] disiuncta apposita inter plures conditiones, resoluitur in coniunctam, quod etiam ad extraneos est extensum. h. d. Et non habet nisi vnam concordantiam in iure. s. l. Lucius. 2. ff. de hære. insti. quia l. si is qui ducenta. §. item si pater fa. ff. de reb. dub. allegata pro concordanti per Bar. hic, non facit, quia illa loquitur, quando disiuncta est apposita inter personas, non autẽ quando est apposita inter plures conditiones, vt hic, secundum Pau. & do. Alex. hic. Et aduerte, quia etiam in d. l. Lucius. secunda. licèt videantur tres cõditiones, tamen reducuntur ad duas, quia duæ primæ sunt impossibiles, & adinuicem repugnantes. sed in casu. l. nostræ erant tres conditiones, inter quas erat posita alternatiua. ¶ † Not. ꝙ quando substitutio directa, vel fideicommis. fit filio, vel extraneo sub trib. conditionib. alternatiuè [b] positis, ꝙ licèt habeamus, ꝙ ad veritatem alternatiuæ [b], vel disiunctiuæ sufficit vnam impleri, vel verificari. l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. isto tamen casu recedimus à natura disiunctiuæ, [c] & resoluitur in coniunctam, & necesse est, ꝙ omnes conditiones copulatiuè deficiant, ad hoc, vt fit locus substituto, vt hic, & d. l. Lucius. vltima. Disiunctiua enim capit̃ pro coniuncta, vt deseruiamus præsumptæ voluntati testatoris. l. sæpè. ff. de verb. sig. & l. eas causas. cum gl. ff. de condi. & demon. Similiter alternatiua posita inter personas honoratas à testatore, resoluitur in coniunctam. l. pen. C. de verbo. sig. & sic ibi est tex. pro eo, quod voluit Arch. & Gemin. in c. pasto. 7. q. 1. ꝙ si Papa confert beneficium illi, vel illi, vterque habebit beneficium, & dictio vel, tunc ponitur ibi copulatiuè. ¶ Operę pretium ergo est videre, quæ sit ratio, gl. fi. hic dicit, ꝙ ratio est, quia alternatiua parit incertitudinem. l. vbi autem nõ apparet. §. qui illud aut illud. ff. de verb. obl. ne ergo voluntas testatoris remaneat in incerto, statutum est, ꝙ alternatiua in coniunctam resoluatur, & pondera, ꝙ istud est visus dicere tex. noster, ibi, vt incertus successionis, &c. Sed ista ratio est falsa, quia ea attenta sequeretur, ꝙ semper in vlti. voluntatib. disiunctiua resolueretur in coniunctam, qd̃ est contra. d. l. si hæredi plures. Item & fortius quamprimũ euenit vna ex alternatiuis cõditionib. semper sumus certi, & sic non est curandum de incertitudine, quæ ex futuro euentu de- [d] claratur. Vnde vera ratio est, [d] quam assignat Bar. hic, & ante eum Iac. But. & Ray hic, & sequuntur Mod. & Ang. & Imo. in d. l. Lucius. & Old. in consi. 189. propter præsumptam voluntatem testatoris, ex quo inter alias conditiones apposuit illam, si sine liberis decesserit, in qua faciendo mentionem de liberis, colligitur ex præsumpta mente, ꝙ nisi omnes conditiones defecerint, noluerit substitutum admitti, quia apparet, ꝙ voluerit fauere liberis instituti, etiam extranei, & eos præferre substituto. d. l. Lucius. in fi. & no. gl. in l. filiusfa. §. cùm quis. ff. de leg. 1. Et ex hoc habes magnam limitationem ad istum text. & ad d. l. Lucius. ꝙ alternatiua posita inter plures conditiones cum adiectione substituti resoluitur in copulam, illud est quando inter illas conditiones apponitur illa, si sine liberis decesserit, quæ si [2] non esset, alternatiua remaneret in sua natura. ¶ † Secundò ex [*] ista doctrina habes declarationem gl. *communiter approbatam* in d. l. Lucius, ꝙ filij positi in conditione non censeantur per hoc vocati à testatore, de qua dixi in l. 1. C. de pac. nam operantur saltem alium effectum, ꝙ faciunt alternatiuas conditiones resolui in coniunctas, & qd̃ filij positi in conditio non censeantur per hoc vocati à testatore, probat tex. iste in verbo fructu paterno, secundum d. Fran. de Arc. nam non dicit auito, qa ab auo testatore non censentur vocati, sed patri ab intestato succedunt. [3] ¶ † Tertio singulariter not. ꝙ ista conditio, si decesserit sine liberis, posita cum alijs conditionibus nedum ipsa stat propriè, sed etiam attribuit eundem fauorem filiorum alijs conditionibus alternatiuè positis, vt nisi omnes copulatiu è deficiant, non sit locus substituto. Facit, quia vna pars ex alternatiuis alteram alternatiuæ orationis dubiam partem declarat. text. est in d. l. 1. ff. de reb. dub. quem ad hoc reputat singularem Ludo. Rom. in consi. 231. incip. præmissorum Doct. conclusionem. Aliam rationem, ꝙ hoc sit propter dictionem etiam, Bar. hic non ponit pro constanti, bene fecit, propter d. l. Lucius. vbi non est dictio etiam, secũdum Ang. & Alex. hic. Aliam rationem Antiquorũ quam sequuntur Cy. & Alb. hic, ꝙ procedat propter conditiõnes multas, cùm hic essent plures quàm duæ, & ideo ne hæres minium grauetur, alternatiua resoluitur in coniuncta, reproba per d. l. Lucius. vbi in effectu erant tiñ duæ vt ſ. declarau. Aliã [4] rationem traditam per Sal. hic reproba, vt per d. Alex. ¶ † Quatò no. ex tex. ibi, omni penè fructo paterno defraudari. hic clarè probari, ꝙ filius grauatus post mortem restituere hæreditatem, non potest de iure ciuili detrahere duas quartas, quia sic eius filius haberet dimidiam totius hæreditatis, & sic non diceretur omni penè fructu carere, vt dicit tex. ad idem est tex. in l. iubemus. in verbo dodrans restituatur, & ibi Bal. & Pau. de Cast. ad hoc notant. C. ad Treb. & probatur in Auth. res quæ. vbi Bal. & Mod. ad hoc notant. C. communia de leg. & ibi dicit Bal. in vlti.

ADDITIONES.

[a] ¶ Fauore liberorum. Limitat istam. l. tanquã exorbitantem in cõtractib. Alex. singulariter lib. 3. consi. 28. col. pen. versi. nec ad hoc obstat. &c. Secundò declarat Soc. lib. 2. consi. 252. quia in præsenti. col. 8.

[b] ¶ Ad veritatem alternatiuæ. Adde gl. in cle. 1. de conces. præb. Ioan. And. in c. venerabilem. super verbo, vel noluerunt, de ele. dicit hoc esse verum in affirmatiua, secus in negatiua, in qua debet vtrumque probari, vt in c. inter cæteras, & ibi Doct. de re iudi.

[c] ¶ Disiunctiuæ. Adde, & cogita si dici possit, ꝙ hoc casu locum habeat reg. l. si hæredi plures. arguendo à contrario sensu l. in filius decedat intestatus, vel cũ nuptijs, tunc locum non habeat substitutio. Isto casu sufficit ad excluden. substitutum, qd̃ vna alternatiua sit vera, vel quòd filius decedat testatus, vel cum liberis, & hoc modo intelligendo diffuncta non capitur pro coniuncta, & ita videtur loqui tex. si bene inspiciatur, quia dicit, quòd si siue filius liberos sustulerit, siue nuptias contraxerint, siue testamentum fecerit, locus non est substitutioni. BELLAC.

[d] ¶ Vera rõ est. Adde Alex. lib. 3. consi. 22. col. 1. ver. & nõ obst. l. generaliter. &c.

Source : BIU Cujas

vlti.col. ꝙ licèt de iure canonico, & de generali consuetudine detrahantur duæ quartæ, per c. Rayn. de testa. tamen est contra omnem veritatem iuris ciuilis. Et dicit Pau. de Cast. in l. filium quem habentem. in 3. col. C. fam. ercis. & in l. quamquam. C. ad l. Falc. qđ iura ciuilia videntur omnino probare, qđ non detrahitur duplex quarta, licèt de consuetudine aliud seruetur, & idem tenet Oldr. in consil. 205. inci. prima dubitatio est. & est de mente Bar. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. dixi in d. Auth. res quæ. ¶ Glo. 1. quæ videtur fateri superfluitatem text. quasi idem sit dicere intestatus, vel sine testamento, dic, quòd istam gl. reprobant do. Christopho. de Cast. Fulg. & Pau. hic, eo quia verbum intestatus, refertur ad personam: sed verbum, sine testamento, refertur ad actum testandi, & istud posset induci
5 ad aliam. q. † de statuto faciente mentionem de intestato, an comprehendat pupillum, quam ponit Barto. in l. 1. ff. de suis. & leg. & plenius prosequitur do. Alex. hic, ad quem te remitto, & in consi. 115. in 2. vol. incip. Circa dubitationem de qua quæritur. cum concor. de quib. hic, & ibi per eum, & vltra eum adde Lud. Ro. in consi. 4. incip. sententiam præfati consultoris. & in consi. 32. quod incip. visa municipali cõstitutione, in primo dub. & Pan. in consi. 76. incip. primò est videndum de modo succedendi. in 8. col. in 1. vol. Raph. Fulg. in consi. 13. incip. In quæstione proposita. in 3. col. & notabiliter, & subtiliter Angel. in consi. 104. incip. statuto communis Burgi cauetur.

SVMMARIVM.

1. *Si pater instituat filium legitimum, & naturalem, & siue etiam naturalem tantum, & grauet eum fideicom. post mortem suam, liberi postea suscepti faciunt cessare hanc substitutionem fideicom. ex præsumpta voluntate testatoris.*
2. *Iuris præsumptio est, quòd nemo velit posteritatem alienam, successioni suæ, aut filiorum præferri.*
3. *Liberi postea suscepti & mortui, an faciant deficere fideicom. & an sit necesse, quod sint instituti.*
4. *Appella. filiorum simpliciter prolata à l. non veniunt filij naturales tantum.*
5. *Filij naturales filij naturalis tantum instituti, non excludunt substitutum.*
6. *Non solùm in successione vniuersali, sed etiam in successione sing. non præsumitur quis alium velle præponere suæ posteritati.*
7. *An filius naturalis, sed legitimatus faciat cessare substitutionem.*
8. *Stante statuto, quòd existentib. filijs masculis, filiæ fœminæ non succedant, si pater habeat filios naturales tantum, & facit eos legitimare, tales filij legitimi excludunt fœminas.*
9. *In emphyteusi ecclesiastica acquisita pro se, & filijs suis, non veniunt naturales etiam legitimati, nisi essent legitimati per subsequens matrimonium, & nu. 2.*
10. *Legitimati per subsequens matrimo. admittuntur ad episcopatum sicut verè legitimi.*

a §. Cùm autem. [a] Iste. §. erit multum solẽnis, & vtilis. Diuiditur in tres partes. In prima refertur, & commendatur decisio Papin. Iurisc on. In secunda ponitur vna extensio. In tertia ponitur alia. Secunda ibi humanitatis intuitu. Tertia ibi, quæ omnia, & in legatis. ¶ Hoc dicit. Si substitutio fideicommissaria facta filio siue legitimo, & naturali, siue naturali tantum, intelligitur si sine liberis decedat, vnde liberi postea suscepti faciunt cessare substitutionem, siue sit vniuersalis, siue particularis alicuius legati, vel fi-
1 deicom. specialis. h. d. ¶ † Not. ex isto tex. ꝙ si pater instituat filiũ legitimum, & naturalem, siue etiam naturalem tantum, & gra-
b uet eum fideicom. post mortem suam, qđ liberi [b] postea suscepti faciunt cessare hanc substitutionem fideicom. ex præsumpta voluntate testatoris, vt hic, & l. cùm auus. de condi. & demonstr. & l. cùm acutissimi. ĩ. de fideicom. Sicut in simili si carens liberis fecerit donationem, si postea nascantur filij, per natiuitatem filiorum reuocatur donatio prius facta, text. est in l. si vnquam. C de reuo. don. Scribit plenè Bar. in l. Titia Seio. §. Imperator. ff. de leg. 2. Bal. in l. 1. C. de inoffi. do. Can. in c. fin. de don. Similiter si aliquis stipuletur sibi, & post mortem fratri suo, si stipulator postea suscipiat liberos, illi præferuntur excluso fratre. tex. est reputatus singularis in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. quem tex. ad hoc reputat singularem Bal. in l. cùm acutissimi. in 1. col. C. de fideicom. & in c. 1. de duo. fra. à capita. inuesti. & in rub. ex-
2 tra de pac. in pen. col. † Et sic ex isto tex. & prædictis no. quòd iuris præsumptio est, qđ nemo velit posteritatem alienam præferre successioni suæ, aut filiorum suorum, siue sint filij legitimi & naturales, siue etiam sint naturales tantum, ex quo sunt à patre instituti. Et ratio est, quia sicut testator prætulit filium institutum substituto, ita verisimile est, qđ voluerit prẽferre eius filios.

¶ Istam deci. text. nostri tradidit Papin. in d. l. cùm auus. sed Imperator in hac. l. tradidit tria. Primo, quia d. l. cùm auus. solùm loquebatur, quando pater instituerat filium legitimum, & naturalem: Imperator hic addit, idem si instituat filium naturalem tantum. Secundò addit tex. ibi in verbo iusta sobole, quales debent esse liberi, qui faciunt cessare substitutionem, & hic additur, qđ debent esse legitimi, & naturales, & qđ non solùm filij, sed etiam nepotes, & pronepotes, & deinceps. Tertiò additur in fi. & multum no. qđ decis. Papa qui loquebatur in hæreditate, habet locum etiam in legatis, & fidei. particularib. Et istũ fi. multum no. Bal. in d. l. cùm acutissimi. & dicit, qđ non reperitur alibi in iure, & ego inferius notabo. ¶ Vltra tres extensiones positas in hoc tex. adde quinque alias notabiles extensiones. Pri-
c mò amplia, [c] vt ista decisio procedat, nedum quando filius institutus est grauatus restituere alicui extraneo, sed etiam si esset grauatus restituere alij filio testatoris, quamuis ibi videatur paritas fauoris, & sic par affectio, vĩ facere cessare priuilegium huius text. l. non solùm. §. de vno. ff. de ritu nup. tamen etiam isto casu filij postea suscepti faciunt cessare fideicom. Ita extendit Bal. in d. l. cùm acutissimi. in 1. col. cira fin. & ibidem Sal. & Imo. & Lud. Rom. in l. si cui. aliàs ei cui. ff. de dona. causa mor. per gl. quam ad hoc reputat sing. in l. 1. in gl. magna. C. de dona. causa mor. quæ non loquitur isto casu, sed alio, vt statim dicam. Sed non eundo per mendicata suffragia, de hac extensione est tex. in d. l. cùm auus. & ibi Raph. Cuma. ad hoc not. & dicit Pau. de Cast. in d. l. cùm acutissimi. se valde admirari, qđ Doct. præalleg. irent per mendicata suffragia, cùm ibi sit tex. de hoc, quem etiã alleg. Lud. Rom. consi. 370. incip. in proposita consultatione videtur prima fronte dicendum dictum Lud. ¶ Secundò corre-
d lariè [d] ex præcedenti extensione videtur inferri posse, qđ idem & multomagis esset in Ecclesia substituta: si pater instituat filium, & eum grauet post mortem suam restituere hæreditatem tali Ecclesiæ, si iste filius postea liberos procreauit, qđ liberi postea procreati excludant Ecclesiã, vel aliam piam causam, sicut excludunt alios filiosmet testatoris, quia licèt Ecclesia habeatur loco filij. §. sed & hoc prẽsenti. in Auth. de sanctiss. Episc. Auth. nisi rogati, vbi Doct. C. ad Treb. c. in præsentia. de proba. tamen cùm filij postea suscepti excludant filios testatoris substitutos, eo. modo excludẽt Ecclesiam, vel aliam piam causam
c substitutam, cùm magis faueamus filijs [e] quàm Ecclesiæ, iuxta auctoritatem Aug. positam 17. q. 4. c. quicunq; vult. refert gl. in l. si quis ad declinandam. s̃. de episc. & cleri. & in l. Papinianus. ff.
f de inoffic. testa. præterea, ꝙ Ecclesia habeatur [f] loco filij, est per fictionem. Si ergo liberi prẽtereà suscepti excludũt filios veros substitutos, quanto magis fictos, vt est Ecclesia. Et ꝙ iste tex. & similes procedant si Ecclesia, vel alia pia causa fuisset substituta filio instituto, ꝙ liberi postea suscepti eam excludant, firmat expressè Bald. in d. l. cùm acutissimi. in 1. col. & ibi Pau. circa fin. & Raph. Cu. in d. l. cùm auus. Ego dubito de hac extensione, & puto per infrascripta teneri contrarium. ¶ Primò, quia fundamẽtum Bald. & sequacium est falsum, dum dicunt, ꝙ magis fauetur filijs quàm Ecclesiæ, vel piæ causæ per auctoritatem Aug. relatam. s̃. nam illud procedit quantum ad legitimam filiorũ tãtum, quia qui vult exhẽredare filium, & sic priuare legitima, vt instituat Ecclesiam, alium quærat pro consilio quàm Aug. sed excepta legitima magis fauetur Ecclesiæ quàm filijs, cùm tractetur de fauore animæ, quæ dilectioni filiorum præferenda est, & ita in specie tenet Bart. in repet. l. 1. C. de sacrosan. eccle. in antepen. col. in 6. q. princ. cum concor. quas ibi aliquando dedi. & est text. qui vtrnnque probat in Auth. si qua mulier. in verbo excepta legitima. iuncto fi. illius tex. & ibi ad hoc no. Bald. & dixi. s̃. de sacrosan. eccle. Et per istud fundamentum ita in specie consuluit Pet. de Anch. consi. 46. quod incipit prima facie videtur, scilicet, ꝙ ista l. & d. l. cùm auus. non habeant locum, quãdo Ecclesia est substituta, quia excepta legitima filiorum magis fauetur Ecclesiæ quàm filijs. Et inuenio, qđ istam decisio. Pet. de Anch.

ADDITIONES.

a ¶ Cùm autem. Ampliationes, & limitationes ponit Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. col. 5. & 6. ff. ad Treb. Et hoc extende etiam si ascedens testatoris sit substitutus, arg. l. scripto. ff. vnde lib. 4. Alex. lib. consi. 91.

b ¶ Liberi. Etiam si filius non sit institutus, quia adhuc ratio tex. militat, vbi potest adaptari. Are. consi. vlt. col. 2. circa medium.

c ¶ Primò amplia. Adde, quòd hanc ampli. sequitur, & communẽ dicit Mar. Iun. consi. 125. nu. 12. lib. 1. Tiraq. in Rep l. si vnquam. ver. donatione largitus. nu. 194. ĩ. de reuo. don. post Gozad. consi. 4. nu. 25. Chass. consi. 67. MASVER.

d ¶ Correlariè. Adde Fel. in c. in præsentia. col. 1. de proba.

e ¶ Filijs. Adde Arch. in c. non liceat. 12. q. 2. Doct. in c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alienan.

f ¶ Ecclesia habeatur. Adde Bart. in l. filium. in pen. col. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. Doct. in c. in præsentia. de proba.

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

Anch. refert do. Alex. conſi. 92. in 3. vol. quod incip. ſuper eo de quo quæritur in ſuperiori themate. in 3. col. Et potes corroborare, quia in dubijs opinionib. Docto. tenenda eſt illa, quæ fauet Eccleſiæ, & piæ cauſæ. l. ſunt perſonæ. ff. de rel. & ſump. fu. Tamē pro prima opin. quòd iſta iura habeant locum etiam, quando Eccleſia eſſet ſubſtituta, facit optimum ſimile, quia donatio facta monaſterio, vel Eccleſiæ, reuocatur per ſuperuenientiam, & natiuitatem filiorum, iuxta. d. l. ſi vnquam. ſaltem vſque ad legitimam filiorum. Ita firmat Bart. in l. Titia Seio. §. Imperator. in pen. col. in duob. locis. ff. de leg. 2. motus per gl. in c. quicunq; vult. 17. q. 4. quam gl. ſequitur Ludo. Rom. in repe. Auth. ſimiliter. C. ad l. Falci. in octauo ſpeciali piæ cauſæ inter contractus. Idem tenet Bal. in l. 1. 4. col. C. de reuo. don. Pan. in c. fi. & ibi glo. ſentit, de dona. imò plus, q̄ per ſuperuenientiam liberorum talis donatio reuocetur in totum, auſus eſt firmare Bal. in Auth. ſi qua mulier. in 1. col. C. de ſacroſan. eccle. allegando ad hoc gl. in c. ſi quis ira ſcitur. in gl. 1. 13. q. 2. Tamen ad iſtud ſimile poteſt reſponderi, q̄ loquatur in filijs ſuſceptis, quib. à donatore debetur legitima. Sed in caſu noſtro liberi poſtea ſuſcepti ſunt tales, quib. non debetur legitima ab auo. Item pro iſta opin. contrà Bal. & Pau. de Caſt. q̄ iſta l. & ſimiles non habent locum, quando Eccleſia, vel pia cauſa eſſet ſubſtituta, moueor vltra prædicta, quia quando Eccleſia eſt ſubſtituta, certè iſta l. & ſimiles cō ſint ciuiles & imperatoriæ, non habent locum in diſpoſitionib. ad pias cauſas, prout tenet Hoſti. Io. Andr. & alij in c. fi. de ſol. & dixi in ſimili in l. nolumus. & in Authen. hoc inter liberos. C. de teſt. Nec obſt. ſi dicatur, quòd quando aliquid eſt clarè deciſum de iure ciuili, q̄ illud debet ſeruari de iure cano. etiam in eccleſijs, dummodo non ſimus in materia ſpirituali, vel in materia peccati. c. 1. & 2. & ibi no. Docto. de oper. nou. nun. quia reſpon-
a deo hoc eſſe verum, niſi talis lex [a] imperatoria ſit præiudicialis, vel damnoſa Eccleſijs, quia tunc in eis non eſt recipienda niſi ſit per Romanum Pontif. expreſsè approbata. ita not. Card. in d. c. fi. de ſo. & d. Abb. in d. c. 1. in 4. not. de ope. nou. nun. ¶ Tertiò extende iſtam. l. vt procedat non ſolùm in patre inſtituente filium, & grauante fideicom. ſed etiam habet locum in matre. ita firmat glo. 2. hic in verbo ſubſtituit. Odof. & Cyn. hic in 1. q. Ang. & Fulg. hic. Bar. Imo. & Raph. Cu. in d. l. cùm auus. Et bene facit iſte tex. dum dicit, quòd iſta deciſio habet locum etiam, quando inſtituti ſunt filij naturales tantum, ergo apparet, q̄ nō curatur de patria poteſtate. Ad idem facit tex. in d. l. cùm acu-
b tiſſimi. in verbo ſi quis. nam illa dictio ſi quis, [b] ita comprehendit ſœminam ſicut maſculum, vt declarat Bart. in l. 1. cum concor. ff. de verb. ſig. ¶ Quarto extende iſtam. l. & ſimiles, vt procedant etiam in don. cauſa mor. gl. eſt notabilis in l. 1. in gl. mag. in verbo actio. C. de don. cauſa mor. & bene facit iſte tex. in fin. qui vult, q̄ iſta deciſio habeat locum in legatis particularib. ſed legatum, & don. cauſa mor. æquiparātur. l. legatum. la 1. ff. de leg. 2. quando donatio eſt in eſſe deducta, iuxta. glo. in l. 2. in prin. ff. de dote præleg. ¶ Quintò, & vlt. extende iſtas leges, vt per Pau. de Caſt. in d. l. cùm acutiſſimi. ad fin. in q. quam dicit ſe habuiſſe de facto, quando pater habebat filium, & nepotem, & inſtituto filio grauauit, vt totam hæreditatem reſtitueret nepoti, certè ſi poſt teſtamentum nati ſint alij nepotes, certè alij nepotes poſtea ſuſcepti reuocant ſubſtitutionem, & cum illo admittūtur, vt ibi per eum. Et ſic ex iſtis omnib. habes octo extenſiones ad regulam huius tex. ¶ Nunc aſſume octo notabiles fallentias. Pri
c mo limita [c] ſingulariter iſtam regulam Papin. non procedere,
d q̄n teſtator [d] habebat filium, & ex eo nepotes iam natos, & teſtator ſciebat habere tales liberos, & deſcendentes, nam ſi inſtituat filium, & grauet reſtituere alij extraneo, tunc certè licèt liberi poſt teſtamentum nati facerent deficere fideicom. tamen liberi, qui iam erant nati ante teſtamentum, & quos teſtator cognouit, non faciunt deſiſtere fideicom. eo quia ceſſat tunc ratio aſſignata in textu, ibi, non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotib. cogitauerit, talem feciſſe ſubſtitutionem, ergo ſi de nepotib. cogitauit, ceſſat pręſumpta mens defuncti, ſuper qua ſe fundat iſta. l. & ſimiles, per quem tex. ita limitat Lud. Rom. in conſ. 370. incip. propoſita conſultatione prima fronte dicendum. Facit bene iſte text. in prin. in verbo liberorum ex his procreandorum. in ver. pater efficiatur. & in verſi. liberos ſubſtulerit. ſecus ergo ſi in præteritum habuit, & iſtam limitationem latè proſequitur, & tenet do. And. Barb. in commento. d. l. cùm acutiſſimi. in pri-
e mo artic. licet referat Raph. Cu. cōtrarium [e] conſuluiſſe. Adde, q̄ contrarium etiam tenet Raph. Cu. in d. l. cùm auus. Motus, quia iſta eſt benignior opin. & quia teſtator præcipuè Iuriſperitus non addidit iſtam conditionem, quia ſciebat eam à iure intelligi. ¶ Pro iſta opin. bene facit iſte tex. dum dicit, *& non aliter ſubſtitutione locum accipiente, niſi ipſi liberi ſine iuſta ſobole deceſſerint.* Niſi dicas, q̄ tex. intelligitur de iuſta ſobole in futurū procreanda, vt patet in pluribus partib. text. s̄. no. ad idem fortiter ſtringit tex. in d. l. cùm auus. in fi. ibi, *quòd minus ſcriptum, quàm dictum fuerat, inueniretur*, quæ ratio fortiter militat, quando nepotes erant iam nati, & ſic nati ipſi teſtatori. ¶ Tertiò facit, quia iſta. l. & ſimiles fundantur in præſumpta affectione teſtatoris. d. l. cùm acutiſſimi. in fi. & d. l. cùm auus. in verbo coniectura pietatis. modo ſic, ſi iſta. l. & ſimiles habent locum in poſthumis poſtea natis, fortius debent habere locum in iam natis, quia maior affectio teſtatoris præſumitur eſſe in iam natis, quàm in naſcituris. l. qui filiab. in prin. & ibi glo. & Docto. ff. de leg. 1. Non obſt. iſte tex. in verbo non eſſe veriſimile, qui fortiter vrget, quia reſpondc, q̄ procedit reſpectu nepotum naſciturorum, de quib. ſi teſtator cogitaſſet, veriſimiliter non feciſſet talem ſubſtitutionem. ſed quando ſunt nepotes, qui erant nati tempore teſtamenti, ipſi non admittuntur tunc ex coniectura huius tex. ſed ex cōiectura. d. l. cùm auus. in fin. vbi lex præſumit, q̄ fuerit dictum, licèt nō inueniatur ſcriptum. Cogita, quia habeo iſtum paſſum pro dubio, & egeret imperatoria deciſione. ¶ Quartò pro iſta parte conſidera, q̄ text. in d. l. cùm auus. & in hac. l. videntur inter ſe contrariari, nam iſte tex. fundat ſe, quia teſtator veriſimiliter nō cogitauit de talib. liberis. ſeu nepotib. ſed tex. in d. l. cùm auus. in fi. fundat ſe in ratione, quæ eſt de directò contraria, quia plus dictum, & minus ſcriptum, ſi ergo plus dictum ergo, cogitatum. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. leg. Cogita de ϙcordia. Nam ſi dicatur, vt dixi s̄. in ſecundo fundamento iſta iura reducentur ad concordiam. ¶ Secundò limita iſtam. l. & ſimiles, & eſt neceſſaria limitatio, vt procedant, quando filius inſtitutus eſt grauatus reſtituere alteri poſt mortem ipſius filij, tunc liberi poſtea ex eo ſuſcepti faciunt deficere fideicom. ita loquitur iſta. l. ſecus eſſet, ſi filius inſtitutus eſſet grauatus in vita reſtituere. glo. in d. l. cùm acutiſſimi. in gl. 2. *quæ ibi approbatur per omnes, & ſequitur Bar.* in d. l. cùm auus. & eſt tex. in l. liberto. §. ſi ff. de annu. leg. Et ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu, quando grauat filium ſolùm poſt mortem, præſumitur magis dilexiſſe filium, quàm ſubſtitutum. Sed ſecundo caſu, quando grauauit in vita, magis dilexit ſubſtitutum, quā filium. ſi ergo magis dilexit ſubſtitutū, ergo liberi poſtea ſuſcepti non debent poſſe excludere ſubſtitutum, quia tunc ceſſat præſumpta voluntas teſtatoris, de qua in hoc tex. ſi enim excluſit ipſum filium, ergo multo fortius nepotes ex eo, vt l. ſi viua matre. C. de bon. mater. ¶ Tertiò ſingulariter limita iſtam. l. & iſta etiam eſt neceſſaria limitatio, vt procedat, quando teſtator ipſummet filium inſtitutum grauat reſtituere fideic. Secus eſſet, ſi teſtator grauaret alium poſt mortem filij, tunc liberi poſtea ſuſcepti ex filio non faciunt deficere fideicommiſ. iniunctum non filio ſed tertio. text. eſt in l. qui filium. §. Sabinus. & ibi Bar. ad hoc not. ff. ad Treb. & ille text. non reperitur alibi ſecundum Ang. & alios ibi, & Ang. hic. Idem tenent Imo. & Pau. de Caſtr. ibi, & Pau. in d. l. cùm auus. Licèt Raph. Cu. ibi dubitet de veritate huius limitationis. ¶ Puto, q̄ in d. §. Sabinus. illud procedat ex alio ex quo colligo quartam limitationem ad iſtam. l. Ibi enim mater debebat reſtituere hæreditatem filio, cùm eſſet. 20. annorum, & ſic ibi hęreditas fideicommiſ. nunquam peruenerat ad filium, ideo nimirum ſi liberi ex eo ſuſcepti non ita faciunt deficere ſicut in hac. l. cùm ſimi. vbi filius erat inſtitutus, & conſecutus hæreditatem, quæ ibi iure fideicom. ad filium non peruenerat, licèt poſt mortem matris iure legitimo ſuccedat, & ſic ibi nſi erat facta reſtitutio ipſi filio, & ſic ſibi non erat adhuc acquiſitum ius de præſenti, ideo nimirum ſi ſic de facili non tranſit ad eius filios ſicut hic. arg. l. fi. ff. vnde liberi. & l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris. ¶ Quintò limita iſtā regulam procedere in filio inſtituto, & grauato reſtituere hæreditatem, vel certam quotam. ſecus ſi eſſet grauatus poſt mortem reſtituere rem ſingularem, certè filij poſtea ſuſcepti non facerent ceſſare fideicom. rei ſingularis.

Ita

ADDITIONES.

b re,& eſt pulchra, & ſingula.limitatio,[b] quando conditio fuit adiecta ſimpliciter, non adiecta aliqua perſona, vt in exemplo. l.in quo fuit dictum,ſi filia nupta erit, & non fuit dictum cum qua perſona deberet nubere, tunc procedit regula huius text. quod ſufficit ſemel adimpleuiſſe conditionem, licèt non duret implementum, ita loquitur iſte text. ſecus quando conditio fuit concepta reſpectu certæ perſonæ ſpecificatæ, vt ſi fuerit dictum,ſi filia nupſerit Sempronio, & tunc quia conditio iſta cenſetur concepta non ſolùm reſpectu legatarij, ſed etiam illius alterius perſonæ, & tunc non ſufficiat talem conditionem ſemel fuiſſe impleram, ſed requiritur, quòd duret implementum cum illa perſona,ſaluo, niſi eſſet turpis, ita loquitur. l. reprehendenda.ſupra eodem.ita ſubtiliter limitat Io. de Imol.in dict. l.in ſubſtitutione. & licèt non dicat,ante eum ita limitat Angel.in præallegat.conſil.14 incip. Conſtantius.& pro certo mirabilis eſt iſta limitatio ad iſtum textum, & fortius ad dict. l.in ſubſtitutione. tamen caue, quia refragari videtur dicta l. in ſubſtitutione. in qua fuit facta conditio reſpectu certæ perſonæ, & tamen ſufficit conditionem ſemel fuiſſe impletam,niſi diceres, quod ſpecificatio certæ perſonæ nō fit prouidendo illi, quæ ſolutio ex toto mihi non ſatisfacit. ¶Quartò not.limita regulam huius text. cum ſimil. non procedere, quando eſſet conditio, vel diſpoſitio habens tractum ſucceſſiuum, puta ſi morabitur cum filijs, & tunc non ſufficit momentaneum implementum, ſed requiritur perſeuerā-
c tia.[c] l.ſi quis ita legauerit. ff.de condi. & demonſtra.& l.ſi à te. ff.ſi ſeru. vendi. ſecundum Bald. in l. hmanitatis. in quinta columna,& ſequen.infra de impuber.& alijs. & in l.final.C.de indicta viduita. tollend. & eſt clarè de mente Imol. & Paul. de Caſtr.poſt Bald.ibi, & in dicta l.in ſubſtitutione.per illum text. & ita expreſsè limitat domin.Alexand. in conſilio 43. in 3.volum.incip.conſideratis his, quæ in præſcripto themate narrantur, in vltim. colu. Hinc eſt, quòd in text. noſtro appoſita eſt conditio, ſi nupſerit, quæ momento poteſt expediri, ſecus ſi fuiſſet dictum, ſi in matrimonio durauerit, vel ſi durauerit in conſulatu. ¶Secundò princip. pondera text.ibi, *vel ita filiam ſuam hæredem inſtituerit*.hic videri tex.contra regulam.l. ſi pater. cum ſimil. ſupra eodem, quod filius in poteſtate poteſt inſtitui ſub condi. mixta, dato, quod in eius defectum non exhæredetur. circa quod Cyn. & Fulgoſ.variè reſpondent, vt retuli in dicta l. ſi pater. dic, vt ibi reſpondi. ibi vltra Doctor. dedi duas ſolut. ¶Gloſſ. vnica diuiditur in duas partes principales. In prima timore contrarij. l.3. ff.de condi.& demonſtra. gloſſ. ponit diſtinctionem,quę eſt bona.In ſecunda,quæ eſt ibi,item not. gloſſ. colligit vnum notabile ex text. & iſta ſecunda ſubdiuiditur in duas particulas. In prima colligit notabile. In ſecunda contra illud opponit, & nihil ſol. ibi,ſed argumen.contra.ff.de in rem verſo. ¶In prima parte dic, q̄ diſtinctio

ADDITIONES.

a Illud dicitur propriè diuortium. Adde Doctor.in rubric.de diuor.& in capit.gaudemus. eod.tit.

* Et quæ ſcribit Coraſ. Miſcell.libr.5.capit.10.Iodoc.in Enchirid.ſimil. iuris verſic. diuortium. & quibus ex cauſis mulier à viro diuertere poſſit,& plura in materia ponit Imbert.in Enchirid.iuris Gall.verſic.mulier,vbi pulchrè ad praxim, & quid aliàs ab ampliſſimo Pariſien. Senatu decretum fuerit. MASVER.

b ¶Limitatio. Pro qua facit deciſio Alexand.in l.prima.colum.quarta.verſic. & quærunt. PVRPV.

c ¶Perſeuerantia. Addo quintam limitationem, quando inſtituit perſonam ſi viuat continenter.Iaſ.in l.ſecunda. colum.fina.,s̄. eod.& Iaſ. in l.ſi ab arbitr. col.fin.ff.qui ſatiſd. cogan. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ctio gloſſ. eſt bona, inquantum tamen concludit, quòd conditio conſiſtens in facto de facili debet impleri poſt mortem teſtatoris, & non ſufficit fuiſſe impletam in vita eius, intelligo gloſſ. verum dicere, quando eſt factum reiterabile, ſecus ſi ſit factum nō reiterabile, puta manumittere ſeruum tuum, tunc iſto caſu ſufficit, licèt impleatur in vita teſtatoris, text. eſt in l. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de condi. inſti. gloſſ. in l. ſi iam facta. in verſic. promiſcuas. vbi not. Bartol. ff. de condi. & dem. Imol. in l. ſecunda. eodem titul. & Paul. & Alexand. hic, & facit, quod not. Bartol. in l. tertia. in princip. ff. de adimen. legat. Item aduerte, inquantum iſta gloſſ. ponit exemplum poteſtatiuę conditionis non facilis conſiſtentis in faciendo, & dicit, vt ſi Titius conſul fuerit, errat gloſſ. & miror, ꝙ Doctor. non aduerterint, quod imò iſta conditio eſt merè caſualis. poſteà glo. addit aliud exemplum, vt ſi manumiſerit, & iſtud bene eſt bonum exemplum, ſed tunc deciſio eſt falſa, per l. quæ ſub condi. ſupra alleg. alij libri habent, ſi nupſerit illi, & tunc exemplū eſt bonum, & iſta non eſt conditio caſualis, ſed mixta, vt declaraui in l. ſi pater. ſupra eodem. ¶ In fin. glo. reſponde ad contrarium ſecundum Cyn. & Iacob. But. dupliciter. Primò, quòd ibi immediata cauſa, propter quam pater tenetur ex cōtractu filij, eſt conuerſio in eius vtilitatem, ideo nimirum ſi requiritur, quòd duret verſum, ſed hic immediata cauſa eſt teſtametum, non implementum conditionis, quia illud procedit mediatè. Et ſimilis diſtinctio traditur in l. conditionibus pupillus. in princip. & ibi declarat Bartol. ff. de condi. & demonſtr. ¶ Secundò reſponde, ſm eos, quòd eſt ſpeciale in patre, qui in vno grauatur, ſcilicet, ꝙ tenetur ex alieno facto, ideo nimirum ſi aliud in compenſationem requiritur, ſcilicet quod duret verſum. ¶ Vel tertiò reſponde, ſecundum Iacob. Butr. & Salicet. hic, quòd hic cauſa conſumauerat effectum, ideo non curamus, ſi poſt habitum effectum non duret implementum, ſecus ſi iam nō fuiſſet habitus effectus. De hoc brocardo vide Angel. latè in lectu. Flo. Iaſon Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtator inſtituat aliquem hæredem ſecūdum condit iones infra ſcriptas, licèt poſtea nullas conditiones ſcribat, nihilominus voluntas teſtatoris eſt perfecta.*
2 *Dictio ſecundum, non facit conditionem, ſicut dictio ſi.*
3 *Receptus in ciuem dummodo ſoluat datia, & collectas, etiam eis non ſolutis eſt ciuis, licèt cogi poſſit ad ſoluendum.*
4 *Si iudex condemnauerit ruſticum ad ſoluendum omni anno decem ſaccos frumenti ſecundum, quòd anteceſſores ſui faciebant, dato, quod anteceßores ſui nil ſoluerint, tamen ruſticus tenebitur ſoluere.*
5 *Si ſtatutum diſponat, quòd tale quid debeat ſolui intra decem dies ſub pęna quarti pluris, ſecundum, quod continetur in antiquo ſtatuto, licèt antiquum ſtatutum non reperiatur, tamen vendicabit ſibi locum pœna.*
6 *Si Epiſcopus conceſſit in feudum, vel emphyteuſim ius Eccleſiæ decimandi, & percipiendi quoſcunque reditus præſertim ſęni, prout anteceſſores ſui ſoliti erat percipere, dato, quòd anteceßores nunquam de fœno perceperint, tamen licitè poterit percipere.*
7 *Si concedatur fundus in emphyteuſim, vel feudū ſecundū formā, & conſuetudinem quam habebant tui anteceſſores, quamuis non appareat de forma anteceſſorum, tamen iſta conceſſio valebit.*
8 *Vicus, territorium, & ſimilia habent ſuos proprios fines.*
9 *Teſtamentum debet fieri vnico contextu, ideo non refert in qua parte teſtamenti apponatur conditio.*

LEX VIII.

SI teſtamentum. Diuide iſtam. l. in tres partes. In prima ponitur vna deciſ. In ſecunda illa comprobatur per ſimile Papin. ibi, & argumento vtimur. In tertia ibi, ſinautem. ponitur alia deciſio. hoc dicit. Valet teſtamentū, ſi teſtator non inſeruerit conditiones, vel confinia, quæ prius prędixerat ſe velle apponere, & conditio in quacunque parte teſtamenti poſita reddit inſtitutionem conditionalem. ¶† Not. ex iſto text. ſecundum Bartol. Bald. & Salicet. quòd ſi teſtator inſtituat aliquem hæredem non ſimpliciter, ſed ſecundum conditiones infra ſcriptas, licèt poſtea nullas conditiones ſcribat, nihilominus voluntas teſtato. eſt perfecta, quod eſt notabile, quia ſi eſſet impefecta ratione voluntatis non impletæ, teſtamentum non valeret. l. ſi is, qui deſtinauerat. ff. de teſta. & l. furioſum. ſupra qui teſtamen. facere poſſunt. Tu pondera ſingularius text. in verbo, *morte prꝫuentus*, quòd licèt aliàs, quando teſtator morte præuentus non potuit perfectè diſponere id, quod intendebat, eius diſpoſitio tanquam imperfecta ipſo iure vitietur, dicta. l. ſi is, qui. iſtud limitatur per hūc tex. ſi teſtator tūc in ipſa ꝑfectione teſtamēti erat dicturus, ſecus ſi reſeruabat in aliud tempus, nam reſeruatio non arguit imperfectionem voluntatis, quin tale teſtamentum dicatur perfectum, ex quo teſtator tunc nihil aliud diſponere intendebat de præſenti, ita eſt text. ſingula. hic, ſecundum domin. Franciſc. de Aret. hic, & probat clarè iſte text. ibi, *alia ſcriptura ſe declaraturum promiſit*, & text. in l. cùm pater.
2 §. final. in verbo *alia ſcriptura*. ff. de legat. ſecundo. ¶† Secundò not. ex iſto text. vnum, ad quod tota die allegatur iſta l. quòd
a dictio ſecundum, [a] non facit conditionem, ſicut dictio ſi. [b] cō-
b cor. tex. in cap. Abbate. S. Syluani. de verbor. ſignific. de qua dictione dic, vt per Barto. in extrauagan. ad reprimend. in verbo, prout. Bald. hic in ſecundo notab. Cyn. in l. ſecunda. C. de contrahend. & commit. ſtipula. adde idem eſſe in dictione dum-
c modo, [c] q. iæ non facit conditionem, gloſſ. in capitul. non poteſt. in verbo retinere. de præbend. in 6. Bald in capitul. dudum.
3 el ſecō. in 12. colu. de elec. † Vbi ꝑ hoc decidit not. q. quā dicit fuiſſe de facto, quòd ſi aliquis receptus fuit in ciuem, dummodo ſoluat datia, & collectas, quòd etiam eis non ſolutis eſt ciuis, ſed cogi poteſt ad ſoluendum, per Bartol. in l. prima. in 2. q.
4 principal. ad fin. ff. de condit. & demon. † Iſtud not. text. facit ad
d pulchram deciſio. ſi iudex [d] condemnauerit ruſticum ad ſoluendum omni anno decem ſaccos frumenti, ſecundum, quod anteceſſores ſui faciebant, dato, quòd anteceſſores ſui nil ſoluerint, tamen ruſticus tenebitur ſoluere, quia illa dictio ſecundum, nullam conditionem facit, ſecundum Guliel. de Cu. & Bartol. in l. eum qui. §. Iulian. quoque. ff. de conſtitu. pecun. per illum text. & per iſtum. Idem tenent Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de feud. in princip. & Franciſc. Tig. Alber. Ang. & Paul. hic, & domin. Alexand. in conſilio 145. in 2. volum. incip. quoniam abundè. Vide ſimilem quæſt. feudalem per di-
e ctionem ſicut, [e] per Oldrad. Lauden. in conſilio 121. quod in-
5 cip. ad 1. quæſtio. in ſecundo dubio. ¶† Similer facit iſte text. quod ſi ſtatutum diſponat, quòd tale quid debeat ſolui intra 15. dies ſub pœna quarti pluris ſecundum, quod continetur in antiquo ſtatuto, licèt ſtatutum non reperiatur, tamen vendicat ſibi locum pœna, ſecundum Bartol. in Ladmonendi. in ſecunda colum. ff. de iureiuran. vbi dixi, & ibi mouetur Bartol. per iſtum text. & minus bene, cùm text. iſte loquatur in materia merè fauorabili, ſed illud ſtatutum loquitur in materia pœnali, & ſic odioſa. l. cùm quidam. ff. de liber. & poſthum.
6 † Similiter facit ad quæſt. o. de facto, in qua Pau. refert ſe conſuluiſſe in dicta l. admonēdi in 5. col. de Epiſcopo, qui conceſſit in feudum, vel in emphyt. ius Eccleſiæ decimandi, & percipiendi quoſcunque reditus, præſertim fœni, prout anteceſſores ſui ſoliti erant percipere, dato, quòd anteceſſores nil vnquam de fœno perceperint, iſte tamen licitè percipere poterit, non curando de illa qualitate adiecta per dictionem ſm, imò ſin-
7 gularius, ſi verum eſt, quod decidit Paul. hic? ſi † concedatur fundus in emphyte. vel in feudum, ſecundum formam, & ſecundum conuentionem, quam habebant tui anteceſſores, quamuis non appareat de forma anteceſſorum, tamen iſta conceſſio valebit, quia dictio, ſecundum, non eſt caſualis, ſed exponitur pro quia anteceſſores tui habuerunt, & licèt ipſe non dicat, inuenio, quòd ante eum Angel. idem determinat in lectur. Floren. Alij nihil tangunt: eſſet aduertendum, quòd iſta conceſſio nihil valet, propter incertitudinem penſionis præſtandæ: nam ſicut non valet emptio, vel venditio non cōſtituto pretio, item ſicut nō valet locatio, non conſtitura mercede, ita non valet contractus emphyteuticus ſine penſione. l. 1. vbi Bar. & alij. C. de iure emphy. & l. ſi merces. ff. loc. vnde puto conſiderandum eſſe, aut conceſſio fuit facta ſimpliciter ſm

formam

ADDITIONES.

a Dictio ſecundum. Adde Bartol. in l. eum qui. in § Iulianus quoque. de conſtit. pecun.
* Et quæ ſcribit Catel. verſi. ſecundum.
b ¶ Dictio ſi. Adde Bartol. in l. prima. ff. de condi. & demonſtratio. Ioan. Andr. in capitul. ex parte. de reſcrip. Cardi. in capit. verum. de condi. appoſi.
c ¶ In dictione dummodo. Adde Bartol. in l. quibus diebus. in §. final. de condi. & demonſtr.
* Et dic, quòd hæc dictio, dummodo, modum importat, teſte Bartol. hic alleg. Imò denotat contrarietatem aduerſus præcedentia, vt not. Pariſ. conſil. 47. numer. 7. & 8. libr. 3. MASVER.
d ¶ Si iudex. Adde Iaſ. in l. ſi quis in aliquo. in fin. C. de edend. facit. l. final. cum gloſſ. in verſicul. difficultatibus. & ibi dicitur. infra de edict. diui Adrian. tollen. PVRPV.
e ¶ Sicut. Adde Ioan. Andr. in cap. damnamus. in §. cùm ergo. de ſumma Trini. idem in capit. 1. de ſacr. vnct. in glo. in verbo ſicut.

Source : BIU Cujas

formam anteceſſorum, & de illa forma aliter non apparet, & tunc teneo, ꝙ conceſſio ſit nulla propter omnimodam incertitudinem penſionis, quæ non declaratur de per ſe, nec per relationem antiquæ formæ, de qua nihil conſtat. arg. l. certum. ff. ſi cer. pet. & l. aſſe toto. ff. de hæred. inſti. aut penſio fuit ſpecificata, & alia opportuna declarata, & iſto caſu poſſet procedere deciſio Angel. & Paul. de Caſtr. hic, dato, ꝙ de forma anteceſſorum aliter non appareat, ex quo contractus habet ſua requiſita expreſſa, vide tamen ad hoc, quod decidit Bald. in l. cõtractus. C. de fid. inſtrum. in 4. colu. & ſecundum eius deciſionem intelligo, & ſingul. limito, quæ proximè dixi. † Nota tertiò ex ſecunda parte text. quòd vicus, territorium, & ſimilia habent ſuos proprios fines. Et ideo facit ſm Barto. & alios hic, ꝙ ſi accuſas aliquem, ꝙ mouerit exercitum, vel caualcatam contra aliquod caſtrum, vel aliquam terram, ſufficit dicere in libello territorium pro finib. abſque eo, ꝙ alius locus ſpecialis apponatur, eo quia tale delictum vniuerſum territorium reſpicit, prout etiam tenet Io. And. in c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpol. in nouella. ¶† Ex tertia parte text. not. ꝙ cùm teſtamentum debeat fieri vno ꝓtextu. l. cùm antiquitas. s̃. de teſtam. nõ refert in qua parte teſtamenti apponatur conditio. l. quib. diebus. in princip. & §. quidam Titio. ff. de condi. & dem. ſecus eſt in ꝑctib glo. eſt not. in l. 2. in princ. in gl. mag. ad fi. ff. de in diem addic. ¶ Gl. 1. diuiditur in 5. partes, nam opponit contra tex. & quatuor ſol. ponit. partes patent in gl. 1. ſol. falſa eſt, quia continet correctionem. Secunda etiam non placet, quamuis Bart. Ang. Fulg. & Alexan. videantur eam tenere. Tertia ſolu. ibi, vel aliter hoc dixit. Aduerte, iſta ſol. gl. habetur duob. modis. Vno modo, ꝙ teſtator fuit vſus verbo præſentis temporis, quia dicit, Titius hæres eſto, ſm conditiones. j̃. ſcriptas, & quia fuit hæres non vitiatur, ideo, ꝙ conditiones non fuerint appoſitæ, ſed in contrario vſus eſt verbo futuri temporis, ſi Titius hæres erit. Iſtam ſolut. ita intelligit, & ſequitur Ange. hic. Sed iſta ſol. non videtur bona, per l. quoniam indignum. s̃. de teſta. vbi dicit text. non referre, an teſtator dicat hæres eſto, an hæres erit, & ſic in futurum. Alio modo habetur ſol. gl. & ita habuit Bar. qui eam tenet, & ſimiliter ſequuntur Ang. Paul. & Alex. hic, ꝙ in hac. l. teſtator appoſuit dictionem ſecundum, quia dixit, Titius hæres eſto, ſecundum conditiones. j̃. ſcriptas, tunc quamuis omittantur conditiones, valet inſtitutio, eo quia dictio ſecundum, non facit conditionem, vt dixi in text. ſed in l. contraria teſtator appoſuit conditionem ſi, quia dixit, Titius hæres eſto, ſi ꝯditiones. j̃. aſcripſero, & tunc ſi conditiones non ſunt aſcriptæ, & ſic conditio non ſit impleta, vitiatur inſtitutio. tolle ſimile, nam falſa cauſa adiecta legato non vitiat legatum, ſecus in conditione adiecta legato, quæ bene vitiat. text. eſt notab. de vtraque in l. demonſtratio falſa. §. quod autem. ff. de condi. & demonſtra. Tolle ſecundum ſimle. pone, lego tibi cẽtum arbitratu Titij, valet legatum, quamuis Titius non arbitretur, ſecus ſi conditionaliter. l. prima. ff. de de legat. ſecundo. & ex hac ſolut. collige per te pulchram limitationem ad hunc
* tex. *Contra iſtam communem ſolut.* ſtringit tex. in l. ſecunda. in princip. ff. de hæred. inſtit. vbi dicit tex. quod non eſt differentia, an dicatur, inſtituo tales hæredes ex partib. quas aſcripſero, vel ſi aſcripſero, quia vtroque caſu quamuis nihil aſcribatur, tamen valet vtrobique inſtitutio. Breuiter omiſſis multis dictis per Doctor. in dict. l. 2. quos diffuſè refert domin. Alexand. hic, vera ſolu. eſt, quando conditio immediate apponitur ipſi inſtitutioni, tunc ſi omittatur, vitiat inſtitutionem, ſed dict. l. ſecunda. ꝓpriè loquitur, quando conditio eſt appoſita non inſtitutioni, ſed diſtributioni partium, & ita reſpondet Barto. in l. Stichum, qui meus erit. ff. de legat. primo. & in effectu Paulus hic. ¶ Cõtra iſtam communem ſolut. aliqualiter obſtat, quia dicere, qđ in dict. l. quoties. §. tantundem. ibi teſtator vſus ſit conditione ſi, non caret diuinatione ad illum textum. & Imo. in l. cùm pater. §. final. ff. de legat. ſecundo. non tenet iſtam communem ſolut. tamen cùm non poſſit ſine difficultate reſponderi, hanc pro minus periculoſa teneas. ¶ Quarta ſolut gloſ. eſt falſa, quia ſic magis attenderetur ſcriptura quàm voluntas teſtatoris, quod non eſt dicendum. Aliam ſolutionem ponunt Bartol. & Imol. in d. §. tantundẽ. quã ſequuntur Paul. & Fulg. hic, ſed nil eſt, ideo non refero. quaſdam aliàs ponit Angel. hic in lect. Flor. quæ omnes diuinant. Iaſ. Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Sub expreſſa vulgari quomodocunque facta ſiue ſimpliciter, ſiue in aliquem caſum, ſemper continetur tacita pupilla. ſed non habet effectum contra matrem.*

2 *Vulgar. quantuncunque ſit concepta in vnum caſum indiuiduum, ſiue ſpecialem, tamen per hoc non ſtat excluſiuè, imò omnes caſus vulgar. ſubſtitu. tacitè continẽtur, ac ſi ſubſti. ſimpliciter fuiſſet facta.*

3 *Vulga. in caſibus tacitis non admittitur contra matrem ea viuente, ſed bene ea mortua contra alios.*

4 *Caſus ſubſti. tacitus, qui continetur ſub expreſſa vulgari etiam non admittitur contra matrem.*

5 *Subſtitutio vulgaris tacita, quæ continetur ſub expreſſa pupillari, bene excludit matrem, ſed vulgaris tacita, quæ continetur ſub vulgari expreſſa, matrem non excludit.*

6 *Subſtitutus excludit cohæredem, qui vult venire per ius accreſcendi.*

LEX IX.

a C Vm quidam. Iſta. l. eſt valde ſubtilis, & ſpeculatiua in eius intellectu, & eſt vna ex principalioribus. ll. quæ allegẽtur in materia ſubſtitution. Diuide ã in tres partes principales. In prima ponitur thema, & elicitur quæſtio. In ſecunda ponitur dubitatio Papin. & Vlpia. & ratio dubitandi ibi, tam Vlpiano. In tertia, & vltima ponitur deciſio Imperatoris cum diſtinctione ibi, nos itaque in hac ſpecie. Le-
* gitur altero de quatuor modis, vno modo ſecundum glo. *quæ eſt communis*: ſecundo modo ſecundum Bartol. & vterque intellectus eſt pulcher, ſubtilis, & valde diſputabilis, tertio modo legitur ſecundum Angel. in vtraque lectur. ſcilicet Flor. & plenius in Peruſina, & dicit Angel. quòd eſt ſuus nouus intellectus, ſecundum quem iſta. l. redditur ſingula. & non habet conſociam. ego quarto loco infra ſubijciam alium intellectũ. ¶ Primo modo legitur, ſecundum gloſſ. & Doctor. tam Antiquos, quàm Modern. indifferenter, excepto Bartol. ꝙ in hac. l. fuit facta expreſſa vulgaris ſubſtitutio, & in hoc nemo dubitat, & ita expreſſa expirauit, eo quia natus fuit poſthumus, prout dicit text. & adiuit hæreditatem, & hic eſt punctus, cùm litera non exprimat, quo caſu per aditionẽ hereditatis procul dubio expirat vulgaris. l. quamuis. & l. poſt aditam. infra titul. primo. ſolùm ergo erat dubium, quia regula eſt, ꝙ ſi teſtator faciat vulg. ſubſti. expreſſam, ꝙ ſub expreſſa vulgari continetur tacita pupil. text. eſt in l. iam hoc iure. in princip. ff. de vulgari & pupillari, & l. quamuis. vbi dicetur infra titul. primo. dubium ergo erat in hac. l. quamuis expreſſa vulgaris expirauerat, eo quia natus erat poſthumus, & adiuerat hæreditatem, nunquid ſaltem ſubſtitutus admitteretur ex tacita pupil. contenta ſub expreſſa vulgari, cùm iſte poſthumus mortuus ſit impubes, & conſequenter potuit eſſe locus ſubſtitutioni pupil. & in hac. l. deciditur, quod quamuis verum ſit, quòd ſub expreſſa vulga. contineatur tacita pupillaris, iurib. præallega. tamen illa tacita pupil. non admittitur contra matrem, nec eam excludit, & ſecundum iſtum communem intellectum iſta. l. hoc dicit. Subſtitutus vulgariter non ſuccedit ex tacita pupillari, quæ iuris præſumptione continetur ſub expreſſa vulgari, ſi mater extat. Sed ea præmortua ante pupillum, bene ſubſtitutus admittitur
* ex illa tacita pupil. ſubſtitutione. hoc dicit. *ſecundum communem, & verum intellectum*, vel ſic breuius. Tacita pupilla. cõtenta ſub vulgari facta in vnum casũ ſpecialẽ non admittitur cõtra matrem. hoc dicit. Et tenendo iſtum intellectum, oportet præſupponere tria in hoc text. Primò, quòd in hac. l. hæreditas fuit adita per tutores prioris poſthumi, & conſequenter in quantum text. dicit poſthumus natus impubes deceſſit, & non aperit, vtrum adita hæreditate, debet neceſſariò intelligi, ſcilicet poſt aditam hæreditatem. Secundò oportet præſupponere, quòd cùm hæreditas fuit adita, quòd per aditionem hæreditatis expirauit vulgaris ſubſtitutio, & quælibet eius ſpecies non ſolùm in caſu expreſſo, ſed etiam in caſu tacito, & conſequenter oportet te præſupponere, quod in hac. l. nihil tractetur de vulga. ſubſtitu. nec in caſu expreſſo, nec in caſu tacito, tamen non expirauit pupil. ſubſtit. contenta ſub expreſſa vulgari, quia illa durat etiam poſt aditam hæreditatem, dummodo pupillus moriatur in pupillari ætate, & de iſta tacita pupillari dubitatur in hac. l. nunquid ex ea ſubſtitutus admittatur, & matrem excludat. tertiò oportet te præſupponere, ꝙ in hac. l. agat de duab. ſubſtitutionibus, ſcilicet de vulgari
1 expreſſa. Item de pupillari tacita ſub ea intellecta. ¶† Ex iſta
* lec. *ſecundum communem intellectum* not. quod ſub expreſſa vulgari quomodocunque facta ſiue ſimpliciter, ſiue in aliquem caſum, ſemper in illa expreſſa vulgari continetur tacita pupila. ſiue mater ſit in medio, ſiue non, nam in iſta. l. mater erat. & tamen continetur tacita pupillaris, quod patet ex iſto text. in fin.

ADDITIO.

a ¶ Et eſt. Vide Socin. lib. 2. conſil. 59. viſis. PVRPV. Iaſ. ſuper ij. Cod.

Source : BIU Cujas

in fi. vbi dicit, ꝙ ſi mater præmoriatur ante impuberē, ꝙ ſubſtitutus admittitur ex tacita pup. ergo hic eſt text. ꝙ quamuis mater adſit, tamen ſub expreſſa vulg. cōtinetur tacita pup. ſed non habet effectum contra matrem, ſed ea bene mortua contra alios, & ita ad hoc no. iſtum tex. Bar. nō hic, ſed in l. precib. ℣. tit. 1. in 1. colum. Et ex hoc apparet malè dixiſſe gl. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. in gl. fi. magna ſuper verbo duntaxat. circa medium, quæ dicit, quòd ſub expreſſa vulgari non continetur tacita pupillaris, quando mater eſt in medio, nam dicit de directo contra iſtum text. niſi ſalues illam glo. quòd non continetur. ſ. cum effectu, eo quia effectum non habet contra matrē, & ita ſaluauit illā gl. Bal. & Pau. hic. ¶ Scdò hēs ex hac. l. ſecundum iſtum communem intellectum vnum, quod Bart. dicit ſe neſcire alibi, per quod not. declarantur omnes leges iſtius materiæ. nam nos habemus regulam, quòd quando ſubſtitutio vulg. expreſſa eſt facta ſimpliciter ſub illo caſu indefinito, ſi hæres non erit, tunc bene continetur tacita pupillar. & contra d. l. iam hoc iure. in prin. & d. l. quamuis. ℣. tit. 1. illa autē conditio vulgaris, ſi hæres non erit, habet multos caſus ſpeciales, ſi hæres non erit, eo quia non velit, vel eo quia non poſſit. l. cùm proponas. vbi caſus in princip. ſupra de hæredib. inſti. poſteà ille caſus ſi hæres eſſe non poſſit, ſubdiuiditur in plures caſus, ſi hæres eſſe non poſſit, eo quia non ſit natus, vel eſt incapax, vel alijs modis. hic habes caſum ſing. quòd ſi ſubſtitutio pupillaris fiat ſub illo caſu indiuiduo, ſi hæres eſſe non poſſit, quia non naſcatur, quòd etiam tunc continetur tacita pupilla. ſicut ſi vulgaris expreſſa facta fuiſſet generaliter, & indefinitè. caſus eſt in hac. l. & ita etiam not. Bart. in l. 1. in prin. ff. de vulga. & pupil. in 4. q. prin. in tertio effectu ſubſtitutionis vulgaris. Et circa hoc vide multos quotidianos caſus in practica, quos poſui in d. l. cùm proponas, & bene caderent etiam hic, & ibi etiam feci mentionem de vna ſing. deciſione Fulg. hic poſita per eum, in qua dicit, quòd habuit conſulere de facto. ¶ Iſta lect. licèt ſit *communiter approbata*, tamen Bartol. diuini ingenij dicit, quòd quamuis iſta lect. ſit communis, & vera in ſe, tamen putat, quòd non ſit bona ad hanc. l. nam ſecundum eum, qui bis repetit iſtud argu. non eſt veriſimile, quòd Vlp. & Papin. ſummi legū vertices dubitaſſent de iſto caſu, de quo eſt tex. legis. ſ. an tacita pupillaris comprehenſa ſub expreſſa vulgari matrem excluderet. text. eſt in d. l. precibus. infra tit. 1. vbi caſus ad literam. Corroboratur iſta inductio, quia ſi tacita pupillaris non admittitur contra matrem, quando mater non fuit cohęres inſtituta. d. l. precib. ergo minus erat dubitandum, qñ mater eſt inſtituta cohæres, quo caſu cenſetur magis dilecta à teſtatore, vt dicit text. hic in verſicul. ſi enim. Et ſi dicis, iſtud argu. Bartol. videtur fragile, quia iſti Iuriſconſult. fuerunt lōgo tempore ante, quàm eſſet facta illa. l. precib. quia l. præcib. eſt lex Diocletiani Imperatoris, ſed Papin. fuit tempore Octauiani, & Vlpia. tempore Alex. qui fuerunt multo tempore ante Diocletianum. quid ergo ſcire potuerunt de illa? potes dicere omittendo illos Iuriſconſult. vt ipſe dicit, quòd ex quo iſte caſus erat deciſus clarè ante iſtam. l. certè Iuſtinianus huius. l. auctor, qui fuit longo tēpure poſt Diocle. non debuit dubitare de hoc, cùm eſſet clarè deciſum in illa. l. precib. Secundò, & adhuc ſubtilius ſuſtine fundamentum Bartol. in forma, quòd Iuriſconſulti non debuerunt de hoc dubitare, quia pondera, quòd Bart. non principaliter allegauit. l. precib. tanquam. l. Diocletiani, ſed ponderauit, quòd tex. ibi dicit, nam non eſt incerti iuris, quòd mater per ſubſtitutionem tacitam non excluditur, ergo cùm text. ibi præſupponat, quòd illud non erat incerti iuris, ergo illud erat ante. l. precib. ergo iſti Iuriſconſult. de hoc non dubitaſſent, & quòd in ſpecie ſit melius, & ſubtillius quam hic, inducit ipſam. l. præcib. Bartol. in l. 1. in princip. ff. de vulgar. & pupil. in 5. quæſtio. quartę quæſtio. princip. & Paul. de Caſtro non hic, ſed in illa. l. precib. in 1. colum. in fin. ¶ Et propter hoc Bartol. poſuit alium intelectum, [a] quem ipſe ſolus tenet, nec habet cum eo alium tenentem, & ſecundum intellectum Bartol. hoc dicit. Vulgaris expreſſa in vnum ex multis ſpecialibus caſibus, qui continentur ſub vulgari, non porrigitur ad alium caſum non expreſſum, quando mater eſt in medio, quæ ſit cohæres. hoc dicit ſecundum intellectum Bartol. vel ſic. Vulgaris tacita contenta in vulgari expreſſa facta in vnum caſum tantum, non admittitur contra matrem impuberis, quæ ſit data cohæres. hoc dicit ſecundum intellectum Bartol. ſecundum quem iſte text. neceſſariò debet intelligi, quòd pupillus non adiuit hæreditatem patris, quia ſi adiuiſſet, ea adita, expiraret quæcunque ſubſti. vulg. in quocunque caſu ſiue expreſſo, ſiue tacito. l. poſt aditā. ℣. titul. 1. & ſic tunc non poſſet tractari de aliqua vulgari ſubſtitutione, an aliquo caſu locum habeat contra matrem, & ſic dum text. dicit, quòd poſthumus impubes deceſſit, debet intelligi, ſcilicet non adita hæreditate. & vltra Bartol. comprobare potes, quia adire hæreditatem eſt facti, & facta nō præſumuntur, niſi ꝓbētur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiu. vnde aditio hērditatis, ex quo text. non dicit, præſumi non debet, prout declarat Bartol. in l. is poteſt. ff. de acquiren. hæred. Item ſuadetur alio fundamento, quia text. in dict. l. precib. dicit, & patris hæres extitit, quod non dicit in hoc text. Item etiam in ſuo non præſumitur immixtio, vt declarat Bar. poſt glo. in l. neceſſarijs. ff. de acq. hær. ſi tu dicas, dato, ꝙ in hoc text. non appareat, ꝙ iſte adiuerit hæreditatē patris, & ſic ꝓ aditionē fecerit ceſſare vulgarē ſubſtitutionem, tñ non poteſt negari, quin poſthumus eſſet hæres vigore ſuitatis patri, quia efficitur ſuus hæres patri, ſicut ſi ipſe eſſet natus viuente patre. §. poſthumi. inſti. de hæred. quæ ab inteſta. vnde ex potentia ſuitatis tranſmittit hæreditatem ad quoſcunque. l. apud hoſtes. infra de ſuis, & legit. dicam in l. ſi infanti. ℣. de iure deliberan. ergo ſubſtitutus debet excludi, quia ſubſtitutus vulga. excluditur, ſiue inſtitutus ſit ipſe hæres, ſiue alium faciat hæredem. l. cùm proponas. ℣. de hæredib. inſti. reſpondebat Bartol. hic in fin. ꝙ cùm iſte impubes haberet matrem cohæredem, & ſic extraneam, certè datio cohæredis extranei ſuſtulit effectum ſuitatis, & ſic potentiam tranſmittendi. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebel. & ſic ſecundum iſtum intellectum Barto. in hac. l. nihil tractatur de ſubſti. tacita, ſed ſolùm tractatur de vna ſubſtitutione vulgar. & patet in text. qui in ſingulari dixit ſubſtitutionem. Et ſecundum intellectum Bartol. hic eſt text. ſingular. quòd licèt regulariter ſubſtitutio vulgaris non concepta ſub illo genere, nec ſub illo indefinito, ſi hæres non erit, ſed concepta in vnum caſum ſpecialē, & indiuiduum, tacitè tamen comprehendit omnes alios caſus vulgaris ſubſtitutionis, licèt videretur, ꝙ expreſſio vnius caſus alios excluderet, hic non excludit, imo omnes alios continet, ſed illi caſus taciti vulgar. ſubſti. contenti ſub illo caſu expreſſo, non excludunt matrem, nec faciunt admitti ſubſtitutum contra matrem donec viuit, ſed ea mortua bene habent effectum, ita eſt caſus in hac. l. melior de iure, ſecundum intellectum Bart. quem clarius Bartol. repetit in l. 1. in princip. ff. de vulgar. & pup. in 4. q. princip. verſi. quinto quęro quid de vulgari partim expreſſa. ¶ Tenēdo iſtum intellectum Bartol. qui pro certò eſt ſingul. habes ex iſto text. multa ſingu. notare. ¶† Primò, ꝙ vulgaris quantuncunque ſit cōcepta in vnum caſum indiuiduum, ſiue ſpecialem, tamen per hoc non ſtat excluſiuè, imò omnes caſus vulgar. ſubſti. tacitè cōtinent, ac ſi ſubſtitutio ſimpliciter fuiſſet facta. ¶† Scdò hēs, ꝙ vulgaris in illis caſibus tacitis non admittitur contra matrē, nec matrē excludit, donec ipſa viuit, ſed ea mortua bene admittitur cōtra alios. text. eſt hic. ¶† Tertiò habes notare, quòd quemadmodum nos habemus text. l. quod tacita pupillaris, quæ continetur ſub expreſſa vulgari contra alios, tamen contra matrem non admittitur, tex. eſt clarus in l. precib. in verſic. non eſt incerti iuris. infra titul. primo. ita hic habes text. ſingul. quòd caſus ſubſtit. tacitus, qui continetur ſub expreſſa vulgari, etiam non admittitur contra matrem. ¶† Quartò habes ex hoc correlariè notare pulchram limitationem ad id, quod tenet gloſſ. final. hic ad fin. quæ dicit, quòd ſubſtitutio vulgaris tacita bene excludit matrem, quia tunc tractatur de ſucceſſione mariti. illa gloſſ. ſanè intelligitur in ſenſu ſuo, ſcilicet in tacita vulgari, quæ continetur ſub expreſſa pupill. in illa verum dicit, quod excludit, ſed pupil. tacita, quæ continetur ſub vulgari expreſſa, matrem non excludit, text. eſt hic, & cogita tu prouecte, quæ ſit ratio diuerſitatis, cùm vtroque caſu militet ratio gloſſ. approbata per omnes, quia vtroque caſu in vulgari ſemper tractatur de ſola ſucceſſione viri, & non impuberis, & mulier non eſt priuilegiata in hæreditate mariti, ſed ſolùm ipſius filij. ¶† Quintò principaliter not. ex iſto text. ſecundum intellectum Bartol. pulchram limitationem ad regulam. l. ſecundę. §. ſi duo. ff. de bonor. poſſeſ. ſecundum tabul. vbi traditur regula, ꝙ ſubſtitutus excludit cohæredem, qui vult venire per ius accreſcendi: ratio, quia ſubſtitutus venit ex expreſſa ꝓuiſione teſtatoris, & de iure communi, ſed ius accreſcendi eſt prouiſio. l. ergo prouiſio expreſſa hominis debet facere ceſſare prouiſionem. l. imò, prout etiam dicit Bal. ſubſtitutio quantuncunque inualida impedit ius accreſcendi. l. pen. ff. de iniuſt. rup. hic habes ℣rium. nam in iſta. l. mater fuit data cohęres poſthumo, nato poſthumo, & eo impubere mortuo mater ad partem impuberis non pōt venire, niſi pet ius accreſcendi, ne teſtator decedat ꝓ parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & tñ

mater

ADDITIO.

[a] ¶ Intellectum. Vide Bart. in conſil. 37. quidam. col. j.

Source : BIU Cujas

mater hic excludit ſubſtitutum, quæ venit per ius accreſcendi, ꝫ regulam prædict. Et ſi tu ſubtilis diceres, verum eſt, ꝙ ius accreſcendi non excludit ſubſtitutum expreſſum, & ſic, quando ſubſtitutus venit in caſu expreſſo à teſtatore, quia tunc verum eſt, ꝙ prouiſio hominis expreſſa facit ceſſare prouiſionē. l. nam etiam iſtud eſt in iſto text. quia ſi eueniat caſus expreſſus à teſtatore, & ſic ſi poſthumus non naſcatur, ſubſtitutus excludit mr̃em, vt dicit text. in fin. Sed qñ ſubſtitutus venit in caſu tacito, cùm etiam tunc veniat ex prouiſione. l. ex voluntate tñ defuncti præſumpta, tunc certè ius accreſcendi pōt impedire illum caſum tacitæ ſubſtōnis, cùm ēt ius accreſcendi ſit tacita ſubſtitutio. l. ſi Titio, & Męuio. §. Iul. ff. de legat. 2. & ſic nil eſt ſing. in hoc tex. quia dico, ꝙ aſſūmptū eſt falſum, ꝙaq uemad. ſubſtitutio expreſſa in caſu expreſſo facit ceſſare ius accreſcendi. §. ſi duo. eo. modo ſubſtitutio tacita impedit ius accreſcēdi, tex. eſt in l. fin. in verſi. partemúe. & ibi Bald. in 30. q. & ibi notaui in ſpecie. s̃. de hæred. inſti. & tñ hic ſubſtitutio in caſu tacito non impedit ius accreſcendi, imò eſt hic caſus ſing. in quo mater venit ex iure accreſcendi, q̃uis non impediat ſubſtitutum in caſu expreſſo ſubſtōnis, tñ excludit in caſu tacito. Et iſtud ideo eſt ſm Paul. de Caſtr. hic in vlt. col. ꝙa tria concurrebant, primò, ꝙa mr̃, ſcdò: ꝙa cohæres: tertiò, ꝙa ille ſubſtitutus veniebat ex tacita voluntate, ꝓp hæc tria procedit notabile prædictum, ſm intellectum Bar. ſed tu caue, quia in vulgari cùm non tractetur de hæreditate filij ſed mariti, illud, ꝙ eſſet mater, parum videtur ad propoſitum, & ſuper hoc vlt. cogita, niſi dicas, ꝙ iſtud, ꝙ ſit mater, nō ſit conſiderandum in hr̃ditate mariti, iſtud eſt verum, niſi ſit inſtituta cohæres ſimul cum filio, ꝙa ꝓp hanc inſtitutionem inducitur præſumpta affectio etiã in hæreditate mariti, vt quemadmodum vxorem plus dilexit ꝓp filios. l. cùm qs. C. de nat. lib. ita voluerit ſubſtitutū excludi. Et per iſtum modum tollitur vnum fund. Bal. & aliorum hic, ꝓ ꝙ impugnabant intellectum Bart. ꝙa videbatur, ꝙ mr̃ non poſſet venire per ius accreſcendi, cùm adeſſet ſubſtitutus, qui impedit ius accreſcendi, ſed dic, vt dixi. ¶ Iſtum intellectum probat Bar. ex quatuor, ex quib. confundit communem intellectum. primò, quia vt dixi, non eſt veriſimile, ꝙ iſti Iuriſcon. dubitaſſent de caſu. l. p̃cib. ꝯ. tit. 1. ꝙ fundm̃ inducas, vt s̃. induxi, tñ potes reſpondere tenendo cōem intellectum, ꝙ dato, ꝙ eſſet caſus in dict. l. precib. tñ adhuc non fuit vana deciſio iſtius. l. eo quia licèt illud eſſet primò deciſum in principio illius. l. ꝙ tacita pupillaris contenta ſub expreſſa vulgari non excluderet mr̃em, prout hic, tñ iſta. l. quædam alia decidit, quæ non erant ibi deciſa. Primò deciditur illud ſingulare, ꝙ Bart. dicit ſe alibi neſcire, & alij omnes ſequuntur, & s̃ retuli, ꝙ nedum vulgaris plenè concepta in ſuo genere continet ſub ſe tacitam pup. ſed etiam vna pars vulgaris, & vnus caſus ſpecialis ex multis continet ſub ſe tacitam pup. & iſtud eſt, ꝙ ſing. decidit iſta. l. Scdò erat bene deciſum in d. l. precib. ꝙ tacita pup. non excludebat matrem, qñ mater viuit: quid autem iuris, ſi mater præmoriatur, non erat ibi deciſum, nec alibi, ſed in hac. l. deciditur in fin. Tertiò, vt dicunt Angel. & Imol. & d. Alex. in d. l. 1. in princ. ff. de vulga. & pup. & ſequitur d. Alex. in pen. col. hic in alio propoſito, erat bene deciſum, ꝙ tacita pupil. non excludebat matrem, qñ mater non erat cohæres. d. l. precibus. quid autem, qñ eſſet cohæres, deciditur in hac. l. ꝙ adhuc idem, ſed ꝯrium poterat videri, quia ex quo teſtator eam fecerat hæredem, vr̃, ꝙ voluerit, ꝙ ipſa ſit contenta ea patre, & ſubſtitutus admittatur in alia parte, ſed contrarium deciditur in hac. l. & ratio ponit̃ in verſi. ſi. n. Sed certè, & iſta fuiſſet friuola dubitatio, quia prouiſio teſtatoris, & ſic hominis tollit tacitam prouiſionem. l. quæ eſt circa idem. l. ficum ſimilib. C. de pact. conue. ſed circa ius diuerſum non tollit. vnde per hoc, ꝙ mater fuerit inſtituta hæres à teſtatore, non vr̃ prohibita ſuccedere filio ſuo impuberi in ipſius hæreditate ab inteſtato. Nec dicatur, ꝙ vna cenſeatur hæreditas, arg. l. patris, & filij. ff. de vulgari & pupill. quia bene vnum dicitur teſtamentum, quando pater in ſuo teſtamento ſubſtituit pupillariter filio ſuo impuberi, tamen nō dicitur vna hæreditas, imò diuerſa, quia hr̃ditas filij eſt luctuoſa matri, ſed non illa mariti, vt ꝯ. proxim̃è dicetur, & ꝙ ſint diuerſæ hæreditates, eſt text. in l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulgar. & pupil. Et ſic ex prædictis vides, ꝙ non eſt vana deciſio huius. l. tñ tu ſubtiliter conſidera, ꝙ principalis dubitatio huius. l. eſſet vana, quia principaliter hic dubitabatur, nunquid tacita pupil. contenta ſub expreſſa vulga. matrem excludat, & de principali dubitatione orta inter matr̃, & ſubſtitutū caſus erat legis in d. l. precib. & iſtud & eſt, ꝙ conſiderauit Bar. & principali dubitationi, quæ attendi debet. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. nō opportunè rñdet̃. ¶ Et ideo Ang. hic in vtraque lect. ſed plenius in Peruſina dicit, ſe ponere nouum intellectum ad hanc. l. per quem euacuat fundamentum Bar. ſm quem caſus iſtius. l. erit valde ſing. nec deciſus in d. l. precib. nec alibi: nam dicit aduertendum, ꝙ in hac. l. ſubſtitutio vulg. fuit concepta hoc modo, ſi poſthumus natus non erit, vnde ſi eueniſſet conditio, inſtitutio fuiſſet pro non ſcripta, quia impoſſibile erat non naſcente poſthumo, ꝙ aliqua pup. etiam tacita haberet locum, quia nō naſcente poſthumo verba iſtius ſubſtitutionis per rerum naturam erant impoſſibilia, ꝙ comprehenderent ſubſtitutionē pupillarem, & tamen hic erit caſus ſing. quòd ſubſtitutio vulgar. facta in caſu eſſet pro non ſcripta, tamen comprehendit pupillarem, licèt verba repugnent, ſed non habent effectum matre viua, ſed mortua ſic, & hoc modo caſus erit ſingular. in hac. l. nouiter ponderatus, ſecundum Ang. qui non erat deciſus in d. l. precib. & de iſto caſu bene multum dubitauerunt Iuriſconſul. relati in text. & dicit Angel. iſtud nunquam aliàs audiuiſſe, & iſte intellectus Ang. quamuis in ſe poſſet eſſe bonus, tamen iſta reſponſio non placet, quia ſi tacita pupil. quæ continetur ſub vulgari expreſſa in eo caſu, quo poteſt pupillarem comprehendere, tamen non excludit matrem, & hoc eſt iuris indubitati, vt dicit tex. in l. precib. certè multò minus eſt dubitã dum, quando vulgaris expreſſa fuit facta in eum caſum, qui per rerum naturam pupillarem comprehendere non poterat, vt dicit Ang. nam ſi extendatur, vt tamen pupillarem tacitam comprehendat, certè longè minus dubium foret, ꝙ matrem non excluderet, & ſic adhuc per hunc modum magis fuiſſet ſupina dubitatio illorum Iuriſconſ. & ſic ſi bene conſideras, iſte intellectus Ang. magis auget, & confirmat arg. Bar. & ſi diceres, ꝙ principalis dubitatio huius. l. eſſet ſm Ang. an ſubſtitutio vulg. facta in caſum, qui ſi eueniat, non pōt per rerum naturã comprehendere pupillarem, an extendatur ad alium caſum, qui pupillarem comprehendere pōt, & ſic comprehendat tacitam pupillarem, & ſic principalis dubitatio fuerit, an tunc comprehendatur tacita pupill. quia ſi ſic eſſet tunc principalis dubitatio non fuiſſet ꝓp matrem exiſtentem in medio, an ſubſtitutus ex pup. debuerit admitti. ſed cùm iſta ſit principalis dubitatio in hoc text. ꝓp matrem exiſtentem in medio, & iſte caſus eſſet adhuc multo minus indubiatus, ergo intellectus Ang. ſtare non pōt, vnde credo, ꝙ ad iſtud primum fundm̃ Bart. tutius eſſet rñdere, ꝙ in d. l. precib. in verſi. nam non eſt incerti. nō eſt clarè deciſum, ꝙ tacita pup. contenta ſub vulgari excludat matrem, ex quo de pupillari ibi verbum nullum, nec ibi dicitur, ꝙ filius, qñ mortuus eſt, eſſet pupillus, ſm ꝙ ibi dicetur plenius poſt Fulg. & Pau. de Caſt. & Moder. & licèt ille tex. poſſit ad hoc induci, tñ non fuit inconueniens, quòd de hoc poneretur deciſio clara in iſta. l. maximè cùm in ea decidantur multa alia ſingularia, vt ſuperius retuli. ¶ Secundo mouetur Bar. quia tex. ſimpliciter dicit deceſſit, & non dicit poſt aditam hæreditatem. Sed rñde, ꝙ dato, ꝙ tex. nihil dicat de aditione, tñ iſtud non habet obſtare, quin ſubſtitutio pupillaris locum habeat, quia ad eſſe pupillaris ſubſtitutionis non requiritur, ꝙ pupillus adeat, vel non adeat hæreditatem. l. Iul. ff. de acquir. hæred. Bar. in l. 1. in prin. in ver. quartus effectus, & in l. 2. verſic. 3. quæritur. ff. de vulg. & pup. Præterea dato, ꝙ non adiniſſet, tñ ſuitas operatur, vt ſtatim deducam. ¶ Tertiò mouetur Bart. quia text. dicit luctuoſam hæreditatẽ, & non aperit, an loquatur de hæreditate impuberis, an mariti, tamen iſtud poteſt retorqueri cõtra Bart. ꝙ imò loquatur de ſucceſſione filij, vt patet ex tex. ibi, *ad eius venire ſucceſſionem*, iunctis præcedentibus: nam hereditas filij eſt illa, quæ dr̃ luctuoſa mr̃i. l. fi. C. cõia de ſucceſ. Et dicere eius. ſ. mariti, nõ eſſet bene dictum, cùm relatio debeat fieri ad proxima. Item dum tex. loquitur de hæreditate mariti, nõ appellat eã luctuoſam, vt patet ibi, *ſubſtãtiæ ſuæ partem*, neq; enim hæreditas mariti ſemper dicitur luctuoſa. l. pater Seuerinam. §. ſocius. vbi gloſſ. ff. de condi. & dem. Præterea, & fortius ſi tex. in verbo luctuoſam hæreditatem, loqueretur de hereditate teſtatoris, certè non procederet tunc argum. à fortiori, quo argumento vtebatur Papin. vt patet ex text. ibi, multò magis, ſed eſſet argumẽtum à pari: ſed ſi intelligimus, quòd loquatur de luctuoſa hr̃ditate filij impuberis, tunc rectè procedit argñ a à maiori [a] hoc modo, quia ſi teſtator voluit matrem ſuccedere ſibi, & in hæreditate ſua, ergo à fortiori videtur voluiſſe, quòd ſuccedat in hæreditate filij, quæ magis debetur, de quo argumento, quod fuit Franciſc. de Aret. hic, infra plenius dicetur. Sed aduerte defendendo fundamentum Bartol. ſi tu diceres, ſi tex. intellexiſſet de luctuoſa hereditate mariti, & non filij, certè etiam appellaſſet luctuoſam illam partem, in qua vxor fuit inſtituta hæres, & tamen illã non appellat luctuoſã. rñde, quòd ideo iſtam ſecundam portionem appellat luctuoſam, quia eam habet mediante morte filij: alia verò portio, in qua eſt

ADDITIO.

a ¶ Argũ à maiori. Adde gl. 4. in c. cùm in cunctis. de elect. in c. fi. in 44. diſtin.

Source : BIU Cujas

qua' eſt inſtituta, acquiritur ſibi etiam viuente filio, ideo non appellatur luctuoſa.¶Vltimo mouetur Bartol. quia text.dicit in ſingulari ſubſtitutione,ergo apparet,q̃ de vna tantum quę-ritur,ergo nō de pup.tacita,ſed de vulg.reſpondet Pau. de Caſtr.in pen.col.in fin. quòd attenta cōceptione verborum vna dicitur ſubſtitutio expreſſa,ſicut in breuiloqua,licèt plures cō tineat. d.l. iam hoc iure.vltra Bart.multum ſtringit,quia text. cum myſterio præſupponit matrem fuiſſe cohæredem impuberis,& inde Iuriſconſulti ſumebant argumentum,vt patet in text.ibi,ſi enim & ſuæ ſubſtantiæ. ſed ſecundum communem intellectum iſtud de cohærede nil importaret, & gloſſ. fin.hic apertè fatetur non referre,an mater fuerit cohæres, vel non,& tamen non eſt credendum,q̃ Imperator iſtud dixerit ſine myſterio iuris, & dicere,quòd importet contingentiam facti, non videtur congruenter reſponſum, niſi diceres, quòd importet illud,quod tenet Ang.in l.1.in princip.ff.de vulga.& pupilla.& ſ̃.proximè retuli:vel tertiò potes dicere,quòd licèt illi Iuriſcō-ſulti facerent in hoc vim,& eſſet eorum allegatio, tamen Imperator de hoc non curat. ¶Iſtum intellectum Bartol. reprobant indifferenter omnes Doctor.hic, & in l.1. in princip.ff.de vulg.& pupilla.& dicunt Bald.& Paul. de Caſt.hic, quòd propter ambages, & fantaſias Bart. non eſt recedendum à communi intellectu. Et contra intellectum Bartol. tenet Imol.in l. Lucius.ff.de vulgar.& pupillar. & in c. Raynu. in materia pupillaris ſubſtitutionis. de teſtam. & contra intellectum Bartol. facit,quia ſi iſte text.loqueretur tantum de vulga. ſubſtitutione, fruſtra fieret mentio in text. q̃ deceſſiſſet impub. quia vulgaris ſubſtitutio ita ſit maiori ſicut minori.l.2. & l. quamuis ſ̃. tit.1.Item fruſtra ponderaret tex.q̃ eſſet mortuus,quia in vulgari ſubſtitutione non requiritur mors, ſed repudiatio, vel abſtenſio facit eſſe locum vulgari ſubſtitutioni: ſed in pupillari bene requiritur, q̃ ſit mortuus, ergo oſtendunt, quòd text.loquatur de pupil.& non de vulga.ſubſt.Nec potes,dicere,quòd hic denotetur contingentia facti, ex quo tex. iſtud toties repetit.ſ.trib.vicibus, & maximè cùm iſtud ponat in deciſione per ea,quæ dixi in l.vnica.poſt gl.C.quando non pet.part.¶Tertiò ſtringit contra intellectum Bart.ſecundum Ang.hic, quia impoſſibile eſt tex.loqui de ſubſtitutione vulgari.nam mater præmortuo impubere admittitur per ius accreſcendi, quia cohęres,vt ſ̃.declaraui.Sed ego habeo, q̃ ius accreſcendi tranſmittitur,eo quia non accreſcit perſonæ, ſed portio portioni.l.ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & leg.ergo quamuis mater moriatur ante impuberem, tamen ſubſtitutus non deberet admitti, eo quia mater mortua tranſmittit ius accreſcendi ſi non adiuit, vt dicit Bar.& iſtud eſt contra iſtum text.in fin. Iſtud argumen.ſatis ſtringit,tamen potes diſputando reſpondere,quòd dato,quòd impubes non adiuerit,tamen dico,q̃ mater non potuit tranſmittere ius accreſcendi in caſu iſto, quia licèt regulariter ius accreſcendi tranſmittatur. d. l. ſi ex pluribus.tu conſidera, q̃ cum in hac.l.mater admittatur non de iure communi, ſed de iure ſpeciali,quia mater,& ſic ex priuilegio perſonæ, nam alia perſona excluderetur,vt hoc text.in fin.ego habeo,quòd illud, quòd ſpeciali priuilegio perſonæ conceditur, non tranſmittitur.text.eſt in l.ex plurib.ff.de admin.tutor.in l.cùm patronus. ff.de leg.2.in l.priuilegia.ff.de regul.iur.iuncta.l.mulieri, & Titio.ff. de condi. & dem. & ſic ille fauor non militat in hærede matris, prout militabat in ipſa matre viua. ¶Quartò contra Bart.ſtringit fundamentum Fulg.& Paul.hic in pen. colum.q̃ ſibi aſcribit dom. Alex. & fuit etiam fundamentum Angel. & Imol.in l.1.ff.de vulg.& pupill.nam ſecundum Bart.intellectū oportet præſupponere, q̃ in hac. l. impubes non fuit hæres, quia adita hæreditate quæcunque vulg. ſubſtitutio expiraſſet, modo ſic,dato,quòd in hac.l.impubes non adiuerit hæreditatem, tamen quia erat ſuus hæres, ex potentia ſuitatis ad alium tranſmittit hæreditatem, ergo cùm alium fecerit hæredem, ceſſat vulga.ſubſti. & ſi dicis,vt dicebat Bar.quòd hic eſt datus cohæres extraneus,& datio cohæredis extranei tollit effectum ſuitatis,quia dico,quòd in hoc errat Bar.quia licèt datio cohęredis extranei tollat ſuitatem quo ad alia,tamen nō tollit quo ad tranſmiſſionem, quia non tollit in his, quæ veniunt extra teſtamentum,vt eſt tranſmittere.text.eſt in l.ſi fratris, vbi Bar. met ita firmat.ſ̃.de iure deliber.l.apud hoſtes.ſ̃.de ſuis, & legit. & latè Bart. & alij in l.ſi filius, qui patri.ff.de vulg. & pupil.& ſi dicis, quòd datio cohæredis extranei non impediat effectum ſuitatis,vt dicit Bart. tñ in hac.l.errat, quia vltra hæredē extraneus erat ſubſtitutus vulgariter, qui tollit ſuitatē.l.ſi filius hæres.ff.de liber.& poſthum.reſpondet notabiliter Paul.de Caſtr. & domin. Alexand. hic, quòd eſt verum, quando ſubſtitutus vulgaris eſt datus ſub conditione, ſi filius noluerit eſſe hæres, ſecus quando eſt datus in caſum impotentiæ,vt hic,ſi poſthumus natus non erit,tunc non tollitur ſuitas, vt declarat Bar.& alij ſequuntur in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. in verſi.ſed contra.ff.de lib.& poſthum.Bald. in l.cùm proponas. ſ̃. de hæredi. inſti.Ego vltra eos aliter reſpondeo,inquantum dicitur,q̃ vulgaris ſubſtitutio tollit ſuitatem,procedit in vulgari expreſſa,& quando expreſſa locum habet : ſed tacita vulgaris,de qua tractatur in hac.l.ſecundum Bartol. illa non tollit exiſtentiam ſui hæredis,vt probatur in l.ſi filius,qui ſe paterna. ff.de acquiren. hæred. iuncta d. l. ſi filius hæres. & ita declarat Bald. in l. poſt aditam.infra titul.primo.& notabiliter Bal. in l.Papin. §.quarta.ff.de inofficioſ. teſtamen. & ibidem etiam Angel. Bald. in l. apud hoſtes. C.de ſuis, & legit. Imol.in d.l.ſi filius hæres. Sed ſuſtinendo intellectum Bart.potes dicere,quòd licèt neutrum de per ſe potuiſſet tollere exiſtentiam ſuitatis in hac. l. nec datio cohæredis extranei de per ſe, nec datio vulgaris ſubſtituti in caſu tacito, tamen cùm ambo ſint iūcta, hoc eſt datio cohæredis extranei,& vulgaris ſubſtitutio, certè iſta ſimul iuncta
a debent ſimul poſſe tollere, quia duo vincula[a] ſimul iuncta debent plus operari. in Auth. de conſan.& vter. fratri.in prin. Authen.itaque.C.communia.de ſucceſ. & capit.1. cum gloſſ. de treug.& pac.Item quæ non proſunt ſingula,multa iuuant.l. 2.§.fin.ff.de excu. tutor. Item etiam intellectum Bartol. quòd non adaptetur ad iſtam.l.impugnat.d.Franciſc.de Aret. in l.1. ff.de vulg.& pupil.in 4. quæſt.principali Bartol. in quarto effectu vulgaris ſubſtitutionis,motus vltra Doctor. fortiſſima ratione,vt ipſe dicit: nam text.hic dicit, quòd ſi teſtator reliquit vxori ſubſtantiam ſuam, faciendo eam cohæredem, multò fortius videtur reliquiſſe ſibi luctuoſam hæreditatem, quæ verba de neceſſitate intelliguntur de hæreditate filij, quòd probat, quia ſi intelligerentur de hæreditate teſtatoris, tunc non eſſet fortior ratio, cur mater deberet ſuccedere ex iure accreſcen.excluſo vulgar.ſubſtituto,ſed eſſet par,& eadem ratio,qa totum eſſet ſubſtantia teſtatoris. Quinimo eſſet minor ratio in excludendo ſubſti tuto,quia in prima dimidia parte hęreditatis mulier fuiſſet vocata ex iudicio expreſſo teſtatoris, ſed in alia parte filij vocaretur ex tacito, ex iure accreſcendi, vnde nedum non eſſet maior ratio,ſed nec eadem omnino, vt ergo argumentatio Imperatoris, & illorum Iuriſconſultorum non reddatur falſa, neceſſe eſt dicere, quòd hæreditas luctuoſa intelligitur de hæreditate filij, & tunc bene procedit argumentum à fortiori, quia ſi teſtator vocauit vxorem ad bona ſua vnà cum filio, fortius videtur eam vocaſſe ad bona filij, quæ ſunt magis debita matri, quàm bona mariti. Ex hoc manifeſtè apparet ſecundum eum,quòd intellectus communis eſt melior,quòd iſta.l.loquatur in tacita pupill.Iſtud eſt fundamētum contra intellectum Bartol. quem facit Franciſc. de Aret. hic,licèt non ſic plenè.Sunt, qui reſpondeant, quòd imò intelligendo text. totum in hæreditate mariti, text.in verbo multò magis,& ſic argumentum à maiori procedit hoc modo:nam ſi pater filio ſuperexiſtente voluit vxorem ſuccedere in dimidia hæreditatis,& propriū filium ea priuare,cui iure naturæ deberetur.l.ſcripto.ff.vnde lib.& l.cùm ratio. ff.de bon.dam. fortius voluit eam ſuccedere in alia dimidia, non exiſtente filio, quo caſu non contingit priuatio filij propter vxorem, & ſupereſt maior ratio pietatis propter luctuoſam mortem filij. Iſta ſolut. non videtur ſatisfacere, quia condito teſtamento dummodo filius habeat legitimam ſuam, poteſt pater de reſiduo diſponere,prout vult,& relinquere etiam penitus extraneo.l.parentibus, & l.cùm quæritur.C.de inofficioſ. teſtamen. ex quo ergo pater condito teſtamento reliquit dimidiam hæredit. filio ſuo, certè inſtituendo vxorem in alia dimidia non dicitur priuare filium aliquo debito. Præterea hæreditas patris non eſt debita filio,ſed quaſi debita.l.& quia.aliàs incip.ſed quia.ff.pro ſocio.l.final. §. ſinautem perpetuus. C. de curator. furioſ.gloſſ.in l.tertia.& ibi Bartol.& Docto.C.de iuris, & fact. ignoran.gloſſ.in l.ſi duo.ff.de acquirend. hæredita.tu potes dupliciter reſpondere. Primò, quòd in verſicul. ſi enim. illa argumentatio à fortiori eſt Papiniani contra Vlpianum. vnde oriebatur dubitatio, ſed Imperator tollens hanc dubitationem non fundat ſe in hac ratione, ideo de ea non eſt curandum, ſed hæc ſolut. non placet. Vnde ſecundò reſponde, q̃ argumentatio à fortiori non fit in hoc text.reſpectu magis debiti, ſed reſpectu magis præſumptæ voluntatis defuncti, non enim fit argumētū ex eo, quia hæreditas impuberis magis debeatur matri, quàm hr̃ditas ſui mariti, ſed argumētatio principaliter

ADDITIONES.

a *Duo vincula. Adde.l.final. C. de adoptionib. Bald. in l. nemini. de aduo. diuer.iudic. Abb.in capit.clerici.in prima columna.de iudic. Barba. in capit. 1. de donationib.

Source : BIU Cujas

cipaliter fit à maiori coniectura præſumptæ voluntatis, vt dicit tex.ibi,cùm opinabatur Pap. ideo teſtatorem voluiſſe &c. & iſta maior coniectura reſultat ex hoc, quia teſtator magis dilexit vxorem,quàm extraneum ſubſtitutum, quòd probat, quia vxori reliquit partem ſubſtantiæ ſuæ,faciens eam æqualiter cohæredem cum filio, & ſic eam prætulit extraneo ſubſtituto,ergo multo fortius præſumitur voluiſſe, quòd in alia parte hereditatis,quæ obuenit mediante morte filij, & ſic eſt luctuoſa matri,ratione pietatis, mater præferatur ſubſtituto, ita videntur clarè ſonare verba huius literæ. ¶Vltra alios contra intellectum Barto. mihi multum ſtringit, nec video reale reſponſum,nam ſi in hac.l.tractaretur ſolùm de vulga.ſubſtit. prout vult intellectus Barto.certè non video,quare mater non deberet excludi per tacitam,ſicut alia perſona quæcunque eſſet coniuncta teſtatori,attento quòd per vulgarem ſucceditur teſtatori,& ſic marito,non autem impuberi filio. l.cohęredi.§. cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil. ſed quando tractatur de ſucceſſione mariti,mater nullum habet priuilegium, nam illud ſolũ habet,quando tractatur de luctuoſa hęreditate filij.l.precibus. ĵ.tit.1.& firmat glo.hic in fin.approbata per omnes. ego non video quare ſi tractaretur de vulgari ſubſtitutione ſiue expreſſa,ſiue tacita,in hac.l.iſta mulier non deberet excludi per ſubſtitutum.ergo tenendus *eſt communis intellectus*,quòd iſte tex.lo
* quatur de luctuoſa hæreditate filij impuberis,in qua mater eſt priuilegiata,quia tacita ſubſtitutio eam non excludit.d.l.precibus.& iſtud vltra alios ſtringit contra Barto. ideo non recedas ab intellectu communi.Nec huic fundamẽto obſt. ſi diceres, quòd glo.fin.infra procedit, quando mater non erat data cohæres,tunc vulgaris tacita bene eam excludit,ſecus,ſi eſſet data cohæres,quia dico,quòd imò illa gloſſ.neceſſariò loquitur, quando erat cohęres, vt ibi ſtatim dicam. ¶ Alium quartum intellectum,& pro certo prima fronte cæteris notabiliorẽ tradidit inſignis Doct.D.Bartho. de Raynerijs de Peruſio ad iſtã l.prout eum referunt Doc. Peruſini hic, quòd iſta lex tractat de tacita pup.vt volunt gloſſ.& Doctor.Item tractat de tacita vulgari,vt tenet Bar.& decidit vtranque dubitationem,ſcilicet quòd matre exiſtente in medio non admittatur ſubſtitutus, neque ex pupillari tacita filio adeunte,neque ex vulgari tacita filio ſe abſtinente, ſi mater eſſet data cohæres. iſtud patet ex hoc tex.in fi.dum dicit, quòd dicta ſubſtitutio habet tantum locum in duobus caſibus.Primus,ſi poſthumus natus nõ fuiſſet,quia tunc haberet locum vulgaris expreſſa.Secundus,ſi impubes deceſſit poſt mortem matris,quia tunc habet locum tacita pupil.ſi ergo impubes mortuus eſſet ſuperſtite matre,non haberet locum tacita pupil.vel ſi viua matre repudiaſſet, vel ſi abſtinuiſſet,non haberet locum tacita vulgaris,ſed mater ſuperſtes vtroque caſu præferretur,quia cohęres, & quia magis prædilecta teſtatori, vt ſupra fuit declaratum, ſecundum iſtũ intellectum hoc dicit generaliter.Tacita ſubſtitutio non excludit matrem cohæredem.intellige, quando eſt omnino tacita, vt excludatur illa,quæ continetur in breuiloqua, vel compendioſa,vt hic in glo.ſecundum iſtum intellectum videntur ceſſare ea, quæ adducebantur contra communem intellectum. Item quæ adducebantur contra intellectum Bartol.Item hoc modo deciſio huius tex.& eius dubitatio non erit vana.Item, quòd impubes deceſſerit.Item ꝙ mater eſſet cohæres,iſta importabunt iuris myſteriũ. Item, vt vtraque ſubſtitutio poſſet contineri.tex.nihil dixit de aditione hęreditatis, ſed ſolùm, ꝙ impubes deceſſit. Sed contra hunc intellectum vnum vrget, quod ſupra adduxi contra intellectum Barto.quia imò tacita vulgaris debet excludere matrem, quamuis cohæredẽ, cùm tractetur de ſucceſſione mariti,vbi non eſt priuilegiata, vt hic in glo.fin.niſi diceres,quòd illa glo.non dicat verum, ſed cùm approbetur per omnes Doctor. iſtud dicere non eſſet tutum, vnde teneas intellectum glo.& communem.¶Gloſſin verbo prior,diuiditur in tres partes princip. In prima declarat tex. In ſecunda,quæ eſt ibi,ſic ergo not.glo.colligit ex tex.notabile,& iſtud notabile poſtea ampliat,ſiue mater ſit cohęres,ſiue non, deinde illud limitat, & ſic hęc ſecunda ſubdiuiditur in tres particulas,quas ſigna per te.In tertia ibi,ſed nunquid tacita.gl.format quæſtio.& bene reſpondet.¶In ſecunda parte gloſſ.not.ꝙ nunquam tacita pupil.contenta ſub expreſſa vulgari excludit matrem,ſiue mater ſit cohęres,ſiue non, puto quòd ſit ratio, licèt declaratum non inueniam,nam debes ſcire, quòd lex diſpenſatiuè permittit patri contra regulas iuris, quòd poſſit facere teſtamentum pro filio pupillo,illi ſubſtituendo pupillariter,quia ſubſtitutio pupillaris eſt teſtamentum pup.l.patris, & filij.ſupra de vulg.& pup.item permittit,quòd poſſit ſubſtituere filio pupillo quemcunque extraneum, & excludere matrẽ à luctuoſa hęreditate filij ſui pupilli ſine cauſa,quod ipſe filius non poſſet.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis. ff.de inofficioſo teſtam.cap.ſi pater.de teſt.in 6.vnde cùm iſtę tales diſpenſatio
a nes[a] ſint contra ius,& ſic odioſæ, per conſequens ſunt reſtringendę.c.1.in fi.de fil.presbyt.in 6.glo.in cap.ordinarij. de offic. ordin.in 6.ideo ſequitur, quòd quando pater facit expreſſam pupillarem,illa bene excludit matrem, ſed non tacita, quia in iſtis diſpenſationibus contra ius, & ſic odioſis non ſufficiunt coniecturę,& interpretationes,vt iuribus prędalle. Ex iſta ratione infero tria.primò,quòd falſa eſt opinio Fulg. quę proximè
* ſequitur,*& iſta communiter reprobatur*. Secundò infero rationẽ, quare expreſſa pupil.excludat matrem, & non tacita. de qua dubitant Bar.& Docto.in l.centurio.ff.de vulg.& pupil.Tertiò infertur,quare ſecus in tacita vulgari,vltra rationem gloſſ.hic, eſt verum,quòd Raph.Fulgoſ. hic tenet, quòd imò ſubſtitutus ex tacita pupillari excludit matrem, niſi mater eſſet cohęres,vt hoc tex.Sed in contrarium ſtringit tex.in d. l. precib. vbi mater non erat cohæres,& tamen ex tacita pupil.non excluditur.Fulg.conatur reſpondere ad illum text.ſed diuinat,& ante eum illam ſententiam poſuit Angel.hic, & iſtam quęſtionem examinant plenè Pau.de Caſt.& Alexand.hic.ſed quia pendet ab intellectu.l.precibus.infra titu.1.ideo ibi dicam.¶In vltim. parte glo.habes duo notare.Primò,quòd tacita vulgaris contenta ſub expreſſa pupilla.matrem excludit, & in hoc omnes approbant gloſſ.Sed aduerte,quia quęſtio gloſſ.debet neceſſariò intelligi in terminis.l.noſtrę,quando mater erat data cohęres,aliàs eſſet fatua dubitatio glo.nam quis dubitaret, quòd in ſucceſſione mariti mulier non debet contendere cum ſubſtituto,ex quo mulier non venit ad ſucceſſionem mariti,niſi vltimo loco,quando non eſſent agnati,vel cognati,vt l.1.ſupra vnde vir & vxor,vt ergo.q.gloſſ.non ſit vana,oportet pręſupponere,quòd mater erat cohęres,& ſic per ius accreſcendi vo
lebat aliam partẽ,& ita in ſpecie declarat Raph. hic, in 4. col. & bene.¶Secundò habes ex gloſſ.quòd quemadmodum per vulgarem expreſſam ſucceditur teſtatori, & non in bonis impuberis,nec impuberi,eodem modo per vulgar.tacitam contentam ſub expreſſa pup.ſucceditur marito,non autem impuberi,& licèt Dyn.& aliqui in hoc tenuerint contra, tamen iſta
✣ eſt *vera,& communis ſententia*,vt plenè firmat Barto. in d.l.1. in princ.in 4.q.princ.in verſic.item quęro,an tacita vulgaris comprehenſa in pupillari expreſſa.& Bald.& Salyce.hic, & Bald.in l. quidam eulogio.in 7.colum.C.de iure deliberan. & per hęc eſt expedita iſta lex.

A D D I T I O.

a ¶Diſpenſationes.Adde Ant.de But.in c.cùm in cunctis.in §.cũ verò.de elec. Alex.de Imo.conſi.39.inci.viſo ſtatuto.in 3.col.in 4.vol.idem Alex.conſilio 122.incip.viſo puncto,& accuratè ponderato.in vlti.col.in 4.vol.

De impube.& alijs ſubſtitu. Rubr.

¶Capio gl.Rub.quę licèt ſit breuis,tamen diuiditur in tres. In prima declarat Rubr.quo ad primam partem, quòd idem ſit dicere de impub.ſubſti.ac ſi dixiſſet de pupil. prout dicitur in Rub.ff.eod.hic ergo opportunè poteſt quęri, cùm Imperator hic dicat de impuberum,& Iuriſcon. in ff. & Imperator in In-
a ſti.dicant de pupil.ſubſtitutione, quę ſit magis propria[a] Rubr. an cõgruentius dicatur de ſubſtitutione impub.an verò de pupil.& puto, ꝙ attenta proprietate vocabuli, melius ſtat Rubr. iſta de impub.ſubſti.per l.pupillus.in princ.ff.de verbo.ſigni.In 2.glo.declarat 2.partem Rub. ¶In tertia ponit vnum dictum, ꝙ multę ſunt ſubſtitutiones. adde,vt per glo.in §. qua ratione. inſti.de pup.ſubſtitu.& in cap.Ray.de teſt.& in cap.ſi pater.eodem titu.in 6.& aliqualiter Bald.Saly.& Moder.hic,& tetigi in euidentialibus.l.in teſtamento.la prima.ſupra de teſta.mili. & quia gl.non continuat Rubr.Barto. continuat vno modo,ſed melius Cy.& Saly.hic. Iaſon Paduę.

A D D I T I O.

a ¶Magis propria.Adde,quòd videtur poſſe dici,quòd in Inſti.& in ff.Imperator conſiderauit ſubſti.pup.prout eſt in abſtracto,non habita ratione ad ipſum pupillum,hic verò habuit reſpectum ad perſonam ipſius pupilli. aliam rationem ponit Parpal. in Rub.ff.eo.& aliam Dec.hic,& latius Polit.tracta. ſubſtit.1.par.col.3. BELLAC.

S V M M A R I V M.

1 *Partes adiectæ in inſtitutionib. primis, intelliguntur eſſe in ſubſtitutionibus repetitæ,intellige tamen,vt infra nu.2.*

Source : BIU Cujas

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

LEX PRIMA.

a Cum hęredes. [a] Partes adiectę in inſtitutionib. primis inteligũtur etiam in ſubſtitutionibus repetitæ. h.d. & gloſ. ponit caſum, & ratio eſt, quia ſicut teſtator eos dilexit in inſtitutione, ita etiam præſumitur in ſubſtitutionibus diligere,& dicunt Bart.& Ang.

b hic, ꝙ iſtud procedit ex interpretatione declaratiua, [b] ſicut in l.ſi ſeruus.§.fi.de leg.1.non autem ex extẽſiua,vt l.talis ſcriptura. §.fi.eo.tit. volunt dicere, ꝙ qñ verba teſtõris, & mens conueniunt, ibi non fit extenſio, ſed declaratio, ſed ſi verba repugnat, mens tamen teſtantis ꝯgruit,ibi fit extenſio.l. & illud tũc procedit ex interpretatione extenſiua, non declaratiua, & cuius vtilitas ſit,declarat Bart. in l.omnes populi. in 6. q.princip. ff de iuſti.& iur.adde etiam, ꝙ regula huius text.non ſolùm ꝓcedit in ſubſtitutionib. directis, ſed ẽt in fideicom. vt patet in legibus in glo.allega.& eſt tex.in l.Lucius.§.pater. ff.ad Trebel. intellige tamen ſanè,dummodo inſtituti ex inſtitutione partes ſuas acceptent, aliàs ſi non acceptarent ex inſtitutione, non venirent ex ſubſtitutione.l.qui plures.prima.vbi glo.ff.eod.vbi tex.not.Pau.& Alex. hic. alias limitationes dicam in glo. Item ad iſtam.l.adde,ꝙ decidit Bart. in l.ſi. ff.ad Treb.& in l.Lucius. in pen.col.in fin.ff.de vulg.& pup. ¶Gl.1. diuiditur in quatuor. In prima ponit caſum,& exemplum in hac. l.& alleg. concor. In ſcunda infert ex text. In tertia per viam limitationis remouet ꝯtrarium. In quarta per viam limitationis remouet aliud. Scda ibi, ſic ergo prima voluntas. Tertia ibi, item hoc verũ. Quarta ibi,item ſecus.¶In prima parte dum glo. vtitur verbo accreſcent,& ſic prę ſupponit,ꝙ in hac.l.hæredes admittantur ex iure accreſcendi,non ſubſtit.ineptè loquitur,aut ſaltem largè, quia cùm fit hic facta expreſſa ſubſtitutio, & ſic expreſſa prouiſio teſtatoris, ceſſat ius accreſcendi, vt dixi in l.fin. ſupra titu primo.vtilitas eſt, quia ius accreſcendi non poteſt ſperni, ſecus in ſubſtitutione. intelligendo tñ, vt dicam in l.teſtamento.ſ. eodem.Item ius accreſcendi tranſmittitur, non ſubſtitutio.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis, & leg.vbi text.not. improriè, ergo dixit gl.accreſcent.¶ Ex alijs partib.gl.habes duas fallẽ.ad reg.

1 huius. l. † Tu autem, vt perfectè habeas iſtam materiam, fac ſex caſus, aliquando pluribus inſtitutis ſubſtitutio fit nominibus appellatiuis, aliquando proprijs, aliquando mixtim, aliquando fit nominibus indiſcretis, aliquando quidam ſubſtituuntur nominibus proprijs,& quidam appellatiuis, aliquan-

2 do ſumus in dubio.¶† Primo caſu, quando ſubſtitutio fit nominibus appellatiuis, exemplum,teſtator pluribus inſtitutis dicit, ſi contingat aliquem ex hæredibus inſtitutis non eſſe hæredem,alios hæredes meos ei ſubſtituo,eccè ibi hęredes meos, vtitur verbis appellatiuis, & ita procedit regula huius text. ꝙ iſti ſic ſimpliciter ſubſtituti, facta aſſignatione partium intelliguntur ſubſtituti pro tot partibus, pro quot erant inſtituti,vt hic,cũ concor.in gl.alleg.fallit niſi in ſubſtitione eſſet omnibus æqualiter onus iniunctum, quia ratione oneris æqualiter iuncti præſumuntur æqualiter ſubſtituti,non attentis partib. inſtitutionum.l.quoties.ff.ad Treb. ¶Secundò not. limita, niſi ali-

c qui [c] ex iſtis hęredibus eſſent coniuncti à teſtatore re,& verbis, vt quia teſtator in prima inſtitutione duos ſimul, & ꝯiunctim inſtituit in vna parte, nam licèt poſteà hæredes ad inuicẽ ſubſtituat, tamen ſi vnus ex iſtis duob. coniunctis decedat,admittitur primus alius coniunctus, ſed ſi ambo decederent, tunc alij hæredes æqualiter admitterentur.text.eſt ſingul.in l.cohæredi.§.qui diſcretas.vbi Ray.Nicol.de Neapol.Baldus, & alij.ff.

✱ de vulg.& pupil.*& iſta eſt communis*,licèt aliqui contra. de quo vide Bartol.in l.Lucius.in vlt.quæſt.ff.de vulg. & pupilla.Bald. Ang. & Salic.in l.in teſtamento.magna.ſ.de teſta.Rayn. & Bal. in l. iam hoc iure. ff.de vulg. & pupil. vnde regula huius.l.procedit,niſi coniunctio aliud inducat,& intellige de coniunctione facta propter diſpoſitionem teſtatoris, non autem de coniunctione ſanguinis,vt quia eſſent duo fratres.l. Lucius.ff.eod. ¶Tertiò ſing.limita, nec hoc ab alio bene tactum inuenies, vt iſta.l.non procedat, qñ parti hæredum eſſet facta ſubſtitutio directa,vel fideicommiſ.& non omnibus, ratio, quia tunc teſtator non videtur habuiſſe reſpectum ad partes hæreditarias, ita probat text.in l.Turpia. §.final. ff.de legat.primo. licèt gloſſ. &

✱ *communiter Doct.*ibi aliter intelligant illum text.ſed cum violentia. ¶Secundus caſus princip. eſt, quando ſubſtitutio eſt facta nominibus proprijs,& tunc non habet locum iſta. l.quia tunc ex ſubſtitutione veniunt æqualiter non attentis portionibus hæreditarijs.l.nõnunquã.alleg.in gl & ſi dicas, quæ eſt ratio diuerſitatis inter ſubſtitutionem factã nominibus appellatiuis, quo caſu procedit iſta. l. & factam per nomina propria? dicit Bald.hic, quia quando fit per nomina propria, tunc perſonæ enumerant portiones,& ſic non habetur reſpectus ad portiones,ſed ad perſonas. aliam rationem aſſignat Fulg. hic, & Cu. in d. l. Turpia. §. final. quia quando ſubſtitutio fit nominibus appellatiuis,fit ſub vnitate ſermonis abſque interpoſitione copulæ, nam dicitur,hæredes meos ſubſtituo: ſed quando fit per

d nomina propria,neceſſe eſt, ꝙ interponatur copula,vel [d] punct

e us eius loco, ſed de natura copulæ [e] eſt diſtribuere vim verbi æqualiter inter perſonas copulatas. l.reos. §. cũ in tabulis.ff. de duobus reis.l.1.& 2.C.ſi plur. vna ſenten.copula ergo, quæ cadit neceſſario inter iſta nomina propria, facit vt æqualiter ad ſubſtitutionem admittantur. Hinc eſt, quòd ſi eſſent duo hæredes eiuſdem nominis proprij & teſtator diceret, Titios ſubſtituo, quia tunc non cadit copula, ſeruaretur noſtra. l.licèt ſubſtitutio fieret per nomina propria, ita ſingular.limitat Cuma.in d.l.Turpia.§.fin.per text.not.in l.ſi hæredes nominatim.in verbo enumerati, iunctis ibi dictis per Bartol. de leg. 1.Limita tamen iſtam differentiam, quæ fit inter nomina propria,& appellatiua procedere in inſtitutionibus, & ſubſtitu.ſecus in pluribus legatarijs ad inuicem ſubſtitutis, qa ſemper in viriles æqualiter cenſentur eſſe ſubſtituti, ſiue ſubſtitutio fiat per nomina appellatiua,ſiue per propria. text.eſt ſing. in l. vnica.§.ſed vt manifeſtetur,cum glo.not. in verbo pro virili.C.de cad.tol.& ibi Paul.multum notat pro limitatione eorum,quę hic traduntur,& dicit non reperiri alibi.Intellige, tamen ſecundum gloſ. ibi, niſi onus intrinſecum de reſtitutione ipſius rei legatæ aliud inducat. ¶Tertio caſu, quando ſubſtitutio fit mixtim.ſ.& nominib. proprijs & appellatiuis, debet attendi,quæ præcedant, quia ſi nomina propria præponuntur, vt quia dicitur Titium,Caium, & Seium hæredes meos ſubſtituo,quia præcedit ſubſtitutio per nomina propria, æqualiter ſubſtituti cenſentur, ſecus ſi præcedat nomen appellatiuum, vt quia teſtator dicit.ſ.ſcrip.hæredes meos. ſ.Titium, Seium, & Caium ſubſtituo, tunc intelliguntur ſubſtituti pro portionib. hæreditarijs,& ꝙ attendi debeat,quòd verba præcedant,decidit Bald. hic,& probat text.in l.ſi ſeruus communis.vlt.ff.de ſtip.ſeruor. & eſt gloſ.in l.ita liber.§.fin. ff.de ſtatuliber.ſentit gl. in d.l.nonnunquam.quam alleg.Cyn.hic,idem tenet Bald.in d.l. Turpia. §.fi.Sic in ſimili dicitur de delegatione facta alicui ſub nomine officij, vel dignitatis, & ſub nomine proprio, vt cognoſcatur, an talis delegatio tranſeat ad ſucceſſorem in officio,nam diſtinguitur, an præcedat nomen proprium, vel appellatiuum, in capit.quoniam Abb.de offic.delegat.in l.more.& l. & quia ff. de iur. omn. iud. ¶Quarto caſu, quando ſubſtitutio fit nominibus indiſcretis, puta filios, fratres, vel nepotes ſubſtituo, tunc eſt idem,ac ſi fieret nominibus appellatiuis, quia omnes ſub vnitate comprehenduntur, text.eſt ſolennis in l. Lucius.§. Mæuia.ſecundò,& ibi notat Bartol.& reputat ſingul.ff.ad Trebel.probatur in l.ſi hæredes nominatim. & ibi Bartol.not.ff.de leg.primo. intelligo tamen verum, licèt non inueniam tactũ,

f quando omnes [f] comprehenderentur ſub vno nomine ex iſtis indiſcretis,puta,quia omnes eſſent fratres,vel nepotes,& teſtator diceret,nepotes ſubſtituo, tunc quia omnes veniunt ſub vnitate abſque copula,crederem,quòd procederet. dict.l.Lucius.§.Meuius, ſed vbi ex inſtitutis aliqui exiſterent filij, aliqui nepotes,aliqui fratres,ita quòd omnes ſub vnitate nominis indiſcreti comprehendi non poſſent,ſed eſſet neceſſe,quòd plura nomina indiſcreta mediante copula apponerentur, vt quia diceret fratres meos, & nepotes ſubſtiuo, tunc credo, quòd non habet locum dict. §. Meuia. per ea, quæ dixi ſupra ſuper copula. Et ita puto debere limitari illum textum nouiter. ¶Quinto caſu, quando aliqui ex ſubſtitutis eſſent vocati nominibus proprijs, aliqui appellatiuis, tunc ſecundum Salicet. poſt Barto.quo ad illos,qui eſſent vocati nominib.proprijs,intelligeretur ſubſtitutio in viriles, in alijs pro portionib.hæreditarijs. ſuper quo tamen cogita.¶Sextò, quando eſſemus in dubio,& pone exemplum, vel qñ aliter nõ appareret, & quia teſtes

ADDITIONES.

a ¶Cùm hæredes. Ad materiam iſtius legis adde Bartol.Bald.& Doct. in l.Turpia.in §.fin. ff.de leg.1.

b ¶Declaratiua. Adde Bart.conſil.54.Ang. PVRPV.

c ¶Niſi aliqui. Pro declaratione. Vide Alexand.in libr.2.conſilio 30.viſo themate Alber. primo dubio. PVRPV.

d ¶Copula vel. Adde Bald.in l.inter.in §.officium. ff.de aqua plu.arcend. Doct. in c.cùm decorem.de vita,& honeſt.cler.Raph.Cum.conſil.117.incip.ſtante dicto ſtat.idem Raph.Cu.conſ.181.incip.ſtatuto Papienſi cauetur.

e ¶De natura copulæ. Adde Bar.in l.ea tamen adiectio.ff.de leg.3.Barto. in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.Bar.in l.ſi is,qui ducenta.in §.verum.ff.de reb.dub.

f ¶Quando omnes. Vide Socyn.in l.verum.§.quæſitum.ff.de rebus dub.colum. penult. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſtes non recordantur, an teſtator dum ſubſtituit, vſus ſit nominib.proprijs,vel appellatiuis, vel quando teſtator, in ſuperioribus partibus teſtamenti aliquando nominib.proprijs, aliquando appellatiuis vſus eſſet, deinde diceret, quos inuicem ſubſtituo, & tunc idem eſt,ac ſi ſubſtitutio eſſet facta per nomina appellatiua, & ſic intelliguntur ſubſtituti pro portionibus hæreditarijs,ita probatur in l. plures.ff.eo.quã ad hoc not. Bart.in l.præcedenti,quæ incipit,qui cùm plures.facit text.in l. ſi pater filio. cum ibi notatis in gloſſ. ff. eod. tenet Bartol. in l. antepe.ff.de duob.reis.Bald.Saly.& Pau.hic.& Sal.in l.fi.in pen. col.poſt Cy. & Antiquos ibi j̃.eod.& hoc vltimo caſu amplia regulam.l. noſtræ.& ad iſtam diſtin. vide Bald. in d. l.turpia.§. final.& ibi Moder.& Ang.de Aret.in §.& ſi ex diſparibus.inſti. eodem. Iaſon.Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Breuiloqua ſubſtitutio facta perſonis imparibus continet vulgarem ſubſtitutionem,quæ vtrique conuenit, ſed non pupil. quia maiori non congruit.*

2 *Si teſtator inſtituat filium impuberem, & alium extraneũ maiorem, deinde eos adinuicem ſubſtituat,ſub iſta breuiloqua facta iſtis imparibus continetur vulg.tantum.*

LEX II.

Æreditatem. Diuiditur in tres. In 1. ponitur deciſio. In 2.reſpondeť tacitę obiectioni.In 3.ponitur ratio deciſionis. Secunda ibi, ſubſtitutio enim. Tertia ibi, quia ipſo, & alijs. ¶Subſtitutio breuiloqua facta p̃ hęc verba, vos inuicem ſubſtituo, perſonis imparibus, quarum vna ſit impubes,intelligitur in caſu,qui poſſit vtrique cõuenire, & ſic tunc non continetur pup.quæ ſoli impuberi, & non alij poſſet * conuenire. h. d. *ſecundum communem intellect.* ſecundum quem quærebatur in hac l.de pup. ſubſtitutione, an per eam mater excluderetur, & ita in ſpecie declarant Angel. & Sal. Paul. & Alex.hic, ſed duo fortiter vrgent contra iſtum communem intellectum.Primò tex.ibi ad tempora pubertatis.ergo patet, q̃ non tractatur de pup. quia per pubertatem excluditur, & exponere text. prout facit Paul.pubertatis. i. impubertatis, eſt deſtruere text. & exponere album pro nigro. ideo Odof. & Alex.hic dicunt, q̃ text. vult denotare tempora pup. ætatis
a vſque ad pubertatetem, & ſic ſubaudienda eſt dictio vſque.[a] Secũdò obſt.quia nullibi in hoc text.dicitur de pup.& per hoc vr etiam,q̃ Ang.in lect.Peru.Pau.& Alex.hic non bene ponderant iſtum text.in verbo inteſtati, quòd pup.dicatur inteſtatus decedere,cum,vt dixi,de pup.in text.verbum nullum.imò text.vult contrarium,in verbo ad tempora pubertatis,& ideo videtur,q̃ potius tractetur in hac.l.de ſubſtitutione fideicom. quæ durat quandocunque moriatur filius,& quæratur,an per eam veniat ſubſtitutus mortuo filio poſt tẽpora pubertatis, & iſtum intellectum innuit Bart. hic in caſu notabili, in quo dicit ſe conſuluiſſe, dum dicit, q̃ in breuiloqua ſubſtitutione tali caſu non continetur fideicom.per hunc text.& verè multum me turbat dictio pubertatis.in tex.poſita.tamen pro communi intellectu põdera duo,p̃ quæ neceſſariò intelligitur tex. quòd filius deceſſerit impubes. Primò,quia in hoc tex. dubitatur de hæreditate ipſius filij,vt dicit text.ibi,hæreditatem quidẽ inteſtati filij. ſed ſi in hac. l.tractaretur de ſubſtitutione fideic. per eam nõ ſucceditur filio,ſed ſolùm teſtatori, & ſic in bonis patris.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.eod.ergo patet, quòd hic filius mortuus eſt pup.quia ſolùm in pupil. ſubſtitutione tractatur de hæreditate pup. Secundò ſecundum communem intellectum ſuadet ratio decidendi in text.ibi, quia ipſo,& alijs non eiuſdem conditionis, &c.ex quibus verbis patet, q̃ alter erat pupil. alter maior, & ſic non eiuſdem conditionis, conſidera tamen propter dictionem pubertatis, ſuper qua dubito mul
1 tum. ¶†Not. tenendo communem intellectum,quòd bre-
b uiloqua ſubſtitutio facta perſonis imparib.[b] continet vulgarem ſubſtitutionem, quę vtrique conuenit, ſed non pupil. quia maiori non congruit, & ſic vna determinatio reſpiciens duas perſonas,debet facere determinationem, quæ æqualiter vtrique poſſit conuenire,vt hic, & in l.in teſtamento. la 1. s̃. de teſta.mili.& ex hoc habes correlariè, quòd inæqualitas perſonarum impedit,vt non contineatur ſubſtitutio,quæ vni perſonæ poſſet conuenire,ſed non alij.Adde ſecus eſſe in inæqualitate portionum, vt l. 1.s̃.eod.l. qui plures.la 1.& l.ſeq.& l.cohæredi.§.ex his verbis.ff eod.declarat Bart.in l.Lucius.in 8.col. ff.eod.Similiter nec inæqualitas ætatis impedit ambas ſubſtitutiones comprehendi ſub breuiloqua.d.l.Lucius, & Angel.hic, & confirmať,quia bonum eſt argum.de re ad tempus,& ècõ-
2 tra.l. miles ita hæredem. ff. de teſtam. mili. ¶† Secundò not. vnum, ad quod Bartol.multum notat hunc text. & dicit ſe ita conſuluiſſe, quod ſi teſtator inſtituat filium impuberem, & alium etiam extraneum maiorem, deinde eos ad inuicem ſubſtituat, ſub iſta breuiloqua facta iſtis imparibus continetur vulgaris tantum,vt dicitur in text. ibi, vnum caſum duntaxat, ergo apparet, quòd non continentur fideic. ſubſtitutiones, licèt fideicommiſ. poſſit vtrique conuenire, & verba, & perſona non repugent.de quo dixi, & dubitaui in d.l.in teſtamento. la prima.ex quo quantum ad fideicom. ſunt perſonæ æquales, ſicut quo ad vulgarem,dic,vt ibi,vbi limitaui verum,quando breuiloqua fit ſimpliciter, ſecus ſi adijciatur quandocunque, puta quandocunque alter veſtrum deceſſerit, vos inuicem ſubſtituo, & ibi multa allegaui, ſed hoc ideo dixi, vt caueas, ne verba Bartol.hic te decipiant,dum dicit, & quandocunque vnus deceſſerit,& ſic adiecit verbum quandocunque,& tamẽ vult, quòd non contineatur fideicommiſ. quia Bartol. dum ponit exemplum breuiloquæ, non ponit dictionem quandocunque,licèt poſteà.infra ad maiorem declarationem dicat,& quandocunque vnus deceſſerit, cauſa oſtendendi, quando fideicommiſ.locum habeat.

ADDITIONES.

a ¶Dictio vſque.Adde de iſta dictione Bartol.in l.patronus.§.Sempronio.ff.de legat.3. Bartol. in l.fin.ff.ad Tertul. Archid.in capitul. ſi gratioſè. de reſcrip. libr.6.Raph.Cum.conſil.99.in fin.incip. quædam poſſeſ.

b ¶Perſonis imparib.Extende regulam huius text. & ſimilium loquentium de paritate perſonarum ad paritatem temporum.Bartol.in l.precibus.colum.3. in princip. j̃.de impub. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Si inſtitutus primo loco veniat ab inteſtato, cùm deberet ex teſta. venire,facit vt ſubſtitutus vulg. admittatur.*

2 *Subſtitutus excludit omnes venientes ab inteſtato.*

3 *Illa verba ſi hæres non erit,poſita in pup. ſubſtitutione,intelliguntur ſi hæres non erit,ſcilicet ex teſtamento.*

4 *Excluſus ex teſta.poteſt tamen agere ad ſuum creditum.*

5 *Filius,qui renuntiauit hære.patris ex teſtam.vel ab inteſta. poteſt legitimam ſuam petere.*

6 *Si pater leget aliquid filiæ pro omni eo,quod conſequi poſſet, & iubens eam eſſe contentam, &c.licèt filia tale relictum ſimpliciter acceptet, per hoc non prohibetur petere ſupplementum legitimæ.*

LEX III.

Hæres inſtituta. Qui repudiat ex teſtamẽto, facit locum ſubſtituto, tamen creditum non prohibe-
1 tur petere.h.d. ¶† Not.quòd ſi inſtitutus primo loco veniat ab inteſt.cùm deberet ex teſtamento venire,facit vt ſubſtitutus vulgaris admittatur.Hinc p̃ intellectu text. quęro, quid ſi inſtitutus primo loco repudiat ſucceſſionem ex teſtamento de iure prætorio, quo caſu poteſt tamen de iure ciuili vſque ad 30. annos ex teſtamento ſuccedere, nunquid iſta l.habeat locum, vt ſubſtitutus admittatur? glo.in l.ſuum. * j̃.de iu.deli.tenet,quòd ſic, *ſed omnes eam ibi reprobant.* & Bart, in l.1.in pen.col.ff.eod.& in l.nec is.ff.de acqui her.& Paul.hic, quia quandiu inſtitutus poteſt venire ex teſtamento aliquo iure, vel ciui.vel prætorio, nunquam admittitur ſubſtitutus.l. quandiu,la 1.ff.de acqui.hære.& de re.iur. l.quandiu.nec obſt. iſte text.quia aduerte,quòd hic filia non ſolum omiſit ex teſtamento venire,ſed ab inteſta.expreſsè ſucceſſit, quo caſu intelligitur renuntiaſſe omni teſtamentariæ ſucceſſioni, ideo tunc
2 ſubſtitutus admittitur. ¶† Secundò noto, q̃ ſubſtitutus excludit omnes venientes ab inteſt. quia quandiu poteſt ex teſtamento ſuccedi, & ſic quandiu poteſt habere locum expreſſa diſpoſitio teſtatoris,nunquam ab inteſta.ſucceditur,& ſic nunquam habet locum prouiſio l.ſaluo niſi teſtator ſubſtituerit aliquẽ in caſu,in quo legitimi nec ex teſtamẽto,nec ab inteſt. ſuccederent,text.eſt ſing.in l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legi
3 timus.ff.de hær.inſti.vbi Doc.& Bal.Ang.& alij hic. ¶† Tertiò not.ſecundum Bart.quòd illa verba ſi hæres non erit,poſita in pup.ſubſtitutione,intelliguntur,ſi hęres nõ erit.ſ.ex teſtamento, patet quia non ſufficeret, quòd ab inteſta. ſuuccederet, vt hoc textu.credo, quòd Bart.ſit corruptus, & debeat dicere in vulgari,vbi magis congruit quàm in pupil. ¶† Quartò not.ex
4 2.par. text. quòd excluſus ex teſtamento, poteſt tamen agere ad ſuum creditum.vnde facit iſte text. ſecundum Cyn.Albe. Bald.

Source : BIU Cujas

5 Bal.Saly. & Mod.hic, † ꝙ ſi filius [a] renuntiauit hæreditati patris ex teſtamento, vel ab inteſt. tamen poteſt legitimam ſuam petere, de quo dic, vt per Bar.in l.1.in prin.in 4.q.prin.ff.de vulga.& pup.& in l.gerit.in 3.q.prin.ff.de acqui. hære. cum multis concor.de quibus per Alex.hic,& ponit latè Ludo. in l.1.ff.de acquir.hære.& facit, quia in omni generali renuntiatione nunquam filius intelligitur renuntiaſſe legitimæ, niſi de ea ſpecialem mentionem faciat. †Hinc eſt, ꝙ ſi pater leget aliquid filiæ pro omni eo, quòd conſequi poſſet,& iubens eam eſſe contõ tam &c. licèt filia tale relictum ſimpliciter acceptet, per hoc non prohibetur petere ſupplementum legitimæ, quia vt dixi legitimæ per talia verba non cenſetur renuntiatum. text. eſt ſingul.in §.cæterum.in Auth.vt cùm de appel.cog. quem notant Bald.& alij.in l.ſi quando.§.fin.s̃.de inoffi. teſtam.dixi in l. quoties.s̃.de hæred.inſti.

a ¶Filius. Adde, & dic, quòd limitatur, quando habet fratres, vel cohæredes, aliàs non poteſt filius repudiare hæreditatem,& petere legitimam, ita limitat Iaſ.in l.filiusfa.§.diui.col.3.2.lec.ff.de leg.1.de quo vide Alex. in l. quia poterat.col.6.ff.ad Trebel.& dic, quòd contrarium eius, quòd ponit Iaſ. hic num.5.videtur dicere ipſe in l.emancipata.num.1.verſi.intellige. ſupra qui admitti. BELLAC.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtator faciat vulg.ſubſtitutionem tantum, tamen porrigetur etiã ad pup.tacitè,& èconta.*

2 *Sub expreſſa vulgari continetur tacita pupilla.& èconta, ex interpretatione extenſiua.*

3 *Pupil. quæ continetur ſub expreſſa vulgar. dicitur omnino tacita, & èconta, ſecus tamen eſt in pupil. vel vulgar. quæ continetur ſub breuiloqua.*

4 *Vulgar. tacita ſub expreſſa pupil. licèt excludat matrem impuberis, tamen tacita vulgar. comprehenſa ſub expreſſa pupil. non excludit matrem.*

5 *Tacita pup.contenta ſub expreſſa vulgari excludit etiam matrem, niſi quando eſt mater cohæres.*

6 *Si vulgar.fiat duabus perſonis ſimul, cùm non poſſit fieri niſi mediante copula, licèt vnus eorum non ſit hæres, tamen non admittitur ſubſtitutus.*

LEX IIII.

QVamuis placuerit. Diuide in tres. In prima præmittit regulam, antequã veniat ad deciſio. caſus propoſiti. In ſecunda ponit fallen. ab illa regula ibi, u modo non contrariam. In tertia ex præmiſſis ponit deciſio. prin.q.ibi, cũ tamen proponas,& ſic in figuratione caſus incipias ab hac tertia. In expreſſa vulg. continetur tacita pupil. niſi voluntas teſtatoris refragetur, quæ colligitur ita eſſe, quando fit perſonis imparibus. hoc dicit,& differt iſta l. à l.2. s̃.eod. quia ibi loquitur de breuiloqua facta perſonis imparibus, ſed hic de vulga. facta perſonis imparib. Et ex hoc colligitur ſecunda differentia, quia ſubſtitutiones, quæ continẽt ſub breuiloqua, non ſunt oĩno tacitæ, licèt non ſint expreſſæ verbis ſpecialibus, tamẽ ſub generalitate verborum cadunt: ſed pupillares, quæ continentur ſub expreſſa vulgari, ſunt omnino tacitæ, nõ ſolũ verbis ſpecialibus, ſed generalibus; quòd patet, quia verba vulgaris, quæ concipiuntur, ſi hæres non erit, de directo repugnant pup quæ regulariter concipitur, ſi hæres erit, & moriatur in pup.ætate, quę omnia plenius declarabo in l.precibus. ſ. eo. ¶ †No.reg.magiſtralem in tota materia ſubſtiturionum, ꝙ ſi teſtator facit vulgarem ſubſtitutionem tantum, tamen porrigitur etiam ad pupil.tacitè,& èconta. Hinc dī, ꝙ ſub expreſſa vulgari continetur tacita pupil. & èconta. concordat. l. iam hoc iure.ff.eo. tradunt Bar.& alij in l.Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff.de lib.& poſth. vbi reſpondent obiecto, ꝙ poſſet fieri, ꝙ caſus omiſſus à teſtatore debet haberi pro omiſſo, l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſth. l.ſi cùm dotem. in princ. ff. ſolu. matr. dic prout ibi per eos. ¶ Iſta regula fallit quatuor modis, quorum duos habes hic in tex. Primò niſi appareat de voluntate ꝓria teſtantis, prout ẽt dicitur in d.l.iam hoc iure.§.pe.& ſi.& no.diligenter, [a] ꝙ ad probandum contrariam voluntãtem teſtãtis. i.ꝙ noluerit ſub expreſſa vulgari contineri tacitã pup.& èconta, duo teſtes ſufficiunt, licèt videatur agi de probanda voluntate teſtantis, ita Bal. Ang.& Saly. hic. Bar. in l.2. in prin. ver. quæro,& reuoco in dubium quot teſtes. ff. eo. Bal.& ibi Ang.& Salyce. in d.l.præcib. facit gl. no. in l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt. in verb. poſſe. ff. de teſt.& quæ dixi in l.2. s̃. de bon. poſ. ſecundũ tabu.& ſatis [b] dicitur probari de voluntate teſtantis, quando probatur, ꝙ teſtator poſuit tàxatiuam duntaxat,& ſimiles, ſm Fulg.& Alex. hic,& idem tenet Salyc. in d.l. precib. per illũ tex. in verbo tantummodo, ſed ſecundum Alex. hic ille text. non probat, quia illa ſunt verba Imperatoris non teſtatoris, vnde ſecundum eum iſtud probatur in d.l.iam hoc iure.& ibi hoc põderat Pau. ſed etiam ibi ſunt verba tex. non teſtatoris. ¶ Secundò fallit regula in hoc tex. quando vulgaris ſubſtitutio fit perſonis imparibus. ¶ Tertiò fallit, quando teſtator expreſsè prouidit de ſubſtituto,& in caſu vulgaris,& pupil. ſubſtitutionis. l. cùm ex filio. §. filio. cum glo. not. in verbo,& alius. vbi Barto.& * Doc. notant. ff. eo. *& glo.& omnes hic.* ¶ Quartò ſingulariter fallit, quando adeſſet ſtatutum in ciuitate, ꝙ verba teſtatorũ intelligerentur ad literam, prout iacent, tunc nunquam ſub expreſſa vulgari continetur tacita pup. nec èconta, ita ſing. Bal. in d.l.precib. in 5.col.& ſequitur Alex. in d.l.iam hoc iure.& in l.poſt aditam. ſ. eo. ſed Imo. hoc reprobat in c. Ray. in materia pup. de teſt. eo quia per illa verba ſtatuti, ꝙ teſtamenta intelligantur, prout iacent, intelliguntur tantum reiectæ friuolæ interpretationes, non autem legitimæ, & ſic à iure approbatæ, vt in tex. noſtro.& vltra eum facit regula, ꝙ ſtatuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi. l.2.cum ſimil. C. de noxa. tene limitationem Bald. quia licèt Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti & iur. in pen. colum. dicat id, quod dicit Imol. ꝙ friuolæ interpretationes intelliguntur reiectæ, tamen illa doct. Bar. recipit multas limitationes,& inter illas vnam, quam ponit in l.2.in 2.col. C. de patrib. qui filios diſtraxe. niſi ſtatutum diceret, vt proximè retuli, quòd verba intelligantur ad literã, prout iacent, nam id dicitur ad literam, quod poteſt oculis corporeis videri. l.1.in prin. ff. de his, quæ in teſtamento delen. ergo non venit hoc, quod non poteſt legi in litera. ¶ Secundò diligenter pondera tex. [c] in verbo porrigi, ſecundum Ang. hic, †quòd regula, quæ habet, quòd ſub expreſſa vulgari continetur tacita pup.& èconta, procedit ex interpretatione extenſiua, vt probat illud verbum porrigi, quod eſt idem, quòd extẽdi.& eſt tex. in d.l.iam hoc iure. non autem procedit ex interpretatione declaratiua. ratio eſt, quia illud dicitur venire ex interpretatione declaratiua, quando mens teſtatoris congruit, & verba non repugnant, vt dixi ſupra in l.1. ſed in propoſito mens teſtatoris præſumpta bene colligitur, quòd ſub expreſſa vulgari contineatur tacita pup.& èconta, vt hoc text. tamen verba repugnant, quia verba vulgaris repugnant pup.& èconta. ergo ſtat bene, quòd hoc venit ex interpretatione extẽſiua, non autem ex declaratiua. Et vtilitas ſtat ex verbis Bar. in d.l. omnes populi. in 6.q.prin. quia ſi ſtatutum ciuitatis reijcit omnes interpretationes, intelligeretur reijcere interpretationes extenſiuas, non declaratiuas, quia qui declarat, nihil dat: d.l. hęredes palam. §. ſi quis poſt. ¶ Hinc infero, quòd ſubſtitutiones, q̃ continentur ſub breuiloqua, veniunt ex interpretatione declaratiua, eo quia mens,& verba patiuntur. ¶ †Secundò infero, ꝙ pup. quæ continetur ſub expreſſa vulgari, dī omnino tacita,& èconta, ſecus eſt in pup. vel vulg. quæ continentur ſub breuiloqua, vt dicam in d.l.precib. intellige, quod dixi, ꝙ vulgaris, q̃ continetur ſub expreſſa pup. dicitur omnino tacita, quia verba pup. repugnant vulgari, vt ſit verum, quando pup. expreſſa eſt facta hoc modo, ſi filius meus pup. hæres erit,& in pup. ęta te deceſſerit, ſubſtituo Titium, tunc pup. facta per hęc verba, ſi hęres erit, comprehendendo vulgarem ſubſtitutionẽ, illa vulga. erit omnino tacita: ſed ſi teſtator non poſuiſſet verbum, ſi hæres erit, ſed dixiſſet inſtituo filium meum pup.& ſi deceſſerit in pup. ætate ſubſtituo Caium, tunc continerentur duę ſubſtitutiones,& ambæ eſſent expreſſæ. ſ. expreſſa pup.& expreſſa vulga. quia iſta verba, ſi deceſſerit in pup. ætate, recipiunt ęqualiter vtrunque ſenſum, ſcilicet ſi deceſſerit in pupil. ætate hæreditate non adita, vel ſi deceſſerit adita hęreditate, verba vtrunque patiuntur,& nil repugnat, ergo ambæ ſubſtitutiones, vulgaris,& pupil. ſunt expreſſæ,& iſta non erit pupil. expreſſa, imò erit compendioſa limitata ad tempus pup. ætatis. ita ſingulariter Bal. in l.precibus. in 17.colum. infra eo.& ibi Pau. de Caſt. in 5.colum. ſummè extollit,& dicit, quòd ita conſuluit Florentiæ cum multis Doct. magnæ authoritatis, & illud dictum refert,

ADDITIONES.

a ¶Diligenter. Adde, ꝙ regula eſt, ꝙ ſub expreſſa vulg. continetur tacita pupillaris, niſi probetur aliter ſenſiſſe teſtatorem, ad quod probandum ſufficiunt duo teſtes, vt hic,& infra eo.l.precib. col.3. BELLAC.

b ¶Et ſatis. Adde huic, & tertiæ fallen. Dec. conſi. 315. ſuperioribus diebus. PVRPV.

c ¶Pondera tex. Adde Iaſ. in l.precib. 2.no. infra eod. PVRPV.

Source : BIU Cujas

fert,& ſequitur Car.Flo.in c.Ray.de teſt.Et ex hoc habes nota re,quòd mentio pup.ætatis habita in ſubſtitutione, nō arguit, quòd ſit pupil. ſubſtitutio, & ſic licèt teſtator dixerit ſi filius pup.moriatur in pup.ætate, talem ſubſtituo, iſta verba conue niunt pup.ætati,tamen non ſequitur, eſt pup. cùm etiam conueniant vulgari. ad hoc ergo, vt ſit pup. in ſpecie requiruntur duo,ꝙ dicatur, ſi hæres erit, & moriatur in pup. ætate, talem ſubſtituo,iſto caſu non eſt niſi pup.expreſſa,& tamen pup.ſubſtitutio poteſt fieri,licèt pup.non ſit hæres, vt dixi in l.fi.s̃.tit.1.

4 ¶† Secundò habes ex hac differentia notabilem effectum, quia vulgaris tacita contenta ſub expreſſa pup. licèt excludat matrem impuberis,& ſic vxorem teſtatoris,vt tenet gl.approbata in l.fi.in gl.fin. in fin.vbi dixi.s̃.tit.1.tñ tacita vulgaris comprehenſa ſub expreſſa pup.non excludit matrem teſtatoris,ita ſing.Bart. in l.1.in prin. ff.de vulg.& pupil. in 3.q.4.q.princip.in quarto effectu.in fi. tamen ſi eſſet expreſſa vulgaris,excluderet etiam matrem teſtatoris, & ſic videas magnam vtilitatem, an vulgaris ſit tacita,vel expreſſa.tamen deciſi.prin.Bald.in d.l.prę

5 cibus.reprobatur per Alex.ibi, vbi dicam. ¶† Tertiò noto ex tertia parte text.ſecundum Fulg.& Pau.hic videri text.pro opi. nouiſſimorum.ſ.do.Chriſt.& Fulg.ꝙ imò tacita pup.contenta ſub expreſſa vulgari excludit etiam matrem,niſi quando mater eſt cohæres,vt in caſu.l.fi.s̃.tit.1.& induco tex.nam hic fuit facta expreſſa vulgaris, & dicitur hic, quòd expreſſa vulgaris non continet tacitam pup. quæ excludat etiam vxorem teſtatoris, quia ſubſtitutio vulgaris ſimul, & ſemel fuit facta filio impuberi,& vxori, & ſic imparibus, & propter imparitatem perſonarum, dicit text. quòd ſub expreſſa vulgari non potuit contineri tacita pup.quæ excluderet matrem,ergo ſi non fuiſſet imparitas perſonarum,ſub vulgari contineretur tacita pup. quæ habuiſſet excludere iſtā Eliam, ergo hic eſt tex. quòd ſub expreſſa vulgari continetur tacita pup. ad excludendum matrem pup.niſi imparitas prohibuiſſet. reſpondent Ful. & Pau. hic,& ſibi aſcribit Alex.in l.fi.circa fi.s̃.tit.1.quòd iſte text.non obſt.quia non apparet hic,quòd mater eſſet pup.iſta Elia,cùm tex.dicat,quòd erat vxor teſtatoris,& ſic poterat eſſe nouerca, quæ ſol.mihi non ſatisfacit,primò, quia diuinat,quòd hic teſtator habuerit duas vxores,& quòd filius eſſet natus ex alia vxore. Secundò ſi iſta Elia fuiſſet nouerca, & non mater pupil. defuncti, quomodo contenderet cum ſubſtituto?quia nouerca in ſubſtitutione priuigni pupil. nunquam admittitur. Et ſi dicas,quòd hic erat cohæres huius pup.vt dicit text.& ſic videbatur,quòd ex iure accreſcendi præferretur per d.l.fi.s̃.tit.1. quia dico, quòd eſt error peior priore, quia cùm in iſto text. pup.adiuerit hęreditatem patris,ſicut expirauit vulgaris ſubſtitutio,ita & ius accreſcendi,ergo,quòd eſſet cohæres,nihil facit in propoſito,tamen conſidera,quòd licèt text.in l.2.s̃.eo.loquatur,quando erat contentio inter matrem,pup.& ſubſtitutum, tamen in hac.l.non dicitur cum quo ſubſtitutus haberet controuerſiam de hæreditate pup.an cum ipſa Elia,an cum alio, ſed dicit text.ꝙ cùm ſubſtitutio vulgaris eſſet ſimul vtrique facta,comprehēdit tantum vulgarem, non pup.poſito ergo, ꝙ ſubſtitutus non admittatur ex pup. tacita, non dicit text. ad quem ſpectet hæreditas pup. & ſic ſi teneremus, ꝙ Elia non eſſet nouerca,ceſſaret ſecundum obiectum.De prin.art.dicam

6 in d.l. precibus. ¶†† Vltimo not. vnum, quod Bart. exclamat pro multum ſing.& eſt verbum vtile in matera ſubſtitutionū,

a quòd ſi vulgaris fiat [a] duabus perſonis ſimul, cùm non poſſit fieri niſi mediante copula,licèt vnus eorum non ſit hęres,non admittitur ſubſtitutus, ſed ad hoc, vt admittatur ſubſtitutus, oportet, quòd vterque eorum ſit hæres, tunc ſubſtitutus in vtroque admittitur,ergo vult Bartol.quòd ſi vnus non ſit hęres,cùm ſubſtitutus non admittatur, ergo neceſſariò vult, ꝙ alius cohæres veniat ex iure accreſcendi, cùm alio iure non poſſit venire, & dicit ita. velle glo.in verbo in eum. quam ſic intelligebat Iac. But. & patet dum glo. alleg.l. cùm quidam ſ̃. eod.& an glo. iſtud velit, multa dicunt Pau. & Alex.hic, quos vide. Nec obſt.regula. l. Lucius. §.Caio. ff.ad Trebel.vbi ſi fiat ſubſtitutio duob.vno excluſo admittitur ſubſtitutus,nec requiritur,quòd ambo excludantur,reſponde,quòd not.Bart.procedit ſolùm in vulgari ſubſtitutione facta ſimul duob. ſecus in fideicom.vel etiam in pup.d.§.Caio.ratio diuerſitatis eſt quia vulgaris habet locum ſi hæres non erit, & ſic ante aditā hērdita te,quo caſu hēt locum ius accreſcendi:ſed aliæ duę habent locum poſt aditam hæreditatem, quo caſu non poteſt habere locum ius accreſcendi,vt dicit Bart.in l.pēn.ſ̃.eod.vbi dicetur. Puto,quòd dictum Bart.ſi eſt verum,ſit valde ſingulare,& neceſſarium in materia ſubſtitutionum, quòd ſimpliciter tenet Ang hic,& cum eo ſimpliciter videtur tranſire Ful.hic,tamen caue, quia text.iſte non probat, nec not.Bart.poteſt fundari in hoc text.quia deciſio huius text. fundatur in regula propoſita in princip. huius. l. quæ non facit ad propoſitum Bartol. ideo ipſemet Bartol.in l.hoc art.ff.de hæred.inſti.dicit,quòd iſte tex.

b non probat,tamen,ꝙ dictum eſt verū ꝓpter copulā, [b] &, quæ reqrit concurſum vtriuſq; copulati.l.ſi hr̄di plures.ff.de condi. inſtit. & ſic reqrit,ꝙ conditio verificetur in ꝑſona vtrriuſq; ad hoc, vt ſubſtitutus admittatur, & idem ibi ſimpliciter tenent Imo.& Comen.ergo apparet, ꝙ dictum Bart.ſuſtinetur propter copulam.ergo text.noſter nil facit, qui non ſe fundat ſuper copula,tamen not.Bart.licèt non inueniam bene examinatum,mihi videtur,ꝙ contra illud multum ſtringat.l. pe.ſ̃. eo.

* vbi dicitur, *& omnes tenent*, ꝙ ſpeciale eſt ibi,quando in ſubſtitutione eſt adiecta dictio collectiua vterque, vt ibi dicit tex.ꝙ tunc nunquam admittatur ſubſtitutus, niſi vtroque excluſo, ergo quando non eſt dictio collectiua vterque, vt in dicto Bart.ſola copulatiua non facit,ꝙ ſit neceſſe,ꝙ vterque non ſit hæres,ad hoc, vt admittatur ſubſtitutus, imò quamprimum vnus non ſit hæres,ſubſtitutus ex vulgari expreſſa ſit hæres, & ſic licèt teſtator propter copulam,&,videatur cogitaſſe, vt dicit Bart. & text. in d.l. pen. in verbo.cogitaſſe, tamen punctus

b ſtat in dictione vterque, [b] quia tamen tex.ille loquitur in pup. ſubſtitutione, nos autem in vulgari, inter quas eſt clara ratio diuerſitatis, de qua.s̃. ideo veritas pendeat ab his, quæ dicam in d.l.pen.ibi dicetur. ¶ Glo.in verſ.in eum.diuiditur in duas.In 1. declarat text. In 2. opp. & non bene ſoluit. Pro intelligentia 2.par. oppo. contra text. nam pluralis ſermo reſoluitur in ſuas ſingularitates.l.falſa.§.fi.alleg.in glo.ergo dato,ꝙ ſubſti.vulg.ſit facta ſimul duob.in hoc text. tamen reſoluendo pluralitatem in ſuas ſingularitates,eſt perinde ac ſi pater de per ſe ſubſtituiſſet pup. ſed ſi de per ſe ſubſtituiſſet, ſub vulgari contineretur tacita pupilla.iuxta.l.iam hoc iure. §.penult. & final. ff.eodem. glo. reſpondet, quòd illa regula fallit hic,nec aſſignauit rationem fal.ideo Bartol.in dict.l.falſa.§.fin.& in l. penult.infra eod. & l.ſi ſeruus. §. fin.ff.ſi quis cau.& Sal.in l.in teſtamento. la prima.s̃. de teſtam.mili.reſpondet, quòd illa regula,quòd pluralis ſermo reſoluitur in ſuas ſingularitates,procedit quando reſpicit diuerſos effectus, quæ ſolut. videtur confundi per hunc tex.vbi ſubſtitutio reſpicit diuerſos effectus. Aliter reſpondent Bald.& Salicet.hic,quòd illa regula procedit,niſi mens loquētis ſit in contrarium, vt hic ratione æqualitatis ſeruandæ. Sed plenius reſponde ſecundum Fulgoſ. & Paul.hic,quòd pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates, verum eſt eiuſdem naturę,& conditionis,prout erat in ipſa pluralitate.

ADDITIONES.

a Si vulgar.fiat.Adde Petr.de Peru.in repe.c.Ray.de teſtam.

b ¶Propter copulam. Adde Bartol.& Bald.in l.prima. ff. de inſtit.& iur.Bald.in l.his verbis.ff.de legat.tertio.Anton.de Butr.in capit.2.de reſcrip.Raph.Fulgoſ.conſil.8.incip.do. Pet. Longus.

c ¶In dictione vterque. Adde.l.& ideo. in §. item ſi ſeruus.ff.rerum amotar.& ibi Doctor.

* Et dic,quòd dictio vtraque,vterque,interdum ponitur complexiuè, ſeu coniunctiuè, interdum ponitur diſiunctiuè, & fac. ad quæſt.ſi quis fecit mandatum Titio,& Seio.& vtrique eorum,nam ſi diceret, & cuilibet eorum,talis diſtinctio cuilibet inſolidum rem appropriare ſolet,& videtur,quod hæc dictio vterque,ſit coniungere,non diuidere, & ideo indies procuratores habent mandatum pro parte,quia plures per copulam connexi,ſed dictio vterque,ponitur diuiſim,ita Bald.in l.final. §. ipſum autem filium. numer.2.C.de bon.quæ liberis,& ponitur etiam continuatiuè.l. final.de iure fiſci.l.ſi is, qui ducenta.§.vtrum.de reb. dub. quandoque in oratione ſemel poſita habet ſe diuiſ.in d.l.final.de bon.quæ liber.l.binas.de ſerui. vrba. prædior.l.Celſus. §. 1.de contrahen. emp. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutiones vulgares, & ſic directæ expirant adita hæreditate.*

2 *Etiam fauore piæ cauſæ poſt aditam hæreditatm non poteſt directò pia cauſa ſubſtitui.*

LEX V.

1 POſt aditam. †Not. regulam, quòd ſubſtitutiones vulgares, & ſic directæ expirant adita hæreditate, & huius eſt triplex ratio. Prima eſt plana ſecundum Odoffred.& Fulg.hic, quia ſubſtitutio vulgar.fit ſub conditione,ſi hæres non erit, ergo ſi ſit hæres, & ſic adita hęreditate cùm deficiat conditio ſubſtitutionis, neceſſariò ſubſtitutio ex-

a pirat. [a] Sunt,qui aliam dant rationem, eo quia adita hæredita. bona efficiantur propria hæredis, adeo, quòd cenſentur proprium patrimonium hæredis.glo.in l.1. §.veteres. ff.de acquir. poſſeſ.ſed ſi teſtator poſſet ſubſtituere poſtquam adiuit, & ſic poſtquam eſt effectus dominus, diſponeret de rebus alie.contra Auth.

ADDITIO.

a * Expirat.Adde,quæ ſcribit Galiau.in repe.l.centurio. col.2.ff.de vulgar.

Source : BIU Cujas

tra Auth. ingreſſi.ſ̃. de ſac.ſan.Eccleſ.ſed iſta rõne attenta non poſſet etiam poſt aditam per fideicom. ſubſtitui, ꝫ iſtum text. in verbo. directæ. Tertia fundamentalior ratio eſt, quare poſt aditã hæreditatẽ non poſſit directò ſubſtitui, ſed per.fideicom. quia adita hæreditate quis efficitur directò hæres, & ſic directò dominus, & poſtquam quis eſt effectus hæres directò, non põt deſinere eſſe hæres, etiam ſi in integrũ reſtitueretur.l.& ſi ſine. §.ſed ꝙ Papinianus.ff.de mino.glo.nota.in l.in ſubſtitutione.ff. de vulg. & pup.ſi ergo poſt aditam poſſet directò ſubſtituere, reperirentur duo directi hæredes, & inſolidũ, quòd eſt impoſ-
2 ſibile. ¶† Hinc eſt, quòd poſt aditam hæreditatẽ poteſt ſubſtitui per fideicom. quia vnus poteſt eſſe dominus directò, alius vtiliter, vt patet in toto tit.ad Treb.iſtam rationem ſentit Bart. in rep.l.1.C.de ſac.ſan.Eccl.in 6.q. 5.q.prin.vbi per hoc ſin.deci dit, ꝙ etiam fauore piæ cauſæ poſt aditam hæreditatem non poſſet directò pia cauſa ſubſtitui, quia regulæ non patiuntur, per d.rationem, quòd aliter nunc non examino.iſtam rationẽ ponit Ang.hic in lect.Flo.& plenius in l.precib.in j.col.ſ̃.eo.Iſta regula fallit in milite, qui poſt aditam poteſt directò ſubſtituere, & appellatùr directa mili.l.Centurio.ff.eo. l.in teſtamento. mag.ſ̃.de teſta. mil.& d.l.præcib. & ratio eſt, quia miles poteſt facere quem hæredem ad tempus, & facere, quod qui ſemel fuit directò hæres, deſinat in totum eſſe hæres.l.milesita hæredem.ff.de teſta. mili. & an iſta fallentia extendi debeat ad Car.
a dixi in d.l.Centnrio.Secundò fallit [a] in alijs duob. caſib.poſitis in gl.fi.primus eſt, quando hæres adita hæreditate fuit negligẽs adimplere voluntatem defuncti intra annum, quia tunc locus eſt ſubſtituto.§.ſi verò inſtituto. in Auth.de hære. & fal. vnde ſumitur Auth.hoc amplius. C. de fideicom. & ratio eſt, quia propter delictum lex priuat primum, acſi nunquam fuiſſet hæres: ſecundus caſus eſt, quòd poſt aditam hæreditatem expirat ſubſtitutio vulg.verum eſt, quãdo durat aditio primi hæredis, ſed ſi primus hæres ſit minor, & reſtituitur in integrum, locus eſt ſubſtituto, vt in gl.quia reſtitutio reponit omnia in priſtino ſtatu.l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.& ſic eſt perinde, acſi primus hæres nunquãadiuiſſet.& plenius per glo.in l.& ſi ſine. §.ſed quòd Papinianus.ff.de minoribus.declarat Bart. in l.2.§. 1.ff.eo.& in l.ex contractu.ff.de re iud. ¶ Glo.in verbo directæ. diuiditur in tres. In prima exponit tex.& allegat ꝯcordantẽ,& iſta eſt clara. In ſecunda ibi, ſed etiam in impuberibus. remouet tacitum contrarium, quod ſic induco: nam text.dicit, ꝙ vulgaris ſubſtitutio facta non impuberibus expirat adita hæreditate, ergo à contrario ſenſu vult, quòd ſi vulgaris eſſet facta impuberi, non expiraret adita hæreditate, quòd eſt falſum, vt patet.ſ̃.l.proxima.glo.voluit reſpondere, licèt obſcurè, quòd ideo tex.dicit nõ impuberibus, quia quando ſubſtitutio vulgaris fit maiori, adita hęreditate in totum expirat, quia aliam ſub ſe continere non poteſt, ſed quando expreſſa vulgaris fieret impuberi, licèt per additionem tolleretur vulgaris expreſſa, tamen non tollitur tacita pup.in ea contenta, vt ſ̃.l.proxima, & ſic non in totum expirat, iſta eſt intentio gl. In tertia ibi, illud tamen verum eſt.ponit dictum, quod eſt verum.Iaſon Papiæ.

ADDITIO.

a ¶Fal'lit.Adde aliam fal.quam ponit Alex.in l.1.col.17.ff.de vulg.& pup.

SVMMARIVM.

1 *Inter inſtitutos, & inuicem ſubſtitutos eſt locus iuri accreſcendi.*

LEX VI.

TEſtamento. Inter inſtitutos, & inuicem ſubſtitutos eſt locus iuri accreſcendi.h.d.& ratio dubitandi fuit, qa ex quo teſtator iſtos hæredes adinuicem ſubſtituerat, videbatur quòd inuitis non deberet accreſcre, quia nemo cogitur acceptare ſubſtitutionem. l. nec emere. infra de iure deli.vnde videbatur, quòd propter ſubſtitutionem eſſet in poteſtate hæredum acceptare. contrarium hic deciditur, nam ꝙ dixi, procedit, qñ eſt ſubſtitutio de per ſe, ſed cùm hic ſit iũcta cum iure accreſcendi ꝓp ius accreſcendi inuitis accreſcit, & hĩ in ſimili.l. qui patri. vbi text. ſing. ſcd̃m Bartol.& omnes ibi.ff.de acq.hær. Collige tria notabilia, vt hic per Bar.quem vide per te. ¶ Gl.diuiditur in quatuor. In prima allegat quatuor ꝯcor.In ſcd̃a ibi,& ẽt inuitis. ponit vnum dictũ, ꝙ hic exp̃ſsè habetur in text. In tertia ibi, ſed ſi ſuam partem velint.limitat hunc text. principaliter timore contrarij.l. cùm hæreditate. ff. de acqui. hæred. vbi deciditur directò contra iſtum text. ibi enim dicitur plus, quòd licèt aliàs ille, qui ſemel fuit hęres, non poſſit deſinere eſſe hæres, nec abſtinere, tamen ſi ſunt plures hæredes,& vnus adiuit pro parte ſua, quòd ſi alius cohæres repudiat partem ſuam, quòd nedum portio repudiata non accreſcit hæredi inuito, contra iſtum text. imò illa portio repudiata facit, vt ille, qui primò adiuit, poſſit repudiare partem, quam ſemel adiuit.gloſſ.dicit, quòd iſta lex debet intelligi ſecundum illam, ſi velit retinere partem ſuam, ſecus ſi velit repudiare, dic melius, quòd ibi loquitur, quando erant plures tantum cohæredes, hic autem non ſolùm erant cohæredes, ſed erant adinuicem ſubſtituti, & ſic hic erant duo vincula, quæ magis ſtringunt quàm vnum, & ſic faciunt, vt nedum non poſſit repudiare, ſed etiam inuito accreſcat. Ex quo collige per te pulchram limitationem ad d. l. cùm hæreditate, quam Pau. hic dicit ſingularem, & mirabilem cum concordan. vt hic per Alexand. intellige etiam iſtam gloſſ. & text. noſtrum, vt per Bartol. in l.quidam eulogio. in 2. colum. per illum text. infra de iur. delibe. ¶ In quarta parte ibi, ſed nun-
1 quid hoc caſu.gloſſ. format quæſtio.& reſpon. † ex qua nota, quòd cum in hac. l. iſti plures cohæredes eſſent adinuicẽ ſubſtituti, portio per vnum repudiata competit cohæredi duplici iure, ſcilicet iure accreſcẽdi, item ſubſtitutionis iure, conclu dit gloſſ.quòd cohæres poteſt repudiare ius accreſcendi,& venire ad illam partem iure ſubſtitutionis tantum, & effectus eſt, quia quando pars repudiata obuenit iure accreſcendi, certè ius accreſcendi accreſcit cum omnibus oneribus legatorum.l.vnica.§.his ita.ſ̃.de cad. tol. non ſic eſt, quando obuenit iure ſubſtitutionis, quia legata relicta ab inſtituto non intelligunlur repetita à ſubſtituto.l.licèt Imperator, vbi notatur.ff. de leg.1.contrarium eius, quod hic, tenet gloſſ.in l.ſi quis hæres inſtitutus. in princip. ff. de acqui. hæred. Bartol. hic, cum quo alij concordant, diſtinguit, quòd aut iſte hæres acceptauit partem ſuam, aut nõ per eum. Et ſi dicas, vt hic qũo poteſt cohæres venire iure ſubſtitutionis, niſi primò acceptet partem, quam habet iure inſtitutionis.l.qui complures.§.1. ff. eo? intellige verum, quando ſubſtitutio eſt facta nominibus appellatiuis, quia tunc intelligitur facta contemplatione primæ inſtitutionis, & tunc non admittitur ex ſubſtitutione niſi accepta inſtitutione.d.l.complures,& ibi Bartol.ſecus ſi ſit facta per nomina propria.l.ſi tu ex parte, & ibi Bald.ff. de acquiren.hæred. cum concor.

SVMMARIVM.

1 *Per pupil.ſubſtitutionem ſucceditur pupil.ex teſt. & excluduntur venientes ab inteſtato.*
2 *Mentio pupil.ætatis conditionaliter facta arguit pupillarem ſubſtitutionem.*

LEX VII.

a
1 SI teſtamento. [a] † Per pupillarẽ ſubſtitutionem ſucceditur pupi.ex teſtamento, & excluduntur venientes ab inteſta. h. d. & cogita, quæ ſit ratio dabitandi in hoc text.niſi dicas, ꝙ de pupil. ſubſtitutione nihil erat tractatũ ante hanc. l. & not. bene, ꝙ mentio pupil. etatis facta demonſtratiuè non arguit pupil.ſubſtitutionem, ſed requiritur, ꝙ fiat conditionaliter, ideo ſi teſtator dicat, ſubſtituo filio meo pupi. per hoc non dicitur ſubſtitutio pupil.ſed ſi dicat, ſi filius meus
2 decedat in pupillar. etate, talem ſubſtituo, tunc † mentio pupil. ætatis conditionaliter facta arguit pupil. ſubſtitutionem, ita Bald.in l.precibus.in pen. col.in fi.ſ̃.cod. Iaſ.Pap.

ADDITIO.

1 ¶Si teſtamento. De materia iſtius legis adde diffusè per Barba. in capitul. Rayn.de teſt.

SVMMARIVM.

1 *Tacita pupil.contenta ſub expreſſa vulgar.matrem non excludit.*
2 *Dictio omnino, importat idem quod omni caſu.*
3 *Per datio.vulga ſubſtitu. pupillo tollitur ſuitas.*
4 *Pupilla. expreſſa matrem excludit, etiam ſi ſit contenta ſub compendioſa.numero 5.*
6 *Sub expreſſa vulgari continetur tacita pupill. dato, quòd mater ſit in medio.*
7 *Licèt ſub expreſſa vulgari contineatur tacita pupill.et iam matre in medio exiſtente, tamen illa pupill. quæ haberet contra alios effectum, contra matrem non admittitur.*

8 *Tacita.*

Source : BIU Cujas

8 *Tacita pupil. excludit matrem, si probetur de voluntate testatoris volentis à tacita pupil. matrem excludi.*

9 *Miles non potest non solùm filio, sed etiam cuicunque maiori directò substituere post aditam hæreditatem.*

10 *Compendiosa sub compendio, & breuitate verborum continet duas substitutiones pupillarem, & fideicommis.*

11 *Sustitutio compendiosa facta à pagano filio per verba merè directa, an post pubertatem possit valere iure fideicommis.*

12 *Compendiosa facta à pagano per verba communia censetur omni tempore, & post pubertatem, & ante fideicommis.*

13 *Valet argumentum de tempore ad personas, & è contra.*

14 *Compendiosa facta à pagano per verba communia, pro tempore pupil. ætatis valet iure directò, prout de iure communi potest valere.*

15 *Si paganus substituat filio compendiosè per verbum commune, si contingat filium mori in pupillari ætate, admittitur substitutus ex directa pupillari.*

16 *Compendiosa facta à pagano filio cum adiuncto quandocunque sine liberis decesserit, omni tempore censetur fideicommis.*

17 *Iuspatronatus Ecclesiæ non transit in fideicommis. restituta hæredi.*

18 *Pupil. contenta sub compendiosa, vel breuiloqua dicitur expressa.*

19 *Pupillaris contenta sub breuiloqua matrem excludit, nisi in aliquibus casibus.*

20 *Quando filius testa. est substitutus fratri, & sic filio impuberi testatoris, tunc ex tacita pupillari matrem excludit.*

LEX VIII.



Recibus. Ista. l. est solennis, & repetibilis, & dicit Paul. quòd est solennior, quæ sit in toto. C. & vtilior in sua materia. ¶Ad euidentiam præmitte, quòd ista. l. secundum Cyn. & Alberic. hic, tractat de tribus substitutionibus. Pau. dicit, quòd de quatuor. Ego puto, quòd imò tractet de quinque, nam in verb. nam non est incerti iuris, secundum cõmunem sensum tractat de vulgar. substitutione expressa. Item de pupill. tacita sub ea comprehensa. deinde in versic. si verò substitutio. tractat de pupil. expressa. item de compendiosa, postea secundum communem intellectum tractat de fideicommis. principaliter tamen tractatur de compendiosa, & ista erit principalis materia, super qua versatur glos. penult. mag. & fin. in ea plures articuli infra examinabuntur: & quare dicatur compendiosa substitutio, & an sit species substitutionis, declarat Bartol. hic in tertia columna. & in l. Centurio. in secunda quæstio. ff. eodem. vbi plenius. ¶Præmitte secundò prius ad text. quòd Imperator appellat substitutionem in primum casum vulgarem: in secundum casum, appellatur substitutio pupil. in tertium, appellatur compendiosa: & si dicas vnde procedit hæc diuersitas? Bald. hic in tertio notab. post Oldrad. tetigit, sed non clarè, pungit aliquid Pau. hic, dic clarè, vt per Cyn. hic in euidentialibus: nam mortuo testatore primus casus est non aditæ hæreditatis, secundus est aditionis hæreditatis, antequam enim hæres adeat, oportet, quòd præcedat primum tempus, non aditionis per rerum naturam, saluo, nisi esset suus hæres, quia tunc inter mortem testatoris, & aditionem non est dare medium, quia lex ipso iure facit suum hæredem, glos. est notab. & eam ibi not. Bald. & multi reputant singular. in l. cùm hæreditas. C. depos. sed habet multas concordan. vt per Bald. in l. final. ff. de condi. institu. quia ergo substitutio vulgaris fit sub conditione, si institutus hæres non erit. & istud non esse hæredem est primum tempus, ideo substitutio vulgaris dicitur in primo casu, & sic tantum est dicere substituit in primum casum, ac si diceret substituit vulgariter: pupill. verò substitutio dicitur in secundum casum, quia regulariter fit sub conditione, si pupill. hæres erit, & in pupil. ætate decesserit, & quia hoc esse hæredem, est secundum tempus. ideo stat, quòd tantum est dicere substituit in secundum casum, ac si diceret substituit pupill. verùm, quia compendiosa fit post aditam hæreditatem, & post tempus pubertatis, & sic post duas substitutiones vulgar. & pupill. ideo appellatur in tertium casum. ¶Præmitte tertiò, quod versic. final. legitur duplicitur, vno modo secundum glos. *& communiter Doctor.* quòd licèt miles habeat priuilegium, quòd possit maiori post aditam directo substituere, & appellatur directa mili. tamen si miles substituat compendiosè, & sic directò post aditam filio suo, & supersit mater illius filj, certè priuilegio matris, donec mater viuit, illa directa facta à milite obliquatur, vt non valeat iure directo, sed ex iure fideicommis. tantum, ex quo apparet, quòd magis fauetur matri, quam militi, *iste est communis intellectus.* & cuius vtilitatis sit, dicam in glo. alius erit intellectus subtilis, & peregrinus Nouissimorum, & Fulgos. hic, & ante omnes dom. Christophor. quòd imò in hac. l. in fin. etiam matre in medio existente, tamen substitutio valet iure directæ mili. nec obliquatur, quia ponderant, quòd text. dicit, velut ex causa fideicommis. non dicit, quòd sit fideicommis. de quo infra dicetur. ¶His sic præmissis condescendo ad l. quæ communiter diuiditur in duas. In prima reassumit thema muliebriter, & sic imperfectè relatum. In secunda ibi, nam non est incerti iuris. plenius distinguit. Illa secunda subdiuiditur in tres casus principales, quos facit Imperator. ¶Tu dic subtilius, & magis ad intellect. text. quòd Imperator in prima parte, & sic in primo casu loquitur de expressa vulgari, & de pupil. tacita in ea contenta, & decidit, quòd vulgaris expressa expirauit per aditionem factam à filio, tacita autem pupil. quæ admitteretur contra alios, tamen contra matrem non admittitur fauore matris, & ista ponuntur in versic. nam non est incerti iuris. ¶In secunda ibi, si verò substitutio. ponendo secundum casum, loquitur de pupill. expressa, & compendiosa simul facta, & determinat, quòd pupil. decedẽte in pupil. ætate substitutus ex pupil. expressa admittitur, & matrem omnino excludit. ¶In tertia ibi, si verò post pubertatem, ponitur tertius casus, & loquitur solùm de compendiosa, & deciditur, quòd si pater substituit filio compendiosè quandocunque decesserit, & filius moriatur post pubertatem, & supersit mater, priuilegio matris factum est, vt compendiosa facta à milite, quæ aliàs valeret iure directæ mili. resoluitur, & obliquatur, vt valeat tantum iure fideicommis. ex hoc sequitur, quòd mortuo filio maiore, mater sibi directè succedit,
a & iure fideicõmis. restituit substituto. substitutio vulgaris* expressa expirat adita hẽditate, & pupill. tacita in ea contenta cõtra matrem non admittitur, ergo cùm neutro casu substitutus venire possit, mater omnino succedit: pupil. verò substitutio expressa facta non de per se, sed contenta sub compendiosa, filio decedente infra pupil. ætatem matrem excludit, post verò pubertatem fauore matris illa compendiosa obliquatur, & mater ab intesta. filio succedens tenetur per fideicommis. bona testõris substituto restituere. hoc dicit tota. l. casum figura, vt hic per Bald. ¶Not. quòd Imperator mulieri malè interroganti benignè, & cum distinctione respondet, dic, vt dixi in l. vt responsum, vbi Doct. supra de transactionibus. ¶Secundò not. ex text. nam non est incerti iuris. in verbo omnimodo. hic esse meliorem text. de iure pro communi sententia contra
1 Nouissimos, & Fulgos. hic, quòd † tacita pupil. contenta sub expressa vulgari matrem non excludit, quod sic induco: nam hic substitutio expressa erat facta in primum casum, ergo vulgaris expressa, dicit text. quòd si filius fuit hæres patri, quo casu per aditionem expirauit illa vulgar. expressa, quòd omnino ad matrem spectat successio, ergo tacita pupillar. contenta sub expressa vulgari non excludit matrem. text. dicit omnino, quod est idem quòd omni casu. glos. in l. si cum excep. §. quòd si homo. ff. quod metus causa, & capitul. ex parte. primo. de offic. delegat. ergo siue substitutus velit venire ex expressa vulgar. contra matrem, non potest, nec ex tacita pupil. cùm text. dicat, quòd omnino mater admittitur in omni casu. Et si tu dicas, quòd hoc fuit, quia ex quo expressa vulg. extincta est per aditionem hæreditatis, vt dicit text. & sublato expresso tollitur tacitum. l. tertia. §. qui habet. ff. de serui. rusticor. prædior. ergo extincta vulgari expressa, corruit pupil. tacita in ea contenta. respondeo, quod non est verum, quòd sublata vulgari expressa extinguitur pupil. tacita, imò durat, quia pupil. non cõ-
b tinetur tanquam accessoria, quia tunc sublato principali b expresso tolleretur accessorium, sed pupilla. tacita est æquè principa. substitutio, & non propriè dicitur contineri, imò porrigi, & extendi *l.* quamuis. in verbo porrigi. supra eodem, ergo non extinguitur extincta vulg. expressa. & ita declarat Bartol. in l. lex Cornel. ff. eodem. & in l. prima. in princip. ff. eodem. ad istum text. respondet Fulgos. quòd ideo in hac. l. tacita pupil. non admittitur contra matrem, quia non apparet, quod iste filius sit mortuus pupil. nam dicit, quòd in isto text. filius mortuus est, dicit ipse, intelligo pubes, quia text. non declarat, ideo non potuit esse locus pupil. tacitæ, & istam solut. simpliciter sic refert, & sequitur Alexand. in l. fin. circa fin. supra eod. titul. sed malè recitat, quia Fulgos. not. respondet, nam dicit in ista. l. verum est,

ADDITIONES.

a ¶Substitutio vulg. Adde, quòd Ias. & Alex. à Bar. discrepant, quia intelligunt versicul. fi. quòd compendiosa per pubertatem obliquatur. Bartol. intelligit etiam de pupil. vt obliquetur, & in hoc erit speciale mil. fauore. l. in pupil. cũ gloss. ff. eod. PVRPV.

b ¶Sublato principali. Adde regulam. accessorium. de regul. iur. in sexto. l. cùm princip. ff. eodem titul. gloss. in versicul. astringi. in capitul. quia plerique. de offic. ord. libr. 6.

Source : BIU Cujas

rum eſt, quòd qñ miles fecit teſtamentum, & etiam tempore mortis mil. filius erat pupil. & in poteſtate patris, ideo pater ſibi pupil. ſubſtituit, tamen non apparet in text. quando poſt mortem mili. poſteà mortuus eſt filius, vtrum ſit mortuus pupil. an effectus pubes. Alexan. hic in 1. colum. dicit, quod iſta ſolu. Fulg. ſtare non poteſt, quia niſi filius fuiſſet mortuus pupil. ſucceſſio omnino, & ſic omni caſu non ſpectaſſet ad matrem, quia pubes potuiſſet facere teſtamentum, & alium
2 inſtituere, ſed potes reſpondere, † quòd dictio omnino, [a] eſt
a præciſa, & importat idem, quòd omni caſu, ſed debet intelligi rebus ſtantibus in eodem gradu. argum. l. quòd ſeruus. ff. de condi. ob cauſam, & l. final. ff. qui ſatisda. cogan. vnde ſtrictius induco, & probo, quòd filius mortuus ſit pupil. quia aliàs fruſtra requireret text. quòd filius fuiſſet in poteſtate patris, nunquam eſt neceſſarium niſi in pupil. in omnibus alijs ſubſtitutionibus poteſt fieri ſiue quis ſit in poteſtate, ſiue non, ergo cùm text. requirat quòd filius ſit in poteſtate patris, requirit propter pupil. ſubſtitutionem, ergo apparet, quòd iſte filius mortuus eſt pupil. nec potes dicere, quòd iſta ſit narratio facti, quia ponitur in princ. l. vſque ad verſi. nam non eſt incerti. Reſponde, quod text. requirit, quòd filius ſit in poteſtate, conſiderato tempore teſtamenti, & mortis patris, quia tunc niſi filius fuiſſet pupil. & in poteſtate, non potuiſſet ſubſtitui pupil. nec expreſsè nec tacitè, vnde fateor, quòd tempore teſtamenti, & mortis patris erat pupil. & in poteſtate, ſed per hoc non ſequitur, ergo quando mortuus eſt filius, erat pupil. quia poterat eſſe effectus pubes, & ſic iſte text. non probat, in qua ætate filius ſit mortuus, & hoc quo ad caſum, qui ponitur in iſto verſicul. nam non eſt incerti iuris. licèt in verſicul. ſequen. vbi mutatur caſus, bene loquatur, quando filius deceſſit in pupil. ætate. Aliam ſolu. ad hunc text. ponit Salicet. hic, quod ideo in hac l. tacita pupil. non excludit matrem, quia pater ſubſtituerat vulgariter tantũ, adiecta illa dictione taxatiua tantum, vt patet in text. in verſi. tantum quo caſu quãdo pater ſubſtituit vulgariter tantum, adiecta taxatiua, tunc ſub vulgari non continetur tacita pup. ſed nec iſta valet, quia ſunt verba Imperatoris, non teſtatoris, vt dixi in l. quamuis. ſupra eodem. breuiter puto, quod iſte text. probet communem ſententiam, quòd tacita pupil. contenta ſub vulga. non excludit matrem. Primò, quia aliàs Imperator fuiſſet multum defectiuus. nam intendendo ponere omnes caſus, qui poterant contingere in præſenti themate, omiſiſſet caſum cæteris omnibus magis neceſſarium, ſcilcet quid de tacita pupil. contenta ſub vulg. qui caſus ante iſtam. l. non erat calarè deciſus, Imperator nullo modo debuiſſet caſum tam neceſſarium omittere. Secundò poteſt ſuaderi ex verſicul. ſequen. ſi verò. vbi deciditur, quod expreſſa pupil. matrem excludat, ergo innuitur à contrario, quòd tacita pupil. non excludat, aliàs ſi excluderet matrem tacita pupil. indubitata eſſet deciſio illius verſicul. reliqua in hoc paſſu dicam
3 in gloſſ. ¶† Tertiò pondera text. ibi, & patri hæres extitit. hic probari, quòd cùm pup. datus eſſet vulgariter ſubſtitutus, quòd talis datio vulg. ſubſtituti ſuſtulit ſuitatem, quia ſi non fuiſſet ſublata ſuitas, text. non requiſiuiſſet, quòd filius extitiſſet hæres patri, quia ſuitas feciſſet cũ hæredẽ, de quo aliquid
4 dicam in l. ſi fratris. ſ. de iure delib. ¶† Quartò not. in verſic. ſi
b verò ſubſtitutio, quòd pupil. expreſſa [b] matrem excludit, ita quòd matri tanquam præteritæ non datur querela, licèt talis præteritio habeatur pro exhęredatione. l. cùm filium. ſupra de inofficioſ. teſta. iuncto. §. mater. inſtit. de exhęred. lib. rationem ponit text. in l. Papin. §. ſed nec impuberis. ff. de inofficioſ. teſt. & plenius declarat Bartol. in l. 3. in princip. in tertio effectu ſubſtitutionis pupil. ff. eodem, & eſt text. in capitul. ſi pater. de
5 teſta. in ſexto. ¶† Quintò not. ex text. quòd nedum pupil. expreſsè facta de per ſe matrem excludit, ſed etiam contenta ſub compendioſa, quia non dicitur tacita ſaltem verbis generalibus, vt infra dicetur loco ſuo. ¶ Gloſſ. in verſicul. omnimodo. diuiditur in duas. In prima oppo. contra text. & ſolu. In ſecunda format quæſtio. ibi, ſed an poteſt admitti probatio. In gloſſ. in fin. habes ex tota iſta gloſſ. tres princip. conclu. Prima eſt, quòd ſub expreſſa vulg. ſemper continetur tacita pupil. ſiue mater ſit in medio, ſiue non, & ſic mater non obſt. quin ſub vulgari contineatur tacita pupil. idem tenet gloſſ. in l. final. ſupra tit. 1. & in §. qua ratione. inſtit. de pup. ſubſt. & Doct.
* Citramon. & Canoni. in dict. capitul. Rayn. & iſta eſt *vera, & communis ſententia*, pro qua eſt text. ineuitabilis in l. final. in fin. ſ. tit. 1. vbi matre præmortua ſubſtitutus admittitur ex tacita pup. qui aliàs non admitteretur niſi contineretur, ita teneas, licèt gl. ſi. in verſi. duntaxat. in l. Centurio. ff. eod. quam ſequuntur Vltramon. vt refert Cy. hic in 2. opp. teneat cõtra, per duo leuia, quibus reſpondet Bartol. in d. l. Centurio. in 2. colum. & clarius Salycet. hic. nec placet id, quod tenet Bald. hic in 2. col. & 2. opp. & ſibi aſcribit Fulg. in 5. colum. quod non contineatur purè, ſed conditionaliter, ſi mater moriatur, & ita ſaluant
6 gl. in d. l. Centurio. ¶† *Stat ergo vera, & communis ſententia*, quòd ſub expreſſa vulg. continetur tacita pup. non obſt. ꝙ mater ſit in medio. Hinc ex iſta concluſione reſultant tres not. effectus. Primus eſt, ꝙ ſi mater præmoriatur ante filium, ꝙ ſubſtitutus admitteretur ex tacita pup. & alios excludet, de quo eſt tex. indubitatus in d. l. fi. ſ. tit. 1. in fi. ¶ Secundus no. effectus eſt, ꝙ etiã ſi mater non præmoriatur, ſed renuntiet ſucceſſioni filij, ſubſtitutus ex tacita pup. veniet, quia non videtur differentia, an mater præmoriatur, an viuat, & renuntiet hæreditati filij. l. 2. §. ſed ſi ſint ſui. & §. ſeq. ff. ad Tertul. ita not. tenet Bar. in d. l. Centurio. in 2. col. & ibi Ang. ſibi contrarius. ff. eo. Bal. in 1. opp. hic, ſed hoc vltimum impugnat Ang. hic, quia ex quo per exiſtentiam matris ſemel fuit aperta via matri ab inteſt. veniendi, ergo non poteſt cauſa teſtati amplius reuiuiſcere, caſus eſt in l. denique. ff. de iniuſt. rupt. nec ſecundum eum. obſt. d. l. fi. in fi. ſ. tit. j. quia ibi mater non ſuccedit ab inteſt. & ſic non fuit aperta via inteſtati, ſed ibi ſuccedit ex teſtamẽto per ius accreſcendi, quia ibi erat cohæres filij, vt ibi declaraui. Breuiter tene ſententiam Bart. cum quo etiam tenet Pau. hic in 3. col. & ſubtiliter Cu. in d. l. Centurio. in 7. col. eo quia illud, quod dicit Ang. ꝙ ſemel aperta eſt via matri ab inteſt. eſt verũ ſi mater veniat cum effectu, ſecus ſi non acceptet ſucceſſionem filij, vt quia præmoriatur, vt in ſimili. eſt text. notab. in l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus. ff. de hæredib. inſtit. & contra Angel. pondero text. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. vbi propter præteritionem filij in ptãte erat aperta via veniendi ab inteſtato, & tamen ſi filius ibi abſtineat, ſucceditur ex teſtamen. ſaltem de iure prætorio, niſi dicas, quod ibi erat aperta via veniendi ab inteſt. ſ. contra voluntatem patris. hic autem præter, tamen ſi cõſideras arg. à maiori, multo magis debet idem eſſe, tamen pro Ang. contra Bart. ſtringit text. in l. filiusfa. §. cùm quis. ff. de leg. 1. vbi datus erat ſubſtitutus alicui ſi deceſſiſſet ſine liberis, pone, ꝙ habuit liberos, ſed nolunt eſſe hæredes, tñ excludunt ſubſtitutum, ergo ſola exiſtentia liberorum, licèt nolint eſſe hęredes, operatur excluſionem ſubſtituti, ergo ita in propoſito ſola exiſtentia matris, licèt noluit eſſe hęres filio, excludit ſubſtitutum, maximè, qui venit ex tacita pup. eſt ſatis difficile contrarium, quòd mouet Cuma. in l. ſi mater. §. 1. ff. eo. & in d. l. Centurio. in 7. col. & ibi valde egregiè reſpondet, quòd tex. in d. §. cùm quis. loquitur, quando conditio liberorum fuit expreſsè appoſita à teſtatore, tunc ſufficit ſola exiſtẽtia liberorum, licèt non ſint hæredes, ſed nos loquimur quando iſtud de matre, quod excludat ſubſtitutum venientem ex tacita pupillari, non eſt quia teſtator diſpoſuerit, ſed ex diſpoſitione. l. quæ facilius tollitur quàm expreſſa diſpoſitio teſtatoris, ideo ſi mater renuntiet ſucceſſioni, ceſſat diſpoſitio. l. ex quo habes colligere per re ſingularem limitationem ad hunc ſecundum effectum, & Alex. in d. l. Centurio. in 31. col. admiratur de iſta limitatione, & reputat ſingularem, licèt non audeat firmare. Tertius effectus eſt ſecundum Pau. hic, quia ſi mater eſſet negligens per annum in acceptando tutelam filij impuberis, vel faciendo ꝓ uideri de idoneo tutore, priuatur ſucceſſione filij. l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertul. l. ſciant. C. de legi. hære. & Bal. hic plenius quã alibi ſatis impertinenter examinat hanc materiam de matre quæ ſit negligens in petendo tutorem, certè iſto caſu ſubſtitutus ex tacita pup. admitteretur, & ſic ex iſtis omnibus habes, quod ſiue mater præmoriatur, ſiue excludatur à ſucceſſione filij per renuntiationem, ſiue per negligentiam petendi tutorem, ſubſtitutus admittitur ex tacita pupillari contenta ſub expreſſa vulg & ſic habes magnam ampliationem ad l. fi. ſ. tit.
7 1. ¶† Secunda principalis concluſio habetur ex iſta glo. quòd licèt ſub expreſſa vulgari ſemper cõtineatur tacita pupillaris etiam matre in medio exiſtente, tamen illa tacita pup. quę haberet contra alios effectum, contra matrem non admittitur, & ſic donec mater viuit, non habet effectum contra eam. idem tenet glo. ſ. in verſic. fideicom. in prin. & in l. fi. in gl. fi. ſ. tit.
* 1. & in d §. qua ratione. & iſta eſt vera, & *communis concluſio*, quã tenent communiter Doct. hic, & in d. l. fi. vbi Alex. plenè, & Doc. in l. 2. in prin. ff. eo. licèt contrariũ teneat Fulg. hic, & in d. l. fi. & ante eum ponit Ang. in d. l. fin. in 1. col. & dicit, quòd fuit mirabi-

ADDITIONES.

2 Dictio omnino. Adde Fel. in c. Rodul. de reſcr. in 21. col. in verſi. oĩno. item adde, ꝙ iſta dictio oĩno, habet duas ſignif. de quibus enumerat Fely. in c. ex parte. el 1. in 1. col. de offi. dele.

b ¶ Pupilla. expreſſa. Vide Bartol. conſilio. 33. præſupponitur, quòd Lippus.

Source : BIU Cujas

mirabilis opi.gl.in l.Lucius.ff.eo.quę nihil dicit.hanc opi.refert etiam Alberic.hic in 2.col.pro qua multa adducit,inter alia regulam habemus, quòd ſub expreſſa vulgari continetur tacita pupillaris, etiam ſi mater ſit in medio. l.fi.& l. quamuis.s̃.eod. & illa tacita excludit etiam venientes ab inteſtato, ſed nullibi reperitur exceptuatum,quin illa tacita habeat effectum etiam contra matrem,niſi quando mater eſt cohæres filij, vt in caſu d.l.fi.ergo quando non eſt cohæres, debet mater excludi. nec obſt.text.noſter,qui ſolus obſt.in verſi.nam non eſt incerti. qa dicit Fulg.q̃ Imper. in hac.l.nihil noui inuenit ſtatuendo, ſed ſolùm recitat omnes caſus,qui euenire poterant,& eos decidit ſecundum deciſionem aliarum legum. Præterea in iſta.l. filius deceſſit pubes,de quo dixi in 2.no.alleg. etiam.l.2.s̃.eod. vt ibi & dixi, & reſpondi. Allegat etiam l.quamuis.vbi dixi,ſi non fuiſſet imparitas,tacita pupillaris fuiſſet contenta ſub expreſſa vulg.& excluſiſſet matrem.Reſponde, vt ibi dixi, & an mater excludatur in illo text.verbum nullum.Breuiter tene communem,quia vt dicit Pau.hic,temerarium eſſet tenere contra cõmunem,& Comenſis in l.iam hoc iure.§.fin.in fin.ff.eod.referens iſtam opi.Fulg.dicit,quòd non audet recedere à communi,quia iſta l. apertè eam probat.Ang. etiam in d.l.fin.in 1.col. s̃.tit.1.referens d.opi.eam reprobat,quia eſt contra iſtam.l.quę l.probat inducendo,& diſputando,vt dixi in 2.not. & ſic concludo,quòd tacita pup.contenta ſub expreſſa vulg.non habet effectum contra matrem. an autem contra alios venientes ab inteſt. admittatu,rponit Bart. in l. 2.in prin.ff.eo.Ang.hic in 3. col.& latius Fulg. hic in 4.& 5. col. qui in aliquibus contrariatur Bart. ¶† Tertia not.concluſio [a] glo.eſt,quòd poteſt probari contrarium. ſ. quòd teſtator voluerit à tacita pupil.matrem excludi, & tunc probata voluntate defuncti, tacita pupillaris excludet matrem defuncti,& in hoc gl.approbatur, & in hoc poteſt voluntas probari per duos teſtes,vt dixi in l.quamuis.s̃. eod.Adde, quòd talis voluntas non ſolùm poſſet probari per teſtes ſed etiam per coniecturas, quæ colligerentur ex verbis teſtatoris,vel ex qualitate matris, quæ fortè erat inimica teſtatori,vt proſequitur Bart.in l.2.in prin.in pe.& fi.col. ff.eo.Bald. Ang.& Sal.& Pau.hic.Bal.& Sal.in l.quamuis.s̃.eo.Bald.Ang. & Saly.in l.fi.s̃.tit.1.inter aliàs coniecturas not. vnam ſingularem, & quæ eſt de pane quærendo, quam ponit Angel.hic in 2.col.in lect.Peruſi.quãdo teſtator inſtituiſſet * vulgariter piã [b] cauſam," puta Eccleſiam,quia tunc tacita pupillaris,quę continetur ſub expreſſa vulgari excluderet matrem, quia veriſimile eſt, quòd teſtator plus dilexerit animam ſuam, quàm vxorem,cùm prima charitas incipiat à ſeipſo.l.præſes.cum gl. C.de ſerui.& aqua. pro qua limitatione facit, quod tenet gl.fi. hic in fi.quę tenet,quòd ſi ſubſtitutus fuiſſet alius filius teſtatori, q̃ ille filius ex tacita pupillari matrem excluderet tanquam magis dilectus.Quod vltimum ibi examinabo.iſtam deciſio. Ang.ſequitur,& reputat nota.Pau.hic, in 4.col. & tenet Alex. [c] in conſil. 38. [c] in 1. vol. incip. Viſo themate de quo. s̃.omiſſo longo,& c.in 4.col.& in conſil. 12.in 3.vol. inc. Attentis verbis teſtamenti.in 8.col. & in conſil. 92.in 3. volu.ſuper eo,de quo quæritur in ſuperiori themate in tertia col. in fi. nec ab iſta deciſio.Ang.in uenio quenquam diſcedere.¶ Sed inuenio, quòd in contingentia facti eam dupliciter limitat Fran. de Aret. in conſi.155.incip. Periculoſum eſt.ad fin. Primò limitat, vt deciſio Angel.procedat tantum, quando teſtator ſubſtituit pro anima pro exoneratione conſcientiæ malè ablatorum, ſine quorum reſtitutione anima teſtatoris non poſſet ſaluari, aliàs non procedit dictum Ang. quòd dicit patere ex verbis Ang. hic; aduerte, quia Ang. hic verum loquitur,quando teſtator habebat conſcientiam pollutam ex conſcientia malè ablatorum incertorum. Et licèt d. Fran. pro iſta ſua limitatione nil aliud alleget, ego addo facere, quòd voluit Bald. egregiè in l. filio præterito.in 2.col.ff.de iniuſt.rup.vbi tenet, & eſt ſolenne verbum,quòd licèt ſi teſtator in teſtamento præterijt ignoranter filium poſthumum,natiuitate talis poſthu.ignoranter præteriti rumpatur teſtamentum in totum, & omnia legata corruant,nec ſuſtineantur per Auth. ex cauſa.ſ. de lib.præte.dicit Bald.quòd id verum eſt,quando ſunt legata voluntaria, ſecus [d] ſi ſunt neceſſaria facta pro reſtitutione vſurarum, [d] vel malè ablatorum,talia.n.legata ſunt neceſſaria,nõ pręcisè,ſed cauſatiuè, ſi vult animam ſuam ſaluari, talia legata ſuſtinetur, per dict.Authen.ex cauſa, quia teſtator præſumitur magis dilexiſſe animam ſuam quàm filios, & ſequuntur Angel. & Imol. ibi, & Bald. Angel. & Imol.in l.Titius. in princip. ff.de lib. & poſthum.& Ioan.de Anan.in conſil.28.incip.Viſis, & ponderatis.in penult.colum.& do.Franciſc.de Aret.in conſil.95.in ci. viſo legato. in 1.col. iſtud videtur bene facere pro limitatione d.Franc.de Are.ſed puto, q̃ dictum Angel. generaliter procedat,non reſtringendo ad terminos limitationis.d.Fran.quia teneo, quòd quando teſtator ſubſtituit filio pupillo Eccleſiam, vel pauperes, licèt non fecerit pro malè ablatis, q̃ tamen talis pia cauſa veniat ex tacita pupillari, & matrem excludat, quia talis ſubſtitutio omni caſu cenſetur ad pias cauſas, & ſic pro anima teſtatoris, quia quicquid relinquitur Eccleſijs, vel pauperibus, licèt non relinquatur pro malè ablatis, vel pro vſuris extortis, tamen dicitur ad pias cauſas, & ſic prõ anima, vt patet.ex traditis per Bar.in rep.l.1.s̃.de ſacroſanct.Eccleſ.in 2.& 3. q.2.q.princip. vbi per Bald.& alios, & poſſet confirmari multis ſimilib.maximè ex eo,q̃ dicit Bar. in l.lineam margaritarũ. §.1.ff.ad l.Falci.Ang.in l.1. §.ad municipium.eod.tit. vbi deciditur, quòd ſi teſtator relinquat certam pecuniam,vt pingantur figuræ Sanctorum in Eccleſia, dicitur ad pias cauſas,& ſic pro anima,& tamen non eſt pro ablatis, ſi ergo omni caſu eſt pro anima teſtatoris,militat fundamentum Ange. quòd teſtator magis præſumitur dilexiſſe animam quàm vxorem,niſi dicas,quòd quando ſubſtitutio fit in pauperes, vel in piam cauſam pro malè ablatis, & vſuris extortis; quòd tunc relictum pro anima dicitur neceſſarium cauſatiuè, vt ſupra dixi, quia aliàs periculum eſſet animæ, quæ ratio ceſſat, quando non fit pro malè ablatis, vel vſuris extortis, not.bene iſtam limitationem domin.Franciſc. quia vtilis eſt. ¶Secundo limitat idem dom.Franc.in d.conſil.vt deciſio Ange.procedat,quando ſubſtitutio pię cauſæ facta filio,eſſet facta vniuerſitati,quia Eccleſia in vniuerſum eſſet ſubſtituta, iſto caſu facilius Eccleſia, vel pia cauſa admitteretur iure directo ex tacita pupillari excludendo matrem, ſecus ſi eſſet facta vniuerſitati, vt in caſu de quo ibi per eum, nihil penitus tamen allegat, ſed ſine l. & ratione procedit,vnde vltra id,quòd vulgo dicitur,erubeſcimus cùm ſine.l.loquimur.l.illam.ſupra de colla.occurrit,quod ſingular.dicit Bald.in capitul.in Geneſi. de elect. quòd paria ſunt, vel quod aliquid fiat contra. l. vel ſine lege. ¶Glo. in verſi.fideicom. quia difficilis eſt, ideo vt bene, & explicitè enuclees, diuido in tres partes principales. In prima tractat de compendioſa ſubſtitutione facta à milite,& durat vſque ibi,dicitur ergo compendioſa. ibi eſt ſecunda pars,in qua gloſſ.ſummatim tractat materiam compendioſæ,& durat vſque ibi, in pagano dic.ibi eſt tertia pars principalis,in qua glo.tractat de ſubſtõne compendioſa facta à pagano,& durat vſq; ad fi. & ſic licèt gl. videatur continuatiuè procedere, tamen oportet intellectualiter diuidere, vt dixi. Redeo ad primam partem difficiliorem, pro cuius introductione præmittæ, quod tota iſta prima pars eſt facta principaliter propter vnum contrarium, quod conatur ſoluere,quòd eſt,nam dicit text.in fin.quòd ſi teſtator miles ſubſtituit compendioſè filio ſuo, & filius ſit mortuus poſt pubertatem,quod ſubſtitutus habet neceſſè capere bona, quę fuerunt militis,ex cauſa fideicommiſ.de manibus matris, & ſic, quòd ſubſtitutus non poteſt directò venire, & ſic cape- [9] te propria auctor. Contra iſtud fortiſſimè facit, † nam miles habet ſpeciale priuilegium, quod non ſolùm filio,ſed cuicunque inſtituto maiori poſt aditam poteſt directò ſubſtituere. l.Centurio.ff.eodem. l.inſtitutio. la prima. in fin. ſupra de teſta. milit.& eſt ratio,quia miles poteſt facere,quòd qui ſemel fuit hæres directo,in totum deſinat eſſe hæres.l.milites etiam. ff.de teſtam. milit. & ſic poſt aditam poteſt miles maiori directò ſubſtituere: ſi ita eſt, quare ergo in iſta. l.in fin.ſubſtitutus non venit iure directæ ſubſtitutionis, & ſic non capit iure directo propria auctor.& tamen hic in fin.dicit, quòd venit iure fideicommiſ. ergo directa ſubſtitutio etiam in milite locum non habet, propter hoc contrarium facta eſt gloſſ. in tota prima parte principa.quæ in effectu ponit tres principa. ſolut. Prima eſt, quòd contrarium procederet, niſi mater eſſet in medio, quia fauore matris illa ſubſtitutio milit. quæ aliàs valeret iure directo,

ADDITIONES.

a ¶ Tertia no.concluſio.Quam ſequitur Bar.ponendo vnam coniecturam cõſi. 15.pater habens filios.circa fi. PVRPV.

* Aliàs ſubſtituiſſet.

b ¶ Piam cauſam.Adde Alex.lib.3.conſi.92.ſuper eo.col.1. contrarium eſt de mente Bar.in l.Centurio. de vulg.in queſtio.de paup.Chriſti.dum ſe fundat in verbis,& Ange.ſequitur Alex.lib.2.conſi.66.viſo teſtamento.col.3.verſi. non obſt.ſi dicatur,&c. PVRPV.

c ¶Conſil.38.Lib.1.vbi Docto.in apoſtil. alleg.Iaſ.hic,& Alex.in l.moribus.in prin.col.fi.ff.de vulg.eundem cõſi.66.nu.2.lib.2.conſi.12.num.25.libr.3.ſed falſam dicunt limi.Iaſ.hic.& Alex.d.conſil.38.nu. 4.quia ſicut Eccleſia non vult ſuccedere in præiudicium filiorum, ita nec in præiudicium parentum. Archid. in capitul.. ſi pater. deteſtam. in ſexto. & dictum Angel. limitandum eſt, vt procedat quatenus ſubſtitutio eſſet facta pro reſtitutione malè ablatorum,vt per Dec.hic numero 14. Guliel.Benedic.repet. capit.Raynutius.verſic.ſi abſque liberis. num.98. MÁSVER.

d ¶Pro reſtitutione vſurarum. Adde Doctor. in capit. quamquam. de vſur.lib. 6.& in clem.1.eod.tit.& ibi Doct.

Source : BIU Cujas

directò, obliquat vt valeat iure fideicommiſ. & iſtam videtur amplecti glo. ſed nihil valet, quia cùm in iſta l. in fi. agatur de ſuccedendo non filio, ſed militi defuncto, & in eius bonis tantum, vt dicit text. in fi. certè, quando agitur de ſucceſſione materiti, vxor, quæ non admittitur niſi poſt omnes. l. vnica. §. vnde vir, & vxor. nullum habet priuilegium, prout tenet gl. approbata in l. fi. in gl. fi in fi. §. tit. 1. ideo ineptè dicitur, q̃ hoc ſit fauore matris, q̃a ſi ageretur de hr̃ditate filij, tunc fauore mr̃is bene p̃cederet, vt eſt in ſimili, q̃ dicit gl. q̃ tacita pupil. non excludat matrē, q̃a ibi agitur de ſucceſſione filij, ſed cū hic agat̃ de ſucceſſione militis, ineptè loq tur de matre, ſed deberemus loqui de vxore, quæ non habet priuilegiū, ergo iſta ſolutio non eſt bona, & nihil valet ſimile glo. Secunda fuit ſolutio Py. quæ ſecundum Pau. deberet abradi de libro, quia dicit contra leges. §. adductas. nam negat Py. oppo. eſſe verā, & dicit, quòd imò miles non poteſt puberi directò ſubſtituere poſt aditam, contra text. §. adductos. Tertia ſol. ponitur per gl. cum diſtinctione, ſed parum diſcrepat à prima, niſi quòd primam plenius explicat. ¶ Iſta eſt in confuſo mens totius 1. par. glo. quam nūc ex præmiſſis ſubdiuide in 5. parti. In 1. timore d. opp. glo. ponit primam ſol. quod in hac l. ſit ſpeciale fauore matris. In 2. iſtam ſolu. probat per ſimile de tacita pup. & eſt ibi, ſic & aliàs fauetur. tamen ſimile non eſt bonum, vt prædixi. In tertia ibi, ſed ibi fuit vulgaris. ponitur tertia particula, quæ eſt valde obſcura, in qua glo. opp. contra ſimile proximè adductum, dum fuit dictum, quòd fauore matris tacita ſubſtitutio non admittitur contra matrem, nam iſtud ſimile eſt contra iſtam l. vbi pupillaris, quæ comprehenditur ſub ẽpendioſa, eſt tacita, & tñ matrem excludit. text. eſt hic in verſi. pen. glo. reſpondet ſuſtinendo ſimile, quod loquitur ſimile de tacita pupillari contenta ſub expreſſa vulg. & illa matrem non excludit, ſed iſta l. loquitur de pup. quæ continetur ſub compendioſa, & illa bene excludit matrem, & bene dicit glo. ratio eſt, quia primo caſu pupil. eſt omnino tacita. Secunda licèt ſit tacita verbis ſpecialibus, tamen eſt expreſſa verbis ſaltē generalibus. In quarta ibi, Py. tamen. ponit 2. prin. ſolu. Py. euidenter falſam. In quinta ibi, vbi ergo puberi. ponit 3. ſol. per viā diſt. licèt in effectu debeat ſimul iungi cum 1. quia eſt amplificatio primæ ſol. Rurſus 2. pars prin. in qua glo. ſummat, & breuiſſimè ponit materiam compendioſæ ſubſtitutionis, licèt pauca verba habeat, ſubdiuiditur in 5. In prima ponit, quare dicat̃ compendioſa. In ſecunda ponit, quot ſubſtitutiones compendioſa ſub ſe contineat. In tertia, quib. verbis fiat. In quarta, quibus perſonis. In quinta, an ſubſtitutiones contentæ ſub breuiloqua ſint expreſsè, vel tacitæ. Secunda ibi, & ſic duas continet. Tertia ibi, & fit directis verbis. Quarta ibi, & pupillo tantum. Quinta ibi, & ſic pupillaris. Rurſus tertia pars principalis, in qua gloſſ. per viam diſt. tractat de compendioſa facta à pagano, ſubdiuiditur in quatuor, prout in effectu via diſt. ponit quatuor q. In 1. tractat de compendioſa facta à pagano per verba directa, an & quo iure valeat. In 2. quid quando facta eſt per verba communia. In tertia, quid quando facta eſt per verba ſiue directa, ſiue communia, ſed cum adiectione ſi ſine liberis deceſſerit. In quarta, quid quando ſubſtiiutio eſt facta ſub expreſſa enumeratione tempororum. Secunda ibi, ſed ſi ita ſubſtituat. Tertia ibi, ſi verò ita ſubſtituat. Quarta ibi, ſi verò ſic dicat, & iſta diuiſio eſt valde neceſſaria. & enucleat medullam totius glo. ¶ Redeo ad primam partem princip. gloſſ. quæ, vt dixi, timore contrarij. §. formati, ponit tres ſolutiones. tota ergo difficultas ſtat in hoc, quare in hac l. in fi. compendioſa [a] facta à milite nō valet poſt pubertatem iure directò, cùm miles poſſit maiori poſt aditā directò ſubſtituere, iuribus in gl. alleg. & eſt text. clarus in d. l. Centurio. in fi. vbi dicit, quòd compendioſa facta à milite filio impuberi valet poſt pubertatem ſpeciali militis priuilegio, ergo iure directæ militaris, ſed tex. hic in fin. dicit, quòd valet iure fideicom. tota ergo difficultas eſt concordare iſtum text. in fi. cum d. l. Centurio. in iſta ſumma difficultate inuenio ſeptem ſol. & ſic ſeptem opi. ¶ Prima eſt ſolutio gloſſ. quod hic mater erat in medio, & fauore matris obliquatur, vt valeat iure fideicom. tantum, ſed in d. l. Centurio, de matre verbum nullum, & verum eſt. iſta ſolu. nihil valet, nec ſimile gloſſ. vt §. oſtēdi, cùm hic tractetur de hæreditate mariti militis, non filij. ¶ Secunda ſol. Py. eſt contra leges. §. alleg. ¶ Tertia ſol. eſt, quòd hæc compendioſa non fuit facta maiori, & ſic puberi, ſed pupillo, quo caſu lex ſatis habuit, quòd pro tempore pupil. ætatis valuerit iure directò, ſed poſt pubertatem fauore matris obliquatur, & ſic gloſſ. reuertitur ad primam ſolutionem, ſed addit, quòd hic fauore matris hoc ſit, & quia hic compendioſa fuit facta minori, idem tenet gloſſ. in dict. l. Centurio. & in capitul. ſi pater. in gloſſ. mag. de teſtam. in 6. & Antiqui, quos refert, & ſequitur Cyn. hic, & iſtam ſolu. tenet inaduertenter

* Bart. hic in 2. colum. ſed iſta ſententia eſt falſa, & *communiter reprobatur*, quia quoties compendioſa fit a milite verbis directis, prout loquitur glo. tunc non refert an fiat maiori, vel minori. Item an mater ſit in medio, vel non, quia de matre non curatur, cùm non tractetur de hæreditate filij, vt §. dixi. & iſtud pater ex d. l. Centurio. vbi erat facta impuberi, tamen de matre ibi verbum nullum, & ita tenet Bart. in d. l. Centurio. vbi Bald. Ang. & Pau. Bart. in l. in teſtamento, magna. in fin. vbi Alex. in pen. colum. §. de teſta. mil. & Pau. hic, & ita tene contra gloſſ. hic, & concor. ¶ Quarta fuit opi. Bart. in l. Centurio. & in d. l. in teſtamento. in fi. qui diſtinguendo tres caſus in effectu concordat iſtam legem cum. l. Centurio. & dicit, quod in d. l. Centurio. ibi ſubſtitutio cōpendioſa fuit facta verbis merè directis, & ideo ibi valet iure directo, ſed in iſta l. ſubſtitutio ẽpendioſa fuit facta à milite verbis communibus non directis, vt eſt verbum ſubſtituo, & ſic verbis tam conuenientibus directę quàm fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, & tunc quia mater eſt in medio, fauore matris obliquatur, vt valeat iure tantum fideicom. & hunc dicit eſſe propriū huius. l. caſum, & ſic, quòd in hac l. valet iure fideicom. eſt propter duo, primo, quia facta eſt verbis communibus, ſecundo fauore matris, & iſtam ſolu. tenet Car. in d. c. Rayn. & Alex. in d. l. Centurio. dicens, quòd licèt in hac difficultate non audeat loqui, tamen, quòd tenet iſtam opi. Bart. tanquam paucioribus ſpinis carentem, quam etiam tenet Imo in d. l. Centurio. & in d. c. Ray. ſi tamen in text. habetur verbum ſubſtituit, vt præſupponit Bar. ſed dicit Imo. quod, quia communiter libri habent verbum conſtituit, aliud videtur. Sed caue, quia ſiue tex. dicat ſubſtituit, ſiue conſtituit, ſunt verba Legiſlatoris non teſtatoris. iſtam nullatenus teneo ex. §. dicendis, & quia fundamentum Bart. de exiſtentia matris reprobatur, prout reprehenditur glo. hic. ¶ Quinta fuit ſol. Sal. hic, qui tenet contra Bart. quòd imò in hac l. ſubſtitutio compendioſa fuit facta verbis directis, non communibus, quia ponderat text. in verbo *hæredem ſcripſiſſe*. & in verbo *eos habeat hæredes*, quæ verba ſunt directa non communia, vt patet ex doct. Bart. in l. 1. C. communia de leg. & iſtam l. cùm d. l. Centurio. concordat hoc modo. nam dicit, quòd ideo in hac l. ſubſtitutio compendioſa facta à milite verbis directis nō valet poſt pubertatem iure directo, ſed fideicom. tantum, quia Impera. præſupponit militem in hac l. non voluiſſe vti priuilegio militis, ſed iure communi, & quod ita ſit patet, quia Impe. potuit hanc l. ſub hoc titulo, vbi non tractatur de priuilegijs militum, aliàs Impe. potuiſſet in tit. §. de teſt. mili. vltra cum poteſt hoc comprobari euidētius, quia ſi Impe. in hac l. loqueretur, quando miles vtitur priuilegio militis, non requiſiuiſſet text. quod filius eſſet in poteſtate patris, prout pluries dicitur in text. quia miles ex priuilegio ita poteſt ſubſtituere filio emancipato ſicut filio in poteſtate. l. miles ita. §. exhæredato. ff. de teſta. mili. & tamen paganus non poſſet. l. ſecunda. in princip. ff. de vulg. & pupil. hoc eſt arg. Cyn. hic in penul. colu. ſed ad aliud propoſitum, ſed in l. contraria. ſ. in d. l. Centurio. ibi miles voluit vti priuilegio militis, ideo ibi valet iure directæ mil. & ſi dicas, vbi apparet, quod in d. l. Centurio. magis voluit vti priuilegio quam hic? reſponde diuinando, quod ibi miles hoc expreſſit, vel ibi non adhibuit teſtes, qui ſunt neceſſarij de iure communi, vnde eam nullatenus tene, quæ euidentiſſimè cōfunditur, quia ſi verū eſſet, q̃ in hac l. ſubſtitutio cōpendioſa fuiſſet facta a milite verbis directis, & miles voluiſſet vti iure cōi, vtendo iure cōi, poſt pubertatem ſubſtitutio euanuiſſet, nec valuiſſet iure fideicō. q̃ patet, quia ẽpendioſa facta a pagano verbis directis poſt pubertatē expirat, & eſt nulla, nec valet iure fidei com. vt dicam in prima particula tertiæ partis principal. Item non eſt verum, quod ideo hic miles non vtatur priuilegio, quia iſta l. ſit poſita ſub iſto titu. & non ſub tit. de teſta. mili. talſum eſt propter. l. Centurio. quæ ſecundum ipſummet loquitur de priuilegio militis, & tamen ponitur in tit. ſubſtitutionū, ſicut iſta, & ſic opin. Sal. vltra euidentes diuinationes, etiam in ſeipſa eſt falſa euidenter. ¶ Sexta fuit opi. Bal. hic, qui, quod mirum eſt, in iſto artic. in iſta l. ſæpè variat, poſteà videtur diſtinguere inter ſubſtitutionem factam per directa verba directò, quæ ſunt illa, quę ſunt inuenta à l. 12. tab. vt eſt verbum hæres eſto, & per verba directa vtiliter inuenta poſteà ex vſu gentiū, quæ fuit diſtinctio Bart. in alio arti. in d. l. Centurio, quam differentiam tanquā captioſam ex ſolis verbis reprobant Imol. & *communiter* Mod. in d. l. Centurio. & Sal. hic. ¶ Septima fuit opi. veriſſima

ADDITIO.

[a] ¶ Compendioſa. Quòd hic compendioſa non valeat iure directò poſt pubertatem, & gl. hic tenet, & Alex. lib. 3. conſi. 12. col. 6. PVRPV.

Source : BIU Cujas

veriſſima Ful.hic in 8.col.& ſeq. quam aliqui putant fuiſſe domini Chriſtoph.de Caſtil. nam Fulg.verum dicit, ꝙ iſta l. ꝙcordat cum d.l.Centurio. quia etiam in hac l. compendioſa facta à milite valet poſt pubertatem iure directo, & ſic iure directæ militaris, ſicut in d.l.Centurio.quia pondera, ꝙ text.dicit cum myſterio, velut ex cauſa fideicom.nam dictio velut, Notat ſimilitudinem, ſed nullum ſimile eſt idem.l. ꝙ Nerua.ff.depo.c.capitulum.S.crucis.extra de reſcrip.ergo patet, ꝙ tex.non dicit, ꝙ valeat iure fideic nec iure directo, ſed ad ſimilitudinem fideic. Et ſimilitudo ſtat in hoc, quia ſicut per fideicom non ſuccedit̃ur filio, ſed teſtatori, item nec in bonis filij, ſed teſtatoris tantū. l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.eo.ita ad ſimilitudinem fideicom.per hanc directam militarem poſt pubertatem non ſuccedit̃ur filio, nec in bonis filij, ſed militi, & in bonis militis teſtatoris tantum, vt dicit tex.hic in verbo patris eius. & text.in d.l.Centurio. Item ſimilitudo ſtat in alio, quia ſicut in fideic. debent reſtitui bona teſtatoris cum fructibus, niſi fructus ſint percepti iudicio teſtatoris, vel ex negligentia fideicom.l.in fideicom. ff.ad Treb. l.iubemus. C. eo. ita hic in iſta directa militari debent bona teſtatoris reſtitui cum fructib.inuentis in hæreditate, & hoc dicit tex.in d.l.Centurio.in verbo cum fructib.& dixit Ful.hic in pen. col. ꝙ in ſecreto ſuæ cõſcientiæ non poteſt recedere ab iſto intellectu ad hanc l. & idem in 9. col. dicit iſtum eſſe proprium ſenſum huius l.hactenus à cæteris non cogitatum. iſtum intellectum refert, & ſequitur Cuma.in d.l. Centurio.in 5.col.& dicit, ꝙ dum eſſet ſcholaris Bald. ꝙ iſtum intellectum ita cogitauit, antequam vidiſſet ſcripta Fulg. & iſtum teneo, & per eum optimè concordat iſta l.cùm d.l.Centurio.nam aliæ ſolutiones ſunt ineptæ, vel falſæ, vel diuinatiuæ, & tenendo iſtum intellectum ſing.peregrinum & verum, non obſtat vnum, per quod Pau.hic.in 8.col. eum reprobat. & Alex. in d. l. Centurio. ſibi aſcribẽs, quia ſi verum eſt, quod dicit Fulg. ꝙ in d.l.poſt pubertatem. ſubſtitutio compendioſa valeret iure directo, certè in hac l.ſubſtitutus caperet bona militis iure directo, nec deberet petere à matre, vt dicit tex.hic in fi. quia iſta eſt propriè differentia inter ſubſtitutionem directam, & fideicom. quia in fideicõ. oportet, ꝙ fiat reſtitutio ſubſtituto, & ſic, ꝙ ſubſtitutus capiat de manu hæredis.l.facta & l. reſtituta.ff.ad Treb. ſed in directa, ſicut ſuccedit hæres iure directo, ita capit bona teſtatoris iure directo, & propria auth.l.cùm hæredit.in prin.ff.de acquir.hær. quia hoc fundamentum non ignorat Fulg. hic, imò ipſe formaliter adducit, & reſpondet no. ſed plenius reſpondebo, nam in hac l.filius adiuit hæreditatem patris, quo caſu bona patris, & bona filij ſunt effecta vnum patrimonium. l. ſed ſi plures.§. filio.ff.eo.deinde mortuo filio mater ab inteſt.apprehendit vniuerſa bona, & ideo ſubſtitutus licèt veniat iure directo, habuit neceſſe petere de manib.matris, & hoc eſt, quod dicit iſte text. ibi, *te eius ſucceſſionem obtinente*, & iſta eſt veritas, omiſſa ſolutio. quadam Fulg.hic, ſecũdum quam iſta l.eſt ſin. vt hic per eum, & ita teneo in hac difficultate, & concordo iſtã l. cum d.l.Centurio. ¶Sum in ſecunda princ.parte glo.ibi, dicitur ergo com-
10 pendioſa.in qua aduerte, dum tenet gl. † ꝙ compendioſa ſub compendio, & breuitate verborum continet duas ſubſtitutiones, pupillarem, pupillo moriente in pupillari ætate, poſteà fideicom.dic melius, ꝙ ſi eſt facta à milite, continet poſteà directam militarem, vt dixi in præcedenti parte. Item poteſt continerè vulgarem poſt pubertatem, vt declarat Bar.in d.l. Centurio.in 14.col.Bal. hic in 2. Item poteſt continere exemplariã, ſi fit furioſo, vt declarat Bal.in l.Lucius.in 3.q.ff.eo.& dum glo. ſubdit, ꝙ compendioſa fit verbis directis, prout etiam tenet gl. s̃.in verbo caſum, dic, ꝙ imò poteſt fieri non ſolùm verbis directis, imò & comunibus. vt prima glo.tangit, & eſt text.in d.c. Ray.de teſt.vbi compendioſa eſt facta per verbum ſuccederẽt, quod eſt commune, vt probat Bart.in d.l.Centurio.in fin.col. Item dum ſubdit gl. qđ compendioſa fit pupillo tantum, intellige, quo ad hoc, vt pupillus in ea comprehendatur, aliàs fit maiori, & minori, vt hic, & d.l.Centurio.item dum glo.dicit, quod pupillaris contenta ſub compendioſa dicitur tacita: adde, qđ gl.fi.in fi.dicit contra, dicam ibi, licèt Bar.hic ponat in 2. colum. ¶Sum in 3.princip.parte glo.ibi, ſed in pagano. quæ vt dixi, per viam diſtinponit quatuor quæſtiones valde diſputabiles, quas aliàs plenè examinaui, nunc autem procedam concluſiuè, &
11 aſſumo primam qõnem gl. quæ eſt, † qñ ſubſtitutio compendioſa fit à pagano filio per verba merè directa, an poſt puberta tem poſſit valere iure fideic. quia paganus poſt pubertatẽ nulli directò poteſt ſubſtituere.l.poſt aditam.vbi rõnem dixi. s̃.eo.& licèt in hoc paſſu ſint quinq; opi.tñ, quia fundamenta ſunt valde leuia, & iſtas quinq; opi.recitat Alex.in d.l.Centurio.ideo cõ
* cluſiuè procedendo dico, ꝙ *vera, & cõis ſententia* eſt, quã tenet glo.hic, & magis communiter tenetur, ꝙ adueniente pubertate expiret, ſicque non valet iure directo, nec fideicom. ita firmat glo.hic & ibi, tam apud nos quàm Canoniſtas, & magis communiter, quos refert Alex.in d.l.Centurio.vbi eam ipſe tenet, & ita conſuluit Alex.in conſi.82. in 2.volum.incip. perſpectis his, quæ in themate ſupraſcripto, &c. & tenet Ludo. vltra alios in l.cogi.§.fin.ff.ad Trebel.& ſequitur Fulg. hic in 10. col. pro qua vltra varios text.qui adducuntur, ſed leuiter, reſpondetur, quia dum dicunt poſt pubertatem fruſtra fieri, vel non valere, & reſpondetur ſcilicet, iure directo, tamen valet iure fideicom.inter alios ſtringit text.in l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus alienus.cum glo.de leg.1.quem ad hoc notat glo.in l. ſeruo.C. de teſta.manu.& originalirer alleg. in d.l. Centurio. vbi ſi teſtator relinquit libertatem ſeruo alieno directò, non valet etiam iure fideicom.etiam fauore libertatis, multominus ſubſtitutio compendioſa facta à pagano per verba directa, debet valere poſt pubertatem iure fideicom.durum eſt reſpondere, re pondet tamen Alexan.in d.l.Centurio.ſed plenius dicam, quod ibi loquitur, quando diſpoſitio ſemper, & omni tempore fuit nulla, ſed in quæſtione noſtra compẽdioſa facta à pagano per verba directa fuit à princip. valida pro tempore pupillaris ætatis, ideo id, quod à prin.fuit aliquod, facilius ſuſtinetur, & reſoluitur, quàm id, quod ſemper fuit nullum, per regulam.l.patre furioſo.ff.de his, qui ſunt ſui.ſed huic ſolutioni fortiter obſtat.l. Scæuola.ff.ad Treb.vbi ſubſtitutio directa in codicillis ſemper fuit nulla, & tamen obliquatur, & valet iure fideicom.ergo id, quod à principio fuit nullum, tamen obliquatur. Aliter reſpondet Alex.in d.l.Centutio. quòd in d.l. ſi ſeruus.legatus. illud ibi ideo eſt, quia imputatur teſtatori, qui ſeruo alieno libertatem directam reliquit, quia aut debebat relinquere fideicom. & valuiſſet: aut debuit ipſum redimere, ideo cùm nõ fecerit, relictũ libertatis eſt nullum, & non obliquatur ad fideic. ſed iſta ſol.eſt debilior prima, quia etiam hic imputandum eſt teſtatori pagano, qui fecit ſubſtitutionem directè. nam debebat poſt pubertatem facere verbis obliquis, & ſic teneas iſtam communem, alias.5.vide per te. Limita tamen ſignanter iſtam communem ſententiam, ꝙ compẽdioſa facta à pagano verbis directis poſt pubertatem expirat, nec etiam valet iure fideicom.vt ſit vera, niſi in teſtamento eſſet poſita clauſula codicillaris, quæ communiter ponitur de ſtylo notariorum, tunc trahitur ad fideicõ. ſicut ſi eſſet facta in codicillis, per d.l.Scæuola.ita tenet glo.ord. in §.maſculo.in ver.ſubſtitutio.inſti.de pup.ſubſti.per quam gl. ita tenent Angel. & Moder.hic, & dicit Fulg. ſe ita de facto reſpondiſſe.per tex.optimum in l.ſi frater.C.de fideicom.idem tenet nota.Bal.in l.verbis.vbi alij ſequuntur, & ibi exclamat Imo.
ff.eo.idem tenet Ange.in l.1.ff.de iur.codi.vbi Bar. in 16.q. ſi inſpicias.& Ange.in l.in pupillari.ff.eo. Imo.in d.l.Centurio.in 15. colum.in fin.& in d.cap. Rayn. de iſta limitatione facit feſtum Matheſil.in no.140.eam tenet Alex.in conſi. 82.in 2.volu.incip. perſpectis his, quæ in ſupraſcripto themate. Ex iſta limitatione, quæ vera eſt, & bona, nouiter infero, ꝙ idem eſſet, quando
a in teſtamento [a] non eſſet poſita clauſula codicillaris, ſed eſſet poſitum iuramentum, cùm iuramentum habeat vim clauſulæ codicillaris, vt eſt text. in l. cùm pater.§. filius matrem.cum concor.ff.de leg.2.Secundo infero, ꝙ idem eſſet, quando in teſtamento non eſſet poſita clauſula codicillaris, ſed teſtamen-
b tum eſſet conditũ inter liberos, [b] cùm ibi ſubintelligatur clauſula codicillaris, & habeat eundem effectum, ſecũdum gl.in d. l.cohæredi.§.cùm filiæ.in verbo non valuit.ff.eo. quam reputat ſing.Imo.ibi, & in d.c.Ray.in 28.col.de qua, & eius veritate dixi in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.vel in Auth. ꝙ ſine.ſu-
c pra de teſta. ¶Capio ſecundam quæſtionem [c] eiuſdem partis
12 gl. quæ eſt ibi, ſed ſi ita ſubſtituat.habes ex glo. † quod ſubſtitutio compendioſa facta à pagano per verba communia, vt eſt verbum ſubſtituo, cenſetur omni tempore, & poſt pubertatẽ, & ante eſſe fideic. Et aduerte dum gl.dicit, & eſt alia quàm cõpendioſa, quid velit dicere gl. certè vult dicere, ꝙ cùm non contineat niſi vnam ſubſtitutionem fideicõ. omni tempore, ꝙ eſt alia quàm compendioſa, eo quia natura compendioſæ eſt, ꝙ ſub compendio, ideſt, ſub breuitate multas ſubſtitutiones contineat.cùm ergo iſta non contineat niſi vnam, ergo eſt alia quã compendioſa. Sed iſtud reprobat Bal. & Pau. quia imò dicitur compendioſa, quia ſub compendio multa tempora complectitur, licèt vnam tñ ſubſtitutionem ꝙtineat.ſ.fideic. Item iſto caſu ꝙtinet non ſolũ fideic. ſed etiam põt vulgarem ꝙtinere, ſi ꝙtingat filium maiorẽ mori non adita hr̃ditate, tũc nihil repugnat, quin ſit locus vulgari ſubſtitutioni. vt cõcludit Bart.in d.l. Centurio.

ADDITIONES.

a ¶Teſtamento. Adde Iaſ. in l.eam quam.col.9.ĩ.de fideic. PVRPV.

b ¶Inter liberos. Infero idem, ſi valde amicus eſſet ſubſtitutus. Iaſ.in l.exigendi. 2.col.s̃.de procur.

c ¶Secundam quæſtionem. Bar.contra conſi.30. Vannutius.

Source : BIU Cujas

Centurio.in 14.col.& Bal.hic.in 12.Item ſecundum fundamentum glo. ꝙ ideo cenſeri debet omni tempore fideicom. vt ſic ſemper valeat, non eſt verum, quia etiam ſi ante pubertatem valeat iure directo,dicitur omni tempore valere.Iſte paſſus eſt diſputabilis,in quo habes.4.opin.quas hic referunt Bart.& omnes, & in d.l.Centurio. Et pro ſententia glo. [a] hic,quam etiam tenet gl.& multi,quos refert Alex.in d.l.Centurio.vnum multum ſtringit,† nam valet arg.de tempore ad perſonas,& è contra.tex.eſt in materia ſubſtitutionum in l.vel ſingulis.cum l.ſeq. ff.eo.ſed ſic eſt in perſonis, ꝙ ſi ſubſtitutio fiat perſonis imparibus,ſic intelligitur, ꝙ omnib.æqualiter cõueniat.l.2.& l.quamuis.ſ.eo.l.iam hoc iure.ff.eo. ergo idem in tempore,quando cõpendioſa fit ſub pluralitate temporum,debet ſic intelligi,vt rependioſa fit ſub pluralitate temporum,debet ſic intelligi,vt reſultet æqualitas temporum. Imo.in d.l. Centurio. & ibi Alex. multas ſol.afferunt.Tu reſponde, ꝙ arg.habet locum in breuiloqua,vel in vulgari,quæ fit inter plures perſonas, ibi præſumitur , ꝙ æqualiter fiat. ſecus in compendioſa, quæ fit eidem ſub dinumeratione temporum,ideo per tempora debet variari,vt patet hic,& in d.l.Centurio.& in d.c.Ray.& in d.c.ſi pater. Pro iſta parte adde multa argumenta Bart.in repet.l. ſi arrogator.in pen.char.ff.de adop.& dicit Bal.in d.l.iam hoc iure.*iſtam eſſe communem,& ita conſuluiſſe,ſed errat.* ¶ † Breuiter,& concluſiuè tene indubitanter , ꝙ compendioſa facta à pagano per verba communia,pro tempore pupillaris ætatis valeat iure directò,prout de iure cõmuni poteſt valere,poſteà autem obliquatur , vt valeat iure fideicom.tantum,& ita tenet gl.in §. qua ratione.in gl. mag.circa fi.inſt.eo.tenent Ang. Imo.& Pau.Cu.& Alex.in d.l. Centurio.vbi Pau.dicit,ꝙ ita ſæpè conſuluit vltra Cy. Io.And. & Old.ibi alleg.idem tenent Sal.& Mod.hic,& dicit Fulg. ꝙ intrepidè iudicando ſequeretur iſtam partem,quam tenent Car. & Imo.in d.c.Ray.vbi Imo.dicit ſe ita conſuluiſſe, & ita etiam conſuluit Alex.in conſi. 12. in 3.vol.incip. attentis verbis teſtamenti.in 7.col.& ſeq. cum multis concor. ad hoc per eum adductis,& in conſi.196.in 3.vol.incip.ponderatis his,quę in themate, &c. in 5.col.hanc etiam tenet in effectu Franciſ.de Aret. vbi multum diffusè, & multo ſubtilius quàm alius de mundo, in conſi.155.incip.periculoſum.& pro iſta communi opi.ſtringit.d. c. Ray. vbi ſubſtitutio fuit facta per verbum commune, vt tenui in præcedenti parte glo. & tamen vno tempore valet iure directo,& poſt pubertatem valet iure fideicom. Ad idem tex.in d.c.ſi pater.in ratione,dum dicitur,ꝙ ſubſtitutio,quæ poteſt valere aliquo tempore iure directo,ſemper debet interpretari,vt iure directo valeat,tamen magna altercatio eſt, an ibi ſit facta ſubſtitutio per verbum directum , an per commune , vt traditur in locis alleg. Ad idem , quia hæc interpretatio magis fauet filio,quod pro tempore pupillaris ætatis valeat iure directæ pupillaris,quæ eſt prouiſio,& fauor filij.l.patris & filij.ff.eo. quàm quod valeat iure fideicom.ꝙ eſt onus,& grauamen.l.cohæredi §.cùm filiæ.ff.eo.l.ex tribus.cum gl.ſ.de inoffi.teſta.Plura alia pro hac parte vide in dictis locis, maximè per Bar.in d.l. ſi arrogator.in pen.& fin.char.nec placet diſt. Iac.de Are. relata per Bart.hic, & in d.l.Centurio. ꝙ ſubſtitutio eſt facta ſimpliciter , aut adiecto termino quandocunque , quia vltra reprobationem Bart.in d.l.Centurio. & in d.l.ſi arrogator. dum dicit, ꝙ non eſt verum, ꝙ diſtributiuum quandocunque,faciat cenſeri plures ſubſtitutiones,magis moueor, quia non video quomodo poſſit dici compendioſa ſine diſtributiuo quandocunque, vel æquipollenti.† Stat ergo ex prædictis *vera,& communis concluſio* , ꝙ ſi paganus ſubſtituat filio compendiosè per verbum commune ſubſtituo , ſi contingat filium mori in pupillari ætate,admittitur ſubſtitutus ex directa pupillari, poſt pubertatem autem ſolùm habet locum fideicom.ſubſtitutio.Iſtam cõcluſionem [b] limitat no.Bar.hic,& in d.l.ſi mater. ſi in medio reperitur mater, eius fauore cenſetur talis ſubſtitutio omi tempore fideicom.etiam pupillo decedente in pupillari ætate , quia fauore matris ſic debet interpretari,ſicut in ſimili in l.qui duos.§. 1.cum glo.ff.de reb.dub. Iſte eſt pulcher,& vtilis paſſus. Addo, ꝙ idem,ꝙ Bar.tenet Bal.hic in 18.col.& Ang. in conſi.13.incip. Iacobus habens.& in conſi.192. incip. quidam Nic.idem tenet Io.de Ana.in conſi.79.incip. caſus ſic ſe habet. poſt multos per eum allegatos.Et ibi dicit,ꝙ iſta eſt communis opi. & ꝙ ita Doctores conſulunt.idem tenet do.Fran.de Are. in d.conſi.155.in fi.circa fin.vbi dicit , quòd iſta eſt communis opin. pro qua eſt auctoritas Bar.patris iuris,ſed errant.Tu tene contra Bart.cõtra *quem [c] in hoc ſe habet communis ſententia*, quia cùm tractemus de compendioſa ſubſtitutione, ſub qua pupillaris, quæ continetur , dicitur expreſſa ſaltem verbis generalib. talis pupillaris excludit etiam matrem, tex.eſt hic, & in d.c.ſi pater. Aliud eſt in tacita pupillari,quæ continetur ſub vulgari,vt dixi in l.fi.ſ.titu. 1.& in d.l.qui duos.§.1.ponitur caſus diuerſus,non aduerſus,& iſtam opin.ꝙtra Bar.tenent Fran.de Rampo.Sal.Ful.& Pau.hic. & Ang.Imo.Cu.Pau. & Alex.in d.l.centu. & Oldr.in conſi.99. & etiam in conſi. 125. incip. in propoſito themate. & Card. & Imo.in d.c.Ray.& iſta eſt magis communis opi. contra Bar.de matre.Retenta tamen limitatione Bar.ꝙ ſi mater ſit in medio, eius fauore compendioſa facta à pagano per verbum commune cenſeatur omni tempore fideic. etiam ſi pupillus moriatur in pupillari ætate, conſiderabã ſi poſſet limitari opi. Bar. vt nõ procederet,quando mater tranſiret ad ſecundas nuptias,vt per talem tranſitum perderet tale beneficiũ,quia mulier tranſeundo ad ſecunda vota,dicitur contriſtare animam viri, & filiorũ, & eis iniuriam afferre.§.primæ ſiquidem.& §.ſoluto.& §.ſi autem tutelam.in Auth.de nup.& §.prohibemus.in Auth.de non eligendo ſecundo nuben. per quæ iura videtur probabiliter iſtud poſſe dici. Quod confirmo ex eo, ꝙ in fortiorib.terminis dicit Ang.ꝙ licèt tacita pupillaris contenta in expreſſa vulgari matrem non excludat , ſecundum communem opin. de qua tetigi in gl.in verbo commodo.tenet Ang.ꝙ hoc ſit verum,niſi mater ad ſecunda vota tranſiret,quia tunc tacita pupillaris cõtenta ſub expreſſa vulgari matrem excluderet ex coniecturata mente defuncti,& per iura præalleg.ita tenet Ang. hic in lectu. Peruſi.& in l.2.§.fi.ff.eo. Confirmo tertiò per aliud,nam pone, ꝙ deſcendens, puta filius inſtituat aſcendentem hæredem, puta patrem,vel matrem, & ei ſubſtituat, certè ſi aſcendens procreauit liberos,tales liberi faciunt ceſſare ſubſtitutionem,ſecundum vnam opin.quam non tenui in l.generaliter.§.cùm autẽ. ſ.tit.1.dicit Ang.in illo.§.cùm autem.in lect. Flo.ꝙ iſtud eſt verum,niſi talis aſcendens tranſeat ad ſecunda vota , cùm per talem tranſitum ꝙtriſtetur anima teſtatoris,vt dixi, & dicit Ang. ꝙ eſt ſuum nouum dictum,& verum,ꝙ etiam tenet in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb.non audeo tamen firmare hãc limitationem,quia licèt mater tranſeat ad ſecunda vota,tamẽ per hoc non perdit ſucceſſionem filij ex primo matrimonio.l. fœminæ.§.fi.C.de ſecun.nup. & ſic ille tranſitus ad ſecunda vota quo ad ſucceſſionem filij nil obſt.& id, ꝙ tenet Ang. in d.locis , ꝙ tacita pupillaris contenta ſub expreſſa vulgari excludit matrem ttanſeuntem ad ſecunda vota, communiter reprobatur , & in ſpecie reprobat Imo.in d.l.2. & & ibi Alex.in 25. col. cum alijs per eum alleg.d.Fran.de Aret.in d.conſi.155. in 9.col. Item retento eo , in quo omnes concordant , quia licèt reperiantur quatuor opi.in hoc arti.tamen, ꝙ compendioſa facta à pagano per verba communia poſt pubertãtem valeat iure fideicom.in hoc omnes concordant. In iſta cõmuni concluſione occurrit pulchrum,& ſubtile dubium, an tale fideicom. intelligatur relictum ab ipſo filio , an ab hærede filij. vtilitas eſt, quia ſi intelligitur relictum à filio , detrahitur legitima , in qua non poteſt onus iniungi ; ſed ſi dicimus onus fideicom. eſſe iniunctum hæredi,vel ſubſtituto filij,non detrahitur legitima, in qua licèt filius non poſſit grauari , poteſt tamen eius hæres, vel ſubſtitutus, text.eſt ſing.in l. ſi fundum per fideicom.§.fin. cum l.ſequen.ff.de lega.1. Facit.l. cùm patronus. à ſimili. ff. de legat. tertio.tetigi in l.ſi arrogator.ff.de adoptio. Iſtum paſſum ponit Bal.in l.ex trib.in fin.col.ſ.de inoffi. teſtam. referens ſe ita conſuluiſſe apud Viterbium , & non apertè decidit , ſed relinquit ſub dubio. Breuiter aduerte, quòd ſi ſubſtitutio ſit facta nominatim filio , puta quandocunque filius meus morietur, eidem talem ſubſtituo,& tunc fideic.relictum dicitur à filio,& detrahitur ſine dubio legitima, ita etiã ſi eſſet iniunctum hæredi, vel ſubſtituto filij,clarũ eſſet. Sed quid in dubio,an onus fideic.ceſſeat iniungi filio,vel eius hæredi, qñ iniungitur poſt mortẽ filij. in quo Bar.reperitur [d] ꝛrius,nam in l.cohęredi.§.cùm filiæ. ver. quòd

ADDITIONES.

a ¶Sententia gl.Adde Bar.contra tenentem conſi.30.Vannutius.tenet idem cũ Bar.Ang.conſi.54.Alex.1.vol.conſi.45. & lib.2.conſi.71. ad finem.

b ¶Concluſionem.Bal.in l.fi.ſ.de codi.col.1.Bar.conſi.20. in fi.

c ¶Quem.Adde Alex.conſi.12.num.20.& conſi.17.col.3. verſi.ideo dico , &c. nu.12. & 13.& ſic ſtat communis concluſio , quod ſubſtitutio compendioſa facta à pagano impuberi per verba cõia intra tempora pubertatis valet iure directo indiſtinctè,& mater excluditur, teſte Lanfran.in l. Centurio. col.10. ff.de vulg.Quam opin.tenet Caſtr.in d.l.Centurio.in fin.Aym.conſi.141.nu. 8.& magis communem dicit Rolan.conſi.69.num.6. & 23.lib.1. quæ conclu. maximè procedit , ſi teſtator in aliqua parte teſtamenti declarauit velle directò ſubſtituere,Aym.conſi.62.nu.12.non procedit, quando teſtator ſubſtituit pupillo in bonis ipſius teſtatoris , quia tunc non comprehenditur pupillaris,Aym.conſi.98.num.10. Dec.autem hic colum.11. vult matrem habere ſaltem ſuam legitimam,& quod talis ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria ſiue mater ſit in medio , ſiue non , Caſtr.conſi.142.libr.1. Docto.in apoſtil.ad Alex.d.conſi.17.nume.11.libr.3. vbi plura.not. Dilec. de arte teſt. tit.5. caut.6. MASVER.

d ¶Cùm filiæ. Aliàs in §.quod ſi hæredem.contra Bar.vide gl.iſtam circa fi.dum dicit tantum detracta. PVRPV.

Source : BIU Cujas

quòd ſi hæredem.ff.eo.tenet,ꝙ in dubio cenſetur relictum à filio,per illum tex.& reputat notandum. ita etiam tenet Bar. in l. codicillis.in prin.ff.de vſu & vſufru.leg.per illum text. & Pau.in conſi.198.incip.in caſu præſenti.Contrarium,& melius ꝙ quãdo iniungitur[a] poſt mortem filij intelligatur ab hærede filij,tenet ipſe Bar.in l.qui duos.in fin.& ibi Imo.& Pau.ff.eo. & Imo. & Pau.de Caſt.*& communiter alij* in d.l.cohæredi. §. cùm filiæ.& Imo.in d.c.Ray.circa fi.in materia vulgaris. Fulg. in l. eam quã. ſ.de fideicom.& Cu.in l.1.§.fi.ff.de vulg.& pupil.& Alex.in cõſi. 12.in 3.vol.incip.attentis verbis teſtamenti. in pen. col. & latius quàm alibi do.Fran.de Are. in d.conſi.15.in 8. col. & plenius in 11.col.& duab.ſequẽtib.& iſtud eſt vtile,& neceſſarium in prẽſenti materia, vt ſcias,an compendioſa facta filio per verba cõmunia,quæ poſt pubertatem filij valet iure fideicom. an de tali fideicom.veniat detrahenda legitima filij,necne.Limita tamen iſtam vltimam concluſionem, ꝙ talis compendioſa poſt pubertatem valet fideicom.*iure ſecundum omnes, vt* procedat, niſi teſtator dixerit,ꝙ volebat totam, vel integrã hæreditatem ſpectare ad ſubſtitutum,nam per talia verba patet teſtatorẽ velle, ꝙ valeat iure directò, quia ſi valeret iure fideicom.eſſet detrahenda quarta Trebellianica,itẽ legitima,quæ Trebellianica nõ detrahitur in ſubitutione directa,ita concludit Bar.hic,& in pleriſque conſilijs alleg.per Alexan.in d.l.Centurio.& cùm Bart.in hoc tenet Lud.in conſi.130.incip.viſo teſtamento prædicto, circa ꝙ quæritur.Breuiter in hoc Bar.malè loquitur,*& communiter reprobatur*, quia per illa verba totam, & integram hæreditatem, bene videtur prohibuiſſe Trebellianicam, iuxta gl.ſingularẽ in l.decem.in prin.ff.de fideicom.lib.cum concor. non autem per hoc videtur voluiſſe,ꝙ poſt pubertatem ſubſtitutio valeret iure directò,quia ſic eſſet nulla,& ita tenet Bal.hic in 18.col. verſi. procedo vlterius,& in Auth.hæc vſus.ſ.de ſacroſan.eccle.Ang. notabiliter in conſi.125.incipien.hoc eſt teſtamentum.& in d.l. Centurio.vbi plenè Alex.& in l.nam ꝙ.§.fin.ff.ad Trebel.& per hoc habes vtiliter expeditam iſtam ſecundam quæſtionem gl. cuius practicam vide per Bald.in l.fi.ſ.de codi.in 1.col.circa fin. 16 ver.modo pone aliud exemplum.¶†Sum in 3.q.glo.ibi,ſi verò ita ſubſtituat. ex qua habes, ꝙ compendioſa facta à pagano filio,cum adiuncto quandocunque ſine liberis deceſſerit, non facta differentia,an fiat directis verbis,vt dicatur, ille ſit hæres,vel fiat verbis communibus, vt quia dicat illum ſubſtituo, omni tempore,& poſt pubertatem, & ante cenſetur fideicom. iſtud probat gl.quatuor rationib. licèt videatur inculcatè loqui. Prima eſt,quia fideicom.ſubſtitutio de facto,& de iure talib.verbis fieri conſueuit,ꝙ nihil eſt.Secunda ratio eſt,quia talis ſubſtitutio non poteſt valere poſt pubertatem iure directò, ergo nec ante,ſemper ergo valet iure fideic. quæ ratio eſt contra iſtam. l.& expreſſius contra d.c.Ray & d.c.ſi pater. vbi poſt pubertatẽ non poteſt valere ſubſtituitio, niſi iure fideicom. & tamen ante valet iure directò.Tertia ratio glo.eſt,quia cùm iſta ſubſtitutio ſit vna, non debet diuerſo, ſed eodem iure cenſeri. l. eum qui ædes.cum vulgatib.ff.de vſuca. ergo ne diuerſo iure cenſeatur, debet cenſeri omni tempore fideicom.qđ etiam eſt contra iura prædicta. nam compendioſa multas ſubſtitutiones ſub ſe continet, vel verius multa tempora, ideo diuerſimodè cenſetur. Quarta ratio gl.eſt propter verbum ſine liberis, ꝙ fundamentũ valet, quia eo attento etiam ante pubertatem non valeret iure fideicom.cùm ante non poſſet liberos procreare. Ideo iſta concluſio glo.reprobatur per Bart. & omnes hic,& in d.l. Cen- b turio. cum concor. vt ibi per Alex.& contra[b] glo.etiam facit, dum vult, ꝙ conditio ſi deceſſerit ſine liberis, intelligatur poſt pupillarem ætatem, quia ante impleri non poteſt, iſtud procedit à communiter accidentibus,quæ debent haberi in conſideratione.l.nam ad ea.ff.de legi.tamen poſſibile eſt per rerum naturam,ꝙ fœmina in 11.anno procreet liberos, & ſi liberos procrearet,faceret ceſſare ſubſtitutionem.ita Bar.in l.in pupillari.in fi.vbi alij ſequuntur.ff. eo. & Bald. Imo.& Pau. in l. ex facto.in prin.per illum text.ff.eo.& Bal.hic circa prin. in ſecunda opp.& in pen.col.& in l.humanitatis.in 11.col.ſ. eod. & in l.nec ei.ff.de c adop.tamen licèt concluſio gl.[c] communiter reprobetur, pro ea tamen ſtringit tex.cui non video ſolutionem in l. credendũ. §.ſi verò maritus.ff.qui pe.tut.vbi ſubſtitutio erat facta ſub cõditione,ſi deceſſerit ſine liberis.Item ibi filius erat pupillus,ꝙ pater,quia aliàs ibi fruſtra tractaretur de tutela, & tamen ibi decidit,ꝙ ſubſtitutus ex cauſa fideicom. admittitur, ergo multũ ibi probatur, ꝙ etiam pro tempore pupillaris ætatis valet iure fideicom.& dicit Pau.hic,ꝙ aliàs vidit Bal.patronum ſuum allegaſſe illum text.contra quendam, qui publicè iſtam.l.repetebat.nec poteſt reſponderi, niſi cum violentia intelligendo, vt per Bar.ibi poſt gl.& ſic eſt expedita iſta quæſtio gl.¶In quarta ta ibi,ſi verò ſic dicat.in qua dic, ꝙ glo.bene dicit, & reputatur * ſingularis, *& ab omnibus approbatur hic*, & pro ea facit tex. in l.ſi frater. ſ. de fideic. Reputat etiam ſingulatem Alex.in d.l. Centurio.in 41.col.& ſequitur Fulg. hic, licèt aliqua in oppoſitum adducat,quibus reſpondet ipſe. ¶Glo.fin.diuiditur in quatuor. In prima declarat text. In ſecunda timore taciti contrarij ponit quatuor vtilitates, an habeat locum directa ſubſtitutio, an fideicom. In tertia per viam notabilis ponit aliud contrarium, & ponit in effectu tres ſolutiones. In quarta de diſtinctione ſe remittit.Secunda ibi,reſtituit ergo mater. Tertia ibi,item notãt hic quidam.Quarta ibi,vltimò diſtingue. Pro introitu ſecundæ partis oppono contra tex.qui conſtituit differentiam,an ſubſtitutio valeat iure directo,an iure fideic. contra,nam licèt in alio quàm in milite inter iſtas ſubſtitutiones videatur differentia,tamen in milite non videtur referre: nam in teſtamento alterius, quando ſubſtitutio valet iure directò,nil detrahitur, ſed quando valet iure fideicom.detrahitur quarta Treb. ſed iſta quarta ceſſat in teſtamento militari.l.in teſtamento.la 2.ſ.de teſta.mili, & in l.in teſtamento.ſ.ad l.Falc.ergo non videtur referre.Secundò confirmatur, qđ non ſit differentia, nam ſicut in fideicom. ſubſtitutione non veniunt bona filij, ſed teſtatoris tantum.l.cohęredi.§. cùm filiæ.ff. eo. ita in directa militari veniunt tantum bona teſtatoris.l.miles ita.§.exhæredato.ff.de teſta. milit. l. Centurio.ff.de vulg.& pupi. ergo non eſt differentia in milite,an valeat iure directo, vel iure fideicom. Glo.tradit propter hoc tollendum quatuor vtilitates, ſed prima, & tertia non ſunt bonæ, & glo.met primam reprobat, quia tenebant aliqui, ꝙ etiam in teſtamento militis haberet locum quarta Trebe.ſed falſum eſt, vt in iurib.in glo.alleg. intellige tamen gl. vt procedat ſecundũ iura Digeſtorum, & C. ſed per iura Authenticorum videtur correctum,per §.fin.in Auth.de hære.& Falc.examinant Bar.& alij in l.1.§.in filij.ff.ad Trebel.dixi in d.l. in teſtamento. ſecũda. ſ.de teſta. milit. Secunda vtilitas eſt propter iura ſepulchrorũ, quæ non tranſeunt in fideicom. l. quia perinde.alleg. in glo.per 17 quem text.dicit ibi ſing.Bart.& reputatur verbum ſolenne, † ꝙ iura patronatus Eccleſiæ non tranſeunt in fideicom. reſtituta hæreditate,ſed remanent penes directum hęredem,& ſequitur Imo.in l.ſi patroni.in prin.ff.ad Trebel.vbi reputat ſingulare, & not.digniſſimum,& dicit, ꝙ non meminit eſſe tactum à Canoniſtis,ſequitur Bal. in l.fin.in pen.col.in prin. C.de edi.diui.Adri. tol.& in l.cùm virum.ſ.de fideicom.in fi.col.Confirmo per bonum ſimile, nam ſimile videmus in iure patronatus, ꝙ habet patronus in libertos ſuos,illud non tranſit in fideicom.ſed remanet penes directum hęredem,gl.eſt in l.ſciendum.ff.de verb.ſig. & in l.ſi patronus.la 1.in prin.vbi bonus tex. ff.de bo.lib.eo.modo & hoc eſt etiam vtile in emphyteuſi, & in feudo, quia talia iura non tranſeunt in fideic.ſecũdum Pau.hic, & Bar.& plenius Modern.in d.l.ſi patronus.in prin. de quo dixi plenè in prooemio feudorum,ideo hic non attingo. ¶Tertia vtilitas gl.eſt falſa,vt declaraui in oppoſitionib. ¶Quarta vtilitas gl.eſt, quia in fideicom.non venit legitima filij,ratio eſt,quia fideicom.cenſetur merum grauamen.l.cohęredi.§. cùm filiæ.ff.eo. ſed de legitima filij omne grauamen reijcitur. l. quoniam in priorib. ſ. de inoffi.teſta.Tu cõſidera,ꝙ iſta gl.vult duo,vnum expreſsè,aliud tacitè à contrario, expreſsè vult, ꝙ in fideic. ſubſtitutione non venit legitima filij.Tu intellige verum,quando onus fideicom. eſt iniunctum nominatim filio, cùm filius in ſua legitima non poſſit grauari, ſecus ſi ſit iniunctum hæredi filij, quia ſubſtitutus filij poſt mortem filij poteſt grauari in legitima, text.eſt ſingul.in l.ſi fundum per fideicommiſ.§.fi.ff.de leg.1. & optimum ſimile in l.cùm patronus. ff.de lega.2. Quid autem ſit in dubio, dixi in glo.prẽcedenti. ¶Secundo ſubijcit Bart.quòd id, quod dicit

ADDITIONES.

a ¶Quando iniungitur. Oppo. Bar.in l.qui duos.Angel.inſti.de nup.in princip. colum.3.Alexan.lib.3.conſi.12.col.fin. & libr.4.conſi.13. & libr.1. conſi.17. aliàs 67.

* Et vide Doct.ad Alex.dict.conſi.13.num.32. libr.3. vbi poſt plura tandem dicunt falſam doctri. Alex.ibi, concluduntque, quòd in dubio ſola bona teſtatoris ſubiacebunt fideicommiſſo etiam ſi expreſsè non ſe reſtrinxerit ad bona propria,& de eiſdem,etiam ſi filius impubes moriatur, detrahetur legitima,nec non pro more Trebel.& in hac ſublimita. ſtare Rip.in l. Centurio.nu. 128.ff.de vulg.& ideo malè reprobaſſe Bal.conſi.Caſtr.in l.ex tnb.C.de inoff. teſtam.& ſic concludunt prædicti Docto.contra doctri. Alex. quam ipſe dicit communem ex doctr.Bar.in d.l.qui duos.& alijs ibi alle.& qui Rip.in d.l.Centurio.num.129.tenet, quòd fideicommiſſum cenſeatur relictum à venien. ab inteſta.quam limitat, niſi ſubſtitutio facta ſit per verbum commune, ſubſtituo.Pro quo tamen artic.& doctr.Bart. in d.l.qui duos.vide, quæ doctè,& copioſè ſcribit Clar.§.teſtamentum.q.72.verſi.tertius eſt caſus. vbi dicit magis communem,qđ fideicommiſſum in dubio cenſeatur relictum ab eo,à quo relinqui poteſt,& ſic ab hærede filij, vel ab eius ſubſtituto pupillari, non autem ab ipſo filio. MASVER.

b ¶Et contra Ang.conſi. 47. PVRPV.

c ¶Concluſio gl. Adde contra gl.Bar.conſi.53.Ang.in ſecundo dub. PVRPV.

Source : BIU Cujas

dicit glo. procedit in alio quàm in milite, caue tamen, quia Bar. loquitur dubitatiuè, quia miles secundum ista iura poterat priuare filium legitima, quod patet, quia si miles exhæredauerit filium secundum iura Digestorum, & C. non competit exhæredato querela. l. fi. ſ. de inoffi. testa. & id, ꝙ dicit Bar. sequitur Ful. hic sine dubitatione. Contrarium tamen, & melius tenēt Ange. Pau. & Alex. hic, & originaliter Bald. hic in 12. col. ꝙ licèt miles possit priuare filium legitima, quando exprimit, vel quando expresè exhæredat, non tamen sequitur, ergo subſtituendo per fideicom. intelligitur grauare in legitima. simile in l. sequens q. in prin. ff. de leg. 2. & pondera, ꝙ Bart. in hoc tenet contrarium, in d. l. Centurio. in 2. col. dum alleg. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. eo. ¶ Secundò vult ista glo. tacitè à contrario aliud singulare, ꝙ si subſtitutio facta à milite valuisset directo, tunc veniret etiam legitima filij, & in hoc istam gl. multum notat Imo. in d. l. Centurio. in 2. col. & in commento c. Ray. de test. in mate. compendiosæ, & latè sequitur Alex. hic. ego contrarium teneo, & inuenio, ꝙ contrarium, & melius tenet Cu. in d. l. Centurio. & Pau. hic, eo quia directa militaris ita videtur grauamen, sicut fideic. subſtitutio, quia sicut per fideicom. succeditur solùm testatori,
a & in eius bonis tantum, idem in directa militari, vt hoc tex. [a] in fin. vnde assumo fundamentum, quo vtebar contra Bar. statim, & Alex. vtitur, & non perpendit, quia licèt miles posset grauare filium in legitima, si expresè vellet, tamen subſtituendo fideicom. non præsumitur velle grauare in legitima, ita in directa militari, cùm in illa solùm veniant bona testatoris, sicut in fideicom. & istud stringit. Vltra gl. Bar. hic addit quintam vtilitatem de fructib. in quo *Bar. communiter reprobatur.* vt dixi in l. in testamento. la 1. ſ. de testa. milit. ponunt omnes in d. l. Centurio. & Pau. hic. Subdit Bar. aliam vtilitatem, quando esset debitum naturaliter tantum, & bene dicit. Septima vtilitas est, secundum Ang. & Pau. hic, quia dandum causa conditionis implendæ debet præstari hæredi, non fideicom. Exemplum, testator reliquit Titio fundum, si dederit decem hæredi, cui debent solui ista decem, an hæredi, an fideicom. facta restitutione hæreditatis? dicunt Ang. & Pau. quod directo hæredi. per text. no. in l. qui hæredi. §. cùm hæreditas. ff. de condi. & demon. & ratio potest esse, quia conditiones debent impleri in forma propria, & specifica. d. l. qui hære. & l. Meuius. sed fideicom. non est hæres, sed loco hæredis. l. postulante. §. 1. ff. ad Treb. l. si filiusfam. ff. ꝙ cum eo. nec in hoc inuenio contradicentem. Ego tamen in contrarium allego tex. fortem in ratione sui in l. is qui. §. fi. ff. de leg. præst. ponderando rationem tex. ibi. Alia est vtilitas, quia directo subſtitutus potest apprehendere bona hæreditaria propria auctoritate, vt dixi ſ. in 1. parte gl. magnæ. Et ex hoc sequitur, ꝙ sibi competit remedium executiuum. l. fin. C. de edi. diui Adr. tollen. secus in fideicom. qui non potest propria auctoritate apprehendere, nisi restituta hæreditate re, aut verbo. l. facta. & l. restituta. ff. ad Trebel. ergo fideicom. non competit remedium. d. l. fi. vt tenet glo. in verbo ex parte. vbi Doct. Sum in ter-
18 tia parte glo. ibi, item notant hic quidam. ex qua habes, † ꝙ pupillaris contenta sub compendiosa, vel breuiloqua, dicitur ex-
b pressa, [b] cuius contrarium voluit glo. mag. ſ. in secunda parte prin. quas gl. Bar. hic in 2. col. *cum quo omnes tenent*, concordat, ꝙ quædam est pupillaris, quæ nullo modo exprimitur, nec verbis generalibus nec specialibus, vt est illa, quæ continetur sub expressa vulgari, & ista dicitur omnino tacita, & matrem non excludit, patet, quia verba vulgaris non conueniunt pupillari, imo
c sunt contraria. quædam est pupillaris, [c] quæ licèt non exprimatur verbis specialib. exprimitur tamen verbis generalib. vt est illa, quæ continetur sub compendiosa, scilicet, quandocunque filius meus decesserit, talis sit hæres, vel illa, quæ continetur in breuiloqua, vt vos inuicem subſtituo, & ista excludit matrem.
19 ¶ † Istam conclusionem, ꝙ pupillaris ꝓtenta sub breuiloqua matrem excludit, limita singulariter, vt sit vera, quando breuiloqua est facta simpliciter sic, vos inuicem subſtituo, secus si esset facta verbis negatiuis conuenientib. vulgari, vt quia testator institutis duob. filijs dixit, si alter vestrum hæres nō erit, vos inuicem subſtituo, tunc pupillaris cōtenta sub ista breuiloqua censetur omnino tacita, & matrem non excluderet. ita singulariter tenet Bar. in l. Lucius. ff. eo. in fin. col. ver. pone, ꝙ instituo duos impubes. ꝙ est notandum secundum Imo. in d. cap. Ray. in materia breuiloquæ. & Alex. in d. l. in testamento. in 9. col. ſ. de testa. mil. & hic in 14. col. Secundò singulariter limita id, qđ volunt Bar & omnes, ꝙ pupillaris, quæ continetur sub expressa vulgari, sit omnino tacita, eodem modo tacita vulgaris sub expressa pupillari cōtenta, nam hoc limitat multum egregiè Bal. hic, in 17. col. versic. vnum etiam aduerte, vt procedat, quando subſtitutio pupillaris esset concepta hoc modo, scilicet, si pupillus hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Titium subſtituo, tunc propter id, si hæres erit, ꝙ directo repugnat vulgari, quæ fit, si hæres non erit, tunc vulgaris, quæ continetur sub illa pupillari, dicitur omnino tacita; secus si non essent adiecta illa verba, si hæres erit, sed solùm fuisset dictum, si filius morietur in pupillari ætate, talem subſtituo, tunc ista censetur compendiosa limitata ad certum tempus, scilicet, vsque ad pubertatem, & tunc contineret pupillarem, & vulgarem, & ambæ essent expressæ, quia illa verba, si filius moriatur in pupillari ætate, ita cō ueniunt vulgari sicut pupillari, quia pupillus posset mori in pupillari ætate ante aditam hæreditatem, & post aditam, & istam decisionem sequitur, & commendat Pau. hic in 5. col. dicens, ꝙ ita consuluit Florentiæ cum plerisque Doctorib. Perusi. Tu cōsidera, ꝙ dictum Bal. est verum, & singulare, sed ratio non bona, sed alia ratio quam prædixi. nam sub illis verbis, si filius moriatur in pupillari ætate, talem subſtituo, continetur pupillaris, & vulg. & ambæ sunt expressæ verbis generalib. quę verba possunt vtrique adaptari, & illud dictum sequitur Card. in d. cap. Ray. & ibi Imo. in materia compendiosæ. sed ratio Bal. est ma-
d la, dum dicit, ꝙ ista dicitur compendiosa [d] subſtitutio limitata ad ætatem certam, scilicet pupillarem. ista ratio falsa est euidenter: nam compendiosa dicitur, quę sub compendio verborum multa tempora complectitur, vt hic per Bart. in 3. col. & dixi ſ. in magna glo. sed quando est dictum, si filius moriatur in pupillari ætate, talem subſtituo, ista non potest dici compendiosa, cùm complectatur tantum vnum tempus pupillaris ætatis, & ita per multa Alex. hic, & in consi. 47. in 2. vol. incip. abundè. in fi. col. reprobat Bal. & caue, quia licèt Alex. videatur reprobare decisio. Bar. tamen reprobat solùm eius rationem. Istum passum de isto dicto Bal. an sit verum, latè examinaui in d. l. Centu
20 rio. ad ibi dicta me remitto. ¶ † Item pondera dum ista glo. dicit, secus ergo in extraneo vulgariter subſtituto. nam eam multum commendat Bar. hic in 2. col. pro limitatione omnium legum dicentium, ꝙ tacita pupillaris contenta sub expressa vulgari non excludit matrem, vt supra latè tetigi. nam illa iura debent intelligi, quādo filio esset subſtitutus vulgariter extraneus, secus si esset subſtitutus alius filius testatoris, quia iste alius filius ex tacita pupillari matrem excludit, quia præsumitur, ꝙ pater plus diligit filios suos, quàm vxorem matrem filiorum, & idē tenet glo. in l. Lucius. in verbo non ad matrem. ff. eo. & pro ista conclusione facit, ꝙ tenui in glo. in verbo omnimodo. in fi. vbi tenui, ꝙ ex tacita pupillari mater excluditur, quando vulgariter fuisset subſtituta Ecclesia, vel pia causa, & pondera, ꝙ licèt Bar. hic non aperiat de qua tacita pupillari loquatur, an de tacita pupillari, quæ continetur sub expressa vulgari, an de tacita pupillari contenta sub breuiloqua, vel compendiosa, tamen puto, quòd intentio Bartō. sit loqui de contenta sub expressa vulgari, aliàs, quod not. Bart. non esset singulare, sed indubitabile, quia si loqueretur de tacita pupillari contenta sub compendiosa vel breuiloqua, non requireretur, ꝙ esset frater pupilli, quia etiam quilibet penitus extraneus subſtitutus matrem excludit. debes ergo intelligere Barto. in tacita pupillari contenta sub expressa vulgari, & in hoc erit tunc singularis limitatio, quòd alius frater filij instituti ex tacita pupillari matrē excludit, & istud apertè per hanc glo. tenet Bar. in l. 2. in fin. prin. ff. eo. & Cyn. in l. fin. ſ. titu. 1. Ang. in l. in testamento. mag. ſ. de testa. mili. & hoc tenet Pau. in fin. d. l. Lucius. Contrarium tenet Bald. hic in 4. colum. ꝙ imò etiam frater pupilli ex tacita pupillari, quæ continetur sub expressa vulgari, non excludit matrem, & in hoc credo bene, ratio, quia in pupillari tractatur de successione filij, sed successio filij magis est debita matri, quàm fratri pupilli. patet, quia si mater prætereatur à filio, habet querelam. l. cùm filium. ſ. de inoffi. testam. secus in fratre, si ab alio fratre prætereatur. l. fratres. ſ. de inoffi. testa. ideo licèt in fideicom. subſtitutione in qua tractatur de successione patris, præsumatur, ꝙ voluerit p̄ferre filios vxori. l. cùm auus. ff. de cond. & demon. cum simi. secus in pupillari. & idem tenet Imo. in l. 2. ad fi. prin. ff. e. & in d. c. Ray. in materia pupilla-

ADDITIONES.

a ¶ Vt hoc text. Qui nihil facit, sed l. miles ita. §. exhæredato. ff. de testamen. milit. PVRPV.

b ¶ Expressa. Sequitur Alex. lib. 3. consi. 12. col. 6. PVRPV.

c ¶ Pupillaris. Adde Bar. consi. 30. Ioannucius. PVRPV.

d ¶ Compendiosa. Respondeꝙ quòd etiam dicitur compendiosa, quia sub compendio multas subſtitutiones comprehendit. glo. hic in verbo fideicom. sed ista est huiusmodi. ergo, &c.

* Et dic, quòd compendiosa subſtitutio non requirit expressionem dictionis quandocunque, sed sufficit dicere, si quis eorum decesserit sine liberis, teste Barto. in l. Centurio. colum. 3. & 9. versicu. secundo oppono. de vulga. not. Roland. consilio 25. & 13. numer. 14. libro primo. plura autem in materia subſtitu. compendiosæ vide per Neuizan. consilio 53. & 54. Guido Papæ quæstio. 534. Practic. Papiens. forma libe. subſtitut. versic. compendiosè. vbi dixi. MASVER.

Source : BIU Cujas

pupillaris ſubſtitutionis,& hoc puto melius contra Bar. Subdit poſteà Bald.q̃ gl.hic,& in d.l. Lucius. non loquuntur de tacita pupillari contenta ſub expreſſa vulgari,ſed ſub breuiloqua: ſed errat, vt puto, quia tunc non requireretur, q̃ eſſet ſubſtitutus frater pupilli, imò quilibet ſubſtitutus tunc excludit matrem, quia non eſt omnino tacita,tamen Alex.ſequendo intellectum Bal.ad iſtam glo.confirmat, quia ſecundum intellectum Bart. traditum ad gl.hic,& in d.l.Lucius.ſequeretur,q̃ in breuiloqua ſubſtitutione ita demum ex pupillari mater excluderetur,quãdo eſſet ſubſtitutus alius frater pupilli,& tamẽ eſt falſum, quia ſubſtitutus penitus extraneus matrem excludit, & iſto fundamento cõtra Bar.vtitur Ang.hic in lect. Flor.& ſic volunt Ang. & Alex.q̃ etiam extraneus in breuiloqua ſubſtitutione ex tacita pupillari in ea contenta matrem excluderet, ſed aut non intelligo,aut errant in terminis.nã ad hoc,vt ſit breuiloqua,oportet,q̃ fiat ſaltem duab.perſonis, vnde ponamus, q̃ ſit pupillus filius, & vnus extraneus inſtitutus , & dicat teſtator,vos inuicẽ ſubſtituo,iſta eſt breuiloqua,& dicunt Ang. & Alex. q̃ non ſolùm ſi alius frater eſſet ſubſtitutus pupillo breuiloquè,ſed ſi etiã ſit vnus extraneus, q̃ ex tacita pupillari contenta ſub iſta breuiloqua matrem excludet,quia iſta pupillaris non eſt omnino tacita,ſed errant, quia quando eſt extraneus,non poteſt cõtineri tacita pupillaris ſub breuiloqua, quia ad hoc, vt contineatur pupillaris,oporteret, quòd ambo eſſent pupilli, & filij in poteſtate teſtatoris,ita quod vtriq; conueniret pupillaris, ſed ſi præſupponis, qđ vnus ſit pupillus, alius extraneus, pupillaris non poteſt vtriq; conuenire,ergo cùm ſit imparitas perſonarũ, non poteſt pupillaris ſub breuiloqua contineri.l.2.ſ̃. eod. l. iam hoc iure.ff.eo.vnde dico, qđ ad hoc, vt pupillaris poſſit contineri ſub breuiloqua,& excludere matrem, neceſſe eſt, quòd ambo ſint pupilli,& in poteſtate teſtatoris.vnde quando loquimur de extraneo,tunc ſub breuiloqua nunquam continetur tacita pupillaris.vnde neſcio,quo vultu dicant Ange.& Alex.hic, q̃ ſub breuiloqua continetur pupillaris, nedum ſi frater ſit ſubſtitutus,ſed etiam ſi extraneus, & dicit Alex. q̃ ita intelligunt omnes d.l. Lucius.Item caue,qđ Bar.ponderat iſtam gl.in alijs verbis,quàm perpendant Bal.& Alex.hic,nam Bart.ponderat verba glo.ibi,ſecus ergo in extraneo vulgariter ſubſtituto. vbi glo. loquitur de vulg. expreſſa, non autem ponderat verba præcedentia glo.in quibus loquitur de pupillari contenta ſub breuiloqua,vel compendioſa. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur ad hoc,vt poſſit fieri exemplaris ſubſtitutio.*
2 *Lex noſtra non habet locum in filio phrenetico.*
3 *Quæ differentia ſit inter furioſum,& mentecaptum.*
4 *Filio mentecapto de ordine fratrum minorum non poteſt exemplariter ſubſtitui , quia non debetur legitima.*
5 *An ſi pater relinquat filio mentecapto minus legitima,per hoc vitietur exemplaria ſubſtitutio.*
6 *Quemadmodum in pupillari ſubſtitutione , quæ quo ad quid cenſetur teſtamentum patris, & non filij, non habet locum querela, ita nec in exemplaria.*
7 *Quæ differentiæ ſint inter exemplariam ſubſtitutionem, & pupillarem.*

LEX IX.

a VMANITATIS. [a] Diuiditur in tres. In prima declarat,quę ipſo næ poſſint facere exemplariam ſubſtitutionem , & quib.fieri poteſt.In ſecunda,quando finiatur exemplaria ſubſtitutio.In tertia, quæ perſonæ debeant exemplariter ſubſtitui.Secunda ibi,ita tamen. Tertia ibi,ſed ſi fili. Parentibus vtriuſque ſexus permittitur filijs, nepotibus, vel pronepotibus mentecaptis, in legitima tamen inſtitutis , exemplariter ſubſtituere,quæ ſubſtitutio finitur,ſi ille mentecaptus ad ſanam mentem peruenit,& ſi mentecaptus habet filios debet teſtator eos, aut vnum ex eis ſubſtituere,vel non exiſtentib.filijs fratres mentecapti.h.d.iſta l.quæ tractat materiam exemplariæ. de qua eſt tex.in l.ex facto.ff.eo.& in §.qua ratione.inſti.eo. & quare dicatur exemplaria,cùm potius deberet dici exemplata,cum exemplar dicatur originale, vnde aliud exemplatum fit, iuxta glo.in l.2.ff.de fid.inſtru.declarat Bal.hic,in prima oppo.quem vide,&
1 Bar.& alij.in d.l.ex facto.† Et pondera,q̃ in hoc tex.quatuor requiruntur ad hoc,vt poſſit fieri exemplaris ſubſtitutio. Primò, q̃ qui eam facit,ſit aſcendens vt pater,vel mater, vt hic , ſecus ẽcontra, quia ſi filius , vel nepos haberet patrem , vel matrem, aut auum mentecaptos,licèt cura aſcendentium ad deſcendẽtes pertineat,& ſic filius eſſet curator patris mentecapti.l.is cui. ff.de cura. furio. tamen iſte filius non poſſet ſubſtituere exemplariter patri,vel matri,licèt eſſet emancipatus, & ſic poſſet facere teſtamentum.ita Bar.in d.l.ex facto. Bal.Ang. Pau.& Alex. hic , & Imo. in d.c. Rayn.in materia exemplariæ. ratio eſt,quia deberet ſubſtituere ſeipſum patri, quæ ratio non videtur fortis ex infra dicendis. Hinc latè diſputat Ioan.Fab.in §.qua ratione. in 6.colum.inſti. eo. an pater, qui eſt in poteſtate aui, ſi habeat filium mentecaptum,poſſit ei exemplariter ſubſtituere,& poſt multa determinat , quod non poteſt ſibi facere teſtamentum, ergo minus alij.Secundò requiritur in tex.quòd talis mentecab ptus [b] perpetuò morbo laboret , vt dicit text.in verbo perpetuò ſit.ratio eſt , quia ſi non laboret perpetuo morbo , haberet dilucidia interualla , in iſtis interuallis ipſe ſibi poſſet facere teſtamentum.l.furioſo.ſ̃.qui teſta.face.poſ. ergo pater non poſſet
2 ſet ſibi in ſubſidium ſubſtituere exemplariter.† Hinc infertur, q̃ iſta lex non haberet locum in filio phrenetico, quia ſi pater, vel mater habeat filium, vel nepotem phreneticũ, non poſſent ei exemplariter ſubſtituere,ſecundum Bal.hic in fi.quia non laborat perpetuo morbo, vt requirit text.noſter. & licèt alij non attingant , ego tamen aliqualiter dubito , quia cũ phreneticus non poſſit teſtari,ſecundum Bal.in l.3. in 10.q.ſ̃. de rei vendi.& dixi in l.furioſum.ſupra qui teſtam.face.poſ. certè eadem ratio humanitatis militat in filio phrenetico ſicut in mẽtecapto , niſi intelligas Bald. in illa l.2.vt phreneticus non poſſit teſtari in illo tempore , quando eſt in phreneſi.In principali tamen articulo, ſcilicet in furioſo , Ange.in l.ex facto.ff.eo.tenet mirabiliter, q̃ non,quia lex noſtra ponit caſum, qui exorbitat à iure communi.regulariter enim maiori non poteſt ſubſtitui. l. 2. in princip. ff.eodem.vnde tenet, quòd furioſo non poteſt mater,vel pater exemplariter ſubſtituere , niſi impetraret à principe . Pro quo multum ſtringit.l.ſi furioſo.ſupra de nup.vbi iura exorbitantia, quæ loquuntur in mentecaptis, non habent locum in furioſis. Tene contra , q̃ iſta lex multo magis habet locum in furioſo, per tex.in l.fin.poſt princip. vbi glo. in verbo conſtitutio. C. de cura.furio.& per text.in l.1.§.fin.iuncta.l.ſeq.ff. de cura.furio.& ꝙa ratio huius l.fundatur in humanitate , vt ex hoc tex.in prin. quæ ratio fortius militat in furioſo , quàm in mentecapto . ita Bal.hic in 2.colum. & ſequuntur Moder.hic. Bald.& Cu.in d.l.
3 ex facto in princip. † Quę autem ſit differẽtia inter furioſum, [c]
c & mentecaptum,dixi in d.l.furioſum.nam ſecundum Ang.hic, ille dicitur mentecaptus,qui habet furorem interius,non tamẽ facit exteriora, proijciendo lapides,& ſimilia, vt facit furioſus, vt dixi in d.l.furioſum. Adde,q̃ eodem modo procedit iſta l.in muto & prodigo,vt licèt iure Digeſtorum pater non poſſet ei ſubſtituere,niſi à principe impetret , tamen per hanc legem indiſtinctè poteſt propter rationem humanitatis , quæ hoc caſu locum habet.ita Bald. hic in 3. colum.penult.& fin. ſequuntur Pau.& Alex.hic,& Bal.in d.l.ex facto.Ioan.And. & alij in d.cap. Ray.licèt Cyn.hic.in 4.q.& Abb. teneant contrarium , & malè. Tertiò requiritur,q̃ tali filio mentecapto relinquatur legitima à patre , ex quo habes , q̃ exhęredato non poteſt exemplariter ſubſtitui.ex quo habes differentiam inter exemplariam , & pupillarem , quia pupillaris poteſt fieri exhæredato.l.1.§. pen. & l. ſed ſi plures §.ad ſubſtitutos. ff.eo. §. non ſolùm. inſti. de pupil. ſubſti.& duas rationes diuerſitatis perſuaſiuas ponit Bar.hic,aliã
d ſubtiliorem aſſignat Ray. hic, quia pupillus , [d] quando eſt doli capax,poteſt committere cauſam ingratitudinis, per quam poteſt exhęredari,non ſic in mentecapto. Sed fallitur in vtroque. primò in pupillo reſtringeret dicta iura ad pupillum doli capacem.Item etiam mentecaptus , & furioſus poſſunt exhæredari. l.fi.§.ſed cùm antiquitas.ſ̃.de cura. fur.l.de creationib. ſ̃. de epiſ. audi.Item per hunc tex.loquentem de legitima videtur confundi deciſio Bart.in d.l. ex facto. in 4.col.ff.eod. vbi tenet, q̃ pater poteſt exemplariter ſubſtituere filio mentecapto , etiam naturali tantum,eo quia non curatur in iſta exemplaria patria poteſtas,ſed ſolùm humanitas,& idem tenet Bal.hic.in 13.col.& Sal. etiam.Sed obſt.iſte tex.cùm filio naturali tantum non debeatur legitima.l.vxorem.§.pater naturalis.ff.de leg.3.l.3.C.de natu.lib. & ita contra Barto.tenent Ange. & Cu. in d.l.ex facto. Confir-
4 mo per id,quod dicit Bar.in l.2.in fin.ſ̃.de hęre.inſti. † vbi tenet, quòd

ADDITIONES.

a ¶Humanitatis. Adde de materia iſtius legis Pet.de Peru. in repet. cap.Rayn. de teſta.

b ¶Mentecaptus. Adde.l.is cui lege.de teſta.Spec.tit.de inſtr.edi.in §.12.ver.verum.Bar.in rep.l.1. C.de ſacroſan. eccl.

c ¶Furioſum. Adde Barto. in l. ſi furioſi. C.de nupt. Bald.in l.ſed & ſi milites. in §.iam autem.ff.de excu.tu.Alex.de Imo.conſi.54. incip. quæſitum breuiter conclude.in 1.vol.

d ¶Pupillus. Adde Doct.in cap.pueris. de delictis puer. Io.de Imo. in c.quintauallis.de iureiur.

Source : BIU Cujas

a q̃ si pater habeat filium mẽtecaptum, qui sit in ordine fratrum minorum [a], q̃ non possit ei exemplariter substituere, quia sibi non debetur legitima, & idem dicit Bald. esse in alijs similib. In alio autem filio mentecapto, qui esset monachus, pater potest exemplariter substituere, licèt sit in potestate Abbatis, & monasterium habeatur loco filij. ita egregiè Bal. hic in 14. colum. 7. q.

5 ¶† Quid autem si tali filio mentecapto pater reliquisset minus legitima, an per hoc vitietur exemplaria substitutio? glo. hic. in ver. legitima. dum dicit ad minus. sentit, q̃ sic, idem tenẽt Ang. Imo. & Cu. in d. l. ex facto. & Imo. in d. c. Ray. in materia exemplariæ, & plenius Ioan. Fab. in §. qua ratione. insti. eo. licèt contrarium teneat Bart. in l. ex facto. ver. septimò requiritur. Angel. Sal. & Pau. hic, quia potest agi ad supplementum legitimæ per regulam. l. omnimodo. s̃. de inoff. testa. licèt Io. Fab. respondeat, quòd. l. omnimodo. loquitur in eo, qui testatur de iure communi, secus si iure singulari, & pro ista opin. Bart. facit, quia in dubijs opinionib. [b] sequenda est illa, quæ fauet testamento. l. si pars. ff. de inoffi. testam. & ideo Imo. in d. c. Ray. dicit, quòd opi. Bart.

* *est communis, & æquior.* ¶ Quartò requiritur in hoc text. quòd si mentecaptus filios habeat, quòd pater vnum ex his substituat, & super hoc dicit gl. sibi videri mirabile, quod alij præteriri debeant. ideo intelligit glo. q̃d alijs debet etiam legitima relinqui, vel debent exhęredari, & idem tenet Barto. in d. l. ex facto. in 11. colum. ad fi. ver. item quæro, dixi, q̃d pater. & Bal. in 3. col. & ibi Ang. Sal. & Alex. & Io. Fab. in d. §. qua ratione. vbi Ang. in 1. col. attento, q̃d ista lex fundatur in humanitate, tamẽ litera hic expresse cantat contrarium, q̃d vnum sufficiat substituere, & di-

* cit hic Bar. in fi. q̃d *communiter tenetur* contra istam gl. & contra eam tenent Richard. Cy. Ray. Bar. Fulg. & Pau. hic, & Imo. in d. l. ex facto. in prin. per hunc tex. vbi dixi, & per rationem. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. vbi dicitur, q̃d illi præteriti filij conqueri non possunt, quia pater hoc ei fecit testamentum. tamen respondetur, q̃d ibi loquitur in pupillari substitutione, quæ procedit ex rigore iuris, secus in ista exemplari, quæ procedit ex humanitate, & tenendo istam gl. respon de ad hunc tex. in verbo vnum est. q̃ pater debet saltem substituere vnum ex filijs mentecapti. verum est in vniuerso, alijs tamen debet aliqua res, vel legitima relinqui, aut exhæredari.

6 ¶† Secundo principaliter pondera text. ibi, nulla querela, & c.

c quemadmodum in pupillari [c] substitutione, quæ quo ad quid censetur testamentum patris non filij, habet locum querela. d. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. & c. si pater. de testam. in 6. ita

d nec in ista exemplaria, & per hoc videtur, q̃ si mater [d] sit præterita, q̃ excludetur per exemplarem substitutionem, nec sibi competet querela, sicut nec in substitutione pupillari, iuribus allegatis. ita tenet Bar. in d. l. ex facto. versi. quæro vtrum mater. Ang. Pau. & Alex. hic, & Io. Fab. in d. §. qua ratione. & Imo. in d. c. Ray. & Bal. met in rep. d. c. si pater. in materia exemplariæ. moti per æquiparationem huius tex. quem fortius induco. nã text. dicit, nulla querela contra eorum testamentum oriatur. nam pondero à partib. enumeratis, q̃ iste text. non potest loqui in filijs mentecaptis, quia ipsi præteriti rumperent testamentum, vt dixi in præcedẽti notabili. ergo necessariò videtur, q̃ iste tex. intelligatur in matre, & fratrib. mentecaptis. Contrarium tenet Bald. met, qui in hoc est solus hic in 10. col. in secunda differentia, motus fundamento, q̃ ego stringo. nam licèt mater per pupillarem substitutionem excludatur. d. §. sed nec impuberis, qa illa fundatur in rigore iuris, tamen non debet excludi per exemplarem fundatam in humanitate, q̃ ostenditur, quia si mentecaptus habeat fratrem, pater necessariò illum fratrem substitue re tenetur, aliàs substitutio est nulla, vt hoc tex. quanto magis si mentecaptus habeat matrem, tenebitur illam substituere, quia in successione filij mater sine dubio prefertur fratri, & alijs collateralib. l. 2. §. fin. ff. ad Tertul. & ista ratio mihi satisfacit, licèt in hoc tex. nil sit dictum de matre. ¶ Tertiò no. ex versi. ita tamen. q̃ si mẽtecaptus resipiscat, extinguitur exemplaris substitutio, quia tunc potest sibi testari, vt supra dixi. Adde, quòd ita extinguitur, si mentecaptus filios susceperit, quia natiuitate filiorum talis substitutio irritatur. d. l. ex facto. in prin. & glo. hic in verbo cesset. Sicut in simili substitutio pupillaris extinguitur, si pupillus (quamuis rarò accidat) sibi filios procrearet. secũdum Bar. in l. in pupillari. in fi. ff. eo. cum concor. alleg per Alex. hic, & ibi. Si tamen tales filij nati mentecapto moriantur viuo patre testatore, talis substitutio exemplaria saltem de æquitate reconualesceret. secundum Bald. hic in fi. col. & Alex. & Imo. in d. cap. Rayn. in materia exemplariæ, licèt contrarium, & malè teneat

7 Saly. hic. ¶† Quartò ex tota lege collige quinque differentias inter exemplariam substitutionem, & pupillarem. Prima est, quia exemplaria fundatur in humanitate, pupilla. in rigore, vt dixi. Secunda est, quòd exemplaria potest fieri etiam à matre, secus in pupillari, quam mater facere non potest. l. si mater. in princ. ff. eo. & rationem diuersitatis persuasiuam vide per Bart. hic, & in d. l. ex facto. Ex hoc colligitur tertia dria, q̃ exẽplaria potest fieri etiam filio non existenti in potestate, cùm à matre fiat, & sic potest fieri emancipato, secus in pupillari, quæ non potest fieri nisi filio in potestate. l. 1. in prin. ff. eod. ¶ Quarta differentia est, quia exemplaria non potest fieri filio exhæredato, pupillaris sic, vt dixi in 1. not. Quinta differentia est, quia in pupil. quilibet potest substitui, etiam exclusa matre, secus in exemplari, vbi filij, vel frater mentecapti debent substitui. Quasdam alias drias ponunt Cy. & Bal. hic, & Ang. hic in lectu. Floren. Bart. & alij in d. l. ex facto. quibus adde notabilem differentiam, quia si filio mentecapto sit facta exemplaris substitutio, deinde talis mentecaptus procreet filios, etiam naturales tantum, postea susceptí faciunt cessare exemplariam, ita Barto. in d. l. ex facto. in fin. colum. penul. motus, quia cùm tex. ibi dicat, quòd si mentecaptus filios suscipiat, extinguitur substitutio exemplaris: nam secundum eum ille tex. non potest intelligi, nisi de filijs naturalibus tantum, quia mentecapti non possunt matrimonium contrahere, cùm non habeant consensum, qui in matrimonio requiritur. l. nuptias. de regul. iur. & sequitur Angel hic, non sic in pupil. substitutione, quia licèt verum sit, quòd si pupil. procrearet filios extingueret pupillaris substitutio, vt supra dixi, tamẽ requiritur, quod tales filij sint legitimi, & naturales. nam naturales tantum non facerent extingui pupillarẽ substitutionem. ita signanter Bald. in l. nec ei. ff. de adoptio. & hic circa. 10. col. in quarta differentia. nec obst. si dicatur, quòd si testator substituerit alicui si decesserit sine liberis, quòd filij naturales tantum faciant deficere substitutionem. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. quia respondeo, quòd loquitur in dispositione testatoris, secus quando filij ex dispositione legis faciunt deficere substitutum, vt in casu nostro, text. est in l. generaliter. §. cùm autem. supra titu. 1. ita respondet Bald. in d. locis. & per hoc vltimum semper dubitaui, an esset vera decisio Bart. in d. l. ex facto. in penult. colum. & Angel. hic, dum dicit, quòd filij naturales tantum faciunt cessare exemplariam substitutionem, quia cùm illud procedat ex dispositione legis, videtur quòd naturales non sufficiant, per d. §. cùm autem. nec obst. fundamentum Bart. quòd mentecapti non possunt habere nisi filios naturales tantum, ex quo non possunt matrimonium contrahere, nam respondeo, quòd licèt nunc non possent matrimonium contrahere, tamẽ possent habere vxorem, quia dementia superueniens non tollit prius contractum matrimonium. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui. & inuenio, quòd Cu. in d. l. ex facto. reprobat Bar. in hoc, licèt prædicta non alleg.

ADDITIONES.

a ¶ Minorum. Adde Bar. & Ioan. de Lig. in tract. minoricarum. Lanfr. in rẽpe. cle. exiui de Paradiso. de verb. sig.

b ¶ Opinionib. Adde l. sunt personæ. ff. de relig. sumpt. fun.

c ¶ Pupillari. Et ita no. æquiparari pupillum, & furiosum. gl. in l. 1. in fin. intra de succes. edi. PVRPV.

d ¶ Si mater. Illatio de matre. Ange. in d. §. qua ratione. colum. 2. videtur tenere cum Bald. Sed communem tenet Bald. & Polit. in tracta. substitutio. in cap. de exemplaria. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Licèt per pupillarem substitutionem succedatur soli filio pupillo, & in bonis pupilli, non autem testatori, tamen si testator dicat, instituo filium pupillum, & si moriatur in pupillari ætate, talem mihi substi. per dictionem mihi, non desinit esse pupil substi. & dictio mihi, reijcitur.*

2 *Si testator instituat filium pupillum, deinde dicat, si filius meus moriatur in pupillari ætate, substituo Titium mihi, & sibi, quæ substitutio censebitur ista.*

3 *Dictio vterque, est collectiua, sed dictio alter, & alteruter, est distribu.*

4 *Si pater duobus filijs pupillariter substituit, substitutus non admittitur, nisi substitutio in persona vtriusque locum habeat.*

5 *Si testator simpliciter dicat, instituo filios meos impuberes, & si decesserit in pup. ætate, Titium substituo, sine dictione vterque, an vno mortuo in pupillari ætate statim admittatur substitutus, & nu. 6.*

7 *Si vir, & vxor carentes liberis intrauerunt religionem, cum pacto, quòd post mortem eorum illorum bona spectarent Ecclesiæ, an vno ex eis mortuo pars sua statim Ecclesiæ acquiratur.*

8 *Si testator plures sibi instituit hæredes, nec eos aliter adinuicem substituit, sed solùm dixit, quòd si omnes sui hæredes decesserint sine liberis, quòd bona sua deueniant ad talem Ecclesiam, an per hæc verba si omnes sine liberis, & c. intelligantur adinuicem substituti.*

9 *Si fideicommis. est relictum post mortem omnium hæredum, vel si omnes hæredes decesserint sine liberis, tale fideicom. intelligitur relictum à vltimo moriente.*

10 *Pluralis locutio resoluitur in suas singularitates.*

LEX

Source : BIU Cujas

LEX X.

CVm quidam. Bar. exorditur, q̃ ista. l. & sequens habẽt difficiliora contraria quàm lex, quæ sit in corpore iuris. Diuiditur in quinque. In prima ponitur thema. In secunda refertur dubitatio Antiquorum. In tertia refertur opin. Sabini. In quarta assignatur ratio illius opin. In quinta approbatur opin. Sabini. Secunda ibi, dubitatur. Tertia ibi, & placuit Sabino. Quarta ibi, cogitasse enim patrem. Quinta ibi, nos eiusdem Sabini. Substitutio facta duob. impuberib. sub nomine collectiuo, non habet locum nisi conditio purificetur in perso
1 na vtriusque. h. d. ista. l. no. † No. diligenter in tex. in versi. sibi esse hæredem, hic esse tex. ſm Sal. Pau. & Alex. q̃ licèt per pupillarẽ substi. succedatur soli filio pupillo, & in bonis pupilli, non autẽ testatori, tamen si testator dicat, instituo filium pup. & si moriatur in pupil. ætate, talem mihi substituo, propter dictionem mi-
a hi, non desinit esse pup. substitutio, & dictio mihi, [a] reijcitur. tex. est hic, vbi testator dixit, si vterq; impubes decesserit illum sibi esse hæredem, tamen est pupil. & non succeditur sibi, sed pupillo, q̃ est valde no. secundum Sal. hic. Aliqui tamen dicunt, q̃ hic tex. non probat, quia dictio sibi, ita potest referri ad filium, sicut ad testatorem, sed errant, quia cùm in hoc text. essent duo filij impuberes, quibus pater pupillariter substituit, si ad eos fiat relatio, deberet dicere eis, non sibi. ergo cùm in singulari dicat
b sibi, refertur ad testatorem. dictio, ergò [b] sibi, reijcitur. Adde gl. in l. 1. § heredis. in verbo mihi. ff. eod. vbi Ang. Pau. & Alex. in 4. & 5. col. & habes tex. meliorem de iure in l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de bon. pos. ſm tab. per quem text. dicit ibi Bar. se consuluisse in egregio casu, pone, pater instituit filium pupil. & hoc modo substituit, si contingat filium mori in pupil. ætate, volo, qd̃ bona mea deueniant ad talem. dicebant quidam, q̃ propter verbum bona mea, substitutio erat fideicom. quia per fideicõ. succeditur in bonis testatoris. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. eo. & sic cùm sit fideicom. nõ venirent bona pupilli. Bar. dicit, q̃ ibi substitutio est pupil. & q̃ verbum bona mea, reijcitur, & qd̃ substitutus omnia habebit, q̃ reputat no. & multũ notat, & ampliat Mathesi. in no. 151. verum est, qd̃ Bal. in l. precib. s̃. eo. in 12. col. versi. procedo vlterius, quid si testator adiecit. tenet in hoc vltimo contra Bar. quia tex. in d. l. si ita scriptum. §. qui filio. loquitur, quando testator substituit per verba directa, sed in casu Bar. substitutio est facta per verba communia. s. per verbum peruenìãt, quo casu videtur fideicom. substitutionem fecisse. de quo vltimo vide plenius Pau. in d. l. 1. in princ. ff. eo. vbi Alex. in 4. &
2 5. col. tenet decisionem Bar. contra Bal. † Quid autem si testator institueret filium pupillum, deinde diceret, si filius meus moritur in pupill. ætate, substituo Titium mihi, & sibi, quæ substitutio censebitur tunc esse ista, an fideicom. & pupil. simul. & certè sic, si diceremus esse nullam propter contrarietatem, an verò sit sola pupil. & remaneat dictio sibi, & mihi, reijciatur. nõ recolo legisse hunc casum tactum præterquam à Ludo. in consi. 480. incip. in quo casu proposito consulitur de duab. substitutionibus. vbi post multa mirabiliter tenet, q̃ inquantum testator dixit substituo mihi, & sibi, copula debet resolui in alternatiuam vel, cùm sit posita inter incompatibilia, quæ simul stare nõ possunt, acsi dixisset mihi, vel sibi substituo. & quod erit in electione substituti, an succedat testatori ex fideicom. an pupillo ex di-
3 recta pupil. ¶† Secundò no. ex hoc tex. secundum Bar. q̃ dictio
c vterque, [c] est collectiua, sed alter, & alteruter, est distributiua, & in hoc bene, vt est text. in §. ne autem. cum glo. in versi. parte. in Auth. de iud. patet in l. si apud. vbi Bal. C. de appel. sed pro nunc te remitto ad Bart. & alios in l. hoc arti. ff. de hæred. insti. Et adde tex. in l. fin. §. ipsum autem. cum glo. in ver. ex vtraque. vbi Bal.
4 no. infra de bonis, quæ lib. & Bald. infra l. proxi. ¶† Tertiò not. ex
d tota lege *secundum magis communem* sensum, q̃ si pater [d] duobus filijs pupillariter substituit, quòd substitutus nõ admittitur, nisi substitutio in persona vtriusque locum habeat, & sic nisi vterq; filius in pupil. ætate decesserit, & hoc videtur procedere in hoc tex. propter duo. Primò propter dictionem vterque, collectiuã, quia testator dixit, si vterq; impubes decesserit. Secundò istud videtur procedere propter coniunctionem sanguinis, propter quam præsumitur, q̃ mens testantis fuit, q̃ vno eorum morien te alius sibi succederet, & præsumitur inter eos prius cõseruasse ius legitimæ successionis, & sic magis dilexisse, quàm substitutum, & hoc est, quòd dicit text. not. in versic. cogitasse enim, &c.
5 ¶† Pulchrum est videre, quid si in hoc tex. non esset apposita dictio collectiua vterque, sed testator simpliciter dixisset, instituo filios meos impuberes, & si decesserint in pupil. ætate, Titium substituo, hic non est posita dictio vterque, an vno mortuo in pupil. ætate, statim admittatur substitutus, an verò requiratur, q̃ ambo prius decesserint, vt hoc tex? istud est necessarium pro intellectu tex. & quidem videtur, q̃ tunc vno mortuo in pupil ætate admittatur substitutus, cum non sit dictio vterque, pro quo videtur facere tex. no. in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. & hoc tenet Bar. in l. hæres mei. §. cùm ita. ff. ad Treb. dũ dicit, q̃ aliud est in vulgari, vel fideicom. substi. facta duob. institutis, quia tũc non admittitur substitutus, nisi conditio eueniat in persona vtriusque, aliud est in pupil. substitutione facta duobus pupil. simpliciter, quia si conditio eueniat in persona vnius tantum,
e quia vnus eorum moriatur [e] in pupil. ætate, statim admittitur substitutus, ratio diuersitatis, quia in vulgari, vel fideicom. non tractatur nisi de vno effectu, quia cùm per tales substitutiones succedatur solùm testatori. d. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. eo. certè cùm tractetur tantum de vno effectu, substitutio non potest habere effectum nisi in persona vtriusque verificetur conditio. sed in pup. facta duobus pupil. tractatur de duplici effectu, quia per pupil. non succeditur testatori, sed pupillo, ergo cùm sint duo pupilli, tractatur de duplici hæreditate, ergo vno mortuo substitutus admittetur in hæreditate illius, quia hic non est hæreditas vnius tantum prout in vulgari, & fideicommis. sequitur
* Ang. in d. §. cùm ita. Breuiter illa opin. Bar. *communiter reprobatur*, & consequenter tene, quòd decisio huius legis procedit etiam si non esset dictio vterque, & hoc tenet gl. valde sing. in l. si pater impuberes. in glo. 1. ff. eo. sequuntur Saly. Fulg. Pau. & plenius
* Alex. hic, & Imo. *communiter Mod.* in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. nam pondera, q̃ licèt tex. in narratione facti ponat dictionẽ vterque, tamen in ratione decidendi non fundat se in dictione vterque, sed in ratione præsumptæ voluntatis testantis, vt patet in ver. cogitasse enim, &c. & confirmatur euidenter, quia quotiescunque in aliqua dispositione sunt duæ rationes finales, licèt vna cesset, si tamen alia militat, habet locum decisio glo. in §. affinitatis. insti. de nup. & in l. si ventri. § fin. ff. de priui. cred. & iste tex. est melior de iure secundum Bald. ibi in l. si non lex Aelia Sentia. ff. de hæred. insti. tunc sic, dato, q̃ in decisione huius legis militarent duæ rationes finales, vt supra declaraui, vna earum cessante, & sic cessante ratione dictionis vterque, tamen cùm militat alia, scilicet, præsumptio voluntatis defuncti, propter coniunctionem sanguinis institutorum, militabit dispositio huius legis, & sic cùm militet ratio versi. cogitasse enim. militabit
6 decisio huius legis, & hoc satisfacit mihi. ¶ † Et ex his omnibus no. ampliationem ad hunc text. vt procedat dato, quòd in substitutione non sit posita dictio collectiua vterque. Limita tamẽ
f hunc tex. procedere, quando alius frater [f] esset talis conditionis, q̃ ab intestato succederet alteri fratri, nam tunc non admittitur substitutus, nisi vtroque defuncto in pupil. ætate, quia tũc bene pater præsumitur conseruasse ius legitimæ successionis inter eos, & sic voluisse, quòd vno decedente in pupill. ætate, alius frater sibi succedat, sed posteà ambobus mortuis in pupil. ætate, substitutus vtrique succedat, & hoc est, q̃ dicit tex. in ver.
g cogitasse. secus ergo esset non dico in extraneo, [g] prout aliqui dicunt, cùm extraneo non possit fieri pupil. substitutio. §. extraneo. insti. eo. sed secus dico esse, quando essent tales fratres, qui adinuicem non succederent ab intestato, vt quia essent fratres non coniuncti adinuicem ex vtroq; parente, sed ex alio tãtum, quo casu mater eum excludit. iuxta Auth. defuncto. C. ad Tert. hinc est, q̃ si pater hãet duos filios impuberes natos ex diuersa matre, & si decederent in pup. ætate aliũ substitueret, matre existente, certè si vnus moriatur, substitutus statim admittit; quia tunc cessat ratio huius tex. in ver. cogitasse. tunc non potest præsumi, q̃ vno mortuo voluerit cõseruari inter eos ius legitimæ successio.

ADDITIONES.

a ¶Dictio mihi. An dictio mihi impediat pupil. Iaſ. in l. 1. col. 3. de vulg. Alex. in l. precib. s̃. de impub. col. 3. Et quid si dicat mihi, & sibi. Rom. consi. 480. primo dubio. PVRPV.

b ¶Dictio ergo. Adde glo. in c. super quæstionum. de offic. deleg. Doct. in c. 1. de offi. ord. Car. Zab. in c. damnamus. in 1. opp. de sum. Trin. PVRPV.

c ¶Dictio, vterque. Adde l. si duo. in §. item videamus. ff. vti possidetis.
¶Vide Alexan. vbi limit. per istum text. lib. 2. consi. 91. colum. 3. versi. nec obst. quod successorem, &c. Alex. in l. quamuis. ĵ. eo. in l. pater filiam. §. fi. ff. ad l. Fal. in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. PVRPV.

d ¶Si pater. An vno institutorum moriente admittatur substitutus. limita quando vni esset facta specialis substitutio. Aret. consi. 1. in 1. dubio. Amplia etiam si substituti sint pauperes Christi. Rom. consi. 131. 1. dubio. vbi vide Barb. lib. 1. consi. 55. Præclarè. col. 8. PVRPV.

e ¶Moriatur. Declara secundum Sal. hic colum. penult. quòd filius superueniens non venit ex tacita substitutione, sed ex successione ab intestato, & à patre conseruata. Et sequitur Alexand. libro 1. consil. 91. colum. 5. verſicu. & per hoc, &c.

f ¶Alius frater. Adde Alex. lib. 5. consi. 67. videre. col. 2. Barba. lib. 3. consi. 167. col. 5. & consi. 80. col. 5. PVRPV.

g ¶Extraneo. Alex. lib. 1. consi. 91. recepta. libr. 3. consi. 11. ponderatis. colum. 2. verſic. 6. & colum. 6. versi. non obst. 5. libr. 3. consi. 92. colum. pen. libr. 5. consi. 175. perspectis col. 3. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſucceſſionis ab inteſtato, quia ab inteſtato frater non ſuccederet, ſed mater. d. Auth. defuncto. ita Bald. hic in fi. col. poſt Nico. de Mat. & Pau. Fulg. & Alex. hic. cogita tamen iſto vltimo caſu, quid iuris eſſet, quando eſſent fratres non vtrinq; coniuncti, & ſic, qui adinuicem non ſuccederent ab inteſtato matre exiſtente, quid ſi eſſet poſita dictio vterque, quo caſu licèt ceſſet vna ratio. ſ. verſic. cogitaſſe. militat tamen alia. ſ. dictionis collectiuæ vterque, & ſi dicas, ꝙ tunc habeat locum iſte tex. dicas quo iure vno mortuo alius ſibi ſuccedit, nam ab inteſtato non poteſt,
a quia eſt præferenda mater, [a] non etiam poteſt tractari de iure accreſcendi, cùm illud procederet, qñ tractatur de hæreditate teſtatoris, ſed hic tractatur de hæreditate duorum pupillorum, & ideo non habet locum ius accreſcendi, propter hoc ſi cogitas, inuenies, ꝙ prima ratio dictionis vterque, parum facit, niſi cõcurrat ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato, ꝙ pater primo loco videtur conſeruare, & ſic niſi concurrat d. ratio. ver. cogitaſſe. in qua ſola conſideratione Imperator ſe ſolùm fundat, & iſta ſunt pulchra, & ſubtilia ad intellectum huius text. Adde ad prædictam limitationem, ꝙ iſta. l. non procedat, qñ eſſent fratres non vtrinque coniuncti, & ſic ex diuerſa matre. tenet Alex. quem omnino vide, in conſi. 92. in 3. vol. incip. ſuper eo de quo quæritur in ſuperiori themate. in 4. col. & in ſimili Pau. in l. qui
b duos. verſ. ſed oppono, ꝙ imò. ff. eo. Item prædicta procedunt [b] in ſubſtitutione pupi. quid autem in vulgari, & quid in fideicõ. facta plurib. ſub nomine collectiuo, proponunt Bar. & alij in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. aliquid Bal. hic, multum latè Alex. hic,
7 ad quem te remitto. † Et prædicta faciunt ſecundum Cy. Albe.
c & alios hic, qd̃ ſi vir, & vxor [c] carentes liberis intrauerunt religionem cum pacto, qd̃ poſt mortem eorum illorum bona ſpectarent Eccleſiæ, an vno ex eis mortuo pars ſua ſtatim Eccleſię
* acquiratur? & *communis concluſio eſt*, ꝙ ſic, ſecundum Cyn. Guli. Albe. & Bal. hic in pen. q. & eſt tex. in l. Lucius. §. Caio. vbi Bar. ff. ad Treb. Imo. & Pau. in l. fi. §. filium. ff. de leg. 2. Alb. in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. in 2. col. ff. ſi quis cau. Spec. in titu. de loc. §. nunc aliqua. ver. 69. & Io. And. in c. ſi pater. de teſta. in 6. in nouella. Pro pleniori intelligentia prędictorum, & contra iſtum tex. in verſi. cogitaſſe. opponitur, ꝙ etiam ſi iſti fratres non eſſent tales, qui ab inteſtato adinuicem ſuccederent, & ſic dato, qd̃ legitima ſucceſſio ab inteſtato non haberet locum inter eos, ꝙ tamen procederet iſte tex. quia inteliguntur tacitè adinuicem ſubſtituti, & ſic venire ex tacita ſubſtitutione, qd̃ ita probo, quia intelligitur ſubſtitutio facta vlt. morienti, vt dicit tex. in l. qui duos. in ſecundo reſponſo. ff. eo. ſed quando ſubſtitutio fit vlt. morienti, vel poſt mortem omnium, vel ſi ambo deceſſerint, intelligitur tunc vltimus tacitè ſubſtitutus, & ſic intelligitur facta ſubſtitutio. l. Titia. Seia. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. qui text. eſt ſing. ſecundum Bar. ibi. reſpondet Pau. & Alex. hic, & fuit ſol. Bar. poſt Dy. in d. §. Seia. ꝙ d. §. Seia. loquitur in fideicom. ſubſtitutione, quæ ſi facta ſit per hæc verba, ſi omnes deceſſerint, intelligitur induci tacita reciproca ſubſtitutio. nos autem loquimur in directa pupillari, ratio diuerſitatis eſt ſecundum Pau. hic, quia fideic. ſubſtitutio poteſt fieri tacitè per coniecturas. l. cùm proponebatur. de leg. 2. ſecus in directa, quæ non poteſt ex coniecturis induci, ſed debet exprimi. l. iubemus. s̃. de teſta. de qua lege opponit gl. in d. §. Seia. & licèt non reſpondeat, tamen Doct. Antiqui, vt dicit Pau. hic, ita reſpondent, & iſtam rationem diuerſitatis ponit ante Pau. Bald. in l. vnica. §. pro ſecundo. in pen. col. j̃. de cad. tol. pro qua allego tex. no. in l. Publius. §. fi. ff. de condi. & demonſt. vbi fortius vult tex. ꝙ in ſubſtitutione fideicom. propter coniecturas recedimus à verbis teſtatoris. Iſtam ſolu. quam ſequitur Alex. hic, ipſe Alex. reprobat in l. poteſt. ff. eo. cùm etiam in directa ſubſtitutione ſufficiat coniecturata mens teſtantis. l. iam hoc iure. & l. quidam teſtamento. ff. eo. & vltra eum iſtam differentiam inter directam, & fideicom. reprobant Bal. & Imo. in d. §. Seia. vnde Bar. in l. vel ſingulis. ff. eo. reſpondet, quòd ideo in d. l. Seia. reſultat tacita ſubſtitutio, quia facta erat in toto fundo, & ideo niſi alij intelligerentur adinuicem ſubſtituti, nõ poſſet ſubſtitutus venire ad totum fundum, & iſtam ſol. tenet Imo. in d. l. Seia. Pau. in l. ſi pater impuberes. ff. e. & Alex. hic, pro qua addo facere, id quod ſingulariter tenet Bart. in l. quidam teſtamento. ff. eod. vbi dicit, ꝙ regula, quæ habet, ꝙ ſi ſit facta ſubſtitutio fideicom. duobus ſimpliciter, certè in quocunque eorum, & de per ſe purificetur conditio fideicom. admittitur ſubſtitutus. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. & l. fi. §. filium. de leg. 2. dicit ſingulariter Bar. ꝙ hoc eſt verum, niſi eſſet dictum, ꝙ ſubſtituit in omnibus bonis, quia tunc illi duo intelliguntur prius adinuicem
* ſubſtituti, & idem tenet Bal. hic in pen. colum. *tamen hoc communiter reprobatur* propter text. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. in verbo quicquid. in prin. l. & ſic ibi erat ſignum vniuerſale, & ita ibi Ang. Imo. & Mod. reprobant Bart. & Alex. hic, & omnino vide Mathe. in no. 8. & dicit Alex. hic in conſi. 91, inci. ponderatis his de quibus in themate. in 2. col. in 1. vol. & in conſil. 92. in 3. vol. incip. ſuper eo de quo quæritur in ſuperiori themate. in fin. col. ꝙ communis opin. in hoc eſt contra Bart. contra quem legendo, & conſulendo ſemper tenui, mihi autem in d. §. Seia. magis placet dicere, quòd ibi duo concurrebant, quia ibi ſubſtitutio fuit facta poſt mortem omnium, & in omnibus bonis, ideo ibi inducitur tacita ſubſtitutio. ita dicit ipſe Pau. in l. ſi pater impu-
8 beres. ff. eo. ¶ † Prædicta omnia inducuntur ad vtilem, & quotidianam quæſtionẽ, quæ tota die contingit, quòd ſi teſtator plures ſibi inſtituit hæredes, nec eos aliter adinuicem expreſsè ſubſtituit, quia ſi expreſsè ſubſtituiſſet, non eſſet quæſtio, ſed ſolùm dixit, ꝙ ſi omnes ſui hæredes deceſſerint ſine liberis, vult quòd bona ſua perueniant ad talem Eccleſiam, an per iſta verba, ſi omnes deceſſerint ſine liberis, intelligantur adinuicem ſubſtituti? ſolus Pau. hic dicit, quòd habuit de facto conſulere in ardua quęſtione tranſmiſſa ſibi ex Bononia, an videantur adinuicem ſubſtituti, ſolùm propter verba, ſi omnes deceſſerint ſine liberis, volo, quod bona mea inter pauperes diſtribuantur, & dicit, quòd intelliguntur tacitè ſubſtituti, & quòd eſt text. in d. l. Titia Seio. §. Seia libertis. licèt ſecundum eum Docto. Bonon. multa verba ſuper hoc effundant per iſtum text. & ſimiles, qui loquuntur in directa ſubſtitutione, ſed quæſtio noſtra procedit in fideicommiſ. inter quas eſt differentia, vt ex prædictis ſecundum eum patet, & dicit, quòd illi Doct. hoc non intellexerunt, & quòd eſt valde not. ita conſuluit Pau. in conſi. 352. incip. duo videnda ſunt, primò vtrum ex tenore teſtamenti. idem tenet in l. poteſt. ff. eo. Iſtam deciſionem Pauli refert Alex. in l. ſi pater impuberes. ff. eod. vbi etiam tenet cum aliquali diſtinctione, vt per eum. Pro iſta egregia deciſione ſtringit vnum, quia quoties fideicommiſſum eſt relictum poſt mortem omnium hęredũ, vel ſi omnes hęredes deceſſerint ſine liberis, tale fideicommiſ. intelligitur relictum ab vltimo moriente. tex. eſt no. in l. codicil. in prin. vbi Bar. ff. de vſufruct lega. quem tex. ad hoc alleg. Pau. hic in 1. colum. & in conſi. 195. incip. in caſu præſenti, & Alex. in d. l. ſi pater impuberes. ſed ſic eſt, quòd quoties fideicommiſſum relinquitur ab vltimo moriente, tunc ſumus in caſu d. §. Seia libertis. quod ex quo ab vltimo moriente eſt relictum, intelligatur facta adinuicem ſubſtitutio, & tenendo iſtam deciſionem non obſt. regula. l. fi. §. filium. de leg 2. & l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. in quib. iuribus dicitur, quòd quando ſubſtitutio fideicommiſ. fit pluribus, vno moriente admittitur ſubſtitutus, nec illi hæredes intelliguntur adinuicem ſubſtituti, quia reſpondeo, quòd in illis legibus, non erat poſita dictio omnes, vel ambo, vel vterque, ideſt, non erat dictum, ſi omnes decederent, quæ dictiones faciunt cenſeri tacitas ſubſtitutiones adinuicem factas, & tenendo iſtam opinio. Pau. limita, vt limitat ipſe in l. qui duos. ver. ſed oppono, quòd imò. ff. eo. quam limitationem refert, & ſequitur Alex. in conſi. 91. infra allegando. in 6. vol. Iſta autem ſunt, quæ poſſunt adduci pro corroboratione huius deciſionis Pau. quid tenendum? habui ſæpè hanc quæſtionem de facto, & tribus vicibus conſului contra iſtam deciſionem Pau. & prima vice conſului Parmæ ſuper magna hęreditate dom. Benedicti de Zabolis, quæ vertebatur coram conſilio ſecreto Mediol. & contra iſtam deciſionem tenent Angel. & Imo. in d. l. ſi pater impuberes. ff. eo. quia per illa verba, ſi omnes deceſſerint ſine liberis, ſolùm intelligitur conſeruatum ius ſucceſſionum legitimarum ab inteſtato, ſi erant tales, quòd poſſent ab inteſtato ſuccedere, non autem, ꝙ intelligantur tacitè ſubſtituti, vt l. qui duos. ff. eo. §. vel ſingulis inſti. eo. & hoc text. verſi. cogitaſſe. qui intelligitur ab inteſtato. Ad idem text. in l. pater filiam. §. fin. in verbo legitimus. & ibi Angel. not. & tenet. ff. ad leg. Falcid. & ibi Imo. ponderans glo. ibi, in verbo ſubſtitutum. Idem in terminis tenet ipſe Pau. ſibi contrarius cum limitatione, quam ſtatim dicam, in d. l. ſi pater impuberes. idem in terminis, & indiuiduo tenet Petr. de Ancha. in conſi. 119. incipien. pro clariori deciſ. dubij de quo. ſupra. per duo, vt ibi per eum. Idem ad literam latè conſuluit Alex. in conſi. 91. incip. ponderatis his, de quibus in themate fit mentio. in 1. vol. & ſine dubio tenui, & teneo, quòd iſta ſit veritas, quæ clarè patebit ex reſponſionib. dandis ad fundamẽta Pau. Non obſt. ergo dum dicit de hoc

ADDITIONES.

a ¶ Præferenda mater. Infertur ſecundum Bald. hic, quando vnus filiorum fecerit teſtamentum, in quo prætulit extraneum, tunc ſubſtitutus admitteretur. Alex. lib. 1. conſi. 91. col. 2. verſi. 6. col. 6. ver. non obſtat hic, &c. & idem lib. 3. conſi. 92. col. pen. Dec. conſi. 383. col. pen. PVRPV.

b ¶ Procedunt. Adde Bart. conſi. 53. Picar. & conſi. 57. Aununculus. Alexan. lib. 5. conſi. 167. PVRPV.

c ¶ Et vxor. Adde Pet. de Anch. conſi. 64. incip. ſubtiliter ad plenum. idem Pet. de Anch. conſi. 390. inci. quia Ilab. Ang. conſi. 350. incip. domino Phili.

Source : BIU Cujas

hoc eſſe tex. in d. §. Seia. quia vt patet ex. ſ. dictis ibi concurrebant duo. Primo, quia ſubſtitutio erat facta poſt mortem omnium. & hoc non ſufficit. Item erat facta in omnib. bonis, vel in toto fundo. iſtis duob. concurrentib. bene inducitur ſubſtitutio, prout ipſe Pau. declarat in d. l. ſi pater impuberes. ideo debes cõ ſiderare verba teſtamenti. nõ obſt. tex. in d. l. codicillis. in prin. de qua fit magnum fundamentum pro deciſione Pau. hic, quia
9 reſpondeo, ꝙ ibi tex. loquitur, † quando fideic. ſubſtitutio fuit facta poſt mortem omnium in vſuſt. vel in habitatione, tunc fideic. bene intelligitur relictum ab vlt. moriente. ſecus ſi fideic. ſubſtitutio eſſet facta in proprietate poſt mortem omnium, vt in caſu noſtro, tunc non intelligitur facta ab vlti. moriente. ita declarat Bar. in d. l. codicillis. & in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. & aſſignat rationem diuerſitatis, quia poſtquam emolumentum proprietatis ſemel eſt acquiſitum, non habet locum ius accreſcendi. ſecus in vſuf. & habitatione. l. fi. ff. de vſufru. accreſ. & ita ille tex. inequitabiliter retorquetur contra deciſionem Pau. hic, contra quam etiam videtur facere limitatio, quam nunc dicã. Tene menti prædicta, quia frequenter occurrunt, nec ita inue-
a nies examinata. Vltra prędicta adde etiam pro limitatione [a] ſo lenni huius. l. & prædictorum, quod dicit Bal. in repe. c. ſi pater. de teſt. in 6. in 18. col. ver. quæro de vno pro declaratione text. vbi dicit verbum notabile, ꝙ non eſt neceſſarius cõcurſus om nium decedentium, ideſt, non eſt neceſſe, ꝙ omnes hæredes de cedant, quando ſubſtituti ſunt pauperes Chriſti, niſi quãdo eſt ſubſtitutio vulgaris facta per nomẽ collectiuum, ſed in fideic. ſubſtitutione, vel in pupil. vel in cõpendioſa ſemper tales ſub ſtituti admittuntur ad partes decedentis, ꝙ mirabile eſt ſi verũ
10 eſt. ¶† Quartò ex iſta. l. no. limitationem ad regulam. l. falſa. §.
b fi. ff. de condi. & dem. vbi dicitur, ꝙ pluralis locutio [b] reſoluitur in ſuas ſingularitates, hic non fit iſta reſolutio, nam ſi fieret vno decedente admitteretur ſubſtitutus, ꝙ ideo hic eſſet propter preſumptam voluntatem teſtatoris, vt hic in ver. cogitaſſe. Vlt. pondera tex. in fi. dum dicit, niſi vterque eorum in prima ætate deceſſerit. nam iſte tex. videtur velle, ꝙ niſi vterque filiorum de ceſſiſſet in pupil. ætate, ꝙ ſubſtitutus non admitteretur, & ſic vĩ velle tex. ꝙ ſi primus filius deceſſiſſet pubes, & ſecundus impubes, non admitteretur ſubſtitutus, quia vterque non deceſſit in pup. ætate, vt dicit tex. ſuper quo dubitat Ful. hic in fi. Tu autẽ tene, ꝙ dummodo vltimus moriens decedat impubes, ꝙ ſubſtitutus admittitur, quia de primo non curatur, ex quo primus in quacunque ætate decedat, ei ſecundus iure ſanguinis ſuccedit. d. l. hæredes mei. §. cùm ita. Bald. hic in j. col. & in j. q. & Pau. hic. Nec obſtiſte text. quia verum eſt ſi incipias à primo, non ſufficit, ꝙ primus ſit mortuus impubes, niſi ſecũdus etiam mo riatur in pup. ætate. ſed ſi incipias à ſecundo, ſufficit ſecundum eſſe mortuum in pup. ætate, tamen iſta inceptio eſt potius verbalis, ſi bene conſideres. ¶ Glo. in ver. cum vterque. diuiditur in tres. In j. allegat duas ϙcor. ad tex. ſed dum gl. allegat. l. Seius. ff. ad Treb. nihil facit. In 2. ibi, ſed contra. ff. de iniu. rup opponit, & dupliciter ſolut. In 3. ibi, & hoc ſecundo modo. ponit quatuor ſol. ad aliud difficile contrarium. In 2. parte dic, ꝙ prima ſol. ve ra eſt, & ꝙ d. l. pen parum facit, quia ibi ſubſtitutio fuit facta no minatim vnicuique, quia vni hæredi ſubſtituit vnum, alij ſub ſtituit alium de per ſe, vno igitur moriente, ſubſtitutus admittitur, ſed hic vterque eſt ſubſtitutus. & probãt iſta ſol. in l. poſthumus à primo. ver. nam & cum duob. ff. de libe. & poſthu. & iſta eſt bona ſol. licet Vltramon. vt refert Cyn. dicant, ꝙ iſta ſol. diuinet, ſed male. In 3. parte, pro intelligẽtia eius opponitur fortiſſimè contra iſtum tex. de hæredes mei. §. cùm ita. alleg. in gl. vbi ſubſtitutio fuit facta per nomen collectiuum, ſicut hic, nã fuit dictum, ſi vterque filiorum deceſſerit ſine filijs, bona perue niant ad talem, ibi dicitur, ꝙ ſi conditio eueniat in perſona ſecundi morientis, & non primi, tamen ſubſtitutus admittitur, cũ ius contrarium hic deciditur, vbi ſubſtitutus non admittitur niſi in perſona vtriuſque filij conditio ſubſtituti eueniat. Glo. ponit quatuor ſol. Prima eſt, quòd debet ſolui, vt ſecundò modo ſoluitur præcedens, eſt fatuitas, quia ibi fuit facta ſubſtitutio filijs ſicut hic. Secũda ſol. ꝙ ibi fideic. conditionalis prędeceſſit antequam conditio eueniret, nil facit, quo ad ſol. contrarij adducti, ſed venit ad tollendum aliud contrarium, quod poſſet fieri, quare in d. §. cùm ita. ex quo primus filius deceſſit cũ filijs, quare ſecundo filio poſtea ſine liberis moriente non admittit primus, vel eius hæres, ex quo teſtator diſpoſuit, quòd ille, qui haberet filios, ſuccederet non habenti? & ad hoc gl. reſpondet, quòd ideo eſt, quia filius primus deceſſit antequã eueniret conditio in perſona ſecũdi, & ſic antequam decederet ſine liberis, quo caſu fideic. decedens pendente conditione nil tranſmittit, per regulam. l. vnicæ. §. in nouiſſimo. ſ. de cad. tol. Tertia ſol. ꝙ ibi extitit conditio in perſona ſecundi, qui eſt mortuus ſine liberis, hic autem deficit, & dicitur defeciſſe, quando ſecundus non moriatur in pup. ætate: hanc ſic declara, nam quoties fit ſubſtitutio duob. cum adiectione termini collectiui vterque, ſe cundum rigorem verborum nũquam ſubſtitutus admittitur, niſi in perſona vtriuſque locum habeat, quia quoties oratio ſu mitur ex vniuerſo, vel ex aliquo termino collectiuo, nunquam dicitur verificari oratio niſi vniuerſaliter, & in vtroque collecti uo ſit verificata. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. & §. item ſi paterfa. ſ. de reb. dub. tamen quia in vlti. voluntatib. magis attenditur mens teſtantis, quàm rigor verborum, certè licèt filius primus ſit mortuus cum liberis, tamen ſi poſtea ſecundus ſit mortuus ſine liberis, cui primus non poteſt ſuccedere, ſecundus ex benignitate admittitur. iſte eſt caſus. d. §. cùm ita. quia ibi ex quo cõ ditio euenit in perſona ſecũdi, ſatis eſt, vt ſubſtituto locus fiat: ſed in caſu legis noſtræ non eſt ſic, imò eſt ècontra. licèt enim cõditio euenerit in perſona primi, quia primus filius mortuus ſit impubes, non ſufficit, niſi etiam in perſona ſecundi purificetur conditio, & ſic niſi etiam ſecundus impubes decedat, ita lo quitur iſte tex. in fi. ita teneo iſtam ſol. glo. omiſſis infinitis, quæ ſolent referri in hoc contrario. Quarta ſol. quòd hic loquatur in directa ſubſtitutione, ibi in fideic. vera eſt in ſe, quia ita loqui tur vterque tex. & iſtam ſol. videtur tenere glo. in l. pater filiam. §. fi. ff. ad legem Fal. ſed *communiter reprobatur*, quia quando ſubſtitutio fit cum termino collectiuo, vterque, non eſt differentia inter directam & fideic. ſed bene, quando fit ſine collectiuo, vt declarant Bar. & alij in d. §. cùm ita. & latè Alex. hic, ex quib. potes colligere, quid importet collectiua vterque, ad ea quæ dixi in tertio no. licèt Imo. in d. §. cùm ita. videatur defendere iſtam ſol. vt hic per Alex. qui poſtea videtur tradere nouum intellectum, qui fuit Old. ſecundum Saly. hic. & de hac materia, quo ad vulgarem & fideic. ſubſtitutionem vltra Bart. & Imo. in d. §. cùm ita. & plenius Alex. hic, vide Bal. in l. j. in fi. C. de cõditio. inſer. & Pet. de Anch. in conſi. 390. incip. quia Iſabeta. & in conſi. 4. incip. ſubtiliter, & ad plenum. & Ang. in conſi. 306. incip. ſubtiliter ad plenum.

ADDITIONES.

a ¶Pro limitatione. Limitatio, contra quam facit conſi. Bar. 57. dum ſe fundat in alijs rationib. Et eam bona ratione tenet Alex. li. 3. conſi. 92. ſuper eo, de quo. col. pen. ver. nec etiam obſtat quartò. PVRPV.

b ¶Locutio. Adde gl. in l. j. in §. initium. ff. de poſtu. glo. in c. omnes. j. diſt. Docto, in l. ſi ſeruus. ff. ſi quis cau.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſint nomina collectiua, diſtributiua, & propria.*
2 *Pater, & filius cenſentur vna, eademq; perſona.*
3 *Stante ſtatuto, quòd abſens à ciuitate non gaudeat priuilegijs, ſi quis ſit abſens, & habeat filios in ciuitate, perinde eſt acſi ſit præſens.*
4 *Quando plures vocãtur ſub nomine collectiuo ſimul cum aliquo tertio, illi plures reputantur pro vna perſona. & na. 5. limitatur tamen vt in fra num. 10.*
6 *Si ſtatutum imponat pœnam, puta decem Ancianis ciuitatis, & Capitaneo, illi Anciani reputatur omnes pro vno, & Capitaneus pro alio.*
7 *Si Rectori, & vniuerſitati ſcholarium datur poteſtas eligendi notarium, tantam vocem habet Rector ſolus, quãtam tota vniuerſitas, niſi aliud appareret de mente ſtatuentium.*
8 *Si Papa condemnat Abbatem, & conuentum in centum, dimidiam ſoluet Abbas, & aliam dimidiam conuentus.*
9 *Si prælatus, & capitulum incidit in pœnam, capitulum tenetur pro dimidia, & prælatus pro alia.*

LEX XI.

SI quis duobus. Diuiditur in quatuor. In 1. ponitur vna dubitatio. In 2. alia. In 3. reſpondet primæ dubitationi. In 4. reſpondetur ſecundæ. Secunda ibi, alia tñ. Tertia ibi, nobis autem quidem in prima. Quarta ibi, ſecũda autem ſpecie. Si cum plurib. inſtitutis tertius ſubſtituatur cum adiectione nominis diſtributiui, quilibet vocatur in virilem, & ſi patri, & filio ſimul inſtitutis tertius adijciatur in inſtitutione, tunc pater, & filius, quia loco vnius habentur, vnam tantum portionem recipiunt. h. d. Et ſecundum Bar. eſt mirabilis lex, & habet fortiſſima contraria, pro cuius intellectu ſcias, & hic iacet ſenſus legis, quòd quando plures vocantur ſub nomine collectiuo cum alio, illi plures ſic collectiuè vocati non repræſentant niſi vnam perſonam, & vnam tantum partem habẽt. hinc eſt, quòd ſi dico ſubſtituo fratres, & Titium, etiamſi eſſent decem fratres, quia tamen omnes ſunt ſimul vocati ſub vno termino collectiuo fratres, non repræſentant niſi vnam perſonã,

& vnam

Source : BIU Cujas

& vnam tantum partem capiunt. l. interdum, vbi tex. principalis & l. liber homo. §. Titius. el 1. & ibi Ang. & Imo. ff. de hæred. inſti. videbatur ergo in j. dubitatione tex. quòd ex quo duo hæredes inſtituti erant vocati ſub nomine collectiuo hæredes, q̃a teſtator dixit hæredes meos, & Titium ſubſtituo filio, videbat̃, q̃ duo hæredes vocati ſub vno termino collectiuo hęredes, nõ haberentur niſi pro vno. & ſic non haberent niſi vnam partem, & Titius aliam. & tamen hic dicitur, q̃ habent duas partes, & Titius tertiam, ratio eſt, quia dicta regula procedit, quando filij plures ſunt vocati ſub nomine collectiuo ſimpliciter, ſecus ſi adijciatur terminus æque, vel æqualiter. nam ſi dicatur ſubſtituo fratres meos, & Titium æqualiter, dictio æqualiter facit, q̃ quilibet fratrum in viriles admittatur. d. l. interdum. in prin. vel
a niſi adijciatur diſtributiuum quiſquis, * vt hoc tex. cuius natura eſt diſtribuere vnicuique in viriles, nõ obſt. termino collectiuo. & iſte eſt caſus propriè huius tex. & ideo Mart. de Fano reſpondit ad contraria gl. q̃ dictio quiſquis, in tex. poſita tollit ꝯria regulariter, quando non eſt terminus quiſquis, vel æquipollens, plures vocati ſub nomine collectiuo reputantur pro vna
1 perſona, & vnam tantum partem habent. † Quæ autem ſint nomina collectiua, diſtributiua, & quæ propria, dic vt per Bal. hic circa prin. & facit prædicta regula ad multas deciſiones, de
2 quib. dicam in glo. ¶† Secundò no. ex tex. vulgatam regulam,
b ad quam allegatur iſte tex. q̃ pater [b] & filius cenſentur vna, eandemque perſona, & ideo vox patris cenſetur vox filij, & èconꝛa. §. ei qui inſti. de inuti. ſtip. alias concor. habes in glo. alibi pa-
c ter & filius cenſentur vna caro. [c] c. contradicimus. §. hac authoritate. 25. q. 3. Facit tex. in l. cùm ſcimus. ad ſi. C. de agri. & cenſi.
3 lib. 11. & quod ibi ſignanter decidit Bar. per illum tex. † de ſtatuto diſponente, q̃ ſi quis ſtet abſens à ciuitate, quia ſi non portet onera ciuium, non gaudeat priuilegijs, q̃ ſi quis ſit abſens, & habeat filios in ciuitate, perinde ſit acſi ſit præſens. Facit etiam q̃ per iſtam regulam decidit Bald. hic in fin. allegans glo. quam ſemper habet in ore, in l. ij. C. qui ætate. lib. 10. q̃ æſtimum patris cenſetur filij, & èconꝛa. q̃ vltimum examinaui plenè in l. ſciendum. in prin. in pen. q. Bar. ff. qui ſatiſ. cog. cum multis con cor. ibi allegatis. limita tamen prædictam regulam procedere, quo ad ea, quæ ſunt iuris, ſecus ſi facti. d. cùm hærẽdes. in prin. ff. de acq. poſſ. licet contrarium, & malè dicat gl. in l. cùm miles. §. j. ff. ex quib. cau. ma. Secundò intellige iſtam regulam in filijs in poteſtate, ſecus in emãcipatis. l. qui in poteſtate. ſ. de in ius voc. glo. in l. lis nulla. ff. de iud. Tertiò limita non procedere, quo ad ea, quæ ſunt iuris publici. l. nam q̃. in prin. ff. ad Trebel. declarat Bar. qualiter intelligi debet in l. ſenium. ſ. qui teſt. face. poſſ. & ſi dicatur, ſi pater, & filius cenſentur eadem perſona, vt hoc text. quare ego pater non tenet̃ ad omnes obligationes filij, ſicut vidimus in hęrede, qui tenetur ad omnia debita defuncti, quia fingitur idem cum defuncto, in Auth. de iureiur. à mor. præſt. in prin. reſponde, q̃ de rigore pater tenetur ad omnia debita filij, & èconꝛa, ſicut hæres tenetur ad omnia debita defuncti, tamẽ quia iniquum videtur, quem teneri ex contractu, vel facto alterius, ideo in 4. lib. C. ſunt facti tres tituli, qui continuatiuè procedunt. primus eſt tit. vt actio ab hære. vbi ſtatuitur, q̃ omnes obligationes actiuè, & paſſiuè tranſeant in hæredẽ. poſtea eſt tit. ne vxor pro ma. & tit. ne filius pro patre. Quib. ſtatuitur, q̃ de benignitate vxor nõ teneatur pro viro, nec èconꝛa. ita nec pater ad onera filij, nec èconꝛa. & ſi dicas quare magis in hæredẽ reſpondeo, quia hæres non repræſentat defunctum niſi mediante facto ſuo voluntario. i. niſi voluntariè adeat hæreditatẽ, mediante qua aditione cenſetur eadẽ perſona cum defuncto, ideo ſibi imputet ſi adiuit hæreditatem, qua mediante fingitur idem cum defuncto: ſed pater, & filius, q̃ cenſeantur eadẽ perſona, non procedit ex factõ voluntario, quia etiam ſi filius nollet, non poſſet deſinere eſſe eadem perſona cum patre. ita ſentit Bal. in rub. j. ne filius pro patre. & glo. in rub. C. ne vxor pro ma. Tertiò pro aliquali limitatione adde, q̃ decidit Bart. in l. iij. §. j. per illum tex. ff. de leg. præſt. q̃ ſi ſtatutum prohibet contrahi cum exbannito ſub pœna, poterit contrahi cum eius filio, vel ſeruo, dato q̃ ipſi exbãnito acquiratur. Quod vlt. an ſit verum, examinaui in l. ſi mihi, & tibi. §. regula. ff. de leg. 1. ¶ Gl. in ver. in triente. diuiditur in tres. In prima allegat concordantes. ſ. tex. in l. antep. §. Lucius Titius teſtamento. de leg. 2. ſed licèt glo. alleg. pro concor. tamen eſt difficillimum cõtrarium, q̃ infra ſoluã, & ille tex. turbat præſentem materiam. In 2. ibi, ſed argumentum contra. ff. eo. l. ſi pater. glo. opp. contra tex. & tripliciter ſoluit, licèt omnes tres ſol. reprobentur. Prima, quæ vult, q̃ illa corrigatur, eſt euidenter falſa, aliæ diuinant, vera ergo & clara ſol. eſt Mar. de Fano, cùm eſſet effectus de ordine fratrum prædicatorum, q̃ dictio quiſquis, in tex. poſita tollit contrarium. *& ita tenent omnes hic. & Bar. & omnes* in d. l. ſi pater, veritas eſt ergo, q̃ quando plures vocantur ſub vno nomine collectiuo, puta ſub ſtituo hæredes, & Titium, omnes hæredes reputantur pro vna perſona quotquot ſint, & vnam tantum partem habent. ita loquitur. d. l. ſi pater. & regula, quam poſuit in tex. fallit in hac lege propter dictionem quiſquis, diſtributiuam, cuius natura eſt diſtribuere vim verbi cuilibet in viriles. d. l. interdum. in prin. ff. de hære. inſti. Et dum poſtea gl. in 3. ſol. dicit, nam & hic habent virilem, & c. glo. voluit concordare. d. l. ſi pater. cùm l. qui complures ff. eo. quæ adinuicem contradicunt, ſed diuinat. vera ſol. eſt, quam ponit gl. in d. l. qui complures. in gl. mag. in verbo hæreditarias. in ſecunda ſol. & ibi Bar. & alij tenent, q̃ ſi ſubſtitutiones erant factæ pro partib. hæreditarijs, ideo ibi illi cohæredes in parte dimidia ad eos ſpectante poſtea veniunt pro partib. hæreditarijs, ſecus in l. qui complures. In 3. parte gl. ibi, Item contra huic ſecundo oppo. contra vlt. partem tex. ſoluit, quam ſol. reprobant Bar. & Pau. hic, quia inquantum iſta gl. intelligit, quòd in d. l. ſi quis Titio. illi hæredes erant hæredes Titij legatarij non teſtatoris, nam dicunt, q̃ gl. fi. j̃. dicit contrarium. ego ſaluo has gl. à contrarietate, quia glo. hic loquitur, quo ad caſum poſitũ in principio illius. l. ſi quis Titio. ſed gl. fi. j̃. loquitur, quo ad vltimum caſum. Iſtam ſol. glo. reprobat Alex. per alia duo. ego vltra eum reprobo ex alio, quia impoſſibile eſt, q̃ ille tex. intelligatur de hæredib. legatarij, cùm legatarius viueret, nam viuentis non eſt hæres. l. j. & 2. ff. de hære. vel actio. ven. vera ergo ſolu. eſt, q̃ in d. l. ſiquis Titio. in prin. illi hæredes veniunt, & computant̃ pro vno tantum, quia ibi non eſt diſtributiuum quiſquis, pro-
4 ut in hoc tex. vt reſpondi ad præcedens contrarium. ¶† Ex omnib. prædictis ſtat firma regula, q̃ quando plures vocantur ſub nomine collectiuo, puta hęredes, vel fratres ſimul cum aliquo tertio, q̃ illi plures reputantur pro vna perſona, & vnam tantũ partem habẽt, Titius aliam, niſi ſit diſtributiuum quiſquis, vel niſi ſit dictum æqualiter, vt ſ. dixi. contra iſtam regulam fortiſſimè obſtant duo tex. primo. l. antep. §. Lucius Titius teſtamento. de leg. 2. quem tex. ſ. in prin. glo. allegat pro concordanti, & confundit dictam regulam, vbi plures liberti ſunt vocati ſub nomine collectiuo liberti, ſimul cum vno tertio. ſ. cum Seia alumna, nec ibi aderat diſtributiuum, & tamen illi plures liberti non reputantur pro vna perſona, imò veniũt in viriles ſimul cum Seia. Difficile eſt contrarium, ſupẽr quo multa dicuntur, in primis Cy. & Bar. hic dicunt, q̃ ibi plures liberti ideo vocant̃ in viriles propter relatiuum quos, ibi poſitum, quia dictum eſt libertis libertabuſque, quos hoc teſtamento manumiſi, quaſi relatiuum quos, faciat relationẽ in viriles, acſi eſſet diſtributiuũ; ſed malè reſpondent, quia relatiuum quos, nunquam facit vocatos ſub nomine collectiuo venire in viriles, text. eſt clarus in l. ſi pater. la 1. de vulg. & pup. Secundò reſpondent glo. Dyn. &
1 Bar. ibi, & Pau. hic, q̃ prædicta regula vera eſt, q̃ plures vocati
d ſub nomine collectiuo non habent niſi vnam partem, procedit niſi coniectura teſtatoris colligatur in oppoſitum, vt ibi, & coniecturam dicunt eſſe ex eo, q̃ teſtator ibi prohibuit fundũ alienari extra familiam. Sed dicant Doct. quid velint, non bene percipio, quæ coniectura ſit iſta, q̃ per hoc, q̃ prohibeatur alienatio, illi liberti in viriles admittantur. Tertio modo, & debilius reſpondent Cy. & Alb. hic, q̃ ideo ibi illi plures liberti ſinguli in viriles ſuccedunt, quia teſtator ſimul eos in teſtamento manumiſit, q̃ nihil eſt. Vnde inuenio, q̃ Ludo. in conſi. 90. incip. viſo quæſtionis propoſitæ themate circa id de quo quæritur, & c. aliter reſpondet, & ante eum fuit ſol. gl. ibi, nam intelligit, quòd
8 dicit ibi tex. q̃ liberti habent virilem, debet intelligi, ideſt, vnam partem, q̃ nihil eſt, quia exponit album pro nigro, & contrariũ
q pro contrario. Alio modo reſpondet mirabiliter Cuma. in d. §. Lucius. nam dicit, q̃ illa Seia alumna erat etiam ipſa liberta teſtatoris, quo caſu cùm etiam ipſa contineretur ſub nomine collectiuo, non debet habere maiorem partem, quam alij liberti, vel libertæ. ideo omnes viriliter ſuccedunt, & ſic regula ſupra poſita procedit, quando ille tertius non continetur etiam ſub nomine collectiuo. tamen non ſatisfacit. Primò, quia non probatur, q̃ Seia eſſet vtique liberta. Item dato, q̃ eſſet liberta, ex quo de ea eſt facta mentio de per ſe, non cõtinebatur amplius ſub nomine collectiuo præcedenti. l. quæſitum. §. pen. vbi latè Bar. ff. de fund. inſtru. tradunt Cano. plenè in cap. 1. de reſcrip. co

gita

ADDITIONES.

a ¶ Qui ſquis. Adde Doct. in c. quoniam. de coniug. le pro. Bart. in l. qui liberis. in prin. de vulg. & pup. Bar. in l. j. in 3. col. de condi. & dem. Bal. in l. fi. C. de imp. & alijs ſubſtit.

b ¶ Pater. Adde no. d. Bal. in §. fin. vlt. colum. ver. ſed pone. in ti. de prohib. feud. alie. per Fed. D. Parp. in l. licet Imperator. 1. no. de leg. 1. Fel. latè in c. afferte. 2. no. de præſum. Alex. lib. 1. conſi. 48. & pulchrè Barb. lib. 3. conſi. 23.

c ¶ Vna caro. Adde gl. in c. ſuper eo. el 2. de teſti. Fel. in c. 1. de mag. in 3. col.

d ¶ Collectiuo. Vide Bal. in l. j. C. eo. Deci. conſi. 122. diligenter conſideratis.

PVRPV.

Source : BIU Cujas

gita de meliori solu.quia difficile sine violentia est respondere. Secundò,& fortius contra dictam regulã obst. tex.fortissimus in l.quidam.§.fi.cum l.seq.ff.de reb.dub.vbi est tex.q; si testator relinquat posthumo nascituro, & tertio aliquid, pone, quòd nascantur tres posthumi, dicit ibi text. q; illi posthumi habent tres partes, & tertius vnam partem tantum, & tamen sub illo nomine collectiuo prolato in singulari,posthumoes tres posthumi continentur,& tamen non reputantur pro vno, imò habẽt tot partes,quot sunt posthumi. Dyn. & Bar. ibi respondent. & sequuntur Pau.& Alex. q; dicta regula procedit, quòd vocati sub nomine collectiuo pro vno habentur, verum est,quando illi plures sunt nati,secus in nascituris, ratio, quia verisimiliter ignorat testator,quot sint nascituri, & sic nescit eis prouidere. patet,quia tex.ibi dicit posthu.& tamen tres sunt nati,& tamen verisimiliter testator ibi non potuit cogitare, quòd tot essent nascituri.Ista sol.non placet, quia licèt testator non possit cogitare,quot posthumi sint nascituri,tamen poterat eis prouidere disponendo, quòd quotquot posthumi nascerentur,singuli in virilem admittantur,istud etiam puto valde difficilè contrariũ.

a ¶Ex prædictis omnib.reducendo [a] istam materiam vtilem ad
5 regulam,& fallentiam,fac regulam cum sex fallentijs. † Regula sit,quòd in quacunque materia regulariter plures sunt vocati sub vno nomine collectiuo simul cum alio tertio, illi plures
6 habentur loco vnius tantum. † Ex ista regula decidit Bald. hic post Iaco.But.Pet.& Cyn. quòd si statutum imponat pœnam, puta decem,Ancianis ciuitatis,& Capitaneo, certè illi Anciani reputantur omnes pro vno,& Capitaneus pro alio,& sic quilibet soluit dimidiam. Ita si statutum imponat pœnam hominib. villæ,& syndico,si non denuntiãt malefactorem, quod etiam tenet Bal.in Authen.causa, quæ fit cum Monacho.in 2.no.s.de Epis. & cle.& in l.si quis Titio.ff.de vsufr.accre. Ang.& Imo.in l.liber homo.§.Titius primò.ff.de hære.instit.Io.de Pla.& Ang. in §.si plures.insti.de hære.insti.vbi ex prædictis decidunt,quòd si aliquid committatur Ancianis, & Potestati, tantam vocem habet Potestas quantam Anciani.& ad hoc allego bo.text.in l. quoniam iudices.iuncta gl.in ver.soluturo.& ibi no. Bald.C.de
7 appel.& prædicta etiam tenet Ang.hic. † Similiter dicunt Ang. & Imo.in d.l.liber homo.§.Titius.per illum tex.q; si Rectori,& vniuersitati scholarium datur potestas eligendi notarium, tantam vocem habet Rector solus,quantam tota vniuersitas.Nisi secundum Imo. de mente statuentium appareat aliud fuisse, arg.l.cùm virum.C.de fideic.idem tenet Alex. in l. si pater filio. per illum text. ff.de vulga. & pup. & ibi limitat alio modo,per tex.no.in l.quidam relegatus.§.si tibi. cum l. sequẽti.& seq.ff.de reb.dub.Item adde Bal.in l.si quis Titio,per illum tex.ff.de vsufru.accre. quòd quando imponitur pœna Capitaneo,& Antianis, vel datur arbitriũ Capitaneo, & priorib. quælibet est pro
8 dimidia.† Item adde,quòd dicunt Iac.But.Bal.& Ang.in l.quoniam iudices.C.de appel. quòd si Papa condemnat Abbatem, & conuentum in centum,dimidiam soluet Abb. & aliam dimidiam conuentus, & ibi dicit Sal. q; si Potestas cum suis officialib. condemnatur in centum, q; Potestas soluet dimidiam.
9 ¶† Similiter dicit Bal.in c.1.de his,qui feu. da.pos. quòd si prælatus cum cap.incidit in pœnam.l.si quis in tantam. C.vnde vi. capitulum tenetur pro dimidia,& prælatus pro alia.Item adde, quod no.Bal.in l.si plures.in 2.lect.per illum tex. ff.de pact. q; si aliquid pertinet ad capitulum,& prælatum,tantum potest solus prælatus,quantum totum capitulum.Item adde,quod decidit.d. Abb. in consi.37. in 2. vol.incip. Casus in effectu talis est. ¶Item ex prædicta regula consuluit Ludo.in d.consi. 99.incip. quæstionis propositæ thema. quòd si testator pro puellis maritandis reliquit certas pecu. & ordinauit executores illarum pecuniarum consules Aromatariæ, & suos hæredes, quòd tãtam vocem habent hæredes,licèt non essent nisi duo, sicut habent illi consules etiam si essent decem, & pro prædictis facit text.in c.postulasti.de concess.præb.& ibi Host.Ioan.And.& alij ad hoc no.& tex.in cle.si plures.de iurepa. vbi si electio alicuius prælati
b [b] spectat ad capitulum certæ Ecclesiæ, & prælatum, tamen capitulum Ecclesiæ licèt plures Canonicos sub se habebat,non habet nisi vnam vocem,& prælatus aliam. Accedat glo.in ver. plures.in c.pastoralis.de rescr.& de qua Pan. ibi facit festum. ex quo no. quòd quando plures sunt deputati ad vnum officium tanquam vnum corpus, & alij plures tanquam aliud corpus, illi plures habent vnam vocem tantum, & tunc nõ attenditur regula,quòd fit à plurib.numero.nam tunc numerus non attẽditur,vt ibi per eum.Accedat etiam tex. in c. scriptum.cum ibi no.per Inn.& alios.de elec.vbi si ad duas Eccl. pertineat electio personarum, & in vna Ecclesia sint plures canonici, quàm in alia,non reputantur habere plures voces.¶Prædicta etiam con ferũt ad deci.Bar.in l.quidam.§.si tibi.ff.de reb.dub. vbi decidit, quòd si testator in testamento ordinauit, quòd si cõtingat filiũ suum mori sine filijs,vult,quòd hæreditas sua veniat ad Titiũ, & Caium,& eorum liberos.mortuo Titio,vel Caio,liberi licèt multi numero sint,non habent nisi vnam partem,vt ibi per eũ plenius.Istam reg.fic ampliatam limita primò procedere,quãdo illi plures sunt vocati sub nomine collectiuo,& simpliciter, idest, sine aliquo adiuncto, secus quando esset adiectum distributiuum quisquis,vel quilibet, vt hoc tex. vel quando esset dictum æqualiter.d.l.interdum.in prin.ff.de hære.inst.¶Secundò limita not.dictam regu.non procedere,quando aliqua concur-
c rerent, propter quæ verisimiliter disponens [c] vellet recedere à d.regula.tex.habes,& exemplum in l.qui complures.in prin.& ibi Bar.ff.de vulg.& pup. vbi alij post eum, quando plures personæ primo loco essent institutæ, sed in diuersis partib. deinde essent substitutæ sub nomine collectiuo, hæredes, non simpliciter,sed pro partibus hæreditarijs,tunc venirent in viriles secũdum partes hæreditarias, quia tunc non sunt simpliciter sub nomine collectiuo vocati,sed est adiecta declaratio.s. pro partib.hæreditarijs,tamen istæ non sunt propriè fallentiæ, cùm regula procedat,quando plures sunt vocati sub nomine collectiuo. ¶Tertiò limita.d.reg.non procedere,quando esset alia cõ
d iectura [d] testatoris, vt quia testator prohibuit rem simpliciter alienari extra familiam. nam ex tali prohibitione simpliciter facta præsumitur,quòd voluerit alios vocatos sub nomine collectiuo in viriles succedere.l.antepe.§.Lucius.el 1.ff.de leg.2.secũdum intellectum Dyn.& Bar.s.relatum. ¶Quartò sing.limita. d.reg.procedere, quando plures sunt vocati sub nomine collectiuo cum tertio,qui tertius non contineretur sub illo nomine collectiuo,secus si etiam ipse contineretur, tunc ne sit melioris conditionis, quàm alij,omnes æqualiter admittuntur. text.est singu. in d. §. Lucius.secundum alium intellectum Rapha. ibi. ¶Quinto limita. d. regu. procedere, quando illi plures vocati sub nomine collectiuo sunt nati,ita quòd disponens potuit de eis cogitare,secus si essent nascituri.tex.est sing.in l.quidam.§.si tibi.iuncto prin.l.seq. & ibi Dyn.& Bar.ff.de reb. dub. ¶Sextam fal.collige per te ex sol.Cyn. & Alb. hic, tradita ad d.§. Lucius. vt s.retuli. ¶Septimò limita no.per Bar.in l.si seruus communis ita.ff.de stip.ser.in per.colum.in versi.& ista faciunt ad quæstionem,& sequitur ibi Imo.in 2.colum. ¶Glo. fi.in ver.filij.diuiditur in 5.In 1.opponit contra text.in fin.In 2.soluit vno modo,& sol.reprobat,& bene,quia dictio vnà, ibi posita, quæ exponitur pro simul,deberet facere, quòd Titius, & hæredes solùm vnam partem haberẽt. ¶In 3.ibi,tu dic.soluit alio modo, & ista est vera sol.& eam tene alijs ambagib.omissis,q; hic testator substituit Titium cum filijs. s. Titij, & tunc bene procedit tex.hic,q; cùm Titius,& eius filius censeantur eadem persona, quòd omnes simul non habent nisi vnam partem.sed in l.contraria relinquitur Titio,& eius hæredib.non Titij,sed dispone tismet. cũ ibi ergo non essent hæredes Titij, & sic non possint censeri eadem persona cum Titio,ideo Titius habet vnam partem,& hæredes aliam,& ista est clara solu.& aduerte, q; postquam gl.posuit istam sol.annectit postea vnam q. pro qua parte illi hæredes admittantur,id est in illa parte, quæ eis obuenit, qualiter inter eos diuidatur,& respondet pro parte hereditaria. sed posteà gl.in vlt.parte reassumit eandem.q.distinguendo,an illi hęredes sint vocati per nomina propria,vel per appellatiua. ¶In 3.ibi,vel ibi dicit hæredibus.ponit aliam sol.quæ *communiter reprobatur*. & gl.& Doct.reprobãt,licèt Fran.Tigri.& Sal conati sint sustinere, vt hic per Alex. ¶In 5. ibi, vel refert.videtur ponere aliam sol.ad contrarium.s.formatum,& nõ ponit. ideo ne decipiat te gl.aduerte,quia gl. hic plenius examinat q. tactã. s. in 3. par. nam cùm in illa. l. si quis Titio.dicatur,quòd Titius habeat vnam partem, & hæredes disponentis aliam,quæritur qualiter isti hæredes diuidant inter se illam part.ad eos spectantem.& glo.distinguit,aut sunt vocati per nomina propria, aut per appellatiua, & sic vsque ad istam partem sunt positæ solu. ad contrarium:hic autem ponitur distin. ad quæstionem positam in 3. par. Extra glo. aliam mirabilem sol. ad d.l. si quis Titio,ponit Saly.hic,sed reproba,vt hic per Alex.& de intellectu. d.l.si quis Titio.in j.respons.vide omnino Bar. Imo. & Moder. in l.huiusmodi.§.si Titio.de leg.1. & in l.Gallus. §.j.ff. de libe.& posthu.& Bald.latè in l.j.§.vbi autem.j. de cad.tol. & Ange.vbi

ponit

ADDITIONES.

a ¶Reducendo. Latè Dec.consi.320.dum essem Papiæ. & consilio 382. verba. PVRPV.

b ¶Electio alicuius prælati,Adde Doct.in c.postu.de conces.præb.

c Disponens.Vide Alex.li.4.consi.55.col.1.

d ¶Alia coniectura.Vide Soci.lib.3.consi.208.casus talis est.ser Franciscus Carauita. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ponit alium intell. ad d.l.si is, qui Titio. in consi. 306. incip. Carissime frater. Titulum sequ. vide per te, quia facilis est, & nihil boni habet.

SVMMARIVM.

1 *Quæ, & quot requirantur ad hoc, vt exhæredatio valeat.*

De lib. præte. vel exhære. Rubr.

¶ Continua rub. plenius, q̃ glo. Supra in tit. præceden. visum est de testa. & quomodo conficiantur. Item visum est de institutionib. hæredum, & de substitutionib. tam directis, quàm fideicom. verùm, quia in testamentis aliquando filij prætereuntur, propter quam præteritionem testamentum redditur nullum, ideo ponitur. j. par. rub. de lib. præte. aliquãdo liberi exhæredantur, quo casu valet testamentum, quia pater debet, vel instituere, vel exhæredare filios. insti. de exhære. lib. in prin. & l. Gal. §. in omnib. & l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. tamen, quia nõ suffi cit filium exhæredare ab vno gradu, sed oportet ab omnib. exhæredari, vt dicetur in l. j. ideo subijcitur, vel exhæredatis. Quare autem ista rub. sit concepta per participium præteritis, vel exhære. & aliter in Institutionib. dum dicitur per nomen verbale de exhære. lib. & aliter in Infor. puto, quòd positiuũ sit, quic-
1 quid dicant Mod. in rub. ff. c. † Quæ autem, & quot [a] requiran-
a tur ad hoc, vt exhæredatio valeat, licèt Sal. hic ponat, & Cy. & Alb. in l. j. j̃. eo. vide gl. in l. 3. §. ante hæredes. ff. eo.

ADDITIO.

a ¶ Quæ autem, & quot. Adde Io. de Imo. in c. Quintauallis. de iureiu.

SVMMARIVM.

1 *Si exhærrdatio fit ab omnibus gradibus tacitè, vel expresè valet testamentum.*
2 *Exhæredatio facta in fin. testa. trahitur ad omnes gradus præcedentes, adeo quòd non admittitur probatio in contrarium.*
3 *Quemadmodum exhæredatio facta in prin. test. ante gradus trahitur ad omnes sequen. ita quando esset facta in fi. quod procedit etiam in mate. odiosa, infra nu. 6.*
4 *Clausula in fin. posita trahitur ad omnia præcedentia cap. limita, vt infra num. 9.*
5 *Clausula in prin. posita est maioris potentiæ ad determinandum sequentia, quàm clausulã in fi. posita ad determinandum præcedentia.*
7 *Quando finis. l. determinat aliquam pœnam, & præcedunt multa capitula, videntur omnia determinata ea pœna.*
8 *Vbi statutum in impositione pœnę enumerat plura prohibita, & vltimo prohibito adiungit aliquam qualitatem restrictiuam, illa qualitas restringens refertur ad omnia enumerata.*
9 *An testamentum possit aliquando incipere à secundo gradu, & sic à substitu.*

LEX PRIMA.



Vm post omnes. Ista lex habet tres partes princi. nam antequam respondeat primæ. q. præmittit duos casus indubitatos, posteà quæstioni respondet. Secũ da ibi, & ideo etiam. Tertia ibi, proinde. † Si
1 exhæredatio fit ab omnib. gradibus tacitè, vel expresè valet testamẽtum. h. d. vel sic. Clausula in fi. posita refertur ad omnia capitula pręcedentia, quando non potest ratio assignari, quare magis referatur ad vnum, quàm ad aliud. ¶ Not. quòd exhæredatio facta post omnes gradus trahitur ad quoscunq; gradus præcedentes, qñ non põt assignari rõ, quare magis ad vnum gradum, q̃ ad alium referatur. ex quo correlariè no. ꝙ clausula in fi. posita [a] refertur ad oĩa cap. præcedentia,
a qñ non est ratio, quare magis ad vnum capitulum, q̃ ad aliud referatur, de quo dicam in gl. ¶ Gl. fi. in ver. nulla. diuidit̃ in tres. In j. declarat tex. & subijcit dictum. In 2. timore ꝑij ponit dict. quæ traditur in l. 3. ff. e. In 3. ponit dictum. Secunda ibi, & not. ꝙ exhæredatio. Tertia in fi. ibi, à re aũt certa. Secunda potest subdiuidi in tot particu. quot membra gl. ponit, partes patẽt. ¶ † Ex
2 prima parte no. ꝙ exhæredatio facta in fi. testĩ, adeo trahitur ad oẽs gradus præcedentes, ꝙ non admittitur probatio in ꝑrium. alle. l. à Titio. in fi. de ver. obl. & licèt Alex. dicat, ꝙ illa alleg. nihil facit, puto q̃ gl. bene alle. ibi. n. dr̃, ꝙ vbi est eadem ratio, ibi idẽ ius. hic est eadem ratio, ergo debet esse idem ius. istam gl. repro bant Doct. hic, & in l. 3. §. filius. ff. eo. per tex. clarum in l. 3. §. fi. ff. eo. item per rationem, quia in his, quæ pendent à voluntate testatoris, semper admittit̃ probatio in ꝑrium. l. in testõ. magna. in fi. s̃. de test. mil. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pupil. licèt Ful. cone
3 tur saluare gl. in casu huius l. ¶ † In 2. parte gl. ibi, q̃nque post, & tunc idem vt hic. habes, ꝙ quemadmodum exhæredatio facta in prin. testĩ ante gradus trahitur ad oẽs gradus sequentes, ita ẽt qñ est facta in fi. istam conclusionem *tenent Doct. cõiter hic*, & in d. l. 3. §. filius. ff. e. excepto Ful. qui multũ subtiliter per tria tenet oppositum. præcipuè, quia iste tex. loquitur, qñ ijdem erant instituti, & substituti: fatetur tñ, ꝙ postq̃ oẽs sic tenent, ꝙ non est à cõi opi. recedendum. Istam partem gl. multũ no. Bart. iuncta
4 par. præcedẽ. † ꝙ sicut clausula in fi. posita trahitur ad oĩa cap. præceden. vt hoc tex. ita èꝫ clausula posita in prin. trahatur ad
5 oĩa cap. sequentia, ꝙ multum no. Bar. † Confirmo per bonam regulã, quia clausula in prin. posita est maioris efficaciæ, & potentiæ ad determinandum sequentia, q̃ clausula in fi. posita ad determinandũ præcedentia. ita Bar. in l. quisquis. post glo. ibi. de leg. 3. & in l. auia. in prin. ff. de ꝺi. & dem. Ful. & Pau. hic, & Bar. in l. siquis ex argẽtarijs. §. si initium. in j. col. ff. de eden. no. Math. in no. 150. & Lud. in consi. 104. incip. Pater reuerende. & in cõsi. 153. incip. diligenter inspec. in j. col. & Alex. in consi. 51. in 3. vol.
b inci. Viso themate. s̃. scripto. & ad istas regulas, ꝙ clausula, [b] quę sit posita in prin. siue in fi. trahat̃ ad oĩa cap. p̃ceden. vel sequentia, adde tex. in d. l. 3. §. filius. ff. eo. & in l. quisquis. & ibi no. Bal. in prin. s̃. si cer. pet. no. Doct. in c. secundo requiris. & in c. inquisitioni. de appel. vbi ponunt aliquas limitatio. ponunt Bart. & alij in l. talis scriptura. in prin. ff. de leg. j. Mod. in l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iur. om. iu. & vide Lud. in consi. 113. incip. Visa p̃missa dubitatione. & in consi. 480. inci. In casu propositæ cõsultatio-
6 nis de duab. substitutionib. & † pondera, ꝙ istę reg. procedũt ẽt si materia sit odiosa, ita probat iste tex. iuncta. d. l. 3. §. filius. quia
c istli tex. [c] loquuntur in materia exhęredationis, & sic odiosa. l. cũ quidã ff. de lib. & posth. & ita no. Alex. in consi. 93. incip. Super
7 eo de quo quæritur, videlicet an statutum. in 3. vol. † Adde, ꝙ qñ finis. l. determinat aliq̃ pœnam, & præcedunt multa capitula, vñr oĩa determinata eadẽ pœna. Ita no. Bal. in d. l. quisquis. in
8 prin. C. si cer. pet. † Item adde, ꝙ vbi statutũ in impositione pœnæ enumerat plura prohibita, & vltimo prohibito adiungit aliquam qualitatem restrictiuam, illa qualitas restringens refertur ad oĩa enumerata. Ita not. Gemi. in c. vbi periculum. §. nulli. de elec. in 6. propter dictum Io. An. ibi dicentis, ꝙ ille text. loquens de mittente nuncium, vel epistolam, vel loquentẽ secretè, dẽt intelligi, si illa oĩa fiant secretè. Facit, ꝙ no. Bar. in d. l. doli. per illum tex. ff. de ser. cor. ¶ Istam reg. limita procedere, qñ talis cla põt commodè referri ad oĩa præcedentia, aliàs debet referri ad proxima, vel ad compatibilia, vel ad ea quæ potest referri, ita no. Doct. post gl. in d. l. si idem cum eodem. §. fi. l. j. §. hoc edicto. vbi Docto. ff. de postu. no. Flo. in l. si seruus seruũ. §. inquit lex. ff.
9 ad l. Aquil. & Pan. in c. cùm dilecti. de don. ¶ † Secundo limita, qñ ita referendo non infirmaretur aliquod capitulũ præcedẽs, vel sequens, secus si induceretur annullatio, vel inualidatio, vt probat tex. in l. siquis à filio. in prin. vbi gl. ff. de leg. j. no. Pau. hic. & facit, ꝙ dixi in præcedenti limit. ¶ Tertiò no. limita, & signa, qñ clausula præcedens, vel sequens haberet propriã, & spãlem determinationem de per se, tunc clausula posita in prin. vel in fi. non refertur ad illam. tex. est solennis in c. cũ dilecti. de dona. vbi Car. no. & Imo. in 2. col. circa fi. & in 4. col. in duob. loc. no. Sal. & Pau. hic, & vide ad hoc per Bald. pulchram deci. in l. j. C. de leg. hære. ¶ Quarto no. limita, ꝙ clausula in fi. posita trahitur ad oĩa præcedentia, verum est, quæ principalitet posita sint in oratione, non aũt ad ea, quæ accessoriè, & gratia demonstrationis tm̃. tex. est no. in l. pen. §. Titia. versi. fi. & ibi pulchrè no. Bar. ff. de libera. leg. facit, ꝙ not. Bart. in l. si cui. la 2. §. si à filio. de lega. 1. Alex. in consi. 48. incip. Super hæsitatione, de qua quæritur. in 6. & 7. col. ¶ Quinto limita istam reg. non procedere in materia, in qua debet fieri latissima interpretatio, vt in benefic. princi-

pum,

ADDITIONES.

a ¶ Posita. Adde diffusè per Alex. de Imo. in l. talis scriptura. in §. fin. ff. de leg. j.
b ¶ Clausula. Clausula posita in fine refertur ad præcedentia. Limita, quãdo esset diuersa ratio. Bar. vbi plura, consi. 54. Ang. & regulam tenet And. Barb. inter consilia Alex. lib. 3. consi. 52. col. 6. Adde Bar. consi. 164. vbi dicit, quod nõ refertur ad contraria. idem Alex. lib. 1. consi. 48. col. 3. & idem Alex. lib. j. cõsi. 48. col. ante pe. Bar. consi. 54. Alex. li. 1. consi. 48. col. pen. Rursus Ias. in l. fi. col. 5. de const. pe. & l. si idem cũ eodẽ. §. fi. de iur. om. iu. Ale. li. 1. consi. 48. col. pe. Adde ẽt qñ clausula esset posita in cõione, & nõ absolutè Bal. in l. j. C. de leg. hære. Alex. lib. 1. consi. 48. col. pe. in primo dub. & adde, qñ præcedentia essent aduersa sequentibus, vel èconira, quia tunc clausula respicit illud, cui probabilius adaptatur. Alex. d. consi. 48. col. pe. alleg. Bal. in d. l. j. PVRPV.
c * Tex. Adde Abb. in c. extirpandæ, §. qui verò. nu. 27. extra de præb. & dig.

a pum,[a] iuxta.l.fi.vbi dixi.ff.de conſti.prin. vbi ſi clauſula poſita in fi.traheretur ad præcedentia,vel ecõtra,reſultaret ſtricta interpretatio ꝫ naturam beneficij, tunc trahi non debet,ne hoc ſequatur:hoc probat tex.in d.c.cùm dilecti.ſm alium intel. Inno.& Doct.ibi.ſequitur etiam Alex.in d.conſi.48.¶Sextò limita no.ꝙ clauſula poſita in fi.vel in prin. &c. qñ illa clauſula eſt poſita de per ſe,& principaliter,ſecus ſi ſola eſt poſita ad aliquã diſpoſitionem qualificandam.ita ſing.Bart. in l.fi. ff.de reb.dub. ¶Septimò limita,vt per gl.in l.ſi idem cum eo.§.fi.& ibi Bar.& alij.ff.de iur.om.iu. ¶Octauò limita,vt per Bal.in l.talis ſcriptura.§.j..& ibi dixi.ff.de leg.1.¶Nonò limita, quia clauſula ſpecialis,& diſcretiua non refertur ad omnia,ſm Bal.in c.ſecundò requiris.in vlt.col.de appel Facit,ꝙ vult Bal.in l.in multis. ff. ſtat. hom.¶Decimò limita,qñ reſultaret abſurdum ,ſm d. Abb. in c.eccleſia. §. vlt.de elec. per tex. ibi meliorem de corpore iuris canonici,ſm eum,iuncto.c.quia propter.eo. tit.inducendo, vt ibi per eum.facit,ꝙ vult Old.Lau.in conſi. 52.incip.factum eſt, dñs Clemens.facit. c.pen.& ibi. d.Abb. de iurepa. ¶Vndecimò limita , qñ proprietas ſermonis hoc patitur , aliàs ſecus.l.& qui data.§.j.ff.ex quib.cau.ma.ſm Old.in d.cõſi.152.¶Duodecimò limita,ꝙ clauſula in fi.poſita non debet referri ad extranea, ita no.Bal.in l.in actionib.in 2.not.ff.de infamib.¶De alijs,quæ tanguntur in gl.dic,vt hĩ in d.l.3.§.filius.& ſeq.ff.eo.circa tñ vnum,
10 ꝙ gl.reputat mirabile, † ꝙ teſtm̃ aliqñ poſſit incipere à ſecũdo gradu,& ſic à ſubſtit. *dic,ꝙ cõis concluſio glo.& Doct.* in d.l.3.§.fin. eſt,ꝙ aut præteritus eſt filius iam natus à primo gradu, tunc teſtamentum põt incipere à ſecundo gradu , quia ſecundus gra. nunquam habuit dependentiam à primo,ſecus ſi pręteritus ſit poſthumus,quia interim donec naſcatur poſthumus,valet primus gradus,& ſic ſecundus incipit habere dependentiam à primo,ſi naſcatur poſthumus,ſicut rumpit primum gradum , ita & ſecũdum, & ibi plenius videas, quia hic aliter non examino. Iaſon Papiæ.

ADDITIO.

a ¶Principum. Adde Vital.de Camb.in trac.clauſularum.in verſi. clauſula in fi. appoſita.

LEX II.

Iauus tuus. Nepos,qui poſt mortem patris viuo auo incipit tenere primum locum, ſi reperiatur præteritus,rumpit teſtm̃.h.d. & cogita de ratione dubitandi , cùm iſtud eſſet deciſum in mille locis.& pondera tex. dum dicit ſine impedimento.l.Velleiæ.nam vĩ ineptè dicere,cùm lex Velleia non impediat, imò adiuuet nepotes ſi ſint præteriti ab auo , vt teſtm̃ rumpant.glo.pro ſol.multum laborat,& ponit tres ſolu. quæ non valent. veritas eſt, ꝙ imò.l. Velleia habet duo capita. in 2.capite tendit ad impediendum, dicit text.in l.Gal.§.ille caſus.ver.poſteriore.ff.eo.ſecundò pondera tex.ibi,ſuccedendo in patris tui locum , ꝙ nepos mortuo patre ſuccedit in loco patris;& ſi dicas ꝫ,pater ſi viueret,non rumperet teſtamentum,ergo etiam nepos,qui ſuccedit eius loco,non debet rumpere,cũ ſuccedens cenſeatur eiuſdem qualitatis,cuius eſt filius cui ſuccedit.l.qui quadringenta. ver.nam hæres. ff.ad Treb. reſpondet Bar.ꝙ licèt nepos ſuccedat in loco patris,non tñ venit ex perſona patris,ſed ex ſua.tex.eſt hic,& ita intellige.§.cùm filius. inſti. de hære.quæ ab inte.ita etiam probat tex. in l.j.§.fi. vbi Bar.circa prin.ponderat.ff.de colla.bono.Bar.in l j.§.ſi ſit filius. ff.de cõ iun.cum emanci.lib.dixi in l.qui ſe patris.ſ.vnde lib.vel reſpon de clarius,vt per Bal.hic in 4 oppo.& Saly. ꝙ aliqñ quis ſuccedit loco alterius remotiuè,ideſt remoto eo,qui erat in j.gradu, alius ſuccedit,& tunc iſte,qui ſuccedit , non ſuccedit ex perſona primi,ſed ex ſua.ita loquitur hic.probat text.in c.fi.ne præla. vices ſuas.vbi remoto canonico ſuccedit alius,ſed non ex perſona primi , ideo non tenetur ad debita primi: aliqñ quis ſuccedit loco alterius per tranſmiſſionem , quia primus tranſmittat ad ſecundum,& tũc neceſſe eſt,ꝙ ſuccedat ex perſona primi.l. qui in alterius.de reg.iur.facit.l.Caius.ff.de man. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtato.ſemper eſt ſeruanda,& magis attendenda quã verba.*

LEX III.

1 Si quis filium. Qui iubetur eſſe alienus à ſubſtantia defuncti,exhæredatus intelligitur.h.d. † No.multum vlti ma verba tex. quæ ſunt pulchra, & in conſilijs allegantur, ex quibus habes, quòd voluntas teſta.[a] ſemper eſt ſer-

b uanda, & magis attendenda, quàm verba, [b] quia voluntas teſtato.cenſetur regina , & dominatur verbis. l. in conditionibus primum locum.ff.de condi.& demon.facit.l.cùm virum.C.de fideicõ. & l. cùm proponebatur.de leg.2. & l. cùm quæſtio , in fin.ſ.de leg.& l.3.§.conditio.ff.de adim.leg.& l.fideicom.§.itẽ ſi quis.ff.de lega.3.& text.no.in l.Publius. ff.de condi.& demon.& alibi egregiè dicit tex.in c.ſedulo. 38.diſt. hic in glo. alle.ita eſſe præponendas ſententias verbis,vt pręponitur animus corpori. hinc dicit no.Bal.in l.fin.ſ.tit.1.quòd l.pedetentim ſequitur voluntatem teſtatoris,ſicut canis leporem. Alibi Bald.in l.quoniã indignum.ſ.de teſt. dicit, quòd non eſt curandum de qualitate verborum,dummodo conſtet de mente teſtantis loquentis.alibi Bal.egregiè in c.mandatum.in 1.col.de reſcrip. dicit, ꝙ mens eſt radix verborum,& eius ſubſtantia prima, & cor eſt Imperator linguæ, & habet eam ſicut mancipium ſub ſua iuriſdictione,& quod lingua cedit cordi, & quod ſub iugo mentis verba conſiſtunt tanquam ſub ſuo proprio originali.ad hoc nota. ad de,quod dicit Bar.in l.licèt Imperator.in primo no. ff.de leg. 1. not.Ang.in varijs conſi.maximè in conſi.168.incip.Teſtator.& in conſi.170.incip.Item ſtatuimus,quod ſi quis. Exiſta regu.ſequitur in ſpecie inter alios no.effectus, ꝙ licèt ſubſtitutus , qui venit ex voluntate expreſſa teſtatoris , præferatur hæredi coniuncto ad impediendum ius accreſcendi.l.2.§.ſi duo. ff. de bon. poſ.ſecundum tab.dixi.in l.fi.ſ.de inſti.& ſubſti. Fallit niſi aliud ſit ex præſumpta mente defuncti, ex qua coniunctus per ius accreſcendi præfertur ſubſtituto.l. quidam teſtamento. vbi Bart. & alij no.ff.de vulga.& pupil.hinc dicit Bal.in l.fin. ſ.de impub. ꝙ ex coniecturata mente teſtatoris recedimus à natura , & vi coniunctionis verbalis:hinc etiam videmus , quod licèt cauſa teſtati faciat ceſſare cauſam inteſtati.l. antequam. C. communia de ſuc. quia donec poteſt ex teſtamento ſuccedi,nunquam ab inteſtato ſucceditur.l. q̃diu.ff.de reg.iur. cum ſimi. fallit niſi ex præſumpta mente defuncti aliud appareat,tex.habes, & exẽplum in l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus. vbi Bart.ff.de hære.inſti. Bald.in d.l.antequam.& ille tex.eſt ad hoc ſin. ſecundum Bald. in d.l.j.in fin. C. de teſtam. ma. ¶Limita prædictam regu.huius text.cum ſimi. procedere, quando teſtator proceſ-
c ſit ad diſpoſitionem , [c] aliàs non ſufficeret teſtatorem voluiſſe. tex.habes,& exemplum in l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſtit.vbi tex.no.& ibi ad hoc not.Bald.& Imo. & dicunt limitari omnia iura,quib.dicitur,quòd magis attenditur voluntas teſtatoris,quàm verba,vt procedat, quando teſtator proceſſit ad diſpoſitionem.Facit,quod in ſimili dicitur , quod propoſitum in mente retentum nihil operatur.l.ſi repetendi. C.de condi.ob cau.l.j.§.finautem ad deficientis.inf.de cadu.tollen. in ver.nam ſi contrarium teſtator volebat,non erat difficultas diſponere.& ibi not.Bald.quod id quod teſtator non loquitur,nec velle præſumitur.facit tex.in c.inter corporalia.poſt med.de transla.præla. ¶Secundo intellige d.reg procedere,ſi verba ſaltem impropriè poſſunt conuenire menti teſtatoris,ſecundum Bart. in l.in ambiguo.ff.de reb.dub.facit,ꝙ habetur in l. ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.1.dum dicitur de teſtatore, qui volebat appellatione veſtis aurum contineri.¶Tertio intellige.d.regu.procedere,quando de mente teſtatoris poteſt conſtare, in dubio aũt teſtator pręſumitur voluiſſe,ꝙ verbis expreſſit,quia verba ſunt notæ earum, quæ ſunt in animo paſſionũ.l.Labeo.§. idem Tubero.ff.de ſup.lega.ideo dicit Bal.in c.j.de teſt.& in c.ſup literis. in 5.col.de reſcrip.alle.Caſſiodorum,ꝙ nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum. & idem Bald.in l.voluntatis. in fi. C.de fideic.dicit,non credimus hominem velle niſi id,ꝙ dicit,& Bal.in c.1.in 6.col.de conſtitu. dicit, ꝙ vbi habemus verborum ſonum,non egemus interprete.& Bal.in rub.circa prin.C.quomodo,& quando iud. dicit,ꝙ vox eſt mẽtis euidentiſſimum arg.& in propoſito pulchra verba ponit Bald.in ſuo diuino conſi. ſchiſmatis poſito poſt Rub. C.ſi quis ali.teſt.prohib.in 11. col.ver. hoc itaque præmiſſo. vbi inter cætera dicit,ꝙ lingua eſt organum intellectus, & tuba, & eius pręco,& ꝙ verbum voce prolatum,eſt nũcius intellectus.

¶Et

ADDITIONES.

a ¶Teſtatoris.Adde Bar.in l.nemo poteſt.de leg. 1.Bar.in l.j.de teſta. fallit j.niſi ſit inepta,vt in l.ſeruo alieno.in §.ineptas.de leg.1. ſecundo fallit,ſi ſit cõtra legem,vt in d.l.nemo poteſt. & per Bar.in l.ſi quis eum.de condit.& demon.

b ¶Quàm verba. Adde cap.tua nos.& cap. requiſiuiſti.col.1. de teſta.Iaſo.pulchrè in l.nemo.ſeptima colum.de lega.1.tex.not.in l.cùm antiquitas.in fin.ſ. de vſu & habit.& in l.ſi peculium. §. 1.de pen. leg. limita niſi extra iudicium illud videatur.Bar.in l.nemo.ff.de lega.1.adde Iaſ.in l.ſi mihi,& tibi.§.fi.quinto.no.de leg.1. PVRPV.

a ¶Ad diſpoſitionem. Adde D. Parp.in l.4.in 3.amplia.3.partis.de leg.1.Alex. lib.3.conſi.55.ponderatis.in fi.j.dub.

Source : BIU Cujas

¶Et adde, ꝙ regula huius tex. quæ dicit magis attendi mentẽ, a q̃ verba, [a] & vbi apparet de mente non curamus de verbis, procedit nedum in vlt. voluntatib. & teſtamentis, in quib. latiſſima debet fieri interpretatio, ſed etiam in contractib. tex. eſt in l. ſi in venditione. cum gl. pen. ff. com. præd. & in l. ita ſtipulatus. magna. cum gl. in ver. ex ſententia. ff. de verb. obli. pulcher text. in l. fi. C. quæ res pig. obl. non poſ. & in l. ſed Celſus. §. ſi fundus. ff. de contrah. emp. ¶ Gl. in ver. intelligatur. habet duas partes. In j. pro intellectu tex. dicit, quid ſit præterire, & dicit, ꝙ præterire, eſt nullam de filio mentionem facere. hoc eſt falſum, quia ſi pater in teſtamento aliquid legaret filio, facit de eo mentionẽ, & tamen eſt præteritus, vt per gl. in Auth. nouiſſima. ſ. de inof. teſt. ideo Fran. Accur. addit, ꝙ præterire, eſt nullam de filio mẽtionem facere. ſ. inſtituendo, pro quo eſt optimus tex. in l. maximum. in ver. inſtitutione præterijt. j. eo. dic, vt melius dixit gl. 2. in Auth. non licet. j. eo. & latius Bar. in Auth. ex cauſa. in 1. opp. & in 1. q. j. eo. vbi etiam ponit, quid ſi teſtator dicit, prætereo filium, quia me verberauit, & ſic inſerta iuſta cauſa exhæredationis, an dicatur exhæredatio, vel præteritio, & concludit, quòd exhæredatio, nõ obſt. ꝙ vtatur verbo præterco, de quo per Cy. & Alb. hic, & latius Pau. ¶ In 2. ibi, ſed his verbis, &c. glo. vult probare deciſ. tex. per ſimile. nam ſicut quando teſtator dixit, ta lis hæreditatis meæ, vel ſubſtantiæ dominus eſto, intelligitur eũ inſtituere. l. his verb. allegata in gl. ergo ita ècontra, per illa verba ſubſtantiæ meæ alienus eſto, debet intelligi exhæredaſſe. iſta eſt intentio gl. quicquid dicat Ful. ¶ Gl. in verſi. ſenſu. In 1. alleg. duas concor. adde alias, quas poſui in 1. no. In 2. opponit contra text. dupliciter, & non ſoluit. circa primam de l. ſi alij. ff. de vſufru. leg. non poteſt aliud dici, quàm dicant Bar. & Docto hic, ꝙ ibi ideo, quia non probatur de contraria volun. teſta. ideo non recedimus à propria ſigni. Aliud. ſ. in l. in ſum. dic, ꝙ illa concordat. licèt gl. alle. pro contraria. Iaſon Papiæ.

ADDITIO.

a ¶Mentem quàm verba. Adde Ioan. de Fan. in c. odi, & proieci. 24. q. 1.
¶Adde tex. qui æquiparat mentem, & verba. l. j. ff. de pen. leg. Cur. conſi. 49. Alex. conſi. 55. limita, quando poteſt ſeruari, aliàs non. l. quæ ſub conditione. §. mortuo. ff. de condi. inſti. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Non debemus eſſe accuſatores eorum, quæ à natura proueniunt.*
2 *De iure communi ita ſuccedunt filiæ patri ſicut filij.*
3 *In ſuccedendo aſcendentibus non eſt differentia inter filios, & nepotes.*
4 *An filius ex primogenito præferatur patruo in ſucceſſione regni.*

LEX IIII.

a MAximum vitium. [a] Iſta lex, vt exordit Bar. videtur terribilis, quia longo ſermone ordinata eſt. Sed breuiter. h. d. Hodie tam filij maſculi, quàm filiæ fœminæ, tam primi gradus; quàm ſequentis, tam nati, quã poſthumi debent inſtitui, aut nominatim exhæredari, ſublatis differentijs mediæ iuriſprudentiæ, aliàs eadem remedia competunt tam de iure ciui. quàm præto. & quia difficultas huius tex. oritur propter vitia antiquæ iuriſprudentiæ, quæ ſatis intricatè referuntur in tex. ideo præmitte ſecundum Cyn. & latius Pau. hic, ꝙ hic ponuntur, & emendantur. v. vitia antiquæ iuriſprudentiæ, & ita etiam ſentiunt Bal. & Sal. in diuiſione huius. l. ſed ego puto, ꝙ in iſta. l. referantur ſex vitia, tria in prin. l. quartum in ver. & ſi præteritus. quintum in ver. cum etiam centum viri. ſextum in ver. ſeq. Primum ergo vitium ponitur ibi, ſi ex teſtamento veniant in maſculis, & alia fœminis, intelligendo text. propriè prout intelligo. nam ſecundum mediam iuriſprudentiam forte de parte fœminarum aliquid auferebatur, & dabat filijs maſculis, vel fortè condito teſtõ plus erat relinquendum filijs maſculis, quàm fœmi. & hoc vĩ probare tex. in ver. ſancimus. ibi, *& in ſcriptura teſtamentorum eas honorare*, ex quo ibi Imperator corrigẽdo vitia antiqua ſtatuit, ꝙ in inſtitutione teſtamentaria æqualiter honorandæ ſunt fœminæ ſicut maſculi, ex quo apparet, ꝙ eſſet vitium hic in prin. poſitum. licet Doct. nõ videantur id pro vitio numerare. Secundum vitiũ ponitur ibi, & alijs verb. nam antiqua iuriſprudentia diſponebat filium debere alijs verbis exhæredari, quàm fœminam, quia filius debebat nominatim exhæredari, fœmina autem inter cæteros. Tertium vitium ponitur in ver. & inter nepotes, quia nepotes ſm mediam iuriſprudentiam non erant neceſſariò nominatim exhæredandi, quia poterant inter cæteros exhæredari, ſecus erat in filijs primi gradus. & hoc vitium declarat glo. in l. 2. in verbo impedimento. in 3. fol. ſ. eo. Quartum vitium ponitur in ver. ſi præteritus. & erat alia differentia inter filios maſculos præteritos, & filiam præteritam, quia filius præteritus ipſo iure dicit te ſtamẽtum nullum de iure ciui. vel ſ. tabulat, filia autẽ ſolùm poterat per ius accreſ. certam part. hæreditatis conſequi, ita tñ, vt omnib. legata præſtaret. Quintum vitium vide per te. Sextũ vitium ponitur in fi. in ver. quia & aliud. ꝙ vide per te. ꝙ eſt circa filias natas, & filiam poſthumam, & breuiter tene, ꝙ omnes tales differentiæ ſunt per hanc. l. ſublatæ, & hodie filij maſculi, ſiue nati ſiue naſcituri, ſiue j. gradus, ſiue vlterioris, vt ſunt nepotes, vel pronepotes, dummodo primum locum obtineant, & tam filiæ natæ, quàm poſthumæ, debent in teſtõ inſtitui, vel nominatim exhæredari, aliàs tanq̃ præteriti, vel præteritæ habent de iure ciui. ius dicendi nullum, ꝙ durat perpetuò, vel de iure prætorio ius ſ. tabulandi, ꝙ durat anno. l. 2. & l. ſi emancipata. ſ. qui admi. ¶ In tex. ibi, maximum vitium. tex. vĩ tacitè loqui de vno vitio, ex quo in ſingulari, & tñ ſunt ſex vitia, vt dixi. ſ. ideo dicunt Cyn. & Alb. ꝙ terminus iſte naturaliter, & indefinitè ponitur, & poteſtas reſoluitur in ſpecies ſubſequentes. ¶ In ver. cũ etiam centum viri. quia litera eſt aliqualiter obſcura, aduerte, ꝙ ibi ponitur quintum vitium, ꝙ correlariè infertur ex eo, ꝙ dixit in ver. & ſi præteritus, nam ſm mediam iuriſprudẽtiam filia
b præterita erat deterioris conditionis, [b] quàm exhæredata, ꝙ vĩ abiurdum, ex quo pater magis vĩ odio habuiſſe filiam exhære. nam exhæredata per querelam inofficioſi teſtĩ conſequebatur quartam, & nemini legata præſtare cogebatur. l. Papinianus. §. fi. & l. Titia. ff. de inoffi. teſt. filia aũt præterita debebat habere ſemiſſem. i. dimidiam hereditatis, ſed in illo ſemiſſe poterat grauari vſq; ad dodrantem, ideſt vſque ad nouem vncias, & ſic in effectu apud eam remanebant niſi tres vnciæ paruę, quę faciũt vnciam cum dimidia. Poſtea Imperator in ver. & ſi ſm noſtræ conſtitutionis. rñdet tacitę obiectioni per verba obſcura & diminuta, ſed eſt eius intentio. nam ſ. dictum eſt, ꝙ filia præterita erat deterioris conditionis, cùm in effectu præſtitis leg. non haberet niſi vnciam cum dimidia. exhæredata autẽ habebat quartam ſine onere legatorum. nam vĩ, ꝙ hoc non obſt. quia filius, qui minus habet legitima, poteſt agere ad ſupplementum legitimę, per nouam conſtitutio. poſitam in l. quoniam in prioribus. ſ. de inoffi. teſt. Imperator hic rñdet, ꝙ illud remedium agendi ad ſupplementum habet locum tñ in filia exhæredata, non in præterita, de qua loquimur, & ideo dicit Ang. hic in fi. col. ꝙ nõ probat alibi melius, quàm hic, falſam eſſe opin. Bar. in l. ſi pater. ſ. de inſti. & ſubſt. dum dixit hodie valere teſtm̃, in quo filius eſt inſtitutus ſub conditione caſuali, dato ꝙ non ſit in defectũ eius exhæredatus. dato ẽt, ꝙ iſta cenſeatur præteritio, propter d. l. qm̃ in prioribus. & dicit Ange. hic eſſe text. ꝙ illa. l. non habet loc. in filio præterito. & ita etiam Ful. hic in fi. col. reputat no. Sed rñdi in d. l. ſi pater. ꝙ iſte tex. loquitur in filio, qui ſit omnino præteritus, ꝙ non eſt in caſu illo, vt ibi declaraui. ¶ In tex. ibi, qui enim
1 tales differentias inducunt, &c. no. † ꝙ non debemus eſſe accuſatores eorum, quę à natura proueniunt, ideo tex. in l. fluminũ. §. quanquam. ff. de dam. infec. dicit parcendum eſſe vitio naturali. & Cy. & Alb. & Ang. hic dicunt per hunc tex. ꝙ in his, quę beneficio naturę obueniũt, neminem laudare, nec vituperare
2 decet. ¶† Secundò not. ex eo. text. ꝙ de iure cõi ita ſuccedunt filię patri ſicut filij maſculi, & qui aliter diſponunt, ſunt accuſatores naturę, quia non omnes maſculi progenerantur. & dicit tex. no. in l. lege. 12. tabular. in fi. j. de legi. hęre. quòd qñ naſcuntur fęminæ, procedit potius cauſa patris, quàm matris. & iſtum tex. inducunt Sal. & Pau. hic, & ante eos Barto. in l. j. 2. q prin. C.
c de ſum. Tri. ꝙ ſtatutum diſponens, [c] ꝙ exiſtentibus maſculis filię fœminę non ſuccedant, dicitur propter hoc odioſum, *in quo communiter concluditur*, ꝙ ex parte maſculorum eſt fauorabile, & ex illa parte ampliandum, ex parte verò fœminarũ odioſum, & ex illa parte reſtringendum, ſm Bal. Sal. & Mod. in l. 1. per gl. ibi. ſ. de in ius voc. cum his, quę ibi dixi. Facit, quod dicit Bart. in
3 l. qui exceptionem. in prin. ff. de condi. indeb. ¶† Tertiò not. in ver. ſancimus. ibi, & hic non ſolum, &c. ꝙ in ſuccedendo aſcen
d dentib. non eſt differentia [d] inter filios, & nepotes, & iſtud indu citur

ADDITIONES.

a ¶Maximum vitium. Adde ad iſtum tex. in verſi. & contra tab. quòd bon. poſſ. contra tab. ita competit ſuo ſicut emancipato. Alex. & Iaſo. in l. vt liberis. col. fi. C. de colla. PVRPV.

b ¶Deterioris conditionis. Adde, quòd non debet eſſe melioris cõditionis', qui venit contra voluntatem, quã qui præter. Alex. in l. filiæ dotem. 2. colum. 3. de colla. PVRPV.

c ¶Diſponens. Adde Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de ſucceſ. ab inteſta. Ange. conſi. 67. incip. Mar.

d ¶Non eſt differentia. Alex. in l. is poteſt. de legi. hære. Fely. in c. prudentia. de offi. ord. latè Deci. conſi. 444. in caſu de Regno Portugaliæ. Iacobin. in inueſtit. feu. char. 1. Are. conſi. 163. diligenter. PVRPV.

Source : BIU Cujas

4 ctur per Pau. † ad arduam q. quæ in regnis, & in principatu ſæpe contingit, ſtante conſuetudine, vt primogenitus ſucce-
a dat in Regno, vel in Ducatu, ꝙ ſi moriatur primogenitus, [a] an ſecũdogenitus, & ſic patruus, an nepos debeat ſuccedere in Regno, & ſic filius primogeniti, quam quęſtionem latè examinat Io. And. in addi. Spec. in tit. de feu. ſuper rub. vbi decidit pro nepote, & refert multa, quæ aliàs adducit Old. in curia Ro. corã Rege Roberto, quę ponit Old. in conſ. 94. inci. Eleganter circa negotium, vbi decidit pro nepote. idem tenet Bal. in l. liberti. in 7. col. C. de ope. liber. Pet. de Anch. in c. licet. de voto. & in cõſi. 82. inci. dicta facti narratio. & idem conſuluit Pau. de Caſt. cõſ. 158. incip. in præſenti cauſa. prout ipſe refert in Auth. poſt fratres. la j. j̃. de legi. hær. idem tenent Cyn. in l. imperialis. C. de ſecun. nup. & Pan. in conſi. 86. inci. in præſenti. q. in 1. vol. per vnã nouam conſiderationem, per quam reprobat rationem Bald. in d. Auth. poſt fratres. & refert Io. Ber. aduocatus conſiſtorialis in ſuo repertorio in ver. nepos Regis. vnum, quod dicit eſſe communiter incognitum, ſed ſe audiuiſſe à d. Io. Fran. ex auditorib. Rotæ, ſe in annalib. legiſſe, ꝙ Otho Imperator. s̃. Rhenũ apud Threuerim exiſtẽs cum Baronibus, dum hæc quæſtio de facto accidiſſet inter patruum, & nepotem, voluit eam decidi iudicio gladiatorio, & ꝙ vix nepos vicit, quod cùm æſtimaret̃ iudicio Dei proceſſiſſe, ordinatum fuit, vt abinde in antea nepos ſuccederet. Contrariam opi. pro patruo, & ſic ſecundogenito tenet Bar. per vnam nouam rationem in d. Auth. poſt fratres. tenet And. de Iſer. in c. j. de natura ſucceſſionis feudi. & in c. j. §. præterea. 2. col. de prohi. feu. alie. per Frid. & in c. j. de ſuc. feu. & in c. j. de eo qui ſibi & hære. ſuis. Imo. & Gemi. in c. grandi. de ſup. neg. præl. in 6. Cu. in l. cum ita. § fin. ff. de le. 2. Fran. de Are. vbi bene examinat, in conſ. 163. incip. diligenter & maturè diſcuſſis. Alex. in conſ. 54. in 3. vol. incip. Ponderatis verbi teſtamenti. in 3. col. & duab. ſeq. vbi dicit ꝙ ſemper ſequutus eſt iſtã opin. & pro patruo melioribus rationibus probatam, & magis
* cõmunem, & ita pronunciauit Papa Bonifacius pro Rege Rober. contra Regem Vng. licèt Bal. in d. l. liberti. dicat, ꝙ Papa in hoc fuit partialis, & ꝙ ita iudicauit propter ſummam ſapientiã Regis Roberti, & quòd ipſe Rex Rober. videns pro ſe indebitè pronunciatum, ſtuduit transferre regnũ in Regem Vngarię, & ꝙ ipſe Rex Rober. dum ſimilis cauſa ſibi fuiſſet commiſſa in ciui. Auinionenſi, iudicauit pro nepote contra patruum: prout etiam refert Paul. hic, putaui ſemper eſſe dubiũ, & ideo Bal. in l. cum antiquiorib. j̃. de iure delib. arguit & non decidit. ¶ Glo. in ver. ſubſtantiæ. diuiditur in tres. In j. declarat tex. In 2. opponit vno modo & non ſoluit. In 3. ponit alio modo. Secunda ibi, hæc tamen iniuria. Tertia ibi, ſed hodie iure Auth. ¶ In 2. parte dum alleg. l. non putauit. §. fi. eſt corrupta, & debuit allegare. l. filium. in fi. ff. de bo. poſſ. contratab. vbi filius emancipatus præteritus ſi contratabulat, tenetur præſtare legata coniunctis perſonis, filius autem in poteſtate exhæiedatus quærelans teſtamentum, nemini legata præſtat. l. Papinianus. §. fi. de inof. teſt. ergo non debet dici vitium, ꝙ exhæredatus ſit melioris cõditionis præterito, contra tex. noſtrũ, non reſpondet Bar. tñ dicit fatendo ꝙ eſt vitium, & ꝙ hoc corrigitur per auth. ex cauſa. j̃. eo. & dicetur ibi, vbi nihil dicit. Cy. ſenſit ſol. ſed non explicat. Aliter dicunt Ful. & Alex. ego planius reſpondeo, quòd iſte tex. conſiderauit quo ad quartam debitam, in qua exhæredatus non debet eſſe melioris conditionis quàm præteritus, licèt forte in alijs ſic. & tũc arg. nihil obſt. ¶ In 3. par. gl. quia gl. nõ reſpondet huic 2. opp. vbi filia exhæredata propter legatum ſibi factum eſt melioris conditionis etiam quàm filius inſtitu. dic quòd obiectum non valet, quia data paritate nihil obſtat. nam preſupponit filio inſtituto ita factum eſſe legatum ſicut exhæredato. argumentum gloſſ. non obſt. Aduerte tamen dum gl. dubitat, an legatum factum ipſimet filio exhæredato ſuſti-
* neatur per Auth. ex cauſa. j̃. eo. *& communiter tenetur* quòd non, quia qui impugnat teſtamentum, redditur indignus relictorũ in eo. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſta. & l. poſt legatum. ff. de his quib. vt ind. facit. l. filiũ. §. omnib. ff. de leg. præſt.
* & ita tenent Ang. Ful. *& magis communiter alij.* & Bar. in d. Auth. ex cauſa. in antepen. col. vbi dicam, licèt Pau. hic contrarium dicat, vt ibi dicam.

ADDITIO.

2 ¶ Poſſunt. Adde glo. in §. exhæredatos. in Auth. de hære. & fal. gl. in Auth. vt cũ de app. cog. in §. aliud quoque. Ioan. And. in add. Specu. titu. de inſtrum. edi. in §. nunc autem. verſi. ſi autem.

SVMMARIVM.

1 *Parentes poſſunt exhæredare filios ex quatuordecim cauſis. limita vt infra num. 10.*

2 *Pater in teſtamento maledicendo filium etiam ex cauſa ſufficienti ad exhæredationem, non dicitur eum exhæredare.*

3 *Pater poteſt per pactum remittere cauſam ingratitudinis commiſſam, ex qua non poterit filius amplius exhæredari & nu. 13.*

4 *Per ingreſſum religionis non tollitur cauſa ingratitudinis, propter quã poteſt filius à patre exhæredari.*

5 *Cauſa ingratitudinis an tollatur per ſuperuenientem furorem.*

6 *An valeat exhæredatio expreſſa aliqua cauſa æquè graui ſeu grauiori illis. xiij. propter quas filius poteſt exhæredari.*

7 *Etiam in identitate rationis non eſt licita extenſio, propter taxatiuam in l. poſitam.*

8 *De iure Digeſtorum & C. ſi filius contrahebat turpes nuptias contra voluntatem patris, poterat pater ex hac cauſa eum exhæredare. & nume. 9.*

11 *Si pater expreſſit in teſta. plures cauſas, quarum aliquæ ſunt veræ, aliæ non, ſufficit vnam eſſe veram.*

12 *Quando pater exhæredat filiũ licèt debeat inferere cauſam legitimã, nõ tamen tenetur inferere. locum & tempus commiſſæ ingratitudinis, licèt hæres teneatur locum & tempus probare.*

14 *Si pater in teſtamento exhæredauit filium ex iuſta cauſa, deinde filius ſe reconciliauerit cum patre, ex hoc ipſa exhæredatio intelligitur adempta.*

AVTHENTICA.

NOn licet. Iſta auth. venit correctiuè ad l. C. in quantum in l. C. dicebatur, quòd filius ſine cauſa poteſt exhæredari, patet, quia poſthumus poterat exhæredari, & tamen non poterat cauſam ingratitudinis committere, hodie eſt correctum per iſtam Auth. per quam filius non poteſt ſine cauſa exhæ-
1 redari, vel præteriri cum alijs, vt in tex. † No. ꝙ parẽtes poſſunt [a]
a exhæredare filios ex 14. cauſis, de quib. in §. aliud quoque. verſ. cauſas. in Auth. vt cùm de app. cog. gl. in c. quintauallis. de iureiu. ècontra autem deſcendentes vt filij poſſunt exhæredare aſcendentes ex 6. cauſis. vt in d. tex. tranſuerſales autem ſolùm ex trib. poſſunt exhæredari. vt dicit tex. in §. ingratitudinem. in Auth. de nup. in antepen. col. & ſi dicatur, quæ ſit ratio diuerſi. quare filij ex pluribus cauſis poſſunt exhæredari quàm aſcendentes, dicunt Cy. Alb. & Ful. ꝙ ratio eſt, quia vbi maior cadit affectio, ibi maior ingratitudo, & iniuria. ergo cùm parentes magis afficiatur à filijs quàm econtra, certè maiores cauſas in-
2 gratitudinis filij poſſunt committere. ¶ † Not. tamen diligen-
b ter, quòd pater in teſtamento maledicẽdo filium etiã [b] ex cauſa ſufficienti ad exhæredationem, puta ſi dicat maledico filiũ, quia me verberauit, per hoc non dicitur exhæredare. ſicut nec benedicendo dicitur eum inſtituere, quia verba dignationis vel indignationis non diſponunt illud, quod ſonant, licèt in veteri teſtamẽto contrarium eſſet, quia maledictio patris euertebat domum filiorum. ita ſin. Bald. in proœ. Decre. in vlt. col. uerum eſt, ꝙ ſi pater in teſtamento aliquid relinquat pro ſua benedictione, eſt perinde ac ſi diceret pro ſua inſtitutione. ita Alex. in l. nam quòd. §. non omnis. in 4. colum. ff. ad Tre. & in conſ 70. in 2. volum. inci. Viſo conſ. aliàs per me reddito. &c. in 3. col. & ſeq. & dixi in Auth. nouiſſi. s̃. de inoffi. teſta. ¶ Item diligenter aduerte ad aliud, quod videtur mirabile in practica, ꝙ ſi filius commiſerit cauſam ingratitudinis contra patrem, per quam poſſit exhæredari, ſi pœnitentiam viuo patre agat, vel ante conditum teſtamentum, non poteſt ex illa cauſa exhæredari à patre. Iſtud probatur per ſimile. nam ſi filia peccauerit in corpus ſuum, eſt iuſta cauſa, per quam poteſt eam pater priuare dote & negare alimenta, ſecũdum Spec. in tit. qui ſi. ſint leg. ver. ſed quid ſi filia tua. Bal. in l. fi. C. de do. promi. tamen ſi filia agat pœnitentiam, non poteſt amplius priuari dote, vel alimẽtis. Ita Spe. in loco alle. ver. quid ſi ipſa pœnitet. Doc. in d. c. quintauallis. vbi inter alios. d. Ant. in 3. col. de iureiu. Bal. in l. ſi filiã. ꝑ illũ tex. s̃. de inof. teſt. Facit l. Imperialis. s̃. de nup. & tex. in c. ferrum. 50. diſt. & hoc in terminis, ꝙ filius qui pœnitentiã egit viuo patre, vel ante conditũ teſtamẽtum non poſſit ex illa cauſa exhæredari, tenet ſing. Alex. in l. j. in 17. col. ff. ſo. ma. ¶ † Item & tertiò aduerte, ꝙ pater põt per pactum remittere cauſam ingtat.

ADDITIONES.

2 ¶ Poſſunt. Adde gl. in §. exhæredatos. in Auth. de hære. & fal. gloſ. in Auth. vt cum de app. cog. in §. aliud quoque. Io. And. in add. Specu. titu. de inſtru. edi. in §. nunc autem. verſi. ſi autem.

b ¶ Filium. Adde quid dicendum eſt de Papa, an maledicendo excommunicet. vide Bal. in proœ. Grego. in fin. 12. col. vbi concludit quòd non.

Source : BIU Cujas

gratitudinis commiſſam, & ex ea non poteſt filius amplius exhæredari, ſecundum Ang. & Paul. in l. fin. ſ. de pac. & colligitur
4 ex doc. Bart. ibi in 2. colum. circa fi. ¶ † Item, & quartò aduer-
a te, ꝙ ſi filius commiſit [a] cauſam ingratitudinis, per quam poteſt à patre exhæredari, deinde ingrediatur monaſterium, non abſoluitur ab illa cauſa ingratitudinis. gloſſ. eſt not. in Auth. de mon. in prin. in verbo maculam. ponũt Cy. & Bal. in l. Deo nobis. ſ. de epiſc. & cle. licèt per ingreſſum monaſterij filius natu-
b ralis [b] tantum legitimetur, vt dicit ſing. Gul. in l. j. ſ. de ſacroſ. eccle. vbi refert & ſequitur Bald. in 5. col. ad ſimilitudinem eorum, qui olim dabantur curiæ. vt eſt gl. inſt. de hære. quæ ab in-
5 teſt. in §. quib. in verbo curijs. ¶ † An autem per furorem ſuperuenientem tollatur cauſa ingratitudinis commiſſa, ponit Bart. in l. ex facto. ver. 7. requiritur. ff. de vulg. & pupil. tetigi in l.
6 furioſum. ſ. qui teſt. fac. poſ. ¶ † Iuxta prædicta, & hanc Auth. occurrit pulchrum dubium, quid ſi pater in teſtamento exhæ-
c redet filium expreſſa vna cauſa, [c] quæ non fit de illis. 14. ſed ſit æque grauis, vel grauior, an exhæredatio valeret, puta quia filius fuit rebellis, vel proditor patriæ, quo caſu licet patri eum occidere. l. minimè. ff. de reli. tangit Gul. hic, & tenet ꝙ poſſit. & ſic tenet ꝙ ad illas 14. cauſas, de quib. in d. ver. cauſas. licèt addere ſimiles, vel grauiores. mouetur per tex. optimum in c. j. §. porrò. vſq; ad. §. pe. in tit. q̃ fuit. prima cã benefi. amit. maximè in §. ſed quia natura nouas. & ibi Bal. multum notat illum tex. ꝙ etiam in materia pœnali licèt odioſa licita eſt extenſio ex ſimili, vel maiori cauſa Quod cõfirma ex eo, ꝙ ęquipãrat Bal. in l. ſolo. C. de lib. cau. vbi æquiparat, ꝙ ex quib. cauſis filius põt exhæredari, ex eiſdem poteſt vaſſallus feudo priuari. Facit glo. ſolennis in l. fi. in ver. voluerit. C. de reuoc. dona. q̃ ſequitur Cy. & Sal. ibi reputat ſing. nec melius poteſt ad hoc alle. nam licèt tex. vi in materia pœnali taxatiuè dicat, ex his tantummodo cauſis poſſe donationem reuocari, tamen gl. extendit ad alium caſum ſimilem, vnde licet tex. in d. c. aliud quoque. velit ex 14. cauſis tantum exhæredari, poterit tamen ex alia ſimili. iſtam opin. tenet Nic. de Neap. in d. c. j. §. prædictis. qui ſequitur. d. §. porro. idem ſequitur ibi Alua. col. 2. referens genitorem ſuum in repe. Auth. ex cauſa. ꝯ. eo. idem tenere, & idem tenet Ang. in l. lex Cornelia. in prin. ff. de inju. per illum tex. in verſi. proprior. per quem probatur, ꝙ illud, quod dicitur in remotioribus, intelligitur. l. ſtatuere in proximiorib. & per hoc dicit, ꝙ aliqui dicunt, ꝙ filius poteſt exhæredari ex cauſa duriori, quàm ſint illę 14. expreſſæ. idem videtur tenere Alex. in l. ſi quis id, quòd. in prin. in 6. col. ff. de iur. om. iud. per id ꝙ ibi colligit Bal. ex glo. 1. ꝙ in pœnalib. licita eſt extenſio. & dicit, ꝙ iſta eſt cauſa ſatis ponderoſa, in qua conſuluit, & ita conſuluit Alex. pro iſta parte in conſi. 23. in 2. vol. incip. ſuper themate, & præſcriptis. in 4. col. & ſeq. *& iſta eſt vera, & communis ſententia.* Cõtrarium tenet Alex. hic, per tex. in d. §. aliud quoque. vbi non poſſet eſſe text. clarior ad propoſitum, dum dicit præter ipſas nulli liceat ex alia. l. ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ huius conſtitutionis ſerie. & pondera dum tex. dicit ex aliqua alia lege. Secundò, quia tex. ille eſt correctorius, vt dicunt Cyn. Alb. Sal. Pau. &
d Alex. hic, ſed in correctorijs [d] etiam ex maioritate rationis nõ eſt licita extenſio, ſecundum *communem ſententiam*, de qua in Auth. quas actio. ſ. de ſacroſ. eccl. & per hæc patet non obſt. ſ. adducta contra. quia d. §. aliud. & iſti tex. loquuntur non ſolum in materia pœnali, ſed etiam correctoria, ideo licèt aliàs licita ſit extenſio in pœnalib. d. iuribus, iſtud tamen non eſt in correctorijs, & per hoc patet non obſt. gl. in d. l. fi. nec in d. §. porrò. dicit tamen Alex. ꝙ conſulendo & iudicando non eſt receden. à præceden. opi. quæ neminem contradicentem habet. Addo, ꝙ Mar. Lau. in l. j. §. fi. ff. de iuſt. & iu. formans q. in filio proditore patriæ, an propter hanc cauſam poſſit exhæredari, dicit videri, ꝙ ſic, quia filius offendit patrem & patriam, tamen tenet ꝯrium, & ſic ꝯ primam opi. per d. §. aliud quoque. vbi non eſt inſerta illa cauſa inter illas 14. nec ſm eum recedendum eſt à forma. l. maximè cũ ſit odioſa. & fortius, quia illæ cauſæ, ꝑꝑ quas pater poteſt exhæredare filium principaliter & immediatè cõmittuntur ꝯ patrem, ſed q̃n quis eſt proditor patriæ, non ſic principaliter & immediatè patrem offendit, quid tenendum? paſſus eſt diſputabilis, & pro parte ꝯ communem, ꝙ filius nõ poſſit exhæredari ex iſta cauſa proditionis patriæ vel ſimili, vꝫ ſtringere, quia licet in correctorijs licita ſit extenſio ex identitate rationis, q̃n ratio eſt expreſſa in l. corrigente, quia non dꝫ extenſio, ſed eſt lex, quæ loquitur, vt dixi in Auth. quas actio. ſ. de ſacroſ. Eccleſ. tñ q̃n conſtitutio eſt correctoria, & pœnalis, vt in propoſito, tunc ẽt ſi ratio eſſet expreſſa, nõ eſſet licita extenſio ex identitate illius rationis expreſſæ. gl. eſt ſing. in cle. vt hi, qui. in verbo diſtributionum. de æta. & quali. quam ſic alleg. Lu. in conſi. 119. incip. licèt magna apud me fuerit dubitatio. ſm d. Ant. in ca. fi. in j. & 12. fal. de conſue. ergo dato, ꝙ in illo. §. aliud, eſſet expreſſa ratio, tñ attento, ꝙ illa deciſio eſt correctoria & pœnalis, non poſſet extendi ex identitate rationis ſcriptæ, quantominus poterit extendi ſimpliciter, & hoc vꝫ ſtringere ꝯ com-
7 munem. † Secũdò ad idem moueor, quia licèt in correctorijs licita ſit extẽſio, q̃n ratio eſt expreſſa in l. corrigẽte, vt dixi, iſtud eſt verum, niſi. l. corrigens taxatiuè loquatur, quia etiam ex idẽ titate rationis ſcriptæ propter taxatiuam nõ eſt licita extenſio. ita ſing. Bal. in d. Auth. quas actio. poſt Gul. & Cyn. cum cõcor. quas ibi poſui. ergo cùm d. §. aliud. loquatur per taxatiuam ſæpè replicatam, ergo non eſt licita extenſio, quæ non permitteretur etiam ſi ratio eſſet expreſſa. & tenendo iſtam opi. nõ obſt. d. §. porrò. ſuper quo Doct. magnum faciunt capitale, quia vltra. ſ. dic. ſol. ille tex. nihil facit, quia vt ibi ſignant Iac. de Bel. & Iac. Alua. tex. ibi bene arguit à priuatione legitimæ ad priuationem feudi, quia iſto modo eſt arguere ab eo, ꝙ eſt grauius ad minus graue, quia ſi filius põt priuari legitima, ꝙ eſt grauius, cùm ſit naturaliter, & ciuiliter ei debita, multo fortius ex eiſdẽ cauſis poteſt vaſſallus priuari feudo, ſed èconcontra non licet arguere, ꝙ ex cauſis, ex quib. vaſſallus poteſt priuari feudo, ex eiſdem filius poſſit priuari legitima, nec valeret argumentum, qa eſſet arguere à minori ad maius affirmatiuè, ꝙ non licet: prędictis tñ non obſt. teneo primã opi. *quia communis eſt penes* Doct. nec ꝯ eam aliquis tenet, niſi Mar. vbi ſ. qui nullam de Docto. mentionem facit, & pro iſta opin. me multum vnum mouet, in quo viſi ſunt Doct. errare. nam teneo, ꝙ d. §. aliud quoque. & iſta Auth. licèt quo ad aliquid dicantur iura correctoria, tñ quo ad cauſas exhæredationis vꝫ mihi, ꝙ ſint potius limitatoria, nam licèt olim etiam, qui non poterat committere cauſas ingratitudinis, poſſet exhæredari, vt eſt poſthu. hodie tñ ſecus. in hoc credo, ꝙ ſint iura correctoria, ſed dum enumerãtur 14.
e cauſæ, [e] ex quib. ſoli filij poſſunt exhæredari, credo, ꝙ in hoc non ſint correctoria iura, ſed limitatoria. nam cùm in l. C. & ff. variæ ponerent cauſæ exhæreda. certè per iſta iura cauſæ ſunt reductæ ad 14. mihi vꝫ, ꝙ quo ad 14. cauſas iura ſint tñ limitatoria. probo per id, ꝙ in ſimili tenent Docto. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſol. mat. vbi tex. dicit, ꝙ conſtante matri. dos non põt repeti niſi ex cauſis ibi poſitis in tex. quærunt ibi Bart. & Doct. an illa. l. ſi conſtante. ſit correctoria, an limitatoria, & concludunt, ꝙ eſt limitatoria, licèt ibi reſtringat cauſas. ita in propoſito, & hoc funda. ſic ſtãte, ſuper quo tñ cogita, paret reſponſum ad oĩa. ſ. dicta, quia licèt in correctorijs non ſit licita extenſio, maximè, q̃n eſt lex correctoria & pœnalis, vel taxatiuè loquẽs, tñ in limitatorijs licita eſt extenſio, prout firmant Bar. & Doct. in d. l. ſi conſtante. in 9. q. primæ patris prin. & eſt bo. tex. in c. cũ dilecta. ver. nos igitur. vbi Pan. de confirmatione vtili vel inuti. cum concor. Secundò me mouet pro communi ſentẽtia reg. gl. ſing. in l. tale pactum. §. fi. cum cõcor. quas ibi dedi. ff. de pact. nam ſi Imperator, qui fecit. d. §. aliud quoque. fuiſſet interrogatus de iſta cauſa, veriſimiliter idẽ ſtatuiſſet, ergo habetur ac ſi eam expreſſiſſet, iuncto eo, ꝙ dicit tex. in d. c. j. §. j. verſi. ſed qa natura. vbi dꝫ, ꝙ nõ eſt poſſibile, ꝙ Legislator poſſit omnes cauſas cõplecti. ideo iudex debet de ſimilib. ad ſimiles cauſas procedere: tñ poſſes reſpondere, ꝙ imò Imperator non ſtatuiſſet idem in hac cauſa, quia illa non immediatè, & principaliter committitur ꝯ patrem, ſed ꝯ patriam, prout ſunt illæ 14. enumeratæ in d. §. aliud quoque. ꝯclude ergo ex prædictis, ꝙ filius poteſt hodiè exhæredari à patre ex iſta cauſa, qa fuit proditor patriæ, & ex quacunq; graniori, q̃ ſint illæ 14. enumeratæ in d. §. cauſas. Caue tñ dum dixi, ꝙ per ingreſſum monaſterij non purgant cauſæ ingratitudinis ante ꝯmiſſæ, nã in ꝯrium eſt tex. in c. non licet. vbi gl. 19. q. 3. licèt gl. in d. Auth. de mona. in prin.
8 dicat, ꝙ ille tex. procedit de iure can. ¶† Iuxta prædictam ꝯclu. ſubijcio aliam nouã quæſtionem, clarũ eſt, ꝙ de iure fforum, & C. ſi filius ꝯhat turpes nuptias ꝯ voluntatem patris, poterit

pater

ADDITIONES.

a ¶Commiſit. Adde tex. iuncta gl. mag. in c. fi. 18. q. j. in gl. in verſi. quaſi ingratũ. Bal. in l. Deo nob. col. 6. C. de epi. & cle. Card. Zab. in cle. fi. de reg. in pen. col. & vlt. q. Card. Alex. in c. cùm haberet. de eo, qui dux. in matr. quã pol. per adu.
* Iaſ. hic col. ſeq. verſi. caue. tex. in ca. non liceat. 19. q. 3. PANCIR.

b ¶Naturalis. Adde Lu. Ro. in l. neceſſarijs. ff. de acq. hær. idem Lud. Ro. in Auth. ſimiliter. in 7. priuil. C. ad leg. falc. Bar. b. in c. quia nos. in 2. no. de teſta.

c ¶Expreſſa vna cauſa. An ex alijs quàm expreſſis liceat exhęredare. Bar. ſentit, quòd non. conſi. 20. factum. 2. col. circa fi. vide Fel. in ca. Rodulphus. de reſcrip. col. 85. Fely. in c. paſtor. col. 2. de reſcrip. PVRPV.

d ¶Correctorijs. Adde glo. in verſi. numerandi. in c. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. Anto. de But. in c. olim. de verb. ſigni. Alex. de Imo. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolut. matri.

e ¶Cauſæ. Adde 15. cauſam, in qua pater poteſt exhæredare filium. ſ. qñ eſt hæreticus. ſecundum P. & Abb. antiquum in c. quintauallis. de iureiu.

Source : BIU Cujas

pater exhæredare filium ex hac cauſa. l. 3. §. ſi emancipatus. el 1. ff. de bon. poſ. contra tabu. & dicuntur turpes, & odioſæ nuptiæ, quando filius caperet in vxorem famulam ſuam, vel eius filiam vel ancillam. l. humilem. C. de inceſt. nup. not. Bart. in l. ſi rogatus. §. 1. per illum tex. cum glo. ff. de manum. vin. l. ſi libertam. vbi Bar. C. de nup. † An hodie poſſit pater exhæredare filium ex illa cauſa, ex quo non numeratur in d. §. cauſas. Imol. in c. accedens. de procu. tenet, ꝙ non, cùm poſita non ſit in d. §. cauſas, & eum refert, & ſimpliciter ſequitur Alex. ad aliud tamen propoſitum, in l. 1. in 16. colum. ff. ſolu. matrimo. & idem potes tenere in ſimilibus cauſis. ¶† Nunc limita reg. huius text. quæ habet, ꝙ non licèt parentibus præterire vel exhæredare filios niſi expreſſa vna de 14. cauſis vel grauiori, limita procedere in exhæredatione facta mala mente animo priuandi filium hæreditate, & ſic in exhæredatione odioſa, ſecus in exhæredatione facta bona mente ad prouiſionem filij. l. multi non notę. ff. de lib. & poſth. & l. filijs matrem. C. de inoffi. teſt. & l. in fideicom. §. cum Pollidius. ff. de vſur. & l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. de leg. 2. ita tenent Gul. & Alex. hic. Bar. Ang. & Imol. & alij in l. cùm ex filio. in princ. per illum text. ff. de vulg. & pupil. Bald. in Authen. ex cauſa. in 9. colum. verſic. 4. oppo. ꝙ exhæredatus. j. eo. Ange. in d. l. multi non notæ. quicquid teneat Sal. hic. ¶ Secundo limita [a] non procedere in exhæredatione, quæ fit voluntate filij, vt quia pater dicit, exhæredo filium volentem, & contentum exhæredari, vel quia filius ſcribat teſtamentum, in quo ſit exhæredatus. iuxta l. non putauit. §. ſi quis ſua. ff. de bon. poſſ. contra tab. quia omnes cauſæ, quæ ponuntur in d. §. cauſas. ꝓcedunt inuito filio. ita Gul. & Alex. hic, Bar. *& communiter alij* in l. ſi quando. §. fin. ſ. de inoffic. teſta. licèt glo. ibi latè diſputans contrarium teneat, ſicut in ſimili dicit Cyn. in l. ſi pater. in vlt. quæſt. ſ. de inſti. & ſubſtitu. quando filius inſtituitur ſub conditione poteſtatiua, & in defectum exhæredatur, valet exhæredatio ſine cauſa, quia procedit voluntate filij. Intellige tamen, quando filius conſentit exhæredationi ante factum teſtamentum, vel tempore teſtamenti, ſi autem pater exhæredaſſet filiũ ſine cauſa, quo caſu teſtamentum non valet, vt hoc tex. licèt filius poſtea conſentiret, nihil tamen operaretur eius conſenſus. ita no. Ang. & Imol. in l. ſi quis poſthumos. §. 1. & ibi Alex. in fi. ſimpliciter ſequitur. ff. de lib. & poſthu. ¶ Tertiò mirabiliter limita iſtum tex. procedere ſolùm in filijs obtinentibus [b] primũ locum, ſecus in nepotibus, & alijs, quia licèt ſecundum conſilium l. Velleiæ debeant exhæredari, quia poſſent mortuo patre ſubintrare primum locum, talis exhæredatio poteſt fieri ſine inſertione cauſæ. ita Bald. in repe. l. pater filium. in 11. colu. ff. de inoffi. teſt. dicens eſſe ſuum dictum, ꝙ Antiqui non viderunt. idem tenet Bal. in repe. l. in ſuis. in 20. colu. ff. de lib. & poſthu. & in l. poſthumorum. in fi. de inuſt. rup. licèt de hoc dubitet in l. ſi quis filium ſ. de inoffi. teſt. & verè eſt multum dubitabile, & in ꝓrium fortiter facit iſte text. dum dicit, non liceat parenti aliquem ex liberis. ¶ Quartò limita iſtam reg. procedere in aſcendentib. vel deſcendentib. ſecus in tranſuerſalib. cùm text. ſolùm dicat de parentib. ita tenent Gul. & Bar. in l. fratres. ſ. de inoffic. teſt. & ibi Bal. in 5. q. & ſeq. & Saly. & Imol. in l. filio præterito. in 7. char. ff. de inuſt. rup. & Alex. hic, licèt ꝓrium, & malè ſentiat Cyn. in Auth. ex cauſa. in 2. q. j. eo. in diſcurſu. ¶ Quintò multũ ſingulariter limita iſtã reg. non procedere in teſtatore volente ingredi monaſterium, vel cogitante de ingreſſu tempore quo teſtatur, nam iſte poteſt exhæredare, vel præterire filios, licèt non inſerat cauſam legitimam, tñ filij poſſunt petere legitimã cõdictione ex l. iſtud eſt, ꝙ ſing. vult Bar. in Auth. ſi qua mulier. in 4. col. in prin. vbi dixi. ſ. de ſacroſ. eccl. per §. primum. in verſi. quoquo modo. in Auth. de monach. Item ſi licèt militi tempora lis militiæ, quanto magis militi cęleſtis, & ſequuntur Bal. Ful. & Pau. ibi, qui dicunt teſtatorem cogitaſſe de ingreſſu, quando poſt paucos dies poſt teſtamentum eſt ingreſſus. idem ꝙ Bart. tenet Panor. in c. in præſentia. in 15. col. de proba. verum eſt, ꝙ deciſ. Bar. reprobat no. Ludo. Roma. in conſi. 227. incip. opin. hanc. & ante eum Sal. in d. Auth. ſi qua mulier. vbi etiam tenui ego contra Bar. ¶ Sextò limita iſtum tex. nõ procedere in filia, quæ prohibetur per ſtatutum ſuccedere ab inteſt. patri, exiſtentib. maſculis, quia ſi exhæredet, vel prætereatur ſine cauſa, valet teſtamentum, quia ſi patrem inteſtatum faceret, omnino non ſuccedit, ſecundum Bald. in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſt. vbi dicit ita conſuluiſſe. ſequitur Lud. Rom. in conſ. 13. inci. idem videtur mihi de iure concludendum. Pau. in Authen. ex cauſa in 9. col j. eo. faciunt, quæ not. Bart. in l. fi. §. 1. ff. ad Tertul. ¶ Septimò limita, & attende, ꝙ pater non poteſt [c] exhęredare filium, niſi expreſſa vna ex 14. cauſis, vel duriori, verum eſt quo ad hoc, vt valeat teſtamentum, quia ſi ſit facta exhæredatio ſine cauſa, teſtamentum non valet quo ad exhæredationem, tamen ſi probatur per hæredem, ꝙ filius commiſit cauſam ingratitudinis, ꝙ quam potuit exhęredari, licèt pater eam non expreſſerit in teſtamento, tamen ea probata filius repellitur, vt non poſſit etiam ab inteſtato ſuccedere, ita ſing. Ang. in §. ingratitudinem. in 1. no. in Auth. de nup. per illum tex. ſecundum primum intellectum gl. ibi, & ideo dicit ipſe, ꝙ aduocatus hęredis ſcripti debet eſſe cautus, vt ſemper probet cauſam ingratitudinis filij, licèt in teſtamento non ſit expreſſa, quia ea probata repelletur filius ab inteſtato, pro qua limitatione faciunt quæ dicam in Auth. ex cauſa, vbi tenebo, ꝙ ſi filius ſit prętereritus cum inſertione cauſæ, licèt teſtamentum ſit nullum quo ad inſtitutionem, tamen ſi cauſa probatur per ſcriptum hęredem, repellitur filius. ¶ Octauò not. limita in patre prætereunte filium bannitum in ære, & in perſona, quia cùm talis filius habeatur pro mortuo, teſtamentum valet, licèt talis filius ſit præteritus, nec fiſcus poteſt rumpere, ſecundum Bald. in l. ſi qua pœna. ff. de his, qui ſunt ſui. ¶ † Adde etiam, ꝙ ſi pater in teſtamento expreſſit plures cauſas, quarum aliquæ ſunt veræ, aliæ non, ſufficit vnam eſſe veram, ita Bald. hic per l. auxilium. in fi. ff. de mino. & §. qui autem. inſti. de excuſ. tuto. ſed debuit alleg. text. in §. ſiue igitur omnes, & in §. ſi tales. in Authen. vt cum de appel. cogn. facit dictum ſing. Innocen. in c. in præſentia. de renun. ꝙ ſententia lata expreſſa duplici cauſa, ſi vna ſit vera, alia falſa, valet ſententia ex cã vera, ꝙ dictum refert pro ſingu. Imol. in mille locis, in l. ſi is ad quem. ff. de acquir. hęre. in l. ſi plagij. ff. de verbor. oblig. & alibi ſæpè, ſed idem dicit Bald. in l. 2. §. ignominiæ ff. de infa. ¶† Adde etiam, quòd quando pater exhęredat [d] filium, licèt debeat inſerere cauſam legitimam, vt hoc tex. non tamen tenetur inſerere locum, & tempus commiſſæ ingratitudinis, tamen hæres tenetur probare locum, & tempus. Item exigit. ff. de dolo. l. prætor edixit. ff. de iniur. ita Bald. in conſ. incip. propoſito, quòd Zacharellus. quod refert, & ſimpliciter ſequitur Alexan. hic, & in conſ. 203. 2. volum. incip. ſuper thema. & dubijs ſup. ſcriptis. in penul. colum. ¶† Adde etiam dum ſ. dixi, quòd pater per pactum poteſt remittere filio cauſam ingratitudinis commiſſam. Item quòd etiam filius ſi viuo patre, vel ante teſtamentum pœnitentiam egerit, non poteſt ex illa cauſa exhæredari. † Adde, quòd ſi pater in teſtamento exhæredauit filium ex iuſta cauſa, deinde filius ſe reconciliauerit cum patre, hoc ipſo exhæredatio intelligitur adempta. ita not. Barto. in l. 3. §. non ſolùm. ante fin. ff. de adi. leg. per illum tex. iuncta l. ꝙ ſi iterum. quæ omnia no. bene & diligenter. Iaſon Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶Limita. Adde, quòd prætereritio de conſen. filij facta non valet, teſte eodem Iaſ. in l. poſthumo. col. 8. ſ. de bon. poſ. contra tabu. BELLAC.

b ¶In filijs obtinentibus. Adde in contrarium Io. Fab. in §. poſthumorum. verſi. ſed quo ad exhæredationẽ. inſti. de exhæred. lib. idem ꝙ hic tenet in l. ſi quis filium. col. 3. verſ. 2. & fortius. j. de inoffi. teſt. vide melius Ange. de Perig. in repet. l. in ſuis. col. 35. verſ. non obſt. 7. arg. PVRPV.

c ¶Pater non poteſt. Adde Iaſo. in l. cùm mota. 5. colu. ſ. de tranſa. contra vide Alex. hic, & Corſ. in Auth. ex cauſa. PVRPV.

d ¶Exhæredat. Adde Doct. in c. præſentium. de teſt. lib. 6. & in c. pia. de excep. eod. lib.

SVMMARIVM.

1 *An hæc Auth. habeat locum in prætereritione paterna.*
2 *An l. noſtra habeat locum in prætereritione poſthumi.*
3 *An l. noſtra, quę habet locum in prætereritione filij tam nati quàm poſthumi, procedat etiam in prætereritione facta à patre ignorante.*
4 *Auth. noſtra non habet locum quo ad conſeruationem legatorum, quando filius ſiue natus, ſiue poſthumus eſt ignoranter præteritus, quod amplia, vt inf. nu. 5. & limita eam ſex modis, vt infra nu. 6.*
7 *An Auth. noſtra habeat locum in filio emancipato præterito, & nu. 8.*
9 *Multæ ſunt ſpecies inſtitutionum.*
10 *An ſubſtitutiones ſuſtineantur per hanc Auth.*
11 *An ſi deicom. vniuerſale ſuſtineatur per hanc Authen.*
12 *An dandum cauſa conditionis implendæ ſit ſoluendum hæredi inſtituto, cuius inſtitutio rumpitur, an filio, qui propter prætereritionem inſtitutum excludit.*
13 *An inſtitutio coniunctæ perſonæ conſeruetur, quando præteritus eſt emãcipatus.*
14 *Sub appellatione cætera, quid veniat.*
15 *Legatum relictum filio præterito, vel exharedato infringenti teſta. non ſuſtinetur per hanc Authen.*
16 *Legata, & alia diſpoſita in teſt. hodie ſuſtinentur per hanc Authen. non obſtante, ꝙ filius ſit præteritus, vel exhæredatus. fallit tamen in multis caſibus, vt infra per totum.*
17 *Verbum irritum, importat ipſo iure.*
18 *An hodie correcti ſint tituli de inoffi. teſt.*
19 *Teſta. filijſam. conditum in caſtrenſibus, vel quaſi non ſubiacet hodie*

Source : BIU Cujas

querelæ, sed an si sit miles, & prætereat patrem cum causa, competat patri ius dicendi nullum.

20 *Qua actione petantur legata conseruata per hanc Auth. & nu. 21.*

22 *An filius præteritus, vel exhæredatus, qui ab intest. succedit, intelligatur grauatus ad fideicom. retentis duobus quartis, virtute clausulæ codicillaris positæ per patrem in testamento.*

23 *Clausula codicillaris habet vim fideicom. vniuersalis.*

24 *An clausula codicillaris operetur fideicom. quando posthumus est ignoranter præteritus à patre, qui postea est natus, vt virtute dictæ clausulæ sit obligatus restituere hæreditatem per fideicom. & nu. 25.*

AVTHENTICA.

EX causa. Famosa, & repetibilis est, & est materia intricata, in qua Doct. æquiuocant, & venit ad l. C. correctiuè dum dicebatur in l. maximum vitium, ꝙ filia prætenta tenebatur præstare legata vsque ad dodrantem. sed filia exhæredata non, prout etiam habetur in l. cum duobus. §. de inoffi. testa. per istam Authen. corriguntur illi text. cum simil. & statuitur generaliter, quòd legata omnibus præstentur, & omnia in testamento disposita valent, licèt filius sit præteri. vel exhæredatus, & hac ratione Irne. bene posuit hanc Authē. super hac l. licèt Fulgo. hic, & in Authen. non licèt. §. eo. arguat Irne. & dicat, ꝙ malè posuit hic istam Authen. ꝙ melius staret in titu. §. de inoffic. testa. maximè super d. l. cùm duobus. & malè, quia cùm ille titu. solùm loquatur de filijs exhæredatis, & Authen. loquatur etiam de præteritis, ideo melius hic sita est. ¶ Præmittit ad euidentiam Bald. hic multa, quæ per te vide. Inter alia illud præmitte, quòd nedum iure fforum, sed etiam. C. institutio hæredis censebatur caput, & fundamentum testamenti. §. ante hæredis. instit. de leg. hinc est, quòd non adita hæred. per institutum hæredem, omnia legata, & disposita in testamento corruebant. l. si nemo. ff. de testa. tutel. & ff. de regul. iur. l. si nemo, quia
a deficiente fundamento, [a] omnia necessario corruebant: hinc eueniebat, quòd si filius erat præteritus vel exhæredatus indebitè, quo casu annullabatur institutio hæredis scripti, per consequens omnia legata, & disposita in testamento corruebant. l. 1. §. de codicil. & l. Papinianus. §. fin. ff. de inoffic. testa. Istud considerans Iustinianus auctor huius Authen. seu in corpore vnde sumitur, videns quòd quando filius in potestate erat præteritus, vel exhæredatus in testamento patris sine causa, filio solùm fiebat iniuria quo ad institutionem, quia si filius fuisset institutus, non potuisset conqueri de patre, ideo scripta ratione statuit, quando quòd filius in potestate est præteritus vel exhæredatus sine causa, quòd testamentum solùm rumpatur quo ad institutionem, & sic in illo solo in quo facta est iniuria filio, per consequens omnia legata, & alia dispositia in testamento valent, & sustinentur, quia etiam si filius fuisset institutus, talia legata, & alia dispositia fieri potuissent. & ista est viua ratio huius tex. ex qua sequitur, quòd si testamentum vitiatur ex alia causa, substitutio annullatur ex alia causa, puta propter errorem testatoris, tunc omnia dispositia in testamento annullantur. l. eam quam. §. de fideicom. secundum Bald. & Paul. hic. verum est, quòd Barto. hic in 8. colum. ad fin. assignat aliam rationem ad hanc Authen. quæ non est bona. hoc expedito venio ad Authen. ipsam, quæ licèt breuissima sit in se, diuide tamen eam in tres. In prima ponitur dictum. In secunda eius modificatio. In tertia ex modificatione ponitur limitatio. Secūda ibi, quantum ad institutiones. Tertia ibi, cætera namque firma permanent. & figura casum in nube, vt faciunt Cyn. & Albe. hic. ¶ In text. ibi, ex causa. glo. 1. & 2. intellexerunt, quòd
b dictio ex causa, [b] importet, quòd prætenitio, vel exhæredatio debet fieri cum causa, & causa omissa testamentum sit irritum ipso iure, sed dic melius, quòd dictio ex causa, capitur pro dictione propter, acsi diceret propter præteritionem, vel exhære. filij, & c. & sic ponitur intransitiuè, sicut in l. 1. §. de condi. indebi. & ita Barto. hic in 5. colum. in princip. Paul. & Alexan. circa princip. ¶ Ego sic procedam, iuxta ordinem singulorum verborum text. expediam totum apparatum Barto. & Docto. exceptis his, quæ tanguntur in glo. Expediui dictionem ex causa. sequitur in text. præteritionis super isto versicu. præteritionis. examinanda sunt quatuor dubia prin. disputabilia, & necessaria ad intellectum text. quæ Barto. expedit per quatuor oppo.
1 † Primò habemus videre, an ista Authen. etiam habeat locum in præteritione materna. Secundò, an ista Authen. quæ loquitur in præteritione vel exhæredatione filij nati, habeat locum in præteritione, vel exhæredatione posthumi. Tertiò, an ista Authen. habeat locum in præteritione ignoranter facta à patre, qui ignorabat se habere filium. Quartò, an ista Authen. habeat locum in præteritione filij emancip. ¶ Redeo ad primum, pro cuius introductione scias, quòd ista Authen. sine dubio habet locum in præteritione matris, vel lineæ maternæ, cuius præteritio habetur pro exhæredatione. §. mater. insti. de exhæred. lib, sed dubium est, an ista Authen. habeat locum in præteritione patris, vel lineæ paternæ facta de filio in potestate, quia talis præteritio non habetur pro exhæredatione, sed annullat testamentum ipso iure. dubium facit. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. quæ dicit, quod si filius in potestate sit præteritus, testamētum ipso iure est nullum, & omnia legata corruunt. si ergo diceremus, quòd ista Authen. habet locum in præteritione patris, sequitur, quòd illa l. sit correcta, & glo. in §. aliud quoque. in Authen. vt cùm de appel. cogn. & Antiqui quos refert Bart. hic tenent, quòd ista Authen. solùm debeat intelligi de præteritione matris, vel lineæ maternæ, quia cùm ista Authen. sit inducta fauore filiorum. d. §. si autem hæc obseruata. in versi. ne liberi falsis accusationibus in corpore huius Auth. certè si intelligimus, quòd loquitur etiam in filijs præteritis, esset in eorum dānum, quia quando filius in potestate est præteritus, testamentum est ipso iure nullum, & nemini tenetur legata præstare. Item quia text. ibi solùm dicit exhæredatis, de præteritis ver-
* bum nullum. *Breuiter communis sententia est*, quòd ista Authen. habet locum generaliter non solùm in prętenitione matris, vel eius linea, sed etiam in præteritione paterna facta de filio in potestate, & istam tenent glo. hic alleg. per Barto. per aliqua vt per Barto. hic, præcipuè ponderantem text. in d. §. si autem hęc obseruata. per eius rationem, & in versic. circumscriptionem, vt hic per eum. Istam conclu. limitat in effectu Barto. per verba multa, vt ꝓcedat in præteritione facta scienter à patre, q̃ sciebat se habere filium, quæ largè dicitur exhæredatio, & hoc dicit comprehendi in d. §. si autem hæc obseruata. in verbo exhęredatus. nam sub verbo exhæredatus, dicit Barto. comprehendi præteritionem factam à sciente, quæ largè dicitur exhæredatio. pro cuius intelligentia dicit Barto. per verba diffusa, quòd exhæredatio dicitur tribus modis, quod tu clarius, & breuius sic explica: quædam est exhæredatio propriè, & strictè, quando ex verbis, & ex mente filius exhæredatur, vt quando pater dicit, exhæredo talem filium meum; quædam est exhæredatio largè, quæ fit non ex verbis, sed ex mente testatoris, quando pater non expresè exhæredat, sed sciens se habere filium cum præterit, certè ex mente testatoris est exhæredatus. tex. est in l. si patronus. in princip. la. 2. in verb. silentio exhæredauerit. ff. de bon. quæ lib. quædam est exhæredatio largissimè, quando nec ex verbis, nec ex mente patris filius exhęredatur in effectu, tamen reperitur priuatus, vt est quando pater ignorat se habere filium, & ideo eum in testamento præterit, iste filius non est exhæredatus verbis, nec ex mente patris, ex quo pater eū ignorat, & sic non dicitur exhæredatus propriè primò modo, nec largè, & sic secundo modo, tamen largissimè dicitur exhæredatus. l. si instituta. §. fin. cum l. sequen. ff. de inoffic. testa. & in hoc tertio casu non habet locum ista Auth. & ad istam triplicem exhæredationem adde latius per Bal. in repe. l. in suis. in 13. colum. & quatuor seq. ff. de lib. & posthu. & text. in l. si ita scriptū. §. fin. & ibi Alex. in 3. not. ad hoc not. ff. de lib. & posthu. & text. in l. ex facto. in princip. & ibi Imol. & dom. Alexan. in vlt. no. ad hoc not. ff. de vulg. & pupil. Item adde, quòd filius institutus in testamento patris aliquando in effectu censetur exhæredatus, & sibi competit quærela. tex. est in l. Papinianus. §. quarta autē, & ibi Bald. in 3. not. ff. de inoffic. testa. quando institutio erat ita grauata, quod habebatur pro exhæredatione. Facit, quod not. in l. qui volebat. ff. de hæred. instit. Fulg. hic in 4. colum. & seq. dicit, quòd iste passus egeret deci. Imperatoris, & quòd dum aliàs esset in ciuitate Constantiæ, dum aliàs ibi concilium celebraretur per Papam, deliberauit hoc proponere, vt decideret, sed tempus non habuit ad hoc, vt dicit, postea dicit, quòd ista fuit semper sua sententia, quòd ista Authen. habet locum in præteritione paterna, & dicit, quòd putat istam opi. ita esse veram, sicut Deus est in cœlis, per aliqua leuia; per quæ eandem opi. tenet Cum. in repe. l. filio p̃terito in 3. col. & seq ff. de iniust. rup. ad quæ rñdet Alex. in Auth. non licèt. §. cò. fortius fundm̃ est, cui Alex. non bene rñdet, vt ipse dicit, nam ponderat tex. in §. siue igitur. in Auth. vt cùm de appel. cogn. dū tex. dicit testm̃ suam habere firmitatē, quæ verba non p̃nt ꝙuenire, q̃n filius in

potestate

ADDITIONES.

a ¶ Deficiente fundamento. Adde c. cùm Paulus. 1. q. 1. c. fi. de presby. non bapt. gio. fin. n c. vbi fana fides. 24. quæst. 1. & sunt verba originalia Apostoli primæ ad Cor. 3.

b ¶ Ex causa Adde Bar. in l. 1. in §. ex incendio. ff. de incen. rui. nau. Bal. in l. de pecoribus. C. de l. Aquil. Io. And. in c. auditis. de procu. Abb. in c. fi. de rerum permuta. Old. cons. 94. incip. consueuit dubitari.

Source : BIU Cujas

poteſtate eſt præteritus cum cauſa, quia teſtamentum à principio eſt omni iure nullum,& nullam à princ. habet firmitatē. Sed aduerte,quia Fulg.equiuocat,nec intellexit articulum Bar. & Doct.& de eo truffat Pau.hic in 3.col.dicens, ꝙ locutus eſt ſine intellectu,& eum etiam damnat Imol.in d. l.filio præterito.in 8.col.& ſeq.nam aduertendum eſt,ꝙ Docto.loquuntur, qñ filius in poteſtate eſt præteritus, ēt ſine inſertione cauſæ, quo caſu nemo dubitat, ꝙ teſtamentum eſt ipſo iure nullum, & ſic non dubitant,Doct.qñ filius in poteſtate eſt pręteritus,an teſtamentum valeat,quia ꝙ teſtamētum ſit nullum,patet, ſed difficultas eſt dato,ꝙ teſtamentum ſit nullum, an legata conſeruentur per hanc Auth.annullata inſtitutione propter prętereritionem filij in poteſtate, & ſic punctus ſtat in conſeruatione legatorum,*& communis ſententia eſt*,vt dixi,ꝙ legata conſeruentur,ſed Imol.in repe.d.l.filio præterito.in 7. col. & ſeq. vbi latē examinat iſtum paſſum, veniens directo ad difficultatem arti. tenet,ꝙ etiam quo ad conſeruationem lega. iſta Authen. & in corpore vnde ſumitur non habeat locum, quando filius in poteſtate eſt præteritus,eo quia aduertendum eſt,ꝙ.§.aliud quoque.multa diſponit,in quib.etiam loquitur,quando filius in poteſtate præteritur.nam diſponit,ꝙ præteritio, vel exhæredatio fiat cum cauſa,deinde numerat cauſas. Poſteà decidit alias incidentes quæſtiones,ſed in d.§.ſi autem hæc obſeruata.vbi tractatur de conſeruatione legatorum, ſolùm loquitur, quando filius erat exhæredatus,& tñ in omnibus ſuperioribus loquitur in præteritis,& exhæredatis,ergo oſtendit, ꝙ in filijs præteritis eſt ſecus,& ſic ꝙ filio in poteſtate præterito legata non conſeruentur.Nec obſt.Auth.noſtra,quia ſm eum fuerunt verba Ir. de quib.non eſt curandum,& multa alia adducit, & cōcludit, ꝙ fortè de iure iſta opin. eſt verior,tamen iudicando,& conſulendo dicit non eſſe recedendum à communi,& iſtam opin.tenet do.Bened.de Plumb.in l.vxorem. ff.de manum.teſt.& conſulendo tenet Oldr.in conſi.138.incip.thema tale. & tene communem per vnum art.cui totus mundus non reſpondet, & dicit Alexan.hic,ꝙ non poteſt reſponderi.in 16. col. Clarum eſt ꝙ iſta Auth.habet locum,quando filius in poteſtate fuit exhæredatus ſine inſertione cauſæ, ꝙ tunc legata conſeruentur per §.ſi autem obſeruata.in verſic. exhæredationis, & hic in verbo exhæredatis.ſed quando filius in poteſtate exhęredatur ſine inſertione cauſæ,clarum eſt,ꝙ dicitur præteritus.tex.eſt in l.non putauit.§.non quæuis. ff.de bono. poſ. contra tabu. quia paria ſunt aliquid non fieri,vel non legitimè fieri.l.2.C.de ſucce.edic. & ꝙ filius.quando eſt exhæredatus,ſed non legitimè, ꝙ dicatur præteritus,eſt tex.melior de iure in §.eadem.inſti.de hæred. quæ ab inteſt. ergo patet, ꝙ iſta Authen. quo ad conſeruationem legatorum habet locum etiam in filio in poteſtate præterito,cùm habeat locum in exhæredato ſine cauſa ſm omnes, & talis exhæredatio ſine cauſa cùm nō ſit legitima,eſt propriè præteritio.& ſic eſt defenſata cōmunis ſententia, ꝙ iſta Auth. habet locum generaliter etiam in pręteritione filij in poteſtate. ¶Circa hoc tamen vnum,ꝙ tetigit Fulg.incidenter non omitto,quia valdè ſubſtantiale eſt,& neceſſarium:pone,ꝙ filius prętereatur cum inſertione cauſæ legitimæ,puta,pater in teſtamēto dicit,filius meus me verberauit,eum prætereo, iſta dicitur præteritio non exhæredatio, & effectus eſt, ꝙ ſi eſt exhæredatio,cùm cauſa ſit legitima,teſtamentum valet,ſed ſi eſt præteritio,licèt ſit inſerta cauſa, teſtamentum eſt nullum quo ad inſtitutionem,iuxta glo.1.§.exhæredatos.in Authen.de hæred.& fal.declarat Bar.hic in 10.col.verſi.ex prædictis patet, ꝙ gl.& c. pone tunc,ꝙ ſtante præteritione filij in poteſtate cum inſertione cauſæ legitimæ,ꝙ hæres probet illam cauſam eſſe veram, an filius præteritus repelletur,& hæres inſtitutus admitteretur in effectu?Dubium facit,quia cùm ſit teſtamentum nullum, videtur,ꝙ ex eo hæres inſtitutus non admittatur.Breuiter quicquid teneat Fulg.hic,licèt paſſus ſit mihi dubius, tamen puto, ꝙ ſi probatur cauſa vera,ꝙ filius præteritus repelletur,& inſtitutus effectualiter remanebit hæres.ita tenet Ang. in Auth.nō licèt.s̄.eo.& Pau.hic in 3.col.& latius in 7.in prin. & ſeq. & in l. 3.s̄.eod.idem tenet Saly.hic in 6. col.& iſtud mihi dicit text.ad literam ſi non violatur.in d.§.aliud quoq;.facit,quod no. Ang. in §.ingratitudinem.in Auth.de nup.vt retuli in Auth.non licèt. in 7.fal.vbi tenet,ꝙ ſi filius in poteſtate ſit exhęredatus non expreſſa cauſa,teſtamentum eſt nullum,& tamen ſi poſtea probatur cauſa ingratitudinis,filius etiam ab inteſtato repellitur,& hæres ſcriptus remanet in effectu hæres.verum eſt, ꝙ contrarium in diſcurſu tenet Bart.hic in 10. colum. verſi. ex prædictis patet,ꝙ glo.Imol.in d.l.filio præterito.in 20.colum. vbi conatur reſpondere ad d.§.aliud quoq;.tenet Alexan.in d. Auth. non licèt.vbi multa dicit,& mouetur principaliter per d.§.ſiue igitur.in verſi.ſuam habere firmitatem. ergo non poteſt loqui hoc caſu,vbi teſtamentum nullam habet firmitatem, tamen magis placet præcedens ſententia, quia in dubijs tenenda eſt ſententia,quæ fauet teſtamento.l.ſi pars. ff. de inoffic. teſt.cùm tractetur de pub. vtilitate. l.vel negare.ff.quemadmodum teſt. aper.glo.not.in l.ſi à primo.in princip.& ibi Ange.& Imol.not. ff.de libe.& poſthu.cogita tamen, quia paſſus eſt ambiguus,& ſummè vtilis,ſi accideret in facto. ¶† Secundum [a] dubium
2 a eſt,an iſta Authen.habeat locum in præteritione poſthumi,& ſic an ſint correcta iura,quibus cauetur, ꝙ natiuitate poſthumi rumpitur teſtamentum,& legata corruunt.l.1.ſ̄.de codi.l.ſi pater,in prin.ff.de fideicom. liber. & l.ſi quis teſtamento facto.
* de leg.2. *vera, & communis ſententia eſt*, ꝙ iic, quam tenent glo. in dictis locis.Barto.& communiter Docto.hic,& in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.Saly.in l.1.ſ̄.de codi.Ludo.Rom.in conſ. 123.incip.circa id, quod principaliter quæritur, an codicillaris clauſula.in 2.dubio,& latè Imol.in d.l.filio pręterito.in 18.col. & tribus ſequen.& Ioan.de Ana.in conſ.28.incip.viſis,& ponderatis.eo quia licèt iura non loquantur de poſthumo, tamen cùm generaliter loquantur de filijs, veniunt etiam poſthumi. l.etiam,& l.nomen filiarum. ff.de verborum ſignifica. & in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tutel. facit.l.3.§.1.verſi.nam diuus. ff.de
* iniuſt.rup. *& iſta eſt vera, & communis*, & ſic intellige hanc concluſionem nedum in poſthumo propriè, vt declarat glo.& ibi dicam in Rub.titu.ſequen.ſed etiam in eo, qui impropriè dicitur poſthumus, vt eſt quando auus habet filium,& nepotem vtroſque in poteſtate,ſi moriatur filius viuo auo, nepos tanquam poſthumus ſubintrat locum patris,& ſi reperitur pręteritus,rumpit teſtamentum, & olim omnia legata corruebant, ſed hodie ſuſtinentur per hanc Auth.ita tenet gloſſ. in l.1.ff.de teſt.tut.& Bar.hic in 5.colum. in 3°. oppo.princ. quia ſi teſtator grauauit filium exiſtentem in primo gradu legatis,quanto magis voluit eſſe grauatum nepotem, limita tamen vt dicam in ſequen.quæſt. Et ad iſtum articulum vide latè Fran. de Are. qui in hoc ponit ſuam opin.conſ.93.incip.viſo legato facto. in 3.colum.ad fin.& tribus ſequentibus.Item adde, ꝙ opin. Azo. tenet do.Signo.de Homod. in conſ.2.incip.ſi quæratur nunqd autem.ex cauſa & in conſi. ſequen. incip. quæſtio eſt,an rupto teſtamento,& ibi in fin.dicit,ꝙ pro iſta parte conſuluit in quadam quæſtione Neapolitana cum conſ. quamplurium Doct.
3 b ¶† Tertium dubium [b] eſt,& in hoc eſt difficultas, an iſta Authen. quæ locum habet in præteritione filij tam nati quàm poſthumi,procedat etiam in præteritione facta à patre ignorante,quando pater ideo præterijt filium, quia ignorabat eum habere, an tamen ſuſtineantur legata per hanc Authen. Iſtud eſt maius dubium,quod ſit in iſta Authen.in quo.Barto. hic in duabus primis oppo.tenet,ꝙ non habet locum iſta Authen.& idem tenet in d.l.filio præterito,& in conſ. 235. incip. quidam nomine Lapus.motus ex pluribus pręcipuè,quia fortior eſt donatio inter viuos, quæ regulariter reuocari non poteſt,quàm legatum,quod poteſt reuocari,ſcilicet voluntate teſtatoris,ſed donatio inter viuos reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.l. ſi vnquam. C.de reuoca. dona. multo magis reuocantur legata,& licèt Bal.Saly.Fulg.& Alexan.hic,& Imol.in d.l.filio præterito.conentur multipliciter reſpondere, tamen eorum ſolutiones parum valent,nam dicunt,ꝙ ideo ibi eſt, ne filius legitima priuetur,niſi donatio reuocaretur,quod nō eſt in caſu noſtro, vbi filius in inſtitutione ſuccedit. ſed iſta ſolu. non valet, cùm illa.l.habeat locum etiam ſi donata ſit res particularis, vt tenet Barto.in l.Titia Seio.§.Imperator.de leg.2. & dixi in l.generaliter.§.fin.s̄.de inſtit.& ſubſtit. Prætereà obſt.d.l. ſi vnquā, in verbo aliquam partem, nam licèt partis appellatione ſimpliciter facta intelligatur de dimidia.l.nomen filiarum. §. portionis.ff.de verb.ſignifi.tamen vbi adijcitur dictio aliquam, vt ibi facit tex.intelligitur de qualibet minima particula, glo. eſt ſingu.in clem.1.in verbo aut earum partem. de foro compet. per quam ita dicit Bald.in l.1. C.de inoffi. don. & Ludo.Rom. in l.ſicut certi.s̄.de teſta.milit.Et iſtam opin.Barto. tenent Bal. & Ang.in multis locis,vt hic per Alex.eam tenent Pau.& Alex. hic,& Alex.in conſ.41.incip. viſo tenore alleg. & producti inſtrumenti.in penul.col.in 1.vol.& in cōſ.42 in 2.vol.inci.abundè.vbi dicit,ꝙ periculoſum eſſet tenere s̄rium, ꝑꝑ auctoritatem

ADDITIONES.

a ¶Secundum.Adde Barto.conſi.52.vbi de nepote poſt mortem aui,& Roma. conſi.181.latiſſimè Corn.lib.1.conſi.195.in hac. PVRPV.

b ¶Tertium dubium.Tertia quæſtio,& limitatio Bar.tertiæ reg.latè Io.de Ana. & Bolog.conſ.28.3.dubio.vbi quid de factis ad pias cauſas.latiſſimè Corn. lib.1.conſi.195.& lib.2.conſ.214.1.dub.colum.4.& lib.3.conſi.105.colu.2. & quæ Barto.tenet,& eum limitat latè Corn.lib.3.conſi.235.antequam.contra Barb.conſ.244.lib.3.Curt.Senior conſi.1,circa primum. colum.4. PVRPV.

Source : BIU Cujas

tem tenentium cum Bart.fortius tenet Bart.met in repe. l.1.ſupra de ſacroſan.Eccleſ.in verſ.2.quæro an relicta ad pias cauſas vitientur ex cauſa præteritionis.vbi tenet, quod etiam ſi eſſent relicta ad pias cauſas, & filius eſſet ignoranter præteritus, talia legata non ſuſtinerentur per iſtam Auth.& ibi alleg.iura, quæ hic. Nec obſt.l.fin. ff.de hær. inſt.quia vltra ſol. Bart. hic, melius reſpondet Bart.in illa.l.fin.quòd ibi cauſa fuit inſerta in inſtitutione, quia dictum eſt, ꝙ relatum fuit patri defunctam eſſe filiam, &c. Sed totum ècontra contra Bart. conſuluerunt Sign. de Homod.& collegium Mediol. vt refert Bal.in d.l.filio præterito,& ibi Imo.in 2.colum.quod imò quando pater ſcienter præterijt filiam, non habeat locum iſta Auth. nec tunc conſeruentur legata per hanc Auth. ſed tunc habet locum, quando pater ignoranter præterijt filium. eotum conſideratio prima facie videtur multum ęqua.nam cùm iſta Auth.ſit inuenta fauore teſtamentorum, ne teſtamenta in totum corruant, quando pater ſcienter præterijt filium, plus delinquit pater, nã tunc peccat in duobus, primò, quia non ſeruat formam legis. ſecundò peccat circa pietatem, cùm ſciat ſe habere filium, quem præterijt, ergo in patre ſciente non eſt æquum, quòd diſpoſita per eum ſeruentur, ſed quando pater ignoranter præterijt filium, peccat in vno tantum, ideo ſibi fuit ſubuenendum per hanc Auth.& licet Imo.in d.l.filio præterito.in 20.colum.hoc reprobet, tamen nil adducit, quod vrgeat. adde etiam contra Bart. quòd imò iſta Auth. habeat locum in præteritione facta ab ignorante, vt tunc etiam conſeruentur legata per iſtã Authen.tenent Bal.& Sal.Fulg. & poſt multa etiam videtur inclinare Alex.hic, ſaltem diſputando.tenet Saly.in l.1.ĩ.tit.1. & latè Imo.in d.l.filio præterito.in 13.colum. & 7.ſeq.poſt Fran. de Ramp.ibi,& dicit, ꝙ hoc tenet gl.ſing.in l.vxorem.in gl.fi.iuncto text. in verſ. ignoranter. ff.de man.teſta. & idem in effectu tenet Bald.in repe.l.1.in vlt.char.ſ̃.de ſacroſan. Eccleſ. & omiſſis multis, quæ non multum vrgent contra Bart. pro iſta ſententia contra Bart.ſtringit text.quem Bar.pro ſe alleg.in §.ſi autem hæc obſeruata.in verſ. aliquam circunſcriptionem: nam ponderat Bartol. quòd circunſciptio, & ſic deceptio dicatur, quando pater doloſè præterijt. Tu pondera, quòd circunſcriptio dicitur etiam re ipſa ſine dolo, & ſic ab ignorante. gloſ.eſt ſing.in l.item ſi pretio.§. fin.ff. loc.quam ad hoc alleg. Imo. in dicta.l.filio præterito.in 16 colum. Tu ſtrictius pondera, quòd text.dicit aliquam circunſcriptionem: nam dictio aliquam, facit, vt largiſſimè intelligatur de omni circunſcriptione, quæ fiat re, etiam abſque ſcientia, iuxta glo.in d.cle.1.de foro compe.cum concor. Ad idem contra Barto. ſtringit.l.ab inteſt. & l. ſi quis cùm teſtamentum.in princ.ff.de iure codi. & licèt ad l.ſi quis cùm teſtamentum.poſſet dici, quòd ſaltem in genere cogitauit, tamen ad l.ab inteſta.non cadit congrua ſol. & tenendo iſtam partem contra Barto.quæ diſputando eſt ſuſtentabilis, non obſt.l.ſicut certi.& l.ſi cùm vel in vtero.ſ̃.de teſta.milit. de quib.Bart.facit capitale: nam ibi ideo eſt in præteritione militis ignorantis, ne filij priuentur legitima, quod præiudicium non cadit hic, quia dato, quòd filius ignoranter præteritus teneatur ad legata, tamen cùm ſuccedat vitiata inſtitutione, ſem
4 per habet legitimam ſuam. ¶† Tenendo tamen opin.Bart.quæ
* eſt æquior, *& magis communiter approbata*, & à qua non recederem in iudicio, quòd iſta Auth. quo ad conſeruationem legatorum non habeat locum, quando filius ſiue natus ſiue poſt-
5 humus eſt ignoranter præteritus à patre. † Amplia eam procedere etiam ſi poſtea nato poſthumo teſtator poſt eius natiuitatem aliquot annis ſuperuixit: nam licèt videretur tunc dicendum, quòd ex quo nato poſthumo, & ſic habita ſcientia filij pater tamen non mutauerit teſtamentum, quòd videatur in eadem voluntate perſeuerare, & ſic velle, quod legata præſtentur etiam à poſthumo, tamen tene, quod etiam tunc legata non conſeruentur, per hanc Authen. quia ſemper præſumitur patrem prædilexiſſe filium legatarijs, ideo non mutauit voluntatem, quia ſciebat pater, quod erat prouiſum per remedium iuris aduerſus teſtamentum, ſicut dicimus de creditore, qui tacet, quia ſcit iuus ſuum durare, vt dicit text.not.in l.ſicut. §.non videtur.ff. quib. mod. pign.vel hy.po. ſol.ita ſing. tenet Fran.de Aret.in conſil.93.incip. viſo legato. in 4.colu. vbi mouetur per text.quem dicit ſingu. & à nemine ad hoc ponderatum, in l.ſi filiusfam. miles.in verſic. ſi verò milite adhuc. ff.de teſt.mili.& hoc dicit tenere Angel. in conſil.incip. iſta quæſtio princip.habet tria puncta.per l.idemque erit.ff.de teſtam .mili. ¶ Pro iſta amplia. facit text. quem ipſe alleg. in l. filio. §. Seia. vbi Bart.not.ff.de adim.lega.vbi eſt text ſolennis, quòd ſi teſtator in teſtamento fecit legata alicui, & poſtea ſuperuenerint inimicitiæ inter teſtatorem, & legatarium, per quas reuocatur tacitè legatum, pone, quòd poſt idem legatum idem teſtator fecerit codicillos, quib. non reuocauit legata facta illi, prout poterat ſi volebat, quòd eſſent reuocata, an per hanc præſumtionem deſinant eſſe reuoca. dicitur ibi, quòd non, & iſtam
6 ampliationem not.quia multi dicerent oppoſitum. ¶† Iſtam conclu.Bart.limita ſex notab.modis. Primo, vt procedat quan
a do ſunt legata merè voluntaria, [a] quæ teſtator ex mera voluntate fecerat, quia ſi præteritus ſit ignoranter filius natus, vel poſthumus, talia legata non ſuſtinentur per iſtam Auth.ſecus ſi eſſent legata neceſſaria facta pro malè ablatis, vel pro reſtitutione vſurarum, vel aliter pro eius anima, quæ teſtator veriſimiliter feciſſet, etiam ſi cogitaſſet de filio: nam talia conſeruantur non obſt.præteritione filij facta ignoranter, quia præſumitur, quod pater plus dilexeret animam ſuam quàm filios.arg. l.Præſes.de ſerui.& aqua.Ita Bal.egregiè in dicta.l. filio præterito,& ibi ſequuntur Ang. & Imo. in 10.colu. & Bald. Angel.& Imol.in l.Titius.in princ. ff.de lib. & poſth. & Ang. in l.militis codicillis.§.miles in ſupremis.ff.de teſta.mili. Ioann.de Ana.in conſ.28.incip.viſis, & ponderatis in pen.colu. Fran. de Aret.in conſ.93.incip.viſo legato.in 1.colu. vbi ponderat Bald. in d.l.filio præterito. velle aliud ſingularius, quòd legata relicta pro malè ablatis, vel exoneratione conſcientiæ, non irritentur ex præteritione filij ignoranter facta, ſiue poſthumi, ſiue nati, imò ſuſtineantur per hanc Authen.non tantum, quia teſtator poterat cogi ad illa reſtituenda per remedium eccleſiaſticum, ſed etiam ſi ad ea tenebatur in foro tantum conſcientię, & ad hoc faciunt, quæ dixi in l.precib.in gloſ.in verſ. omnino, in fin. ſupra de impub.dum retuli limitationem Angel.ibi, quòd tacita pupillaris excludit matrem, vbi ſucceſſio ſpectat ad fauorem animæ teſtatoris, quia ſit facta pro malè ablatis, vel reſtitutione vſurarum, vt ibi dixi. ¶ Secundò limita concluſionem
hic in ver. ſed ſi hoc parens. ergo tanꝙ perſonale nõ debet extendi ad matrem, neq; ad fratres. facit etiam text. hic in verbo ꝙa verò. qui loquitur in caſu, in quo infans erat emãcipatus, & ſic in caſu, in quo parens veniebat ſolùm iure hæreditario, & non peculij, & tamẽ ſuccedit ſolus. Non obſt. Auth. defuncto. quia illud procedit, quando tractatur de bonis, & hæreditate filij, ſecus ſi de hæreditate alterius, quamuis huic ſolu. refragetur iſte tex. in verbo quaſi quæſita. Raph. Fulg. dicit, quòd videt hunc artic. tam dubium, ꝙ non audet eligere aliquam partem, tamen dicit, ꝙ opi. Bal. eſt humanior. Breuiter teneas primam opi. Bal. ꝙ omnes æqualiter ſuccedant, nec obſt. verſi. ea verò, quia reſpondet Bal. hic in 5. opp. ꝙ iſte ver. qui dicit, ꝙ ea quæ dicta ſunt in infante filiofamil. habeant locum in infante emancipato, debent intelligi, quo ad tranſmiſſionem, ſed non quo ad modum tranſmittendi, ego aliter reſpondeo, & hic facio magnum fundm̃, & dico, ꝙ totus iſte tex. nihil facit, quia loquitur attento iure. ff. & C. quo iure mortuo filio ſolus pater ſuccedebat excluſa matre, & excluſis fratribus. l. 2. §. obijcitur. ff. ad Tertul. cùm ergo iſto iure ſolus pater admitteretur, nimirum ſi in hac. l. fuit deciſum, quòd ſi infans emancipatus moriatur, ꝙ pater ſolus ex trãſmiſſione facta beneficio huius legis ſuccedit tanꝙ hæreditas ſit quæſita infanti, ſed cũ hodie per Auth. defuncto. ſit immutatum, & ſtatutum, ꝙ filio æqualiter ſuccedant pater, mater, & fratres, certè nõ erit nouum, ꝙ ll. antiquæ declarentur, & diſtinguantur per ll. nouas. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. ergo iſta l. C. debebit diſtingui per l. nouã. ſ. per Auth. defuncto. Non obſt. quòd priuilegium tranſmittẽ d'i ſit perſonale, quia ſoli patri indulgetur per hanc. l. poteſt reſponderi ex fundõ ſtatim adducto, quòd verum ſit attento iure. C. vel ſecundò reſponde, ſecundum Bald. hic in 4. opp. per fundamentum Bal. in d. l. ventre. in vlt. col. quòd pater cui ſoli competit, tamen aperit ex perſona ſua viam alijs. Sicut dicimus in filio præterito, qui ex perſona ſua aperit viam contra tabulandi inſtitutis l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de bon. poſ. contra tab facit. l. Ariſt. in fi. quæ res pig. obl. non poſ. ¶ In ſecũda parte gl. ibi, ſed qualiter. quam Bar. expedit per duo contraria, quę dicit formari per glo. Ego autem expedio tm̃ per vnum ꝯriũ. hoc modo, dicit tex. quòd ſi moriatur infans hæreditate non adita, ꝙ tranſmittit ad patrem, quaſi quæſitam infanti: ꝯ, hęreditas delata infanti nõ poſſet ſibi verè acquiri, vt ꝓbabo nũc, ergo multominus põt fingi quæſita infanti, quia vbi non põt habere locum veritas, ibi multominus fictio. l. qui ad certum. ff. loca. l. Gallus. §. ſi eius. ff de libe. & poſthu. ꝙ autem hæreditas delata infanti non poſſit ſibi verè quæri, probo ſic: nam infans,
a & furioſus [a] æquiparantur. l. in negotijs. ff. de reg. iu. ſed habeo, ꝙ ſi aliqua hæreditas ſit delata furioſo, curator furioſi nõ põt pro eo acquirere bon. poſ. quæ ſit iuris, ſed bene poteſt acqui-
9 rere tenutam. l. 1. ff. de bon. poſ. fur. infan. † Hinc eſt, ꝙ ſi furioſus moriatur, non tranſmittit talem hæreditatem, imò vadit ad alias perſonas, ac ſi furioſo nõ fuiſſet delata, ergo idem in hæreditate delata infanti, ꝙ ſibi non poſſit verè acquiri ꝓ patrem, & ſi dicis ꝯ, ego habeo. l. qđ ſi hęreditas ſit delata infanti, cedit tempus patri ad agnoſcendum bon. poſ. l. ſeruus. §. impubes. & §. fi. ff. de bon. poſ. ſi ergo cedit dies, ergo apparet, ꝙ pater põt ſuccedere noĩe filij infantis. Rñdet gl. quod verum eſt, quod cedit tempus ad præiudicium ipſius patris, ſed non quo ad præiudicandum filio infanti, iſta eſt opp. quam format gl. cui gl. reſpõdet, quòd licèt curator furioſi non poſſit verè acquirere nec agnoſcere bon. poſ. pro furioſo. d. l. 1. tamen ſecus in patre infantis, qui bene poteſt adire nomine infantis. ſi ergo poteſt verè quæri, poteſt ẽt fingi quæſita, & ratio eſt, quia maior eſt poteſtas patris in filium, q̃ curatoris in furioſum. Sicut in ſimili tutor infantis põt adire, ſed nõ curator furioſi. rõnem
10 aſſignaui in l. infantis. ſ. qui admit. † Hinc dubitat Bar. dictũ eſt, quòd curator furioſi non põt effectualiter ſuccedere noĩe furioſi, quid eſſet ſi pater haberet filium furioſum, cui data eſſet hæreditas, an pater qui habet maiorem ptãtem, q̃ curator poſſit adire effectualiter noĩe furioſi, q̃uis curator non poſſit? & reſpondet Bar. ꝙ nõ, qui cõiter habetur corruptus, eo quia iſto caſu ageretur de acquirendo ipſi patri, & nõ furioſo, & ſequũtur Fulg. & D. Alex. hic, quamuis Ang. in lec. Flor. in 2. col. contrarium teneat. ¶ In tertia, quæ eſt ibi, ſed hodie. gl. vt dixi in di
11 uiſione remouet aliam opp. quæ eſt, vt dr̃ in tex † ꝙ hæreditas delata infanti non adita tranſmittitur ad patrem: contra, quia habemus, ꝙ hæreditas non adita non tranſmittitur. l. vnica. §. in nouiſſimo. ĩ. de cad. toll. glo. reſpondet, ꝙ illa regula fallit in caſu huius l. duob. concurrentib. ſ. ꝙ hæreditas ſit delata infanti. Item ꝙ moriatur patre ſuperſtite, ad quem ſolũ trãſmittit, vt declaraui in tex. ¶ In quarta parte gl. quæ eſt ibi, item vr̃. gl. opp. ꝯ tex. in alio, inquantum tex. dicit, ꝙ pater ſolus põt adire hæreditatem delatam infanti: ꝯ, ſi poſſet adire, ergo poſſet repudiare, per regulam. l. is poteſt. ff. de acqui. hær. & tamen pa ter ſolus non põt repudiare hæreditatem delatam filio. l. renitente. ſ. eo. ergo videtur, quod deciſio tex. non ſit bona. glo. re-
12 ſpon. quod regula. d. l. is poteſt. fallit iſto caſu: dic melius, † qđ regula d. l. is poteſt. procedit in his, qui poſſunt adire noĩe proprio, illi poſſunt repudiare, ſecus in his, qui alieno, vt pater, & tutor, quia iſti repudiare non poſſunt. Rõ eſt, quia eorum officium eſt acquirere, & non perdere. l. tutor. & l. ſi pupillo. ff. de bono. poſ. iuncta. l. bonorum quidem. ſ. qui admit. ¶ In quinta parte, quæ eſt ibi. Item quæritur. etiam gl. opponit contra tex. ꝙ pater ſolus non debeat poſſe adire hæreditatem pro filio infante, cùm habeamus regulam, quòd filius cum authoritate patris non poteſt obligari. l. fi. in prin. ff. de verb. oblig. ſed bene poteſt obligari cum authoritate tutoris, eo quia contra tutorem poterit habere regreſſum. quomodo ergo ſolus pater poterit poſſe adire hæreditatem, cũ filius obligaretur? gl. voluit reſpondere, ꝙ contrarium loquitur, vbi ageretur de merè obligando filium, ſed adeundo hęreditatem non eſt mera obligatio, imò potius commodum, quæ ſolutio non valet, quando præſupponeremus hæreditatem eſſe damnoſam. ideo aliter reſpondet Bar. hic, & in l. fi. §. 1. ff. de verb. obl. Bal. hic in 9. opp. & Bal. in l. 1. in 16. opp. ſ. qui admit. ꝙ vbi agitur de merè obligando filium, tunc authoritas patris nihil facit, ita loquitur. d. l. fi. §. 1. Ratio, quia cùm tunc nihil poſſit quæri patri, nec ratione vſusfr. nec aliter, non poteſt dici legitimus adminiſtrator, ſicut nec in ſpiritualib. Secundò, qñ ſumus in materia mixta, vt eſt in additione hæreditatis, vbi dato, ꝙ filius obligetur, tamẽ
13 ẽt quęritur, & iſto caſu authoritas patris ſufficit, vt hic. ¶ † Ex
* iſta doc. Bar. *& communi ſi rectè* cõſideres, infertur vnum, ꝙ eſt ſolenne, ꝙ ſi deferatur hæreditas pup. nõ dico infanti, cũ hoc ꝙ patri nõ quęratur vſusfr. iuxta Auth excipitur. ĩ. de bon. quę lib. ꝙ tunc authoritas patris nõ ſufficeret pup. ad adeundum talem hęreditatem, quia ex quo nihil põt quæri patri, nõ diceretur legitima adminiſtratio ad eum ſpectare. Tñ ſolus Pau. de Caſt. in hoc vlt. tenet oppoſitum, eo quia debet attẽdi ordinaria: nam quæ eſt ratio, ꝙ cuiuſcunque hæreditatis delatæ filio hodie pater habeat vſumfr. iſtud accidentale nõ eſt curandum. arg. l. 2. ff. de iuriſ. omn. iud. Vnde dummodo in potẽtia poſſibile fuerit quæri patri, ſatis eſt, qñ nec potentia, nec actu poſſet quæri patri, vt in exemplis Bar. in ſpiritualib. vel in mera obligatione nõ procedit dictum Bar. Tamen ꝯ hoc vltimũ vrget iſte tex. in ver. ea verò. vbi eſt ſpeciale in infante emancipato, ꝙ quamuis patri nil quæratur, qđ tñ ſit legitimus adminiſtrator ad adeundum pro filio. ergo in alijs eſt ſecus. Dic tñ in hoc de intellectu ver. ea verò. prout dixi in tex. in vlti. not. ¶ Sum in ſexta, & vltì. parte glo. ibi. Item contra. ĩ. ad Orfi. vbi gl. opp. de leg. 2. quæ venit contra illum tex. in verſic. ſed ſi hoc parens. nam ibi hæreditas delata infanti, & nõ adita, non trãſmittitur ad patrem, ꝙ eſt contra hunc tex gl. reſpondet, quòd ideo ibi eſt, quia ibi infans nõ deceſſit in ætate infantili, ſicut hic, tu melius reſponde, ꝙ ibi erant alij filij matri, quib. eſt magis debita hæreditas, quàm marito, tractatur enim ibi de hæreditate matris, & ſic vxoris, & ad hoc vide Bar. in l. fi in princ. ĩ. de bo. quæ lib. ¶ Gl. in verbo hæreditates diuiditur in duas partes principi. prout duas ponit opin. Secũda ibi, vel dic. Pro clara intelligentia huius gl. reaſſumo articulum in dubium, nũquid filius in ptãte patris, & ſuus, hęreditatem patris nõ aditam ex
14 potentia ſuitatis tranſmittat † ad quoſcunque hęredes? [b] glo.
b hic in vlt. opi. videtur tenuiſſe, ꝙ non, quia gl. vr̃ vlt. opi. quàm refert, approbare. & idem voluit gl. in l. fi fratris. in gloſ. fi. ſuper verbo ſucceſſionem. ſ. eo. ſentit gl. in l. ventre. ff. de acqui. hære. & hanc opi. ſecuti ſunt multi Antiquorum, quos refert Barto. hic. eam tenet vterque Saly. in l. apud hoſtes. ĩ. de ſuis, & legi. & dicit Fulg. hic in 8. col. vnum magnum verbum, quòd in inclyta, & Illuſtriſſima ciuitate Mediolani, per Collegium Mediolani fuit ſic iudicatum pro iſtis gl. & dicit, quòd ibi ſeruatur iſta opi. quòd non tranſmittatur, in quo paſſu multa iura hinc inde adducuntur, vt habes per Bar. & Mod. hic, plenius. Saly. in d. l. apud hoſtes inter alios multum fortiter vrget tex. in l. cùm antiquiorib. ĩ. eo. in verbo, & in ſuam poſteritatem hanc trãſmittere. vbi dicit tex. quòd filius hęreditatem patris nõ aditam tranſmittit ad ſuam poſteritatem, & ſic ad ſuos deſcendẽtes, ergo nõ ad extraneos, & dicere prout dicit Fulg. hic, & Raph. Cum. in d. l. ventre. quòd dictio poſteritatem, comprehẽdit ẽt extraneos, fatuũ eſt dicere, ſed dicit Pau. in d. l. cũ antiquiorib.

quòd

ADDITIONES.

a Nam infans, & furioſus. Adde Iaſ. ſupra qui admi. ad bon. poſ. l. infantis.

b ¶ Quoſcunque hæredes. An tranſmittatur ex potentia ſuitatis hæreditas ad omnes. vide Alex. lib. 1. conſi. 10. col. 2.

Source : BIU Cujas

quod difficile eſt ad illum tex.reſpondere.ſed Bar.in d.l. vẽtre. dupliciter reſpondet,& primò propter dictionem, & in ſuam poſteritatem,quæ dictio implicatiua implicat,quòd etiam ad extraneos.quam ſol.reprehendunt Saly.& Fulg. & Pau. in d.l. cùm antiquioribus.& Saly.in d. l. apud hoſtes. quia ſic dictio, &,implicaret caſum magis dubitabilem,tamen Bal.in d.l.ventre.in 7.col.ante eos format obiectum,& reſpõdet,quòd imò dictio,&,non implicat caſum magis dubitabilem, vt ibi per eum.poſſes aliter dicere ad illum tex. quòd quamuis à Paulo Iuriſcon.quem ibi refert tex. non eſſet hoc inductum de trãſmiſſione ad quoſcunque,tamen fuit inductum per alias.ll.Ad idem ſtringit tex.in l.2.§.ſi quis ex liberis.ff.ad Tertul.in verſi.ſi non ſuus hæres patri agnaſcitur.quem corruptè voluit alleg. Bar.hic in 5.col.ego vltra alios pondero text. qui fortiter contra communem ſtringit,in l.vnica.ĩ.de his,qui ante aper.tabu. vbi tex.loquitur de hæred. patris delata filio ſuo,& in poteſtate, & ibi deciditur,quòd filius eam tranſmittit ad ſuos deſcendentes tantum. Vnde ſi vera eſſet cõis ſnĩa, ꝙ hæreditas patris ex potentia ſuitatis tranſmitteretur ad quoſcunque, certè vana,& fatua eſſet deciſio illius tex. quòd filius tranſmitteret ſolùm ad deſcendentes.Bar.in d.l.ventre.in pen.col.in ver. Secũdus caſus. fatetur ingenuè,quòd vana, & inanis eſt deciſio illius.l.vnicæ.quatenus loquitur in hæreditate patris,ſed quia facit iniuriam illi. l. cogita de honeſtiore reſponſo.Bal. hoc examinat in 4.& 5.col.& dicit,quòd egeret imperatoria deciſione pro quacunque parte, & fatetur, quòd ſententia non dicere-
15 tur continere iuris errorem expreſſum.† *Breuiter communis opin.*
* eſt in oppoſitum,quàm tenuit Bart.& Doc.hic, qui dicunt, ꝙ ita iudicatur,& quod ita in Collegio Peruſino fuit determinatum.& plenius quam alibi Bar.in d.l.ventre.in 6.colu. & quatuor ſeq.& ibidem alij Mod.& communiter nouiſſimi.& Bar. & alij in locis ſignatis per D.Alex.& tenet Lud.Rom.in conſilio 58.quod incip.Viſis narratis in puncto.Pro iſta communi ſententia allegantur multi tex.per Bar.& alios Mod.preſertim.D.Alex.hic,inter alia Bar.hic,& in d.l.ventre.& in l.ex militari.§.fi.ff.de teſta.mil.adducit rationem , cui dicit non poſſe reſponderi,ſed puto,quòd huic rationi poſſit optimè reſponderi,licèt nemo vſque adhuc tentauerit dare reſponſum,& in primis dico, ꝙ iſta ratio Bar.non eſt generalis,dicit enim Bart. quòd beneficium abſtinendi datum à prætore eſſet filio damnoſum,ſi non tranſmitteret hæreditatem patris , eo quia non ita de facili reperiet hæredem,pone etiam quòd hæreditas patris ſit damnoſa,& filius habeat alia bona propria, quàm hæreditatem patris,certè iſto caſu, quòd non tranſmittat hæreditatem patris non aditam,non eſt ſibi damnoſum;probo,quia cùm filius habeat aliunde bona propria,certè habebit hæredẽ in illis,nec enim hęreditas patris cùm ſit damnoſa faciet eum difficilius habere hæredem. ergo ratio Bart. iſto caſu non eſſet generaliter vera.Secundò & fortius,& hoc,vt puto non inuenies tactum , quando filius tranſmittit hæreditatem patris ex potentia ſuitatis,non tranſmittit eam vt aditam , ſed bene vt adeundam.l.ſi quis filiusfam.ff.de acqui.hære.tranſmittit ergo ad hæredem extraneum facultatem, quòd poſſit adire hęreditatem patris,ſi ita eſt,ille extraneus ex tranſmiſſione filij adeũdo hæreditatem patris,non ſuccedet filio, ſed patri,ergo filius per hoc non habebit hæredem , ergo iſtud non eſt vtile , nec damnoſum filio,ſed in hoc deficit Bar.& eius fundamentum. Conclude tamen cum communi ſententia, quòd filius ſuus, & in poteſtate tranſmittit hæreditatem patris non aditam ad
16 quoſcunque,etiam extraneos hæredes. ¶†Hinc ſubijcio nouã quæſtionem , nec ab alio Legiſtarum hactenus tactam , nunquid quemadmo. hær. patris ab inteſtato defuncti tranſmittit filius etiam non aditam,ex potentia ſuitatis, nunquid eodem modo ex potentia ſuitatis tranſmittat ius dicendi nullum ad quoſcunque hæredes,ſi pater fecerit teſtamentum,in quo præterierit filium in poteſtate, certè ipſi filio competit ius dicendi nullum,per quod rumpitur teſtamentũ ipſo iure, & filius ſuccedit tanquam ab inteſt. nunquid iſtud ius dicendi nullũ tranſmittat ad quoſcunque extraneos , ita quòd ſi filius inſtituiſſet extraneum hæredem , poſſit extraneus dicere teſtamentũ nullum,& ſuccedere in totum ex perſona filij , propter tranſmiſſionem virtute ſuitatis? non memini legiſſe tactum ab aliquo præterquam à ſolo Bal.in loco admodum ſolitario.in c. ſciſci tatus.in pen.col.de reſcri.& ibi ſing.decidit, quòd eodem modo ius dicendi nullum tranſmittitur à filio ex potentia ſuitatis,nil allegat niſi.l.vxoris abortu.ſupra titu.1.vltra Bald.confirmo bono ſimili:nam ius dicendi nullum tranſmittitur beneficio.l.vnicæ.C.de his,qui ante aper.tabu.ita firmat Bal.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.& ibi refert, & ſequitur Imo. in pen. char,& ego ſecutus ſum in l.emancipata.ſ.qui admit. quãuis. Dom.Alex.ibi in vlti.colum. tenuerit oppoſitum , ſed ego ibi impugnaui,& reſpondi fundamento ſuo,tamen ita in propoſito noſtro , ſaluo ſemper ſaniori iudicio , puto quòd deciſio Bal.in d.l.non ſit bona.Primò,quia lege non probatur, nec illa.l.aliquid facit. Secundò,& iſtud me magis mouet , nam ratio Bar.& Doc.per quam tenent hæreditatem patris ab inteſt. non aditam tranſmitti ex potentia ſuitatis,eo quia.l.ciuilis facit filium ab inteſt.ſuum,& neceſſarium, ita quod dicitur continuari à patre in filium.l.1.§.fi.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſt.& l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.non poteſt habere locum in filio præterito,qui antequam ab inteſta. poſſit ſuccedere,oportet, ꝙ dicat teſtamentum nullum , vnde non video quomodo ex potẽtia ſuitatis poſſit ius dicendi nullum tranſmittere.Limita iſtã cõclu.procedere quantum ad ius ſuccedendi de iure ciuili. Illud enim bene tranſmittitur ex potentia ſuitatis ad quoſcunque, ita procedit communis concluſio ſ. relata, ſecus autem eſt in
* bon.poſ.quia bon. poſ. non aditam * ab inteſt. in ſucceſſione patris filius ex potentia ſuitatis ad neminem tranſmittit.ita limitat Do.Alex.in l.emancipata.in pen.col.ſ.qui admit. dicens hoc eſſe ſubtile,& non tactum ab aliquo Doc.motus,qa trãſmiſſio in ſucceſſione de iure ciuili fit, eo quia filius de iure ciuili propter ſuitatem ſtatim ipſo iure cenſetur hęres , quæ nõ non poteſt habere locum in bon.poſ.quæ non poteſt agnoſci niſi interueniat præſentia iudicis.l.fi.ſupra qui admit.ergo propter præſentiam iudicis,quæ in ea requiritur , ſola ſuitas non poteſt iſtum effectũ operari,tamen in illa.l.emancipata. iſtud reprobaui,quia quando loquitur de tranſmiſſione , non dicemus , ꝙ ex potentia ſuitatis tranſmittatur bonorum poſſeſſio tanꝙ agnita coram iudice : ſed nos quærimus nunquid tranſmittatur poteſtas poſsẽdi agnoſcere de iure ptorio, ſicut tranſmittitur poteſtas de iure ciuili,ſicut etiam filius tranſmittit hęreditatem non vt aditam, ſed vt adeundam , de quo plenius ſcripſi in l.emancipata.¶Secundò limita prędictam communem concluſionem procedere in filio maiore infante,qui bene tranſmittit hæreditatem patris non aditam ad quoſcunq; ex potentia ſuitatis,ſecus eſt in infante,qui non tranſmittit per hunc tex.in quarta particula primæ partis in verbo omnes hæreditates.ita limitat Bal.hic,& dicit,quòd ad hunc tex.reſponderi non poteſt,qui vult,quod in maiore infante ſeruentur. ll. veteres, ſed in infante vult ſeruari deciſionem huius text. iſta limitatio non habet ſaporem,& eam reprobant Dom. Alexã. & Fulg.hic,& Imo.in d.l.ventre.eo quia maior ratio tranſmittendi militat in infante, cui aliquid negligentiæ imputari non põt,quare nõ adierit, ꝙ in maiore. Scdò,quia vtrobiq; militat fundm̃ Bar.quare ex potentia tranſmittitur:illa rõ,cui Bar.dicit non poſſe rñderi,ita militat in infante,ſicut in maiore. Nec obſt.iſte tex.in verbo oẽs,quia debet intelligi aliorũ ꝙ patris,vt innuit tex.hic in verbo deuolutas,vt hic per Bar.& dixi.ſ. in 1. no.rex.& ꝓpea ipſemet Bald.ſe correxit iſtã limi.reprehẽdens. in l.apud hoſtes.ĩ.de ſuis,& legi. ¶ Tertio limita,niſi filius expreſsè repudiaſſet , quia iſto caſu non poſſet tranſmittere,ne plus iuris in alium transferat quàm in ſe habeat.ita Bar.in l.vẽ
* tre.vbi Ang. *& communiter Doc.* ff.de acq.her.& Bar.in l.fin. ff.de teſta.mil.cũ alijs concor.quas poſui in l.qui ſe patris.ſ. vnde libe.& ibi examinaui,an ſaltem tranſmitteret facultatem reuocandi repudiationẽ,ꝙ ipſe filius hẽt , & eſt ſubtilis paſſus, quẽ ibi videas.¶Vltimò no.limitat Ang.in d.l.cũ antiquiorib. ꝓ illũ tex.& in repe.l.qui ſe patris.ſ.vñ libe.qñ filius hęreditate patris non adita moritur intra tps anni dati ad delib. illo.n.tẽpore cẽſetur tanꝙ extraneus, & licèt trãſmitteret ex beneficio.d. l.cũ antiquiorib.tñ non tranſmitteret ex potentia ſuitatis.fatetur tamen Ang.ꝙ licèt iſtud ſit pulchrum referre in cathedra, tñ non eſt bona limitatio,& ꝟrium tenet ipſemet Ang in l.filius qui patri.in fi.ff.de vulg.& pup.& Lud.Ro.in l.q ſe patris. in 11.col.C.vñ lib.& ibi D.Alex.in 16.col.ad quẽ te remitto.& vide oĩno Bar.in d.l.ex militia.§.fi.ad fi.in pe.col.ff.de teſt. mili. Adde ẽt circa rõnem Bar.cui dicit nõ poſſe rñderi, bonũ ſimile de legatario,cui ignorãti, & abſenti ipſo iure acquiritur legatum,& ꝓpea illud ẽt tranſmittit.l.cũ pater.§.ſurdo.ff.de leg. 2.iuncta.l.vnica.§.in nouiſſimo.C.de cad.toll. tñ legatarius hẽt ptãtem repudiãdi legatum, & ſi illud repudiat,hĩ perinde acſi fuiſſet nunꝙ delatum.l.legatarius.ff.de lega.1.tñ per hoc,ꝙ habeat poteſtatem repudiandi,ſi nihil expreſsè repudiauerit,legatum trãſmittitur:idem vĩ dicẽdum in filio,qui licèt habeat beneficium abſtinendi,niſi tñ expreſsè abſtinuerit,debeat trãſmittere ex potẽtia ſuitatis.¶Gl.in verbo ad illas. diuiditur in duas partes.In prima opp.ꝟ tex.& ſolu.In ſecũda parte ꝓ viam qõnis opp.ꝟ ſol.& eam reprobat,& bñ,vt hic ꝓ eã.Scda ibi.Item quid ſi nullum.¶Extra gl.ponderaẽ iſte tex.ꝓ Bar.in vlti.col.ꝟ vnam opi.ꝙ tenet in l.Pantonius.ff.de acq.hęr.in prin. & in l.1. C.de

* Aguitam.

Source : BIU Cujas

C. de reſti. mi. & in l. non ſolùm. vbi etiam Ang. ff. de in integr. reſti. & in conſi. 9. quod incip. Quidam Perutinus. in 2. colum.
17 in quibus locis tenet Bar. quòd ſi minor deceſſerit hæreditate non adita, cùm propter mortem, & ætatem dicatur lædi, q̃ tranſmittit ad hæredẽ, vt hæres ex perſona minoris poſſit
a reſtitui [a] in integr. aduerſus aditionem hæreditatis omiſſam, nam in contrarium facit iſte tex. vbi ſi moriatur infans hæreditate non adita, habetur ac ſi à princip. nunquam fuiſſet delata infanti, ergo non eſt verum, quòd fiat tranſmiſſio, ſed ad hunc text. vltra Barto. infra aliter reſpondebo, & quòd tranſmittatur, dicit Barto. eſt tex. in l. qui duos. vbi etiam Barto. ff. de reb. dub. vbi ſecundum eum hæreditas fratris impuberis prædefuncti non potuit ad alium fratrem ſuperſtitem peruenire ſe alio modo, quàm beneficio reſtitutionis in integrum. Sed tu dic, quòd illa. l. qui duos. nihil facit, quia ſicut hæreditas patris non adita tranſmittitur ex potentia ſuitatis, ita hærediras fratris pupilli, cui alius frater eſt pupillariter ſubſtitu. quamuis videatur mirabile, tamen tranſmittitur. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. & ibi adhoc no. Barto. ff. de vulg. & pup. Idem Bar. in l. 2. in fin. principij. & in l. ſi filius, qui patri. ff. eod. Item eodem modo in caſu. d. l. qui duos. quando pater inſtituit duos filios impuberes, & ei, qui vltimus moritur, pupillariter ſubſtituit, certè quia ex tacita voluntate teſtatoris hæreditas primi filij impuberis tranſmittitur ad ſecuudum, ideo nimirum, ſi illa ex potentia ſuitatis tranſmittitur. ita illũ text. intelligunt Ang. Imo. & Pau. de Caſt. in l. qui duos. ff. de vulg. & pup. Angel. & Dom. Alexand. in l. quoniam ſororem ſupra eod. ita quòd de d. l. qui duos. non poteſt fieri fundamentum pro Bar. Item adde, quòd contra Bartol. in hærede infantis, quòd ad eum non
* tranſmittitur etiam medium * reſtitutionis in integr. tenent Bar. hic in 2. q. Ang. & Saly. & dicit Ang. quòd vidit conſilium Bal. fratris ſui, & duorum illuſtrium Doc. contra Barto. contra quem etiam tenet Saly. in l. 1. C. de reſti. mi. & inueni, q̃ cõtra Bar. tenet. D. Franc. de Are. in conſi. 161. quod incip. in præſenti conſultatione videndum eſt. in 4. col. & in 5. & quinque ſeq. inter cætera principaliter ponderatur iſte tex. dum dicit, *quòd hæreditates ad illas perſonas perueniant.* pondera perueniant, quod denotat cum effectu. l. 2. § peruenisſe. ff. de hære. vel act. vendi. propter illam dictionem per, quæ denotat perfectionẽ actus. l. vrbana. la prima. §. pernoctare. ff. de verb. ſig. quod nõ eſſet, ſi hæres infantis haberet reſtitutionem in integr. & licèt Pau. & D. Alex. hic dicant, q̃ hæc opi. ſit ſine ſapore veritatis, quia ſic infans eſſet deterioris condi. quã pupillus, ſi ipſe non tranſmitteret ad hæredem beneficium reſtitutionis in integrum, prout facit pupillus. Sed ad hoc reſpondet Angel. quòd non eſt abſurdum, quòd infans in hoc ſit deterioris condi. cùm in alijs efficiatur melioris, eo quia infans tranſmittit hæreditatem nõ aditam, & pupillus non, & etiam pro eo ſolus pater, & ſolus tutor poſſunt adire, & ſi ſit pupillus, non. Breuiter tene ſententiam Bar. *quæ eſt communis*, ſiue in pupillo, ſiue in infante, quòd tranſmittat ad hęredes beneficium reſtitutionis in integr. aduerſus aditionem hæreditatis omiſſam, prout tenuit ipſemet Bal. in l. vnica. §. in nouiſſimo. ſ. de cad. tollẽ. & in l. 2. C. ad Orfi. & Imo. in d. l. ventre. & ad iſtum tex. qui generaliter dicit hęreditates, ita generaliter intelligẽdo, acſi ab initio non eſſent delatę, & q̃ debeant peruenire ad illas perſonas, reſpondeo not. q̃ tex. iſte ꝓcedit conſiderato iure cõi, quia regulam habes, q̃ per verba quantuncunque generaliſſima. l. vel ſtatuti, nunquã intelligitur derogatio beneficij reſti. in integ. niſi de eo fiat mẽtio ſpecialis. ita probat tex. in c. coram. iuncta gl. fi. de in integr. reſti. gl. in l. poſtquam liti. in gl. fi. C. de pac.

ADDITIO.

a ¶Poſſit reſtitui. An reſtitutio concedadatur hæredi minoris, qui hæreditate non adita mortuus eſt, & iſtam oppoſitionem ponit Bald. in rubr. ſupra qui admit. in 4. opp. vide Ang. conſi. 291. ad hæreditatem. latiſſimè no. Ang. cõſ. 161. in præſenti conſultatione &c. & affirmatiuam communem tenet Cor. lib. 4. conſi. 312. videtur in hac. col. fi. latè Socin. 2. parte conſi. 1. puichra. 3. dub. PVRPV.

* Remedium, aliàs beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas patris non adita tranſmittitur ad quoſcunque hæredes, etiã extraneos.*
2 *Tranſmiſſio, quæ fit beneficio huius l. habet locum non ſolùm in extraneis, ſed etiam in filijs.*
3 *Quæ requirantur ad hoc, vt l. noſtra procedat.*
4 *L. noſtra procedit non ſolùm in ſuccedentibus de iure ciuili, ſed etiam de iure prætorio. & nu. 5.*
6 *Lucrum, quod acquiritur marito poſt mortem vxoris, quãuis non agnitum, tranſmittitur ad hæredes.*
7 *Scientia tuto. vel patris ſufficit pro pupillo ad hoc, vt hæreditas tranſmittatur beneficio huius l.*

LEX XIX.

CVm antiquioribus. Iſta eſt noua deciſio Iuſtiniani, de qua facit mentionem tex. in l. vnica. ſ. de his, qui ante aper. tab. & per hanc. l. Imperator inducit nouam ſpeciem tranſmittendi hæreditatem non aditam, quæ non erat cognita ante iſtam. l. nam quando aliquis poteſt eſſe hæres defuncti, vel ex teſtamento, vel ab inteſt. non eſt ad inſtantiam creditorum, vel legatariorum præcipitandus, vt inconſultò adeat hęreditatem. dicit tex. in l. 1. §. ſanè. ff. de ſucceſſedi. imò lex dat conſilium hęredi, vt petat tempus ad deliberandum. l. ſi curatoris. ſ. eo. & tot. tit. ff. eo. ex hoc eueniebat, q̃ hęres vtens conſilio. l. & ſic deliberans, an debeat adire, vel ne, interim moriebatur hæreditate aliter non adita, & propterea eam non tranſmittebat, dato q̃ eſſet lucroſa, & iſto modo hæres ſub cõſil. legis reperiebatur defraudari, & priuari hæreditate. Ideo Pau. hoc conſiderans ſtatuit in filijsfam. q̃ ſi decedant intra tale tempus, q̃ tamen tranſmitterent ad ſuos poſteros. Iuſtinianus hodie plenius prouidit, q̃ non ſolũ filius, ſed quicunque hęres ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſta. decedens intra tempus deliberãdi, ſiue illud petierit, ſiue non, tranſmittat hęreditatẽ beneficio iuris deliberandi non ſolũ ad ſuos poſteros, ſed etiam ad quoſcunque, concurrenti tñ quatuor, de quib. ſtatim dicam. ¶ His præmiſſis cõis diuiſio Bart. & aliorum eſt, q̃ hæc. l. diuidatur in tres partes, quæ de per ſe patent. hoc dicit. Sciens hæreditatem ſibi delatam tranſmittit iure deliberandi potentiam adeundi ad quoſcunque intra annũ à die ſcientiæ ſuæ, vt intra illum annum poſſit quandocunque hęres adire. hoc dicit. In tex. ibi, delib. Intellige vel à iudice, vel à principe, & dum ſubdit, vel ſi hoc quidem non fecerit, vult dicere tex. quòd ſiue hęres impetrauerit à iudice, ſiue à principe tempus ad delib. ſiue nullum tempus petierit, dummodo ſit intra ſpacium anni à die ſcientiæ delatæ hęreditatis, intra quem habet ſpacium ad delibe. vt declarat gloſſ. hic in verbo meruerit. & gl. in l. fi. §. fi. ſ. eod. in glo. vlti. & ſic iſta. l. habet locũ generaliter, ſiue impetrato tempore ad deliberandũ, ſiue non,
1 dummodo ſit intra tempus, quod peti poſſet ad delib. ¶†No. ex tex. ibi, & in ſuam poſteritatem. hic videri tex. contra *com-*
* *munem ſententiam*, quæ habet, quòd hęreditas patris non adita tranſmittitur ad quoſcunque etiam extraneos, vt tetigi in l. p̃ced. nam iſte tex. dicit, quòd tranſmittit ad ſuam poſteritatẽ, ergo non ad extraneos. Reſponde, vt dixi in l. ſuperiori. & conſidera, quòd licèt dictio etiam, [a] implicet extraneos, & videatur implicare caſum magis dubitabilem, tamen niſi iſta dictio etiam, implicet extraneos, non video quid aliud implicet, ma-
2 ximè cùm text. dicat infra, & alijs quibuſdam adiectis. ¶†No. ſecundò ex tex. ibi, & in omnes ſucceſſores protelandã. quòd tranſmiſſio, quæ fit beneficio huius. l. habet locum non ſolùm in extraneis, ſed etiam in filijs, & dato, quòd filij poſſint tranſmittere hęreditatem patris non aditam ex potẽtia ſuitatis, vt dixi in l. præced. tamen vtile eſt, quòd etiam poſſint trãſmittere beneficio huius. l & vtilitas eſt, quia tranſmittendo beneficio huius. l. non eſt neceſſe probare eum filium, vel in poteſtate, quod eſt difficile. l. Lucius. ff. de condi. & demon. q̃ probatio requiritur in tranſmiſſione ex potentia ſuitatis, & ita declarat Bar. hic in 1. col. & Mod. ſequuntur, quam vtilitatem intelligas procedere condito teſtamento, ſed ab inteſt. non admitteretur, niſi probaret ſe filium, & ad prædictam vtilitatem vide Bar. in l. ex militari. §. fina. ff. de teſta. mili. Bal. hic in 2. colu.
3 ¶†Tertiò no. in ver. & ſi quidem. & hic attende quatuor, quæ requiruntur copulatiuè ad hoc, vt iſta. l. locum habeat. ¶ Pri-
b mò requiritur, q̃ hęreditas [b] ſit alicui delata, vt dicit tex. hic, in verbo delatam. hinc dicit Bar. in l. ventre. in 2. col. ff. de acquir. hęre. limitando iſtam. l. q̃ ſi moriatur aliquis proximior agnatus prædefuncti, pendente dubio, an vxor illius defuncti ſit prægnans, vel ne, & ſic an poſſit naſci poſthu. quòd non tranſmittit hęreditatem non aditam beneficio huius. l. eo quia non dicitur ſibi delata propter dependentiam dubij. l. & ita dicit ibi eſſe tex. rotundum pro limitatione huius. l. & ſequitur Raphael Cuman. ibi in 1. columna. in fine. ¶ Secundò requiritur, quòd

ADDITIONES.

a ¶Dictio etiam. Addè Bar. in l. ſi tertius. in §. officium. ff. de aqua plu. arc. Bar. in l. etiam. C. ſi tuto. vel cur. cle. diſpendioſam. in fi. de iud.

b ¶Hæreditas. Limitatio Iaſ. in l. 8. colum. 2. C. qui admit. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ꝙ iſte, cui delata eſt hæreditas, ſciat eam ſibi eſſe delatam, vt expreſsè dicit ibi tex. in verbo ſciens. & in verbo cognitum. & patet ad ſenſum, quia ſi ignoraret, non poſſet dici deliberare,
a & iuxta hoc [a] moueo dubium valde neceſſarium, nec ꝑ alios tactum hic, pone, quòd hæres ignorans delatam ſibi hæreditatem, deceſſerit intra annum, clarum eſt, ꝙ hæreditatē nō aditam non tranſmittit, nec tunc habet locum tranſmiſſio beneficio huius. l. quæ fit propter deliberationem, quæ non cadit in ignorante, nunquid ſaltem occaſione talis ignorantiæ hæredi cōceditur reſti. in integ. ex clauſula generali, ſi qua mihi &c. ex perſona defuncti, ita vt hæres hæredis beneficio reſti. in integ. conſequatur beneficium huius. l. in effectu? in hoc Bald. in terminis in l. 1. in 23. opp. C. qui admit. tenuit, ꝙ cùm iſta. l. requirat ſcientiam hæredis, non tranſmitteret hæreditatem non aditam, ſi ignoraret, ſequitur Raph. Cum. in l. cū filiusfam. §. in hac. ff. de verb. obl. & Pet. de Anch. in conſi. 70. incip. principaliter contra iſtos legatarios. & D. Alex. in conſi. 143. in 2. vol. qđ incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter D. Franc. vbi dicit, ꝙ
b non reperit in hoc aliquem ⁊dicentem idoneum, ſed ego [b] re perio ⁊dicentes magnæ authoritatis, ꝙ imò in caſu huius. l. & in omnib. ſimi. in quib. quis ignorans delatam ſibi hæreditatē deceſſerit ea non adita, ꝙ hæres eius ex perſona defuncti poſſet, non de iure communi, ſed impetrata reſti. in integ. à iudice ex clauſula generali, idem in effectu conſequi, ac ſi primus hæres fuiſſet ſciens. ita in terminis tenent Ang. & Pau. de Caſ. in d. l. ventre. & Imo. & Pau. in l. Pantonius. ff. de acq. hære. per illum tex. cum ibi no. per Bar. & eos refert, & ſequitur ipſemet D. Alex. ſibi contrarius in conſi. 169. in 2. vol. inci. viſo thema. s̄. ſcripto. in pe. col. & ſi hoc vltimum eſt verum, eſt magna ampliatio ad hanc. l. ¶ Tertiò requiritur, ꝙ hæres non adiuerit hę reditatem ſibi delatam, nec etiam repudiauerit, ſed ſit in deliberatione, vtrum facturus ſit, ſi enim adiuiſſet, non eſſet opus iſta. l. ſi etiam repudiaſſet, priuaretur beneficio huius. l. ¶ Quartò requiritur, ꝙ talis hæres deceſſerit intra annum ad deliberā dum, nam reſiduum talis anni tranſmittit. Sed inuenio, ꝙ iſt ī.
c l in hoc mirabiliter declarat Ang. in repe. l. qui ſe patris. C. vnde lib. in 5. col. vt procedat in aſcenden. vel deſcenden. quib. dat̄ annus de iure præto. ad ſuccedendum l. 2. & l. emancipata. s̄. q admit. & l. 1. §. largius. ff. de ſucceſ. edic. Sed in tranſuerſalib. & alijs extraneis, quibus dantur tm̄ centum dies, iurib. præalleg. dicit, ꝙ in eis tranſmittentib. ex iure delib. non haberet locum tranſmiſſio, quæ fit beneficio huius legis. ſ. vt intra annum poſ ſit hæres adire, ſed intra centum dies tm̄, quæ declaratio vī mi hi ⁊ iſtum tex. qui loquitur in quocunq; extraneo, & tī indifferenter indulget annale tps. Tu autem declara iſtam. l. ſingula riter in caſu, in quo non ſolùm quis tranſmitteret intra annū, ſed ēt quando intra duos, vel qñ intra tres, vt ſi filia eſſet exclu ſa à primo capite per lapſum vnius anni, & veniat ex ſecundo capite intra ſequentem annum; certè ēt illo ſecundo anno fie ret tranſmiſſio beneficio huius. l. ita ſing. limitat Bal. in l. licèt. s̄. eo. & ex iſtis habes quatuor requiſita neceſſaria, vt hæc. l. pro-
4 cedat. ¶ Nunc extende iſtam legem duobus modis. † Primò, vt procedat non ſolùm in ſuccedentib. de iure ciui. ſed etiam in ſuccedentibus de iure præto. ſecundum Cy. in 1. q. & Mode.
* *communiter cum* concor. de quibus hic per Do. Alex. licèt aliqui tenuerint contrarium, vt hic per eum. Secundò amplia iſtā. l. vt procedat non ſolū in hærede directo, ſed ēt in fideicō. vniuerſali, cui per fideicō. hæreditas eſt reſtituenda, quia talis fidei com. deeedens intra annum, tranſmittit beneficio huius. l. ita tenet gl. in l. cū filioſa. in gl. fi. ſuper verbo retenturum. ff. de lega.
1. quam Bar. ibi ſimpliciter ſequitur, & Ang. ibi reputat ſing. ꝑ ampliatione huius tex. eam ēt ſequūtur Ang. & Imo. in l. 1. §. ſi is qui quadringenta. ff. ad Treb. Bald. in l. filium quem habentē. circa pen. col. C. famil. erciſ. & latè Alb. & Ang. hic. & Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. & ibi Imo. in 6. col. ff. ſi cui pluſquam per l. Falc. quamuis Cy. hic. in 2. q. poſt Pet. tenuerit contrarium, nō recordatus de doc. gl. præalleg. ¶ Nunc limita iſtam. l. non procedere in ſeruo hærede inſtituto, q ſi moriatur deliberans hæreditate non adita, eam non tranſmittit. glo. eſt in l. pretia rerū. in gl. in ver. meipſum. in fi. ff. ad l. fal. quam ibi ſolus Raph. Cu. ponderat. & dicit eſſe notabilem pro limit. huius. l. & eam ſequitur ibi, Alex. per iſtum text. qui dicit, tranſmitti ad hæredes, ſeruus autem non habet hæredem. Sed tu aduerte, quòd Raph. Cum. ibi reprobat illam gl. per regu lam. l. quæ legata. ff. de regu. iur. quæ l. non videtur facere, quia in ea nil dicitur de tranſmiſſione. ¶ Vltimò circa iſtam. l. occurrit pro eius intelle-
5 ctu neceſſarium dubium, † pone, ꝙ aliquis ſciat hæreditatem ſibi delatam, & ſteterit per decem menſes, quibus nec adiuit, nec repudiauit, tamen reſtant alij duo menſes ad complemē tum anni, intra quem poteſt trāſmittere beneficio huius. l. pone, quòd elapſis decem menſibus iſte ſupplicauerit Principi, & obtinuerit à Principe ſpacium anni ad deliberandum, vel à iudice impetrauerit alios nouem menſes ad deliberandum, iuxta. l. fi. §. & hęc quidem. ⁊. eo. nunquid intra iſtum nouum annum datum à Principe, vel intra iſtos nouem menſes habitos nunc à iudice tranſmittet, an ſolùm intra duos menſes, q reſtabant? Bal. hic in 3. q. determinat, ꝙ tranſmittet intra totum nouum annum, vel intra nouem menſes de nouo impetratos, & idem tenet Pan. de Caſt. hic & in l. fi. §. fin. ⁊. eo. idem vī eſſe de mente Cy. in l. fi. §. ſed quia quidam. ⁊. eodē. dum quærit, ex quo quis habet annum à. l. ad deliberā. fruſtra illum impetrat ēt à Principe, & reſpon. Cy. ꝙ vtilitas eſt, quia quādo lapſa eſt maior pars anni legalis, poteſt impetrare alium nouū ānnū, tamen de tranſmiſſione intra illum nouum nouum Cy. verbum nullum facit, bī teneas ⁊rium, per tex. in hac. l. clarum, & apertum, ibi, ita tm̄ vt vnius anni ſpacio eadem tranſmiſſio fuerit concluſa. iunctis præce. in quib. Imperator loquitur, ēt qñ nouum ſpacium eſt impetratum à princ. vel à iudice, & licèt verum ſit, ꝙ vltra tempus legale poſſit impetrari ſm tps, iurib. præal. tm̄ non eſt verū, ꝙ intra illud tps fiat tranſmiſſio, & ita expreſsè tenet Raph. Fulg. & D. Ale. in l. fi. §. fi. ꝑ gl. ibi ſuper verbo minimè. ⁊. eo. ¶ Glo. in ver. fuiſſet. timore ⁊rij tripliciter intelligit, ⁊rium autem eſt tale, dicit tex. ꝙ ſi hæreditas ſit delata ex teſtō, vel ab inteſtato, vel aliter, malè vī dicere tex. dum dicit, vel aliter, quia omnis hæredi. defertur aut ex teſtō, vel ab inteſta. aliter eſt impoſſibile, ꝙ deferatur, & tm̄ iſte text. dicit *ex teſtamento, vel ab inteſt. vel aliter.* Propter hoc gl. tripliciter intelligit tex. & ponit tres caſus, in quib. hæreditas defertur aliter q̄ ex teſtō, vel ab inteſt. & in illis verificatur iſte tex. in verbo aliter. Primus eſt, qñ moritur ēt filiusfam. quia pater non ſuccedebat filio de iure fforum, vel C. nec ex teſtō, vel ab inteſt. ſed iure peculij occupabat, & quadruplicem vtilitatem declaraui in l. præce. iſtud exemplū eſt falſum, & illud reprobant Fulg. & Alex. hic, eo quia qñ occupat iure peculij, ibi non eſt hæreditas, & ideo non tenetur creditorib. vel legatarijs, vt declara-
c ui in l. præced. Secundum exemplum gl. eſt in filio arrogato, c cui defertur quarta pars bonorum patris arrogatoris, & iſtud etiam non eſt bonum eadem rōne, quia ibi non eſt hęreditas, nec dicitur hæres, ſecundum Bal. & Mod. hic. præterea & ſecū do caſu, cū filius arrogatus non ſit vniuerſalis ſucceſſor, ſed particularis, ābſque diſpoſitione huius. l. tranſmitteret, ſicut tranſmittitur legatum non agnitum. l. vnic. §. cū igitur. ⁊. de ca
6 du. tol. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de colla. bo. Hinc infertur, † ꝙ lucrū, quod acquiritur marito poſt mortem vxoris, certè tale lucrū quāuis non agnitum tranſmittit̄ ad hæredes, ſm Pau. & Alex. hic, & Bal. in l. ſi arrogator. in 2. col poſt Cy. ibi. ff. de adop. & ibi dem Bal. in quadam repet. quæ aſcribitur Bar. in 2. nō. in 5. oppo. vbi etiam Ang. & ibi examinaui hunc paſſum, ad ibi dicta me remitto. Tertium exemplum glo. vī magis tolerabile. Addit Fulg. aliud exemplū, in quo quis ſuccedit nec ex teſtō, nec ab inteſt. in caſu Authenticæ hoc amplius. C. de fideic. vbi ſucceditur ſolū ex diſpoſitione illius. l. Adde tu alium caſum Inſti. de eo, cui lib. cau. §. in primis, & ibi gl. dicit, ꝙ ille nō eſt hæres, nec ex teſtō, nec ab inteſt & ideo eſt anomalus, & multos alios caſus enumerat gl. in l. eam quā ⁊. de fideicō. Conſidera tm̄, licèt in illis. ll. verum ſit, ꝙ ſuccedatur aliter, q̄ ex teſtō, vel ab inteſt. an in illis legib. poſſit adaptari deciſio. l. noſtræ q̄tum ad effectum trāſmiſſionis. Vel dic planius ad hunc tex. ſm Cy. Bar. & alios hic, ꝙ tex. iſte non dicit illud, ꝙ gl. præſupponit, ꝙ quis poſſit eſſe hæres ex teſtō, vel ab inteſt. vel aliter, ſed bñ dicit, ꝙ poſtq̄ fuerit cognitu m, & inſinuatum hī di, & iſtud reco
d gnouerit, vel ex teſtō, vel ab inteſt. vel aliter, & ſic dictio [d] aliter, refertur ad participium cognitum, & hoc modo intelligē do non ſunt neceſſaria exempla. s̄. enumerata. ¶ Glo. in verbo beneficio licèt ſit prolixa, tm̄ nihil habet, & iſta gl. principaliter fuit facta ꝓꝓ ⁊rium regulæ traditæ in l. licèt. cū gl. s̄. eo. licèt gl. noſtra non alleget illum text. nam videtur iſta. l. dicere, elapſo anno indulto hęredi ad deliberandum, ꝙ hæres ſit excluſus à facultate adeundi: ⁊, facultas adeu ndi durat perpetuò, hoc eſt 30. ann. d. l. licèt. qūo pōt ergo procedere iſte text. ꝙ ꝑ lapſum anni excludatur? Breuiter vera ſol. eſt, q̄ glo. dilatat multis verbis,

ADDITIONES.

a ¶ Et iuxta hoc. Vide Soc. in conſi. 154. col. 2. Are. conſi. 161. col. fi. Capra. cōſ. 107. col fi. PVRPV.

b ¶ Sed ego. Contra Alex. no. lib. 1. cōſ. 171. videtur prima conſideratione. col. 4. vbi declarat. no. Pau. de Caſt. lib. 1. conſi. 406. non eſt dnbium. PVRPV

c ¶ In filio arrogato. Adde Bal. de Vbal. in repe. c. Ray. de teſt.

d ¶ Dictio. Adde Bal. in l. iter. in §. officium. ff. de aqua plu. arc. Doc. in c. cum decorem. de vi. & hone. cle. Raph. Cu. conſi. 97. incip. ſtante dicto ſtatuto, & per eundem conſi. 176. incip. ſtatuto Papienſe cauetur.

Source : BIU Cujas

bis, ꝙ ſi primus hæres viueret, ꝙ poſſet ipſe perpetuò adire vſque ad annos. 30. ita loquitur contrarium: ſed ſi ipſe ſit mortuus ea non adita, non tranſmittit niſi vſque ad annum, & hæres hæredis excluditur. ¶ Glo. fin. clara eſt, quæ opponit contra tex. de l. fi. §. fi. C. ſi pend. appel. mors interue. & dupliciter ſol. poſtea primam ſolu. approbat. & ſic habet quatuor partes, dic quòd illa prima ſolu. eſt vera, quam approbant gloſſ. Bartol.
* *& communiter alij*, & bene facit ratio ibi aſſignata in text. & ita teneas, reiecta alia ſolutione Petr. & Cyni hic, & ibi. Item reiecta alia ſolutione Angel. in dicta lege ventre. quæ eſt eadem cum ſolutione Cyni, & eam reprobat in d. l. ventre. & Domi.
7 Alex. hic. ¶ † Extra glo. Bar. circa finem concludit, quòd ſcientia iudicis, vel patris ſufficit pro pupillo, ad hoc, vt hæreditas tranſmittatur bñficio huius legis, allegat. l. ſequitur. §. ſi pup. ſupra de vſucapionib. q̄ nihil facit, melius allegaſſet tex. expreſſum in l. ſed & ſi ſeruus. §. fi. cum l. ſeq. ff. de trib. & tex. in l. nō ſolùm. §. in eum. ff. de lib. cau. imò plus tenet Bart. quòd etiam ſi tutor nondum ſatiſdediſſet, vel feciſſet inuentarium, quib. caſibus adminiſtrare non poteſt. l. tutor qui repertorium. in prin. ff. de admin. tut. tamen eius ſcientia ſufficeret, prout etiam tenent Bar. & Bal. in l. fin. C. de tut. & cura. qui non ſatiſde. & idē Bar. in d. l. tutor qui reper. ad fi. prin. & in l. 1. in princ. ff. de tute. & in l. qui duos. ff. de reb. dub. & ad tex. l. præcedentis, reſpondet Bar. quòd illa. l. fuit adita ante iſtam. Potes reſpondere, ꝙ ibi in tex. l. præcedentis non apparet, ꝙ pupil. deceſſerit intra annum ad delib. & ſic non concludenter facit contra deciſionem Bar. cum qua tenent Fulg. & D. Alex. hic, & Pau. de Caſt. ſupra l. proxi. & ita teneas, quamuis contrarium tenuerit Bald. in l. ſi infanti. in 3. col. 5. q. & ibi Saly. & Ang. s̄. eod. & mouetur Bal. per aliqua, quibus reſpondent Fulg. & D. Alex. hic. Quaſdā alias q. ad materiam huius. l. traditas per Angel. hic, habes ante eum per Bar. in l. qui duos. in princ. ff. de reb. dub. quarum aliquas reprobat Bal. & Saly. in l. ſi infanti. s̄. eo. Et per hæc remanet expedita iſta. l. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus ab eo teſt. in pluribus partibus hæredita. non poteſt vnam acceptare, & aliam repudiare.*
2 *Qui acceptat hæreditatem paternam, cogitur inuitus etiam acceptare pupillarem ſubſtitutionem, quòd extende quatuor modis. nu. 3.*
4 *Regulariter etiam ſi vni à principio non ſit delata niſi vna pars hære. à teſta. ſi poſtea cohæres repudiat, ſibi inuito accreſcit, fallit vt infra num. 5.*

LEX XX.

QVidam. Diuiditur in duas partes, prout duas ponit dubitationes, & poſtea vtrique ſimul reſpondet. Secunda ibi, ſimiliq; modo. Tertia ibi, vtranque igitur dubitationē. hoc dicit. Inſtitutus in pluribus partibus eiuſdem hæreditatis, vnā agnoſcendo cogitur omnes agnoſcere, & acceptans paternā inſtitutionem cogitur agnoſcere pup. ſubſtitutionem. hoc dicit, & dum tex. in prin. dicit, quidam eulogio, clarum eſt, quòd illa dictio eulogio, ponitur pro teſtamento, licèt aliqui aliter capiant, & varias ſignificationes habet, vt in c. de eulogijs. 18. diſt. Quemadmodum in hac. l. ſunt duæ principales deciſio-
1 nes, faciam duo notabilia. ¶ † Primò not. ex prima deciſione, quòd inſtitutus ab eodem teſtatore in pluribus partibus hæreditatis, non poteſt vnam partem acceptare, & aliam repudiare, imò vna acceptata aliæ ſibi inuito accreſcunt. Pulchrū eſt videre, quæ ſit ratio huius deciſionis, dic ſecundum Bald. in 1. col. in verſi. tertio ratione euitandæ contradictionis. quem ſequitur Pau. in 1. col. ꝙ ratio eſt, quia ſi poſſet vnam tantū partem hęreditatis acceptare, certè poſſet contingere, ꝙ teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra regulam. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. Contra tamen hanc rationē videtur facere tex. mirabilis in l. ſi ſolus. in prin. & ibi gl. 1. quæ hoc expreſsè vult. ff. de acqui. hær. vbi eſt tex. ꝙ ſi aliquis eſt inſtitutus in pluribus partib. hęreditatis, & in vna parte habeat ſubſtitutum, quòd acceptando alias partes, non poteſt repudiare illam, in qua habet ſubſtitutum. Et tamen videtur tunc ceſſare ratio Bal. quia tunc pro illa parte repudiata teſtator nō decederet inteſtatus, ex quo habet ſubſtitutum. Tamen reſpō de, ꝙ tex. ille non obſt. quia etiam q̄ in illa parte habet ſubſtitutum, certè ſi etiam ipſe ſubſtitutus repudiaret, militaret rō Bal. & ꝓpea per illum text. optimè limitatur, & declaratur regula, quæ habet, ꝙ per dationem ſubſtituti vī data licentia abſtinendi, ſeu repudiandi, quia procedit, q̄ in tota hęreditate habet ſubſtitutum, quia tunc nunquam pōt dari caſus, in quo quis non decedat, aut in totum teſtatus, aut in totum inteſtatus. Secus ſi haberet ſubſtitutū in parte tantum. Aliam rōnē ad hanc deciſionem tex. aſſignat Bar. in l. 1. ff. de acq. hæred. pp vnitatem hæreditatis, quæ cenſetur indiuidua, quia. l. habet ꝓ abſurdo, ꝙ perſona defuncti repræſentata ꝓ hęredē, in Authē. de iureiu. à mo. præſt. in gl. in prin. l. cū à matre. C. de rei ven. re præſentetur in parte, & in parte non, & idem in effectu vult dicere Bald. hic in 1. colum. circa fin. dum dicit, ꝙ prima deciſio tex. procedit ratione indiuiduæ confirmationis teſtamenti, & ratione indiuiſibilis acquiſitionis. ¶ Limita nunc iſtud primum notabile duob. modis. Primò, vt procedat, quando aditio vnius partis fit ſimpliciter, ſecus autem ſi quis adiret partem hæreditatis cum expreſſa proteſtatione, ꝙ nullo modo vult aliàs ſibi accreſcere; nam illa aditio eſſet in totum nulla, vt declarat Bar. in l. 1. ff. de acq. hęr. & ibidem per Ang. Imo. & Mod. & Lud. Rom. in l. vnica. in 22. col. C. q̄ non pe. par. Secū dò limita iſtam. l. non procedere in caſu ꝺ̄rio, quia licèt inſtitutus in plurib. partib. hęreditatis vnam ſimpliciter acceptando intelligatur oēs acceptare, vt per hunc text. èꝺ̄ tamen vnā repudiando, non intelligitur alias repudiare, ita tenet gl. in l. 2. ff. de acq. hęre. & rō diuerſitatis eſt duplex. Primò, quia aditio eſt fauorabilis, repudiatio autem non; ſecunda & melior rō eſt, quia aditio eſt habitus, qui bene recipit incrementum, ſed repudiatio eſt priuatio, ſm Bar. in l. 1. ff. de acq hęre. & hic in 1.
2 col. circa fi. ¶ † Secundò no. ex hoc tex. ſecundam principalem deciſionem, ꝙ qui acceptat hæreditatem paternam, cogitur inuitus ēt acceptare pup. ſubſtitutionem, & ratio traditur per Bar. poſt Dy. in l. fi. ff. de acq. hær. quæ ſumitur ex deciſione tex. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. ff. de vulg. & pup. quia quos pater poteſt ſibi facere neceſſarios hæredes, coſdem facit filio pu
3 pil. ¶ † Extende, & amplia iſtam deciſionem tex. quatuor modis. Primò extende iſtam. l. vt procedat non ſolū, q̄ pup. fuit inſtitutus ſimul cum extraneo hęrede, prout loquitur tex. hic, ſed etiam procedit, q̄ pup. fuiſſet exhęredatus à patre, & extraneus in totum inſtitutus, quia tunc acceptando paternā hæreditatem, cogitur etiam acceptare pup. ſubſtitutionem factā filio exhęredato. iſtud eſt, quod voluit gl. magna hic circa fin. vbi dicit, ſi autem pup. inſtitutus non erat, quamuis ꝺ̄rium tenuerit expreſsè gl. reputata ſing. in l. quod. s̄. quadrantem. ff. ad l. fal. quam gl. reprobat Imo. ibi, & in l. qui patri. ff. de acq. hære. Do. Alex. hic, eo quia rō d. §. quos poſſum. etiam militat hoc caſu. ¶ Secundò amplia iſtum tex. vt procedat non ſolùm, q̄ pater fecit expreſſam ſubſtitutionem pup. ſed etiam ſi ſubſtitueret vulg. quo caſu ſub vulg. expreſſa, per quam ſucceditur teſtatori, continetur tacita pup. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pup. & l. quamuis s̄. de impub. certè acceptans hæreditatē patris cogitur ex tacita pup. ſuccedere pup. eo quia vt dixi etiā tunc militat ratio. d. §. quos poſſum. & iſtud etiam probat tex in l. qui patri. ff. de acq. hęr. dum tex. generaliter dicit impuberi ſubſtitutus, & ibi Lud. Ro. & D. Ale. in 7. col. & iſtud firmat D. Alex. hic in vlti. col. quamuis Io. de Imo. in d. l. qui patri. dicat ꝙ Doc. iſtud non tangunt, & relinquit cogitandum. ¶ Tertiò extende iſtum tex. notabiliter, vt procedat, q̄ extraneus cohęres pup. acceptauit hęreditatem patris, & poſtea moritur pupil. viuo adhuc ipſo extraneo, tunc proculdubio procedit iſte tex. ꝙ extraneus iſto caſu cogitur etiam acceptare pup. ſubſtitutionem, & in iſtis terminis loquitur iſta. l. Sed extende, vt ꝓcedat, ēt ſi extraneus adita hęreditate patris eſſet mortuus ante ipſum pup. & ſic mortuus anteq̄ eſſet locus pup. ſubſtitutioni, quia licèt regula ſit, ꝙ ſubſtitutio non tranſmittatur ad hęredes, prout tranſmittitur ius accre. l. ſi ex plurib. ff. de ſuis, & legi. & l. ſed ſi plures. ff. de vulg. & pup. iſto tamen caſu hęres il
* lius hęredis pręmortui fingitur * acceptare illam ſubſtitutionem, ſicut coactus fuiſſet ipſe hęres, ſi vixiſſet poſt mortē pup. tex. eſt de hoc ſingul. & valde difficilis in l. qui patri hęres. ff. de acq. hęre. & dicit Bar. in l. vnica. §. ſi autem aliquid ſub conditione. ĩ. de cad. tol. qđ caſus. d. l. qui patri. eſt mirabilis, & ſingu. An tñ in caſu. d. l. qui patri. hęres hęredis prędefuncti veniat ad bona pup. ex iure accreſcendi, vel ex ſubſtitutione pupil. ad eum tranſmiſſa ꝺ̄ regulas iur. tex. ibi vī ſonare, ꝙ veniat ꝓ ius accreſ. de quo quia valde eſt dubium, remitto me ad Bart. ibi, tangit aliquid Pau. hic in 2. colu. ¶ Quartò notabiliter extende iſtam l. vt procedat, & eſt mirabilis extenſio, non ſolùm, quando iſte extraneus fuit ſimpliciter inſtitutus in teſtō patris, & ſubſtitutus pupil. pup. ſed ēt procedit, q̄ iſte extraneus fuiſſet inſtitutus hęres à patre, ſed grauatus per fideicō. reſtituere hæreditatem alteri, nam ſi iſte extraneus ad inſtantiam fideicom. vniuerſalis cogitur adire hęreditatem patris, & ſibi reſtituere, quamuis coactus adierit hæreditatem patris, q̄ tamen adiuit,

cogi-

* Cogitur.

Source : BIU Cujas

cogitur acceptare pup. ſubſtitutionem. ita vī velle Bar. in l. ita tñ. §. qui ſuſpectam. ad fi. ff. ad Treb. & ibi expreſſius Raph. Cuma. & D. Alex. eo quia tunc ēt militar ratio. d. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. quamuis Ang. ibi, & plus Imo. ſe inuoluant, & pro certo non eſt ſine magna dubitatione. ¶ Nunc limita iſtū tex. ſic ampliatum, vt procedat, qñ ipſe extraneus ſit vniuerſaliter inſtitutus in hæreditate patris, aut ſaltem in aliqua quota, ſecus ſi fuiſſet inſtitutus in re certa, quia tunc, licèt illā rem certam acceptaret, non cogeretur acceptare pup. ſubſtitutionem, eo quia tunc cenſetur loco legatarij. l. quoties. s̄. de hære. inſti. & l. ex facto. mag. ff. eo. & ſic tunc non eſſemus in caſu huius. l. quæ loquitur, qñ extraneus habet paternam hæreditatē, ita limitant Ang. & Pau. in d. l. qui patri. vbi ēt Imo. quos refert, & ſimpliciter ſequitur. D. Alex. hic in 1. col. Sed miror, ꝙ non viderit Bal. hic in 1. col. Tu tñ intellige iſtam limitationē procedere, qñ inſtitutus in re certa habuit cohæredem vniuerſalem, qui re, & effectu adiuerit, eo quia cùm tunc habeaī loco legatarij, vt prædixi, clarum eſt, ꝙ legatarius pōt vnum legatum acceptare, & aliud repudiare, vt hic expreſsè in gl. vbi dicetur. Si aūt non haberet cohæredem vniuerſalem, vel cohæres repudiaſſet, quo caſu inſtituto in re certa accreſceret tota hæreditas patris, vt declaraui in d. l. quoties. quia eſſet hæres vniuerſalis in paterna hęreditate, tūc puto, ꝙ ēt cogeretur acceptare pupil. ¶ Gl. in verbo admittantur. multum inordinatè procedit, & ideo vī obſcura ſcholarib. vnde præmitte, ꝙ cùm in iſta. l. ponantur duæ princi. deciſ. gl. in ſecunda parte format duo ℨria, & ſimul vī expedire, & malè inculcat, eo qa illa duo ℨria tendunt ad diuerſa. Nam primum ℨrium venit ℨ primā deciſionem tex. Secundum autem venit ℨ ſecundam deciſionem tex. hoc præmiſſo dinide iſtam gl. in §. partes prin. In prima gl. allegat quatuor concor. In ſecunda gloſ. vī ſolùm velle opponere ℨ ſecundam deciſionem tex. dicit enim glo. ſed certè imò vī, ꝙ licèt paternam acceperit, non tñ cogatur pup. accipere, & ſic vī ſolùm opponere ℨ ſecundam deciſionē text. & inculcat ſimul duo ℨria. Quorum primum, ſ. de l. ſi tu ex parte. § fi. non venit contra ſecundam deciſionem tex. ſed contra primam. Secundum autem ℨrium. ſ. de l. quæſitum. bñ venit ℨ ſecundam deciſionem tex. & poſtea gloſſ. vī permixtim ponere eorum ſolutionem, & tñ non eſt verum, quia ſolū expedit ſm ℨrium. l. quæſitum. primum aūt omittit, & illa ſecūda incipit ibi, ſed certè imò. In tertia parte principali, quæ eſt ibi. item cùm vnus ex hęredib. gl. remouet aliud ℨrium, quod venit ℨ primam deciſionem tex. In quarta, quæ eſt ibi, & hoc in hæreditatibus, ſecus in legatis. gl. idem facit. In quinta, & vltima, quæ eſt ibi, vt autem ſit tibi certum. gl. ponit vnam diſtinctionem, repilogando totam materiam tam primæ, quàm ſecundæ deciſionis tex. & ibi ſoluit ℨrium. l. ſi tu ex parte. § fina. omiſſum. s̄. in ſecunda parte, ꝙ reſpiciebat primam partem tex. & cogita quare gl. in iſta quinta parte dixerit, vt autem ſit tibi certum de hęreditate hoīs, cū viuentis nulla ſit hæreditas, nec illud potuit dici pp hęreditatem pup. cū etiam de ea non tractetur niſi mortuo pup. quia pup. ſubſtitutio non verificaī, niſi per mortem pup. ¶ Rurſus ſecunda pars principalis ſubdiuiditur in quatuor parti. In prima, vt dixi, ſimul incultat duo ℨria tendentia ad diuerſa. In ſecunda expediendo ſm ℨrium tantum, illi rñdet vno modo. In tertia alio. In quarta alio. Secunda ibi, ſolutio quidam. Tertia ibi, alij ꝙ hęc corrigit. Quarta, & vltima ibi. Tu dic ſi ſubſtitutus. ¶ Rurſus quinta pars principalis ſubdiuiditur in tres, prout tria principalia membra facit in hac diſtin. Primum eſt, qñ quis eſt inſtitutus in plurib. hęreditatibus ex teſtamentis diuerſarum perſonarum, & iſtud membrum eſt indubitatum, vt glo. dicit. Secundum eſt, qñ qs eſt inſtitutus in plurib. portionib. eiuſdem hęreditatis in vno teſtō, ſiue in omnib. purè, ſiue in aliqua purè, & in aliqua ſub conditione, ſiue per ſe immediatè, ſiue p filios, vel ſeruos ſuos, & incipit ibi, ſi aūt ex teſtō vnius. Tertium membrum glo. eſt, qñ plures hæreditates deferuntur vni ex teſtō vnius, vt hæreditas patris, & pup. & inci p. ibi, vbi autem ex teſtō. Redeo ad ſecundam partem principalem, & quia gl. vt dixi inculcat duo ℨria, aſſumo ſm ℨrium reſpiciens ſecundam deciſionem tex. quod gl. proſequitur, quod eſt de. l. quæſitum. in fi. ff. de acqui. hęre. vbi diſtinguit, ꝙ ſi aliquis fuit inſtitutus ex aſſe, & ſic in totum, non poteſt ſeparare pup. à paterna hęreditate: ſi autē fuit inſtitutus in parte, poteſt ſeparare, & acceptare ſolū pup. & repudiare paternam, ꝙ eſt de directo ℨ ſecundam deciſionem tex. gl. tripliciter reſpondet. Et primò, ꝙ ibi ſpeciale eſt in fratre pup. quod etiam repetit gl. inferius in ſecunda ſolu. Iſtā primam ſol. reprobat ſimpliciter Bar. hic in pen. col. Tu dic, ꝙ eſt contra l. ſi filius, qui patri. ff. de vulg. & pup. in dictione implicatiua, præſertim, quæ implicat idem eſſe non ſolùm in filio, ſed etiam in extraneo inſtituto. Præterea, & fortius text. in d. l. quæſitum. non poteſt loqui in fratre pupil. ſubſtituto, quia tunc etiam ſi eſſet inſtitutus hæres patris in ſolidum, poſſet ſeparare hęreditatem, eo quia per ſuitatem eſſet confirmatū teſtamentum patris, vt declarabo in vlt. par. Secunda ſol. glo. eſt falſa. Tertia ſol. glo. eſt vera, ſm quam habes per te facere tres caſus principales. Tertium tamen caſum limitat glo. quæ dupliciter habetur, vt declarat Bar. hic. in 1. col. in prin. niſi ſubſtitutus ſit frater impuberis; aliquæ. gl. habent, tunc. n. ſi pup. non abſtinuit, ipſe tamen ſubſtitutus abſtinere poterit, & gl. verum dicit, intelligendo mediante beneficio reſti. in integ. aliquę gl. habent, tunc. n. ſi pupil. non abſtinuit, ipſe abſtinere poterit, & hoc modo gl. falſum dicit, quia ex quo effectum eſt vnum patrimonium, non poteſt fieri ſeparatio, & ad iſtam partem debet addi, & ſimul legi vltima particula quintæ partis principalis ibi, vbi autem ex teſtō vnius. vbi gl. idem repilogat, & ppea Bat. ſimul expedit. ¶ Sum modo in tertia parte principali glo. ibi, item cùm vnus ex hęredib. vbi gl. fortiter opp. ℨ primam deciſionem tex. ꝙ imò ille, cui obueniunt plures partes hæreditatis, debeat poſſe aliquam repudiare, opp. de illo terribili tex. l. cùm hęreditate. ff. de acq. hær. vbi ponitur mirabilis deciſio, quæ non reperitur alibi in iure, ſm Bar. in l. vnica. §. his ita. C. de cad. toll. & gl. reſpondet per viam fallentiæ, vel limitationis, & eius mens eſt, vt declarat Bar. ꝙ iſta. l. in prima deciſione procedat, quando vni deferuntur plures portiones hæreditatis ex diſpoſitione teſtatoris, tunc vna parte acceptata cogitur inuitus etiam alias partes acceptare, ſed in d. l. cùm hęreditate. cū ex diſpoſitione teſtatoris non habet niſi vnam partem hæreditatis, quam iam adiuerat, tamen quia cohæres repudiauit, certè ex diſpoſitione. l. alia pars ſibi obuenit, & tunc iſta alia pars, quæ obuenit non à teſtatore, ſed à l. non accreſcit ſibi inuito, imò operatur mirabiliter, ꝙ propter iſtam partem, quæ ſibi obuenit à l. poſſit repudiare partem ſuam, quā ſemel acceptauit, & iſtam ſol. gl. ſequitur Bar. limitando eam niſi primus, qui adiuit iure ſpeciali in integrum reſtitutionis reuocaret, per l. ſi minor. ff. de acq. hær. hic attende diligenter, quia locus periculoſus eſt. Iſta doc. Bar. vult vnum, ꝙ quando alicui à principio ex diſpoſitione teſtatoris nō eſt delata niſi vna pars hęreditatis, ꝙ ſi poſtea alia deficiat, ꝙ ſibi inuito non accreſcit, hoc eſt contra tex. expreſſum in l. qui ex duab. §. fi. ff. de acqui. hęre. quæ precedit d. l. cùm hęreditate. † ideo fac regulam de directo contra Barto. quòd etiam ſi vni à principio non ſit delata niſi vna pars hęreditatis à teſtatore, ſi poſtea coheres repudiat, ſibi inuito accreſcit. d. l. qui ex duabus. §. fina. iuncta. l. ſi duo. ff. de acquiren. hęred. Iſta regula fallit in duobus caſibus. † Primò, quando cohęres adiuit partem ſuam, ſed quia minor erat, reſtitutus fuit in integrum, nam eius pars non accreſcit alij inuito. d. l. ſi minor. Ratio fallentiæ eſt, quia qui ſemel fuit hęres, nunquam deſinit eſſe hęres ipſo iure, dato ꝙ in integrū reſtituatur, ſed bene in effectu. l. & ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de min. gl. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. & pup. ex quo ergo eius portio non deficit omnino, ideo non poteſt eſſe locus iuri accreſcēdi. Secundò per eandem rationem fallit in caſu. d. l. cùm hęreditate, quando quis primò fuit neceſſarius hęres, poſtea iure ſpeciali prętoris ſe abſtinuit, ita propriè loquitur d. l. cū hęreditate, & declarat Bar. hic in 2. opp. & Fulg. in 5. col. de cuius. l. intellectu vltra ea, quę dixi in l. ex teſtamento. s̄. de impub. vide Bar. & Mod. in l. fi. ff. de acqui. hęre. ¶ Sum in quarta principali parte gl. ibi, & hoc in hęreditatib. in qua gloſſ. per viam limitationis remouet aliud contrarium, quod eſt contra primam deciſionem huius legis, ex qua habes, quòd regula huius. l. procedit in inſtitutione, vt quando quis eſt inſtitutus in plurib. partib. vnius hęreditatis, non poſſit vnam acceptare, & aliam repudiare, ratio eſt, vt dixi in princip. quia aliàs poſſet decedere teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, [a] ſecus eſt in pluribus legatis factis eidem, quia legatarius poteſt vnum legatum acceptate, & alia repudiare, quia ceſſat ratio prędicta, quia tunc non decedit teſtator in aliquo inteſtatus, intellige tamen gloſſ. ſanè, quando plura ſunt legata re, & nomine, ſecus ſi nomine, & non re, vt hic per Bar. ¶ In vltima parte glo. facit tria membra, vt ſupra dixi. Primum eſt clarum. In ſecundo membro ſoluit contrarium. l. ſi tu ex parte. §. fi. qđ ſupra omiſerat, & dicit, quòd iſta. l. procedit, quando plures portiones deferuntur eodem gradu inſtitutionis, tunc non poteſt vnam acceptare, & aliam repudiare, ſed d. l. ſi tu ex parte. procedit, quando plures portiones eiuſdem hęreditatis deferuntur diuerſis gradibus, quia vna defertur titulo, & gradu inſtitu-

ADDITIO.

a ¶ Pro parte inteſtatus. Adde. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. Bar. in l. 1. q. j. prin. C. de ſacroſ. Eccl.

Source : BIU Cujas

ſtitutionis, alia ex ſubſtitutione, tunc poteſt acceptare illam, quæ defertur ex ſubſtitutione, & aliam repudiare. Cum iſta ſolu. tranſeunt Bar. *& alij communiter*, & Bar. in d. l. ſi tu ex parte. §. fi. quicquid dicat Alex. hic iſtam ſolu. quam Bart. expedit in pen. col. idem Bar. limitat in 1. col. vt procedat, quando plures portiones eiuſdem hæreditatis deferuntur omnes eidem gradui, & purè. ita dicit procedere iſtum text. ſi autem iſtæ plures portiones in eodem gradu delatæ aliquæ ſint purè, aliquę ſub conditione delatæ, tenet Barto. quòd illas poſſit repudiare per ſubſtitutum, per l. liber homo. § Titius. el ſecondo. iuncto. §. ſequen. & l. cùm hæres. § fi. ff. de acq. hære. Ego in hoc valde dubito propter tex. mirabilem in l. ſi ſolus. ff. de acqui. hæred. iunctis, quæ dixi in 1. no. vbi per hoc, ꝙ habeat ſubſtitutum in aliquibus partibus, hoc non conceditur, nec video rationem diuerſitatis, ideoque cogita. ¶ In fi. gl. vult dicere glo. quòd quãdo ſolus pupil. eſt inſtitutus hæres vniuerſalis à patre, & abſtinuit ab hæreditate patris, videtur quòd ſubſtitutus pupil. non debeat venire ex pup. cùm non ſit adita hæreditas patris, eo quia licèt ſuus etiam ſe abſtineat, tamen propter ſuitatem dicatur confirmare teſtamentum patris, quo ad hoc vt libertates relictæ in teſtamento valeant, acſi eſſet adita hæreditas patris. l. cũ quaſi. §. ſed & ſi quis ſuus allegata in gloſſ. tamen quia illa lex videtur ſolùm procedere fauore libertatis, gloſſ. dubitat, & dicit, quòd propter hoc iſte caſus non eſt clarus, & expeditus Tu dic, quòd eſt clarus, & ſola ſuitas filij etiam ſe abſtinentis confirmat tabulas pup. perinde acſi eſſet adita, ꝙ tex. in l. filius qui ſe paterna. ff. de acquiren. hæredita. & in l. ſi filius, qui patri. ff. de vulga. & pupillar. Reliqua quo ad primum caſum vltra Docto. vide per Barto in l. 1. & latius in l. fina. ff. de acquir. hæred. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Si inſtituatur hæres ille, de cuius ſtatu litigatur, & inſtituatur tanquã ſeruus, præſumitur inſtitutus contemplatione domini, ideo cogitur officio iudicis adire, & nu. 2.*

3 *Si feudum ſit conceſſum filio, an præſumatur contemplatione patris.*

4 *Inſtrumenta facientia mentionem de confinibus non probant confinia eſſe illorum, qui nominantur.*

5 *Sola fama non probat magis quàm ſemiplena probatio, niſi ſit de anti quo, quia tunc plenè probaret.*

6 *Apocha priuata, nullo adminiculo nec teſtium, nec comparationis literarum ſuffulta, nihil probat, niſi eſſet antiqua, quia tunc ſemiplenè probaret.*

7 *Sententia lata de antiquo bene probat acta præceſſiſſe, licèt de eis non appareat, & quando dicatur de antiquo, vide infra nu. 8.*

LEX XXI.

CVm aliquis. In prima ponitur thema. In ſecunda dubitatio Antiquorũ. In tertia deciſio bimembris. Secunda ibi, dubitatio veteribus. Tertia ibi, ſed nos eorũ diſcordiam. Si ille, qui litigat ſuper ſtatu ſuo, inſtituatur hæres tanquam ſeruus illius, cum quo litigat, compellitur ſine præiudicio cauſæ adire, ſi verò inſtituatur tanquam liber, vel ſimpliciter expectatur finis litis, & ſi pronunciatur ſeruus, acquirit domino. ſi pronuntiatur liber, acquirit ſibi, hoc dicit. conſidera multum hunc text. quia in ſecunda parte Antiqui dubitabant de vno, & Imperator hic licèt dicat ſe decidere Antiquorum dubitationem, tamen videtur ponere deciſionẽ de alio, nam Antiqui, vt dicit tex. in ſecunda par. dubitabant, quę pęna eſſet imponenda inſolentiæ huius ſerui, & poſtea Imperator decidit de alio. f. cui acquiritur hæreditas, ergo videtur inepta reſpontio Imperatoris, quia non congruit interrogationi. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. §. præterea inſti. de inutil. ſtipul. & alibi no. Gemin. in c. 1. §. ſi verò. per illum tex. de cle. ægro. in 6. & in c. filij. per illum tex. de hęr. in 6. ꝙ fatuus eſt, qui non reſpondet ad propoſitum interrogationis, vel quæſtionis ſibi factę, cogita. ¶ †Not. quòd ſi inſtituatur hęres ille, de cuius ſtatu litigatur, & inſtituatur tanquam ſeruus, quia per hoc præſumitur inſtitutus contemplatione domini, cogitur officio iudicis adire, & idem eſt in libero homine bona fide poſſeſſo. l. aditio. §. fina. ff. eod. vt hic per Paul. & Alex. limita tamen iſtam legem non procedere in eo, qui putabatur filius, quia talis filius putatiuus inſtitutus non poteſt compelli ſiue præiudicio litis adire, ita ſing. Bal. in l. 1. in 9. q. C. qui admit. per l. iuſto. in princ. ff. de vſucap. ¶ †Secundo no. ex tex. ibi, intuitu domini. ꝙ inſtitutus tanquam ſeruus cenſetur inſtitutus contemplatione domini. Adde ſecus eſſe in filio, qa licèt inſtituatur quis tanquam filius, non cenſetur inſtitutus contemplatione patris, niſi patriæ poteſtatis mẽtio fiat. ita ꝓbat tex. in l. fi. in ver. cum plerunque. & ibi Bar. C. de vſufr. Bar. & alij hic cum concor. de quib. ꝑ Alex. ratio diuerſitatis eſt inter ſeruum & filium, quia non poteſt eſſe ſeruus, quin ſit in poteſtate domini, tamen poteſt eſſe filius, & non in poteſtate patris, puta quia emancipatus, aut naturalis tantum. Si tamen conceſſum ſit priuilegium patri, & filijs, & reuocentur priuilegia aliorum excepto priuilegio tali conceſſo, & non fiat mentio de priuilegijs conceſſis filijs, tamen intelligitur etiam conſeruatum priuilegium filiorum, vt determinat Bal. in l. nõ plures. C. de ſacroſanc. Eccl. ſicut èconꝛa reuocato priuilegio patris intelligitur reuocatum priuilegium filiorum, vt ibi ꝑ Bal. & in l. 2. in fi. ſ̃. de Epiſ. & cler. in l. quicquid. per illum text. C. de

3 aduoc. diuerſ. iudi. † Quid autem ſit in feudo [a] conceſſo filio,

a an preſumatur conceſſum contemplatione patris, & ſic cenſeatur profectitium. ponit And. de Iſer. in c. 1. de alien. feu. pat. & in c. 1. in prin. de ſucceſ. feu. Alia notabilia vide per te. ¶ Gl. in ver. adire. diuiditur in quatuor, prout quatuor ponit ſol. ad ꝓ̃ium in ea formatum, tu reſponde clarius ſm Bar. hic, & in l. 11. §. 1. ff ſi quis omiſ. cauſa teſt. ꝙ iſta lex loquitur, quãdo erat qõ de ſtatu dñi, aliàs ſerui, vnde tunc poteſtas domini nõ ſufficiebat, ideo recurritur ad iudicem, cuius iuſſu adire compellitur, ſed in contrario clarum erat, quòd erat ſeruus domini, ideo dominica poteſtas ſufficit. ¶ Gl. in verbo ex hoc, diuidit in quatuor. In prima declarat tex. In ſecunda colligit argu. ex tex. & ad illud allegat concord. In tertia contra illud notabile opponit, & non ſoluit. In quarta allegat concor. ad tex. Secunda ibi, & ſic. Tertia ibi, argu. contra. ſ̃. de contrahẽ. ſtip. Quarta

4 ibi, & facit. ff. de fideiu. ¶ †No. ex gl. quæ millies allegatur, ꝙ in-

b ſtrumenta facientia mentionem de confinibus, [b] puta in inſtrumento dicitur, vendo tibi domum, qui cohęret domui Titij, vel ſatientia mentionem de plebanatu, vel diœceſi, vel de territorio, puta dicit inſtrumentum, actum in tali villa, quę eſt de diœceſi, vel Epiſcopatu Placentię, talia inſtrumenta nõ probant illa confinia eſſe illorum, qui nominantur, & idẽ not. gl. in l. optimam in verbo ſi ſeruus. C. de contrah. ſtip. & glo. in l. prędijs §. Titio. ff. de leg 2 Hęc *communis concluſio* eſt, quod inter illas perſonas, inter quas conficitur inſtrumentum, & quo ad earum pręiudicium tãtum probant, dummodo notarius de earum conſenſu poſuerit, ita loquitur d. l. optimam. de qua gl. opponit, & non ſolu. ſed quo ad alias perſonas nil pręiudicant, & ad hoc vide deciſionem Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 57. & ſing. vult, ꝙ etiam ſi de hoc eſſent plura inſtrumenta, nil omnino probant, licèt Pau. de Caſtr. non faciens de Spec. mentionem, teneat quòd quando eſſent plura inſtrumẽta de iſtis confinibus, licèt non probarent, tamen facerent vehementem pręſumptionem, etiam inter alias perſonas. Cy. & Alb. dicunt hic ſolùm facere nunc aliquam pręſumptionem.

c Limitat ſing. Bal. hic, niſi eſſet inſtrumentum de antiquo, [c] faciens talem mentionem de cõfinibus, vel de plebe, vel de territorio, quia tunc plenè probat, quia ſecundum eum inſtrumẽta, quando ſunt de antiquo, probant communem opin. quę pręſumitur vera. & iſtam deciſio. Bal. ſequuntur Saly. & Mod. hic, & Iac. But. in d. l. optimam. Flori. in l. in finali b. ff. fin regun. Fran. de Are. in conſi. 24. incip. viſo conſi. elegantiſſimo. & pro iſta limitatione eſt bonus tex. in c. cũ cauſam. de prob glo. in c. cũ olim. gl. 2. in verbo inſtrumentis. de cenſi. pro iſta limitatione facit optimè, nec poteſt ſimile congruentius adduci, nam licèt verba enunciatiua incidenter prolata nihil diſponant. l. ex his verbis. vbi dixi. ſupra de teſta. mili. fallit in antiquis, quia plenè diſponunt, ſecundum D. Ant. in c. cũ dilectus de ſucceſ. ab inteſt. & in cle. ſi ſummus Pontifex. per illum tex. de ſen. excom. & hoc tenet Alex. expreſsè in conſi. 85. in 4. vol. incip. Viſis & ponderatis narratis in thema. in 3. colu. vbi ſolùm allegat

5 ad hoc Bal. & Saly. hic. ¶ †Confirmo, & tertiò per aliud bonũ ſimile: nam licèt fama ſola non poſſit plus operari, quã ſemiplenam probationem, ſecundum gl. in l. admonendi. vbi dixi copioſè. ff. de iureiu. cum concor. quas ibi dedi, tamen hoc fallit, quando eſſet fama de antiquo, quia tũc plenè probaret. ita originaliter Inno. in c. veniens. de verb. ſign. Bald. in Auth. quas actiones. in fi. colum. ſ̃. de ſacroſanc. Eccl. & in l. cũ ſuper. C. de

rei

ADDITIONES.

a ¶ Quid autem ſit in feudo. Adde Nic. de Neap. in l. non dubitamus. ff. de conſti. & demonſt.

b ¶ Confinibus. Tu limita tertiò, quando eſſet inſtrumentum principis, vt in glo. in c. ſi propter. ver. probata. de priuileg. lib. 6. Alex. lib. 5. conſi. 15. col. 2. ver. ſufficit. PVRPV.

c ¶ Antiquo. Adde Doc. in c. ſi Papa. de priuileg. Ant. de But. in c. cũ dilectus. de ſucceſ. ab inteſt. per Alex. in conſi. 55. 4. vol.

Source : BIU Cujas

rei ven. & in alijs concor. vt hic per Alex. & ita ſaluatur glo. in l. at qui natura. §. cũ me abſente. ff. de neg. geſt. quam ad hoc reputat ſing. Ang. in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti. & in l. Titius. ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſolu. & vltra concord. Alex. ꝙ in antiquis fama plenè probet, adde, ꝙ idem tenet Alexan. in conſi. 75. in 4. vol. & D. Fran. de Are. in conſi. 27. incip. Sequendo ordinem quæſitorum. & Lud. in l. 2. §. idem Labeo, el primo. in 2. col. ff. de aqua plu. arcen. vbi per hanc limitationem infert, quòd Papa poteſt probare ciuitates eſſe de dominio Eccleſiæ, eo quia de hoc eſt fama, quæ cùm ſit de antiquo, [a] plenè probat. ¶†Confirmo, & quartò per id, quod ſignanter decidit D. Ant. in c. 2. de fide inſtru. in 4. col. ver. tertius caſus eſt, ibi decidit, quòd apocha priuata nullo adminiculo nec teſtium, nec comparationis literarum ſuffulta, nihil probat, vt dixi in d. l. admonendi. fallit ſecundum eum, niſi talis apocha eſſet antiqua, quia tunc ſemiplenè probaret. alleg. Io. And. poſt Nico. de Mutina in tit. de inſtr. edi. §. nunc dicendum. ſuper ver. quid ſi producens. ¶†Confirmo, & quintò per id, qnod dicimus, ꝙ ſi reperitur ſententia, quæ fit lata de antiquo, licèt non appareant aliqua acta præceſſiſſe, tamen talis ſententia, in qua enuntiatiuè dicitur, viſo libello, viſa litis conteſt. & viſa probatione &c. propter antiquitatem probat acta præceſſiſſe. ita probat tex. in c. bonæ memoriæ. el primo. de elect. firmat. D. Anto. in c. in præſentia. de renunt. Bar. in d. l. admonendi. in 12. colu. vbi dixi. Bal. in l. emancipatione. C. de fide inſtru. facit, quod vult Bal. in c. 1. in fi. ſi de feu. defun. conten. ſit inter domin. & agna. ¶Sed circa iſta occurrit neceſſarium & vtile dubium, in quo habui ſæpe conſulere, quando dicatur eſſe de antiquo, [b] & in hoc D. Ant. in c. veniens. primo. de teſti. & in c. quid per nouale. de verb. ſig. tenet mirabiliter, quòd elapſis. 40. annis dicimus eſſe in antiquis. idem tenet Gemin. in c. 1. de reſcrip. in 6. ſequitur Alex. in conſi. 4. in 2. vol. incip. Videtur in Spec. in 9. colum. vbi firmat hoc de 40. ann. tamen ſubdit, vel relinquitur arbitrio iudicis, & adducit verba Cyn. & Bar. in l. ſi quidem. C. ſol. mat. idem tenet Alex. in conſi. 187. in 2. vol. in ci. In cauſa, & lite. in 3. col. & conſi. 76. in 2. vol. incip. In cauſa vertente inter dictum Bal. Breuiter iſtis non obſtantibus teneas, & ita conſului, *& iſta eſt communis opi.* quod requiratur, ꝙ ſit lapſum tps centum annorum ad hoc, vt dicatur res eſſe in antiquis, [c] ita Panormit. & Imo. in dicto cap. veniens. Imo. in l. 2. §. idem Labeo. el primo. ff. de aqua plu. arcen. & eſt finalis concluſio Inn. licèt multas opi. referat in c. veniens. de verb. ſign. & quòd iſta ſit communis opi. atteſtatur Do. Alex. hic ſibi contrarius, qui iſtam tenet. Idem & plenius firmat Alex. vbi dicit, quòd iſtud communiter tenetur in conſi. inci. Viſo ſummario. in 5. col. ꝙ non reperitur. & in conſi. 45. in 4. volu. incip. Viſo themate ſupraſcripto, & his quæ copioſè. in 3. col. in fi. & in conſi. 12. in 4. vol. incip. Viſo proceſſu iuxta probabilem conſuetudinem. ad fi. & in conſil. 75. in 4. volu. incip. viſis & ponderatis in themate. in 2. & in 3. col. in duobus locis. quando autem dicatur exẽplatio inſtrumenti eſſe de antiquo, †item & quando ſententia dicatur de antiquo, vide multum ſubtiliter, & eleganter Fran. de Are. in conſi. 26. incip. Caſus talis eſt, præſupponitur in facto. 2. col. per totum.

ADDITIONES.

[a] ¶De antiquo. Adde Cy. & Bar. in l. ſi quidem. C. ſol. mat. Bal. in Authent. quas actiones. ad fi. C. de ſacroſ. eccl. Inn. in c. veniens. el 1. de teſti.

[b] ¶Eſſe de antiquo. Adde Lud. Rom. in l. ſciendum. in 26. col. de verb. obli. Spec. tit. de proba. in §. 1. ver. & adde, quòd præſcr. Ant. de But. in c. quoniam contra. de proba. in 27. col. per Alex. in conſi. 4. 2. vol.
¶Limitatio de antiquis. Plenè Soc. conſi. 86. aliàs 166. in cauſa communitatis &c. in 1. concluſione. Are. conſi. 15. reueren. 1. dub. Dec. 162. Barb. lib. 2. conſi. 18. col. 18. cum ſeq. Dec. conſi. 92. PVRPV.

[c] ¶Antiquis. Adde Tiraq. da conſue. picta. dè præſcri. §. 1. in præfa. de iure primoge. nũ. 107. Aym. de antiq. temp. par. 1. nu. 2. PANCIR.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus nunquam tenetur facere inuentarium.*
2 *Minor, mulier, & ruſticus adeuntes ſine innentario, an teneantur vltra vires hereditarias.*
3 *Quæ forma ſit ſeruanda in confectione inuentarij.*
4 *In confectione inuentarij ſufficit vna citatio creditorũ, & legatariorũ.*
5 *Quando teſtes deponunt ſuper homicidio ad conuincendum negligentiã ſyndici, qui non denuntiauit maleficium, non eſt neceſſe, ꝙ teſtes cognoſcant neque interfectorem, neque interfectum.*
6 *An hæres, qui non conficit inuentarium, perdat detractionem falcidiæ de legatis.*
7 *Hæc verba, puto hæreditatem repuendam, vel mihi non expedire cum lapſu trium menſium, an inducant repudiationem.*

LEX XXII.

SCimus iam. Iſta lex tota communi diuiſione Bart. & aliorũ diuiditur in 5. partes. Ad euidentiam, & introductionem præmitte ex mente Bal. & Pau. hic de iure Digeſtorum, & C. ante iſtam. l. hęres adeũdo [a] hęreditatem tenebatur ſatisfacere omnibus creditoribus hæreditarijs & dato, quòd in hæreditate parum, vel nihil eſſet, tamen tenebatur hęres de ſuo proprio ſatisfacere. ratio eſt ſecundum doc. Bald. & Ang. & Moder. in Rubr. ff. de acquir. hære. quia hæres adeundo ſubrogatur in omnibus loco defuncti, & cenſetur eadem perſona cum defuncto, in Auth. de iureiu. à mo. præſti. in prin. gl. in l. cùm à matre. ſupra de rei vendi. ſicut ergo defunctus ſi viuerèt, eſſet obligatus omnibus ſuis creditoribus, & licèt non eſſet ſoluendo, poſſet poni in carceribus, ita eodem modo hæres repræſentans eius perſonam, tenetur creditoribus inſolidũ de ſuo proprio: legatarijs autem non tenetur hęres vltra vires hæredita. l. ſi vniuerſę. j̃. de leg. ratio eſt, quia ſi defunctus viueret, non teneretur, ita nec hæres. Sed aduerte, quia licèt defunctus non teneretur in aliquo ad legata, obligatio tamen incipit in perſona hæredis mediante aditione, ſed iſta obligatio limitatur quatenus ſunt vires hæreditatis, & hoc debet ſufficere legatarijs, cùm tractetur de lucro. l. fi. ante fin. j̃. de cod. quia ergo imminebat maximum periculum hęredib. adeuntibus aliorum hęreditates, ne inuoluerent onerib. hęreditarijs, ideo iura fforum. & C. quæ pręcedunt, dabant conſilium hæredib. ne præcipitanter adirent, ſed prius ſe informarent de virib. hæred. & ita declarant tot. tit. ff. de iure delib. & l. ſi curatoris. s̃. eo. & poſteaquam deliberauerant, quòd adirent: ſed iſtud conſilium legis antiquę non erat ſufficiens, quia ſæpè creditores hę reditarij nihil petebant, donec hæres adiuiſſet, & ſic dato, ꝙ hęres in tempore ad deliberandum inueſtigaſſet, poſtea tamen qñ adiuerat, cõfluebant creditores, & ſic apparebat magnum æs alienum, & ſic hæres repiebatur deceptus ſub conſilio legis, ideo diuus Pius Imperator fecit conſtitutionem, qua prouidit hęredi, qui cum deliberatione adiuerat, ne teneretur vltra vires hęreditarias, quando poſtea emergebat magnum ęs alienum, de quo prius notitiam non habuerat, & de iſta conſtitutione facit tex. iſte in princ. mentionem. Item Imperator Gordia. aliam conſtitutionem fecit, in qua ſolùm prouidit militibus adeuntibus hęreditatem, vt non teneantur vltra vires hęreditarias, ſed quia iſtę prouiſiones nõ erant gñales, ideoq; Imperator fecit hanc generalẽ legem valde vtilem, cuius forma ſeruata quicunque hæres poteſt intrepidè adire hæreditatem, taliter ꝙ non tenebitur vltra vires hæreditarias. ſ. ꝙ prius faciat fieri inuentarium de omnib. bonis defuncti ſm formã traditam in §. 1. huius legis. An autem illa conſtitutio Gordiani, de qua in princ. huius legis priuilegians milites, [b] vt qualitercunq; adeant non teneantur vltra vires hereditarias, an hodie ſit correcta. licèt Bald. hic in 1. q. ponat, quia tamen habes tex. gl. & Bar. in §. fi. j̃. ca. l. ibi dicam. vbi etiam ponit Bar. de pſonis eccleſiaſticis adeuntibus ſine inuentario. de quo Bal. hic in 5. q. tangit. ¶†Dicit etiam Bal. hic in 4. q. quòd fiſcus [c] non tenetur vnquam facere inuentarium, ſiue occupet bona vacantia defuncti, quia alium hęredem non habeat, quo caſu vltimo loco fiſcus eſt hęres, vt dicit gl. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. ſiue capiat bona ex delicto alicuius, tunc etiam non confecto inuẽtario nunquam tenetur vltra vires hęreditarias, ſequitur Pau. hic. tenet Bar. in l. 1. §. an bona. per illum tex. ff. de iure fiſc. & in Auth. ſed cùm teſtator. circa fi. j̃. ad l. Fal. expreſsè Cy. in l. 3. in fi. C. ad l. Iul. de vi. Angel. in §. & ſi præfatam. in 1. colum. j̃. ca. l. *& iſta eſt communis ſententia* Doc. Sed tu in contrar. um pondera tex. in §. pen. in Auth. de hęr. & fal. dum dicit, ꝙ illa conſtitutio de non conficientib. inuentarium, vt teneantur inſolidum, habeat locum in omni perſona, & ſubdit rationem, namque omnibus hominib. &c. nam appellatione hominis cum illa vniuerſalitate omnib. ẽt venit fiſcus. glo. eſt in l. eos. circa medium, in verbo vſurarum. iuncto tex. in verbo homines. C. de vſur. & ibi ad hoc ponderat Bal. in 2. col. verſ. 3. no. facit etiam idem

ADDITIONES.

[a] ¶Hæres adeundo. Ceſſionarius, ſeu emptor hæreditatis non poteſt facere inuentarium, quia eſt beneficium perſonale. Cald. conſi. 18. pro parte hoſpitalis. in fi. & an teſtator poſſit remittere, Dec. conſi. 408. viſa, & lecta. 4. dub.

[b] ¶Milites. Adde Doc. in §. fi. in Auth. de hære. & falc. Bar. in conſi. inci. Martinus fecit hæredem vxorem.

[c] ¶Quod fiſcus. Adde Bar. in l. 1. §. an bona. ff. de iure fiſ. Vide Are. in rubr. ff. de acq. hær. & de clericis, vt teneantur, Anch. in c. 1. de conſti. in 1. q. prin. Bar. in repe. rub. ſupra qui admit. col. 6. & lib. 1. conſi. 28. Ang. in §. extraneis. inſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. PVRPV.

Source : BIU Cujas

idem tex. in d. §. pen. ibi, ſiue imperiali, vbi dicit tex. q̃ etiam ſi Imperator adiret ſine inuentario, teneretur vltra vires hæred. confirmatur etiam, quia nunquam præſumitur ſpeciale in fiſco potius quàm in alijs, niſi quatenus ſpecialiter ſit determinatum. l. item veniunt. §. petitam. ff. de peti. hær. gl. in l. 1. in verbo pertinet. C. de peti. hær. Breuiter puto diſtinguendum, aut Princeps, vel fiſcus ſuccedit, eo quia ſit inſtitutus, vel q̃a Princeps ſit proximior agnatus, & tunc non confecto inuentario tenetur vltra vires hęre. d. §. penul. in verbo ſiue imperiali, quia tunc venit tanquam priuatus, aliàs ſecus, & ita loquuntur di-
2 ctę authoritates. ſic no. Bar. in rub. ff. de acq. hęr. in j. q. ¶†Quid
a autem ſit in minore, muliere, & ruſtico [a] adeuntibus ſine inuentario, dic q̃ etiam ipſi tenerentur vltra vires hære. cùm iſta ſint inducta ad rigorem ſeruandum, & ſic mulierem, & ruſticum non excuſat. l. iuris ignorantiam. ſ. qui admi. dic vt hic p̃ Bal. in 2. & 3. q. & per Bar. in conſi. 154. incip. Maritus fecit hæredem vxo. vbi multa dicit. ¶In ver. cum igitur hæreditas. hic ponitur ſecunda pars, quæ durat vſque ad §. & ſi præfatam. & habet tres partes, prout ponit tres caſus, vt patet in tex. Certus de virib. hære. debet adire, vel repudiare, prout libet. dubius autem, ſi vult eſſe ſecurus, ne damna hęreditaria ſuſtineat, debet facere confici inuentarium intra tempus, & ſecundum formam hic traditam. hoc dicit, & quia iſte text. ponit formam inuentarij, in qua notarij errant, ideo conſidera, quod in hoc
3 tex. †nouem requiruntur ſecundum ordinem tex. ¶ Primò, q̃
b inuentarium [b] inchoetur intra triginta dies. an autem iſti. 30. dies incipiant currere, quam primum hæres ſciuit hęreditatẽ ad ſe ſpectare, an tempore aditæ hæreditatis, eſt magnum dubium, quod ponit gl. hic in verbo delatam, vbi dicam, & non diceretur inchoatum intra 30. dies ex hoc ſolo, q̃ hæres vocaſſet notarium, & teſtes, & in princ. in charta poſuiſſet ſignũ crucis, ſecundum Bal. hic, in 4. colu. & Pau. & quid ſi inuentarium non eſſet inchoatum intra 30. dies, vt requirit tex. hic, tamen eſſet inchoatum, & perfectũ intra alios triginta? tangunt Bal. & Pau. hic, ſed dicam in §. ſin verò poſtquam. vbi Cy. j. ea. l. ¶ Secundò requiritur, quòd innentarium perficiatur intra 60. dies, quando res ſunt in eodem loco, & ſic in effectu ſunt tres menſes ad inchoandum, & perficiendum inuentariũ. An ergo iudex ex cauſa poſſet hoc tempus abbreuiare, vel prorogare, licèt videatur, quòd ſic, quia dilationes legales poteſt iudex ex cauſa abbreuiare, & prorogare, ſecundum Bar. & alios in l. 2. ff. de re iud. tamen contrarium tenet Bal. hic in 4. col. poſt Nic. & Odof. per tex. in §. donec. j. ea. l. & quia illa regula procedit in actu per iudicem expediendo. ¶ Tertiò requiritur, q̃ in inuentario deſcribantur omnes res mobiles, & immobiles teſtatoris: quid ergo ſi omitterentur vna, vel duę res, an vitiaretur in totum inuentarium, ita vt creditoribus hęreditarijs hę res teneatur in totum? in hoc Doctor. multum variant. & licèt Bald. Saly. & Pau. ponant hic, dicam in §. licentiam. j. ea. l. vbi Barto. & an in inuentario debeant deſcribi res alienæ, puta res depoſitæ penes teſtatorem, vel commodatæ? dic q̃ ſic, ſecundum Bal. hic in 6. colu. & Paul. quia poteſt agere, & conueniri petitione hæreditatis ad tales res. l. non tantum. in princi. ff. de peti. hær. & ſi perfecto inuentario aliæ res deuenerint ad notitiam hęredis, debet de nouo facere addi inuentario. Ideo cautela eſt, q̃ hęres faciat poni proteſtationem, q̃ in inuentario fecit deſcribi omnes res, quas ſciuit eſſe defuncti, q̃ ſi aliæ deuenerint, q̃ faciet addi in inuentario, ſecundum Bal. hic in 2. col. in ver. pone, q̃ hæres. & Ang. in l. 1. §. hęc ſtipulatio in fi. ff. ſi cui pluſquam per l. fal. fructus tamen, & acceſſiones etiam percepti ante aditam hęreditatem, non debẽt poni in inuentario, q̃a ſatis eſt, quòd in libro rationum ſcribant̃, vt probat iſte tex. in ver. ſuper his reb. quas defunctus mortis tempore habebat, ſm Ang. & ſequitur Alex. hic, licèt contrarium teneat Ang. in d. §. hæc ſtipulatio. ad fi. ¶ Quartò requiritur, q̃ inuentariũ ſcribatur manu publici notarij, & licèt text. hic dicat ſub præſentia tabellionum, & ſic videatur plures notarios requirere, per regulam. l. vbi numerus. ff. de teſti. tamen gl. & Doc. hic tenent, q̃ ſufficit vnus notarius. Et licèt in teſtõ quo ad eius validitatem, nõ dico quo ad probationem, non ſit dña, an ſit ſcriptũ manu publici notarij, an priuati hoĩs, vt dixi in l. publicati. ſ. de teſta. tamen hic pro forma requiritur, q̃ inuentarium ſcribatur manu publici notarij, aliàs non valeret, adeo quòd dicit Bal. hic in pe. col. in prin. in ver. ſed audi nouam quæſtionem, quòd eſt ſua deciſio noua, q̃ etiam ſi defunctus dum viueret, ſua propria manu ſcripſiſſet omnes res ſuas in inuentario, non ſufficeret hęre. & ſequitur Pau. hic reputans eſſe pulchrum caſum, & dicit, q̃ de facili, quiſque p̃rium dixiſſet, maximè quãdo defunctus per paucos dies ante mortem ſuam feciſſet inuentarium, q̃ bene no. ¶ Quintò requiritur, q̃ creditores hæreditarij ſint citati ad videndum fieri inuentarium certo die, & loco, & tpe, ita probat iſte tex. in verbo cæterorum. iuncta gl. ſuper illo verbo, quàm Doc. multum no. quia quatenus leges diſponunt, q̃ legatarij ſint citandi. §. ſi verò abſunt. in Authẽt. de hęre. & falc. tamen non reperitur tex. qui dicat, q̃ creditores ſint citandi, ſed bene dicit gl. hic, & in §. ſancimus, in verbo fideicom. in Auth. de hęre. & fal. & ſuadetur ratione, quia ſi citandi ſunt legatarij, qui tractant de lucro, multomagis creditores, qui de damno tractant, & idem tenet Bal. hic in 4. col. & in 4. & 5. q. & ſi creditores, & legatarij ſunt certi, debet vnuſquiſque eorum citari ſpecialiter, aliàs ſufficit generalis citatio per proclama. l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig. ſecundum Bar. Bal. & Saly. & Mod. hic, & Bal. in Auth. ſed cũ teſtator. in 4. colum. j. ad l. fal. & Ang. in d. l. ſi eo tempore, licèt contrarium, q̃ imò generalis citatio ſemper ſufficiat, teneat Bar. & non bene in d. l. ſi eo tempore. & plenius in d. conſi. 154. Maritus fecit hæredem Nota tamen diligenter, q̃ id, quod dixi ſufficere generalem citationem, quando aduerſarius non eſt certus. d. l. ſi eo tempore, intellige verum, niſi de facili poſſet certificari, ita ſolenniter Pet. de Anch. & Gemi. in ciſi. in fi. de elec. in 6. vbi per hoc inferunt, quòd tenuta data per iudicem non citato ſpecialiter detentore, ſemper eſt ipſo iure nulla, quia de facili poteſt inueſtigari, quis ſit detentor, quod bene no. pro licentijs de ingrediendo poſſeſſionem, quas iudices faciunt, & ante eos idem tenet Bar. in conſi. incip. Miſſus in poſſeſſionem. & Bal. in l. ſi. in 3. col. C. de edic. diu. Adr. tollen. & Pet. de Anch. in conſi. 270 incip. In primo dubio quæritur. & in conſi. 292. incip. Vi-
4 deretur prima facie. & Alex. in multis conſilijs. ¶†Item adde, quòd in tali confectione inuentarij ſufficit vna citatio creditorum, & legatariorum, ſecundum Bal. hic in 6. col. per not. p̃ glo. in clem. 1. de hęret. & ſi aliqui creditorũ ſint citati, aliquĩ non, valet inuentarium quo ad citatos, non quo ad alios, ſecũdum Bal. hic in 4. col. ¶ Sexto requiritur, q̃ hęres ſe ſubſcribat in inuentario, & eius ſubſcriptio ſecundum Bart. hic debet eſſe, q̃ omnia legaliter fecerit ſine dolo, de quo ponit Bar. hic in pen. colum. & ſi. & caſu quo hęres neſciret ſubſcribere, debet adhiberi pro eo alius notarius vltra notarium aſſumptũ pro ſcriptura inuentarij, vt habes in tex. & tenet Bal. hic in 4. colu. poſt Odoff. quòd hęres poſſet illam ſubſcriptionem facere fieri per procuratorem ſpecialem, maximè quando ipſe neſcit ſcribere, mouetur per hunc tex. in fin. vbi datur facultas hęredi conficiendi totum inuentarium per procuratorem, ergo multomagis ſubſcribendi, ſed errat Bal. quia tex. iſte in fi. loqtur, quando res hęreditarię ſunt abſentes, & in partibus remotis, tunc bene poteſt per procuratorem, ergo in contrariũ probat tex. quando res ſunt prę̃ſentes, & ita Pau. hic. ¶ Septimò requiritur, quòd in principio inuentarij ponatur ſignum crucis, tamen aduerte, quòd eius omiſſio tanquam leuis ſolennitas non vitiat inuentarium, ſecundum Cy. hic in 2. q. Bart. Bal.
✻ Ang. *& communiter Mod. hic*, cum concor. vt hic per Alexan. & quod iſta ſit leuis ſolennitas, patet ex his, quę dixi in l. hac conſultiſſima. ſ. qui teſta. fac. poſ. & ita teneas, & licèt contrarium, & malè teneant Salyce. & Fulg. hic. tu etiam conſidera, q̃ text. iſte videtur velle, q̃ tunc debeat apponi ſignum crucis, quando hęres neſcit ſcribere, & ſic loco ſubſcri. ponitur. ita intelligunt Cy. & Fulg. hic, & Spe. in tit. de inſtr. edi. §. fi. verſi. in huius. & prima fronte ita videtur ſonare litera. contrarium tamẽ eſt de mente Bar. Bal. & Ang. hic, & expreſsè Pau. & Alexan. hic, & ad iſtum tex. in verbo venerabili ſigno &c. dic, quòd iſta verba debent conſtrui cum ſequen. vt patet intuenti rectè. ¶ Octa
c uò requiritur prę̃ſentia teſtium, [c] & not. diligenter, & bene ſigna, quia Bar. plus dicit, nec inuenio ab alio tactum, quòd nõ ſufficit teſtes eſſe prę̃ſentes ad videndum ſcribi inuentarium, ſed etiam debent res hæreditarię offerri inſpiciendę in præſen
tia

ADDITIONES.

a ¶Minore, muliere, & ruſtico. Reſtituitur tamẽ minor. gl. in l. auxilium. de mĩ. & Balb. in trac. præſcr. 6. parte. col. 16. ver. 2. fallit. PVRPV.

b ¶Quod inuentarium. Adde Spe. tit. de inſtr. edi. in §. fi.
¶Adde Pan. lib. 2. conſi. 73. circa prin. 12. dub. vide Bertac. in ver. inuentariũ. Gui. in trac. de forma inuentarij. Ang. in l. 1. §. ſtipulatio. ff. ſi plus, quàm per l. fal. & in §. ſi verò non fecerint. de hære. & fal. Bal. lib. 3. conſi. 365. inuentarium hæredis multa requirit. & lib. 4. conſi. 147. inuentarium hæredis ſcrupuloſa res eſt. Angel. in §. extraneis. de hæred. quali. & diffe. Limita non procedere quo ad illud, quod fit pro intereſſe fideicom. pendente conditione. Alex. in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad leg. falc. col. 8. de quo vide Galiau. in l. centurio. ff. de vulg. Vide Rolandinum ruper impreſſ. fol. 88. Ang. conſ. 183. Bert. Abb. lib. 2. conſil. 23. & de ſupplemento defectus vide Brun. in tract. de forma inuenta. char. 6. ver. 27. PVRPV.

c ¶Teſtium. Adde Bal. in Auth. ſed cum teſtator. in fi. C. ad l. fal.
¶Et quod tales teſtes debent eſſe idonei, & non pauperes, gl. in §. ſi vero abſunt. de hære. & fal. per illum tex. in ver. ſubſtantiam. Dec. in Auth. præterea. col. 10. C. vnde vir & vxor. PVRPV.

Source : BIU Cujas

tia teſtium, vt magis conſtet de legalitate hæredis, & licèt glo. hic in verbo cæterorum. dicat, quòd requiruntur tres teſtes, dic ꝙ duo ſufficiunt. per regulam. l. vbi numerus. ff. de teſti. verum eſt, ꝙ quando creditores, & legatarij eſſent abſentes, tunc vltra duos teſtes debent loco legatariorum, & creditorũ adhiberi tres alij teſtes bonæ opi. & famæ, iurib. in gl. alleg. ſecundũ
a Doc. hic. ¶ Nonò requiritur, quòd teſtes cognoſcant [a] hæredem, & in hoc eſt ſpeciale in inuentario, in alijs autem inſtrumentis, quando teſtes adhibentur, non requiritur, quòd aliter cognoſcant partes, vt. hic in gl. in verbo cognoſcant. & eſt gl. notabilior in c. cùm cauſam, quæ inter Archiep̃m. in verbo de cauſis. de teſti. gl. & Doc. in l. 3. §. 1. ff. de teſti. & plenè Io. And. in addi. Spe. in tit. de teſte. §. 1. in addi. incip. quid voluit. Bal. in l. executorem. in 4. & 5. col. C. de execu. rei iud. & in rubr. C. de fide inſtr. in 6. col. vbi ponit de ipſo notario, an debeat cognoſcere contrahentes, & res, de quib. fit inſtrumentum, ꝙ etiam tangit Io. And. vbi ſupra in tit. de inſtr. edi. ſuper rubr. & dicit
5 Bal. in l. ſolam. in 5. col. C. de teſti. † quòd quando teſtes deponunt ſuper homicidio, ad conuincendum negligentiam ſyndici, qui non denuntiauit maleficium, non eſt neceſſe, quod teſtes cognoſcant neque interfectorem, neque interfectum, ſatis eſt, ꝙ ſciant vnum hominem eſſe occiſum, alleg. glo. ſingularem. 2. q. 8. ver. libellorum. in c. fi. quam gl. etiam reputat ſingul. Flo. in l. ob carmen. §. fi. in fi. ff. de teſti. & ibi per illam gloſſ. vult, ꝙ non ſit neceſſe teſtem deponentem ſuper homicidio, vel vulnere cognoſcere interfectum, vel vulneratum, ſed ſuffi cit, ꝙ cognoſcat, ꝙ ſit corpus hominis, ècontra autem nõ eſt neceſſe, ꝙ aliqua ex partibus agnoſcãt teſtes, qui producũtur, ſecundum Spec. in titu. de teſti. §. 1. ver. item opponitur exceptio. Subdit etiam ad propoſitum Bal. hic in pen. col. in princ. quòd ſi teſtes adhibiti ad inuentarium ſint vicini, præſumitur quòd cognoſcant ipſum hæredem, per no. in l. 1. ff. ſi cer. peta. Ex iſtis nouem ſupra relatis, & requiſitis in tex. liquet, qualis debeat eſſe forma inuentarij, quam formam ponunt Barto. & Bal. hic, plenius Bar. in d. conſi. 154. maritus fecit hæredem. vbi plura ſcribit, quàm hic, circa materiam inuentarij formam ẽt ponit Spe. in titu. de inſtr. edi. §. fi. ver. nunc dicamus de inuentario hæredis, vſque ad fin. Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. fal. ¶ Sed licèt prædicta de iure requirantur, ta
b men de conſuetudine in confectione inuentarij [b] non ſeruantur tot ſolennitates, aliàs vix poſſet fieri inuẽtarium, ideo ſufficit inuentarium fieri ſecundum conſuetudinem notariorũ in loco, quo fit. ita notabiliter Bald. in princ. huius legis in vltimis verbis, quem ſequitur Pau. hic in 3. col. quod not. & ſi eſſent plures hæredes, requirerentur plura inuentaria, niſi omnes vni committerent, vt probat tex. in verbo, ſiue ex aſſe. ſecundum Cy. Alber. & Saly. hic. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de inſtru. edi. §. fi. ver. in huius. in addi. incip. ſic habet. ¶ Gl. in verbo creditoribus, diuiditur in tres, prout tres videtur ponere opin.
6 quæſtio gl. eſt, † nunquid hæres, qui non conficit inuentarium, perdat detractionem fal. de legatis, in quo ex mente glo. conſi dera tria tempora, nam de iure antiquo fforum non perdebat falcidiam. tempore autem huius legis ſecundum gloſſ. & Pau. diſtinguitur, aut hæres petijt dilationem ad faciendum inuentarium, & poſtea non fecit, & tunc priuatur falcidia, aliàs ſe-
* cus. *tu dic contra gl. cum qua omnes hic tranſeunt, quod* imò tempo re huius legis, ſi hæres non faciebat inuentarium, perdebat fal. per tex. in §. ſin vero poſtquam. infra eadem. l. quem tex. ibi ita ſummant Bar. & Pau. & Alex. ſed ibi quo ad intellectum illius tex. aliter dicam, & ita etiam tenet Pau. in §. pe. j̃. eadem. l. & ad hanc contrarietatem nemo aduertit. tertium tempus eſt ſecũ dum iura Authenticorum. ſ. ſecundum Authẽ. ſed cum teſtator. j̃. ad l. fal. & iſto iure nouo non perditur falc. Adde, quòd eodem modo propter non factum inuentarium filius hæres non perdit legitimam, glo. Bar. & alij in Auth. hoc amplius. j̃. de fideicom. & in d. Auth. ſed cùm teſtator. gl. & Docto. in c. ſi hæredes. de teſt. glo. in §. pe. j̃. ead. l. vbi dicam. ¶ Gloſſ. in verbo trium menſium, licèt tota continuatiuè procedat, tamen ſoluit duo diuerſa contraria. Primum clarum eſt. Secundum autem contrarium gloſſ. eſt, quia quomodo hæres debet excludi per lapſum trium menſium, cùm hæreditas poſſit adiri vſque ad 30. annos. l. licèt ſ̃. eodem? glo. licèt obſcurè, conſiderat pro reſponſione tres caſus. Aliquando enim hæres vult adire, & iſta facultas durat perpetuò. Aliquando repudiat expreſsè, & hic eſt caſus clarus. Aliquando neque adit, neque repudiat, ſed dicit, ꝙ credit hæreditatem eſſe reſpuendam, tunc proce-
7 dat hic tex. † Ex qua gl. no. Bar. iuncto tex. quòd iſta verba puto hæreditatem reſpuendam, vel mihi non expedire, cùm lapſu trium menſium, inducunt repudiationem, & malè dicit Bar. & malè tex. probat, vt expediui in l. qui ſe patris. ſuper gl. mag. ſ̃. vnde lib. dic vt hic in gl. in verbo delatam, ſupplendo ad tex. q̃ tenet, ꝙ tẽpus triginta dierum præfixũ à. l. ad inchoationem inuentarij, non incipit currere, niſi poſtquam hæres
* adiuerit, & cum iſta ſuppletione *gl. magis communiter tenent Doc. hic*, cum limitatione tamen Bart. niſi hæres malitiosè differret adire, per tex. ſing. ſecundum Barto. in l. ſtatuliberos. la prima. §. ſi quis hære. ff. de ſtatuliber. adde tex. in l. ſi hæreditas. in prin. eodem titulo. mihi tamen non videntur iſti text. probare, qui loquuntur in actu manumittendi ſeruos hæreditarios, qui actus non poteſt expediri niſi ab eo, qui iam hæres ſit, ſed in propoſito noſtro inuentarium poteſt fieri etiam ab eo, qui non ſit hæres, tamen pro limitatione Barto. facit l. in diem. in princ. & ibi no. Bar. ff. de condi. indeb & ita etiam tenet Ludo. in conſilio 92. incip. Circa id, quod quæritur, an validum ſit inuentarium, &c. Iaſon Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶ Quod teſtes cognoſcant. Adde Bal. in rub. C. de fide inſtru.
¶ Et tamen non requiritur, ꝙ cognouerint defunctum, vel ſe ſubſcribant, Pau. de Caſt. conſi. 325. non multum videtur. PVRPV.

b ¶ Inuentarij. Cæue tamen, quòd talis inſcriptio non probatur ex viſu multorum inuentariorum Abb. conſi. 73. in q. vertente inter D. Flo. lib. 2. Rom. in c. fi. de conſue. in 6. q. Et quod probauit Bal. lib. 3 conſi. 63. in confectione inuentarij vide Guid. Pap. conſi. 42. in forma generali. Ang. hic, & Bal. libro 4. conſi. 147. inuentaria hæredis ſcrupuloſa. Abb. conſi. 78. circa princi. 2. dub. 2. lib.

SVMMARIVM.

1 *Hæres confecto inuentario non tenetur vltra vires hæreditarias, limita vt infra nu. 2.*

3 *An ſuccedens de iure prætorio tantum teneatur etiam conficere inuentarium.*

§. Et ſi præfatam. Habet quatuor partes ſecundum Bar. & alios iſte. §. Hæres, qui ſolenniter inuentarium fecit, nõ tenetur vltra vires hæred. & beneficio falcidiæ vtitur, & poteſt ſatisfacere creditoribus, & legatarijs, qui primò venerint, de pecunia, vel de rebus hæreditarijs, ſeruantur tamen creditoribus priorib. contra poſteriores, & contra legatarios opportuna remedia, ſed contra hæredem, vel eum qui ab eo emit, non datur regreſſus, hoc dicit vſque ad §. in computatione. in §. præcedenti Imperator poſuit formam inuentarij conficiendi, in qua vt ibi dixi, nouem requiruntur. In præſenti. §. Imperator declarat effectũ inuentarij confecti, & ſi conſideras iſte tex. enumerat quinque
1 vtilitates, quæ reſultant ex confectione inuentarij. † Prima vtilitas eſt, quòd licèt de iure fforum, & C. ante hanc. l. hæres tenetur creditoribus hæreditarijs inſolidum vltra vires hæreditarias. l. ſi te bonis. ſupra eodem. l. quæ doris. ff. ſoluto matrimon. tamen confecto inuentario per hanc. l. non tenetur vltra vires hæreditarias, ſed ſi inuentarium non fecit, nedum tenebitur creditoribus inſolidum, ſicut olim, imo & legatarijs inſolidũ, quod olim non erat. §. ſi verò non fecerint. in Authent. de hæred. & falc. vnde ſumitur Authen. ſed cùm teſtator. infra ad l. falc. ¶ Secunda vtilitas eſt, quia poteſt falci. detrahere de legatis, tamen eam etiam olim detrahebat. ¶ Tertia vtilitas eſt magna, quia poteſt hæres ſatisfacere vnicuique vel creditori, vel legatario primo venienti, donec ſupereſt de bonis hæred. nec alij poſtea venientes poſſunt hæredem moleſtare, de iure autem fforum aliud erat, quia hæres ſoluens primo venienti, cui erant anteriores creditores, fuiſſet hæres obligatus, niſi ſatisdationem ab illo recepiſſet, per l. dolo. ff. ad l. falc. ¶ Quarta vtili-
a tas [a] eſt, quia hæres facto inuentario poteſt creditoribus inuitis tñ dare de bonis hære. in ſolutum, quando pecunia non eſt in hæreditate, etiam ſi inueniat emptores talium rerum, quando illi nolunt emere, niſi hæres ſe obliget de euictione, & ſic eſt caſus ſpecialis, in quo aliud pro alio inuito creditore ſoluitur. contra regulam. l. 2. ff. ſi cert. peta. & pro hoc potes fortius inferre vnum nouum, ꝙ fortè tactum in ſpecie non inuenies, quòd qui fecit inuentarium, poteſt creditori inuito aſſignare

tot

ADDITIO.

a ¶ Quarta vtilitas. Adde Ang. trac. teſta. gl. 112. uer. quæro quas vtilitates. nu. 9. & Franc. Porcel. trac. inuentar. q. 7. nu. 3. vbi ponunt hanc, & aliàs vtilit. ſed limita hoc procedere, vbi hæreditas non eſſet ſoluendo. l. ſi pecunia. vbi Bal. de lega. 2. & pondera hunc tex. qui hoc beneficium ſoluendi in corporib. tantum contulit hæredi in odium legatariorum, non autem creditorum, vt in ver. ſed & ſi legatarij. maximè iuncto principio, vbi mandat ſatisfieri creditoribus inquantum res valent. BELLOT.

Source : BIU Cujas

* contractu defuncti, ſed ex. l. diſpoſitione, ergo videtur, * quod aditione ita confundatur, & tollatur ſicut alia credita. itẽ hoc
2 non ſatisfacit. cogita de ſolutione, quia vix inuenies. ¶† Tertiò noto in verſ. non intra datum tempus recuſauerit hæreditatẽ. hic eſſe tex. notab. ſecundum Sal. & Alex. hic, & plenius Sal. in §. ſinautem dubius. ſ. ea. l. ꝙ per confectionem inuentarij quis non dicitur adire hæreditatem, & ratio eſt, quia eſt tale quid, quod poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis, quia etiam, qui non ſunt hæredes, faciunt fieri iuuentarium. licèt contrarium, & bene teneat Cy. in §. ſin verò poſtquam. per illum text. qui
4 nil facit ſ. ea l. ¶† Quartò no. in verſi. quòd ſi poſt deliberationem. hic eſſe text. ſingularem ſecundum Ful. & Alex. hic, quòd
5 hæres, qui petit tempus ad deliberandum, interim debet habere res hæredi. penes ſe. † Quintò not. in verſi. fi. ꝙ milites nedum ex cõſtitutione Gordiani relata in prin. hujus l. ſed etiam ex conſtitutione præſentis legis habent beneficium, vt licèt adeant hæreditatem non facto inuentario, tamen non tenentur vnquam vltra vires hæreditarias, quod hodie eſt correctũ
6 per §. fi. in Auth. de hære. & fal. in gl. allegatum. † Verùm quia
a bonum eſt arg. [a] à milite ſeculari ad militem cæleſtis militiæ, & ſic ad perſonas eccleſiaſticas, gloſ. & Doctor. in l. miles. in prin. ff. de re iud. Pulchrum eſſet videre, quid in perſonis eccle-
b ſiaſticis, [b] Bart. dicit ſe dicturum in Auth. ſed cùm teſtator. j. ad l. falc. ſed nihil dicit. Sed in 1 rep. l. 1. in 4. quæſtio. quartæ partis prin. C. de ſac. ſan Eccl. diſtinguit, ꝙ ſi perſona eccleſiaſtica ſit inſtituta contemplatione religionis, nunquam tenetur vltra
* vires hæredita. licèt inuentarium nõ fecerit, aliàs ſecus. *Breuiter communis concluſio* eſt, ꝙ idem ſit in eccleſiaſtica perſona, quòd in militę, vt ſi inuentarium non fecerit, teneatur creditorib. in-
c ſolidum, ſed habeat reſtitutionem in integ. ſicut pupillus. [c] ita gl. & Doct. in c. 1. de teſta. Card. & Imo. in c. 1. de ſolu. Angel. & Alex. hic, vbi latè per eum cum concor. ſuis, & per Lud. plenè in rub. ff. de acqui. hære. ¶ Gl. in verb. recuſauerit. vitio ſcriptorum eſt malè ſituata, communiter habetur in prin. huius. §. & debet eſſe in verſi. & ſi non intra. opp. contra tex. & dupliciter ſoluit, & tenet ꝙ. l. quandiu inſtitutus. ff. de acquiren. hære. corrigatur per iſtam. & iſta eſt falſa notoriè. alia ſol. ꝙ in tempore dato ad deliberandum fuiſſet expreſſum, diuinat. ideo dic, vt reſpon. gl. in d. l. quandiu inſtitutus. quòd contumacia ſemper debet interpretari in deteriorẽ partem. ſi ergo terminus ſit datus hæredi ad deliberandum ad inſtantiam creditorum vel legatariũ, elapſo termino cenſetur adiuiſſe, quia eſt ſibi deterius, quod intellige, quando hæreditas eſt damnoſa, ita notab. limittat Bal. in l. 1. in 26. oppo. ſ. qui admit. ſi autem terminus ſit aſſignatus hæredi ad inſtantiam ſubſtituti, vel venientium ab inteſtato, tunc lapſo termino hæres cenſetur repudiaſſe, quia tunc iſta interpretatio eſt ei magis dãnoſa. Si autẽ terminus non ſit aſſignatus nec ad inſtantiam creditorum, nec ſubſtituti, ſed ipſe hæres motu proprio petijt tempus ad deliberandum, tunc propriè procedit iſte text. vt lapſo termino cenſeatur adiuiſſe, ſm Cy. & Mod. hic. intellige tamen q̃n ſtatutus eſt hr̃di integrè terminus, aliàs ſecus ſm Paul. & Alex. hic, Ang. in l. ſi quis ita hęres ſcriptus. ff. de acqu. hęr. Item intellige, niſi hæres intra modicũ tempus re integra morã purgaret, ſm Bal. Ang. & Imo. in d. l. ſi quis ita hæres ſcriptus. licèt contrariũ, & melius teneat idem Imol. in l. quandiu. vltima. ff. de acqui. hær. vt per Alex. qui alio modo limitat.

ADDITIONES.

* Ergo non videtur legendum.

a ¶Bonum eſt arg. Adde. l. ſancimus, & ibi Doct. C. de ſac. ſan. Eccl.

b ¶In pſonis eccleſiaſticis. Vide Ana. in c. in literis. de rapt. Tetigi in prin. huius. l. latè Pau. lib. 2. conſi. 73. circa prin. 2. dub. PVRPV.

c ¶Sicut pup. Pupillo currit ergo hoc caſu tps. vide Balb. in trac. præſcr. par. 6. col. 16. verſi. 2. fallit. Et quòd minor reſtituatur ad tpa, Alex. libr. 4. conſil. 1. col. 3. PVRPV.

De repudianda, & abſtinenda hæreditate. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Filius habitando domum paternam præſumitur adiuiſſe hær. patris, niſi probet, quòd ex alia cauſa habitauit.*

2 *Filius ſurripiendo vnam rem hære. beneficium abſtinendi perdit.*

3 *Si filius primò abſtimuit ab hære. patris, & poſteà emit omnes res hære. non ſimul, & ſemel, ſed diuerſis temporib. & titulis, an inducatur per hoc reuocatio abſtenſionis, & quid ſi non emit, ſed ſurripuit. nu. 4.*

LEX PRIMA.

SI paterna. Filius, qui abſtinuit ab hæreditate patris, licèt in domo ex aliqua cauſa iuſta moreſ, non tamen intelligitur ſuam abſtenſionem reuocaſſe, & qui poſt abſtenſionem res paternas bona fide emerit, ſimiliter non intelligitur ſuam abſtenſionẽ reuocaſſe. hoc dicit cum l. ſeq. Et pondera, ꝙ licèt in hac. l. 1. præſupponantur duo, tamen non puto, quod ambo ſint neceſſaria, quicquid teneat Cy. hic, illud. n. ꝙ filius primò abſtinuerit, non puto; quòd ſit neceſſarium quo ad myniſterium iuris, ſed punctus ſtat in eo,
1 an filius habitando domum patris dicatur adiuiſſe. † & no. ex
a hoc tex. ſm Bar. & alios, ꝙ filius habitãdo domum [a] paternã, præſumitur adiuiſſe hæreditatem patris, niſi probet, quòd ex alia cauſa habitauit, de quo plenius. Bart. in l. gerit. verſi. circa tertium principale. ff. de acqui. hęre. Bal. & Mod. in l. non hoc. ſ. vnde legi. Bal. in l. 1. C. ſi vt ſe ab hær. abſti. Hinc pondera hic videri text. ſ. illud, ꝙ not. Bal. in c. 1. in tit. an agna. vel ſi. in vſib. feu. vbi quærit, pone ꝙ fiat poſitio alicui, qualiter poſſedit res paternas, vel hæreditarias, iſte ſimpliciter reſpon. poſitioni confitendo, quòd poſſedit res paternas, vel hæreditarias, an per iſtã reſponſionem probetur eum adiuiſſe, concludit, quòd non, quia iſta reſponſio eſt diſcreta. ideo ſm eum poſitio debuit formari, ꝙ iſte poſſedit res hr̃ditarias, vel paternas tan q̃ hæres. & pro iſto videt facere tex. iſte in verb. non vt hæredem, in contrarium facit iſte text. & notabile Doctorũ in alio, quia in dubio qui poſſidet res paternas, intelligitur adiuiſſe, niſi probet, ꝙ ex alia cauſa poſſedit, & ſic ſola poſſeſſio dubia facit quem præſumi adiuiſſe hæreditatem. ¶ Gl. in verb. probatum, diuiditur in tres. In 1. declarat tex. In 2. remouet vnum contrarium. In 3. per viam notabilis ponit dictum. Secunda ibi, ſecus in emancipato. Tertia ibi, Item nota. & dum gl. in ſecunda parte dicit, aliud eſſet in filio emancipato quàm in filio in poteſtate. gl. ſimpliciter malè diceret contra. l. cũ bonis. ff. de acqui. hære. ideo gl. debet intelligi ſecundum. l. quam allegat. ſ. ſecundum. l. 1. ſ. tit. 1. vbi filius in poteſtate manumittẽdo ſeruos paternos intelligitur aduiſſe, ſecus in emancipato, quia illo iure. C. emancipatus non poterat ſuccedere, niſi de iure prætorio, & niſi mediante præſentia iudicis, ergo per illum actum extraiudicialem non potuit induci agnitio bon. poſ. vt ibi dixi. hodie autem idem in vtroque, vt dixi ibi. In tertia parte gl. habes, ꝙ filius ſurripiendo vnam rem hæreditariam, perdit beneficium
2 abſtinendi, & dicit Ang. † ꝙ eſt multum notabile in practica, quòd per ſurreptionem vnius rei tantum, filius cogatur eſſe hæres, & teneri omnibus creditorib. hæreditarijs, ſecus in extraneo ſecundum gloſſ. quia extraneus ſurripiendo vnam rem hæreditariam, non perdit facultatem repudiandi. ratio diuerſitatis inter filium, & extraneum, omiſſa illa ſolutio. hæc eſt, quia beneficium abſtinendi eſt indultum à prætore beneficio

ADDITIO.

a ¶Habitando domum. Limita, niſi quis poſſideat res viles, quæ communiter primò non apprehenduntur, ſed prętioſiores. Alexan. in l. non hoc. colum. 1. & ibi Iaſ. colum. 3. verſicul. 2. limita. ſ. vnde cog. alias limit. ponit Cor. lib. 4. conſil. 153. PVRPV.

Source : BIU Cujas

neficio ſpeciali contra ius ciuile.§. ſed his prætor permittit.inſtitu.de hæred. qualita. extraneo autem competit facultas repudiandi de iure communi.vnde facilius tolliter ius ſingulare quàm commune.l.eius militis.§.ſi militia miſſus.ff.de teſt.mil. ſecundum glo. in l.ſi quis extraneus.in prin.ff.de acqui.hæred. Subdit tamen gl. ꝙ ſi filius prius ſe abſtinuiſſet, licèt poſteà ſurripiat aliquam rem hæreditariam,non per hoc obligaretur hæreditati, nec reuocaretur abſtenſio facta, quia multa facta tenent,&c.l.patre furioſo.ff. de his,qui ſunt ſui. ¶ Glo.in l.2.in verſi.bona fide,diuiditur in duas, prout in effectu ponit duas ſolu. ad contrarium in ea formatum. Dic clarius ſecundum Bart. & Docto. ꝙ ſi filius poſt abſtenſionem aliquas res patris bona fide emerit, non intelligitur abſtenſionem reuocare, vt hoc text.ſecus ſi mala fide, & in dubio præſumitur bona fide emiſſe,niſi mala fides ex contrarijs cõiecturis deprehendatur, vt quia emerit omnia bona patris.Secundò,quia emit per procuratorem, & ſic per interpoſitam perſonam, ita propriè loquitur.l.ſi is qui bonis.allegata in gl. & l.pupillus.in verſic.pen. vbi no.Bart. ff.de autho. tut. Eodem modo ſi emiſſet incontinenti poſt abſtenſionem.l.ſi ventri.§. fi.ff.de priuileg.credi.bonus text.in l.3.in fi.ff.de reb.dub.Item ſi clam emiſſet.l.non eſtimo.ff.de admi.tut.l.cùm ipſe.C.de contrahen.emp.& ex pleriſque alijs coniecturis,de quib. per Bart. & alios.in l.poſt contractum.ff.de donatio.Cy. Bald. & Alex. hic. ¶† Sed circa iſta
3 moueo pulchrum dubium, quid ſi filius primò abſtinuit ab hæreditate patris, poſteà emit omnes res hæreditarias non ſimul,& ſemel,ſed diuerſis temporibus, & titulis, an inducat per hoc fides mala, ita vt inducatur reuocatio abſtenſionis. Bal.in l.1.in fi.col.C.qui bon. ce.poſ. & l.1.C.ſi quid in frau.pa. & Bal & Alex.hic tenent,ꝙ idem eſſet,nec ad hoc inuenio diſcrepantem.In contrarium alleg.tex.in l.ſi peculium parua.ff. de pe.leg. quem Bart.ibi multum notat ad ſtatutum,quod dicit eſſe in ſua ciuitate, quòd qui emit bona omnia alicuius,teneatur ad debita, & credita. quærit Bart. an poſſet dari remedium contra illud ſtatutum,ita ꝙ emens bona alicuius non teneretur ad eius debita, & determinat, quòd ſic,emendo non ſimul,ſed diuerſis temporibus, ſuper quo cogita bene.Stat ergo,ꝙ ſi filius,primò abſtinuit ab hęreditate patris,deinde emit res paternas mala fide, ꝙ dicitur abſtenſionem ſuam reuocare,vt hac glo. & probat iſte text. in verb.bona fide,à contrario ſenſu. contra hoc multum facit, nam grauius delinquit,qui ſurripit furto res hæreditarias, quã qui emit mala fide,ex quo pretium exburſat, ſed filius,qui abſtinuit ab hæreditate patris, licèt poſteà furto ſurripiat res hæreditarias, tamen per tale furtum non intelligitur abſtenſionem reuocaſſe.l.ſi ſeruum §. prętor.ff.eo.& gloſ.ſ.in l.proxi. quomodo poſt abſtenſionẽ emendo mala fide res hære.dicitur abſtenſionem reuocaſſe?Reſpondet gl. in l.ſi is qui bonis.ff.eo.q̃ ibi ſequitur Bart.& ſequuntur Cy.& Mod.hic,quòd ideo filius poſtquam abſtinuit ab hæreditate patris,ſi emat mala fide res paternas, ideo videtur abſtẽſionem reuocaſſe,quia lex præſumit,quòd abſtenſionem non mala fide fecerit,ideo habetur abſtenſio,acſi non fuiſſet facta, ſed quando quis abſtinuit, & poſteà furto ſurripit rem, iſtud furtum rei hæreditariæ non facit præſumi abſtenſionem factã
4 fuiſſe mala fide.† Et per hoc inferunt Bart. & Doct. prædicti, quod ſi filius primò abſtinuiſſet, deinde ſurriperet omnes res hæreditarias,aut precioſiores, tunc preſumitur abſtenſio facta mala fide & quod filius ideo abſtinuerit,quia intẽdebat furto ſubtrahere res hæreditarias, & tunc cum abſtenſio præcedens præſumatur mala fide, reuocaretur per tale furtum, quod eſt no.pro limitatione. d.l. ſi ſeruum.§. prætor.& gl. prȩcedentis. ¶Gl.ſi.in verb.conueniris.diuiditur in duas.In 1.alleg.duas concord.ad tex.In 2.formatquæſt. & aduerte, quòd iſta quæſtio
* gl.intelligitur dupliciter. vno modo ſecundũ Bart.& *communiter*, quod filius emerit vnam rem hæreditariam hypothecatã plurib.creditorib.& emit ab antiquiore creditore,& qui præferebatur alijs, deinde poſt talẽ emptionem immiſcuit ſe patris hæreditati,& vult gl.quòd licèt talem rem emerit ab illo creditore anteriore,tamen poteſt ad eandem conueniri ab alijs creditorib. quia emptio rei propriæ nihil valuit, & licèt tempore, quo filius emit, nondum fuiſſet hæres, & ſic illo tempore emptio valebat,quia non emit rem propriam,ſed hæreditariam, tamen ſecundum Bartol. & Doctor. communiter, quia poſteà adeundo hæreditatem, fingitur vſque retrò fuiſſe dominus illius rei. l. hæres quoque.ff.de acquirend. hæred. certè attenta iſta fictione dicitur emptionem non valuiſſe, tanquam rei ſuæ.ſic intelligunt Doctor. gloſſ. mihi videtur, quòd gloſſ. non loquatur in iſtis terminis, ſed quando filius primò ſe immiſcuit hæreditati patris,deinde poſt immixtionem vnam hæreditariam rem emit, & tunc abſque fictione dicit gloſſ. quòd iſta non eſt emptio,quia rei ſuę non poteſt eſſe emptio, ſed potius cenſetur reluitio,& ita etiam hanc gl.intelligit Fulg. hic,& eſt proprius gl.ſenſus,& ex iſtis omnibus habes, quòd ſi aliqua res defuncti erat hypothecata pluribus, quòd hæres redimendo talem rem à primo creditore, licèt videatur acquirere ius, quod habebat ille primus creditor, & ille præferebatur alijs, & alios excluſiſſet, per hoc tamen hæres non conſequitur,quin poſſit ab alijs creditoribus conueniri, vt hac gloſſ. not.quam Paul.dicit perpetuò not.& de facili quilibet diceret oppoſitum. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicit teſta.nullum videtur adire, vnde poſteà abſtinere non poteſt.*
2 *Inutilis tranſactio non valet etiam in vim pacti nudi.*
3 *Filius ſuus poſtquam ſemel adiuit, vel ſe immiſcuit hæreditati patris, non poteſt amplius reſpuere.*

LEX III.

1 SVus hæres. † Qui dicit teſtamentum nullũ,videtur adire,vnde
2 poſteà abſtinere non poteſt. † Et inutilis tranſactio non valet etiam in vim pacti nudi.hoc dicit.Et aduerte,ꝙ ſecũdum Cy.iſte ſuus hæres primò adiuerat hæreditatem.Tu dic melius ſm omnes,quod in iſto text.filius non adiuerat expreſsè hæreditatem patris,ſed cùm eſſet præteritus in teſtamento dicebat teſtamentum patris nullum, & iniuſtum, vnde filius dicendo teſtamentum nullum,intelligitur adire ab inteſtato.l.cùm quidam ff.de bon.poſ.allegata in gl.vbi videas Bar.& in l.gerit.verſi.circa tertium principale.ff.de acqui.hęre. & plenè Sal.& Ful.hic,& Bal.& Imo.in l.filio præterito. in 25. col.ff.de inoff.teſt.rup.caſum figurant Cy.Bal.& Sal.& Pau.hic.& breuiter tu ſic pone.Filius ſuus præteritus in teſtamento patris egit contra hæredem ſcriptum,dicens,ꝙ teſtamentum patris erat iniuſtum,quia filium præterijt inſtituto extraneo,& ſic ꝙ hæreditas patris ſpectabat ad eum ab inteſtato, certè per hoc intelligitur adiuiſſe hæreditatem patris,quia iſta intentare non poteſt citra ins,& nomen hæredis,poſteà interuentu amicorũ repudiauit hæreditatem patris facta tranſactione cum ſcripto hærede,iſtis non obſtantib.filius volebat procedere, & obtinere hæreditatem patris, quæritur an poſſit.contra filium opponebatur repudiatio, item tranſactio, quib. non obſtantibus Imperator determinat pro filio contra hęredem, quia neutrũ ex prædictis nocet,nõ quidem repudiatio, quia poſtquam filius ſemel adiuit,amplius repudiare non poteſt. non obſtat trã ſactio, quia tranſac. fuit inutilis, ex quo non poteſt fieri niſi aliquo dato.l.tranſ. ſ.de tranſac. ſed ſcriptus hæres nil dedit filio,ergo tranſac.eſt inutilis, & ſi dicas, fortè ſcriptus hæres nil dedit filio,quia filius liberaliter fecit tranſactionem,& ſic dato quòd tranſactio non valeat vt tranſactio, debuit valere ſaltem vt pactum nudum,& ſic vt pactum gratuitum.Reſpon.quòd in iſta.l.non agebatur,quòd filius donaret,ſed quòd aliter rece
3 deret quàm inchoauerat contra ſcriptum hęredem. ¶† Not. in verſi. cùm reſpuere quæſitam. quòd filius ſuus poſtquam ſemel adiuit,vel ſe immiſcuit hæreditati patris,non poteſt amplius reſpuere,licèt Bartol.& Docto.in l.ſeq.aliter dicant,& ſic pondera,quòd licèt dicatur, quòd aditio, & repudiatio paribus paſſibus ambulant. l.is poteſt.ff.de acquirend. hęred.tamen in filio ſuo non idem iuris eſt in repudiatione,prout in aditione, quod oſtendo, quia filius ſuus poſtquam repudiauit hæreditatem patris,adhuc poteſt reuocare abſtenſionem, olim perpetuò.l.ſi quis ſuus.ff. de iure deliberan. hodie vſque ad triennium m.l.final. infra eodem, & tamen filius poſtquam adiuit, vel ſe immiſcuit,non eſt locus pœnitentiæ, quia immixtionẽ non poteſt reuocare, caſus eſt hic, ratio diuerſitatis eſt ſecundum Sal.hic in 1.no.quia vnus actus eſt fauorabilis filio.ſ.poſſe reuocare abſtenſionem,alius non.ſ.repudiare poſſe;quæ ratio non ſatisfacit. quid.n. ſi filius immiſcuit ſe hæreditati damnoſæ, fauorabile ſibi eſſet poſſe immixtionem reuocare. Aliam rationem ſentit Bald. in l.final. in princip. vbi Paul. & Fulgoſ. ĵ.eod.& notabilius Cu.in l.ſi quis ſuus ff.de iure delib.licèt non ſic clarè:nam filius ſuus de iur.ciui.velit nolit eſt hæres,& licèt à prętore habeat beneficium abſtinendi,& ſe abſtineat,tamen remanent reliquię antiqui iuris, quę ſufficiunt ad confirmandum teſtamentum,acſi eſſet adita hęreditas.l. cùm quaſi.§.ſed & ſi ſuus.ff.de fideicom.lib.gloſſ. in l.quidam eulogio. in gloſſ. mag.in fin.ſupra titul.1.& propter illas reliquias mediante ſuitate, quę durat non obſtante abſtenſione, lex permittit in filio ſuo tantum, quod poſſit abſtenſionẽ reuocare, & quia res de facili reuertitur ad naturã ſuã.l.ſi vnus.§. pactus ne peteret. ff.de pac.iſta eſt ratio.l.fi.ĵ.eo.quæ ratio ceſſat ẽcontra,vt patet.

¶ Gloſſ.

Source : BIU Cujas

¶ Gl. fi. in verb. non poteſt. timore contrarij. l. poſtquam liti. ſ. de pac. ponit quatuor ſol. poſteà in fi. alleg. tres cõcor. ad hunc tex. & ſic diuide in quinque. Dic clarius ſecundũ Bart. & Doct. quòd in contrario renuntiatio fuit facta gratis animo donandi, ideo ſtatim præiudicat, ſed hic fuit facta ex cauſa tranſa. & quia tranſactio fuit inutilis, non præiudicat, ita loquitur hic, ante Bart. iſta eſt propriè ſolutio. gl. hic in 1. ſol.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus ſe non eſſe hæredem, an videatur repudiare.*
2 *Repudiatio facta per filiam, quæ prius adiuerat hæred. patris, vel aui non valet. & nu. 3.*
4 *Hæreditas ſemel adita repudiari non poteſt, niſi in duob. caſibus.*
5 *Aliud eſt confiteri, aliud repudiare hæredtatem.*
6 *Confeſſus in iudicio habetur pro iudicato.*
7 *Inſtrumenta guarentigiata etiam ſi ſint ſine cauſa, mandantur executioni, ſtante ſtatuto, quòd dicta inſtrumenta mandentur executioni.*

LEX IIII.

SIcut maior. Secundum Bartol. ſubtilis, & vtilis eſt, & valde difficilis in tex. & diuiditur in duas. In prima præmittit duas regulas, in quib. reſultat deciſio quæſtionis propoſitæ. In ſecunda ibi, nec quòd confeſſos, reſpon. obiectioni. Inutilis repudiatio facta lite pendente non habet vim vtilis cõfeſſionis, nec prejudicat repudianti. hoc dicit. & caſum figurant notabiliter Cyn. Bald. & Pau. hic. Tu aduerte, quod iſta lex legitur dupliciter. Primò ſecundum Cy. Bal. & Pau. ꝙ qui repudiauit ſucceſſionem ſibi delatam in iudicio, ille erat, qui non obſtante repudiatione volebat adhuc eſſe hæres, & agere, ac ſi repudiatio ſibi non priæudicaſſet. alius eſt ſenſus Bartol. ex mente gloſſ. hic, quòd iſte maior. 25. ann. primò adiuit hæredit. & dum à creditoribus hæreditarijs in iudicio conueniretur, ipſe in iudicio rpeudiauit, & ſemper durauit in hoc propoſito, ne eſſet hæres, & ſic iſta repudiatio fuit facta creditorib. ideo non excludit repudiantem, ſecus ſi facta eſſet ei, qui prætendit ſe hæredem, quia ſibi præiudicaret, ſecundũ Bart. & Alex. hic. Sed pondera, quòd contra iſtum intellectum Bart. & Alex. obſtat multum tex. in l. præcedenti. ad quem nemo aduertit in ratione ſui, dum dicit cum reſpuere, &c. vbi filius præteritus, qui dixit teſtiñ nullum p̃ ſcriptum hæredem, & ex hoc dicitur adiuiſſe, vt ibi dixi, poſteà repudiauit hæreditatem ipſemet ſcripto hæredi, tamen dicit ibi text. quòd non poteſt repudiare, poſtquam ſemel adiuit, licèt repudiet in manibus ſcripti hæredis, ergo intellectus Barto. & Alexan. videtur contra illum tex. nam volunt, ꝙ poſtquam iſte ſemel adiuit, & poſteà repudiauit, quòd iſta renũtiatio ſibi non præiudicat, quia eam fecit creditorib. ſed ſi feciſſet eam ei, qui ſe prętendit hæredem, ſibi præiudicaret, per d. l. poſtquam liti, quæ gl. hic in verbo hæreditatem alle. non video qualiter ſuſtineatur. Nec dicas, quòd in l. præcedenti ſit propter tranſa. inutilem. quia vt ibi dixi, contra filium duo opponebantur, repudiatio, & tranſactio, & Imperator ad vtranque de ꝑ ſe reſpond. & primò, ꝙ repudiatio filij non nocet, licèt ſit facta ſcripto hæredi, quia ſemel aditam repudiare non poteſt, etiam ſi repudiet in manibus hæredis. ergo ibi eſt tex. contra intellectum Bart. & Alex.

2 ¶† Item aduerte ad verſi. nec quòd confeſſus. vbi oppo. contra tex. deciſio. ꝙ imò repudiatio facta in iudicio debeat præiudicare, quia confeſſus in iudicio habetur pro iudicato, acſi lata eſſet ſentẽtia, & Imperator reſpondet, ꝙ illa regula non pertinet ad vocem repudiantis, ſed ad confitentem ſe debere certã quantitatem, dicit Pau. quòd tex. vult dicere, ꝙ hæres confitendo ſe non eſſe hæredem, non per hoc repudiat hæreditatem, quia aliud eſt repudiare, aliud ꝓfiteri. ratio, ꝙa primũ diſpoſitiuum eſt. ſ. repudiare, ſm autem eſt enuntiatiuum tñ, & hanc dicit eſſe intentionem huius legis. Cy. aliter exponit tex. ꝙ vox repudiantis hęreditatem non continet confeſſionem, quia qui confitetur, dicit ſic eſſe, vel non eſſe, ſed qui repudiat, non dicit ſe non eſſe hæredem, & ita etiam declarat tex. Bal. hic. Puto, ꝙ alius ſit ſenſus, quòd ſi maior primò adiuerit, poſteà repudiauerit in iudicio, quòd iſta repudiatio non valeat. Nõ obſt. ſi dicatur, nonne confeſſus in iudicio habetur acſi eſſet iudicatum? reſpon. text. quem ego ſic declaro, quòd verum eſt, quando confitetur certam quantitatem debere, ſed ratio eſt, quia tunc confeſſio fit contra ipſum confitentem, & dato, quòd ſit ſine cauſa, tamen, quia eſt facta in iudicio, valet, & ſibi præiudicat, hoc autem non poteſt conuenire ei, qui repudiat hæreditatem ſemel aditam, quia poſtquam ſemel adiuit, eſt effectus obligatus omnibus creditoribus hæreditatis, ſi poſteà repudiatio ſua facta in iudicio haberet vim iudicati, iſta repudiatio eſſet in fauorem ſuum contra creditores, ideo ei non ſtatur,

2 & ita declarat hic gl. in fi. in pe. parte. ¶† Nota ergo ſecundum Pau. hic eſſe tex. notabilem pro puellis, quæ maritantur in locis, in quibus fœminæ ſucedunt ſicut maſculi. Nam fratres maſculi faciunt eas repudiare hęreditatem patris, vel aui. nam ſi talis filia prius adiuiſſet hęreditatem patris, illa repudiatio nõ valet, vt hoc text. Ideo fratres debent facere repudiari, non dico hæreditatem quam adiuerat, ſed faciant renuntiare omni iuri, quòd habet in hæreditate patris, & tunc excludetur. d. l. poſtquam liti. & dicit Pau. hoc eſſe notandum, vt filia non dicat repudio, ſed dicat renuntio, & dono omne ius, ꝙ habeo in tali hæreditate, & dicit, quòd notarij facile in hoc deciperentur, & licèt Alex. reprobet ſequendo intellectum Bart. ad hunc tex. tamen, vt mihi videtur, intellectus Bart. ſuſtineri non

3 poteſt propter l. præcedentem: vides ergo, † ꝙ eſt differentia, an filia nondum adiuerit hæreditatem patris, & illam poteſt repudiare, ſi autẽ iam adiuiſſet, tunc ſimplex repudiatio nihil valet, vt hoc text. Sic in ſimili dicitur de ſtatuto ciuitatis Mediolani, quo cauetur, quòd nubens extra territorium Mediolani priuetur hæreditate patris, debet intelligi de hæreditate in futurum deferenda: ſed ſi filia patris adiuiſſet hæreditatem patris, & poſteà nuberet extra territorium, non haberet locũ. d. ſtatutum. ita in terminis Bald. in l. ſi matre ſuperſtite. in fi. C. de ſuis, & leg. alleg. tex. ſolennem, qui non poſſet magis facere, in l. fi. ff. vnde lib. & illam deciſio. Bal. refert, & ſequitur Petr. de Anch. in commen. c. canonum ſtatuta. verſic. ſed pone, ſtatutũ eſt. extra de conſtitutio. eam etiã refert, & ſequitur Cum. in l. hæres per ſeruum. ff. de acqui. hæred. vbi dicit, quod ita conſuluit in iſta ciuitate Papiæ. Et confirmatur viua ratione, quia filia poſtquam adiuit hæreditatem patris, non dicitur amplius hæreditas patris, ſed patrimonium filiæ. gl. eſt in d. l. hæres per ſeruũ. & in l. 1. §. veteres. vbi Lud. Raph. & Alex. ff. de acq. poſ. decidunt per hoc aliquas bonas deciſiones. ergo cũ hoc ſtatutum Mediolani priuet filiam nubentem extra territoriũ hæreditate pr̃is, & ſtatutũ ſit odioſum, non habebit locũ iſto caſu, vbi poſt aditã hæreditatẽ à filia non eſt amplius hæreditas patris. Sed inuenio Bal. in ſtatuto propriè Mediolanenſi tenentẽ contrarium, quod etiam ſi filia adiuerit hæreditatem patris, & poſtea nubat extra territorium, quòd etiam habebit locum d. ſtatutum. ita Bal. in c. conſultationib. in fin. colu. de offic.

a deleg. & mouetur, quia ſtatuta debent intelligi ª ſm cõem vſũ loquendi, ſed ſm cõem vſum intelligitur ſtatntũ. i. de illis bonis, quæ fuerunt patris, & ſic etiam habebit locum, licèt hæreditas ſit adita, quia ſm cõem vſum loquendi appellatur hæreditas, licèt ſit adita, vt cùm dicimus, iſte habuit magnam hæreditatem, licèt adiuerit, tamen appellamus hæreditatem, & quando probaretur de iſto cõi vſu loquendi, paſſus eſſet ambiguus, & fortè tunc melior eſt opi. Bal. in d. c. conſultationib. & tanto magis, qa etiam hæreditas poſtquam eſt adita, adhuc tñ appellatur hæreditas, text. eſt in l. fin. § ſi autem. in ſecunda, & ibi not. Bal. ſ. de bon. quæ lib. primam tñ opi. in ſtatuto Mediolanenſi ſequitur Lud. conſil. 10. incip. viſis ac diſcuſſis puncto, & conſtitutionib. & in conſil. 442. incip. vt deciſionem ac-

* cipiat præſens conſultatio. *& Moder. communiter* in d. §. veteres.

4 ¶† Secundò noto regulam ex text. quòd hæreditas ſemel adita amplius repudiari non poteſt. Fallit in duob. caſibus, vt in glo. 1. addit Bartol. tertiam fallen. mediante reſtitutione in integrum. l. vnica. C. ſi vt ſe ab hæred. abſtin. quæ fallentia eſt vera, ſed non facit ad propoſitum. cùm regula huius text. ſit in maiore. Adde aliam notabilem fallen. in l. ſi certarum. §. Iul. ff. de teſta. mili. Adde etiam aliam in l. cum hæreditate. ff. de acquir. hæredit. de cuius intellectu dixi in l. quidam eulogio. ſ. de

5 iure delib. ¶† Tertiò noto, ꝙ aliud eſt confiteri, aliud repudiare hæreditatem. Adde text. in l. ſi te. C. de ingen. & ma. quem ibi Bald. dicit eſſe ſingul. quod qui renuntiat liti, non fatetur,

6 licèt ſibi præiudicet. ¶† Quarto noto, quòd confeſſus in iu-

b dicio ᵇ habetur pro iudicato, intelligit Bald. etiam ſi ſit confeſſio informis, ideſt ſine cauſa, de quo habes gloſſ. not. in l. prima. in fin. ff. de interrogat. actio. † Et per hoc infert Bald. ad inſtru-

7 menta guarentigiata etiam ſi ſint ſine cauſa, mandantur executioni, ſtante ſtatuto, quòd dicta inſtrumenta mandentur executioni.

ADDITIONES.

a Statuta debent intelligi. Adde gl. in verb. non continebuntur. in l. librorum. in §. quòd tamen, & ibi Bartol. ff. de lega. 2. Bartol. in l. Labeo. ff. de ſupellect. lega. Bartol. in l. prima. ff. de ſuis, & legit. Bart. in l. prima. C. de iuram. calum. Mathef. not. 116.

b ¶ Confeſſus in iudicio. Adde l. 1. C. d confeſ. gloſſ. & Bartol. in l. de ætate. in §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. Spec. in tit. de act. in §. 1. ver. confeſ. per Rotam deciſ. 425. incip. fuit dubitatum. in nouiſ.

Source : BIU Cujas

ad inſtrumenta guarentigionata, quæ ex forma ſtatuti habent executionem paratam, vt procedat etiam ſi tale inſtrumentum ſit ſine cauſa, quod etiam tenet Bal. in l. 2. in 3. col. C. de exc. rei iudi. Sed contrarium tenet ipſe Bald. in l. ſi non ſortem. §. 1. ff. de condi. indeb. ſed concorda, vt per Imol. in l. fina. verſicul. 3. limita ff. à quibus appella, non licet. ¶ Gloſſ. final. in verbo pertinet. diuiditur in 5. In prima allegat concord. ad tex. In ſecunda notat. In tertia remouet tacitum contrarium, In quarta ibi, item eſt alia, oppo. contra text. & dupliciter ſoluit, & quia obſcura eſt, declaro. nam videtur, quòd licèt repudiatio hæreditatis facta extra iudicium non noceat, tamen facta in iudicio nocet, ſicut in ſimili dicitur de confeſſione, quæ facta extra iudicium nihil nocet, ſi ſit ſine cauſa. l. cùm de indebito. §. final. ff. de probat. & tamen ſi fiat in iudicio etiam ſine cauſa præiudicat. l. 1. in fin. ff. de interrog. act. glo. dupliciter reſpondet, primò quòd licèt in confeſſione adhibeatur dicta differentia, tamen in repudiatione non reperitur hæc diſtinctio, & ad hoc iſtam gloſſ. reputat ſingu. Bald. in capitul. quòd in dubijs. de renun. & ſic gloſſ. vult, quod in repudiatione non refert, an fiat iudicio, vel extra, in cõfeſſione ſecus: tamen iſta ſolu. ſolùm diuerſificat factum, tenę ergo ſecundam ſolutio. quæ vera eſt. In quinta gloſſ. opponit contra text. & bene ſoluit. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus ſine tutore non poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam.*
2 *An ſolus Prælatus, ſeu Rector poſſit repudiare hæreditatem delatam Eccleſiæ.*

LEX V.

1 **Pupillorum.** † Pupillus ſine tutore non poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam. hoc dicit, & ſi tutorem haberet, adhuc non poſſet cum eius auctoritate repudiare, niſi interuenientibus conſanguineis, & amicis. gloſſ. eſt ſingu. in l. tutor. ff. de bonor. poſſeſſio. ſed ſi tutorem non haberet, poſſet tamen autho. iudicis. l. ſi infanti. ſupra de iur. delib. ſecundum Cy. & Bald. & Modern. hic. ¶† Quid autem
2 in Prælato, a & Rectore Eccleſiæ, an ſolus poſſit repudiare hæreditatem delatam Eccleſiæ, ponit Bald. hic, & in locis alle. per Alexan. Adde Ludouic. Roman. in conſil. 182. incip. Viſis quæ narrantur in facto. & per Pan. in conſil. 22. in prima columna. in 1. volum. Iaſon Papiæ.

ADDITIO.

a ¶Quid autem in Prælato. Adde diffusè per Fely. in capitul. in præſentia. de proba. in vltima col.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter qui ſemel repudiauit, hæreditatem nõ poteſt amplius adire, fallit tamen in ſuo hærede, quod amplia duob. modis, vt infra nu. 2. & limita decem modis, vt infra nu. 3.*
4 *Minor de omnibus his, quę geſta ſunt per eum in minori ętate à 20. an. infra, donec eſt minor, habet reſtitutionem in integrum. Item etiam vſque ad 29. ann.*
5 *Non ſolum ſi ſuus repudiaret hæredi patris infra 25. ann. ſed etiam ſi poſt. 25. ann. repudiaret, intra alios quatuor ann. adhuc poteſt reuocare, ſicut ſi repudiaret intra. 25. ann.*
6 *Aliquid conceditur rebus integris, quòd non concederetur, quando res deſineret eſſe integra.*

LEX VI.

Si quis ſuus. Iſta. l. eſt vnica, & ſing. in plurib. partibus, vt ſtatim dicam. ĵ. & diuiditur in quatuor partes princip. In prima refert diſpoſitionem iuris antiqui, ſcilicet ſtorum. in l. ſi quis ſuus. ff. de iure deliberan. quæ l. duo diſponebat. primò, quòd ſuus hæres, qui abſtinuerat ab hæreditate patris, poterat abſtenſionem perpetuò reuocare. ſecundò illud limitabat verum, donec res eſſet integra, & ſic antequam res hæreditariæ eſſent alinatæ. In ſecunda corrigit illam. l. antiquam in maiore quo ad tempus, vt licèt olim quilibet ſuus etiam maior poſſet perpetuò abſtenſionem reuocare, hodie non poteſt, niſi vſque ad triennium. In tertia corrigit in minore, vt etiam non poſſit perpetuò reuocare, ſed vſque ad 7. ann. poſt 25. ſi bene conſideras. In quarta corrigit ius antiquum in alio, inquantum iure antiquo non præmittebatur reuocatio reb. alienatis, iſtud corrigitur, vel limitatur in minore, vt non obſtante rerum alienatione poſſit reuocare abſtenſionem, & res recuperare. Secunda ibi, hoc corrigentes. Tertia ibi, ſinautẽ, vel minor. Quarta ibi, niſi adhuc fortè. Suus hæres maior. 25. ann. hodie ſuam abſtenſionem intra triennium poteſt reuocare, ſi bona non ſunt alienata, ſed minor, vel conſtitutus in tempore vtili, quod eſt quadriennium poſt 25. ann. poteſt intra illud quadrienium, & intra tres ann. reuocare, quod procedit in minore etiam ſequuta alienatione. h. d. ſecũdum verum intellectum omiſſo ſummario Bart. quod in vltima parte non
1 eſt verum, vt ſtatim dicam. ¶† Nota ex iſta. l. ſingulari, quòd licèt regulariter, qui ſemel repudiauit hæreditatem, non poſſit amplius eam adire. l. ſicut. ſ. eo. fallit in ſuo hærede, qui olim poterat perpetuò abſtenſionem reuocare reb. integris, hodie poteſt cum diſtinctione de qua in iſta. l. & ſic dicas, quæ eſt ratio huius fallentiæ in ſuo hærede? dic, quòd ratio eſt propter reliquis ſuitatis, quæ durant, licèt ſuus ſe abſtineat ab hæreditate, & illæ reliquiæ operantur plures effectus, vt patet in l. cùm quaſi. §. ſed & ſi quis. ff. de fideicom. liber. Item operatur hunc effectum, vt poſſit abſtenſionem ſuam reuocare, ſecundum quod declaraui in l. ſuus. ſ. eo. & vt pulchro ordine recolligam materiã huius. l. & omnia. dicta gl. & Doct. extendam iſtam. l.
2 duob. modis, deinde ponam. 11. vel 12. fallentias. ¶† Primò ergo pondera, quòd tex. hic, & in d. l. ſi quis ſuus. generaliter dicunt, ſi quis ſuus, ergo patet, ꝙ iſta iura habent locum in quolibet ſuo, & ſic nedum quando tractatur de hæreditate patris, ſed etiam aui, vel proaui, cuius nepos in poteſtate poteſt eſſe ſuus, ſubducto patre de medio. ſecundum Bar. hic in fi. & in d. l. ſi quis ſuus, & gl. & Bart. in l. nonnũquam. ff. de colla. bono. ¶ Secundo amplia, & extende hanc. l. etiam ſi iſte ſuus hæres haberet conjunctum, ſeu cohæredem extraneum ſibi datum in teſtamento patris, dummodo coheres nõ adiuerit, antequã reuocet filius abſtenſionem, & ſic res ſit integra; ratio eſt, quia per dationem cohæredis extranei non tollitur ſuitas quo ad
* ea, quæ teſtator in teſtamento diſpoſuit, *ſecundum communem ſententiam in* l. apud Iulianum. §. idem Iul. ff. ad Treb. & dixi aliquid in l. ſi fratri. ſ. de iure deli. ita concludit notabiliter Bart. in l. pro hærede. §. Papi. ff. de acq. hære. per illum tex. in verb. & co hæres adijt. à cõtrario ſenſu, & ita concludũt Ang. & Mod. hic reprobata gl. 2. hic in verb. reſeruetur. ¶† Nunc limita primo
3 iſtam. l. procedere in hæreditate patris, vel aui, & ſimilium, dummodo ibi adſit ſuitas. ſecus in hæreditate matris, vel lineæ maternæ, quia ibi ceſſat ſuitas in qua fundatut iſta lex. poteſt tamen, licèt non per hanc. l. vſque ad triennium, tamen vſque ad annum reuocari per l. filij mater. ff. ad Tertu. allegata in gl. 1. de cuius legis intellectu, quia varia dicuntur propter. l. 2. ſ. de iur. & fac. ign. dic, vt dixi in l. qui ſe patris. ſ. vnde lib. Secundò limita iſtam l. non procedere in filio emancipato, quia in eo ceſſat ſuitas, & licèt hodie ſublata ſit differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis ſolùm quo ad ſuccedẽdum ab inteſta. tamen vbi aliquid fundatur in ſuitate, illud cadere non poteſt in emancipato, & video hodie, quòd emancipatus non transmitteret hæreditatem patris non aditam ex potentia ſuitatis, quia in eo etiam hodie non eſt ſuitas, vt concludunt Doct. in l. ventre. ff. de acq. hære. & quòd iſta lex non habeat locum in emancipato, concludunt Bart. & alij hic, reprobata glo. prima, quæ contrarium tenebat, per l. nunquam. ff. de colla. bono. quę nihil facit, quia ibi filius emancipatus non repudiauerat hæreditatem patris, ſed negauerat ſe velle conferre, inter quæ eſt differentia, vt dixi in l. qui ſe patris. ſ. vnde lib. Iſtud idem firmãt Bar. & alij in multis locis relatis per Ale. hic. Dñt tñ Cy. Ray. & Ale. hic, ꝙ emancipatus poteſt intra annum reuocare per d. l. filij mater, quæ non fundatur in ſuitate. & tenet ẽt Bald. in l. ij. ſ. de iuris & fac. igno. licèt contrarium velint Saly. & Ful. & non
a bene. ¶ Tertiò notabiliter limita iſtam. l. a habere locum in filij ſuis, qui repudiant hreæditatem patris, vel alterius aſcendentis. ſecus autem eſt ècontra, quia ſi aſcendens puta pater, vel auus repudiaret hæreditatem filij, vel nepotis, non poſſet reuocare abſtenſionem factam in hæreditate deſcendentium intra triennium, quia ceſſat ratio huius legis, quæ fundatur in ſuitate. ita gloſſ. in l. non iuſtam. in gloſſ. final. quam ibi ſequitur Bald. C. ad Trebel. de qua non fuit recordatus Bald. hic idem tenens. Poſſet tamen aſcendens intra annum reuocare per d. l. filij mater. ſecundum Bald. in l. 2. ſ. de iur. & fact. igno.

ADDITIO.

a ¶Iſtam. l. Comprobat in l. qui ſe patris. in vltim. char. ſ. vnde lib. PVRPV.

Source : BIU Cujas

fac. ign. ¶Quartò limita iſtam. l. procedere in repudiatione, vel abſtenſione, quam facit ſuus hæres extra iudicium, illam poteſt reuocare ſecundum tempus hic limitatum, ſecus ſi talẽ repudiationem facit in iudicio, quia propter rigorem iudiciorum non poteſt abſtenſionem reuocare. ita ſing. Bald. in d.l. 2. ſed iſta limitatio eſt falſa, per id, quod dicit glo. in l. ſicut. s̃. eod. vbi notaui, vbi dicit glo. non referre, an repudiatio hæreditatis fiat in iudicio, vel extra. ergo rigor iudiciorum nil operatur. l. ſiue apud acta. s̃. de tranſac. & ideo contrarium, & melius tenuit idem Bald. hic in fin. & ſequuntur Fulg. & Alex. hic. ¶Quintò limita no. iſtam. l. non procedere, quando filius ſuus renuntiaſſet legitimæ, & ſic debito bonorum ſubſidio, vel ſupplemento legitimæ, tunc non poſſet talem renuntiationem reuocare, ſicut nec quãdo renuntiauit querelæ. l. ſi quis filium. s̃. de inoffi. teſta. nec obſt. iſta lex, quia loquitur in ſuo, qui eſt hæres vniuerſalis patris, non quando habet legitimam tantũ, ſicut videmus in legatario, quia ſi renũtiat legato, non poteſt renuntiationem reuocare. l. proinde. in fin. ff. ſi cert. pet. ita ſing. Bal. hic. licèt Imo. in l. quia poterat. vbi ponitur materia huius legis. ff. ad Treb. teneat contrarium, non faciens mentionem de Bald. hic. motus per l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Treb. quæ nil facit, primò, quia ibi non loquitur de legitima, ſed de Treb. ſecundò, & fortius, quia vt ibi declarat Bart. ibi non interuenit renuntiatio hæreditatis, ſed fuerunt prolata quædam verba ambigua, & no. iſtam limita. ¶Sextò limita iſtam l. procedere in repudiatione, ſeu abſtenſione expreſſa, ſecus in tacita. nam
* ſi filius ſtat per 30. annos, excluditur à iure immiſcendi, *ſecundum communem*. l. licèt. s̃. de iure delib. certè iſtam tacitam repudiationem non poteſt ſuus intra triennium reuocare. ita expreſsè tenet Bart. ſi inſpicias in l. 2. poſt gl. ibi in 1. opp. s̃. de iur. & fac. ign. vbi ponderaui, dum reſpon. ad hunc text. quòd loquitur in repudiatione expreſſa, ſecus in tacita per lapſum temporis, & ideo Bal. ibi dicit not. quòd maioris efficaciæ eſt repudiatio tacita, quæ inducitur per lapſum temporis, quam expreſſa, quia prima reuocari non poteſt, ſecunda ſic per hanc l. & idem tenent Pau. & Alex. hic. Bal. & Pau. in l. ſi quis ſuus. ff. de iur. deli. ¶Septimò limita iſtam l. procedere, quando ſuus non haberet ſubſtitutum. nam ſi ſubſtitutum haberet, & repudiaret, vel abſtineret, non poſſet abſtenſionem reuocare. ita gl. hic. in gl. 2. & in gl. vlt. Et pro iſta limitatione facit ratio, quia
* per dationem vulgaris ſubſtituti *ſecundum communem* tollitur ſuitas, vt traditur in d.l. apud Iulianum. §. idem Iul. ff. ad Treb. tetigi in l. fi. s̃. de inſti. & ſubſti. ſequuntur Bal. Ang. & Alex. hic, & Bart. in d.l. ſi quis ſuus, & in l. quandiu. prima. ff. de acqui. hęr. & ita teneas, licèt contrarium teneat Fulg. & Pau. hic. & in d.l. ſi quis ſuus. quia fieret nimia reſtrictio huic text. ſed hoc nil valet, quia ceſſante ratione. l. non dicitur fieri reſtrictio, imò ceſſat. l. ipſa, còm per dationem vulgaris ſubſtituti ceſſet ſuitas. & ratio huius legis fundatur in ſuitate. certè ceſſante ratione legis ceſſat ipſa lex. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & facit, quòd dicam in ſequen. limitatione. ¶Octauò limita iſtã. l. non pocedere in filio, quem pater inſtituit ſub conditione ſi voluerit, quia cùm talis conditio ſuſpendat ſuitatem. l. Cornelius. & l. iam dubitari. ff. de hęredib. inſtituen. ſi repudiaret, non poſſet reuocare, quia ceſſat ſuitas, quæ ſaltem interim eſt ſuſpenſa. ita not. Imol. in dicta l. iam dubitari, vbi reprobat in hoc Angel. tenentem contrarium. ¶Nonò limita, & declara iſtã. l. vt licèt filius, qui abſtinuit ab hæreditate, poſſit ipſe ſi viuat vſque ad triennium reuocare, tamen non tranſmittit iſtam faculta. reuocandi ad hæredes, ſecundum Angel. & Imol. & Ludo. in l. ventre. ff. de acquiredn. hæred. vbi Bartol. in 9. colum. & Bart. in l. ex militari. §. 1. in fin. ff. de teſtam. milit. licèt in contrarium fortiter faciat text. in ratione ſui in l. ſi quis filiumfamil. §. 1. ff. de acquirend. hæred. & contrarium tenet Fulgoſ. vbi diſputaui, in l. qui ſe patris. ſupra vnde liber. tamen prima opinio videtur comprobari, quia in filio dum vult, adeſt ſuitas, in qua fundatur iſta lex, quę ſuitas ceſſat in hærede, ad quem non trãſit. ¶Decimò limita iſtam. l. dum vult, ꝙ filius poſſit ſuam abſtenſionem reuocare ſolùm intra trienniũ, vt procedat, qñ abſtenſio fuit valida, quia in ea nullus error iuris, aut facti interuenit: ſi autem ſuus hæres abſtinuit, dum putat non eſſe ſuum, ſed voluntarium, ꝙa tunc talis repudiatio eſt inefficax, põt ꝑpe tuò reuocare. l. is ꝙ putat. cum l. ſeq. iuncta gl. q̃ ad hoc ibi not. Bart. pro limitatione huius legis. ff. de acq. hær. & ex his hẽs re-
4 collecta oĩa dicta gl. & Doct. ſuper hac. l. ¶† Scdò noto in ver. ſinautem, vel minor eſt. hic eſſe text. valde ſingul. ſm Bartol. & *communiter Doctor*. hic ꝙ gl. quarta hic reputat mirabile, quòd minor de omnibus his, quæ geſta ſunt per eum in minori ætate à 25. ann. j̃. donec eſt minor, habet reſtitutionem in integr. Item poſtquam eſt effectus maior. 25. ann. olim intra annum adhuc vtilem, hodie intra quadriennium, & ſic vſque ad 29. an. habet in integr. reſt. l. ea quæ. cum. l. ſeq. C. de temp. in integ. reſt. pet. & l. doli mali. verſi. diuerſum. ff. de noua. tamen elapſis 25. ann. ſi aliquid facit intra illos quatuor annos, non
5 reſtituitur in integ. d.l. doli. verſicul. diuerſus. ff. de noua. ¶† Hic tamen eſt vnus caſus ſing. ſecundum Doct. hic, quòd non ſolùm ſi ſuus repudiauerit hæreditatem patris intra. 25. annos, ſed etiã ſi poſt 20. annos repudiaret intra illos quatuor, quòd adhuc poteſt reuocare, ſicut ſi repudiaſſet intra 25. annos. & ſic hic eſt caſus, in quo quis eſt priuilegiatus in eo, quod fecit poſt 25. annos intra quadriennium, quod in alio caſu nunquã reperitur niſi hic, tamen ſi velles tenere contrarium, & adhære regulæ. d. l. doli mali. verſi. diuerſum. poſſes dicere, quòd iſte tex. nil probat ſaltem neceſſariò, & concludenter, prout etiam ſentit Pau. hic. quia text. iſte non dicit, quòd filius fecit abſtenſionem intra quatuor annos, ſed vbi loquitur de quadriẽnio, loquitur de reuocatione tãtum. ¶Tertiò noto ex ver. tunc. n. quod dicit Barto. ſolus in ſuo ſummario, & in hoc bene eſt ſolus, quòd quando res hæreditariæ ſunt alienatæ, non obſtante alienatione non ſolùm minor habet priuilegium, vt etiam tũc poſſit abſtenſionem reuocare, & recuperare res venditas, ſed etiam maior 25. annis cõſtitutus in vtili tempore, ſeu intra quadriennium, poteſt etiam ſi res ſint alienatæ, reuocare ſuam abſtenſionem, vt dicit Bartol. in ſummario. Et credo, quòd Barto. ſit deceptus per ęquiparationem text. vel quòd quis ſit minor, vel in tempore vtili conſtitutus. Sed certè non poſſet plus errare, quia text. dicit contrarium, dum in verſi. ſinautem, vel minor eſt, dicit aliud triennium indulgere reb. in ſuo ſtatu manentib. & ſubijcit niſi fortè in minore. ideo dicit Angel. in lect. Peru. quòd putat Bart. corruptum vitio ſcriptoris, quia
6 dicit contra iſtum text. ¶† Vlt. potes per te notare, ꝙ aliquid conceditur rebus integris, quòd non concederetur quando res deſineret eſſe integra, ſicut in ſimili in contractibus innominatis re integra eſt locus pœnitentiæ, aliàs non. l. ſi pecuniã. in prin. ff. de condi. ob cauſam. ſic etiam dominus poteſt reuocare mandatum procuratoris re integra, aliàs non. l. mandatum. la ſecunda. ff. mandati. & hoc inducit Paul. ad aliam. q. an
* filius poſſit legitimari poſt aditam hæreditatem, *& communis concluſio eſt*, quòd non, vt ponitur in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. cum concordan. vt hic, & ibi per Alexand. ¶Expeditæ ſunt omnes gloſſ. excepta. fin. quæ oppo. contra fi. text. & dat tres ſolut. tene ſecundam, quòd ibi habebat ſubſtitutum, qui adiuerat, & ſuo labore recuperauerat hæreditatem diſtractam, ita quòd defunctus non afficitur iniuria, prout hic, quando bona diſtrahuntur per creditores, vt reſpon glo. in contrario. d. §. Scæuola. in pen. col. quam ſequuntur Cyn. Salic. Fulg. & Alexand. hic. Potes etiam aliter reſpondere, vt per Angel. & Fulg. hic. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum petitur aperiri per officium iudicis.*
2 *An notarius teneatur dare copiam teſta. legatario ſuis expenſis.*
3 *Teſta. viuo patre poteſt de eius conſenſu aperiri.*
4 *In reſpicientibus ſolennitatem actus attendimus ſtatutum loci, in quo actus celebratur.*
5 *Dicta in teſtamento habent locum in codicillis.*

Quemadmodum teſtamenta aperiantur, deſcribantur, & inſpiciantur. Rub.

LEX PRIMA.

1 VT teſtamentum. † Teſtamẽtum petitur aperiri per officium iudicis. hoc primò, & debet aperiri ſecundum conſuetudinem illius loci, in quo petitur fieri apertura, & abſentib. teſtib. teſtamentarijs ſit loco eorum coram honeſtis perſonis, hoc ſecundò, & petenti copiam teſtamenti ſi iurat de calumnia, facienda eſt copia eius partis, quæ ad eum pertinet ſine die, & conſule, niſi ſint talia, quæ teſtator prohibuerit aperiri, aut pertineant ad alterius infamiam. hoc dicit tertiò, & codicilli debent aperiri eã forma, qua teſtamentum. hoc dicit totus titulus. Et conſidera, quare hic titulus ſit poſitus poſt præcedentes, cùm poſt repudiatam hæreditatem fruſtra petatur apertura teſtamenti. congruentius videbatur continuari ante duos titul. præcedent. tamen paruæ eſt vtilitatis, ideo non in-
2 ſiſto. ¶† Et not. diligenter deciſionem Paul. & Alex. hic, quãdo

Source : BIU Cujas

a notarius denegat * velle oſtendere teſtamentum legatario, niſi ſibi det copiam ſuis expenſis. pondera etiam, quòd in l. 2. in verbo a patre datas. tex. ſecundū Ang. ℭ † teſtamentū viuo patre pōt de eius conſenſu aperiri. Sed tu dic, ℭ nihil probat concludenter ſm Pau. hic, quia licèt pater dederit tabulas teſtamenti filio, vt in patriā deferret, tamen quādo venit ad patriam, & petijt aperiri, an pater tunc viueret, text. non dicit. tñ notabile eſt verum, vt habes tex. cū gl. in l. omnium. s̄. de teſta. Bar. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. eo. cum ſi. ¶† Item no. tex. ibi, ſm le
b ges moreſque, b &c. ℭ in reſpicientib. ſolennitatem actus attē dimus ſtatutum loci, in quo actus celebratur, ſed quia iſtam materiam examinat Bar. in l. 1. in 1. q. prin. s̄. de ſum. Tri. & ibi dixi, non tango hic. ponunt Doct. in c. ℭ clericis. de fo. comp. & ibi feci mentionem de deciſione Pau. de Caſt. an inſtrumenta alibi facta haberent executionem in loco, vbi eſt ſtatutum,
5 ℭ inſtrumenta mandentur executioni, & ècontra. ¶† Itē no. ℭ dicta in teſtamento habent locum in codicillis, & iſta dicitur extenſio paſſiua, quæ fit à l. vnde videtur, ℭ ſtatutum aliquid diſponens ſuper teſtamento, intelligatur ēt diſponere de codicillis. quam materiam vidiſtis in l. 2. obi omnes. ff. de leg. 1. ideo non pono hic, & ſic eſt expeditus iſte titulus. Iaſ. Papię.

ADDITIONES.

* ¶Quando notarius denegat. Adde Bar. in l. fi. ff. de tab. exhi. Bar. in l. theſaurus. ff. ad exhi.

b Leges moreſque. No. ampliationem, quòd conſtitutio in totū tollit publicationē. Bar. in l. 1. col. 6. de ſum. Tri. Pan. in d. c. 2. col. 4. de proba. PVRPV.

De edicto diui Adr. tol. & quemadmodum ſcri ptus hæres in poſſeſſionem mittatur. Rub.

LEX PRIMA.

c strumenti, c vel vitium non solùm impedit executionem, vt hac. l. imò regulariter vitiat instrumentum ipsum, vt habetur in c. cùm olim. el secundo. de priuileg. in c. ex literis. in c. accepimus. de fid. instru. Sicut etiam talis rasura vitiat rescriptum. c. licèt. de crim. falsi. & est bona glo. in d. c. cùm olim. in verbo subscriptiones. ¶ Istam reg. limita primò, vt procedat, qñ talis rasura reperitur in parte substantiali instrumenti, secus si esset in exordio, vel in præfatione notarij, vt tenet gl. hic in verbo vitiatum. & in d. c. ex literis. & in l. si vnus. s. de testa. & in l. 1. §. fin. ff. de bon. pos. secundum tab. ¶ Secundò not. limita, nisi scriptura instrumenti esset abrasa in loco substantiali, sed ita benè rescripta, q videatur manu eiusdem notarij, tunc non vitiat, ita glossa. hic nota. quam signa in verbo prima figura. in fin. quam Bart. not. multum, & Ang. dicit singularem, sed habes similem in cap. cum venerabilis. in gl. fin. de relig. domib. quam debuit allegare Bar. hic, qui in hoc habetur corruptus. ¶ Tertiò limita, nisi notarius in sua publicatione, & subscriptione instrumēti attestetur qualiter fecit talem abrasionem in tali linea, sicut fit, tunc nil nocet, secundum Bart. in l. 1. §. fin. ff. de bon. pos. fm tab. & in l. si vnus. vbi dixi. s. de test. ¶ Quartò limita, nisi ex præcedentib. & seq. verbis instrumenti appareat, q illa verba abrasa conueniant, & quasi necessariò sic esse debeant, tunc abrasio non nocet, & hoc est, quod dicit gloss. in terminis in d. c. cùm venerabilis. in gl. fin. vnde Bart. sumpsit omnia verba, quæ ponit hic. ¶ Vltra Bar. & Doct. hic tu quintò not. limita, quando
d instrumentum d reperitur penes suum aduersarium, & iudex cogit eum exhibere tale instrumentum in iudicio, quia si reperitur abrasum etiam in loco substantiali, tamen non vitiat instrumentum, imò ei præstatur fides in omnibus, in quib. potest sumi sensus ex instrumento, quia præsumitur, quod aduersarius dolosè abraserit. ita not. Bald. in l. 1. C. de fid. instr. referens Host. & Io. And. in c. accepimus. de fid. inst. & dicit, quòd istud etiam habet locum in rescriptis Papæ. ¶ Sextò no. limita, & signa, quod rasura vitiet instrumentum, nisi tale instrumentum corroboretur per viuā vocē testiū, & isto casu vnus testis sufficeret. ita singulariter Bald. in l. si veritas. circa princip. C. de fideicom. ego tñ teneo contra, & alleg. ipsummet Bal. contradicentem in l. 1. C. vt in pos. leg. vbi formaliter dicit, quòd si instrumentum habet maculam, non potest testibus validari. Alibi Bald. in l. fi. in 2. colum. ſ. de fideicommis. quærit, quid si scriptura instrumenti est vituperata, vtrum si sit confirmata per vocem viuam vnius testis, sit exequibilis, & dicit, quòd nō, vbi agit de executione instrumēti, vt hac. l. secus si extenderetur in negocio principali in iudicio petitorio, vt ibi per eum. Istud idem vult Bart. hic in 7. col. dum ponit differentiam inter remedium huius. l. ex vna parte, & interdictum quorum bonorum, vel petitionem hæreditatis ex alia, nam dicit Bart. quod in hoc iudicio si instrumentū sit in aliqua parte vitiatum, non potest appobari, nisi per eandem scripturam, sed in alijs iudicijs vitium instrumenti potest adiuuari per probationes extrin secus sumptas. ¶ Septimo limita procedere, nisi de eadem re, siue de eo. contractu sunt confecta duo instrumenta, vt dicit text. in l. vnum. ff. de testa. quia rasura in loco substantiali, quæ reperitur in vno ex istis instrumentis, non vitiat aliud instrumentum. ita Bald. in l. falsus. in 7 colum. s. de fur. per l. fi. vbi bonus text. ff. de his, quæ in testam. delen. ¶ Octauò limita prædictam regulam, vt procedat, quando post perfectum instrumentum reperitur rasura facta in aliqua parte substantiali, sed si tota charta erat prius scripta, & notarius abrasit totam illam veterem scripturam, & in charta abrasa scripsit nouum instrumentum, illa abrasio non nocet secundum Bal. hic in 4. oppo. ratio est, quia in chartis abrasis potest notarius instrumentum scribere. l. chartæ. vbi not. Bartol. ff. de bon. pos. fm tabul. & isto modo habes collectam istam materiam. ¶ Gl. in verbo depositionib. est notabilis, & necessaria, & approbatur, quam diuide in quinque. In prima declarando text. remouet vnum contrarium. In secunda ponit dictum. In tertia format vnam quæstionem. In quarta ponit aliud dictum. In quinta format aliam quæstio. Secunda ibi, item per hoc, q dicit. Tertia ibi, quid ergo in nuncupatiuo. Quarta ibi, & idem Al. dicit. Quinta ibi, sed
20 quid si nuncupatiuum. † Et vltimam partem multum not. Angel. pro sing. ad statuta disponentia, q instrumenta habeāt executionem paratam, quòd si de debito non fit instrumentū, sed examinētur testes, & eorum dicta redigantur ad scripturā, talia dicta testium habent executionem paratam, sicut instrumentum publicum. Sed istud est falsum, quia Bartol. & alij in
21 multis locis tenent contra, vt hic per Alexand. ¶ † Successiuè iuxta hanc glo. quærit Bartol. an ista. l. habeat locum in testamento, quod valet tantum de iure prætorio, sed non ciuili, vt in casu legis, posthumus. ff. de iniust. rup. & in alijs casibus, vt per gloss. in l. fin. supra vnde legit. & concludit, quòd sic, quia iste, qui succedit de iure prætorio tantum, & sic bon. pos. continetur appellatione hæredis. l. 1. §. bonorum. ff. ad Ttrebel. per quem text. ibi not. Bartol. quòd statuta loquentia de hærede habent locum in bono. pos. Item, quòd ista. l. habeat locum in bon. pos. sequitur Sal. hic, & etiam Fulg. in 7. colum. & tenet gl. magistra in verbo legitimo. infra in tertia parte. alij non tangunt. Pro ista conclusione facit, quia remedium huius legis competit fideicom. vniuersali, qui solùm habet vtile ius, sicut bon. pos. & non venit appellatione hæredis propriè, ita firmat glo. s in verbo ex parte. vbi dixi. multum etiam facit, quia bon. pos. in omnibus æquiparatur hæredi de iure ciuili. l. in omnib. ff. de bon. pos. Facit. l. hæredis appellatione. ff. de verb. signifi. ergo succedit regula, quòd quando duo casus per omnia, & in oībus æquiparātur à lege antiqua, lex noua, quæ statuit aliqd in vno, intelligitur idem in alio statuisse, secundum gloss. in l. si quis seruo alieno suaserit. supra de furtis. & in l. quod verò cō-
22 tra. ff. de legib. † maximè attento, quòd largo sumpto voca-
e bulo appellatione hæredis, e venit bon. pos. §. quos autem. in-
f stitu. de bon. pos. vnde licita est extensio f de stricta significatione vocabuli ad latam, concurrente rationis identitate. glo. est in clemen. 1. in verbo eligatur. de elect. & in Auth. vt hi, qui obli. se perhi. in prin. in verbo ad curationē, quā ibi Ang. ad hoc no. & sine dubio credo istam partē verā, solus Barb in rep. rub. supra qui admit. in 1. colum. & sex seq. tenet contra istam opi. Bart. à qua nemo vnquam discrepauit, & licèt multa videatur dicere, tamen in effectu omnia eius dicta reducuntur ad hoc, quia dicit, q ista lex est correctoria, vt dicit probare istum tex. in verbo quiescente. sed in correctorijs non est licita extensio ad casus improprios, & hoc modo conatur respondere ad omnia

ADDITIONES.

a * Libellus. Adde, quòd de hoc latè disputat, & tandem pro negatiua concludit Neuiz. consil. 4. de quo vide etiam quæ scribit Alexand. in l. à diuo Pio. §. sententia. colum. 4. 3. limita. de re iud. MASVER.

b An autem requiratur citatio. Adde Cyn. in l. 1. C. qui admit. Bart. in l. 3. in §. si causa cognita. ff. de bon. pos. Bal. in l. 2. C. de his, qui ven. æta. impe.

c ¶ Rasura instrumenti. Adde Specul. titul. de relatio. præsentati. in §. dicto. versi. item excipitur. Doct. in c. cùm inter dilectos. de fid. instru. Abb. in cap. cùm venerabilem. de relig. domib.

d ¶ Quando instrumentum. Adde Ant. de But. in c. peruenit. el 2. de test.

e ¶ Appellatione hæredis. Adde Bart. in l. 1. §. bonorum. ff. ad Trebellian. Doct. in l. si filius. ff. quod cum eo.

f Et quid de statuto loquen. de hærede, an locum habeat in bonorum possessore, & vide eundē Ias. in l. 1. §. bonorū. in fi. ff. ad Treb. MASVER.

f Licita est extensio. Adde Io. de Imo. in l. dotalem. in 11. colum. ff. soluto matr.

Source : BIU Cujas

omnia adducta contra. Mouetur etiam, quia iura loquentia de hærede, non habent locum in bon. poſſeſ. quod eſt *contra communem ſententiam*, de qua per Bart. & alios in d. l. 1. §. bonor. cum concor. quas dedi in l. fin. §. qui admit. Sed non recedo à communi, quia iſta lex eſt ſolùm exorbitans non correctoria,
23 vt de ſe patet. ¶† An autem venientes ab inteſta. poſſint implorare remediũ huius. l. Bal. hic in 3. q. tenet, quòd ſic, licèt nõ audeat firmare, quia nulla l. ſit cautum. Pro eo facit illud, qđ tenet ipſe Bald. in l. 3. de inoffic. teſta. vbi tenet, ꝙ filius præterit. à matre intelligit inſtitutus ex diſpoſitione illius legis, & hẽt re mediũ huius. l. ad idẽ facit, qa in legib. exorbitãtibus à iure cõi vbi tractatur de fauore publico, ſemper licita eſt extenſio, cõſuluit Paul. de Caſtr. in conſil. 24. incip. Viſo puncto. in 3. colu. ꝙ ſtatutum Brixiæ, quo cauetur, ꝙ Poteſtas poſſit committere cauſas appellationũ à ſententijs diffinittuis, quia eſt inductum fauore publico, ne ciues Brixiani habeant neceſſe ire Venetias pro impterandis commiſſionibus, extendetur etiam ad cauſas appellationũ à ſentẽtijs interlocutorijs, & ideo ſtatutũ ſolum fecit mentionẽ de appel. à diffinitiuis rõne maioris dubij, non tamen intelligitur excludere appellationem à ſententijs interlocutorijs, ſi ergo licita eſt extenſio vbi tractatur de fauore publico, certè, quòd defuncti habeant hæredes, reſpicit fauorem publicum, ideo tractatur de vltima volunta. quia vbi tractatur de fauore public. licita eſt extenſio, vt dicit gl. not. in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſthum. Teneas tamen, quòd iſta l. ſolùm habeat locum in hæredib. vel ſucceſſorib. ex teſtamento,
* ſecus in venientibus ab inteſta. ita ſe habet *communis ſententia*, quam tenet Cy. hic in 3. & 4. q. Sali. Fulg. & Alex. hic cum concor. vt per Alexan. & miror, quòd non allegauerit Bald. qui tenet contrarium eius, quod hic in c. 1. in tit. de contro. inter ma-
a ſcul. & fœm. de benef. in vſib. feud. ¶ Gl. in verb. fuerunt. [a] tene eius cõcluſionem, nec obſt. l. in teſtamento milit. alleg. in gl. ad quam non reſpondet, quia clara eſt ſolut. ibi enim quo ad dominium rerum, ideſt quantum valet hæreditas defuncti, non computantur res alienæ, quas defunctus poſſidebat, ſed nos loquimur reſpectu nudæ poſſeſſionis tantum. ¶ Glo. in verbo legitimo modo format quatuor principales quæſtiones, & ita diuiditur in quatuor. ¶ Aſſumo primam quæſt. gl. quæ eſt ſubtilior, & difficilior, & in qua ſecundum Bar. ſtat virtus huius. l. nam cùm tex. dicat, quòd oſtenſo inſtrumento teſtamenti iudici, debeat mitti in poſſeſſionem omnium rerum defuncti, niſi quę legitimo modo ab alijs detinentur, oportet intelligere, quando res dicantur legitimo modo poſſideri, ita quòd hęres impediatur mitti in poſſeſ. illarum rerum. Gloſſ. in effectu ponit duas opin. Prima fuit Al. Glo. quòd res intelligatur legitimo modo poſſideri in propoſito, quando poſſeſſor habet in talib. bonis ſimilem titulum, ſicut habet hæres, ideſt quia etiam ipſe oſtendit, qualiter eſt inſtitutus in iſtis bonis, ſi autem habeat alium titulum, vt quia emit, vel aliter acquiſiuit, & tunc ſi defunctus tempore mortis ſuæ poſſidebat iſta bona, hæres ſuus tanquam ſpoliatus debet mitti in poſſeſ. talium bonorum, aliàs ſecus. Secunda fuit opin. Azo. quòd quando poſſeſſor habuit titulum ante mortem defuncti, qualemcunque habeat titulum, ſiue habuit à defuncto, ſiue ab alio, & tunc iſte cenſetur legitimus contradictor, & poteſt impedire hæredem, ne conſequatur remedium huius. l. ſi autem acquiſiuit titulũ poſt mortem defuncti, ſecus. Tota ergo virtus huius legis, & huius materiæ eſt ad inueſtigandum, quia hæres oſtendendo teſtamentum iudici, debet ſtatim mitti in poſſeſ. omnium rerum defuncti, niſi appareat legitimus contradictor, & text. dicit, quòd ille, qui legitimo modo poſſidet aliquas res defuncti, & in intellectu horum verb. audiuiſti duas opin. in gl. Bart. hic tradit doctrinam per tres colum. de qua Raph. & Pau. truffantur, & Fulg. eam omittit. Pau. dicit formaliter, quòd ex iſta lõgiſſima diſtin. Bartol. vix poteſt extrahi ſanus intellectus, quia Bart. vadit per tot ambages, & diuerticula, & Bartol. certè habetur corruptus ſic, vt vix poſſit intelligi, ſed emendando Bar. lecturam, vt colligi poteſt ex præcedentibus, & ſeq. videt, ꝙ ſit bona. ¶ Si quæritur, ergo ſi quis in iſta materia ſit legitimus cõtradictor, conſidera tres caſus principales. Aliquando comparet contradictor ante conceſſam licentiam à iudice ad impediendum, ne licentia concedatur, & ſic ne fiat miſſio in poſſeſſionem ex iſta. l. aliquando comparet contradictor poſt licentiam conceſſam à iudice, ante tamen quàm ſit ingreſſus poſſeſſionem. Aliquando comparet contradictor poſt licentiam conceſſam, & factam executionem, ad fin. vt faciat reuocari licentiam, & executionem. Circa primum caſum conſidera, quòd Bart. eſt corruptus, & dicit, aut quis comparet ad impediendum licentiam, & executio. & iſto modo malè ſtat Bart. quia illud de executione ponitur in ſecundo membro, ideo debet dicere, quòd aliquando comparet quis ad impediendũ licentiam, non executionem, per hanc. l. quia illud de executione ponitur in ſecundo membro. Item conſidera circa hoc membrum principale, dum Barto. circa fi. dicit, quòd aut poſſeſſor probat poſſeſſionem, & titulum ſolum, aliqui non intelligentes quid vellet Bart. deprauarunt lectur. Bart. vt diceret, quòd ſi aliquis probat poſſeſſionem, & titulum non, ſed ſenſus Bartol. eſt iſte, pone, quis eſt in poſſeſſione huius domus, hæres vigore teſtamenti, quia eſt inſtitutus in omnibus bonis, præcipuè in iſta domo, petit concedi ſibi licentiam de intrando poſſeſſionem huius domus, & ſic petit de intrando poſſeſ. illius domus, tunc dicit Bartol. quòd ſi poſſeſſor probat poſſeſſionem, & titulum ſolùm, quid vult dicere titulum ſolum, ideſt probat qualiter emit iſtam domum à Titio, quare dicitur probare titulum, quia nõ probat, quòd Titius à quo emit, eſſet dominus illius domus, nam ſi probaret de dominio ſui authoris, tũc haberet poſſeſſionem, titulum, & dominium, & excluderet hæredem, dicit Bartol. quòd quando poſſeſſor probat ſolum titulum, quòd non eſt legitimus contradictor ad impediendum hæredem, quin obtineat licentiam, & miſſionẽ in poſſeſſio. illius rei, quam defunctus tempore mortis poſſidebat, caſus iſte frequẽs eſt, in quo Pet. & Cy. hic in eorum diſtinct. tenent contra Bart. & fortè melius, quia etiam hæres pbat poſſeſſionem defuncti, & ſolum titul. ideſt probat titulum hæreditatis, quòd eſt hæres, ſed non probat, quòd ille, cuius eſt hæres, fuerit dominus, ergo cùm ipſe ſolum titulum probet, & non dominium defuncti, certè cùm ſit paritas tituli, debet præferri exiſtens in poſſeſſione, niſi fortè dicas ſuſtinendo Bartol. quòd in iſto iudicio poſſeſſorio ſit priuilegiatus hæres in hoc, vt præferatur ex ſolo titul. & poſſ. defuncti, tamen cùm nulla l. probetur, non eſt tutum dicere, vnde conſidera, quòd Bartol. in iſto membro loquatur, quando defunctus poſſidebat vſque ad tempus eius mortis, vt patet ex ſequentibus verbis Bartol. & tunc præſumetur pro hęrede, potius quàm pro iſto, qui poſtea cępit poſſidere, ita vt præferri debeat, & ad hoc vide omnino Bald. hic in 16. colum. verſic. ſed contra hoc ponitur. nam in hoc paſſu, quẽ alij non tangunt, non quieſcit ani-
24 mus. ¶† Item inquantum Barto. in ſecundo membro diſtinguit, aut quis fuit citatus aut non. Not. diligenter, quòd quando facio citari quem ſimpliciter, eo ipſo intelligitur eius perſona habilitata, ita quòd ſi eſſet filiusfamil. qui non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, vel ſi eſſet ſeruus, vel aliter inhabilis, cenſetur eius perſona habilitata, ideo caue ne facias quem ſimpliciter citari, iſta eſt doct. Innocen. in c. cùm inter. de excep. quam notab. tenet Bart. in l. cum mulier. in ſecunda colum. ff. ſolut. matrimo. & hic in quinta quæſtio. princi. Imol. & Modern. in l. ſi perluſorio. §. fin. ff. de appel. facit, quod dicit Bartol. in l. de pupillo. §. primò. ff. de oper. nou. nunc. cum concord. vt ibi traditur, & iſto caſu ſic ſimpliciter citatus intelligitur legitimus contradictor, & admittitur ad opponendas exceptiones iudicij poſſeſſorij, vt not. declarat Bald. hic in ſecunda, & tertia col. & not. in 13. col. verſi. 5. quæritur. & Alex. in 16. columna. & ſequen. quòd limita tamen ſingulariter, quando quis eſt ſimpliciter citatus, ſecus ſi adiecta cauſula, ſi ſua puta-
b uerit intereſſe, [b] ſecundum formam. l. ea quidem. C. ſi mancip. ita fuc. alie. ita ſingu. Bar. hic in quinta quæſtio. & practici procuratores obſeruant, & ſequitur Ludouic. in dict. l. de pupillo. in princip. vbi reputat eſſe ſingular. ſequitur Paul. in l. libertus aduerſus. ff. de in ius vocan. & idem tenet ipſe Bald. in l. ſecun-
25 da. in fin. ſupra de pact. ¶† Not. etiam ad fin. doctr. Barto. bonam limitationem, quam tradit Bartol. ad l. ſi eo tempore. C. de remiſſio. pign. quod citatus elapſo tempore ſibi preiudicet, quando aduerſarius habebat ius, ſecus ſi nullum haberet, vt
26 hic pulchrè per eum. ¶† Not. etiam vltra Bartol. quòd ſi filia ſit inſtituta hæres in teſtõ patris, & in eius hæreditate reperiantur

ADDITIONES.

a ¶ Fuerunt. Et iſtam glo. tenet Alexand. conſil. 24. attentis. in princip. & colu fin. verſ. ex quibus, &c. PVRPV.

b Putauerit intereſſe. Adde, quòd hæc forma obſeruatur, quando aliquis dubitat, an tertius poſſit prætendere intereſſe, vt ſententia deinde ferenda ei præiudicare poſſit, neque ille cauſari ſe non fuiſſe euocatum, gloſſ. in l. ea quidem, in gloſſ. final. C. ſi mancip. ita fuerit alien. not. Nat. conſilio 99. colum. ſecunda. in princip. & colum. penult. circa fin. vbi quòd talis citatio eſt facultatis non præcepti. declara tamen vt latius per eum ibi, cui adde, quòd citatio eorum quorum intereſt, facienda eſt tam in actibus iudicial. quàm extraiudiciaib. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. in concedenda. ff. de aqua plu. arc. Nat. conſil. 142. col. ſi. MASVER.

Source : BIU Cujas

a tur feuda, licèt regulariter fœmina [a] non ſuccedat in feudo, tamen ſi filia petat ſe mitti in poſ. omnium bonorum defuncti, per hanc l.decidit mirabiliter Ioan. Andr. quòd agnati reſpectu feudi non ſunt legitimi contradictores quo ad impediendum iſtam miſſionem, per capitul. 2. ſi de feud. defunct. conten.ſit inter dom. & agna. & ſequitur ſimpliciter Alexand. hic in vlt. colum. Tu tamen vide ad hoc, quod tenet Paul. in conſilio 56. incip. quamquam multa ſcripta fuerint. circa fin.

27 ¶† Not. etiam diligenter, quòd ſi aliquis petat à iudice reuocari tenutam bonorum conceſſam alicui propter ſuum intereſſe,& alleget titulum, ideſt qualiter emit, certè niſi probet, quòd ſibi fuerit tradita, ſolus titulus non præſtat probabile intereſſe. Fuit elegans deciſio Iacob.Butr. in l. manifeſtiſſimi.in princip.& ibi ſequitur Bald. ſupra de fur.& per hæc eſt expedi-

28 ta prima quæſtio gloſſ.¶† In ſecunda quæſt.gloſſ. vera eſt cõcluſio gloſſ. quòd fideicommiſſarius vniuerſalis, cui purè debet reſtitui hæreditas, ſi ſit in poſſeſſione rerum hæred. eſt legitimus contradictor ad impediendum directum hæred. mitti in poſ.rerum hæred. ſi autem fideicommiſ. non poſſideret,ſecus eſſet,ita propriè loquitur. l filiam fratribus.allegata in glo. pro contraria. ¶In tertia quæſtio. gloſ. magiſtraliter ponit glo.quinque differentias inter remedium huius legis, quod eſt poſſeſſorium, & interdictum quorum bonor. quod etiam eſt adipiſcendæ poſſeſ. & reprobat duas differentias, ſcilicet ſecundam, & vltim. Battol. hic in tertia columna ponit 6. differentiam, quam ſequuntur Angel. hic in quinta columna. & Fulgoſ.in 12. & alij non tangunt,nam remedium huius.l.com petit hæredi, dato, quòd nemo poſſideret res hæredi.ſed interdictum quorũ bono.non competit, niſi alius poſſideat res hęred. nihil allegat, ſed debuit moueri, quia interdictum dicitur quaſi inter duos dictum. gl.eſt in l.prætor. in princi. ff.de oper. nou. nunc. ad hoc ergo vt competat interdictum, opus eſt, quòd ſit controuerſia inter duos, ergo eſt neceſſe alium poſſidere:ipſemet Bartol.in ſexta colum. addit duas alias notabil. differentias. Prima eſt, quia in hoc remedio huius legis proceditur ſummariè, & ſic non requiritur libellus, nec lit.conteſta.prout requiritur, quando intentatur interdictum quorum bonorum,vel pet.hæred. tamen iſta eſt parua differentia, quia etiam in remedio huius.l.quando apparet contradictor, requiritur libellus, vt dixi ſupra. Septima differentia eſt, quia quando intentatur remedium huius legis, & teſtamentum eſt in ali qua parte vitiatum, illud vitium non poteſt ſuppleri ex dictis teſtium,ſecus quando intentatur interdictum quorum bonorum,vel petitio hæreditatis, de quo dixi in glo. in verbo vitiatum. Octauam differentiam tradunt Fulgoſ.& Pau.hic, quia interdictum quorum bonorum competit ei, qui eſt ſucceſſor ex teſtamento, vel ab inteſta. remedium huius legis non competit niſi ſcripto in teſtamento, & iſtas quatuor differentias vltimas glo.pone ad vltimam quæſtion.glo.inter remedium huius legis,& petitionem hæreditatis. Gloſſ.in verbo miſſus. diuiditur in quatuor. In prima timore vnius contrarij dupliciter exponit text. In ſecunda ibi, & quod dicit poſ. timore alterius contrarij aliter exponit tex.In tertia ibi,& quòd ſubijcit.gl. remouet aliud contrarium.In quarta ibi, ſed qnid ſi talia gloſ. format quæſtionem ſabbatinam. ¶Venio ad primam, & oppo.contra text. nam videtur continere text.contradictionem, dum dicit, quòd erat controuerſia, quia hæres volebat mitti in poſſeſ. & alius contradicebat, & dicit poſtea text. ſiue quis miſſus eſt.propter hoc gloſſ.exponit miſſus, ideſt mitti deſiderans.¶In ſecunda parte, quia text.dicit, quòd in iudicio ordinario ei, qui potiora iura habuerit, adiudicabitur poſ. contra, imò debet adiudicari proprietas, & dominium, gloſſ. fatetur, & exponit text. poſ. ideſt proprietas, nam vltra gloſſ.poſſeſſio pro dominio accipitur. l. interdum. ff. de verbor. ſignificatio.

29 ¶† In 3. parte oppponitur contra text. nam remedium huius legis cùm ſit põſſeſſorium, eſt executiuuum, ſed in executiuis

b non admittitur appellatio, quia à mero executore [b] non appellatur. l.quiſquis. infra quorum appella.non recip. & tamen text. dicit, quòd ſi quis putauerit contradicendum, & ſic appella.ergo malè.glo.dicit, quòd verum eſt, quòd in iſto remedio executiuo non admittitur appellatio, ſed hic iſte ꝺictor non appellabat, ſed conquerebatur dolens de tali executione, & ſic vult gloſ. quòd licèt in executiuis non admittatur appellatio, poteſt tamen eſſe querela, differentia eſt,quia appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorem, & ſic proponitur coram alio: querela autem proponitur coram eod. iuxta glo. not. in cle.prima. de iure patr. & vltimum proſequere, vt per Paul.&

30 Alexand.hic. ¶† In vltima parte glo.format quæſtio. ſabbatinam.i.dubiam, quando apparent duo teſtamenta eod.die cõfecta,nec apparet de prioritate,nec de poſterioritate, & in vno eſt inſtitutus vnus,in alio alius, quis eorum præferatur,de quo eſt glo.plenior in l.prima.§.ſi quis in duobus,& ibi Bartol. ff.de bon.poſ.ſecundum tabul.& gl. in l.eum, qui duobus.vbi Angel.& Imol.ff.de acquirend.hęred.& in capitul.ſi duobus.in gl. prima.de reſcrip.in ſexto. Cyn.in l.hac conſultiſſima. §. ſi quis autem.ſupra de teſtam.Ang.in l.ſi is, qui nepotem. ff.de adop. & latè Ang.de Aret.in §.final.inſtitut.de adopt. & latè hic Alb.

✠ *& communis concluſio* vera eſt,quod nemo eorum

c erit hæres propter nimiam incertitudinem, ſaluo niſi vnus eorum poſſideret, alius non, vel niſi in vno teſtamento eſſent inſtituti venientes ab inteſta.in alio extranei, nam præfertur illud, in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, ſecundum Bartol. in d. l. prima.§.ſi quis in duobus. ¶Tertio ſingula.limita vltra alios, niſi in vno ex iſtis teſtamentis eſſet aliquid relictum piæ cauſæ, in alio non, quia illud teſtamentum, in quo eſt aliquid relictũ piæ cauſæ,præſumitur vltimum,& prævalet, ita ſing.Lud.nec alibi legi,in rep.Auth.ſimiliter.j.ad l.fal.in 12. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas volun.& ita conſului Brixiæ in cauſa hoſpitalis magni, & pro iſta limitatione, quia non reperio aliã auctoritatem, conſulendo monebar, quia in dubijs iudicandum eſt pro pia cauſa. l. ſunt perſonæ.ff.de relig. c.fin.de re iud.c.in his. circa prin.de priuilegijs. Facit optimè, quia ſi reperiantur duo inſtrã eo.die facta,nec apparet,ꝙ ſit prius factũ, & in vno cõtineatur,qualiter talis res fuit donata Eccleſiæ, in alio contineatur,ꝙ illa res fuit hypothecata Titio, certè fauore Eccle.in dubio præſumitur prius factum inſtrm donationis,ita ſing.idem Lud.in rep.d.Auth.ſimiliter.in d.3.ſpãli piæ cauſæ inter ꝺctus. motus,quia ſimile dicitur in fiſco.per text.ſing.in l 1. C.de iure fiſc. lib. 10. ſi ergo in ꝺctib.qñ inſtrã ſunt dubia,præſumitur in fauorem Eccleſiæ, ergo idem in vltimis voluntatib.ita conſul-

31 ui.† De intellectu tñ l. 1.C.de iure fiſci,quia eſt dubius, cùm in dubio ſit iudicandum ꝺ fiſcum.l.non puto. ff.de iure fiſci.vide

32 plenè Alex.in l.1. ff.ſol.matr. ¶† Quid autem in duabus ꝺrijs, vel diuerſis ſententijs eiuſdem iudicis,& de ſimilibus ſcripturis ꝺrijs,ponit Bar.in l.ſcripturæ.in fi.C.de fid.inſtru.Bald.in l.1. in

33 pe.col C.qñ prouoc.non eſt neceſſe.¶† Quid in duob.codicillis eadem die factis,& ꝺrijs, eſt gl.in l.cùm proponas.j.de codi. & de duob.inſtrĩs eadem die factis ſibi ꝺrijs, ponit not.Bal.in l. de reb.C.de dona.ante nup.glo.& Doct. in d.l.cùm proponas, Bald.& Imol.in l.cùm proponebatur.in fin.ff.de leg. 2. Bal.in 1.

34 conſt.C.in §.quib. ¶† Quid in duob.reſcriptis ſub eadem data inuicem ꝺrijs,eſt text.in c.ſi à ſede.de præben.in 6. ponit Ioan.

35 And. in d.c.ſi duobus. ¶† Et quid in duob. inſtrĩs procurato.in quorum vno Titius conſtituitur procurator, alio Caius,ponit Bal.in l.falſus.in 14.col.s̃.de furt.¶Not.tñ in prædictis, & ſimilib.vtilem regulam,ꝙ qñ aqparent duo inſtrã eo.die facta, nec conſtat de prioritate, ſemper præſumitur, quòd illud inſtrumentũ præceſſerit,in quo continetur ille actus,qui facit vtrunque valere, & ideo ſi ſunt duo inſtrumenta, vnum teſtamenti filij, alind inſtrumentum emancipationis eiuſdem filij, præſumitur, quòd inſtrumentum emancip. præceſſerit, quia aliter non valeret teſtamentum, iſtam regulam ponunt Cy. & Bald. in l.cùm in teſtamento.§.hæc verba. ff.de hæredib. inſti.ſper illum text. & eſt vtilis ad infinita,de qua facit feſtum Alexand.in d.l.diuortio.in princip.in 4.colum.ff.ſolut.matrim. & in conſi. 81.in 3.volu.incip. Lecto, & diſcuſſo laborioſo proceſſu. in 5. colum.facit,quod decidit Bart.in l.vt iuriſiurandi. in fin. princ. per gloſſ.ibi.ff.de oper.liberto.¶Glo.fin.in verbo princip.facta eſt principaliter, eo quia text.in fin.dicit, niſi principa.cauſa ſit extincta per præſcrip. 10.vel 30.annor.contra,principalis cauſa eſt pet.hæred.ſed petit.hæred. non præſcribitur minori tempore 30.ann.l.hæreditatis. C.de pet.hære.ergo malè dicit tex.in prin.cauſam poſſe extingui præſcriptione 10.ann. glo.& Doct. laborant, & principaliter dicit gl. ꝙ text. in verbo principalem cãm.põt dupliciter intelligi.Primò,ꝙ princ.cauſa ſit pet.hære, & tunc

ADDITIONES.

a ¶Regulariter fœmina.Adde Spec.titul.de feud.in §.quoniam.verſi.25.Raph. Cum.conſil.137.incip.conſultis,& j. ſcriptis.Raph.Fulgoſ.conſilio 120.incip.nobiles fortiatè Lud.Roman.conſilio.34. incip. viſo inueſtituræ.tenore. Angel.conſilio 242.incip.punctus talis eſt.Petr.de Anch. conſilio 123.incip. dominus Lazarus.Cald.conſilio 3.in titul.de feud.Alexand.de Imol.conſilio 30.incip.omne datum.in 3. colum. in primo volum.idem Alexand. conſil. 1. ponderatis.q.8.verſi.nec prædictis obſt. in 5.colum.

b ¶Mero executore. Adde c.paſtoral.in §.quia verò.de offi. deleg.c.de cætero, de re iud.& in cap.nouit.de appellat.

c ¶Nemo eorum. Adde Barba.lib.primo.conſilio 23.in vlt.dub. Fel.in in c.paſto.in prin.5.colum.de reſcrip.Soc. in l.1.ff. ſolut. matr. colum. 2. idem in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. * Et dic, ꝙ hanc ſequitur, & communẽ dicit,& eſſe quæſt.ſabbatinam Clar.§.teſtamentum. q.vlt.verſ.quæro pone,pro qua vide quæ ſcribit Pract.Pap.for.libel. ex teſtamento. verſic. iniuſtè occupauit. Vil la.inter com.opi. lib.18. ver. teſtamenta. vbi ponit declarationem notabil. Suarez.lib.ſenten,verſi.teſtamenta. MASVER.

Source : BIU Cujas

& tunc obstat contrarium, gloss. tamen dupliciter respondet, sed ambæ sol. ad idem tendunt. nam dicit glo. obscurè, ꝙ peti. hæredi. non datur contra titul. possidentem. l. hæreditatis. vbi Doctor. assignant rationem. C. de petit. hæredita. & tunc petit. hæred. non præscribitur nisi 30. annis. ita loquitur contrarium, sed in istis terminis non potest intelligi ista. l. quia si ille possedisset sine titul. non præscripsisset 10. ann. quia in præscrip. 10. anno. tria copulatiuè requiruntur titulus, possessio, & bona fides, vt declarat Bartol. in l. Celsus. ff. de vsucap. oportet ergo intelligere text. quando iste possidebat cum titul. ltē in casibus specialibus, in quib. peti. hære. datur contra titul. possidentem, de quib. per glo. quæ ista declarat in l. hæreditatem. C. in quib. casib. ces. long. temp. præscri. & in l. 2. C. de pet. hæred. & tunc non competit directa, sed vtilis pet. hęred. l. etiam. §. 1. ff. de pet. hæred. in verbo vtilem, & ideo dixi, quòd prima solut. glo. dicentis, quòd hic loquitur de vtili, est eadem cum 2. solu. & isto casu, quando peti. hæred. excedit suam naturam, & datur contra titul. possidentem, bene præscribitur. 10. ann. ita loquitur iste text. Ista solut. est in se vera. & not. & sequuntur Cyn. & Bart. hic, tamen nimium restringit text. ad ilios casus speciales, ideo Bal. hic in 9. & in 11. oppo. aliter, & singularius solu. & reputat not. nam regula, ꝙ pet. hęred. non competit contra titul. possidentem, debet intelligi, quando talem titul. habebat tempore vitę defuncti, ita loquitur. l. regulariter. ff. de peti hęred. sed si titul. sit acquisitus post mortem defuuncti, non obst. quin competat petit. hæredit. Certè solennis est limitatio ad dict. l. regulariter. sed eam reprobant Salicet. & diffusè Alexan. hic, vt per eum, & per multa reprobat Angel. de Aret. in §. sed istę. in fin. instit. de actio. Tutior ergo videtur secunda solu. gloss. quòd text. in verbo principalem causam, intelligatur de rei vend. sed iungendo ambas solu. text. procedit sine scrupulo, nam dum loquitur de præscrip. 30. ann. tex. in ver. principalem causam, potest exemplific. in petit. hęredi. sed dum loquitur de præscr. 10. ann. potest exemplificari in rei vendi. & hoc modo tex. erit
36 clarus. ¶† Vltimò dum ista glo. respondet ad l. 4. & ad l. fin. ff. de vsucap. pro legato, nam multum signanter vult, quòd licet titul. putatiuus aliàs sit sufficiens ad præscribendum, tamen non est sufficiens ad excludendum petit. hęred. ante completam prescriptionem, & ista erit secunda limitatio notabilis ad dict. l. regulariter. vbi dicitur, quod pet. hæredita. non datur contra titul. possidentem, verum est si possideat cum titulo vero, secus si cum putatiuo, quia habens titulum putatiuum potest conueniri peti. hęred. vt hac gl. no. habes glo. consociam in l. prima. in princip. & ibi subtiliter ponderat. & sequitur Bartol. ff. quorum bonor. cum concordan. vt hic per Alexand. sed contrarium tenet gl. in l. fina. in ver. post. ff de vsucap. pro legato. & gloss. not. in l. nec vllam. §. omnibus. in verbo sciens. ff. de petit. hęre. vbi est bonus text. à contrario sensu, & *ista est communior*, vt hic per Alexan.

a Si quis aliquem testari prohibuerit,[a] vel coegerit. Rubr.

ADDITIO.

a ¶Prohibuerit. Iudex potest concedere, ne prohibeatur impubes. Ludouic. in c. per vestras. col. 131. de don. inter virum, & vxor. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis impedit quem ne testetur, hæreditas ei aufertur tanquam ab indigno, & applicatur fisco.*

2 *Prohibens aliquem testari tenetur in duplum illi, quem testator volebat instituere.*

3 *Quando proximior coegit metu testatorem, vt eum instituereț, tunc talis institutio est ipso iure nulla, nec tamen fiscus poterit eam auferre ab instituto tanquam ab indigno.*

4 *Licitum est vxori blandis verbis prouocare virũ, vt eã instituat, & econtra, & idem in quocunque alio, quod intellige, vt infra num. 5.*

LEX PRIMA.

a Iuili disceptationi.

¶Compellens [a] aliquem testari, punitur criminaliter. hoc primo. & ei, qui prohibuit, ne aliquis testaretur, aufertur hæreditas, [b] vt ab indigno. hoc 2. & blãditijs licet prouocare testatorem. hoc dicit vsque ad fin. tutul. t.

1 ¶† Not. ex ista. l. ꝙ quando quis impedit quẽ ne testetur, quod hæreditas ei aufertur tanquam ab indigno, & applicatur fisco, ꝙ intellige, qñ erat proximior, ita ꝙ ad eum ab intesta. spectasset successio, aliàs si esset remotior, tenetur læso ad duplum, vt hic per Bart. gl. in l. 1. in prin. in verbo fisco. ff. eod. & in l. hæreditas. in gl. mag. circa med. ĩ. tit. 1. † Sed est magnum dubium, in-
2 quantum text. in §. pen. in Auth. vt nulli iudi. allegatus in gl. dicit, ꝙ prohibens aliquem testari tenetur illi, quem volebat instituere, & sic læso ad duplum, an ille text. solùm procedat in administratore ciuitatis, qui prohibuit aliquem testari, prout sonat ille text. an verò intelligatur in quocunque prohibente testari, vidi aliàs magnam controuersiam in ciuitate Cremonæ, & ꝙ non competat pęna dupli, nisi ꝺ administratorem ciuitatis prohibentem testari, tenent Petr. Cyn. & Bal. in l. Lucius. la 2. §. Sempronia. ff. de leg. 2. & ibi Ray. & Commensis, & Cyn. in l. quicquid. C. arb. tute. Contrarium, ꝙ imò habeat locum in quocunq; tenent gl. Bar. & Imo. in d. §. Sẽpronia. Ang. & Fulg.
* in ista. l. 2. & ista est *vera, & communis'*, licèt pro 1. facere videa-
3 tur, ꝙ in dubijs opi. mitior sit tenenda. ¶† Item diligenter cõsidera, ꝙ licèt qñ aliquis proximior prohibuit aliquem testari, auferatur ab eo hęreditas, & applicetur fisco, vt dicit tex. in ista l. 2. tñ qñ quis metu cogit testatorem, vt eum instituereț, certè institutio tunc est ipso iure nulla, nec valet institutio, ita quòd hæreditas auferatur ab instituto, tanquam ab indigno, nec venit fiscus, & ita teneo, licèt gl. & Doct. in l. fin. ĩ. eo. teneant, ꝙ siue testator sit impeditus facere testamentum, siue coactus sit metu ad testandum, ꝙ vtroque casu valeat testũ, sed hæreditas auferatur tãquam ab indigno, quia ista. l. 2. loquitur solum de eo, q impediuit quem testari, & tunc verum est, ꝙ auferat tanquã ab indigno, sed de eo, qui coegit ad testandum, text. nihil dicit, vnde placet ista sententia, ꝙ imò testũ reddatur nullum, nam sicut metus vitiat ipso iure matrimonium. ca. Abbas ꝙ met. cau. c. cum locum. & cap. veniens. el 2. de spons. ita debet ipso iure vitiare institõnem. Item, quia si metus adhibitus testibus testamentarijs, qui metu sunt coacti, vt essent testes, annullat ipso iure testamentum. l. qui testõ. §. fin. in fin. ff. de testa. multo fortius metus adhibi. testõri, & hoc tenet Imol. in l. 1. in 1. col. ff. de test. per glo. primam ibi, quam ad hoc reputat sing. Prædicta etiam procedunt, qñ ipsemet institutus est, qui metu coegit testatorem, vt eum instituereț: quid si fuit alius, qui coegit testatorem, an factum alterius noceat instituto? gl. hic dicit, ꝙ est quæstio sabbatina. i. argumentabilis, tñ determinat, ꝙ nõ nocet, & bene, qñ institutus fuit ignoraș, secus si eo volente, vel sciẽte. gl. in rub. ff. eo. & oẽs hic, & Cy. in rub. ș. eo.
4 & est bonus tex. in l. non interest. C. quod met. cau. ¶† Ex l. fin.
c not. ꝙ licitum est vxori blandis verbis prouocare c virum, vt eam instituat, & èꝺ, & idem in quocunque alio, sed intellige
5 istum text. qñ solæ blãditiæ interueniunt, † secus si immisceantur minæ, vel verbera. ita sing. Bart. in l. fi. ff. eo. sequuntur Sali. & Paul. hic in fin. Secundò singulariter limita, & hic atttende, ꝙ
d blandis verbis licitum est inducere testatorem, verum est, [d] nisi testator prius feciſſet testũ, & alium instituiſſet hæredem, quia tunc si quis blandis verbis, vel adulationib. induceret testatorẽ, vt eum instituereț, licèt testũ valeat, tñ primus institutus reuocabit à secundo per actionem de dolo, vel in factum, ita not. Ang. hic, & in l. non. n. per illum text. cum gl. ff. de inof. testa. & sequitur Bart. Vero. in cautela 62. sed in contrarium est gl. quam. ibi Cy. sequitur in l. q cquid. C. arb. tute. nisi ꝓbareț dolus malus secundi, & hoc puto verius, dicit tamen Angel. hic, & in d. l. non. n. ꝙ aliàs fuit iudicatum Perusij, dum ipse esset Vicarius Episcopi, & aliquis testator primo feciſſet testũ, in quo instituerat hr̃des quosdam religiosos, seu conuentum, & quidam agnati sibi tantum persuaserunt dicentes, quod erat malè factum instituere tales religiosos, quia talem hæreditatem conuertent ad malum, ita fecerunt, quod eos instituit, fuit iudicatũ, quod illi religiosi obtinerent successionem, per prædicta, not. quia vtills est decisio. ¶Glo. in ista. l. final. format quatuor contraria contra text. quib. non respondet. Primũ est de leg. non enim. ff. de inoffic. testa. Bart. & Sal. respondent, ꝙ illæ blanditiæ versabantur circa prohibita, dic clarius, vt ibi apertè dicit text. quod ibi blanditiæ tendebant in perniciem alterius instituti. Secundum cõtrarium de lege 1. & 2. de don. inter vir. & vxo. tolle, ꝙ ibi prohibitio est in vita, nam maritus prohibetur prouocare in vita vxorem ad donandum sibi, qa mutuis

ADDITIONES.

a ¶Compellens. Not. pro fisco Cor. libr. 4. consil. 210. licèt prohibens.

b ¶Aufertur hæreditas. Limitat Cor. libr. 4. consil. 150. circa præsentem. in vltim. dub. PVRPV.

c ¶Prouocare. Adde Ias. in l. cùm donationis. supra de transact. Scar. in l. 1. nu 2. ș. de instit. & substi. PVRPV.

d ¶Verum est. Lup. in repe. rubr. de don. inter vir. & vxor. fol. 49. * Et vide, quę scribit Catel. versi. testatorem inducere, vbi plura ponit nota.

Source : BIU Cujas

mutuis affectionib. ſe ſpoliarent, ſed fit hic prouocatio in vlt. volun. cuius effectus confertur poſt mortem. Tertium cõtrarium de l. 1. de ſtatuis, & imagi. ſimiliter tolle, quòd ibi blanditiæ verſabantur circa id, quod lex prohibebat. circa vltimũ contrarium l. captatorias, dic, quòd illle text. cum glo. facit, ſed reſponde, quòd prohibitio ibi fit propter captionem, & fraudem, quæ ibi inducitur.

De his, quib. vt indig. aufe. hær. & ad Syll. Rubr.

¶Iſte titulus eſt difficilis, vt atteſtatur Bart. in l. 1. ĩ. eod. & præmitte, quod dicam in l. 1. ĩ. eod. in prin. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Titulus iſte in quib. caſib, locum habeat.*
2 *Quando cenſeatur quis indignus ad hoc, vt poſſit priuari hæreditate.*
3 *Vaſſallus, qui commiſit cauſam, propter quam meretur priuari feudo, licèt non ſit ipſo iure priuatus, tamen quamprimum commiſit cauſam, efficitur indignus, & ſic malæ fidei poſſeſſor, & ſic à tempore commiſſæ cauſæ tenetur ad fructus.*
4 *Hæres, qui adiuit hære. teſtato. occiſi, inulta eius nece, tanquam indignus priuatur ſucceſſione, & applicatur fiſco.*
5 *Verbum vlciſci, quot modis poteſt intelligi.*
6 *Regulariter quotieſcunque aliquid aufertur alicui tanquam ab indigno, applicatur fiſco.*
7 *Hæres quamprimum potuit vindicare necem defuncti, & non fecit, incidit in pœnam.*
8 *Diſpoſitio. l. vel ſtatuti magis æquiparatur vitiis voluntatibus quã contractibus.*
9 *Quando propter negatiuam imponitur alicui pœna ſine determinatione temporis, nunquam quis incurrit pœnam, niſi præcedat monitio iudicis.*
10 *In actionibus bonæ fidei veniunt vſuræ à tempore moræ, quando competunt contra eum, qui nullum ius habet, ſecus ſi aliquod, quia tunc à tempore motæ litis.*
11 *Fiſco competit vtilis petitio hær. contra hæredem indignum.*

LEX PRIMA.

HÆredes. Diuide iſtã. l. in duas. In prima loquitur de fructib. q ſunt acceſſiones naturales. In ſecũda loquit de vſuris, quæ ſunt acceſſiones ciuiles. Secunda ibi, ex hæreditate autem. Prima ſubdiuiditur in duas. In prima ponitur deciſ. In ſecunda mdetur tacitæ obiectioni. Secunda ibi, neq; n. bonæ fid. poſ. Rurſus ſecunda ſubdiuiditur in tres. In prima loqtur de reb. hær. diſtractis. In ſecũda loqtur de fructib. In tertia declarat quas vſuras præſtare neceſſe ſit. Secunda ibi, q in fructib. Tertia ibi, vſuras autem. ¶Hæres, qui non vindicauit necem defuncti, tenetur reſtituere hæreditatem fiſco vnà cum fructibus integris, & etiam tenetur ad vſuras ſemiſſes rerum diſtractarum à die motæ lit. h. d. ſecundum Bart. totus iſte titulus eſt difficilis, & pro eius introductione, & intelligentia omnium legum huius tituli præmitte ſecundum Pau. in rubr. ſ. eod. † q iſte titulus habet locum in trib. caſibus, ad quos reducuntur omnes leges huius tit. Primus caſus eſt, quando hæres neglexit vindicare necem defuncti, ſiue occiſus ſit ab extraneo, prout loquitur iſta. l. 1. ſiue à familia, prout loquitur l. 3. ĩ. eod. & propter hunc caſum, quando dominus occiditur à familia, factum eſt Senatuſconſ. Syllanianum, de quo loquitur l. minorib. ĩ. eod. tamen pœnam huius tit. limita dupliciter. Primò vr vt procedat, quando hæres ſcit occiſores, ſecus ſi ignorat, ita loquitur l. ſi ideo, & l. cùm fratrem. ĩ. eo. Secundo limitatur, niſi ſit preuentus ab alio in accuſando, ita loquitur l. ſororem. ĩ. eo. verùm, quia poteſt contingere, q hæres, quia vult prius vendicare necem defuncti, differt propter hoc adire hæreditatem, & interim moritur ea non adita, & ſic videtur ſibi præiudicari, ideo facta eſt oratio diui Marci, quæ quia perfectè non prouidebat, facta eſt. l. cùm Syllanianum. ĩ. eod. Secundus caſus princ. in quo habet locum pœna huius tituli eſt, quando hæres inſtitutus in teſtamento vnà cum alijs, accuſat teſtamentum de falſo, ad hoc, vt alios cohæredes excludat, qui non poſſunt niſi ex teſtamento ſuccedere, vt ſolus ab inteſt. ſuccedat, nam ſi ſuccumbat in tali accuſatione, priuatur ſucceſſione tanquam indignus, & ita loquitur l. 2. ĩ. eod. tamen ſi medio tempore tranſigeret, antequam deueniatur ad ſententiam, excuſaretur à tali pœna, ita loquitur l. alia. ĩ. eod. Tertius caſus eſt, quando teſtator poſtea in codicillis, vel epiſtola reputauit hæredes prius ſcriptos indignos, ita loquitur l. hæreditas. cum gloſ. magiſtra. ĩ. eod. vltima verò l. huius tituli tractat, quando dominus fuit occiſus à familia propria, & aliqui ſerui potuerunt eum defendere, & neglexerunt, qua pœna puniantur, & hoc modo habes ſummam huius tit. & omnium legum in eo poſitarum. ¶In text. ibi, fructus integros. intelligẽ. i. perceptos, ſeu qui percipi potuerunt, & hoc ſiue extent ſiue non, & ſiue ex eis ſit effectus locupletior ſiue non. ¶In text. ibi, neque. n. reſpondetur tacitæ obiec. nam videtur, quòd iſte hæres ante motam litem fiſco debeat cenſeri bonæ fidei poſſ. & ſic debeat facere fructus ſuos, quia malę fidei poſſeſſor dicitur, qui inuadit rem ſine titulo, & iſte tanquam purus inuaſor tenetur ad omnes fructus, ſed cùm iſte ſit hæres mero iure, & habeat tit. certè non videtur malæ fid. poſſeſſor, cùm ipſo iure non priuetur, ergo antequam fiſcus moueat litem, propter ius, & titu. quem habet, debet cenſeri bonæ fid. poſſeſſor. Imperator tamen reſpondendo dicit, quòd imò etiã antequam moueatur lis à fiſco, ex quo ſcit teſtatorem occiſum, item ſcit, quòd ſi adeat antequam vlciſcatur, quòd redditur indignus, certè adeundo ante vltionem, facit contra officium pietatis, & redditur malæ fid. poſſeſſor. † Et ideo habes hic text. ſing. quòd indignus cenſetur vſque à princ. malæ fid. etiam ante motam litem indignitatis. vnde hic eſt text. ſing. ſecundum Gul. & Ang. † quòd vaſſallus, qui commiſit cauſam, propter quam meretur priuari feudo, vel clericus, qui commiſit cauſam, propter quam meretur priuari beneficio eccleſiaſtico, quòd licèt nõ ſit ipſo iure priuatus antequam feratur ſententia, [a] tamen quamprimum commiſit cauſam, efficitur indignus, & ſic malæ fid. poſſe. & ſic à tempore commiſſæ cauſæ tenetur ad omnes fructus reſtituendos, & dicit Pau. quòd iſta. l. eſt ad hoc valde ſing. nec alibi reperitur. l. quæ ita poſſit allegari, licèt contrarium videatur probari ex gl. not. in Auth. de inceſt. nup. in princ. in verbo imminere. in fin. de cuius veritate dic, vt per Cyn. & Bald. in Auth. inceſtas. ſ. de inceſt. nup. ¶† Not. ergo ex iſta prima parte text. quòd hĩs, qui adiuit hæreditatem teſtatoris occiſi inulta eius nece, tanquam indignus priuatur ſucceſſione, [b] & applicatur fiſco: nam tenetẽ prius accuare occiſorem, & facere, quod puniatur. Adde, quòd hoc procedit etiam in filio exhæredato in teſtamento patris, quia intentata querela contra teſtamentum patris, antequam poſteà ſuccedat ab inteſta. tenetur prius vlciſci mortem defuncti, aliàs repellitur tanquam indignus. gl. eſt ſing. in verbo prohibetur. in l. ex inofficioſo. ff. ad Sena. Sylla. Limita iſtud non procedere in filio inſtituto hærede, quia ſi pater eius occidit teſtatorem, filius inſtitutus non debet accuſare patrem, nec vlciſci necem defuncti contra patrem proprium, & ſi adeat ea inulta, non redditur indignus, ita ſing. Alb. nec ab alio deciditur in rubr. ſ. eod. poſt. Pyl. per eum allegatum, per text. not. in d. l. ſi adulterium cum inceſt. §. liberto. ff. de adul. & idem puto èconcra, ſi filius occidiſſet teſtatorem, pater inſtitutus ab illo teſtatore non debet filium accuſare, per rationem d. l. liberto. in fin. Imò alibi dicunt text. not. q ſi filius commiſit homicidium, propter q mori debet, ſi pater eum deferret iudici, non poteſt iudex facere eum mori, ſed debet mutare in aliam pœnam, puta deportationis, vel exilij, ne pater videatur filium ad ſupplicium deduxiſſe, & eſt cautela euadendi filiũ à morte. l. milites agrum. §. deſertorem. l. qui cum vno. §. qui filium. ff. de re mil. ſecundum Rayn. Sal. & Pau. in l. propter inſidias. C. qui accuſa. non poſſ. vbi referunt ita practicaſſe, prout ponit Bar. Vero. in 1. caut. Secundo limita, q licèt hæres teneatur vlciſci necem defuncti anteq̃ adeat, aliàs fiſcus ſuccedit, tñ fiſcus non tenetur vlciſci. glo. eſt, quæ reputatur ſingularis in l. recuſare. §. fiſco. in verbo vindicauerint, *& ibi ſequuntur omnes.* ff. ad Trebell. ¶Secundo not. ex ſecunda parte text. in verſ. ex hæreditate autem. differentiam inter fructus, & vſuras, quia hæres indignus tenetur ad fructus etiam ante litem motã, ſed ad vſuras non incipit teneri ni, ſi poſt motam litem, ratio quia vſuræ ſunt

ADDITIONES.

a ¶Anteqnam feratur ſententia. Adde Inn. in ca. cùm noſtris. de conceſſ. præb. Inn. in c. ex parte. de feud. Bald. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſti.
¶Sententia. Declarat Bald. conſ. 81. Mattinus. Et dic, quo ad conclu. de vaſſallo, quòd hanc ſequitur, & communem dicit Clar. §. feudum. q. 62. glo. communiter approbata in cap. 1. in princip. verſ. iure feudi. quib. mod. feu. amit. Alex. conſ. 124. colu. 1. vbi Doct. in apoſti. plura not. & fac. Cepol. caute. 94. MASVER.

b ¶Priuatur ſucceſſione. Amplia ad clericos. Anch. in c. 1. de conſt. Barb. lib. 1. conſ. 28. Fel. in c. irrefragabili. §. cæterum. de offordi. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſunt magis odioſæ, vt habetur in l. 1. §. de cond. indeb. ¶ Gloſ. 1. in verbo inultam. diuiditur in duas. In prima timore contrarij declarat tex. In ſecunda ponit dictum, per ꝙ reſpondetur tacitæ quæſtioni. Secunda ibi, & hæc accuſatio. † Nota ex prima parte, ꝙ verbum vlciſci, poteſt intelligi dupliciter, vlciſci. ſ. de facto, item mediante via iuris. ſ. accuſando, & in dubio cenſeẽ via iuris, vt hac gl. per q̃ inferũt Gul. Ang. & Mod. ꝙ ſi ille, qui recipit iniuriam, minatus eſt ei, ꝙ vlciſceretur, & ille reperitur mortuus, & neſciatur à quo, ꝓ talia verba, quæ dixit, de vlciſcendo, non poteſt capi ſufficiens probatio, quia dum ille dixit, ꝙ vlciſceretur, intelligitur. ſ. accuſando, tñ dicit Ang. ꝙ bonus iudex per hæc verba eum torturæ ſubijceret, licèt Pau. dicat, ꝙ relinquitur arbitrio iudicis inſpecta qualitate perſonarũ. Et ex hac glo. colligitur limitatio ad id, ꝙ dicit Bart. de milite Florentino in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. ff. de acq. hær. prout tetigi in l. 1. §. de ſer. fug. vbi etiam poſui alias limitationes. ¶ Gl. in verbo reddere. diuiditur in quatuor. In prima declarat text. In ſecunda per viam fallentiæ remouet duo contraria. In tertia format quæſtionem. In quarta ponit dictũ, per ꝙ reſpondetur tacitę quæſtioni. Secunda ibi, excipe tamẽ. Tertia ibi, ſed per quantum tempus. Quarta ibi, & intra quinquennium. Ex prima, & ſecunda parte habes regulam cum
4 deciſionum. ¶† Tertiò not. ex eiſdem verbis, neque dolo malo. quòd ille, qui occidit teſtatorem, vel cauſam mort. præbuit, non poteſt eſſe hæres teſtatori, prout etiam eſt text. not. in l. cùm ratio. §. fin. vbi not. Barto. ff. de bon. dam. & in l. Lucius. ff. de iure fiſ. vbi text. not. vult, quòd occidens teſtatorem nedum non poteſt ipſi teſtatori ſuccedere, ſed nec etiam hæredi teſtatoris, intellige tamen iſtum text. & prædicta procedere in effectu, nam ipſo iure bene ſuccedit, ſed fiſcus aufert, vt ab indigno, & ſolus fiſcus poteſt hoc opponere, vt dicit gloſ. not. hic, & in l. his conſequenter. §. fin. ff. fam. ercis. & dum text. vult, quòd ſoror, & ſic mulier, quæ regulariter non admittitur ad accuſandum, poſſit accuſare de morte fratris. adde l. vxor. C. qui accuſa. non poſ. plenè traditur in l. 2. ĩ. de accuſ. & Cyn. hic. tamen licèt hæres poſſit priuari ex cauſa, de qua in text. dicit

5 tamen glo. fin. hic, quam multum not. † quòd ex tacita inimicitia, quæ commiſſa ſit poſt mortem defuncti, hæres redditur indignus, puta ſi concubuit cum vxore teſtatoris. prout etiam

* tenent glo. Bartol. & omnes in l. fideicom. ĩ. de fideicom. *& ſequuntur hic omnes.* facit text. in l. 1. vbi Bart. ff. eod. per quem text.

6 ibi Bart. in fin. ſing. not. † quòd ad hoc, vt dicamus aliquem te-

b ſtem repelli[b] tanquam inimicum, ſufficit, quòd commiſerit cauſas inimicitiæ capitalis, dato, quòd alius ignoret, & ſequitur Imo. in cap. Rayn. de teſta. & ideo dixit opportunè Inn. in c. cum I. & A. de re iud. quem refert, & ſequitur Bald. in l. præſcriptione. in antepen. colu. s̃. ſi contra ius. quòd inimicus præſumptus tantum, repellitur à teſtimonio, ſicut ſi eſſet verus inimicus, & ſequitur Sal. in Auth. ſi teſtis productus dicatur. s̃. de teſtib. & in l. 1. in princ. ff. de teſtib. & Lud. in repe. rub. ff. de arbi. in 11. colum. & Alex. in conſil. 99. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ contra Iacob. in 1. col. in 1. vol. hinc dixit pulchrè Inno. in cap. cùm P. ad fin. de accu. quòd ſatis eſt, quòd aliquis ſit ſuſpectus de inimicitijs, ad hoc, vt repellatur à teſtimonio, & facit text. in cap. inquiſitionibus. de accuſ. quæ omnia bene not. ad extenſionem regulæ, quæ habet, quòd teſtis propter inimicitias graues repellitur à teſtimonio. cap. repellantur, & cap. cùm oporteat. de accu. & l. 3. vbi gloſ. & Barto. ff. de teſtib. cum ſim. inuenio tamen, quòd Bal. in cap. conſtitutus. de reſcrip. ad fin. dicit, quòd ad hoc, vt teſtis propter inimicitias repellatur, debet inimicitia eſſe euidens, non dubia, ergo præſumpta non ſufficeret. Adde, qnòd licèt cum hac gloſ. tranſeant hic Doct. & Bart. in l. ſi mulier. in fin. C. de adul. & in l. 1. ff. eod. & Bald. in l. Titius. in princip. ff. de excu. tut. tamen contra concluſionem gloſ. facere videtur, quia ſi hæres inſtitutus viuo teſtatore commiſiſſet talem iniuriam, non reuocaretur inſtitutio, nec fiſcus auferret, niſi teſtator eum dixiſſet indignum, & in hoc eſt differentia inter inſtitutionem, & legata, quia inſtitutio non reuocatur propter ſolas inimicitias, legatum ſic. l. ex parte. ff. de adim. leg. & gl. in l. hæreditas. in 1. opp. ſupra eod. quanto minus debet reuocari inſtitutio propter iniuriam commiſſam mortuo teſtatore, & tamen iſta glo. loquitur de reuocatione hæreditatis, potes dicere, quòd quando iniuria committitur per hæredem viuo teſtatore, lex nihil vult diſponere, ex quo ſupereſt ipſe teſtator, ergo niſi teſtator dicat indignum expreſsè, fiſcus ab eo non aufert: ſed quando iniuria committitur mortuo teſtatore, lex præſumit, quòd teſtator eum dixiſſet indignum ſi ſciuiſſet, & ita per hanc glo. limitatur d. l. ex parte, & ſecundum iſta etiam intellige text. in c. 2. in verbo viuente, & ibi Bald. de feudo ſine culpa non amit. circa quem text. dic, vt per Alex. hic vltra Doct. ibi.

ADDITIONES.

a ¶Ad ſyndicos villarum. Adde Bart. in l. diuus. la. 2. ff. de cuſt. reo. Bal. in l. ea quidem. C. de accuſa. Alb. de Roſ. in ſecunda parte ſtatu. q. 73.

b ¶Teſtem repelli. Adde Ant. de Butr. in c. veniens. el 2. de teſt.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis timore pœnæ legalis differet hæreditatem adire, interim moriens tranſmittit ac ſi eſſet adita.*

2 *Princeps dicitur totus philoſophiæ plenus, & dicitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris.*

3 *Nihil dicitur actum, cùm quid ſupereſt agendum, & quid in delictis.*

LEX XI.

CVm Syllanianum. Dilatio ad vindicandum necem defuncti ſicut non nocet hæredi interim morienti, ita nec ſeruis libertate donatis, nec alijs legatarijs. h. d. & licèt gl. 1. hic dicat, q̃ iſta l. inducat quinq; de nouo, tamen principaliter fuit facta, eo quia Senatuſcon. Sylla. & oratio diui Marci ſolùm prouidebant circa hæredẽ, nam eueniebat ſæpe, quòd hæres differebat adire hæreditatem, donec vlciſceretur mortem defuncti, & ſic aliquando moriebatur hæreditate non adita, ſtatuit Senatuſcon. q̃ cùm hæres diſtulerit iuſta cauſa, ita tranſmittat ac ſi hæreditatem adiuiſſet. circa legata autem nihil erat diſpoſitum, quia legata quo ad tranſmiſſionem cedunt ipſo iure à morte teſtatoris, ideo licet legatarius moriatur ante aditã hæred. tamen legatum tranſmittit, tamen quia ſunt aliqua legata, quæ etiam non cedunt niſi ab adita hæreditate, vt eſt legatum libertatis, & vſusfr. l. vnica. §. in nouiſſimo. ĩ. de cad. tollen. Item dato, q̃ legata cedant à morte teſtatoris quo ad tranſmiſſionem, tamen fructus rei legatæ non debentur legatario niſi adita hęreditate, vt decla. Bar. in l. fin. C. de vſufruct. lega. ideo Imperator voles in omnibus plenè prouidere, edidit iſtam. l. per quam generaliter prouidit, non tantum hæredibus, ſed legatarijs, & fideicom. vt ſi hæreditas nõ adeatur propter vlciſcendam necem defuncti, quòd tamen legata debeantur, & quod ſeruus interim moriens, cui debebat præſtari libertas, habeat hæredem, & ex hoc vltimo reſultant tria ſpecialia in iſta. l. primum, quòd filius natus ex ancilla, cui erat relicta libertas, naſcatur liber non ſeruus, prout etiam in ſimili eſt text. in l. fin. infra ad Orfi. & in l. cùm inter. C. de fideic. lib. & in l. fi. C. de lib. cau. & habes ècõtra caſum notabilem in l. manumiſſus. C. de lib. & eo. lib. quamuis gl. & Bar. ibi violent illum text. Secundum ſpeciale eſt, quia illud, q̃ acquirit interim iſte ſeruus, ſibi acquirit non dño. Tertium ſpeciale eſt, q̃ ſeruus moriens interim habet hæredem, & ratio horum eſt, qa cùm differatur libertas propter vindicandam necem defuncti, iſta dilatio non debet nocere ſeruo, cui libertas eſt relicta, interim ergo habetur pro libero, & ideo allegatur iſte text. q̃ dilatio legalis nemini debet eſſe nociua. concordat. l. fin. §. donec. s̃. de iure delib. & l. 2. §. legatis. ff. de iudi. In contrarium ſtringit text. cui non video bonũ reſponſum in l. cùm filius. §. ſeruus. ff. de leg. 2. Barto. ibi reſpondet, q̃ ſpeciale eſt in iſta. l. per rationem huius text. & aliud non dicit, alij non tangunt. Comen. ibi reſpondet, q̃ iſte text. loquitur in legatis relictis per ipſum dominum ſeruo, quæ non valerent, niſi libertas ſuſtineretur, ideo hęc dilatio legalis non nocet quo ad libertatem, nec quo ad legata, ſed ibi legata erant facta per alium, q̃ poterant valere abſq; eo, q̃ ſeruus haberet libertatem, & pñt acquiri dño, q̃ non eſt, qñ dñs legat, ideo ibi ſuſpenditur libertas, ſed non legata ſi interim moriatur, ſed non tollit difficul-

1 tatem, vltra hoc, q̃ diuinat. ¶† Not. q̃ qñ quis timore pœnæ legalis differt adire hæreditatem, interim moriens tranſmittit, ac ſi eſſet adita. concordat. l. 3. §. eleganter. vbi Lud. ff. ad Scna. Sylla. & iſta eſt alia ſpecies tranſmittendi hęreditatem nõ aditam, quam not. Bartol. in l. ventre. in 5. colum. verſ. 3. caſus. ff.

Source : BIU Cujas

de acq.hær.vbi per hoc not.infert ad ſtatutum,vt ibi per eum,
2 & ſequitur Ang.hic.¶†Not.etiam ex text.in verſ.belliſſimum, ꝙ Princeps dicitur totus philoſophiæ plenus, & alibi dicitur,
a iura in ſcrinio pectoris [a] habere,in l.omnium. ſ. de teſt. & in c. 1.de conſt.in 6.Alibi Princeps dicitur prouidentiſſimus,& religioſiſſimus, in l.vnum ex familia. §.fin.ff. de leg.2.alibi dicitur ſanctiſſimus, & nobiliſſimus, in l.quæris.ff.de nata.reſtitu.
3 ¶†Vltimo no.in fi.quòd nihil dicitur actum, cùm quid ſuper-
b eſt ad agendum, [b] concor. habes. in glo.fin. de quo brocardo dic,vt per Cyn.Alb.& Sal.hic,intellige in his,quæ ſunt licita.in delictis autem,qui inchoauit,punitur pro inchoato,licèt non perfecerit.l.furti.ff.arb.fur.cęſ.de qua gl.opp.& non ſoluit.

ADDITIONES.

a ¶Pectoris. Adde gl.in verbo quæſtio.in c. ſæpe contingit.de appel. in verſ.in iuris.in c.dicenti.§.præſcriptione. 25.quæſt. 2.in verb. inſufficientem.in c.1. de renun.lib.6.Abb.in c.ex parte.el.1.de offi.deleg.

b ¶Agendum.Adde Curt.conſ.71.ſuper controuerſia.vltimo dubio. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Serui dicuntur eſſe ſub eodem tecto, qui vocem domini clamantis exaudire poſſunt.*
2 *Quæ dicantur ciuitates vicinæ,& prædia vicina.*
3 *Stante ſtatuto,quòd qui committit delictum poſt ſonum campanæ, duplicetur pœna, talis pœna habet locum, licèt quis eſſet in loco, in quo non poſſet campanam audire,dummodo eſſet nox.& nu.4.*
5 *Nemo cogitur alium iuuare,quando eſt inſultatus.*
6 *Licèt in criminalibus impuberes non ſint idonei teſtes ad probandum delictum,tamen bene facient indicium ad torturam, ſed ſi aliæ prob. non poſſunt haberi,an tunc facient plenam proba.nu.7.*
8 *Minus idonei teſtes reputantur idonei in ſubſidium.*
9 *Laici in criminalibus non admittuntur in teſtes contra clericos.*

LEX XII.

TAlis Serui præſentes, vel exiſtentes ſub eodem tecto, ſi non iuuerunt dominum periclitantem, puniuntur, [a] & dicuntur
a præſentes,& ſub eodem tecto, qui clamorem domini exaudire potuerũt,etiam ſi in via,vel in agro,vel in quouis alio loco exiſterent .h. d. & conſiecra circa ſuperfluitatem huius text. nam Imperator dicit ſe decidere de nouo, quando ſerui dicãtur ſub eo.tecto, ꝙ dicit non fuiſſe per Antiquos deciſum,& tamen hoc idem formaliter deciditur in l.1.§.eodem autem tecto. ff. ad Senatuſcon.Silla. ad quem text. difficilè eſt
1 reſpondere,quicquid dicat Pau. hic.¶† Not. ergo, ꝙ ſerui dicuntur eſſe ſub eo.tecto, qui vocem domini clamantis exaudire poſſunt, prout etiã in d.§.eodem autem tecto. & hoc fa-
* cit,ꝙ vicini * cenſeantur illi, qui poſſunt vocem clamantis exaudire,vt pet Bart.plenius in l.ſi Titius.in princ. ſt.de aqua plu. arcen.cum multis concor.vt hic per Alex.& eſt bona glo.in c.
2 fœlicis. §.præſenti.in verbo vicinarum.de pœ.in 6.† & quæ dicantur prædia vicina, & vicinæ ciuitates,ponit Bart. in l.4.§.ſi
3 tam vininum.ff.de damn. infect.† Item facit iſta. l. ſecundum Bart. ad quæſt. ſtatuti duplicantis pœnam, quando delictum committitur poſt primum ſonum campanæ,ꝙ eadem pœna habeat locum, licèt quis eſſet in loco,in quo non poſſet campanam audire,dummodo eſſet nox,& talis hora in qua debuiſſe campana ſonare,prout expreſſius tenet Bart.in l.1.§.hoc autem Senatus.in prin.ff. ad Sena.Silla.& ſequunt Sal.& Ful.hic, Pro iſta deci.addo facere,quod decidit Bald. in l.liberorum.in princip.in 1.not.ff.de infa.vbi quærit ſtante d.ſtatuto duplicante pœnum,ſi delictum committatur poſt ſonum campanæ, pone,quòd ſit dies,in quo non pulſantur campanæ, vt in die veneris ſancti,decidit,quod tamen punitur pœna ſtatuti, quia conſiderandum eſt tempus quo veriſimiliter pulſatur campana, & ſequitur Lud. Rom.in d.§.hoc autem Senatus.idem renet Alb.in ſecunda parte ſtatutorum.in quæſt. 8.inc.Item quæ
4 ro retentis eiſdem terminis. ¶† Confirmo etiam per id, quod in ſimili tenet Bald.in cap.cùm in veteri.in fin.de elect.vbi quęrit, pone factum eſt præceptum pœnale ſtipendiarijs, ꝙ ante conſumptionem candelæ ardentis,debeant exiuiſſe portas ciuitatis,pone, quòd candela vento extinguatur,dicit, quòd in pœnam incidit, quia debet conſiderari tempus,quo veriſimiliter fuiſſet conſumpta candela. tamen contra primam deciſio.tenent Bald.& Alex.hic,& Sal.in l.non minorem.C.de tranſact. eo quia caſus iſte eſt omiſſus à ſtatuto, ſed facilè eſt re-
5 ſpondere. ¶† Vltimò pondera hic probari, ꝙ nemo cogitur alium iuuare,quando eſt inſultatus, licèt eum poterit iuuare, cùm ſit ſpeciale in ſeruis domini, ita inducit Bart.l.1.§.ſed in eo.ff.ad Sena.Silla.& Mod. hic.dixi in l.vt vim.vbi Bart.& alij. ff.de iuſt.& iur. ¶Glo. in verbo ſeruos.multum notant Barto.
6 & Doct.† hic, quod licèt in criminalibus impuberes non ſint idonei teſtes ad probandum delictum. l. in teſtimonium. ff.de teſti.iſtud eſt verum quo ad probandum,tamen tales impuberes faciunt indicium ad torturam, & Bald.dicit iſtam glo.notquam etiam not.ſequitur Bald.in l.1.§.impubes.ff.ad Sena.Silla.tamen dicant Doct.quicquid velint,iſta glo neceſſariò hoc non probat:nam eius ſenſus eſt, quòd ſerui torqueantur, vt veritas inquiratur,impuberes tamen non torquentur,ſed ſerula ceduntur,quando ſuſpecti ſunt, vt veritatem dicant,tamen illud,quod dicunt Doct.hic, dixit glo.notabilis, & expreſſa in l.inuiti.la.2.in glo.fin.in verbo pupil.ff.de teſtib.Spec. & Ioann. Andr.in titu.de teſte.§.1.verſ.item excipitur, qui eſt impubes.
7 & vide no.Bar.in l.maritus.ff.de quæſt.† Sed audi pulchrum,&
b vtile dubium, clarum eſt, quod minor.20.annis [b] in criminalibus non eſt idoneus teſtis ad probandum. dicta. l. in teſtimonium. pone, quòd aliæ probationes haberi non poſſint, an in defectu duo minores.20.annis, qui viderunt delictum, & alij non viderunt,an in ſubſidium plenè probent.Alexan.in dicta. l.in teſtimonium.tenet, quòd ſic, & ita limitat illum text.idem tenet Ioann. Andr. in d.titu.de teſte. ſuper illo verſ.item excipitur,quod eſt impubes.vbi ſubdit, quòd idem in fœmina, & licèt in criminalibus fœminæ non admittantur. c. forus. cum gloſ. de verb. ſign. tamen ſi aliæ probationes haberi non poſſint,duæ fœminæ in criminalib.plenè probabunt delictum, & ſequitur Alexan. in conſil. 24.in 2. vol. incip. animaduerſis. in
8 4. colu.† hic attende, quomodo intelligatur illa regula, quòd illi, qui aliàs non ſunt idonei teſtes, in ſubſidium reputantur
c idonei, quando aliæ perſonæ haberi non poſſunt, [c] nam do. Ant. in cap. 3. loco.de proba. & in conſil.24.incip.quæſtio iſta dubia vulgaria habet.mirabiliter limitat iſtam regulam,vt procedat, quando ex natura illius actus,vel negotij alij teſtes actu nec habitu veriſimiliter haberi non poſſunt, tunc qui aliàs eſſent minus idonei,reputantur omnino idonei,ſed quãdo potentia potuiſſent plures interueniſſe, licèt actu non interuenerint niſi iſti inhabiles, tunc non habet locum prædicta regula, & pro iſta limitatione facit optimè, quod dicit Pan. in cap.de
9 cætero.de teſtib.† vbi traditur regula, quòd in cauſa criminad [d] non admittuntur laici contra clericos, dicit Pan. quòd ille text.debet intelligi, quando ſumus in loco,in quo plures clerici reperiuntur in ciuitatibus,& tunc pone,quòd clericus commiſerit homicidium, & non fuerint reperti niſi duo laici, an illi laici poſſunt deponere contra clericum in ſubſidium, videtur, quòd ſic, quia delictum clerici non poteſt probari niſi per iſtos duos laicos, tamen determinat contrarium, quia licèt à caſu euenerit, ꝙ non interfuerint niſi duo laici,tñ quia poterant etiam interuenire clerici, licèt non interuenerint,tunc laici non ſunt idonei:ſed quando eſſemus in vna villa, in qua non reperiretur niſi vnus clericus, tunc quia nec habitu nec actu delictum poſſet probari per alios clericos, tunc laici ſunt idonei teſtes in ſubſidium. ita etiam vr probare text. not.cum gl. fin.in c.fin. & ibi Pan. in 2.not.ad hoc not.de teſt. cog.vbi pone,ꝙ duo fecerunt coniurationem,& iſtam coniurationem manifeſtauerunt duob.aliis,qui ſunt infames,criminoſi,& reprobati,tñ per illos duos,licèt aliàs omnino reprobatos, plenè probatur coniuratio, quia impoſſibile eſt per alios probari,& veriſimiliter à cõmuniter contingentib. nec habitu nec actu, quia coniurationes, quæ fiunt occultè, probari non poſſunt

ADDITIONES.

a ¶Puniuntur.Vide excuſationem pro illo, qui non cepit malefactorem delinquentem in loco remoto.Bart.conſ.101.in fin.1.col. PVRPV.

* Vicini. Adde Bart. ad l.pen.in §. hoc autem.in prin. ff.ad Silla. P.de Anchar. in c.1.de conſtit.in repe.Bal.in rub.ff.de rer.diuiſ.in 15. quæſt. Fely.diffuſe in c.quoſdam.in col.3.de præſumpt.

b ¶Minor.20.ann.Adde c.ſi teſtes.§.in teſtimonium.4.q.3.

c ¶Non poſſunt.Adde Iaſ.in l.4.§.ſi tibi.not.3.ff.de cond.ob cau. PVRPV.

d ¶Criminali.Adde c.laicos,& cap.laici.2.quæſt.7. Fran.de Aret.in c. de cæterο.de teſtib.& ibi Fel.

* Et dic, quòd laicus contra clericum non admittitur in teſtem in cauſa crim. quod verum eſt, quo ad plenam probationam facien.ſecus quo ad indiciũ, quia tunc dictum laici facit indicium ad torturam contra clericum. Hippol. ſing. 98.vbi, quòd licèt laici non admittanur contra clericos in crimi. admittuntur tamen ad proban. famam, & quorum laicorum teſtimonium in ciuil.contra clericum bene probat. Hippol.d.ſing. de quo vide Rolan.conſ. 24.num.15.lib.1.Quid econuerſo, & dic, quòd clericus in cauſa crim. non eſt idoneus teſtis contra laicum.cap.teſtimonium.9.quæſt.1.not.Aymo, qui etiam decidit,quid in cauſa ciuili.conſ.2.colum. 1.Alex.conſ. 65.nu.7.lib.2. MASVER.

Source : BIU Cujas

possunt per alios, & istam limit. in præsenti materia, quo ad duos minores. 20.anno. qui soli viderant homicidium præparari, ꝙ tamen in subsidium non sunt idonei testes, cum plures habitu potuerint interuenire, licèt à casu soli interuenerint, tenet Alex. in cons. 64. incip. Viso thema. & dubijs,de quibus quæritur.ꝙ bene not.quia maxima est limitatio, per quam facilè repelles eos,qui aliàs in subsidium admittuntur.

De codicillis. Rub.

¶ Glo. Rubricę diuiditur in tres. In prima continuat rubricam.In secunda respondet tacitæ quęst. an in codicillis necessariò requiratur scriptura. In tertia declarat an terminus codicillus,habeat aliam significationem quàm illam,de qua loquitur iste titulus.Secunda ibi,qui & sine scriptis. Tertia ibi, quandoque ponuntur. Iason Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Rupto testamento etiam intelliguntur rupti codicilli,qui sunt accessorij, & dependent ex testamento.*
2 *Hæreditas nec dari directo nec adimi potest in codicillis.*
3 *Sicut rupto testamento intelliguntur etiam rupti codicilli, ita etiam & confirmato testamento intelliguntur confirmati codicilli.*
4 *Hæc verba,ex nunc prout ex tunc,quid importent.*

LEX PRIMA.

RVpto. Natiuitate posthumi rumpitur testamentum, & codicilli etiam ab eo dependentes: sed si postea testamentum ruptum confirmet testator coram quinque testibus, intelligitur etiam codicillos confirmasse.hoc primo,& hęreditas non potest directò dari in codicil.nec adimi, sed
1 bene per fideicom.hoc secundo cum l. sequen. ¶† Not. ꝙ rupto testamento etiam intelligentur rupti codicilli. ratio est, quia rupto principali, etiam intelliguntur rupti codicilli, qui sunt accessorij,& dependent ex testamento.hinc si testator nullum testamentum feciſſet,sed tantum codicillos,tunc natiuitate posthumi codicilli non rumperentur,vt dicit gl. hic,in verbo,non venit.¶Secundo limita regulam huius tex. procedere in terminis suis,quando testator fecerat testamentum,& codicillos,& præterierat posthumum.nam cùm interim donec nascatur posthumus,testamentum valeat l.1.s̃.de hæred.instit.certè cum testamentum valeat,codicilli dicuntur dependere à testamento,tunc rupto testamento natiuita.posthu.rumpuntur codi.ita loquitur iste tex.sed si testator,qui fecit testamentum, & codicillos,præterijsset in testamento filium iam natum,certè quia propter talem præteritionem testamentum statim ipso iure est nullum, rumpuntur codicilli, quia nunquam habuerunt dependentiam à testamento,cùm semper fuerit nullum, l.3.§.fin.ff.de lib.& posthu.secundum Bar. in l. legata inutiliter. ff.de adi.leg.Cyn.& Moder.hic.¶Tertio notabiliter limita text. nostrum procedere,quando codicilli sunt simpliciter facti, secus si facti sunt ad hunc finem,vt valerent,si contingeret testamentum annullari per natiuitatem posthumi, vel aliter, tunc est perinde,ac si esset dictum, si non valet iure testamenti, valeat iure codicil. text. est singu. in l. qui filio.§.1.iuncta glo.fi.ff. de hære.instit.secundum verum intellectum Bal.& Imol.ibi re probato intellectu,qui diuinat.idem tenet Pau. hic, licèt sine l.
2 & ratione.¶† Ex l.seq.not.regulam,ꝙ hæreditas non potest directò dari,nec adimi in codicillis.concord.sunt in glo.eo. modo non potest directo dari per dona. causa mortis. l. licèt,vbi Bar.& alij.s̃.de pact. ista regula fallit in milite l. militis codicil. in princ.ff.de test.milit.Secundò fallit in patre disponente inter liberos, vel venientes ab intest. qui potest in codicillis directò substitutionem adimere,& dare.secundum Barto.in d.l.militis codicil.in prin.per illum text.& in l.hac consulti.§.fin.s̃.de test. vbi dixi.ideo hic non tangam. Tertio à paritate rationis idem videtur in codicillis relictis ad pias causas,secundum Bal.in repe.l.1.in antepenul.colu. C.de sacrosc.Eccl. Ange.& Imo.in l.2. in fin.ff.de in ius vocan. & ratio potest esse huius limitationis, & præcedentis,quia cùm inter liberos,& ad pias causas valeat testamentum cum duobus testibus, certè licèt testator appellauerit codicillos, ex quo tamen testator instituit directo hæredem,erit testamentum.l.non codicillum. s̃.de testa. vbi dixi. Quarto limita istam regulam, vt procedat in institutione vniuersali,vel certæ quotæ,quæ non potest directò fieri in codicil. secus in institutione directa certæ rei, quæ potest fieri in codicil.quando datus est cohæres vniuersalis in testa. quia tunc institutus in re certa,habetur loco legatarij.l.quoties.s̃.de hæred. instit.ita Bald.in l.non codicillum.circa fi.s̃.de test.intellige istã limita.quando institutio certæ rei esset facta in codicillis extraneo,aut ei adempta. secus est in filio, quia institutio rei certæ non posset directo fieri filio in codicil.nec adimi, licèt in testamento esset datus cohæres vniuersalis:ratio diuersitatis est, qa in extraneo institutio rei certæ habet omnino naturam legati,sed in filio saltem respectu querelæ habetur loco institutionis,vt dixi in d.l.quoties.ita not. limitat Bald. & est solennis limitatio in l.omnimodo.in prin.in 3.q. s̃.de inoffi.test.post Iac. de Beluis.per eum alleg & Bal.in Authen.ex causa.in 6. q.C.de lib.præteri.Quintò limita, ꝙ licèt in codicil. non posset hæres directò instituí,tamen potest declarari hoc modo,instituo illũ hæredem,quem in codicil.declarauero.l.asse toto.vbi Imol.ff. de hæred.instit.intellige,quando testator in testamento fecit expressam mentionem de illa futura declaratione in codicil.ſm Bal.& Sal.in d.l.non codicillum.aduerte etiam,ꝙ clausula derogatoria apposita in testamento, potest in codicil. reuocari, adeo ꝙ si postea testator faceret ſm testamẽtum, valeret absq; alia derogatione.ſm Saly.& Alex.& sequitur Ang. de Are.in §. codicil.instit.eo.¶Glo.in versi.iudicium.In prima declarat tex. in secunda per viam quęstionis opponit,& soluit.Secunda ibi, sed quomodo poterit. In prima parte dic,ꝙ eam multum ex-
3 clamant Fulg.& Pau.hic,† ꝙ quemadmodum rupto testamẽto intelliguntur etiam rupti codicilli, vt hoc tex.ita postea confirmato testamento intelliguntur confirmati codicilli etiam, & tamen non videtur eadem ratio: nam in primo casu ideo rupto testamento intelliguntur rupti codicilli, quia sunt dependentes à testamẽto, & sic accessorij, ideo rupto principali, rumpitur accessorium,sed non sic ècontra,ꝙ confirmato principali,& sic testamento, ꝙ debeant confirmari codicilli, cùm testamentum possit stare sine codicil.nisi dicas ſm Pau,ꝙ cùm ex vna radice dependeant,ꝙ vnius confirmatio totum confirmet.tu dic vt dicit tex.in l.ab intestato.in fine, & in l.si quis cũ
4 nullum. ff.eodem.¶† Ex 2. parte no. dum dicit gl. vt ex nunc, non vt ex tunc.quid iuris sit,quando ista duo iunguntur simul,
a nam si dicitur ex nunc prout ex tunc, [a] sensus est, ꝙ effectus, qui nunc fit,conferatur retro in illud tempus.l.huiusmodi.vbi Ange.& Imo.notant.ff.de verb.oblig.notat Bar.in l.si ita stipulatus fuero si Titius.ff.de verb.obl.in prin.per illum tex. & Ang. hic no.aut ècontra dicitur ex tunc prout ex nunc, & pariformiter sensus est, vt effectus actus tunc gesti trahatur ad tempus præsens.cle. 1.cum glo.super ver.ex tunc. de concess. præb. & vide omnino Bald.in c. 1. de milit. vassal.qui contum.est.in vsib.feud.vbi ponit, quid operentur verba, quæ cõmuniter iudices ecclesiastici in sententijs ponunt, dum condemnant ad soluen.intra tantum tempus,quo elapso ex nunc prout ex tũc sententiam excommu.proferimus, &c. de quo etiam Bald. & Ludo.Roma.in l.lecta.ff.si certum petatur.Cano.in c.præterea requisiti.el 1.de appe.& in proposito nostro vtilitas magna est, an codicil.confirmati valeant vt ex tunc,& sic retrotrahantur, an vt ex nunc.si ponas testatorem militem fuisse tempore quo fecit testamentum,& codicillos, nunc autem tempore confirmationis desijsse esse militem, nam si codicil. confirmati valent vt ex tunc,& sic vt ex retro,valebunt iure militari, quo iure Falci. vel Trebel.non poterit detrahi.l.in testamento,secunda,& ibi dixi, s̃.de test.milit.secus si valeant vt ex nunc, secundum Cyn.& Albe.hic.

ADDITIO.

a ¶Prout ex tunc. Adde,ꝙ hæc dictio refert,& trahit effectum præsentis actionis ad tempus præteritum.idem & ècontra si dicatur ex tunc, prout in l.huiusmodi. de verb.oblig.Iaſ.hic,& operatur effectum tempore congruo, Paris.consi.22.nu.44.lib.1.ꝙ autem dictiones ex nunc prout ex tunc,faciant extremitatem temporis trahi ad initium,scribit Neuiz.consi.87.num.7. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Per sequentes codicillos non derogatur præcedentibus, nisi quatenus sunt inuicem contrarij.*
2 *Testator potest decedere cum pluribus codicillis,& omnes valent.*
3 *Si reperiantur duo codicilli,nec apparet de prioritate, & in vno certa res alicui legetur,& in alio adimatur,quis eorum valebit.*
4 *Si reperiantur duo codicilli eadem die facti, & in vno legetur vna res Titio,& in alio eadem res Caio, ambo concurrent,& admittentur simul ad tale legatum.*

LEX

Ias. super Secunda Codicis.

LEX III.

1 VM proponatis. † Per ſequentes codicillos non derogatur præcedentibus, niſi quatenus ſint inuicem contrarij. hoc dicit. ¶Gloſſ. in verbo contraria. primò declarat text. Secundò, ibi, ſecus autem in teſtamentis, remouet vnum cõtrarium. Tertiò ibi, ſed quid ſi duo.
2 format notabilem quæſtionem. ¶ † Ex prima, & ſecunda parte habes, ꝙ teſtator poteſt decedere cum pluribus codicillis, & omnes valent, non autem cum pluribus teſtamentis, quia ſem per ſecundum teſtamentum ipſo iure tollit primum, etiam ſi ſecundum teſtamentum non ſit contrarium primo, ſed contineat illum met hæredem primum. tex. eſt no. in l. 3. §. item ſi ipſe. ff. ſi cui pluſquam per l. fal. & in l. ſi iure. in prin. ff. de leg. 3. ratio diuerſitatis patet, quia teſtamentum debet continere vniuerſalem diſpoſitionem, codicilli autem particularem continent, ideo plures tollerantur. ¶Ex tertia parte habes duas con-
3 cluſiones. † Prima eſt, ꝙ ſi reperiantur duo codicilli, [a] nec ap-
a paret quis ſit prior vel poſterior, & in vno certa res alicui legetur, in alio adimatur, neuter valet ratione incertitudinis, & iſtã conclu. ſimpliciter tenent Bar. & Ang. hic, alij reprobant, quia codicilli, in quibus continetur ademptio, preſumuntur vltimi, cùm dubio priuatio præſupponat habitum præcedere. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iur. tamen codicilli ꝛtinentes ademptionem poſſent præcedere, vt ſi dicatur, ſi quid tali legauero, nolo deberi. toto tit. inſtit. de adi. leg. Secunda concluſio eſt, ꝙ
4 † ſi reperiantur duo codicil. eadem die facti, & in vno legetur res Titio, & in alio legetur eadem res Caio, ꝙ ambo concurrunt, & admittuntur ſimul ad tale legatum, & dum gl. alleg. l. vnicam. §. penul. debet allegare §. ſinautem diſiunctim. ratio eſt, quia præſumuntur coniuncti re. l. ſi fortidianum. inf. de leg. vbi dicam.

ADDITIO.

a ¶Duo codicil. Adde Alex. & Ias. in l. 2. C. de edict. diui Adria. toll.

SVMMARIVM.

1 *Mulier poteſt facere codicillos abſente eo, quem grauauit.*
2 *Non valet ſtatutum, quòd mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu mariti ſui.*

LEX IIII.

NOn idcirco. Codicilli facti abſente grauato, & ignorante, valent. hoc primo. Et ei, qui negat quem eſſe ſanæ mentis, incumbit onus probandi. hoc ſecundo, ratio, quia habet præſumptionem contra ſe, cùm quilibet preſumatur ſanæ mentis, vt dixi. in l. furioſum. §. qui teſt. fac. poſſ. Et codicil. poſſunt in teſtamento confirmari, & ante & poſt. hoc
1 dicit cum duabus. ll. ſeq. ex l. non idcirco. no. † ꝙ mulier poteſt facere codicil. abſente eo, quem grauat. ratio eſt, quia hoc pendet à ſola eius voluntate. l. inter veſtem. ff. de aur. & arg. leg. eod. modo idem eſt in donatione inter viuos. l. velles. C. de reuoca. dona. dicit tamen Bar. quòd in multis locis ſtatuta prouident, ne mulieres poſſint teſtari. vel diſponere ſine conſilio aut con-
2 ſenſu propinquorum. ¶† Et circa hoc no. diligenter, ꝙ non valet ſtatutum, ꝙ mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu mariti ſui. nam tale ſtatutum eſt iniquum, & non valet. ita ſingu. Pau. in l. ex facto. in prin. per illum tex. ff. de vulg. & pupil. & dicit, ꝙ illo anno ita conſuluit, & ſequitur Alex. in conſi. 156. in 2. vol. incip. viſis. & accuratè conſideratis. in fi. colum. Aduerte etiam dum glo. hic dicit, quòd non refert, cum quo teſtator de ſupremis loquatur. nam intellige in verbis diſpoſitiuis. l. miles ad ſororem. §. pro parte. ff. de leg. 2. & l. ſi ſeruus. la. 3. §. qui margaritam. de leg. 1. ſed in verbis enunciatiuè prolatis eſt magna differentia, an referantur ad hæredem, an ad honoratum. glo. eſt in l. peto. in princip. in verbo, ſi his. ff. de leg. 2. ſecundum Saly. & Moder. hic.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione inſtrumenti venit teſtamentum, & codicillus.*
2 *Appellatione contractus non venit teſtamentum, aut codicillus.*
3 *Appellatione teſtamenti largo modo continentur codicilli.*

LEX VII.

SIidem codicilli. Diuerſitas nominum, & contractuum, diuerſitatem in potentia, & effectu inducit. hoc dicit, & ad hoc allegatur, & habes rationem, quare in codicil. non poteſt hereditas directò relinqui, & aſſignat etiam §. fina. inſtitu. eod. & text. in l. quòd
1 per manus. ff. eo. † Not. etiam text. in verbo his inſtrumentis. ꝙ appellatione inſtrumenti veniunt teſtamentum, & codicil. & ita amplia. l. 2. §. de eden. & facit ad declarationẽ. l. notionem.
2 §. inſtrumentorum. ff. de verb. oblig. † tamen appellatione contractus non veniunt teſtamentum aut codicilli. l. teſtamentũ non ideo. vbi glo. & Docto. §. de teſt. & l. verba. contraxerunt,
3 geſſerunt. ff. de verb. ſignifi. † Adde, ꝙ appellatione teſtamenti
a largo modo continentur etiam codicilli. ita no. gl. in l. 2. in verbo perſonales. vbi Doct. ĩ. communia de leg. facitque vltra gl. l. fi. in verbo agnationis. ĩ. eo.

ADDITIO.

a ¶Quod appellatione teſtamenti. Adde glo. in verbo. omnes. in l. 2. C. de conſti. pecun. gl. fin. in c. quamquam. de vſur. lib. 6. Sal. in l. ſi filius fam. in 1. not. per illum tex. C. fam. erci. vbi dicit ſe de facto conſuluiſſe in ciuitate Ferra.

SVMMARIVM.

1 *Eodem teſtamento non licèt vti contrarijs remedijs, nedum eodem tempore, ſed etiam diuerſis.*
2 *Licèt quis miſerit libellum tanquam hæres directus, & partem fecerit citari, tamen per ſolam productionem libelli, & partis citationem, ſibi non præiudicat, quin poſſit variare ante lit. conteſt.*
3 *Iſta exceptio tu elegiſti viam veniendi iure directo ex teſtam. impedit litis ingreſſum, & quæ exceptiones impediant litis ingreſſum, eod. nu. remiſ.*
4 *Qui intentat bono. poſſ. ſecundum tabu. an debeat à prin. declarare propoſitum ſuæ intentionis.*
5 *In teſta. imperfecto nunquam intelligitur clauſula codicillaris, niſi teſtator eam apponat.*
6 *Regula noſtri tex. non habet locum in deſcendentibus vel aſcendentibus, quibus licitum eſt variare etiam lata ſententia, ſed an habeat locum in pia cauſa, infra nu. 7.*
8 *In extraneo hæreditas dicitur titulus lucratiuus.*
9 *Qui perdit lucrum, non dicitur damnum pati.*
10 *Non dicitur nocere fiſco vel eum damnificare, qui quærit auertere lucrum cum alterius iniuria.*
11 *In omni voluntate ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis requiruntur quinque teſtes.*
12 *In codicillis, & donatione cauſa mortis, quando fiunt in ſcriptis, requiritur ſubſcriptio quinque teſtium.*
13 *Sicut teſtamentum debet fieri vnico contextu, ita etiam & donatio cauſa mortis.*
14 *Petitio hæreditatis merè realis.*
15 *Qui egit ex teſtamento, & ſuccubuit, poterit ex alia ſcriptura codicillorum ab inteſtato agere.*
16 *Qui petit hæred. ex teſtamento in ſcriptis, etiam ſi petat iure fideicommiſſi. habet remedium. l. fina. ſupra de edic. diui Adria. tamen qui petit hæreditatem ex codicillis in ſcriptis factis, non habet dictum remedium.*
17 *Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamen. tamen in codicillis, & in omni alia vltima voluntate poterit eſſe teſtis.*
18 *Mulier poteſt eſſe teſtis in teſt. condito à patre inter liberos.*
19 *In cauſis ciuilibus poteſt eſſe mulier teſtis ſicut maſculus.*

LEX VIII.

SIquis agere. Iſta l. eſt vnica, & ſingu. in iure ſm Barto. Ange. & Moder. & inducit aliqua de nouo, quę alibi non reperiuntur, & deciſio huius tex. eſt ad multa vtilis & quotidiana, & diuide eam in quinq;, ſed aliter quàm Doct. In prima ponitur vna deciſio. In ſecunda, quæ eſt in verſi. tantum enim. ponitur ampliatio huius deciſionis. In tertia, quę eſt in verſi. illud quoq;. reſpondetur tacito quæſito. In quarta quæ eſt in verſicu. ſi quis vero. ponitur ſingularis limitatio à prima deciſio. tex. In quinta, quæ eſt in verſi. in omni autem. ponitur dictum generale in omni materia vltimarum voluntatum, Non poteſt quis ex ea ſcriptura petere hæreditatem vt ex teſtamento, & vt ex codicil. ſed poſtquam vnam viam elegerit, nõ poteſt mutare, & ad aliam redire. hoc dicit prima pars, & iſta deciſio procedit ſiue iſtæ viæ non concurrant, ſiue concurrant origine, quia dictum ſit, ꝙ valeat iure teſtamenti, & codicillorum, adhuc iſtæ viæ electione tolluntur. hoc dicit ſecũda pars, & in teſtamento quod eſt imperfectum, non intelligitur clauſula codicillaris, niſi teſtator expreſsè eam poſuerit. hoc dicit tertia pars. item prima regula fallit in agnatis vſq; ad quartum gradum, & in cognatis vſque ad tertium, qui poſſunt vna via electa variare. hoc dicit quarta pars. Et ideo in vltima voluntate excepto teſtamento, ſufficiunt quinque teſtes etiam non rogati,

Source : BIU Cujas

gati,ſed fortuiti. hoc dicit tota.l.& multi dicerent oppoſitum, qui non vidiſſent iſtam legē.& caſum figurant Bal.Sal.& Pau. hic,tu dic vno verbo. quidam teſtator fecit vltimam voluntatem,in qua dixit,relinquo omnia bona mea Titio, iſte Titius conſiderauit,ꝙ verbum relinquo, adiectum vniuerſitati bonorum trahitur ad directam inſtitutionem, ac ſi dixiſſet inſtituo. l.nam quod.§.fin.ff.ad Treb.glo.in l.his verbis,in prin. vbi Bar. ff.de hæred.inſtit.& glo. in l.quoties s̄.fam.ercis.& dixi in Auth. nouiſ.s̄.de inoffi.teſt.cœpit agere contra fratrem teſtatoris,qui poſſidebat omnia bona,& egit tanquam directo hæres,poſtea in proceſſu cognouit, ꝙ illa vltima voluntas non poteſt valere vt teſtamentum, quia non interuenerant 7. teſtes, vel non fuerant rogati,ſed tantum 5.& ſic voluit mutare, & vbi egerat tanquam directo hæres,nunc vult agere iure fideicom. quæritur an poſſit.reſpondet.in prima parte,ꝙ non,nam à prin.elige re debet,an agat iure fideicom. an iure directo, & poſtquam vnam viam elegit,variare non poteſt.ſubdit tex.in 2.parte ampliando,ꝙ hoc procedit,etiam ſi ſit adiecta clauſula codicil.vt quia etiam dictum eſt,ſi non valeat iure teſtamenti,valeat iure codicillorum, adhuc iſte qui cœpit agere ex teſtamento vt directo hæres,non poterit agere vt ex codicil. ſubdit text. in 3. par.ꝙ in teſtamento non intelligitur eſſe clauſula codicil.niſi teſtator eam exprimat.poſtea in 4.parte ponitur ſolennis, & ſingu.limitatio in aſcendentibus, & deſcendentib. & in omnibus agnatis vſque ad quartum gradum, & cognatis vſque ad tertium.iſtis enim datur ſingulare priuilegium per hanc l. ꝙ vna via electa poſſint mutare, & aliam eligere,nec hoc alibi inue-
1 nies. ¶† Not. ergo ex tota l, ꝙ ex eo. teſtamento non licèt vti contrarijs remedijs nedum eo.tempore ſed etiam diuerſis,qui ergo à princip.agit tanquam directus hæres,& ſic tanquam teſtamentum valeat,non poteſt poſtea iure codicillorum,vel iure fideicom.ſi fortè non poteſt obtinere vt teſtamentum, nec ècontra,vt dixi in caſu.ratio l.eſt,quia in remedijs contrarijs regula eſt,ꝙ quando ab initio competunt alicui plura remedia, quæ non ſunt inuicem compaſſibilia, ſed contraria,electione tolluntur.nam vno electo ceſſant alia.l.quod in hærede.§.eligere alia.ff.de tribut.cum mille ſimilibus. l. cùm filius §.varijs. de leg.2.Item & ratio eſt, quia poſtquam quis cœpit agere ex teſtamento,acquiſitum eſt ius venientib. ab inteſt. caſu quo teſtamentum non valet ;ergo poſtquam eſt ius acquiſitum alicui,non licèt variare,& ei præiudicare l.1.§.1.ff.de pact.iſtas rationes aſſignat notab.Ludo.Rom. vbi multa bona dicit,in ꝯſ. 125.incip.Mater & ſoror prædictæ.¶Iſta deciſio limitatur ſing. j̄.in 4.parte tex.in aſcen. & deſcen. & agnatis vſq; ad quartum gradū, & cogna.vſq; ad tertium,quibus per hanc l. datur ſingulare priuilegium variandi.Secundo limita,& hic attende,iſtam l.non procedere, quando ex ignorantia probabili,& iuſta quis elegiſſet viam incompetentem, poſſet tunc ipſo iure variare, & aliam viam eligere,puta ſi probabilem, & iuſtam ignorantiā habuit codicillorū,ratio eſt,quia tunc ceſſat rō huius l.quæ eſt, ꝙ electa vna ex vijs contrarijs, alijs intelligatur renuntiatum,cùm ſit ꝙ iuri,ꝙ quis ignorat,nunquam intelligitur renūtiare l. mater decedens.de inoffi.teſt.& ſic probabilis error facti facit ceſſare diſpoſitionem huius l.ita Bal. hic in 2.col.poſt lac. But.& ſequuntur Ang.& Fulg.& plenius Alex.in 4. & 5. col. & in effectu Sal.licèt relinquat cogitandum.ſed Bar. hic in 2. col. in fin. tenet ꝫrium expreſsè, ꝙ imò ipſo iure etiam ignorans præiudicet ſibi,& vt tollat fundamentum proximè dictum,dicit ꝙ in iſta l.fit præiudiciū non iure electionis,quia tunc ignorans ſibi non præiudicaret,ſed ex diſpoſitione;& rigore huius l. & hoc firmat aperte Pau.in 3.col.hic,& in l. Clodius.ff.de acq. hære.qui dicit non obſtare regulam d. l. mater decedens. quia fallit hic, vbi eſt ſingulare propter rigorem huius l. ꝙ etiam ignorans ipſo iure præiudicet ſibi.fatentur tamen Bar.& Paul. ꝙ licèt probabiliter ignoranti non ſuccurratur ipſo iure propter rigorem huius l.tamen ſuccurritut per reſtitutionem in integr.ex clauſula generali ſi qua mihi,&c.& vtilitas eſt, quia ſi propter probabilem errorem permitteretur variatio ipſo iure, poſſet qn̄cunq; fieri, ſed ſi eſt neceſſaria reſtitutio in integr.debet peti intra quadriennium per l. fi.C.de temp.in integ. reſtit. quo elapſo præiudicaretur,& iſtam ſecundam opi. ꝙ non ipſo iure ſed mediante reſtitione,tenet Ludo. Roma.in d. conſi. 125.poſſet in puncto iuris vtraq; teneri, quia nil vrgens allegat, tamen ſecunda opi.eſt tutior.¶ Tertiò ſingulariter limita hanc l.per l.cōtrouerſia. ff.de trā.ſ.cum gl.mag. circa med.& ibi Bar. in 1.col.in fi.ad hoc not. & reputat mirabilē limit. ad iſtam l.& ſequitur ibi Ang.in 2.col.& reputat ſing.ſeqtur etiam Pau. ibi, & Alex.in fi.col.hic.nam ibi permittitur,ꝙ creditores, & legatarij,qui cœperunt agere ꝫ ſcriptum hæredem,& ſic intentarunt viam teſtamenti,vt poſſint variare,& agere contra legitimum,& ſic intentare viam inteſtati, quādo eſt incertū,ad quē ſpectat ſucceſſio vel ad hæredem ſcriptum, vel ad legitimū,& ratione incertitudinis inuicem tranſegerunt, iſto caſu propter incertitudinem licèt tranſigere, & permittitur ei, ꝙ eligat viā teſtamenti,vt poſſit ab inteſta. venire, & ècontra, caſus eſt ibi cum gl.ſingulari. *ſed licèt omnes ita tranſeant*, & limitatio ſit in ſe vera,tamen nihil facit ad propoſitum huius l.quia iſta l. loquitur in diuerſis terminis,quàm d.l.cōtrouerſia,cum gl. nam iſta lex loquitur in hærede principali,qui primò elegit vnam viam ſuccedendi,puta iure directo,poſtea vult venire ab inteſta.vel ècontra,vel iure fideicom.non permittitur,per hanc l.& iſte caſus non limitatur per d.l.controuerſia.in hærede, ſed illa l. loquitur in alijs terminis,ſcilicet non in hærede,ſed in creditorib. vel legatarijs,qui cœperant agere ꝫ legitimum, & ſic ab inteſtato,vt poſſint agere poſtea contra ſcriptum,vel ècontra data incertitudine ſucceſſionis,vt ibi,& ſic limitatio eſt bona in ſuis terminis, ſed non facit ad caſum l.noſtræ, & iſta eſt veritas.
¶Quartò limita deci.huius l.procedere, qn̄ iſta diuerſa remedia deſcenderent ex eadem ſcriptura, & diſpoſitione eiuſdem teſtatoris,ſecus ſi ex diuerſa.tex.habes,& exemplum in l. Aurelius.§.fi. ff.de lib.leg.& Bar.declarat hic in 1.col.qui hoc no. dicit pro magno fundamēto huius l.& iſto modo habes enucleatum verum ſenſum huius l.¶Nunc aliqua in ſpecie no.ex tex. & primò dum tex.circa prin.dicit.voluerit.innuit litera, quòd ex ſola voluntate quis ſibi præiudicat, & quia hoc eſſet abſurdum,gl. parua addit.& elegerit,ſed quia iſtud eſſet arguere tex. Pau.melius intelligit tex.voluerit,ideſt,voluntariè elegerit. ſic in ſimili gl.exponit in l.fi.ff.de rerum diui.dum tex. dicit, *ſi quis voluerit tranſcendere muros ciuitatis,capite puniatur.* exponit gl. voluerit,ideſt,voluntariè tranſcenderit, & illud inducit ibi Bar.ad ſtatutum diſponens, quòd ſi quis voluerit corrumpere teſtes, exponitur,ideſt voluntariè corrupuerit, & ſequuntur Bald. & Imol.in l.ſi quis Sempronium.ff.de hæred.inſti.ſimilem expoſitionem facit gl.in l.ꝙ ſi ab initio. ff.ſi cert.pet.& in l. 1. in verbo
2 voluerit.vbi Pau.no.de leg.2.¶† Secundo ex eo.verbo iuncta glo.no.dum glo. ſupplet, elegerit.ꝙ licèt quis miſerit libellum tanquam hæres directus,& partem fecerit citari,tamen per ſolam productionem libelli,& citationem partis ſibi non præiudicat,quin poſſit variare ante lit.conteſt. quia ante litē conteſt. non dr̄ egiſſe,vt dicit gl.ſed agere voluiſſe. l. amplius non petitū.ff.rem rat.hab.gl.ſing.no.in l.ſi poſtea. in gl.1.ff.de pecu.tene ꝫ,prout eſt de mente tex.non cauillando,in verbo,voluerit,& j̄. dum dicit *ab ipſis intentionis exordijs.* vbi patet, ꝙ in exordio debet eligere,& poſtquam elegerit,non poteſt variare, ſed ſibi præiudicat.ita Bal.hic in 3.col. & plenius Alex. ¶Pondera etiā tex. in ſecunda parte diligenter.in verbo vt aditum.hic.eſſe tex.
3 no.ſm Ang.Sal.& Mod.hic,† ꝙ iſta exceptio, tu elegiſti viam ven ēdi iure directo ex teſtamento,impedit litis ingreſſum,ne audiaris volens mutare,ita vult tex.ibi, tātum enim abeſt,&c. quæ autem ſint aliæ exceptiones impedientes litis ingreſſum, enumerant Doct.in c.1.de litis conteſt.in 6. Bar.in l. cùm quærebatur.ff.iud.ſol.Bal.in l.poſtquam liti. s̄.de pac.Alex.in l.nam
4 & poſtea.in prin.ff.de iureiur.¶† Pondera etiam text.in 3.part. dum dicit,ꝙ ille,qui intentat bon.poſ.ſm tab. debet à princ.declarare propoſitum ſuæ intentionis,nam iſte text. non vī poſſe procedere,imò continere contradictionem expreſſam,nam q intentat bon.poſ.ſm tab.quid opus eſt,ꝙ aliud declaret, nonne apparet,ꝙ egit ex teſtamento?propter hoc gl. in verbo poſtulauerit,& in verbo petierit,exponunt.i,poſtulare vel petere propoſuerit,nec aliter tex.ſaluari poteſt, & ex iſta parte in verbo.ex more.habes duo. Primò, ꝙ qui intentat ſolùm poſſeſſorium,& ſic petit ſolùm ſe mitti in poſ.tanquam directum hæredem,& ſic qui intentat præambulum,ita ſibi præiudicat, ſicut ſi petitorium intentaſſet,vt non poſſit variare,quod no.Secundo pondera ex eo.verbo,ſm Bar.ꝙ fideicom.vniuerſali nō competit remedium poſſeſſorium.l.fi.C.de edi.diui.Adria.tol. ita probat tex.iſte melior de iure,dum præſupponit, ꝙ ille, qui venit iure directo, bene poſſit petere ſe mitti in poſ. ergo non fideicom.Breuiter intellige hoc verum,qn̄ fideicom.vellet venire ſolùm ex codicil.tunc expeditum eſt,ꝙ fideicom. vniuerſali ex codicillis venienti,non competit remedium d.l.fi. ſecus quando veniret ex teſtamento, quia facta reſtitutione verbo, bene competeret remedium d.l.fin. vt ibi dixi, per quod patet inaduertenter loqui Bal.hic in 4.col.in fin. ponderantem iſtum tex.pro meliori de iure,vt hic per eum. ¶In tertia parte text. in
5 verſi.illud quoq;.no.† ꝙ in teſtamento imperfecto nunquam
a intelligitur adeſſe clauſula codicil. a niſi teſtator apponat eam

concor.

ADDITIO.

a ¶Clauſula codicil. Adde,an clauſula codicil.hēat vim fideic.vniuerſalis,vide tex.in l.gn̄aliter, in §.ex teſtō.ff.de fideic. lib.Bar.& Doct.in l.ex ea.ff.de teſt. Ang.conſ.99. inci.Pet. de vrbe veteri, qui dicit, ſe ita pluries conſuluiſſe.

Source : BIU Cujas

Ias. super Secunda Codicis.

cor. cor. l. 1. ff. eo. & sic si non valet testamentum vti testamentum, non valet etiam vt potest valere, & sic vti codicillus, & sic licèt testamenta sint multum fauorabilia. l. in testamentis. ff. de regu. iur. & c. cùm dilecti. de dona. tamen videtur, q̃ hoc casu magis faueamus contractibus, quàm testamentis. cùm in contractibus distinguamus, an sit defectus in materia, an in forma, & primo casu, si non valet, q̃ ago vt ago valet vti potest valere. l. an inutilis. in prin. ff. de accep. limita tamen istud notabile non procedere in testamento condito inter liberos, in quo intelligitur clausula codicillaris, & clausula si non valet, quod ago, & c. vt est gl. reputata sing. in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil. de cuius gl. veritate dixi in l. hac consultissi. in §. ex imperfecto. s. de test. ¶† Ex 4. parte in versi. si quis vero. not. tex. valde sing. per quem limitatur prima regula huius text. vt non habeat locum in ascen. vel descen. vtriusq; sexus, vt in tex. quia eis permittitur variatio etiam lata sententia. iste ver. clarè procedit, quando in testamento esset adiecta clausula codicil. vt expressè dicit tex. ibi, in eo videlicet testamento, q̃ testator vicem quoq; codicil. & c. sed adde, & amplia, vt procedat etiã si in testamento non esset clausula codicil. quia cùm ratio sit expressa in tex. ibi, non enim, & c. & militet siue sit clausula codicil. siue non, ergo idem ius vtrobiq; esse debet, & ita firmat Fulg. & Alex. hic in fi. colum. & si consideras, idem vult Barto. in diuisione huius l. dum dicit, q̃ in ista quarta parte ponitur exceptio à prima regula tex. sed in prima regula non erat clausula codicil. ¶ Secundò limita quicquid s. dixerim in discursu, q̃ iste versi. solùm habet locum in ascenden. & descen. liberis, qui si sunt ex linea masculina, sunt agnati, & veniunt vsq; ad quartum gradum. alias si per lineam fœmini. & sic cognati, nõ habent hoc priuilegium nisi vsque ad tertium gradum, sed in alijs transuersalibus, etiam si sint fratres, qui de iure ciuili sunt in 2. gradu, non procedit in eis iste versi. ita firmat glo. hic in verbo, agnationis, quæ est valde sing. pro limitatione huius versic. & illam gl *sequuntur omnes* hic, & Ludo. Roma. in d. consi. 125. & facit à simili ratio, quia collateralib. non competit regulariter querela. l. fratres. s. de inoff. test. & tamen ascen. & liberis sic, l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. test. & sic patet, q̃ non tantũ fauetur collateralibus, si sint fratres, quantum ascen. & descen. ¶ Tertio sing. limita istum ver. procedere in talib. ascen. vel descen. qui ab intest. tanquam proximiores succederent, secus si essent tales descen. qui à statuto prohiberentur ab intest. succedere, nam isti si sunt instituti, & intentauerint viam testamenti, non possent intentare viam fideicom. vel èconira, vnde stante statuto, q̃ existente patruo mater non succedat filio ab intesta. mater non haberet beneficium, de quo in isto versic. quia tunc cessat ratio huius text. quia mater tunc non dicitur pati damnum, ex quo ab intesta. non succedebat ex forma statuti, cùm patruus eam excluderet. ita sing. Ludo. Roma. in d. consi. 125. in fi. col. Sed non aduertit, q̃ gl. hic in verbo conualere, dicit contrarium, dum dicit, q̃ in hoc versi. alius eum præcedebat in gradu. tamen Fulg. hic in fi. dicit, q̃ illud, q̃ vult gl. est mirabile, & q̃ sibi videtur, q̃ sit contra istum tex. per quem etiam Alex. hic in penul. col. reprobat illam gl. & contra eam facit, qa quando sunt instituti, qui non obtinent primum gradum, hæreditas non diceretur eis quasi debita, & sic cessaret ratio huius text. ¶ Quartò limita istum versi. procedere in his, qui verè sunt de liberis, vt expressè dicit text. in verbo cognationis nexu. ex quo infertur, q̃ iste versi non haberet locum in filijs adoptiuis vel arrogatis, quia verè filij non dicunt, sed filiorum imaginem habent. l. filio quem pater ff. de lib. & postu. iuncto. §. 1. insti. de adop. facit tex. in l. fideicom. ff. de condi. & demonst. & ita etiam limitat Ang. hic in lectu. Perus. & ad hanc limita. adde quæ dixi in l. generaliter. §. cùm autem. s. de insti. & substi. dum tetigi an ille tex. & similes habeant locum in filijs adoptiuis vel arrogatis. ¶ Quintò iste ver. videtur limitandus per tex. fortissimum in l. filium emancipatum. ff. de acquir. hæred. qui tex. fortiter contradicit huic l. vbi filius institutus, qui omisit adire ex testamento, & successit ab intest. non potest postea variare, dicit Fulg. hic in fi. q̃ ibi loquitur, quando constabat filio delatã esse hæreditatem ex testamento, & licèt istud constaret, tamen voluit ab intest. venire, vbi non erat dubium, tunc non habet locum iste text. imò tunc non admittitur variatio, sed succedit substitutus vt ibi, & si hoc est verum, est magna limitatio ad hunc tex. tamen si consideras d. l. filium emancipatum. satis refragatur huic limitationi. 7 ¶† Vltimo circa istum ver. occurrit dubium, quod non inuenio ab alio cogitatum, an iste versiculus, qui dat priuilegium variandi liberis, idem priuilegium habeat locum in pia causa, & prima cõsidera. videtur q̃ sic, cùm excepta legitima magis faueatur piæ causæ, quàm filijs, probat tex. in Auth. si qua mulier. iuncto prin. & fi. & ibi not. Bal. & ibi dixi. s. de sacrosan. eccl. & Bar. in repe. l. 1. C. de sacrosan. eccl. in 5. q. prin. circa prin. cum concord. quas ibi dedi. si ergo filijs indultum est priuilegium huius versic. multo fortius piæ causæ. Secundò videtur cõfirmari ex eo, quod dicit sin. Pet. de Anch. in consi. 46. incip. Prima facie videretur. dum concludit, q̃ regula l. cùm auus. ff. de condi. & demonst. & l. generaliter. §. cùm autem. s. de insti. & substi. quæ vult, q̃ per superuenientiam descendentium reuocetur substitutio, non habeat locum, quando substituitur Ecclesia vel pia causa, quia magis fauetur piæ causæ quàm descen. Cõtrarium, tñ puto verius, eo quia in Ecclesia vel pia causa cessat ratio huius text. qa Ecclesia non dicitur amittere debitum, cùm Ecclesiæ ab intest. nil debeatur, put descen. & sic cùm cessat ratio hic in text. posita, non possumus dicere, q̃ in Ecclesia, vel pia causa habeat locum iste versi. Secundo mouet me multum, quia qñ dicimus, q̃ excepta legitima magis fauetur piæ causæ, quàm filijs, ideo dicimus, quia tractatur de fauore animæ testatoris, quæ præferenda est filijs, vt dicit Bar. in d. l. 1. in 6. q. prin. circa prin. sed ista ratio non videtur militare in casu huius ver. q̃ Ecclesia, quæ intentauit vnã viam, possit variare, & aliam eligere, hic non videtur consistere fauor animæ testatoris, nisi dicas, q̃ imò consistat, ad hoc vt Ecclesia habeat bona defuncti. cogita, quia noua est quæstio, nec aliter pro nunc firmo. ¶ Item no. ex eod. versi. q̃ hæreditas ascen. dicitur debita descen. & èconira, & ideo qui eam perdit, dicitur perdere debitum, verè tñ non est debita sed quasi, vt e. t gl. in l. 3. s. de iuris, & fac. igno. cũ concor. quas ibi dedi, & dicitur regulariter tractari de lucro non de damno. vt ibi dixi. ¶ Itẽ 8 no. ex eo. ver. † q̃ in extraneo instituto hæreditas dicitur titulus lucratiuus. & si eam perdit, dicitur lucrum perdere, non damnum pati. concordat. l. 1. C. de impon. lucr. descri. lib. 10. intellige tamen sanè, quando hæreditas est soluendo, aliàs dicitur titulus onerosus. l. inter stipulantem. §. si rem. vbi Ang. & Imo. ff. de verb. obl. quia cum trahit originem à lucro, licèt aliquãdo damnum inferat, iudicatur vt de causa lucratiua. glo. est solennis in l. si duo. ff. de acquiren. hæred. quam ad hoc ibi not. Imol. 9 pro sing. ¶† Item not. ex tex. ibi, non enim par. q̃ qui perdit lucrum, non dicitur damnum pati. concord. l. 1. §. licentia. el 1. s. de iure delib. & ad hoc vide tex. solẽnem in l. si is cui. §. eius rei. s. de fur. vbi dicitur no. q̃ qui perdit lucrum, nec damnum nec 10 interesse aliquod prætendit. † Ad vltimum adde gl. in l. si quis vxori. §. penu. eo. tit. hinc dixit no. Bal. in l. parentes. in prin. s. de testi. q̃ non dicitur nocere fisco, vel eum damnificare, qui quærit auertere lucrum cum alterius iniuria. hinc etiam dicit Bal. in l. milites. in fi. C. de test. milit. q̃ priuare fiscum pœna sibi debita, non dr̃ læsio fisci, sed sola diminutio. limita tñ istum tex. & prædicta, nisi lucrum iam esset radicatum, quia iudicamus sicut de damno. gl. est in l. 1. §. si quis propter. in verbo. in integrũ rest. ff. de itin. act. priuato. & in l. si cùm dotem. §. eo autẽ tpe. in gl. 1. ff. solu. matrimo. hinc no. Bar. Ang. & alij in l. non amplius. §. 1. per illum tex. de leg. 1. q̃ perdere lucrum radicatum, est facere deteriorem conditionem. cum concor. vt ibi per Alex. & in l. 2. §. fi. post Pau. ff. qui satisd. cog. hinc videmus, q̃ quemadmo. error iuris non nocet, qñ tractatur de damno, ita qñ tractatur de lucro iam radicato. glo. est in l. quæ fideicom. de leg. 2. 11 ¶† Ex quinta parte tex. scilicet in ver. in omni. no. q̃ in omni vltima voluntate siue in scriptis siue sine scrip. requiruntur 5. testes. an autem in codicil. cæci requirantur plures, est gl. in l. hac consultissima. in ver. codicil. vbi dixi. s. qui testa. face. poss. Item a no. ex eo. tex. q̃ in codicil. [a] & donatione causa mortis non requiritur scriptura. nam pñt sine scriptis fieri. concor. l. 3. in prin. 12 s. de bon lib. & no. in rub. s. eo. ¶† Præterea no. ex tex. in verbo b subnotationem, q̃ in codicil. & dona. [b] causa mortis qñ sunt in scriptis, requiritur subscriptio 5. testium, & hoc no. quia multi crederent 5rium, non tñ requiruntur sigilla. ita probat text. in illo verbo subnotationem. iuncta l. in donationib. cum glo. in verbo subnotationem. C. de dona. ¶ Item not. ex eo. versic. ibi, 13 vno eodemq; tempore, † q̃ sicut testamentum debet fieri vno contextu. l. hæredes palàm. §. fi. ff. de test. & l. cùm antiquitas. C. eo. idem est in dona. causa mor. q̃ vr̃ aliqualiter facere 5 doct. gl. approbatæ in l. 2. in prin ff. de dona. præleg. & dixi. in d. l. cùm antiquitas. ¶ Gl. 1. in verbo. si quis. aliqui libri habent si quis, scilicet suus vel extraneus, vtraq; expositio est mala, quia 5 tex. in versi. si quis vero, qui loquitur in filijs ex linea fœmini. vbi non cadit suitas, & ideo alij habent si quis, scilicet extraneus, & ista vera. ¶ Gl. in verbo cupiẽs. diuiditur in 5. In prima declarat tex. In secũda oppo. & sol. In tertia per viã qõnis etiam opponit, & soluit. In quarta opponit 5 sol. præcedentem. In quinta extendit hoc principium. Secunda ibi, sed nonne egit. Tertia ibi, itẽ si egit.

ADDITIONES.

a ¶ Quod in codicil. Adde insti. de codi. §. fin.

b ¶ in codicillis, & donatione. Adde Doc. & Bar. b. post alios i c. eũ esses. de test.

Source : BIU Cujas

ſi egit.Quinta ibi,ſed adhuc quare.Sexta ibi, item intelligitur. In ſecunda parte ibi,ſed nonne egit actione perſonali. dicunt Fulg.& Alex.q̃ glo. debuit dicere,q̃ hæres egit actione mixta
14 ſcilicet peti.hęre. l.hæreditatis.s̃.de peti. hæred. dic melius,† q̃ imò petitio hære.eſt actio merè realis.l.ſinautem. §. ſed & is.ff. de rei ven.& hoc firmat gl.hic in verbo precluſiſſe,& examino in rub.ff.de reb.cred.& hoc modo ceſſat p̃rium glo.& eſt melior ſolu.quàm illa,quam ponit gl.dum dicit,q̃ hoc facit ratio p̃riorum.vult dicere,q̃ res iudicata non eſt illa,quæ impediat variationem hic,quia iſte tex.procedit ſiue res ſit iudicata ſiue non,vt eſt tex.hic in ver. pen.ſed hoc eſt quia remedia ſunt p̃ria,& quando duæ viæ ſunt p̃riæ ex eadem ſcriptura, vna electa alteri intelligitur renuntiatum,vt dixi in tex.¶Glo.in verbo poteſtatem.diuiditur in quatuor.In prima vult remouere tacitum p̃rium.nam litera videtur p̃riari ſibi, dum ponit in poteſtate,& ſic in arbitrio,poſtea in inferiorib.videtur ponere in neceſſitate.gl.bene reſpondet,q̃ à prin.eſt in arbitrio,an agere velit,ſed ſi deliberauerit agere,eſt bene neceſſitatis vnum eligere. In ſecunda ibi,& ſuper hoc interrogabitur.glo.ponit dictũ clarum.In tertia ibi,itẽ hoc intelligo.gl.extendit tex.bene. In quarta ibi,ſed vr̃ non compelli.oppo.p̃ tex.& tripliciter ſoluit,tene primam,vt dixi in l.prima.s̃.de furt.¶Glo.in verbo præcluſiſſe. diuiditur in quinq; partes. In prima aſſignat rationem ad text. & eſt clara.In ſecunda,quæ longa eſt,opponit p̃ text.& in effectu dupliciter ſol.tñ ambæ ſolu.tendunt ad idem, & bene ſoluit.In tertia ibi, ſi verò petij. ponit magnam limitationem ad text. & erit quinta limitatio vltra quatuor,quas s̃.poſui in pri-
15 mo notabili,vt iſte tex.non procedat,† qñ codicilli eſſent facti ſeparatim à teſtõ,quia qui egit ex teſtamento,& ſuccubuit,poteſt ex alia ſcriptura codicillorum ab inteſta. agere. vnde iſta l. intelligitur neceſſariò,qñ agitur ex eadem ſcriptura, vt dixi in 1.nota.& ſequuntur Saly.Alex.& in effectu Ful.hic.Imo.& Lu do.Rom.in l.Clodius,vbi Bar.in effectu.ff. de acquir.hære.licèt p̃rium teneat Bal. hic in 3.col.& cum eo Paul. ſed concor.aut agens ignorabat probabiliter codicillos poſtea factos, & procedit prima ſententia,ſecus ſi ſcienter, vt dixi in primo not.In tertia limitat. In quarta ibi,alij tamen vt Pla.refert quandã opi. Pla.quæ ex prædictis reprobatur.In quinta ibi, & caue. extendit tex.& bene,vt procedat ſiue clauſula codicilla.ſit copulatiuè concepta,ſiue conditionaliter, quo caſu non propriè cadit electio.eſt tamen dr̃ia, an clauſula codicillaris copulatiuè concipiatur, an conditionaliter,vt hic per Bar.& plenius in l.1.in 2. q.ff.eo.¶Gl.in verbo.ex more. diuiditur in tres.In prima declarat tex.In ſecunda ibi, ſed quomodo poſſeſſorium. opponit p̃ tex.& oppoſitionem clarius ſic forma , nam qui intentauit remedium poſſeſſorium,& ſuccubuit,poteſt non obſtante re iudicata intentare petitorium,quia poſſeſſorium non pręiudicat petitorió etiam lata ſententia.l.& an eadem.§.fi.ff.de excep.rei iudi.quomodo ergo hic,qui intentat poſſeſſorium,ſibi præiudicat,ac ſi petitorium intentaſſet? glo.rñdet,ſed dic clarius,q̃ hîc poſſeſſorium non præiudicat ratione rei iudicatæ , ſed ratione electionis inter remedia p̃ria.In tertia ibi, an ergo poterit. ha-
16 bes ex gl.notabilem concluſionem,† q̃ licèt ille,qui petit hr̃ditatem ex teſtõ in ſcriptis, etiam ſi petat iure fideic. tñ habet remedium.l.ſi. s̃.de edi. diui Adria. tñ qui petit hr̃ditatem ex codicillis in ſcriptis factis,non habet remedium.d.l.ſi.& cum glo. tenent Ang.Saly.& Fulg.hic.& dicit Ang.q̃ eſt ad hoc ſing.idẽ tenet Cy.in d.l.ſi.in 4.q.p̃rium tenet Bal.in d.l.ſi.in 2.q.vbi ple-
a nius Alex.in 4.& 5.col.eo quia appellatione teſtĩ [a] largè veniũt codicilli,vt dixi in l.ſi idem.s̃.eo idem tenet Bal. in addi. Spec. in tit.de teſta.in vlt.col. & Pau. hic in ſi. col. Tu concorda iſtas opi.q̃ ſi nullum ſit cõditum teſtm̃,ſed ſoli codicilli ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis,tunc procedit prima opin. q̃ d.l.ſi.locum non habeat:ſed condito teſtõ,& codicillis,ſecus,quia tunc codicilli pendent ex teſtõ.vt dixi in l.1.s̃.eo.& tunc procedit ſcđa opi.¶Gl.in verbo agnationis diuidit̃ in tres.In prima ponit ſingularem reſtrictionem ad verb. ſi quis verò. vt ſup eo dixi. In ſecunda ibi,ſed licèt differant.gl.remouet vnum p̃rium,dum tex.facit dr̃iam inter agnatos, & cognatos, cũ ſit ſublata dr̃ia, & bene rñdet.In tertia ibi,ſed q̃ actionem.quęrit,& rñdet,& ex ea habes,q̃ qñ petitur hęreditas ex codi.q̃ tunc competit vtilis actio ex teſtõ.idem tenet gl.in l. 2.in verbo perſonales. ſ. cõia de leg.& in l.1.in gl.fi.de teſt.& in §.fi.in verbo relinquitur, vbi latè Io.Fab.inſti.eo.gl.& concor.verum dicunt, qñ teſtator ſolos codicillos feciſſet, ſi autem vtrunq; feciſſet, quia codicilli ſunt acceſſorium teſtĩ, competeret directa actio ex teſtõ. ita
17 Bar.in l.1.in 5.col.ff.de leg.1.& Fulg.& Pau.hic.¶† Gl.in verbo
b quinq; teſtes.no.q̃ licèt mulier [b] non poſſit eſſe teſtis in teſtõ.l.
c hac conſultiſ.vbi dixi.s̃.de teſt.poteſt tñ in codicil.[c] & in omni alia vltima volunta.præter teſtm̃.ſimilem gl. habes in l. qui teſtõ.§ mulier.ff.de teſt.& ita tenent oẽs excepto Fulg.hic.& in 1.

* & vlt.col.per duo leuia,& ipſemet fatetur,q̃ *communiter tenetur* cum gl.& ita obſeruatur,& per hoc ſequitur,q̃ cùm hodie de cõſuetudine in teſtĩs ponatur clauſula codic.ſi adhibitæ eſſent mulieres p̃ teſtib.valeret ſaltem in vim codicillorum, ſm Io.
18 Fab.& Ang.in §.teſtes.inſti.de teſt.† Similiter pñt mulieres eſſe teſtes in teſtõ inter liberos condito à patre,ſm glo. in Auth.q̃ ſine.cum concor.quas ibi dixi.s̃.de teſt. Quid autem ſit in foro
d cano.& qd in teſtõ ad pias cãs,[d] an mulieres poſſint eſſe teſtes?
19 dixi.in d.l.hac p̃ſultiſ s̃.de teſt.† In cauſis aũt ciuilib.mulier põt eſſe teſtis ſicut maſculus.c.forus.de verb.ſign.l.ex eo. ff.de teſti. 33.q.6.in c.mulierem.ponunt Cano.in c. ſuper eo.& in c. literis.de teſtib,& præterq̃ in feudis.rex.eſt in c.1. in verbo, præter fœminas,vbi Bal.in fin.no. qui teſtes ſint neceſſarij ad proban. nouam inueſti.& per hoc infert ſing.Ludo.Roma. in l.admo. in penu.char.mag.vbi dixi.ff.de iureiuran.q̃ in cauſa feudali ſi mulier probaret per vnum teſtem omni excep.maiorem,non deferretur iuramentum in ſupplementum probationis, quia illi defertur,qui poteſt eſſe teſtis. Secundus caſus eſt in priuata
e ſcriptura,[e] quæ ſi ſit ſcripta manu trium teſtium,habet vim publici documenti,ibi mulieres non admitterentur l.ſcripturas,in verbo trium vel amplius,vbi no.Bal. C.qui pot.in pign. hab.q̃ vltimum reprobaui in l.1.ff.de leg.vbi vide.

ADDITIONES.

a ¶Appellatione teſtamenti. Adde l. ſi quis in graui.in §. ſi quis codicil. & ibi Doct.ff.ad Senatuſcon.Sylla.

b ¶Licèt mulier. Adde gl.in §.teſtes.inſti.de teſtam.gl.in verbo.non fœmina. in c.forus.de verb.ſign.Ant.de But.in ca.quoniam aliqua.de teſtib.

c ¶Poteſt tamen in codicil.Adde Ioan.An.in addi.Spec.in tit.de teſte.§.1.verſ. quid de codicil.Bal.in l.fi.C.de codicil.

d ¶Et quid in teſtamento ad pias cauſas.Adde Ludo.Rom.in repe.Auth.ſimiliter.in 16.colu.C.ad l.fal.Ange.conſi.223.inci. punctus eſt,quædam domina Margarita.

e ¶In priuata ſcriptu. Adde Iaſ.in l.1.ff.de leg.

De legatis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Si alicui relinquantur alimenta quoad cum aliquo morabitur in domo, etiam illo mortuo durat legatum alimentorum,& talis legatarius nõ tenetur præſtare aliqua ſeruitia in domo,nec aliquid operari.*

2 *Quando debentur alimenta vxori per virum, vxor tenetur operari in domo,& lucrum erit viri.*

3 *Quando legatarius,cui ſunt relicta alimenta,non poteſt morari in domo cum hærede,propter eius malos mores aut ſæuitiam, debet habere legatum relictum extra domum.*

4 *Si maritus verberaret vxorem,& propter hoc fugiat,vir tenetur præſtare alimenta extra domum.*

5 *Si maritus relinquat vxori alimenta,ſi cum filijs moraretur,nec aliter expreſſit,q̃ ſtet in habitu viduali,ſi mulier cœperit maritum,quem induxit in domum,filij poſſunt expellere matrem, & eius maritum,& ipſa perdet legatum.*

6 *Si alicui legantur alimenta,& teſtator non expreſſit,q̃ magis debeantur in domo quàm alibi,an hæres poſſit dicere,volo præſtare domi,& non alibi.*

7 *Si teſtator in teſta.mandet vxorem honorificè debere tractari eo modo, & forma,qua ipſe faciebat dum viueret, quid importet hoc legatum.*

8 *Si maritus relinquit vxori alimenta vel fructus fundi, quandiu dotem non petierit,ſi ipſa non petat,tamen hæredes ſibi vltrò præſtent, an perdat legatum.*

9 *Dictiones quoad, vel quouſque, an faciant legatum conditionale vel modale.*

LEX PRIMA.

a 

Vamuis. [a] Conditio mixta deficiens per caſum,non facit deficere legatum alimentorum. hoc dicit ſm glo.Bar.& Ang.& Saly.quod non videtur congruere,quia hic conditio non dicitur deficere,ſed potius finire,vñ clarius ſumma.Legatum alimẽtorum relictum quoad legatarius cum aliquo morabitur,debetur etiã poſt illius mortem.hoc dicit,& iſtum textum habes in l.Caio.§.Imperator.ff.
1 de lega. ¶† Not. q̃ ſi alicui relinquantur alimenta,quoad cum aliquo morabitur in domo, etiam illo mortuo durat legatum alimento-

ADDITIO.

a ¶Quamuis. Adde Bal.lib.4.conſi.247.quod domina Matheola,& lib.1.conſ. 67.Io.magiſter Fran.& conſi. ſeq.viſo eleganti conſi. PVRPV.

Source : BIU Cujas

alimentorum, & not. ꝙ iſto caſu quando alicui relinquuntur alimenta, quoad ſteterit in domo alicuius, iſte legatarius nō tenetur præſtare aliqua ſeruitia in domo, nec aliquid operari. ſecundum Albe. Ang. & Saly. hic, & Bar. in d. l. Caio. §. 1. & Bald. in l. ſi donaturus, §. 1. ff. de condi. ob cau. Bart. Pau. & Moder. in d. l. diuortio. in prin. ff. ſolu. matrimo. & hoc ideo eſt, quia talia alimenta debentur ex diſpoſitione teſtatoris, ſecus eſt ſi deberentur ex diſpoſitione l. ſicut in alimentis, quæ debentur per
2 vir. vxori: † nam vxor tenetur operari in domo, & operando ſi lucretur, eſt viri, gl. eſt ordin. in l. ſicut. ff. de oper. lib. not. Bal. in l. ſi vxor. ſ. de condi. inſer. & ſi legatarius non poſſet morari in do
3 mo † cum hærede ꝓpter eius mores malos, aut fœuitiam, aut propter ſuſpicionem honoris, debet tamen habere legatum relictum extra domum ſecundum Docto. hic in locis alleg. & Bal. in Auth. hoc locum. in fi. colu. C. ſi mul. ſecun. nup. & Paul.
4 in conſi. 187. incip. Quod vxor quondam. circa fi. † Sicut quãdo maritus verberaret vxorem, & propter hoc fugiat, vir tenetur præſtare alimenta extra domum, ſecundum præfatos Docto. hic, & Cyn. in d. l. ſi vxor. ſpectat tamen onus probandi ad legatarium, non ad hæredem, quando legatarius non poſſet ſtare in domo ex culpa hæredis. ſecundum Petr. de Ancha. in conſi. 254. incip. ſuper primo quęſito non multum inſtando. in 1. colu. vbi conſuluit legatario, quia difficilis eſt probatio talis culpæ, ꝙ caueat, ne moueat iudicium, quia de facili ſuccum-
5 beret. † Quid autem eſſet, ſi maritus in teſtamento relinquat alimenta vxori, ſi cum filijs morabitur, nec aliter expreſſit, ꝙ ſtet in habitu viduali, & ipſa mulier cœperit maritum, quem induxit in domum, determinat Bald. Ange. & Saly. hic, ꝙ filij poſſunt vxorem, & ſic matrem, & virum expellere, & ꝙ ipſa perdit legatum alimentorum. Quod confirmo ex eo, quod dicit Bal. in l. voluntatis. in fi. colum. ſ. de fideicom. ꝙ relictum factum à viro vxori, donec ſteterit in domo viri, intelligitur ſi ſte
6 terit in habitu viduali, aliàs ſecus, quod no. † Quid autem ſit, [a]
a quando alicui ſimpliciter reliquuntur alimenta, & teſtator nō exprimit, ꝙ magis debeantur in domo, quàm alibi, an hæres poſſit dicere, volo præſtare in domo, quia præſtando extra domum nimium grauaretur. ponut Pau. & Alex. hic, & eſt quæſtio Barto. in l. 4. §. fi. per illum text. de ali. leg. & in l. diuortio. in
7 prin. ff. ſolu. matri. cum concor. vt per Alex. hic & ibi. ¶† Quid autem importet legatum, ſi teſtator in teſtamento mandet vxorem honorificè debere tractari, eo modo & forma quo ipſe faciebat dum viueret, quales veſtes ſibi debeantur, & quid ſi requirat culcitram ſericam, qua vtebatur vir, ponit Bald. hic, & in l. plenum. §. equitij. per illum text. ff. de vſu & hab. & eſt tex. no. in l. qui concubinam. §. vxori. vbi not. Bart. ff. de leg. 3. &
8 in l. liberorum. §. fi. eo. tit. † & quid ſi maritus reliquit alimenta vxori, vel fructus fundi, quandiu dotem non repetierit, pone, ꝙ ipſa non petat dotem, ſed hæredes vltrò præſtent, an vxor acceptando perdat legatum. Barto. ſingulariter in l. amplius non peti. in fin. colum. ff. rem rat. hab. tenet ſingulariter, ꝙ ſibi præiudicat. pro quo facit, quod pulchrè not. idem Barto. in l. inuitus. §. quod cuique. per glo. ibi. ff. de regu. iur. vbi determinat, ꝙ ſtante ſtatu. ꝙ notarius certo caſu non poſſit accipere ſalariũ ſub certa pœna, quòd etiam ſi ſalarium ſponte offeratur à partibus, & ipſe acceptet, ſimiliter incidit in pœnam, tamen contra Barto. in d. l. amplius. tenet Bald. hic, de quo dic vt per Ang. & Moder. in d. l. amplius, & Bald. in l. 1. in 10. colum. C. de his, quæ pœnæ nomine, & in Authen. hoc locum. in fi. in aliquibus lect. C. ſi mulier ſecundò nup. ¶ Glo. in verbo poſt mortem, diuiditur in duas. In prima format ſimul duo contria, & vtrique ſimul reſpondet diſtinguendo. In ſecunda, quæ eſt ibi, item adhuc, contraformat aliud contrarium, cui dupliciter reſpondet. circa primam partem aduerte, ꝙ ad l. Seio. in princip. de qua glo. primò opponit, bene reſpondet diſtinguendo, vt facit glo. ſed ad l. ſi ea. ſ. de condi. inſer. diſtinctio glo. nihil valet, vnde reſponde, ꝙ ideo ibi perdit legatum, quia ſtetit per legatarium, quominus moraretur cum Focaria, prout glo. met hic ſoluit, & clarius Saly. ¶ In ſecunda parte princip. gl. tene primam ſol. quæ vera eſt, ꝙ hic ſit ſpeciale fauore alimetorum, ꝙ tale legatum in dubio cenſeatur perpetuum, niſi appareret expreſsè, ꝙ eſſet factum contemplatione eius, in cuius perſona debet impleri, & iſtam tene reiectis alijs ſolu. de quibus per Docto. maximè Moder. hic, & Imo. in l. illis libertis. ff. de condi. & demon.
9 nec eſt vera ſequens ſolu. glo. † ꝙ iſtę dictiones quoad, [b] vel
b quouſque [c] non faciunt legatum conditionale; ſed modale,
c quia in contrarium eſt tex. in l. qui concubinam. §. vxori. de leg. 3. & in l. pater Seuerinam. §. 1. ff. de condi. & demonſtra. & licèt Bald. alleget. l. pen. ff. de excuſ. tuto. illa l. facit contra. de ea dubitat Bar. vbi vide ſolu. in l. 1. in 7. & 8. colu. ff. de condi. & demon. & idem Bar. in d. l. penul.

ADDITIONES.

a ¶ Quid autem ſit. A de Dy. in regula imputari, de reg. iur. lib. 6.
b ¶ Dictio quoad. Adde Bar. in l. ſi Titius. ff. de verb. obl.
c ¶ Quouſq;. Adde Doct. in l. 2. C. de lib. præte. Doct. in l. Imperator. ff. de poſtul. Bar. in l. fi. ff. de crim. falſi.

SVMMARIVM.

1 *Venditio hæred. non liberat hæredem à legatis, licèt contra emptorem, & eius fideiuſſo. habeat regreſſum.*
2 *In emptorem hæred. tranſeunt iura vtilia actiuè, non tamen paſſiuè.*
3 *Emptor hæred. licèt non ſit obligatus credito. vel lega. nec ab eis conueniri poſſit, tamen tenetur venditori.*

LEX II.

QVamuis hæres. Venditio hæreditatis non liberat hæredem à legatis, licèt contra emptorem, & eius
1 fideiuſſo. regreſſum habeat. hoc dicit. † Not. ex 1. parte, ꝙ licèt hæres vendat vniuerſalem hæreditatẽ cum omnibus commodis, & oneribus alteri, tamen legatarij, & credito res hæreditarij poſſunt, & debẽt conuenire hæredem. ratio eſt, quia ex quo hæres adeundo hæreditatem ſimul fuit obligatus creditoribus, & legatarijs, eis inuitis non poteſt mutare hanc obli. etiam ſi loco ſui poneret alium idoneiorem ſe, quia creditores, qui habent vnum obligatum, non coguntur alium accipere, etiam qui ſit magis idoneus. l. ſi mandato meo, in fi. princip. vbi text. not. ff. manda. fallit tamen iſte tex. in fiſco, ſi vendat hæreditatem alteri, non tenetur creditoribus, & legatarijs, ſed
2 emptor. l. 1. vbi Bald. latè. ſ. de hæred. vel actio. vend. ¶† Secundo not. ex text. ꝙ licèt in emptorem hæreditatis tranſeant iura vtilia actiuè, tamen non tranſeunt paſſiuè, & ideo licèt emptor hæreditatis poſſit conuenire debitores hereditatis vtili actione. l. 2. ſ. de hæred. vel actio. vend. tamen paſſiuè ipſe conueniri nō poteſt à legatarijs vel creditoribus, vt hoc tex. rõem diuerſitatis aſſignat glo. in d. l. 2. vbi ſequuntur Cy. & Sal. ſ. de hæred. vel actio. vend. quia hæres de eo, quod ſibi debetur, poteſt diſponere transferendo in alium, ſed de eo, quod ipſe debet alijs non. d.
3 l. ſi mand. meo, in prin. ¶† Tertiò not. ꝙ licèt emptor hær. non ſit obligatus creditoribus, vel legatarijs, nec ab eis conueniri poſſit, tamen tenetur venditori, quia emendo hæreditatem, & ſic vniuerſalitatem, intelligitur emere cum omnibus commodis, & incommodis. l. 2. & per totum. ff. de hæred. vel act. ven. ſi tamen creditores vel legatarij cõuenirent emptorem, & empt. non exciperet, non poſſent agere contra hæredem, quia tacitè intelligerentur feciſſe pactum de non petendo ab hærede. l. 2. ſ. de pact. vbi dixi. Si tamen hæreditas non erat ſoluendo, quo caſu hæres ſimpliciter adeundo non tenebatur iure fforum legatarijs vltra vires hæred. vt dixi in l. fi. in princ. ſ. de iur. delibe. tamen ſi hæres reperiat empt. qui fortè emat hæreditatem pro mille, & verè hæreditas non valet niſi centum, per hoc non tenetur hæres legatarijs niſi in centum, quia illud plus non habet ex hæreditate, ſed ex fortuna, & fatuitate emptoris, text. eſt not. in l. 3. ff. ad l. falcid. hic alleg. in glo. Quid ſi hæres ſoluiſſet aliqua legata, antequam venderet hæred. dic vt per Alexan. hic contra Pau. de Caſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator pignorando vel hypothecando rem legatam, nõ intelligitur per hoc legatum reuocare, limita vt infra nu. 2.*
3 *Mulier teſtatrix, quæ legauit domum vel fundum alicui, & poſt teſt. nupſit & dedit omnia bona in dotem viro, an per iſtam dona. generalem in dotem intelligatur reuocatum legatum.*
4 *Hæres tenetur luere rem legatam, quam teſtator pignorauit, quod limitã vt infra nu. 5.*
6 *Per alienationem partis an reuocetur totum legatum.*

LEX III.

QVi poſt. Teſtator pignorando rem legatam, non dicitur legatum reuocaſſe, imò hæres eam tenetur liberare. hoc dicit, & conſidera multum in text. dum dicit, etiam in perſonam actio electa eſt, tamen hæres tenetur liberare rem pignoratam. nam pro legatis cõpetunt legatario tres actiones, actio ex teſtamento, quæ eſt perſonalis. item rei vendi. & hypoth. *vt no. per glo. & omnes in l. 1.* de leg. 1. & in l. 2. C. communia de leg. innuit iſte tex. imò vult, quòd ſi legatarius egiſſet actione reali

contra

contra hæredem, ꝙ hæres fuiſſet obligatus liberare rem pignoratam legatam, tamen etiam ſi agit actione perſonali, hæres tenetur liberare, cogita cur diuersũ, quare magis agendo actione reali, quàm perſonali, quare magis debuit dubitare Iuriſcon. an hęres teneretur liberare pignus, qñ legatarius agit actione perſonali, quàm qñ agit actione reali. Cõſiderabam, non tñ pono pro firmo, nã qui agit actione reali, præſupponit rẽ eſſe ſuã, & ſe dñm. §. ſic itaq;. inſti. de act & ſic præſupponit, ꝙ non põt pignorari. l. rem aliam. ff. de pig. actio. ideo tunc hæres tenetur redimere, ſed quando agit actione perſonali, præſupponit rem ſibi deberi, & non eſſe ſuam, ideo nimirum ſi text. dubitauit, quòd legatarius etiam agendo actione perſonali tamen conſequitur, ꝙ hæres teneatur redimere rem pignoratam, & niſi iſte
1 ſit ſenſus text. melior non occurrit. ¶ † Not. quòd teſtator pignorando vel hypothecando rem legatam, non intelligitur ꝑ hoc legatum reuocare, vt hic, & §. ſi rem. inſtit. eo. dubium faciebat. nam teſtator ſi voluntariè alienat rem legatam, intelligitur reuocare legatum, ſecus ſi ex neceſſitate. l. rem lega. vbi plenè Barto. in materia huius. l. ff. de adi. leg. & l. fideicom. §. ſi rem. ff. de leg. 3. ſed qui pignorat vel hypothecat, dicitur aliena re. l. fi. C. de reb. alie. non alien. contrarium tamen hic deciditur, quia licèt verum ſit, ꝙ teſtator alienando rem legatam intelligatur reuocare legatum, tamen pignorando vel hypothecando non intelligitur reuocare, vt hic. ratio diuerſitatis eſt ſecundum Pau. hic, & ante eum Petr. & Nicol. de Neapol. in §. ſi rem ſuam. inſtit. eo. de legatis, quia pignoratio licèt dicatur alienatio. d. l. fin. quia per pignorationem conſtituitur ius reale in pignorata re, propter quod creditor poteſt actione reali agere contra quemcunq;. §. item ſeruiana. inſtit. de actio. tamen non eſt tanta alienatio, ſicut quando venditur, quia quando venditur, transfertur omne ius, & dominium in emptorem, ſed quãdo pignoratur, dominium remanet domini, licèt transferatur ius hypothecæ, ideo pignorando non reuocatur legatum ſicut vendendo. iſta ratio eſt pulchra, ſed non placet, quia licèt verum ſit, quòd pignoratio non ſit tanta alienatio ſicut venditio, tamen in eo, quod alienat, deberet præiudicare legatario. ſicut enim ſi transferret dominium in totum, vt vendendo in totũ præiudicatur legatario, ita cùm transferatur ius hypothecæ, ſaltem in hoc deberet præiudicare legatario, ſaltem vt hæres non redimat, cuius contrarium dicit hic text. vnde melior eſt
a ratio diuerſitatis, [a] quam aſſignat Cyn. hic, quam multum ſigna ad deciſ. quam. ꝯ. dicam, quare alienando rem legatam renocetur legatum, ſed non pignorando, quia natura venditionis eſt, vt res vendita perpetuò remaneat penes emptorem, & non reuertatur ad teſtatorem, ſed natura pignorationis eſt, ꝙ redimatur, & reuertatur ad teſtatorem, ideo non reuocatur ſi-
2 cut venditio. ¶† Ex iſta ratione ſequitur prima limitatio notabilis ad iſtam legem, vt iſta lex non habeat locum, quando teſtator rem legatam pignoraſſet pro tanto vel pluri, quàm valeat, quia veriſimile eſt, ꝙ noluit redimere, tunc reuocatur legatum, quia perinde eſt, acſi penitus alienaret. l. qui habebat, vbi pulchrè Bar. ff. de leg. 3. iſtam limitationem ponunt Cyn. Fulg. & Paul. hic, & Bar. in l. rem legatam. in fin. ff. de adi. leg. & ꝙ pignorare rem pro tanto quanti valet, cenſeatur totalis alienatio, adduxi multa alia bona ſimilia, maximè dicta Bart. in l. in rem. ff. de pigno. actio. l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur. ideo hic non repeto. limitat tamen Paul. hanc limitationem veram eſſe, niſi quis pignoraret rem, quæ fuerit maiorum ſuorũ, quia licèt pignorauerit pro quanto valet, tamen non eſt veriſimile, quin eam debeat redimere. l. ſi in emptionem. ff. de mino. tunc non reuocatur legatum. ¶ Secundo no. limita iſtam legem nõ procedere in re, quam maritus conſtan. matrim. donaſſet vxori vel èconira, & tradidiſſet, quia pignorando talem rem, intelligitur reuocare donationem, ita vt morte non confirmetur, vt iurib. alle hic in gl. in ver. non videtur, & l. Meuius. §. fundo. vbi tex. not. ff. de leg. 2. & ſic donatio inter vir. & vxo. facta conſtan. matrim. reuocatur per ſolam pignorationem vel obligationem, ita vt non confirmetur morte. Ratio, quia de iure communi non valet, licèt iure ſing. confirmetur morte. l. Pap. cum ſim. ff. de don. inter vir. & vxor. vnde facilius reuocat̃, ꝙ valet iure ſing. quàm communi. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de teſt. milit. limita tamen ſing. hoc multum, vt procedat, quando maritus ſpecialiter obligaſſet rem, quam donaſſet vxori, ita reuocatur donatio, vt non confirmet̃ morte, ſed ſi maritus obligaret generaliter omnia bona, tunc non reuocat̃ donatio vxori facta, ratio diuerſitatis eſt, quia plus operatur pignoratio, & obligatio ſpecialis, quàm generalis. l. eſt differentia. ff. in quib. cau. pign. tac. contraha. ita ſing. Bar. in d. l. rem legatam, circa fi. ff de adi leg. ſequitur Bal. in l. ſi non verum. C. de dona. inter vir. & vxo. ꝙ no. bene, & confert ad id, ꝙ. ꝯ. ſubijciam. ¶ Item inquantum dixi, ꝙ teſtator vendendo vel alienando rem legatam, ſi alienauit voluntariè, intelligitur reuocare legatũ, ſecus ſi ex neceſſitate, quia ſaltem debetur æſtimatio, dictis iurib. & tã-git. gl. 2. hic, in verbo dedit. adde, ꝙ iſta diſtinctio, an voluntariè vel ex neceſſitate, habet locum in dona. cauſa mortis, quæ licèt ſola pęnitentia reuocetur. l. non omnis. in princ. ff. ſi cert. pet. ſi tamen aliquis donat rem cauſa mortis, deinde alienaret eam, intelligitur reuocare donationem, ſi voluntariè alienat, ſecus ſi ex neceſſitate, & ſic eadem diſtinctio habet locum in dona. cã mortis. dictum fuit Dy. in l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. 1. ꝙ ibi reputat aureum Bal. cum multis concor. de quib. ibi per Mod. & facit, quia don. cauſa mortis cenſetur legatum. l. Marcellus. §. 1. ff. de dona. cauſa mor. l. legatum eſt. de leg. 2. Et poſtquam teſtator ſemel alienauit voluntariè rem legatam, licèt redimeret, tamen non reconualidatur legatum ſemel reuocatum. tex. eſt not. in l. cùm ſeruus, vbi no. Bar. ff. de adi. leg. niſi ſit legatum libertatis, vt ibi. & ſequuntur Bal. Ang. & Pau. hic. limita tamen põdicta procedere, quando teſtator voluntariè alienauit, ſed ſi dedit hæredi licentiam alienandi, tunc ſecus. l. poſtq̃. §. fi. ff. vt leg. no. cauea. ſm Bal. Sal. Ang. & Pau. hic. ¶ Secundo
b notab. limita, quando teſtator [b] voluntariè vendidit, & tradidit, & pretium recepit, iſtis tribus concurrentibus bene reuocatur legatum, ſecus ſi non tradidiſſet, vel pretium non recepiſſet. l. prædia. §. liberto. de fund. inſtru. ſm Ang. & Pau. hic, & Bal. in 2. q. ſed contrarium, & melius tenent gl. & Bar. in d. §. liberto. Sal. & do. Alex. hic, & ſtringit, quia etiam ſi alienatio teſtatoris non tenuit, tamen reuocatur legatum. l. legatũ. la 2. §. pater hortos. ff. de adi. leg. multo fortius reuocabitur iſto caſu. ¶ Tertiò no. limita dictam regulam procedere, quando teſtator legaſſet rem ſimpliciter, ſecus ſi alternatiuè rem vel æſtimationem, qa alienando tunc rem voluntariè, non intelligitur reuocatum legatum, quin æſtimatio debeatur. l. Lucius. la 1. ff. de leg. 2. ſm Ange. Saly. & Paul. hic. ¶ Quartò limita vt prædicta diſtinctio inter alienationem voluntariam, & neceſſariam procedat, quãdo legatum fuit factum purè, ſi autem ſit factum ſub conditione, tunc indiſtinctè reuocaretur, etiam per alienationem neceſſariam, ſm Bal. hic in 4. q. Ang. Sal. & Pau. per tex. in l. Stichum, qui meus. in fi. ff. de leg. 1. qui nihil facit. ſed alleg. tex. ſing. in l. ſcribit. aliàs quintus. § fin. in fin. vbi not. Bal. ff. de aur. & argen. leg. & reputãt ſin. Imo. & Mod. in d. l. Stichum, qui meus erit. ¶ Iuxta prædicta occurrit pulchrum dubium, ꝙ hic nec in locis com-
3 munibus tangitur, † an mulier teſtatrix, quæ legauit domum vel fundum alicui, & poſt teſtamentũ nupſit, & dedit omnia bona in dotem viro, an per iſtam dationem generalem in dotem intelligatur reuocatum legatum? videtur ꝙ ſic, quia iſta eſt alienatio voluntaria, patet, quia mulier, quæ nubit, non tenetur dare omnia bona in dotem, ergo cùm ſit alienatio voluntaria, intelligitur reuocatum, dictis iuribus. Breuiter in contingentia facti ꝯrium conſuluit Alex. & eſt noua deciſio, in conſi. 31. in 3. volu. incip. ponderatis his, quæ in themate narrantur. in fi. col. mouetur ſubtiliter per rationem Cy. ad iſtum tex. & ſ. retuli. nam teſtator pignorando rem legatam non intelligitur reuocare legatum, ſicut vendẽdo, vt hoc tex. quia natura pignoris non eſt, ꝙ res debeat perpetuò remanere pęnes creditorem, ſicut eſt natura venditi. ſed ſic eſt, ꝙ quando res datur in dotẽ eius natura non eſt, ꝙ res debeat perpetuò ſtare penes virum, quia ſaltem eo mortuo reuertitur ad vxorem, vel ad eius hęredes, vt traditur in l. poſt dotem ff. ſolu. matrimo. in l. dos à patre. C. eod. ergo cùm ſit eadem ratio vt in pignore, non reuocabitur legatum ſicut in pignore, tamen iſta ratio eſt periculoſa. Secundò mouetur: nam vir in re dotali dicitur habere titulũ oneroſum. l. pro onerib. ſ. de iure dot. l. fin. §. ſi à ſocero, vbi no. Bar. ff. de his, quæ in fra. cred. ſed ſic eſt, ꝙ quando res alienatur titulo oneroſo, dicitur alienatio fieri ex cauſa neceſſaria, vt not. tenet Iaco. Butr. hic, & glo. in §. ſi rem. credo. in verbo alienauerit. inſtit. de leg. facit. d. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ſed per alienationem neceſſariam non reuocatur legatum, ſed hoc non videtur tutum, quando omnia bona dantur in dotem. Mihi placet ſua deciſio, ſed non rationes. nam placet, ꝙ mulier dando omnia bona in dotem, non intelligitur reuocaſſe legatum, ad ꝙ moueor alio fundamento. nam per alienationem volũtariam credo ita demum reuocari legatum, quando alienatio eſt facta in ſpecie de illa re legata, ita loquuntur prædicta iura, ſed quando fit alienatio in genere omnium bonorum, non reuocatur legatum ſpeciale, quod probo per ſimile optimum, quod adduxi.

ADDITIONES.

a ¶ Diuerſitatis. Adde Alexan. lib. 3. conſi. 31. colum. fin. verſi. confirmatur. PVRPV.

b ¶ Quando teſtator. Limitatio de donatione facta filio. Monſer. in l. frater à fratre. col. fi. ff. de condi. inde.

Source : BIU Cujas

adduxi.nam donatio inter vir. & vxo. quæ ſolùm valet de iure ſing. ita demum reuocatur per pignorationem, ſi facta eſt pignoratio illius rei in ſpecie, ſecus in genere obligando omnia bona, vt ſing. determinat Barto. in d. l. rem legatam. circa fin. vt dixi. ſ. & dedit Bal. concordantem. ita in propoſito, licèt teſtator alienando in ſpecie rem legatam intelligatur legatum reuocaſſe, tamen dando omnia bona in dotem, & ſic alienando generaliter, non credo, ꝙ intelligatur reuocaſſe legatum rei in ſpecie legatæ, imò eius mens ſit, vt illi generi per ſpeciem dero getur, iuribus vulgaribus, & ſic in terminis in quibus conſuluit Alex. credo, ꝙ bene conſuluerit per hoc fundamentum, non per rationes ſuas. Sed pondera ſubtilius, ꝙ rationes Alex. probant ſingularius, ꝙ etiam ſi mulier dediſſet in ſpecie in dotem illam rem quam prius legauit, adhuc non reuocaretur legatum, quod multum not. Iſtud concludit primum fundamentum ſuum, quia datio in dotem non fit, vt perpetuò ſit penes virum, ergo non reuocatur legatum per rationem Cyn. ad iſtam legem. iſtud limitat etiam ſi daretur in ſpecie res particulariter in dotem. Secundum fundamentum eius adhuc magis militat, quia vir in dote habet titulum oneroſum, ergo alienatio cenſetur neceſſaria. iſtud militat, qtiando ipſamet res legata particulariter daretur in dotem, & ſic ſi conſideras fundamenta Alex. deciſio ſua procedit non ſolùm in terminis occurrentibus, quando mulier generaliter dedit omnia bona in dotem, ꝙ tunc non intelligatur reuocatum legatum ſpeciale, quo caſu cum eo teneo. ſed etiam ſi in ſpecie dediſſet in dotem rem legatam, quòd adhuc non reuocetur legatum, quod ſi eſt verum, eſt ſuprema limitatio ad dicta iura, quam nunquam audiuiſti. ſed nullatenus iſtam firmò. Poſſunt prædicta limitari, & quintò, per id quod decidit Barto. in conſi. 26. incip. teſtator in teſtamento diſpoſuit. vbi conſuluit, pone, ꝙ teſtator in teſtamento ordinauit conſtrui Eccleſiam ſub vocabulo alicuius Sancti, quam Eccleſiam hæredem inſtituit, deinde tales domos alienauit, an reuocetur inſtitutio vel legatum, cùm fuerit alienatio voluntaria, & determinat ſing. ꝙ non. faciunt
4 notata per Barto. etiam in l. ſeruos. ff. de alim. & cib. leg. ¶ † Secundò principaliter not. in fin. text. ꝙ hæres tenetur luere rem
5 legatam, quam teſtator pignorauit. † Limita, niſi teſtator promiſiſſet hæredi, ꝙ poſſet pro ſuis neceſſitatibus talem rem obligare, quia ſi eam obligaret, non tenetur luere eam. tex. eſt not. in l. deducta. §. fin. ff. ad Trebel. probatur in l. 3. in fin. ĩ. de fideicom. Facit text. ſing. quem Bald. ibi multum notat in l. tribus. ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſumun. Secundo limita iſtum text. procedere, quando teſtator primò legauit rem, poſtea eam pignorat, tunc hæres tenetur eam luere, vt hoc text. ſi autem erat prius pignorata, & poſtea teſtator eam legauit, tũc ſi ſciebat eam obligatam, hæres tenetur luere, aliàs ſecus, vt hic in glo. 1. quod limitat valde ſingu. Bart. in l. ſi res. de leg. 1. quando erat obligata pro debito alterius, quàm teſtatoris. ſi autem fuiſſet obligata pro debito teſtatoris, tunc hæres diſtinctè tene-
6 tur eam luere, quod multum not. pro magna limitat. ¶† Vltimò in quantum glo. in ver. dedit. in fin. dicit, aliud ſi vſusfru. alienetur. licèt cum glo. tranſeat Barto. in d. l. rem legatam. ff. de adi. leg. Petr. de Anch. & Imo. in c. filius. de teſt. tu intellige glo. ꝙ ſi alicui legaretur proprietas vel fundus, licèt teſtator voluntariè alienaret vſumfru. non per hoc reuocaretur proprietas, in iſtis terminis glo. bene loquitur, dum dicit, aliud ſi vſusfru. alienetur, & ratio eſt, quia per alienationem voluntariam partis, non reuocatur totum, ſed ſi teſtator ſolùm legaſſet vſumfru. & poſtea eum vſumfru. alienaret, bene reuocaretur legatum vſusfru. nec hoc caſu aliud eſſet ſecundum Cyn. hic, & Bald. in prin. & in fin. & Imo. in d. c. filius. licet non ita clarè.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum ſeruo ſine libertate non valet, nec reconualeſcit, licèt poſt mortem teſtatoris efficiatur liber, quod limita vt infra eo. nu.*
2 *Regula Catoniana tunc demum habet locum, quãdo eſt impedimentum, cui teſtator potuiſſet prouidere.*
3 *Regula Catoniana non habet locum in legibus nouis.*

LEX IIII.

1 SEruis. † Legatum factum ſeruo ſine libertate non valet nec reconualeſcit, licèt poſt mortem teſtatoris efficiatur liber. hoc dicit. Contra primam partem, facit tex. inſtit. de hære. inſti. in prin. vbi dominus inſtituendo ſeruum ſuum ſimpliciter, ideo valet inſtitutio, quia intelligitur ſibi tacitè libertatem reliquiſſe, ratio eſt, quia qui vult conſequens, intelligitur velle omne neceſſarium antecedens ad illud. l. illud cum ſim. ff. de acquiren. hæred. ergo in propoſito ex quo dominus reliquit legatum ſeruo, debet intelligi velle neceſſarium antecedens, ſcilicet, ꝙ ſeruus habeat libertatem. Sed reſponde, quòd aliud eſt, quando dominus inſtituit ſeruum ſuum hæredem, vt tunc intelligatur tacitè libertatem relinquere, aliud quando facit legatum, quia intereſt domini potius dabere hęredem quàm legatarium, quia dato, ꝙ legatum non valeat, tamen teſtamentum in omnibus ſuſtinetur, ſecus ſi non valeret inſtitutio ſerui, & ſic habes primam limitationem ad hunc text. ¶ Secundò limita, niſi teſtator ſeruum proprium ipſiuſmet ſeruo legaret, tunc eſt perinde acſi libertatem relinqueret. text. eſt ſing. ſecundum Ange. & Moder. ibi, in l. Senatus. §. fin. de lega. 1. & vide text. not. in l. 1. C. de communi ſeruo manum. qui probat plus, quòd ſi ſit vnus ſeruus plurium dominorum, & vnus ex dominis leget partem ſuam ipſi ſeruo, ꝙ alij domini recepta eorum partis æſtimatione tenentur ſeruum liberare. ¶ Tertiò limita iſtum tex. niſi poſtea teſtator in codicillis relinqueret libertatem ſeruo, quia tunc vltima volũtas codicillaris purgaret omne vitium præcedens. l. conficiuntur. §. penul. ff. de iure codicil. quam ad hoc pro notabili allegat Barto. in l. 1. in fin. colum. ff. de regul. Cato. ¶ Quartò limita, & declara per text. in l. quædam. §. illo. ſ. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtitu. de quo glo. 1. oppo. licèt corruptè alleget. §. 1. vbi dicit, ꝙ licèt legatum non valeat, tamen hæredes non debent eſſe impij, vt ibi in text. ¶ Glo. in verſic. non valet. diuiditur in quatuor. In prima oppo. de d. l. quidam. §. 1. ſed melius dicit in §. illo. In ſecunda ibi, nec libertatem. ponit dictum, quod probatur in hoc text. In 3. ibi, niſi ſit miles ponit fal. ad text. pro qua alleg. l. ex his verbis. ſ. de teſt. mil. quæ nihil facit, quia loquitur in alijs terminis, quando miles enunciatiuè facit mentionem de libertate. melius allegaſſet. l. Lucius §. 1. ff. de teſta. milit. In quarta, quæ eſt ibi, vel niſi, ponit duas alias fal. ad tex. & dum glo. dicit niſi ſeruus manumittatur. ſupple teſtamento, aliàs non ſufficit propter impedimentum regulæ Catonianæ. de qua nunc dicam. ¶ Glo. in ver. poſt mortem. limitat tex. non procedere, quando ſeruus viuo teſtatore eſſet conſequutus libertatem, quia tunc legatum reconualeſceret, ſed reprobatur per omnes propter regulam Cato. quę habet, ꝙ quando legatum vitiatur propter aliquam cauſam, non valet, ſi teſtator tempore teſtamenti fuiſſet mortuus, certè legatum non reconualidatur per hoc, ꝙ teſtator ſuperuixerit, & ceſſauerit impedimentum. l. 1. ff. de reg. Cato. & per totum. circa quam regulam Bald. hic ponit multas fal. de quibus per Barto. in l. 1. ff. de reg. Cato. ponunt Docto. maximè Mod. in l. cætera. in princ. de leg. 1. & contra glo. noſtram habes tex. in §. an ſeruo. inſtitu. de leg. Inter alias limitationes vnam not. per-
2 petuò. † ꝙ reg. Cato. tunc demum locum habet, quando eſt impedimẽtum, cui teſtator potuiſſet prouidere, vt in hoc text. vbi teſtator potuiſſet relinquere libertatem ſeruo, ſed quando eſt impedimentum, cui teſtator prouidere non potuiſſet, non habet locum reg. Cato. hinc eſt, ꝙ ſi teſtator in teſtamento faceret legatum filio ſpurio vel naturali, legatum non valet, & ſi teſtator deceſſiſſet, legatum fuiſſet penitus nullum, pone, ꝙ teſtator ſuperuiuat, & interim filius legitimetur, reconualidabitur legatum non obſt. reg. Cato. quia impedimẽtum erat tale, cui teſtator prouidere non poterat. ita not. & plenius Barto. in l. 1. in penul. colum. ff. de reg. Cato. ſequitur Bal. & Pau. hic. Pau. in d. l. cætera. in prin. licèt cõtrarium teneat Bal. in l. eam quam. ĩ. de fideicom. in 15. colum. verſic. quæro, nunquid in eo, quod relinquitur furioſo. ¶ Et ex prædicta limi. Bar. decidit Alexan. vnum caſum conſulendo in conſi. 40. incip. viſo thema. & dubitatione, de qua quæritur, an dicta dom. Catherina in penul. & fin. colum. in 1. volum. vbi decidit ꝙ ſtante ſtatu. ꝙ vir exiſtentibus filijs non poſſit relinquere vxori vſumfru. bono. pone, maritus habet filios, relinquit vxori vſumfru. ſi ſtatim fuiſſet mortuus, non valuiſſet legatum, pone, ꝙ teſtator ſuperuixit, & interim ſint mortui filij, an reconualidetur legatum? tenet, ꝙ ſic, & ꝙ iſto caſu non habeat locum reg. Cato. quia tali impedimento non poterat teſtator prouidere. melius facit l. fin. & quod ibi
3 ſignanter decidit Barto. ff. de reg. Cato. dum dicitur ibi, † ꝙ regula Cato. non habet locum in ll. nouis. ideo infert Bar. ꝙ cùm hodie ſit diſpoſitum, ꝙ mulier quæ habet filios ex primo marito, non poſſit relinquere plus ſecundo marito, quam vni filiorum. l. fœminæ. ſ. de ſecun. nup. pone, ꝙ vxor reliquerit plus, ſed ſuperuixit tantum, ꝙ mortui ſint filij, reconualidatur relictum. eo. modo ſecundum Bar. ſi ſtatutum diſponat, ꝙ forenſis nil poſſit acquirere in territorio, ſi fiat relictum forenſi, & teſtator poſtea ſuperuiuat tantum, ꝙ forenſis efficiatur ciuis, reconualidatur legatum non obſt. reg. Cato. quæ non habet locum in ll. nonis, & ſic in ſtatutis.

SVM.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Si legatarius rem legatam occupat cum vitio, perdit legati petitionem, & legato priuatur. limita vt infra num. 2.*
3 *Teſtator poteſt dare licentiam tutori in teſtamento, ꝙ tutor poſſit adminiſtrare propria autho. abſque hoc, ꝙ decernatur per iudicem.*
4 *Iudex poteſt dare licentiam parti de ingrediendo poſſeſſionem propria authoritate.*

LEX V.

NOn eſt dubium. Iſta lex legitur in glo. dupliciter, ſed tene ſecundum intellectum, quod loquatur in legatario, & ſecundum iſtum intellectum. h. d.
1 † Si legatarius [a] rem legatam occupat cum vitio, perdit legati
penitus commercio eſt, legatum non valet, ſed ſi ſit in commercio aliorum, ſed non legatarij, valet legatum, & ei debetur æſtimatio. l. apud Iulianum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de lega. 1. ſed ita videbatur hic, quando teſtator legabat rem propriam legatarij ipſi legatario, talis res cùm ſit legatarij, non videtur eſſe in eius commercio, ſed aliorum, ideo videbatur, q̃ ibi deberetur æſtimatio. contrarium hic deciditur, quia cùm legatarius habeat rem, non debet etiam æſtimationem habere, & intellige iſtam. l. procedere, & ita amplia, quando teſtator legat alicui rem legatarij, q̃ legatum non valet, etiam ſi res deſinat eſſe legatarij, propter reg. caton. quia quando legatũ eſt à prin. nullũ, ſi teſtator tunc moriatur, non reconualeſcit, ſi ex eo, q̃ teſtator viuit, impedimentum ceſſat, vt dixi in l. ſeruus. s̃. eo. limita ergo iſtam regulam procedere, quando legatum rei propriæ fieret legatario purè, & ſimpliciter, ſecus ſi ſub conditione, ſi res ſua eſſe deſierit. tex. eſt no. in l. cætera. §. j. de leg. j. quia cùm tunc legatum à prin. nõ ſit nullum, & ſic non habeat locũ reg. caton. valet legatum ſi res deſinat eſſe legatarij ante mortem teſtatoris. Secundo limita, quando teſtator nullum ius haberet in tali re legatarij, ſed ſi haberet aliquod ius, puta pignoris, illud intelligitur legaſſe, iurib. alle. in gl. dummodo nõ ſit tale ius, quòd morte finiatur, & per q̃ poſſit res vẽdicari, vt in iure hypothe. ſecus ſi teſtator haberet iura ſeruitutum, vel vſumfr. illa non intelligitur legaſſe. tex. eſt no. in l. Meuius. §. pe. ff. de leg. 2. alle. in gl. Tertiò fallit, q̃n res legatarij eſſet pignorata, quia ſi teſtator legaret illam rem legatario, valeret legatum, & hæres teneretur redimere. l. ſi tibi. in prin. de leg. 1. ¶† Quid autem ſi res legata nõ erat legatarij, ſed alterius tertij, cui legatarius ſucceſſit poſteà, vel èconſtra, an vitietur legatum? ponit Bar. in l. ſi res. in prin. ff. ad Treb. & Pau. hic in fi. ¶ Ex l. monumenta. † no. monumentum legari non poſſe, quia ſacrum cenſetur. in contrarium tñ facit, quia monumentum dr̃, antequam cadauer inferatur. l. ſi quis ſepulchrũ. cum gl. ff. de relig. & in hoc differt à ſepulchro, propter hoc gl. exponit monumenta. i. ſepulchra. tñ, qui legat ſepulchrum, licèt non valeat, quo ad proprietatem ipſam, valet tñ quo ad ius vtendi ſepulchro, q̃ habet teſtator. l. cùm tabernas. ff. de contrahen. emp. alle. in gl. ſicut ſi patronus Eccleſiæ legaret ipſam Eccleſiam, intelligitur legaſſe iuſpatronatus, quod in ea habet, non Eccleſiam, ſecundum Bald. & Pau. hic. † An autem ius patronatus[a] Eccleſiæ poſſit legari, vel donari. habes per Cyn. & Alb. hic. Pan. & Cano. in c. cùm ſecundum. de iur. patro. per do. Ant. pulchrè in c. illud. eo. tit. ¶† Ex l. ſi vniuerſa. no. q̃ quis non poteſt legare vltra facultates patrimonij ſui, cõcor. l. ſi ante. C. de do. ante nup. ſicut nec donare cauſa mor. l. j. §. j. cum gl. ff. ſi quid in frau. pat. intellige ſecundum illa tempora. hodie verò iure Authenticorum ſecus eſſet. nam ſi hęres adiret ſine inuentario, teneretur ſatisfacere non ſolùm creditoribus, ſed etiam legatarijs vltra vires hæreditatis. §. ſi vero non fecerit. in Authen. de hære. & fal. dixi in l. fin. in prin. ſupra de iu. delibe. Limita etiam dupliciter, vt per Pau. & Alexan. hic.

Iaſon Papiæ.

A D D I T I O.

a ¶Ius patronatus. Adde Hoſti. in ſum. ti. de iu. pa. in §. qualiter transferatur. ver. donatio. Rotam deci. 155. in nouiſſi. Abb. in diſput. incip. Augerio.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor, cui legata eſt res pignorata, non tenetur eam reſtituere hæredi debitoris, etiam pretio oblato.*
2 *Debitor non præſumitur legaſſe animo compenſandi cum debito principaliter, niſi exprimat.*

L E X XVI.

1 CReditor. † Creditor, cui legata eſt res pignorata, non tenetur eam reſtituere hæredi debitoris, etiam pretio oblato. h. d. ſecundum Ang. Fulg. & Alex. ſed ſecũdum hoc ſummarium iſta. l. eſſet de indubitabili, ideo adde, ſed tunc poteſt creditor rem retinere virtute legati, & etiam debitum prin. petere, & ita ſummat Bald. hic, & ſequuntur Sal. & Pan. & ratio
2 eſt, † quia debitor non præſumitur legaſſe animo compenſandi cum debito prin. ſi non expreſſit. l. creditorem. de leg. 2. dixi in Auth. præterea. s̃. vnde vir & vxo.

S V M M A R I V M.

1 *Sicut poteſt legari, ita & adimi.*
2 *Ademptio legati an fiat ipſo iure, vel ope exceptionis.*

L E X XVII.

1 DAtum. † Sicut poteſt legari, ita & adimi. h.
2 d. & † an ademptio fiat ipſo iure, vel ope except. dic, vt hic per gl. & Doct. in l. ſi ita ſit ſcriptum. de leg. 1. Bar. & alios in l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam. & in l. fideicommiſſum. j̃. de fideicom.

S V M M A R I V M.

1 *Directæ actiones non tranſeunt de ſubiecto in ſubiectum.*
2 *Quæ differentia ſit inter directas actiones, & vtiles.*
3 *Ex contractu, vel quaſi non tranſeunt in aliquem directæ actiones, niſi cedantur, præterquàm in ſex caſibus.*

L E X XVIII.

EX legato. Cui legatur nomen debitoris, habet actionem vtilem ſuo nomine, non directam, niſi ab hærede cedatur ſibi. h.
1 h. † Nam directæ actiones ita ſunt affixæ oſſib. noſtris, vt auelli non poſſint à nobis, nec tranſeunt de ſubiecto ad ſubiectum. glo. no. in l. 3. ff. pro ſoc. imò non tranſirent in hæredem, niſi quia fictione iuris fingitur hæres eadem perſona cũ defuncto. in Authen. de iureiu. à mo. præſti. in prin. gl. in l. cùm à matre. s̃. de rei vend. & ideo dantur vtiles. tamen per vtilem actionem idem cenſetur in effectu, quòd per directam. l. actio. ff. de neg. geſt. alleg. in glo. ſed in libello debet intentare vtiles actiones ſuo nomine cedentis. l. qui ſtipendia. vbi omnes. s̃. de procu. ¶ Opponitur contra tex. clarum eſt, quòd in legatariũ tranſit ipſo iure dominium directum rei legatæ. l. à Titio. in fin. ff. de fur. ergo ſicut tranſit dominium directum ipſo iure, quare non ſic tranſeunt directæ actiones? reſponde, quòd ſicut directum dominium tranſit ipſo iure in legatarium, ita etiã actiones reales directæ tranſeunt ipſo iure in legatarium. l. ſed nec legatarius. ff. de condi. fur. quia iura realia non cohærent oſſib. noſtris, vt declarant Bar. & Bal. in l. fi. j̃. eo. & Bar. in l. nemo poteſt. in 3. col. vbi Imo. ff. de leg. 1. ſed iſta. l. loquitur, quando alicui non legatur res, ſed illud, q̃ debetur teſtatori, in quo caſu tractamus de iuribus, & actionib. perſonalib. ſed iura, & actiones perſonales ſic dicuntur, quia cohærent perſonæ, vt latè dixi in §. omnium. inſti. de act. & ideo in iſtis bene dicit tex. q̃ directæ tranſeunt ad hæredem, non ad legatarium, & ſic ad particularem, ideo opus eſt, q̃ hæres directas cedat legatario, cui vtiles tantum dantur à lege, prout declarat Bald. hic in 3. opp. & in l. per diuerſas. in 18. q. C. man. ſequitur Sal. & Mod. hic, ideo glo.
2 noſtra dum quærit † de differentia inter actiones directas, [a] &
a vtiles, non ab re dixit, quòd actiones directæ ſunt propriæ & natiuæ actiones, quia habent naturam contractus, vel obligationis, ex quo naſcuntur, ſed datiuę dantur à l. ei, qui non ꝟxit, nec eſt hæres ꝟhentis, vt declarat Bar. in l. curatoris. s̃. de neg. geſt. &
3 in l. j. ff. de act. & obl. & in l. j. C. eo. in bonis lect. ¶† Item dum gl. no. ex contractu, vel quaſi non tranſire in aliquẽ directas actiones niſi cedantur, præterquam in ſex caſib. quos glo. remiſſiuè no. non examino in ſpecie, quia habes glo. pleniorem, vbi latè Doct. in l. j. C. de act. & obl. & multum plenè Bar. in l. j. in pen. &
1 fi. col. ff de act. & obl.

A D D I T I O.

a ¶Directas. Adde gl. in l. ſi quis id, quod. ff. de iur. om. iu. Cy. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Doct. in l. qui ſtipendia. C. de procu. Raph. Ful. in l. finautem. in §. ſed & hic. ff. de rei vendi.

S V M M A R I V M.

1 *Stante ſtatuto, quòd decedente vxore in matrimonio ſine filijs, vir lucretur dotem, an ſufficiat matrimonium momentaneum.*
2 *Infans, qui poſt mortem patris vixit per horam, tranſmittit hæreditatẽ patris ex potentia ſuitatis.*
3 *Quod dicatur momentum.*

L E X XIX.

NOn tantum. Breuitas temporis, quo matrimoniũ durauit, non impedit ab altero coniugum alteri legari. hoc dicit. Dubium faciebat, quia cũ maritus reliquiſſet vxori, videbatur, quòd legatum feciſſet propter affectionem coniugij, ideo cùm matrimonium fuiſſet inſtantaneum, & breui momento duraſſet, videbatur defeciſſe cauſam fin. contrarium tamen hic deciditur, quia ſufficit fuiſſe matrimonium etiam momentaneum, & per hoc infert ſingu. Bald. nec
1 alibi vidi tactum, facere † ad ſtatutũ diſponens, quod decedente vxo-

Source : BIU Cujas

a vxore a in matrimonio vir lucretur dotem, ꝙ ſufficiat matrimonium momentaneum, vt vir lucretur dotem virtute talis ſtatuti, ꝙ etiam bene no. ſecundum eum, & idem tenet Ange. hic in lect. Flor. alij non tangunt, & quia deciſio eſt pulchra, & vtilis, intendo eam plenius examinare. ¶ Addo ergo pro iſta deciſ. facere tex. in l. 2. ſ. de poſthu. hær. inſti. vbi ſufficit poſthumũ vixiſſe momento ad hoc, vt tanquam prætereritus rumpat teſtamentum. facit, qđ ſignanter decidit Bald. in c. 1. §. quinetiam. in tit. Epiſ. vel Abb. in vſib. feud. vbi decidit, ꝙ ſi teſtator fecit ſubſtitutionem filio, ſi deceſſerit ſine liberis, ꝙ ſi filius moriatur cum filio, qui non vixerit niſi momento, tamen ſubſtitutio fideicom. eſt extincta. l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. l. ꝙ de pariter. ff. de reb. dub. & licèt gl. in d. c. 1. §. cùm etiam. dicat non obſtare filiũ ita natum, qui tã cito moritur, tamen Bal. ibi pulchrè oſtendit,
2 ꝙ imò momentum multum operatur, vt ibi per eum. † ad idẽ accedat, qđ not. decidit Bal. in § in nouiſſimo. in 2. col. ĩ. de cad. tol. vbi quærit rerenta communi opin. ꝙ filius ſuus tranſmittat ex potentia ſuitatis hæreditatem patris non aditam ad quoſcunque, vt vidiſtis in l. ſi infanti. s̃. de iure delibe. an iſtud procedat in filio infante, qui poſt mortem patris non vixit niſi per horem, an & ipſe tranſmittat, & determinat, ꝙ ſic, quia momentum ſufficit, vt ibi per eum. ¶ Sed redeũdo ad principalem deciſio Bal. quæ eſt ſin. licèt non habeat contradicentem, tamen valde dubito, ꝙ non ſufficiat momentaneum matrimonium ad lucrandum dotem vigore ſtatuti: nam. in iſto ſtatuto, ꝙ decedente vxore in matrimonio vir lucretur dotem, non poteſt aſſignari niſi vna ratio, ſcilicet, propter onera matrimonij. l. pro onerib. C. de iure dot. propter quæ onera vir dicitur habere in dote titulum oneroſum. l. 1. C. de impo. lu. deſcri. lib. 10. no. Bar. in l. fi. §. ſi à ſocero. de his, quæ in fra. cre. & non ſolùm maritus dicitur habere titulum oneroſum in dote, ſed etiam in lucro dotis, qđ ex forma ſtatuti defertur, ideò ſi ſtatutum dicat, ꝙ decedente vxore in matrimonio, vir lucretur dotem, licèt ſtatutum dicat lucretur, tamen lucrum habet titulo oneroſo. gl. eſt valde ſin. ſi malè non memini, in l. ſi donaturus. §. fi. credo in ver. duntaxat. vbi Bald. & Mod. not. vbi dixi. ff. de cond. ob cau. cùm ergo in iſto ſtatuto lucrandæ dotis nõ poſſit aſſignari niſi iſta ratio propter onera matrimonij, iſta ratio habetur pro expreſſa in ſtatuto. gl. eſt in l. quamuis. vbi Bald. & Pau. ĩ. de fideic. Bal. in l. maximum vitium. in 4. col. s̃. de libe. præte. ergo quando matrimonium non durauit niſi momento, non potuerunt ſuſtineri onera matrimonij, & ſic ceſſat ratio ſtatuti, ergo videtur, ꝙ iſto caſu ſtatutum locum non habeat, & iſta ratio mihi realiter ſtringit contra Bal. & ſi dicas, ꝙ imò ſtante dicto ſtatu-
b to, ꝙ decedente vxore b in matrimonio vir lucretur dotem, ꝙ tale lucrum ſtatuti conſequatur vir etiam, qui non ſuſtinuit onera matrimonij, & ſic fundamentum, quod feci, non eſt verum, & hoc probo ex eo, quod ſin. dicit Bar. in l. nihil. ff. rerum amot. vbi decidit, ꝙ ſtante dicto ſtatuto maritus lucratur dotem, licèt vxorem nunquam traduxerit in domum, & ſic dũmodo ſit contractum matrimonium per verba de præſenti. dicit Bart. ꝙ vir lucratur dotem abſque traductione vxoris in domum, & ſic abſque, ꝙ onera matrimonij ſuſtinuerit, & cum illa deciſ. tenent Bal. & Ang. in l. ſolet. ff. de infa. & Pau. in l. ſi donaturus. §. 1. ff. de condi. ob cau. vbi dicit, ꝙ pro opin. Bart. vidit conſultum per omnes Docto. cum multis concor. vt ibi per Alex. vltra quas allego gl. quæ adhuc non fuit allegata ad hoc, in §. nuptias. in 4. col. in Auth. de nup. quia poſſet reſponderi, ꝙ illa deciſio Bar. ſit falſa, per fundamentum, qđ feci, quia ex quo vir non traduxit vxorem in domum, & ſic non ſuſtinuit onera matrimonij, & ſic ceſſat ratio ſtatuti, non debet habere locum dictum ſtatutum, & ita per hanc, & alias rationes tenet Bald. contra Bar. in plurib. locis, maximè in l. non ſine. ĩ. de bon. quæ libe. & in l. Deo nobis. vbi per Cy. & alios. s̃. de Epiſc. & cler. & latè Sal. in l. cùm te. vbi tenet contra Barto. intrepidè. C. de don. ante nup. de cuius vltimi veritate aliter nunc non diſputo, ſed vide Pan. in c. tertio loco. de prob. do. Ant. & alij. in c. 1. de ſpon. & latè Ang. de Aret. in §. fuerat. inſti. de act. Secundo, & no. rñdeo, tenendo, ꝙ deciſ. Bar. in d. l. nihil. ſit vera, prout reſpondent, qui tenent opi. Bar. ꝙ dato, ꝙ vir non traduxerit vxorem in domũ propriã, tamen potuit ſuſtinuiſſe onera matrimonij circa expenſas in veſtimentis, & iocalibus, & ſimilib. ſed non poteſt hoc veriſimiliter dici in q. noſtra, quando matrimonium non durauit niſi momento. non obſt. fundamentum Bald. de iſta. l. quia tex. loquitur, quando matrimonium durauit duob. menſibus, aut minori tempore, ſed non loquitur, quando momento, vel hora. non obſt. etiam, ꝙ momentum multum operetur, quia in contrarium facit tex. no. in l. fin. §. fin. C. de bon. quæ libe. vbi in acquiſitione momentanea quam facit filius fa. pater non acquirit vſumfru. & ideo ex illo tex. no. ibi Bald. ꝙ de momento non curamus. licèt poſſes dicere, quòd ideo ibi ſit, quia vſusfr. eo. tpe inciperet, & finiret, & ſic non poſſet hĩe effectũ. l. Titio cum morietur. ff. de vſuf. ad idem facit formalis tex. in l. ſi quis ita legauerit, dum vxor. ff. de conditio. & demon. vbi dicitur, ꝙ non omne momentum temporis curandum eſt. quẽ tex. multũ no. ad hoc Bal. in l. ſi pater. in 8. q. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. cogita, quia apud me deci. Bal. & Ang. eſt valde
3 dubia. † Quod aũt dicatur momentũ, declarat gl. in l. ij. in ver momento. C. quæ ſit lon. conſue. & dicit Bar. in l. ſi fundus. §. ſi duo. circa fi. ff. de pig. ꝙ illud dicitur fieri momento, quod vna verborum conceptione fit, ſecus ſi duab. vt ibi per eum.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Vxore. Adde Iac. de Zoch. in c. per veſtras. de do. inter vi. & vxo. Additio. Vide eundẽ Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff. de ver. obl. & in l. quis. s̃. de inoffic. teſt. & quæ ibi poſui in apoſtil. ad eum. & Abb. in c. ex publico. de ẽcuer. coniug. Hip. de Marſi. in ſing. 106. incip. qui de proximo &c. vbi concludit ſecundum cõem opi. ꝙ ſi vxor decedat ante copulã, ꝙ maritus non lucrabit dotẽ, niſi ſit ducta ad domũ viri, vt viro conjungeretur, dato ꝙ ante copulã decederet. veritas huius qõnis vĩ mihi, qđ ẽt dependeat ab illa, an ſolus conſenſus faciat matri. an requiratur copula, ne quã latè ſubtilis do. Phil. Dec. in l. nuptias. ff. de reg. iu. vbi rem ſiuè per me in apoſt. ad eñ ſuper ver. eſſentiã, &c.

b ¶ Qđ decedẽ. vxore. Adde Abb. in c. tertio loco. de ſpump. Abb. in c. ex publico. de cõuer. cõiug. Abb. in rub. de ſpon. Car. Zab. in c. ex tenore. de teſti. Car. in c. cũ dilectus. de cõſue. Abb. in c. ſi inter virũ. de ſpon. Pet. de Anch. in rep. c. canonũ. de conſt. dẽ Pet. de Anch. in c. quẽad. de iureiu. Sig. de Homod. cõſ. 146. incip. in q. vertẽte inter do. Viuianũ. Abb. conſ. 3. in 3. vol. idem Abb. conſ. 75. nu. 2. vol. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Habens ius emphy. finiturum morte, vel ius vſusfr. legando illas res, intelligitur legare ius finiturum, & ſic facere legatum ineffitax.*

L E X XX.

VXor patrui. Hd. ſecundum intellectũ gl. & communem, tã Antiquorum, quam Mod. Vſufr. qui legat res, in quib. habet tũ vſumfru. cùm intelligatur legare ius, ꝙ habet, licet finiturum morte, facit ꝙ legatum in effectu ſit nullum. h. d. cum gl. & dictis Doct. & vt facias caſum magis dubitabilem, cum figura ex mente Pau. ꝙ patruus tuus te inſtituit hæredem vniuerſalem, & eius vxorem relinquit vſufr. vxor autem poſteà etiam inſtituit te hæredem, & vſumfr. quem habebat in reb. patrui, legauit alij, quæritur an legatum valeat, vĩ, ꝙ ſic, quia ex quo vxor patrui inſtituit te hæredem, ita potuit legare, & diſponere de reb. tuis ſicut de proprijs. l. vnum ex fami. §. ſi rem. de leg. 2. dixi in l. cùm rem alienam. s̃. eo. hic deciditur ĩrium, quia licet potũiſſet, tñ ex quo in illis rebus habebat aliquod ius. ſ. vſumfr. illud ius tñ præſumitur legaſſe, licèt finiturum morte. Iſte intellectus glo. *& communis* in ſe eſt verus, pro quo eſt tex. in l. quod in rerum. §. j. vbi Doct. ff. de leg. 1. l. Sticho. ff. de vſu & vſufr. & ideo per h. d. Bar. hic, & ibi, ſe dixiſſe in q. de facto, ꝙ cùm aliquis haberet in emphy. res Eccleſiæ, & finiebatur emphy. in eius perſona, & tales res legauit ſimpliciter alteri, ꝙ hæres non tenetur eas redimere, vel ſoluere æſtimationẽ. iuxta. l. cùm rem alienam. s̃. e. quia vĩ legaſſe ius emphy. quod habebat, licèt finiturum morte, per iſtam. l. & d. l. quod in rerũ. §. j. cum multis concor. hic, & ibi, traditis, maximè per Alex. licet in hoc vt Imo. & Cu. ibi & Ful. hic, teneant ĩ, ſed non examino hic, ex quo vidiſtis in d. l. quod in rerum. § j. ponunt Can. in c. paſtoralis. de don. tñ iſte ſenſus non vĩ congruere ad hunc tex. qui dicit non potuit, & ſic non fuit defectu voluntatis, ſed potentiæ. Item non apparet hic, ꝙ iſta vxor legauerit vſumfr. alij tertio, imò multi libri habent ibi, prout habuit Albe. hic. & ideo Imo. in l. cùm pater. §. pater filiæ. aliàs in §. cùm pater. de leg. 2. intelligit iſtũ tex. ꝙ loquatur, quando vxor habens vſum fru. legauit res ipſi proprietario, & ſic tibi nepoti, & ita intelligit
1 Alb. hic, tenendo tamen communem intellectum, † ꝙ habens ius emphy. finiturum morte, vel ius vſuſf. in aliquibus reb. legãdo illas res, potius intelligatur legare ius finiturum, & ſic facere legatum inefficax potius, q̃ grauare hęredem onere redimendi illas res, prout dicit d. l. quòd in rerum. § j. ¶ Limitã, niſi ex conjecturis, vel aliter conſtet de mente teſtatoris volentis legatum ſortiri effectum etiam poſt mortem ipſius teſtatoris, tũc intelligitur relicta æſtimatio legatario, prout ſit, qñ rem alienam teſtator ſciẽter legat, iſte eſt tex. cum gl. no. ſecundum intellectũ Ray. in l. vnum ex fami. §. ſed & ſi fundũ. vbi vide Imo. de leg. 2. ſequitur Alex. in conſ. 151. incip. viſis dicto the. in fi. col. ¶ Secundò limita, vt per Bar. in l. Sticho. ff. de vſu, & vſuf. leg. diſtinguentẽ tres caſus, ꝙ iſta l. procedat in duob. caſib. Primo, qñ hũs vſumfr. tũ in certis reb. legat ipſam vſumfr. & res eſt plana. Secundo, qñ leg. res ſimpliciter, ſecus ſi legaret proprietatẽ, quia

Source : BIU Cujas

tunc recurrendum eſt ad diſtinctionem.l.cùm rem alienam.ſ. eo.ꝫ tñ communem intellectum,& concl. quam feci, ſtringit tex.cui non poteſt reſponderi ſine violentia,in d.l. vnũ ex fam. §.ꝙ ſi talia.vbi teſtator habens rem cum onere,& ſic dominiũ duraturum tñ in eius vita, tñ legando talem rem intelligitur grauare hæredes ad præſtandum æſtimationem.Bart.ibi inducit,& conatur reſpondere,ſed nihil eſt.Pau. hic dicit non poſſe reſponderi.videas in d.l.quòd in rerum.§.j.Iaſ.Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Legata poſſunt fieri quibuſcunque verbis, dummodo intentio teſtatoris deprehendatur.*

LEX XXI.

1 IN legatis. † Nõ refert per quæ verba teſtator faciat legata, dummodo eius intentio deprehendatur.h.d.& gl.intelligit, ꝙ non ſit differentia,an legatum fiat per verba directa,aut per obliqua,vel inflexa,& quæ ſint verba directa, & quæ obliqua,dixi in l.quoniam indignum. ſupra de teſtam.vel planius poteſt exemplificari iſta.l.ſm Bal.& Pau. ꝙ non ſit differentia,an teſtator faciat legatum per verba inducta à iure,an per inducta à conſtitutione,vel à communi vſu loquendi, & qñ teſtator vtitur verbis inuentis ex vſu hominum, debet etiã voluntas eius intelligi, ſm ꝙ in vſu hominum communiter intelligitur.l.librorum.§.ꝙ tamen.de leg.3. gl.in l.ꝙ ſi nepotes.cũ ſimi.ff.de teſta.tut.l.j.in prin.ff.de ſuis & leg.puta ſm eos ſi teſtator legat podere ſuum, de quo termino vide Bart. quid contineatur,qñ quis legat podere.in l.ſi ita.ff.de aur. & arg. leg.in l.j. ff.de reb.dub.in l.Seiæ.§.tyrannide.ff.de fun.inſtru.Bal.in l.ſi plures.in 2.col.C.de condi.inſer.& in rub.j.tit.1.vbi de alijs ſimilib. dictionib.eodem mo.ſecundum Bal.hic,ſi teſtator legaret maſ ritias,non eſt terminus iuris,ſed ex vſu hominum,& quid cõtineatur in tali legato,declarat Bar.in l.j.& 2.ff.de ſup.leg.Ang. in l.3.ff.de leg.1.& idem in ſimilibus.¶Item quòd legatum poteſt relinqui quibuſcunque verbis.imò ſine verbis,ſed nutu ſolo.l.nutu.de leg.3.& per hoc infert Ang.ſing hic in lect Flo.nec alibi legi,& ponit pulchram limitationem ad gl. *communiter ap probatam* in l.Lucius.la 2.in fi.char. vbi clarius Bart. ff.de hære. inſti.cum concor.quas dedi in l.j.ſ. de pact. nam tenet illa glo. *& eſt magis communis conclu.* ꝙ ſi teſtator inſtituat filium hæredem,& ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituat Caium, pone, ꝙ habeat filios,an filij intelligantur tacitè ſubſtituti.gl tenet,ꝙ non, & filij in conditione poſiti,non intelligantur inſtituti,nec ibi ſumatur arg. à contrario, ergo ſi deceſſerit cum filijs, filij admittatur,vt dixi.in l.j.in prin.ff.de offi.eius,dicit Ang.ꝙ illa con
a clu. procedit in hæreditatib.ſecus in legatis. [a] nam pone, ꝙ teſtator legat rem alicui, & ſi deceſſerit ſine filijs,ſubſtituit in illa re Caium,iuxta.l.ſi legata.ſ.eo.pone,ꝙ moriatur cum filijs,certè ſumitur arg.à ꝓrio ſenſu,& filij intelliguntur ſubſtituti ex diſpoſitione teſtatoris.ratio diuerſitatis eſt inter hæreditatem, & legatum ſm Ang.quia hęreditas non poteſt relinqui nutu,ſed legatum ſic.d. l. nutu. ideo in legatis ſufficit nominatio filiorũ conditionalis,in qua bene ſumetur arg.à cõtrario ſenſu,ergo ſi habeat filios,filij admittentur excluſo ſubſti.& dicit Ang. ſe ita conſuluiſſe.no.quia pulchra, & notab. & vtilis eſt limitatio ad communem conclu.glo.d.l.Lucius.& multum mihi placet,licet de ea nemo mentionem faciat.

ADDITIO.

a [*] Legatis.Adde,ꝙ idem vult Iaſ.conſi.1.nu.5.lib.1.Corn.conſi.146. lib.2.ſed contrarium vult Galiau.in l.centurio.nu.451.ff.de vulg.Cur. Iun.in l. 1.nu.8. C.de pact.Catel. verſi.memoria.& ver. filij in conditione poſiti.limita hoc in l.cùm filius.col.pe.verſi.& per illum tex. ff.de condi. PANCIR.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione hæredis in materia tranſitoria ad hæredes,intelligitur de primo hærede tantum.*
2 *Vſusfruct.ſimpliciter relictus ciuitati, durat centum annis tantum.*
3 *Relictum factum Eccleſiæ de decem ſaccis frumenti in perpetuum, intelligitur vſque ad centum annos,& non vltra.*

LEX XXII.

IN annalibus. In legato annuo appellatione hęredis veniunt hæredes in infinitum.h.d. & in ſpecie non reperitur alibi iſte caſus.contra iſtum tex.opponitur.
1 † nam appel.hæredũ prolata in materia,quæ non eſt trãſitoria ad hęredes, intelligitur de primo hęrede tñ, ſicut videmus in vſufr.qui non eſt tranſitorius ad hęredes, quòd ſi quis acquirat vſumfr.pro ſe,& hæredib.ſuis,intelligitur de primo hęrede tñ. l.antiquitas.ſ.de vſuf.alle.in gl.ſed ſic eſt, ꝙ legatum annuum, ꝙ æquiparatur vſufru.non tranſit ad hęredes.l.in ſingulos.ff.de ann.leg.ratio eſt, quia cùm legatum annuum pro primo anno cenſeatur purum, pro ſeq. verò conditionale.l. Stichũ aut Pamphilum.§.ſtipulatio.ff.de verb.obl.ergo cùm ſit conditiona.nõ tranſmittitur ad hęredes.l.vnica.§. ſinautem aliquid ſub conditione.C.de cad.tol. ergo appel.hęredis in iſta materia nõ tranſmiſſibili, debet intelligi de primo hęrede, non autem de hæredib.in infinitum.huic reſpondet Bal.in l.Gallus.§. etiam ſi parente.ff.de lib.& poſthu.& in d.l. antiquitas, ꝙ qñ appellatio
a hæredum [a] profertur in materia, quæ ſui natura non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes,etiam volentib.partib. tũc intelligitur de primo hærede tñ.ita loquitur.d.l.antiquitas.nam vſuſ. ſui natura non eſt tranſmiſibilis ad hæredes. l. corruptionem. C. de vſuf.& §.finitur.inſti.eo.etiam ſi parentes agerent,quia alius eſt vſusfr.in perſona primi,alius in perſona hęredis.l.ſtipulatio iſta habere.§.cum qui ita.de verb.obl. ſed legatum annuum ſui natura eſt tranſmiſſibile,niſi eſſet ꝓditionale, ideo appell. hęredũ non reſtringitur ad primos hæredes,ſed intelligitur in infinitũ, vt hoc tex.iſtam rationem reprobant Bal.Ang.Sal.& Pau.hic, Bal.& Sal.in d.l.antiquitas.Bal. in l.fi.in 5.& 6.opp.ſ. de hæred. inſti.ꝙ regulariter legatum annuum cenſetur ad alimenta legatum.l.cùm hi.§.ſi in annos.ff.de tranſ. licèt legatum alimentorum,ſicut vſufr.ſui natura non ſit tranſmiſſibile ad hęredes. l.in ſingulos.ff.de ann.leg.vera ergo ratio eſt ſm Bal. Sal.& Ful. hic,quam ponit gl.hic,& in d.l.antiquitas.in ver. neque ad ſuã. nam in vſufru.ſiquis acquirat vſumf.pro ſe,& hæredib ideo intelligitur de primis tñ hæredib.non in infinitum,quia ſi intelligeretur de hæredib.in infinitum, proprietas eſſet penitus inutilis,ex quo vſusfr.non eſſet vnquam ad eum reuerſurus ad hoc alleg.gl.tex.ff.de condi.& dem.in l.Titio cētum.§.Titio.& dic, ꝙ eſt ſecundus.§. qui incipit Titio. vbi non valet legatum factum libero homini,cum hoc,ne vnquã recedat à ſepulchro, quia libertas eſſet inutilis,prout inducit glo.in d. l.antiquitas.in ver.neque ad ſuam.melius allegaſſet glo. l. 3.§. ne tamen. ff. de vſu. quæ ratio ceſſat in legato annuo, etiam quòd relinqueret
2 in certo fundo,vt de ſe patet. † Sic etiam videmus in vſufr. ciuitati relicto,quia cùm ciuitas nunquam moriatur.l. propone batur.ff.de iud. certè ne proprietas ſit inutilis, ſtatutum eſt, ꝙ vſufr.relicto ciuitati, non intelligit in perpetuum, ſed ꝙ duret centum ann.tantum.l.an vſufr.ff.de vſufr.l.ſi vſufr.municipi.ff.
3 ſi.de vſufr.leg. † Ad idem facit, quod ſing. decidit Bart.in l.annua.§.fin.in fin.ff.de ann.lega.quòd relictum [b] Eccleſiæ,hoc ex
b preſſo,quòd ei perpetuò debeatur,nõ intelligitur in infinitum, ſicut in infinitum Eccleſia eſt duratura, ſed intelligitur vſque ad centum ann.tñ. ſicut in vſufr. non obſt.dictione perpetuò. & per hoc refert Alex.in l.ij.in prin.in j.col.ff.ſol.matri. ſe obtinuiſſe,& conſuluiſſe Bon. ꝙ relictũ impoſitum hæredi de præſtando certum quid,puta decem ſaccos frumenti tali Eccleſiæ in perpetuum,nõ obſt.ver.perpetuum,intelligitur vſque ad annos centum,non vltra. licèt quidam ſm eum ꝓrium conſulue rint,& ſuccubuerint.Sed caue,quia ſimile per ꝙ mouetur Bar. in d.l.annua.§.fi.non eſt bonum,dum arguit de vſufr.ad legatũ annuum,imò magna eſt differentia,vt hoc tex.iuncta.d.l. antiquitas,& iũcta ratione diuerſitatis proximè relata. cogita, quia dubia eſt apud me illa deciſ.Bar. Itẽ ex prædicta ratione infert Gul.hic,& in d.l.antiquitas,ꝙ diſpoſitio.d.l.antiquitas. non haberet locũ in vſufr. acquiſito pro ſe,& hęredibus,quia bene intelligeretur de hęredibus in infinitum, quia licèt vſus nunquã extingueretur, per hoc tñ proprietas non eſſet inutilis ſicut in vſuf.ꝙa vſuf percipit oẽs fructus fundi, vſuarius fructus tñ ſibi neceſſarios,alij remanent proprietario.l.plenum.§. idẽ Nerua. ff.de vſu,& hab.& ſequitur Alex.hic,& in d.l.Gallus.§.ẽt ſi parẽ te.licèt Bal.& Sal.in d.l. antiquitas.debiliter teneant ꝓrium. Itẽ per iſtam rationem mihi videtur,ꝙ falſa ſit ſingu.extenſio Bal. in l.fi.in 6.opp. ſ.de hęr.inſti. vbi ſing.extendit.d.l.antiquitas,vt habeat locum etiam in emphy. & in feudo. & ideo ſi quis acquireret feudum,vel emphy.pro ſe & hæredib. intelligitur, de primis tñ hæredib.non in infinitum,quòd ſi eſt verum,eſt no. ſed non puto verum, quia in feudo,& in emphy. ceſſat ratio, q̃ aſſignatur ad d.l. antiquitas. quia proprietas non eſt penitus inutilis,

ADDITIONES.

a ¶Hæredũ.Adde gl.in c.in pñtia.de ꝓb. Bar.in l.Gal. in §.ẽt.ff.de lib.& poſth.
b ¶Relictũ.Adde Parpal.in l.2.in prin.col.3.ff.ſol.mat.eundẽ Iaſ. in l.j. in prin. j.no.eo.ti.& in l.videamus.§.defert.nu.8.& ſeq.ſ. de in lit. iur.in l.Stichũ aut Pamphilum.§.ſtipulatio.nu.5.ff.de verb.ob. MASVER.

Source : BIU Cujas

inutilis, licèt feudum vel emphyt. nunquam reuertatur ad dominum ſicut in vſufr. prout videtur concludere Imo. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. extende etiam d. l. antiquitas. vt per Bart. in l. Sempronius Attalus. ff. de vſu, & vſufr. lega.

SVMMARIVM.

1 *Quando vni totum relinquitur, alteri pars, illa de toto adempta intelligitur, ſed non èconuerſo.*

LEX XXIII.

CVm quæſtio. Iſta. l. non videtur in tex. difficilis, ſed habet glo. valde difficilem, & intricatam, & eget multa declaratione. hoc dicit. † Quando vni totum relinquitur, alteri pars, illa pars de toto adempta intelligitur, ſed nõ ſic eſt contra, quia ſi alicui relinqueretur pars, poſtea alij totũ, impoſſibile eſt, quod totum adimatur de parte, & hoc eſt, qđ dicit glo. mag. circa medium, ibi, & eſt ratio. licèt non alleget bonas rationes ad hoc, ſed patet ad ſenſum naturalem. ¶ In text. ibi, cũque computationes multæ. licèt text. non declaret, quia alij dicebant, qđ quando teſtator relinquit vni fundum inſolidum, alij vero reliquit partem eiuſdem fundi, ꝙ debeant fieri tres partes, & ille, cui erat relictum in duplo plus quàm ſecundo, debebat habere duas partes, & alius vnam, ſicut in ſimili deciditur in l. ſi ita ſcriptum. in §. 1. & in l. Clemens patronus. ff. de hære. inſti. Alij vero exiſtimabant, quòd deberent fieri quatuor partes huius fundi, & primus deberet habere tres partes, alius vnam quartam, quia teſtator legando vni fundum inſolidum, intelligitur ſibi legare duas dimidias huius fundi, ſi poſtea alij legat dimidiam, primus habet vnam dimidiam, in alia vero dimidia cùm ambo ſint vocati, debent ſibi facere partes per concurſum, & ambo debent habere dimidiam illius dimidiæ. l. ſi fortidianum. §. eo. l. ſi plurib. de leg. 1. ſed reiectis iſtis computationib. Imperator decidit, ꝙ fiant duæ partes tantum, & quilibet habeat dimidiam integram, & ſic tantum habet ille, cui ſecundo loco legata eſt pars fundi, ſicut ille, cui primò legatus eſt fundus inſolidum, & pondera, ꝙ tex. ad ita decidẽdum mouetur ſimili, qđ dicit eſſe indubitatiſſimum, & ſic præſupponit fuiſſe etiam de iure veteri, quòd ſi teſtator primò reliquit alcui. 12. vncias. & [a] ſic totũ aſſem, & ſic hæreditatem inſolidum, deinde alij relinquat ſex vncias, quod vterq; habet ſemiſſem, & ſic dimidiam hæreditatis. nam hoc ſimile eſt contra caſum. l. interdum. §. ſed ſi exceſſerit. ff. de hære. inſti. allegata in gl. vbi deciditur oppoſitum, ꝙ imò ille, cui relictæ ſunt. 12. vnciæ, habebit duas partes hereditatis, & ille, cui ſunt relictæ ſex vnciæ, habet tertiam partem tantum, & ſic hæreditas diuiditur in 18. vncias minutas, de quib. primus habet 12. ſecundus ſex tantum, & ſic primus habet duas partes, ſecundus tertiam tantum. hoc eſt contra tex. hoc opus hic labor eſt, de quo dicam in gl. ¶ No. ergo ex iſta. l. vnum in genere, ꝙ ſi alicui relinquitur fundus inſolidum, vel totus as hæreditatis, qui conſiſtit ex 12. vncijs, poſtea alteri relinquitur pars illius fundi, vel pars hæreditatis, illa pars intelligitur adempta de toto, & ſic adempta dimidia parte, primo non remanet niſi alia dimidia, ergo vterq; æqualiter pro dimidia ſuccedit. Contra iſtum tex. obſt. l. ſi alij. ff. de vſu, & vſufr. leg. vbi teſtator legauit vni fundum, & ſic totum integrale, ꝙ conſiſtit ex proprietate, & vſufr. poſtea alij legauit vſum eiuſdem fundi, & ſic partem integralem illius rei, certè illa pars integralis non intelligitur adempta à toto, vt dicit text. hic, & ſic ibi primus non habet proprietatem nudam, ſecundus verò nõ vſumfru. ſed ambo ſimul æqualiter admittuntur in vſufr. ergo contra iſtum text. quia ibi pars non adimitur à toto, & adde ſimilem tex. illi in l. ſi proprietas. ff. de vſufr. accreſ. vbi deciditur, ꝙ ſi fundus primò duobus legetur, deinde vſusfr. vni ſoli, proprietas non adimitur à proprietarijs, ſed omnes concurrunt in vſufru. tamen duo primi proprietarij non habent niſi dimidiã vſusfru. & aliam ſecundus. reſpondet ſubtiliter Bal. in d. l. ſi alij. & in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. & Pau. hic, ex cuius ſol. habes limitationẽ ad hunc tex. ꝙ iſta l. procedat, qñ vni relinquitur totum integrale, alij verò relinquitur non pars integralis, ſed pars quotitatiua. ſed in ꝟrio vni relinquitur totum integrale, alij vero pars integralis. ratio eſt, & ſubtilis ſecundum eum, ſed mihi periculoſa: nam quando vni relinquitur totum integrale. ſ. fundus, qui integratur ex proprietate, & vſufr. ſi poſtea alij relinquitur vſusfruct. & ſic vna pars integralis, ſi illa pars intelligeretur adempta ex toto, totum non poſſet durare in eſſe, quia nõ poteſt dici in eſſe illud, ꝙ non habet partes ſuas integrales, & ſic non poteſt dici fundus, qui nõ habet proprietatem, & vſumfr. ideo neceſſe eſt, ꝙ ambo in vſufr. concurrant. ita loquitur d. l. ſi alij. ſed in l. noſtra. quãdo vni eſt relictum totum integrale, puta totus fundus, tota hereditas, deinde adimitur non pars integralis, ſed quotitatiua, puta tertia vel dimidia, adempta illa parte adhuc remanet totum licèt diminutum, ideo pars intelligitur
b adempta à toto. ita loquitur iſta. l. Limita [b] tamen d. l. ſi alij. ex notabi. deciſ. Bal. in qua dicit ſe conſuluiſſe, in l. quoties. in fin. ſ. fam. erciſcun. vt d. l. ſi alij. procedat, quando fundus fuit relictus
c vni, deinde vſusfru. illius fundi fuit alij in ſpecie relictus, [c] tunc bene ambo concurrunt in vſufru. ſecus quando eſſet in ſpecie relictus vni, deinde alij eſſet relictus vſusfr. nõ ſpecialis, ſed vniuerſalis omnium bonorum, prout dicit ſibi eueniſſe de facto in teſtatore, qui reliquit vſufructuariam vxorem omnium bonorum, & ſi filius moriatur in pupillari ætate, legauerat fundũ Titio, certè in vſufr. illius fundi vxor non concurret cum legatario, cùm vxori non ſit relictus vſufr. particulariter illius fundi. vnde illi vniuerſalitati per ſpeciem intelligitur derogatum. l. ſi fideicommiſſorum. ff. vt in poſt. leg. not. quia pulchra eſt limitatio ad d. l. ſi alij. nec ratio Bart. ſ. alleg. refragatur, ſi conſiderabis. ¶ Gl. mag. in ver. migrate. ſummè difficilis eſt, quia inordinatè procedit, multa inculcando, & colligendo, pro cuius introductione aduerte quòd gl. ſimul opponit de quinque legib. & ſimul ſol. & tamen iſtæ quinque leges tendunt ad diuerſa: nam duæ primæ. ſ. q quadringenta, & l. Marcel. tendunt ad vnũ. l. interdum. §. ſed ſi exceſſerit. & l. ſi ita ſcriptum. 1. §. quidam. primo reſponſo. tendunt ad aliud. l. verò ſi ita ſcriptum. de libe. & poſthu. & d. §. quidam. in ſecundo reſponſo, tendunt ad alind, & ſic ſunt tria princi. contraria, quorum vnumquodque habet duas leges, & glo. in diſtin. ſua ſimul inculcat, ſimulque videtur ſoluere. Sed aduerte, quia contrarium. §. ſed ſi exceſſerit. & §. quidam. ſoluit in prima parte diſt. Aliud vero ꝟrium. l. qui quadringenta. & l. Marcel. ſoluit gl. in verbo, ſi vero contulit primo minus. aliud autem contrarium. l. ſi ita ſcriptum. ſol. glo. in verbo, vbi autem noluit excedere, & ineptè ſoluit. hoc præmiſſo diuide totam iſtã gl. magiſtraliter in duas. In prima oppo. cõtra tex. & ſoluit, & durat quaſi vſq; ad fi. in ver. item quid ſi primo. vbi ponitur ſecunda pars prin. in qua glo. format. q. & ſol. difficultas ergo eſt in 1. par. gl. quam ſubdiuide in tres. In prima cõtra tex. ſimul opponit de quinque legib. quæ non debuerunt ſimul formari, cùm tendant ad diuerſa, vt dixi. In ſecunda reſpõdet ſimul omnibus. ll. ꝙ iſta corrigit illas. In tertia ponit aliam ſol. per viam diſtinctionis, in qua licèt videatur ſimul confundere, tamen ſicut ſunt tria prin. contraria, ita in trib. memb. ponit tres ſolu. vt dixi. Secunda ibi, ad hoc dico. Tertia ibi, vel verius diſtingue. cùm ergo difficultas ſit in iſta tertia parte, in qua ponitur diſtinctio, quam gl. diffusè recitat, ſubdiuide iſtam tertiam in ſeptem. In prima ponit ſolu. ad l. interdũ. §. ſed ſi exceſſerit. & l. ſi ita ſcriptum. 1. §. quidam. & debet facere tres caſus, & in princ. ponit duos, poſtea tertiũ caſum ſupplet in ſexta partic. In quarta ibi, ſi vero ꝟtulit primo. ponit ſol. ad l. qui quadringenta, & ad l. Marcel. In tertia ibi, & eſt rõ, aſſignat rõnem diuerſitatis ad præceden. ſol. In quarta ibi, & his duob. vlt. caſib. remouet aliud ꝟrium, qđ forma, vt hic per Bart. In quinta ibi, aut noluit. Rñdet ad aliud contrarium. l. ſi ita ſcriptum. ff. de libe. & poſth. cum qua concordat. d. §. quidam. ſecundo rñſo, & eſt inepta ſol. In ſexta ibi, tertio caſu. ſ. cùm dubitatur. ſupplet tertium caſum, quem debebat ponere in 1. ſolu. vnde iſta ſex debent iungi cùm illa prima, vt ſtatim faciam. In ſeptima ibi, item & vbi conſtitit noluiſſe, licèt videatur continuatiuè loqui, tamẽ format neceſſariam q. ad intellectum tex. quam tex. omiſit. ex prędictis ergo habes, quod gl. format tria principalia contraria, quæ in effectu tendunt ad diuerſa. expedio vnũquodque. ¶ Primum ꝟrium eſt de l. interdum. §. ſed ſi excuſſerit. & l. ſi ita ſcriptum. 1. §. quidam. primo reſponſo. ff. de hæred. inſti. & hoc contrarium eſt de directò contra verſic. cùm enim pro cuius intelligentia ſcias, ꝙ omne totum in omni materia penes nos diuiſione legali diuiditur in 12. partes ſeu vncias, & illud totũ appellatur trib. nominib. quæ ſinomnia ſunt, as, libra, & pondus, as. n. conſtat ex 12. vncijs, ſimiliter libra, & pondus, vt eſt gl. in §. hæreditas. in ver. ſextans. vbi dixi. inſti. de hær. inſti. & in l. ſeruum. §. hereditas. ff. eo. vbi tex. declarat nomina vncia-
d rum ab vna vſq; ad aſſem, & ſi qs in libello [d] petat ſimpliciter duas

ADDITIONES.

a ¶ Duodecim vncias. Adde Doct. in c. cùm eſſes. de teſt.

b ¶ Limita. Adde, quòd limitatio Bal. eſt falſa per l. Sempronio. vbi Bar. in prin. ff. de vſufruct. lega. & eam reprobat Iaſ. in Repet. l. re coniuncti. colum. 18. de leg. 3. BELLAC.

c ¶ Relictus. Adde eundem Iaſ. in l. re coniuncti. nume. 69. ff. de lega. 3. Paul. de Monte Pico in l. Titia. §. Titia cùm nuberet. nu. 88. q. 22. ff. de leg. 2. PANCIR.

d ¶ In libello. Adde, ꝙ contrarium vr verius, qđ imò qui petit ſimpliciter duas partes rei, intelligitur de tribus, non de 12. text. eſt in c. indemnitatibus. §. ſi verò. de elect. in 6. per quem cont. Bart. tenet Corſet. verſic. pars. in ſingularibus. BELLAC.

Source : BIU Cujas

duas partes alicuius rei, intelligitur duas partes de 12. niſi exprimat, quòd petit duas ex trib. Bar. in l. interdum. in princ. per illū tex. & in l. qui non militabat. §. 1. per illum text. ff. de hæred. inſti. cum multis concor. vt hic per Alex. referentem Ang. vt hic per eum. Tamen licèt omne totum legali diuiſione diuidatur in 12. partes vel vncias, poteſt tamen teſtator tranſire ad dipondium, ſcilicet, ad duos aſſes, ſeu ad duo pondera. Item etiam ad tria, nam poteſt quis hereditatem ſuam diuidere in 24. vel 36. vncias, & ſic ſucceſſiuè. l. item, ℔ Sabinus. ff. de hære. inſti. §. ſi plures. inſti. eo. per hoc tamen nō augetur quantitas hæreditatis, ſed vnciæ redduntur minores, vt declarat Bart. hic, per ſolidos, & hoc eſt de quo opponit glo. in quinta particula, & magna differentia eſt hic, & eſt punctus, an teſtator voluerit tranſire ad dipondium, & ſic duo pondera, vel ne: nam ſi teſtator primò legauit vni 12. vncias, & ſic totum aſſem hæreditatis, poſtea alij legauit ſex vncias, ſi noluit tranſire ad dipondium, eſt magna vtilitas, quia ſecundus habebit ſex vncias, & ſic dimidiā hæreditatis, & hoc eſt, ℔ decidit iſte tex. in ver. cùm enim. ſi autem voluit tranſire ad dipondium, & ſic diuidere hæreditatem in 18. vncias, primus habebit duas, & ſic duas partes hæreditarias, alius ſex de 18. & ſic habebit tertiam partem. modo iſto caſu quando teſtator primo reliquit vni. 12. vncias hæreditatis, deinde alij ſex, reperiuntur iura, quæ non poſſent eſſe magis cōtraria, nam iſta l. dicit, ℔ teſtator noluit tranſire ad dipondium, ſed voluit ſex vncias adimere à primis. 12. quibus ademptis, primus non habet niſi ſex reſtantes, & quilibet habet mediam partem hereditatis, & hoc præſupponit tex. indubitatum fuiſſe de iure etiam veteri, & tamen contrarium in eodem caſu decidit tex. in d. l. interdum. §. ſed ſi exceſſerit. & in d. l. ſi ita ſcriptū. in §. quidam. ℔ imò teſtator voluit tranſire ad dipondium, & hereditatem diuidere in 18. vncias, & primum habere. 12. & ſic duas partes hæreditatis, alium ſex de 18. & ſic tertiam partem hæred. contra iſtum tex. quia eſt magna differentia habere ſex vncias de 12. quia eſt habere dimidiam hereditatis, & habere ſex de 18. vt dicunt contraria, quia non eſt habere niſi tertiam hæreditatis, gl. huic terribili contrario reſpondet primò, ℔ iſta corrigit illam, & ita etiam reſpondet in l. qui non militabat. §. antepen. in ver. portionem. ff. de hęr. inſt. & ſequitur Fulg. hic, & fortè oportet ita dicere, quia non video quomodo minus malè reſpondeatur, licèt tex. refragetur, qui præſupponit hoc eſſe manifeſtiſſimum iure veteri, & ſic Digeſtorum. Secundo reſpō. det gl. ℔ quando teſtator primò reliquit vni. 12. vncias, & poſtea alij ſex, aut conſtat, ℔ voluit excedere aſſem, & tunc hæreditas diuiditur in 18. vncias, ita procedit cōtrarium. §. ſed ſi exceſſerit. aut conſtat, ℔ noluit excedere, & tunc procedit iſte tex.

* Sed certè licèt Bart. *& communiter Doct.* hic, & ibi teneant iſtam ſol. ego dico, qđ iſta ſol. eſt vera in ſe, ſed non valet ad iſtam l. nec ad illam, quia nec ibi nec hic aliquid conſtat. Item ſi hic conſtaret de voluntate teſtatoris, non eſſet dubia voluntas. Itē eſt contra tex. in l. qui non militabat. §. pen. ff. de hære. inſti. ideo gl. ſ. in ſexta partic. quæ debet iungi cum iſta, vt dixi in diuiſione, melius dicit, ℔ hic loquitur, quando ſumus in dubio, ſed certè etiam in dubio caſu loquitur contrarium, ideo Pau. reſpondet, & dicit, ℔ aut teſtator in vna met vltima volun. & in vna ſcriptura reliquit vni 12. vncias, & alij ſex, & procedit contrarium. nam videtur teſtator tranſire ad dipondium, ne in vna voluntate intelligatur ſe corrigere. contra. l. ad ea. ff. de condi. & demon. ſed bene in diuerſis voluntatib. loquitur iſta. l. & ℔ hic eſſemus in diuerſis voluntat. probat tex. in ver. poſtea, & in ver. deinde. & ita etiam reſpondet Cu. in d. l. interdum. §. 1. pon dera iſtum tex. in dictione poſtea, & licèt ſecundum eum iſta ſol. diuinet, tamen oportet ita dicere, vt iura iurib. concordentur. Aliter reſpondet Ful. & eſt ſatis tollerabile. ſ. ℔ teſtator, qui legauit vni. 12. vnc. deinde antequam aliud diſponeret, ſtatim legauit alij ſex vnc. & tunc ne videatur adimere à primo, & ſic ne incontinenti ſe corrigat, fit tranſitus ad dipondium, ita loquitur contrarium: ſed ſi primò legauerit vni. 12. vnc. deinde multa alia diſpoſuit, poſtea legauit alteri ſex, tunc intelligitur adimere à primo illo ſex. ita loquitur hic, quia dato interuallo non eſt ita abſurdum, ℔ teſtator ademerit à primo, & ſic ſe correxerit. ita loquitur text. hic in verſi. poſtea. & fuit ſol. Guli. hic, quam etiam tenet Pau. in d. l. interdum. §. 1. licèt Alex. re-

a probet, quia dictio poſteà, [a] non ſemper denotat interuallum, iurib. per eum allegatis, ſed ſatis eſt, ℔ interuallum regulariter denotet, & ſatis eſt habere regulam pro ſe, vt dicit Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius voca. non ie. & ſic quamcunque ſolu. teneas, vix bonam reperies. ¶ Secundum prin. contrarium gl. eſt de l. qui quadringenta. & l. Marcel. ff. ad Trebe. & licèt alleget ambas. ll. pro contrarijs, tamen prima concordat cum hac l. ibi enim teſtator habens. 400. in bonis, legauit vni. 300. poſtea alium hæredem vniuerſalem inſtituit, & grauauit per fideicom. reſtitue-re, & ſic vni legauit partem. ſ. 300. alij vero totum, dicitur ibi, ℔ illa pars intelligatur à toto adempta, & ſic concordat cum iſta. l. ſed in cōtrarium fortiter obſtat d. l. Marcellus. vbi teſtator qui habebat 400. in bonis, reliquit 300. nominatim ab hærede, quē grauauit reſtituere hæreditatem Titio, certè ille cui relicta ſunt. 300. & ſic pars, non admittillam partem de toto, imò decidit text. ibi, ℔ illa. 300. legata, diuiduntur in ſeptem partes, & legatarius habet quatuor partes, fideicom. tres. gl. voluit reſpondere in duas partic. ibi, ſi verò contulit primò, ℔ hic loquitur, ℔ teſtator primò contulit totum, deinde partem, ſed in legib. contrarijs fuit contra, quia teſtator primo contulit partem, deinde totum, ſed iſta ſolu. confunditur per d. l. qui quadringenta. vbi primò legauit partem, deinde totum, & tamē deciditur idem, ℔ in iſta l. ſcilicet, ℔ pars intelligitur adempta à toto. vnde reſpondent *communiter Docto.* ℔ iſta l. debet intelligi, quando teſta-* tor legauit vni totum, deinde alij partem per quotam, ita ℔ nō poteſt cadere error. ſed in l. Marcel. fuit factum relictum quantitatis, & ſic trecentorum, poſtea facta inſtitutio vniuerſalis, ibi poteſt cadere error, quia teſtator reliquit 300. fortè credens plura eſſe in hereditate, quæ ſolutio mihi nō implet animum, nec ex toto tollit difficultatem, & ſi dicas quare igitur in l. qui quadringenta. ille cui legata ſunt 300. habet plus, quàm ille, qui eſt relictus hæres, & ſic cui relicta eſt tota hereditas, ſed in l. Marcel. ille cui relicta ſunt 300. facta diuiſione de illis. 300. in ſeptē partes, ex illis ſeptem non habet niſi quatuor? reſpondeideo eſſe, quia in primo caſu. l. qui quadringenta. onus legatorū fuit ſimpliciter iniunctum, ita ℔ reſtituta hereditate onus tranſit ad fideicommiſſarium, ſed in l. Marcel. onus legatorum erat nominatim iniunctum hæredi. de quo tamen dic, vt plenius habetur in illis. ll. quæ ſunt valde horribiles ſecundum Doct. hic. ¶ Venio ad tertium prin. contrarium gl. de l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthu. ℔ venit hoc modo. nam ibi ille, cui eſt plus relictum, habet plus, ergo ita hic ille, cui relictæ ſunt. 12. vnciæ, deberet habere plus illo, cui ſunt relictæ ſex. glo. reſpondere voluit in quinta partic. ibi, vbi autem, & nihil dicit, veritas eſt, ℔ ille tex. non facit in propoſito huius. l. nam ibi relictum non fuit totum, & poſtea pars. Item ibi ſuper toto teſtator nihil diſpoſuit, ſed loquitur text. quando euenit caſus improuiſus à teſtatore, cùm teſtator prouidiſſet ſolùm quando maſculus naſceretur, vel quando fœmina, & ibi contingit vtrunque ſimul naſci. prout eſt tex. etiam in l. Clemens patronus. ff. de hæred. inſti. & in l. ſi ita ſcriptum. 1. §. quidam. 2. reſpon. ff. eo. ad quem text. dic vt per Sal. & Fulg. & plenius per Alex. hic. ¶ In ſeptima par. gl. ibi, item & vbi conſtitit. format neceſſariam quæſtionem ad iſtum tex. iſte loquitur, quando vni fuit relictum totum, poſtea alij pars. quærit ergo glo. quid iuris ſit, ſi teſtator primò reliquit vni totum, deinde etiam alij totum, an arguendo de parte ad totum, ſicut pars relicta intelligitur adempta à toto, ita etiam ſit, quādo totum ſecundo relinquitur. Breuiter gl. determinat, ℔ non, ſed ℔ vterque admittetur per concurſum. per regulā, ℔ quando vni relinquitur aliquid, puta totum, deinde alij relinquitur illud idem, ambo admittuntur, & faciunt partes per cōcurſum. l. ſi Fortidianum. ſ. eo. l. ſi plurib. de leg. 1. & pro hoc facit tex. in l. interdum. §. ſed ſi exceſſerit. ver. ſed ſi duos. ff. de hęr. inſti. niſi appareat, ℔ teſtator relinquendo ſecundo, totum voluerit adimere à primo. vel niſi appareat, ℔ voluerit vtrūq; inſolidum admitti ad legatum, tunc vnus habet rem, alius æſtimationem. d. l. ſi plurib. ita gl. determinat, & bene, & ita eſt expedita tota prima pars gl. ¶ Sum in ſecunda parte prin. quæ eſt ad fi. gl. ibi, item quid ſi primò. vbi gl. format aliam q. in tex. omiſſam. pone, ℔ teſtator primò reliquit vni aſſem, & totam hæreditatem, deinde ſecundo reliquit ſemiſſem, & dimidiam hæreditatis, & ſic ſex vncias, hucuſque ſumus in caſu huius. l. pone poſtea, ℔ tertio reliquit ſextantem, & ſic ſextam partem hæreditatis, quæ ſunt duæ vnciæ, quomodo faciet iſte tertius? gl. reſpondet, ℔ æqualiter diminuet ab vtroque, & ſic duo primi habebunt quilibet quinque vncias, & tertius duas. ita fuit intentio gl. & Bar. & ſequuntur Ful. & Alex. ſed Pet. Cy. Guli. & Pau. hic aliter tenent in iſta. q. gl. nam dicunt, ℔ iſta l. procedit, quando teſtator reliquit duabus perſonis tantum, vni totum, alij partē, ſed quando relinquitur tribus perſonis, non habet locum deciſio.

ADDITIO.

a ¶ Dictio poſteà. Adde. l. fructus. ff. ſolut. matr. Doct. in l. quoties. 1. §. fi. ff. de hær. inſti. Docto. in l. illud. ff. de acquir. hæred. Raph. Fulg. conſi. 22. ad fi. incip. viſis quatuor lega. Raph. Cu. conſi. 99. incip. quædam poſſeſſio.

* Et vide eundem Iaſ. in l. ſi ante nup. ff. ſolut. matri. in l. ſi quis ante. num. 7. ff. de acq. poſſ. & dic, quod dicitur de ea, vt de dictione præter, quæ ponitur quandoque incluſiuè, quandoque excluſiuè, teſte pract. Bald. in fin. tract. de ſig. dictionum. MASVER.

Source : BIU Cujas

cisio.l.nostræ,sed debet fieri computatio secundum.l.si quis testamento.§.1.ff.de leg.1.quia ille cui duplum plus relictum est quàm secundo, habebit etiam plus in duplo, & secundus cui etiam relictum est duplum plus tertio, habebit etiam duplum plus,sic in q.nostra debet hrditas diuidi in 20.partes, & primus habet.12.secũdus sex,tertius duas,& si verum esset, esset singularis limitatio ad istam l. sed magis placet prima opin. quia.l. si quis testamento.loquitur quando legata sunt facta per nomina quantitatiua.ibi enim tantum testator habens 30.reliquit primo.30.secundo.15.tertio.10. & sic ibi distributio fuit facta per quantitates, ideo seruatur illa decisio illius tex. sed quæstio glo. est quando distributio fuit facta per quotas, & inter ista est differentia,vt supra respondent Bar.& alij circa contrarium.l.Marcellus. secundo loco formatum. Ias. Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Plures nominationes de eodem vniformiter facta, non faciunt eum ad plures portiones vocari.*
2 *Si testator relinqueret omnibus fratribus cappam, & priori bibliam, prior consequitur cappam, & bibliam.*

1 **§.Sed & aliam.** † Plures nominationes de eo, vniformitet factæ, non faciũt eum ad plures portiones vocari.h.d. Et dum litera dicit,ꝙ hæc quæstio non est absimilis precedenti,dic ꝙ similitudo stat,quia sicut in præcedenti videbatur, ꝙ ille cui primò relictum erat totum,deberet habere plus quàm ille,cui relicta erat pars,ita in hoc casu videbatur, ꝙ ille qui pluries fuerat nominatus ad aliquam rem,deberet habere plus quã ille,qui semel tantum fuit nominatus,contrarium tamen hic decidit sicut in præced.q. ¶Glo.in verb.vocari,diuiditur in tres partes: In prima allegat concor.ad tex.& assignat rationem. In secunda ibi, sed contra. ff.de stipul.ser.oppo.contra tex.& quadrupliciter soluit. In tertia ibi,item contra. ff. de pecu. legat. etiam oppo.contra text.& bene soluit.In secunda parte,quia sol.glo.nihil valent.respondeclarius secundum Doct. ad d.l.4.de stipula.ser. ꝙ hic loquitur, quando pluries fuit nominatus,sed semper vniformiter, sed in
1 contrario alter ex dominis fuit bis nominatus,sed difformiter, primò in genere,postea in specie.in genere sub termino domi-
2 nis,postea in specie per nomen proprium.¶† Ex hoc per illam. l.4.decidunt hic Doct. ꝙ si testator relinqueret omnib.fratrib. cappam, & priori bibliam, ꝙ prior debet vtrunque consequi, ex quo est difformiter nominatus,primò in genere sub termino fratrib.deinde in specie,per d.l.4.& idem tenet Bart.in l.quæsitum.§.fi.ff.de fun. instruc. in 5.col.& in d.l.4.vbi Imo. & in l.si consul.ff.de adop.cum concor.vt per Alex.hic. Sed caue, quia quęstio Doct non videtur apertè formata,prout etiam pungit Fulg.hic, quia in q. Doctorum nedum fuit difformitas nominationum,sed rerum etiam relictarum,cùm alijs fratrib.cappa sit relicta, & priori biblia. sed in l.4.& hic, erat vna eademque res,& quantitas, vnde vt quæstio Doctorum congruat ad d.l.4. debet formari,quando testator reliquit omnib fratrib.& priori. 10.inter eos distribuenda, nam tunc prior debet habere duas partes tanquam bis difformiter nominatus. per dict.l.4. Limita tamen dictam decisionem secundum Bal.& Sal. hic, nisi prior fuisset vocatus per aduersatiuam, puta lego fratribus cappam, priori vero bibliam, quia aduersatiua facit, vt tantum bibliam haberet, non plus. Secundò limita dictam decisionem nõ procedere in legato alimentorum relicto fratribus, & priori, quia cùm tale legatum non sit multiplicabile, non admittetur nisi semel.l.alimenta.§. basilicæ.& l. Stichus.ff. de aliem.leg. secundum.Ang. Sal. & Pau. hic.

SVMMARIVM.

1 *Si pater filium exhæredauit alijs institutis, & filio exhæredato dederit substitutum pupilla.non poterit à substit.alteri legari, limita, vt infra. nume. 3.*
2 *Libertus non potest iniungere onus lega.vel fideicom.patrono in eius legitima, tamen substituto patroni bene potest.*

LEX XXIIII.

CVm quidam. A substituto impuberis exhæredati,non potest legatum vel fideicom.relinqui, etiam si impuberi aliquid relictum sit.hoc dicit, & diuide in quatuor.In prima ponitur quæstio,quæ non est multum dubitabilis, quando pupillus est exhæredatus, & pater nihil ei reliquit.In secunda ponitur quæstio,quãdo filio exhæredato pater fecit legatum. In tertia Imperator respondet primæ quæstioni. In quarta respondet secundæ. Secunda ibi, sed si & legatum. Tertia ibi,cùm igitur antiquitas. Quarta ibi, nec si ipsam rem. & cùm tex.dicit maximam ostendens ad filium suum affectio-
a nem licèt gl.dicat per antiphrasim, [a] ideſt, per contrarium,dic melius secundum Odof.Cy. & Pau. ꝙ pater substituendo filio, & sic illi prouidendo de hærede, in hoc actu ostendit affectionem erga filium, sed quia exhęredat, postea ostendit affectio-
1 nem fuisse simulatam. ¶† Not.ex ista.l.ꝙ si pater filium impu-
b berem exhęredauit [b] alijs institutis,& filio exhæredato dederit pupillarem substi.ꝙ à substituto non potest alteri legari. ¶Dubium faciebat, quia ex quo testator honorauit substitutũ substituendo filio,cùm posset quemcunque alium substituere, ꝙ per consequens quem honorauit, & affecit commodo, debet posse grauare legato,per regulam.l.ab eo.ĩ. de fideicom.contrarium deciditur hic, & decisio procedit etiam quando filio exhæredato pater fecit legatum. in hoc ista. l. est sing. secundum Sal.Bar.etiam in l.cùm filiosa.de leg.1. in 1.col.in 2. oppo.dicit, ꝙ iste casus est sing.& specialis, sed habet consimilem in l. qui fundum.§.qui filios.ff.ad leg. Falc. ¶Pro clara intelligentia huius tex.fortiter opponitur,nam clarum est,ꝙ quando pater exhæredat filium,& ei facit legatum,ꝙ à filio exhæredato potest legare alij.l.cohæredi.§.cùm filiæ.de vulg. & pup.si ergo potest legare ab ipsomet filio exhære.quem affecit iniuria exhæredando, multo magis debet posse legare ab eius substituto, quem nulla affecit iniuria,sed commodo,& honore, substituendo eũ filio,cùm posset alium substituere,& tamen in hoc tex. deciditur contra,ꝙ ab eius substituto legare non potest, & tamen regula est,ꝙ quando possumus ab aliquo legare, eodem modo possumus ab eius substituto. l. si fuerit.§.1.de lega.3. imò plus, dato, ꝙ non posset legari à filio exhæredato, tn deberet posse legari ab eius substituto,sicut videmus,ꝙ filio non potest iniungi onus legati,vel fideicom.in legitima,& tamen eius substituto,ad quem peruenit legitima,potest. l. si fundum per fideicõ.
2 cum l seq.§.fi.iuncto prin.l.seq.de lega.1. † Sicut in simili libertus non potest iniungere onus legati,vel fideic.patrono.in eius legitima, & tamen substituto patroni potest.l. cùm patronus. de leg.2.& per ista iura tenui in l.si arrogator.ff.de adop.ꝙ licèt filius arrogatus impubes non possit grauari in legitima, tamen eius substi.pupil.potest. ecce qualiter facilius relinquitur à substituto alicuius, quàm ab eius principali,multo fortius in l.nostra facilius deberet posse legari à substituto filij exhęredati,quã à filio,cùm filius sit affectus iniuria,exhęredatus,substitutus autem non,sed affectus commodo,& tamen contrarium hic deciditur, ꝙ à substituto filij exhęredati nil potest legari, licèt ab ipso filio exhæredato possit,quãdo est relictum legatum, & ista decisio erat etiam de iure Digestorum.l.antepe.quæ incipit, ab exhæredati,de leg.1.& d.l.qui fundum.§.qui filios. Imò fortius hoc habet locum etiam in testa.milit.l.miles ita. §.si miles.ff.de testa.milit.in gl.alleg. operepretium est videre, quæ sit ratio, qa ista decisio est mirabilis,& contra communes regulas. gl.fi. hic nescisuit aliter dicere,nisi ꝙ est speciale. Sed punctus est, quę est ratio specialitatis: nam dicere, ꝙ sit speciale, nec assignare rationem,est refugium miserorum.l.filium quem.s̃.famil.ercisc. ad hoc dicunt Cy.Bar.Alb.Pau.& Alex. hic,ꝙ non potest reddi ratio specialitatis, & dicit Comen. in d.l. qui fundum.§. qui filios.in fi.quòd ad istum text. nunquam vidit rationem euidentem. Plus dicit Pau. hic, ꝙ si sibi liceret, diceret,ꝙ Imperator hic loquutus est ex suo capite, nec considerauit rationem, sed malè dicit Pau.ꝙ Imperator dixit ex capite suo, cùm hoc esset de iure Digestorum,etiam in testa. milit. vt in d. l. miles ita.§.si miles.Tu autem considera,ꝙ text.ibi, sed post exhæredationis iniuriam,videtur assignare rationem, quòd hoc sit propter iniuriam exhæreda.quæ est odiosa.l.cùm quidam. ff.de lib.& posthu.& istam rationem sequitur Ioan.Fab.in §.non solùm. insti. de pupil.substi. Istam rationem sequuntur Imo.& Alex. in d.l. qui fundum.§.qui filios. & Imo.in l.cohæredi.§. cùm filiæ.ff.de vulg.& pup.Alex.hic,ꝙ ideo fit,quia exhæredatio est odiosa.Et pro ista ratione facit limitatio,quam nunc dicam.Sed considera,quòd ista ratio non tantum non est bona, imò probat totũ oppo.& est illa, quæ magis difficultatem auget, quia si hoc est propter

ADDITIONES.

a ¶Per antiphrasim. Adde glo. in verbo parte oblata.in cap. forus.de verbo. significatio.

b ¶Exhæredauit.Adde hic,an infans possit exhæredari. vide Doct. in l.si quis in suo.in §.legis autem.C.de inoffi.testam. Oldr.in l.precibus. C.de impub.Sal. in l.testamento.eo.titu.Ioan.de Imo.in l. filio præterito.ff.de iniu.ru.testa.regulariter dic,quòd non. Limita tamen,nisi sit impubes proximus pubertati, & sit doli capax,quia etiam hodie potest exhæredari,secundum Bar.in l.e.in prin.ff.de vulg.& pup.

Source : BIU Cujas

propter odium exhæred. deberet eſſe totum contrarium eius, ꝙ dicit tex. nam cùm filius exhæreda. ſit ille, qui immediatè patitur iniuriam exhæredationis, ipſe eſt à quo non deberet poſſe legari, attenta iniuria exhæredationis, & tamen ab ipſo exhære. cui legatum eſt, poteſt legari, non ab eius ſubſtitutio, qui nulla iniuria afficitur, ſed commodo, & ſic iſta ratio ineuitabiliter facit in oppoſitum. vnde Bart. in d.l. qui fundum. §. qui filios. aſſignat aliam rationem, & dicit ibi Comen. in fi. ꝙ aliud dici non poteſt, nam quando pater filio exhæred. fecit legatum, filius eſt legatarius, ſed à legatario alij legari poteſt. l. cohæredi. §. cùm filiæ. præallegata: quia quem honoro grauare poſſum. d.l. ab eo. ſed ſubſtitutus filij exhæredati non eſt legatarius, ideo ab eo legari non poteſt, & ſi dicas contra, à quo poteſt legari, poteſt ēt legari ab eius hærede, vel ſubſtituto. l. ſi fuerit. §. 1. de lega. 3. reſpondet Bar. ꝙ illud procedit, quando à ſubſtituto ſimpliciter, & abſolutè relinquitur, ſecus ſi nominatim. l. ſi ſic. cum l. præcedenti. ff. de leg. 3. & ſic Bar. vult, ꝙ in iſta l. cum concor. ideo non valuit legatum relictum à ſubſtituto impuberis exhæredati, qa fuit ſubſtituto nominatim iniunctum, ſecus ſi ſimpliciter, ꝙ eſt
a reſtringere iſtum tex. cum ſimi. Item ratio Bar. reprobatur[a] per Imo. in d.l. cohæredi. §. cùm filiæ. & Alex. hic, quia illa attenta ſequitur, ꝙ etiam à ſubſtituto exhæredati non poſſet legari in duabus fallentijs quas dicam ad tex. & tamen falſum eſt. Item ratio Bar. ſi conſideras, non eneruat difficultatem ſtatim propoſitam, vnde vltimo loco Sal. hic reddit aliam rationem, quam dicit ſubtilem eſſe: nam quando pater exhæredat filium, & nullam quotam hereditatis filio relinquit, licèt faciat legatum particulare, ſi poſtea faciat ſubſtitutionem pupill. talis ſubſtitutio dicitur teſtamentum filij nō patris, ex quo à patre nullam quotam hæreditatis habet, ideo tunc pater non poteſt legare à ſubſtituto, quia legaret in teſtamento penitus alieno, ſed ab ipſo filio exhæredato poteſt legare, quia illud legatum facit in ſuo teſtamento. ſed quando pater non exhæredaſſet filium, tunc ſubſtituto pupil. dr̄ teſtamentum vtriuſque, ſic poteſt intelligi. l. Papin. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſta. & l. patris & filij. ff. de vulg. & pup. Sed eſt reſtrictio ad illa iura, vt dicit Alex. hic, & in d.l. qui fundum. §. qui filios. qui etiam per alia leuia reprobat Saly. contra quem etiam facit, quia ſicut in ſuo teſtamento poteſt legare ab exhæredato, ita à ſubſtituto, aliàs à neutro, credo, ꝙ non poſſit reddi ſufficiens ratio ſpecialitatis, tamen tenenda eſt concluſio huius tex. ꝙ pater à filio exhæredato, cui legauit, poſſit legare, non ab eius ſubſtituto, etiam in teſta. militis, vt di-
3 xi. ¶ † Limita iſtum tex. & ſimiles procedere, qñ filio exhæredato pater legaſſet titulo legati, ſecus ſi titulo hæreditario. nam pone, ꝙ pater filium impuberem exhæredauit, & extraneum inſtituit, deinde filium exhæredatum ſubſtituit primò hæredi, deinde filio ſubſtituit pupillariter, iſto caſu poſſet legari non ſolùm à filio, ſed etiam ab eius ſubſtituto. tex. eſt ſolennis in d.l. qui fundum. §. qui filios. & eſt ſing. ſecundum Ang. & Mod. hic omnes, & dicit Pau. ibi, ꝙ non reperitur melior tex. illo. ¶ Secū dò limita, niſi ipſe ſubſtitutus impuberis exhæredati fuiſſet etiā inſtitutus à patre in eius teſtamento, quia tunc talis ſubſtitutus tenetur ad legata relicta in tabulis pupillarib. text. eſt not. in l. in ratione. 1. §. fi. ff. ad leg Falc. ſecundum Bal. Sal. & Fulg. hic, etiam ſi talis ſubſtitutus repudiaſſet inſtitutionem patris, text. eſt ſing. ſecundum Doct. ibi, in l. ſi filius qui patri. in vltimò reſponſo. ff. de vulg. & pup. intelligēdo, ꝙ ibi filius eſſet exhæredatus, prout intelligit Bart. poſt. Iaco. de Are. circa fi. ſecundæ ſol. & ibi Imo. in 2. col. reputat ſingulare, & no. latius Imo. in 12. col. in d.l. in ratione. §. quod vulgò. & §. fi. ff. ad leg. Falc. quod tu intellige ſecū dum. l. fi. ff. de leg. 3. ¶ Tertiò limita iſtam l. in exhæredatione facta mala mente, prout ſonant verba tex. ibi, *exhæredationis iniuriam.* ſecus ſi bona mente, & ad prouiſionem filij, iuxta l. multi non notæ. ff. de libe. & poſth. quia poſſet legari ab eius inſtituto, quia ceſſat ratio huius tex. ita Io. Fab. in d. §. non ſolùm. vbi expreſſius Ang. de Aret. ſed dubito, quia illa ratio iniuriæ non eſt bona ratio, vt dixi in tex. cogita. Iaſ. Papiæ.

ADDITIO.

a ¶ Reprobatur. Adde, quòd iſta reprobatio Alex. videtur leuis, quia quamuis poſſit legari à ſubſtituto exhæredati in duobus caſibus, non ſequitur, quòd poſſit in alijs caſibus, quia exceptio firmat reg. in non exceptis. l. nam quod. ff. de penu leg. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius ſi occupat cum vitio rem legatam, vel occultat, aut ſurripit teſtamentum, perdit legatum.*

2 *Pœna l. quæ imponitur propter iniuriam, vel offenſam alicuius, debet applicari illi, cuius offenſam reſpicit.*

3 *Ille, cui fit relictum, vt pupilli tutelam gerat, perdit legatum, ſi recuſet onus tutelæ.*

LEX XXV.

SI legatarius. Legatarius furripiens, & occultans teſtamentum, cadit à legato tanquam indignus, & quando indignitas reſpicit fauorem certæ perſonæ, ꝙ ſibi auferetur, illi applicatur. hoc dicit, & diuiditur in tres. In prima ponit cauſam, propter quam legatarius priuatur legato. In ſecunda declarat, cui applicetur. In tertia adducit ſimile. Secunda ibi, maneat autem. Tertia ibi, quemadmo. ſi legatarius.

1 ¶ † No. ꝙ ſicut legatarius occupans cùm vitio rem legatā perdit legatum. l. non dubium. s̄. eod. eodem modo ſi occultat, vel ſurripit teſtamentum, & glo. 1. dicit idem eſſe in hærede, per l. 1. §. cùm hereditatis. ff. de his, quæ in teſta. delen. quæ non loquitur in hærede occultante teſtamentum, ſed cancellante, vel delente teſtamentum. Poſteà oppo. de. l. ſi in fraudem. s̄. eod. Bar. intelligit, ꝙ oppo. contra text. & non bene, imò oppo. contra determinationem, dum tenuerat, ꝙ idem ſit in hærede occultante, ſed reſponde, ꝙ in d.l. ſi in fraudem, non apparet de fraude, ſed reſponde, ꝙ in d.l. ſi in fraudem, non apparet de frau-
* de heredis. tamen *magis communiter tenetur* extēſio gl. vt per Sal.
2 & plenius Alex. hic. ¶ † Secundò no. ex ſecunda parte, ꝙ pœna legis, quæ imponitur propter iniuriam, vel offenſam alicuius, debet applicari illi, cuius offenſam reſpicit. de quo dixi in l. hæreditas. s̄. de his quib. vt indi. vbi limitaui. ¶ † Tertiò not. ex vlti.
3 parte text. ꝙ ille, cui fit relictum, vt pupilli tutelam gerat, ſi recuſat onus tutelæ, perdit legatum. concor. alleg. glo. quæ etiam ponit tres fallē. not. ſecundā, quando teſtator aliàs erat legaturus. tamen dicit Bar. quòd hodie eſt correctum, quia ſi non impleat voluntatem defuncti, perdit legatum, etiam quando teſtator erat aliàs relicturus, quod intellige, quando monitus fuit à iudice, vt impleret voluntatem defuncti, ſecundum formam Auth. hoc amplius. j̄. de fideicommiſ. & ſequuntur Bal. Ange. & Pau. hic, cum concord. vt hic per Alex. & vltra eum adde, quòd cùm Bar. tenet ſimpliciter Lud. in conſi. 207. incip. ſi volumus hanc ſubſtitu. & plenius in conſi. 235. incip. quo ad primum quo quæritur. in primo dubio.

SVMMARIVM.

1 *Valet arg. à contractib. ad vltimas voluntates, & ècontra.*

2 *Sicut ex contractu poteſt transferri dominium ad tempus, ita in vltima voluntate poteſt relinqui legatum, vel fideicom. ad tempus.*

3 *Si teſtator legat fundum alicui, quoad vixerit, & ſic ad tempus incertum, an intelligetur reliquiſſe propriet. an vſumfr.*

4 *Si teſtator legat alicui fundum in gaudimentum, an intelligatur reliquiſſe vſumfr. illius fundi, vel proprietatem.*

5 *Si teſtator fecit legatum ad tempus, & tempore quo finitur tempus legati, hęres ſit præmortuus, an legatum tranſeat ad hęredem hęredis, an remanebit penes hęredem legatarij.*

6 *Sicut dominium rei legatę tranſit ipſo iure in legatarium, ita finito tempore legati dominium reuertitur ipſo iure ad hæredem.*

7 *Legatarius, cui factum eſt legatum ad tempus, tenetur præſtare cautionem, quòd finito tempore reſtituet hæredi talem rem legatam deterioratam.*

LEX XXVI.

ILlud. Valet legatum factum ad tempus certum, vel incertum, quo finito ad hæredem reuertitur, cui de reſtituendo, finito tempore, debet à legatario caueri. hoc dicit. Not. † in verſi.
1 cùm enim. quòd Imperator arguit à contractibus ad vltimas volun. ad contractus. l. ita ſtipulatus. magna. ver. idque defendebat exemplo. ff. de verb. oblig. & in l. fi. j̄. tit. 1. & proſequitur Sal. hic. eſt materia. l. ſeruum filij.
2 §. eum qui chirographum. ff. de leg. 1. ¶ † Secundò not. ex tex. ꝙ ſicut ex contractu poteſt transferri dominium ad tempus, ita in vlti. volun. poteſt relinqui legatum, vel fideicom. ad tempus.
3 † Hinc dubitat Paul. hic, quid ſi teſtator legat fundum alicui, quoad vixerit, & ſic ad tempus incertum, an intelligatur reliquiſſe proprietatem, an vſumfru. & determinat, quòd proprietatem per l. donationes. la 2. §. ſpecies. vbi pulchrè Bar. poſt Antiquos. ff. de dona. Adde Bart. in l. libertus. 1. ff. de adimen. leg. gl. & Bar. in l. Titia. 1. §. fi. circa princ. de leg. 2. Bar. in l. 2. s̄. de inoffic. dona. & not. in l. 1. in 2. col. C. de fruct. & lit. expen. §. 1. & in rub. s̄. de iure emphy. & no. in l. ſi mulier. poſt gl. & Cyn. ibi, ſupra de iure dot. vbi determinat, ꝙ ſi teſtator legat, vel concedat talem rem talib. religioſis ad vſum, non obſt. termino ad vſum, venit proprietas.

Source : BIU Cujas

proprietas, ſequitur Alex. in conſi. 223. in 2. vol. incip. viſis verbis dictis teſtamẽti. Ego iuxta prędicta moueo pulchrum dubiũ,
4 in quo conſului, † pone, qđ teſtator legat alicui domum, vel
a fundum in gaudimentum,* an intelligatur relinquere vſumfr. illius domus, vel proprietatem? & quidem prima facie dictio in gaudimentum, nõ videtur aliud importare quàm ad fruendum. Itẽ vtilitas eſt euidens, quia ſi intelligitur reliquiſſe vſumfru. eo mortuo finitur, & non tranſit ad eius hęredem. ſecus ſi reliquiſſet proprietatem. Bald. ſin. in l. ſi habitatio. §. ſed ſi. ff. de vſu. & hab. determinat, qđ intelligitur proprietatem reliquiſſe, & ſic, ꝙ tranſeat ad hæredes, & qđ ille cenſeatur modus adiectus fauore legatarij. idem in terminis tenet Ang. in Auth. hoc locum. circa fi. C. ſi mulier ſecũdò nup. Sed Flor. in l. Proculus. ff. de vſufru. refert, ꝙ multi Bonon. ita conſuluerunt, ſed ꝙ ipſe noluit ſubſcribere illi conſi. quia eſt contra propriam naturam verbi gaudimentum. vnde diſtinguit, qui hęredes ſunt inſtituti, nam ſi extranei, vera ſit opin. Bald. qđ proprietas intelligatur relicta, ſecus ſi erant inſtituti filij teſtatoris, qui à patre magis ſunt dilecti quàm legatarij, & iſtam opi. vltimam dicit æquam, & ſequitur Bar. Veron. in tract. ſeruitutum vrba. in c. 4. de vſu-
5 fruct. in 3. col. † Quid autem quando teſtator fecit legatum ad tempus, & tempore quo finitur tempus legati, hæres lit ꝑmortuus, an legatum trãſeat ad hæredem hęredis, an remanebit penes hęredem legatarij? ponit Pau. hic, & in l. Titia. 1. §. fin. poſt Bart. & alios ibi, deleg. 2. & plenius per Alex. hic, ad quem te re-
6 mitto. ¶† Tertiò no. in verbo remanentib. ſecundum Sal. Fulg. & Alex. qđ ſicut dominium rei legatæ tranſit ipſo iure in legatarium. l. à Titio. in fi. ff. de fur. ita finito tempore legati dominiũ reuertitur ipſo iure ad hæredem. pro quo melius facit text. in Auth. cui relictum. in fi. ĵ. de indi. vid. tol. & de hoc eſt gl. magiſtra. in fi. quã ibi multum no. Bal. & in l. fi. s̃. de inoffi. don. ponit
7 Bar. in l. & ideo. ff. de cond. fur. ¶ † Quartò not. in fi. tex. quòd legatarius, cui factum eſt legatum ad tempus, tenetur præſtare caut. qđ finito tempore reſtituet rem legatam non deterioratã. Cogita, an tex. poſſit in hoc ſing. limitari, vt non habeat locum in filijs teſtatoris, vel alijs deſcendentibus, vt non teneantur ipſi hanc ſatiſdat. præſtare. ſicut in ſimili eſt text. no. in l. iubemus. §. 1. ĵ. ad Treb. vbi filij non tenentur præſtare caut. de reſtituendo, quam alij tenerentur prẽſtare, & ita per illum tex. limitat iſtã. l. ſolus Ioan. Fab. hic. ¶ Gl. in verbo confirmari. diuiditur in quatuor. In prima infert vnum ex tex. In ſecunda ibi, & eſt contra. contra illud opponit, & dupliciter ſoluit. In tertia ibi, item not. hic, qđ ex voluntate. notat aliud ex text. In quarta ibi, & ſic eſt ècontra. ff. de leg. 1. contra illud opponit, & ſol. Sed aduerte, licèt glo. formet de per ſe iſta duo contraria, tamen debent iungi, & omiſſis ſol. glo. quæ nihil valent, reſponde ſecundum Bar.
* Bal. & Mod. hic, & Bar. *& magis communiter alios* in d. l. nemo poteſt. qđ quando teſtator fecit legatum alicui, obligatio, & actio ſemel acquiſita legatario, cùm ſit affixa eius oſſib. non finitur ipſo iure finito tempore, qđ teſtator legato appoſuit, ſed exceptione tantum. ita loquitur d. l. obligationum. §. placet. & d. l. nemo poteſt. Sed dominium rei legatæ ſicut ipſo iure tranſit in legatarium, ita finito tempore à dicto legato, ipſo iure bene transfertur in hæredem. ita proprie loquitur iſta. l. & dixi in tex-
* ita teneas, quicquid teneat Imo. in l. nemo poteſt. *quem communiter reprobant* Mod. ibi, & Alex. hic.

ADDITIO.

a ¶ Gaudimentum. Adde, quæ idem Iaſ. ſcribit in l. beneficium. col. 2. poſt. num. 14. ff. de conſti. princip. & dic, ꝙ legatum domus ad gaudimentum eſt perpetuum, quia modus, vel cauſa de futuro adiecta legato in fauorem legatarij, nõ reſtringit ipſum legatum, l. 4. ff. de alim. leg. Bal. in l. ſi habitatio. ff. de vſu, & hab. not. Cre. ſing. 34. vbi artic. latè explicat. Adde aliqua per eundem Iaſ. in l. cùm hi. §. ſi vni. nu. 4. & 5. ff. de tranſ. vbi, ꝙ ille, cui relinquitur fundus ad alimenta, vel ad gaudimentum, vel ad vſumfru. habet plenum dominium, & nõ finitur morte. rationem vide ibi, & etiam not. Dilect. de arte teſt. tit. 6. caut. 23. nu. 2. vbi inquit, caueat teſtator, qui legatario non proprietatem, ſed vſum fundi legare velit, ne vtatur his verbis, videlicet lego fundum ad vſum, vel ad alimenta, vel ad gaudimentum, quia his verbis intelligitur legata proprietas. l. donationes. §. ſpecies. ff. de don. MASVER.

De verborum, & rerum ſignific. Rubr.

¶ Capio gl. Rubr. quam diuido in duas partes. In prima continuat rub. & bene. In ſecunda ibi, ſed generalib. tacitè ponit differentiam inter iſtum tit. & ff. & dicit, ꝙ ille eſt generalior, & plenior iſto. Quomodo autem capiantur iſta duo, verborum, & rerum, vide gl. magiſtraliter declarantem in rub. ff. eo.

SVMMARIVM.

1 *In legato fundi inſtructi non veniunt res venales in eo poſitæ.*
2 *Quæ ſunt in loco ad tempus, non cenſentur ibi eſſe.*
3 *Quid ſignificetur nomine fundi inſtructi.*
4 *Si teſtator legat equum ſuum armatum, quid veniat in tali legato.*
5 *Si teſtator habebat equum pretioſiorem altero, & legauit vni ſimpliciter equum, & alteri ſimpliciter equum, quis iſtorum eliget.*
6 *Qui emit à communi fructus lacus, cenſetur vſufructuarius.*

LEX PRIMA.

PRædijs. In legato fundi inſtructi nõ veniunt venalia, vel ad tempus parata, ſed quæ cauſa perpetui vſus ibi ſunt. hoc primò. & in legato fundi inſtru. veniunt, quæ in eo parata ſunt, ſiue gratia ipſius patriſfa. ſiue ipſius ꝑdij. hoc ſecundo cũ l. ſeq.
1 ¶† No. ex tex. ibi, tamen ſi id venale fuerit. qđ in legato fundi inſtru. non veniunt res venales in eo repoſitæ. Adde tex. notabilem in l. generali. §. vxori. in ſecundo reſponſo. ff. de vſufruc. leg. per quem not. ibi Bart. ꝙ ſi teſtator relinquat vxori omnia, quę habet in domo, ꝙ in tali legato nõ venit frumentum venale, qđ teſtator in domo habebat, quia illud, qđ eſt venale, non cenſetur eſſe in domo. ſequitur Bal. in rub. s̃. eo. in 4. qõ. Adde etiam, qđ per illum text. decidit pulchrè Bar. in l. diuus. ff. de bon. dam. vbi dicit ſe illo anno de facto reſpondiſſe, cùm quidam teſtator legaſſet alicui omnes pannos lini, & lanæ, cùm teſtator haberet quaſdam petias telæ lineæ, venales, ꝙ illæ non veniebant in legato, ſed illæ ſolùm, quæ erant paratæ ad vſum patriſfa. & domus, & eſt magna deciſio propter vniuerſalitatem, omnes. Adde etiam tex. no. in l. ſeruos. §. fi. de leg. 3. vbi ſi teſtator legat omnes ſeruos ſuos, non intelligitur legare ſeruos venalitios, & per illum tex. decidit Pau. hic, ꝙ ſi mercator equorum legaret equos ſuos alicui, intelligitur ſolùm legaſſe equos, quib. vtebatur ad ſuum vſum, non autem venales, quod no. Similiter ſi quis obligat alicui omnia bona ſua, non veniunt merces venales l. cùm tabernam. in prin. vbi Bart. ff. de pigno. de quo vltimo dic, vt per Cy. in l. vbi adhuc. vbi Bald. in 8. col. s̃. de iure dot. Ponunt plenè Mod. in l. ſi conſtante. in prin. poſt Bart. ff. ſolut. matri. ex his habes regulam huius text. valde ampliatam, ꝙ res venales non veniunt in legato. ¶ Limita prędicta procedere, quando teſtator haberet alias quàm res venales, ſed ſi haberet tantum venales, tunc bene veniunt in legato. ita probat tex. no. in l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtru. in l. pediculis. §. item cum quæreretur. & ibi gl. valde no. quam multum ſignat. Bar. ff. de aur. & argen. leg. Bart. in rub. s̃. eo. in 4. q. & Pau. hic. Cõſidera etiam de alia limitatione, quam voluit Bar. in d. l. generali. §. vxori. ff. de vſu, & vſufr. leg. vide quomodo ſaluetur intẽtio Bar. ibi, nam 1. no. ꝙ ſi teſtator legat vxori omnia quæ habet in domo, licèt vtatur termino vniuerſali, omnia, tamen non venit frumentum venale, poſtea ſubdit, ꝙ iſtud eſt verum niſi teſtator vteretur termino vniuerſali, vt quia relinquat vxori vſumfru. omnium rerum, quia propter vniuerſali-
a tatem intelligitur tam de reb. venalib.a quã non venalib. ¶† Se-
2 cundò no. ex tex. ibi, item ea, quæ ad tempus. ꝙ ea quæ ſunt in loco ad tempus, non cenſentur ibi eſſe, ideo ſi teſtator legaret alicui res, quas habet in tali loco, non veniunt res poſitæ in illo loco ad tempus, prout etiam dicit. l. ſequens. Sic ècõtra illa, quę conſueuerunt adeſſe, licèt ad tempus adſint, habentur perinde, acſi eſſent in loco. tex. eſt no. in l. quæſitum. §. fi. de leg. 3. per quẽ tex. decidit not. Pau. hic, ſi teſtator legat alicui maſſaritias, quas habet in ciuitate, & aliquas miſit in villam, vt tamen in ciuitate reducerentur, qđ illæ veniunt in legato, quia habentur, acſi eſſent in ciuitate, & dicit, ꝙ vidit ita obſeruari Florentiæ. facit ſecundum eum. l. ex facto. magna. ff. de hæred. inſti. Limita tamẽ iſtum tex. procedere, quando teſtator ſimpliciter fecit legatũ, ſecus ſi appoſuiſſet ſignum vniuerſale, omnes ſecũdum Bar. in
3 d. l. generali. §. vxori. & Pau. hic, & ſtatim dixi. ¶† Ex. l. 2. no. quid ſignificetur nomine fundi inſtructi, quia veniunt non ſolùm inſtrumenta neceſſaria ad culturam fundi, ſed etiam patriſfa & non ſolùm inſtrumenta, quib. paterfa. habet neceſſe vti, ſed etiã quæ ſunt ad ſolam delectationem, puta libri morales, canes ad venandum, & ſimilia. l. quæſitum. §. ſed ſi fundus. per totam legem. ff. de fundo inſtruct. & vide etiam l. prædia maritima. §. fi. &

ADDITIO.

a ¶ De rebus venaſibus. Venalia ſi veniunt in legato, de hoc, & de pecunia Cor. lib. 3. conſi. 49. in præſenti.
* Et vide, quæ ſcribit Gabriel. commu. opin. lib. 6. titu. de reg iur. conclu. 12. nu. 5. & duob. ſeq. & nu. 30. Turz. inter commun. opi. lib. 13. verſi. obligatio generaliter. & quomodo legatum etiam venalia comprehendat, docet Dilec. de arte teſt. tit. 6. vbi pulchrè. MASVER.

Source : BIU Cujas

4 ſi.& l.Seiæ.§.tyrannidæ.ff.de fun.inſtr. † & no.q̃ idem importat legare rem integro ſtatu,aut vendere,q̃ legare fundum inſtructum.tex.eſt no.in l.ſi quando.prima,vbi gl.& Doct.C.de bon. vacan.lib.10.& Bald.hic. ſi autem legaretur fundus ſimpliciter, & non adijceretur inſtructus, vel legatur domus ſimpliciter, non venirent niſi quæ ſunt affixa.l.fundi nihil.ff.de act.emp.l.2. §.dotes.ff.de fundo inſtru.l.dolia.l.qui fundum.1.§.pen.ff.de cõ trah.emp.ſecundum Bal.Ange.& Pau.hic,tangit etiam Bal.in l. 1.ſ̃.eo. ſi teſtator legat equum ſuum armatum, quid veniat in tali legato, & quid ſi diuerſimodè ſe armabat, & quid ſi habebat plures equos, & equum ſimpliciter reliquit. dic, vt ibi per
5 eum. † & quid ſi teſtator habebat equum pretioſiorem altero, & legauit vni ſimpliciter equum, & ſecundo deinde legauit equum ſimpliciter,quis eliget ? tangunt Bar.Albe.Bald.Imo.& Mod.in l.qui duos. de leg.1.vbi determinat Bart.q̃ primus habet optionem.contrarium tenet Bald.Ange. & Imo.in l.ſi quis ita.primo.per illum tex.ff.de hęre.inſti. de quo etiam per Albe.
6 Bal.& Imo.in l.ſi ita ſcriptum.de leg.1.¶† Vltimò no.diligenter illud,q̃ dicit Bal.in iſta.l.in fin. quod raro alibi reperitur, q̃ qui emit à communi fructus lacus,cẽſetur vſusfr.ideo ſi communitas habebat naues piſcatorias in tali lacu,licèt ſimpliciter vẽdiderit fructus lacus, debet bene habere commoditatem nauium,ſicut haberet vſufructuarius.l.ſed addes.§.illud.ff.loc.l.itẽ ſi fundi.ff.de vſufr.not.iſtam æquiparationem,quam not.& ſequitur referendo Bal. hic, Ioan.de Anan.in conſi.73.incip.viſis, & ponderatis his, quæ in facti narratione.circa fin. q̃ multum confert ad no.per Bar.in l.cotem ferro.§.maximos. ff de publi. & in quæſtione, quę incipit publicanus. vbi plenè diſputat de eo,qui emit fructus lacus à communi, an cenſeatur verè emptor,an conductor,vtilitas eſt, quia ſi conductor cenſetur, fieret remiſſio propter ſterilitatem, & damnum propter guerras non ſpectaret ad eum, ſecus ſi eſſet emptor, qđ facit ad datiarios,ſeu publicanos, qui emerunt pedagia, vel datia, an eis fiat remiſſio propter guerram,vel peſtem. ad illam materiam multum confert æquiparatio Bald.hic.¶ Glo.in verbo fuit.reſpondet ad §.ſi defunctus.ſecundum Bar.& Doct. q̃ attendimus,an res ſint venales,quo ad hoc,vt non veniant in legato,ita loquitur hic, ſed non in præiudicium pupilli.ita loquitur contrariũ. Vel ibi eſt caſus diuiſus non aduerſus. ¶ Gl.in verbo,legato.diuiditur in tres partes. In prima per viam quæſtionis oppo.contra tex.In ſecunda ſoluit vno modo.In tertia alio.Secunda ibi, ſed reſpon.Tertia ibi,vel dic,illam intelligi ſecundum iſtam.In fi.tene ſecundam ſol.q̃ §.domo.intelligitur ſecundum iſtam.l. q̃ ſi vinum erat ad inſtructionem neceſſariã domus, puta turris,vel fortalitij,& tunc veniat in legato domus inſtructæ,ſicut fundi inſtructi,vt hic,aliàs ſecus. ¶ Glo.in verbo inſtructus.in l. 2.diuiditur in duas.In prima declarat tex.In ſecunda per viam notabilis declarat, an ſit differentia,ſi teſtator legat fundum cũ inſtrumento,vel fundum inſtructum,vel fundũ, & inſtrumentum,an inter iſtos modos ſit differentia,& quia glo.malè dicit. vt hic, per glo. & Barto. in d.l.cui. ff.de fundo inſtructo. & per
* Bart.hic,cum quo *alij communiter tenent*, & per Bart.in l.Titio.§. 1.ff.de vſu, & vſufruct. leg.

SVMMARIVM.

1 *Terminus cautio prolatus à l.vel ab homine,intelligitur de nuda cautione,limita,vt infra nu.3.*
2 *Qui tenetur cauere,licèt non teneatur dare fideiuſſo. vel pig.tenetur tamen per ſolennem ſtipula.ſe obligare.*
4 *Quando partes conuenerunt,quòd cautio præſtetur ad conſilium ſapientis, qualiter debeat ſapiens declarare.*
5 *Si in ſtatuto dicatur alternatiuè,quod caueat, aut ſatisdet, ſi eſt perſona ſuſpecta,tenetur cauere cum fideiuſſorib.*
6 *Si promiſi aliquem ſecurum facere, an intelligatur cum fideiuſſore.*
7 *Si verbum cautio, proferatur à l.ciuili,intelligitur de nuda, ſi verò à l. prætoria,intelligitur cum fideiuſſorib.*
8 *Si ſtatutum requirat cautionem, an intelligatur de nuda, vel de pigno. vel fideiuſſoribus.*

LEX III.

1 ancimus. † Terminus cautio, prolatus ab homine, vel à lege, intelligit de nuda cautione,niſi aliter ſit expreſſum. h.d.¶ Glo.1.quęrit in quib.terminis intelligi debeat iſta.l.reſpondet glo. q̃ quando profertur à teſtatore, & hoc eſt planum.idem quando à l.intellige,quando profertur à l.ciuili. l.4.ff.de euic.ſecus ſi à l.prætoria, nam pręto. cautio intelligitur mediante pignore, vel fideiuſ.l.1.§.ſtipulationum. ff.de præto. ſtip.l.1.§.caueri.ff.de colla.bon.de qua oppo.gl.ſeq.& quod terminus cautio prolatus à l.ciuili intelligatur de nuda promiſſione,firmant Bar.Bal.Ang.Ful.& Pau.hic,& Dy.Bal. Ang.& Imo. in l.diuortio.§.interdum.ff.ſolut.matr.gl. in l.habere.§.cautum. ff.eo.de verb.ſign.dum intelligit illum tex.in prętoria cautione. idem tenet Bal.in l.1.in princip.ſ̃.de procu.& in l.vniuerſa.ſ̃.de precib.Impe.offer. & in l.executorum. in 5.col. C. de execu.rei iud.Bar.in l.pluſquam.in 4.q.de ope.no.nun.gl.in l.1.§. cum autem.ſ̃.de cad.tol.*& iſta eſt vera, & communis* ſententia,licèt contrarium teneant Pet.Cy.& Alb.hic,& in l.1.in prin.ſ̃. de procu. Bar.& Lud.in d.l.diuortio.§.interdum,q̃ imò verbum, cautio, prolatum à l.ciuili non intelligitur de nuda promiſſione, per l. in omnibus.ff.de iudi.vbi terminis cautio profertur à l.ciuili. & tamen ſecundum verum intellectum intelligitur de cautione cum fideiuſſore.l.ſi creditores.ff.de ſepara. ſed ad illum tex.dupliciter reſponde.Primò, quod vbi lex ciuilis non mandat ſimpliciter caueri, ſed cauſa cognita, meritò intelligitur cum fideiuſſore.l.pen.cum gl.mag.ff.de peti.hære.Secundò reſponde,q̃ loquitur in perſona ſuſpecta, & propter ſuſpicionem exigitur cautio. nam niſi intelligeretur cum fideiuſſore, ſola promiſſio non tolleret ſuſpicionem,ſecundum Old.& Bal.& Sal.hic allegantes ad hoc d.l.pen.cum gl.& fuit ſententia Bar.in d.l.ſi pluſquam.in 3.q.¶ Glo.ſi.in verbo nudam, diuiditur in quatuor. In prima declarat tex poſtea format tres oppo.& ſol.Secunda ibi, ſed contra.ff.man.Tertia ibi,idem contra.ff.de col.bon.Quarta
2 ibi,eodem modo reſponde. † Ex prima habes notabilem declarationem ad text.quod ille,qui tenetur cauere, licèt non teneatur dare fideiuſſores, vel pignora, tenetur tamen per ſolennem ſtipu.ſe obligare. Adde, q̃ etiam non ſufficit ſtipulatio, ſed requiritur, q̃ etiam obliget omnia bona ſua, & ſic obligatus ad cauendum, promittet per ſolam ſtipulationem cum obligatione omnium bonorum. Ita Bart.pulchrè in d.l.ſi priuſquam. in 13.col.ver.3.quæro,nunquid cautio. ff. de oper.no.nun.Bart. & Ang.in l.prætoriæ.3.ff.de præto. ſtipu. & in l.1. vbi dixi.ff.qui ſatisd.cog.Imo.& Pau.in l.diuortio.§.interdum.licèt contrariũ teneat Imo.in d.l.prætoriæ.Adde fortius, q̃ cautio ſimplex nedum non debet eſſe nuda à ſtipu.& obligatione omnium bon. vt dixi ſed etiam non debet eſſe nuda à promiſſione pœnæ,qa tenetur etiam certam pœnam promittere,glo.eſt not.& magiſtra.in l.2.§.ſed ſi dubitetur.in verbo ſola promiſſione.ff.de iud. quam ad hoc reputat Ange.ſingularem in d.l.diuortio §.interdum, & ibi ſequuntur Imo. & Pau. ſed eſt ſimilis glo. in l. 2. §. quamuis.ff.ſi cui pluſquam per l.Falc.& alia gl.in l.3. §. fin.ff.de alien.iud.mutan.cau.fac.& idem tenet Ang.in lect. Flor. Sed in
* hoc vltimo contrarium tenet Bar.& alij poſt eum, *& eſt communior opi.* q̃ pœna non requiratur in l.ſi.ff.de præt.ſtip. firmat Bal. hic,& in l.3.in prin.ff.de cond.ob cau.& in l.vniuerſa.ſ̃.de prec. imper.offer.& in d.l.executorem. q̃ plenius dixi in l.1.ff. qui ſa-
3 tisd.cog.¶† Ex ſecunda parte gl habes pulchram limitationem ad legem iſtam,vt procedat,quando terminus cautio ſimpliciter profertur, ſecus ſi cũ adiuncto proferatur, vt quia quis promiſit idoneè,aut ſufficienter cauere,tunc intelligitur mediante, pig.vel fideiuſ.d.l.ſi mandato Titij.§.ſi.vbi etiam gl.& Bar.& gl. in c.ad noſtram. de iureiur.& gloſſ.in c. quamquam. in verbo, idoneè.de vſur.in 6.& gl.in c.ſi.de pign.& in c.ſi.de ſenten.excõ. & in c.fęlicis.in verbo idonea.vbi bon.text. de pœnis.in 6.& in l.quicunque.la 1.C.de omni agro deſer.lib.11. Ang. in Auth.de execu.in princip.colla.7.& habes textum meliorem de iur.in l. 4.§.addici.ff.de fideic.liber.Ex quib.omnib. patet nõ bene loqui glo.ſolennem in c.prima igitur.de conſecr.diſt.4.in verbo cautione.quæ mirabiliter vult, q̃ ſimplex cautio intelligatur, ſcilicet, idonea. nam ex prędictis glo. illa malè loquitur, cùm ſimplex cautio non intelligatur cum pignorib. vel fideiuſſoribus, & tamen cautio idonea ſic. Amplia iſtam limita. procedere, vbi etiam requiritur plena cautio.gl.eſt in d.l. ſi mandato Titij. §.ſi.idem ſi debet competenter caueri.l.ſi debitori.vbi gl.& Bal. ff.de iud.Bal.in d.l.executorem. Idem ſi debet præſtari ſufficiẽs cautio.ſecundum Bal.Fulg.& Pau.hic, & pro hoc allegat Pau. text.in c.1.cum gl. de ſequeſtr. poſſeſ.& fruct.Adde glo.in cap. quoniam.§.in alijs.vt lite non conteſt.& in c.fin. de pign.& in c. qua fronte.de appel. & in c.ex tranſmiſſa. de reſtitu.ſpol.Adde idem eſſe,quando debet rectè caueri. l.1.§. iubet. vbi Bart.ff.de colla.bono.& Fulg.hic. Adde etiam pro ampliatione huius limitatio.gl.noſtræ, quando quis tenetur idoneè cauere,aut ſufficienter,quòd tunc non ſufficeret promiſſio ſolennis cum hypotheca omnium bonorum,ſecundum Bar. Ang. & Imo.in d. l.prætoriæ.tertio.& multum notabiliter Ioan. And. in additio. Spec.in titu.de pigno.ſuper rubr. Imol. & Pau. in d.l. diuortio. §.interdum.& Gem.in d.cap.quamquam.de vſur.libr.6. & hoc oſtenditur ratione euidenti, quia vbi requiritur cautio ſimpliciter,ibi debet interuenire hypothe.omnium bonorum,vt dixi

in præ-

Source : BIU Cujas

in prẽce.parte gl.ergo qñ quis debet idoneè cauere,ſola hypot. non ſufficit, niſi etiam interueniant pignora, vel fideiuſſores. ¶Iſtam limitationem ſic ampliatam limita aliquibus modis no.Primò notabiliter limita, vbi eſſemus in materia,in qua nõ requiritur aliqua cautio,quia ſi ibi ſit dictum,ꝙ præſtetur idonea,vel ſufficiens cautio, tunc ratione ſubiectæ materiæ, quæ cautionem non requirebat, intelligeretur ſine fideiuſſoribus, vel pigno.ita ſolu.dom.Anto.in c.fi.de reſtitu. ſpolia. quem ſequitur Alex.de quo admiror,in conſi.35. in 4.vol.inci.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter communitatem.in 5. colum.quæ limitatio mihi non placet,& eſt contra omnia ſupra dicta, cùm in contractib.regulariter non requiratur cautio.¶Secundò mirabiliter limita concluſionem gl.noſtræ, & prędictarum, vt nõ procedat in ſtatuto loquente de idoneą cautione, quia quamuis ſtatutum dicat idonea, tamen non intelligitur cum pignore, vel fideiuſſoribus, ſed arbit.iudi.intelligitur. Iſta fuit ſingul. deciſio Bald.in l.vniuerſa.in 2.colum.in fin.s̃.de precib.Impera. offerend. vbi per hoc refert ſe conſuluiſſe Bal. dum ſtatuto Piſtorij caueretur, ꝙ quãdo petitur compromiſſum,debeat idoneè caueri,ꝙ petens non teneatur præcisè dare fideiuſſores,vel pignora, ſed intelligatur arbit.iudi.ex quo in ſtatuto non exprimitur qualitas cautionis. pro certo debilis eſt ratio Bald. quia imò exprimitur in ſtatuto dicente, idoneè. ¶ Tertiò limita, quando actum eſſet, ꝙ debeat mediocriter cauere, tunc non requiruntur pignora, vel fideiuſſores, ſed ſufficit hypothe.bonorum,ita probat text.ſing.in l.filio.in fin.ff.vt leg.no.caueatur. ¶Quartò mirabiliter limita,& cogita,quando requireretur ſolennis cautio,ſeu actum eſſet, quòd quis debeat ſolenniter cauere,tunc non requiritur, ꝙ præſtet fideiuſſorem, vel pignora, ſed ſufficit,ꝙ promittat per ſtipulationem ſolennem. ita Bald. in d.l.executorem.allegat glo.in l.huiuſmodi.in prin.de lega.1. & hoc ſuadet dictio ſolennis, per quod videtur actum,dummodo ſolennitas interueniat, & ſic ſolennis ſtipulatio,ꝙ ſufficiat. cogita tamen. ¶Quintò limita quoties lex, vel ſtatutum requireret congruam cautionem, referendo tamen ad arbitr. iudi.quia cùm ꝙs ſit honeſtæ vitæ,& probatæ fidei, ſufficit ſola cautio nuda abſque pignore,vel fideiuſſo. ſecundum Bald.in l. abſtinendum. C. quorum appel.non recip.imò fortius decidit ſing.Bart.in l.quicunque.ſecundo in fin.C.de fun.patri.lib.11.ꝙ etiam ſi lex, vel ſtatutum ad literam expreſsè diceret, quòd ꝙs tenetur cum fideiuſſoribus cauere, vt quia dicat ſtatutum, ꝙ nullus poſſit eligi in Poteſtate, niſi caueat cum fideiuſſoribus, tñ ſi eſt euidenter idoneus non tenetur cauere. de quo,quia eſt pulcher paſſus, dixi latè in l. 1. ff. qui ſatiſdare cogan. vide ibi.

a ¶Sextò [a] pro limitatione prædictorum generaliter aduerte,ꝙ vbi quis tenetur cauere cum fideiuſſoribus, & propter impotentiam,vel paupertatem,vel quia ſit peregrinus,non inueniat fideiuſſorem,ſtatur iuratoriæ eius cautioni.tex. eſt not.in l.omnes.verſic.hac autem inclyta vrbe.vbi Bald.in 1.colum. not.C. de Epiſ.& cler.& multũ pulchrè Bal.in Auth.cui relictum.in 2. colum.per illum text.C.de indi.vi.tol. & ibi dicit Pau.de Caſtr. in fin.colum. ꝙ ille eſt melior tex.de iure, ad declarationem,&
4 limitationem.l.noſtræ.vt ibi per eum. ¶ † Ex prædictis liquet, quando partes conuenerunt, ꝙ cautio præſtetur ad conſilium ſapientis, qualiter debeat ſapiens declarare, quam quæſtio. ſequuntur Odof.Albe.& Bald.hic,& eſt glo.ordi.in l.ſi mandato Titij.§.fi.vbi Bar.& alij.ff.man. *& eſt communis concluſio*,quòd ſapiens non poſſit declarare præſtandos eſſe fideiuſſores, aut danda pignora, niſi in promiſſione ſit adiectum idoneè, ſufficienter,vel ſimile,vt ſupra dixi. De quo vlti.etiam habes Barto.in l. ex ea.in princip.ff.de verbo.oblig.& in l. illa inſtitutio.ff.de hær. inſti.Ang.in Auth.de excep.in princip.collat.7. & licèt Bald.in l. executorem.in 9.col.in 2.qõ.C.de execu. rei iudic. tenuerit, ꝙ hoc caſu ſapiens debeat declarare, ꝙ apponi debeat pœna cũ obligatione omnium bonorum,an bene dicat,ex prędictis pa-
5 tet. ¶ † Quid ſi in l.vel ſtatuto alternatiuè dicatur, ꝙ caueat, vel ſatiſdet? dic, ꝙ ſi eſt perſona ſuſpecta, tenetur cauere cum fideiuſſorib.glo.eſt mihi ſingu.valde,in l.pen. verſi. cùm & res,
6 iuncto text.ff.de peti.hæredit.¶ † Quid autem ſit,quando promitto quem ſecurum facere,eſt materia Bart. vbi dixi in l.1. ff. qui ſatiſda.cogan.& in l.fin.ff.de ſtipu.ſeru. & an tunc intelligatur cum fideiuſſore, ponit Bart.not.in l.illicitas.§. ne potentiores.ff.de offic.præſid. & quid ſit ſecuritas, ponit Bald.in Auth.
7 agricultores.C.quæ res pig.oblig.poſſ. ¶†Vltimò pro complemento huius legis,dum ſuper gloſſ. 1.feci differentiam, an verbum cautio,proferatur à l.ciuili,& tunc intelligatur de nuda,ſi autem profertur à l. prætoria, tunc intelligitur cum pignore,
8 vel fideiuſſoribus, † quid in ſtatuto requirente cautionem, an intelligatur de nuda,an de pignore, vel fideiuſſoribus? & punctus eſt,an ſtatuta æquiparentur iuri ciuili, an prætorio, quem paſſum ponunt Bart.& alij in l.2.in prin. ff.de verbo.oblig.ideo hic non pono. ſed ad propoſitum ponit in ſpecie Bal. in Auth. generaliter.in 1.col.s̃.de epiſco. & cler.in l.1. ff.qui ſatiſd.cog.& hoc de cautione Mutiana qualis eſſe debeat, & an ibi requirantur pignora, vel fideiuſſores, ponit Bart. in Auth.cui relictum. in 2.colum.j̃.de indi.vidu.tol. Adde etiam prædictis, ꝙ ſi promiſi ſimpliciter dare fideiuſſorem,intelligitur de idoneo.ſecundum Bald.in l.filiusfam. C. de fideiuſſo. tamen qui promiſit ſe obligare pro te, non tenetur ſe obligare, niſi te obliges, quia aliàs non eſſet fideiuſſor. ſecundum Bald. hic, qui etiam not. ſubdit, ꝙ ſi promiſi pro te fideiubere, non teneor fideiubere, niſi promittas me indemnem ſeruare, ſecundum formam hic traditam per eum.

ADDITIO.

a ¶Sextò. Adde,& intellige iſtam limitationem, niſi iſte non reperiret fideiuſſores propter dolum, vel propter ſuos malos mores, quia tunc nõ ſtaretur eius iuratoriæ cautioni,ita Iac.& Bal.in Auth.cui relictum.col.2.4.not. j̃. de indic. vid.tol.& iſta difficultas non inuenien.fideiuſſores probatur per ſolùm iuramentum,ſecundum Bal.in l.1.§.1.C. de aſſer.tol. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *An ſit differentia inter iſtas diſiunctiuas, vel,& aut.*
2 *Diſiunctiua poſita inter perſonas,reſoluitur in coniunctam,limita tamẽ multis modis,vt infra per totum.*
3 *Bonum eſt argum.à diſpoſitione legali ad interpretationem vltimæ voluntatis.*
4 *Quando duo ſunt alternatiuè conſtituti tutores à teſtatore, ambo copulatiuè admittuntur.*
5 *Alternatiua poſita inter res,non reſoluitur in coniunctam.*
6 *Licita eſt extenſio, & arg.ab vltimis voluntatib.ad contractus.*
7 *Si teſtator legauit Titio domum aut fundum,cuius erit electio,an hæredis,an legatarij.*
8 *De materia diſiunctiuę videas hic remiſſiuè.*
9 *De alternatiua,quæ ponitur inter ſummas, & dilationes temporum,videas hic remiſſiuè.*
10 *Alternatiua negatiuè poſita,an requirat concurſum vtriuſque.*

LEX IIII.

CVm quidam. Iſta eſt bona, & vtilis. l.hoc dicit. Diſiunctiua poſita inter perſonas honoratas,reſoluitur in cõiunctam,ſecus ſi inter res, tam in vltimis volũtatib. quàm in contractibus. hoc dicit tota l. Et licèt Docto.vt Cyn. Albe.Bar.Sal.& Ful.hic diuidant iſtam.l.in 4. Ego particularius in ſeptem diuido,quæ ſeparatim in tex.apparent. In prima ponitur thema.In ſecunda ibi, dubitabatur. eliciuntur dubitationes ex themate.In tertia ibi,cùm alij.referuntur opin.Antiquorum.In quarta ibi,melius itaque.ponitur vera deciſio Imperatoris.In quinta ibi,quemad.enim.adducitur ſimile.In ſexta ibi, ſed hæc quidem.ponitur limitatio,vt deciſio Imperatoris procedat, quando diſiunctiua eſt poſita inter perſonas,ſecus ſi inter res.In ſeptima in fi. ibi, quod etiam in contractibus.ponitur extenſio,& illa intelligitur in gl.dupliciter.Primò, vt illa extenſio referatur ad ver.proximum. Secundò, & melius, ꝙ ad totam.l.dubium ergo huius. l. eſt,quando diſiunctiua ponitur inter perſonas in quatuor caſib. In inſtitutionib. In legatis,vel fideicom.In libertate.In tutela.Quãdo ergo teſtator inſtituit hęredem Titium aut Seium, vel facit legatũ Titio aut Seio, &c. iungendo tertiam,& quartam partem text.pondero, ꝙ in hoc tex.ſunt ſex prin.opin.variæ,& contrariæ,in tantum,ꝙ niſi eſſet facta iſta.l. vix credo, ꝙ potuiſſet haberi firma deciſio. Prima opin.ponitur ibi,dubitabatur,vtrum ne inutilis ſit,& verè videtur inſtitutionem, vel legatum reddi inutilẽ, ratione dubij, per l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tut.& l.ſi fuerit. ff.de reb.dub. & magis in ſpecie, ꝙ iſta alternatiua propter incertitudinem deberet vitiare,probatur in l. item ſi ſeruus.§.fin. cum l.ſeq. & ſeq.ff.de ſtip.ſer.licèt Bar.alleget.l.proinde, vbi ſeruus duorum dominorum ſi ſtipulatur alternatiuè,propter incertitudinem ſtipulatio eſt inutilis, & per illum text.ſi non eſſet iſta.l.fortè idem dixiſſemus.ideo dicunt Cy.Bar.& alij hic, & Bar.in l.Caius.ff.ſol.mat. & Bal.in c.inter cæteras.in 2.col.de reſcr. quòd illa lex.item ſi ſeruus,cum ſequen.corrigitur per iſtam,& hoc *communiter tenetur*. quicquid teneat Sal.hic. Secunda opi.ponitur in tex.ibi, an occupantis melior conditio ſit, vt qui eſſet magis vigilans, & magis ſolicitus in habendo legatum, haberet legatum. ſicut in ſimili in l.plurib. ff.de procur. vbi quando ſunt conſtituti plures procuratores inſolidum,melior eſt conditio accipientis.in l.inter eos.ff.de re iudi. Tertia opin.ponitur ibi,an ambo ad huiuſ-

modi

modi lucra, & hoc videtur tenendum, quasi disiunctiua resolueretur in coniunctam. sæpè enim alternatiua pro coniuncta ponitur,& ècontra.l.sæpè. ff.eo. & istam tenet hic Imperator. ¶Quarta ponitur ibi,& an secundum aliquem ordinem. videbatur enim,ꝙ q primò scriptus erat,præferretur.l.quoties.ff.de vsufru.& §.quibus.s̃.in 1.constit. Quinta opin.ponit ibi, cū alij primum.& ista est diuersa à p̃cedenti,sed in effectu non discrepat,ꝙ primo loco vocatus intelligatur institutus,& sic præferatur,secundus autem intelligatur substitutus,& ad hoc facit.l.1. in fi.s̃.de edi.diui Adri.tol.& l.fin.ff.de hęr.insti. tamen ibi text. non loquuntur,quando diuersæ personæ disiunctiuè instituuntur.Sexta opi.ponitur ibi,& alij in fideicom.& pro ista faciebat, quia vltima voluntas deroget priorib.hinc est,ꝙ vlt. testamentum semper ipso iure derogat præcedentibus, si non habeant clausulam derogato.l.sancimus.in verbo,ipso iure.s̃.de testa.§. pen.insti.quib.mod.test.infir.l.si quis priore.ff.ad Treb. iuncta.l. si quis in princ.ff.de leg.3.hinc est, ꝙ in vlti.testamento semper intelligitur tacitè clausula, cassans, & annullans omne antecedens testamentum,dicit Bal.in l.fi.in 5.q.s̃.de edi.di.Adr.tollen. Sic etiam in contractib. vltimi derogant prioribus.l. pacta nouissima.vbi multas dedi extensiones.s̃.de pact. imò etiam in cō tractib.non est necesse ponere clausulam, cassantes, & irritantes omnes alios cōtractus pręcedentes, quia in vltimo ꝙtractu semper intelligitur tacitè,nisi pręcedens ꝙtractus haberet clausulam obstatiuam ad sequentes.tex.est,quem ibi Bal.dicit sing. in c.1.de transac.& sic vides ex diuersitate istarum opi.qualiter casus huius.l.fuisset valde ambiguus,nisi esset edita ista lex,quæ propterea redditur valde vtilis,& necessaria.¶In primis ponde
1 ra multum text.in prima parte,& seq.† qui non facit differentiam inter dictionem vel, & dictionem aut, imò vtitur promiscuè dum dicit ille,vel ille.postea dicit illi,aut illi.quòd iam hic est tex.contra id,quod dicit hic Cy.in 7.oppo.& sequitur Albe. nam dicunt aduertendum,qd̃ est duplex disiunctiua, quædam est simplex, vt est aut: alia est non simplex, sed quę ampliationem inducit, vt dictio vel, & seu, & per hoc infert Dyn. hic in 1.q.& sequitur Albe. ꝙ si testator legat alicui pecuniam,quam habet in bursa,vel in arca,ꝙ vtraque pecunia debetur,quia dic-
a tio,vel [a], non est simplex disiunctiua,sicut aut,sed est ampliatiua sicut dictio seu.l.si quis ita.ff.de auro,& argen.leg. certè ista differentia est contra hunc text.qui promiscuè vtitur,nec facit differentiam inter vel, & aut, & ita reprobat Fulg. Cyn.hic,in prin.& in fi.& Bart.in l.si quis ita.ff.de aur.& argen. leg.vbi om-
b nino vide,verum est,ꝙ dictio seu, [b] stat augmentatiuè, & facit vtrunque deberi.d.l.si quis ita. ideo si testator legat libros,quos habet Paduæ, seu Bononiæ, omnes veniunt, secundum Bald. hic in 8.oppo.& Pau.& est glo.not.63.distin.c.ego Lud.ꝙ vlti-
c mum limitat [c] mirabiliter,& singulariter Bal.nec alibi legi in c. inter cæteras.in fin.col.de rescrip.vbi quærit,pone,ꝙ testator legat mihi equum suum album,seu nigrum,an debeam habere vtrunque equum,videtur,quòd sic per dictionem seu,quæ stat ampliatiuè.d.l.si quis ita. Contrarium determinat Bald.ex quo testator vsus est singu.numero,equum,ex quo apparet me noluisse habere nisi vnum: nam licèt arguere à numero. l. Iulius Phæbus.quę est l.fi.ff.ad Treb.& singulariter vult,ꝙ dictio,seu, tunc demum stet ampliatiuè, quando ponitur inter dictiones pluralis numeri,secus si sing.numeri.Cogita, quia apud me periculosa est limitatio. Secundò limitat sing. Archid.in d.c.ego Lud.vbi est gl.magistra,quam allegaui,& idem Archi.in c.statutum.§.cùm verò.in 1.col.de rescri.in 6.ꝙ dictio seu, stat augmentatiuè,seu ampliatiuè,& sic debet augere, sed non immoderatè. sicut in simili dictio plures,ad modicam summam debet referri.l.& si post tres.vbi dixi.ff.si quis cau. iuncta.l. hæc adiectio.ff.de verbo. significa.certè magnum dictum est, & suprema limitatio, nec inuenio referentem, vel impugnantem, tamen apud me dubium est propter præcedentia exempla, in quibus fit magnum augmentum per dictionem seu. & simile
2 de dictione plures,est satis à remotis.Cogita. ¶† Secundò not. ex tota. l. quòd disiunctiua posita inter personas, resoluitur in coniunctam. Intellige, quando alternatiua est posita inter personas honoratas, secus si inter grauatas. vnde si testator grauat Titium aut Seium hæredes dare decem Caio, ista alternatiua posita inter personas grauatas, non resoluitur in coniunctam, imò quilibet tenetur insolidum, & à quocunque totum peti potest.l.si ex toto.§.1.de leg.1.Nec obst.tex.noster, vbi alternatiua ponitur inter tutores, & sic inter personas grauatas, & tamen resoluitur in coniunctam.respondet Barto.hic, quòd speciale est fauore pupillorum, vel responde secundum Cyn.hic, in 1.oppo. Bald. in 2.& Fulg.& Imo.in d. l. si ex toto.§.1. quòd tutela principaliter est honor,licèt habeat onus onnexum.¶Secundò limita istam. l. quando alternatiua ponitur inter personas honoratas non data electione alteri,secus si electio sit data hæredi aut alteri,vt quia dicatur,lego Titio aut Seio,quem hęres elegerit, tunc alternatiua non resoluitur in coniunctam, quia sic tolleretur electio hæredi.l.si Titio, aut Seio. de legat. 2.l.vtrum. §. cùm quidam. ff. de rebus dubijs. ¶Tertiò limita istam. l. procedere, quando disiunctiua ponitur inter personas honoratas, inter quas non cadit affectio, tunc bene resoluitur in coniunctam, aliàs si cadit affectio, attenditur ordo affectionis, nec alternatiua tunc resoluitur in coniunctam. l. cùm pater.§.penult.ff.de lega.2.licèt aliter,& malè dicat hic glo.in verbo in personas. Facit, quod vult gloss.not. in l. Gallus.§.1.cum suis concord.ff.de libe. & posthum. quæ loquitur, quando copula ponitur inter personas, inter quas cadit affectio, & ordo charitatis. Simile est ècontra, quando alternatiua ponitur inter personas,inter quas caderet ordo odij, puta si statutum disponat, quòd damnum robariæ teneantur emendare consanguinei, aut homines de districtu, tunc alternatiua non resoluitur in coniunctam,sed attenderetur ordo odij, vt prius consanguinei teneantur secundum Nicol.de Mutin.hic, & Angel. in lectura Perusina. ¶ Quartò limita istam. l. non procedere, quando alternatiua ponitur inter personas, inter quas non potest actus valere iure nominatim,tunc valet in persona alterius tanquam adiuncti, & non resoluitur in coniunctam. vnde si quis stipulatur sibi aut extraneo absenti, si extraneo stipulari non potuit, censetur ergo ille extraneus adiectus solutioni, vt illi possit solui, & tunc disiunctiua non resoluitur in coniunctam.ita proprie loquitur text. in l.cum quidam. §. qui sibi. ff.de verbo.oblig.& hoc est, quod vult dicere glo. fin.hic in fin.not. Bar.& alij in l.Caius.ff.soluto matrimo. ¶Quintò limita istam. l.non procedere, quando disiunctiua esset posita inter personas electas ad aliquod officium, ad quod non possit eligi nisi vnus,tunc alternatiua non resoluitur in coniunctam, imo neutrius electio valet, propter incertitudinem, vt quia populus Romanus eligeret Titium, aut Seium in Senatorem Romæ, vbi solus vnus potest esse Senator, vel populus eligeret Titiũ, aut Seium in Potestatem. sicut si Canonici eligerent Titium, aut Seium in prælatum.text.est in cap. in electionibus. de elect. in sexto.secundum Ange.hic in lectura Perusina, & in effectu Paul.hic, qui corruptè allegat cap.cùm Vintonien̄sis.de elect. quod parum facit. ¶Sextò limita notabiliter istam.l. non procedere fauore nunptiarum & dotis,vnde si auus maternus,vel alius extraneus,qui dedit dotem, stipulatus sit illam reddi mulieri aut sibi, tunc alternatiua non resoluitur in coniunctam, quia sic vtrique acquireretur actio de dote, imò mulier præfertur, cui soli acquiritur, etiam si ex ordine scripturæ præpositus sit ille,qui dedit dotem.tex.est in d.l.Caius.ff.soluto matrimonio. vbi Barto. & Docto.notant pro limitatione huius l.& Bald.hic in quinta oppo.Ange.& Salycet. Bald.in l.fin. C.communia vtriusque iudi. & vide, quod dicit Bar.se per hoc dixisse in facto in d.l.Caius.¶Septimò limita istam.l.procedere,quando inter personas est solùm posita disiunctiua, secus si sit coniunctiua, & disiunctiua, tunc disiunctiua non potest resolui in coniunctam, quia esset superflua, vt si testator legat fundum Titio,& Seio,vel alteri eorum, tunc alternatiua vel, non resoluitur,sed intelligitur simul vtrique legare, & altero mortuo,vt alter superstes totum habeat, & si dicas, quòd omnino habuisset ex iure accrescendi, dic, quòd vtilitas est,quia si habuisset per ius accrescendi, teneretur ad onera collegatario iniuncta,sed quia habet ex iudicio defuncti, non teneretur, text.est sing.in l.si fundum sub conditione.§. his verbis,vbi Bart. & alij. ff.de leg.1.vbi in specie Bald. not. pro limitatione huius l.& dicit se nescire alibi, *& sequuntur ibi omnes Modern.* & Cum. etiã reputat singul.licèt Paul. ibi in vtraque lectura alleget pro concordanti text.in l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebel. & facit secundum Pau.ibi,quòd si duo deponunt rem cum pacto,quòd eis,vel alteri eorum restituatur, vt ibi per eum. Facit etiam secundum Bar.& Pau.ad compromissum, quod fit in tres cum clausula,quòd omnes,vel alter eorum,&c. Sicut fit in delegationibus Papæ, vt in c.prudentiam.de offic.delega.& cap.cùm plures.cod.titu.in sexto.Barto. Angel.& alij in d.l. hæredes mei. §.fin.& in l.duo ex tribus.ff.de regulis iuris.Bald.in l.1. in quinta

q.ff.

ADDITIONES.

a ¶Dictio vel. Adde Raphael. Cuman. consilio 176. incipien.statuto Papiensi cauetur.

b ¶Dictio seu. Adde Cyn. in l.conuenticulam. C.de Episc. & cler.glo.fin.& ibi Doct.in c.bonæ.el.1.de postu.prælat.Archid.in c.1.de stat.reg.libr.6.Card.in cle.1.in §.porrò.de sum.Trin.

c ¶Limitat. Adde,quòd istam limitationem firmat Socin.in l. si is qui.§. vtrum. col.2.versi.ex his.ff. de rebus dub. & vide Dec. in c.inter cæteras. extra de rescrip. BELLAC.

Source : BIU Cujas

q.ff.de offic.conſul. & in l.2. in 7. colum. C. de liber.& eorum liber.¶Octauò limita iſtam.l.non procedere, quando intentio loquẽtis refragatur, tunc alternatiua nõ reſoluitur in coniunctam, puta aliquis volẽs peregrinari deponit libros ſuos apud fratres Predicatores, & dicit, quòd elapſo anno reſtituant libros ſibi, aut Titio, aut Caio, tunc alternatiua non reſoluitur in coniunctam, quia ſic rrquireretur, quòd omnes venirent ad capiendum, ſed iſta non fuit intentio ſua,ideo alternatiua ſtat propriè.l.donationes. 2.§.penult.ff.de donat.l.Publia.§.fin. ff.depoſi.l.creditor.§.duob.ff.mand.ſecundum Alber.hic in pe-
3 nult.colum.¶† Tertiò not.ex 5.parte tex.quòd bonum eſt argum.à diſpoſitione legali ad interpretationem vltimæ voluntа.& vltima voluntas cenſetur lex.§.diſponat. cum ſim.in Au-
4 then.de nup. ¶† Quartò not.ex text.ibi, *tutoris ambo fungantur officio*, quòd quando duo ſunt alternatiuè conſtituti tutores à teſtatore, quòd ambo copulatiuè admittuntur. Limita iſtum text. procedere, quando alternatiua eſt poſita inter perſonas tutorum, tunc reſoluitur in coniunctam, ſecus ſi eſſet poſita inter perſonas pupillorum data electione tutori, tunc vitiaretur.text.eſt notabilis in l.tutor ita.vbi Bartol.declarat.ff.de teſt. tut.& Ange.hic in lectur.Peruſina,quicquid in alia minus cor-
5 rectè dicat.¶† Quintò not.ex ſexta parte text. quòd differentia eſt,quando diſiunctiua ponitur inter perſonas,tunc reſoluitur in coniunctam, ſecus ſi ponatur inter res, ratio diuerſitatis eſt ſecundum Odofred.& Alberi.hic in prima colum. in fin. nam diſiunctiua perſonarum ideo accipitur pro coniuncta, quia veriſimile eſt teſtatorem ſic ſenſiſſe, & hoc non nocet hæredi, ſed in alternatiua rerum noceret hęredi ſi reſolueretur in coniunctam. nihil enim intereſt hæredis dare vnam rem potius vni quàm duobus, ſed bene intereſt,ſi vtranque rem præſtare cogeretur. Iſta ratio non eſt generalis,quando alternatiua ponitur inter inſtitutiones. melior ergo ratio eſt ſecundum Bald. hic in 1. notab. quia quando alternatiua ponitur in perſonas, niſi reſolueretur in coniunctam, diſpoſitio eſſet inutilis propter perſonæ incertitudinem,vt ĩ.dixi.in princip.ſecus quando ponitur inter res.cùm in dubio electio ſit legatarij,vt dicam in
6 gloſſ.¶† Sextò not. ex vltima parte text. quod licita eſt exten-
a ſio, [a] & argumentatio ab vltimis voluntatib. ad contractus. facit.l.final.vbi remiſſiuè dixi.ſ̃ .de legat.¶ Gio.in verbo incorrupta.diuiditur in tres. In prima ad declarationem tex. reſpondet tacitæ quæſtioni.In ſecunda opponit,& malè ſoluit.In tertia etiam opponit, & dupliciter ſoluit. Secunda ibi,ſed certè imò in reb.Tertia ibi,item contra in l.ſi quis ita.Redeo ad primam partem,& quæro, ſi teſtator legauit Titio domum, aut fundum, certè alternatiua poſita inter res ſtat propriè, vt hoc text.Quæro cuius erit electio,an hæredis, an legatarij?gl. dicit, quòd hæredis,& debuit moueri per regulam, quæ habet,ꝙ in alternatiuis electio eſt debitoris.iurib.in ea allegatis, ſed illa iura loquuntur in contractib. In legatis autem diſtinguit,aut verba executiua referuntur ad hæredem, & tunc electio eſt hæredis,aut ad legatarium, & electio eſt legatarij. l.planè. §.penult. ff.de legat.1.& eſt glo.magiſtra. in l. Lucio. ff. de legat.2. & iſtis duob.caſib.idem in contractib. eſt.l.ſi ſic parua. ff.de verb.oblig. Aut ſumus in dubio, tunc eſt differentia inter contractus, & vltimas volunta. quia in contractib.electio eſt debitoris. l. plerunque.in fin.alleg.in gl. ſed in vltimis voluntatib. in dubio electio eſt legatarij,ſecundum glo.in d.l.Lucio. declarant Angel.Salic.& Fulgoſ.hic.Ratio diuerſitatis eſt,quia in vlti.volun. largior fit interpretatio.c.cùm dilecti.de dona.poteſt etiam ratio colligi ex.l.ſi ſeruus legatus.§.cùm homo.de legat.1. vt hic
7 ſubtiliter per Fulgoſ.¶† In ſecunda parte gloſ.cùm reſpondet ad d.l.quintus.§.ſi. quòd ibi ſit ſpeciale. Reſpondent Doct.hic,
b quòd ibi loquitur in alternatiua, [b] quæ reſoluitur in coniunctam,ne nos ſub incerto reliquat, vt declarat Bart.in l.ſi si, qui ducenta. §.vtrum. ff.de reb.dub. Reſponde melius ſecundum Bartol.in d.l.quintus,quòd ibi alternatiua ponitur inter genus, & ſpeciem,ideo reſoluitur in coniunctam.l.ſæpè. ff.de verbor. ſignific.¶In tertia parte glo.tene ſecundam ſolu. quam ſic declara, quia quædam eſt diſiunctiua propriè, & ſimplex, quæ tã verba,quàm ſenſum diſiungit,vt in dictione,vel & aut.& de iſta loquitur iſta.l.quędam eſt diſiunctiua non ſimplex,ſed augmẽtatiua,vt ſeu,& de iſta loquit contrarium,& dixi in l.1.no. text. ¶Glo. fin. in verbo contractib. aliter intelligendo quàm viſus ſit intelligere Bartol. diuiditur in quatuor partes. In prima declarat text.in fin. dum dicit, quòd etiam in contractibus locum habet, vt referatur ad verſic. proximè præcedentem, quando alternatiua poſita eſt inter res, quòd ſtet propriè, vt hoc procedat non ſolũ in vltimis voluntatib. ſed ẽt in contractibus. In ſecunda ibi, ſed certè meo iudicio, quærit gloſſ. an etiam id,quod dictum eſt in tota iſta. l. habeat locum in contractibus,vt ſic verſi.iſte fin.referatur ad totam. l. & gloſſ. bene determinat,quòd ſic. In tertia ibi,nec obſt.opp. contra iſtam ſecundam extenſionem. In quarta ibi, item nec obſt. oppo. contra text.& reſpondet:declara,vt ibi dixi in text.in 4. fallent.
8 ¶† Et de materia diſiunctiuæ vltra Cyn. & plenius Alberic. & Salicet.hic,recurre ad Bartol.in l.ſi is, qui ducenta. §.vtrum.ff. de rebus dubijs. ponunt Doctor. vbi eſt text. in capitul. inter cæteras.de reſcrip. vbi etiam ponunt de alternatiua poſita in ſtatutis,& in reſcrip.Papæ,& in ſpecie Bald. hic in pen.colum.
9 ¶† Et de alternatiua, quæ ponitur inter ſummas, & dilationes temporum, eſt tex.in l.ſi ita ſtipulatus fuero decem, aut quindecim.ff.de verbor. oblig.vbi dicitur, quòd minor ſumma intelligitur,& maior dilatio temporis,quia ſemper, quod minimum eſt ſequimur.l.ſemper in obſcuris.ff.de regul. iur. declarat Bal.in d.c.inter cęteras.vide etiam ad materiam tex. ſolennem in l.2.C.de caſtr.& miniſte.libr. 12. quem allegat Bald.ad pulchram quæſtionem in l.1.in prin.ff.de conſti. prin. vide etiã de alternatiua text.notabilem in c.1.de eo,qui ſibi, & hæredib.
10 ſuis.in vſib.feud. ¶† Not.etiam, ꝙ alternatiua negatiue poſita ſemper requirit concurſum,puta ſi Stichum, aut Pamphilum non dederis, promittis tale quid, vnum dando non liberatur ſecundum.d.Anto.& Panor.in d.cap. inter cęteras. licèt Imol. ibi contrarium,& malè teneat, quia eſt text.in d.l.ſi is, qui ducenta.§.cùm ita.vbi pulchrè Bar.aſſignat rationem logicalem, & hoc vltimum nota pro limitatione ad omnia ſupra dicta.

ADDITIONES.

a ¶Licita eſt extenſio. Adde Imol.in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matr.Barba. in repe. rubr.C.qui admit.

b ¶In alternatiua. Adde Chriſtophor.in §.ſi.plures.inſtit.de hæredib. inſtituen. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Relictum familiæ continet propinquos, & coniunctos teſtatoris, non omnes ſimul, ſed gradatim.& num.25.*
2 *Quid ſit ſuggeſtio.& quæ differencia ſit inter ſuggeſtionem,& relationem.*
3 *Appellatione familiæ qui veniant in relicto ei facto.*
4 *Qui dicantur de proſapia,& qui dicantur de cippo, vel de ſtipite, vel de agnatione.*
5 *An appella. familiæ contineantur filij nati tempore diſpoſitionis, vel contractus,vſque ad num.13.*
13 *An filij naturales tantum dicantur de familia, ſeu de domo.& nu.14.*
15 *Mulier popularis,quæ nubit viro nobili,efficitur nobilis, cùm efficiatur de familia viri.*
16 *Mulier non ſolum durante matrimonio dicitur de familia viri, ſed etiã ſolut.matri.durante viduitate.*
17 *Si maritus plebeius accipiat vxorem nobilem, non per hoc efficitur nobilis.*
18 *Populari accipienti nobilem vxorem non competit exceptio non numera.dotis, ex confeſſione quam fecit de receptione dotis, idem etiam eſt in ſene accipiente puellam in vxorem.*
19 *Qui conſtituunt familiam,& ſic ſunt caput familiæ, comprehenduntur appella. familiæ.*
20 *Appella.Curiæ Romanæ veniunt Cardinales.*
21 *Appella.familiæ veniunt indiſtinctè omnes propinqui.*
22 *Appella.propinquorum non veniunt affines.*
23 *Soluto matrimonio an ſoluatur affinitas, & num.24.*
26 *Ad legatum factum fratribus, admittuntur tantum fratres vtrinque coniuncti, licèt teſtator habeat quoſdam ex parte matris, & quoſdã ex parte patris, & matris.*
27 *Stante ſtatu.quòd contractus minorum,vel mulierum non valeant,niſi interueniat conſenſus duorum propinquorum, non ſufficit ad hoc habere duos ex remotis,ſed de proximiorib. & ſic gradatim.*
28 *Si appella. familiæ referatur ad res, intelligitur de facultatib. ſeu reb. & quomodo cognoſcatur,an referatur ad perſonas,vel ad res.*

LEX V.



Vggeſtioni. Relictum familiæ alicuius continet propinquos ſm ordinem, & ẽt generum, & nurum,aliàs ad res porrigitur.h.d.vel ſic, & pinguius, & clarius. Terminus familiæ trib.mod. ponitur pro familia coniunctorũ,& ſic pro eadẽ proſapia, ſeu parentela. Item pro familia liberorum, vel libertorũ, ſeu ſeruorum. Tertiò pro ſubſtantia bonorum.h.d.prima pars vſque ibi,& ſi quis.Et ſi legatur fami
1 lię alicuius, puta, † quia teſtator dicat relinquo talẽ fundũ familiæ meæ, tunc veniunt ꝓpinqui, & ꝙiuncti teſtõris,nõ omnes ſimul, ſed gradatim ſm ordinem coniunctionis, & ſucceſ-

Source : BIU Cujas

ſionis, & in defectum coniunctorum, veniunt affines, nō oēs, ſed illi tantum, qui habentur loco filiorum, vt gener, & nurus mortuis filijs fam. & filiab. h. d. ſcđo vſque ad verſ. fi. qui incipit in alijs autem & quando teſtator diſpoſuit de familia, intelligitur diſponere de ſubſtāntia, & bonis ſuis. h. d. tertiò, & vltimo, & hoc ſummarium ſit loco diuiſionis, & caſus, & vide, l. pro-
2 nunciatio. §. familiæ. ff. cod. ¶† In text. ibi, ſuggeſtioni. quid ſit ſuggeſtio, & quæ ſit differentia inter ſuggeſtionē, & relationē, eſt glo. ord. in l. 2. ſupra de legib. facit ca. ſuggeſtum. cum ſimil. de deci. ¶ In text. ibi, nulla ſpecialia adiectione. hoc ideo dixit text. quia ſi aliqui de familia fuiſſent ſpecialiter nominati, illi prius admitterentur. l. cùm ita. §. fin. vbi notabiliter Barto. ff. de
3 leg. 2. & glo. hic in verbo nulla. ¶† Not. ex tota. l. maximè in ſecunda parte princip. quòd ſi fiat relictum familiæ, qui veniant
a & ꝓtineantur [a] appellatione familiæ, & quo ordine dic, vt habes in text. Et vide ad materiam Angel. notabiliter in conſil. 16 incip. non ſeruato ordine quæſitorum. in 1. volum. & in cō-
4 ſil. 88. cum duob. ſeq. in eo. vol. † Qui autem dicantur de proſapia, eſt glo. in l. ſi quis ex corpore. in verbo proſapiam. C. de
b murileguliis. lib. 11. Qui autem dicantur de cippo, [b] quod eſt vocabulum ruſticum, vel de ſtipite, vel de agnatione, ponit Angel. hic in lect. & Pau. hic. & de iſtis multis ſimlib. ponit plenè Bal. in repe. c. ſi pater. de teſt. in 6. & latè Barba. in commento. l. cùm acutiſſimi. ff. de fideicommiſ. ¶ Sed iuxta iſtum text. qui dicit, quòd appellatione familiæ continentur filij filiæ, &
5 alij propinqui. ¶† Quæro, an appellatione familię contineātur filij nati tempore diſpoſitionis, vel contractus, an contineātur etiam omnes in poſterum naſcituri? & pro intelligen-
6 tia ſubijcio rem in terminis. ¶† Pone, aliquis paterfami. facit pactum cum furnario, quòd teneatur coquere panem pro ſe, & familia ſua, pro decem ſingulo anno. Pone, quòd familia augeatur poſtea, quia tempore cōtractus habet duos filios, poſtea nati ſunt plures alij, an piſtor erit obligatus pro eod.
c pretio ad coquendū panem pro tota familia? [c] Iſtā qōſtionem format Iac. But. in l. fi. circa fi. ff. de ſacroſ. Eccle. vbi ꝑ illū tex. de terminat, ꝙ non, qa aliàs familia poſſet creſcere in infinitū, vn de illa cōuentio, quæ facta eſt de familia, dēt intelligi de familia, quæ eſt de præſenti, non quę poſtea augeatur. l. ſi ita. ff. de auro, & argen. leg. & iſtam deciſionem refert, & ſequitur Imol. in clem. literas. in 25. colu m. de reſcrip. vbi latè examinat hanc materiam, & ponit multas ſimiles quæſtiones, & refert idem tenere Ioan. Andr. in c. quanto. de conſtitu. vbi de materia per Canoniſtas. Pro iſta deciſione facit. l. cui fundus. in fi. ff. de condi. & demonſtr. vbi Dyn. Albe. & alij inducunt ad multas ſimiles quæſtiones, & in ſpecie, pone, quod alicui ſit conceſſum, ꝙ poſſit in aliquo nemore incidere ligna pro ſe, & familia ſua. Mortuus eſt relictis filijs pluribus, vnuſquiſque filiorum habet tantam familiam de per ſe, ſicut habebat ille ſolus, an vnuſquiſque filiorum poſſit incidere ligna pro ſe, & familia ſua? dicunt, quod non, quia intelligitur de familia præſenti, non de ea quæ augebitur, vnde illi filij ſimul poſſunt incidere tot ligna,
7 quot potuiſſet pater ſuus tunc cum tota familia. † eodem modo determinat, quis habebat prædium iuxta molendinum monaſterij, dedit illud prædium monaſterio cum hoc, quòd monaſterium teneatur perpetuò ad molendum pro ſe, & filijs ſuis, certè ſi alij filij ſuperueniant, nō tenetur monaſterium, qa
8 intelligitur de filijs natis non de naſcituris. ¶† Ad idem facit, quod determinant Cyn. & Alberic. in l. non modus. in fin. per illum textum. C. de ſerui. & aqua, quòd ſi aliquis ruſticus promiſit cuilibet canonico talis Eccleſię dare 10 pro anniuerſario, vt tempore promiſſionis non erant niſi decem canonici, poſtea effecti ſunt 20. non tenebitur dare. 10. omnibus 20. ſed 10. tantum, prout erant tempore conuentionis, & iſtam vlti. deciſio. ſequitur etiam Imol. in d. clem. literas. circa 17. co-
9 lum. de reſcrip. † Faceret etiam, quòd determinant Hoſtien. & alij in d. c. quanto. de cenſi. de eo, qui promiſit præſtare procur. fratribus, quòd ſi excreuerunt in numero, non teneatur ad numerum auctum, & ad hoc poſſes addere multa ſimilia. In contrarium videtur facere, quod decidit Alber. in pulchra quęſtio. in Authen. hoc ius porrectum. ſupra de ſacroſanct. Eccleſ. in 10. colum. vnam aliam pulchram quæſtion. ſubijcio, & etiam refert in l. in lege. in fin. ff. de contrahen. empt. & in dicta
10 l. non modus. C. de ſerui. & aqua. vbi quærit, † pone paterfam. conuenit cum Abbate, & conuentu monaſterij, quòd molendinum monaſtrij teneatur ſibi molere, & familiæ pro certa annua præſtatione, & tempore celebrati pacti præſuppone, quòd monaſterium non ſit lęſum, dende iſte pater procreauit multos filios, & eo mortuo vnuſquiſque filiorum habet tantam familiam, ſicut pater, omnes iſti filij volunt, quòd monaſterium molat omnibus illis pro illo ſolo pretio, in quo cōuenerat pater, decidit Alberic. quòd de ſtricto iure monaſterij tenetur cuilibet filiorum cum familia. per l. ſi ſeruitus. ff. de ſer-
11 ui. vrban. prædior. † Breuiter circa primam quæſtio. princip. quid tenendum? vide Barthol. Vero. in tracta. ſerui. vrba. in capitul. primo, quod eſt de furno. vbi latè examinat arguendo ad partes, poſteà determinat diſtinguendo, vt ibi per eum, & declarat quid de alia familia aucta capiendo familiam pro ſeruis.
12 † Et vltra eum, quod appellatione familiæ veniant etiam filij naſcituri, tenet Paul. de Caſtr. in conſil. 27. inter cætera. per optimum text. in l. penult. vel fin. cum gloſſ. ff. de fund. inſtruct. Ad prædicta faciunt tradita per Bartol. & plenius Imol. & Moder. in l. damni. §. ſi is, qui vuas. in fin. colum. ff. de damn. infect. vbi inter multa tangitur de priuilegio exemptio. conceſſo Eccleſiæ certi loci, an extendetur ad Eccleſias poſteà auctas. de quo eſt glo. ordinar. & ibi Doctor. in capitul. cum capella Ducis. de priuileg. & multa ſimilia coaceruauit Alexand. in conſilio 177. incip. in occurrenti. in ſecundo volum. Intellige tamen appellatione familiæ contineri filios, verum eſt, quando ſunt filij, qui habitant ſimul cum patre, ſecus ſi ſeorſum habitarent, quia illa propriè dicitur familia, quādo ſimul habitant. l. tria onera. ff. de excuſa. tutor. vnde in piſtore, & monaſterio promittentibus coquere, vel molere pro aliquo de familia ſua, non comprehenderentur filij ſeorſum habitantes à patre, ſic limita prædictam deciſio. in relicto autem, quod teſtator faceret familiæ ſuæ, non refert, an filij habitarent ſeorſum, vel ne, patet in hoc text. vbi appellatione familiæ veniunt propinqui, & cognati, & tamen omnes non habitant ſimul. Strictius ergo capitur familia in contractibus, & ſic in quæſtione propoſita, & aliter in rectícto familiæ. Ita not. Petr. de Anchar. in dicto c. quāto. de cenſi. refert, & ſequitur d. Barth. in loco prędallegat. in penul. columna. ¶ Iuxta prædictum not. quærit Bartol.
13 de tribus quæſtio. quas concluſiuè expedio. † Prima eſt, an fi-
d lij naturales [d] tantum dicantur de domo, ſeu de familia, & concludit in effectu, quòd non, niſi aliud ſit ex communi vſu loquendi, vel alia coniectura ex ſtatuto colligatur, vel niſi ſtatutum loquatur per nomina naturæ, non iuris, vt hic per eū, & in l. pronunciatio. §. familię. ff. de verbor. ſignifica. & in l. tutelas. ff. de capit. diminut. Idem tenent Bal. & Angel. hic, & referunt ita fuiſſe iudicatum aliàs. Ita etiam tenet Bald. in capitu. innotuit in fin. columnę de elect. & in l. generaliter. §. cùm autem. ſupra de inſti. & ſubſtitu. Imol. & Modern. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. el primo. ff. ad Trebellian. & eſt bona gloſſ. in clemen. prima. de baptiſmo. ita teneas, quicquid teneant Salic.
14 & Fulgoſ. hic. † Hinc infertur, quòd ſtante ſtatuto, prout eſt Florentiæ, quòd ſi clericus delinquat, omnes de familia, vel domo ſua teneatur, illi, qui eſſent naturales tantum, non tenerentur, ſecundum Cy. in l. quiſquis. infra ad l. Iuliam maieſt. Bal. l. cùm acutiſſimi. infra de fideicommiſ. & in l. lege Iul. ff. de ritu nup. & not. Angel. in conſil. 200. aliàs. 211. & multa pulchra ponit Bald. in capitul. per tuas. de maior. & obedien. & dicta per Bartol. hic, ſequitur Petr. de Anch. in commen. capitul. canonum ſtatuta. de conſtitu. in verſic. dubitat alibi Bartol. & an ad eos tranſeat nobilitas, ponit Bartol. in repe. l. primę. ſi eſt repetitio Bartol. in ſexta columna. infra de digni. libro 11. Flor. in l.
15 qui teſtamentum. in fin. ff. de probatio. ¶† In tertia quæſtione
e concludit Barto. quòd mulier popularis, [e] quæ nubit viro nobili, efficitur nobilis, cùm efficiatur de familia viri, vt hic, & debeat mulier fulgere radijs mariti. l. fœminę. ff. de Senat. l. prima. C. de digni. libr. 11. & ſequuntur Fulgoſ. & Paul. hic, & quòd
f vxor dicatur de familia [f] mariti, & veniat appellatione familiæ mariti, eſt text. in l. quicunque. vbi nota. Bartol. C. de remili. libr. 12. & in Authen. de reſti. fideicommiſ. in princip.
16 † imò fortius probat iſte text. in verb. ſi matrimonium mor te filij, &c. quòd non ſolum vxor durante matrimonio dicitur de familia viri, ſed etiam vidua donec durat in viduitate, ſecundum Bartol. & alios hic. facit. l. filij. §. vidua. ff. ad munic. & l. quoties. C. de priuileg. ſchol. libr. 12. & l. final. C. de
17 bon. mater. ¶† Econtra autem concludit Bartol. in 3. q. quòd ſi maritus popularis, vel plebeius accipiat vxorem nobilem, non

per

ADDITIONES.

a ¶Et contineantur. Adde Bartol. & Bald. in l. fin. de verbor. ſignific. Petr. de Anchar. in cap. quanto. de cenſi.

b ¶De cippo. Iaſ. tangit in l. 1. col. 3. ſ. vnde vir, & vxor. PVRPV.

c Familia. Adde eundem Iaſ. in l. quamnis. numero 136. quæſtio. 22. ff. de flumi. PANCIR.

d ¶An filij naturales. Adde Doctor. in capitul. per venerabil. qui filij ſint legit.

e ¶Mulier popularis. Adde Doct. in l. fœminæ. ff. de Sena.

f De familia. Adde Doctor. & Bartol. in l. etiam. C. de teſtam. Doctor. in capit. hæc imago. 33. q. 5.

Source : BIU Cujas

per hoc efficitur nobilis, quia vxor bene radiat radijs viri, vt
18 dixi, non è contra. §. hoc itaque. in Authen. de consulib. † Alibi
tamen dicit Bart. post glo. in l. si voluntate. C. de dot. promis. q̃
si aliquis popularis acciperet nobilem in vxorem, & confiteretur se recepisse dotem, quam verè non recepit, q̃ sibi non cõpetit exceptio non numeratæ pecuniæ dotis, iuxta titul. C. de dot. cau. non num. propter recõpensationem, & dicit Bar. quòd est suum dictum, & quod consuetudo illud seruat. Et idem dicit Bart. in d. l. diuortio. vbi Moder. ff. solut. matr. in l. si ita stipulatus fuero te sisti. de verbor. oblig. Bald. in l. 1. C. de don. ante nup. in l. pen. §. mulier. ff. solut. matri. & in l. 2. §. fin. ff. si cer. peta. vbi dicit idem esse, quando senex acciperet puellam in vxorẽ, & faceret instrumentum confessionis, non haberet exceptio-
19 nem non numeratæ dotis. ¶† Secundò not. ex text. in verb. parentes, quòd illi, qui constituunt familiam, & sunt caput familiæ, tamen comprehenduntur, & veniunt appellatione fa-
20 miliæ, & ex hoc text. inferunt Old. & Pau. hic, † quòd appellatione curiæ Romanæ veniunt Cardinales. Facit. l. peculium. §. quadrigæ. de leg. 2. & l. ad subeunda. cum glo. C. de decur. libr. 10. & l. 1. ff. de testam. mili. vbi etiam Imperator se militem appellat. Alibi notat Bald. in l. non ideo minus. s̃. de hæred. insti. q̃ id, quòd iudicamus de numero, iudicamus de principio nu-
21 meri. † Tertiò nota ex text. in verbo non solùm propinquos, quòd appellatione familiæ indistinctè veniunt omnes propinqui, & ex generalitate huius text. sequitur, quòd veniunt omnes, siue sint agnati, & sic iuncti per lineam masculi. siue sint cognati. secundum Old. Bald. & Paul. hic, quia sumus in materia fauorabili. s. in legatis, & fideicommis. tamen licèt ipsi non dicant, Bar. & melius in l. cùm ita. §. fin. ff. de legat. 2. dicit, q̃ appellatione familię, non veniunt cognati, saltem attento communi vsu loquendi, quia cognati non dicuntur de nostra familia, nec agnatione, vnde dato, quòd ista l. procederet attenta dispositione iuris, non tamen procederet ex communi vsu loquendi, secundum quem verba testatoris essent hodie intelli-
22 genda. l. librorum. §. quod tamen. de lega. 3. ¶† Quartò not. ex text. ibi, his deficientibus, quòd appellatione propinquorum nõ veniunt affines, etiã si vicem filij obtineant, vt sunt gener, & nurus, vnde secundum Bart. si statutum faceret mentionem de propinquis, vt quia dicat non valere contractus minorum, vel mulierum, nisi interueniat consensus duorum propinquorum, non sufficeret duos affines interuenire, de quo dixi in l. 1. s̃. vnde vir, & vxor. vbi tetigi, qui veniant appellatione coniun-
23 ctorum, & de similibus. ¶† Quintò not. ex text. in verb. si matrimonium morte filij. secundum Bald. & Paul hic, q̃ sol. mat. non soluitur affinitas. In contrarium est text. in l. cui eorum. §. affinitates. ff. de postulan. & glo. solennis in l. sed hoc ita. in prin. in verb. succurrendum. ff. de re iud. Intellige ergo istum text. procedere in materia fauorabili vlt. volu. Item quo ad matrimonium impediendum. capit. non debet. de consangui. & affi.
24 † Et ideo stante statu. quòd affines compellantur ad compromissum, certè dissoluto matrim. illi tanquam affines compelli non pñt, ratio, quia compromissum est grauamen. patet, quia
a iure communi nemo cogitur [a] compromittere, secundum Bartol. in l. furti. §. qui iussu. ff. de infam. Bal. in l. hæc sententia. ĩ. de senten. quæ sine cert. quanti. & q̃ solut. matr. non habeat locum statutum cogens affines ad compromissum, firmat Bald. hic, dicens practicari Perusij, & sequitur Paul. hic, qui reputat not. Adde, quòd idem tenent Bart. & Bald. in d. l. cui eorum. §. affinitates. Bald. in l. affinitates. C. communia de successio. Paul. in l. rei iudicatæ. §. fin. ff. solut. matrimo. Petr. de Anch. in commen. d. cap. canonum statuta. de constitu. versi. quid iuris si statuto caueatur, quod causæ, &c. Ita teneas reiecta distinctione Salic. hic, in fin. facit, quod tenet Bald. in l. 1. circa 20. colum. C. qui accusa. non poss. vbi concludit, quòd si fiat iniuria affini, q̃ soluta affinitate non competat amplius actio iniuriarum.
25 ¶† Sextò not. ex eod. text. ibi, & hoc videlicet gradatim, quòd quando fit relictum familiæ simpliciter, quod ad tale legatum
b non admittuntur simul omnes de familia, sed gradatim, [b] qui sunt proximiores, & ab intest. successissent, illi primò veniunt, & sic successiuè de gradu in gradum, & ex hoc not. Bald. hic, in secundo notabili, quod quando sub vno nomine collectiuo, puta familia, fit nominatio pluriũ personarũ, inter quas cadit prælatio ordinis, & coniunctionis, quòd non omnes simul veniunt, sed gradatim, vt hic, & l. cùm ita. §. fina. & l. peto. §. fra-
26 tre. de legat. secundo. † Ideo dicit Paul. [c] hic, quòd semel alle-
c gauit hunc text. ad pulchram quæstio. quidam testator legauit prædium fratribus suis simpliciter, & iste habebat multos fratres, quosdam ex parte patris, & matris, quosdam consanguineos tantum, & sic ex parte patris, quosdam vterinos, & sic ex parte matris, dicit, quòd ex quo testator legauit fratribus simpliciter, tamen venient, & præferentur tantũ fratres vtrinq; coniuncti, quia illi etiam præferentur in successione intestati. Authen. defuncto. C. ad Tert. & est de mente Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. de leg. 3. Bald. in capitul. quæ in ecclesiarum. in 15.
27 colum. de constitu. ¶† Secundò per eundem text. infert singulariter Bald. hic, & si est verum, est vtile dictum, quòd stante statu. quòd non valeant contractus minorum, vel mulierum, nisi interueniat consensus duorum propinquorum, quòd non sufficeret adhibere duos ex remotis, sed statutũ debet intelligi gradatim, vt dicit text. & sic proximiores debent adhiberi non remoti, & ita tenet Angel. hic in lectur. Perusin. & Salicet. hic, & in l. fin. per illum text. vbi etiam Alexand. s̃. de testam. milit. Salicet. in l. viduæ. s̃. de nup. Paul. in l. si cùm dotem. §. si patri. ff. solut. matrimo. facit. l. 1. in prin. ff. de leg. tuto. & text. in d. l. peto. §. fratre. Fulg. etiam hic in 4. notab. non faciens mentionem de Bald. not. ex hoc text. quòd optimum est adhibere proximiores propinquos, quod dicit esse tutissimum, & consultissimum, sed pondera, quòd contrarium tenent Bartol. Bald. & Alexand. in l. transactione. C. de transact. dum volunt, quòd si statutum expressè requirat, quòd proximiores propinqui adhibeantur, & tunc quia statutum expressè dicit proximioríb. illi adhiberi debent, secus si statutum simpliciter dicat propinquos, & idem videtur tenere Angel. in consi. 157. incip. domina Catharina, & in consil. 167. incip. Item statuimus. & dicunt Iacob. Butr. & Salicet. in l. 1. C. vnde vir & vxor, quod consuetudine non seruatur, quia consuetudo non curat, quòd propinqui, qui adhibentur in ꝯctibus minorum, vel mulierum
28 sint proximiores, qui dũmodo sint propinqui, sufficit. ¶† Septimò not. ex fi. text. quòd si appellatio familiæ referatur ad res, intelligitur de facultatibus, seu rebus. quomodo autem cognoscatur, an referatur ad personas, vel ad res, dic, vt per Barto. hic ad fin. in vltima quæstione.

ADDITIONES.

a ¶Nemo cogitur. Adde Bal. in c. 1. in §. si quis quinque. de pace iura. firm. in vsib. feu. Bal. in proœ. Decr. in 5. col. Bal. in c. fi. de reser.

b ¶Gradatim. Habes hic quomodo proximiores vocentur ad successionem. de quo Dec. consil. 321. PVRPV.

c ¶Dicit Paul. Illatio Paul. quam comprobat Dec. consil. 33. colum. final. & aliam Dec. ponit consilio 299. in causa militis commissi. colum. 4. in quinta conclusione. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *In quib. casib. habeat locum istud edictum, & num. 3. 4. 5.*

2 *Licèt testator disposuerit expressè, quod legata, vel fideicommis. quæ reliquit ex testam. debeantur etiam ab intesta. non tamen intelligitur dedisse licentiam hæredi, vt possit ab intesta. succedere.*

Si omissa sit causa testa. Rubr.

¶Glo. rubricæ diuiditur in duas. In prima declarat rubr. In se-
1 cunda ibi, & no. † declarat in quot casib. hẽat locũ istud edictũ. Tu dic clarius pro intelligentia glo. & titul. q̃ si hæreditas non adeatur ex testamẽto, legata relicta in illo testamẽto corruũt. l. si nemo. ff. de re iudic. & l. si nemo. 1. ff. de testa. tute. saluo nisi esset clausula codic. iuxta. l. eam quam. ĩ. de fideic. l. fi. s̃. de cod. eueniebat ergo sæpè, q̃ cùm in testamento esset instit. aliquis ex proximiorib. qui etiam ab intesta. erat successurus, vnde iste ne teneretur præstare legata relicta in testamento, omittebat adire ex test. & adibat ab intesta. propter hoc principaliter factus est tit. ff. eo. & iste, per quem prætor prouidit, q̃ iste hæres institutus, qui adiuit ab intesta. perinde teneatur ad legata, & fideicom. ac si adiuisset ex testa. Intellige tñ, nisi iste habuisset iustam causam omittendi ex testõ, & ideo ab intesta. venisset. l. quia autem. §. si simpliciter. ff. eo. Et de hoc habes pulchrum text. & exemplum, quando testator aliquem instituisset in fraudem, & grauasset multum legatis. in l. cùm pater. §. Titio. in fin. quem omnino vide. de legat. 2. Intellige, nisi testator dedisset expressam licentiam hæredi, quòd posset ab intest. venire, tũc si veniat ab intest. non tenetur ad legata, etiam si testator non dedit licentiam expressam, sed tacitam, q̃ est, qñ testator ipsummet hæredem sibi substituit. l. 1. §. si proponatur. ff. eod.
2 ¶† Not. tñ diligenter, q̃ licèt testator expressè disposuerit, q̃ legata, vel fideicom. quæ reliquit ex testõ, ẽt debebantur ab intest. tñ per hoc non intelligitur dedisse licentiam hr̃di, vt possit ab intesta. succedere. eod. modo licèt testator in testõ posuisset clausulam codicil. per quã legata, & fidecom. intelliguntur ab intesta. repetita, per hoc tamen non intelligitur data licentia hæredi, vt possit venire ab intest. quin incidat in hoc edictum. text. est not. in l. quia autem. ibi, nec enim vtiq; ff. eo. ad fi. princ.

Source : BIU Cujas

& ibi Bar.& Ange.ad hoc notant.Pro h.d.ibi Bar.ſalua tñ meliori ratione, ꝙ licèt in teſtõ ſit poſita clauſula codicil.per quã intelligitur à prin. data licentia hæredi, vt poſſit ab inteſt.venire.l.fi.ſ.de codic.tñ ſi veniret ab inteſt. in fraudem legatorum, dicit Bar.ꝙ incideret in hoc edictũ,& ſequitur Ang.ibi,& Bal. hic, licèt Sal. in l.1,in 1.oppo.ĩ.eo. reprobet.† Stat ergo, ꝙ hoc edictum principaliter fuit inuentum propter ſcriptum hæredem,qui cùm ſit ex proximiorib.teſtatoris,etiam ab inteſt.ſuccederet.tñ ſm Bar.& Ang.& Pau.hic,& Bar.in rubr. ff.eo.iſtud edictum fuit extenſum à princip. ad alios duos caſus,de quib. hic in gl.qñ aliquis eſſet ſcriptus hæres, & datus ſibi ſubſtit. ſed legata, & fideicom. eſſent ab hærede ſcripto nominatim relicta,quo caſu non intelliguntur repetita à ſubſtituto.l.Celſus.§. quod alicuius de leg.2.l. licèt Imperator.vbi Bar.& alij. de leg. 1.iſto caſu ſi inſtitutus per fraudem, vel pecun.omittat, vt locus eſſet ſubſtituto, & ſic, vt legata extinguerentur,locum haberet etiam iſtud edictum.l.1,ĩ.eo.nam vt dicit Bal.in prin.huius rub.omnia fiunt aut odio,aut mercede,aut amore.Ita oĩa, quæ fiunt,fiunt vel per defefectum, vel per ſuſpectum,vel per reſpectum. Item extẽditur hoc edictum ad alium tertiũ casũ, qñ hæres inſtitutus per vnum ex trib. caſib. prædictis, omittit adire,vt hæreditas vadat ad venientes ab inteſt.& ſic legata extinguantur.l.1.in prin.ff.eo. iſti duo caſus fuerunt additi à prin. vt dixi.ſ.& tenet Bart.in l.1.in prin.§.fi.ff.eo. licèt Fulg, hic dicat neſcire,vbi Doct. hoc cogitauerint, ſed omitto, ꝙa paucæ eſt
4 vtilitatis.¶† Aduerte, ꝙ hoc edictũ non ſolùm hẽt locum in hrde,ſed etiã in legatario grauato fideicõmiſſo,quia ſi omittit legatum in perniciem fideicommiſſarij, teneretur hoc edicto. l.ſi quis pecuniam.§.quamquam.ff.eo. quæ eſt ad hoc ſing.ſm Angel.in l.1.in fin.in lectura Peruſina,ĩ.eod.& hoc ſentit tex.&
a glo.in d. §.quanquam. a aduerte etiam pro ampliatione huius
5 titul. & ff. eod. † ꝙ iſte titul. locum habet non ſolùm quando hærede inſtituto omittente adire ex teſtamento, legata,vel fideicommiſ. in totum extinguũtur, ſed etiam quando per hoc in aliquo ſolùm defalcarentur,vel minuerentur.ita dom.Fran. de Are.in conſil.160. longa eſt iſta conſultatio. in pen. col. vbi ponderat ad hoc verba Bartol.in l.fin. in fin.colum. in princ. ff. eod. allegat etiam text. in l. quia autem.§.quid deinde.ff.eo.reliqua quo ad iſtum titul.vide per Bal.hic ſuper iſta rubr.& Bar. in rub.& l.1.ff.eod.& per Fran.de Are. in d.conſil.160.

ADDITIO.

a * §.quanquam. Adde, quia hic. §.quamquam,non dicit, quod legatarius,ſi omittat legatum, teneatur hoc edicto, ſed tantum ſi legatarius curauerit, ne adeatur hæreditas.

SVMMARIVM.

1 *Si hæres bona fide repudiat, eo quia non vult eſſe hæres, & hæreditas perueniat ad ſubſtitutum, neuter eorum tenetur ad legata.*

2 *An autem præſumatur bona fides, vel fraus in hærede repudiante,& qualiter probetur fraus, & ad quem ſpectat eam probare.*

3 *Per dationem vulg. ſubſtitu. tollitur ſuitas, niſi tenderet in perniciem legatorum, vt quia legata non eſſent repetita à ſubſtitu. quia tunc non tollitur.*

4 *Si filius ſuus ſit inſtitutus, ſub aliqua forma, & ipſe ſubſtitutus ſub alia, etiam ſi eueniat caſus,inſtitutus tamen erit ſuus,& neceſſarius, nec talis ſubſtitu. tollit ſuitatem.*

LEX PRIMA.

SI in fraudem. Legata relicta ab inſtituto dũtaxat, eo repudiante hæreditatem in fraudẽ legatariorum, vt hæreditas vadat ad ſubſtitutum, debentur à ſubſtituto per actionem vtilem ex teſtamento.hoc primò. Et ſi hæres repudians, pecuniam recepit ad hoc, vt repudiaret, ipſe tenetur ad legata, & fideicom. ac ſi adiuiſſet. hoc ſecundo, & ſic vides, quod iſta.l.habet duas partes. ¶In prima loquitur,qñ hæres inſtitutus, à quo ſolo debentur legata fortè, quia ab eo erant nominatim relicta, vt dixi in rubr.l. Celſus. §. quòd alicuius. de legat.2. repudiauit hæreditatem in fraudem,vt legata extinguerentur, & hæreditas iret ad ſubſtitutum, & iſto caſu ſolus ſubſtitu. tenetur ad legata non autem hæres.¶In ſecunda loquitur,quando hæres accepit pecuniam pro tali repudiatione, quo caſu ipſe hæres tenetur ad legata perinde, ac ſi adiuiſſet, ſubſtitutus verò non tenetur, ratio diuerſi.inter primum, & ſecundum caſum eſt, vt declarat ſolus Iac.Butr. hic. Nam primo caſu ideo ſubſtitutus ſolus tenetur præſtare legata propter duo. Primò, quia participauit fraudem. Secundò, quia ad eum peruenit tota hæreditas. l.cũ in plures. §. veſtimenta. ff. loca. In ſecundo autem caſu ideo tenetur hæres inſtitutus, quia hæres ipſe non ſolùm repudiauit in fraudem, ſed etiam pecuniam accepit; & illa pecunia tanquam pretium hæreditatis. l. ſi rem,& pretium. ff. de petit. hæredit. l. Imperator. §. cùm quidam. de legat.ſecundo.facit, vt teneatur perinde, ac ſi hæreditatem adiuiſſet, & eam haberet,& in hoc tex.erat quædam mulier legataria, quæ ſupplicabat, vt probat tex. in verb. probatura, & narrabat Imperatori fraudem, quæ erat commiſſa inter hæredem, & ſubſtitutum, vt ipſa cum alijs legatarijs ſimul excluderentur. ¶In text. ibi, tranſmiſſam hereditatem.dic,ſcilicet impropriè.non enim iure hæreditario poteſt dici tranſmiſſa hæreditas, cùm eam repudiauerit, & ſic aperuit locum ſubſtituto, non autem tranſmiſerit. 1 ¶† In text. ibi, vtilis actio. dic, quòd ideo directa actio ex teſtamento non poteſt competere legatario contra ſubſtitutum, quia legata erant ſolùm relicta ab inſtituto, vt dixi ſupra, ſi ergo hæreditas bona fide, & ſine fraude peruenisſet ad ſubſtitutum, ſubſtitutus non tenebatur ad legata, tamen propter fraudem participatam, vt dicit text. actio vtilis ex teſtamento propter hoc edictum competit contra ſubſtitutum, perinde ac ſi legata eſſent relicta etiam à ſubſtituto. ¶Ex hoc not.à contrario ſenſu, quòd ſi hæres bona fide repudiaſſet, eo quia non vult eſſe hæres,& hæreditas perueniret ad ſubſtitutum, neuter eorum teneretur ad legata. l.ſi quis omiſſa.ff.eod.ſecundum Bald.hic in primo not.& Pau. ſed fraus ex vtraque parte commiſſa, facit ſubſtitutum, ad quem hæreditas peruenit,teneri ad legata,intantum,quòd ſi alia legata fuiſſent relicta ab ipſo ſubſtituto nominatim, tenetur tamen ſubſtitutus prius præſtare legata relicta à primo hærede, propter participationem fraudis ſuæ,antequam teneatur præſtare alia legata à ſe ſubſtituto relicta.text.eſt not. in l. Neſennius.§.pen. ff.ad leg.Falc.& Paul.hic,& pondera,quòd tex.dicit probatura es, quod onus probandi commiſſionem fraudis inter ſubſtitutum,& inſtitutum,ſpectat ad legatarios,ratio,quia alleganti fraudem incumbit onus probandi. l.quoties. §.qui dolo. ff.de
2 probat. ¶† An autem in dubio præſumatur bona fides, vel
a fraus,& quib.modis, a aut indicijs ꝓbetur fraus, ponit Bald. & Sal.hic,vterque in vltim.quæſtio.Bal.in l.fin.in fi.infra eod.Bartol.in l.prima.in princip.& in l.Iulianus. in vltimo notab. ff.eo. & probatur fraus per coniecturas, vt declarat glo.notab. in l. apud Iulianum. §. fi.ex quib.cau. in poſſ.eatur.cum dolus non poſſit verè probari.l. dolum. C.de dolo. ¶Glo.in verb.legatorum.diuiditur in duas partes. In prima declarat tex. & eſt clara.In ſecunda ibi, ſed non ne ſubſtituendo. per viam quæſtionis oppon.contra text. quam oppoſitionem ſic forma; nam quoties hæres omittit ex teſtamento ex ſententia teſtatoris tacita,vel expreſſa, nunquam incidit in hoc edictum. l.quia autẽ. §.planè,& §.non ſimpliciter.ff.eo.ſed ſic eſt,quòd teſtator dando ſubſtitutum intelligitur dediſſe hæredi licentiam omittendi.l.prima.§.ſi proponatur. ff.eod. ergo tunc hæres omittendo non debet incidere in hoc edictũ.gl.reſpon.aduertendum,qua intentione hæres omittat,aut enim omittit, vt euitet damnũ propriũ. & non incidit in edictũ,ſecus ſi principaliter iniuriam inferat in alium, & cum iſta ſolutio. tranſeunt ſimpliciter Bartol. Angel. & in effectu Bald. hic, ſed non valet, quia etiam ſi hæres omittat, vt alteri noceat, ſi tamen non commiſit fraudem, vel pecuniam non accepit, non incidit in edictum, vt hoc text. iuncta. l. ſi quis omiſſa.in princip. ff.eod. reſpon.ergo ſecundum Petr.Cyn.Fulgoſ.& Paul.hic,quòd minor eſt falſa, dum dixit teſtator dando hæredi ſubſtitutum videtur ei dediſſe licentiam omittendi; nam falſum eſt, niſi ſit expreſſum à teſtatore. l. quia autem. in fin. princip.& §. planè, & expreſſius in l. Iulianus. vbi notabiliter Bartol. ff.eodem. & l.ſi ſolus.ff.de acquirend. hæredita. Bartol. in l. final.in tertio membro. ff. eodem. nec obſt. dict. §. ſi proponatur. quia loquitur, quando ipſemet erat inſtitutus,& ſubſtitutus, & ſi dicas, quæ eſt vtili-

ADDITIO.

a ¶Quibus modis. Adde gloſſ.in l.fraudis.ff.de regul.iur.gloſ.in capitul.plerique.14.quæſtion.3.Dyn.in regula nullus. de re iudic.libr.6. * Et pract.proban.fraudem,vide per Aym.conſil. 44.Practic. Papien. foro libel. act. real. verſi. veris. nume. 53. & alijs ſequen.Catel.verſi.fraus, & dic, quod in dubio fraus non præſumitur.teſte Dec.conſil.313.numero quinto. quando autem, & quo caſu præſumatur,not, Neuiz.conſil.34.num.29. quia in dubio præſumi non dẽt,niſi ex coniecturis.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probatio.facilius tamen in contract.quam in vlt,volum. Bartol.in l.ſi is, qui ex bonis,circa fin. ff. de vulgar. qua in materia vide, quæ ſcribit Cagnol. in l. generaliter cum de fraude.ff.de regulis iuris.Bald.in l.non dubium.C.de leg. MASVER.

Source : BIU Cujas

eſt vtilitas,q̃ idẽ ſit inſtitutus,& ſubſtitutus,declarat Bart. in d. §.ſi proponatur.q̃ vtilitas eſt,qñ ſub alia forma fieret ſubſtitutio, vt quia eſſet inſtitutus ſub conditione, & ſubſtitutus purè. l.fin.ff.de vulg. & pupil. Non omitto tñ illud, q̃ nouiter dicit Bald. hic.† regula eſt, q̃ per dationem vulgaris ſubſtituti tollitur ſuitas,*ſecundum communem opi.* a l.ſi filius hæres. ff.de liber. & poſthu.traditur in l.apud Iulianum.§.idem Iulia. ff.ad Trebel. dicit ſing.Bald.q̃ hoc non habet locum, qñ tenderet in perniciem legatorum, vt quia legata non eſſent repetita à ſubſtituto, tunc per dationem vulgaris ſubſtituti non tollitur ſuitas filij. ¶† Secundò dicit ſing. Bald. q̃ ſi filius ſuus ſit inſtitutus ſub aliqua forma, & ipſemet ſubſtitutus ſit ſub alia forma, q̃ etiã ſi eueniat caſus, ſubſtitutus tamen erit ſuus, & neceſſarius,nec talis ſubſtitutio tollit ſuitatem, & eſt ſingul. limitatio ſecunda ad regulam,q̃ per dationem vulgaris ſubſtituti tollatur ſuitas, quia præcedit, qñ datus eſt alius ſubſtitutus quàm ipſemet filius, tene menti, quia ſingularia dicta ſunt, quæ tenet ſimpliciter Cum.in d.l.ſi filius hæres.ff.de libe.& poſthum.& Alexand.vbi plenius vide in l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.in 7.& 8.col. ¶Glo.in verb. eum.diuiditur in tres. In prima declarat text. In ſecũda opponit,& ſoluit.In tertia format quæſt. & ponit duas opin. Secunda eſt vera. Secunda ibi, ſed videtur directa dari. Tertia ibi,an autem inſtitutus.In ſecunda parte,quia glo. diuinat dicere,quòd teſtator expreſsè diſpoſuerat, quòd legata nõ repeterentur à ſubſtituto,ideo dic melius,ſecundum Barto.& Ange.hic,licèt etiam non ſit ſine diuinatione,quòd legata erãt hic ab inſtituto nominatim relicta, ideo non intelliguntur repetita à ſubſtituto,vt not.in l.licèt.ff.de legat.1.¶In vltima parte tene ſecundam opin glo. q̃ hæres non poſſet conueniri etiã in ſubſidium, quia quando agitur de acquirendo, & ſic de lucro,nunquam habetur regreſſus in ſubſidium.l. quia autem.in princip.ff.eod. & quia ſpeciale eſt, quãdo hæres pecuniam accipit,vt repudiaret.ita Bar.& Angel.Fulg.& Paul. hic.& glo.in l.mater.§.fin.ff.eod.licèt contrarium teneat Iacob. Butr.quem latè ſequitur Bald.hic in 3.oppoſi.& ante eos glo.in l 1. §.final. ff.eod.per text.in l.fin.in princip. ff.de eo,per quem fact. erit. q nihil facit in propoſito, quia ibi agitur contra illum,ad quem lucrum peruenit ex dolo alterius, nam etiam hic eſſet idem, quando pecunia, & ſic lucrum peruenisſet ad hæredem, aliàs ſecus.tene ergo ſecundam opin. glo. reiecta diſtinctione Salic. hic in 3.oppoſi.& vide gloſſ. notabilem in l.non fraudantur. ff. de regul. iur. ¶Glo. fin.in verbo cogitur. diuiditur in quatuor. In prima declarat text.In ſecunda ibi,ſed dicitur. oppo. & bene ſol.In tertia ibi,ſecus in duob. hæredib.ponit dictum,per q̃ reſpondetur tacitæ quæſtioni. In quarta ibi, item adhuc videtur.oppo.contra text. & bene ſol. vide gloſſ. per te, & adde in materia huius titul.diſtinctionem plenam Cyn. Alber.& Paul. hic,& Sal.ſ.l.proxima,& repetit Bart.in l.fin.ff.eo. Iaſ.Papię.

ADDITIO.

a *Communem opin. De qua vide, quæ idem Iaſ. ſcribit in l.ſi quis filiumfam. §.ſi filius.& in l.pro hærede.nu. 11.ff.de acquir.hæred.Catel.verſi.actus nullus.vbi refert duas opin.quos autem non tollatur,not.Doctor.in apoſtil. ad Alexand.conſil.4.colum.6.lib.2.& conſil. 17.num.6.libr.3. cuius contrarium verius ſecundum magis communem dixit idem Alexan.in l. apud Iulianum. §.idem Iulianus.col.quinta.numero quinto.ff.ad Treb.q̃ ſcilicet per dationẽ ſubſtituti vulgar. ſublata ſit exiſtentia ſuitatis, ex quo art. plura not. idem Alexand.in l.ſi filius.colum.6.nume.20.ff.de vulg. & in l.ſi filius.colum.4. de liber.& poſthum.habetur inter commun.opin.libr. 17.verſic. ſubſtitu. vulg.
MASVER.

SVMMARIVM.

2 *Hæres, qui omittit adire ex teſtam.in fraudem legatorum, & adit ab inteſta.licèt incidat in hoc edictum, tamen poterit detrahere falcidiam de legatis.*

2 *Actio in factum competens ex hoc edicto, tranſit actiuè, & paſſiuè in hæredes.*

LEX II.



Vm,qui. Tunc habet locum iſte titul. quando hæres,qui omiſit ex teſtamento, potuit ex teſtamento adire, quia erat validũ.& ab inteſta. ſucceſſit, ſecus ſi non poterat ex teſtamento ſuccedi, quia erat nullum, vel irritum. hoc primò, & quando legata debentur ex hoc titulo,hæres poteſt detrahere falcidiam,quam non perdit ex eo,quod incidit in hoc edictum.hoc dicit cum l.ſequen.¶In text.ibi, iudicium defuncti non vſurpabitur. licèt aliquando terminus vſurpatur, capiatur in bonam partem. l.prima, & ſecunda.ff.de vſucapion. tamen hic ſonat vitium, & eſt ſenſus non vſurpatus, ideſt non fraudatus iudicium defuncti, quia exquo teſtamentum eſt nullum, non potuiſſet adire hæres ex teſtamento, etiam ſi 1 voluiſſet, & hoc modo ceſſant aliæ oppoſitiones gloſſ.¶† Ex l. 2.not.quòd hæres,qui omittit adire ex teſtamento in fraudem legatorum, & adit ab inteſta. licèt incidat in hoc edictum, & teneatur præſtare legata, ac ſi adiuiſſet ex teſtamento, & tamen falcidiam poteſt de legat. detrahere, ratio eſt, quia legatarius non debet plus conſequi, nec plus iuris habere per hoc, quòd hæres ſucceſſerit ab inteſta. quàm ſi ex teſtamento ſucceſſiſſet, ſed ſi ſucceſſiſſet ex teſtamento, falcidiam detraxiſſet hæres,ergo etiam detrahet hoc caſu,ſicut videmus, quòd hæres, qui omittit adire ex teſtamento, & venit ab inteſta.tenenetur præſtare libertates relictas ſeruis, tamen non perdit ius patronatus. l. penult. ff. eod. & ſic licèt hæres ſcriptus dolum commiſerit veniendo ab inteſtato, tamen non perdit falcidiã, nec ius patronatus, licèt hæres ſubtrahens rem legatam priuetur falcidia.l.Paulus.ff.ad legem Falcidiam. l.non eſt dubium.
2 cum gloſſ. ſupra de legat.¶† Secundò not. quòd actio in factum ex hoc edicto tranſit ad hæredes non ſolum actiuè, vt hic, ſed etiam paſſiuè. l.libertatibus. §.hæredem. ff.eodem. facit.l.itaque,& l.in hæredem.ff.de dolo.& eſt glo.in l.1. in verbo eum.ſ.eod.

De indicta vidui. & l. Iulia Miſcella tollen. Rubr.

¶Iſta rub.habet duas partes. Et 1.quæ dicit de indicta viduitate, vult dcere.i. de conditionib. quæ ponuntur in legatis, propter quas inducitur viduitas, vt ſi ſit legatum mulieri ſub conditione ſi non nupſerit: nam vt mulier conſequatur legatum, cogitur non nubere, & ſic ſtare in viduitate, verùm quia hoc eſt contra publicam vtilita. quia publicè intereſt matrimonia contrahi, vt procreentur filij, & ciuitas liberis hominib. impleatur.l.1.ff.ſol.matr.l.2. infra eod. ideo ſtatutum eſt, q̃ tales conditiones, quæ inducunt viduitatem tanquam de iure turpes,reijciuntur de leg.& mulier purè conſequitur legatum, & de hoc loquuntur multæ leges tituli. ff.de condi. & demon. & totus iſte titul. quia ergo legata ſæpenumero fiunt mulierib. ſub conditione ſi non nupſerint, per quas mulieres inducuntur, vt ſtent viduæ, ad hoc, vt legatum conſequantur, tales conditiones reputantur à iure turpes, quia contra publicam vtilitatem,ideo ſubijcitur prima pars rubricæ de indicta viduitate, cuius ſenſus eſt, quòd tales conditiones, quæ adijciuntur in legatis,abijciuntur, & legata remanent pura. verũ, quia ſub iſtis conditionib erat facta quædam lex Iulia Miſcella,ſic dicta à nomine auctoris,& eam ſuſtulit Imperator infra in l. 2. ideo ſubijcitur ſecunda pars rubricæ, & de l.Iulia Miſcella tollenda.

SVMMARIVM.

1 *Si legatũ factũ ſit ſub conditione viduitatis,valet, & conditio reijcitur.*

2 *Paria ſunt aliquid fieri contra perſonam alicuius,vel contra aliquos de ſanguine.*

3 *Par dicitur eſſe metus, qui committitur in ſe, vel ſuis.*

4 *Iniuria facta vni domeſtico meo,mei occaſione, dicitur eſſe facta mihi.*

5 *Si aliquis facit inſultum cum armis contra conſanguineum,vel affinem meũ,licitum erit mihi inſultantẽ impunè occidere, ſicut ſi contra me.*

6 *Poteſtas,qui infert metum affinibus,vel cõſanguineis,ſi appellauit condemnatus,ita eſt iuſtus metus, ac ſi immediatè caderet in condemnatum.*

7 *Si aliquis fecit pacem cum Titio,& promiſit eum non offendere ſub certa pœna, ſi offendat conſanguineum eius, ita incidit in pœnam,ac ſi offendiſſet Titium.*

8 *An valeat ſtatutum,quòd clerico declinante iuriſdictionem Poteſtatis, conſanguinei teneantur ad certam pœnam, & numer.9.*

10 *Statuta,vt coloni clericorum teneantur ſoluere datia, vel collectas pro clericis, ſunt nulla.*

11 *Coloni clericorum non poſſunt capi propter clericos.*

12 *Licèt coloni Eccleſiarum, vel habentes prædia Eccleſiæ ad fictum, vel emphyt.non ſint exempti à parte,quæ pertinet colonis à collectis, prout ſunt Eccleſiæ,tamen ſi coloni multum grauerentur taliter, quòd ab eis exigeretur quãtum à clericis, & colonis, tunc poteſt reſiſti per Epiſcopum contra laicos talia exigentes.*

13 *Sicut quando clericus renuntiat benefic.propter metũ periculi ſibi imminentis,talis renuntiatio annullatur, ita eodem modo ſi tale periculum inferatur parentibus,vel conſanguineis clerici.*

14 *Quando legatum fit non ſoli mulieri,ſed mulieri, & Titio ſub conditione ſi non nupſerit, an conditio reijciatur pro parte vtriuſque.*

Iaſ. ſuper Secunda Codicis.

LEX PRIMA.

LEgatum. Legatum ſub conditione vduitatis, qñ conditio non opponitur in perſonam legatarij, ſed alterius tertij, remanet conditionale, & conditio non reijcitur de legato. h. d. iſta. l. notabilis. Et conſidera, quia text. videtur facere falſam grammaticam, dum dicit legatum, & poſteà dicit conditione defici. Nã debet dicere legati.
a Fulgoſ. fatetur, & dicit, ꝙ ponitur caſus pro caſu, & eſt figura [a] antiptoſis, vt in illo exemplo, ſermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed poteſt ſaluari text. ſ. vt ſubaudiatur eſt, hoc modo, legatum eſt ſub conditione alij relictum, & iſto modo dictio legatum in princ. non refertur ad fin. vbi conditio deficit.
1 ¶† Et iſta. l. eſt valde not. per quam limitatur iſte titul. & leges, quæ dicunt, ꝙ ſi ſit factum lega. mulieri ſub conditione ſi non nupſerit, & ſic viduitatis, ꝙ talis conditio reijcitur, & leagtũ remanet purum, & mulier, licèt nubat, conſequitur legatum: nã iſte tit. & oẽs leges de iſta materia loquentes, debent intelligi, qñ conditio eſt adiecta illimet mulieri, cui factum eſt legatũ, ſecus ſi legatum ſit relictum vni tertio ſub conditione, ſi quædam mulier non nupſerit, tunc conditio non reijcitur, vt in iſta. l. vbi maritus fecit legatum vni tertio, ſi vxor ſua non nuberet, & ſic teſtatoris, iſta conditio non reijcitur, imò ſi vxor nubat, ille perdit legatum. ratio eſt, nam ideo leges ſtatuerunt, ꝙ conditio inducens viduitatem ipſo iure tollat legatum, qa mulier cui factum eſt lega. ſub conditione viduitatis timore, ne legatum perdat, inducitur ad ſeruandum viduitatem, ꝙ eſt ꝯ vtilitatem public. quæ ratio ceſſat, qñ legatum eſt factum tertio, non ipſi mulieri, quia tunc mulier non habet curare, ꝙ ille tertius perdat legatum. hinc eſt ſm gl. noſtram, & bene, ꝙ ſi ille tertius eſſet pater, vel frater, vel propinquus mulieris, ob cuius reuerentiam præſumptio eſt, ꝙ mulier abſtinere debeat à matrimonio, ne propinquus ſuus perdat legatum, tunc conditio reijcitur, ac ſi legatum eſſet ipſi mulieri factum. text. eſt notab. in l. hæres meus. §. fin. ff. de condi. & dem. alleg. in gl. idẽ ſi legatum eſſet fact. tertio, ſed ille tertius eſſet grauatus reſtituere ipſimet mulieri, tunc conditio reijcitur, ac ſi legatum fuiſſet factum immediatè ipſi mulieri. l. auia. §. fi. alleg. in gl. qa tunc vtroque caſu mulier inuitatur ad viduitatem, ne propinquus perdat legatum, vel ne ipſa cui reſtitui debet in effectu
2 careat legato. † Paria. n. ſunt aliquid fieri contra perſonam alicuius, vel ꝯ aliquos de ſanguine ſuo. l. lex Cor. in princip. & ibi Bar. ff. de iniu. & Bart. in l. 3. §. ſi tutor inimicus. ff. de ſuſpect. tut. quia nemo vnquam præſumitur odio hĩe ſanguinem, vel carnem ſuam, gl. in l. 1. ff. in ius voc. vt eant. ¶† Hinc eſt, ꝙ par dicitur eſſe metus, q ꝯmittitur in ſe, vel in ſuis. l. iſti quidem. in fi.
4 ff. ꝙ met. cau. ¶† Facit, ꝙ not. Car. in cle. 1. in prin. in 13. not. per
b illum tex. de exceſ. præla. vbi fortius not. ꝙ ẽt iniuria facta [b] vni
5 domeſtico meo, mei occaſione, vĩ facta mihi. ¶† Facit, & quartò illud, ꝙ multum ſignanter not. Bal. in l raptores. in 2. no. per illum tex. C. de Epiſ. & cler. & in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. ꝙ ſi aliquis fecit inſultum cũ armis ꝯ conſanguineum, vel affinẽ meum, licitum eſt mihi inſultantẽ impunè occidere pro defenſione conſanguinei, vel affinis mei, ſicut ſi feciſſet inſultum
6 ꝯ me, ꝙ no. ¶† Ad idem, & quintò facit, ꝙ not. Bar. & Doct. in l. de pupil. §. ſi quis ipſi prætori. in 9. q. ff. de ope. no. nun. cũ concor. ibi, vbi dicitur, ꝙ Poteſtas, qui infert metum affinibus, vel conſanguineis, ſi appellauerit condemnatus, ꝙ eſt ita iuſtus metus ac ſi immediatè caderet in condemnatum, & de hoc
7 eſt tex. melior de iure in c. ſciant. de elect. in 6. ¶† Sextò ad idẽ facit bonus tex. in c. quicunque. in verb. bonis ſuis, vel ſuorum. de ſen. excom. in 6. per quem dicit formaliter Petr. de Anch. in d. c. ſciant. ꝙ ſi aliquis fecit pacem cum Titio, & promiſit eum non offendere ſub certa pœna, ꝙ ſi non offendit eum, ſed conſanguineum ſuum, ita incidit in pœnam, ac ſi Titium offendiſſet. put ẽt no. Io. And. in regula fruſtra, in mercu. intellige tñ niſi appareat, ꝙ conſanguineum offendat ex alia cauſa, quam ex illa, ꝑ quam eſt facta pax, vt not. d. Ant. Imol. & alij in c. 2.
8 de renun. ¶† Item per ſ. dictam. l. hæres meus. §. fi. inferunt not. Bal. & Ang. hic non valere ſtatutum Flor. ꝙ clerico declinante iuriſdi. Poteſtatis, conſanguinei teneantur ad certam pœnã, quia eſt perinde ac ſi pœna imponeretur ipſis clericis, ex quo apponitur eorum conſanguineis, & ſicut non valeret ſtatutũ
c quo ad clericos, [c] ita nec pœna impoſita conſanguineis, licèt laicis, quia ſi non valet principale ſtatutum, nec ẽt adiectio pe
ñæ valet. l. Seius, & Augerius. ff. ad leg. Fal. & de hoc vltimo cit glo. not. in l. ſi patronus. §. patronum. ff. ſi quid in fraud. patro. de qua gl. facit feſtum Bal. in l Imperator ff. de ſtat. ho. in l. 1. in pe. vel ſi. col. ſ. de inoff. don. Addo, ꝙ principalem deciſio. Bald. & Ang. refert, & ſequitur Pet. de Anch. in commen. c. can. ſtatuta. ver. adde, ꝙ not Bal. de conſti. & ante eos no. Bart. in l. 1. per illũ tex. ff. de his, quæ pẽ. nom. Bald. & Ange. in l. 1. ff. in ius voca. vt
9 eant. † vbi dicunt, ꝙ tale ſtat. diſponens, ꝙ clerico declinante iuriſd. Prãtis ꝯ ſanguinei teneantur ad pẽnam, dĩ ꝯ libertatem Eccleſiæ, & ſic ipſo iure eſt nullum. per text. meliorem de iure in d. c. ſciant. de elect. in 6. ita ẽt tenet Imol. in d. l. hẽres meus. §. fi. vbi ẽt decidit, ꝙ ſicut non põt imponi pœna ꝯhenti matrimonium cum certis perſonis, vt in exemplo Bar. in l. edicimus. C. de murige. lib. 11. ita etiam non põt imponi pœna patri, vel conſanguineo, cuius timore mulier deſiſtat à matrimonio. ¶Item pro deciſ. Bald. & Angel. hic de clerico adde text. in cle.
10 2. cũ gl. not. in verſi. quolibet. de ſen. excom. facit, ꝙ † decidit Bar. in l. hi pẽnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. vbi per illum tex. ſing. dicit, ꝙ cùm laici non poſſint ſtatuere ꝯ clericos, nec ꝯ eorũ
d bona, nec imponere d atia, [d] vel collectas clericis, vel perſon. eccleſ. ſi per indirectum ſtatuunt, ꝙ coloni clericorum teneã-
11 tur pro eis ſoluere, talia ſtatuta ſunt nulla, & iniqua. ¶† Facit, & tertiò illud, quod not. Bald. in l. 1. in prin. ſ. de Epiſcop. & cler. vbi not. illum tex. ꝯ executores Poteſtatum, vel Rectorum, q cùm non poſſit capere clericos, capiunt eorum colonos, & eos incarcerant: nam eſt perinde ac ſi executio fiat contra cle-
12 ricos. ¶† Quintò facit, ꝙ multum ſingulariter decidit Fed. de Sen. in conſil. 111. incip. quæſtio talis eſt, an diœceſanus. in pen. col. vbi conſuluit, ꝙ licèt coloni Eccleſiarum, vel hñtes prædia Eccleſiæ ad fictum, vel emphyt. non ſint exempti à parte, quæ pertinet colonis à collectis, prout ſunt Eccleſiæ, tñ ſi in parte colonorum laici nimis grauarent colonos, vt per indirectum in effectu conſequerentur à colonis, quantum exigerent à clericis, certè Epiſcopus debet eis reſiſtere, quia venũt
13 ꝯ c. fi. de immun. Eccleſ. in 6. ꝙ not. ¶† Ad idem, & quintò facit nota. deciſ. Dominorum de Rota in concluſione 361. & in deciſionib. nouiter compillatis, & ſub tit. de renunc. concluſione. 7. incip. Item dubitatur. vbi determinat, & vtiliter, ꝙ ſicut qñ clericùs renuntiat beneficio ꝓp metũ periculi ſibi imminẽtis, talis renun. annullatur. c. ſuper hoc. de renun. ita eo. modo ſi periculũ vitæ, vel ſimile inferatur parentib. vel conſanguineis clerici, fortè, quia ponuntur in carcerib. vt ibi moriantur, niſi clericus renuntiet beneficio, certè renun. ceſſat per d. c. ſciant. & prædicta omnia bene no. Ex quib. hẽs lĩtationem ad totum iſtum tit. quam tradidit hic tex. noſter. ¶Scdò limita iſtum tit. & iſtam materiam per tex. valde not. in l. Titio vſusfr. §. ſerui. ff. de condi. & demonſtr. vbi eſt text. ꝙ ſi maritus legat vxori ſeruum, ſi non nupſerit, & ſic ſub conditione viduitatis, & ſi nupſerit, reliquit libertatem tali ſeruo, an conditio inducens viduitatem reijciatur de tali lega. adeo, quod mulier nubens conſequatur legatum ſerui, dẽterminat ibi, quòd non, ratio, qa legatum libertatis eſt magis fauorabile quàm fauor matrimonij, & vbi legatum eſt magis fauorabile, conditio viduitatis nõ reijcitur, ideo per illum text. dicunt ibi Gul. & Bart. ſub dubio tamen, ꝙ quando tale leg. eſſet ad pias cauſas, non reijcitur cõ-
14 ditio viduitatis, quod eſt not. ad limitationem totius tit. † Adde etiam text. in l. mulieri, & Titio. ff. de condi. & demonſt. vbi ponitur caſus mixtus, quid ſi fieret legatum non ſoli mulieri, ſed mulieri, & Titio, ſub conditione ſi nõ nupſerint, & ſic ſub conditione viduitatis, an reijciatur conditio pro parte vtriuſque? decidit text. ꝙ non, ſed pro parte mulieris tantum, & ſi Titius repudiaret partem ſuam, iſto caſu non accreſceret ipſi mulieri, ex quo mulier non admittitur de iure communi, ſed ſingulari tantum. Et ad hoc ille tex. reputatur valde ſing. in materia iur. accr. & in hoc tres rationes ad illum text. aſſignat Bal. hic, ſed non refero, quia non ſunt ad propoſitum.

ADDITIONES.

a ¶Et eſt figura. Adde glo. in verb. parte ablata. in capitul. forus. de verbor. ſignifica.

b ¶iniuria facta. Adde gl. & Bar. in l. 2. in §. ſi tutor inimicus. ff. de ſuſpe. tut. Bal. in l. 1. in 1. col. C. ſi quacunque prædi. pot. * Et quòd iniuria facta vni de domo videatur facta omnib. not. Dec. conſil. 686. num. 17. & reſpcit omnes de eius familia, & cognatione, vt ſcribit Aym. cõſil. 41. nu. 3. Alex. cõſil. 2. col. 3. in princip. libr. 7. quid de iniuria illata ſocio, & dic, ꝙ cenſetur communis. text. in l. item apud. §. tenetur. ff. de iniur. not. Iacob. Nouel. Pract. crimi. capit. primo. num. 81. MASVER.

c ¶Ad clericos. Adde Doct. in c. Eccleſia. S. Mariæ. de conſtitu. Doctor. in c. bene quidem. 96. diſt. nõt.

d ¶Data. Adde c. quamquam. de cenſib. lib. 6. & in cle. præſenti. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando valeat legatum tam de iure antiquo, quàm nouiſſimo, quando ſit mulieri ſub conditione viduitatis.*

Mulier

Source : BIU Cujas

c *Mulier transiens ad secunda vota intra annum luctus, perdit legatum sibi factum simpliciter à marito.*
3 *Mulier secundò nubens infert iniuriam prioriori viro.*
4 *Mulier transiens ad secunda vota de licentia filiorum, non perdit proprietatem legati relicto à viro.*
5 *Non debet aperiri via iniurijs.*
6 *Iudex non debet deferre iuramentum illi, quem vidit velle de facili periurare.*

LEX II.

AMbiguitates. Ad euidentiam huius legis, & Auth. sequentis, & totius titul. clarius, quàm gl. hic prę̃mitte, quòd in ista materia quatuor iura fuerunt in cõ
8 sideratione. ¶† Primum fuit ius fforũ, quo cauebatur, ꝙ si fieret legatum mulieri, siue virgini, siue viduæ, sub conditione si non nupserit, & consequenter sub conditione viduitatis, quòd talis conditio reijciebatur, & legatum remanebat purum, nec illud perdebat mulier dato, ꝙ nuberet. l. cùm tale. in princi. & in multis leg. illius tit. ff. de condi. & dem. ratio erat, quia licèt publicè interſit, ꝙ testam. & vltimæ volũta. sortiantur effectũ. l. vel negare. ff. quemad. test. aper. & dicatur tractari de vtilitate publ. vbi tractatur de seruatione testamenti. gl. not. est in l. Gal. §. quid si is. in verb. vtilitatem. ff. de lib. & posthum. tñ magis interest reipubl. ꝙ mulieres liberè matrimonia contrahant, liberosque procreent, vt ciuitas liberis hominib. repleatur, vt dicit text. hic, & in l. 1. ff. solu. matr. ideo statutum est, ꝙ conditio viduitatem inducens de legat. tollatur, & ex hoc derogatur voluntati testatoris, & hoc fuit primum ius. ¶ Secundum fuit ius l. Iuliæ Miscellæ, quæ sic dicitur ab auctoris nomine, qui Iulius Miscel. vocabatur. nam considerauit, ꝙ ratio quare conditio inducens viduitatem reijciatur de lega. fuit, vt mulieres possẽt libere nubere, & liberos procreare, verùm, quia non omnes mulieres nubunt propter procreationem liberorum, vt sunt mulieres steriles, & decrepitæ, sed nubunt vel propter incontinentiam, vel alia ratione, vel etiam quia alia sunt bona matrimonij
a [a] præter sobolem, ideo considerauit iste Iulius Miscel. ꝙ ita demũ conditio viduitatis deberet remitti mulieri, quando nuberet ad fin. procreandæ sobolis, ideo statuit, ꝙ mulier iuret se nubere causa sobolis procreandæ. Item quod præstaret cautionem *fm* ꝙ Mutius induxit sub conditionib. negatiuis, ꝙ si apparuerit eam nupsisse, sed non propter sobolem, ꝙ teneatur restituere hæredi rem legatam simul cum fruct. perceptis, sed quia Imperator considerauit, ꝙ istud esset aperire viam periurijs in mulierib. ideo per istam. l. sustulit. d. l. Iuliam Mis. & formam iuramenti, & cauit, disposuitque, ꝙ indistinctè, qñ fit legatũ mulieri si non nupserit, talis conditio inducẽs viduitatem reijciatur de legato, & legatum remaneat purũ, & mulier illud purè consequatur, ac si nulla conditio esset adiecta, & istud est tertium ius. l. nostræ, ꝙ extenditur per l. final. j. eo. vt habeat locum ẽt in masculis, quib. fit legatum sub cõditione, si matrimonium non contrahant. ¶ Quartum fuit ius nouissimũ Auth. cui relictum. j. eo. ꝙ hodie viget, ꝙ in virgine, seu in muliere, quæ nunquam nupserit, verum est, ꝙ conditio viduitatis reijcitur de legato, secus in vidua, vt statim in ea dicetur, vbi ponam rõnem diuer. & ibi recolligam plenè materiam tit. huius, & quid hodie obseruetur. His præmissis venio ad tex. & h. d. Cõditio viduitatem inducens in legato reijcitur, & lex Iulia Miscel. cum cautione, & iurõ per eam indu. remanet hodie sublata per istam. l. ita ꝙ mulier purè consequatur legatũ, ac si in eo non esset apposita conditio negatiuè si non nupserit, tñ si ista mulier ex priore mr̃imonio liberos habuerit, solùm habet vsumfr. talis legati, proprietas verò spectat ad filios ex dispõne. l. 1. & tit. s̃. de sec. nup. h. d. ¶ In tex. ibi, cũ. n. mulieres ad hoc natura progenuerit, vt partus ederent. Adde, ꝙ alibi dicit text. in l. quærit. §. 1. ff. de edil. edict. ꝙ præcipuum est
2 mulierum, &c. ¶† Not. ex text. in ver. liberis existentib. habere vsumfr. & c. ꝙ maritus, qui habet filios ex vxore, si fecerit legatum vxori, & nulla conditione adiecta, & mulier postea transeat ad secundas nup. si quidem transit intra annum mortis viri, & sic intra annum luctus, in totum priuatur legato, si autem nubat post annum luctus, perdit proprietatem rei legatæ, quæ acquiritur filijs primi matrimonij, & habet tantum vsumfruc. hoc est, ꝙ vult dicere tex. hic, & clarius in l. 1. & l. fęminæ. & in l. gñaliter. s̃. de secund. nup. ¶ Limita tñ, & intellige ista iura, qñ maritus fecit legatum vxori simpliciter, secus si legaret vxori, etiam si ad secundas nup. cõuolauerit, prout vidi multa testamenta, isto casu, qñ maritus fecit legatum vxori, etiam si secundo nubat, & tunc dummodo nubat post annum luctus, habebit legatum quo ad proprietatem, & vsumfruct. non obstantib. filijs primi matrimonij, ita dicit glo. multum sing. in §. vnum itaque. in verb. siue vir. in Auth. de nup. & est in 3. col. illius titu. & hoc expresse tenet Bal. in l. 1. in 3. col. vers. sed pone prior maritus. s̃. de secund. nup. vbi refert se ita obtinuisse pro quadã muliere, cui erãt relicta multa castella et si nuberet, ita etiam tenet Bald. in l. filium quem habentem. in 2. col. s̃. famil. ercis. & Lud. in consil. 219. in cip. ex themate consultationis præ
3 missæ. & ratio est clara. † nam mulier secundò nubendo in-
b fert iniuriam priori viro, cuius anima [b] dicitur contristari. § quæ verò. in Auth. de nup. & propter hoc est imposita pœna, mulieri secundò nub. qñ ergo nubit de voluntate viri, certè volenti non fit iniuria. l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniu. l. cùm dona-
4 tionis. s̃. de trãs. † Similiter si mulier tãrsit ad sec. nup. de licentia filiorum, non perdit proprietatem legati relicti à viro. glo. est sing. in Authen. de non eligendo secundo nuben. collat. 1. & est in 2. col. in ver. copulatur, quam Ang. dicit ibi esse singul. & Angel. in l. mater. C. ad Tertul. & Lud. in d. consil. 219. ideo *fm* Angel. debet esse cautus aduocatus, quando consulit mulieri
5 volenti nubere filios habenti, ꝙ faciat filios consentire. ¶† Secnndò not. ex text. quòd non debet aperiri via periurijs, prout etiam dicit. l. 1. s̃. si aduer. vend. c. 1. quòd met. cau. c. verum. de iureiur. ideo iuramentum non est deferendum illi, quem verisimile est velle periurare. c. clericos. vbi glo. in versic. redeũtes. de cohabi. cler. & mul. vbi glo. alleg. istum tex. & text. expressius in §. nos igitur videntes. in Auth de nup. in 23 colum. illius tit. & in specie ita no. Bal. hic in secũdo no. & magis in specie. Pau.
6 hic, † quòd si iudex videt, & perpendit aliquem velle de facili periurare, licèt sit in casu in quo debeat sibi iuramentum deferre, tamen non licèt ei iurm deferre, & est sibi arbitrarium. d. c. clericos. adde Bal. in l. quæ sub conditione. in prin. ff. de condi. insti. & quòd suspecto de periuro non debeat iudex iuramentum deferre, est tex. & ibi Doct. in c. 2. qui clerici vel vouen. glo. in cap. quamuis. 22. q. 1. Glo. 1. in verbo quiescente. habet duas partes. In prima declarat text. & dic, vt dixi in euidentialib. In secunda quærit, an cautio Mutiana sit etiam in alijs omnibus sublata, & tenet, ꝙ non, & bene. vide per te gl. Ias. Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶ Matrimonij. Adde Doct. in rubr. de sponsa.
b ¶ Cuius anima. Adde Bald. in Authen. cui relictum. in 4. colum. versic. not. quòd anima. C. de indict. viduit. tol.

SVMMARIVM.

1 *In vidua non reijcitur conditio viduitatem inducens timore perdendi legati secus est in virgine num. 2. limita, vt infra. nu. 3.*
4 *Si fiat legatum mulieri virgini sub conditione si monasterium intrauerit, an talis conditio reijciatur.*
5 *Mulier vidua, cui fit legatum sub conditione si non nupserit intra annum luctus, non potest petere tale legatum.*
6 *De quo anno intelligatur Auth. nostra, & quando incipiat currere.*
7 *Non seruans conditionem appositam in legato, fingitur vsque retro fuisse prædo, & malæ fidei possessor, ideo tenetur ad fructus perceptos & qui percipi potuerunt.*
8 *Quando in aliqua materia est præstanda cautio, qualiter præstari debet.*
9 *An difficultas, quòd quis non potest dare fideiussorem, possit probari per iuramentum.*
10 *Si vxor, vel alius relinquat marito sub conditione si matri. non contraxerit, an conditio reijciatur.*

AVTHENTICA.

CVi relictum. Hodie cõditio si non nupserit, & sic cõditio viduitatẽ inducens timore legati perdendi, in vidua non reijcitur, sed debet cautionem præstare, & intra annum luctus legatum petere non potest, etiam si vellet iurare, & cautionem præstare, nisi spes nuptiarum deficiat, quibus contractis res legata, vendicari potest cum fructibus. Post verò annum luctus debet præstare cautionem, & si sit res immobilis legata, sufficit iuratoria cautio cum hypotheca bonorum, si verò sit res mobilis, debet præstare fideiussorem, & non si potest, statur iuratoriæ cautioni cum hypoth. bonorum, hoc dicit. vides ergo quòd licèt p iura fforum, & Codicis quotiescunque fiebat legatum mulieri siue virgini, siue viduæ sub conditione si non nuberet, talis conditio reijciebatur, & legatum remanebat purum, certè conditio de non nubendo apposita mulieri viduæ per istam Authentic. debet impleri interposito iuramento,

Source : BIU Cujas

& cautione, & non reijcitur, & ſic per iſtam Auth. quo ad quid redit ur ad l. Iuliam miſ. quam ſuſtulerat in l. prçcedenti, ſed nõ quo ad omnia. Nam ſicut ibi non remittebatur conditio viduitatis, qñ mulier nubebat, licèt non pp prolem ſuſcipiendã ſed alia ratione, puta incontinentiæ, ita hic non remittitur in vidua ſed caue, quia iſta Auth. ſolùm habet locum in vidua, non in virgine, prout tenuit Ioan. vt hic in glo. cuius opinio vera eſt & communis, ſecundum quam dicit Bartol. ſe ita conſuluiſſe poſt mortalitatem, & idem tenent Doct. hic, & Bar. in l. ſi vir vxo. §. fi. in fi. ff. de cond. & dem. Item caue, ꝙ iſta Auth. hẽt locum, qualitercunque vidua velit nubere, ſiue pp ſobolẽ ſuſcipiendam ſiue non, cùm tamen l. Iulia. miſc. ſecundo caſu tantum locum hẽat, vt dixi. ſ. in l. 2. Et ſi dicas, quæ eſt ratio diuerſi. quare iſta Auth. hẽat locum † ſolùm in vidua non in virgine, & ſi ſic fiat legatum mulieri, a quæ habuit virum, & ſic viduæ ſub ꝯditione ſi non nupſerit, ſed vitã vidualẽ ſeruauerit, conditio non reijcitur, imò non põt habere legatum, niſi iuret de non nubendo, & præſtet cautionem, ꝙ ſi vllo tpe nuberet, reddet rem legatam cum fruct. & tñ hodie in virgine, quæ non habuit maritum, conditio ſi non nupſerit, reijcitur de legato. dic, ꝙ ratio motiua Imperatoris in iſta Authen. fuit ſm Bal. hic in 1. oppo. Sal. & Pau. quia in viduis ex quo ſemel maritum habuerunt, eſt honeſtius eis amplius non nubere. §. optimum. in Auth. de non alie. ſec. nuben. ideo in viduis conditio non reijcitur. non ſic in virgine. hinc dicit text. in c. hac ratione, 31. q. 1. ꝙ ſecundam vxorem accipere, vel ſm maritũ, ſm Apoſtoli ſententiam fornicatio eſt, ꝙ tñ ſi fit. l. permittẽte, honeſta fornicatio eſt, ideo magis expedit reipub. viduas perſeuerare in viduitate ſm ꝙ bonis morib. congruit, q̃ nubere, tñ perſuaſiua ratio eſt non concludens. ¶† Not. tñ, & amplia illud, ꝙ dixi de muliere virgine, in qua non habet locum iſta Auth. ꝙ procedit etiam in muliere, quæ habuit virum, & cum eo contraxit matrimonium per verba de præſenti, & non eſt ſequuta copula carnalis, fortè quia nunquam fuit traducta ad domum, ꝙ ſi maritus moriatur, & ipſe, vel alius faciat ei legatum ſub conditione ſi non nupſerit, idem iudicamus, put de virgine, non prout de vidua, & ſic conditio reijcitur, & legatum habet purè, ita not. Bal. & Ang. hic, & ſequitur Paul. reputans not. ¶ Pro clara tñ intelligentia, vt habeat totam materiam huius tit. & ſcias quid hodie ſeruandum ſit, fac regulã, † ꝙ ſi fiat legatum mulieri ſub conditione ſi non nupſerit, adhuc conditio hodie reijcitur, & legatum remanet purum, & ſic mulier debet habere legatũ, ſiue nubat ſiue non. ¶ Iſta regula procedit in muliere virgine, quæ nunquam habuit virũ, vel habuit, ſed non eſt ſequuta copula carnalis, ſecus eſt in vidua, in qua non reijcitur conditio, ſed debet impleri, & debet abſtinere à ſecundo matrimonio, aliàs perdit legatum, & pro hoc debet iurare, & præſtare cautionem, de qua in hoc text. noſtro. ¶ Secundo limita prædictam regulam, qñ legatũ factũ eſt ipſimet mulieri virgini, ſecus ſi ſit factum tertio, quia conditio non reijcitur. l. 1. vbi limitaui. ſ. eod. ¶ Tertio limita per text. not in l. ſi Titio vſufr. §. ſerui. vbi text. notabilis. ff. de cond. & dem. cũ extenſione Bart. ibi. & dixi. ſ. l. 1. ¶ Quartò no. limita dictam regulam, quòd conditio viduitatis hodie reijcitur de leg. virginum, vt procedat, qũ talis conditio viduitatis adiecta legato eſſet perpetua, vel indefinita, vt quia teſtator dixit, lego tali puellæ 10. ſi non nupſerit, ſecus ſi eſſet temporalis, vt quia pater, vel alius reliquiſſet domum puellæ, ſi non nupſerit vſq; ad ætatem 20. ann. tunc talis conditio debet impleri, aliàs mulier perdit legatum. text. eſt ſolennis in l. ſi vir vxori. §. fina. vbi Bart. & alij. ff. de condi. & dem. ¶ Intellige tamen, niſi tps ita lõgum adijceretur, vt eſſet in fraudem, ne matrimonium in effectu ſequeretur, & in hoc ſtatur arbitrio iudicis, text. eſt not. in l. cùm tale. in prin. ff. de condi. & dem. ita not. conſuluit Franc. de Are. in conſil. 67. incip. diligenter, & maturè. in 2. col. confirmo per bonum ſimile, nam teſtator in teſtõ bene poteſt diſponere, ꝙ hæredes ſui teneãtur ſtare in cõione vſque ad tempus, & non poſſint diuidere ſub pœna. tex. eſt not. in l. 4. in princip. vbi Bald. & Ang. ff. de condi. inſti. & dicit ibi Ang. ꝙ ſemper ſic reſpondit per illum text. tñ non poſſet teſtator ordinare, ꝙ hæredes perpetuò teneantur ſtare in cõione per text. not. in l. hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. commu. diui. Paul. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. vbi dixi. ff. de condi. inde. de quo vide etiam Bar. in l. ſi conuenerit. in fi. ff. pro ſocio. & in l. quintus. ff. de annu. leg. gl. in l. fin. ff. cõi diui. Alex. in conſil. 103. in 3. vol. incip. circa primũ. in 3. col. ¶ Quintò lĩta prædictã regulã procedere, qñ legatũ fit muleri virgini ſub ꝯditione, ſi nõ nupſerit cum aliquo de mundo, vel indefinitè, ſecus ſi fiat legatum ſub conditione ſi mulier nõ nupſerit certè pſonę, puta Titio, vel ẽt multis perſonis puta ſi non nupſerit alicui de tali parentela, quia ex quo põt nubere oĩbus alijs, conditio non reijcitur, imò debet impleri, & ſi contrafaciat, perdit legatum. text. notab. in l. cùm 4 ita. ff. de condi. & demon. ¶† Quid autem ſi fiat legatum mulieri virgini ſub conditione ſi monaſterium intrauerit, an talis conditio reijciatur tanquam viduitatem inducens? Bart. ſing. tenet, ꝙ ſic, in conſil. 184. incip. domina Nuta quondam Pauli. motus etiam, quia hoc legatum contineret ſimoniam reſpectu monaſterij, ꝙ eſſet ingreſſa mulier. Bald. hic in ſecunda colum. reprobat iſtam deciſ. quia ſi fiat legatum mulieri ſub ꝯditione nõ dico negatiua, ſed affirmatiua, puta, lego mulieri 10. ſi nupſerit Titio, talis conditio non reijcitur, imo oportet, ꝙ nubat, vel per eam non ſtet ſi vult legatum coſequi. l. 1. & 2. ſ. de inſti. & ſubſti. quanto magis tenetur implere conditionẽ, quando fit legatum ſi monaſterium intrauerit. idem contra Bar. ſequitur Paul. hic, motus, quia ingreſſio monaſterij, & ſic vita contemplatiua eſt maioris perfectionis, quàm matrimonium contrahere. §. ſed & hoc præſenti. in Auth. de ſanct. Epiſ. & dicit, ꝙ ratio Bartol. non eſt vera, ꝙ tale legatum reſpectu monaſterij contineat ſimoniam, imò pietatem, de quo puncto. vide Bald. & alios in l. 1. C. de inſtitu. & ſubſtitu. vbi etiam 5 Angel. ¶† Secundò not. ex text. ibi, intra annum quidem. qđ mulier vidua, cui fit legatum ſub conditione ſi nupſerit, intra annum luctus non poteſt petere tale legatum, intellige etiam ſi velit iurare de non nubendo, & præſtare cautionem de reddendo legatum cum fructib. ſi nubat, & ratio eſt, quia dato, quòd teſtator, qui fecit legatum vxori ſuæ, vel alij mulieri, nullam appoſuiſſet conditionem, tamen ſi talis mulier nubat intra annum luctus, inter alias pœnas legales iſtam habet, quia perdit legatum, ſed poſt annum bene poteſt petere legatum mediante iuramento & cautione, de quibus in iſto text. In tantum, quòd ipſemet maritus teſtator non poſſet permittere vxori, quòd nubat intra annum luctus, poſt annum ſic, vt declarat notab. Bald. in l. prima. in tertia colum. verſicul. ſed pone 6 prior maritus. ſupra de ſecund. nup. † De quo autem anno intelligatur iſte tex. & quando incipiat currere, declarat Bald. hic in quarta colum. verſic. quæro de quo anno intelligatur hæc Authent. ad hoc vide, quod not. Bald. in l. prima. in nona quæſt. ſupra de inſti. & ſubſti. & in l. quandiu. ſ. qui admit. limitat, tñ text. id, quod dixi, ꝙ intra annum luct. vidua non poteſt petere legatum, quia poſſet eſſe, quòd nuberet, & priuaretur legato, niſi eſſet talis mulier, in qua deficiat ſpes nuptiarum, & gloſſ. exemplificat, vt ſi ſit facta monacha, vel cõuerſa, & ſi dicis nõne monacha poſſet de facto exire monaſterium, & capere virum? vide ſecundum Bald. & Paul. hic, quòd iſtud non debet eſſe in conſideratione: tamen ſi eueniret, priuaretur relicto. ad hoc adde text. in l. hæc conditio filiæ. ff. de condi. & demonſtr. 7 ¶† Tertiò not. ex text. ibi, de reſtituenda re cum fructib. & intellige perceptis, vel percipiendis, vel q̃ percipi poterũt, nam licèt talis vidua, quæ conſecuta eſt legatum, habeat dominium, & ſic ius illa re legata, tamen ex quo contrafacit conditioni, vſque retro declaratur priuata, per l. primã. vbi dixi. ſupra de his quib. vt indig. & ex hoc not. Bald. hic in tertia colum. quòd non ſeruans conditionem appoſi. in lega. fingitur vſque retro fuiſſe prædo, & malæ fidei poſſ. ideo tenetur ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, nec ſibi patrocinatur præſtare cautio. de qua hic, quia non ſeruando conditio. in odiũ ſui eſt, perinde ac ſi cautionem non præſtitiſſet, quod reputat not. di- 8 gnum. ¶† Quartò not. in verb. iuratoria cautio. text. qui melius dat intelligere qnàm alius de iure ſecundum Paul. hic, quando in aliqua materia præſtanda eſt cautio, qualiter præſtari debet, & eſt not. declaratio ad l. ſancimus. ſupra de verborum ſignifica. vbi fecit mentionem de iſto text. nam ſi quæſtio ſit de re immobili, puta domo, ſatis eſt preſtare cautio. iuratoriam cum hypotheca bonorum, ſi autem quæſtio ſit de re mobili, quæ poteſt de facili occultari, & transferri, tenetur præſtare idoneos fideiuſſor. tamen ſi ſit ita pauper, quòd fideiuſſores non inueniat, vel quia ſit peregrinus, tunc ſtatur ſoli iuratoriæ cautioni, quod vltimum limitat ſingu. Bald. hic in 3. colum. nec alibi melius inuenies, vt procedat, qñ propter paupertatem, vel abſentiam à patria quis nõ repetit fideiuſſores, tunc in omni materia vbi fideiuſſores dandi ſunt, ſtatur eius iuratoriæ cautioni, ſed ſi propter dolum, vel propter malos

ADDITIO.

a Legatum mulieri. Adde hic, an ſi maritus legat centum mulieri, ſi duxerit vitam vidualem, an talis ingrediendo religionem debeat habere illud legatum. vide Bald. in l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & cleri. * Quid de legato facto filiæ ſi nupſerit, & dic, quòd debetur eidem, ſi intrauerit religionem, teſte Euer. libr. argum. loco à matri carn. ad ſpiritual. pro qua concluſ. fac. quæ ſcribit Dilect. de arte teſtand. titul. ſexto. caut. 54. D. Oſaſc. deciſion. 126. numer. 22. Alexand. conſil. 35. colum. 2. libr. 3. Gatel. verſi. conditio adiecta, Roland. conſilio 35. numero 17. libr. tertio. & in terminis Iaſo. hic Hippolit. ſingular. 215. MASVER.

Source : BIU Cujas

malos mores ſuos non reperit fideiuſſores, non habet tũc hoc beneficium, vt ſtetur iuratoriæ eius cautioni, quia tunc non debet credi eius dicto cum iuramento. l. non omnes §. à Barbaris. de re militari. c. per veſtras. de don. inter vir. & vxor. & text. not. in l. hac edictali. §. is illud. ſ̃. de ſec. nup. vbi dicit tex. nonnullarum perſon. dictum, & iuramentum nullum pondus penitus habere. not. iſtam ſing. limitationem Bald. de qua nullus Mod. facit mentionem, ſed referunt Cano. in c. qua fronte.
9 de appella. † Et not. quòd iſta difficultas. ſ. quòd quis non poteſt dare fideiuſſorem, & ſic quòd ſtetur iuratoriæ cautioni ſuæ, certè iſta difficultas probatur per ſolum iuramentum ſuum, ita ſing. Bald. in l. 1. §. 1. C. de aſſer. tol. tamen ego pluries dixi, & dico, quòd iſta vlt. deciſio eſt contra illum tex. in d. l. 1. §. 1. verſi. omnes verò. vbi formaliter dicitur, *ſin verò datio fideiuſſoris ſit impoſſibilis, hocque iudici manifeſtè oſtendatur, tunc iuratoriæ cautioni committi.* ergo primũ, quòd non poſſit præſtare fideiuſſores, non probatur per ſuum iuramentũ. cogita tamen ſuper illo text. ex quo Bald. ibidem mouetur, quòd ſi aliquis ſit ordinatus tutor, & non poſſit dare fideiuſſores, excuſatur à tutela. l. ſi quis inter. §. Imperator. ff. de excu. tut. l. fi. in fi. ff. dę ſuſp. tut. & ſic tunc non ſufficit iuratoria cautio, ſecundum Bald. in l. 1. in fi. C. quòd cum eo. & plures alios caſus in quib. non habet locũ iuratoria cautio, enumeraui in l. 1. ff. qui ſatiſd. cogã. ideo
10 hic non pono. ¶† Vltimò quæro pro complemento huius Auth. an iſta Auth. habeat locum in maſculo ſicut in vidua, pone, quòd vxor, vel alius relinquat marito ſub condi. ſi ſecundum matrimonium non contraxerit, an conditio reijciatur, an verò debeat impleri præſtita cautione ſicut in vidua, videtur, quòd ſic per l. fina. in princip. infra eodem. vbi diſpoſitum in fœmina, intelligitur diſpoſitum in maſculo. Paul. in illa l. final. in fin. princip. tenet contrarium, quia diuerſa ratio eſt, eo quia mulieri viduæ magis conuenit abſtinere à ſecũdo matrimonio, & facilius eſt quàm viro, qui cùm habeat vacare negotijs domus, neceſſe quodammodo habet ſecundã vxorem ducere, prout docet experientia. ideo ſecundum eum iſta Authen. fuit poſita poſt. l. 2. ſupra eodem. non poſt. l. final. ad ſignificandum, quòd corrigit illam. l. 2. non l. final. & ſi hoc eſt verum, habes. 6. nota. limitatio. ad iſtam Auth. tamen ratio Paul. fragilis eſt, & in contrarium facit, quod decidit Bald. in Authen. hoc locum. in fin. C. ſi mulier ſecundo nup. prout referam in l. ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Lex noua corrigens in vno ex correlatiuis, intelligitur eorrigere in alio.*
2 *Iura correctoria, quæ non extenduntur etiam ex maioritate rationis, extenduntur tamen in correlatiuis, & vide plura exempla vſque ad nume. 17.*
17 *Etiam in pœnalib. correlatiuis ſit extenſio de vno ad aliud.*
18 *In correlatiuis quando eſt diuerſa ratio, diſpoſitum in vno non intelligitur diſpoſitum in alio.*
19 *Statutum prohibens forenſem emere bona immobilia in territorio, non intelligitur prohibere ne vendat.*
20 *Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non habet locum ècontra.*
21 *Accipiens ad vſuram ex cauſa neceſſitatis non peccat.*
22 *Pœna capit. 1. de locato. non habet locum in dominis alijs locantibus hoſpitia.*
23 *Pœna. l. properandum. §. 1. C. de iudic. non habet locum in rea.*
24 *Tex. in c. fi. de teſti. non habet locum in accuſatore.*
25 *Iniuria facta viro, non cenſetur facta vxori.*
26 *Vbi vnum correlatiũ proportionatur alteri, diſpoſitum in vno, nõ habet locum in alio.*
27 *Statutum compellens aliquem vendere, non intelligitur aliquem compellere, quòd emat.*
28 *Auth. cui relictum. ſupra eo. loquens in muliere vidua, non habet locum ècontra.*
29 *Vnum correlatiuorum dat intelligere aliud.*
30 *Si relinquatur aliquid mulieri, vel maſculo ſi peruenerit ad viduitatem, vel cùm peruenerit, ſi peruẽiat licèt non perſeueret, vt quia tranſeat ad ſecunda vota, nihilominus debet habere legatum, numero. 31.*
32 *Si pater legaret filiæ, donec vel quouſque caſtè, & honeſtè vixerit, ſi nubat dicitur caſte, & honeſte viuere.*
33 *An relictum mulieri donec, vel quouſque caſtè, & honeſte vixerit, debeatur mulieri, quæ ingreditur monaſterium.*

LEX III.

LEgem Iuliam. Conditio, quæ viduitatem in fœmina, vel cęlibatum in maſculo inducit, ſicut reijcitur in fœmina, ita in maſculo, & in vtroque ceſſat. l. Iulia Miſ. & Senatuſconſul. ſuper eodem fact. hoc dicit. Prima pars, & ſi fiat relictum mulieri, vel maſculo, ſi, vel cùm ad viduitatem, vel cęlibatũ peruenerit, quia iſta conditio non inducit perpetuam viduitatem, cùm perſeuerantiam non requirat, ſed ſufficit ſemel fuiſſe impletam, licèt non duret, ideo non rejicitur. hoc dicit. ſecunda pars legis, & ſic iſta lex habet duas principal. concluſiones. Secunda ibi, ſed quia apud Vulpianum. In prima parte ibi, pertinere quidem ad ſenſum noſtræ legis, quaſi dicat, non expediat aliam l. facere ſuper hoc, ſed qa ſimplices animi q̃ ſublata ſunt in fœminis, neſciunt ad maſculos extendere, & ęcontra, ideo ad tollendam omnem dubitationem Imperator declarat. quòd ſicut. l. Iulia eſt correcta in fœminis, ita etiam intelligitur correcta in
a maſculis, quia ſunt correlatiua [a] Er ex hoc no. ſecundum Bar.
b & alios vnum, ad quod allegatur iſta. l. quòd l. noua [b] corri-
1 gens in vno ex correlatiuis intelligitur corregere in alio, † &
c licèt in correctorijs [c] non ſit licita extenſio. l. præcipimus. in fin.
* infra de appellat. etiã ex maioritate rationis, vt *communiter concluđ.* in Auth. quas actiones. ſupra de ſacroſanct. Eccleſ. tamen fallit in correlatiuis, in quibus iura correctoria extenduntur de vno correlatiuo ad aliud, imò plus dicit Bartol. quòd etiam in materia pœnali fit extenſio de vno correlatiuo ad aliud, & propterea dicit ſe conſuluiſſe Piſis, vbi ſtatutum puniebat certa pęna vendentem frumentum extra plateam, quòd licèt ſtatutum loquatur de vendente, tamen habeat locum etiam in emente. per l. vnicam. vbi etiam not. Bart. de cupreſ. lib. 11. ſubdit vltimò Bartol. quòd prædicta procedunt, niſi diuerſa ratio ſit in altero ex correlatiuis, text. in l. fina. C. de reſcind. vendi. Ex omnib. dictis per Bartol. hic tres principa. conclu. elicio, quas
2 ſeparatim intendo eximinare. ¶† Prima concluſio eſt, quod iura correctoria, quæ non extenduntur etiam ex maioritate rationis, extenduntur tamen in correlatiuis, & ideo lex noua corrigens in vno ex correlatiuis, intelligitur etiam corrigere in alio. Adde Bartol. in l. fin. per illum text. ff. de accep. & in l. prima. per illum text. C. de cupreſ. lib. 11. & in l. prima. per illum text. ff. quod met. cau. & in l. prima. §. hæc actio. ff. ne vis fiat ei. text. in l. ſi ab eo. & ibi not. Bald. C. de legit. hæred. Bald. in Authen. quas act. in ſecunda colum. ſ̃. de ſacroſan. Eccleſ. & in l. ſi conuenerit. ff. de pact. & in l. nemo martyres. in fin. ſupra de ſacroſanct. Eccleſ. Petr. de Anchar. in commen. in capit. cano. ſtatuta. de conſtitu. in verſi. vlterius quæro, vtrum iſta correctio. licèt idem Petr. in clemen. prima. de hęret. dicat ſe dubi-
3 tare, † an ſtatut. in vno ex correlatiuis in materia correcto-
* ria, extendatur ad aliud, ſed non expedit dubitare, quia *communior conclu.* eſt, quòd ſic vt dixi, pro qua facit, quod not. Geminia. in capitul. cupientes. §. denique. per gloſſ. ibi in verb. decreto. de elect. in 6. quòd l. diſponens de vno ex correlatiuis, extenditur ad aliud correlatiuum, etiam ſi de eo nil di-
4 cat. ¶† Ad idem ſecundò facit, quod volunt gloſſ. & Docto. in Authen. qui ſemel. C. quomodo, & quando iud. quòd lex noua corrigens in reo, intelligitur etiam corrigere in actore,
5 & ècontra, ratione correlatiui. † Facit tertiò, quod decidit Gemin. in capitul. 1. de tempo. ordi. in 6. quòd eo ipſo, quòd lex facit exemptum mona. quando vendit, ita intelligitur facere exemptum ipſum emptorem, ideo ibidẽ not. Imo. in illo. capitul. 1. §. 1. in 1. colum. de tempo. ord. quòd ſi ſtatutum permittit quem emere ſine ſolutione gabellæ, intelligitur etiam permittere vendenti illi perſonæ, ne ſoluat gabellam. Iſtud tamen habeo pro dubitabili, cùm diuerſa ratio ſit, vt dicam
6 in tertia concluſione. ¶† Ad idem, & quartò facit id, quod decidit Bald. in rubr. ſ̃. de reb. cred. quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd præſcriptione certi temporis tollatur debitum, intelligitur etiam ſtatuere, quòd tollatur etiam creditum ratione
7 correlationis, vt ibi per eum. ¶† Quintò facit, quod not. de-
d cidit Bartol. in l. inuitus. [d] §. 1. per gloſſ. ibi. ff. de regul. iur. quòd ſi per ſtatutum notarius priorum prohibeatur accipere pecuniã, intelligitur ẽt prohibere, quòd ſi aliquis vellet ſibi vltro dare pecuniam, non poſſit, & eſt gl. not. in capitul. 1. in verbo,
8 vendere. in fin. de ſimo. ¶† Sextò facit, quod multum ſignanter determinat Bald. in Auth. hoc locum. in fin. C. ſi ſecundò nup. mulier. vbi quærit, ſi maritus relinquat vxorem ſuam dominam,

ADDITIONES.

a ¶Correlatiua. Adde Doctores in l. qui ſe patris. columna fin. ſupra vnde libe. PVRPV.
b ¶L. noua. Vide Iaſ. in l. ſancimus col. 2. verſi. 6. ſ̃. de iud. PVRPV.
c ¶In correctorijs. Adde gloſſ. in verbo moderandum. in c. ſtatutum. de reſcri. libr. 6. in verbo, eligitur. in clem. 1. de elect. Ant. de But. in capitul. licèt. de verb. ſigni.
d * Inuitus. Adde ſecus, ſi ſtatutum prohiberet petere, quia nõ prohiberetur accipere à dante ſponte. ita limit. Dec. in d. §. fi. l. inuitus.

Source : BIU Cujas

dominam, massariam, & vsuft. omnium bon. certè existentib. filijs, consuetudo Bulga. interpretatur, quòd habeat alimenta tantum, gl. & Doct. in d. Auth. hoc locum. Bart. & alij in l. Titia
9 cum testamento. §. fi. ff. de leg. 2. quid erit ècontra. † Pone, ꝙ vxor facit testamentum, & relinquit maritū dominum, massarium, & vsuft. omnium bon. suorum, an existentib. liberis habeat locum dicta consuetudo, vt solùm habeat alimenta? videtur, quòd non, quia consuetudo est stricti iuris, & nō extenditur l. 1. §. si quis hoc inrerdicto, & ibi notat pulchrè Bart. ff. de itine. actuque priua. cum concord. contrarium ibi determinat singulariter Bal. quòd consuetudo, quæ loquitur in vxore,
10 habeat locum ècontra in viro. ¶† Septimò facit, quòd decidit Bald. in Auth. dos data. in 1. colū. C. de don. ante nup. quòd sicut mulier non lucratur don. propter nup. quando non sustinuit onera matrimonij, vt dicit ille text. ita nec maritus vigore pacti, vel statuti debet lucrari, quando non sustinuit onera ma
11 trimonij. ¶† Octauò facit text. not. in l. non tantum. ff. de re iud. quem Cum. multum notat, & reputat sin. quòd priuilegiū singulariter, & dispensatiuè vni concessum extenditur ad aliū
12 ratione correlationis. † Et per hoc dicit se aliàs dixisse, quòd stante statuto, quòd de quacunque re, & de quocunque cōtractu solueretur gabella, & maritus haberet priuilegium, ne teneretur soluere gabellam, quòd eo. modo nec pater mulieris secum contrahens tenetur soluere, tamen mihi non placet,
13 cùm diuersa ratio sit, vt dicam in tertia cōclusione. ¶† Nonò facit id, quòd latè examinat Gem. in c. 1. de dolo, & contum. in 6. & cōcludit, ꝙ si actor obtinuit à Papa, vel à Principe specialem commissionem, quòd in causa ciuili reus debeat in iudicio personaliter comparere non per procutatorē, ꝙ etiam ipse actor tenetur personaliter cōparere. facit gl. ad hoc in cle. sæpe, in verbo, voluerit. de verb. sig. confirmatur ex tit. ff. quod
14 quisque iur. ¶† Decimò facit, quòd no. Pan. in c. dilectus. primo. de simo. & in c. quia clerici. de iure patro. & per ista non sunt multi dies, quòd ita consului Parmæ in noua quæstio-
a ne, [a] de qua non reperitur in terminis decisio, & se subscripserunt alij Doct. huius ciuitatis. nam statutum Parmæ disponit, quòd maritus in vltima volun. non possit titulo institutionis, nec legati, nec alio quouis ti. nec directò, nec per indirectum relinquere vxori vltra 100. libras Parmēses, & si qd vltra relin-
15 quat, sit ipso iure nullum. † Dubitatū fuit ècōtra: nam q̄dam mulier instituit virum hæredem vniuersalem, proximiores illius vxoris petunt talem hæreditatem, & dicunt, quòd etiam vxor nō potest relinquere marito vltra 100. libras Parmēses, noua fuit q. an illud statutum prohibitoriū loquēs in marito habeat locum ècontra ex parte vxoris, & prima facie videbatur, quòd non, quia casus omissus in statuto habetur pro omisso, & remanet in dispositione iuris communis l. si extraneus. de condi. ob causa. l. si cùm dotem. in princ. ff. sol. matr.
16 cum sim. ¶† Item ex quo statutum non dicit de vxore, certè nec nos dicere debemus. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acq. hęre. nam si statuentes voluissent idem iuris esse in vxore, facile erat exprimere de vxore. l. vnica. §. pen. ℈. de cad. tol. c. inter corporalia, post med. de transl. Episcopi. facit, ꝙ pulchrè dicit Bald. in l. testamentum non ideo. in vltimis verbis. ℈. de test. quòd statuta tantum disponunt quantum loquuntur nō plus: sed istis, & multis similibus non obst. consului contrarium per sex aut septem principalia fundamenta, præcipuè, quòd cùm vir, & vxor sint correllatiua, vt dixi, certè statutum etiam si esset correctorium loquens in viro, ratione correlationis, intelligitur loqui etiam in vxore, & hoc confirmabam in conuinci bili fundamento. nam statutum prohibens ne maritus possit relinquere vxori in vltima volun. dicitur continere prohibitionem fauorabilem. ita dicit Bart. in l. 1. C. de sum. Trin. in 10. col. in 6. q. prin. vbi per hoc infert not. quod cùm tale statutum disponens ne vir possit relinquere vxori, ꝓtineat prohibitionē fauorabilē, comprehendit maritum etiam existentem extra territorium statuentium, & sequitur ibi Salycet. in 7. colum. & Ludouic. in consil. 39. inci. in proposita quæstione nobilis, & excelsi viri. si ergo statutum est fauorabile, quis dubitat, quòd in fauorabilib. licita est extensio de vno casu ad alium, vt not. Bart. & alij in l. si constante. in princip. 9. q. 1. partis prin. ff. solu.
17 matri. Bartol. in l. 2. §. exercitium. ff. de infam. cum si. ¶† Secun
b da princip. conclusio. Bartol. est, quòd etiam in pœnalibus [b] correlatiuis fit extensio de vno ad aliud, ideo statutum pœnale loquens in vno ex correlatiuis, puta in venditore extenditur, vt illamet pœna habeat locū etiam in empt. & sic in corelatiuo, licèt pęnæ sint restringendę. l. cùm quidam. cum sim. ff. de liber. & posthum. idem not. Bartol. in l. final. per illum text. ff. de accep. & in l. 1. per illum text. C. de cupres. libr. 11. facit glos. not. in capitul. 1. de confes. in 6. & in l. per interuallum. ff. de iudi. ibi gl. tenet, quòd pœna imposita actori, & sic vni ex correlatiuis, intelligitur etiam imposita reo, & ècontra. idem quòd in pœnalibus dispositum in vno ex correlatiuis extendatur ad reliquū ēt respectu pęnę, q̄ vniformis ratio militat, tenet Pan. in proę. Decret. vbi alleg. Bar. in d. Auth. q̄ semel. idē tenet
* Pan. in c. quia clerici. de iure pat. vbi dicit esse *istam communem opi.* Bar. & Legistarum, & idem Pan. in c. fi. in 3. col. de rescr. firmat etiam Gemi. in c. 1. de tempo. ord. in 6. in 4. col. in 2. fal. vbi alleg. ad hoc Bar. in l. liberorum. per illum tex. ff. de infa. tenentem, quòd ex identitate rationis statutum pœnale loquens de
ita ſingulariter Pau. de Caſt. in conſi. 108. incip. ſub anno. 40. quem refert, & ſequitur Alexan. in conſi. 33. in 4. volum. incip. ſuper dicto quæſito. in fina. colum. ¶ Item intellige iſtam. l. vt procedat, quando non apparet de voluntate teſtatoris, aliàs ſemper illi ſtandum eſt. l. 3. in fin. vbi multa bona dixi ad hoc. C. de libe. præte. Item intellige iſtam. l. niſi teſtator ordinaſſet, ꝙ ſtetur declarationi hæredis, tunc non recurritur ad iudicem. l. hæredes. §. ſi incerto. ff. fam. ercis. ¶ Secundò not. limita iſtum tex. non procedere, quando teſtator non ſenſit de certo, & eſt dubium de quo ſenſerit, tunc declaratio ſpectat ad hęredem, non ad iudicem. l. ſi quis à filio. §. fina. ff. de lega. 1. & ibi not. Barto. ad finem pro limitatione huius. l. nam iſta. l. procedit, quando non conſtat, & aliquod verbum, vel aliud ambiguum reperitur.

ADDITIO.

3 ¶ Sacerdòs parrochiæ. Adde gl. & Doct. in cle. dudum. de ſepul.

SVMMARIVM.

1 *Stante ſtatuto, ꝙ exiſtentibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedant patri ab inteſtato, ſed ꝙ debeant dotari arbitrio propinquorum, propinqui non poterunt arbitrari minorem dotem quàm ſit legitima.*

2 *Filia dotata à patre dum viueret, & in vltima voluntate præſumitur congruè dotata, adeo ꝙ filia non poterit conqueri de modicitate, propter præſumptionem, quæ eſt pro patre, niſi eſſet magnus exceſſus.*

LEX VII.

VOluntatis. Breuius ſummari non poteſt, & ſecundum Bald. poteſt poni exemplum, ſecundum. l. ſi filiæ pater. de leg. 3. quando teſtator legauit filiæ dotem ſimpliciter, & non dixit, quanta debeat eſſe dos. nam iudex debet declarare attenta dignitate, qualitate, & facultate teſtatoris, vt ibi. & l. quæro, vbi etiam Barto. ff. de iure dot. & circa hoc adde text. not. in Auth. res quæ. C. communia de leg. per quem Saly.
1 ibi in ſecundo not. & Fulg. notant, † ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ exiſtentibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant patri ab inteſtato, ſed debeant dotari arbitrio propinquorum, certè propinqui non poſſunt arbitrari minorem dotem, quàm ſit legitima, ꝙ not perpetuò, & ad hoc dabo multas concordan. & ex multis confirmabo in d. Authen. res quæ, & ſuadetur ratione, quia dos ſuccedit loco legitimæ, vt not. Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero, in penul. colum. ff. de condi. & demonſtra. Bald. in l.
2 non ſine. ſ. de bon. quæ lib. ¶ † No. etiam, ꝙ filia dotata à patre, dum pater viueret, & in vltima volunta. præſumitur congruè dotata, ita ꝙ filia non poteſt conqueri de modicitate propter præſumptionem, quæ eſt pro patre, niſi eſſet magnus exceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Valet legatum vel fideicommiſſum relictum ſeruo proprio, cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt.*

2 *Quando ſunt duo actus, nec apparet quis prior vel poſterior fuerit, præſumitur præceſſiſſe actus, qui facit vtrunque valere.*

LEX VIII.

QVi fideicommiſſariam.
1 † Valet legatum vel fideicom. relictum ſeruo proprio, cui fideicom. libertas relicta eſt. hoc dicit. Et conſidera, quia ſi libertas fuiſſet relicta directò ipſi ſeruo, tunc iſta. l. non haberet dubium, quia cùm tunc vtrunque legatum ſit relictum purè ſeruo, & vtrunque eodem tempore cedat, præſumitur prius ceſſiſſe legatum libertatis, & poſtea aliud le-
2 gatum, per regulam no. quę habet, † ꝙ quando ſunt duo actus, nec apparet quis prior, vel poſterior fuerit, ſemper præſumitur præceſſiſſe actus, qui facit vtrunque valere. text. eſt no. in l. cùm in teſtamento, quem ibi Bald. not. ff. de hęred. inſti. cum alijs concordan. quas dedi in l. fin. ſ. de edi. diui Adria. toll. in illa q. glo. quando reperiuntur duo teſtamenta, nec apparet, quòd prius, nec quod poſterius, ſed iſta. l. procedit, quando teſtator fecit legata ſeruo purè, & libertatem per fideicom. reliquit, qa ergo legata cedunt ſtatim à morte teſtatoris, vel ab adita hæreditate, videbantur cedere tempore quo iſte erat ſeruus, ex quo libertas non erat relicta purè, ſed per fideicom. ideo videbatur, quòd legata tanquam relicta ſeruo non valerent. l. ſeruus. ſup. de lega. Contrarium deciditur hic, & ratio ſecundum Paul. eſt, quia legatum fingitur cedere tempore quo libertas erit præſtita. Tu dic, quòd etiam in iſto caſu vtrunque legatum cedit eodem tempore non ſeruata natura aliorum legatorum, text. eſt in l. vnica. §. in nouiſſimo. ſ. de cadu. tol. vbi dicitur, quòd licèt alia legata cedant à morte teſtatoris, tamen relicta ſeruis non cedunt niſi præſtita libertate, vt ibi, & l. ſi quis ſeruo. de leg. 2. alleg. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Quem non honoro, grauare non poſſum.*

LEX IX.

ABeo. Iſta. l. allegatur, quem non honoro grauare † non poſſum, & ſic quem honorau, non poſſum in plus grauare, quàm apud illum remanere debeat deducto onere. l. ciuitatibus. §. fin. vbi Barto. de leg. 1. Idem Barto. in l. non amplius. in princ. de leg. 1. & in l. Pamphilo. §. fin. de leg. 3. Saly. in l. fin. C. quando dies leg. ced. Intellige, & limita iſtam. l. ꝙ qui eſt honoratus, poteſt grauari legatis, vel fideicom. verum eſt, quando eſt honoratus commodo pecuniario, ſecus ſi eſſet honoratus commodo non pecuniario, puta, quia teſtator reliquiſſet libertatem ſeruo ſuo, licèt enim libertas ſit res maxima, quia tamen non continet commodum pecuniarium, non poteſt grauari legatis. l. planè. §. fi. de leg. 1. l. Titius, vbi not. Docto. C. de oper. lib. l. ſi mulier. §. fi. ff. de leg. 3. Secundo limita, niſi perſona non honorata fictione iuris cenſeatur eadem cum illa, quam teſtator honorauit, quia poteſt eam grauare ſicut perſonam honoratam; hinc eſt, quòd hæres legatarij poteſt ita grauari ſicut legatarius, licèt hæredi nil reliquerit. l. ſi fuerit, cum l. ſequen. ff. de leg. 3. eodem modo ſi teſtator inſtituat ſeruum vel filium, poteſt grauare patrem vel dominum, licèt patri, vel domino nihil reliquerit, cùm cenſeatur eadem perſona. l. à patre. de leg. 3.

not.

Source : BIU Cujas

no.Bar.& Imol.& Mod.in l.cum filio. ff.de leg. 1.cum concor. ibi politis.Eodem modo ſi teſtator inſtituit minorem, poteſt grauare tutorem, vel eius adminiſtratorem legatis,licèt tutori nil reliquerit,& cenſetur relictum à pup.l.peto.§ mater.de leg. 2.traditur in d.l. cum filio. Eodem modo ſi teſtator ordinauit executorem vltimæ volunta.licèt ipſe executori nil reliquerit, poteſt tamen à tali executori legare, vel fideicommittere, qa cenſetur ab ipſa hæreditate relinquere. l. ſi pluribus de leg. 1. Barto.in l.Firmſo.§.1.ff.quando dies leg. ced. & in l. ſi Titio, & Meuio.de leg.2.¶Tertiò limita iſtam. l. non procedere in filio exhæredato à patre, cui pater fecit legatum, & dedit ſubſtitutum pupillarem,quia licèt ad ſubſtitutum perueniat commodum legati teſtatoris, tamen à tali ſubſtituto legare non poteſt,licèt à filio ſic,text.eſt mirabilis in l.cùm quidam. ſ. de leg. cum concordan.ibi per me alleg vbi vidiſtis,ſi qua ratio poteſt reddi.¶Quartò limita iſtam regulam procedere, quando teſtator ſeparatim,& de per ſe legauit ab illo, quem non honorauit,tunc legatum non valet hic, ſecus ſi teſtator mixtim legauit à duobus, ſcilicet ab illo quem non honorauit, & ab illo,
a quē honorauit, [a] nam legatum in totum valet, & honoratus tenetur ad legatum totum,text.eſt no.in l.ſi duob. §.1.de leg.1. ¶Quintò limita iſtam regulam non procedere, quando teſtator vni hæredum aliquid prælegauit ante partem, nam vltra quàm valeat illud prælegatum,poteſt eum grauare, quia licèt non ſentiat commodum vt legatarius, ſentit tamen vt hæres, & hoc ſufficit,cùm idem ſit legatarius,& hæres.l.Neſennius. ff. ad legem Fal.Bar.in l.Pamphilo.§.fi.ff.de leg. 3. & remanet expedita iſta regula,& iſta lex.

ADDITIO.

a ¶Quem honorauit. Adde latè Alexan.in l.Centurio.colum. 28. de vulgar. & pupil. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,quod orationem perficit,licèt à notario ſit omiſſum,eſt tamen ſupplendum.*

LEX X.

a 1 Erbum volo. [a] † Verbum, quod orationem perficit, licèt à notario ſit omiſſum,ſupplendum eſt, & declara vt in glo. 1. Dubium erat, quia cùm deeſſet verbum ſubſtantiale,per quod ſubſtantiatur tota oratio,videbatur diſpoſitionem vitiari.contrarium deciditur, ratio, quia verbum volo,præſumitur omiſſum errore, vel pigritia notarij,vnde ſi in inſtitutionibus directis non vitiat.l. errorem. ſ. de teſt.vbi dixi.l.1.§.1.ff.de hæred. inſtit. quanto minus in fideicō. in quibus magis ſenſum,quàm verba ſpectamus. Facit. l. cùm pater.§.cum imperfecta. de leg. 2. Et ſi dicatur, quare in iſta.l. non ita ſubauditur verbum negatiuum,nolo, ſicut affirmatiuum,volo? Reſpondent Doct. quia in dubio debet capi præſumptio, vt res valeat. l. quoties. ff. de rebus dub. & quia non eſt veriſimile,quòd ademptio fiat ab eo,cui nihil relictum eſt, vnde potius præſumitur relinquere,quàm adimere,quia ademptio, quæ dicitur quædam priuatio,prę ſupponit habitum.l.remittit.ff.de iureiuran.l.decem.ff.de verbo.oblig.l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iur.

ADDITIO.

a ¶Verbum volo. Adde glo.in cle.1.de offi.vica.glo.in ver.volumus. in cle.vni. de rerum permut. Cardin. in ca. 1. de confeſ. Card. in c. ad audientiam.de reſcrip. Abb. in cap. ſedes. in 6. colum. de reſcrip.Abb. in ca.ex ratione.de appel.
¶Vide pro limitatione Fely.in c.ad audientiam,el 1. de reſcrip. in 1. & 3. limitatione.Et Barto.quem ibi ſequitur Alex.in l. fin. 2. colum. ſ. de edi. diui Adr.tol. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Prohibita alienatione,poſſunt res alienari,interueniente conſenſu eorū, quorum fauorem prohibitio continet,limita vt infra nu.2.*
3 *Paria ſunt vel alienare vel alienationi conſentire.*
4 *Si filius alienat rem immobilem ſimul cum patre, vel èconira, non requiritur aliter authoritas,vel conſeuſus patris.*
5 *Licèt filiusfam.non poſſit agere in iudicio, vel conueniri ſine licentia patris,tamen ſi pater,& filius ſimul agant,valet iudicium ex parte filij,licèt aliter non appareat de licentia patris.*

LEX XI.

1 Voties. † Prohibita alienatione, pñt res alienari interueniente conſenſu eorum,quorum fauorem prohibitio continet.hoc dicit. Et pone caſum, quando teſtator reliquit domum vel fundum plurib.& grauauit ne poſſent alienare,adiecta cauſa,& ſi aliquis eorum alienauerit partem ſuam, ꝙ pars alienata ipſo iure accreſcat non alienantibus, prout fit in teſtamentis, ſi omnes alienant vel conſentiant, valet alienatio, & ideo dicit Ange.hic in lectu. Peruſ.ſe multoties practicaſſe iſtā l.Peruſij,vbi inoleuit conſuetudo,quòd parentes, quando habent filios diſſolutos,prohibent in teſtamento, ne poſſint aliquā rem aliena.donec peruenerint ad 30.annos,& ſi alienauerint, volunt ꝙ priuentur hæreditate, & ꝙ hæreditas perueniat ad hoſpitale, pone ꝙ aliquis velit emere ab iſto filio prohibito,modus eſt vt facit hoſpitale conſentire, vel cum hoſpitali faciat tranſact.inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti. Intelligeiſtam.l.procedere,vt dicit glo. quando prohibitio teſtatoris fieret cum cauſa,aliàs cenſeretur præceptum nudum, quod non haberet obſtare.l.filiusfamil.§.Diui.el 2.ff.de leg.1.& dicitur prohibitio de non alienando fieri cum cauſa,& ſic valere, tripliciter.Primò,quando fit contemplatione rei, & glo. ponit exemplum,quando teſtator relinquit turrim, vel palatium,ꝙ ſemper fuit maiorum ſuorum,& ſimiliter prohibuit alienari, ex quo exemplo colligit hic Bald.notabiliter,quòd ex qualitate rei relictæ, ad quam teſtator veriſimiliter habuit.affectionem,præſumitur,ꝙ teſtator prohibuerit, quia voluit talem rē in agnatione manere, & ſic præſumitur tacitum fideicom. ꝙ eſt not.ſecundum eum.Tu allega glo.in l.codicillis.§.inſtituto. in verſi.filijs meis.de leg.2.Secūdo, quando teſtator prohibuit fauore prohibiti,vt quia erat pupil.glo.in l.2. C.de vſucap.pro empto. Tertiò, quando prohibuit fauore tertij, ad quem vult rem peruenire,ſi iſte alienauerit.d.l.filiusfamil.§.diui. 2. vbi plenè tangitur,& l.pater. §. Iulianus Agrippa.de leg. 3. l.Lucius.in
2 princip.de leg.2.¶† Limita iſtam l.non procedere, quando teſtator reliquit domum vel fundum pluribus, & prohibuit ne talem domum poſſent alienare,& ſi quis partem ſuam alienauerit,ꝙ accreſcat non alienantibus.Pone, quòd vnus iſtorum vult alienare partem ſuam,& requirit hæredes,ꝙ emant,ſi ipſi recuſant emere, poteſt cuicunque velit extraneo impunè vendere.tex.eſt no.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verb. obl. vbi no.Bar.& dicit,ꝙ eſt tex.ſing.cum limitatione,vt ibi per eum, & ēt per Bar.in l.peto.§.fi.ff.de leg. 2. de quo vide omnino Io. de Ana.dantem mirabiles reſtrictiones ad illam. l. in conſi. 47. inci.illud præſupponitur.¶Secundò limita no.iſtā.l.dum vult,
a ꝙ res prohibita [a] alienari extra familiam,cōſentientib. omnib. de familia alienari pōt,verum eſt,quo ad hoc,vt illi de familia, qui conſenſerunt,reuocare non poſſint,ſed nati ex iſtis pñt reuocare poſteà, cùm intelligantur oēs de familia non ſolùm pſentes ſed naſcituri.l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.Fulg hic,per l.peto.§.fi.de leg.2.cū gl.ſed nihil probat.ibi.n.dī,ꝙ in reuocatione veniunt illi,qui nunc ſunt emancipati,quia tpe teſtamenti fuerant in familia.melius facit.d.l.ſi cognatis, & hoc eſt de mente Io.de Ana.in d.conſi.47.not. & liga digito, quia quotidianum
3 eſt.¶† Secundò no.ſm Ange.in lectu.Flor. & Fulg.hic,ꝙ paria
b ſunt, [b] vel alienare vel alienanti conſentire, ꝙ dic verū quo ad impediendum reuocationem, quia ꝙ ſemel placuit,amplius diſplicere non pōt.l.Pōponius. ff.de neg.geſt.ſecus quo ad obligationem,quia qui vendit ſe obligat,non qui conſentit,& ſic primus tenetur de euictione,ſecundus non.l inter ſtipulantem.
4 in princip.ff.de verborum obligat.† Et facit iſte tex.ſecundum Ang.hic in lectu.Flor.ꝙ ſi filius alienat rem immobilem ſimul cum patre, vel èconira, ꝙ non requiritur aliter conſenſus vel auctoritas patris,iuxta.l.fi.§.filijs autem. ſ.de bonis, quæ lib.ad-de Bald.in l.fin.in 2.colum. C.ad Macedo. vbi deci. quod ſtante ſtatuto,ꝙ filius non poſſit ſe obligare ſine licentia patris, ſi in eodem inſtrumento reperiantur obligati pater,& filius,non
5 requiritur alia licentia patris.† Facit,quod not. Barto. in l.cùm pater.§.libertis.per illum text.ff.de leg. 2. nam licèt filiusfamil. non poſſit in iudicio agere vel conueniri ſine licentia patris. l. fi.§.neceſſitate. ſ.de bon. quæ lib. tamen ſi pater, & filius ſimul agant,

ADDITIONES.

a ¶Res prohibita.Limitatio,pro qua vide elegans conſi.Barto. 72. Ex facto, n vlt.dubio. PVRPV.

b ¶Paria ſunt.Vide no.cautelam Ang.per iſtum tex.relatam per Iaſ.in l. filiusfam.§.diui.in fi.ff.de leg.1. PVRPV.

Source : BIU Cujas

agunt, valet iudicium ex parte filij, licèt non appareat aliter de licentia patris, ſequuntur Bal. Ang. & Mod. maximè Ale. in l. is, qui hæres. §. fi. ff. de acquir. hær. Bal. in l. ſi filiusfam. in fi. ff. de iud. Imol. & Mod. in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matrimo. cum concor. ibi ſignatis. Ang. in §. pupillus. inſtit. de inutil. ſtipu. Panor. in c. cùm dilectus. in 1. no. de conſuetud. Iaſ. Pap.

SVMMARIVM.

1 *Fideicom. relictum ad diem incertum, poteſt ante illam diem ſtatim reſtitui, quod limita, vt infra nu. 3.*

2 *Si vxor inſtituit maritum hæredem, & eum grauauit, ꝙ poſt mortem ſuam reſtitueret hære. communi filio, an creditores patris poſſint petere, ꝙ donec pater viuit, mittantur in poſ. bonorum.*

4 *Hæres grauatus fideicom. vniuerſali ſi reſtituat totam hæred. ſine detractione quartæ, dicitur plenius exequi voluntatem defuncti.*

5 *Quando hæres directus non inſtituitur contemplatione ſui, ſed fideicom. tenetur reſtituere hæreditatem abſq; detractione quartæ Trebel.*

6 *Si teſtator aliquem inſtituit, & mandauit, ꝙ poſt eius mortem bona diſtribuerentur inter pauperes eligendos per ſuum executorem, an executor poterit eligere in vita hæredis, an teneatur expectare eius mortem, & nu. 7.*

LEX XII.

POſt mortem. Grauatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem poſt mortem, & ſic ad tempus incertum, poteſt ante reſtituere, & omittere detractionem quartæ Trebellianicę. hoc dicit. Dubiũ faciebat, quia cùm hoc fideicommiſſum ſit conditionale. l. hæres meus. in prin. ff. de condi. & demonſt. l. 4. ff. quando di. leg. ced. & conditiones debeant impleri in forma ſpecifica. l. qui hęredi. & l. Meuius. ff. de condi. & demonſt. & per conſequens videbatur, ꝙ ante mortem non poſſet hæreditas reſtitui, contrarium tamen deciditur, ex quo nemini præiudicatur niſi ipſi hæredi, cuius fauore tempus eſt adiectum. hic enim teſtator appoſuit tempus mortis hæredis non vti formam, ſed tanquam dilationem fauorabilem ipſius hæredis, cui debet poſſe hæres renuntiare.

1 ¶† Not. quod fideicommiſſum vel relictum ad diem incertam, poteſt ante illam diem ſtatim reſtitui Intellige interueniẽte voluntate fideicommiſſarij, aliàs eo inuito non poteſt ſtatim reſtitui, quia cùm ſit fideicom. conditionale, vt dixi, & debitum conditionale non poteſt creditori inuito ſtatim ſolui, ſed ipſi volẽti. l. ſtipulatio iſta habere. §. inter certam. ff. de verb. obl. ſecundum Pau. hic circa prin. qui dicit ſe mirari, ꝙ Docto. hic non tangunt. Tu adde Bar. & omnes tangentes in d. §. inter

2 certam. † Et pro ampliatione huius. l. adde text. ſolennem in l. patrem. ff. de his, quæ in frau. credi. in glo. alleg. quam reputat ſing. Bald. in rub. C. de his, quæ in frau. cred. in fi. col. & per eum no. decidit, ꝙ ſi vxor inſtituit maritum hæredem, & eum grauauit poſt mortem ſuam reſtituere hæreditatem communi filio, an creditores patris poſſint petere, ꝙ donec pater viuit, mittantur in poſſeſſionem illorum bonorum, dicit Bal. ꝙ non, imò pater ſtatim poteſt reſtituere hæreditatem filio emancipato, non detracta Trebel. nec per hoc dicitur fraudare creditores, quia illud tempus mortis non eſt poſitum, vt faciat realem conditionem, ſed ad beneplacitum patris. Intellige regulam huius text. procere, quando per reſtitutionem hæreditatis factam ante tempus incertum nemini præiudicatur præterquã ipſi hæredi, tunc hæres poteſt ſibi præiudicare, & ſic renuntiare fauori ſuo, ſed quando fieret præiudicium tertio non ex ordinatione teſtatoris, ſed aliter, & tunc illud præiudicium nõ curatur. tex. eſt ſing. in d. l. patrem. ſi autem fit præiudicium ex diſpoſitione teſtatoris, non poteſt hęres ante tempus incertum reſtituere. Iſtud autem, ꝙ fiat præiudiciũ tertio ex ordinatione teſtatoris, poteſt contingere altero de quatuor modis, quos colige per te. ex quatuor limitationibus, quas ſtatim ponam.

3 ¶† Limita ergo primò iſtam. l. procedere, quando hæres poſt mortem ſuam eſt grauatus reſtituere perſonæ certæ, & ſpeciali, ſecus ſi incertæ perſonæ, vt in iuribus in gl. alleg. vbi nunc dicam. ¶ Secundò limita iſtam. l. non procedere, quando hæres poſt mortem ſuam fuiſſet grauatus reſtituere certæ perſonæ, & ſi illa perſona moriatur, teſtator ei dedit ſubſtitutum, tunc non poteſt ei ſtatim reſtituere, propter præiudicium, quod fieri poſſet ſubſtituto. text. eſt not. in l. vxorem. §. Seia. de lega. 3. ¶ Tertiò limita iſtam. l. procedere, quando hæres eſt grauatus reſtituere certæ perſonę, ſecus ſi pluribus certis, quia cùm tunc poſſet contingere, ꝙ aliqui ex eis moriantur ante mortem hæredis, & ſic fieret pręiudicium illis, qui ſupereſſent, non poſſet hæres ante illud tempus incertum reſtituere, ſecundum Bar. & alios hic, per l. filiusfamil. §. Diui. 1. de leg. 1. quæ tamen non propriè loquitur iſto caſu, quando fideicommiſ. fuit relictum in tempus incertum mortis hæredis, ſed ſub alia conditione. ¶ Quartò limita iſtam. l. procedere, quando hæres fuit grauatus reſtituere certæ perſonæ, quæ ſit ſui iuris, ſecus ſi eſſet alieni iuris. Ratio, quia ſtatim reſtituendo fit ei præiudicium, quia ſi expectaretur tempus mortis, poſſet interim fieri ſui iuris, & ſibi fideicom. acquiri, ſecundum Bald. hic, qui dicit aliud non dicere, & eſt veriſſimum dictum, per rationem de qua. ſ.

4 ¶ † Secundò not. ex fin. text. quòd hæres grauatus fideicom. vniuerſali, licèt in reſtitutione talis fideicommiſ. vniuerſalis poſſit detrahere Trebel. toto titu. ff. & C. ad Trebel. tamen ſi vult, poteſt reſtituere, abſque ꝙ detrahat aliquam quartam, quia detractio quartæ reſpicit merum hæredis fauorem, cui poteſt renuntiare, per regulam. l. penul. ſ. de pact. & tunc dicitur plenius exequi voluntatem defuncti. l. patrem. ff. de his, quæ in fraud. cred. & text. eſt valde not. in l. ſi ſponſus. §. vlt. ff. de dona. inter vir. & vxo. Subdit Bald. hic in penul. colum. ꝙ eſt dare caſum mirabilem, in quo hæres grauatus reſtituere hæredita-

5 tatem, † etiam ſi vellet non poſſet detrahere quartam [a] Trebel. ſed debet reſtituere abſque detractione quartæ, quando hæres directus non eſt inſtitutus contemplatione ſua ſed fideicommiſ. & ſic quando ſolùm eſt inſtitutus, vt prouideatur fideicommiſ. & potes ponere exemplum in caſu. l. multi non notæ. ff. de lib. & poſthu. tunc non poteſt quartam detrahere, alleg. l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſti. quæ loquitur in alio caſu, allegat etiam text. vbi eſt caſus ſing. de hoc. in l. in fideicom. §. cùm Pollidius, vbi Cyn. & Bar. in lect. antiqu. not. ff. de vſur. & dicit Bald. in rubr. C. de reuoca. his, quæ in fraud. cred. in fin. ꝙ d. §. cùm Pollidius, eſt ad hoc not. & ſing. & tenendus fixus cordi. eum reputat ad hoc ſing. Bald. in c. bonæ. 1. ad fin. de poſtu. præla. & in l. iubemus. in princip. in 5. colum. C. ad Trebel. & eſt glo. quæ hoc tenet per d. §. cum Pollidius. in l. in fideicommiſſariam. §. fin. ff. ad Trebel. quam Imol. & Ludo. Roma. ibi ad hoc reputãt ſing. & Imol. in l. cum filio. in penult. colum. de leg. 1. & hunc caſum bene not. pro limitatione totius titu. ff. & C. ad Trebel. alius caſus eſt, quando hæres vniuerſalis eſt grauatus reſtituere hæreditatem, non per viam vltimæ voluntatis ſed contractus. text. eſt ad hoc ſingu. in l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſti. quem etiam ad hoc not. Bald. in rub. de his, quæ in fraud. cred. ad fin. ¶ Glo. fin. in verſic. reſtituere. diuiditur in quatuor. In prima alleg. tres concord. ad tex. Prima bene facit, & eſt ſing. aliæ tres parum faciunt. In ſecunda ibi, ſed videtur ante tempus. oppo. contra tex. & format duas oppo. & duas ſolu. ponit. Prima ſolu. vadit ad primum contrarium. Secunda ad ſecundum & vtraq; eſt bona. In tertia ibi, item ad idem contra. etiam oppo. contra text. & reſpondet, ſed male. In quarta ibi, in fideicommiſſo autem ſpeciali. remouet aliud contrarium, & in effectu glo. format tres oppoſi. contra text. ex ſecunda parte habes duo contraria, & duas ſolu. ¶ Prima vadit ad primum contrarium, ꝙ hæres grauatus poſt mortem ſuam reſtituere, poteſt ſtatim reſtituere ſi velit, ita loquitur hic, ſed cogi non poteſt, ita loquitur. d. §. hæreditatem. vide tamen ad hoc text. in d. l. vxorem. §. Scæuola. de leg. 3. ¶ Secunda ſolu. vadit ad ſecundum contrarium, ex qua habes, ꝙ iſta l. debet intelligi, ꝙ quando fideicom. fuit relictum certæ perſonæ particulari, tunc ſtatim poteſt ſolui, ſecus ſi ſit relictum perſonis incertis, tunc ante mortem non poteſt reſtitui, quia iſtæ perſonæ, quibus nunc reſtituitur, potuiſſent mori ante hæredem, & ſic fieret præiudicium illis, qui fuiſſent tempore mortis hęredis, ergo cùm iſta reſtitutio ante mortem poſſit augere præiudicium aliorum, quàm hęredis, ergo ante mortem fieri non poteſt, ita loquitur. d. §. à filia, & per hoc dicit Barto. hic,

6 & in d. §. à filia. per illum text. ſe pluries dixiſſe, † cùm teſtator aliquem inſtituit hæredem, & poſt eius mortem vult, quòd eius bona diſtribuantur in pauperes eligendos per ſuum executorem, quòd executor non poteſt eligẽre pauperes in vita hæredis, ſed poſt mortem, & ſi ante eligeret, non valeret electio. d. §. à filia, quod verum eſt, niſi ꝓſeueraret in electione poſt mortem hæredis, tunc valet, non vi electionis, ſed tacitæ confirma-

7 tionis. l. vnum ex familia. in princip. ff. de lega. 2. † Adde, quòd idem tenet Ange. in lectu. Peruſ. qui dicit ſe infinitis vicibus practicaſſe, & obtinuiſſe, quòd ſi teſtator carens filijs inſtituit vxorem hæredem, & poſt mortem ſuam voluit bona ſua diſtribui in pauperes eligendos per vxorem vel executores,

ADDITIO.

a ¶ Detrahere quartam. Adde Petr. de Vbal. & Barba. in repet. cap. Rayn. de teſta.

Source : BIU Cujas

cutores,ſi vxor,vel executores elegerint pauperes ante mortẽ, non valet elect. per hoc tñ electio non deuoluitur ad diœceſanum.iuxta.l.nulli.& l.ſi quis ad declinandam. ℨ. de epiſco.& cler.quia ſi perſeuerant vſq; ad mortem,valet electio ſaltem ex tacita confirmatione.d.l.vnum ex familia.Idem tenet Ang. in l.ſtipulatio iſta habere.§.inter certum.vbi Imo. & Moder.ff.de verb.obl.Bald.Ang.Imol.& alij in l.filiusfam. §. diui.ff.de leg.1. Ang.Imol.Ludoui.Roma. & Moder.in l.ſed & ſi alio.§.ſi quis ſub conditione.ff.ad Treb.Saly.in l.1.in 3.col. ℨ.de hæred.inſtit. & *iſta eſt communis ſententia*,licèt contrarium teneant Bal.Fulg. & Paũ.hic,& mouetur Bald.quia fideicom. de diſtribuendo in pauperes,relictum dicitur Deo potius,quam pauperibus. §. ſi quis in nomine.in Auth. de eccl.titu.ſed Deus non variatur.Facit etiam,quia licèt ante mortem reſtituat, vel declaret,non tamen fit contra mentem defuncti, imò ſecundum eius voluntatem,vt hic in verſi. defuncti iudicio, & cum hoc tempus ſit poſitum fauore hæredis,ei poteſt renuntiare. Nec obſt.text.in in d.l.cum pater. §.à filia, quia loquitur in diuerſis teminis à q. noſtra,ibi enim loquitur,quando fideicom.poſt mortem hæredis eſt relictum incertis perſonis, ſed de certis, & ſic in genere ſubalterno, nam grauauit filiam, vt reſtitueret poſt mortem vni ex filijs,quem vellet,& ſic incerto de certis.ſed in q. noſtra loquimur, quando eſt reſtituendum fideicom. poſt mortem hæredis incertis de incertis, nec ibi fit reſtrictio ad certum genus pauperum,quo caſu teſtator nõ videtur habuiſſe affectionem magis ad pauperes, qui eſſent vno tempore quàm alio, & dicit Paul. ℭ primo anno, quo venit Paduam ad legendum,vidit ſuper hoc magnam quæſt. quia quædam domina hęres inſtituta poſt mortem ſuam,grauata erat diſtribuere bona inter pauperes,quos ipſa eligeret.Iſta domina volens bona ſua peruenire ad coniunctos ſuos tanquam pauperes, ſtatim elegit,Epiſcopus poſt mortem ſuam dicebat electionem non valere tanquam factam ante tempus,& ℭ electio ad eum ſpectabat per deciſ Bar.dicit Pau. ℭ in contrarium allegauit Bald. hic.Secundò,& fortius,quia dato,ℭ electio ante tempus facta non valuerit,fuit tamen confirmata ex perſeuerantia volùntatis.d.l.vnum ex familia,& per Ange.& alios hic.Tene primam opin.communem,quia cùm fideicom.ſit reſtituendum incertis,tale tempus non reſpicit merum fauorem hæredis, ſed illorum pauperum,qui erant viui tempore mortis hæredis, ergo in eorum præiudicium non poteſt ante fieri electio per hęredem.Adde etiam pro confirmatione prædictorum illud, ℭ per tex.in d.l.cùm pater.§.à filia.decidit no. Bar.in l.omnes populi.in 5.q.1.quæſtionis princi.ff.de iuſt.& iure vbi quærit Ptãs habet arbitrium in pœnis, quæ non ſunt limitatæ à iure comni,vel à ſtatutis.l.1.§.expillatores.ff.de effracto. & expi.l. ſancimus.C.de pœnis.an Poteſtas in principio officij poterit declarare pœnas,dicit,ℭ non,quia declaratio,quæ poteſt variari per tempora,ſi fiat ante tempus non valet.d. §.à filia. ſed bene poſſunt pœnę variari ex tempore.l.Pedius.ff.de incen.rui.nau.l.reſpiciendum.ff.de pen.ſequitur Petr.de Anch.in commento.c. canonum ſtatuta. de conſti.verſic. quærit. ¶ Circa ſecundum contrarium glo.& ſic in tertia eius parte, illud contrarium ſic inducas,nam quando fideic. relinquitur alicui poſt mortẽ hæredis,cenſetur conditionale.l.hæres meus,in prin.ff.de condi.& demonſt.l.4.ff.quando dies leg.ced.& facit ratio,quia cùm dies incertus ſe habeat ad eſſe,& non eſſe,meritò habetur pro conditione. l. dies incertus. ff. de condi.& demonſtra. ſed ſic eſt, ℭ quando fideicom. vniuerſale relinquitur ſub conditione, hæres non poteſt ante purificatam conditionem illi reſtituere, quia non reſtitueret,vt voluit teſtator.l.ſed & ſi ante. ff.ad Trebel.allegata in gl. ergo nec in iſta. l. debet poſſe hæres añ mortem ſuam reſtituere, reſpondet glo. ℭ contrarium procedit, quando fideicom. vniuerſale relictum eſt ſub conditione caſuali,quæ ſe habet & ad eſſe & non eſſe,ſed in l. noſtra fideicõ. vniuerſale eſt relictum in tempus incertum mortis,quod tempus eſt neceſſarium,ſed relictum ſub conditione neceſſaria habetur pro purè relicto,vt in glo.iſtam *ſolu.reprobant Bar.t& omnes.* nam procederet, quando fideicom. eſſet relictum,cùm fideicom.morietur,illud eſſet bene tempus conditionis neceſſariæ.ſed hic fuit relictum poſt mortem hæredis,ideo poſſet euenire,ℭ fideicom.ante moreretur,& ſic ille dies habet ſe ad eſſe, & non eſſe,& ſic habetur pro conditione.vnde reſpõdent Bart. Bal.& alij,ℭ hæres grauatus reſtituere poſt mortem, poteſt reſtituere ante mortem, vt hic, ſed in præiudicium ſuum,nam licèt ipſe reſtituerit, ipſe tamen conueniri poterit à creditorib. & legatarijs,quia cùm non reſtituerit,vt voluit teſtator, actiones ex Trebel.actiuè,& paſſiuè non tranſeunt in fideicom. d.l. ſed & ſi ante.ita tene,quicquid teneat Fulg.hic, & vide Bald.in addi.ad Spec.in tit.de inſtru.edi.in 18.colum.verſi. merus executor.¶ Circa tertium contrarium quod glo.format in vlt.par te,illud ſic inducas ,nam videtur, ℭ hæres grauatus reſtituere poſt mortem ſuam non poſſit indiſtinctè reſtituere ante, imò diſtinguatur,an tale tempus mortis ſit adiectum fauore hæredis,an fideicom.qui fortè minor erat,iuribus in glo. alleg. glo. reſpondet,ℭ illa iura loquuntur in fideicom. particulari, ſecus in vniuerſali totius hæreditatis, & potuit eſſe ratio diuerſitatis, licèt glo.non dicat,quia cùm in fideicom.vniuerſali ſit onus legatorũ & creditorum, creditores & legatarij non poſſent cõuenire fideicom. vniuerſalem, niſi reſtitutio fieret tempore limitato à teſtatore,ideo non curamus,cuius fauore tempus ſit appoſitum,ſed in fideicom.particulari non poteſt onus eſſe.l.ſi hæreditatem.in princip. ff.manda. ibi ergo conſideratur,cuius contemplatione tempus ſit appoſitum.Iſta ſolu.glo. reprobatur per Docto.quia imò in fideicom.vniuerſali ſicut in particulari debet diſtingui,cuius fauore tempus ſit poſitum, vt patet ex generalitate legum, quas gloſſ.allegat,maximè l. ſi ita relictum.§.Pegaſus.de leg.2.ſecundum Cyn. Rayn. Albe. & alios hic,vnde reſponde aliter quàm glo.ℭ text.hic loquitur in tempore incerto,ſed contraria loquuntur in tempore certo, vbi bene diſtinguitur, quando aliquis eſt grauatus reſtituere in fine huius anni,& ſic ad tempus certum, nam ſi fauore hæredis eſt appoſitum,poteſt ſtatim ſoluere, ſecus ſi fauore fideicom. & ℭ in hoc ſit differentia inter tempus incertum, & certum, eſt text.in l.ſtipulatio iſta habere licere.§.inter certam. vbi Docto. de verborum oblig.In dubio autem tempus præſumitur adiectum fauore debitoris,d.§ inter certam,& d. §. Pegaſus,& l.cũ in teſtamento. ff.de verb.& rer. ſigni. ſi autem tempus ſit poſitum mixta conſideratione debitoris,& creditoris, non poteſt debitor ante illum diem inuito creditore ſoluere.l.qui Romæ, in prin.vbi Bar.& alij.ff.de verb.obl.niſi fauore libertatis. l. ſi ita fuerit libertas. §.Labeo.ff.de manu.teſt.l.ſtatuliberos.§.Stichus annua.ff.de ſtat.lib. Iaſ.Pap.

S V M M A R I V M.

1 *Per additionem hæredi. expirat vulg.ſubſtitutio.*
2 *Legata relicta ab inſtituto, regulariter intelliguntur repetita à ſubſtituto.*

LEX XIII.

QVoties. Inſtitutus non præſtat legata à ſubſtituto relicta. hoc dicit, & rationem dubitandi collige ex ſecundo nota. quod nũc ponam. ¶† Not. quòd per additionem hæreditatis 1 expirat vulga.ſubſtitutio.l.poſt aditam, vbi rationem aſſignaui.ſupra de impub. eod. modo extinguntur legata à ſubſtituto relicta,& hoc vltimum intantum eſt verum, quòd etiam ſi inſtitu.primo loco repudiaret hæreditatem,& ſubſtitutus adiret hæreditatem,deinde primus qui ſemel repudiauit,reſtitueretur in integrum aduerſus talem repudiationem, quia eſſet a minor vel Eccleſia, [a] iuxta.l.fin.C. de repe. hær.iſto caſu legata relicta à ſubſtitu.non deberentur,ratio eſt,quia licèt ſubſtit. ſemel adiuerit,& poſtquam adiuit non poteſt deſinere eſſe hæres de iure ciuili, vt l. & ſi ſine.§.ſed ℭ Papinianus. ff.de mino. glo.in l.in ſubſtitutione. ff. de vulgar. & pupil. tamen quia per reſtitu.in integrum impetratam à primo, ſubſtitu. deſinit eſſe hĩs de iure prætorio, legata non debentur. ita tenet Bal.hic,licèt nõ ſic declaret,alleg.l.1.& 2.ff.de condi.indeb.quæ nihil faciunt.debuit allegare.l.nec nouum eſt.ff.de condi.indeb.quem text. ibi Barto. multum notat, & declarat, vt dixi cum alijs, quæ ibi addidi.ita teneas,licèt Bald. in l.libertas. per illum text. 2 C.de teſta.manum.inaduertenter teneat contrarium. ¶† Secundò not.ex iſta.l.quòd licèt legata relicta ab inſtituto regulariter intelligantur repetita à ſubſtitu.caſu quo inſtitutus non ſit hæres l.Celſus.§.ℭ alicuius.de leg.2.l.licèt.ff.de leg.1. vbi Docto.tamen non ſic eſt ècontra,quòd legata relicta à ſubſtituto, relicta intelligantur ab inſtituto in primo gradu, caſu quo primus inſtitu.ſit hæres,vt hic, ratio diuerſitatis eſt, quia teſtator præſumitur magis diligere inſtitutum primo gradu,quàm ſubſtitutum,ergo ſi onerauit legatis primum inſtitu. quem magis dilexit, multo magis ſubſtitutum oneribus grauare præſumitur,quem minus dilexit,quæ ratio ècontra locum habere non poteſt,vel ſecundum Bal.ſubtilior ratio poteſt reddi, quia antecedens non ſapit naturam conſequentis, ſed ècontra. l. non iuſtam.C.ad Treb. Iaſ.Papiæ.

A D D I T I O.

a ¶Vel.Eccleſia.Adde Io.de Imo.in c.fin.de pecu.cleri.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Si quis habet filium naturalem tantum, vel spurium, & faciat eum legitimari, & legitimatio non valeat, si postea instituat talem filium credens legitimat. valere, institutio redditur nulla, & hæreditas vadit ad venientes ab intestato, non ad fiscum.*

3 *Quando hæreditas non potest adiri ex testamento errore testatoris errantis in coniunctione personæ institutæ. legata & fideicom. debentur à venientibus ab intestato, à quibus censentur repetita, licèt verè non sint, quod limita, vt infra nu. 4.*

5 *Fideicom. relictum à legitimis hæredibus impuberis, habet locum etiam si ex testa. patris non adeatur hæreditas.*

6 *Si aliquis promisit respondere in omni loco in quo fuerit inuentus, intelligitur promisisse soluere.*

7 *Impubes, & etiam infans possunt adoptari, & arrogari.*

8 *An infans possit legitimari.*

9 *Infans potest emancipari.*

10 *Si ex testamento non adeatur hæreditas per hæred. scriptum, lega. vel fideicom. relicta in dicto testamento irritantur, nisi ex presse essent repetita à venientibus ab intestato, vel si testator posuisset clausulam codicillarem. nu. 11.*

12 *Tripliciter intelliguntur repetita legata, & fideicom. à venientib. ab intestato, & in omnib. casib. requiritur necessaria aditio hæreditatis per tales venientes ab intestato, aliàs conueniri non possent. nu. 13.*

14 *Si testator instituit filium adoptiuum credens adoptionem valere, si postea reperitur, quòd adoptio non valeat, institutio redditur nulla ipso iure.*

15 *Doctor minor. 25. annis non habet restitu. in integrum.*

16 *Donatio facta vxori putatiuæ, redditur ipso iure nulla propter talē errorem.*

17 *Iuramentum positum in testamento habet vim clausulæ codicil.*

18 *Dispositio testator facta verbis directis, & iura. firmata, si non valet iure directo, semper valet iure obliquo, & sic iure fideicom.*

19 *Relicta ad pias causas debentur hæred. non adita, q̄ limita, vt infra numero 20.*

21 *Si hæres institutus, & grauatus per fideicom. restituere totam hæreditatem, decedat antequam adiuerit hæred. fideic. vitiatur, & hæres talis hæredis non potest cogi adire, & restituere, q̄ limita vt infra. nu. 22.*

23 *An penitus incapax hæres institutus cogatur adire, vt capaci restituat.*

LEX XIIII.

EAm, quam. Ad euidētiam præmitte, q̄ ista lex legit altero de quatuor modis, duo ponuntur in gl. alij duo extra glo. & diuersitas lecturarum processit super eo, q̄ decidit tex. q̄ fideicom. vniuersale debeatur etiam à venientib. ab intest. dato, q̄ institutio reddatur nulla, cum tñ regula sit, q̄ legata, & fideicom. ex testamento relicta non debentur, qñ ex testamento non aditur hæreditas. l. si veritas. ĩ. eo. Imperator hic in 2. parte in ver. tunc enim. rñdet per verba multum implicata, & ambigua, circa quorum intelligentiam versantur docti quatuor intellectus, nam dicit Imperator, q̄ dicta regula tunc locum habet, qñ facta sunt relicta verbis directis, & adiri potuit hæreditas, quasi dicat, si adiri potuit hæreditas ex testamento, & non sit adita, tunc legata, & fideicom. non debentur, secus qñ fideicom. sic sunt relicta, vt etiam sint à venientib. ab intest. postulanda. ita dicit text. ¶Primus ergo fuit intellectus Antiquorū, quem plenè refert gl. 1. in casus positione, & sequitur ēt gl. 3. in verbo simpliciter, & in verbo hęreditas, & in verbo postulanda, & *fm* istum intellectum ideo fideic. vniuersale debetur etiam à venientib. ab intest. Et pro intellectu isto multum faciunt verba tex. in 2. parte ibi, *non cum ipsa sic data est, vt etiam esset ab intest. successoribus postulanda*, quæ verba clarè sonare videntur, q̄ ideo fideicom. in ista. l. debeatur, quia repetitum erat etiam à venientib. ab intest. & *fm* istum primum intellectum hoc dicit. Legata, & fideicom. etiam ab intest. succedentibus relicta, debentur in primis ab instit. si institutio valuit, & adiuit ex testamento, aliàs debentur à venientib. ab intesta. Iste intellectus verissimus in se est, sed indubitatus, qa cùm iste casus sit decisus per multas leges, q̄ qñ legata vel fideicom. sunt
a repetita à venientib. ab intest. vel est adiecta clausula codicil. [a] q̄ ēt debentur per succedentes ab intest. l. 1. & l. fi. ĩ. de codicil. l. ex testō. ĩ. eo. l. si iure. C. de manu. test. cum mille similib. certè non est præsumendum, q̄ Imperator fuisset ꝑsultus, aut rñdisset de casu per tot. ll. decisō, quia sic ēt decisio huius. l. de nihilo seruiret. Præterea refragatur tex. in verbo simpliciter, qui vult, q̄ substitutio fideic. sit facta simpliciter, & sic vno casu tñ, sed *fm* istum intellectum esset facta nō simpliciter, sed dupliciter, siue hæres ex testō adierit, siue veniens ab intesta. successerit. ¶Secundus principalis intellectus fuit Azo. qui tāgitur in gl. 3. in verbo simpliciter, sed ibi gl. non firmat eum, & in gl. in verbo traditur. in fi. vbi gl. firmat, & in gl. in verbo, hæreditas, & in verbo relicta, & in gl. in verbo, directis, & in verbo, postulanda, q̄ qñ institutio annullatur propter errorem testatoris, qui errauit in coniunctione personæ quam instituit, & sic errauit in causa finali, q̄ error ipso iure vitiat instōnem, *fm* communia. l. si pater, & l. nec apud. ĩ. de hære. inst. quo casu ex testō non pōt adiri hæreditas, tunc legata, & fideicom. debentur à venientib. ab intest. Iste intellectus fundatur ex verbis literæ, ibi, cùm adiri potuit hæreditas, quasi dicat, secus si non potuit adiri propter errorem testatoris, tunc relicta intelligunt̄ repetita à venien-
1 tib. ab intest. & *fm* istum intellectum. h. d. † Si institutio nō valet ꝓp errorem testatoris errantis in coniunctione personæ institutæ, & sic in causa finali, & ꝓpea non pōt adiri ex testō, legata tñ & fideicom. debent̄ à succedentib. ab intestato, perinde acsi essent repetita ab ipsis venientib. ab intest. dato, q̄ repetita non sint: si aūt instō valeret, & hæreditas fuisset ex testō adita, tunc legata, & fideic. debentur ab heredib. instituti. h. d. *fm* in-
* tellectum Azo. *communiter approbatum*, *fm* quem ista. l. est sing. & alibi nō reperitur, *fm* omnes hic, & ratio superficialiter reddi pōt, quia cū testator solùm errauerit circa coniunctionem personæ institutæ, non autem errauerit circa legata, & fideicō. nimirum si talis error vitiat solū institutionem, non autem legata, & fideic. Et hoc modo concordat tex. in l. fin. ff. de hęred. insti. vbi ēt interuenit error circa personam instituti in primo testamento, qui propalato rumore credebatur mortuus, non aūt interuenit error circa relicta in secundo testamento, ideo vitiata solùm institutione, circa quam est erratum, legata & fideic. relicta in 2. testō valent, satis ēt concor. l. fi. ff. de test. tutel. ¶Contra istam lect. oppo. de l. si veritas, & l. ex testō. ĩ. eod. vbi legata vel fideicom. relicta in testō non debentur, nisi ex testamento adeatur hæreditas, vel nisi sint repetita à venientibus ab intest. sed in ista. l. neutrum interuenit, igitur, &c. Respondet *fm* Doct. q̄ l. si veritas. loquitur, qñ institutio non valuit propter defectum solennitatis, quæ in testamento non interuenit, & ideo non potuit adiri hæreditas ex testamento, nec tunc legata, & fideicom. intelliguntur repetita à venientibus ab intesta. sed ista lex loquitur, qñ institutio non valuit propter errorem testatoris errantis in cōiunctione personæ, quam instituit, quo casu legata, & fideicommissa debentur à venientibus ab intest. licèt ab eis non sint repetita. ita est text. singu. in ista. l. Ratio diuersitatis est secundum Docto. quia quando testator errat in coniunctione personæ eius quam instituit, vt quia credebat in ista. l. adoptionem filiæ adoptatæ, quam instituerat, tenuisse, vel credebat eum, quem instituit, esse filium, certè lex præsumit, q̄ si testator sciuisset veritatem, non instituisset, talem personam, quia cessasset causa finalis institu. & sic reliquisset hæreditatem venientibus ab intesta. si ergo error talis deprehendatur, propter quem institutus repellitur, & admittuntur ab intest. veniē tes, certè qui admittuntur ex prę̄sumpta volūtate defuncti, nimirum si tenentur ad legata, & fideicommissa, sicut si testator eos instituisset, casus est sing. hic: sed quando institutio non valuit propter defectum solennitatis, lex præsumit, q̄ si testator sciuisset talem defectum, q̄ ei prouidisset adhibendo solennitatem debitam, & sic voluisset omni casu excludere venientes ab intest. si ergo testator hoc non prouidit, & per hoc institutio vitiaretur, tunc venientes ab intest. non admittuntur ex iudicio præsumpto testatoris, sed casu fortuito, & quando quis nō succedit ex iudicio testatoris expresso vel præsumpto, sed casu fortuito, non tenetur ad legata vel fideicommissa. alleg. Bar. in l. si fuerit. §. fi. quæ est. l. 5. ff. de leg. 3. quæ nihil facit, debuit allegare. l. 6. quæ incipit, sed & si sic. §. fi. per illum tex. *fm* istam lectu. decidit Pau. de Cast. casum, quem nunc habeo præ manib. in
2 ista ciuitate, & in eo sum aduocatus, *fm* q̄ decidit hic Pau. †
b si quis habeat filium naturalem [b] tantùm, vel spurium, quem faciat legitimari, & legitimatio non valuit, postea instituit talem filium credens legitimationem valere, certè institutio redditur nulla, & hæreditas vadit ad venientes ab intestato, non ad fiscum, cùm sit pro non scripta. *fm* Bald. in l. hęreditas. ĩ. de his, quibus vt indig. & l. 1. ff. eo. certè legata, & fideicom. debentur à venientib. ab intest. licèt non sint repetita, nec sit clausula codicil. quia institutio est inualida errore testatoris. text. est singu.
* hic scd̄m istum intellectum *communiter approbatum*. idem dicit Corne. hic, nume. 1. & dicit Paul. q̄ ita de facto respondit, licèt quidam dubitarent non recordantes de ista. l. Stat ergo ex prædictis,

ADDITIONES.

a ¶Codicil. Adde Bar. & Doct. in l. ex ea. ff. de test. Ang. in consi. 99. incip. Petrus de vrbe veteri.

b ¶Naturalem. Adde Iac. de Zo. de Ferraria in repe. c. per venerabilem. qui fil. sint legi.

Source : BIU Cujas

3 prædictis, † quòd in ista. l. est singularis casus, ꝙ quando hæreditas non potest adiri ex testamento errore testatoris errantis in coniunctione personæ institutæ, ꝙ tamen legata, & fideicõmissa debentur à venientibus ab intesta. à quibus censentur re
4 petita, licèt verè non sint. † Istum text. sic declaratum limitat mirabi, liter Bart. hic in fin. post medium, vt procedat, quando talia legata fuissent tacitè relicta, non autem nominatim expresso nomine hæredis, quia si essent nominatim relicta ab hærede, & quòd testator dixisset à Berta filia mea adoptiua, quã instituí, relinquo fideicom. Titio, tunc si institutio non valet, legata sic nominatim relicta ab instituto non deberentur à venientibus ab intestato. l. Celsus. §. quòd alicuius. ff. de leg. 2. vbi in simili deciditur, quòd legata nominatim relicta ab iustituto, non intelliguntur à substituto tacitè repetita, quæ si fuissent simpliciter relicta, intelligerentur repetita. l. licèt Imperator, vbi Doct. de leg. 1. debet ergo ista lex secundum Bart. intelligi, non quando legata, vel fideicom. fuissent nominatim relicta à puella adoptata quam instituit, sed quando simpliciter, vt dicit text. ibi, cùm tamen simpliciter. Confirmo per id, quod in optimo simili tenet Bald. hic in 5. colu. vers. est & alius casus. vbi sing. intelligit. l. fin. ff. de hær. instit. quæ vult, quòd quando testator errauit circa personam institutam in primo testamento, quam credit mortuam, & fecit aliud testamentum, in quo alium instituit, & plura legata, & fideicom. reliquit, comperto errore, si primus institutus viuit, ille succedit, sed tenetur ad legata, & fideicom. relicta in secundo testamento. dicit Bald. ꝙ illa. l. fin. procedit, quando talia legata sunt simpliciter relicta, vel à quocunque hærede, secus si nominatim essent relicta ab instituto in secundo testamento, per dictam. l. Celsus. §. quòd alicuius. Breuiter ista limitatio Bart. ad l. nostram non est vera, contrarium tenet Bald. hic in 7. colu. vers. quæro nunquid lex nostra habeat locum, vbi quærit, pone, quòd in ista. l. testator nominatim reliquisset fideicom. à Berta filia adoptiua, quam instituerat, an vitiata institutione per errorem, venientes ab intest. teneantur ad fideicom. & refert Iac. de Aren. tenentem, quòd non, & sic tenere id, quod tenet Bart. eo quia cùm fideicom. sit relictum nominatim, & sic nomine proprio, nomen proprium non est communicabile cum alia persona. d. l. Celsus. §. quod alicuius. sed Bald. refert Cyn. tenere contrarium, quem sequitur, quia nomen proprium censetur adiectum gratia demonstrationis, appellatiuum autem tacitè subintelligitur, quia ab hærede in dubio præsumitur relinqui. l. si seruus legatus. §. qui margaritam. de leg. 1. Nec obst. d. §. quod alicuius, quia loquitur in diuersis terminis. s. quando testator fecit plures diuersos gradus institutorum, & substitutorum, hic autem non fecit nisi vnum gradum. tamen ista sol. solùm diuersificat casum. & Bart. mouetur à simili, sicut. n. ibi legata, & fideicom. nominatim relicta ab instituto, & sic à primo gradu, propter nominationem non debentur à substituto, & sic secundo gradu, ita in ista. l. licèt concurrat præsumpta voluntas testatoris circa venientes ab intest. qui censentur tacitè vocari à testatore, vt proximè dixi, tamen quando fideicom. est nominatim iniunctum puellæ adoptatæ primo loco institutę, propter nominationem à paritate, onus fideicom. non debet transire ad venientes ab intesta. & ita potes defendere Barto. realiter. Pau. de Cast. hic in 4. colu. in fin. & princ. sequentis, licèt de Bald. nõ faciat mentionem, tamen reprobat limitationem Bart. motus debili ratione, nam in ista. l. fuit relictum fideicom. & debetur à venientib. ab intest. vtrunque patet in text. & tamen, quando est fideicom. relictum, oporteret, quòd verba nominatim dirigantur ad grauatum, & sic ad hæredem, quia fideicom. fit
a verbis precarijs,[a] vt patet in tex. ibi, verbis precarijs, quia opus est, quòd testator dicat, rogo te hæres mi, quòd fideicom. præstes, vnde dicit se non videre, quomodo fideicom. possit relinqui ab hærede, quin relinquatur nominatim, vel si relinquitur appellatiuè, vt dicat rogo te hæres, illud appellatiuum non potest verificari nisi in nomine proprio hæredis, ergo est perinde, acsi nomen hæredis esset expressum, per regulam. l. 2. ff. de lib. & posth. nec obst. d. §. quod alicuius, quia respon. quòd corrigitur per rescriptum. de quo in. l. si Titio, & Meuio. §. Iul. ff. de lega. 2. certè eius ratio est debilis, vt patet, & debilior sol. propter vitandam correctionem, iurib. vulgarib. & sic potes tueri limitationem Bart. licèt non sit sine scrupulo. ¶ Tertius intellectus fuit Iacob. de Aren. Parmensis, quem referunt Cyn. Alb. & alij hic, quòd ideo in ista. l. vitiata institutione venientes ab intestato tenentur ad fideicom. eo quia in ista. l. fideicommissum fuit relictum simpliciter, vt in text. ibi, cùm tamen simpliciter, & non intelligitur simpliciter. i. nominatim. prout Azo intelligebat, sed simpliciter. i. indefinitè, nam indefinito sermone dixerat testator rogo, vel volo, quòd hæreditas mea perueniat ad Seium, quo casu indefinitus sermo cùm æquipolleat vniuersali. l. si plures. ff. de leg. 3. l. si pluribus. vbi latè Bart. de leg. 2. ergo pertinet non solùm ad institutum, sed ad omnes successores, ergo etiam ad venientes ab intest. l. si pater. §. fi. ff. de fideicom. lib. & hoc procedit secundum eum, quando testamentum est nullum: si autem valeret, tunc fideicom. deberetur solùm ab instituto, qui si non adiret, deberetur tunc à venientib. ab intest. & hoc colligitur ex fin. tex. ibi, alioquin si in familia, à contrario sensu. Istum intellectum reprobat Cyn. per multas. ll. in quib. fideicom. erat indistinctè relictum, & tamen non debetur à venientibus ab intest. sed quia leges suæ necessariò non vrgent, alleg. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. arguendo à speciali propter iuramentum, vt dicit gl. hic in verbo, traditur. ad idem. l. si plures. de leg. 3. & l. si quis cùm nullum. à contrario sensu. ff. de iur. codic. ¶ Quartus intellectus traditur per Fulg. hic in 4. colu. & seq. quòd in ista. l. fideicom. erat relictum simpliciter, sed non nominatim. Item erat relictum post mortem filiæ, quo casu post mortem filiæ potest relinqui fideicõ. à legitimis hæredib. minoris, etiam in legitima, licèt minor in legitima grauari non posset. l. si fundum per fideicom. §. fin. & l. seq. de leg. 1. sic etiam potest à substituto pupil. iniungi onus fideicom. etiam in legitima, vt dixi in l. si arrogator. ff. de adopt. certè in ista. l. non fuit facta aliqua substitutio pupil. vt in text. patet, ergo cùm fideicom. sit relictum non ab ipsa puella impubere, sed simpliciter post eius mortem, ergo non intelligitur relictum ab eius legitimo successore, qui ab intest. puellæ succedit, quia legitimus potest grauari etiam in legitima impuberis. d. l. si fundum. §. fin. cum. l. seq. nimirum si legitimus, qui ab intest. succedit, ista lege tenetur ad fideicommissum, & istum dicit esse sing. & nouum casum huius. l. per eum cogitatum, & ex hoc infert vnum, ꝙ fideicom. relictum à legitimis hæredib. impuberis, de quo loquitur. d. l. si fundum. §. fin. cum. l. seq. habeat locum etiam si ex testamento patris non adeatur hæreditas. per istam. l. & per hoc infert ad quæst. quam dicit fuisse commissam tribus excellentiorib. Italiæ, vt hic per eum. Iste intellectus licèt prima facie sit coloratus, mihi nõ placet, quia ista. l. secundum eum, quando loquitur de succedentibus ab intest. & sic de legitimis hæredib. loquitur de succedentib. ab intest. ipsi puellæ, quod est falsum, quia loquitur de succedentib. ab intest. testatori, patet in alternatiua text. dum dicit, vel ab ipsius. s. puellæ hæredib. vel ab ipsis hæredibus, qui bona defuncti ab intest. tenent. Istud etiam dicit text. circa fin. ibi, & consequenter ipsius hæredes. vbi si institutio valet, hæredes puellæ, & sic legitimi successores tenentur ad fideicom. si verò non valet institutio, legitimi successiores defuncti non tenentur ad fideicom. & sic ista. l. non potest intelligi secundum d. l.
* si fundum per fideicom. §. fin. cum l. seq. de leg. 1. ¶ *Tene ergo secundum intellectum Azó. communiter approbatum*, secundum quem ista. l. vt dixi est sing. & peregrina. Istis sic præmissis diuide istã. l. in tres partes, vt per Antiquos, & Bar. hic, & licèt gl. 1. & communiter Antiqui figurent casum, tu clarius sic forma. Erant duo fratres, quorum vnus adoptauit puellam impuberem in filiam, quam in testamento hæredem vniuersalem instituit, & si decederet antequam impleret duodecimum annum, vel bis precarijs dedit substitutos. i. rogauit eam, vt hæreditatem restitueret Seio. eo mortuo, & puella mortua, frater testatoris occupauit ista bona tanquam veniens ab intest. proximior, quia vt asserebat, secundum quod dicit text. in fin. ibi rescripsimus sequentes asseuerationem tuam. adoptio fuit nulla, & sic institutio erronea, & sic inualida, cùm ab isto fratre Seius per fideicommissum peteret vniuersam hæreditatem, frater respondebat, quòd fideicom. erat nullum, quia relictum fideicommissum ex testamento non debetur, si non adeatur ex testamento hæreditas, vel nisi sit repetitum tacitè, vel expresè à venientib. ab intest. quorum neutrum fuit in hoc casu. Imperator determinat contra fratrem, & decidit, quòd omni casu fideicom. debetur Seio, siue institutio valeat, siue non, & sic siue fuerit quæsita hæreditas ex testamento, siue non, & debetur vel ab hæredib. puellæ, vel à legitimis hæredibus defuncti, qui eius bona ab intest. tenent, prout tu frater facis, ista est prima pars tex. ¶ In secunda ibi, tunc. n. respondet ad regulam, quam frater adducebat ad excludẽdum fideicommissarium, & quia responsio est obscura, ideo dic, quòd illa regula procedit, quãdo fideicommissum relictum verbis directis ab instituto, & substituto est tale, quòd hæres si voluisset potuisset adire ex testamento, & non adiuit, tunc fideicommissa non debentur. Supple, vel si non potuit adire propter defectum solennitatis testamenti, tunc fideicommissa non debentur. l. si veritas. & l.

cx

ADDITIO.

a ¶ Verbis precarijs. Adde text. in c. 1. & 2. & ibi Doct. de preca.

Source : BIU Cujas

Ias. super Secunda Codicis.

ex testamento.ſ.eod.licèt in casu nostro sit aliud,nam in ista.l. hæreditas fuit taliter relicta, ꝙ apparet ex errore testatoris vitiari institutionem, quo errore comperto cùm ex præsumpta voluntate successores legitimi sint vocati tacitè, propter hoc intelliguntur tacitè à successoribus ab intest,repetita. Iste est casus in secunda parte, cum necessarijs suppletionibus secundū intellectum Azonis communiter approbatum. ¶ In tertia parte ibi,quòd rescripsimus.sic figura casum: nam in prima parte text.Imperator dedit responsum alternatiuum, & sic incertū, nam dicit,quòd fideicommiſ.potest peti,vel ab hęredib.puellæ,vel ab alijs, qui bona intestati tenent, & sic à legitimis successoribus defuncti, vellem modo scire, quando petatur ab hæredibus puellæ, & quando à successoribus defuncti. Respondet,quòd si adoptio valuit, quo casu ipso iure sine aditione facta est hæres, vt nunc dicam apostillando text. certè hæredes puellæ tenentur satisfacere fideicom. si autem adoptio non tenuit, prout tu frater asseueras, tunc fideicom. debet petit à venientib.ab intest.sicque à te fratre, qui bona intestati tanquam proximior tenes,iste est casus lucidus,& apertus.¶ In text.ibi,*antequam. 12. annum ætatis impleſſet*, ista verba si bene inspicias possunt dupliciter intelligi,& primò,vt litera velit, quòd ista puella instituta à patre adoptiuo decesserit,antequam duodecimum annum attigerit, quasi denotans factum, & hoc modo fideicommissum ei iniunctum non fuit limitatum,si puella decederet intra 12.ann.Secundo modo,& notabilius possunt intelligi hæc verba,quòd fideicommissum iniunctum puellæ sit limitatum tempore, vt testator voluerit precarijs verbis substituto fideicommissario, puella decedente in pup.ætate, restitui hæreditatem, & sic filia grauari potuit per fideicommissum uniuersale limitatum tempore, si decedat in pupillari ætate,intellige tamen nisi in legitima, in qua grauari non potest,cùm illam habeat à.l.nō attestatore. l. si arrogator. ff.de adop.& quia de legitima omne grauamen reijcitur.l.quoniam in priorib.ſ.de inoffi.test. sed fideicom. censetur merum onus.l.cohæredi.§. cùm filiæ.ff.de vulga. & pupil. intellige donec ipsa viuit, sed ea mortua ab eius substituto pupil. vel eius legitimo successore posset nominatim onus iniungi etiam in legitima. d.l.si fundum per fideicom.§. fin.cum.l.seq. & dixi.ſ. in quarto intellectu, sed hic casus non ponitur hic. ¶ In text. ibi,siue quæsita siue non quæsita hæreditate. dic, quòd si adoptio valuit, ipso iure ex potentia suitatis absque alia aditione fuit quæsita hæreditas,ita intelligitur text.ſ.circa fin.ibi, hæres fact a.l.per existentiam suitatis,& ita apostillat text.Bald.hic in. 1.colu.dicens, quòd existentia sui hæredis habet locum in filijs adoptiuis,& licèt nihil alleget,est text.in l. cùm in adoptiuis,& ibidem Bald.in 4.col.ad hoc not.C.de adop.dixi in.l.qui se patris.ſ.vnde lib.Subdit Bald.nec alibi legi, quòd idem est in filijs legitimatis,ad quod facit, ꝙ dicit Bart.in.l.si is, qui pro empt. circa.14.colu.ff.de vsucap.vbi tenet, ꝙ legitimati dicantur verè legitimi,non per fictionem. ¶ In text.ibi, nonnullos ei voluit substitutos. iuncto text.ibi, verbis precarijs,dic, quòd terminus substitutos, & sic verbum substituo, est commune ad directas, & fideicom. substitutiones. l.generaliter.§.1.ſ.de inst. & substit.& ibi glo.& text.in l. iam hoc iure.in verbo hoc communi verbo.ff.de vulg. & pupil. & ideo fideic. in ista.l.cōgruè dicitur substitut. ¶ In text.ibi,tunc.n. locum habet.declara istā partem,vt dixi in euiden. & hic iacet difficultas. ¶ In text.ibi, non fuerit iure adoptata.glo.intelligit trib.mod.Primo ratione personæ adoptatæ,vt quia erat liberta aliena. Secundo ex incompetentia iudicis.Tertio adoptantis, vt quia fœmina, & per hoc vltimum dicit Ang.hic in rep.in 5.col. ꝙ Princeps.D. Andegauensis,vt licitè posset obtinere regnum Siciliæ, & Hierusalem,fecit se legitimari per Reginam Ioannam, mediante auctoritate Clementis Papæ. VI. ¶ In fin.text.ibi, respondere. intellige.i.soluere,vel satisfacere.vnde facit iste text.secundum
6 Bald. hic in. 2.colu. & Pau. in 5. † quòd si aliquis promittit respondere in omni loco, in quo fuerit inuentus, quòd non intelligitur de responsione verbali vel iudiciali, per quam diceretur prorogari iurisdictio, sed esset locus pœnitentiæ vsq; ad lit.contest.l.si conuenerit.ff.de iur.omn.iud. & in cap.1.de iud. sed intelligitur respondere.i.soluere,ita quod ratione destinatę solutionis,per quam intelligitur tacitè contraxisse.l.contraxisse.ff.de act.& oblig. posset in quocunque loco in quo inuenire tur effectualiter conueniri,sicut si promisisset soluere.Adde gl. & Bartol.in l.3.in verbo, respondere.C.de procu.Bald.in l.1.in princip ff.de in ius vocan. & in.l. si quis in conscribendo. C. de Epis.& cler.Mod.in dicta.l. si conuenerit. & bonum text. in c.
7 si diligenti.vbi Doct.de for.compe.¶† Primo not. ex prin. huius.l.etiam impuberem posse adoptari, & etiam arrogari. l.2. C.de adop.l.nec ei.§. eorum.ff. de adop.Imò etiam infans po-
8 test adoptari.l.etiam. cum sim. ff. de adop. † Pulchrum dubiū

a est,& sæpe vidi de facto, & habui consulere, an infans [a] possit legitimari,& passus est ambiguus. ponit Bart. in l. iubemus.C. de eman. libe.vbi dicit, quòd semel fuit de hoc interrogatus. Dubium facit,quia in legitimatione requiritur eius consensus, vnde inuitus legitimari non potest.§. 1.in Authen. quib.mod. nat. effi. legi. sed infans non potest consentire.Barto. dicit se respondisse contrarium, quòd possit, per d.l.iubemus. vbi licèt
b aliàs inuitus emancipari non possit, [b] tamen ibi, est text. † ꝙ
9 infans potest emancipari,licèt consentire non possit, ita etiam potest legitimari,idem tenet Bart.in l.inulti.in fin.ff.de his,qui sunt sui,sequitur Lud.in cons. 194.incip. in proposita consultatione primò videndum occurit. in quarto dubio. de quo.ſ. quia non est sine dubio.vide Bald. in Auth.præterea.C.de nat. lib.& in d.l.iubemus. vbi alij. Ang.in quæst. quæ incipit, nobilis quidam genere,& per Fulg. qui latè tenet contra Bart. in d. l.inuiti.ff.de his, qui sunt sui, & plene per.do. Ant. Ros.in tract. legitimationum,in duobus locis, & tenendo opin.Bart.aduerte,quia mouetur per d. l.iubemus.vbi infans potest emancipari per rescriptum principis: nam secundum hoc sequitur, & bene not.quòd dato,quòd infans possit legitimari,tamen non posset legitimari nisi à Principe,non autem ab inferiore, & sic à Comite palatino, qui aliàs haberet potestatem legitimandi.
10 ¶† Secundo not.ex secunda parte huius.l.regulam,quòd si ex
c testamento non adeatur hæreditas [c] per hæredem scriptum, legata,vel fideicom.relicta in illo testamento irritantur,vt hic. & l.ex testamento.ſ.eod.& l.si nemo.ff.de reg.iur. cum sim.ratio est,quia talia legata,vel fideicom.non debentur ab ipso hærede instituto, eo quia cùm non adiuerit hæreditatem,non dicitur quasi contraxisse cum legatarijs, vel fideic. ex quo quasi contractu hæres obligatur.l. apud Iulian. §.si pupil. hæres.ff.ex quib. cau. in poss. eatur. §.hæres. instit. de oblig. quæ ex quasi contractu.Item talia legata,vel fideicom.non debentur ab hæredibus venientib. ab intest. cùm non sint de hoc grauati expressè nec tacitè,nec veniunt ex prouisione testatoris,imo cōtra eius voluntatem,vel saltem pręter,ex dispositione.l.eo.modo si non adeatur ex testamento hæreditas,aliàs disposita corruunt,vt substitutiones pupil.l. 2.§. adeo.ff. de vulga. & pupil. item dationes tutelæ.l.si nemo.la.1 ff.de test.tut. item dationes tutorum.l si is,qui tres.§.idem venire.ff.de excu. tut.omnia.n. ista requirunt aditionem hær.per hæredem.l ex testamento.ſ. eod.quia aditio est,quæ confirmat, & corroborat disposita in testamento.imò etiam in casib. in quibus legata, & fideicom. debentur à venientibus ab intest. est necessarium, quòd tales venientes ab intest.etiam ipsi adeant,vt dicā in seq.not. ¶ Tertiò no.ex eadem secunda parte duas fall. ad regulam proximè relatam secundū duos primos intellectus, qui dantur ad hunc text. quos retuli in euidentialib. Prima fall. est secundum primum intellectum,quando legata, & fideicom. essent repetita expressè à venientib.ab intest.tunc licèt ex testamento nō adiretur hæreditas, legata tamen deberentur. l. si iure. C. de test.
11 man.cum alijs,quæ allegaui in euidentialib.† Adde idem esse, quando testator posuisset clausulam codic. l.fin. ſ.de codic.& not. quòd in testamento condito à patre inter liberos, intelligitur clausula cod. licèt apposita non sit.glo. est in.l.cohæredi. §.cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil.quam Imo.ibi ad hoc notat, & reputat sing. & in c. Ray. in materia compendiosæ.de testam. eo.modo vehemens dilectio testatoris erga legatarium, vel fideicom.importat,acsi esset apposita clausula codic. l.in testamento.cum glo. ff.de fideicom.lib. per quam ita dicit Bald.in l.si iure.C.de test.man.Lud. in cons.179.inc. amplissime Doct. in pen.colu. eo.modo, quando testator faciens testamentum dicit se nolle sequi miseram subtilitatem.ll. sed ꝙ disposuerit,vult haberi pro iure legitimo, ista verba habēt vim clausulæ

ADDITIONES.

a ¶Infans.Adde, quòd inter opin.Doct. verior illa est,principem solum posse legitimare infantem, inferiorem verò ita demum, vel si ipse infans maior factus id ratum habeat,vel hoc sibi,quod scilicet infantes legitimare possit,expressim,vel per verba generalia concedatur,& dic, quòd licèt communis opin.sit, quòd nisi detur expressa facultas, infans legitimari non possit, fallit tamen vbi essent verba generalia,quoscunq;,quę verificantur in infantib.vel adesset ratificatio,vt per Deci.cōs.55.& 314.Cur.Iun.cons. 32.Paris. consil.15.lib.3.Mar.Iun.cons.97.& 154.lib.2.Ruyn.consi. 100.nu.6.& 7.lib. 3.pro opin.autem,quòd secuta ratihabitione sufficeret, vide Rom.cons.194. num.10.Alex.cons.139.lib.1.cons.11.num. 15.lib.7. eundem Ias.cons. 156. lib.4.& quod dicitur,vt fieri possit legitimatio infantis,requiri speciale mandatum,dic,quòd contrarium scribit Rol.cons.61.nu.33.lib.1. MASVER.

b ¶Emancipari non potsit.Adde Bald.in l.pen. C. de emancip. lib. Spec. tit.de nat.ex lib.ventre.& ibi Bald.in addi.

c ¶Non adeatur hæreditas. Limita, & erit limitatio in don. causa mort.Alex. in l.illud.col.2.ſ.de coll. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ſulæ codi.& idem important.text.eſt ſing. in l.codicillis.§.fin.ff. de leg.2.& non ſolùm procedit hæc fallentia, quando teſtator expreſsè repetijt à venientib.ab inteſt.ſed etiam, quando tacitè,† tacitè autem intelliguntur repetita legata, & fideicom. à venientibus ab inteſt.tripliciter.Primo ſecundum caſum mirabilem, & ſingularem huius.l. quem nunc referam in ſecunda fall.Secundo, quando teſtator relinqueret in defectum teſtamenti,text.eſt not.in.l.Lucius,la.2.§.filiam.ff.de leg. 2.ſecundū Bald. & Pau. hic. Tertiò, quando teſtator eſt vſus illis verbis, quiſquis mihi hæres erit, &c.nam per iſta verba intelligitur teſtatorem dixiſſe non ſolùm de hær.inſtitutis, ſed etiam de venientib.ab inteſt.glo.eſt, & ibi Bart. in l.ex duob.§.1.ff.de vulg. & pupil. cum concor. ibi ſignatis. ¶Secunda fall. colligitur ex iſto text.ſecundum alium intellectum Azo. *communiter approbatum*, quando teſtator errat in coniunctione perſonæ inſtitutæ, quam credebat eſſe filiam ſuam, cùm non eſſet, quia ſi ſciuiſſet non filiam,eam non inſtituiſſet, ſed dimiſiſſet bona venientib.ab inteſt.iſto caſu, quia venientes ab inteſt. ſaltem veniunt ex tacito,& præſumpto iudicio teſtantis,certè ab eis legata,& fideicom. intelliguntur repetita, text. eſt hic ſecundum communem intellectum,cum alijs.ll. quas.s̃.pro concor. allegaui. † Aduerte tamen in omnibus caſib.s̃.dictis, & in omnib.ſimilib.qui numerantur hic per glo.in verbo traditis, in quib.legata,vel fideicom.intelliguntur repetita à venientib. ab inteſt.expreſsè,vel tacitè,requiritur neceſſariò aditio hæreditatis per tales venientes ab inteſt.aliàs conueniri non poſſent, niſi adeundo, quaſi contraherent cum legatarijs, & fideicom.l. 2.& 3.ff. de fideicom.lib.& hoc tenet gl. reputata ſing. & approbata in l.qui filio.§.ſeruus.quam ibi ſequitur Bart.ff.de hær.inſt.Alber. Bald.& Pau.hic,& illam glo.reputat ſing.Bald.in Auth.ex causa.in 9.colu.in 2.opp. s̃.de lib.præte. & ſi nemo eſſet ex venientibus ab inteſt.qui adiret hæreditatem, tunc ex quo non reperitur,qui vellet eſſe hæres, bona tanquam vacantia deuoluuntur ad fiſcum,qui tenebitur ad talia legata, & fideicom.ſecundum Bald. hic in.3.colu. in 2. quæſtio. per text. vbi videtur expreſſum,in l.recuſare.§.ſi fiſco.ff.ad Trebel.Sed hoc vltimum, quòd fiſcus ſucceſſor in talibus bonis teneatur ad legata, & fideicom.reprobat Pau.hic in. 3.col. quia ſi verum eſſet dictum Bald.nunquam haberet locum regula text. quòd quando hæreditas non aditur ex teſtamento,quòd legata, & fideicom.nō debeantur,quia cùm nemo ferè poſſit decedere ſine hęrede,ex quo fiſcus eſt hæres omnibus deficientibus,ſecundum glo.l.ex facto.§.fin. ff.ad Trebell. & fiſcus teneretur ad legata, & fideicom. nunquam legata corruerent. vnde dicit Paul.quòd text. in d.l. recuſare.§. fiſco. loquitur, quando hæres inſtitutus erat indignus ex delicto ſuo,vel aliqua culpa, quo caſu poterat adire, & mero iure eſſe hæres, & ſic per ſuam aditionem potuit confirmare legata,vel fideicom.& ſi omiſit adire,perſumitur, quòd fecerit,ne fiſcus ab eo auferret,& hoc non debet nocere legatarijs,vel fideicommiſſarijs,& tunc ſiue hīs indignus adeat ſiue non,fiſcus tenetur. ita loquitur dictus.§. ſi fiſco, & l.Marcellus.§.fin.ff.ad Trebell.ſed quando hæres non eſſet indignus, & omitteret adire voluntariè, vel quia teſtamentum non valeret, eodem modo venientes ab inteſt. etiam nolunt adire, tunc dato nullo hærede, nec ex teſtamento nec ab inteſt. cùm legata irritentur, fiſcus occupans talia bona tanquam vacantia,non tenetur ad legata, nec fideicom. quia irrita ſunt, & ad hoc dicit non aduertiſſe Bald. Tu conſidera, quòd text. in d.l. recuſare.§. ſi fiſco. ſimpliciter loquitur,quando bona vacantia deuoluuntur ad fiſcum, & ſic ibi videtur pro Bald. text. quia ibi non dicitur,quòd hæres ſit indignus ex aliqua culpa; tamē * ille text. intelligitur *communiter ibi*, non ſine diuinatione, quòd loquitur,quando bona confiſcantur propter culpam, & defectum hæredis, & illo caſu per rationem quam ſupradixi, fiſcus tenetur ad legata,& fideicommiſſa, vt ibi, & d.l.Marcellus.§.fin.& l.cùm fiſco.ff. ad Sena.Sylla.ſi autem bona vacent, quia nullus velit eſſe hæres nec ex teſtamēto,nec ab inteſt.tūc, quia irrita fiunt, licèt fiſcus illa bona tanquam vacantia occupet, tamen non tenetur tunc ad legata, vel fideicom.l.4.§.eadem,& ibi gl.in verbo,alia ratione.ff.de fideicom.lib. & l.quod Diuo.ff de man.teſt.Cyn.in l.vnica.§.pen.ϊ.de cad.tollen. & ibi reſpondet ad text.d.§.pen.qui cum glo.videtur obſtare. Idem tenet Imo.& Alex.in l. quidam teſtamento.§. quoties.ff.de lega.1.vbi etiam reſpondet ad illam.l.quæ videtur obſtare.& Io. Fab.in §.1.inſtit.de eo cui lib.cauſa bon.addi. & Math.in not. 163 faciunt,quæ habentur in.l.ſi ſeruus plurium.§. ſi quis ante. de leg.1. & per Bartol.in l.non intelligitur.§.cùm ex cauſa.ff.de iur.fiſ. ¶† Quartò not.ex vltima parte. l. quòd ſi teſtator inſtituit filium adoptiuum, credens adoptionem valere, ſi poſtea reperitur, quòd adoptio non valuit altero ex trib. mod. quos dixi in apoſtillatione text.inſtitutio redditur ipſo iure nulla, eo quia præſumitur teſtatorem erraſſe in tali qualitate perſonæ, quæ præſumitur fuiſſe cauſa finalis inſti. facit. l.nec apud. s̃. de hær.inſtit.ſicut quando teſtator errat in filiatione hæredis inſtituti,& ſic in coniunctione ſanguinis naturalis.l.ſi pater.s̃.de hęret.inſti. non ſic, quando errat circa qualitatem ſeruitutis hæredis inſtituti.l.cùm proponas.s̃. de hær.inſtit.eo. modo ſi quis inſtituat filiam legitimatam credens legitimationem valere, prout retuli tenere Pau.hic,& dictum eius tenet Bald.hic in.7. colu.verſ. denuo quæro.Idem eſt,quando teſtator inſtituit aliquem tanquam ſacerdotem,cùm non eſſet, cùm hoc, quòd diceret miſſas pro anima teſtatoris,nam ſi non eſt ſacerdos,talis error vitiat inſtitutionem, quia ceſſat voluntas teſtatoris, quæ cenſetur cauſa finalis,ſaltuo, niſi talis ſacerdos fuiſſet inſtitu.non ſua contemplatione, ſed Eccleſiæ.l.annua.§. fi.ff.de annu. leg. quia etiam per ſacerdotem putatiuum acquiritur Eccleſiæ.l.peto.§.matre.de lega.2. & not.Bart. in l. ſi vrbana. ff.de cond.indeb.ita concludit Bald.hic in fin. colu.ſecundum vnā lect.aliquæ habent in 2.col. & Pau.in 4. Et pondera diligenter, quòd iſte text. procedit non ſolùm, quando talis inſtitutio erronea proceſſit errore facti, qui eſt probabilis, & ſapientiſſimos fallit.l.2.ff.de iur.& fac.ign.ſed etiam quando proceſſit error iuris, & ita loquitur iſta.l. & l.nec apud. s̃. de hære.inſt.in tantum,quòd Ang.in repet.in 4.colu.tenet, quòd iſta.l.etiam procedit in Doctore legū,vel Aduocato, quia licèt in Doctore legum non præſumatur error.l.profeſſio.C.de mune. patri- 15 mo.lib.10. † hinc eſt, quòd Doctor minor. 25.annis [a] non habet reſtitutionem in integr.ſecundum gloſ.Bart.& Doct.in l.1. C.qui, & apud quos.cum ſim.tamen ſi Doctor legum inſtitueret filiam ſuam tanquam adoptiuam, licèt præſumatur ſcire, quòd adoptio non teneret, quia in eo non cadit iuris ignorantia,tamen ex quo inſtituit eam vt adoptiuam,& dicit inſtituo talem filiam meam adoptiuam,cùm nemo preſumatur dicere,niſi quæ mente concepit.l.Labeo.§.idem Tubero. ff.de ſup. leg. dixi in l. 3. C. de lib.præt. certè prima præſumptio tollitur per iſtam ſecundam,adeo, quòd ſi reperiatur adoptionem nō valuiſſe,irritabitur inſtitutio,dato,quod ſit facta à Doct.legū, & dicit Ang. ſe ita conſuluiſſe in ciui. Ferrariæ. & ita conſuluit in conſil.93. incip.viſis,& inſpectis ſupraſcriptis omnib. in 5.& 6.col.& per totum conſilium multa dicit ad propoſitum huius.l.not.quia bona,& magna eſt extenſio ad iſtam.l. ¶Secundo extende iſtam.l. & iſtud not. vt procedat non ſolùm in vltima voluntate, ſed etiam in contractib. vnde ſi pater adoptaret filium credens adoptionem valere, cùm ſit innalida, deinde talem filium adoptiuum de facto emanciparet, & aliquid ei donaret in præmium emancip. donatio eſſet ipſo iure nulla propter errorem,per quem remouetur voluntas,& ſic finalis cauſa donandi.l. cùm hic ſtatus.§. ſi quis ſponſam. in fin.ff. de don. inter vi. & vxo. vbi donatio facta vxori putatiuæ non cōfirmatur morte, imò per errorem in perſona donatarij redditur ipſo iure nulla, & illum text. reputat ſing. Bald. hic in. 7. colu.pro extenſione huius.l.quam dicit notandam.idem tenet Sal.in l.nec apud.ff.de hær.inſtit.ſequitur Lud. in l. ſi cùm dotem.§.fin ff.ſol.matr.& in.l.ſi donatione.C. de coll. Alex. in.l. ſi pater tuus.circa princ.s̃.de hær.inſtit. Contrarium, & malè tenent Petr.& Cyn.in d.l.nec apud.per text.d.§.ſi quis ſponſam, quem reprobat Bald. in d.l. nec apud. non recordatus de d.§.ſi quis ſponſam,ſed mouetur,quia ita vitiatur contractus ex defectu cauſæ finalis,ſicut & vltima volun.l.1.C.de cōd.ob cau. Tu aduerte licèt Bald. & præfati Doct. allegent ad hoc, quòd etiam in contractibus error in coniunctione perſonæ tāquam in finali cauſa. vitiat ipſo iure contractum ſicut vltimam voluntatem,allegant text.in d.l.cùm hic ſtatus.§.ſi quis ſponſam, adde tñ multos text.ſimiles, text.in l.ſi ex voluntate.C.de don. inter vi.& vx.& in.l.ea,quæ.C.de don.ante nup. & in l. eū,qui. in fin. C. de adul. Sed aduerte circa iſtas.ll. ad vnum, ad quod non inuenio animaduerſum nec hic,nec in locis alleg. nam dictæ.ll mihi videntur adinuicem contrariæ, nam text.in l.cùm 16 hic ſtatus.§.ſi quis ſponſam,in fin.dicit, † quòd donatio facta vxori putatiuæ propter talem errorem redditur ipſo iure nulla, ſed in trib.ll. dicitur contrarium, quòd imò donatio mero iure valet,ſed obſtat exceptio,nec video,quid poſſit congruè reſponderi,verum eſt, quòd gloſ.in d. §.ſi quis ſponſam. bene allegat.d.l.ſi ex voluntate.pro contraria, ſed alius ad hoc non aduertit,& vt dixi,non inuenio aliquem tangere,verum eſt,ꝙ Fulg.hic in 2.col. in alio propoſito dum tenet contra commu

nem

ADDITIO.

a ¶Doctor minor.25.ann. Adde Bart.in l. fin.& in l. ſed & reprobari. ff. de excuſat. Bart.in l.profeſſio.C.de mun.patri.lib.10.

Source : BIU Cujas

nem ſententiam, vt nũc referam, reſpondet ad d.§. ſi quis ſponſam. dum dicitur, quod donatio facta vxori putatiuæ eſt nulla, verum eſt in effectu, quia obſt. exceptio, tamen ipſo iure valet, per aliquas ex legib. præalleg. quæ ſol. multum violat. d.§. ſi quis ſponſam. in fin. ideo cogita de meliori ſolut. ¶Item aduerte in prædictis, quòd *licèt omnes ita teneant*, q̃ error in coniunctione perſonæ hæredis inſtituti tanquam in cauſa finali, vitiet inſtitutionem, tamen Fulg. hic. in prima, & 2. col. tenet contra omnes, quòd imò error in cauſa finali inſtit. non vitiet ipſo iure inſtitutionem, quia facilius reuocantur legata quàm inſtitutio. l. 3.§. non ſolùm, & l. ex parte. ff. de adi. leg. ſed error in cauſa fin. non vitiat ipſo iure legatum. l. cùm tale.§. falſam cauſam. ff. de cond. & demon. multominus debet ipſo iure vitiare inſtitutionem, ſed ſolũ ope exceptionis, vt ibi in legato, & ad hoc alleg. l. nec apud. s̃. de hęr. inſtit. & l. cùm mater. ff. de inoffic. teſt. nec obſt. l. cùm hic ſtatus.§. ſi quis ſponſam. in fin. ff. de don. inter vi. & vx. vbi propter errorem perſonæ donatio eſt nulla, quia reſponde, quòd eſt nulla, eſt verum in effectu, per iura, quæ ad hoc adduxi, vel ſubtilius, & ſubſtantialius ſecundum eum dic, quòd aliud in donatione, nam cùm donatio propriè ſit, quæ nullo modo poteſt reuocari. l. 1. ff. de don. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. in princ. certè error facit, vt donatio cenſeatur ipſo iure nulla, ſecus in inſtitutione. *Teneo communem ſententiam*, quòd per talem errorem inſtitutio ſit ipſo iure nulla, & allego text. per quem Fulg. mouetur in. l. nec apud. s̃. de hær. inſtit. in verbo irritum ſit, vbi quia lex vtitur verbo præſentis temporis, patet, quòd inſtitutio ipſo iure eſt nulla, vt per glo. in l. in criminali, cum ſim. C. de iur. omn. iud. non obſt. fundamentum Fulg. ſ. q̃ legata facilius annullantur quàm inſtitutio, poſſum negare aſſumptum, & dare inſtantiam per Auth. ex cauſa. s̃. de lib. præt. ſed fatendo, quòd ſit verum, non obſt. quòd error in cauſa fin. non vitiat ipſo iure legatum. d.§. falſam cauſam. vbi falſa cauſa non vitiat ipſo iure legatum, quia reſpondeo, quòd ille tex. non loquitur, quando fuerit erratum circa perſonam, quia ſicut in inſtitutione, ita in legatis error circa coniunctionẽ perſonæ vitiat ipſo iure vtrunque. ita declarat Bart. in l. demonſtratio falſa.§. quòd autem. ff. de cond. & demon. in pen. col. verſ. quartò quæro. ¶Gl. 1. ponit caſum tenendo intellectum Antiquorum, dic vt dixi in euiden. & dum pluries repetit exponendo eam. i. ab ea. falſum eſt, quia cùm fideicom. ſubſtitutio facta ſit poſt mortem filiæ, hic non agitur de fideicom. petendo ab ea, ſed ab eius hæredibus, vel à legitimis ſucceſſoribꝰ teſtatoris. ¶Glo. in verb. traditur. diuiditur in duas. In prima declarat text. In ſecunda ibi, fallit ergo. magiſtraliter enumerat. 13. fal. ad regulam poſitam in tex. Tu aduerte, quòd primus, ſecundus, & ſextus caſus glo. ad idem tendunt, quando legata ſunt repetita à venientibus ab inteſt. expteſsè, ſiue per appoſitionẽ
17 clauſulæ codi. ſeu iuramenti, † nam iuramentum [a] inter alios
a habet hunc notabilem effectum, quia poſitum in teſtamento habet vim clauſulæ codi. adeo, quòd venientes ab inteſt. intelliguntur rogari, quia iuramentum facit vt actus valeat omni modo quo poſſit. §. filius matrem. alleg. in glo. & notat Bart. in l. ſi quis in princip. teſtamenti. circa fin. princ. de lega. 3. & in l. ſi quis pro eo. in 7. & 8. memb. ff. de fideiuſ. & in l. 1.§. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. Bald. in 4. colu. ad fi. hic, qui dicit, quòd eſt mirabilis virtus iuramenti. & Bald. in l. ſi iure. C. de teſt. man. facit, quod per. d.§. filius matrem. dicunt Bart. & alij in. l. ſi quis maior. vbi dixi. s̃. de tranſ. quòd vbi in tranſactione apponitur iuramentum, talè iuramentum operatur, quòd ſi tranſactio nõ poſſit valere vti tranſactio, valet in vim pacti nudi, & tamen ſi nõ eſſet iuramentum, tranſactio, quę non valet vti tranſactio, non valet etiam vti pactum nudum. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſ. Item per. d.§. filius matrem, dicit Bald. in l. verbis ciuilib.
18 ff. de vulg. & pupil. † quòd diſpoſitio teſtatoris facta verbis directis iuramento firmata, ſi non valet iure directo, ſemper valet iure obliquo, & ſic iure fideicom. licèt regulariter ſecus, vt ibi, & l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla. varias, & ſimiles deci. Doct. refert Lud. in l. 1.§. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. ¶Limita tamen. d §. filius matrem, & ſic fallentiam gloſ. noſtræ, vt procedat in iuramento teſtatoris, ſecus in iuramento delato per teſtatorem hæredi. ita ſingu. Barto. in l. 2. per illum text. cum gloſ. infra communia de leg. verum eſt, quòd dicit ipſe contrarium in. d.§ filius matrem. vbi formaliter ſummando text. dicit iuramentum teſtatoris, vel hæredis. dicam in dicta. l. 2. infra communia de leg. ¶Secũdò limita. d.§. filius matrem, vt procedat, quando teſtamentum deficit ratione ſolennitatis omiſſæ, tunc iuramentum bene habet vim clauſulæ codicil. ſecus, quando teſtamentum deficeret ex defectu ſubſtantiæ in perſona teſtatoris, vel ratione deficientis conſenſus. ita limitat Lud. in conſil. 517. incip. in caſu propoſitæ conſultationis archæ celeberrimorum Doctorum conſilia. in 9. col. in fin. & ſequitur dom. Fran. de Aret. conſil. 24. incip. quatuor dubia. in 3. colu. Facit. l. fin. s̃. de non num. pecu. vbi iuramentum nihil facit, quia deficiebat conſenſus. Circa tertium caſum glo. in quo legata, & fideic. debentur, q̃ hĩs ommittit ex teſtõ. Intellige ſanè, quando ipſemet ſcriptus hæres eſt ab inteſta. ſucceſſurus, & omiſit ex teſtamento, & idem ab inteſtato ſuccedit, tunc procedit fallentia gloſ. nam tenetur ad legata, & fideicommiſ. ſicut ſi ex teſtamento adiuiſſet, ſi autem hæres ſcriptus omiſiſſet adire ex teſtamento, vt faceret locum ſubſtituto, à quo legata, & fideicommiſſa non erunt repetita, eo quia ab ipſo hærede nominatim fuerant relicta, vel vt faceret locum alij venienti ab inteſtat. tunc an hæres, qui omiſſit, teneatur ad legata, & fideicommiſſa, an ſubſtitutus, vel legitimus propter participationem fraudis, debet diſtingui, an repudiauit accepta pecunia, vel nc. l. 2. vbi dixi. ſupra ſi quis omiſ. cauſa teſtamenti. ¶Circa octauum caſum gloſ. de. l. fin. ff. de hære. inſtit. vbi vitiatur inſtitutio ſecundi teſtamenti propter errorem teſtatoris, & tamen legata, & fideicom. debentur. Adde gloſ. notabilẽ in.§. ſed & ſi quis in priore. inſt. quib. mod. teſtam. infir. quæ vult, quòd in caſu dictę. l. fi. legata præſtentur non tantum, quæ fuerunt relicta in ſecundo teſtamento, ſed quæ etiam in primo, & idem videtur velle Barto. ſi inſpicias, in. l. demonſtratio falſa.§. 1. in pen. colu. circa med. ff. de cond. & demon. Sed iſta extenſio non placet, & contrarium vult text. in dicta. l. fin. in fi. ff. de hær. inſtit. qui vult clare legata relicta in ſecundo teſtamento deberi, & hoc tenet ipſe Bar. in l. ſi iure. ff. de leg. 3. ¶Circa decimum caſum gl. propter affectionem, & pietatem, adde, quòd iſtam gloſſ. in hoc reputat ſing. Bald. in repe. l. 1. s̃. de ſacroſan. Eccleſ. in 8. colum. verſ. ſuper. 9. quæſt. tamen intellectus. l. in teſtamento. ff. de fideicom. lib. valde ambiguus eſt, dic, vt dixi in. l. non dubium. s̃. de teſt. vbi per illum text. aliqua ſingularia dixi, præcipuè, quod vehemens amor licitus habet vim clauſulæ codic. prout etiam dixi in text. ¶Circa vndecimum caſum gloſ. quando hæreditas appplicatur fiſco, dic ſecundum Doct. quòd non eſt bona fal. cùm requiratur, quòd hæreditas ſit adita per hæredem indignum, qui ipſo iure eſt capax, vel quod adeatur per fiſcum. l. ex facto.§. Iul. Longinus. ff. de vulg. & pupil. iuncta. l. ſi ſequens. ff. ad Sena. Sylla. ¶Extra glo. Odof. hic addit alios tres caſus relatos per Bart. & alios hic. vnus eſt in Auth. ſi capti. s̃. de Epiſ. & cler. Secundus eſt in Authen. liberi. s̃. de epiſ. audien. & in iſtis duob. caſib. bene dicit. Tertius eſt in Auth. idem de Neſtorianis. s̃. de hęret. q̃ mihi nõ ſatisfacit. Addit Bart. alium quartum notabilem caſum, quando teſtator in teſtamento prohibuit detractionem fal. & propter hoc hæres, quia nullum commodum ſperat, voluit adire. Auth. ſed cùm teſtator. ĩ. ad l. fal. iſto caſu hæreditas cadit ad fideicom. vel ſubſti. qui tenentur ſoluere omnia legata, & fideicom. licèt hæreditas non ſit adita per ſcriptum hæredem. §. ſi verò expreſſim. vbi bonus text. in Auth. de hær. & fal. idem tenet Barto. in d. Auth. ſed cùm teſtator. in 1. colu. & in l. nemo poteſt. de lega. 1. & in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & in. l. 11. in princip. ff. ſi quis ali. teſt. prohi. & latius in repe. l. 1. in 3. quæſtio. 5. quæſtio. princ. s̃. de ſacroſan. Eccleſ. Bald. in l. filium quem habẽtem. s̃. fam. erciſ. 14. col. verſ. iuxta hoc quæro, vbi teſtator prohibet. vbi refert, q̃ idem tenet Iac. de Bel. in. §. hinc nobis. in 21. q. in Auth. de hær. & fal. idem tenẽt Ang. hic in lect. Flo. & Pau. idem tenet Lud. in repe. Auth. ſimiliter. ĩ. ad l. fal. in 20. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas voluntates, in 3. col. verſ. 2. principaliter. & in 21. ſpeciali eiuſdem piæ cauſæ inter vltimas voluntates. in fin. col. illius ſpecialis, & in conſ. 71. incipien. viſis dubijs propoſitis. intellige tamen ſanè, q̃ tales perſonæ quib. à lege defertur hęreditas, quando hæres non vult adire propter prohibitionem detractionis falc. ita demum tenentur ad legata, & fideicom. ſi talem hæreditatem adiuerint, ſem per. n. requiritur aliqua aditio, ſicut quando debentur legata, vel fideicom. à venientib. ab inteſt. requiritur, q̃ per eos adeatur hæreditas, vt dixi in notabilib. Iſtam opi. Bart. reneas, quicquid teneat Bald. hic in. 5. col. per generalitatem huius. l. & in. l. 1. C. ſi quis omiſ. cauſa teſt. licèt etiam cõtrarium teneat Ang. in repe. huius. l. in 8. col. & malè. Limita tamen iſtam fal. Bar. vt procedat quo ad legata, & fideic. particularia, ſecus in fideicom. vniuerſali, quia cùm fideicom. vniuerſalis poſſit cogere hæredem inuitum adire, & reſtituere, ſi non fecit, ſibi imputet, quæ ratio ceſſat in legatarijs, & fideicom. particularib. qui non poſſunt cogere hæredem adire, ita notabiliter Bal. in d. l. filium quem habentem. in loco. s̃. alleg. vbi dicit, q̃ hoc eſt nouum, & ſingulare dictum Iac. de Bel. in d.§. hic nobis. quod ſibi aſcripſit

Lud.

ADDITIO.

a ¶Nam iuramentum. Adde Ias. in l. precib. col. 10. s̃. de impub. PVRPV.

Source : BIU Cujas

Lud.in d.repe.Auth.ſimiliter.in d.21.ſpeciali.Quintum caſum addit Bart. hic poſt Spec. per eum relatum.ſ. in legatis ad pias cauſas, quæ debentur etiam non adita hæreditate per hæredē ſcriptum. Iſtud probat Bart. ratione, & lege: primo ratione, nam quando hæres non adit, quia prohibita ſit detractio falc. legata ſuſtinentur.d. §. ſi verò expreſſim, & dixi in caſu proximè præcedenti, ſed in relictis ad pias cauſas non habet locum detractio fal.Authen.ſimiliter.ĩ.ad l.fal.Secundo mouetur per text.in l. 1. s̃. de ſacroſan. Eccleſ. in verbo liber ſit ſtylus. q.d.ꝙ in relictis ad pias cauſas non attendimus ſolennitates,nec ſubtilitates iuris ciuilis, & ſic an adeatur hæreditas per hæredem ſcriptum, vel ne,dicit tamen Bart.tutius eſt, ꝙ bona addicantur tertio, vt ſuſtineantur legata ad pias cauſas, ſicut ſuſtinentur legata libertatum,per titulum inſt.de eo,cui lib.cauſa bon. addi.& in.l.4.ff.de fideic.lib.ita dicit Bartol.cum quo in effectu tenent Bart.Fulg.& Pau. de Caſt. hic,licèt Bald. in vna lect. videatur aliter dicere. Tu aduerte circa primum fundamentū Bart.nam ſi eſſet verum,Bart.hic vult vnum,ꝙ eſt pulchrum, & ſingulare,prout etiam ponderat aliqualiter Fulg. hic, quòd
a ſicut quando teſtator prohibuit detractionem falc. [a] de omnibus legatis, & propterea hæres noluit adire, vnde hæreditas vadit ad perſonas enumeratas in Auth.hoc amplius. ĩ.eod.legata, & fideicom. ſuſtinentur. d.§.ſi verò expreſſim .ita ex hoc ſolo, quòd falc. non poſſit detrahi de aliquo legato, puta ad pias cauſas,iſta particularis prohibitio facit,vt illa iura locum habeant,quod ſi eſt verum,eſt magna extenſio,ſed eſt falſum, quia licèt hæres non poſſit detrahere falc. de legato ad piam cauſam,tamen cùm poſſit detrahere de omnibus alijs, tamen non ſumus in caſu illarum legum, quæ loquuntur,quando teſtator prohibuit fal.in omnib. legatis. vnde Bart. hic non bene conſiderauit,quia non eſt bonum argumentum à prohibitione falci. de vno legato, ad caſum, quando teſtator prohibuit generaliter falc.detrahi de omnib.legatis,& in hoc videtur deficiſſe Bart.nec potes dicere, quòd tunc ſit bonum argum. de parte ad totum.l.quæ de tota.ff.de rei vend.l. qui ſcit.in princ. cum gloſ.ff.de vſur.ex quo diuerſa eſt ratio, vt prædixi.¶Item dum Bart. ſecundo loco ponderat text.in l.1. in verbo liber ſit ſtylus. s̃.de ſacroſan.Eccleſ. pondera, quod in contrarium facit text.in.l. generali, in verbo, quòd tamen omni alia ratione iuris munitum ſit.eod.tit.de ſacroſan.Eccleſ.vt plenè dixi in d. l.1.¶Item inquantum,& tertiò dicit Bart. tutius eſſe,quòd bona alicui addicantur,&c.& idem dicit Bar.in.l.1.ĩ.de bon. vacan.lib.10.& in.l.1.in lect.in fin.colu. s̃.de ſacroſan. Eccleſ.dic, quòd iſte,cui bona addicuntur,non dicitur hæres ex teſtamento nec ab inteſt.ſed anomalus.gl.inſti.de eo,cui liber. cau.bon. addi.quam reputat ſing.Bald.hic in.3.colu.& in fin.& in.l.ex teſtamento.C.de teſt.man.& in.l.pro hæreditarijs.C. de hær.act. & in.l.hac edictali.§.3.s̃.de ſec.nup. & alibi ſæpè. ¶Item conſidera, & hic eſt punctus, quòd licèt Bart.hic non aperiat clarè,
19† ꝙ relicta ad pias cauſas debeantur etiam hæreditate nō adita,dum tamen dicit tutius eſſe bona addici alicui tanquam hęredidi,vult,ꝙ non debeantur hæreditate non adita,& bene facit,quia libertas dicitur eſſe pia cauſa, vt not.Bart.in. l.ſi vnus. in fin.s̃.de teſt.cum legibus,& addi.quas ibi feci, & valet argu. de vno ad reliquum, & ècontra, & tamen legatum libertatis non debetur,niſi adeatur hæreditas per hær.ſcriptum. l. 2.vbi text.s̃.ſi quis omiſ.cauſa.teſt.vel niſi bona addicantur alicui, vt hætedi fauore libertatum, idem ergo in relictis ad pias cauſas,
* *& iſta eſt vera, & communis* [b] *ſententia* Legiſtarum,& Can. quòd
b relicta ad pias cauſas non debentur, niſi adeatur hæreditas per ſcriptum hæredem,vel eum cui bona addicūtur,& licèt Bart. in repe.l.1.s̃.de ſacroſan. Eccleſ. in 4. quæſt.5. quæſtionis princ. diffusè examinans teneat contrarium, quòd in relictis ad pias cauſas non requiratur aditio hæreditatis,nec de iure ciuili, nec canonico,tamen eius opin'eſt falſa,& reprobat Sal.hic reſpondens ad eius fundamenta.in.13.quæſt.in.15.col.& trib.ſeq. ſed prima eſt vera,quam etiam tenuit Bart. vbi ſupra, & Fulg. in d.l.1.Ang.Imo.& Cum.in.l.qui filio.§.1.ff.de hæred.inſtit.& ibi refert Angel. quòd ita fuit de facto Bononiæ determinatum, & latè Lud.in d.repe.d.Auth.ſimiliter.in.20. ſpeciali piæ cauſæ inter vlt.voluntates, & ita conſuluit Alex. dicens iſtam communem ſententiam in conſ.109.in.2.vol.incip. ſtatutis.in pen. colu.cum aliis concor. vt ibi per eum, & dicit Flo.hic, quòd ita ſeruatur in practica,de quo etiam per Lud.in conſi.428.incip.in terminis propoſitæ conſultationis.col.1. & in conſ.493. incip.In caſu conſultationis propoſitæ aduertēdum. per Pan. in cap.relatum.ſecundo.de teſt.per illum text. Bald. in.l.fin.C.
10 de teſt.manu.¶†† Stat ergo communis concluſio, quòd etiam relicta ad pias cauſas non debentur hæreditate non adita. Intellige ſanè,vel per hæredem ſcriptum, vel venientes ab inteſt. propter decimam fallentiam gloſ.hic,dum dicit pietatem,uel affectionem. ¶Secundo limita,niſi eſſet inſtitutus filius teſtatoris,quia licèt abſtineat, tamen propter exiſtentiam ſuitatis ſuſtinetur libertas.l.cùm quaſi.§.ſed & ſi quis. ff.de fideicom.lib. eod.modo ſuſtinentur relicta ad pias cauſas, perinde acſi hæreditas fuiſſet adita. ita limitat Bald. in Authen. hoc amplius. in 2.colum.infra eod.& ita ſaluat opin.Specu. & aliorum, qui tenent,quòd in relictis ad pias cauſas non requiritur aditio, vt ſit verum,quando filius eſt inſtitutus.idem tenēt Ang.& Imo. in.l.ſi filius,qui patri.in princip. ff.de vulga. & pupilla. & Alex. in d. conſil. 209. Tertiò not. limita,niſi relictum ad pias cauſas eſſet tale,quòd non reciperet dilationem temporis, vt quia eſt relictum pro ſepultura teſtatoris, vel pro ſuſtentatione infirmorum,tunc non requiritur aditio, imò talia legata debentur etiam non adita hæreditate, ſecundum Bald. hic in 4.colum. allegat Cyn. in l. fin. §. donec. ſupra de iure deliber. ſed corruptè,quia Cyn. non loquitur iſto caſu,ſed in alio, qui ſatisfacit à ſimili, nam dicit Cyn. quòd donec hæres eſt conſtitutus intra tempus conficiendi inuentarium, interim non poteſt conueniri à legatarijs, vel fideicommiſſarijs, & ſi interim conueniatur,habet exceptionem impedientem litis ingreſſum, quæ eſt, quòd donec eſt intra tempus conficiendi inuentarij, moleſtari non poteſt.d.§.donec.dicit Cy.quòd fallit in relictis pro anima teſtatoris, vel reſtitutione vſurarum, vel pro impenſa funeris: nam talia legata cùm non recipiant dilationem temporis,ſtatim debentur,& peti poſſunt,licèt hæres ſit intra tempus conficiendi inuentarij, & ita refert, & ſequitur Bald.in d.§. donec,& commendat in.l.nulli.in.2.colum.C.de Epiſ. & cleri. Ang.& Imo.in l.1. & in l. hæc ſtipulatio.ff.vt lega.nomi.ca.tamen in terminis noſtris, quòd in legatis ad pias cauſas, in quibus periculum eſſet in mora,vt quando ſunt legata pro anima teſtatoris, vel propter reſtitutionem vſurarum, quòd legata debeantur etiam hæreditate non adita, & ſic, quòd in illis non requiratur aditio,iſtud idem firmat Bald. in d. Auth. hoc amplius.in.2.colum.& in repe.l.1. ſupra de ſacroſan. Eccleſ. in 18. colum.verſic.ſuper.9.quæſt.vbi omnino vide not.iſtud idem tenet Angel.hic in repe.in 9.colum. licèt nullam de prædictis, vel de Bald.mentionem faciat,ſed mouetur alia ratione, quia quando teſtator relinquit pro funeralibus ſuis, vel ad ſimiles caſus,videtur teſtator preces ad quoſcunque hæredes protuliſſe.l.hæreditas.ff.de pet. hære.l.ſeruos. ff.de alimen.leg. Sed tu conſidera,quia ratio Angel.præſupponit, quòd ſaltem hæredes ab inteſt. ad quoſcunque teſtator præſumitur etiam preces retuliſſe,debeant adire ſecuudum Bald.hic, & in locis prę-alleg.vel & melius,quòd etiam ſi nullus adiret, tamen legata, & fideicom. debeantur propter periculum. ¶Vltra Barto. adde ſextum caſum,in quo legata, & fideicom. debentur hæreditate non adita,quando teſtator,qui reliquit legatum, vel fideicom.in teſtamento,idem legatum ſoluit in vita ſua,qui aut ſoluit ſine commemoratione legati, & tunc tranſit in donationem.l.filia legatorum, vbi dixi.ſupra de lega. aut ſoluit ſub commemoratione legati, & tunc tale legatum ſolutum per teſtatorem in vita,dato, quod hæreditas non adeatur, à nullo poteſt euinci.l. 3.alias. 4.ff.de liber.lega. ſecundum Angel. hic in lectu.Peruſ. & in repe.in 10. colum.adde, quòd idem tenet Bald.ſub dubio tamen fortè,in.l.1.in fin.colum.in princip.C.ſi quis omiſ.cauſa teſtam.motus,quia tale legatum per traditionem factam à teſtatore in eius vita,aſſumit naturam don.cauſa mort.l. legatum. la.1. ff.de lega.2.quæ donatio cauſa mort. non requirit aditionem hæreditatis, vt nunc dicam. ¶Septimus caſus eſt,in quo fideicom. debetur hæreditate non adita per hæredem,quando hæres fuit iuſſus à iudice adire, & mortuus eſt,antequam adeat,certè fideicom. tanquam repetitum, debetur à quocunque. text. eſt ſingu. in.l. non iuſtam. infra ad Trebell.& ibi Barto.dicit eſſe ſing.& quod neſcit illi dare concordantem.facit.l.2.§.fin.ff.de ſuis,& legi.¶Octuus caſus eſt in

don.

ADDITIONES.

a ¶Detractionem falc. Adde Doct.in c.Raynu.de teſt.

b ¶Vera,& communis. Adde,quòd hanc ſequitur,& communem dicit Alexan. conſil.109.colum.pen.num.16.libr.2.idem Iaſ. in l.1.1.lectu. num.30. & ſequen.& 2.lectu.ante fin.s̃.de ſacroſan.Eccleſ.Grat.reſponſ.140. num.4.libr. 2.pro qua vide,quæ ſcribit Dec.in l.ſi nemo ſubijt.4. fallen.de reg. iur.Soci. Reg.12.Tiraquel.de priuileg. piæ cauſæ. priuileg.33. Capel.Tolo. quæſt.89. & 214.Boer.quæſt.41.nu.2.& 4.quæſtio.93.num.11.Math.ſing.162.quod autem non debeantur legata hæreditate non adita, neque conſeruentur per Auth.ex cauſa.C.de libe.præter.not.Bart.in.l.ſi nemo.circa fin.ff.de teſta.tut. quæ concl. procedit etiam ſi in teſtamento appoſita ſit clauſula codicil. teſte Natt.conſil.132.num.6.Idem dic in legato vſusfru. quia ante aditam hæreditatem non debetur.l.1.quando dies leg.ced.l.vnic.§.in nouiſſ. C.de cad. tollen,fallit autem prior concl. vt per Capr.inter com.opin.verſ. legata.Di lec.de arte teſt.tit.6.caut.2. MASVER.

Source : BIU Cujas

don.cauſa mort.quæ licèt dicatur relictum,& vltima voluntas.l. legatum.1.ff.de leg.2.iuncta.l.fin.C.de don.cauſa mort.tamen non requiritur aditio hæreditatis ex teſtamento, nec ab inteſt. gloſſ.eſt in.l.filiæ.in glo.1.in fin.C.fam.ercis.& in.l.filium quem habentem, ſupra fam. ercis. in gloſ. fin. magna, & in. l.2.§.fin. vbi Angel. ff.de vſucap.pro hærede.Bartο.in l.in mortis.in fin. ff.de don.cauſa mortis, & in.l.qui Romæ.§.Flauius.in fin.ff.de verb.oblig.Angel. & Imo. in.l. 2. ff.de leg. 1. cum alijs concor. de quibus ibi per Alexan. & idem dicit Angel. hic in repe. in 10.colu.& pro hoc Imo.in dicta.l.2.ff.de leg.1.alleg.glo.quam ad hoc reputat ſing. in.l.poſt legatum. §.pen.ff.de his, quib.vt indi.Stat ergo,quòd in don. cauſa mort. non requiritur aditio hæred.nec ex teſtamento nec ab inteſt. limita iſtam concluſionem procedere,quando don. cauſa mortis fit à præſente præſenti,,quia cùm tunc non poſſit valere niſi vt don. cauſa mortis ſtrictè ſumpta, tunc non requiritur aditio hæreditatis, ſed ſi talis don.cauſa mortis fieret abſenti, quia tunc tranſit in vim fideicom. l. miles ad ſororem. in princip. ff. de lega. 2. tunc requireret aditionem hæreditatis ſicut fideicom.ita not.Bald.in.
a l.ſi mortis.C. ad l. falc. ¶Nonus caſus eſt in donatione facta a inter coniuges,vel inter patrem,& filium in poteſtate,nam talis donatio non valet in vita, ſed morte confirmatur ex tacito iudicio l. Papinianus.cum glo.ff.de don.inter vi.& vxo.& conſequenter aſſumit naturam relicti.gl.& Doct. in Auth.ex teſtamento.ſupra de collat. vbi dixi,tamen non requirit aditio hæreditatis nec ex teſtamento nec ab inteſt. text. eſt in.l. 1. & ibi Bald.& alij ff.de don.inter vi.& vx.Bartο.in.l.ſequens quæſt.in princip.de leg.2.¶Decimus caſus eſt,quando teſtator in teſtamento diſpoſuit,quòd legata,& fideicom. debeantur hæreditate nō adita per hæredem ſcriptum. argum.§. ſi verò expreſſum. in Authen. de hæred. & fal. vt retuli ſupra in primo caſu Bartο.extra gloſ.& ita tenet Lud. in repe. Authen. ſimiliter, infra ad l.falc. in 21. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas voluntates, & in conſi.70.incip.viſis dubijs propoſitis.Pau. de Caſt.in conſil.389.incip.viſis dubijs.licèt contrarium teneat Oldr.in conſil. 108.incip. Titius veniens ad mortem. & Ioann. Andr. in addi, Specu.in titu.de inſtr.edi.§ nunc verò aliqua.in pen. colu.moti per regulam huius text.iuncta regula. l. nemo poteſt. ff. de lega.1. & ibi Alexan. in 4. colum. tenet iſtam vltimam opin. motus fundamento Imo.in.l.qui filio.§.1.ff.de hæred.inſt.quia diſpoſitio.d.§ ſi verò expreſſim.cùm ſit exorbitans,non debet extendi extra terminos,in quibus loquitur.iurib.vulgarib. Teneo primam ſententiam,& dico,quòd cùm d.§.ſi verò expreſ ſim.ſit ius limitatorium ponens exceptionem à regula tex.noſtri, ego habeo, quod iura limitatoria, vel potentia fallentias, extenduntur ex identitate,vel maioritate rationis.cap. cùm dilecta. § nos igitur. vbi melior text. de iure. & ibi Pan. notat. de confir.vtili,vel inuti.& idem Pan. in cap. ad audientiam.il primo,de cler.non reſi.Secundo,& fortius, nam publicè intereſt, quòd vltimæ voluntates teſtatorum ſortiantur effectum.l. vel negare. ff.quemad. teſt. ape. & vbi agitur de ſuſtinenda vltima voluntate teſtatoris,agitur de fauore publico. gloſ.eſt not.in l. Gallus. §. quid ſi is.in verbo vtilitatem.ff.de liber. & poſthum. ſed ego habeo, quòd vbi agitur de fauore publico,iura exorbitantia debent extendi.ſecundum Bart. & alios in.l.ſi conſtante.in princip.ff. ſolu.matr. in 9.quæſt. primæ partis principalis. & in.l.2.§.exercitum.ff. de inſa.& ſic concludo verum eſſe iſtū decimum caſum,quando teſtator diſpoſuiſſet,quòd legata,& fideicom.debeantur hæreditate non adita, & hoc etiam eſt de mente Bald.in l.1.in fi.colum.ſupra ſi quis omiſ. cauſa teſtam. ¶Vndecimus caſus eſt, quando adeſſet ſtatutum in ciuitate, quòd legata,vel fideicom.debeantur hæreditate non adita, & quòd hæres teneatur ad legata, vel fideicom. licèt hæreditatem non adiuerit, nam tunc virtute ſtatuti ſi hæres non adit hæreditatem,ſic non quaſi contrahit,tamen contra eum competit condictio ex ſtatuto.l.vnica.ff.de condict.ex.l.ſecundum Alexan.in. l. 1.in 7.colum. & ſequen.ff.de leg.1. & ibi etiam tenet, quòd talè ſtatutum valeat, per id, quod egregiè decidit Bald.in.l.dotis.ſupra de iur.dot.vbi tenet valere ſtatutum,quo diſponitur,quòd filius teneatur ad debita patris, licèt eius hæreditatem repudiauerit.per gloſſ.in rubr. C. de decre.decu.lib. 10.ſequitur Petr.de Anchar. in commento cap.canonum ſtatuta.de conſti.in verſic.vlterius quæro.not.Inno. in cap.pen.de conſue.¶Duodecimum caſum, & vltimum pro nunc ponūt Bald.& Fulg. hic in filiofam. qui non poteſt teſtari etiam cum conſenſu patris. l. ſenium. in fin. vbi dixi. ſupra qui teſta. fac. poſſ. nam ſi faceret teſtamentum patre præſente, & conſentiente,& poneret clauſulam codicil.ſi non valet iure teſtamenti, &c. nam relicta per eum valerent vt dona. cauſa mortis ſine aditione, vt hic per eos. ¶Vltimo vnum nota pro concluſione ad omnes caſus ſupra notatos tam per gloſ. quàm vltra gloſſ.quod ponit Angel.in.l.ſi ſecundum.ff.de teſtam. mill.vbi ſingulariter dicit ex illo text. limitari omnes caſus, qui enumerantur in iſta.l. in quibus.legata, vel fideicom. relicta in teſtamento etiam hæreditate non adita per hæredem ſcriptum debentur à venientibus ab inteſta. licèt non ab eis fuerint repetita.dicit ſingu. Angel.quod eſt verum,ſi tamen ex teſtamento adiri potuiſſet hæreditas,licèt non ſit adita,aliàs ſecus,quod ſi eſt verum,eſt commendabile verbum, ſed periculoſum eſt, ſi tranſcurras caſus ſupra enumeratos. ¶Gloſſ. fin. in verbo coguntur,quia alias gloſſ.declaraui in euidentialibus,diuiditur in quinque.In prima declarat text.In ſecunda ibi, ſed ſi ipſa nō adiuerat.format tacitè quæſtionem.In tertia ibi,item quæritur ſecundum Ioann format aliam quæſtionem, quam plenè diſputat adducendo tria fundamenta pro parte affirmatiua, & tria pro parte contraria,quam tenet, & reſpondet primis fundamentis,deinde refert diſtinctionem quorundam. In quarta ibi,item videtur hæc filia.opp.contra text.& bene ſol. In quinta ibi,imò & ſi non ſit legitimè.oppo. contra text. & ſimpliciter ſoluit,& ſic in effectu glo.format duas quæſtiones, & duas oppo.prima pars clara,& indubitata eſt,vt gloſſ.met dicit. In
21 ſecunda parte conclude, † quòd ſi hæres inſtitutus, & grauatus per fideicom.reſtituere totam hæreditatem, decedat antequam adiuerit hæreditatem, & fideicommiſſum vitiatur, & hæres talis hæredis non poteſt cogi adire, & reſtituere, text.eſt clarus in. l.ille à quo. §. ſi de teſtamento.in fin.ff. ad Trebell. alleg.in glo.& patet ratione clara,quia cùm primus hæres deceſſerit hæredita non aditam, certè hæreditas non adita non tranſmittitur.l.1.§.in nouiſſimo.infra de cadu. tollen.l. quomā ſororem. ſupra de iure deliber. ideo hæredes hæredis etiam ſi
22 vellent,non poſſent adire. ¶† Limita tamen ex hac ratione, niſi eſſemus in caſibus,in quibus hæreditas non adita tranſmittitur.de quibus per Bartol. in.l. qui ventre.ff. de acquir. hæred. & dixi in l.emancipata. ſupra qui admit. ¶Secundo fallit, vt dicit gloſſ.niſi hæres primus deceſſerit intra tempus datum ad deliberandum, intra quod tranſmittit hæreditatem non aditam ad quoſcunque,vt hic in gloſſ.¶Tertiò fallit,quando primus hæres,qui non adiuit fuiſſet minor, quia cùm ad eius hæredē tranſmiſerit reſtitutionem in integr.ex perſona ſua, qua mediante poteſt reſtitui aduerſus omiſſam aditionem.l Pantonius.ff.de acquir.hæred. dixi in.l.ſi infanti. ſupra de iure deliberan. tunc hæres poteſt cogi adire, & reſtituere. Iſtas fallen. probat Bartol.per text.in.l. cùm plures.§.meſſem.ff.loca.& l.a. §.idem Labeo. ff.ne quid in loco publi. in quibus iuribus dicitur, quòd quis poteſt cogi adire propter alium, poterat melius allegare.l. quòd ſi minor. in princip. ff.de mino. & l.ſi minoris nomine actum. ff. de admi. tut. ¶Quartò notabiliter limita dictam concluſionem procedere, quando hæres directus deceſſit hæreditate non adita ante iuſſum ſibi factum à iudice,vt adiret,ſecus ſi poſt iuſſum, nam tunc habetur perinde,acſi hæreditas fuiſſet adita, & ſic fideicommiſſum debetur à quocunque ſucceſſore. text. eſt not. in. l. non iuſtam. C. ad Trebell.quam ibi dicit Bartol. ſingularem, & ſupra dixi. ¶In tertia parte gloſſ.circa ſecundam quæſtionem, glo.latè diſpu-
23 tat, † an penitus incapax hæres inſtitutus, cogatur adire, vt capaci reſtituat, conſiderata potius perſona fideicommiſſarij quàm hæredis.conclude ſecundum Doct. quòd ſi hæres directus, à quo fideicommiſſum vniuerſale relinquitur, eſt capax à principio, & ex poſtfacto, ſed efficitur indignus culpa, vel delicto ſuo,vt quia adiuit non vindicata nece defuncti, & tūc ipſo iure eſt capax,licèt fiſcus poſſit ab eo auferre, & iſte cogitur adire,& reſtituere, ita loquitur text. vbi gloſſ. dicit eſſe expreſſum,in l.Marcellus.§.fin.ff.ad Trebell.ſed ſi hæres,à quo relictum eſt fideicommiſſum vniuerſale à princip. eſt incapax in totum, tunc inſtitutio habetur pro non ſcripta, & non facta,& tunc non poteſt cogi adire,& reſtituere,iuribus pro ſecunda parte in gloſ. alleg. adeo, quòd etiam non tenentur ad onus fideicom. illi, ad quos vadit talis hæreditas ab inteſtato, nec ipſe fiſcus.l.ſi in metallum.ff.de his, quib.vt indig.Fallit niſi quis ſit incapax à princ. propter delictum à ſe commiſſum circa teſtamentum,& ita loquitur.l. filius. §.fin. ff.de fal.& l.fin.ff. de his,quæ pro non ſcripto,allega.in gloſſ. ¶Secundo fallit.niſi inſtitutio ab initio ſit inualida propter errorem teſtatoris circa coniunctionem perſonæ inſtitutę,caſus eſt hic cum alijs in text. alleg. ¶Tertiò not. fallit niſi fideicom. ſit relictum ad piam cauſam.l.pater filium.§.Iulia.de leg.3.not.in.l.codicil. de leg.2.

ADDITIO.

a ¶In donatione facta. Adde Docto, in capitu. per veſtras. de don. inter vi.& vx.

leg.2. ¶Quarto limitat mirabiliter Bald. in l.ab eo.in pen.colu. ſupra eod.vt procedat prædicta concluſio,inſtituto vniuerſali penitus incapaci,ſecus eſſet, quando teſtator legauit incapaci,& grauauit,vt illud legatum alteri reſtitueret, nam licèt ipſe incapax non poſſit capere, tamen tanquam nudus executor reſtituere poterit.argum.l.ſi quis quos.de leg.2.Iſta limitatio non eſt vera,quia vt expreſsè dicit Bartol.hic in fin.colum. non eſt differentia inter fideicom. vniuerſale, & particulare, quo ad incapacem, & eadem ratio, quòd tanquam nudus executor poſſit reſtituere,videtur vtroque caſu militare, licèt poſſet dici, quòd in fideicom. vniuerſali non præſtetur nudũ myniſterium executoris prout in particulari,& iſtam limitationem putat indubitanter falſam, & reprobat Alexan. in.l.cogi. §.hi,qui ſolidum.in pen. colum. ff.ad Trebell. & de iſta materia etiam vide per Angel.& Imo.in.l.in tempus. ff.de hær.inſti. In quarta parte gloſſ.dum oppo. de l. cùm proponas. ſupra de hær.inſti. dic, quòd ibi non fuit erratum in coniunctione ſanguinis,ex qua inducitur cauſa finalis inſtitutionis,ſed ibi fuit erratum in alia qualitate inſtituti, qui putabatur liber,cùm eſſet ſeruus,vt declarat ibi Cyn.in quarta opp.& alij,vbi dixi. ¶In quantum verò oppo. gloſſ. de l. 1.in fin. eſt in. §. Pomponius. ff.de carbo.edi.vbi admittitur inſtitutus vt filius,ſiue ſit filius ſiue non, & ſic ibi error in filiatione inſtituti non vitiat inſtitutionem.Reſponde,quòd ibi eſt propter Carb.quo diſponitur, quòd impuberi non poſſit moueri quæſtio ſtatus, donec eſt impubes, ſed talis quæſtio differtur in tempus pubertatis. l.2. vbi dixi.ſupra de Carb. edi. ſi ergo inſtitutus impubes ſit vti filius,text.ibi dicit, quòd ſiue ſit filius ſiue non, admittitur propter Carb. quod interim impedit moueri quæſtionem de filiatione, ſed poſt pubertatem comperto errore teſtatoris, qui credebat inſtitutum eſſe filium, qui non erat, talis error ipſo iure vitiat inſtitutionem,vt hic,& l.ſi pater.vbi etiam dixi.ſ.de hære.inſti.

SVMMARIVM.

1 *Pater à teſtatore rogatus de emancipando filios inſtitutos, videtur grauatus illis hæreditatem reſtituere.*
2 *In fideicom.non minus attendimus mentem quàm verba.*
3 *Teſtator,qui vult conſequens,intelligitur velle antecedens.*
4 *Teſtator poteſt grauare eum,qui ſentit commodum hæreditatis non immediatè,ſed mediante.l.diſpoſitione.*
5 *An pater iure actionis poſſit cogi ad emancipandum filium.*
6 *Vbi vna ſola cauſa, vel ratio reddi poteſt,illa habetur pro expreſsè appoſita, quod procedit tam in contractibus quàm in vltimis voluntatibus num.7.*
8 *In dubio non præſumitur, quòd vna tantum ratio poſſit aſſignari in.l. vel ſtatuto.ſed quod plures aſſignari poßunt.*

LEX XV.

1 QVamuis. † Teſtator,qui rogauit patrem, vt emanciparet liberos inſtitutos, videtur per quoddam quaſi neceſſarium conſequens grauaſſe patrem, vt reſtitueret hæreditatem illis liberis. h. d. & iſta eſt multum ſingularis.l. ſecundum Bald. hic, & credo, quòd non habeat concordantem in iure. Dubium faciebat in iſta lege, nam cùm filij eſſent ſimpliciter inſtituti à teſtatore, & ex diſpoſitione iuris ſecundum iſta tempora talis hæreditas in totum acquireretur patri, dato, quòd eorum pater eſſet grauatus, vt emanciparet iſtos filios, quia tamen de fideicommiſſo nullum verbum factum fuit à teſtatore,certè videbatur, quòd pater non intelligeretur grauatus fideicom. quia ſi teſtator voluiſſet grauare fideicommiſſo patrem iſtorum filiorum,expreſſiſſet.l.vnica.§. pen.ſupra de cad. tollen.ca. inter corporalia.poſt med. de tranſlatio Epiſ. quia vt dicit Bald.in.l.voluntatis in fin. ſupra eod.non credimus hominem velle niſi id, quod dicit : contrarium tamen deciditur in iſta.l.quam alibi non habes,quòd imò pater, qui ex diſpoſitione.l.conſequitur hereditatem,in qua filij ſunt inſtituti.l.placet. ff.de acquir.hæred.l.1.in princ.ff.ſi quis à pa.fue.manum.intelligitur in iſta. l. grauatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem ipſis filijs, † quia in fideicom. non minus attendimus
2 mentem quàm verba.l.cùm virum,quæ ſequitur. infra eod.in iſta ergo. l. reſultat præſumptio taciti fideicommiſſi propter duo. Primò, quia ipſi filij erant à teſtatore inſtituti,licèt hæreditatem quæſiuerint patri ex diſpoſitione.l. vt dixi. Secundò,
a quia pater fuit grauatus,vt emanciparet [a] tales filios,certè per hoc,quòd teſtator ordinat, quòd tales filij emanciparentur ab eorum patre,intelligitur ordinaſſe ad finem, vt tales filij in effectu haberent talem hæreditatem, & ſic, vt pater per fideicommiſſum eis reſtitueret talem hæreditatem, ideo Bartol.
3 † Bald.& alij ſummant iſtum text. quòd teſtator, qui vult cõſequens,intelligitur velle antecedens, & ſic licèt inſtitutio fuerit ſimpliciter facta, vt dicit text.ibi, ſimpliciter, & ſic abſque commemoratione fideicom. tamen reſultat tacitum, & præſumptum fideicom.ex duab.cauſis proximè recitatis, vt eſt caſus ſingularis in iſta.l.Limita iſtam.l.dupliciter. Prima limitatio eſt, quòd iſta. l. non habet locum ècontra, quando pater fuiſſet hæres inſtitutus,& grauatus de emancipando filios, nõ propterea intelligeretur grauatus de reſtituendo hæreditatem filijs, quam propter ſeipſum acquirit, non per filios. ita not. Bartol.in.l.ſi cui legatum.ff.de cond. & demon. Fulg. & Paul. hic,licèt contrarium teneat gloſ.in dicta.l.ſi cui legatum, quæ
* *communiter reprobatur*, & notatur etiam in. l. cogi.§.pater. ff.ad Trebell. Secundo limita iſtam. l. non procedere, quando filij fuiſſent inſtituti patris tantum contemplatione, quia in effectu eſſet perinde, acſi pater fuiſſet inſtitutus, vt hic per Paul.
4 ¶† Secundo not. ex text. quòd teſtator poteſt grauare eum, qui ſentit commodum non immediatè, ſed mediante.l.diſpoſione, ſecundum Sal. hic, & iſto modo amplia regulam. l.ab eo.ſupra eod. not.Barto. in l.cùm filio.ff.de lega.1. quod an ſit verum,pendet ab his, quæ dicam in gloſ. vbi ponam intellectum huius.l. ¶Gloſ. in verb.curauit.diuiditur in tres. In prima declarat text. & eſt clara. In ſecunda format quæſtio. neceſſariam ad text. quam latè diſputat. In tertia alleg. concor. ad tex.Secunda ibi, an autem emancipare teneatur.Tertia ibi,
5 & facit.ff.de lega.1. In ſecunda parte gloſ. † nunquid in terminis huius.l.pater inuitus cogatur filios emancipare, dic melius quàm gloſ. aut quæris,nunquid pater iure actionis poſſit cogi ad emancipandum filium,& dic, quòd non, ita loquitur.l.filiusfam.§.ſecundum vulgarem.de leg.1.alleg.in glo. Aut quæris,an pater poſſit cogi officio iudicis emancipare filios in caſu huius legis, & dic tunc, quòd aut filij adiuerunt hæreditatem, aut non, ſi non adiuerunt,ex quo nihil quæritur adhuc patri,non potuit certè grauari, vt filios emanciparet,nec à iudice cogi poterit: aut quæris poſtquam filij adiuerunt hæreditatem,& tunc ſi commoditas hæreditatis eſſet permanſura penes patrem,pater poſſet cogi officio iudi. emancipare filium, ſed quia in caſu huius legis pater cenſetur grauatus reſtituere hæreditatem filijs,& ſic in effectu nullum commodum remanebit penes patrem,certè videtur,quòd pater cogi non poſſit, cùm aliud commodum non ſentiat,nec credas,quòd iſto ca-
b ſu pater poſſit detrahere Trebell. [b] quæ regulariter detrahitur de fideicom.vniuerſalibus,& ſic, quòd pater ſit habiturus cõmodum quartæ Trebell. dic hoc non eſſe verum, quia pater non rogatur vt hæres,ſed vt pater,vt not. Bartol. & alij poſt gl. in.l. cùm filio. ff.de leg. 1.Bald. tamen ſequendo gloſ. noſtram tenet, quòd etiam in iſto caſu vltimo pater inuitus cogi poſſit emancipare filios, eo quia licèt non habeat commodum hæreditatis,cùm illam reſtituere teneatur, vt dixi, item non habeat commodum Trebell. vt prædixi, habet tamen commodum, quia retinet fructus medio tempore perceptos ex hæreditate,& cum eo tenet Sal.hic,facit. l.epiſtolam. §.fin. & quod ibi Barto.ff.ad Trebell.Sed iſta opin.Bald.eſt falſa,nam cùm in iſta.l. non ſit appoſitum tempus medium, vſque ad quod pater poſſit differre hæreditatem reſtituere,vnde intelligitur grauatus ſtatim,ergo apparet, quòd non poteſt ſentire commodum reſpectu fructuum.Item contra Bald.obſt.l.in fideicommiſſi.§.cùm Pollidius. ff.de vſucap. per quam Bartol. expreſsè in dicta.l.cùm filio,tenet,quod in caſu huius.l.& ſimilium,pater non poſſit retinere fructus, prout etiam tenet Fulgo. hic, vnde neceſſario videtur text.iſte intelligendus ſecundum Cy. Fulg.& Pau.hic,licèt non ſit ſine diuinatione, quòd in iſta.l.aliquid aliud erat legatum, vel relictum patri, quod erat penes eum remanſurum,aliàs iniquum eſſet, quòd pater priuaretur patria poteſtate erga filios, & perderet hæreditatem,quam tenetur filijs reſtituere abſque eo, quod commodum ſentiret.
6 ¶† Vltimò not.diligenter gloſ.dum dicit, nam ob aliam cauc ſam de emancipatione, [c] &c. quòd vbi vna ſola cauſa, vel ratio reddi poteſt, illa habetur pro expreſsè appoſita, & ad hoc allegatur iſta gloſ. quæ verè iſtud non clarè dicit, ſed expreſſius per iſtam gloſ.iſtud notat Bald.Fulgo. & Paul.hic, ad hoc etiam not.iſtam gloſ.Bald.in.l.quoties ab omnibus. ſupra eod.

iſtam

ADDITIONES.

a ¶Vt emanciparet. Adde Doct.in c.quintauallis.de iureiur. PVRPV.
b ¶Detrahere Treb. Adde Doc.in c.Rayn.de teſt.
c ¶De emancipatione, vide Alex.lib.5.conſ.84.col.fin.

Source : BIU Cujas

iſtam regulam tradit Bald. in l. maximum vitium. in 4. colum. ſupra de liber. præter. vbi allegat multa iura, non iſtam gloſ. idem not. Bald. in l. fin. vbi Imo. in 3. colum. ff. de hær. inſt. Bald. in Authen. quas actiones. in. 2. colum. in. 3. quæſtio. C. de ſacroſan. Eccleſ. Cuman. & Pau. in l. ſi verò, §. de viro. ff. ſolut. matr.

7 Alexan. † vbi ampliat iſtam regulam procedere in contractibus, & in vltimis voluntatibus, prout etiam dicit Bald. hic, in conſil. 582. incip. viſa parte teſtamenti. in 3. colum. facit, quod vult gloſſ. in Authen. ſacramenta puberum, in gloſſ. fin. in ver. cuſtodiatur. ſupra ſi aduerſus venditionem, & in clementi. 1. in verbo, eligatur. de elect. Secundò multum amplia prædictam regulam, vt etiam locum habeat in correctorijs, & recolo, ꝙ alias allegando fui in magna contentione ſuper hoc, quia negabatur, quòd in correctorijs iſta regula locum habeat, ego autem dico, quòd locum habet, vnde ſicut in correctorijs iuribus, quando ratio eſt expreſſa in l. corrigente, licita eſt extenſio ex identitate illius rationis expreſſæ. l. his ſolis, in verbo *ſatis etiam tacitè cautum putamus*. C. de reu. don. expreſsè Bald. in Authenti. quas actiones in. 2. colum. vbi dixi, & addidi concor. ſupra de ſacroſan. Eccleſ. ita eodem modo, quando in l. vel in ſtatuto correctorijs nō poteſt aſſignari niſi vna ratio, cùm habeatur pro expreſſa, licita eſt extenſio etiam in correctorijs ex idētitate illius rationis, acſi eſſet expreſſa, ita in terminis tenet Alexan. in l. ſi conſtante. in princip. in. 6. colu. ff. ſol. matr. & in conſil. 50. in. 2. vol. incip. viſis actis cauſæ. in. 5. colum. & vtrobique alleg. Doct. quos addidi ad iſtam gloſ. qui tamen loquuntur in indiuiduo in correctorijs, & vltra eam adde, quòd in correctoris idem firmat Brixienſis in ſuo repertorio in verbo, lex. in. 4. colum. in fin. vbi dicit, quòd hæc gloſ. ad hoc fecit ſibi honorem, & quod per eam obtinuit ſententiam in vna magna cauſa. †

8 Aduerte tamen, quòd in dubio non præſumitur, quòd vna ratio tantum poſſit aſſignari in l. vel in ſtatuto, imò præſumitur, quòd plures aſſignari poſſint, niſi probetur, quòd vna tantum ratio poſſit reddi. ita ſing. Sal. in l. ſerui veſtri. in. 9. colu. C. de noxa. quod verbum multum not. Alex. in dicta l. ſi conſtante. in princip. in. 6. colum. & ad hoc facit, quod ſing. tenet

* Barto. contra Cyn. Ioann. And. & communiter Doct. *nam communiter tenetur*, quòd in ſtatuto diſponente, quòd exiſtentibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, quòd in iſto ſtatuto correctorio iuris communis non poſſit aſſignari ratio niſi fauore agnationis, ita dicunt Cyn. & alij in l. 1. C. de adul. Ioann. Andr. in addi. Spec. in titu. de ſucceſ. ab inteſta. ſuper rubr. cum multis concor. nam Bartol. ſing. in l. liberorum. in 9. colu. ff. de verb. ſign. dicit hoc eſſe falſum, quòd iſta ſola ſit ratio illius ſtatuti. ſ. fauor agnationis, & cum Bart. tenet do. Franc. de Aret. in conſ. 27. inc. proponitur ex facto. in 3. colu. in fin. quod vltimum pro nunc aliter non diſcutio.

SVMMARIVM.

1 *In fideicom. vniuerſali facto verbis generalibus, non ſolùm venit hæreditas, ſed etiam veniunt prælegata, quod limita quatuor modis, ſed an veniat, quod eſt datum hæredi gratia conditionis implendæ, & an in alijs ſubſtitutionib. per ius accreſcendi veniāt legata, & quid in fiſco. num. 2.*

3 *In fideicom. magis attendimus mentem quàm verba.*

4 *Licèt intentio alicuius ſit ipſo iure fundata ex diſpoſitione legis, tamen ſi adhuc vult probare per teſtes, vel inſtrumenta, eſt admittendus.*

5 *In fideicom. vniuerſali facto verbis generalibus, licèt veniant prælegata, non tamen veniunt donationes etiam inutiles.*

6 *Si prius ſint facta prælegata hæredi, & poſtea grauatus ſit fideicom. ſimpliciter, vt reſtituat portionem, veniunt prælegata, ſecus ſi ſit grauatus reſtituere hæreditatem, vel portionem hæreditatis, quod limita, vt infra num. 7.*

LEX XVI.



Vm virum. In fideicom. vniuerſali verbis generalibus relicto veniunt prælegata. hoc dicit. ¶ In tex. ibi, quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, iſtud eſt, quod faciebat dubium in iſta. l. nam per talia verba non videtur hæres grauatus reſtituere, niſi portionem hæreditatis, non ergo videbitur grauatus ad prælegata, contrarium deciditur in iſta. l. quia magna differentia eſt, an quis ſimpliciter grauetur reſtituere portionem hereditatis, an adijciantur verba vniuerſalia, vt dicit Barto. in ſummario, vt quia dicatur, quicquid ex

1 hæreditate, vt hic in text. ¶ † Nota regulam, quòd in fideicom. vniuerſali facto verbis generalibus non ſolùm venit hæreditas, ſed etiam veniunt prælegata. limita niſi teſtator prohibuiſſet res prælegatas alienari. text. eſt ad hoc not. in l. Lucius. §. pluribus. vbi Bart. & alij ad hoc not. ff. ad Trebell. & Pau. hic. ¶ Secundò fallit in dote filiæ prelegata, & in alio debito prælegato, nam non veniunt in fideicom. vniuerſali, text. eſt in dicta l. Lucius. §. maritus. ſecundum Bald. & Pau. hic. ¶ Tertiò limita iſtam regulam, quòd licèt in tali fideicom. vniuerſali veniant prælegata, non tamen veniunt fructus percepti medio tempore ex reb. prælegatis, text. eſt in l. fideicom. ff. ad Trebell. niſi dictum eſſet, quòd reſtituatur quantacunque pecunia, quia iſta verba geminata operantur, quòd etiam veniant fructus. text. eſt ſing. in l. Baliſta. ff. ad Trebell. quem tex. ibi Bart. dicit non reperiri alibi. eum etiā ad. h. d. eſſe ſing. Ang. hic in lec. Flo. ¶ Quarto limita iſtam regulam procedere in ſubſtitutione obliqua, & ſic fideicom. ſecus in vulgari, in qua non veniunt prælegata. text. eſt in l. Sextiliam. in fin. de lega. 3. notatur in l. miles ad

2 ſororem. §. pro parte. ff. de leg. 2. ¶ † Quid autem ſit in alijs conſtitutionibus, & an per ius accreſcendi veniant prælegata, & quid in fiſco, & an in fideicom. vniuerſali veniat etiam id, quod eſt datum hæredi gratia conditionis implendæ, ponunt Bald. & Angel. hic, & Barto. & Mod. in l. Marcellus. §. quidam.

3 ff. ad Trebell. ¶ † Secundò not. in verſ. ſanè. verba notabilia, quæ

a millies allegantur, quod in fideicommiſſis a magis attendimus

4 mentem quàm verba, dixi in l. 4. ſupra de liber. præte. ¶ † Tertiò not. ex fin. text. ſecundum Bartol. Angel. & Sal Fulg. & Pau. hic tradi not. reg. quòd licèt intentio alicuius ſit ipſo iure fundata ex diſpoſitione. l. tamen ſi adhuc vult probare per teſtes, vel per inſtrumenta, admittendus eſt. Adde text. not. in l. circa. verſ. fin. ff. de proba. dicit tamen Sal. hic, quòd licèt iſte non probaret, tamen deberet obtinere. Ex iſto dicto Sal. ego elicio limitationem ad regulam Barto. quæ millies allegatur in. l. 1. §. item quæſitum. ff. de aqua quo. & æſti. vbi not. quòd ſi aliquis aſtrinxit ſe ad aliquid probandum, & non probet, perdit cauſam. facit. l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. cum alijs allega. per Barto. in illo. §. item quæſitum. Illa regula venit limitanda ex dicto Saly. hic, vt ſit vera, niſi quis habeat fundatam intentionem ex diſpoſitione. l. quia licèt aſſumat onus probādi per teſtes, vel inſtrumenta, & non probet, non tamen perdit cauſam, eo quia illa probatio aliter non requirebatur. Et pro iſta limitatione confirmanda facit trita regula, quia quoties aliquid de neceſſitate non requiritur, ſi illud interponatur, & ineptè, non nocet. l. vnica in princip. C. de rei vxo. act. facit, quod vult gloſ. mag. in fin. in l. vinum. ff. ſi cert. pet. cum alijs, quæ ibi allegaui. Contra tamen iſtam limitationem pondero facere id, quod ſignanter vult Barto. in l. is, qui reus. in. 8. colu. ff. de pub. iud. nam in libello accuſatorio non requiritur, quòd ponatur dies commiſſi delicti, ſed ſatis eſt, quòd ponatur annus, & menſis. l. libellorum. in princ. ff. de accuſa. pone, quòd in libello accuſatorio quis poſuit diem, deinde capitulauit, vt probaret diem, & non probauit, debet ſuccumbere, quia ex quo non probat, quod aſſumpſit probare, licèt non teneretur, debet ſuccumbere, per regulam. l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. l. pen. §. hæc autem actio. ff. vi bon. rep. Cogita, & confidera verba Bart. in d. l. is, qui reus. intellige etiam, & ſecundò regulam huius text. vt procedat ex voluntate non ex neceſſitate, nam qui habet fundatam intentionem ex diſpoſitione iuris, certè ſi vult, poteſt voluntariè adhuc probare per teſtes, vel per inſtrumenta, tamen non neceſſitatur, in tantum, quòd poſtquam quis fundauit, vel probauit intentionem ſuā, & aduerſarius vellet ſtare iuramento ſuo, non cogitur iurare, nec valet conſuetudo, quæ eſt. Venetijs in contrarium, quòd poſtquam quis fundauit, vel probauit intentionem ſuam, ꝙ teneatur iurare. text. eſt ſing. reprobans conſuetudinem contrariam in c. 2. de probatio. per quem Bald. ibi aliqua bona dicit, quæ retuli in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi videas ad illū text. ¶ Gloſ. in verbo comprehenſum. diuiditur in tres. In prima per viam fallentiæ remouet contrarium. In ſecunda ibi, item hoc intellige. per viam fal. remouet aliud contrarium. In

5 tertia ibi, vel dic latius aggreditur diſtinctionem. ¶ † Ex prima habes primam fallentiam ad text. noſtrum, ꝙ licèt in fideiccō. vniuerſali facto verbis generalib. veniant prælegata, tamen nō veniunt donationes inutiles, puta factæ inter coniuges, vel in-

b ter patrem, & filium b in poteſtate, tamen contrarium videbatur,

ADDITIONES.

a ¶ In fideicom. Adde idem in contractibus. §. 1. & ibi Ang. inſti. de verb. oblig. PVRPV.

b ¶ Filium. Adde Bal. in l. ſi don. C. de coll. Ang. in l. donationes. la. 1. C. de don. inter vir. & vxo.

Source : BIU Cujas

batur,quia cùm tales donationes ſint inutiles, & confirmentur morte,& ſic aſſumant naturam relictorum, vt no. in Authen.ex teſtamento.ſ.de collat.certè videbatur,quòd venirent in fideicom.vniuerſali,ſicut & prælegata, contrarium determinant tex.allegati in glo.ratio eſt,quia in fideicom.vniuerſali non veniunt niſi illa, quæ grauatus habet ex vltima voluntate.l.vxorem.§.teſtamento.ff.de leg.3. ſed talem donationē nō habet ex vlt.volun.ſed per contractum inter viuos. igitur &c. & quòd non habeat ex vlt.volun. patet ſecundum Pau. quia donationes tales,quæ erant inutiles in vita,confirmantur ex ſola morte abſque ꝙ adeat hæred.l.1.vbi Bar.& Bal. ſ. de dona. inter vir.& vxo.dixi in l.eam quam.in gl.in verbo, traditur. ſ. eo.Sed illa,quæ quis habet ex vlt.volun.requirunt aditionem hæreditatis,vt in l.ſequens qō.de leg. 2. ego dubito de iſta ratione Pau.nam habeo,quòd donatio cauſa mortis non requirit aditionem hæreditatis,vt dixi in d. l. eam quam. & tamen donata cauſa mor.veniunt in fideicom.vniuerſali.l.poſt legatum.§.pe.ff.de his,quib.vt indig.& firmat Cuman. in d.l.Marcellus.§.quidam.licèt dicat Bal.hic ſentire contrarium, cogitat tamen ſuper vtroque.¶Circa tertiam partem gloſ. dum dicit, duodecimam partem hæreditatis computari in Trebel. quæ detrahitur ex voluntate teſtatoris,ſecus ſi contra voluntatem, ꝙ eſt ſemper,quando teſtator non expreſsè permittit. nā hoc quod dicit gl.de duodecima parte,fuit caſuale,in d.l.Titia. ibi enim frater fuit inſtitutus in tertia parte hæreditatis,quæ facit quatuor vncias,ibi deciditur,quòd ſi falcidiā detrahit ex volūtate teſtatoris, ꝙ in falcidiam computat quartam partem, quæ eſt vna vncia, & eſt duodecima pars totius hæreditatis, ſed congruentius dixiſſet gl.ꝙ ſi Falcidia,vel Treb. detrahitur ex voluntate teſtatoris, tunc computatur ſolùm quarta pars partis,quam hæres habuit à teſtatore,aliàs computat oēs vncias,quas habuit,rō diuerſitatis,quia fauorabilior eſt Treb.vel Falcid.quæ detrahitur ex voluntate teſtatoris, quā quæ cōtra, vel præter voluntatem.d.l.Titia.ff.ad leg.falc. ¶ Item dum gl.
6 concludit,† ꝙ ſi prius ſint facta prælegata hæredi,& poſtea grauatus ſit fideicom.ꝙ ſi grauatus eſt ſimpliciter,vt reſtituat portionem, veniunt ēt prælegata, ſecus ſi ſit grauatus reſtituere hæreditatem vel portionem hæreditatis.iurib.alleg. in gl. quia
7 aliud eſt prælegatum,aliud hæreditas.† intellige niſi eſſet poſitum ſignum vniuerſale quicquid vel ſimile,ita tex.iſte in verbo quicquid ex hæreditate. Secundò limita, niſi hæres eſſet grauatus reſtituere filio teſtatoris,quia indiſtinctè veniunt prę legata,quibuſcunque verbis vtatur teſtator,tex.eſt ad hoc notan.perpetuò ſecundum Bart.ibi,in l.liberto. §. filium.ff.de annu.leg.Tertiò limita,niſi talia prælegata abſorberent quaſi totum patrimonium,ita ꝙ reſtitutio fideicommiſ. eſſet quodāmodo inanis,niſi prælegata venirent. tex. eſt ſingularis in d. l. quid ergo.la ſeconda.in fi.cum glo.vbi Bar.& Mod.notant.& Bal.ff.de leg.1.& Bal. hic, quia tamen cōtra iſtud vltimum videtur fortiter obſtare tex.in d.l.Marcellus.§.quidam in verbo, maximam partem.ff.ad Treb.ideo intellige & declara, prout intelligit Bar.in d.§.quidam.vbi alij poſt eum.

SVMMARIVM.

1 *Si ſit factum ſtatutum,quòd banniti debeant rebanniri per quoſdam, an poterunt impunè offendi, antequam bannum ſit cancellatum. & nu.5.6.7.& 8.*
2 *Si ſtatuto caueatur,quòd condemnati in pœnam pro maleficio poſſint ante ſolutionem pœnæ impunè offendi,an poterit impunè offendi, qui ſoluit pœnam,ſed tamen adhuc non eſt cancellatus.*
3 *Si capitulis pacis actum ſit,quòd banniti rebannientur, & eorum condemnationes, & banna caſſentur, non requiritur,quòd de facto cancellentur ex libris, ſed ſatis eſt, quòd declarentur habiti pro cancellatis.*
8 *Rebannitus poteſt impunè occidi,donec actualiter ſit cancellatus,fallit tamen tribus modis.*
9 *Ex fideicom.liberationis relicto debitori in minus ſolenni voluntate, an quæratur debitori exceptio.*
10 *Ex teſtamento non ſolenni oritur naturalis obligatio.*
11 *Debitor,cui relicta eſt liberatio à teſtatore,poteſt cogere hæredem creditoris,vt eum per acceptilationem liberet.*

LEX XII.

SI creditoris. Ex legato liberationis facto per creditorem debitori paratur exceptio reo,etiam ante liberationem conceſſam.h.d. Dubium faciebat,cū debitor nondum eſſet liberatus,videbatur, ꝙ cū reo poſſet in effectu agi, contrarium tamen deciditur hic,quia licèt mero iure ſit obligatus,tamen quia de proximo liberandus eſt, habetur pro liberato.l.pe.ff.de teſta.milit.Adde,quod habetur in l.ſi non ſortem.§.adeo.ff.de condi.indeb.& in l.ſi intra.ff. de pac.¶Et facit iſte tex.ſecundum Bal.ad deciſionem.q.ſi ſit factum ſtatu-
1 tum,† ꝙ banniti debeant rebanniri per quoſdam, an antequā bannum ſit cancellatum,poterunt impunè offendi ex forma ſtatuti,& determinat, ꝙ non, eo quia tale bannum reputatur inefficax,nam ſi ageretur ex eo, obſtaret exceptio, per iſtum text.idem ſequitur Paul.hic, qui dicit, ꝙ ſi deliberatum ſit, ꝙ banniti rebanniantur,ꝙ etiam antequam de.banno cancellētur,non tamen poterunt ex forma ſtatuti impunè offendi, qa ex quo de proximo ſunt rebanniendi, habentur pro rebanni-
2 tis.l.pen.de teſt.mili.† Adde pro iſta deciſ.bene facere, ꝙ decidit Io.And.in addi.Spe.in tit.de oblig.& ſolu.ſuper rub. in fin. vbi quærit,ſtatuto ciuitatis cauetur, quòd condemnati in pœna pro maleficio poſſint ante ſolutionem pœnæ impunè offendi, contingit, ꝙ aliquis condemnatus pro pœna maleficij ſoluit talem pœnam, & de ſolutione conſtat per publicū inſtrumentum,condemnatio tamen adhuc vigebat,nō cancellata nec ſubſcripta, an talem offendens ſit puniendus? refert quendam Doctorem determinaſſe,ꝙ ipſe offendens non puniatur pœna ordinaria, quæ requirit dolum. l. in l.Cornelia.ff. ad l.Corn.de Sica.ſed bene puniri debet alia pœna arbitrio iu-
3 dicis.† Ad idem facit,quod decidit Bart.in l.emptor. §.Lucius. in fi.ff.de pact.quòd ſi in capitulis pacis actum ſit, ꝙ bāniti rebanniantur, & eorum condemnationes, & banna caſſentur, quòd non requiritur,ꝙ de facto cancellentur ex libris,ſatis eſt, quòd declarentur habiti pro cancellatis,per illum tex.in verbo pro cancellato habebitur,& per l.nihil intereſt.ff.de adim. leg.& licèt Bar.in d.l.Lucius.non clarè determinet,tamen hoc expreſsè firmant Ang.& Imo.in l.1.in fi.ff.de his, quæ in teſta-
4 delen.† Iſtis omnibus non obſtantibus teneo,quod ſtante ſtatuto in ciuitate, quòd communiter vbique viget, quòd bannitus poſſit impunè occidi, quòd ſi quis ſit bannitus, dato quòd poſteà ſit rebannitus, ſi non ſit actualiter cancellatus de banno,quòd adhuc poſſit impunè occidi, niſi probaret de ſcientia occiſoris,qui ſciret bannum fuiſſe remiſſum,& ita iſtis diebus allegaui in defenſionem duorum nobilium ſcholarium, contra quos inquirebatur de occiſo, ita in terminis decidunt Iacob.But.& Bald.in l.de ætate.§.ex cauſa.ff. de interrog.actio. vbi dicit Bald.quòd ille tex. allegatur pro offendente rebannitum,ſed nondum cancellatum de banno, quòd ille ſit excuſatus propter authoritatem ſcripturæ,& ſubdit Bal. quòd iſta
5 eſt ipſa veritas.Idem tenet Bald.† in l.Labeo.§.1.in fi. ff. de pactis. vbi decidit, ꝙ licèt quis ſoluerit bannum, tamen niſi ſit cancellatus de libro bannitorum, poteſt adhuc impunè offendi,& occidi.Ideo ſecundum eum ſis cautus,vt ſtatim facta ſo-
6 lutione facias eum cancellari de lib.bannito, † vt ibi plenius ꝑ eum.Idem decidit Pau.in l.ſi duo.ff.de acquiren.hæredita. vbi formaliter decidit,quòd ſi quis occidat bannitum,qui in ciuitate erat rebannitus,non tamen adhuc erat cancellatus de bāno,quòd iſte occidens non poſſit,nec debeat puniri,quia ſufficit, ꝙ ille eſſet deſcriptus in lib. bannitorū, nam tunc excuſatur occidens authoritate publicæ ſcripturæ, vt ibi per eum
7 plenè.† Idem tenet Alber.in tracta.ſuo ſtatu.in vltim. par. vbi tractat materiam bannitorum.in quæſtio.34. incip. tranſeundo ad 2.quæſtio.vbi refert ſe de facto obtinuiſſe in quæſtione, in qua quidam bannitus fuerat affidatus ad certum tempus per magnificum Dom.Azo.dominum Pergami,cuius fidentia non erat ſcripta iuxta bannum,nec erat notoria, nec publicata,nec proclamata, contigit, quòd talis bannitus ſic affidatus fuit occiſus,& occiſor fuit captus,dicit Alber.ſe obtinuiſſe liberationem talis occiſoris per plura,vt ibi per eum, & iſtam partem contra Bald.& Pau.hic tenent Imo.& Alexan.in l.huiuſmodi.§.ſi ita legatum cui.de leg.1.& notabilius Alexand. in conſi.65.in 3.volum.incip.attenta diſpoſitione ſtatuti.in 3. colum & ſequen.vbi reſpondet ad authoritatem Bald.hic, quòd Bal.loquatur,quando ex diſpoſitione ſtatuti fuerat ordinatū, quòd banniti debeant rebanniri, vnde diſpoſitio ſtatuti non potuit probabiliter ignorari per ſubditos, vt notat Barto.in l. quòd Nerua.ff.depoſi. dum quærit, an lata culpa ſit ignorare leges vel ſtatuta. & Bar.& Bald. in l.1.vbi dixi.ſupra de ſumma
8 Trin.& in l.antepen.ſupra de legib.† Et ex iſta ſolutione habes primam limitationem ad concluſionem quam feci, quòd rebannitus poſſit impunè occidi, donec actualiter ſit cancellatus,propter probabilem ignorantiam,quia iſtud limitatur,niſi per ſtatutum loci ordinatum ſit de rebanniendo bānitos. ¶Secundò limita dictam concluſionem non procedere, quando rebannitus,dato, quòd non ſit actualiter cancellatus de banno,tamen per ſolenne inſtrumentum poſitum in archiuo publico apparet per eum fuiſſe actualiter ſolutam tantam pecu-

Source : BIU Cujas

niam, per quam erat in banno poſitus, & qua ſoluta eximitur à banno, quia tunc non dicitur amplius figuraliter, nec ſubſtã tialiter bannitus, ſecundum Bal. & Cuman. in d.l.huiuſmodi. §.ſi ita legatum cui.iſtud tamen vltimum limitat Imo. ibi, vt procedat, ſi iuxta bannum facta ſit mentio de ſolutione, aliàs tenet, quòd adhuc occidens non veniat puniendus, cùm adhuc poſſit probabiliter ignorare, dato, quòd inſtrumentum ſit poſitum in archiuo pub. quod vltimum bene no. quia maximi momenti eſt, ſi verum eſt. ¶ Tertiò ſing. limita ſecundum Saly. in l. nullus. s̃. de iudæ. vbi per illum text. ad literam decidit, ꝙ ſi quis ſit bannitus, ſed tolleratur in ciuitate, vt maneat, dato, ꝙ nõ ſit cancellatus de banno, tamen iſte non poſſit impunè occidi, quia iſta tollerantia, vt permaneat in ciuitate, ſecuritatem ei præſtat, per illum tex. & iſtam deciſionem Salyc. ſequitur Io. de Ana. in c. ſicut. in 5. col. de iudæis. dicens eſſe ſingulare dictum, & quod vidit ſeruare Bono. idẽ ſequitur Alex. in conſi. 1. in 2. vol. incip. circa primum dubium primò argui-
9 tur. in vlt. col. nec legi contradicentem in hoc. ¶† Quarto not. ex iſto tex. dum dicit de liberatione relicta debitori in teſtamẽto, & requirit, ꝙ tale teſtamentum ſit ſolenne, ibi, ſolenniter. nam vult iſte text. à contrario vnum, quòd videtur mirabile, quòd ex fideicommiſſ. liberationis relicto debitori in minus ſolenni voluntate, non quæratur debitori exceptio, nam exceptio quæritur, quando liberatio eſt relicta in ſolenni volũ
10 tate. contra iſtum tex. opponitur. † nam *ſecundum magis commu-*
* *nem* [a] *ſententiam* ex teſtamento non ſolẽni oritur naturalis ob-
a ligatio. l. fi. ff. de reb. dub. l. in teſt. ff. de fideicommiſ. liber. & l. fi. inducendo, vt per Bal. & Ang. hic. ſ̃. ad l. falc. ita tenent Bart. & Citramontani in l. cũ quis. s̃. de iur. & fac. ign. & in l. eleganter. ff. de condi. indeb. Cano. in c. fi. de ſol. ſi ita eſt, ergo facilius ex teſtamento non ſolenni debet induci naturalis obligatio ad liberandum, per regulam l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. & l. Arrianus. ff. de act. & oblig. Item cùm ex teſtamento minus ſolẽni oriatur naturalis obligatio, & naturalis obligatio de per ſe eſt potens ad excipiendum, & ad retinendum. l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de ſolu. no. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. dixi in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. quare ergo in iſto tex. ex vltima voluntate non ſolenni non debet ſaltem exceptio parari debitori virtute naturalis obligationis de non petendo, cauſata ex inutili teſtamento? cogita, quia licèt videatur dubitabile, poteſt tamen reſponderi, ſi cogitabis, &
11 aliqualiter pungit Fulgo. hic. ¶† Vltimò no. ex iſto text. iuncta gl. quòd debitor, cui relicta eſt liberatio à teſtatore, poteſt cogere hæredem creditoris, vt eum per accep. libere t. l. 4. §. nũc de effectu. alleg. in gl. ſecus eſt in contractib. ſecundum Salyc. hic, in quib. ſi creditor promiſit liberare debitorem, non cogitur eum per accepti. liberare, ſed ſolùm cogitur facere ſibi inſtrumentum liberationis. l. plures apochis. C. de fide inſtru. Ratio diuerſ. eſt, quia in contractibus imputandum eſt contrahẽti, quare. l. apertius non dixit. l. veterib. ff. de pac. ſed in vlt. volũ. præſumitur teſtatorem mortis cogitatione turbatum per obliuionem omiſiſſe. l. hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas. s̃. qui teſta. fac. poſſ.

ADDITIO.

a ¶Magis communem. Adde, ꝙ hanc ſequitur, & communem dicit Clar. §. teſtamentum. q. 90. ver. ſi præterea. & vide, quæ idem Iaſ. ſcribit in l. fideicommiſſum. ff. de condi. indebi. in l. lecta. col. 8. in princ. ff. ſi cer. pe. ta. in l. interdũ. colum. 4. ff. de condi. indebi. Didac. & alij in c. cùm eſſes. de teſta. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio de ratione reddenda poteſt relinqui altero de tribus modis.*
2 *Licèt teſtator poſſit remittere tutori confectionem inuentarij, non tamen poteſt eam remittere hæredi.*

LEX XVIII.

QVm neceſſitatem. Teſtator poteſt remittere onus rationis reddendæ de adminiſtratione præterita. hoc dicit. Dubium faciebat, ſi pönas caſum in adulto ſine authoritate curatoris, & decreto iudicis non poſſet talem liberationem inter viuos facere. l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſti. minorum. quo tamen nõ obſtante contrarium hic deciditur, & ratio decidendi eſt, quia licèt adultus habens curatorem non poſſit inter viuos diſponere ſolus, tamen in vlt. voluntate poteſt teſtari ſolus, & diſponere, prout vult. l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. leg. nec poteſt dici læſus, ita ꝙ in integrum reſtituatur, cũ poſſit vltimam voluntatem facere, & reuocare, vt dixi in l. ſi frater. s̃. qui teſta. fac. poſ.
1 ¶†† Adde ad tex. ꝙ liberatio de ratione reddẽda poteſt relinqui altero de trib. modis. Primò poteſt relinqui à præteritis. i. pro adminiſtratione iam prẽterita, & de iſta loquitur iſta. l. & quid veniat in tali legato remiſſionis, tangit gl. hic aliquid, ſed vide Bar. in l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. leg. dixi poſt Bal. & alios in l. ſub prætextu ſpecierum. s̃. de tranſac. no. tamen ꝙ in tutorib.
a vel cura. minorum licèt poſſit relinqui liberatio [a] rõnis reddẽdæ à tutela præterita, tamen de futura nõ poſſit legari talis remiſſio per patrem directò, quia inuitaret tutorem ad delinquendum. ſ̃ l. conuenire. ff. de pac. do. Dy. tamen conſuluit, ꝙ etiam de tutela futura poſſit liberatio per indirectũ relinqui, hoc modo, quia pater pupilli dicit in teſtõ ſe relinquere remiſſionem reddendæ rõnis tutori, & ſi apparuerit aliquid in futurum ſibi debere, illud totum ſibi legat, per l. ſi quis rõnes. ff. de lib. leg. Saly. hic determinat contrarium, & no. eius deciſionẽ, quia non inuenio tactam per alium, q̃ per Saly. hic, refert ſe cõ ſuluiſſe contrarium per d.l. quidam decedens. de admi. tuto. & ne inuitetur de futuro tutor ad delinquendum, & ꝑ quatuor alias rõnes, vt hic per eum, & ſi dicas, quid operabuntur talia verba teſtatoris? Rñdet Saly. ꝙ operabuntur, vt ſolũ ſcrupuloſa inquiſitio rõnis intelligatur tali tutori remiſſa, ſ̃m glo. in d.l. quidam decedens. in verbo, ſenſerit. & per iſta ſuccurritur pupillis ſ̃ fraudes tutorum. Adde Alex. in conſi. 62. in 4. vol. inci. ſereniſſimus. Secundò principaliter poteſt legari liberatio ſup futuris, nam licèt tutor inuentarium conficere teneatur, tamẽ põt teſtator in teſtõ remittere tutori confectionem inuentarij, & talis tutor appellat̃ analogiſta, ab à, ꝙ eſt ſine, & logos, ꝙ eſt rõ. d.l. quidam decedens. ff. de admin. tut. l. fina. §. illo. vbi Bar. & alij. C. arbi. tut. & l. cùm tale. §. Titius. & ibi Bal. de cond. & demon. hoc limitat Ang. in conſi. 144. inci. reuocatur in dubium. in fi. vbi dicit, ꝙ licèt pater in teſtõ remiſerit tutori confectionem inuentarij, ſi tñ tutor videat̃ aliqua rõne ſuſpectus, põt iudex cogere tutorem, vt inuentarium conficiat, per l. vti-
2 litatem. de confir. tut. Adde tñ, † ꝙ licèt teſtator poſſit remittere tutori confectionem inuentarij, tñ hæredi non põt. l. fi. §. cũ igitur. vbi Bal. s̃. de iure delib. notant Bar. & alij in l. nemo põt. ff. de leg. 1. vbi rõnem diuerſitatis aſſignant. Quod vltimum limita, ꝙ teſtator non poſſit remittere hæredi confectionẽ inuentarij, verum eſt quo ad præiudicium creditorum hæreditariorum, qui tractant de damno. l. fi. ver. pen. s̃. de codicil. ſed in præiudicium legatariorum, vel fideicom. qui tractant de lucro, bene poſſet teſtator hæredi remittere confectionem inuẽtarij, ſicut eis potuiſſet tantominus legare. l. videamus. §. iurare. ff. de in litem iurãn. ſ̃m Pau. in d.l. nemo põt. quem ſequitur Alex. in conſi. 124. inci. proſpectis his, quæ in themate &c. in 1. vol. ¶ Tertiò põt legari liberatio à præteritis, & futuris ſimul. l. at qui natura. § Scæuola. ff. de neg. geſt. & operatur nunc talis remiſſio reſpectu futurorum. dic, vt per Bar. hic.

ADDITIO.

a ¶Liberatio. Adde, quòd ſi tutori legetur omne id, in quo tutelæ occaſione illum condemnari contigerit, per l. ſi quis rationes. ff. de libe. leg. tale remediũ non defendet tutorem ab his, quę dolo fecerit, quia dolus futurus remitti non poteſt. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. & q̃d tale remedium non profit quantum ad geſta per dolum, & reſtitutionem reliquorum, cõmunem dicit Bart. conſi. 48. col. 3. lib. 2. Dec. conſi. 178. nu. 3. proderit tamen. d. remedium tutori, ne poſſit ex culpa conueniri, vel ex dolo præſumpto. Dec. d. conſi. Quod autem nec directè, nec indirectè. in vlt. vol. dolus futurus remitti poſſit, no. Bar. in l. Aurelio. §. Caius. col. vlt. ff. de lib. leg. refert, & declarat Dilec. de arte teſt. tit. 7. cau. 2. nu. 3. de quo vide, quæ ſcribit Aym. conſi. 193. num. 9. Alciat. tract. præſump. regu. 1. prę ſump. 6. Ferat. caut. 51. Alex. conſi. 45. col. 1. lib. 1. conſi. 54. libro 2. Rol. conſi. 49. lib. 1. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Vltima volun. teſtatoris ſolennis præualet, & derogat præcedentib.*
2 *Relictum ab adminiſtratore intelligitur relictum ab eo, quem adminiſtrat.*

LEX XIX.

LAri. Poſterior, & vltima voluntas præualet. hoc primò. & relictum à tutore videtur relictum à pupillo. hoc ſecundò. cum l. ſequenti. & iſtas. ll. non legunt Alber. nec Pau. hic. ¶† Ex l. clari.
1 no. quòd vltima voluntas teſtatoris ſolennis præualet, & derogat præcedentibus. Idem eſt in contractibus, & in vltimis volun. & in quacunque materia, vt dixi in l. pacta nouiſſima. s̃. de pact. vbi ad iſtam regu. addidi multa ſimilia, de quibus etiam

per

Source : BIU Cujas

per Bald.hic.intellige tamen,niſi prȩcedens vlti.volun.haberet clauſulam derogatoriam.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3.& ibi dedi quinque intellectus ad l.ſancimus.s̃.de teſt.qñ verò præcedentes vltimæ volun.ſunt ſimpliciter factæ,regula eſt,quòd vltima attenditur,& illa omnibus derogat,ideo in teſtamentis poſterior,& vlt.volun. habet clauſulam derogatoriam.ſ.reuocans,& caſſans omne aliud teſtamentum, & ideo ſecundum Docto.ſuperflua eſt illa clauſula notariorum,quia notarij ſemper ponunt in teſtamẽtis caſſans,& annullans omne aliud teſtamentum.l.ſancimus.in verbo ipſo iure. s̃. de teſta.& §.pe.inſti.quib.mod.teſt.infir.& Bal.in l. fina. in 5. q.s̃.de edi.diui Adr.tollen.eodem modo , & fortiùs idem eſt in contractib.in quib.non eſt neceſſe apponere clauſulam reuocantem,& caſſantem omnes alios contractus præcedentes, nã eo ipſo,ꝙ partes faciunt vltimum contractum, intelliguntur ipſo iure annullare,& caſſare ſuper illa re celebrata.text. eſt quẽ ad hoc ibi Bald.dicit ſingu.in c. 1.de tranſact.¶Ex l. etiam.no.
2 † quòd quãdo quid relinquitur ab adminiſtratore,intelligitur relictum ab eo quem adminiſtr.Dubium faciebat in hac. l.nã videbatur,ꝙ teſtator non poterat à tutore fideicom.relinquere,quia quem non honoro,grauare non poſſum.l.ab eo. s̃.eo. ſed teſtator non honorauit tutorem aliquo commodo pecuniario,imò potius grauauit onere tutelæ.l.tria onera. cũ ſimil. ff.de excuſ. tuto. contrarium deciditur in hac.l.nam obiectũ procederet,quando fideicom.eſſet præſtandum ab ipſo tutore in effectu,ſed hic licèt fideicom.ſit relictum à tutore, debet tamen à pupillo præſtari,à quo intelligitur relictum , ſicut qñ fideicommiſſum relinquitur ab executore vlt.volun.nam intelligitur relictum , vt executor poſſit ex reb. hæredi. ſoluere, quia repræſentans alium ratione officij, continet ſuum repræſentatum in onere.l.peto.§.mater.de leg. 2.& l.oſſa.in fin. ff.de relig.& ſump.fune. Iaſon Papiæ.

LEX XXI.

SI in perſona. Fideicõmiſ. vniuerſale poſt diem cedentẽ nõ agnitum,tranſmittitur in quemlibet ſucceſſorem, quod peti non potuit,ſi idem fuerit hæres fideicõ. & eius à quo relictum eſt.h.d.Et vltra gloſſ. clarius dic. Caſus. Auus cuiuſdam poſthumi nepotes inſtituit hæredes,& grauauit reciprocè fideicom.ꝙ altero eorum decedente ſine liberis portio deueniat ad alium ſuperſtitem,mortuus eſt patruus ſine liberis,& ſic venit dies fideicom.iſte patruus vxorem ſuam hæredem inſtituit, nunc poſthumus mortuo patre petit ab vxore patrui fideicom.quæ opponit,ꝙ ſibi deberi non poteſt, cũ non eſſet in rerum natura tempore cedentis fideicom.contrarium deciditur,quia ſatis eſt,quòd dies fideicom. purificatus ſit in vita patris,nam tunc pater tranſmittit non ſolùm ad filium poſthumum,ſed etiam ad quoſcunque. Subdit tamen tex.ꝙ ſi poſthumus ſit hæres patrui ſui,intellige ab inteſta. vel etiam ex teſtamento,tunc tranſmittitur fideicomm. & debet hæreditas vendicari ab vxore,ſi illa poſſidet.

LEX XXII.

ET in epiſtola. Fideicõmiſſum. poteſt relinqui in quacunque ſcriptura,& etiam nutu.h.d.& pro hoc ꝙ nutu poſſit relinqui,eſt etiam tex.in l.nutu.ff.de lega.3 per quam Ang.ſingul.in l.pe.s̃.de leg.& in lect.Floren.ponit ſing.limitationem ad glo.in l.Lucius.ff.de hære.inſti. vt retuli in d.l.pen. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio naturalis an oriatur ex teſtamento non ſolenni.*

LEX XXIII.

SI veritas. Ex vltima volun.non ſolẽni hæres non cogitur legata ſoluere, niſi tranſigendo,vel promittendo ſe aſtrinxerit, fallit in caſu.l.1.vbi dixi.s̃.eo. & in caſu. l.fi.vbi dicet. s̃.eo.nota diligenter tex.in verbo,ſtipulantib.promiſiſti. hic eſſe fortem textum ſubtiliter intuenti, † ꝙ ex teſtõ non ſolenni
1 * non oritur naturalis obligatio, ꝙ eſt contra *magis communem ſententiam* Bar.& Doc in l.cùm quis.s̃.de iu.& fac. igno. & in l. 1.ff.de condi.indeb.Imo.in c.fi.de ſolu.quod iſte text.probet s̃ communem ſnĩam , ꝙ ex teſtõ minus ſolenni non inducitur naturalis obligatio,ſic induco, quia ſi legatum vel fideicõmiſ. relictum in vlti.volun.non ſolenni,eſſet debitum naturaliter, ſufficeret pactum nudum hæredis,per quod induceretur conſtitutum.l.1.§.debitum.ff.de conſti.pecu.& tamen iſte text. in verbo,ſtipulantib.dum requirit ſtipulationem , probat contrarium,nec dicas hic denotari contingentiam facti, quia fieret violentia ad text. vnde per iſtum text. aut deſtruitur communis opin. Docto. quam prædixi , quòd ex teſtamento non ſolenni non oriatur naturalis obligatio , aut ſi illa opi. eſt vera,deſtruitur per iſtum tex.¶Alia regula,quæ habet,ꝙ vbi prȩcedit debitum naturaliter tantum , ſi illud idem pacto nudo promittatur à debitore,vel ab alio,inducitur conſtitutum, ex
a quo pacto nudo oritur actio a de conſtituta . iſtam regulam tradunt Hoſt.& Cano.in c.Quintauallis. de iureiur.& in c.pertuas.de arbi.Raph.in rubr.ff.de verb.obl.Alex.in l.legem. s̃. de pac.Matheſ.in no.26.contra illam regulam eſt tex.hic, quia ſi ex inutili teſtamento legatum relictum ſaltem naturaliter deberetur,certè ſufficere deberet promiſſio hæredis facta pacto nudo,& tamen tex.requirit ſtipulationem, prout etiam requirit tex.in l.ſi pacto quo pœnam , quẽ ibi ad hoc ſoleo ponderare contra prædictam regulam . ſupra de pact. cogita de reſponſo. ¶ Item pondera, quòd per eundem text.confunditur alia regula,quam not.Bald.& Ang.in l.fin.per illum tex. C. ad legem falc. vbi dicunt , ꝙ quando præcedit naturalis obligatio tantum , ſecunda naturalis obligatio ſine ſtipulatione eſt potens ad agendum , & propterea intelligunt illum textum in verbo , promiſerit , etiam pacto nudo , refragatur iſte text. in verbo ſtipulantibus promiſiſti . inducendo vt ſupra. Iaſon Papiæ.

ADDITIO.

a ¶Actio. Adde Bar.in l. fideiuſſor obligari.in §.qui certo. ff. de fideiuſ. in l. iuriſgen.in § quinimo.ff.de pac.Bal.in Auth.ad hoc.C.de vſur. Ang.in repe.l.ſi certis annis.C.de pact.Salyc.in l.legem.C.de pact.Inno.in c.nouit.de iudic. Archid.in cap.ſunt nonnulli.1.q. 1. Dyn. in regula non eſt obligatorium. de reg.iur.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui tenetur exhibere legatario inſtrumentum acquiſitionis rei legatæ,intelligitur ſi illud habeat.*

2 *Mercator,qui fecit mihi literas cambij , ſi in itinere illas perdidi,an teneatur mihi reddere pecuniam,etiam non reſtitutis literis cambij.*

3 *Creditor,qui tenetur reddere debitori inſtrumentum debiti, ſi illud perdidit,ſufficit,quòd faciat ei inſtrumentum liberationis.*

4 *Inſtrumentum liberationis factum debitori per creditorem eſt in totum ipſius debitoris ideo notarius non poſſet illud reſtituere creditori, niſi debitore requirente.*

LEX XXIIII.

INſtrumenta. Hæres non tenetur legatarijs,vel fideicom. præſtare inſtrumentum originale rei legatæ, ſed bene debet cauere de exhibendo, qñ opus fuerit.
1 hoc dicit.& no.iſtum caſum.¶†In tex.ibi,in fi.ſi habeant.à cõtrario ſenſu probat iſte tex.quòd hæres , qui tenetur exhibere legatario,vel fideicom. inſtrumentum acquiſitionis , quando expedit legatario,intelligitur,ſi tale inſtrumentum habeat,ſed ſi non habeat,quia perdidit,non tenetur exhibere , vnde facit iſte text.ꝙ ſi creditor promiſerit debitori,quòd quãdo ſoluet, oſtendet ſibi inſtrumentum debiti cancellatum,pone,debitor pecuniam exhibet,ſed vult inſtrumentum cancellatum , ſed creditor non poteſt,quia perdidit,non tenetur,& ſatis eſt,ꝙ faciat ſibi inſtrm cautionis , & liberationis. text. eſt in l. huiuſ-
2 modi.§.ſi ita legatum cui.ff.de leg.1.¶†Item facit iſte tex. ſecũdum Bal.& multum no. quia fortè non habes alibi in ſpecie, ꝙ ſi mercator fecit mihi literas cambij,pone, ꝙ in itinere perdidi literas,peto à mercatore pecunias meas , ille recuſat,niſi reddam literas cãbij,ego dico eas perdidiſſe,determinat Bald. ꝙ mercator tenetur mihi reddere pecuniam , & ſatis eſt,ꝙ ſibi faciam inſtrm cautionis per hanc.l.& hoc ſequitur Pau. de
3 Caſt.hic in fi.qui dicit hoc eſſe quotidianum.† Adde Bald.in l. pecuniæ.per illum tex.quem ad hoc no.C. de ſol. vbi decidit, ꝙ ſi creditor debitori ſoluenti teneatur reddere inſtrm cancellatum,ꝙ ſi perdidit,ſufficit,ꝙ reddat ęquipollens,& ſic faciat inſtrm liberationis,& dicit de hoc eſſe text. in d. l. huiuſmodi. §. ſi ita legatum cui. & dicit hoc facere contra fraudes, quæ quotidie occurrunt in debitorib.obligatis p apodiſſam,q non tenentur ſoluere,niſi apodiſſa reſtituatur,quia ea perdita ſufficit æq pollens,ꝙ dicit eſſe valde quotidianũ. ¶Gl.in verbo,in-

ſtrumenta, quia timore taciti contrarij reſtringit tex. opponit, nam inſtrumenta debent eſſe penes illum, ad quem pertinent. l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de eden. ſed iſta prædia ptinent ad fideicommiſ. ergo inſtrumenta debent eſſe penes fideicommiſ. ſeu legatarium, non penes hæredem. glo. vt euitet iſtud contrarium, reſtringit tex. vt loquatur, quãdo prædia fuerunt ſolùm relicta in parte, vnde cùm alia pars ſpectet ad hæredem, tanq̃ penes digniorem inſtrumenta ſtare debent. l. procurator. s̃. de eden. Iſta ſol. diuinat, & reſtringit iſtum text. Item videtur contra verba literæ ibi, prædiorum. nam tex. indefinitè loquendo æquipollet vniuerſali. l. ſi plurib. vbi Bar. ff. de leg. 2. vnde reſpondent Doc. q̃ ideo inſtrumenta debent remanere penes hæredem, quia eius intereſt in omnib. caſib. in quib. hæres tenetur legatarijs, vel fideicom. de euictione, qui caſus notantur in l. ſi domus. §. de euictione. ff. de lega. 1. vel ẽt ſi hæres non tenetur de euictione, vt poſſit per inſtr̃a oſtendere, qualiter teſtator credebat tales res legatas eſſe ſuas, ita q̃ hę res non tenebitur ad æſtimationem iuxta. l. cùm rem alienam. vbi dixi. s̃. de leg. ¶ Glo. in verbo non habent. diuiditur in duas partes prin. In prima aſſignat duplicem rationem ad tex. In ſecunda oppo. contra tex. & dupliciter ſol. Secunda ibi, ſed contra. j̃. de lib. cau. In fin. gl. Iſta vlt. ſol. inquantum reſpondendo ad l. ſicut datam. dicit q̃ inſtrumẽtum manumiſſionis, & manumiſſi, poteſt dupliciter intelligi, q̃ ibi inſtrumentum erat omnino manumiſſi, quia manumiſſus illud redemit à notario ſuis expenſis, & iſto modo tex. ille paru am dubitationem haberet. Secundò modo poteſt intelligi, q̃ inſtrumentũ erat in totum manumiſſi, & ſic ſerui, quia hæres vel alius non poterat prætendere intereſſe in tali inſtrumento, & iſto modo intel
* ligunt Barto. *& communiter alij Doc.* †Et iſto modo intelligendo no. Bar. q̃ inſtrumentum cautionis, ſeu liberationis factum debitori per creditorem, in totum dicitur ſpectare ad debitorẽ, ideo notarius non poſſet creditori dare in formam publicã, niſi debitore requirente, & cum deciſione Bar. tranſeunt Fulg. & Pau. de Caſt. & intellige deciſionem Bart. quando creditor ex tali inſtrumento quitationis, ſeu liberationis facto debitori, non poſſet prætendere intereſſe probabile, aliàs eo cuius intereſt iurante de calumnia, tenetur ille exhibere, ſecundũ Ang. hic. idem no. Bar. & Bal. in l. plures apochis per illum tex. C. de fide inſtru. & gl. & Bar. in l. prætor. §. 1. ff. de eden. & Bar. in l. 1. §. editiones, eod. tit. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator poteſt legare res hæredum, ſicut ſuas proprias, tamen dominium earum non tranſit ipſo iure in lega. ſicut tranſit dominium rerum teſtatoris. nu. 2.*

LEX XXV.

1 HÆredum. †Teſtator poteſt legare res hęredũ ſicut ſuas proprias. h. d. & cogita rationem dubitandi, cũ iſta ſit trita regula. l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2. no. in l. ſerui electione. §. 1. & 2. & in l. ſi ſeruus Titij. vbi Barto. ff. de leg. 1. ideo iſte tex. in fi. dicit non ambigitur. Iſtam regulam amplia, vt procedat non ſolùm de iure ciuili, ſed ẽt de iure cano. Ita ampliat Inn. in c. filius. in vltimo no. de teſta. nam licèt ius can. diſcrepet à iure ciui. quando teſtator legat rem tertij. d. c. filius. & dixi in l. cũ rem alienam. s̃. de leg. tamen quando legatur res propria hæredis, non eſt diſcrepantia inter ius canonicum, & ius ciuile. ¶ Secundò amplia iſtam regulam, q̃ quemadm. teſtator poteſt legare rem hæredis ſicut ſuam, ita etiam poteſt alteri obligare, ſecundum Pet. & Cy. in l. aſſiduis. s̃. qui potio. in pig. hab. & ibi no. Bal. qui dicit, q̃ iſte punctus non eſt alibi, & idem Bal. in l. 1. in vlt. col. ff. ſolu. matr. Alex. in conſi. 34. incip.
2 viſo themate, & ſcripturis. in 3. col. in 6. vol. ¶ †Nunc pro limitatione aduerte, quia differentia eſt, an teſtator leget rem propriam, an rem hæredis, quia primo caſu tranſit ipſo iure dominium rei legatæ in legatarium. l. à Titio. in fi. ff. de fur. Secundò caſu, quando legatur res hæredis non tranſit ipſo iure dñium in legatarium, ſed quando traditur tes. ita tenet gl. approbata in l. Papinianus. ff. de ſeru. tit. generali. cum ſuis cõcor. quamuis gl. contrarium tenuerit. in l. 2. j̃. tit. 1.

SVMMARIVM.

1 *Repudiatione legatarij, vel fideicom. perditur legatum.*
2 *Repudiatione patris, cuius filio factum eſt legatum, an perdatur legatum.*
3 *An legatum factum monacho poſſit per ſolum Abbatem repudiari.*

LEX XXVI.

1 LEX repudiatione. †Repudiatione legatarij,
2 vel fideicommiſ. perditur legatum, †ſed repudiatione patris, cuius filio factum ſit legatum, non. Contra ſecundam partem tex. facit: nam legatum relictum filiofa. iſto iure Codi. acquirebatur in totum patri, ergo videtur, q̃ repudiatio patris, cui acquiritur legatum, debeat præiudicare, ſicut, quando factum eſt ſeruo, domini repudiatio præiudicat. l. legatum ſeruo. ff. de leg. 1. ideo gl. fi. intelligit iſtum tex. vt procedat altero de trib. mod. ¶ Primò, quando filius erat emancipatus, tunc legatum quæritur emancipato, iſte intellectus diuinat ad tex. præſertim cùm filius præſumatur in poteſtate. l. ſi emancipati. s̃. de colla. ¶ Secundò modo intelligit gl. q̃ legatũ
a fuerit factum filio in caſtrenſib. [a] vel quaſi, in quibus patri nihil quæritur, ſed iſtud etiam diuinat. ¶ Tertiò modo intelligit gl. q̃ hic fuit factum legatum ſub conditione caſuali, & pendẽte conditione pater repudiauit, nam ſi tempore conditionis filius reperitur ſui iuris, quo caſu acquiritur filio. l. ſi filius. ff. de verb. obl. tunc procedit tex. q̃ repudiatio non præiudicabit filio, q̃ etiam diuinatione non caret, quia de conditione in text.
b verbum nullum, & ad hoc, q̃ repudiatio patris [b] præiudicet filio, eſt tex. in l. fi. §. vbi autem puerilis. j̃. de bon. quæ lib. & tex. in l. renitente. s̃. de iure delib. & in l. is, qui hæres. §. neque filiuſfam. vbi gl. & Doc. ff. de acq. hær. Bar. in l. tutor. in fi. ff. de bono.
3 poſ. dixi in l. 1. s̃. qui admit. ¶ †Quid autem ſit in legato relicto
c monacho, [c] an poſſit per Abbatem ſolum repudiari? q̃ autem per ſolum Abbatem poſſit quæri, ſicut in hæreditate ſine conſenſu monachi, eſt tex. in c. in præſentia. & ibi Doc. de proba. licèt ſecus ſit in filio, vel in ſeruo, ſine quorum conſenſu nõ poſſet repudiari. l. cùm proponas. s̃. de hær. inſti. Bal. & Pau. hic tenent, q̃ ſolus Abbas poteſt repudiare legatum relictum monacho ſine eius conſenſu. habes per Bar. in l. tutor. ff. de bonor. poſſ. per Bar. & alios in d. l. is qui hæres. §. fi. Bal. in l. bonorũ quidem. s̃. qui admit. & l. pupillorum. C. de repud. hære. D. Ant. & Pan. in d. c. in præſentia. Pau. & Moder. in l. legatum ſeruo. ff. de lega. 1. faciunt quæ not. Barto. & alij in l. cùm proponas. ſupra de hæred. inſtit.

ADDITIONES.

a ¶ In caſtrenſibus. Adde Barba. in rub. de pecu. cler.
b ¶ Patris. Adde Ant. de Roſ. in arbore conſang.
c ¶ Monacho. Adde Bal. in l. 1. in 10. q. & in l. bonorum quidem. in 10. q. C. qui admit. Pau. de Caſt. in l. legatum ſeruo. ff. de leg. 1. Lap. alleg. 26. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Fideicom. per ſolam pœnitentiam teſta. reuocatur.*
2 *Defuncto fit iniuria ex ſtupro commiſſo per vxorem in viduitate.*
3 *An ſicut vxor perdit dotem, & bona paraphernalia propter adulteriũ commiſſum conſtante matrimon. perdat etiam propter adulteriũ commiſſum in viduitate.*
4 *Vaſſallus priuatur feudo propter offenſam commiſſam domino viuente, ſecus ſi mortuo domino, & ideo ſi adulterauit vxorem domini poſt eius mortem, non poteſt priuari feudo.*

LEX XXVII.

1 FIdeicommiſſum. †Fideicom. p ſolam pœnitentiam teſtatoris reuocatur. hoc dicit primò, & fideicom. relictum ſeruo ſine libertate nõ valet. h. d. cum l. ſeq. de quo vltimo dixi in l. ſeruis. s̃. de leg. Cõtra primã partem oppo. q̃ non ſufficiat ſola pęnitentia, quia teſtator ex ſola pœnitentia vltimam volun. non reuocat. l. hæredes palã. §. ſi quid poſt. ff. de teſta. vbi dicitur, quòd ſi teſtator vult aliqd immutare de primo teſtamento, debet adhibere voluntatem ſolennem de nouo. facit tex. in §. ex eo autem ſolo. inſti. quibus mod. teſt. infir. & ideo dic, quòd iſte text. poteſt intelligi de duplici pœnitentia, primò de expreſſa, & tunc procedit contrarium, quia oportet, q̃ reuocet per teſtamentum coram quinque teſtibus, vt in contrario: poteſt etiam intelligi de tacita pę nitentia, quæ inducitur à lege, nam ſi poſt legatum factum, ſit orta inimicitia capitalis inter hæredem, & legata. reuocatur legatum. l. 3. §. non ſolùm. & l. ex parte. ff. de adim. lega. & dixi in l. ſororem. ſupra de his, quibus vt indig. & tunc ad tales inimicitias duo teſtes ſufficiunt. ſecundum Barto. & alios hic, quicquid teneat Barto. in d. l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt. & ibi Pau. & hic cum reprehendit. poteſt etiã exẽplificari tex. de ta-

cita

Source : BIU Cujas

cita pœnitentia,quòd legatum reuocatur,ſecundum gl. quando legatarius adulteraret vxorem teſtatoris, vel etiã eo mortuo,ſaltem reddetur indignus,& etiam tenet glo.in d.l.ſororẽ.
2 ſupra de his,quib.vt indig.vbi dixi.Et ex iſta glo.not.†ꝙ defunctus offenditur, & ei fit iniuria ex ſtupro commiſſo per vxorem in viduitate.Item facit iſta gl.ſecundum Pau.hic in fi.†ꝙ
3 ſicut vxor,quæ commiſit adulterium viuo marito, & ſic durante matrimonio perdit dotem. [a] cap. plerunque. de donat. inter vir.& vxo.& l.conſenſu.ſ.de repu. & perdit etiam paraphernalia bona,vt per gl.in d.c.plerunque. eodem modo vidua debet perdere ex ſtupro commiſſo in viduitate. & dicit Pau.quòd ita ſemel allegauit iſtam gl.contra vnam viduam, ita dicit Pau.in d.l.ſororem.Iſta exten.Pau. falſa eſt, contrariũ conſulerem,quia iura loquentia de priuatione,loquuntur, qñ mulier committit adulterium conſtan.matrimo. d.l. conſenſu.& d.c.plerunque.vnde cùm iſta iura ſint pœnalia, non debent extendi,maximè quando non eſt eadẽ ratio. l. cùm quidam.ff.de lib.& poſthu.& regula,in pœnis.de reg.iur.in 6. Facit tex.no.in c.2.in verbo,domino viuente. à contrario ſenſu,
4 & ibi Bal.in titu.de feudo ſine culpa,&c.†vbi in caſibus,in quibus propter offenſam vaſſallus priuatur feudo,intelligitur, id eſt eo viuente.Hinc dicitur,quòd ſi vaſſallus adulterauit vxorem domini ſui, vel cum ea turpiter ludat, debet priuari feudo,verùm eſt viuente domino,ſecus ſi eo mortuo adulterauit eius quondam vxorem exiſtentem in viduitate, & ita etiam reprobat deciſionem Pau.D.Alex.in d.l.ſororem.

ADDITIO.

a ¶Dotem. Adde Doc.in l.dos à patre.C.ſol.mat.Caſt. in l.2.in §.item ſi voluntate.ff.ſol.mat.Lud.Rom.ſing.315.incip.propter adulterium.
* Et vide Neuiz.in Sylua.nup.lib.1.nu.158.& lib.2.nu.42. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Si non valet contractus principalis,non valet precarium, aut conſtitutum in eo appoſitum, nec confeſſio acceſſoria, nec alia pacta acceſſoria.*
2 *Reſciſſo principali,intelligitur etiam reſciſſa promiſſio pœnæ, & quodlibet acceſſorium etiam iuramentum.*

LEX XXIX.

a EX teſtamento. [a] Ex inutili teſtamento non debentur legata, niſi ſint repetita à venientibus ab inteſt. hoc dicit.& materiam poſui in l.eam quam. ſ. eo. vide ibi,vbi declaraui,quãdo dicantur expreſsè, vel tacitè repetita à venientib. ab inteſt. & aliud non habes in iſta. l. non omitto tamen vnum,quod dicit ſolus Bald. hic, & nullus ad hoc allegat,& plures allegando,& conſulendo ſolent magnifi
1 care iſtud dictum,† quòd ſi non valet contractus principalis, non valet etiam precarium, aut conſtitutum in inſtrumento appoſitum.Idem dicit Bald.ſub dubio tamen fortè, in cap. 2. de feudo dato in vicem.l.commiſ.ſequitur Domin. Alexand. Imo.in conſi.81.in 4.vol.incip. lecto, & diſcuſſo longo, & laborioſo proceſſu.in 7.col.& ſeq.no.quia valde vtile eſt,& pro eo facit tex.in l.fin.de conſtitu. pecu. quem pro ſingulari allegat Bald.in l.ſi abſentis.circa fi.ſupra ſi certum peta.& in rubr. C. de conſti. pecu.in 2.colu.quòd ſi in inſtrumento non valet principale,non valet etiam confeſſio acceſſoria ſuper eo,neq; præceptum guarentigiæ.Adde facere ad idem glo.no.& ſolẽnem in l.ſi patronus.§.1.in gloſſ.in verbo,Fauiana. ff.ſi quid in frau.patr.quæ glo.expreſsè dicit,quòd ſi non tenet contractus principalis,non tenent etiam alia pacta acceſſoria. per quam glo.dicit Bald.in l.Imperator.in pen.colum. ff.de ſtat. homin. quòd caſſato principali,ipſo iure intelliguntur eſſe caſſata omnia alia capitula.Item per dictam gloſſ.dicit Bald. in l. 1. ſupra eodem.de inoffic.don.in 5.colum.in verſi.quæro vtrum iura-
2 mentum donatio.&c. †quòd reſciſſo contractu principali,intellitur etiam reſciſſa promiſſio pœnæ, & quodlibet acceſſorium, & etiam iuramentum, quòd vltimum de iuramento an ſit verum,quia in contrarium videtur eſſe tex.in cap. debitores.vbi Hoſtien.& alij Docto.Canoniſtæ.de iureiuran. vide Dom.Alex.in conſi.43.incip.viſa petitione Anto.in 4.colu.in 1.volu.ad eum te remitto.Ad prædicta adde illud, quod vult Innocen.in cap.cùm venerabilis.de excep. quem refert, & ſequitur Barto.in l.poſt legatum.in princip.in 2.colum. in fin. ff. de his,quib.vt indig.quòd quando quis ex productione inſtrumenti intelligitur confiteꝰ contenta in inſtrumento,ſi poſtea appareat tale inſtrumentum eſſe nullum, an duret confeſſio, & ibi videtur innuere,quòd ſic,quod faceret contra prædicta. Item contra prædicta omnia videtur ſtringere tex.in cuius ſolutione cogitabis,in l.1.§. ſi vir.ff.de acquir.poſſeſ.vbi ſi ſit donatio facta per virum vxori,vel èconverſa,& res tradita,licèt cõtractus principalis ſit inutilis,tamen ex inutili contractu tranſfertur poſſeſſio.& ad illum tex. vide varias ſolutiones per Bar. ſed non in totum ad propoſitum hic,in l.quòd meo.in 1.col. ff.de acquir.poſſ. Iaſon Papiæ.

ADDITIO.

a ¶Ex teſtamento.No.quòd paria ſunt à venientib. ab inteſt. repetere legata, vel clauſulam codicillarem in teſtamento apponere.Barto.conſi.20.factum ſic ſe habet,quidam. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Nemo præſumitur alienam ſucceſſionem poſteritati ſuæ velle anteponere.*
2 *Donatio bonorum facta à non habente liberos,reuocatur ipſo iure ipſis ſuſceptis.*
3 *Filij legitimati an excludant filias legitimas,& naturales,& nu.6.*
4 *Legitimati an dicantur verè legitimi,& an comprehendantur ſub Statuto loquente de filijs legitimis.& nu.5.*

LEX XXX.

CVm acutiſſimi. Diuiditur in tres partes. In prima Imperator refert deciſionem Papiniani.In ſecunda ibi,nos huiuſmodi. extendit deciſionem Papiniani,vt locum habeat non ſolùm in filijs, & nepotib. ſed etiã in quibuſcunque deſcendentibus maſculis,& fœminis.In tertia ibi,ne videatur teſtator. aſſignat rationem huius deciſionis.Deſcendentes [a] rogati reſtituere per fideicommiſſum, intelliguntur rogati,ſi deceſſerint ſine liberis maſculis ſiue fœminis.hoc dicit,& materiam huius.l.poſui in l.generaliter.§.cùm autem.ſ.de inſti.& ſubſti.vbi tex.ſimilis.& ibi poſui multas extenſiones,& ſingulares limitationes ad hanc.l.& feci mentionem de aliquibus traditis per Pau.hic,& conſidera,quia Imperator hic videtur de ſolis verbis ſeruire,& blandiri,cùm etiam tex.Papinia.in l.cùm auus.ff.de condi.& demonſt.loqueretur non ſolùm de filio grauato fideicommiſſo, ſed etiam de nepote,etiam in caſu magis dubitabili,vt ibi in text.niſi dicas, ꝙ licèt.d.l.cũ auus.loquatur de filio, & nepote grauatis fideicõmiſſo,tamen iſta.l.adhuc ponit extẽſionem, cũ velit idem eſſe in omni deſcendente.Item.d.l.cũ auus,loquitur,quando teſtator deceſſit cum filijs maſculis, iſta etiam quando cum fœminis,tamen in effectu modica eſt ampliatio,quia ex regu. iu
1 ris iſtæ ampliationes patebunt ſatis. ¶ †No.ex fine legis, quòd nemo præſumitur alienam ſucceſſionem poſteritati ſuę velle anteponere, [b] & ad hoc allegatur iſta.l.hinc eſt, quòd ſi aliquis ſtipulatur emphyteuſim,vel aliam rem ſibi, & poſt mortem ſuam fratri ſuo,ſi talis ſtipulator procreet filias, illæ præferuntur,& excludunt fratrem.text.eſt in l.tale pactum. §. fin. ff.de pact.quem dicit eſſe ſingul.Bald.hic in 1.colum. & idem Bald.in cap.1.de duob.fratrib.à cap.inueſti. & in rubr. extra de pact.in pen.colum. quem tex. extende, vt etiam per Bald. hic
2 in fine.†Eodem modo, ſi quis non habens liberos [c] donet bo-
c bona,vel partem aliquam alicui,ſuſceptis poſtea liberis, ipſo iure reuocatur donatio. l. ſi vnquã. C.de reuo.donation. quæ lex eſt ad hoc ſingul.ſecundum Imo.in l. filio præterito. ff. de iniuſto rup.in 20.colum.& latè examinat Barto. in l.Titia Seio.§.Imperator.de lega.2. Bal.in l.prima. ſupra de inoffic.don. Adde text.etiam in propoſito in dicto capitu. 1. de duob.fra-
3 trib.à capi.inueſti.In iſto tex.& in glo.aliud non habes.¶†Non omitto tamen,illud,quod ſignanter decidit Bald.hic,ꝙ ſtante ſtatuto,quòd exiſtentibus filijs maſculis,filiæ fœminæ nõ ſuccedant,ꝙ etiam filij legitimati excludant filias legitimas,& naturales,

ADDITIONES.

a ¶Deſcendentes. Ex hoc tex.no.quòd appellatione poſteritatis, veniunt filij, de quo vide Alex.lib.2.cõſ.160.Butr.conſi.110.1.dub. Dec.in l.fœminę.col. 8.& 9.ff.de regu.iur.Bar.in l.item prætor.ff.de ſuis,& leg.Alex. in l.quia tale. col.pe.ff.ſolu.mat.Parpal.in l.placet.circa fi.ſupra de ſacroſ.Eccl. PVRPV.
b ¶Anteponere.Amplia etiam in poſthumo ſecundo, & ex hoc præſumitur vna præſumptio filiationis.Bar.conſi.68.præponitur. PVRPV.
c ¶Liberos.Adde c.fi.& ibi Doc.17.q.4.gl.in c.ſi quis iraſcitur.13. q.2.Io.And. in addi.Spe.in tit.de inſtr.edi.in §.porro.in addi.incip.hoc certum eſt. Old. conſi.173.Lud.conſi.172.incip.non eſt dub.

Source : BIU Cujas

turales,eo quia legitimatio ſe extendit ad ſtatutum,cùm in legitimato ſit verus ſtatus legitimorum,licèt non ſit verũ principium,ſecundum Bal.Pau.hic tenet contrarium,alij non tan
a gunt, motus, quia verba ſtatuti[a] debent intelligi in potentiori ſignificatu,de illo,qui verè eſt legitimus, & naturalis origine,non ex accidenti.l.fi.C.de his,qui ve.æta.impe. idem ſimpliciter tenet Pau.in illa.l.fi.per illum tex.Iſtam opin.in terminis contra Bal. tenet Lud. referens ſe pluries conſuluiſſe contrarium,in l.ſi is,qui pro emptore.in 14.colu. & ſeq. ff.de vſu-
4 cap. † vbi per per multa generalia oſtendit, quòd legitimati non dicantur legitimi, & non comprehendantur ſub ſtatuto loquente de filijs legitimis,vt ibi per eum. idem tenet D.Ant. in c.tanta.circa princ.& in c.per venerabilem.in 92.col.qui fil.
5 ſint legi.vbi fortius dicit,†q̃ ſi ſtatutum loquitur de filijs legitimis,non extendit̃ ad filios legitimatos etiam per ſubſequens matrimonium, quod eſt fortius, quia cùm ſtatutum loquatur in filio legitimo, debet intelligi in legitimo naturaliter ſic genito,& ſic in legitimè nato, quia ſtatutum non extenditur ad caſum fictum,ſecus ſecundum eum, ſi hoc verbum legitimo,proferatur à iure communi,per glo.in c.innotuit.in verbo coniugata.de electio.& plus non dicit.Eandem opin. contra Bal.videtur tenere Ang.in conſi.75.incip. reformationem. & in conſi.ſeq.Et quia paſſus eſt vtilis,& quotidianus, nec inuenio alicubi bene examinatum,ideo bene excutiam. ¶ Pro iſta opin.contra Bal. hic, q̃ in ſtatuto excludente filias fœminas exiſtentib. filijs maſculis legitimis, non comprehendatur legitimatus, facit quia licèt donatio reuocetur p̃ ſuperuenien tiam liberorum.d.l.ſi vnquam.tamen illa.l. non habet locum
b in filio legitimato[b] poſt donationem,ſecundũ Bal.in l.2.in fi. C.ſi quid in frau.patro.& in l.1.in pe.col.s̃.de inoffi.don.Salyc. in l.ſi totas.C.de inoffi.dona.Ad idem contra Bal.hic facit glo. in d.cap.innotuit.in verbo coniugata, quæ dicit,q̃ legitimatus non dicitur legitimus,ſed tanquam legitimus,& ibi Bal. in penul.colu.dicit, q̃ non dicitur decedere cum filijs legitimè natis,qui decedit cum filijs legitimatis.Alibi Bal.in l. etiam. C.de appel.dicit,quòd legitimatus dicitur imago legitimorũ, ideo differt à legitimo tanquam imago,ſeu ſimilitudo ab eo,cuius imaginem repræſentat.Alibi Bal.idem in c.fi.in 2.col. de translat. Epiſco. dicit,q̃ legitimus aſſimilatur homini medicato à morbo,in quo ſemper remanent aliquæ cicatrices. Alibi idẽ Bal.in c.1.in 9.col.de conſtit.dicit,q̃ legitimatio eſt ſimilis alchymiæ,quæ facit apparere,quod non eſt,& ideo legitimatus figuram legitimi gerit,ſed non habet eandem ſubſtantiã. Breuiter iſtis non obſtantib.teneo deciſionem Bal. q̃ etiam filius legitimatus excludat filias fęminas,& naturales virtute ſtatuti
6 ſupradicti,& ita bis conſului,& ita iudicatum fuit. † Et addo, q̃ idem q̃ Bal.hic,tenet idem Bal.in l.eam quã.in duob. locis. s̃.eo.ſ.in 9.col.ver.item quæſitum fuit à me.& in 13.colu.verſ. ſed pone ſtatutum dicit,q̃ filia. idem tenet ipſemet Paul. in l. ſed ſi hac.§.patronum.in fi.ff.de in ius voc.vbi per illum text. in ver.ſed ſi ius.dicit aliàs ſe allegaſſe in quęſtione ſtatuti diſponentis,q̃ extante filio maſculo legitimo, & naturali, filia fœmina non ſuccedat,niſi in eo,quòd ſibi relinquitur à patre, & aliquis fuerat legitimatus à Comite Palatino non ſimpliciter, vel in totum,ſed cũ hoc,q̃ non ſuccederet patri ab inteſt. ſed ſolùm ex teſtamento,motus, quia iſta non dicitur legitimatio,quia legitimatio debet in totũ fieri,nec poteſt fieri in parte,& in parte non,ſed dicitur quædam diſpenſatio.alleg. gl. in c.cùm inhibitio.de clandeſti. deſponſ.ſecus eſt ſecundum eũ, ſi fuiſſet legitimatus in totum,vel quo ad alia,quia excluderet filias fœminas ſtante dicto ſtatuto,q̃ exiſtentib.maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant,allegat Bar.in d.l.eam quam. in vno loco,& aliud non dicit.Pro iſta opi. etiam in contingentia facti conſuluit ipſe Pau.in conſi.221.& in conſi. 224. & pro iſta ſententia facit vnum,quo nihil melius adduci poteſt.ſ.illud,q̃ dicit Bar.ſingulariter in l.ſi is,qui pro emptore.ff.de vſucap.in 20.col. ver. item quæritur circa prædicta,vtrum iſta fictio fingat circa ea,quæ ſunt meri iuris &c.vbi cõcludit,q̃ legitimatus dicitur verè legitimus,& non per fictionem, vt ibi per eũ, ergo debet cadere in ſtatuto.Idem tenet Bal.in l.nup.C.de natu.lib.& ſequitur latè Alex.in conſi. 2. incip. viſis codicillis. in 2.col.& in 8.& ſeq.in 1. vol. vbi reſpondet ad contraria, & ad aliqua,quæ. s̃. in oppoſitum adduxi, vide ibi omnino, & latè Bened.de Plum. in quarta diſputatione, quæ incipit,cum ſtatuto Piſano. & prædicta no.quia vtilia ſunt,& ad multa conferent. Iaſon Papiæ.

b ¶Et an prædictum ſtatutum habeat locum in filijs legitimatis, vide Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore.col.68.ff.de vſucap. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *Legata vel fideicom.non poßunt relinqui ab emancipato, vel præterito,etiam ſi contratabulato per eum teſtamento,ad eum perueniat hæreditas paterna ab inteſtato.*

2 *Hæc lex non corrigitur per Auehen. ex cauſa.quæ eſt ſupra, de liber. præter.*

3 *Pater licèt faciat mentionem filij in teſtamento,ſi tamen non fuerit inſtitutus nec exhæredatus,dicitur præteritus.*

LEX XXXI.

1 QVidam filium. †A filio emãcipato vel alio deſcendente præterito,nõ poſſunt legata, vel fideic.relinqui,etiam ſi contratabulato per eum teſtõ, ad eũ perueniat hæreditas paterna ab inteſt.h.d.cum gl. concordat. l.2.ff.de leg.3.& ratio huius tex.eſt,quia iſte filius emancipatus non fuit in aliquo honoratus à patre, imò affectus iniuria, vt in tex.in verbo,vt pote iniuria.ergo quem non honoro,graua re non poſſum.l.ab eo.s̃.eo.& ſi dicas contra,dato q̃ filius nõ fuerit honoratus à patre,eo quia pater eum præterierit, & nihil ſibi reliquit,tamen contratabulato teſtamento ex prouiſione.l.ad eũ deuoluitur hæreditas, ergo propter hoc debet poſſe grauari,per l.quamuis.s̃.eo. vbi pater quorũdam filiorum, cui nihil erat relictum,potuit grauari fideicommiſ.eo quia filij ſui erant inſtituti,ideo licèt ex iudicio teſtatoris pater nullũ commodum haberet,tamen quia habet ex diſpoſitione.l.poteſt grauari,reſponde, quòd ibi pater habet ex diſpoſitione.l. & ex tacita voluntate teſtatoris, vel ſaltem præter voluntatẽ, ſed in iſta.l.emancipatus præteritus habet à l.contra voluntatem teſtatoris,ideo fideicommiſ.non poteſt grauari.¶ Itẽ ad-
2 de pro ampliatione huius.l.† quòd etiam iſta lex hodie procedit,& non corrigitur per Auth.ex cauſa.s̃.de lib.pręteri.vbi rupto teſtamento ex cauſa præteritionis,vel exhæredationis, tamen omnia legata,& fideicom.ſuſtinentur, quia illa Authen. procedit,quando legata,vel fideic.ſunt relicta ab inſtituto,ſecus ſi ab ipſo filio præterito,vel exhæred.ſecundum Bar.& Salyc.hic,& Bar.in l.2.de leg.3.& Bal.& Ang.in l.1.C.de bo.poſſ. contra tab.& dixi in d.Auth. ex cauſa. ¶ Secũdò amplia iſtã.l. vt habeat locum,etiam ſi in teſtõ fuiſſet adiecta clauſula codicil.quia licèt aliàs per clauſulam codicil.ſi rumpatur teſtũ, & ab inteſt.ſuccedatur, intelligantur repetita legata à venientib. ab inteſt.tamen in caſu huius legis, quando fuerunt nominatim relicta à filio pręteri.vt iſta.l.vt dicit tex.ibi,ipſum,& ibi,à ſua perſona,& ſic legata fuerint nominatim relicta à perſona, quæ non poteſt grauari,cùm in nihilo fuerit honorata,clauſula codic.nihil operatur,ſecus quando filio præterito legata,& fideicommiſ.eſſent ſimpliciter,vel generaliter relicta, & eſſet adiecta clauſula codicillaris, quia cùm tunc filius præteritus ſit etiam ipſe de venientib.ab inteſt.per talem clauſulam tenetur ad legata,& fideicom.l.generaliter.§.ex teſtamento.ff.de fideicom.liber.iuncta.l.ſi quis cùm nullum. ff. de iure codicillo.ita notab.& melius quàm alibi Bar.in l.1.in 5.q. ff.de iu.codicil.& in l.2.de leg.3.idem tenet Bal.& no. Ang. hic in lectu. Floren.& ita teneas,licèt Pau.hic,& in l.filio præterito.ff.de iniuſto rup.& in Auth.ex cauſa.in fin.col.s̃.de lib.præter.nullam de prędictis authoritatib.faciens mentionem, teneat, quòd ſi legatum relictum à filio præterito ſit collatum in tempus, in caſu in quo ad præteritum perueniat hæreditas, & ſit poſita clauſula codic.q̃ virtute talis cl'æ filius pręteritus tenebitur ad legata,& fideicom per dictam.l. generaliter. §. ex teſtamento. nam iſtud,quod dicit Paul. procederet, quando legata,vel fideicommiſſa fuiſſent ſimpliciter,vel generaliter relicta, ſecus ſi nominatim,& ſpecialiter ab ipſo præterito,vt Pau. præſup
3 ponit.¶†Secundò not. ibi, neq; hæredem neq; exhęredatum, quòd licèt in teſtamento ſit facta mentio filij, tamen ſi non fuit inſtitutus,nec exhęredatus,dicitur præteritus, quia opus eſt,quòd fiat mentio de filio in inſtitutione, vel exhæredatione, ad hoc, vt non dicatur præteritus, nec curamus, quòd in alia parte ſit facta mentio,text. eſt hic. & text. melior de iure in §.ea.inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.& dixi in d.Authent.ex cauſa. Iaſon Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶Statuti. Adde Docto.in c.in noſtra.de iniur.Cardin.in cap. cùm dilectus.in 13.q.de conſuetu.

SVMMARIVM.

1 *Etiam ſi actor nihil probauit,nec habeat aliquam præſumptionem pro ſe,poteſt in caſu noſtro compellere reum ad iurandum.*

Iura-

Source : BIU Cujas

2 *Iuramentum alicui delatum potest regulariter referri, fallit in casu nostræ legis.*

3 *Hæres qui negauit relictum à test. si delato sibi iura. per leg. vel fideic. recusset illud subire, habetur pro conuicto, & perdit beneficium, vt nõ possit postea allegare testamentum fuisse minus solenne.*

4 *Vassallus, qui negauit rem feudalem, si conuincatur de mendacio, vtrũ perdat rem feudalem. Idem & in filiofam. nam perdit beneficium tit. C. quod cum eo. nu. 5. Idem etiam est in fideiussore, nam perdit beneficium diuisionis. nume. 6. Idem etiam in socio, nam perdit beneficium, ne exigatur vltra quam facere potest. num. 7. & in marito, qui negauit matri. num. 8. Idem in liberto, qui impetrauit ius aureorum anullorum. num. 9. Et idem in hærede, qui negauit rem esse hære. nam perdit falcidiam in tali re. nume. 10. Idem etiam est in eo, qui per mendacium negat se possidere, nam perdit commodum, & beneficium possessionis. nu. 11.*

12 *Aduersatiua posita sine copula, denotat diuersum casum, & diuersum ius.*

13 *Relicta in testamento minus solenni non debentur, nisi testator voluerit solenniter testari. & voluerit ponere in fide hæredis.*

14 *Vbi à testare est electa fides hæredis, ibi non est opus testib. nec alia testamentaria solennitate.*

15 *Si testator iussit præstari omnia, quæ continentur in quadam schedula, scripta manu sua, quam deposuit penes guardianum fratrum minorũ, si constet de illa schedula, vel per compara. literarum, vel alias coniecturas, licèt non probetur alijs testibus, erit standum dictæ schedulæ, ex quo testator voluit illi adhibere fidem.*

16 *Testator potest committere legatum vel fideicommiss. in fide hæredis absque alia solennitate testat. & absque alijs testibus, limita vt infra nu. 17.*

18 *Si testator faciat hæredem promittere de præstando legatum, cùm tale legatum transeat in vim contractus, tunc poterit probari tale legatũ per duos testes.*

19 *An per instrumentum pub. test. in quo sint descripti numero septem testes, probetur testamentum.*

LEX XXXII.

QVæstionem. Ista. l. legitur in gl. duobus princi. modis. extra gl. legitur per alios Doct. in diuersis locis alijs modis, quos nunc referam, secundum ergo gloss. mag. hic in verbo, subire, ista. l. habet duas lecturas princ. & secundũ vtranque est vnica, & sing. secundum omnes hic. licèt verè cõ cordet. §. fin. insti. de fideicom. hæred. qui tex. fuit sumptus ex ista. l. & licèt gl. prędicta in verbo subire. videatur ponere quatuor lectu. tamen non sunt nisi duæ princip. Prima fuit Ioan. quem intellectum sequitur. d. glo. mag. ver. tu dic quarto modo secundum Ioan. tenet etiam gloss. in l. si veritas. supra eod. & in d. §. fi. & secundum istum intellectum Ioan. licèt ista. l. sit longa, tamen breuiter hoc dicit. Hæres, qui primo negauit relictum, non potest postea confiteri relictum esse, & se tueri ex minus solenni voluntate, vel pinguius, vt totum tex. complectaris. Si hæres grauatus legato, vel fideicommiss. neget grauamen, & sic relictum, est in potestate fideicommissarij deferre hæredi iuramentum, vel probare per testes, & si primam viã eligat de stando iuramento hæredis, debet hæres iurare non fuisse relictum, & præstito iuramento debet absolui, sed si recusat iurare, non potest iuramentum referre fideicommissario, sed tunc habetur pro confesso, & debet condemnari, nec tunc potest hæres excipere, & allegare defectum solennitatis testamenti, nec isto casu hæres dicitur grauari per legẽ, ex quo constituitur iudex, & testis in causa propria, hoc primo vsque ad medium legis. Si verò fideicommiss. elegerit secundam viã probandi per testes, debet probare per septem testes, qui requiruntur in testamento, vel saltem per quinque, qui requiruntur in omni alia vltima voluntate: iste numerus testium inuẽtus est, ne committi possit falsitas in præsentia tot testium. hoc dicit secundum intellectum Ioan. secundum istam primam

1 lecturam collige ex hoc tex. tria specialia. ¶ †Et primum est, q̃ etiam si actor nihil probauit etiam semiplenè, neque etiã habeat aliquam ptæsumptionem pro se, tamen potest compellere reum ad iurandum, regulariter autem actore nihil penitus probante, debet reus absolui, etiam si nihil præstiterit. l.

2 qui accusare. s̃. de eden. c. fi. de iureiu. ¶ †Secundum speciale, quia regulariter iuramentum alicui delatum, potest per eum referri. l. delata. in fi. s̃. de reb. credi. l. manifestæ. ff. de iureiur. tamen in hac. l. hæres cui defertur iuramentum à legatario, vel fideicommiss. non potest illud referre, vt probat iste tex. in verbo, *omnimodo exactioni fideicommissi*, & ita expressè tenet gl. magna in verbo, subire. in primis verbis, & Ang. in lect. Floren. & Pau. licèt contrarium teneant Saly. & Fulg. hic, per l. iusiuran-

3 dum, & ad pecunias. §. ait prætor. ff. de iureiu. ¶†Tertium speciale est, quia hæres, qui negauit fuisse relictum, si delato sibi iuramento per legatarium vel fideicommiss. illud recuset subire, cũ per hoc habeatur pro conuicto, perdit beneficium, vt non possit postea allegare testamentum fuisse minus solenne, & ideo secundum istam lectu. erit ibi casus nota. in quo vltima voluntas nuda, & non solennis, vestitur. l. auxilio, propter mendacium hæredis. facit. l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. & sic in ista. l. pœna hæredis negantis, & conuicti de mẽdacio propter recusationem iuramenti est, vt non possit alle-

4 gare amplius testamentum non esse solenne. †Simile in vasallo negante rem feudalem per mendacium, nam conuictus perdit feudum. c. vasallus primo. si de feu. defun. conten. sit inter

5 dominum & agna. ¶†Similiter, qui per mendacium negat se filium fam. si conuincatur de mendacio, perdit beneficium tituli. C. quod cum eo. tex. est in l. sed si ex parte. §. interdum. ff.

6 quod cum eo. ¶†Simile in eo, qui negat se fideiussorem per mendacium, nam perdit beneficium diuisionis. l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuss. item perdit beneficium executionis, & cedendarum. ita no. Bal. in Auth. contra qui propriam. in 3. col. C. de non num. pecu. & ibi est tex. ad præsens propositum. ¶†Simile in eo, qui per mendacium negat se esse sociũ,

7 quia perdit beneficium, ne exigatur vltra quam facere potest. l. si vnus. §. fi. ff. pro soc. l. sed hoc ita, in fi. ff. de re iudic. Bar. in d.

8 l. si dubitetur. §. ita demum. ¶†Sic etiam in marito, qui primò per mendacium negauit matrimonium, quia etiam ipse conuictus de mendacio, perdit beneficium, ne exigatur vltra quã facere possit, ita no. Bar. in l. etiam. §. 1. circa fi. ff. solu. matrim.

9 ¶†Simile in liberto, qui impetrauit ius aureorum anullorũ, & sic genus ingenuitatis, nam perdit, si per mendacium neget se libertum. l. fin. supra de iure aureorum anu. Barto. in d. l. etiã.

10 §. 1. circa fi. ¶†Simile in hærede, qui negat rem esse hæreditariam, quia conuictus de mendacio, perdit falcidiam, in tali re.

11 l. hæreditatem. § fina. ff. ad l. Falc. ¶†Simile in eo, qui per mendacium negat se possidere, nam perdit commodum beneficij possessionis l. fina. ff. de rei vendic. ¶ Istam primam lectu. Ioan. sic declaratam Barto. hic reprobat, quia contra text. in §. fina. insti. de fideicom. hæred. & non inducit illum text. aliter. Credo, quòd sic inducí debeat. nam ille. §. fina. est sumptus ex ista. l. vnde secundum istum primum intellectum, in ista. l. & in illo. § fina. poneretur solus vnus casus, odio hæredis negantis per mendacium fuisse relictum, & tamen tex. in dicto §. fin.

a in aduersatiua, quòd si,[a] denotat duos diuersos casus, † cùm

12 de natura aduersatiuæ positæ sine copula, sit denotare diuersum factum, & diuersum ius. l. hoc amplius. §. de his autem. vbi Barto. ff. de damno infect. ergo iste intellectus non potest procedere ad totum allium text. nisi dicas, vt dicam nunc. ¶ Secunda lectura principalis est, quòd iste loquitur in causa speciali, quando testator noluit solenniter testari, sed ponere in fide hæredis, nam istis duobus concurrentibus cogitur hæres iurare, an testator relinquerit, & si noluerit iurare, habet pro cõdemnato, & cogitur soluere, nec tunc potest opponere, quòd voluntas testatoris non fuerit solennis. licèt gloss. hoc non teneat, tamen teneas cum glo. in §. fina. vbi latè Ioan. Fab. insti. de

* fideicommiss. hæredita. & istum intellectum *tenent communiter Doct.* hic. & ibi, secũdum quem no. ex ista. l. duo principaliter.

13 ¶†Primò nota limitã. ad l. si veritas. & l. si ex testamento. supra eod. quibus iuribus dicitur, quòd relicta in testamento minus solenni non debentur, quia verum est, nisi duo concurrant, per hunc text. quòd testator voluerit solenniter testari.

14 item quòd voluerit ponere in fide hæredis. ¶†Secundò no. secundum istum intellectum, q̃ vbi à testatore est electa fides hæredis, ibi non est opus testibus, nec alia testamentaria solennitate. Et facit ista. l. secundum istum intellectum communẽ,

15 secundum Barto. hic in fine, Salyce. & Angel. †ad nota. q. de testatore, qui iussit præstari omnia, quæ continẽtur in qua-

b dam scedula[b] scripta manu sua, quam deposuit penes Guardianum fratrum minorum, nam dummodo constet, vel per comparationem literarum, vel per alias coniecturas, quòd illa sit schedula, quam testator asseruit scriptam manu sua, licèt non probetur alijs testibus, standum est, ex quo testator voluit adhibere fidem illi schedulæ, & ita per hac. l. iuncta declaratione prædicta, tenet Bar. melius quàm alibi in l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstr. vbi allegat etiam. l. Theopompus.

ADDITIONES.

a ¶Aduersatiua, quòd si. Adde Raph. Cuman. consi. 79. incip. super. q. quæ agitata est.

b ¶Schedula. Adde, quæ scribit Clar. §. testamentum. q. 4. ver. sed pone. & q. 36. ver. sed quid si testator. ❧ MASVER.

Source : BIU Cujas

ticularib.dominium tranſeat ipſo iure in legatarium, ſecus tñ eſt in fideicommiſſo vniverſali,in quo requiritur reſtõ. l.reſti-
tuta.in prin.ff.ad Treb.& puto,ꝙ rõ diuerſ. ſit, nam legatum, vel fideicommiſſum particulare non poteſt afferre niſi com-
modum,& non damnum.l.ſi hęreditatem.in prin.ff.mã. ideo. l.ſtatuit,ꝙ eius dñium ipſo iure in legatarium tranſeat, ſed cũ fideic.vſe habeat annexa onera hŕditaria, lex noluit ipſo iure fieri translationem,ne quis inuitus obligetur onerib.hær. ideo oportet , ꝙ reſtitutio fiat ſaltem verbo, & ipſe eam acceptet. Intellige tm̃,niſi facta ſit alienatio rerum hær. quia fideicõ.pro eis occupandis competit rei vẽdicatio ẽt ante reſtitutionem. glo eſt in l.2.§.fin.vbi no.Bar.ſ.eod.vbi dicetur.¶Glo. in ver.in multis.diuiditur in quatuor. In prima exemplificat text.In ſe-
cunda ad declarationem tex.no.qñ,& quib.caſib. actiones po ſitæ in tex.competunt,& concurrant,dic vt dixi in textu,& il-
la ſecunda eſt ibi,& nota hic.In tertia ibi,hoc tm̃ ita.ponit pul-
chram limitationem ad tex.In quantũ dicit text.legatario cõ-
petere hypothecariam,quo ad aliàs res teſtatoris,vt non pro-
cedat,qñ vni eſſet legata quantitas , & poſtea alteri ſpẽs , puta fundus,nam ille fundus nõ dr̃ hypothecatus pro legato quã-
titatis,ex quo alteri legatus eſt,adde tex.no.in l.ſi fideicommiſ ſorum.ff.vt in poſ.leg.facit.l.procuratoris.§. pe.ff. de tribu.act. intellige,qñ ſuperſunt alia bona teſtatoris,& ſic legata nõ ſunt vltra vires hęreditarias,aliàs qñ non eſſet niſi illa ſpecies, vſ ꝙ vtraque deberetur præparata,per tex.no.in l.quærebatur. ff.ad l.fal.ſm Ang.hic,ꝙ Pau.hic reputat perpetuò not.ego tm̃ non pono pro conſtanti.In quarta par.ibi, aliæ aũt res, ponit dictũ clarum.¶Gl.in verbo aliquid lucri.diuiditur in duas. In prima declarat tex.qui dicit,ꝙ ab eo põt legari, qui aliquid lucri hẽt, vt intelligatur de lucro pecuniario, dixi & limitaui in l. ab eo.
9 ſ.de fideicom.† In ſecũda ibi,& ex hoc colligit Bulg.diſputat,
a an legatarius [a] particularis,à quo ſunt relicta legata , poſſit de-
trahere falc.& concludit,ꝙ ex perſona ſua non põt,ſed ex per ſona hæredis ſibi detrahentis ſic , vt hŕ in l.lex falcidia ſi inter-
10 ueniat.§.nunquam.vbi plenè.ff.ad l.falc.¶†Extra gl. teneas p-
petuò menti illud,quod ſing.dicit Bal.hic, in fin. col.poſt me-
b dium,nec alibi legi,ꝙ ſi teſtator mortiferè vulneratus [b] ab ali-
quo,

ADDITIONES.

a ¶Legatarius. Adde Pet.de Vbal.& Barb.in repe.c.Ray.de teſta.

b ¶Vulneratus.Adde,quòd ea exculpatio minuit indicia cõtra inquiſitũ,adeo quòd torqueri non poteſt,teſte Nat. conſi.298.col.fi.nu.14.de quo vide,quæ ſcribit Catel.ver.teſtator lætaliter vulneratus. idem Iaſ.in l.de die. 1.reſpon. col.fi.ff.qui ſatiſd.cog.in l.1.nu.7. & ſeq.ff.de eo,per quem fac.erit. Quid in nominatione vel aſſertione vulnerati,an faciat indicium,& dic,ꝙ non.teſte eodẽ Nat.cõſ.354.col.1.in prin.licèt Dec.videatur diſſentire cõſ.363.col.1. bene verum eſt,ꝙ facit præſumptionem, gl.in l.2,ver.cauit,C.de calum.Nat. conſi.240.col.7.num.8.poſt Alex.conſi.14.col.2.lib.3,vbi dicit,quòd ea le-
uis præſumptio prodeſt ſolùm ad euadendum pœnam calumniæ ei,qui præ textu dictæ aſſertionis accuſaſſet,de quo vide,quæ ponit Bald. & ibi apoſtil. in l.mater.C.de calum.vbi inter alia, quòd excuſat à calum. ex neceſſitate, non ex voluntate. MASVER.

Source : BIU Cujas

quo,cum exculpauerit, dicens, quòd non fuerit ab eo vulne. certè iſte non poteſt ex legitimis indicijs per iudicem torqueri,quia habet indicium innocentiæ pro ſe.alleg l.Paulus. la ſeconda.§. 1.ff.de bon.libe. nunquam obliuiſcaris, quia vtile eſt ad euadendum aliquem à tortura: ècontra autem aſſertio,ſeu inculpatio vulnerati etiam in extremis conſtituti , & aſſerens, ꝙ fuit à Titio lętaliter vulneratus, nedum non probat contra inculpatum,vt eſt tex.ſing in l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriẽs. ff.ad Sena.Syllan.imò nec facit indicium ad torturam contra eum,ita innuit gl.in l.mater.in gl.pe C.de calum.& ibi expreſsè Ang.per illam gl.quem refert,& ſequitur Alex.in conſi.14. in 3.vol.incip.ponderatis narratis in themate, licèt cõtrarium
11 teneat ipſe Ang in d.l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriens.† Nota etiam ex dicto Bal.hic,ꝙ reus inculpatus habens indicium innocentię pro ſe,tollit alia indicia,quibus aliàs potuiſſet torque ri.Facit,quod no.ſing.Bar.in l.1.§.pe per illum tex.ff.de re mili. quòd probatio bonæ vitæ & famæ facit, ne malefactor ex indicijs poſſit torqueri,ſequitur Bal.in l.fina.C.de proba.in ſi colum.& in l.1.C.loca.in l.ea quidem.circa antepen.col.C.de ac cuſ.Ang.in l.mil.C.de quæſt.plene Iac.de Bel.in l.omnimodo. C.de inoff.teſta.Alex.in d.conſi.379.

SVMMARIVM.

1 *Verbum mando,non eſt præceptiuum,ſicut iubeo,vel præcipio.*
2 *Præceptum magis arctat quam mandatum.*
3 *In vnitis ad inuicem dignius trahit ad ſe minus dignum.*
4 *Leges debent eſſe impoſitæ rebus,& non verbis.*
5 *Si res propria hæredis,vel legatarij relinquatur alicui tertio,non competit ſibi rei vendi.ſicut ſi eſſet relicta res propria teſta.*
6 *An ſit ſublata in effectu differentia directæ libertatis, & fideicom.*
7 *Pro legato quantitatis non competit rei vendi.quia non poteſt ipſo iure transferri dominium in legatarium.*
8 *An pro legatis relictis in codicillis,competat actio ex teſtamento.*

LEX II.

OMne verbum. Reiecta verborum varietate exęquata ſunt legata,& fideicom.ad inuicem , adeo ꝙ effecta ſunt quaſi ſynonyma. hoc dicit , & materiam ponunt gl.& Doc.in l.1.ff.de lega.1.& in iſta. l. Imperator duo facit principaliter. Primò tollit differentiam verborum , quæ
a fiebat olim,an legata [a] relinquerẽtur per verba directa, & tũc eſſent efficaciora,an relinquerentur per verba obliqua.Secundò tollit differentiam,quæ erat inter legata,& fideicom. & diſponit,quòd in omnibus,& per omnia ęquiparentur,& diſponit,ꝙ ſi aliqua legata erant efficacioria,vt declarat glo. in verbo,legatis.attribuatur fideicom.& ècontra, vt in glo. in verbo
1 legatorum.¶†No.ex prima parte ſecundum Bart.ꝙ verbum,
b mando, [b] non eſt præceptiuum,ſicut iubeo,vel præcipio. Facit ſecundum Bar quod vult gl.no.in l.ſæpe.ff.de offi. procur. Cæſa.quæ ſingulariter vult, ꝙ licèt delegatus à principe poſſit alteri ſubdelegare.l.à iudice.ſ.de iudi.l.more.& l.quia. ff.de iuriſd.omn.iud.dicit illa gl.ꝙ verum eſt, quando princeps committit per verbum mandamus,ſecus ſi per verbum , præcipimus,vel iubemus,tunc ſubdelegare non poteſt , & eſt magna limitatio ad dicta iura,& illa gl non eſt alibi, ſecundum Bal.in d.l.ſæpe.eam etiam reputat ſing.Imo.in cle.ſæpe.in 6. colu.de verb.ſig.& in cle.procuratorem.in 2.col.vbi etiam Cardin. de procu.illam glo.ſequitur etiam Bal.nota.in l.1.in 3.col. C.qũo, & quando iudex. & in l. legis virtus. ff.de legi. Imol.in l.qui in aliena.§.ſi is,qui putabat.ff.de acqui.hære.& eam approbat to
2 tus mundus,ſecundum Alex.in d.l.more.in pe.col.†Facit, qđ dicit gl.in c.cùm aliquib.in verbo concedimus. de reſcrip. in 6.& ꝙ præceptum magis arctet quàm mandatum,no.Cardi. Flor.in cle.fin.in 1.q.ad ſi.de procur.& in cle.1.8 no.de iudicijs. & in c.quoniam Abb.de offi.deleg.alibi dicit Arch.in c. quòd præcipitur.14.q.1.ꝙ mandatum eſt vltra conſi.& citra præceptum,& ſic habet ſe in plus quàm conſi.& in minus quã præceptum.¶Quid autem ſi ambo iſta verba iungantur mandatum,& præceptum?eſt tex.in c.eam te.vbi no.Bald. de reſcrip.
3 ¶†Secundò no.ſecundum Bal. ꝙ in vnitis adinuicem dignius
c trahit ad ſe minus dignum, [c] adde glo.c.quod in dubijs.de cõſecra. Eccleſiæ, vel altaris.& gl.in c.de ieiunio.76.diſt. & tex.in
4 c.1.de conſecra Eccl.vel alta. in 6.¶†Vltimo no.in fin.text.illud,ad quod allegatur iſta lex,ꝙ leges non debent eſſe impoſitæ verbis,ſed rebus,& vltra concor.glo.adde tex.no.in l.fin.C. de vſuris.& in c.commiſſa.§.1.& ibi per Io.And.de elect. in 6. Glo.ad declarationem tex.dicit, quòd verba directa dicuntur altero de trib.mod.dic melius,vt ꝑ Bar.& alios hic,& in l.cẽturio.ff.de vulg.& pup.dixi in l.quoniam indignum.ſ.de teſta.
5 ¶Gl.in verbo,in rem actiones.diuiditur in tres partes.† In prima extendendo tex.vult,ꝙ etiam ſi res propria hæredis,vel legatarij relinquatur alicui tertio,ꝙ illi tertio competit rei ven. ipſo iure , ſecus ſi eſſet relicta res propria teſtatoris , & in hoc glo.malè loquitur,& alibi.gl.& Doc.tenent contrarium , dixi
6 in l.1.ſ.eo.¶†In ſecunda,quæ eſt ibi,ſed quid ſi rogauit. diſputat,an in effectu ſit ſublata differentia directæ libertatis , & fideicom.& concludit,quòd non & bene,quia quando teſtator directo relinquit libertatem ſeruo ſuo,ſeruus dicitur orcinus, quaſi libertus teſtatoris tendentis ad orcum, ſeu ad inferos. §. ſi.inſti.de ſingu.reb.per fideicom.reli.ſed quãdo libertas relinquitur ſeruo teſtatoris per fideicom. tunc quia hæres tenetur illis præſtare libertatem,non efficitur libertus ipſius teſtatoris.
7 ¶†In tertia ibi,item quòd hic dicit.gl.ponit duas limitationes ad tex.qui vult,quòd pro legatis competat rei vendic. vt non procedat in legato quantitatis,quia in legato quantitatis non poteſt tránsferri dominium ipſo iure in legatarium,vt ꝑ Bart. & alios in l.1.ff.de leg.1.Secundò fallit in legato libertatis, dixi in l.1.ſupra eod vbi addidi alias limitationes.¶Gl.in verſ.perſonales. tangit,† an pro leg.reli.in codi. competat actio ex teſta-
8 mento,& refert opi.vera opi.eſt,ꝙ competit vtilis actio ex teſtamento,vt per Bar.& alios hic. Iaſon Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶An legata.Declarat Bar.hoc procedere in legatis,& fideicom.particularibus.conſi.37.quidam 2. dub. PVRPV.
b ¶Verbum mando.Adde l.1.& ibi Doc.ff.mand.
c ¶Trahit ad ſe minus dignum. Adde. l.hæreditas.ff.de pet. hære.Fely.in rub. de offi.deleg.in 1.col.
* Et eundem Iaſ.in l.Imperium.col.3.in prin.ff.de iuriſ.om.iud.Corſ.ſing.ver. legatum.& dic,quòd regula procedit,quando minus dignum , & magis dignum veniunt æque principaliter,exemplum ponit Corſet. ibi, & notatur in c.ex literis.de conſti. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit fortuna.*
2 *Si aliquis ſuſcipiat rem ſuo riſigo & fortuna , quid importent hæc verba.*
3 *Quando pluribus legatur ſeruus,vel alia ſpecies, vni debetur res,& alteri æſtimatio,ſed ſi inter eos oriatur controuerſia,quia vterque eorũ velit rem,vel ſeruum,dirimetur ſorte,quo caſu non eſt peccatum mittere ſortem.nu.4.*
5 *Electio Papæ non poteſt committi ſortib.nec etiam Epiſcopus,ſeu alius prælatus poteſt eligi ſorte.nu.6.*
7 *Diuiſio inter fratres an debeat fieri ſorte.*
8 *Res nunquam dirimitur ſorte, niſi quando dubium eſt de iure , ſecus ſi dubium verteretur circa factum.*
9 *Nunquam ſorte dirimitur,niſi in caſibus à iure expreſſis.*
10 *A ſententia ſortis,& ſic fortunæ appellari non poteſt.*

LEX III.

SI duobus. Incertitudo , ſeu varietas inter plures legatarios, vel hæredes vnius legatarij,cùm reſpiciat ſolùm eorum commodum ,ſorte dirimenda eſt,& ſi vni contingat res,alij debet præſtari æſtimatio pro parte, & quanto pretio ſerui æſtimandi ſint,diſtinguitur,an artifices ſint, & an notarij , vel medici , & an eunuchi.h.d.vſque ad §.ſed & ſi quis. ¶In tex.ibi,ipſe autem moriens plures ſibi reliquerit hæredes. no.ſecundum Ang.& latius Pau.quòd legatum optionis non eſt conditionale,patet,quia tranſmittitur ad hæredes , licèt legatarius ſit mortuus antequam optauerit,ſed ſi eſſet legatum conditionale non tranſmitteretur,per regulam.l.vnicę.ſ.in nouiſſimo.ſ.de cadu.tol.& dicit Pan. ꝙ ideo eſt , quia ſubſtantia legati non eſt conditionalis,licèt electio rerum ſic. Ideo media via eligitur,vt dicit no.in l.ſi Pamphylo.ff.de opt. lega. Secus dicit eſſe in electione perſonarum.l.quidam.in fi.vbi Bart. de leg.2.Miror,ꝙ non allegauerit tex. in §.optionis.inſti. de lega.vbi dicitur, quòd olim legatum opti.erat cõditionale,ideo ſi legatarius moriebatur ante optionem,non tranſmittebatur legatum,hodie ſecus, vt ibi in tex.¶In tex.ibi,rei iudicem for-
1 tunam eſſe.†quid ſit fortuna,declarat hic no. Bal. eſt in exorabilis,ſurda,& muta,varias quotidie mutationes inducens , &
2 vide Bal.in l.ſi.in 3.col.C.de temp.app.† Et quid ſi aliquis ſuſcipiat rem ſuo riſigo,& fortuna,quid important iſta verba , declarat Bar in l.ſi is,qui ff.de acqui. rer. domi.quem ſequit ſimpliciter Alex.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.in vlt. col. vbi dixi.
3 ff.ſi quis cau.¶†No.ex iſto tex. ꝙ quãdo plurib.legatur ſeruus,

vel

vel alia ſpecies, vni debeť res, alij æſtimatio. l. ſi pluri. ff. de leg. 1. cum ſim. certè ſi inter eos oriatur controuerſia, quia vterq; eorum velit rem, dirimitur ſorte, ſicut in l. 1. C. de his, qui ſe de fe. lib. 10. & in l. 2. vbi Bar. & Bal. C. quãdo, & quib. quarta pars deb. lib. 10. & gl. in c. quoniam Abb. in gl. 3. ad fi. de offi. dele. &
4 in c. noſtra. in gl. 1. de teſt. dicit Bal. hic, † q̃ iſto caſu mittere ſor
a tes [a] non eſt peccatum, tu vide gl. no. in c. fi. §. fi. de ſortile. Fallit, quando quis vult inuenire fures, vel ſimilia per ſortes, eſt
5 peccatũ, vt in c. 1. de ſortile. † Dicit ẽt Bal. hic, q̃ electio Papę [b]
b non poteſt committi ſortib. quia non eſt de forma. in cap. quia
6 propter. de elec. Adde, q̃ nedum Papa, † ſed nec Eps, nec alius prælatus poſſit eligi ſorte. c. fi. de ſortile. dicit Ang. hic in lectu.
c Flo. q̃ ſæpe fuit interrogatus, quando ſunt plures fratres, [c] qui
7 volunt venire ad diuiſionem, † an diuiſio debeat fieri ſorte, an
d frater minor [d] eligat, prout vulga. credunt. Breuiter dic, quòd de iure frater maior non tenetur facere partes, & minor eligere, ſed electio debet fieri ſorte, vel officio iudicis, & ita pluries reſpondi. Ita expreſsè Bar. in l. 1. C. de his, qui ſe defe. lib. 10. & aliquid in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debe. libro 10.

✠ *& iſta eſt magis communis*, & idem tenet Bal. in l. 1. in 1. col. C. de pac. & in l. pen. in prin. C. communi diuid. & vide tex. qui videtur probare contrarium, in c. 1. de paro. vbi Pan. & latius Io. de Imo. Ludo. in conſi. 471. incip. lucrum autem ex dote proueniens. in 2. dubio. de quo aliàs dixi in l. 1. ff. ſi cer. pet. allegando
8 aliqua in oppoſitum, quæ nunc omitto. † Item adde, q̃ nunq̃ res ſorte dirimitur, niſi quãdo dubium eſt de iure, ſecus ſi ver teretur dubium circa factum. gl. eſt ſing. in l. 1. in ver. prohibebit. C. vti poſ. quam pro ſingulari allegãt Imo. & Mod. in l. hu iuſmodi. §. fi. de leg. 1. ſequit̃ Bar. in l. ſi duo. in 4. col. ff. vti poſ.
9 quod nota. quia multi dicerent contrarium. † Teneas etiã perpetuo fixum cordi, quòd ſingulariter dicit Bald. in l. meminimus. C. quando, & quib. quarta pars deb. lib. 10. q̃ nũquam res ſorte dirimitur, niſi in caſib. à iure expreſſis, ſubdit etiam Bald.
10 hic, † q̃ à ſententia ſortis, & ſic fortunæ appellari non poteſt, quia fortuna non habet ſuperiorem in hoc mundo. Tu limita ex eo, quod vult Bald. in l. 3. C. communia vtriuſque iudic. ¶ Gl. in ver. fortunam. diuiditur in quatuor. In prima alle. quatuor concor. ad tex. In ſecunda ibi, ſed quid ſi vni, per viã not. ponit pulchram limitationem ad tex. dum vult, q̃ inter plures legatarios controuerſia ſorte dirimatur, vt procedat, quando omnes ſunt æquales, ſecus ſi portio vnius ſit maior alterius, tunc præfertur ille, cuius portio eſt maior tanquam ſit dignior. Facit Auth. hoc amplius. s̃. tit. 1. & l. maiorem. ff. de pac.
✠ & iſta limitatio *communiter tenetur*, licèt aliqui ſupra, & Fulg. dubitent. ¶ In tertia ibi, item eſt arg. contra. opp. contra tex. & poſtea in ſequenti parte rñdet, q̃ ibi loquitur alio caſu, q̃ nihil eſt, rñde ergo, q̃ in d. l. huiuſmodi. §. fina. ſi ſunt plures hæredes vnius legatarij, qui velint directum hæredem pro legato conuenire, & vnus velit intentare vnam actionem, alius aliam, coguntur per iudicem concordare: ratio, quia tractatur de præiudicio tertij. ſ. hæredis conuenti, cuius intereſt, vt oẽs vna actione conueniat, aliàs grauaretur hæres conuentus multis actionib. cũ varias defenſiones afferre deberet. l. nemo ex his. §. quoties ff. de reg. iur. ſed in iſta. l. vbi ſorte dirimitur, non tractať de præiudicio tertij, ſm Bart. Cy. & alios in d. l. huiuſmodi. §. 1. q̃quid ibi teneat Imo. ¶ In quarta ibi, item aliud arg. ⁊. ẽt opp. ⁊ tex. q̃ imò legatum pp incertitudinem vitietur per l. 2. §. fi. in gl. alleg. & rñdet, q̃ ibi loquitur alio caſu, ſed nihil eſt. vñ rñde, q̃ q̃ incertitudo, & varietas eſt inter plures legatarios eiuſdẽ rei, talis incertitudo poteſt vitiare relictum, vt in contrario, niſi petant, q̃ varietas dirimatur ſorte, vt hac. l. Iaſon Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶ Sortes. Adde cap. quod autem. c. non ſtatim. cap. hi qui. cap. ſi exemplo. 16. quæſtio. 2.

✠ Et vide, quæ idem Iaſ. ſcribit in l. huiuſmodi. §. ſi is cui. ff. de leg. 1. in l. 2. §. ex ex his. nu. 12. ff. de verb. obl. vbi aliquid dixi, & not. Catel. ver. ſortis. vbi plura notat ad Iaſ. hic. MASVER.

b ¶ Electio Papæ Adde Card. in repe. cap licèt. de elec. Pet. de Monte in tract. de poteſtate Papæ. in 31. colum. Cardin. conſil. 150. incip. quæſitum fuit ſæpe à me.

c ¶ Plures fratres. Adde Io. And. in addi. Spe. in rub. de parroch.

d ¶ An frater minor. Adde Ang. in l. qui erat. ff. fam. ercis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſeu vltima volũtas non ſit irrita, licèt ille cuius arbitrio eſt commiſſa electio, non arbitretur, ſecus autem in contractibus.*

2 *Legatarius poteſt eligere non eligente tertio.*

3 *Eligendi poteſtas, vel declarandi durat in vltimis voluntatibus per annum.*

4 *An arbitrandi poteſtas vtrum duret vltra annum.*

5 *Legatarius debet eligere mediocrem, quando in ipſum eſt translata poteſtas eligendi.*

6 *Quod eſt poſitum in beneplacito alicuius, intelligitur arbitrio boni viri.*

§ Sed & ſi quis. Si relinquitur res eligenda p tertium, illo non eligente, vel negligente per annum, transfertur electio in legatarium, dummodo eligat mediocrem. h. d. & eſt ſingu. caſus ſecundũ
1 Bar. ¶ † No. 1. ex hoc tex. q̃ vlt. volun. non irritatur, licèt ille, cuius arbitrio commiſſa eſt electio, non arbitretur, ſecus eſt in ⁊ctib. in quib. à perſona electa non receditur, ſed illo non arbitrante irritatur contractus. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obl. l. fi. C. de contrah. empt. hinc dubitat Bar. in l. ſi merces. in princ. ff. loc. pone, locaui domum p̃ illo pretio, q̃ arbitrabitur Titius, pone, conductor habitauit domum per annum, deinde mortuus eſt Titius, antequam declauerit pretium, quid erit hoc caſu? & relinquit cogitandum. Breuiter puto, q̃ regula ſupra dicta, q̃ in contractib. à perſona non recedatur, procedit niſi altera pars prætendat verum intereſſe, quia tunc recurritur ad arbitrium iudicis, ita colligitur ex verbis Bal. in l. contractus. in ver. modo hic quæro. C. de fide inſtr. Intellige tamen regulam huius tex. q̃ in vlti. volun. receditur à perſona tertij debentis eligere, vel declarare, verum eſt quo ad ſubſtantiam, & validitatem diſpoſitionis, vt nõ irritetur vlt. volun. non quo ad hoc, vt committatur pœna adiecta per teſtatorem, ſi non fieret aliquid arbitrio tertij. tex. eſt no. in l. mulcta. ff. de condi. & demõ. Secundò limita regulam huius tex. procedere, niſi conditionaliter fieret commiſſio in arbitrio tertij per l. 1. ff. de leg. ſecũdo.
2 ¶ † Secundò no. ex tex. aliam regulam, quod in vlt. volun. non eligente tertio transfertur electio in ipſum legatarium. Intellige ſanè iſtum tex. procedere, quando committitur electio rerum conſiſtentium in ſpecie, ſi autem committeretur electio quantitatis incertæ, quam Titius arbitrabitur, tunc Titio non arbitrante, non transfertur electio ad legatarium, ſed recurrit ad iudicem, qui habeat arbitrari, per l. 1. ff. de leg. 2. ratio eſt, qa Titio non arbitrante ſi electio quantitatis incertæ transfertur in legatarium, poſſet legatarius nimium grauare hæredẽ. Aduerte etiam, quòd iſte tex. cum ſim. procedit, quando electio commiſſa eſt vni, ſi autem duob. & vnus negligat eligere, vel latitet, alius poteſt eligere. l. ſi legatario. §. 1. & ibi Bart. ad hoc no. ff. de fideicõ. lib. & no. Bal. in l. vnica. in 12. q. C. quando non
3 pen. par. ¶ † Tertiò no. ex tex. illam regulam, quod in vlti. volũ. poteſtas eligendi, vel declarandi durat anno. Intellige ſanè, q̃ relinquitur electio rerum, ſi autẽ committatur alicui electio perſonarum, tunc facultas eligendi non durat anno, ſed quouſque fuerit per litem conteſt. interpellatum. l. cùm quidam. ff. de leg. 2. ratio diuerſ. eſt ſecũdum Bar. & Imo. in d. l. cũ quidam. quia q̃ alicui committitur electio perſonarum, quãprimum interpellatur, debet eligere, quia periculum eſt in mora, quia perſona, quæ potuit eligi, ſi interim moriatur, non transmittit. d. l. cùm quidam. & l. pe. vbi Bal. C. de fideic. lib. & p̃ hoc dicit Barto. hic, & plenius in d. l. cùm quidam. ſe pluries dixiſſe de facto, q̃ cùm teſtator iuſſiſſet bona ſua diſtribui in pauperes eligendos per Titium, q̃ elapſo anno Titius non priuatur facultate eligendi, nec tunc electio deuoluitur ad Epiſcopũ, iuxta. l. nulli. s̃. de Epiſc. & cler. ſed tunc priuatur, q̃ monitus, vel interpellatus fuit mediante lit. conteſt. & idem tenet Bart. in l. executorem. ⁊. de execu. rei iudic. Petr. de Anch. & Imo. & Pan. in c. nos quidem. de teſt. D. Ant. in c. literas. de ſuppel. neg. præla. Bal. in l. captatorias. C. de teſt. mil. in fi. col. Lud. in conſi.
✠ 228. Ang. hic in vtraque lec. tenet contrarium, & dicit, q̃ *communiter tenetur* ⁊rium, & ⁊rium ſm eum ſeruatur de conſuetudine, q̃ imò iſto caſu per lapſum anni, vel tpis præfixi per conſtitutiones ſynodales, electio deuoluitur ad Ep̃m, licèt debens eligere non ſit interpellatus, de quo ẽt aliquid per Bald. hic, & in l. fin. C. de contrahen. empt. qui vĩ etiam contrariari.
4 ¶ † Quartò no. Bar. per iſtum tex. in l. ſi quis arbitratu. in pe. col. ff. de verb. obl. q̃ ptãs arbitrandi non durat vltra annũ, & ideo ſi fit factum compromiſſum in aliquem de iure, & de facto tanquam in arbitratorem, vel in amicabilem compoſitorem, iſte arbitrator poteſt vſque ad annum arbitrari, lapſo anno expirat eius poteſtas, ſed Bal. hic in locis no. per Alex. in d. l. ſi quis arbitratu. reprobat Bar. quia cũ iſtè tex. loquatur in vlt. volun. non eſt trahendus ad aliam materiam, vnde ſm eum poteſtas arbitrandi durabit perpetuò, quouſque partes compromittentes voluerint. Pau. hic ẽt tenet ⁊ Bar. ſed non in totum adhæret Bal. ſed tenet, q̃ ptãs arbitrandi duret triennio tm̃, ſicut durat inſtantia compromiſſi facti in arbitrum. l. item ſi vnus. §. ſi multo poſt. ff. de arbi. vnde ptãtem arbitratoris aſſimilabimus arbitrio, cui magis aſſimilatur, ſicut dicimus in ⁊ctib. in noĩa-

tis,

Source : BIU Cujas

tis,qui regulantur ſecundum materiam illius contractus nominati,cui magis aſſimilantur.l.1.§.ſi conueniat.ff.depoſi.l.naturalis.§.1.ff.de præſcr.verb.Iſtum articulum, qui ſolet diſputari,aliter non diſcutio,ſed me remitto ad Mod.in d.l.ſi quis arbitratu.& vltra Doc.qui per eos ibi referuntur, vide omnino Io.de Ana.qui etiam tenet contra Bar.in conſi.19. inci.viſis in
5 ſtrumentis.in 2.col.¶†Quintò no.ex hoc tex.q̃ quando facultas eligendi transfertur in legatarium, debet legatarius eligere mediocrem.concor.l.generaliter.ff.de leg. 1. Intellige tamen, quando erat electio trium,vel plurium , ſecus ſi duorum puta ſeruorum,nam ſi alter ſit melior, poteſt legatarius eligere meliorem,aliàs non diceretur legatum optionis, ſed diceretur legatum illius deterioris.ſecundum Bal.& Pau.hic. Adde, q̃ idem tenet Cy.Imo.Pau.& Mod. in d. l. legato generaliter,
6 & iſto modo intellige.l.qui duos.ff.de leg. 1.¶Sexto no. ſecundum Bal. q̃ illud , quod eſt poſitum in beneplacito alicuius, intelligitur arbitrio boni viri. Adde Abb.in c.verum.in 2. col. de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Res ſubiectæ reſtitutio. leg. vel fideicom. purè vel ad diem certum non poſſunt alienari,etiam ſi iſte,qui tenetur reſtituere, committeret delictum,propter quod omnia bona ſua tranſirent in fiſcum, quod limita,vt infra nu.4.*

2 *Bona,in quibus quis habet ſubſtitutum,non poſſunt alienari.*

3 *Res ſubiectæ reſtitutioni in diem incertum , vel ſub conditione interim poſſunt alienari,& transfertur dominium,ſed conditione eueniente ipſo iure annihilatur,& nu.7.*

5 *Res ſubiectę reſtitutioni , ſi alienantur non poßunt vſucapi , nec præſcribi.*

6 *Quatuor caſus,in quib.fideicom.ipſo iure tranſit in fideicom.abſque reſtitutione verbali,vel reali.*

8 *An ſi res ſubiecta reſtitutioni pendente conditione alienetur , interim valeat alienatio.*

9 *Stante ſtatuto,quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella,debet intelligi de contractu valido.*

10 *In vltimis voluntatibus conditio non trabitur retro , fallit in caſu noſtri text.*

§.Sed quia noſtra.

¶Iſte. §. habet vtilem, & quotidianam materiam.h.d.Res legatæ,vel per fideicō. relictæ purè, vel in diem certum,non p̃nt vendi,vel aliquo modo alienari,hoc primò. Res verò,quæ ſubiacent reſtitutioni fideicō.in euentum conditionis,vel diei incerti p̃nt interim alienari,ſi alienentur,trāſfertur dn̄ium,ſed eueniente conditione annihilatur alienatio, & fingitur vſq; retro nulla non obſtante vſucapione,vel p̃ſcri. h.d.ſecundò.iſte ſolennis.§.habet duas partes.In prima loquitur,qn̄ res fuit relicta purè vel ad diem certum,& tunc aliena ri non p̃ot.In ſecunda loquitur,qn̄ res fuit relicta ſub cōditione,vel in diem incertum,rō eſt,quia pendente conditione dominium eſt penes hæredem,ideo nimirum , ſi interim poteſt alienare,& transferre dn̄ium , ſed veniente cōditione fingitur vſq; retro fideicommiſſarij , & p̃p iſtam fictionem alienatio irritatur,qūo autem in vlt. volun. conditio trahatur retro per
1 fictionem legis,tangit gl.& ĵ.dicam.¶†No.q̃ res ſubiectæ [a] re
a ſtitutioni legati,vel fideicō.puri, vel ad diem certum nō p̃nt alienari,& iſta regula adeo eſt vera , q̃ ſi iſte,qui tenetur reſtituere,committeret delictum,p̃p q̃ oĩa bona ſua tranſirent in fiſcum,res iſtæ ſubiectæ reſtitutioni nō deuenirent interim in fiſcum.l.Imperator.ff.de fideic.liber.& ibi ſingulariter Bart. & Ang.Io.And.in addi.Spe.in tit.de feu.§ qm̃.ver.40.Lud. in l. ſi finita.§.ſi de vectigalib.ff. de damn. infec. & ad hoc vide oĩno Alex.qui plenè diſputat,& tenet cum Bart. in conſi. 23.incip. oportunè conſideratis.poſt multos Doc. ibi per eum relatos, licèt ĵrium teneat Lud.ſibi ĵrius in l.ſi conſtante.§. fi.per illū
2 tex.ſol.matr.vbi ēt vide Alex.& Mod.¶†Secundò no.ex text. ibi,vel ſubſtitutioni.q̃ bona in quib.quis habet ſubſtitutū non p̃nt alienari,& licèt iſte tex.loquatur indefinitè,& ſic videatur loqui in omni inſtitutione,tñ limita ſingul. non procedere in ſubſtitutione pupil.quia pupillus cui pater dedit in teſtō ſubſtitutum pupil. poterit alienare cū tutore, & decreto iudicis, ita q̃ eueniente cā ſubſti. non poterunt bona alienata p̃ ſubſtitutum reuocari,rō eſt,quia ſicut ipſimet teſtatori non interdicitur alienatio bonorum ſuorum , licèt fecerit teſtamentum, & alium hæredem inſtituerit,ita cùm ſubſtitutio pup.dicatur teſtm̃ pup.l.Papin.§.ſed nec impuberis.ff.de inoff.teſta.l.patris & filij.in princ.ff.de vulg.& pup.certè non obſtante teſtō poteſt pupillus alienare,nec p̃ot alienatio per ſubſtitutum reuocari,& ita tenent Angel.& Imo.in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Treb.Bal.& Imo.in l.ſed & ſi in conditione.§. ſi ſeruum communem.ff.de hære.inſti.Fulg.in l.ſi arrogator.in 2.col. ff.adop. vbi Bar.in repe.quæ Bar.attribuitur.in 3.colu. in 4. opp. ita teneas,quicquid teneat Bal.limitando,in l.nec ei.§.eorum. ff.de
3 adop.¶†Tertiò no.ex 2.parte tex.ver. ſinautem ſub conditione . quòd res ſubiectæ reſtitutioni in diem incertum , vel ſub conditione,interim poſſunt alienari , & transfertur dominiū, ſed adueniente conditione ipſo iure annihilatur,& millies pra
4 cticatur iſte.§.rationem dixi ſupra.¶†Limita iſtū tex. & iſtud no.procedere in alienatione merè voluntaria, ſecus in neceſſaria, puta quæ fieret per hæredem pro exoluendo æs alienum, in quo ſi erat æs alienum teſtatoris, valet irreuocabiliter alienatio,nec eueniente conditione poteſt retractari.l.filiusfam.§. Diui.el 2.in fi.ff.de leg.1.ſi autem erat æs alienum ipſius hæredis, valet alienatio quouſque res erat permanſura penes hæredem,poſteà reuocatur.tex.eſt no.in l.peto.§.prædium.ff. de lega.2.per quem tex.dicunt ibi.Bar. Bal. & Imo. quòd res ſubiectæ fideicom. poſſunt per creditorem ex primo , & ſecundo decreto haberi,propter quod poſſet colligi fraus,vt ibi p Bar. & alios,per Bal.in l.fi.§.& ſi præfatam.in 4.q.s̃.de iure deliber. & in Auth.ei qui.15.col.C.de bon.auth.iud.poſ.¶Seũcdò not. & limita ,quando bona erant ſubiecta fideicommiſ.in euentum condi. caſualis vel mixtæ , ſecus ſi ſub conditione poteſtatiua,quia tunc imputatur implenti , cùm ſemper habuerit facultatem implendi.l.qui hæredi.§.ſi pars. iuncta gl. in verſic. vſucapta.ff.de condi.& demon.quam ibi multum no.Imo. p limitatione huius tex.& dicit , quòd fortè alibi non reperitur. ¶Tertiò no.limita prædictum no.& hunc tex.procedere in rebus,quæ ſubiacent reſtitutioni ex vlti.volũtate,ſecus in rebus, quæ ſubiacent reſtitutioni ex contractu ſub conditione,vel in diem incertum,quia poſſunt irreuocabiliter alienari , & inter viuos,& in vltima voluntate.l.& ſi dotis.vbi no.ad hoc Bar.& Bal.ſupra de iure dotium ¶Quartò no. limita , & bene ſigna,
b vt iſte tex.procedat,quando alienatio [b] fuit facta per ſcientē, vel ſcienti rem ſubiacere reſtitutioni fideicommiſ. in euentū conditi.vel diei incerti,ſi autem fieret per ignorantē, vel ignoranti,prout millies contingit,attento quòd in dubio præſumitur ignorantia,maximè in acquirente,per regulam.l.verius.ff. de proba.tunc valet alienatio irreuocabiliter, quo ad hoc, vt eueniente die,vel conditione non poſſit retractari per legatarium,vel fideicom.ſed ei ſuccurritur ad æſtimationem,vel p̃tium rei alienatæ contra alienantem. text. eſt ſingulariſſimus
c in l.fi.§.fi. [c] ff de leg.2.allegatus hic in glo.magna,in verbo,celebrata.& dicit Bar.hic,quòd ille tex.eſt ſing. & not. per illum tex.dicit Ang.hic,& in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Treb.quòd aduocatus actoris ſit cautus , vt deducat ſcientiam alienātis, & acquirentis,aliàs ſuccumberet.Pau.hic limitat.d.l.fin.in §.fi. vt procedat,quando bona hæreditaria ſubiacebant reſtitutioni fideicommiſ.vniuerſalis,vel particularis in diem,vel ſub cō ditione,ita quòd pendente conditione interim dominiū erat penes alienantem,tunc non obſtante prohibitione legis propter iuſtam ignorantiam transfertur dominium , ſecus ſi fideicommiſ.fuiſſet purum,vel legatum purum, quia tunc etiā interueniente ignorantia non procederet ille tex.Sed aduerte dum Pau.intelligit.d.l.fi.§.fi.procedere non ſolùm in fideicōmiſſo vniuerſali,ſed etiam in particulari,nam Imo.in d.l. fi. §. fi.& in l.qnidam ita.§.ſi quis filium.ff.ad Treb.tenet contrariū de directo,& vult,q̃ ille tex.ſolū procedat in fideicom.vniuerſali,propriè loquitur ille text. ſecus in fideicommiſ. particulari,

ADDITIONES.

a ¶Res ſubiectæ. Adde Bar.in l.amplius. ff. rem rat. hab. Ang.in Auth. res quæ. infra eo.Io.de Imo.in l.cùm filio.ff.de leg.1.

* Et ad Iaſ.hic fac.concl. q̃ bona ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi confiſcari non poſſunt,præſertim acceden. prohibitione teſtatoris de eis non alienan.tex.in l.Statius.§.Cornelio fœlici.ff.de iure fiſc.Alex.conſ.23.col.1.lib. 1.Dec.conſi.442.col.3.Rolan.conſ.31.num.25.lib.1.nam iura,quæ non poſſunt in extraneum hæredem tranſire,ergo nec in fiſcum, & qui habetur loco extranei ſucceſſoris.l.4.vbi Barto.ff.pe iure patron.Roland.d.conſi.num. 26.& qui plura etiam not.ab.ponit conſilio 98.num.14. & alijs ſeq. libro 2. MASVER.

b ¶Quando alienatio.Declarat Soc.1.parte,conſi.75. circa præſentem.colu. pen.Alex.lib.5.conſi.118 col.fi.Pau.de Caſt.lib.2.conſi.94. clarum eſt in iure.& ibi ponit formam libellandi,& ad ſententiam probandam, Pau. lib. 2. conſi.263.circa princ.vlti.dub.Sublimitat idem Pau. quando alienatio expreſsè eſſet prohibita,conſi.221.cauſa,quæ vertitur per me.Alex.in l. Marcellus.§.res quæ.ad Treb.Roman.in §.Diui. colum. 23. verſicu. & prædicta. PVRPV.

c ¶L.fi.§.fi.Pro quo vide Alex.conſi.3.lib.3.conſi.184.col.fin.lib.2.conſi.178. 186.col.fi.lib.5.Dec.conſi.236.num.7.325.in prin.Rol.conſi. 85. nume. 18. lib.2.conſi.81.in prin.lib.2.Aym.conſi.37.nume.18.Dom.Oſaſc.deciſi.73. MASVER.

Source : BIU Cujas

ri, quando talis res fuiſſet alicui particulariter relicta, mouetur ex notatis per gl. in l. ſeruum. ff. de manu. tit. generali. Item cùm illa deciſio. §. fin. ſit exorbitans à iure communi, non eſt trahenda extra caſum ſuum. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matr. cũ ſim. ¶ Secundò limitat ſing. & mirabiliter Bal. in Auth. res quę. in 1. no. ℸ. eo. d. l. fi. §. fi. vt procedat, quando ignorantia proceſſit facto teſtatoris, qui prohibuit viuo hærede aperiri codicillos, in quib. continebatur fideicom. & ideo ꝑꝑ prohibitionem teſtatoris, & ſic eius factum non potuit fideicom. peruenire ad notitiam hæredis, & ſic vult Bal. ſecus eſſe, ſi ignorantia proceſſiſſet aliunde, q̃ facto teſtatoris, pro certo admirabilis eſt limitatio, & reſtrictio ad d. §. fi. qui tamen videtur loqui in iſtis terminis, & eam ſimpliciter tenet Cum. in d. l. Marcellus. §. res q̃. tamen de mente Doctorum allegantium. d. l. fi. §. fin. aliud eſt, vt patet ex prædictis, ideo Alex. in conſi. 3. in 3. vol. incip. viſo proceſſu cauſæ prin. & in d. l. Marcellus. §. res quæ. declarat, ꝙ intentio Bal. fuit, quòd ſi fideicom. fuiſſet relictum in teſtõ, tũc hæres non potuiſſet dici illud ignoraſſe, quia in dubio præſumitur ſcientia, per no. per gl. & Doc. in l. cũ hæres. ff. de acquir. hær. per Bar. in l. eius qui in prouincia. per illum tex. ff. ſi cer. pet. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. ſed qñ fideicõ. fuit relictum in codic. põt hæres prætendere probabilẽ ignorantiam, maximè qñ teſtator prohibuit viuo hærede codicillos aperiri, tamen verba Bal. non habent iſtum ſenſum, niſi cũ magna violentia. ¶ Quatuor alias limitationes ad d. l. fi. §. fi. ponunt ibidem Imo. & Pau. in l. quidam ita. §. ſi quis filium. ff. ad Trebel. quas recollegit Alex. in d. l. Marcellus. §. res quæ. vbi videas. ¶ Sed redeundo ad principale no. tex. Quintò illud limita, vt non procedat, quando hæres fuit grauatus reſtituere alicui quicquid ex hæreditate ſupererit, quia tunc poteſt irreuocabiliter alienare, dummodo non in totum euertatur fideicõ. l. Titius. ff. ad Treb. l. ſed & ſi lege. §. quod aũt quis ex hæreditate. ff. de pet. hær. quæ iura allegantur hic in gl. 2. licèt gl. dicat, ꝙ corrigantur per iſtam. l. malè dicit, *& communiter hic reprobatur*, quia illa iura non loquuntur in terminis tex. noſtri, qñ fideicõ. vniuerſale eſt relictum ſimpliciter ſub cõditione, ſed qñ fideicom. fuit relictum quicquid ex hæreditate ſupererit, verũ eſt, ꝙ illa iura limitãtur per Auth. ℸ cùm rogati. ℸ. ad Treb. ¶ Sexto limita iſtum text. nõ procedere in ſeruo relicto alicui in diẽ certam, vel ſub condi. quia interim poteſt manumitti fauore libertatis, his concurrentib. Primò, ꝙ talis ſeruus ſit ſubiectus fideicom. non quidem particulari, ſed ſub vniuerſitate, & ꝙ in diem incertum, vel ſub conditione, & ꝙ in vltima voluntate manumittatur, ſecus ſi inter viuos. l. quidam ita. §. ſi quis filium. ff. ad Treb. quicquid dicat gl. hic in verbo manumittere. q̃ varias ſol. ad illum tex. refert. ¶ Septimò limita iſtum tex. nã
a bona ſubiecta [a] reſtitutioni ſub ꝙdõne, interim pñt alienari vſq; ad quartam, q̃ vigore Trebellianicę quilibet hæres eſt detracturus. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. & gl. hic in ver. poſſe transferre. multomagis pñt alienari vſq; ad legitimam filij. d. Auth. res quæ ℸ. eo. nam cũ fideicõ. ſit onus. l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de vulg. & pup. certè ipſo iure detrahitur de legitima. l. qm̃ in priorib. s̃. de inoff. teſt. ¶ Octauò limita iſtum text. non procedere, qñ bona ſubiecta reſtitutioni alienarentur ex cauſa dotis, vel don. ꝑꝑ nup. filiorum ẽt vltra legitimã. d. Auth. res quæ. quæ ꝑꝑ hoc fuit poſita, & ibi Bar. & Doc. dicunt idẽ eſſe, qñ alienatio fieret ex cã alimentorum filij, vt ibi dicam plenè. Iſtas limitationes, & quaſdam alias plenius ponã in Authẽ. res
b q̃. ℸ. eo. ¶ Tertiò principaliter no. ex text. ibi, vt nec vſucapio, [b]
5 nec longi tp̃is p̃ſcriptio. † ꝙ res ſubiectæ reſtitutioni, ſi alienentur, non pñt vſucapi nec p̃ſcribi, ꝙ limitat no. Pau. hic, in 4. col. referens ſe ita conſuluiſſe, qñ alienatio fieret per prohibitum alienare, ſi aũt tertius extraneus, qui talem rem tenebat, & forte ſuam putabat, eam alienaret, tunc emens poſſet vſucapere, vel præſcribere, non obſtante fideicõ. ſm Bal. in l. 2. de vſuc. pro empt. Pet. & Cy. in l. fin. in 6. oppo. C. in quib. cau. in integ.
6 reſt. non eſt neceſ. no. quia bona, & vtilis eſt limitatio. ¶ † Quartò no. ex tex. ibi, rem vendicare. iunctis præcedẽtib. verbis tex. hic eſſe caſum ſpecialem, in quo fideicõ. vl̃i ante factam reſtitutionem re, aut verbo, cõpetit rei vend. & ſic ipſo iure tranſfertur in eum dñiũ. ſ. qñ hæres alienat, licèt gl. hic pen. & fi. in hoc laborent. Sunt ẽt alij tres caſus, in quib. ipſo iure fideicõ. tranſit in fideicõmiſſarium abſq; reſtitutione verbali, vel reali, vt in l. pe. ℸ. ad Treb. & ibi gl. & Doc. addunt alios caſus, regulariter autem ſecus. l. reſtituta. in prin. ff. ad Treb. & rõnem dixi in l. 1. in gl. in ver. omnib. s̃. eo. & ex iſtis ſunt oĩa expedita. ¶ Gl. in verb. celebrata. diuiditur in duas, prout duas format opp. & varijs modis reſpondet. Secunda ibi, item & hæres de reſtituẽdo. Ex prima parte habes notare duas principales concluſiones. † Prima eſt, ꝙ ſi pendente conditione fideicommiſſi alie-
7 netur res ſubiecta reſtitutioni, iſto medio tp̃e valet alienatio, & transfertur dominium in emptorem, ſm primam ſol. glo. hic, quæ eſt vera, licèt in ſequenti ſoluti. ℸrium teneat, & malè, & rationem dixi in tex. & quòd interim conditione pendẽte ex quo interim hæres eſt dñs, valeat alienatio. tenet glo. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. 2. & in §. quamobrem. vbi bonus
8 tex. in Auth. de reſti. fideicom. Vtilitas † eſt videre, an interim medio tempore valeat alienatio ſm Bar. hic, quia ſtante ſtatu. ꝙ de qualibet re alienata ſoluatur gabella, aliàs qui nõ ſoluit, perdat rem, vel incidat in aliam pœnam pecuniariam, certè ſi dicimus, ꝙ res ſubiectæ fideicom. poſſunt alienari, & ꝙ valeat alienatio, ſolui debebit gabella, & non ſoluens incideret in pœnam ſtatuti, ſecus ſi dicimus alienationem ẽt pendente
✲ tp̃e eſſe nullam, & cum Bar. tranſeunt Bald. *& communiter alij.*
9 Tu pondera Bar. hic velle, † ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ de quolibet ℸctu ſoluatur gabella, debet intelligi de quocunque ℸctu, ſ. valido. nã ſi contractus ſit nullus, non erit ſoluenda gabella. adde, ꝙ de hoc eſt tex. in l. 2. & ibi no. Bal. in fi. C. de eunu. Bal. in l. nõ dubium. in prin. s̃. de legi. Ang. in d. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. Eſt verum, ꝙ Fulg. in d. l. non dubium. in 10. col. tenet ℸrium, quia imò quando contractus eſt nullus, licèt cenſeatur nullus fauore contractus, tamen in eius damnum non cenſe-
10 tur nullus, vt eſt in propoſito, ꝙ gabella ſoluatur. ¶ † Secundò habes ex iſta gl. notare limitationem ad regulam, quæ habet, ꝙ in vltimis volun. conditio non retrotrahitur. l. 1. §. ſerui. ff. ad Sena. Sylla. notatur per gl. in l. ſub conditione. ff. de ſolu. quia verum eſt, niſi res prohibitã alienari, alienetur, quia tunc conditio exiſtens trahitur retro, quo ad hoc, vt reſcindatur contractus, & etiam quo ad fructus. ſm gl. & licèt Bar. ſimpliciter tranſeat cum gl. quo ad fructus, tamen per alios reprobatur, quia ſi hæres non alienaſſet rem ſubiectam fideicom. certè cũ pendente conditione res eſſent hæredis, per conſequens fructus ſunt ſui, maximè quia eos percipit iudicio teſtatoris. l. mulier. §. 1. l. in fideicom. ff. ad Treb. l. iubemus. C. eod. ergo alienatio non debet facere, ꝙ fructus pertineant ad fideicom. qui ex tali alienatione non debet lucrari, ſed ſibi ſufficit, quòd conſulatur circa acquiſitionem rei, & ita contra glo. hic tenet etiam Bald. in l. in fundo. in 3. col. ff. de rei vend. & in l. in inſulam. §. 1. & ibi Imo. ff. ſol. mat. & in l. domus. ff. de leg. 1. Facit glo. quæ reputatur ad hoc ſing. in l. emptor. ff. de rei ven. In ſecunda parte gl. dic, vt dixi in tex. in vltimo not.

ADDITIONES.

a ¶ Bona ſubiecta. Vide Are. aliter tenentem conſi. 18. circa fi. Pau. de Caſt. lib. 2. conſi. 273. circa princ. 2. dub. PVRPV.

b ¶ Nec vſucapio. Dic melius, vt per Corn. lib. 3. conſi. 303. aliàs 364. colu. 14. ver. vlt. habetur in tract. præſcriptionum. par. 5. col. fi.

* Et dic, quòd res prohibita alienari per teſtatorem, poteſt præſcribi, quando interuenit cõſenſus eorũ, in quorum fauorem facta fuit prohibitio, & tunc poſſet fieri alienatio. Rol. conſi. 3. nu. 82. lib. 1. & nn. 86. vbi quod res ſubiecta reſtitutioni præſcribitur; de quo principali artic. an res prohibita alienari, præſcribi poſſit, plenè diſputat Gabr. commu. opi. lib. 5. tit. de præſcrip. conclu. 13. vbi dicit opi. negatiuam magis communem, quòd ea quæ prohibita ſunt alienari, vſucapi, vel præſcribi non poſſunt, quam amplia, limita, & declara, vt ibi per eum. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Emptor, qui ſciebat rem ſubiacere reſtitut. fideicommiſ. recuperat pretium re euicta, etiam ſi illud non ſit ſtipulatus, qui etiam ſi ſtipulatus ſit duplum re euicta, tamen non conſequetur niſi pretium tantum. nu. 2.*

3 *Emens ſcienter rem ſubiectam fideicom. non recuperat melioramenta, niſi eſſent neceſſaria.*

4 *Qui non poteſt alienare, poteſt ſe perſonaliter obligare.*

§. Emptor autem. Emptor rei, quæ ſubiacet reſtitutioni, ſciens rẽ euictam habet cautionem ad pretium tantum, non autẽ ad intereſſe, vel ad duplam etiam ſi ſit ſtipulatus duplam, ſecus ſi
a ſit bon. fid. emp. quia tũc contra vẽditorem agit de euictione [a] ẽt ad intereſſe, & ſi creditor bona fide accepit in pignus à debitore rem ſubiectam fideicom. ea euicta habet pignoratitiã actionem ℸ debitorem. h. d. & ſcias, ꝙ pignoratitia directa cõpetit debitori poſtquam ſatisfecit contra creditorem, pignoratitia autem ℸria competit creditori, vt per gl. in vet. æmula. & ſeq. §. tertij. in proœ. forum. & dixi in §. item Seruiana. inſtit. de actio. ¶ No. duo ſpecialia contra regulas cõmunes, & ſic expe
dio,

ADDITIO.

a ¶ De euictione, Vide Cur. in 4. par. feudo. fol. 45. PVRPV.

Source : BIU Cujas

1 dio, quæ tanguntur in glo. ¶† Primum ſpeciale eſt, male fidæi emptor,qui ſciebat rem ſubiacere reſtitutioni fideic. recuperat pretium re euicta, etiam ſi illud non ſit ſtipulatus, regulariter
2 contra.l.ſi fundum.C.de euic.l.ſi fratres.C.com.vtriuſ.iu.¶†Se-
a cũdum ſpeciale eſt,ꝙ licèt regulariter male fid.emptor. [a] & ſic ſciens,ſi ſit ſtipulatus duplam,eam cõſequi debeat.d.l.ſi fundũ. tamen hoc eſt hic ſpeciale,quia emens ſcienter rem ſubiectam fideic.etiam ſi ſit ſtipulatus duplam in caſu euictionis, tamen re euicta conſequitur tantum pretium non duplum, ratio eſt in vtroque, quia cũ in primo caſu in vno alleuietur,quia ſi ſcit rem eſſe alienam,& non ſit ſtipulatus pretium, tamẽ pretium conſequitur,contra.d.l.ſi fundum. ratio eſt,quia interim tenuit alienatio,certe in alio grauaretur per hanc.l.vt nũquam conſequatur duplum,etiam ſi fuerit expreſsè ſtipulatus. Iſtum tamẽ
b tex.limitat ſing.Bar.in l.qui Romæ.§. duo fratres. [b] in 11.q.ff.de verb.oblig.vt procedat in ſcienter emente rem ſubiectam reſtitutioni,ſecus eſt in diuidentib.hęreditatem,quia ſi vnus eorum ſciat partem ſuam ſubiacere fideic.tamen ea euicta non conſequitur etiam pretium, quia tales ſic diuidentes videntur vnuſquiſque ſuſcepiſſe periculum pro parte ſua.l.ſi familiæ. C.fam.
3 ercis.declara tamen,vt per Bar.ibi,& in ſeq.quæſtione.¶†Secundò no.ex tex.ibi,neque melioratione locum habente.ꝙ emens ſcienter rem ſubiectam fideicõ. non recuperat melioramenta, ſed ea perdit propter eius malam fidem, qđ intellige, niſi melioramenta fuiſſent neceſſaria,quib.non factis res perijſſet, non obſtante eius mala fide recuperat. per l.domum. circa fin.C.de
4 rei ven.† Tertiò no.ex iſta litera ſecundum Bald.ꝙ ille,qui non poteſt alienare,poteſt ſe perſonaliter obligare. Et ſic perſonalis obligatio non dicitur alienatio.l.alienatum. ff.de verb. ſig.& l.ſi pro fundo.C.de tranſac. Et hoc dicit facere ad quæſtionem de
c emphyteuta [c] compromittente,nam non dicitur alienare,licèt arbiter adiudicet,quia per ſententiam arbitri non perdit dominium. c.Ryna.de teſta. Adde ad primam regulam huius text. Alex.in conſi. 18.5. vol. incip. attentis narratis in themate.in 2. col.facit,quod vult Bar.in l.fi.§.filijs autem. C. de bon.quæ lib. ad ſecundum de emphyteuta, adde Alex.in conſi.1.5.vol.in 2. col.cum concor.ibi per eum ſignatis, & in l.filiusfam.§. Diui.el 2.ff.de leg.1.dixi in l.ex hoc iure.ff. de iuſti.& iure.

ADDITIONES.

2 ¶Malæ fidei.Limitat Cor.quando iuratum fuiſſet.lib.3.conſi.2.col.3.
b ¶Caue,quia hic.§.habet locum etiam ſi dies,vel conditio fideicommiſſi eueniſſet.Bar.& Sal.hic. PVRPV.
c ¶De emphyt.Adde Io.de Imo.& Barb.in c.potuit.de loca.

SVMMARIVM.

1 *Res ſubiectæ reſtitutioni titulo lega.vel fideicom. particularis, vel vniuerſalis, puta in diem,vel ſub conditione,in quibus habet ſubſtit.vulgarem,vel fideicommiſ.alienari non poßunt,quod limita.12. modis infra nu.2.*
3 *Filius grauatus fideicom. detrahit duas quartas, quod limita, vt infra eo.nu.ver.& tenendo.*
4 *Subiecta reſtitutioni poſſunt alienari vſque ad legitimam.*
5 *Res ſubiectæ reſtitutioni poſſunt alienari ex cauſa dotis, & don.propter nup. ſed an habeat locum, quando quis vellet conſtituere dotem pro alio, item & quando mater diues tenetur dotare filiam,quando pater eſt pauper,infra nu.6.*
7 *Denegare alimenta eſt necare.*
8 *Pater naturalis tenetur alere filiam naturalem, de iure cano.& ciuili.*
9 *Filius tenetur alere matrem.*
10 *Frater tenetur alere ſororem etiam vterinam.*
11 *Pater non tenetur alere filium,vel filiam,quando habent aliunde,vnde ſe alant.*
b not. bonum arg. ꝙ quando statutum repellit filias fœminas [b] à successione, & mandat eas dotari arbitrio propinquorum, ꝙ propinqui non possunt arbitrari minus legitima, sed plus, secũdum statum, & qualitatem personæ. tex. est hic no. & in corpore vnde sumitur. similiter dicit Fulg. & ex hoc text. colligit vnũ præcipuè no. dignum, ꝙ pater cogitur dare magnam dotem filiæ, nisi excedat legitimam. Adde Ang. in consi. 357. incip. dom. Greg. Bal. in consi. 398. in 3. vol. incip. punctus talis est, Ant plures liberos habens, &c. do. Alex. in consi. 69. incip. super. 1. dub. quo quæritur, an dicta assigna. & in consi. 150. incip. visis, ac diligenter animaduersis. in 3. col. & in consi. 456. inci. viso statu. sub rub. qualiter mulier. & hoc modo declaratur in specie illud, qđ dicit Bar. in l. si filiæ pater. per illum tex. ff. de leg. 3. & in l. quęro. ff. de iure dot. Ang. in §. quamobrem. in Auth. de resti. & ea quæ
29 parit. ¶ † Octauo, & vlti. not. ꝙ vtilitas publica prę ferenda est priuatæ, concordantes sunt in gl. de quo per Bart. & Doct. latè in l. 1. ff. sol. mat. glo. no. in c. bonæ. el 1. in ver. communem vtilitatem, & ibi Doct. extra de postu. præla. Venio ad gl. ¶ Glo. in ver. [obligationem,] diuiditur in 4. par. In prima, & secũda declarat tex. In tertia quærit. In quarta idem facit. Secunda ibi, [& intellige.] Tertia ibi, [item quid si.] Quarta ibi, [item nũquid.] Prima pars est clara. Ex secunda habetis extensionem ad hanc Auth. ꝙ procedat nedum in dote de nouo constituenda, sed
c etiam in dote restituenda [c] post onus fideicom. & cum glo. tenent Docto. & glo. in corpore vnde sumitur ista Auth. Pau. de Cast. in consi. 14. inci. visis, & consideratis, quæ supra narrantur. istam gl. inuenio not. ampliatam per solùm Io. de Ana. in cõsi. 61. incip. visis & pondera. his, quę in facti narratione proponuntur. in 2. col. & est ex errore positum inter consi. do. Alex. in consil. 452. vbi intelligit istam gl. & istam Auth. procedere etiam si filius prius fuisset grauatus fideicom. deinde post mortem patris dotem recepisset. mouetur propter paritatem fauoris dotis, & per tex. vnde sumitur hæc Auth. qui dicit, ꝙ mulieres fraudabantur ignorantia fideicom. & sic innuit, ꝙ fideicõ. erat prius factum. ego dubito, quia ratio fundamentalis huius Auth. quę est, quia pater est obligatus pro filia ad dotem, & pro filio ad donationem propter nuptias, ideo de fideicõ. deducitur istud debitum patris, vt in specie declarat Pau. de Cast. in d. l. mulier. §. cũ proponeretur. per illum text. & in consi. 13. incip. quia per suprascriptum eximium consultorem. cessat isto casu, qñ pater prius cõdito testamento mortuus est, & ipse filius posteà vxorem accepit, & dotem habuit, nã pro tali dote posteà recepta non potest dici, ꝙ bona patris deberent obligari, sicut deberent obligari, quando filius viuo patre vxorem duceret, vt per Bart. & alios, in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matr. cogita, quia alij non tangunt, & adde, ꝙ statim. ℨ. proximè sequitur. dicunt etiam Bal & Pau. de Castr. hic, ꝙ etiam post mortem filij, vel filiæ eius hæredes possunt fideic. diminuere occasione eorũ dotis, vel dona. propter nupt. quia sicut eorum legitima transmittitur ad hæredes, ita beneficium huius Auth. vt hic per eos. Adde bene facere illud, quod consuluit Pau. de Castr. in consi. 132. incip. circa ea, quæ superius plenissimè tacta sunt, &c. quòd prouisio huius Auth. transeat in cessionarium mulieris, de quo vlt. ℨ. latius dicã. Item adde, qđ prædictam opi. quam tenui contra Io. de An. tenet expressè Ang. in Auth. de resti. & ea quæ parit. in 11. mense. col. 4. vbi per illum tex. in ver. iam. & §. hoc igit. eo. tit. tenet, qđ ad hoc, vt habeat locum ista Auth. requiritur, ꝙ obligatio ad donationem propter nupt. fuerit causata in vita patris, vnde post mortem patris, & onus fideic. non posset filius constituere dona. propter nupt. de bonis subiectis restitutioni
30 fideicommis. ¶†† Ex tertia parte glo. habes, quòd dos recuperata

ADDITIONES.

a ¶ Quod vasallus. Adde Cyn. in l. voluntas. C. de fideicom. Inno. in c. nuper. de don. inter vir. & vxo. dom. de Rota decis. 199. incip. pater potest dare feud. in nouis. Spec. tit. de feud. in §. 1. ver. 19.

b ¶ Filias fœminas. Adde Ias. in Authen. nouissima. C. de inoffic. testam. Socin. in consi. 18. Alex. lib. 2. consi. 7. col. 3. Cur. Senior consi. 74. col. 3. Dec. consi. 181. satis no. & consi. 180. & consi. 29. Lap. in d. c. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. Cor. lib. 1. consi. 316. Bru. in statu. exclu. fœmi. arti. 9. q. 1. col. 10. vsque ad versi. illud. PVRPV.

c ¶ Restituenda. Adde, ꝙ hanc sequitur, & communem dicit Rol. consi. 85. nu. 29. lib. 1. post Dec. consi. 378. & 519. Nat. consi. 61. MASVER.

Source : BIU Cujas

a rata [a] per filiã viuo patre, nõ venit in vniuersali fideic. iniuncto per patrem, & licèt gl. nihil alleget, tamẽ Bar. & Doct. alleg. tres
31 tex. vt hic per eos. ¶ In fi. gl. habetis per gl. † qđ res subiectæ restitutioni quamuis possint alienari ex causa dot. vel dona. pro-
b pter nup. tamen non possunt alienari ex causa alimentorum. [b] cũ gl. tenet solus Saly. hic per tria fundamenta, quę parum strin gunt. *Alij omnes hic* tenent contrarium per æquiparationem gl. in l. ob æs. C. de prædi. minorum. Idem tenet Nico. de Neap. & omnes Mod. in d. l. mulier. §. cũ proponeretur. Ang. in d. l. Marcellus. §. res, quæ. Ludo. Rom. in consi. 267. incip. circa id, quo quæritur, an res domini Pan. tu tene, qđ fundamentum Doct. inquantum arguunt ab æquiparatione dotis, & alimentorum, non vr tutum, per ea quæ dixi in tex. in 4. not. tutius est arguere à dona. propter nup. de qua in tex. ad alimenta, præcipuè, quia licitum est vendere filium in causa famis. l. 2. C. de patrib. qui fil. distraxerunt, & sic ex causa alimẽtorum, sed non ex causa don. propter nup. Pro hac parte etiam bene facit, quia cũ hęc Auth. sit inducta fauore publico, debet extendi, vt dixi in tex. in 4. no. Item pro communi sententia contra glos. adde in simili, quòd res ad petitionem iudicis sequestrata, tamen propter necessitatem alimentorum potest vendi. tex. est in l. fi. C. de ord. cog. per
32 quem tex. ita dicit Bar. in tract. alimentorum. in pen. col. ¶ † Extra glo. reassume materiam princ. huius Auth. quæ est, q bona subiecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis, vel dona. propter nup. Et repetendo breuiter, quæ dixi in text. & glo. amplia. 17. prin. modis. ¶ Primò, vt habeat locum nedum in dote
c de nouo [c] constituta, sed etiam in dote, quam filius accepit viuo patre, restituenda. secundum gl. magnam hic in secunda parte, vbi dixi. ¶ Secundò extende, & amplia non solùm, quando
d filia vellet constituere dotem pro se ipsa, sed etiam pro liberis [d] in causa, qua mater tenetur dotare filiam, & similiter in fratre, & multo clarius in patre, vt probatur hic in 1. q. vbi tetigi. ¶ Tertiò extende, vt procedat non solùm, quando pater vellet constituere dotem pro filia inter viuos, sed etiam in vlt. voluntate, vel testamento, vt probatur hic, & tetigi. s. in 4. not. ¶ Quartò extende nedum pro dote matrimonij temporalis, sed etiã pro dote matrimonij spiritualis, & sic ingressus monasterij, secundum Bar. & alios hic, & dixi in text. ¶ Quintò extende etiam si filia iam esset maritata cũ nulla, aut quasi nulla dote, vt tenui in text. contra Bart. ¶ Sextò extende non solùm ex causa dotis, vel dona. propter nup. sed etiam alimentorum, vel redemptione captiuorum, aut alia simili causa, secundum dictam glo. approbatam hic in vlt. parte, vbi dixi. ¶ Septimò amplia, vt procedat etiam, quando mulier nõ inueniret maritum condignũ, nisi omnia bona subiecta restitutioni daret in dotem, tunc posset secundum Bal. & Pau. de Cast. hic, & dixi s. ¶ Octauò extende, q hæc Authen. procedit non solùm donec filius, vel filia viuunt, imò beneficium huius transmittitur ad eorum hæredes, ſm Bal. & Pau. de Cast. hic. ¶ Nonò extende non solùm si fidei com. esset vniuersale, sed etiam si esset particulare, & purum, per rationem literæ, ſm Bal. hic. ¶ Decimò extende etiam si testator expresè prohibuisset alienationem, vt dixi in tex. in 5. notab. & ibi addidi. ¶ Vndecimam extensionem notabilem adde, vt procedat hæc Auth. etiã si alienatio esset prohibita expresè per statutum, etiam iuramento firmatum. Item amplia vltra istos, vt per Ang. in l. quidã ita in testõ. §. fi. ff. ad Treb. vbi dicit, q hæc Auth. non solũ habet locũ in causa dotis, vel dona. propter nup. sed in causa pia, quia potest alienari. ¶ Duodecimò extende etiam si talia bona subiecta restitutioni venirent restituenda Ecclesiæ, vel ad alias pias causas, secundum Bald. hic in 1. col. & Lud. Rom. in consi. 267. incip. circa id, de quo quæritur, an res d. Pau. &c. ¶ Tertiodecimò extende, vt procedat etiam in muliere sterili, secundũ Bal. hic in 1. col. quia substantia matrimonij non pendet ex liberis, quia habere, vel non habere liberos, est quid accidentale, qđ non vitiat. Confirmo, quia mulier licèt sit sterilis, vel sexagenaria, tñ habet etiã priuilegia dotis, per tex. expressum in l. assiduis. C. qui pot. in pig. ha. ibi, vel ab initio, quem ad hoc no. ibi Bal. & dicit non esse alibi in iure, idẽ no. Bar. in l. si quis posthu. in prin. per illum tex. ff. de lib. & posth. Bar. & alij in l. 1. ff. sol. mat. Bal. in l. 1, in 1. col. in fi. C. de priuil. do. & in l. 2. C. de iur. dot. ¶ Decimoquartò no. amplia istam Auth.
e vt procedat nedum in muliere, sed etiam in eius cessionario [e], cui mulier cessit iura dotalia, quamuis istud videatur beneficiũ personale, & diuersa sit inter ea ratio, ita sin. tenet Pau. de Cast. nec alibi legi, in consi. 130. incip. circa ea, quæ superius plenius tacta sunt. in vlti. dub. vbi assignantur tres rationes, ex quib. vna facit ad præsens propositum, quia ea, quæ sunt transmissibilia ad hæredes, sunt cessibilia. l. ex plurib. ff. de admi. tut. sed beneficium huius Auth. transmittitur ad hæredes, secundum Bald. & Pau. hic, & s. dixi in 8. extensione, igitur, &c. Tu caue licèt ab alio non inueniam declaratum, q istud argu. à fortiori non est bonum, nam multa transmittuntur, quæ non ceduntur, nec cedi possunt, patet clarè, nam actiones directæ bene transmittuntur ad hæredes. l. . C. vt act. ab hære. & contra hæredes. quia hę res fingitur eadem persona cũ defuncto. in Auth. de iureiuran. a mo. præst. in prin. & tamen actiones directæ non possunt cedi. l. quis ergo. ff. de pecu. & declarat gl. no. in l. 3. ff. pro soc. & Doct. in l. 1. post gl. C. de act. & oblig. item fideicom. vniuersale transmittitur ad hęredes. l. cogi. §. idem Metianus. ff. ad Trebel. & tamen non potest cedi. l. si mulier ita. §. ex asse. de iur. dot. bene verum est, q negatiuè procedit arg. ita clarè arguit Iurisconsul. in d. l. ex plurib. & ibi Bar. ff. de admi. tut. & puto, q ratio sit in promptu, quia cũ multa transmittantur, quæ non possunt cedi, certò negatiuè bonum est arg. à maiori ad minus: sed si arguatur affirmatiuè, est arguere à minori ad maius, qđ arg. non tenet hic, ergo non est bonum arg. affirmatiuè, sed bene negatiuè, hoc modo respõdeo ad difficultatem, quam mouet Bar. & indecisam relinquit in d. l. si mulier ita. §. ex asse. quicquid supra dicãt Imo. & Mod. in l. apud Iulia. §. vlt. ff. ad Treb. Cogita tamen, quia nõ reperio ab aliquo hoc tactum. ¶ Decimoquintò extẽde etiam in dote, in qua mulier habet fideiussorem obligatum, quo mediante est sibi consultum, nam licèt ista Auth. sit in subsidium adinuenta, ne mulieres indotatæ remaneant, & sic videatur, q prouisio ordinaria, & prouisio hominis debeat facere cessare prouisionem extraordinariam huius Auth. & sic legis, tamen, q etiam isto casu locum habeat ista Auth. tenet Pau. in consi. 13. incip. quia per supra scriptum eximium consultorem, ad fi. & plenius in consi. 131. incip. circa ea, quæ superius tacta sunt. Vbi pro hoc adducit. 6. prin. rationes, pręcipuè, quia fideiussor est adhibitus, vt magis sit cautum mulieri, ergo inductad ad augmentum, non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. Item, quia interuentus fideiussoris non tollit beneficium indultum à lege. l. 4. §. pen. ff. de manu. tit. generali. idem tenet Ludo. Rom. in sing suis in sing. 249. aliàs. 252. incip. ego habui casum mirabilem. ¶ Decimosextò, & vlti. extende hanc Auth. vt eius effectus perpetuò duret, adeo, q bona de-
f tracta ex fideicom. causa dotis [f] vel dona. propter nup. nunquã ad fideicom. reuertantur secundum Pau. de Castr. hic in 2. col. qui de hoc dicit esse casum fin. si bene inspiciatur, in d. l. mulier. §. cũ proponeretur. quem sic inducas: nam ibi dicitur, q debitũ dotis, vel dona. propter nup. censetur non esse in fideic. ergo ad
g fideic. peruenire non potest. ¶ Decimoseptimò [g] extende istam Auth. vt habeat locum in re emphy. quã pater potest dare filiæ in dotem, vel filiæ in dona. propter nup. sine consensu domini ſm Spe. & Io. And. tit. de loca. §. nunc aliqua. in vers. 109. vbi mouentur per plura, per hanc Auth. vbi res aliàs prohibitæ alienari, possunt tamen alienari ex causa dotis, vel dona. propter nup. idem tenet Host. in sum. sua in tit. de loca. § fi. in vers. nunquid ergo res emphyt. possit dari in dotem, & c. Io. An. in c. potuit. & ibi Imo. in 4. col. extra de loc. Albe. & Sal. in l. fin. & ibi dixi. C. de iure emphy. Pau. de Cast. in l. vsufructu. ad fi. ff. sol. mat. d. Alex. in consi. 172. in 2. vol. incip. viso themate, & scripturis & idem in fratre, secundum Bal. in l. voluntas. in 2. col. C. de fideicom. Vnde pondera, q prędicti Docto. dum alleg. istam Auth. ad hoc, innuunt, q etiam habeat locum in re emphyt. Intellige tamen de fratre, secundum qđ dixi in 4. not. ¶ Nunc istam conclusio.
33 tex. sic ampliatam limita quindecim modis. † Primò limita, vt
h solùm locum habeat in liberis testatoris, [h] vt hoc tex. in ver. liberis. secus in alijs, vt per Bar. & Doct. hic, & in §. quamobrẽ. reprobata gl. ibi in corpore huius Auth. imò non habet locum in parentib. testatoris, vel transuersalib. ſm Ang. hic, & dixi in text.
i in 4. not. ¶ Secundò limita [i] istã Auth. in lib. & sic nedũ in filia, sed

ADDITIONES.

a ¶ Dos recuperata. Soc. libr. 3. consi. 23. *in præsenti consultatione.* Dec. consi. 276. viso casu. & consi. 529. visis his. Ias. lib. 2. cons. 226. istæ duæ. PVRPV.

b ¶ Alimentorum. Adde, quæ scribit Soc. reg. 12. 13. amplia. & regu. 38. 4. fallen. Tiraq. tract. piæ causæ, priuile. 102. Cur. Iun. hic nu. 27. MASVER.

c ¶ De nouo. Alex. lib. 4. consi. 67. visis, & ponderatis.

d ¶ Liberis. Alex. lib. 3. consi. 3. viso passu. PVRPV.

e ¶ Cessionario. Adde Pau. de Cast. lib. 1. consi. 15. contra faciunt. dicta Soc. lib. 1. consi. 55. circa præsentem. col. 6. PVRPV.

f ¶ Causa dotis. Limita, quando essent alia bona, ex quib. filia posset dotari. Ita est de mente literæ hic, & ita Alex. lib. 1. consi. 56. 1. dub. PVRPV.

g ¶ Decimoseptimò. Amplia vltra istum text. 18. etiam in lucro dona. propter nup. siue ex statuto, Bal. hic, siue ex pacto. Soc. libr. 3. consi. 23. in præsenti, in 2. dub. PVRPV.

h ¶ Liberis testatoris. Adde, vt procedat nullis alijs bonis extantib. Alex. in l. filius. §. Diui. col. 3. vbi Ias. de leg. 1. in 2. q. PVRPV.

i ¶ Secundò limita. Adde Rub. Alex. consi. 124. nu. 3. vbi declarat qualiter, & quo casu possint res subiectæ fideic. alienari ex causa dotis, & inquit, licèt res subiectæ fideic. ex causa dotis alienari possint per tex. huius Auth. cũ simili. istud procedere videtur, vbi descẽdens illius, qui fideic. imposuit, de bonis non habet filias suas dotare non põt, de quo vide ẽt, q ponit Alex. cõs. 640. 1. MASVER.

Source : BIU Cujas

ſed etiam in nepte, vel pronepte teſtatoris, quæ ab auo, vel de bonis aui debeat dotari.l.dedit dotem. & ibi gl.& Bar. & Doct. ff.de colla.bon.l.& ideo.§.fi.ff.de in rem verſo.quando eſt auus paternus,ſecus in materno,ſic procedit glo.in l.fin. & ibi Bar.& Doct.C.de dot.promiſ. Bart.& alij in l.1.ff.ſolut.mat. Intellige, quando pater nō haberet bona,ex quibus poſſet dotare filiam ſuam,tunc bene ſpectat ad auum onus dotandi,ſed quādo pater haberet, vnde dotaret filiam,auus non tenetur,ſed pater,ſecundum Bal.hic,per id,qđ in ſimili voluit Iac.de Are.& Bar.in l.non quemad.ff.de lib.agno.Idem voluit Bal. & Sal.in l.fi.C.de dot. promiſ.Bal.in l.pater.per illum tex.cum glo.ff.de euict.Sal. in l.filiusfa.in id.ff.ad Maced.Iſtam deciſ.Bald.refert. & ſequitur d.Fran.de Are.in conſi.17.incip.viſis, & conſideratis diligentiſſimè.in 13.col.vbi addit tex.quem reputat ad hoc ſing.in l.profectitia.§.ſi filiusfa.el 2.ff.de iur. dot. reprobato intellectu gl.ibi, vnde iſto caſu ſi neptis inſtitueretur ab auo, nō haberet locum hęc Auth. cū in auo non fuiſſet obligatio dotandi, & per conſequens ceſſat ratio huius Auth.¶Tertiò limita iſtam Auth.nō
a habere locum pro redimendo [a] filio condemnato ex ſuo delicto,ſm Sal.Ang.& Pau.de Caſt.hic cū alijs alleg.ſ.in vlt.par.gl. vbi plenè tetigi. ¶Quartò limita iſtam Auth.non habere locū, quando res eſſet expreſsè prohibita alienari ex contractu inter viuos tali prohibitione, quæ impedit tranſlationem dominij, tunc non poteſt alienari etiam ex cauſa dotis.gl. eſt no.in l.nulla.& ibi Cy.& Bal.C.de iur.dot.& ibi Bal.in fi.dicit,ꝙ illa glo.eſt valde ſignanda, ꝙ actus inter viuos nō recipiunt interpretationem huius Auth.dixi.ſ.in 5. not. ¶Quintò limita iſtam Auth. vt ita demum locum habeat in donatione propter nup.quādo
b filius [b] adhuc patre viuente duxiſſet vxorē, & ſic donatio propter nup.erat cōſtituta in vita patris, & pater tenebat bona obligata, ſecus ſi poſt iniunctum onus fideicom. & poſt mortem patris filius vxorem caperet, quia non poſſet in bonis ſubiectis reſtitutioni conſtituere donationem propter nupt. ſecundum Ang.in Auth.vnde ſumitur hęc Auth.in prin.in vlt.col.tetigi.ſ. in 2.parte glo.reprobata opni.Io.de Ana.in conſi.61.de quo ſupra.¶Sextò limita iſtam Auth.non habere locum in bonis feudalib.c.1.§.donare.vbi Doct.qualiter olim feud.poterat aliena. & ibi Bal.expreſsè not.ꝙ iſta Auth. non habet locum in re feudali.cū concor.quas dedi.ſ.in text.in 5. not. vbi limitaui duob. notab.mod. ¶Septimò limita iſtam Auth. non habere locum in filia naturali,quia pater nō tenetur eam dotare,nec legitima debetur filijs naturalib.l.vxorem.§.pater naturalis.ff.de leg 3.ſecundum Bal.hic in 1.col.& ꝙ pater non teneatur dotare filiam naturalem,firmat Bar.in l.1.ff.ſol.mat.Bal.in l.fi.3.col.C.de dot. promiſ.& in l.qui liberos.ff.de rit.nup.Tu autem conſidera duo circa hanc limitationem.Primò,ꝙ idem Bal.in l.neq; mater.C. de iur.do.intelligit.d.§. pater naturalis.de filia naturali, quæ nō eſt inops,vt patet,quia ibi habebat fideic.aliàs ſm eum ſicut pater naturalis tenetur alere filiam naturalem inopem, Auth. licèt.C.de nat.lib. ita tenetur eam dotare vſq; ad congruā quantitatem,ex qua poſſit alimentari, ita Lud. in l.1.ff.ſol.mat.nam ſi ita eſt,ſequitur, ꝙ iſta Auth. poſſit etiam habere locum in filia naturali,vt patet ex text.ibi, *pro modo, & honeſtate perſonarum.* Secundò conſidera,ꝙ aliud eſt de iure cano. quo iure ſicut pater tenetur alere filiam naturalem.c.cū haberet.in fin.de eo,qui duxit in matri.quam polluit per adult. ita tenetur eam dotare, ita firmat Bar.& Imo.in l.Meuius.§.duob.in 3.q.ff.de leg.2. Bar. in l.fin.§.ſi à ſocero.ff.de his, quæ in frau.cred.& in l.fin.ff.de his quib.vt indi.& in Auth.ex complexu. C. de inceſt. & nefa.nup. & illud.c.ſeruatur etiam in foro ciui.in terris Eccle.in quib.ius canonicum eſt ſeruandum.ſm Imo.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.in 2.col.ff.ad Treb.vbi etiam. d.Alex.idem. d.Alex.in l.1.in 10.col.ff.ſol.mat.& in conſi.74.in 3.vol.incip.circa primum dubium vī prima conſideratione.in 2.& vlti.col.& d.Frā.de Are. in conſi.84.incip.reuocatur in dubium.in 1. colū. quicquid teneat Ang.de Are.in §.ius naturale.inſtit. de iur.natu.gen.& ciui. ¶Octauò limita iſtam Auth.non habere locum in filia hæretica,ſeu filijs hæreti.ſecundum Bal.hic,in fi.dicentem, ſecus eſſe in filijs iudæi,qñ tam pater quàm filius ſunt iudæi, alleg.gl.in l. & nihil.quæ eſt in l.ſeq.ff.de in rem verſo. ſequitur Lud. Rom. in l.1.ff.ſol.mat.bene facit,ꝙ vult Bal.in rub. C.de priui.do.in 2. col.ꝙ mulier hæretica non habet priuilegia dotis, mater tamē iudæa,& non ſolùm pater,tenetur dotare filiam orthodoxam, ſicut alere.l.cognouimus.C.de hær.gl.in l.neq; mater.C.de iure dot.& in l.fi.C.de dot.promiſ.Spec.in tit. qui fil.ſint legi.in ver. quid ſi pater.¶Nonò limita iſtam Auth. non habere locum in dote,vel don.propter nup.cōfeſſata.ita ſin.tenet Ang. in Auth. de reſti.& ea quæ parit.in 1.& 2.col. per gl.ibi dum dicit,dotem quā acceperit,per quam infert ibi Ange. ꝙ ſi maritus fuit confeſſus habuiſſe dotem ab ipſa muliere, & mulier fuit confeſſata habuiſſe donationem propter nuptias, & euenerit caſus reſtituendæ dotis, vel donationis ꝓpter nup.non habebit locū hæc Auth. quia pro tali dote confeſſata reſtituenda non poterunt alienari res ſubiectæ reſtitutioni. Facit,qđ vult glo.not in l.aſſiduis.cū gl.ſua in ver.tota.C.qui potio.in pigno.hab.quæ vult,ꝙ priuilegia dotis non habeant locum in dote confeſſata,& illam gl.reputat ſin.ad hoc Bald.in c.contingit.in 5.col. extra de dolo & contu.no.Bal.in rub.C.de priuil.dot.in 3.col.& in l.aliquis.in 2.col.C.de iur.delib. Cogita tamen,an hoc intelligi debeat ſm qđ limitat Bar.in d.l.aſſiduis.& diffusè Mod. & p̄ſertim.d.Alex. in l.1.ff.ſol.mat. ¶Decimò limita iſtam Auth. non habere locū in cauſa ſtudij ſui, vel filiorum ſuorum, quia pro expenſis ſtudij nō eſt licitum alienare de rebus ſubiectis reſtitutioni, vt ſin. limitat Ang.hic,in vlt.col.motus prę̄cipuè, quia pater ab initio nulla lege coarctatur ad ſubminiſtrandum filio expenſas ſtudij,ſicut tenetur ad dotem,vel donationem propter nuptias,& nihil aliud alleg.moꝙetur, quia ſumptus ſtudij non eſt ita neceſſarius ſicut ſumptus dotis, quia ordinatur ad ſobolem procreandam.l.1.ff.ſolut.mat. & ꝙ pater non teneatur ab initio ad expenſas ſtudij pro filio,firmat not.Bart.in l.de bonis.§.non ſolùm.ff.de carb.edi.Ang.& Lud.Rom.in l.1.C.eo.facit, qđ vult Bar.in l.quidam cū filium.ff.de verbo.obl. & dicit Pau.de Caſt. hic,qđ eſt ſpeciale,vt poſſit alienare fideic.qñ eſt factum de eo, qđ ſupereſt,alleg.ad hoc gl.noſtram hic,& tex.in l.Lucius.ff.ad Treb. ¶Vndecimò limita non habere locum in ſumptibus ex cauſa militiæ,nam filius inſtitutus hæres cū onere fideicō. vniuerſalis, non poteſt alienare de bonis ſubiectis reſtitutioni pro ſuſtinendo militiam,ſm Ang.& Pau.de Caſt.hic, & dicit Pau. de Caſt.ꝙ idem eſt in expenſa Doctoratus, & ratio, quia ad tales expenſas pater ab initio non tenebatur,vt per Barto.in l.1.§. nec caſtrenſe.ff.de colla.bon.Bald.in Auth.ex teſtamento. C.de colla.¶Duodecimò limita hanc Auth.quæ permittit alienare de bonis ſubiectis reſtitutioni, ex cauſa dotis vel dona.propter nup.niſi filius percepiſſet ex hæreditate fructus cōgruentes illis cauſis.tex.eſt not.in d.l.mulier.§.cū proponeretur.in fi.in ver.ꝙ ſi fructus.quem ad hoc ibi pōderat per rationem huius Auth. Raph.Cum.circa fi.& d.Alex.in 2.col. & ad hoc reputat illum tex.ſin.Ludo.Rom.in conſi.232.inci.quamquam.Intellige tñ, quando fructus extent, ita ꝙ poſſunt in dotem conuerti, aliàs ſecus.ſm Ang.& Raph.& Mod.in d.§.cū proponeretur. ſic etiā eſt de mente Bar.¶Decimotertiò limita iſtam Auth.non habe
c re locum, qñ pater in teſtamento [c] prohibuiſſet in indiuiduo alienationem etiam ex cauſa dotis,vel dona.propter nup.ita tenet in diſcurſu.d.Alex.in conſil.6.inci. conſideratis verbis teſtamenti.in 3.col.in prin.qđ eſt duplicatum in conſi.115. incip.vt ſ.nil alleg. ſed puto non eſſe verum, quia pater non poſſet expreſsè prohibere,ne iſta Auth.locum habeat, quia cū ſit debitor dotis,vel dona.propter nup. non debet eſſe in poteſtate teſtatoris tollere obligationem l.ſicut.C.de act.& oblig.& ſic iſta Auth.procedit ex defectu poteſtatis.ita in ſpecie declarat Pau. de Caſt.in conſi.13.incip. quia per ſupra ſcriptum eximium cō ſultorem,&c. Præterea ea, quæ ſunt inducta fauore publico,vt hic,non poſſunt mutari, vel tolli ex diſpoſitione teſtatoris.l.ꝙ de bonis.§.fin.ff.ad l.Falc.not.Bar.& Doct.in Auth.ſed cū teſtator.C.eo.& in l.nemo poteſt.ff.de leg.1. ¶Decimoquartò limita iſtam Auth.niſi filius, vel filia conſumpſiſſent dimidiam hæredita.quam pro legitima, & Trebel.poterant detrahere, quia tunc de alia dimidia hæreditatis ſubiecta fideicommiſ.non poſſet filius euellere dotem, vel donationem propter nuptias, pro ſe aut filijs ſuis,cùm ex illa conſumptione ſibi præiudicauerit, ſecus tamen eſſet,ſi filius viuo patre dotem recepiſſet, pro qua cùm vniuerſa bona patris veniant obliganda, vt per Barto. & Docto.in l.cùm dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſolut.matrim.certè ſi mortuo parte filius conſumeret duas partes hæreditatis, dehinc eueniret caſus dotis reſtituendæ, poſſet mulier capere de alia dimidia hæreditate pro ſua dote, excluſo fideic. ex quo omnia bona patris debent obligari pro dote mulieris, & maritus conſumendo, licèt ſibi, & filijs ſuis præiudicet, tamen non poſſet in altera præiudicare,ita determinat Pau.qui ſecundum hoc obtinuit, & plures alij ſecum,& conſuluit in conſi. 14.ſupra alleg.in 2.dub.& in conſi.ſeq.& plenius in conſi.131.inci.circa ea,quę ſuperius pleniſſimè tacta ſunt. qđ intellige ſanè, niſi

mulieri

ADDITIONES.

a ¶Redimendo. Adde Scar.in Authen. quod locum.char. ſecunda. C.de collationib. PVRPV.

b ¶Quando filius.Contra latè Soc.3.lib.conſi.23.& Decius conſi.376.videtur prima facie.Soc.d.conſi.23.in prę̄ſenti.Iaſ.lib.2.conſi.157.In cauſa. PVRPV.

c ¶Pater in teſtamento.Iſtam limitationem tenet Iaſ.ſibi contrarius in l.Titius. §.Diui.col.9. & 11. de leg.1.

* Et dic,ꝙ Iaſ.hic reprobari dicit Rol.conſi.85.nu.23.lib.1.contraque eum eſſe communem. MASVER.

Source : BIU Cujas

mulieri posset culpa imputari, dum videret maritum suum bona dilapidare,& incipere malè vti substantia sua,si non prouiderit,iuxta.l.si constante.in prin.& ibi Docto.ff.sol.matrimo.
a Decimoquintò limita,quando filius pro suis delictis [a] esset detrusus in carcerem, tunc non habet locum ista Authen.secundum Pau.de Cast.hic,in fi.Adde Pau.in consi.17. incip.in causa, quæ vertitur Parmæ. in 10.col.alleg.l.pater. in prin. & q̃ibi Bar.ff.de leg.3. & ita consului in ciuitate Bono. Per ista cũ laude omnipotentis Dei sit impositus finis huic Auth. quæ commentata fuit in studio Patauino die 20.Octobr. 1485.

ADDITIO.

a ¶Filius pro suis delictis.Extende istas limita.etiam si mulier rem prohibitam alienari,vellet pro se dari in dotem,quia dando dotem alienat. Alexan.lib.1. consi.56.repe.lib.2.consi.23.in fi.1.dub. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Quinque sunt species violentiarum,quædam est vis expulsiua, & quædam ablatiua,nu.3.alia est compulsiua, nu.4.alia turbatiua, num.5. alia verò est inquietatiua. nu.6.*
2 *An remedium.c. reintegranda.3.q.1. competat tantum pro rebus ecclesiasticis,vel etiam pro rebus profanis.*
7 *Quæ requirantur ad hoc,vt dispo.nostri tex. habeat locum.*
8 *Violentia an posßit probari per iuramentum.*
9 *Iuramentum an sit liquida,vel etiam legitima probatio, & nu.10.*
10 *Quæ dicantur legitimæ probationes.*
11 *In interdicto vnde vi non sufficit summaria,vel semiplena probatio.*
12 *Vbicunque.l. vel statutum aliquid inducit contra delinquentem, requiritur,quòd plene constet de tali delicto, ad hoc, vt tale statutum locũ habeat,& nu.13.*
14 *Dictio deinde,quid denotet.*
15 *In odium violenti admittitur libellus incertus.*
16 *Probato plene delicto violentiæ, statur de accessorijs iuramento damnũ passi.*
17 *Iuramentum patris præstitum parte aduersa inuita, probat plenè in duobus casibus.*
18 *Interesse,vel damnum insurgens ex aliquo delicto,vel maleficio, probatur per solum iuramentum damnum passi.*
19 *Si petatur damnum non ex delicto, sed ex contractu, an stabitur iuramento partis.*
20 *Ad hoc, vt iuramentum possit præstari à damnum passo, requiritur, quòd primo præcedat taxatio iudicis, adeo, quòd non sufficit taxationem postea sequi.*
21 *Iudex in taxandis damnis,& interesse,debet cõsiderare qualitatem personæ,& negotij.*
22 *Quæ practica erit seruanda, quando proceditur ad æstimationem rerum, quæ abreptæ dicuntur tempore violentiæ, & an requiratur partis citatio, scilicet tempore iuramen. præst.& tempore condemnationis fiendæ. nu.23.*
24 *Non est citandus ille, quo inuito actus potest expediri.*
25 *Dictio oportet, est dictio necessitatiua.*
26 *Iudex debet condemnare secundum taxationem iuratam, nec potest augere,nec minuere,nisi vellet reuocare taxationem,quam prius fecerat, sed an poterit reuocar e.nu.31. & 32.*
27 *Si damnum passus iurauit æstimationem rerum suarum,an pars aduersa poterit probare contra eum.*
28 *Si statuto caueatur,quòd in aliquo casu stetur iuramento alicuius, potest tamen probari contra.*
29 *Licèt stetur iuramento ignorantis de ignorantia, tamen potest probari contrarium.*
30 *Ex iuramento necessariò an oriatur actio, sicut ex iuramento voluntario,vel iudiciali præstito à parte in iudicio.*
31 *Iudex potest reuocare interlocutoriam,quæ procedit ex mera voluntate iudicis, secus si necessitetur ex dispositione legis.*
33 *Si seruata forma huius.l.iudex protulit sententiam,an poterit retractari ex veris, & iustis probationib.de nouo repertis.*
34 *Iuramentum in litem non præstatur, nisi in actionib. bonæ fidei, & in actionib stricti iuris,quæ sunt arbitrariæ.*
35 *Ad hoc,vt deferatur iuramentum damnum passo,requiruntur duo difficultas probationis, & delictum præcedens.*
36 *Stante statuto, quòd de furto facto scholari stetur eius iuramento de damno,non stabitur,si non constet de furto.*
37 *Stante statuto,quòd si aliquis fuerit derobatus in villa, quòd pro damno dato commune,& homines teneantur emendare damnum,si aliquis fuerit derobatus,non stabitur eius iuramento de damno sibi dato. nu. 38. & 41.*
39 *Si fiat furtum alicui de nocte, est præsumendum,quòd fuerint vicini,& poterunt torqueri.*
40 *Si reperiatur aliquis occisus de nocte, præsumitur, quòd vicini fuerunt illi, qui interfecerunt.*
42 *De iure communi an homines villæ, vel dominus castri teneantur emendare damnum datum intra villam, vel castrum.*
43 *Quando agitur contra tertium,& non contra delinquentem, non statur iuramento damnum passi, sed debet probari damnum.*
44 *Dispositio huius.l.an habeat locum in omni violẽtia, & in omni damno, nu. 46. & 47.*
45 *Si aliquis dominus infert bellum vassallo suo indebitè,aut eum banniret indebitè,& pro isto actu res mobiles istius,& supellectilia subijcerentur sacco, an staretur iuramento damnum passi.*
48 *An ista lex habeat locum in contractib.& nu.49.*
50 *An & quando interesse probetur per solum iuramentum.*
51 *An facultas iurandi de qua in hac.l.transeat ad hæredem damnum passi,& nu.52.*
53 *Stante statuto,quòd de damno stetur iuramento damnum passi, tale iuramentum competeret hæredi.*
54 *An facultas iurandi transeat contra hæredes damnum dantis.*
55 *An à taxatione iudicis possit in casu isto appellari.*
56 *An à iuramento præstito per partem possit appellari.*
57 *An.l.nostra procedat siue agatur ciuiliter, siue etiam criminaliter.*
58 *Stante statuto,quòd si fiat furtum in villa,omnes teneantur, non habebit locum,quando delinquerunt omittendo.*
59 *Ad hoc,vt dispositio.l.nostræ procedat,requiritur, quòd interueniat dolus, & non sufficeret culpa, vel dolus præsumptus.*

Vnde vi. Rubrica.

LEX IX.

SI quando. Ista lex est vtilis,& primò expediam text. & eliciam ex tex.quæcunque no.colligi potuerint, dehinc veniam ad materiam, & apparatum, qui erit amenus. Ista lex continuatur secundum Bar.& Fulg.ad leges præcedentes hoc modo.Supra in legibus præceden.visum est de modo procedendi,& quibus pœnis afficiantur inuasores violenti. Nunc Imperator intendit declarare,qualiter probetur violentia, & qualiter probetur de damnis,& interesse cõtra inuasores. Nec per hoc intro illum articulum, an legis ad legem
* necessaria sit continuatio, quia *communiter tenetur*, quod non, sed est ad bene esse. Summarium dic, vt per Bar.hic,vel sic,& plenius.Si de violentia commissa reus conuincatur, & damnũ illatum tempore inuasionis probari non possit,tunc iudicis taxatione præcedente statur iuramento damnum passi de damnis,& interesse.hoc dicit plenius quàm Bar. Vel & tertiò. Violentia probata de rebus ablatis, statur iuramento actoris taxatione iudicis præcedente.hoc dicit & tertiò, & concord.text.in cap.fin.extra,quod metus causa. vbi est idem text.qui hic,& ibi Can.post gl.plenius attingunt materiam,concord. etiam tex.in c.in primis.in versi.gloriosus 2.q. 1. & pone casum in violentia expulsiua,vel in violentia ablatauiua, vt probat text.ibi, super rebus abreptis,vel inuasis.An autem possit intelligi in violentia compulsiua, vel in violentia inquietatiua, vel in violentia tur-
1 batiua,dicetur infra,& erit pulcher passus. ¶ Præmitto, † q̃ habemus in iure ciuili, & in iure cano. qninque species violentiarum, quædam est expulsiua, & ista propriè cadit in rebus soli, & pro tali violentia proditum est interdictum vnde vi, com-
2 petit etiam remedium ex.l.si quis in tantam.C.eo. † Item competit remedium condictionis ex canone reintegranda.3.quæst. 1.de cuius remedij veritate, quia in practica sæpe occurrit, an competat tantum pro rebus ecclesiasticis, vel etiam laicis, est decisio Cano.in c.cùm ad sedem.extra de resti.spol.ponit sing. Bar.in l.si coloni.C.de agr.& cen. & plenius quam alibi Ludo.
3 Rom.vbi alij post eum,in l.rem quæ nobis.ff.de acq.pos† Alia est violentia ablatiua, & ista habet locum in rebus mobilibus, & pro ista competit actio vi bono.rapt. de qua in titu. vi bono. rap.& de ista etiam loquitur ista lex, ibi, *super rebus abreptis, vel*
4 *inuasis*,& in istis duabus nemo dubitat.† Quædam est violentia compulsiua, quando compellitur aliquis aliquid dare, vel tradere,& tunc competit actio quod metus causa, aliquando directa,aliquando vtilis, & an isto casu habeat locum ista lex,erit
5 pulcher articulus,& dicam infra. † Alia est violentia turbatiua, & ista dicitur committi, quando duo, pluresue prætendunt se possessores eiusdem rei,& vnus turbat alium,& si ista violentia cadit in rebus immobilib. proditum est interdictum vti possid. vt toto tit.vti poss.si autem in reb.mobilib.competit interdictũ
6 vtrobi,& ista est differentia inter istos tit.¶ † Vltima est violentia inquietatiua,quando aliquis, qui non est possessor, nec prætendit se possessorem, inquietat tñ me in meo ædificare, vel clam,

Source : BIU Cujas

clam, vel apertè, & tunc competit interdictum quod vi aut clam. & de istis quinque speciebus interdictorum est gloss. in l. 1.C.quod met.causa.& gl.plenior,& ibi Bart.in l.extat. ff. quod met.causa.& gloss.magistra.in cap.ad audientiam.in glo. 2.extra quod me.causa.Et omitto,q̃ Bart.dicit,q̃ non sunt species separatæ,sed sunt qualitates. & de istis videbitis. ℈. nunquid ergo intelligatur in furto ista. l.℈. dicam. ¶ Pone casum . Aliquis per violentiam expulit me de domo, egi contra eum interdicto vnde vi,vt s̃.dixi,vel condictione ex.l.si quis in tantam.vel condictione.d.cap. reintegranda. & petij restitu. illius domus. Item quia in illa expulsione multas res perdidi, & passus sum alia damna,pro quibus peto mihi satisfieri,& æquum est,q̃ satisfiat,vt dicit tex.in l.1.in prin.& melius in §.illud.ff.de vi, & vi arma.& sic sequor primam lect. Bald. his sic stantibus probaui plenè per testes, vel per confessionem partis de violentia commissa,sed de rebus subreptis non possum probare per testes, respondetur,vt in text. quia secreta patrimonij nostri debent esse occulta.tex.est in l.2.C.quando, & quibus debe.4.pars.quomodo probabo æstimationem rerum perditarum, dicendum est,
7 vt in tex.hic est casus.¶† No. ex tota ista. l. quæ copulatiuè requiruntur ad hoc,vt locum habeat ista lex.Primò,q̃ violentia plenè prob. Secundò, q̃ taxatio fiat à iudice super damnis, & interesse. Tertiò, quòd iuretur secundum formam taxatam. Quartò,quòd sequatur condemnatio, secundum iuramentũ,
8 vt in tex.hic,& in d.cap.fi.& ibi.d.Ant.& ibi alij post eũ. ¶† Secundò not.ex prin.istius.l.q̃ violẽtia commissa, & sic delictum principale debet plenè probari, vt probat tex. in verbo patefacta, & gloss.exponit.i.liquidè probata,& sic requiritur liquida probatio,ergo non sufficit probatio per iuramentum, quia illa probatio solùm sufficit quãtum ad probandum damnum,
9 & interesse,sed violentia debet plenè probari. ¶† Et ex hoc infert solus Sal.hic probari in tex.iuncta ista gl.1.quòd iuramentum non est liquida probatio,& sic vbi à lege,vel statuto in aliquo casu requireretur liquida probatio, per iuramentum non sufficeret. An autem iuramentum sit legitima probatio, posito,q̃ non sit liquida, ita vt veniret appell. legitimæ probationis,habemus gl.reputatam sing.quæ tenet,q̃ non, in l.cùm de indebito.in prin.gl.paruæ,in vers.legitimis.ff.de proba.& glo.in §.quadrupli.in ver.duplicantur.instit.de act. & gl. in c. statutũ. §.cùm vero.in vers.per proprium iuramentum. de rescr. in 6. & bonum tex.in l.fin.§.licentia.el.2.vbi dixi.s̃.de iure delibe. & tex.in cap.2.extra de proba.ponit in specie Lud.Ro.in l.admo. ff.de iureiur.vbi ipse tenet oppositum,& malè.vt dixi in d.§.li-
10 centia. ¶† Quæ autem dicantur legitimæ probationes,est gl. ord.in l.proprietatis.in vers.legitimis.C.de proba.Teneo,& cõcludo,quòd iuramẽtum non sit nec liquida,nec legitima probatio,imò nec species probationis, sed releuatio ab onere probandi.vt est gloss.in rub.de iureiu.& gloss.in cap.si quis.in glo.in vers.absoluendi.si de inue.int.do.& vasl.is oria.& ibi Bal.not.& plenè Bald.in cap.1.§.conuenticulas.de pa.iur.fir.& idem Bald. in rub.C.si cert.pet.& in l.actor. C.de proba.& alibi sæpe, q̃ iu-
a ramentum[a] non sit propriè probatio,est tex.in l.non erit.§.dato.ibi,quasi &c.ff.de iureiu.& ita no.ibi Saly.& Ludo.Rom. & Bald.in rub.ff.de iureiu.ad idem bo.text.in l. sed & si possessori. §.fi.ibi *perindeque haberi,quod iuratum est, atque si probatum esset*.ff. de iureiu.& ille est bon.tex.facit etiam tex.not.in cap.forus.circa med.extra de ver.sig.& ibi no.Pan.& dixit,q̃ ibi est tex.quòd illa dicitur propria probatio, quæ fit per testes, vel per instrumentum,sed illa quæ fit per iuramentum,non dicitur propria
11 probatio.¶† Tertiò no.in prin.ibi,patefacta.hic esse tex. secun
b dum Sal.q̃ in interdicto vnde vi [b] non sufficit summaria, vel semiplena probatio, imò plena requiritur probatio, quamuis illa sufficiat in interdictis possessorijs,quomodo istud intelligi debeat,non attingo hic, remitto vos ad gloss. ord. & magn. in l.1.vbi latè Bart.& Doct.s̃.quo.bo.& Bar.in l. 1.ff.quo. bo. &
12 l.2.§.fin.cum si.C.vbi in rem actio.¶† Quarto prin.not.ex eo.
c tèx.in vers.patefacta,[c] esse hic tex.secundum Bal. quòd vbicunque lex,vel statutum aliquid disponit,vel inducit contra delinquentẽ,vt habeat locum dispositio illius legis,vel statuti,opor
13 tet,q̃ de illo delicto plenè probetur,tex.est hic.† & per hoc infert Bald.hic esse tex.q̃ si statuto cauetur,q̃ contra homicidas possit iudex certo modo procedere,puta sine indicijs,oportet statim constare plenè,q̃ homicidium sit factum, & q̃ homo sit occisus.& ista deci.Bald.satis cõfirmatur,& decisio no. Bar. in l.Diuus.per illum text.ff.de re mili .vbi dicit,si statuto cauetur,q̃ contra instrumentum nihil possit opponi,opportet constare,q̃ sit instrumentum,vnde posset opponi, q̃ non erat notarius ille,qui confecit.illud potest probari per q.Bart.& Doct. hic, dum loquitur de villa & castro, si quis sit derobatus &c.
14 vbi oportet, quod plenè sit probatum de delicto. ¶† Quintò
d no.ibi,deinde.q̃ dictio deinde[d] cùm sit denominatiua cuiusdã ordinis,videtur probare, q̃ primò iudicatum fuerit super violentia, deinde actum sit ad damna, & interesse de per se. Istud non videtur posse procedere,per.l.4.C.depos. quia lata sententia super principali,non possunt amplius peti expensæ,quia debentur officio iudicis,quod expirat lata sententia,ideo Bar. saluat exemplificando duobus modis, vt hic per eum, & *cum eo omnes transeunt*,tenendo primum sensum, qui magis conuenit
15 literæ. ¶† Vnum tamen perpetuò no.ad intellectum istius le
e gis, q̃ quando damnum passus [e] agit ad damnum & interesse, non est necesse,q̃ in libello exprimat, quas res amiserit, etiam parte opponente, sed opus est, quòd postea in processu liquidentur,secundum istam legem,ita in effectu concludit Inn. licet multum se inuoluat,in c.2.vltra prin.in glo. 2.sua. extra de ordi.cogni.quem referunt,& sequuntur Alb.de Ro. Io. Fab.& Ang.hic,& respõdet Io.Fab.ad l.in actione.ff.de furt.quæ vult, quòd exprimantur res furto subtractæ, quia respondetur ex mente Inn. quòd iste libellus incertus specialiter procedit hic in odium violenti, & ista conclusio potest optimè comprobari vltra eos ex eo,quod in simili dicimus, q̃ quando incertitudo procedit culpa conuenti,tunc libellus incertus vagus & obscurus admittitur etiam parte oppo.l.j.§. quia autem.ff.quorũ legato.sed ista incertitudo procedit culpa conuenti.ergo,&c.
16 ¶† Sextò no.ex tex.q̃ probato plenè delicto principali,[f] de ac
f cessorijs postea statur iuramento damnum passi,& secundum hoc habetis in hac.l. casum no. & dicit Cyn. quòd est miraculum, in quo iuramentum non in defectum semiplenæ probationis præstatur,imò obtinet vim plenæ probationis, etiã non voluntariè præstito iuramento,imò inuita parte,de hoc etiam est glo.in c.dilecti.in glo.fi.de fo.compe.& sic est hic tex.in quo quis est testis in causa propria, & in quo quis in causa propria plenè probat,& sic est cõtra duas regulas speciales. Prima reg.
g est,[g] q̃ vnus testis nunquam plenè probat, etiam si esset Senator.l.vbi.ff.de test.& in c.in nomine domini.eo.tit. Secũda reg.
h est, q̃ in causa propria [h] non potest quis esse testis. l. omnib.s̃. de test.imo nec iudicium facere.iux.gl.& Bar.in l.deferre.§.idẽ decreuerunt.ff.de iur.fisc. tamen est hic text. in quo vnus testis etiam in facto proprio plenè probat in odium violenti, vt di-
17 cetur in glo. † Et licèt dicat Cyn.istum casum esse mirabilem, tamen similem casum habetis, in quo sumitur iuramentum partis,& plenè probat,tex.est in §.sancimus. in Auth. de admi. col.7.vbi finito offic.iudi.debet stare in sindicatu per 50.dies,& resarcire damna iniustè illata.Pone,q̃ Potestas ante recedit,statur iuramento eorum,qui passi fuerunt damnum, & multum no.Io.de Imo.& Io. And.in c.fi.quod me.cau. de quo dixi in l. vnica.C.vt omnes iud.tã ciui.quàm mili.&c. & ratio est, quia ibi fuga officialis facit,vt stetur iuramento damnũ passi. multos alios casus ponit Lud.Rom.in repe.l.admonendi. ff.de iureiu.in 16.& in vlt.colum. qui non faciunt ad propositum, vbi ignorantia,& similis probatur per iuramentum, de quo ponit
18 Bar.in l.si cui.§.eisdem.ff.de accu. ¶† Septimò not.q̃ interesse, vel damnum insurgens ex aliquo delicto, vel maleficio probatur per solum iuramentum damnum passi.de quo.℈. latè dice-
19 tur.¶† Quid autem si peteretur damnum non ex delicto, sed ex contractu,an stetur iuramento?est glo.in l. semper.§. in hoc interdicto.ff.quod vi aut clam. quæ alleg. pro fin. sed ℈. allega-
20 bo concor. ¶† Octauò no.ibi,taxationem à iudice factam.hic esse tex.quòd ad hoc vt iuramentum possit præstari damnum passo,requiritur,q̃ primò præcedat taxatio iudicis,adeo quòd non sufficeret taxationem postea sequi? & ita consului in ciui. Mediolani, nec iuramentũ conualidaretur ex taxatione posteà sequuta,& ita in specie nota.Sal.hic.& Can.in d.c. fin.vbi in specie.d.Ant.in 4.& 5.not.& Imo in 4. no.& est glo. in l.videamus.§.pen.in vers.ex magna causa.ff. de in lit. iur. sic etiam est in iuramento expensarum, quia requiritur, q̃ præcedat taxatio.tex.est in §.oportet.in Auth.de iud.& in Auth. hodie. C.de iudi.

ADDITIONES.

a ¶Quòd iuramentum.Adde Lud.Rom.in l.admo.ff.de iureiur. Fran. de Are.in c.2.in 2.no.de proba.

b ¶Vnde vi. Adde Lanfran.in rep. c.quoniam contra falsam.de proba.

c ¶Patefacta. Adde Fel.in c.quoniam contra.col.10.de proba. PVRPV.

d ¶Dictio deinde.Adde.l.si quis arbitratu.ff.de verb.obli.Card. in c. fi.in j.not. de consue. Idem Car.in cle.2 in 3.not.de rescr.Rapha.Cuma.consi.61.incip. Petrus hæres. PVRPV.

e ¶Damnum passus.Adde Pan.in c.cùm dilectus.23.col.in fi.de ord.cog.

f ¶Delicto principali.Vide 4.limitationes Curtij in l. admonendi.col.93.ff. de iureiuran.

g ¶Vnus testis.Adde plures casus,in quibus creditur vni testi.de quib.per Fely. in c.veniens.in 7.col.de testi.

h ¶In causa propria.Adde.l.nullus.de testi.

Source : BIU Cujas

a iudi. ſecus eſt in iuramento [a] affectionis, in quo taxatio iudicis poteſt præcedere,& ſequi.d.l.videamus.§.iurare.& §.ſequ.& ratio diuer.eſt,quia vt dicit Bar.hic,iuramentum de quo hic, eſt
21 veritatis,&c. ¶† Nonò no.ibi, pro perſonarum, atque negotij qualitate,ꝙ iudex in taxandis damnis,& intereſſe debet conſiderare qualitatem perſonæ,& negotij,& ſic multum relinquitur arbi.iudi.& ita declarant etiam Can.in d.c.fin. quia non eſt credendum,ſi pauper dicat ſibi ſubreptas margaritas.dicunt ēt Hoſt.& Pan.in fin.illius.c. ꝙ in iſta taxatione debet iudex non ſolùm conſiderare qualitatem perſonæ damnum paſſæ, ſed ēt debet conſiderare qualitatem perſonæ, quæ dedit damnum, an ſit ſolita dare damnum,& ita probat text. ibi, pro qualitate
22 perſonarum. † Item no. practicam procedendi ad æſtimationem rerum, quæ abreptæ dicuntur tempore violentiæ, quia primò dicitur iudex taxare,poſteà præſtare iuramentum,poſt-
23 eà facere condemnationem,vt hic in tex. ¶† Nunc operæpretium eſt,videre,an pro iſtis omnibus expediendis requiratur citatio partis ſ.tempore iuramenti præſtiti, & tempore condemnationis fiendæ:omiſſis verbis, iſta eſt veritas, ꝙ tutius eſſet ad omnes iſtos actus partem citare,ſed neceſſitatis eſt,ꝙ pars citetur,quando iudex vult facere taxationem,per reg.l. ita Diuus. cū ſim. ff. de adop. tempore autem iuramenti non requiritur, ꝙ pars citetur,licèt eſſet bonum facere, quia etiam ſi pars eſſet præſens,non poſſet obuiare diſpoſitioni, eo quia lex ſic mandat, ſecus tamen eſſet in iuramento neceſſario, quia ſemper pars debet citari,quia eſt dubiū,an debeat referri reo,vel actori,vt dicā ī l.admo ff.de iureiu. iſta oīa tradūt dñi de Ro.in deci.287.ſecundum ordinem nouum.aliàs in deciſi. 94.ſecundū ordinem antiquum.& ita ſequitur Imo.in d.c.fin.in 10.col.extra quod met.cauſa.& ita conſuluit.d.Alex.in conſi.130.incip.
difficultas huius negotij.in j.vol. & pro iſta deci. ratio eſt, licèt
24 ipſi non dicant, nos habemus reg. † ꝙ nunquam oportet citare eum,quo inuito poteſt actus expediri.tex. eſt not. in l.4.§.illud.ff.de fideicō. lib.& facit regula, qui poteſt inuitis.ff.de reg. iur. ergo cùm iuramentum de quo hic poſſit præſtari inuita parte,non requiritur citatio,& iſtud eſt, quòd in pulchro ſimili dicit Pau. de Caſt. à quo didici, in conſi. 225.incip.in Chriſti nomine,ſuper j.dub.videtur dicendum,ꝙ legitimatio,& c.vbi Pau.confirmando vnam deciſi.Bar.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.in vlt.col.ff.de lib & poſthu.aſſignat rationem,dum dicit Bar.ꝙ in legitimatione requiratur citatio eorum,de quorum præiudicio agitur, tamen princeps poteſt legitimare ſine citatione de plenitudine poteſtatis,ratio eſt,quia etiam ſi pars eſſet præſens,non poſſet contradicere, quando princeps ita deliberauit de plenitudine poteſtatis.ſtat ergo regula,ꝙ non oportet
25 citare eum, quo inuito poteſt actus expediri. ¶† Vltimo not. ibi,& ꝙ huiuſmodi iureiu. dato, &c. ponderando dictionem,
b oportet,[b] quæ eſt neceſſitatiua.gl.eſt in d.l.admo.ff.de iureiu.& glo.in l.j.ff de iuſti.& iur.ꝙ quando præceſſit taxatio iudicis, & detulit iuramentum damnum paſſo,teneatur in tantum condemnare,quantum fuit iuratum,nec in plus aut minus,aliàs dicit Bal.ꝙ faceret litem ſuam,& eſt glo.in d.c.fi. & vltra hoc,ꝙ teneatur parti,dicit ibi Inn.ꝙ talis ſententia eſſet ipſo iure nul-
26 la, & ibi *omnes ſequuntur*. ¶† Limitat tamen ſing. iſtum text. & iſtud no.Inn.ibi,& eſt ſing. limitatio ſecundum Pan. ibi in vlt. col. ꝙ iudex debet condemnare ſecundum taxationem iuratam,nec poſſet augere vel minuere, dicit Inn. ꝙ eſt verum,niſi iudex vellet reuocare taxationem,quam prius fecit, quia poteſt in illa ſententia, antequam deueniat ad condemnationem tanquam non legitimè factam ab eo, & ratio, qua mouetur eſt,quia illa taxatio iudicis dicitur ſententia interlocutoria,ſed iudex poteſt tollere, & reuocare eius ſententiam interlocutoriam.l.ꝙ iuſſit.ff.de reg.iur.cap.cùm ceſſante.extra de appe. ergo poterit reuocare iſtam taxationem, & per conſequens iuramentum,& ſi dicis,quomodo poteſt procedere dictum Inno. nonne eſt cōtra tex. in §.oportet.in Auth.de iureiu.& in Auth. hodie.C.de iud.vbi nullo modo poteſt reuocare iuramentum præſtitum,quia non debet iudex eſſe mitior,quàm ſit ipſa lex, quia reſpondet Imo.ꝙ iſta iura procedunt, quando iudex vellet reuocare iuramentum ſtante tamen taxatione ſua,non poteſt,ſed ſi vellet reuocare taxationem poſſet,ita procedit dictū ſuum,& ſi dicatur,iſta deciſio eſt contra tex. in l.non erit.§. dato.ff.de iureiu.quia reſpondet Inn.& bene in hoc,ꝙ illa regula procedit in iuramento voluntario,ꝙ defertur à parte parti, ex
c quo oritur poſteà [c] in factum actio,tunc iudex non poteſt amplius reuocare, ſed nos loquimur in iuramento neceſſitatis, ꝙ ſuccedit in locum probatio.ꝙ poteſt reuocare,per regu.l.proprietatis.C.de proba.Iſtam opi.Inno.tenet Io.And.in d. c.fin.& ibi.d.Ant. in pen.col.iſtam eandem limita. tenet Io.de Imo.in l.quod inſſit.in 3.col.ff.de re iud.& idem Io.de Imo.in l.ait prætor.§.1.circa fin.ff.eo. Eandem ſequitur.d. Alex.ſimpliciter in l. qui bona.§.qui damni.in pen.col.ff.de dam.infec. Pro iſta opi.
27 † adde multum bene facere vnum, quod ſin. dixit alibi Ang.
d ad intellectum iſtius legis,in l.qui vas. [d] in prin. ff.de fur. per illum tex.in ver.fur vas protulit.vbi dicit Ang.ꝙ cùm de iure cō muni per iſtum tex.diſpoſitum ſit, ꝙ de damno,vel de robaria ſtetur iuramento damnum paſſi, pone ꝙ damnum paſſus iurauit æſtimationem rerum ſuarum tantùm valere,an aduerſarius, qui damnum dedit, poſſit probare contra eum. Et dicit Ang.ꝙ ſic & dicit,ꝙ probat hoc modo,quia ibi erat cōtentio, ex quo dominus dicebat rem tantum valere, fur obtulit rem, per eius exhibitionem conſtitit de valore,ergo patet,ꝙ admittitur probatio in contrarium. Sic etiam in ſimili dicit Ange. in Auth.de exhi.re.in prin.per illum tex.ſtatutum eſt,ꝙ pro damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi vſque ad 10. libras, an iudex poſſit non ſtare iuramento?& dicit,ꝙ poteſt diminuere condemnationem.imò plus Ang.in l.qui reſtituere. ff.de rei ven.per illum tex.in ver.vlla taxatione.cum glo. dicit, ꝙ ſtante dicto ſtatuto,poſſet iudex recedere in totum à dicto iuramento,quando videret, ꝙ eſt calumnioſum, quia maleficijs hominum eſt obuiandum.l.in fundo. ff.de rei ven. Pro hoc facit regula Io And.in c.ſtatutum.§.cùm verò.de reſcriptis.in 6. in no
28 uella. † Et idem Io.And.in addi.Spec.in tit.de offi. iud.§. fin.in ver.6.vbi dicit,licèt ſtatuto caueatur,ꝙ in aliquo caſu ſtetur iuramento alicuius,tamen poteſt probari contrarium. ſic in ſimili plenè Iac.de Are. Ang.Imo.Pau.de Caſt.& Lud.Ro.& dom. Alex.in l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam.infec. latè examināt, tamen *communiter* concluditur,ꝙ ſic Et in ſimili Bal. in l.j. C.ſi aduer.lib.in l.j C.de reb.cre.& in l.cōtra negantē.C.de l. Aquil.
29 † ſicut etiam in ſimili dicit Bar.in l.ſi cui.§.eiſdē ff.de accuſ. rectè ponderans, vbi dicit, licèt de ignorantia ſtetur iuramento ignorantis,dicit,ꝙ poſſet probari contrarium,ꝙ imò ſciuit,& eſt glo.in c.2.in glo.j.ver.affecta.de tempo.ord.in 6. tamen iſta
30 ſimilia non ex toto veniunt directò ad dictum Inn.¶† Not.ex iſta doctri.Inn.quòd quamuis ex iuramento voluntario, vel iudiciali præſtito à parte parti oriatur actio.l.actori. C.de reb.cre. tamen ex iuramento neceſſario, ꝙ defertur in defectum totalis probationis, vt hic, & in iuramento in litem de affect. non oritur actio. de quo tamen fuit quæſtio, & controuerſia inter Glo.antiquos,vt eſt gl.in l.nam & poſtea.in prin.& ibi latè Bar. ff.de iureiu.vltra Inn.habemus gl. fi.in §. præterea quaſdam. in ver.ex arbitrio.inſti.de actio.per quam glo.ita tenent Ange. & Lud.Rom.in l.2.ff.de iureiu.& Bar.& Sal.in d.l. nam & poſtea. §.fin.& in terminis Bar.in l.in actionibus.ad fin.ff.de in lit.iur.& Bal.in Auth.hodie. C.de iud. ¶ Videamus nunc,an iſta limitatio Inn.ſit vera,quia ſi eſt vera,mirabiliter limitat iſtum tex.Addo,ꝙ contrarium tenet ſub dubio tamen fortè Io. de Imo. in d.l.qui bona.§.qui damni.& multum latè Io.de Imo. in d.c. fi. in 7.9.& 10.col. idem tenet ibi contra Inno. d.Abb.Pan.in vlti. col.idem tenet do.Alex.Imo contra morem ſuum ſibi contrarius in l.admonendi.34.col.ff.de iureiu.Et contra Inno. primò facit ſecūdum Imo.in d.§.qui damni.& d.§. oportet.in Auth. de iudi. ꝙ in odium contumacis poſtquam iuramentum eſt præſtitum,non poteſt iudex amplius mutare,ita hic in odium inuaſoris non debet poſſe iudex nec iuramentum, nec taxationem reuocare,& reſponſio Imo.ad illum tex.non multum facit. Et licèt Imo. fundet ſe in illo tex.quia illud ſit in odium cōtumaciæ,eſt reſtringere illum tex. qui loquitur indiſtinctè etiā in non contumace.Secundò cōtra Inn.mouetur Imo. in d.c.fi. nā tradita eſt forma hac.l.in d.c.fi.ꝙ probata violētia debet fieri taxatio à iudice,poſtea damnum paſſus debet iurare,tūc ſic, ſi aduerſarius tempore factæ taxationis per iudicem non appellauit,certè poſt iuramentum præſtitum, cùm lex neceſſitet iudicem ei iubendo, vt hic in litera, certè iudex nō debet poſſe mutare taxationem, quia imputandum eſt parti, quæ non appellauit,maximè ſtantib.ſupra dictis,quia dixi,quòd tempore taxationis debet pars citari, ergo iudex non debet poſſe reuocare taxationem, maximè cùm lex mandet condemnationem ita debere fieri, vnde iudex non debet eſſe mitior ipſa lege,vt

ADDITIONES.

a ¶Iuramento.Adde Alex.lib.1.conſi.213.col.3. PVRPV.

b * Dictionem oportet.Adde gl.in ver.oportebit.in c.2.de lit.conteſt.lib.6.Bal. in 1.conſt.C. Arch.in c.nō oportet.3.q.9.Ant.de But.in c. nam concupiſcentiam.de conſt.Abb.in c.1.de lib.obla. Abb.in c.ſuper inordinata.de præben. Abb.in c.ſi qui teſtium.de teſt.Abb.in c.fi.de iureiur.

c ¶Oritur poſteà. Adde Bar.in l.fideiuſſor obligari.in §. qui certo. ff.de fideiuſ. Bald.in Auth.ad hoc.C.de vſu.Inn.in c.nouit.de iud.Arch.in c.ſunt nonnulli. 1.quæſt.1. PVRPV.

d ¶L.qui vas. Adde Pan.in c.cùm dilectus.col.24.de ord.cog.Fely.in c.pro præſenti.3.col.ver.3.limita.de proba. PVRPV.

Source : BIU Cujas

ge,vt dicit tex.in illo.§. oportet. ergo ſententia in contrarium non debet valere,quia eſſet cõtra ius.l.j. & ij.ſ. quando prouo. non eſt neceſ. l.j.ff.quæ ſen. ſine app. reſcin. tamen iſta iura loquuntur, quando ſententia eſt contra ius, & error iuris eſt expreſſus in ſententia.Tertiò contra Inn. Pan.in d.c.fin.in vlt.col. facit duo fundamenta, primò ponderando dictionem oportet,ergo,&c.ſecundò mouetur,quia in iuramento in litem eo quia eſt affectionis,bene verum eſt,ꝙ poteſt mutare,quia non detegitur periurium,ſed nimia affectio.l.videamus.§.pen.ff.de iureiur. tñ in propoſito noſtro detegeretur periuriũ, ergo, &c. vt ſup.dixi.& tenendo iſtam opi. contra Inno. ad fundamenta
31 Inn.facile eſt reſpondere. † Et ad primum dum dicebat, ꝙ talis taxatio eſt ſententia interlocutoria,quam poteſt iudex reuocare,quia reſpondeo illud eſt verum, quando eſt interlocutoria,quæ procedit ex voluntate iudicis,ſed quando neceſſitatur ex diſpoſitione.l.tunc non poteſt reuocare. Non obſt. aliud,ꝙ licet.l. mandet ſtari iuramento alicuius, tamen poteſt probari contrarium,quia eſt magnum dubium, vt latè ſcribunt Imo. Lud.Rom.& d.Alex.in d.l.qui bona. §.qui damni. ſed dato, ꝙ reg.ſit vera,reſpondet ibi Imo.ꝙ eſt vera,quando tale iuramẽtum eſt delatum ex diſpoſitione.l.vel ſtatuti,abſente,& ignorãte parte,ſed in caſu noſtro pars debuit citari,vnde ſi non appellauit à taxatione,ſibi imputet,ego reſpondeo aliter vltra Imo. ꝙ illa reg.procedit,quãdo.l. ſimpliciter diſponit debere ſtari iuramento alicuius, ſecus quando lex, vel ſtatutum diſponeret debere ſtari iuramento alicuius, & procederet vltra diſponendo,neceſſitando debere ſtari illi iuramento,vt in caſu.l.noſtræ, tunc non habet locum illa reg.ita no.limitat Bal.in c.1.in prin. ſi de inue.inter dom.& vaſſis oria.& ſentit idem Bal.in l.1.in 1.
32 col.ſ.de reb.cred.& ſic retorqueretur arg.contra Inn.¶† Quid tenendum?puto in tanta difficultate poſſe ſic concludi, ſaluo ſemper ſaniori iudicio,aut quærimus an iudex poſſit reuocare talem taxationem ex officio ſuo parte non inſtante nec requirente, & dico ꝙ non: aut quærimus an poſt taxationem iudicis, & iuramentum partis poſſit iudex diminuere taxationem per eum factam, parte requirente, & adducente bonas probationes, quòd taxatio ſit iniuſta, & iſto caſu teneo ſententiam Inn.ꝙ ſic,imò debeat,& vltra Inn.& vltra.ſ.relatos addo,quòd iſtud idem tenet Spec.in tit.de expen.§.poſtremo.ad fi.prin.ita etiã tenet Pet.de Anch.in c.finem litib. extra de dol. & contu. Ita etiam tenet.d.Alex.in d.l.videamus.§.fi.in pen.& vlt.col. & pro iſta ſentẽtia facit deci.Ang.ſ.relata.in d.l.qui vas. & in alijs locis præallega. & pro iſta ſententia diſputationis gratia facio fundamentum retorquendo contra Pan. id,quod ipſe dicit ad ducẽdo.d.l.videamus.§.pen.iuncta.l.fi.ff.de in lit. iur. nã poſtquam præſtitum eſt iuramentum in litem de affectione, dicit. l.fi.non *facile quæritur de periurio eius,qui in litem iurauit*,cum ergo tex.in d.§.pen.dicit,ꝙ poſtquam quis iurauit in litem,iudex nõ poteſt de facili retractare,vel diminuere iuramentum, ſed bene ex cauſa,puta ex probationib.nouiter repertis,ergo per illũ tex.limitabitur lex noſtra, vt iudex teneatur ſequi iuramentũ, verum eſt niſi ex cauſa, puta propter probationes nouiter repertas,quia non eſt nouum, ꝙ vna per aliam declaretur. l.non eſt nouum.& l.ſed & poſteriores.ff.de leg.Et ſi tu reſpondes,vt reſpondet Pan. ꝙ ibi loquitur in iuramento affectionis,in quo non detegitur periurium,ſed inordinata affectio,ſed in caſu noſtro detegeretur periurium,ergo,&c. & iſta eſt ratio Barto. ibi, in d.§.pen.& Can.in d.c.fin. & glo.in c.1.ſuper verbo docuerit. de elec.lib.6.quæ aſſignat iſtam eandem rationem, & ita tranſit vniuerſa ſchola Legiſtarum & Cano. quia ego reſpõdeo,ꝙ iſta ratio eſt falſa,nam dicunt Doct.præalle.ꝙ dictus.§.pen.habet locum in iuramento affectionis, ꝙ arguit inordinatã affectionem, quia iſtud procederet,ſi poſt tale iuramentum iudex ſolùm poſſet diminuere,ſed tex.ibi dicit, ꝙ in totum poteſt recedere à iuramento,ergo etiam illo caſu ita arguitur periuriũ, ſicut & in caſu noſtro,maximè quia ibi præceſſit taxatio iudicis, ſm ꝙ ibi ordinariè dicetur reprobata glo. ibi, quæ videtur tenere contrarium. Et ſic concludo veram eſſe ſentẽtiam Inn. ꝙ in caſu.l.noſtræ,ſi afferantur probationes ad inſtantiam partis, iudex diminuere poteſt taxationem, & facit, ꝙ dicã in ſeq.
33 ¶† Quid autem eſſet ſi ſeruata eſſet forma iſtius.l.quia probata violentia iudex taxat,pars iurauit, & iudex lata ſententia ſecutus eſt taxationem & iuramentum, an talis ſententia poſſit rẽtractari ex veris,& iuſtis probationibus de nouo repertis. iux ta.l.admonendi.ſ.de iureiu.& l.Imperatores.cum ibi not. ff.de re iud. iſta q. differt à præcedenti, quia ibi non erat lata ſententia,intelligas tamen iſtam quæſtionem,quando ſententia tranſiuerat in rem iudicatam,an retractaretur.Bar.ſing.in d.l.admonendi.in 3.col.ad fi.in 2.opp.prin.tenet,ꝙ non,& dicit,ꝙ in deciſione illius l. ſi ſit lata ſententia ſecundum iuramentum præſtitum,quæ tranſiuerit in rem iudicatam,non poteſt retractari per nouas probationes, & idem dicit in iuramento in litem de affectione,& reſpondet ad regulam.l.admonẽdi, vt procedat, quando ſententia eſt lata prætextu iuramenti ſolùm præſtiti ex inopia probationum,tunc bene talis ſententia poteſt retractari per nouas probationes, ſed in caſu noſtro iuramentum eſt præſtitum non ſolùm propter defectum probationis, ſed etiã propter delictum violenti inuaſoris, & ſic propter duo. & iſtã opi.Bar.tenet ibi Ang.& d.Alex.in 34.col.& d.Ant.in c.fi. extra de iureiu.& Bal.in l.videamus.§.1.in lect.antiqua. ff.de in lit.iur. & pro iſta opi.adde gl.in d.l.videamus.§.pen.in gl. mag. in ver. ex magna cauſa.in pen.parte.ff.de in lit.iuran. quam ad hoc ibi no.Ang.& d.Alex. in fin.an tamen illa glo. iſtud probet,vel ne, erit locus ſuus ibi.Et iſta opi.Bart.eſt ſing.declaratio ad iſtam.l. ſi vera eſt,tamen non probatur aliqua.l.& contrarium probat, d.l.videamus.§.pen.ideo Fulg.in d.l.admonen.& ibi Lud. Ro. in 15.col.tenent contrarium,nihil tamen ſufficienter alleg.ideo parum proderit eorum auctoritas,ibi dicetur: an autem à tali ſententia poſſit appellari,tangam.j.ſaltem remiſſiuè. & ex iſtis remanent expediti text. ¶ Venio ad glo. & in primis opponit Barto. contra iſtam legem de.l.in actionib.ff.de in lit.iuran.vbi
34 ponitur regula, † quòd iuramentum in litem non præſtatur niſi in actionibus bonæ fidei,& in actionibus ſtricti iuris,q̃ ſunt arbitrariæ.reſpondet Bar.vt hic per eum.Saly.hic in 3.q. tenet, ꝙ imò iuramentum,de quo hic, eſt iuramentum affectionis, non veritatis,& dicit ita tenere Cyn.hic.nihil aliud alleg.in lect. mea.Cyn.nihil dicit,puto ꝙ Bar.bene dicat, *vt communiter etiam tenent* Canoni.in d.c.fi.intelligas tamen ſanè Bart. quia viſus eſt ſentire,quòd actio,vel interdictum vnde vi,de quo hic,non ſit arbitrarium,& ſi iſtud voluiſſet Bar.malè diceret,quia interdictum vnde vi eſt arbitrarium,quia tex.eſt in l. qui reſtituere. in fi.ff.de rei vend.imò quælibet actio ſtricti iuris poteſt effici arbitraria, ſaltem aptitudine, vt declarat Bart.in l.ſi cùm dos.§.j. ff.rerum amot.& melius Io.Fab.in §.præterea quaſdam. inſtit. de acti.& Bar.in d.l.in actionibus.3.col.debet ergo intelligi Bartol.quòd iſta lex loquitur in alio iuramento,quam in iuramento de affectione. & non voluit dicere, ꝙ interdictũ vnde vi nõ poſſit eſſe arbitrarium,poſteà Bar.etiam opponit,& reſpondet diſtinguendo,aut petita eſt res, aut æſtimatio, vide hic per eũ. tenet tamen Bar.ꝙ iſta lex poteſt procedere omni caſu,ſiue ad rem,ſiue ad æſtimationem agatur, vt dixi.ſ. in 6.not. & quòd hic eſt caſus,ꝙ illi, qui nihil probauit,creditur virtute iuramenti,& addo bo.glo.in c.dilecti.de fo.compe. ¶ Glo.in ver.manifeſtet.diuiditur in duas. Primò colligit ex tex. regulam,ad quã allegat plures concord. In ſecunda remouet vnum contrariũ.
35 Secunda ibi,regulariter autem contra. ¶† In eadem glo.ibi,in fi.no.ex glo.ꝙ ad hoc vt locum habeat deciſio huius.l. & ſic vt præſtetur iuramentum damnum paſſo, requiruntur duo copulatiuè.Primò difficultas probationis.Secundò delictum precedens, quo caſu odio delinquentis præſtatur tale iuramentũ. Sed dicet aliquis, quãdo dicetur adeſſe difficultas probationis, & quando non, vt ſciatur,quando habeat locum iuramẽtum, de quo hic?Bar.ſing.in l.in actionibus. ff.de in lit.iur.in prin.vlti. colum. dicit, quòd vbicunque res non poſſunt ad oculum demonſtrari,vel quia ſint perempte,vel quia non extent,ſemper dicitur adeſſe difficultas probationis,allega. ad hoc. l. cùm res. §.pen.ff.de leg.1.& l.in actionibus,& l.nummis.ff.de in lit.iur.& eſt iſtud multum no. & in practica iudices ſolent multum errare, & illam doct. refert, & ſequitur ſimpliciter ſolus Io. Fab. hic,& apud Canon. in iſto propoſito noſtro refert,& ſimpliciter ſequitur Io.de Imo.in d.c.fi.in 6.col. extra quod metus cauſa. ¶ Ex iſta glo. noſtra inquantum dicit in odium delinquentis,dicit Bar.pondera,quia oportet prius conſtare de delicto,&
36 per hoc inducit Bar. † ad quæſtionem de ſtatuto diſponente, quòd ſi ſit factum furtum ſcholari, quòd de damno ſtatur iuramento ſuo,vt eſt Bononiæ,pone,ꝙ non conſtet de furto, an habebit locum ſtatutum,certè non, vt hic per eum. addo, ꝙ iſtud idem per hanc legem tenet ipſe Bar.in l. Diuus.ff.de teſta. mili.& not.Bald.in l.j.in j.colum. C.de reb.cred.& facit,ꝙ not. Bald.in iſta.l.& retuli.ſ.in tex.adde etiam,quod no.Bar.in l.fi.in
37 fin.ff.de in lit.iur.& dicetur.j.& erit pulcher paſſus.¶† Succeſſiuè pro intellectu glo.huius.l.quærunt Doct.omnes de tali quæſtione. Statutũ eſt, ꝙ ſi aliquis fuerit derobatus in ciuitate, vel in villa,vel in caſtro,quòd pro damno dato in tali villa, commune,& homines teneantur emendare damnum,pone,quòd aliquis fuit derobatus in villa,& iſtud plenè probat, ſed res ſibi derobatas non poteſt probare, nec quantum fuerit ſibi derobatum, nunquid de damno ſtabitur iuramento damnũ paſſi? per iſtam.l. Bart.hic dicit, quòd glo. in d.l.in actionib. & in l.in bonæ fidei.ſ.de reb.cred.videtur dicere, ꝙ ſic.Iaco.de Are.qui fuit Doct. Parmen. quem referunt Cyn. Alex. & Canoniſtæ in d. c.fi. tenet, ꝙ iſto caſu debet ſtari iuramento damnum paſſi:

mouebatur,

Source : BIU Cujas

mouebatur,quia non est dubium,quòd contra malefactorem probato maleficio de æsti. rerum staretur iuramento damnũ passi,tũc sic, villa tenetur ex quasi maleficio.l.j.§. summa cum vtilitate.ff.de his,qui deie.vel effu.l.ex maleficijs. in prin. ff. act. & obli.ergo probato maleficio, debet contra eam iurari,sicut iuraretur contra malefactorem.secundò allegabat text. in l.ne quid.in ver.testari.ff.de incen.rui.nau. intelligendo verbum testari pro simplici attestatione damnum passi , contrarium tenent omnes Doct. hic,& Antiqui, & Nouissimi, & cõtrarium tenent omnes Can.in d.c.fi. extra ꝙ met. cau. ꝙ imò, quando villa tenetur ad maleficium commissum,ꝙ de damno non stetur iuramento damnum passi,quia in l.nostra requiritur, ꝙ cõstet de delicto,sed villa non tenetur de delicto,sed de quasi delicto,ergo,&c.& dicunt Doct.hoc probari in l.quæ requirit difficultatem probandi, & odium delinquentis, sed villa non est illa,quæ deliquit,ergo,&c.alle.l.j.ff.quando ex fal.tu. ex quo apparet non obst.arg.Iac.de Are.quia dato,ꝙ villa sit in culpa,sola tamen culpa nõ sufficit,sed requiritur verus dolus.l.in actionibus.ver.planè.ff.de in lit.iur.Ange. pulchre in Auth. si quis in aliquo.C.de eden.Non obst.etiam.d.l.ne quid.quia gl.ibi intelligit testari,idest per testes idoneos,& tunc contra Iac. de Are. facit, & etiam contra eum probat ille tex. in versi. probauerit.

38† Et *communis sententia* est contra Iac.de Are. ꝙ non statur iuramento damnum passi,quando villa tenetur ex statuto, & subdit Alb.hic,ꝙ iudiciorum vsus approbat istam opin. & ꝙ ipse sic de facto obtinuit.ita etiam tenet Bar.in l.ne quid.ff.de incẽ. rui.nau.& in l.1.ff.fur.aduer.nau.& Bar.post Dyn.in d.l.j.ff.quãdo ex fact.tut.& Bar. in l.semper. §. in hoc interdicto. qui est.§. fi.ff.quod vi aut clam.& Bald.in c.1.§.conuenticulas.de pa.iur. fir.in vsi.feu.etiam tenet in terminis Io.And.in addi. Spec.in ti. de rap.circa prin.Ex ista communi doctri.Bar.& Docto.habes sin.limitationem ad istam.l.& ad c.fi.vt sit verum, quando agitur immediatè contra ipsum delinquentem , secus si ageretur contra tertium,qui teneretur pro delinquente, etiam non habet locum ista lex,ita in specie limitat Bar.in d.l.semper. § fi. & in l.j.quando ex fac.tu.alleg per Bar.hic,& Ang.& Io Fab.hic: puto aduertendum,& imò videtur, ꝙ tenetur ex delicto proprio,& non ex quasi delicto,& sic, ꝙ habeat locum ista. l.quia regula est,quam tradit Bar.post Iac.de Are. in l. si ita testamento.§.fi.per illum tex.ff.de fun.instr.vbi fit mentio de vicinis , dicit, ꝙ vbicunque robaria seu damnum committitur in aliquo territorio villæ,ꝙ tunc illi de villa dicuntur commisisse tale delictum, quia tunc nisi aliud appareat,præsumuntur ipsi de villa, & possent torqueri,si procederetur in criminalibus , vt dicit Bar.in l.fi.ff.de quæstio.& in simili facit,quod dicit Bar. in l.dominus horreorum.circa fin.per illum tex.ff.loc. vbi dicit Bart.

39† ꝙ si fiat furtum alicui de nocte,est præsumendum,ꝙ fuerint vicini,& possunt torqueri,& ita etiam dicit Bar. in l.1.ff.fur.adue.nau.& no.Bal.in l.1.in prin.in bona lect.C.loc.vbi dicit, ꝙ illi vicini debent torqueri,de quibus magis suspicatur.Idem Bal.

40 in l.pignus.C.de pign.act.¶† Et ad hoc comprobandum facit, ꝙ vult in l.1.in vlt.no.per illum tex. ff.de vi pub. vbi dicit, ꝙ si reperiatur aliquis occisus de nocte,ꝙ præsumptio est,ꝙ vicini fuerint illi,qui interfecerũt,& est præsumptio,ꝙ sit ille vicinus, qui habet cadauer apud ostium suum, ꝙ est not. sing. sic ergo in proposito illi de villa dicuntur commisisse delictum, ideo si conueniantur, videntur conueniri ex proprio delicto , non autem ex quasi delicto , & ꝙ contra eam debeat iurari in forma istius.l.postquam est probatum delictum, alij non tangũt, posset responderi,ꝙ Doct.præsupponunt, ꝙ delictum sit commissum per alios,quàm per homines ipsius villæ,& tunc cessat argumentum, sed istud est restringere decisionem Docto. qui

41 generaliter loquuntur. † Ideo dico sic, quando non constat,q̃ sint illę personæ,quæ fecerint talem robariam,homines de villa dicuntur feciſſe delictum,est verum præsumptiuè,& est vehemens coniectura,sed ad hoc, vt possit contra aliquem iurari,requiritur,ꝙ sit vere delinquens,& ꝙ sit in vero dolo,sed iste est dolus præsumptus , ergo non debet habere locum ista lex, quia non sufficit dolus præsumptus,vt dixi s.ad hoc,vt habeat locum ista lex,& ista sol.satisfacit: vel aliter & tertiò respondendo dico,ꝙ licèt præsumptio sit,non tamen est præsumptio, ꝙ omnes deliquerint,& tamen omnes tenentur,ergo contra omnes non potest habere locum istud iuramentum , & sic habes aliam limita.ad istam.l.ꝙ ad hoc,vt habeat locũ ista lex,requiri

42 tur,ꝙ arguatur verus dolus. ¶† An autem de iure communi, quando non adesset aliquod statutum,vt præsupponũt,an homines villæ tenerentur emendare damnum , vel dominus castri,vide Bar.post gl.in l.nequid.ff.de incen.rui.nau. vbi etiam alleg.gl & tex.in §.quoniam verò.in Auth.vt nulli iudi.lic.& Bal. in l.si quis non dicam rapere.in 4.col.C.de epi.& cle. & Bal. in d.c.2.§.conuenticulas.de pac.iur.fir.& Bald.in l.fin.C.de cap.& Io.And.in reg.non debet.in mer.lib.6.& latè d.Ant.de But. vbi mare magnum,in c.1.extra de restitu. spo. & est expedita gl. &

43 per consequens dicta Doctorum.¶† Retenta communi sentẽtia,& vera,quando agitur contra tertium,& non contra delinquentem, ꝙ non stetur iuramento damnum passi , sed debeat probari, videndum est,quomodo debeat probari.Cy. hic in fi. dicit,ꝙ poterit probari per socios,& domesticos , qa licet aliàs repelliantur,tamen isto casu in subsidium admittũtur, per tex. in l.consensu. versi. super plagijs. s. de repu.& l.quoties.& l.de submersis.C.de nauf.lib.11. *& cum Cyn. tenent omnes Doct. hic,* & Can.in d.c.fi.subiungit etiam Bar. ꝙ tali casu sufficeret probatio per coniecturas,nisi visum fuerit per aliquos,qualiter in hospitium aliquis detulit res in valisia, iuxta l.3.§. idem Diuus. ff. de test.quia propter tales coniecturas deferretur sibi iuramentum,ex regula legis admonendi.ff.de iureiur.& in l.in bonæ fidei.C.eo.vide Bar.hic in fi.Adde Bar.idem concludentem in l. quoties.per illum tex.C.de nau.lib.11.& Spe.in tit.de fur.ad fin. & in tit.de pig.§.j.in ver.& no.cum ver.seq.facit,quod no. Bar. Ang.& Mod.in l.si quis ex argentarijs.§.pen.ff.de eden.& quod

44 no.Bal.in l.j & in l.certi iuris.C.loc.& in rub.C.depos.¶† Quæro successiuè,an dispositio istius l. habeat locum in omni violẽtia,& in omni damno. Cyn. hic in j. q. & expressius Alber. de Ros.qui cum eo tenet,videtur distinguere,aut agitur ad interesse,ꝙ factum sit aliquid indebitè,quod fieri non debuit,& tũc dicunt, quòd probato dolo statur iuramento damnum passi, per.l.semper.§.in hoc inrerdicto.ff.quod vi aut clam.& gl.con similis in §.fin.instit.de verb.obl.aliàs si cõueniatur ad interesse, non quia fecerit,sed quia omiserit,& tunc sit secus,non respondent tamen directò quæstioni formatæ , ideo ego dico, ꝙ ista lex.& d. c.fi. proculdubio locum habent in violẽtia expulsiua, vt probat iste tex.in versi.inuasis.Item in violentia ablatiua , vt est tex.in ver.abreptis.& in istis duabus nemo dubitat.item habet locum in violentia compulsiua, vt probatur in d.c. finiuncta rub.sub qua ponitur,secundum Inno. Host. & alios Cano. ibi, & secundum eosdem habet etiam locum in omnibus alijs violentijs tam inquietatiuis,quàm in turbatiuis,dummodo arguatur verus dolus: & idem quòd ista lex habeat locũ in omni genere violentiarum,firmat apertè Sal.hic,in 5.q.Ang Ioan. Fab.& Fulg.hic, & quod habeat locum in omni genere violentiæ & clãdestinitatis,tenet expressè Bal.in l.vnica.C.de sen. quę pro eo, quod interest. in 13. vel 14. col. ver.modo contra hoc oppo.quintodecimò, & est vltima oppo. quam faciat ibi Bal.

¶ Subijciunt etiam in specie Inno.& Host.in d.c. fin.ꝙ haberet

45 locum ista.l. & ille tex. † si aliquis dominus terræ inferret bellũ subdito suo,vel vassallo suo indebitè,aut eum banniret indebitè,& pro isto actu res mobiles istius,& supellectilia subijcerentur sacco , quia staretur iuramento damnum passi , & dicit ibi Pan.ꝙ ista sunt no.solus do.Ant.de But.ibi contradicit in hoc,

46 &† considerat in hac materia duplex iuramentum,quoddam est , ꝙ præstatur super quantitate rerum perditarum , hoc est, quot aut quantæ res perditæ fuerint,& tunc tenet dom.Ant.ꝙ tale iuramentum non præstetur damnum passo , nisi in vi expulsiua,& cõsequenter in interdicto vnde vi, & vi ablatiua, & cõsequenter in actione vi bonorum raptorum , in alijs autem violentijs concludit,ꝙ non habeat locum ista lex Quoddam

47 † est iuramentum, ꝙ præstatur super æstimatione rerum perditarum , & tunc habet locum in omni genere violentiarum, tamen in hac sua differentia dom. Ant.loquitur sine ratione,& propterea Ioan.de Imo.in d.c.fi.in 4.col.& d. Pan.in 5. col.irridentes reprobant istam opi.d Ant.& tenent , ꝙ ista lex habeat locum in omni specie violentiarum,vt s. dixi.¶ An autem ista

a lex habeat locum in furto, a videretur,ꝙ non,quia ista iura loquuntur,vbi fit violentia q̃ non cadit in furto, vnde qa exorbitant à regulis communibus,vt prædixi, viderentur non extendenda,tamen Inno.& Host.in d.c.fi concludunt,ꝙ ista iura etiã habeant locum in furto,per identitatem rationis,cùm præcedat delictum,& difficultas probatur,& istud fuit de mente gl. in d.c.fin. ponderando ibi verbum ex maleficio, ergo in furto, idem tenent ibi alij Cano. & concludit ibi Imo. ꝙ siue agatur actione furti,siue condictione furtiua ad rem. iuxta.l. si pro fure.in prin.ff.de condi.fur.vtroque casu habent locum ista iura. item,ꝙ habeant locum in furto, firmat expressè Bald.in c.1.§. iniuria. in 4.col.de pa.iur.fir.in vsi.feu.& idem Bal. in l.si res.C. de ord.cog.& expressè Ang hic,& expressè do.Alex.in l.ij.ff.de dam.infect.post Lud.Rom.ibi,qui nihil decidit, quia tunc habebat de facto,& bene facit,quod decidit Bald.in l.j. C.ꝙ met. cau.

ADDITIO.

a ¶In furto.Limita in furto præsumpto.Fel.in c. sicut.col.5.versi. quarta declaratio.de reiud.

Source : BIU Cujas

cau.& optimè facit.l.cùm furti.cum gl. ff.de in lit.iur. bene facit tex.noſter in ver.damno.iuncta regula, quæ habet, ꝙ vbi fit mentio de damno,ſub tali dictione etiam continetur furtum, vt no.Lud.Rom.in illa.l.ij.per illum tex. ff.de dam.infect. quānis contrarium teneat Bal.in l. nauta. §.fi. per illum tex. ff. nau. cau.ſta.vbi tex.ponit copulam inter damnum,& furtum,qu ę cadit inter diuerſa.de veritate videatur Lud.Rom.& d. Alex.in
48 d.l.2. ff.de dam. infect. ¶† An autem iſta iura habeant locum in contractib.ſi ex cōtractu argueretur dolus & perfidia,& adeſſet inopia probationis. Exemplum , ſi aliquis intraret hoſpi-
a tium, & deponeret penes hoſpitem valiſiam [a] ſuam clauſam, & ſigillatam,in qua haberet res ſuas,& forte pecunias, vel ſi ali quis ſcholaris,quando recedit,poneret capſam ſuam in domo alicuius, & tempore reuerſionis redditur valiſia diſſigilata , & capſa aperta, ſcholaris arguit dolum, difficile eſt probare æſtimationem, & quantitatem rerum , an iſto caſu ſtaretur iuramento damnum paſſi præcedente taxatione,vt dicit tex.Inno. Hoſt.& alij Can.in d c.fi.concludunt,ꝙ ſic,& expreſsè ſequitur Bar.in l.in actionib.in vlt.col.& ibi Bal.in lect.antiqua. & Lud. Rom.ff.de in lit.iur.idem tenet Ful.in l.cùm furti.co.tit.& Spe. in tit.de fur.§ j.in ver.quid ſi reus.eſt verum,ꝙ Bar. variauit, & contrarium tenuit in l.j.§.j.ff.fur.aduer.nau. & fortè melius, &
49 ibi inter cætera adducit Bar.†quia hoſpes tenetur ex quaſi maleficio, ideo dicit, ꝙ faceret poni ad torturam hoſpitem & famulos,de quo etiā vide Bar.in l.j. §.ſi ciſta. per illum tex. ff.de-
50 po.Bal.in rub.C.depo.& in l.j.C.loc.¶† Extra autem caſus prę
b dictos an,& qñ intereſſe probetur per ſolum iuramentum,[b] & quando non,recurratis ad gl.in d.l.ſemper.§.in hoc interdicto. & in d.§.fi inſti.de verb.obl.ponit Ioan.Fab. & Bal.in l.vnica.in 14.col.C.de ſen.quæ pro eo,quod intereſt. Spec.in tit. de fruct. & intereſſe.in §.viſo.ad fin Can.in c.dilecti.poſt glo.ibi,extra de for.compet.& quod not.Barto.in l.j.in prin. & alij poſt eum.ff.
51 quemad.teſta. aper. ¶† Quæro ſucceſſiuè,an facultas iurandi, de qua in iſta.l.& in d.c.fi.tranſeat ad hæredem damnum paſſi, ſi mortuus eſt damnum paſſus antequam iuret, tāgit ſolus Io. Fab.& nihil decidit.ſolùm alleg.l.generaliter. in prin. C.de reb. cred.& illa.l.probaret,ꝙ non, ibi,*cùm multum diſcrepet iuramentū hæred.à principali ſacramento*,& Bal.ibi no.ex illo tex. quòd facultas iurandi non tranſit ad hæredem,quia ſæpenumero legali viro ſuccedit perfidus,& iniquus hæres, iſtis non obſtātib. teneo, ꝙ indiſtinctè facultas iurandi tranſit ad hæredem damnum paſſi.ita expreſsè determinat Pau.de Caſt.Lud.Ro. & d. Alex. in l.pen.§.fi.per gl.ibi no.fi.ne quis eum,qui in ius voc.eſt,vi exi mat.& bene facit regula,quam ex illa gl.ibi no.Bal.& Ang.ꝙ licet facultas iurandi non tranſeat contra hæredem illius, qui dānum dedit.l.pen.& fi.s̄.de in lit.iuran.& dicam nunc,tamen facultas iurādi bene tranſit ad hæredes damnum paſſi. & pro iſta ſententia facit optima ratio,in qua fundatur veritas iſtius deciſionis, quia quando iuramentum debet de neceſſitate præſtari per iudicem,eo quia.l.ita diſponat, vt hic, & d.c.fin.& ſic iuramentum defertur ex diſpoſitione.l.nos habemus regulam,ꝙ l. ſemper loquitur,& eſt in viridi obſeruantia.l.Arriani. C.de hæreti. ergo diſpoſitio talis legis ita loquitur tempore hæredis,ſicut tempore primi damnum paſſi , ergo omni caſu habet lo-
52 cum,† ſecus in iuramento,quòd non defertur à lege,ſed ex cō ſenſu partiū,& ſic in iuramento iudiciali, vel voluntario, quia tunc non tranſit ad hæredes,quia ſi ego fui confiſus de legalita te defuncti,non tamen ero contentus de hærede eius,ita loquitur d.l.generaliter,& quod ibi no. Bal.& ita in propoſito noſtro etiam tenuit melius,quàm alibi Lud. Rom.in conſi.290. incip. in caſu propoſitæ conſultationis breuiter dicendum dictum Fran.& c.& idem Lud in l.qui bona.§. qui damni.in additionibus nouis.ff.de dam.infect.idem tenet Bal.in loco ſtatim allegādo. ¶Et per fundamentum,ꝙ feci,ꝙ quando facultas iurandi conceditur à l.tranſeat ad hæredem,quia.l.ſemper loquitur,in
53 fero,† ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ de damno ſtetur iuramento damnū paſſi,quòd competeret tale iuramentum hæredi, ita in terminis Lud.Rom.in conſi.proximè alleg.& in l.4.§ fin.ff.de iureiu. & in d.l.pen §.fi.ff.ne quis eum, qui.quamuis in hoc vltimo cōtrarium expreſsè tenuerit Bal.& malè in l.3. in prin.ff.de iureiu. motus per doct. gl. no.in l.idem Pomponius ſcribit ſi frumentum.§ fi.in ver.appareat.ff.de rei vend. vbi dicit glo. ꝙ facultas declarandi libellum non tranſit ad hæredes, & ad iſta adde, ꝙ no.Bal.in l.2. ff.de condi. indeb. ¶Limita tamen ſing.prædictā conclu.ſecundum Bal.in cap.1.in 1.col.per illum tex.ſi de inueſtit.inter do.& vaſal.lis ori. & eſt dictum multum rationabile, etiam ſi millies non eſſet authoritatis Bal.vbi dicit Bal. formaliter,nota, ꝙ licet ius probandi per ſacramentum tranſeat ad hæredes,illud eſt verum,quando hæredes ſunt in tali conditione,qui poſſint iurare,eo quia ſint bene informati,aliàs nō,ideo oportet,ꝙ eſſent tales hæredes , qui morati eſſent in domo defuncti,& geſſiſſent negotia defuncti, quia quis anceps non de-
54 bet ſubire iuramentum.¶† Quid autem ècontra,an iſta facultas iurandi tranſeat contra hæredes damnum dantis.licèt Ioan. Fab hic loquatur ſub dubio fortè,veritas eſt,ꝙ ſi lis erat cōteſt. contra defunctum,qui damnum dedit,tunc tranſit, aliàs ſecus per regulam.l.vnicæ.C.ne ex deli.defun.quia etiam dolus dicitur crimen.gl.in l.j.ff.de fideiuſſ.tu.& ibi Bar.facit.l.pe.& fi.C.de in lit.iur.& ita determinat Bar.in l. in actionib. ff. de in lit.iur.in duob.locis in pen. & vlti. col. & quantum ad hoc alij ibi idem
55 tenent.¶† An autem in caſu iſtorum iurium poſſit appellari, & ſic an taxatione iudicis præcedente poſſit appellari,ſecundò nunquid à iuramento partis,vel ſaltem à ſententia,quę poſteà fertur ſecundum iuramentum,breuiter à taxatione iudicis poteſt appellari, ratio, quia taxatio, quæ fit à iudice,committitur arbi.iudi.tanquam boni viri,qui habeat taxare ſecundum qualitatem perſonarum,ſed regula eſt,quando aliquid committitur iudici tāquam bono viro, à tali ordinatione iudicis poteſt appellari.gl eſt approbata in l.ſi qua pœna.in glo.magna, circa fi.ff.de verb ſig. Can.& gl. in c.ſuper his.extra de accu.& ita te-
56 nent Can. in d. c.fin. † A iuramento autem præſtito per partē appellari non poteſt, quia licèt à iuramento voluntario vel iudiciali,ex quo oritur actio,poſſit appellari,vt no.Bart.in d. l.generaliter.§.j.s̄.de reb.cre.tamen à iuramento, quod defertur in defectum totalis probationis,quod defertur parte inuita, & ex quo non oritur actio,non poteſt appellari,ita no. Anto.in vlti. colum.in d.c.fi.& Bar.in d.l.in actionib.in vlt.col.& ibi Saly.& alij Mod. ff.de in lit. iur.intellige ſemper dictum de iure ciuili, ſed de iure Cano.poteſt appellari ab omni grauamine.c.vt debitus.extra de appel. à ſententia autem *communiter firmant Can.* in d.c.fi.quod poteſt appellari,excepto Io.de Imo.in 9.col.qui tenet,ꝙ non poſſit appellari,quia imputet ſibi pars,quæ à taxatione non appellauit.¶Vlti.no.limita iſta iura,vt s̄. dixi procedere, quando agitur contra damnum dantem immediatè , ſe-
57 cus ſi contra tertium, vt s̄. dixi. ¶† Nunquid autem poſſit limitari,vt iſta procedant,quando agitur ciuiliter, ſecus ſi ageretur criminaliter.Bar.alibi dicit,ꝙ ſic,ita limitat Bar. in l. fi ff.de in lit.iur.& mouetur,quia in criminalibus debent probationes eſſe luce meridiana clariores.l.ſciant.C.de proba.& idem ſimpliciter tenet Ang.hic,& Fulg.in l.cùm furti.ff. de in lit.iur. & d. Alex.in d.l fi.ff.de in lit iur.Subdit tamen Bar.in d.l. fi.in fin.ſub dubio fortè,quod licet in criminalib.iſta.l. non haberet locum ad condemnandum, tamen haberet locum ad indicium faciēdum. Puto contrarium , ꝙ iſta l.procedat indiſtinctè, etiam ſi agatur criminaliter,vt probat iſta l.& d.c. fi.in generalitate ſui, & iſtam opi.contra Bar.tenet expreſsè Ang.ſibi contrarius in l. cùm furti.per illum tex.ff.de in lit.iur.& Lud.Rom.in d.l. fin.ff. eo.Non obſt.arg.Bar. ꝙ in criminalib. debent probationes eſſe luce meridiana clariores, quia fateor, ideo plenè probabit furtum, ſed de damno ſtatur iuramento , vt hic. Non obſt. aliud fundamentum.d.Alex.dum ponderat tex.noſtrum in ver.agere.in tex. noſtro poſitum, quia de verbo agere, verbum nullū, & ita contra Bar.eſt de mente Io.de Imo.in d.c.fi.s̄.alle.¶Limita etiam,vt procedant,quando violentia, vel aliud delictū perpetraretur committendo, & ſic faciendo , ſecus autem ſi delictum fieret omittendo, quia tunc non haberet locum iſta.l.qa grauius eſt delictum , quod committitur faciendo , quàm in omittendo.glo.eſt in l.ſemel mora.ff.ſol.mat.ita limitat Ludo. Rom.in l.admonendi.in 17. col. ff.de iureiu. *& ita volunt omnes*
58 *Doct.* hic in q. de ſtatuto diſponente , † quòd ſi fiat furtum in tali villa, quòd omnes de villa teneantur , nam ſi deliquerunt omittendo,non incurrunt pœnam , puta quòd debuerunt tenere vias ſecuras.ita etiam tenet Cyn. in 2. q. & Albe. de Roſ.
59 poſt eum. ¶† Ex iſta deciſi.infero, quòd ad hoc, vt habeat lo-
c cum iſta.l.requiritur dolus, [c] ſecus ſi eſſet culpa,puta omittendo,de quo videatis glo.in d.l. ſemper. §. in hoc interdicto. & in l.vnica.C.de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt. Imò nec dolus præſumptus ſufficeret, vt ſupra dixi. ¶Quaſdam alias limita. poteſtis colligere ex his,quæ ſupra dicta ſunt,& iſtam.l.habetis expeditam.

ADDITIONES.

a * Valiſiam. Adde,quæ ſcribit Plot.qui in materia huius.l.elegantem,& copioſum tractatum cōpoſuit,in d.trac.de in lit.iur.§.10. vbi doctè omnes q.huic. l.inſer.examinat,& in ſpecie no.per Iaſ.hic. MASVER.

b ¶Per ſolùm iuramentum. Adde Doct.in l ij.& in l.in actionib.ff.de in lit.iur.

c ¶Requiritur dolus. Vide melius Alex. 1.lib.conſi.103.col.3. PVRPV.

Finis commentariorum D.Iaſonis Mayni in Secundam partem Codicis.

Source : BIU Cujas

Series Chartarum:

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee.


Omnes ſunt quaterniones.

AVGVSTÆ TAVRINORVM.

M. D. XCII.

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas



Source : BIU Cujas

20

IASONIS LECTVR
IN I ET 2 CODICES

REPERTORI

GRANDE
RÉSERVE

Source : BIU Cujas